M H I B

1 5 9 0

Digitized by Google

Catech. 7.



Digitized by Google

th. Cat. 2.

<36622057920010
<36622057920010
Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

OPVS CATECHISTICVM,

SIVE

DE SVMMA DOCTRINAE CHRISTIANAE,

D. PETRI CANISII THEOLOGI SOCIETATIS IESV, PRÆCLARIS DIVINAE SCRIPTVRAE TESTIMONIIS, SOLIDIſque ſanctorum Patrum ſententijs, vt nunquàm antea, ſedulò illuſtratum & auctum, quemadmodùm ex proxima Præfatione conſtabit.

EDITIO TERTIA, QVÆ ET PARISIENSEM multis partibus excellit, & prioribus omnibus eſt copioſior limatiórque, vt reipſa Lector comperiet.

Cum duplici INDICE, locorum nempe Scripturæ ſacræ, quæ hoc opere explicantur, & rerum atque ſententiarum.



COLONIAE,

Apud Geruinum Calenium, & hæredes Iohannis Quentelij.

ANNO M. D. LXXXVI.

Cum gratia & priuilegio ſummi Pontificis, ac Romanorum Imperatoris in Decennium.

Digitized by Google

II. AD TIMOTHEVM III.

Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

B. AVGVSTINVS TRACTATV II. IN EPIST. B. IOANNIS.

Omnia quæ leguntur de ſcripturis ſanctis, ad inſtructionem & ſalutem noſtram intentè oportet audire. Maximè tamen memoriæ commendanda ſunt, quæ aduersùs hæreticos valent plurimùm: quorum inſidiæ infirmiores quoſque & negligentiores circunuenire non ceſſant.

ORIGENES TRACTATV XXIX. IN MATTHAEVM.

Qvoties Hæretici canonicas proferunt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, videntur dicere: Ecce in domibus verbum eſt veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodùm per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis.

VINCENTIVS LIRINENSIS IN LIBELLO ADVERSVS prophanas omnium Hæreſeon nouationes.

Necesse eſt profectò omnibus Catholicis, qui ſeſe Eccleſiæ matris legitimos filios probare ſtudent, vt ſanctę ſanctorum Patrum fidei inhęreant, adglutinentur, immoriantur: prophanas verò prophanorum nouitates deteſtentur, horreſcant, inſectentur, perſequantur.

ITEM.

Hos in Eccleſia diuinitùs per tempora & loca diſpenſatos, quiſquis in ſenſu Catholici dogmatis vnum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum.

D. AVGVSTINVS LIBRO II. CONTRA IVLIANVM Pelagianum capite x.

Qvod inuenerunt (Patres & Doctores Catholici) in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondùm vobiſcum apud illos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta eſt cauſa noſtra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus; & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus; nondùm vobiſcum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus.

APPROBATIO HVIVS LIBRI.

OPVS hoc Catechiſticum, anteà quidem typis excuſum, recèns verò noua acceſſione locupletatum ac recognitum, magno cum fructu denuò euulgandum cenſeo Ego frater Theodoricvs Bvscodvcensis, *Sacræ Theologiæ apud Colon. profeſſor, & Apoſtolicus Inquiſitor.*

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI, AC ILLVSTRISS. PRINCIPI, DOMINO IVLIO EPISCOPO HERBIPOLENSI, ET ORIENTALIS FRANCIAE DVCI, PATRONO BENIGNISSIMO, PETRVS CANISIVS IN CHRISTO IESV S. P. D.

INTER Chriſtianos Cæſares, quorum virtus & pietas maiorem in modum iam olìm effulſit, Pręſul ampliſſime, duo Theodoſij, ſenior & iunior, vtì vulgò dicuntur, ſingularem laudem inprimìs promeruerunt. Ego verò de priore tantùm dicam, quem Auguſtinus, Oroſius, Diaconus meritò celebrant, & cui poëta Claudianus ob lætiſſimum rerum ſucceſſum haud temerè accinit:

O nimiùm dilecte Deo, cui militat æther.
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Hic ipſe multis quidem argumentis prodidit, ſe vnà cum coniuge valdè religioſum eſſe, & benè merendi de Eccleſia ſtudio & amore cumprimìs exarſit. Imperium eius in difficilia tempora incidit, quibus ob excitatas nouas in fide diſſenſiones gliſcentesque ſectas populares animi paſsìm diſtrahebantur, doctis interìm acerrimè inter ſe concertantibus, vt ſi fieri poſſet, in errorem, aut certè quidem in dubitationem etiam inducerentur electi. Etenim Eunomius electum Sathanæ organum, ſua tum zizania dominico tritico inſpergebat, & Nouatianum ſerpebat virus, ſuasque copias augebant Macedoniani, & Arriani quidem Catholicos vel maximè diuexabant. Quid hîc ageret Theodoſius? magno cum animi dolore triſtiſſimam Eccleſiæ faciem ſpectans, præſertìm cùm publicæ pacis & Eccleſiaſticæ vnitatis, ſicut optimũ principem patremque patriæ decebat, ſtudio & amore incredibili teneretur, ſed qui ad iſta funeſta doctorum diſſidia componenda nullum ſatìs idoneum remedium inueniret. Accerſit igitur Nectarium epiſcopum Conſtantinopolitanum, & ab eo ſciſcitatur, quid facto ſit opùs ad concordiam ſciſſæ Eccleſiæ reſtituendam, priuſquàm grauiores ordinum fierent diſtractiones, motusque magìs exitiales ex hiſce altercationibus & ſectis in Chriſtianam Rempub. effunderentur. Eccleſiam enim fidei vnitate conſeruari atque ſtabiliri, diſcordia verò religionis lacerari atque ſubuerti rectiſſimè iudicauit. Nectarius verò cùm non haberet quod ex tempore Cæſari reſponderet, de re tanta cenſet deliberandum, ac interìm Agelium, licèt Nouatianorum epiſcopum, conſulit, vt eius ſententiam audiat, priuſquàm redeat ad Imperatorem. Agelius tunc fortè Siſinnium lectorem habebat, hominem non mediocriter eloquentem, in ſacris etiam literis & philoſophiæ cognitione probè verſatum, qui prętereà iudicio & rerum agendarum dexteritate polleret. Is iuſſus dicere, quid roganti Cæſari reſpondendum putaret, in hunc modum diſſeruit: Concordiam Chriſtianæ religionis fruſtrà ſperari, quandiù libertas diſputandi partibus nouam doctrinæ formam inducentibus propoſita & relicta eſſet: immò verò præſentia ſchiſmata, non ſolùm hac hiſputandi libertate non tolli, ſed augeri, grauioresque indè lites ac pugnas irreconciliabiles expectari oportere, quibus vigentes nunc hæreſes & opiniones nouæ magìs magisque corroborarentur:

aliam igitur ineundæ concordiæ,quę ſolida eſſet,viam ineundam eſſe,nimirùm vt præſentes controuerſiæ ex veterum Patrum, qui Eccleſiæ calculo approbati forent,traditione iudicarentur.Sic enim futurum,vt via contentioſis præcluderetur, nè quiſque pro ſui cerebri intemperie Dei verbum interpretaretur,& ſuum illi ſenſum, prout cauſæ commodum putaret, affingeret,ſuamque ſententiam iudicio Patrum ſimulque Eccleſię publico anteferret. Vndè Imperatorem rectè facturum,ſi præcipuos ſectarum magiſtros interrogandos curaret,velint'ne veterum Eccleſiæ doctorum iudicio ſtare, qui ante natam modò contentionem & diuiſionem cum gloria floruiſſent,nulliq́ue pręſenti vel parti,vel ſectę vnquàm fuiſſent addicti: ac proptereà vt minimè ſuſpectos controuerſę nunc doctrinæ cenſores & arbitros iure agnoſcendos ac recipiendos eſſe. Quòd ſi hos arbitros admittere detrectarent,poſtulandũ ab illis videri,diſertis vt verbis pronũciarent,ſibi damnari Patrum authoritatem. At ſi rursùs hanc damnationis legem ferre nollent,ex hac ſola tergiuerſatione non obſcurè cõſtare, quantum fidei mererentur noui de fide diſputatores, vtpotè tam arrogantes,vt ſeſe tot tantisq; probatis Patribus vel æquare,vel anteponere non erubeſcerent,& idcircò nulla illos venia dignos, ſed pro falſis doctoribus veræque Eccleſiæ peſtibus iure habendos atque profligandos eſſe.Catholicorum verò munus manere proprium,vt quam doctrinam profiterentur,veterum Theologorum ſcriptis conſentaneam eſſe probarẽt, & ſuam religionem illorum teſtimonijs bona fide prolatis defenderẽt ac illuſtrarent. Quid multis? Placuit hæc ſententia Nectario,qui ſtatìm ad Theodoſium Cęſarem regreſſus,conſilium Siſinnij aperit,ſuaque authoritate confirmat. Cæſar verò, vt erat prudentiſſimus Princeps, Lectoris conſilium diligenter expendit, & hanc ineundæ concordiæ rationem approbat,reque ipſa probandum cenſet,quod Siſinnius propoſuiſſet.Itaque ſectarum principes ad diſputandum armati & inſtructi conuocantur,ac præter expectationem omnem à Cæſare interrogantur,quo in precio magiſtros Eccleſiarum habeant & habere velint,eos nempe qui ante noua hæc diuiſionis tempora extitiſſent,an eoſdem recipere & approbare deliberatum haberent. Hîc primùm illi modeſtiam præ ſe ferre,& de Patribus honorificè loqui,quaſi præceptores illos agnoſcerent,ſeq́ue illorum diſcipulos faterentur. Theodoſius iterùm ſciſcitatur, ſit'ne illis conſtitutum, Patrum teſtimonia eo habere loco, vt per illa cùm de alijs Chriſtianæ doctrinæ partibus,tum de ſubortis nupèr controuerſijs iudicetur,omneq́ue iudicium terminetur.Hîc illi hærent ſuſpenſi, alijs aliud obtendentibus,& eiuſdem etiam ſectæ ſocijs inter ſe mutuò altercantibus, quid quantumq; ſcriptis & authoritati veterum eſſet largiendum. Quidam Cæſaris inſtitutum probare,ſed plures veterum ſententias defugere viſi ſunt,facilè ſubodorati periculum de cauſa cadendi,ſi ex antiquorum Patrum iudicio pręſentes ipſorum controuerſiæ dirimerenrur. Vbi nouæ diſcordiarum flammæ mox eruperunt,vt ſi anteà vnquàm, nunc potiſſimùm ſectæ inter ſe diſſectæ viderentur,non diſſimiles quidem priſcis illis gigantibus,ac alijs Babylonicę turris ſtolidis ędificatoribus,quorum & linguæ diuiſæ, & conatus fruſtrati, & impenſæ omnes abſumptæ hoc vnũ effecerũt, vt optatus ædificij progreſſus in pudendum prorsùs exitum commutaretur. Igitur non malè ceſſit Theodoſio,quòd in Siſinnij conſilio acquieuerit, eoque facto memorandum toti poſteritati reliquit exemplũ,vt quod anteà Tertullianus docuerat,re ipſa probatum eſſe cernamus. Tractans enim ille Pauli ſententiam, Hęreticum hominem poſt vnam aut alteram correptionem deuita,ſeriò admonet,nè Catholici cum hæreticis de ſacris literis diſputaturi in arenam deſcendant, ſed potiùs

vt ad

vt ad maiorum traditionem prouocent, & ex illa germanam Scripturæ intelligentiam, omnemque de propoſitis fidei quæſtionibus veritatem petant atque confirment. Sicut & Origenes pronunciauit: Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica traditione diſcordat.

VISVM eſt autem hanc repetere narrationē, quam Caſſidorus in hiſtoria, vtì vocant, tripartita recēſet, eamq; magni eſſe momenti, & noſtro tum ſeculo, tum inſtituto quadrare quiuis facilè animaduertat. Rogant multi atq; mirantur, qua de cauſa tot colloquia, diſputationes & conatus qui ad controuerſias in religione cōponendas noſtra ætate partìm in Germania, partìm in Gallia inſtituti fuerunt, adeò malè infeliciterq; ſucceſſerint, vt maiores etiā in religione diſtractiones ac turbę conſecutę videantur. Nimirùm à dicto Siſinnij conſilio diſceſſum eſt, & pietas abfuit Theodoſiana, qua nouis doctoribus veteres cum authoritate opponerētur. Hoc niſì fiat, tot hęreſum monſtra, quot nunc paſsìm in Europa nata cernimus, facilè & ſumma cum Eccleſię pernicie graſſari pergent, ſemperq; impedient, quo minùs ad amabilem Eccleſiæ concordiam tandèm redeatur. Ac interìm prorsùs verendum eſt, nè poſt longas contētiones funeſtus exitus ęquè Germanos àc Gręcos opprimat & perdat, vt noſtrates è ſchiſmaticis Mahumetanos, aut atheos euaſiſſe vel ſerò doleamus. Deindè hanc veterem narrationē libuit inſerere, vt noſtri ſeculi ſtultitia, immò impietas rectiùs perſpiciatur, quando infimę ſortis, ac planè craſſi rudeſq; homines de Patribus vt prorsùs indignè ſentiūt, ità ſcurriliter quoq; loquuntur, illorumq; dicta & facta petulanter arrodūt, ſæpè & vanę ſuperſtitionis & execrandæ idololatriæ ſine vllo pudore condemnant. De Patribus dico, quorum eximia vitæ integritas, & in diuinis literis doctrina ſapientiaque tot modis effulſit, diuino Spiritu in illis mirabiliter operante, & Chriſtianam Eccleſiam tot ſeculis corroborante. Hi electa diuini Spiritus organa Chriſti fidem non ore tantùm profeſſi ſunt, ſed & ſanctiſſima vita, multiſque ſæpè miraculis nec rarò ſanguine profuſo teſtati ſunt, nullus vt eos pro dignitate celebrare, & ſacros eorum labores religionis ergô ſuſceptos & exantlatos ſatìs efferre poſſe videatur. Quibus tanto maior fides authoritaſque debetur, quo magìs in vnum eundemque ſenſum conſpirant, quoque conſonantiùs de Chriſtianæ doctrinę partibus teſtificantur, vt quaſi cor vnum & anima vna, immò & ſpiritus vnus in illis ineſſe, nobiſque loqui videatur. Atque hoc illorum conſenſu, tanquàm certo inhabitantis ſpiritus indicio, depræhendimus, non ſolùm in Apoſtolis, ſed etiam in Apoſtolicis doctoribus ſanctiſque Patribus hanc præclaram Chriſti promiſſionem impleri, Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Quocircà non temerè ad hos referri poteſt, quod Regum ille ſapientiſſimus Salomon docet, nè quis terminos antiquos à patribus poſitos trāſgrediatur, quodque monet Eccleſiaſticus, vt ſapientibus presbyteris, eorumque doctrinæ nos adiungamus, qui diſciplinam à patribus traditam acceperunt, vel ſicut Paulus loquitur, qui depoſitum bona fide cuſtodiunt. Vndè vox Baſilio Magno digna & à verè Catholicis omnibus vſurpanda extat: ἀλλ' ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων πατρῶν δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν· hoc eſt, Quę à ſanctis Patribus edocti ſumus, ea interrogantibus nos annunciamus. Tum Athanaſius Eccleſiæ fortiſſimus propugnator, breuem & expeditam rationem, qua hęreticorum artes & fraudes omnes elidantur, hiſce verbis oſtendit: Τοῦτο μόνον ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ εἰπεῖν ἀρκεῖ, ὅτι οὐκ ἐστὶ ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα πατέρες ἐφρόνησαν. Hoc, inquit, ſolummodò reſpondere ad talia, & dicere ſufficit, quòd iſta non ſunt Catholicæ Eccleſiæ, neque iſta Patres noſtri ſenſerunt. Et ſanè cum his Eccleſiæ ma-

Digitized by Google

giſtris non ſapere, omninò eſt deſipere. Extra hunc ſaltare chorum, vt ità dicam, eſt primas inſaniȩ partes arripere. Ab his Eccleſiȩ columnis auelli, ſte regiam veritatis viam deſerere. Sine his Chriſti oculis & Eccleſiæ luminibus, in diuino illo Scripturarum prato verſari, eſt perindè àc in tenebris dominicum agrum colere, vel in mari cum Petro nocte piſcari. Damnatos ab his errores amplecti, eſt cum Eccleſiæ ludibrio hæreticorum deliria confirmare. Horum deniquè ſenſum & conſenſum negligere, diuino eſt repugnare oraculo, quod credentibus omnibus per Prophetam intonat: Hæc dicit Dominus: State ſuper vias veſtras, & videte & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

Qvae omnia idcircò mihi præfanda duxi, Antiſtes illuſtriſs. præſens vt opus, quod è collectis grauiſſimorum Patrum ſententijs conſtat, maiore in precio ab æquis cenſoribus habeatur, tuæque inprimìs Celſitudini ſit commendatius. Prodit enim nunc iterùm noſter Catechiſmus, nec ſolùm nitidiùs, ſed etiam animoſiùs prodit, quandoquidem inter medios velut ſatellites, immò duces & coryphæos probè ſtipatus incedit, vt minùs publicum conſpectum vereatur, & coram minacibus aduerſarijs ac vibrantibus eorum gladijs, ſe perſtare poſſe confidat. Adeſt enim illi inuictus bellâtor Spiritus ſanctus, ſuoque gladio, quod eſt verbum Dei, hunc quanuìs exilem partum munire dignatur. Adſunt & generoſi Chriſti Regis æterni milites, qui ſuis quaſi armis nouũ hoſpitem circuncingunt, ornant, muniunt atq; defendunt. Quare ſi anteà vnquàm hic liber placuit bonis, cùm nudus ferè ac velut inermis appareret, haud dubia mihi ſpes eſt fore, vt idem maiore nũc fauore & applauſu multorum excipiatur, tot prȩſertìm patronorum, qui ſunt omni exceptione maiores, ſuffragijs atque ſententijs vndiquè corroboratus. Hos Chriſtianȩ doctrinæ teſtes ac vindices quiſquis contemnit vel negligit, nos etiã librumque noſtrum & contemnat ac negligat licet, quandoquidem in eadem cum illis naui manemus, ac tantiſpèr manere conſtitutum habemus, donec & ipſi ſuperatis infeſti procelloſique huius pelagi tempeſtatibus, quibus in hac tota vita iactamur, ad eundem ſalutis portum, quem illi nunc felices obtinent, Chriſto nauclero fauente tandèm ſecuri perueniamus.

Vbi de præſentis inſtituti ratione plura dicturus, de prima noſtri Catechiſmi editione cogor repetere, quam inclytus ille Cȩſar Ferdinandvs Viennæ de manibus noſtris extorſit, & ante xxvi. annos edi voluit ſua authoritate, me quidem nomen tunc meũ ſupprimente, minùs vt inuidioſum eſſet opus, cuius author ignoraretur. Sed quoniam hoc noſtrum ſeculum, vt nullum ferè aliud, contentionum flammis paſcitur, multique ad calumniandum præcipites nulla ferè minùs, quàm orthodoxa ferunt & probant dogmata, fieri non potuit, quin aliqui catechiſtico labore noſtro offenderentur, & hanc qualemcunque Chriſtianæ doctrinæ ſummam arroderent ac inſectarentur. Cuiuſcemodi Eccleſiæ hoſtibus tanto maior inſectandi libido creuit, quanto minùs inuidi homines ferre potuerũt, opus hoc ſummi Principis authoritate comprobatum, à multis auidè legi, paſsìm circunferri, in ſcholarum vſum introduci, in templis doceri, varias in linguas transfundi, in maximis gymnaſijs celebrari, nec ſolùm Eccleſiaſticis proceribus, ſed ſummo Regi quoquè Philippo, alijſque magiſtratibus Catholicis ità probari, hunc vt Catechiſmum præ cæteris ſtudioſè complecterentur, ac eundem ſuis populis tum ad docendum, tum ad diſcendum publicè traderent, ſerioque commendarent. Quod ego certè ſine arrogantia dictum velim, nè honori nominique diuino quicquam ſubtraham, quum ſoli bonorum omnium fonti lætũ rerum ſucceſſum aſſcribi, &

bi, & ad illius gloriam ſyncerè cuncta referri deceat, nulla vt vnquàm eius dicti ſubrepat obliuio, Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. At ego rem multis hodiè notam commemoro, & de veritate conſtare cupio poſteritati, vt rectiùs omnes de aduerſarijs iudicent, qui neſcio quo ſpiritu ducti, aut potiùs æmulationis ſtimulis exagitati, tam ægrè ſuſtinent hoc exiguum Catholicæ doctrinæ teſtimonium, compendium, præſidium in Germania ſupereſſe. Igitur Euangelici homines infenſis animis, maledicis linguis, ac virulentis calamis certatìm inſtructi, nullum hodiè Catechiſmum æquè àc noſtrum tam petulanter appetere, tam rabiosè conuellere, iamque atrociter damnare voluerunt. Poſteà verò cùm de eiuſdem libri authore iam rumor increbuiſſet, ac opus ipſum Catholicis exteris magìs magiſque innotuiſſet, Veneti & Galli nomen meum, quod ego tam diù celaueram, me inſcio adſcripſerunt, idq; ante annos decem publicè teſtatum volui, cùm opus idem recognitũ Colonienſi Senatui nuncuparem. Acceſſit deindè Petrvs Bvsaevs Nouiomagus, homo noſtri ordinis eruditus, & in veterum monumentis probè verſatus, qui amicorum hortatu, & ob publicam vtilitatem, ſicut ipſe in ſua meminit pręfatione, ad hoc opus ornandum & muniendum, operam ſanè difficilem & laborioſam, vt prudentes intelligunt, exantlauit. Etenim Scripturę Patrumq; conſonantia loca, quorum nos in ipſo contextu mentionem frequentem feceramus, quæque ad libri marginem breuiter fuerant adſcripta, & his etiam plura vndequaquè collegit, ex ipſiſque fontibus deprompta tranſcripſit, & tranſcripta cum ipſa libri textura tam dextrè coniunxit, vt quiuis ſine negocio deprænhendat, omnem Catechiſmi noſtri doctrinam cum libris Canonicis & probatis Patrum ſcriptis pulchrè congruere, quantumuìs infeſti & infenſi oblatrent calumniatores. Qui ſanè Buſæi labor Hiſpanis, Italis, multiſque alijs pergratus accidit, eamque commoditatem ſuppeditat omnibus in munere docendi, vt ad manum habeant ſelecta, bonaque fide notata, nec omnibus obuia veterum teſtimonia, quibus ad vniuerſa ferè doctrinæ ſacræ capita tum intelligenda, tum in ſcholis templiſque tractanda & explicanda vti expeditiſſimè poſſint. Ex quo factum eſt, vt Typographus Colonienſis prioris editionis exemplaria breuì diſtraxerit, vtque Veneti & Galli hoc opus ſibi recudendum putârint, quod Romę & alibì non modò commendari, ſed etiam à multis paſsìm deſiderari certò intelligebant. Intereà dum Coloniæ noua editio apparatur, huc præſertim Geruino Calenio impellente, qui rei Catholicæ promouendæ perquàm ſtudioſus eſt, bonam noſtri operam nauârũt, vt opus idem ſemel ac iterùm recognoſceretur, in eoque multa partìm reſtituerentur, partìm adiungerentur, partìm meliorem in ordinem reuocarentur. Et quoniam prior editio in quatuor partes ſeorſim excuſas ſecabatur, tres autem ſolas, quas ego viderim, Venetus Typographus dedit, longè commodius fore viſum eſt, ſi ex omnibus illis membris, vnum quaſi corpus conflatum, atque hoc vno volumine concluſum euulgaretur. Acceſſit demùm valdè vtilis explicatio Appendicis, vt quod Concilij Tridentini Patres de hominis lapſu & iuſtificatione ſapientiſſimè grauiſſimeque tradiderunt, nos verò ſummatìm repetitum Catechiſmo adiunxeramus, id luculentis Patrum teſtimonijs accuratè congeſtis ſolidè comprobaretur. Hęc ego de huius operis ratione & inſtituto dixerim, quod ex grauiſſimis maximorum Patrum ſententijs collectum, ac nunc poſtremò reſtitutum, tuæ inprimìs ſapientiæ & æquitatis calculo, Illuſtriſs. Princeps, cupit approbari.

Caetervm ſi de ſuſcepti operis Catechiſtici argumento aliquid addendum eſt, mihi ſanè perſuadeo, ſapientes veræque pietatis amantes omnes boni con-

ni conſulturos, immò & ſponte ſua probaturos eſſe, quòd nos qualeſcunque Societatis IESV profeſſores, in hoc Catechiſticæ doctrinæ genere ac labore, quicquid alij ſentiant, multum ſæpè olei operæque ponamus. Cur enim nos pigeat ac pudeat eius inſtitutionis, quam ſummo Deo gratam, maximorum hominum exemplo conſentaneam, Catholicæ Eccleſiæ ſalutarem, Chriſtianæ iuuentuti neceſſariam, & noſtræ demùm profeſſioni congruentem eſſe certiſſimè conſtat? Quid quod magiſter noſter & princeps paſtorum Chriſtus Catechiſtæ partes quodammodò ſuſcepit atque ſuſtinuit, quum præcipuas Catechiſmi partes ore ſuo ſacroſancto vel tradidit, vel confirmauit? Excuſent alij ſuas occupationes, ad ſublimiores ac maiori quęſtui ſeruientes Eccleſiæ functiones adſpirent, vile autem & æquè laborioſum hoc miniſterium iudicent, callideque ſubterfugiant, nè cum pueris quodammodò repueraſcere velle videantur. Atqui non veretur ipſa Dei ſapientia Chriſtus ſe paruulis perquàm familiarem exhibere, hos ad ſe iubet adduci, venientes vltrò amplectitur, & amanter oſculatur, his ſuas ipſe manus imponit ac benedicit, his miniſtros & cuſtodes Angelos deputat, hos demùm cæleſtis regni ciues & præ alijs hæredes quaſi proprios facit. Qui prætereà pœnam illi grauiſſimam interminatur, ſi quis vnum è paruulis ſiue in fidei doctrina, ſiue in vitæ moribus fortè ſcandalizet: qui demùm in paruulos collatum beneficium adeò ſibi gratum fore pronunciat, vt quicunque ipſius nomine paruulũ ſuſceperit, Chriſtum ipſum ſuſcipiat, habeatque perpetuum debitorem. Tanti refert, ſi Chriſto Domino, eiuſque ſacro Euangelio credimus, de paruulis benè mereri, ac inſtituendis illorum ad pietatem animis operam dare, quemadmodùm probi faciunt Catechiſtæ, non Chriſtianum modò, ſed etiam Angelicum, vt ſic loquar, munus adminiſtrãtes. Quo minùs ego miror, eximios illos Patres, Origenem, Baſilium, Ambroſium, Auguſtinum, Cyrillum ab hoc docendi genere non abſtinuiſſe, ſed huius viæ duces ſe nobis præbuiſſe, vt in fidei doctrina rudes ac veluti paruulos non grauatìm catechizemus, & eis tanquàm matres lac ſpirituale cupidè & alacriter ſubminiſtremus. Videbant enim ſapientiſſimi homines, in magna illa Dei domo plures carnales quàm ſpirituales, paruulos quàm viros atque perfectos, vt Paulus appellat, reperiri, magnamq; ſemper eſſe turbam, non ſolùm ętate, ſed etiam ſpiritu imbecillium atque puſillorum, quibus Euangelicæ doctrinæ panem frangere conueniat, donèc illi ſolidiorem cibum admittant, & in Chriſto ipſo grandeſcant atq; proficiant. Quòd ſi nihil aliud, certè aduerſariorum improbus labor, ac indefeſſa cura huc nos extimulare debebat ac impellere, vt quod ſtudium illi ſuæ ſectæ per Catechiſmum propagandæ animiſq; per illum corrumpendis noctes ac dies impendunt, id nos ad Catholicos rectè pieque inſtituendos pari diligentia, ſed meliore fide, ac purioris Catechiſmi doctrina impigrè conuerteremus. Quid alioquin turpius, quid ab officio Catholico magìs alienum videri queat, quàm vigilante Iuda, in re tanti momenti dormire Petrum, & vndiquè graſſante lupo paſtorem ſui gregis curam abijcere, ac huius demùm ſeculi, immò tenebrarum filios in ſua generatione magìs, quàm in Chriſti regno lucis filios, ſapere & prudentiores eſſe? Quocircà Tridentini Concilij Patres, vt alia multa de religione Catholica vindicanda optimè conſtituerunt, ſic illud etiam ſanctiſſimè ſanxerunt, Parochi vt omnes diebus feſtis non ſolùm habendis ad populum concionibus vacarent, ſed etiam tradendo poſt prandium Catechiſmo incumberent, ac in fide rudiores omnes edocerent. Quę lex ſi vſquàm alibì, tum in Italicis Eccleſijs iam obtinet, magnoque cum populi fructu, nec minore bonorum parochorum laude hoc tempore obſeruatur.

Atque

Digitized by Google

Atque hactenùs de Catechiſmi commoditate, præſtantia & neceſſitate, quantum hic quidem locus ferre poteſt.

AD extremam epiſtolæ partem accedo, quæ Patronum operi neceſſarium poſtulat accerſiri, vt noua hæc editio non ſolùm apud æquos & candidos rerum æſtimatores ſuam habeat gratiam, verùm etiam aduersùs iniquos & inuidos obtrectatores maiore polleat authoritate. Vbi Celſitudo tua, Illuſtriſs. Princeps, ſe commodè nobis offert, cuius tutelæ hunc librum reuerenter commendare cupiam, ac vnicè nuncupare decernam. Primùm enim inter Germanos antiſtites ac Principes Catholicos, qui hoc ſeculo prædicantur, multorum iudicio ſublimem & illuſtrem locum tenes, his nimirùm animi dotibus inſtructus & ornatus, quæ non modò ſapientem præclaræ huius D. CHILIANI vineæ cuſtodem, ſed & generoſum bellicoſæ Francorum gentis moderatorem ac Imperij principem decent. Deindè ſingulari Catholicæ pietatis ſtudio flagras, qui indè ab initio ſuſcepti muneris effeciſti, vt Clerus ditioni tuæ ſubiectus, ad ſacras preces quotidiè ſummo Deo recitandas grauiter extimularetur, ſerioque reuocaretur. Accedit & zelus in domo Dei repurganda neceſſarius, ac tali Epiſcopo dignus, qui Apoſtolicum canonem ad ſe pertinere meminerit, Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Igitur ad Catholicam religionem & diſciplinam Eccleſiæ reſtituendam adijcis animum, paſtores hæreticos amoues, & pœnas immorigeris infligendas proponis. Ad hæc quod rarum & egregium Mecœnatem decet, doctos & ſtudioſos homines magno fauore proſequeris, atque idcircò gymnaſium publicum excitare pergis, quod non modò Franconibus, ſed etiam exteris haud minori præſidio quàm ornamento eſſe poſſit. Seminarium verò nuper magnificè erectum, & numero alumnorum & multis coemptis ædificijs amplificas. Neque noſtros homines negligis, ſed eorum Collegium non ità pridèm Herbipoli excitatum amanter complecteris, ac ſtudioſè foues, tota vt hæc IESV Societas immortales gratias Patrono humaniſſimo debeat, ac pro illo ſua vota Deo ſummo faciat perlubenter. Nec ignoro, Eccleſiæ veſtræ, quam honoris gratia nomino, multa & præclara in me merita poſſe commemorari, quæ indè à primis Collegij noſtri fundamentis Herbipoli iactis, cùm iſthic adeſſem, & ſacris concionibus operam darem, equidem ſum frequenter expertus. His ergò cauſis, ac aliorum etiam conſilijs incitatus facere non potui, quin per huius operis occaſionem aliquid ſcriberem, ac vetus erga Celſitudinem tuam eiuſque Eccleſiæ obſeruantiæ meæ ſtudium qualicunque teſtimonio publicè comprobarem. Precor demùm à Chriſto Opt. Max. vt Herbipolenſem vrbem & Franconiam omnem, hoc difficili tempore propitius tueatur, vtque pios Amplitudinis tuæ conatus in ſuam æternam gloriam benè fortunet, neque ſolùm huius operis, ſed etiam Collegij tantum patronum diù ac feliciter nobis ſupereſſe concedat. FRIBVRGI HELVETIORVM anno poſt Virgineum partum M. D. LXXXV.

Digitized by Google

PIVS PAPA V. DILECTO FILIO GERVINO CALENIO TYPOGRAPHO COLONIEN.

DILECTE Fili Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum tu, ſicut accepimus, nonnullos de probatis Sanctorum hiſtorijs à dilecto filio Laurentio Surio optima fide collectis, nec non alios Tomos ſeu libros dilecti filij Petri Caniſij presbyteri ſeu religioſi Societatis IESV *de doctrina ſiue Inſtitutione Chriſtiana inſcriptos, vnà cum certis Annotationibus nondùm impreſſos, tua impenſa imprimi facere deſideres: Nos tibi, quem in excudendis huiuſmodi Tomis ſeu libris graues impenſas ſubire neceſſè eſt, nè ex beneficio omnibus Chriſti fidelibus collato detrimentum aliquod ſentias, opportunè prouidere, ac te in tuo laudabili & Reipublicæ Chriſtianæ perutili propoſito confouere volentes, & à quibuſuis Excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, alijſq́ Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibèt innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxàt conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes: Motu proprio non ad tuam vel alicuius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia & mera deliberatione noſtris tibi Tomos ſeu libros præfatos per te vel alium ſeu alios imprimendi, & impreſſos vendendi licentiam & facultatem plenam & liberam Apoſtolica authoritate per præſentes concedimus: Necnon omnibus & ſingulis impreſſoribus, librarijs, & mercatoribus tam in Italia quàm extra Italiam conſtitutis, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub Excõmunicationis ſententiæ, necnon in terris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis, ſub amiſſionis Tomorum ſeu librorum huiuſmodi, ac mille ducatorum auri de Camera, pro vna Cameræ Apoſtolicæ, & altera medietatibus tibi, tuiſq́ hæredibus & ſucceſſoribus irremiſſibiliter loco damnorum applicandorum pœnis, per alios abſq́ tuî & hæredum vel ſucceſſorum tuorum expreſſo mandato aut licentia habita excudentes, ſeu imprimentes, aut vendentes, totiès quotiès id fecerint, eo ipſo incurrendis, nè eoſdem Tomos ſeu libros infra decennium proximè futurum ab illorum impreſſione computandum, in quibuſuis literarum characteribus, aut parua, mediocri, ſeu magna, vel alià quacunque forma alicubì imprimere, neque per alios impreſſos vendere abſque expreſſa tuî vel hæredum & ſucceſſorum præfatorum licentia vel conſenſu audeant vel præſumant, & ità per quoſcunque iudices & commiſſarios quauis authoritate fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere: Ac quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus: Mandantes nihilominùs Motu ſimili ſub interdicti Eccleſiaſtici & ingreſſus eccleſiarum Venerabilibus Fratribus noſtris Colonienſ. & quorumuis aliorum ciuitatum & locorum Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs illorum vicarijs ſeu officialibus, legatis, vel Vicelegatis, ac ſub primò dictis pœnis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & alijs quibuſuis Iudicibus quibuſcunq́ authoritate & officio fungentibus, quatenùs quotiès pro parte tua, & ſucceſſorum tuorum, vel alicuius eorum huiuſmodi fuerint requiſiti in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra inhibitionem præfatam inuiolabiliter obſeruari: ac te, tuoſq́ hæredes & ſucceſſores præfatos huiuſmodi, illorumq́ ſingulos conceſſione pacificè frui & gaudere: Ac impreſſores, librarios, mercatores, fautores, ſcientes & non reuelantes, quos inhibitioni præfatæ contraueniſſe eis conſtiterit, excommunicationis & alias ſententias, cenſuras & pœnas huiuſmodi incurriſſe declarent, ac pro talibus publicè nunciari mandent, & faciant contradictores quoſlibet & rebelles per eaſdem cenſuras & pœnas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: inuocato etiam ad hoc, ſi opùs fuerit, auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus Conſtitutionibns & Ordinationibus Apoſtolicis, Priuilegijs quoquè, Indultis & literis Apoſtolicis ſuper imprimendorum Tomorum facultate quibuſuis perſonis cuiuſcunq́ dignitatis & præeminentiæ exiſtentibus etiam motu & ſcientia ſimilibus, ac ſub quibuſuis tenoribus & formis, necnon clauſulis & decretis conceſſis: Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumq́ totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua: non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, àc ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliâs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxàt ſpecialiter & expreſſè derogamus: Aut ſi impreſſoribus, librarijs, & mercatoribus præfatis, vel quibuſuis alijs, communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem & eadem authoritate decernimus præſentium literarum tranſcripta in ipſis Tomis impreſſa in iudicio & extra ſufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obſtante. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die* XXIIII. *Septembris, M. D. LXIX. Pontificatus noſtri anno quarto.*

Ca. Glorierius.

DE

Digitized by Google

DE HVIVS OPERIS RATIONE AC VTILITATE

PRÆFATIO PETRI BVSÆI NOVIOMAGI.

AMICVS quidam noſter prudentia ac dignitate præſtans, cùm hunc Catechiſmum Doctoris Petri Caniſij diù ac multùm euoluiſſet, maiorem in modum optauit, vt quæ varijs ex Patribus in illo collecta, breuiterq́; tradita continentur, aliquanto fuſiùs, prę ſertim in rudiorum gratiam explicarentur. Nec enim ſatis fore putauit, ex alijs Catechiſmis, qui non pauci & vtcunquè elaborati circunferuntur, huc lucem maiorem adferre: ſed hoc poſtulauit maximè, vt ad verbum libro adſcriberentur, quæ partìm ex ſacris literis, partìm ex Patrum monumentis petita, circa marginem duntaxàt, vt fit, ſuccinctè indicabantur. Neque ille verò temerè cogitauit, hac quidem ratione, & teſtimoniorum, quæ diximus, adiecta luce, fieri poſſe, vt quod opus multorum nunc manibus teritur, maiorem quoquè fructum, & pleriſque ſingularem commoditatem exhiberet. Primùm enim ità conſulitur Catechiſtis, qui ſiue Catechiſmũ Romanum ex decreto Concilij editum & pro parochis conſcriptum, ſiue hanc doctrinæ Chriſtianæ Summam ſimplicioribus alijs & populo traditam explicent, graui leuẽtur labore in conquirendis Authorum ſententijs: prę ſertim cùm nec ſuppetant omnibus tot libri Patrum atq; Theologorum. Deindè non poteſt ex harum ſententiarum collectione non aliqua tum vtilitas, tum voluptas conſequi, cùm lector luce clariùs videt, veteris quidem Eccleſiæ ſenſum atque conſenſum huic libro tam pulchrè fauere atque patrocinari. Grauis eſt enim authoritas Patrum, vt ait Hilarius: quos omninò qui contemnunt vel negligunt, næ illi non intelligunt, quantoperè contriſtent & offendant in ſuis electis organis Spiritum ſanctum, qui etiam nunc in Patrum ſcriptis viuit ac loquitur cõtinenter, magnumq́; lumen & robur neceſſarium præbet Eccleſiæ Dei, tum in ſcripturarum interpretatione, tum in Catholicæ fidei doctrina confirmanda ac propugnanda. Quam enim aliam potiſſimùm ob cauſam arbitramur poſt Apoſtolos, Prophetas & Euangeliſtas, diuinitùs per tempora & loca datos conſtitutoſque eſſe Paſtores & Doctores: niſi, vt Apoſtolus ait, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris? Quo quidem officio ac munere ſuo dum etiam poſtquàm è vita exceſſerint, funguntur, relictis clariſſimis literarum monumentis, in quibus teſtatas conſignataſque animorum ſuorum ſententias prodiderunt: ſi eos, tanquàm qui errent ipſi, audire contemnimus: an non Deum ipſum aſpernamur, cuius conceſſu ac munere illos habemus? An non eundem fraudis ac mendacij arguimus, qui pro luce tenebras, pro viæ ducibus & doctoribus veritatis, errorum magiſtros atque authores dederit, quique falſis promiſſis Eccleſiam ſponſam ſuam miſerè deluſerit? Etenim ſi Patres in aliquo fidei dogmate conſentientes & quaſi conſpirantes, lapſi fuerint, vniuerſam Eccleſiam aliquãdo in fide, quæ baſis & fundamentum eſt religionis, erràſſe conſequetur. Aberrante ſiquidem Paſtore, neceſſarium eſt & oues aberrare: & quò oculi dirigunt corpus, eò pariter reliqua membra deferri moueriquè neceſsè eſt. Quo tandèm igitur pacto Deus conſtare ſibi, ac in promiſſis ſuis conſentire poterit? Quę fides, quæ authoritas diuinæ pollicitationis de perpetua Spiritus ſancti & Chriſti Domini præſentia, ac in veritatis fideique doctrina ſtabilitate & conſtantia, quam Eccleſię promiſſam diuinæ literæ planè & perſpicuè teſtantur? Quomodò Chriſtum Dei ſapientiam à ſtultitiæ nota vindicabimus, qui & domum ſuam ſuper arenam ædificàſſe, & non ad cõlumnam & firmamentum veritatis, vtì debebat, ſed ad erroris ducem atque magiſtram conſulendam atque audiendam ablegàſſe videri poſſet? Quare ſumma repræhenſione digni ſunt audaciſſimi ſimul & arrogantiſſimi homines, qui Patres omnes in doctrina conſentientes præ ſe contemnunt, illorumque grauiſſima iudicia in vulgi contemptionem adducunt: tum de horum erroribus & næuis ad arbitrium libidinemque garriunt impudenter. Nam quis ignorat has voces, quas Luterum inconditè fundere, ac temerè ſuperbeque effutire non puduit: In [a] omnium Patrum ſcriptis multos inueniri errores, ſæpè in oratione ſecum ipſos pugnare, ſæpè inter ſe diſſentire, diuinas ſcripturas torquere: Auguſtinum ſolùm diſputare, definire nihil: Hieronymum in Commentarijs ferè nihil aſſerere, [b] ipſumque & Origenem tam ineptè ſacras literas tractàſſe ac explanàſſe, vt nemo propemodùm, ſi huic Momo credimus, ineptiùs id feciſſe videatur. Atque inſolentiùs

Ephes. 4.
Heb. 11.
Ioan. 14 & 16.
Matth. 28.
Eſaiæ 59.
Matth. 16.
Lucæ 22.
Matth. 7.
1. Timoth. 3.
Matth. 18.
a In prologo aſſertionis articulorum damnatorum à Leone decimo.
b De ſeruo arbitrio ad Eraſm.

Digitized by Google

lentiùs ſeſe efferens,[a] certum ſe gloriatur, improbeque iactat, dogmata ſua, quantumuis impia, habere ſe de cęlo: adeò vt nihil curet, ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, ipſi quàm maximè aduerſentur atque reclament: Deum errare, decipi & fallere non poſſe: Auguſtinum & Cyprianum, ſicut omnes electos, errare potuiſſe, ſæpiusque erráſſe. Melanchthonis verò, qui modeſtior videri voluit, quàm intolerabilis arrogantia? dum in ſuo de Locis cõmunibus rerum Theologicarum libello, quem Luterus inuictum[b] appellauit, & non tantùm immortalitate, ſed canone quoquè Eccleſiaſtico dignum cenſuit, ſic[c] audet pronunciare: Scripsęre de libero arbitrio Auguſtinus & Bernardus, & ille quidem ſua poſterioribus libris quos aduersùs Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus non eſt ſimilis ſuî. Sunt hac de re etiam apud Græcos quædam, ſed ſparsìm. EGO quandoquidem non ſequar hominum opiniones, & ſimpliciſſimè & planiſſimè rem exponam, quam ferè obſcurârunt Authores tum veteres tum noui: quia ſic interpretabantur Scripturas, vt ſimul vellent tamen rationis humanæ iudicio ſatisfieri, &c. Quem libellum his tandèm verbis concludit: Cenſeo non aliter atquè peſtem fugiendos hominum commentarios in rebus ſacris, quòd doctrina ſpiritus purè niſi è ſcripturis hauriri non poſſit. Atque hæc ille Melanchthon auſus eſt tanto ſupercilio dicere, quum tamen aliquot annis poſteà, vt erat inconſtans, dictam ſuam de libero hominis arbitrio ſententiam prorsùs[d] reuocârit, immò eam velut Stoicorum opinionem, & Manichęorum delirationes inſaniasque ex profeſſo confutârit. Quid verò Caluinus Thraſo ille Gallicus? quem nihil puduit in ſuis Inſtitutionibus[e] has voces faſtus & arrogantiæ plenas fundere: Parùm, ait, me mouent, quæ in veterum ſcriptis de ſatisfactione paſsìm occurrunt. Video quidem eorum nonnullos (dicam ſimpliciter, omnes ferè quorum libri extãt) aut in hac parte lapſos eſſe, aut nimìs aſperè ac durè locutos. Quid hoc, quæſo, eſt aliud, quàm in præſtantiſſimos viros, cum quibus nec vitæ ſanctimonia, nec ſolida perfectaque eruditione conferri poſſunt Rabini iſti, ſcelerata procacitate inſultare, atque adeò veterem religionem, hoc eſt, Catholicam veramque doctrinam, impiè nequiterque irridere, & ſacra omnia conuellenda & peſſundanda permittere populo, qui vel ſpontè ad omnem huiuſmodi licentiam & ſacrorum neglectum pręceps fertur? Neque enim eo vno ſolùm Patribus magnam authoritatem tribuimus, quòd fuerint omni doctrina & virtute ornatiſſimi, quos conſtat Spiritu ſancto, qui eſt Spiritus veritatis, permotos atque incitatos, non adumbratam quandam eruditionis imaginem, vt iſti nouatores, ſed ſynceram, ſolidam, atque expreſſam doctrinam, diuinarumque literarum, quæ ab eodem Spiritu profectæ ſunt, rectam intelligentiam conſecutos eſſe, ſemperque tenuiſſe: ſed vel maximè ob eam etiam cauſam, quòd ex eorum præclaris ac fide dignis teſtimonijs perſpicuè intelligamus, quænam ipſorum temporibus ſententia & doctrina fuerit Eccleſiæ Catholicæ, quæ columna eſt & firmamentum veritatis. Quod quàm magni faciendum ſit, aduerſariorum ſtudium atque inſtitutum haud obſcurè declarat. Quotieſcunquè enim ſuam doctrinam Patrum authoritate ſtabilire ſibi poſſe videntur, id quidem & ſumma voluntate, & libenter ſtudioſeque faciunt: ſed qua fide, non ignorant eruditi, & in rebus quidem ſacris vtcunquè verſati. Etenim ſicubì Patres illorum palato ſatisfaciunt, ipſorumque nouis placitis fauere videntur, tunc quidem ab eis & ſancti & docti habentur præ cæteris, tunc horum laudes non ſine plauſu publicè celebrantur. At rursùs, quum ſe ſuaque noua dogmata premi & reijci Patrum authoritate ſentiũt, contra illos velut homines errori obnoxios excipiunt, horũ næuos accuſant, prudentiã deſiderant, imbecillitates agnoſcunt: hoc eſt, ſe ſapere, illos deſipere, ſi nõ verbis, at reipſa quidẽ pro ſe ferunt, quin & vulgo perſuadere conantur. Proindè nouus hic labor cùm ad alia, tum ad conuincendos & redarguendos etiam eos non parùm conferet, qui in hunc Catechiſmum ſcribere, ac virus acerbitatis ſuæ euomere, eumque petulanti lingua & inſano ſtudio non deſinunt inſectari: Nec ſanè mirum. Malè habet hoſtes coniuratos Eccleſiæ, hoc qualecunque doctrinæ Catholicæ compendium: illis eſt veluti ſudes in oculis id omne, in quo ſentiunt ad veteris religionis confirmationem & illuſtrationem magna ineſſe momenta. Hinc illæ lachrymæ, hinc odia & furores aduerſariorum, in libri huius Authorem ità debacchantium, vt omnis modeſtiæ, charitatis & pietatis Euangelicę prorsùs obliti eſſe videantur. Aegrè ferunt inuidi homines, optimum Cæſarem in Auſtria hoc opus primùm publicâſſe, tum Reges, Principes ac Magiſtratus maximos pro ſua quidem authoritate curâſſe ſedulò, vt hic Cæſareus Catechiſmus publicè doceatur: & in varias quoquè linguas traductus, magno bonorum conſenſu ſimul & applauſu paſsìm excipiatur. Pergunt igitur iſti, ſi ſecùs fieri non poteſt, pergant inquam latrare atque mordere: rideant & contemnant, quod in Curijs prudentiſſimi Magiſtratus, & in Gymnaſijs viri eruditiſſimi comprobârunt. Quòd ſi non vni credunt operis huius Authori, ſaltem Patribus, quos ille duces de conſulto ſequitur, aut certè quidem Eccleſiæ matri, quam Chriſtus audire præcepit, fidem & authoritatem velint concedere. Alioquin

[a] Aduersùs Henricũ Regem Angliæ.

[b] De ſeruo arbitrio ad Eraſmum.

[c] In locis cõmunibus ad Tilmannum Pletnerum anno 21. cap. de hominis viribus & libero arbitrio

[d] In loc. cõmun. ad Hẽricũ Regem Angl. ann. 36. cap. de cauſa peccati & cõtingentia. & ca. de humanis viribus, ſeu de libero arbitrio. Item in editionibus alijs ſequentium annorum.

[e] In inſtitut. ſuis lib. 3. c. 4 ſectio. 38.

De SS. Patrũ authoritate vide D. Auguſtini & Lirinẽſis ſententiam infrà quæſt. 11. de pręceptis Eccleſiæ, pag. 150. & ſeq.

1. Tim. 3.

Matth. 18.

Digitized by Google

quin cæci ſunt & obſtinatè præfracti, nî videant & admittant Scripturæ Patrūmque teſtimonia, quæ bona fide collecta proponuntur. Inſpiciant ſuos ipſi codices, adeant fontes, & conferant omnia quæ hîc è Patribus adducuntur: deindè iudicent, ſed ità, vt venerandæ antiquitatis potiùs, quàm profanæ nouitatis ſe ſtudioſos eſſe declarent. Iam verò ſi communis eſt Patrum ſententia, ſi firma & certa Eccleſiæ doctrina, quam hic liber repetit atque confirmat, iniquè profectò faciunt, qui hoc vni Authori crimen exprobrant: quod ſi omninò crimen habendum eſt, non magis in illo vno, quàm in Catholicis omnibus erat repræhendendum. Sed hac nimirùm arte & fraude libenter vtuntur Sectarij, vt quemadmodùm Rhetores docent, ad odium inuidiamque conflandam nihil non congerant, variosque hominum impotentium concitent affectus vociferando, vt ſi non prudentium, at populi ſaltem iudicio vincere & triumphare videantur. Accedit & alia non leuis impoſtura, quòd noui iſtius Euangelij præcones imperito vulgo nunquàm non inculcent ea quæ ad veteris Eccleſię odium atque deſpicientiam ſpectant, & fingunt audacter, Catholicorum doctrinam & ritus nuper cœpiſſe, & à Pontificibus, Monachis ac Sophiſtis neſcio quibus ſuam accepiſſe vim & originem, nulliſque firmis niti principijs & fundamentis. Hac demùm arte ac fraude inſtructus Melanchthon, audet palàm aſſeuerare, ſed futiliter prorſùs, [a] Neminem ante Gregorium Magnum ex veteribus ſcriptoribus Inuocationis Sanctorum mentionem feciſſe: In veteri Eccleſia morem conſuetudinemque ſeruatam, [b] vt poſt diuortium perſonæ innocenti, coniuge ſuperſtite, alteri nubere liceret: Sacramenti Euchariſtiæ [c] oblationem pro mortuis, Auguſtini ætate nondùm vſurpatam fuiſſe. Sed nec Brentius ſcribere dubitauit, Apparet, inquit, [d] veteri Eccleſiæ ignotam fuiſſe Tranſubſtantiationem: Euchariſtiam non creditam fuiſſe olìm, Sacrificium eſſe propitiatorium, aut ex ſe ad remiſſionem expiationemque peccati inſtitutum: Nihil quod definitum ſit aut certum, Auguſtinum de Purgatorio poſteris prodidiſſe. Caluinus verò quid? Neminem [e] vſque ad Gregorij tempora vidiſſe quòd Matrimonium pro Sacramento datum fuerit: Veteres, [f] cùm de Sacramentis propriè loquuntur, ac præſertim Auguſtinum, non plura duobus, Baptiſmo nimirùm & Euchariſtia, agnouiſſe: Omnes [g] veteres vna voce clamare, nullam penitùs voculam à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſariò obtemperandum: eoſque nulla dubitatione vbiquè docere, ea, quæ vocamus Euangelica conſilia, Chriſtum non conſuluiſſe duntaxàt, ſed iuſſiſſe: Confeſſionem [h] (quam vocat auricularem) multis poſt Chriſtum ſeculis inauditam fuiſſe atque inuſitatam. Verùm hæc aliaque id genus tam fœda quàm aperta mendacia quintum hoc parit Euangelium: his velutì floſculis noui Theologi ſuos libros, ſuasque conciones & diſputationes exornant: his figmentis vulgus ſibi conciliare, & ab Eccleſiæ Catholicæ caſtris auocare contendunt. Cæterùm hos fumos ac fucos, hæc vana commenta, meraque mendacia is facilè intelliget atque diſpellet, qui hoc opus legerit, ac in eo Patrum probatiſſimorum ſententias expenderit, totamque antiquitatem conſuluerit diligenter. Poſtremò habent hîc ad manum Parochi & Concionatores, quo ad Catechiſmum alijs tradendum paratiores accedant, vndè minori etiam negocio colligant cętera, quæ ſuſcepto argumento & auditorum captui magis accommodata eſſe videbuntur. Plurimùm verò refert, eos qui docent alios de Religione, ex Catechiſmo ſemper aliquod ſibi caput excerpere, quod auditoribus tradant, & obſeruata Methodo expediant luculenter. Vtantur ergò & fruantur hoc labore boni omnes, ſiue magiſtri, ſiue diſcipuli. Habeant ſanè, vndè ſe & ſuos in præcipuis Catholicæ doctrinæ capitibus, lociſque multis Theologicis, de quibus nunc maximè diſceptatur, commonefaciant, & ſolida veritatis teſtimonia petant confirmentque.

Benè vale in Chriſto lector, & hunc laborem noſtrum boni conſule. Coloniæ Agrippinæ Idibus Auguſti, Anno Domini M. D. LXIX.

a In Apologia Auguſtanæ Confeſſionis, cap. de Inuocatione Sanctorum.

b In examine ordinandorū anno 54. Vuittebergæ tradito, & in Appēdice locorum Cōmu. poſterioris edition. c. de Coniugio.

c In libello de Eccl. authoritate & veterum ſcriptis.

d In Confeſſione Vuirtebergenſi.

e In inſtitut. lib. 4. cap. 19. ſectio. 34.

f Lib. 4. c. 19. ſect. 3. & 12.

g Lib. 4. c. 13. ſect. 12.

h Lib. 3. inſt. c. 4. ſect. 18.

Digitized by Google

ADMONITIO EIVSDEM AD LECTOREM.

PRIVSQVAM ad hoc opus euoluendum candide lector accedas, de quibuſdam te admonendum & informandum duximus. Ac primùm quidem, quid ſibi velint alphabeti literæ, quæ ſingulis paragraphis quæſtionum Catechiſmi adſcriptæ ſunt: tum quid in citationibus Scripturarum & ſanctorum Patrum obſeruandum ſit: demùm, vndè Patrum teſtimonia, de quibus ambigi poſſet, deſcripta ſint. Quòd igitur ad literas attinet, eas appoſuimus, vt faciliùs authoritates quæ ad marginem citantur, inueniri poſſint. Nam exempli cauſa, ea teſtimonia quæ in paragrapho A citantur, eodem ordine poſteà ſubſcripta reperiuntur, adiectis numeris: qui quidem numeri hoc præſtant, vt ſi alio in loco eadem teſtimonia producantur, poſſint citra difficultatem reperiri: Nimirùm ſi qua D. Auguſtini authoritas, quæ vno in loco citata eſt, repetatur & alibi: hoc compendio inueniri poſſit, cùm dicitur, Vide ſuprà quæſtione 9. B 2. quod ſignificat authoritatem ſecundam paragraphi B.

Circa teſtimoniorum & authoritatum deſcriptionem hęc ferè indicanda videbantur. Primùm mirari neminem debere, quòd numeros librorum & capitum non Arithmeticis notis, vt fieri ſolet, ſed integris dictionibus expreſſerimus. Ad quod faciendum hæc nos cauſa commouit, vt ſcilicet lectorem qui his authoritatibus & ſententijs vtetur, magis ſecurum reddamus. Neque enim rarò accidit, & nos ipſi non ſemel obſeruauimus, vt ea quæ ab ipſis authoribus rectè per numeros annotata fuerant, vel exſcribentium, vel typographorum incuria permutarentur: nec ſanè mirum, cùm facilimè contingat, vt numerus alius pro alio ſubſtituatur, aut propter formarum ſimilitudinem, aut ſola figurarum inuerſione facta. Itaque vt nè errores eiuſmodi inciderent tum in ſcribendo ſiue imprimendo, tum ſi neceſſè fuerit, aliàs recudendo, maluimus integris dictionibus vti, quas commutare non ità facile foret. Fecimus id ob eam etiam cauſam, vt ex hoc libro faciliùs reſtitui & corrigi loca poſſint, quæ in ipſius Catechiſmi margine annotantur, ſi in eo ſæpiùs imprimẽdo, errores in numeris committerentur. Alterum eſt, de quo admonendus videbare, ordinem teſtimoniorum in hac editione mutatum eſſe: non enim, vt olìm factum fuit, ſeorsìm primò Sacrarum literarum authoritates, & pòſt Patrum teſtimonia ſimul collocata ſunt: ſed ità permiſcuimus, ſicut in margine hæc ab authore Catechiſmi citata ſunt: partìm quo faciliùs ſingulas authoritates ab authore Catechiſmi adiectas reperias, & ad vnius dogmatis confirmationem citatas, tum Scripturæ ſacræ, tum Patrum ſententias in vnum locum collectas habeas: partìm vt videas quis ſit genuinus Scripturarum citatarum ſenſus, is nimirùm quem ſancti Patres immediatè ſubiecti expreſſerunt. Tertium verò eſt, vt ſi animaduertas in Scripturæ verbis quædam aliter legi, quàm in nonnullis Biblijs vulgatæ editionis habeatur, memineris nos in ijs deſcribendis Louanienſium Theologorum caſtigationem ad vetuſtiſſima exemplaria factam, ſecutos eſſe. Poſtremum deniquè eſt, quòd non ignoremus pleroſque fore qui ſententiarum & authoritatũ longitudinem ægrè ferent. Verùm cùm è diuerſo ſint non pauci, qui mâlint integras Patrum ſententias, quàm ità breuiter adductas: non potuimus vtrique parti commodiùs ſatisfacere, quàm ſi viam mediam teneremus, vt ea ſolùm proferrentur, quæ ad rem ipſam potiſſimùm facere videbantur: quanquàm vereamur nè alicubì longiores aut æquo breuiores fuerimus: cuius errati facilè, vt ſpero, veniam dabis. Vtut eſt, meo quidem iudicio, ſanctorum Patrum ſententiæ faciliùs intelliguntur, quando & antecedentia & conſequentia ſimul ponuntur ob oculos: vt taceam, quòd non rarò quando verba longiùs adnotantur, ſimul etiam rationes & argumenta lectori ſuppeditentur, partìm ex Scripturis ſacris, partìm aliundè petita. Neque enim nudè ſimpliciterq; de rebus fidei ſuam ſententiam exponunt Patres, ſed nonnunquàm ex profeſſo eam probant & confirmant. Iam quis dubitet, quin eorum argumenta multo maiorem authoritatem fidei Catholicæ confirmandæ, ſolidiusq; robur tribuant, quàm ſi ſimpliciter aſſeuerarent quod ſentiunt? Nunc ad illud veniamus, de quo tertio loco dicendum erat. Sunt authores multi tum Græci tum Latini, qui partìm à diuerſis tranſlati, partìm ab alijs atque alijs correcti, diuerſis locis & temporibus editi fuêre, in quibus editionibus ſæpenumerò, præſertim quòd ad numeros capitum aſſignandos attinet, reperire eſt magnam varietatem. Vt igitur certiora noſtra ſint omnia, operæprecium erit indicare, quos interpretes Græcorum, quaſq; editiones Latinorum, aut correctiones vtrorunque, ſecuti ſimus, non quidem in omnium Patrum libris, ſed eorum tantùm, quorum mentionem facere, neceſſarium arbitramur: nè quis arbitretur nos mala fide egiſſe, ſi cum ſuis codicibus hæc fortè teſtimonia non per omnia conueniant, aut capita capitibus minùs reſpondeant. Igitur vt à Græcis ſumamus initium, Secuti ſumus tranſlationem Ambroſij Camaldulenſis in Dionyſio Areopagita, veterem in Ignatio, in Conſtitutionibus Apoſtolicis Clementis Franciſci Turriani, Gelenij in Ioſepho: quanquàm in libris antiquitatum retineamus numeros capitum, qui in editione veteri habebantur, & in Gelenij tranſlatione ad marginem adſcripti ſunt. In Iuſtino Philoſopho & Martyre Perionium, in hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebij, Socratis, Sozomeni, Theodoreti & Euagrij, nec Ruffinum, nec Muſculum, ſed Ioannem Chriſtophorſonum Anglum, Ciceſtrenſem Epiſcopum (nec id quidem ſine cauſa) interpretem ſequimur: ac proindè mirari non debes, ſi capitum numerus qui in hoc opere notatur, cum editionibus aliorum non conueniat. Citamus Origenem ex editione Pariſina anni Domini 1574. à Gilberto Genebrardo diligenter recognita; Athanaſium iuxta verſionem Nannij, Baſilium iuxta editionem & correctionem Godefridi Tilmanni Pariſienſem: quanquàm Cornarij numeros in citatione capitum non rarò etiam adiunxerimus. Nazianzenum ex poſtrema Abbatis Billij conuerſione & editione Pariſienſi anni 1583. eiuſdem verſionem in Damaſceno ſequimur. Nyſſenum ex editione partìm Baſileenſi, quæ habet conuerſionem Laurentij Siſani, partìm Pariſina anni 1573. in qua pleraque à Gentiano Herueto, & Petro Franciſco Zino ſunt tranſlata: Chryſoſtomum & Theophylactum ex correctione Philippi Montani, Oecumenium deniquè, prout is è Græco in Latinum conuerſus eſt ab Hentenio. In Irenæo ſecuti ſumus editionem Pariſinam, ſtudio & opera F. Franciſci Feu-ardentij, ordinis F. Minorum, in S. Facultate Pariſienſi Theologi, B. anno 1575. emendatam. Quòd ad Latinos ſpectat, Romanorum Pontificum epiſtolas & Conciliorum canones ex tomis Conciliorum ſecundùm poſtremam Laurentij Surij editionem ferè deſcripſimus: in epiſtolis tamen Leonis Magni retinuimus eum numerum, qui eſt in ipſius operibus, non autem eum, qui in tomis Conciliorum. In Cypriano ſequimur editionem Manutij Romanam, & correctionem Pamelij Antvverpianam: in Epiſtolis autem citandis, ordinem illum ſeruamus, in quem à Pamelio digeſtæ ſunt: ità tamen, vt ad marginem etiam iuxta Manutij & antiquam editionem libri & Epiſtolæ numerus notetur; Tertulliano vſi ſumus ex eiuſdem Pamelij editione. In Ambroſio partìm Baſileenſem iuxta correctionem Coſterij, partìm nouiſſimam Pariſienſem Ioannis Gillotij Campani. In Hieronymi

Digitized by Google

Epiſtolis Romanam, in relquis Plantinianam editionem, & Mariani Victorij Reatini emendationem: numerus tamen capitum in primis tribus Tomis epiſtolarum eſt iuxta impreſſionem Plantinianam: In Auguſtino Antuerpienſem à Theologis Louanienſibus correctam, vndè non miretur lector numerum capitum in quibuſdam libris non conuenire cum alijs editionibus. In Gregorio Magno Pariſienſem: quod admonemus, nè mireris in libris Moralium aliam nos ſequi capitum diſtinctionem, quàm habeat editio Baſileenſis. Caſſiano ab Henrico Cuyckio emendato & à Plantino anno 1578. impreſſo vſi ſumus. In Iſidoro & Rabano Colonienſem ex poſtrema recognitione Melchioris Hittorpij: in Proſpero, Lanfranco, & Guitmundo atque Iuone, Louanienſem. Supereſt, vt de ijs libris Patrum dicamus, qui ſeparatìm excuſi, aut etiã alijs Patribus inſerti atque adiuncti, non tam facilè à quouis inueniuntur: inter quos ſunt libri Paſchales Theophili Alexandrini, qui reperiuntur in Antidoto contra diuerſas omnium ferè ſeculorum hæreſes, Baſileæ edito anno 1528. & in fine operum Diui Hieronymi Pariſienſis editionis, quanquàm illic Hieronymi epiſtolæ ad eundem Theophilum ſcriptæ, præfixæ non ſint. Didymus Alexãdrinus operibus Diui Hieronymi adiectus eſt. Cyrilli Alexandrini epiſtolam ad Caloſyrium Arſinoitam, vt à Bonauentura Vulcanio nunc primùm edita eſt, citamus. Baſilij verò epiſtolam ad Cæſaream Patritiam, in operibus eius non inuenimus, ſed quæ à doctiſſimo viro Cutheberto Tonſtallo Dunelmenſi Epiſcopo, in libro de veritate corporis & ſanguinis Domini Græcè & Latinè ex ea citantur, annotauimus. Sancti Nili quæ in hoc opere citantur, inuenies inter opuſcula quatuor Abbatum à Petro Franciſco Zino Veronenſi in Latinam linguam verſa & edita. Ibidèm quoquè extat Gregorij Nyſſeni oratio de vita S. Ephræm. impreſſa ſunt Venetijs anno 1574. Petri Laodicenſis, & Germani Patriarchę Conſtantinopolitani expoſitiones in Orationem Dominicam, Petrus Morellus è Græcis recèns Latinas factas, Gregorij Niſſeni Catechetico maiori adiunxit, & Pariſijs imprimi curauit in octaua anno 1568. Ruffini expoſitio in Symbolum, præterquàm quòd in quarto tomo operum Diui Hieronymi reperiatur, extat etiam inter D. Cypriani opuſcula. Chryſoſtomi liber de Virginitate, ex verſione Ioannis Liuineij citatur; vnico teſtimonio pag. 360. excepto, in quo, cùm Liuineij necdùm poſſet haberi copia, Iulij Pogiani verſio retenta fuit. Reliqua verò Chryſoſtomi hîc citata, quæ in eius operibus non reperiuntur, inuenies apud Metaphraſten in tomis Aloyſij Lipomani, & Laurentij Surij de Vitis Sanctorum. Liturgiæ beati Iacobi, Baſilij, & Chryſoſtomi ſimul editæ ſunt per Claudium Sainctesium Theologum Pariſienſem: attamen Baſilij & Chryſoſtomi Liturgiæ, eorum operibus in Pariſienſi editione etiam adiunctæ ſunt. Beſſarionis ſcripta quædam de Euchariſtia, in eodem opuſculo continentur. Si qui ſunt eius generis authores alij in Catechiſmo citati, quorum ſcripta haud ità nota ſunt, ea vel ſeparatìm impreſſa extant: vel in ijs voluminibus inueniuntur, in quibus diuerſorum authorum ſcripta collecta ſunt: cuius generis ſunt octo tomi Aloyſij Lipomani de Vitis Sanctorum, Μικροπρεσβύτικον, Antidotum contra diuerſas hæreſes, Bibliotheca ſanctorum Patrum cum ſua appendice Pariſijs edita, Panoplia Euthymij: vel deniquè locus vbi quærenda ſit authoritas, ſimul annotatus eſt.

Hæc ſunt, de quibus te candide lector admonere voluimus. Tu interìm hoc labore fruere, ac humaniſſimo conſultiſſimoq; Iuriſprudentiæ Licentiato D. Geruino Typographo diligentiſſimo & valdè Catholico gratias habe, qui prò ſua prompta iuuandæ Eccleſię & promouendorum ſtudiorum theologicorum voluntate, operam ſuam in hac re fideliter pręſtitit. Atque vt alia permulta eximia opera ad doctrinam Catholicam illuſtrandam & propagandam politè & nitidè typis mandauit, atque in lucem emiſit: ità & in hoc opere ſuam in imprimendo induſtriam declarat, quòd & eleganter & emendatè excudere voluit. Si qui errores inter imprimendum obrepſerunt, quod vitari vix poteſt, eos tales eſſe exiſtimamus, qui ab vnoquoque facilè corrigi poſſint. Quòd ad ſententias ipſas attinet, dedimus ſanè operam, vt facta collatione diuerſorum exemplarium, quæ nanciſci poteramus, quàm emendatiſſimè prodirent. Ea quæ in ſententijs Patrum potiſſimùm obſeruanda videbantur, & Scripturarum quæ ab ijs adducuntur, loca, breuiter in ſtudioſorum gratiam, ad marginem adſcripſimus. Quæ ſicubì non omninò eregionè locata ſunt, ducta linea ad ſuum locum facilè referri poterunt. Et quoniam in hoc opere, ſicut & ſæpè aliâs, Lector ſcire cupit, in quam ætatem citati Patres inciderint, quóve ſeculo aut floruerint, aut ſcripſerint, quantamq; vetuſtatis commendationem habeant; hæc enim illorum ſententijs non paruam addit authoritatem, viſum eſt operę precium fore, ſi Chronologiam Eccleſiaſticam ab erudito Societatis noſtræ Theologo recèns contextam, & per centurias diſtinctam hîc ſubijceremus. Inde quiuis nullo ferè negotio intelliget Catalogum & ſeriem omnium, qui hactenùs in Eccleſia extiterunt Pontificum & Imperatorum; quo itidèm tempore Concilia præcipua & alicuius nominis fuerint celebrata; quando prætereà non modò plerique ſcriptores Eccleſiaſtici, & plures quidem quàm deindè citantur, cum laude vixerint; verùm etiam infames hæretici caſtra Eccleſiæ infeſtârint. Horum omnium ſeries tam breuiter & dilucidè velut in tabellis propoſita, etiam aliud agentes pulchrè delectat, ac de multis rebus & publicis mutationibus in Eccleſia factis doctos & indoctos vtiliter monet atq; docet. Hoc ſolum interìm notet Lector, in Pontificum & Imperatorum ætate aſſignanda Onuphrium ferè nos ſecutos eſſe: deindè in ſecunda claſſe, quæ Concilia complectitur, & quarta, qua Scriptores Eccleſiaſtici recenſentur, quæ tenuioribus diuerſiq; generis typis excuſa ſunt, eorum in hoc opere mentionem non fieri: reliquorum autem omnium teſtimonia allata depræhendi. Poſtremò non abs re fore duximus, ſi quorundam Patrum encomia ex veteribus excerpta ſcriptoribus adijcerentur, vt in quanto illi honore apud Maiores noſtros fuerint, cognoſci queat: habeantq; Concionatores & alij profeſſores epitheta, quibus vtantur dum eorum teſtimonia producunt. Iterùm vale.

CHRO-

CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA.

Anno Dñi ſucceſſit	Pontif. Svmmi.	Concil. & Persecvt.	Imperatores Romani.	Scriptores Ecclesiastici.	Haeretici.	
	Ieſvs Christvs.		Auguſtus. Tiberius. Caius Caligula.			
34	S. Petrus Apoſtolus & martyr.	Hieroſolymitanũ Conciliũ.	Claudius. Nero.	Philo Iudæus.	Simon Magus.	
56	S. Linus martyr. S. Cletus martyr.	Prima perſecutio ſub Nerõe.		S. Martialis. S. Dionyſius Aropagita Epiſcopus & martyr.	Iudaizantes.	
68	S. Clemens martyr.		Galba, Otho, & Vitellius. Veſpaſianus. Titus.	Ioſephus Iudæus	Nicolaus Antiochenus. Cerinthus. Ebion.	
84	S. Anacletus martyr.	Secunda perſecutio ſub Domitiano.	Domitianus.	S. Ignatius Epiſcopus & martyr. *Prochorus diſcipulus S. Ioan. Euangeliſtæ.*	Menander. Saturninus.	
96	S. Euariſtus martyr.		Nerua. Traianus.			1400
Añº D.100						
109	S. Alexãder 1. martyr.	Tertia perſecutio ſub Traiano.			Baſilides.	
117	S. Sixtus 1. martyr.		Adrianus.		Gnoſtici à Carpocrate.	
127	S. Teleſphorus mart.				Chiliaſtæ.	
138	S. Higinus martyr.		Antoninus Pius.			
142	S. Pius 1. martyr.			S. Iuſtinus Philoſophus & martyr. *Hermes frater Pij Pontificis.*	Cerdon. Archontici. Marcion. Caini vel Caiani. Valentinus.	Ante annos
153	S. Anicetus martyr.					
163	S. Soter martyr.	Quarta perſecutio ſub Marco Antonino.	M. Antoninus Verus cum fratre L. Aurelio Commodo.	*S. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus. S. Polycarpus martyr. Egeſippus.*		
171	S. Eleutherius martyr.			S. Irenæus martyr.	Tatianus, à quo Encratitæ.	
186	S. Victor 1. martyr.		Commodus M. Antonini Veri filius.	*Athenagoras. Melito Sardenſis Epiſcopus.*	Apelles. Bardeſanes. Montanus, à quo Cataphrygæ, & Pepuſiani.	
198	S. Zephyrinus martyr.		AElius pertinax. Seuerus.	Clemens Alexandrinus. Tertullianus. *Theophilus Antiochenus.*	Seueriani à Seuero. Blaſtus. Quartodecimani. Valeſij. Berillus. Apoſtolici. Melchiſedechiani. Florinus.	1300
Añº D.200						
		Quinta perſecutio ſub Seuero.	Antoninus Caracalla.	Origenes.		
218	S. Calixtus 1. martyr.		Macrinus.	*Ammonius Alexandrinus.*		
223	S. Vrbanus 1. martyr.		M. Antoninus Heliogabalus.	*Minutius Felix.*	Helchiſitæ, ſeu Helcheſaitæ.	
231	S. Pontianus martyr.		Alexander.			
236	S. Anterus martyr.	Sexta perſecutio ſub Maximino.	Maximinus.			
237	S. Fabianus martyr.		Balbinus & Pupienus. Gordianus. Philippus cum filio Philippo.	*Iulius Africanus.* S. Hippolytus Portuenſis Epiſcopus & martyr. S. Cyprianus Epiſcopus & mart. *S. Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus, Thaumaturgus dictus.*		
251	S. Cornelius martyr.	Septima perſecutio ſub Decio.	Decius cum Decio filio.		Nouatus, à quo Nouatiani & Cathari.	Ante annos
253	S. Lucius 1. martyr.		Gallus cum Voluſiano.	*Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus.*		
255	S. Stephanus 1. mart.	Octaua perſecutio ſub Valeriano & Galieno.	Valerianus cum Galieno.	*S. Pontius Diaconus B. Cypriani.*		
257	S. Sixtus II. martyr.			*S. Victorinus Epiſcopus Pictauienſis martyr.*		
260	S. Dionyſius 1. mart.				Sabellius, à quo Patripaſſiani.	
271	S. Felix 1. martyr.	*Antiochenum Concilium contra Samoſatenum.*	Claudius.		Paulus Samoſatenus.	
275	S. Eutychianus mart.	Nona perſecutio ſub Aureliano.	Aurelianus. Tacitus, & poſt eum Florianus. Probus.	*S. Pamphilus presbyter & martyr.*	Nepos Chiliaſta. Hierachas, à quo Hierachitæ, ſeu Hierarchitæ.	
283	S. Caius martyr.		Carus cum filijs Carino & Numeriano. Diocletianus cum Maximiano.	*S. Petrus Alexandrinus martyr.*	Manes Perſa, vndè Manichæi.	
296	S. Marcellinus mart.	Decima perſecutio ſub Diocletiano.		Arnobius. *S. Methodius Tyri Epiſcopus.*		1200
Añº D.300						
		Sinueſſanũ in cauſa Marcellini.				
304	S. Marcellus 1. mart.		Conſtantius & Galerius. Constantinvs Magnvs.		Meletius, à quo Meletiani.	
310	S. Euſebius martyr.	Ancyranum 1.		Lactantius. Reticius Auguſtodunenſis. Euſebius Cæſarienſis.	Donatus, vndè Donatiſtæ.	
311	S. Melchiades martyr.	Neocæſarienſe.		*S. Antonius Abbas.*		
314	S. Sylueſter 1.	I. Synodvs generalis Nicena I. Patrũ 318. aduersùs Ariũ, ſub Sylueſtro. Romanum. Eliberinum. Arelatẽſe 1. & 2. Gangrenſe. Carthaginenſe 1.		Iuuencus presbyter. *Dorotheus Tyri Epiſcopus. Lucifer Caralitanus.* S. Athanaſius. *Victorinus Afer Rhetor.*	Arius, à quo Ariani. Euſtachius Sebaſtienſis Epiſc. Aceſius Nouatianus. Aſterius Sophiſta. Audeus Syrus, vndè Anthropomorphitæ.	
336	S. Marcus. S. Iulius 1.	*Romanum. Colonienſe. Syrmienſe.* Antiochenum. Sardicenſe.	Conſtantinus II. Conſtans 1. & Conſtantius fratres.	S. Hilarius Pictauenſis Epiſcopus. *Ioãnes Abbas Raythu. Oreſieſis monachus* Ioannes Climachus. *Petrus Diaconus Conſtantinopolitanus.* Optatus Mileuitanus.	Metangiſmonitæ. Macedoniani, ſeu Pneumatomachi à Macedonio. Photinus.	Ante annos
353	S. Liberius ante & iterùm poſt Felicẽ anno 356.			Chromatius Aquileienſis Epiſc. S. Didymus Alexandrinus.	Luciferiani. Bonoſus. Acatiani ab Acatio.	
355	S. Felix II. martyr.			S. Pacianus Barcilonenſis. *Iul. Firmicus Maternus, Daniel monachus*	Aerius. Eunomius, à quo Anomæi.	

Digitized by Google

	Pontif. Summi.	Concilia.	Imperatores Romani.	Scriptores Eccleſiaſtici.	Hæretici.	
		Laodicenum.	Iulianus Apoſtata. Iouinianus.	S. Baſilius Magnus. S. Gregorius Nazianzenus & Nyſſenus. S. Ambroſius. Prudentius. S. Ephræm.	Patriciani. Paterniani Rhetorius. Pattalorinchitæ. Agapetæ.	
			Valentinianus I. cum fratre Valēte.	S. Diadochus.		
366	S. Damaſus.	Valentinum. Aquileienſe. II. Generalis Synodus Constantinopolitana I. Patrum 150. cōtra Macedonium ſub Damaſo. Romanum contra Apollinarium.	Gratianus cum Valentiniano II. & Theodoſio I.	S. Hieronymus. Theophilus Alexandrinus. Ruffinus. S. Chryſoſtomus. S. Epiphanius. Philo Carpathij Epiſcopus. S. Cyrillus Hieroſolymitanus. Palladius.	Apollinariſtæ ab Apollinario. Aëtius. Seleuciani. Proclianitæ. Priſcillianus. Iouinianus. Meſſaliani, ſeu Euchitę, vel Enthuſiaſtæ. Vigilantius. Collyridiani. Heluidius, vndè Antidicomarianitæ.	
384	S. Siricius.	Carthaginenſe 2. 3. 4. & 5.		Gregorius Boeticus. Euagrius monachus.		
		Taurinatenſe.	Arcadius & Honorius.	S. Amphilochius. Eutropius. Gaudentius Brixienſis Epiſcopus.	Sabbatius, vndè Sabbatiani. Dorotheus, à quo Pſatiriani.	
398	S. Anaſtaſius I.			Philaſtrius. Q. Iulius Hilarion.	Abeliani.	1100
A. D. 400						
		Toletanum I.		S. Auguſtinus. Seuerus Sulpitius. Seuerianus Gabalenſis. S. Paulinus.	Pelagiani, à Pelagio. Cæleſtius. Vincentiani.	
401	S. Innocentius I.	Mileuitanum.	Theodoſius II. ſeu iunior, & cum eo	Poſſidonius. Oroſius. Lucianus preſbyter. S. Eucherius Lugdunenſis.	Prædeſtinati.	
416	S. Sozimus.	Teleſe. Carthagineſe 6. & 7.		S. Maximus Taurinenſis. Iunilius. Euodius. Primaſius. Victor Vticenſis.		
419	S. Bonifacius I.	Aphricanum.		Caſſianus. Marcus Eremita. S. Iſidorus Peluſiota Abbas. Simeon Stilites.		
423	S. Cęleſtinus I.	III. Generalis Synodus Ephesina 200. Epiſcoporum contra Neſtorium ſub Cæleſtino.	Valentinianus III. in Occidente.	Philippus presbyt. Cyrillus Alexand. Vincentius Lirinenſis. Socrates. Sozomenus. Theodoretus. S. Proſper. S. Petrus Chryſologus.	Neſtorius, vndè Neſtoriani.	
432	S. Sixtus III.	Regienſe. Agathenſe, vel ſub Symmacho potius.		S. Proclus Conſtantinopolitanus. S. Vigilius Tridentinus Epiſcopus.		
440	S. Leo Magnus.	Arauſicanum I. & 2. Vaſenſe I. & 2. Carpentoratenſe.		Sedulius. Palladius. S. Nilus Abbas.	Eutyches & Dioſcorus.	Ante annos
		IIII. Generalis Synodus Chalcedonensis Epiſcoporū 630. contra Eutychen & Dioſcorū ſub Leone.	Marcianus.	Claudianus Mamertus Viennenſis Epiſcopus. Saluianus Maſſilienſis. Hilarius Arelatenſ. Salonius Viennenſis Epiſcopus. S. Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus. Cerealis Epiſcopus.	Acephali à Seuero Antiocheno Epiſcopo.	
		Arelatenſe 3. Veneticum.	Leo I.	Antoninus Conſtantinienſis Epiſcopus.		
461	S. Hilarius.	Turonenſe I. Romanum.		Sidonius Apollinaris. Gennadius.	Petrus Cnaphæus, vndè Theopaſchitæ.	
467	S. Simplicius.		Zeno.	S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus. Petrus Diaconus.	Theodorus Mopſueſtienſis.	
483	S. Felix III. alijs II.		Anaſtaſius I.	S. Boetius martyr.		
492	S. Gelaſius I.	Epaunenſe.		Fauſtus Regienſis Epiſcopus.	Xenaias, ſeu Philoxenus Perſa, primus Iconomachus.	
496	Anaſtaſius II.					
498	S. Symmachus.	Romana Cōcilia ſex. Rauēnēſe.		Alcimus Auitus Viennenſis Epiſc.		1000
A. D. 500						
				Ferrandus Diaconus Carthaginenſis. S. Paſchaſius Diaconus Romanus.	Seuerus, vndè Seueriani.	
514	S. Hormiſda.	Aurelianenſe I. Tarraconenſe. Gerundenſe. Cęſarauguſtanū.	Iuſtinus I.	Iornandes, Procopius, Agathias hiſtoriographi.		
523	S. Ioannes I. martyr.	Ilerdenſe. Valentinum.				
526	S. Felix IIII. alijs III.	Toletanum 2.	Iuſtinianus I.	Caſſiodorus Senator Romanus.		
530	Bonifacius II.			Arator Subdiaconus Romanus. Euſebius Emiſenus Gallus, cuius habentur homiliæ, hoc fortè tempore claruit. qui verò Euangelia explicauit, poſt Gregorium Magnum ſcripſit.		
532	S. Ioannes II.					
534	S. Agapetus.	Conſtantinopolitanum.				
535	S. Siluerius martyr.	Aurelianenſe 2. Braccarenſe I.				
537	Vigilius.	V. Generalis Synodus Constantinopolitana 2. Epiſcoporum 165. contra Anthimum & Theodorum ſub Vigilio. Aruernenſe. Aurelianenſe 3. 4. 5.		Dionyſius Romanus exiguus. S. Benedictus Abbas. Anaſtaſius Antiochenus. Iuſtus Orgelitanus Epiſcopus. Andreas Hieroſolymitanus Cretenſis Epiſcopus. Anaſtaſius Sinaita. Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus. Ruſticus Diaconus hoc fortè tempore contra Acephalos ſcripſit.	Anthimus. Monothelitæ. Chryſtolitæ. Agnoitæ, à Themiſtio Diacono. Aphthartodocitæ.	Ante annos
556	S. Pelagius I.	Pariſienſe I. & 2. Turonenſe 2.				
561	S. Ioannes III.	Braccarenſe 2.	Iuſtinus II.	S. Martinus Bracarenſis Archiepiſcopus.		
575	S. Benedictus I.		Tiberius II.	S. Venātius Honoratus. Eugipius Abbas. Euagrius Epiphanenſis.	Sadducæorum à Petro Apameæ Epiſcopo.	
579	S. Pelagius II.	Matiſconenſe I. & 2. Lugdunenſe I. & 2. Valentinum 2. Toletanum 3.	Mauritius.	Michael Syngelus. Leander Hiſpalenſis Epiſcopus. Gregorius Turonenſis Epiſcopus.	Eutychius Cōſtantinop. Ioannes Philoponus, à quo Monophyſitæ, & Theopaſchitæ.	
590	S. Gregorius Magnus.	Romanum. Lateranenſe. Hiſpalenſe I.		Iſichius Epiſcopus Hieroſolymitanus, qui in Leuiticum ſcripſit, teſte Gloſſa ordinaria.		900

Digitized by Google

A. D.	Pontif. Svmmi.	Concilia.	Imperatores Romani.		Scriptores Ecclesiastici.	Haeretici.
A. D. 600			Phocas.		Leontius Neapoleos Cypri Epiſc. *Paterius Rom. Eccleſiæ Notarius.*	Iulianus Halicarnaſſæus, vndè Aphtardocitę.
604	Sabinianus.				Sophronius. S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.	Iacobitę, à Iacobo Syro.
605	S. Bonifacius III.					Armenij. Heicetæ.
606	S. Bonifacius IIII.	*Lucenſe.*	Heraclius.		Georgius Alexandrinus, author vitæ S. Ioannis Chryſoſtomi. *S. Antiochus.*	Gnoſimachi. Chazinzari.
613	S. Deuſdedit.	Antiſiodorenſe.				
617	Bonifacius V.	Hiſpalenſe 2.				
622	Honorius I.	Toletanum 4. 5.			*S. Maximus Confeſſor. Ionas Monachus.*	Sergius Mahometi præceptor.
637	Seuerinus.	Toletanum 6.				Tnethopſychitæ.
638	Ioannes IIII.					Theocatagnoſtæ.
640	Theodorus I.		Conſtantinus III. Heraclij filius. Heracleonas. Conſtans II.			Mahometani. Monothelitæ inſtaurati.
647	S. Martinus I. martyr.	Toletanum 7. *Lateranenſe contra Monothelitas.* Toletanum 8.			*S. Eligius.*	
654	Eugenius I.	Cabilonenſe I. Toletanum 9. 10.				Ethnophrones.
657	Vitalianus.				*Theodorus Cantuarienſis Archiepiſc. S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus. S. Audoënus Rothomagenſis Epiſcopus.*	Patermeneutæ. Lampetiani.
672	Adeodatus.	*Toletanum.* 11. Braccarenſe 3.	Conſtantinus IIII.			
676	Domnus I. vel Domnio.	*Anglicanum* I.				
679	Agatho.	VI. GENERALIS Synodus CONSTANTINOPOLITANA 3. Epiſcoporum 290. contra Monothelitas ſub Agathone. *Anglicanum 2. & Romanum contra eoſdem.*			S. Aldhelmus. *S. Iulianus Pomerius Toletanus Archiepiſcopus.*	
682	S. Leo II.	Toletanum 12.				
684	Benedictus II.	Toletanum 13.				
685	Ioannes V.	Toletanum 14.	Iuſtinianus II.			
686	Cuno, vel Conon.					
687	Sergius I.	Toletanum 15. 16. & 17.	Leontius ſiue Leo II. Tiberius III.			
A. D. 700						
701	Ioannes VI.					Agonychitæ.
705	Ioannes VII.		Iuſtinianus II. iterùm.			
707	Siſinnius.				Venerabilis Beda. *Aponius.*	
708	Conſtantinus.	Conſtantinopolitanum in Trullo, editi in eo 102. canones nomine VI. Synodi. *Romanum 1. pro imaginibus.*	Philippicus Bardanes. Anaſtaſius II.			
716	S. Gregorius II.	*Romanum 2. pro imaginibus.*	Theodoſius III. Leo III. Iſaurus Iconomachus cum filio Conſtantino V. Copronymo.		S. Ioannes Damaſcenus. *Coſmas Maiumenſis Epiſcopus. S. Bonifacius Moguntinus 1. Archiepiſc.*	Iconomachi.
731	Gregorius III.	*Romanum 3. pro ijſdem.*			S. Germanus Conſtantinopolitanus Patriarcha.	
741	Zacharias I.	Francicum. *Romanum. Sueſſionenſe.*				
752	Stephanus II. / Stephã. III. dict⁹ II.					
757	Paulus I.	*Vernenſe ſub Pipino. Gentiliacum & Romanum.*			*Ambroſius Ansbertus.*	
768	Steph. IIII. dict⁹ III.					
772	Adrianus I.	*Lateranenſe. Anglicanum.* VII. GENERALIS Synodus NICENA II. cõtra Iconomachos, Epiſcoporũ 350. ſub Adriano. *Dunenſe. Francfordienſe. Genuenſe. Foroiulienſe. Paderbornenſe. Ratisbonenſe.*	Leo IIII. Conſtantinus VI. cum matre Irene.		Paulus Diaconus. Alcuinus. Vſuardus Monachus.	Felix Vrgelitanus, à quo hæreſis Feliciana. Elifandus Toleta. Pauliciani.
796	S. Leo III.				Paulinus Aquileienſis.	Albanenſes. Baiolenſes, ſeu Bagnolenſes. Concordenſes, ſeu Cozocenſes.
A. D. 800			IMPERATORES. ROMANI.	CONSTANTINOP.		
		Concilium apud Theodonis Villã celebratum. Turonenſe 3. Cabilonẽſe 2. Moguntinum. Rhemenſe. *Arelatenſe* 4.	CAROLVS MAG. primus poſt tranſlatum Imperium ad Germanos.	Nicephorus I. & Stauratius Imperatores Conſtantinopolitani. Michael I. & Theophylactus.	*Turpinus. Eginhardus.*	
816	Stephanus V. dictus IIII.	Aquiſgranenſe I.	Ludouicus I.	Leo V. Armenius.	Ionas Aurelianenſis. *Hilduinus Abbas. Amularius Treuirẽſis.*	Claudius Taurinenſis Iconomachus.
817	Paſchalis I.			Michael II. Balb⁹.	*Angelomus.* Haymo Halberſtattenſis Epiſcopus. Rabanus Maurus Moguntinus Archiepiſcopus.	
824	Eugenius II.				*Freculphus Lexouienſis Epiſcopus.*	
827	Valentinus.				*Strabus Fuldẽſis author Gloſſæ ordinariæ.*	
828	Gregorius IIII.	Pariſienſe. Moguntinum.		Theophilus.	*VValafridus Strabo Augienſis Abbas.*	

Ante annos 800

Ante annos 700

Ante annos

CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA.

	Pontif. Summi.	Concilia.	Romani Imp.	Constant. Imp.	Scriptores Ecclesiastici.	Hæretici.	
		Aquiſgranenſe 2. *Meldenſe.*	Lotharius.	Michael III. Theophili filius, primò cum matre Theodora, deindè ſolus.	*Aimoinus monachus.* *VVandelbertus.*		
844	Sergius II.				*Hincmarus* Remenſis *Archiepiſcopus.*		
847	Leo IIII.	*Concil. apud* S. *Medardũ in ſuburbio Sueſſionenſi.*			*Anaſtaſius* Bibliothecarius. *Anſegiſus* Lobienſis Abbas. *Chriſtianus* Druthmarus.	Godeſchalcus presbyter Gallus.	
855	Benedictus III.	*Ticinenſe.* *Valentinum.*	Ludouicus II.		Photius Conſtãtinop. Patriarcha. Ioannes Diaconus Romanus.		
858	Nicolaus I.	*VVormatienſe.*			Remigius Antiſiodorenſis. Theophylactus.		
867	Adrianus II.	VIII. Generalis Synodus Constantinopolitana 4. Epiſcoporũ 300. contra Photiũ Patriarcham Cõſtantinop. ſub Adriano 2.		Baſili' I. Macedo.	*Hucbaldus monachus.*		
872	Ioannes VIII.	*Trecenſe.*	Carolus II. Calu'. Ludoui. III. Balb'. Carol' III. Craſs'.				
882	Martinus II. vel Marinus I.						
884	Adrianus III.						
885	Steph. VI. dictus V.	*Colonienſe.* *Moguntinum.*	Arnulphus.	Leo VI. Philoſophus.	*Paſchaſius Ratbertus.* *Ericus, ſeu Hericus monachus.*		
891	Formoſus.	*Metenſe.*					
895	Bonifacius VI.						
896	Stephanus VII. dictus VI.	Triburienſe. Nannetenſe. fortè hoc tẽpore habitum.					
897	Romanus. Theodorus II. Ioannes IX.						
899	Benedictus IIII.		Ludouicus IIII.				600
A.D. 900							
903	Leo V. Chriſtophorus I.				*Odo Cluniacenſis Abbas.* *Ado Viennenſis. Regino Prumiẽſis Abbas.*		
904	Sergius III.			Alexander. Conſtãtinus VII.			
911	Anaſtaſius III.		Conradus I.				
913	Lando.						
914	Ioannes X.		Henricus I. Auceps.				
928	Leo VI. Steph. VIII. dic. VII.				*Radulphus Flauiacenſis.*		
930	Ioannes XI.				*Ratherius Belga Epiſcopus Veronenſis, pòſt Leodienſis.*		
935	Leo VII.	*Erfordienſe.*	Otto Magnus.				
939	Steph. IX. dict' VIII.						
942	Martinus III. ſiue Marinus II.	*Bonnenſe.*					Ante annos
946	Agapetus II.	*Ingelheimenſe.* *Auguſtanum.*			*VVindichinus Corbeienſis Monachus,* *Luitprandus Ticinenſis hiſtoriographi.*		
956	Ioannes XII.	*Ingelheimenſe.* *Romanum.*		Romanus.	*Rathbodus Epiſcopus Traiectenſis.* *Herigerus Lobienſis Abbas.*		
963	Leo VIII.			Nicephor' II. Phocas.	*Smaragdus Abbas.* *Fridegodus Diacon.*		
965	Ioannes XIII.			Ioannes Zimiſces.	*Roſuita ſanctimonialis Gãdersheimenſis.*		
972	Domn' II. vel Don' Benedict' V. dic. VI.		Otto II.				
974	Bonifacius VII.						
975	Benedic. VI. dic. VII		Otto III.	Baſilius Iunior, & Conſtãtinus VIII.			
984	Ioannes XIIII.						
985	Ioannes XV.	*Siluanectenſe.* *Remenſe.*			*Abbo Floriacenſis Abbas.*		
994	Ioannes XVI.						
995	Gregorius V.						
998	Sylueſter II.						500
A.D. 1000							
1003	Ioannes 17. alijs 18. Ioannes. 18. al. 19.		S. Henric' II. Claudus, alijs I.		*Radulphus Ardens.* *Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus.*		
1009	Sergius IIII.				Burchardus VVormatiẽſis Epiſcop.		
1012	Benedictus 7. dic. 8.	Salegũſtadienſe. *Aquiſgranẽſe*			*Berno Augienſis Abbas.* *Bruno Herbipolenſis Epiſcopus.*		
1024	Ioãnes XIX. al. XX.	*Triburienſe.*	Conradus II.	Romanus Argyr'.	*Hermannus Contractus Comes Veringenſis Monachus hiſtoricus.*		
1032	Benedictus 8. dic. 9.		Henricus III. Niger, al. II.	Michael IIII. Paphlago. Michael V. Calaphates.	S. Petrus Damianus.		
1045	Gregorius VI.	*Sutrinum.* *Papienſe.*		Conſtantinus IX. Monomachus.	*Vmbertus, ſeu Humbertus Cardinalis.*	Berengarius Sacramentarius.	Ante annos
1047	Clemens II.				S. Lanfrãcus Cantuariẽſis Archiep.		
1048	Damaſus II.				Guitmundus Epiſcopus Auerſanus.		
1049	Leo IX.	Romanũ & Vercellenſe contra Berengarium ſub Leone 9. *Lateranenſe.* *Ticinenſe.* *Remẽſe.* *Mogũt.* *VVormatiẽſe.*			Algerus. *Rogerius Monachus.*		
1055	Victor II.	Turonenſe contra eundẽ 3. ſub Victore 2. *Florentinum.*		Theodora Auguſta Michael VI. ſenior Stratioticus.			
1057	Steph. X. dictus IX.		Henricus IIII. fili' ſuperioris. al. III	Iſaacius I. Cõnenus.	*Osbertus Clarentius Monachus Anglus.*		

Digitized by Google

CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA.

	Pontif. Svmmi.	Concilia.	Romani Imp.	Constant. Imp.	Scriptores Ecclesiastici.	Haeretici.	
					S. Anſelmus Cantuarieſis Archiep.		
1059	Nicolaus II.	Romanum contra eundem Berengarium, 4. ſub Nicolao 2.		Conſtantinus X. Ducas.	Oecumenius.		
1061	Alexander II.	*Mantuanum contra eundem.*		Eudoxia cũ quatuor filijs.	*Alfanus Salernitanus Archiepiſcopus.*		
				Romanus Diogenes. Michael VII. Parapinaceus.	*Marianus Scotus. Anſelmus Lucenſis Epiſcopus.*		
1073	Gregorius VII.	Romanum contra eundem, ſub Gregorio 7. *Erfordienſe. Lateranenſia* 8.		Conſtantinus XI. Ducas, & Nicephorus III. Botoniates.	S. Iuo Carnotenſis Epiſcopus. *Hildebertus Cenomannenſis Epiſcopus. S. Bruno Carthuſianus. Edinerus Cantuarienſis Monachus.*	Baſilius author ſectę Bogomilorum.	
1086	Victor III.	*Beneuentanum. Capuanum.*		Alexius I. Comnenus.	*Lambertus Schaſnaburgenſis.*		
1088	Vrbanus II.	*Melphicum. Troianum. Placentinum. Claromontanum. Barenſe. Romanum.*			*Dodequinus S. Diſybodi Abbas. Guilhelmus Malmisberienſis.*		
1099	Paſchalis II.				*Berengoſius Abbas.*		
A.D. 1100							400
		Lateranenſe. Florentinum. Trecenſe. Northuiſenſe. Londinenſe.	Henricus V. filius præcedentis, al. IIII.		*Sigebertus Gemblacenſis. Zacharias Chryſopol. Anſelmus Laudunenſis author Gloſſæ interlinearis.*	Taudemus	
1118	Gelaſius II.			Ioannes Comnenus.		Durãdus de VValdach.	
1119	Calixtus II.	*Remenſe. Lateranenſe* 900. *Patrum.*			Ioãnes Zonaras. Georgius Cedrenꝰ. *Theodoricus S. Trudonis Abbas. Glycas.*	Petrobruſiani, à Petro de Bruis.	
1124	Honorius II.		Lotharius II.		Rupertus Tuitięſis. Guilelmus Abb. Honoriꝰ *Auguſtodunẽſ. Frãco Haffleginí.*	Henriciani. Petrus Abailardus.	
1130	Innocentius II.	*Claromontenſe. Stampenſe. Remenſe. Piſanũ. Moguntinum. Lateranenſe* 100. *Patrum. Sueſſonenſe. Senonenſe.*	Conradus III.		S. Bernardus Clareuallenſis Abbas. Hugo de S. Victore. Gratianus. Petrus Lombardus. *Richardus de S. Victore.* Petrus Venerabilis Cluniacenſis Abbas. *Conſtantinus Harmenopulus.*	Arnaldiſtæ, ab Arnaldo de Brixia. Pſeudoapoſtolici.	
1143	Cæleſtinus II.						
1144	Lucius II.			Manuel I. Cõnenus.	*S. Hildegardis Abbatiſſa. Petrus Comeſtor.*		Ante annos
1145	Eugenius III.	*Remenſe. Treuirenſe.*	Fridericus I. Barbaroſſa.		*Theorianus.* Euthymius. *Otto Friſingenſis Epiſcop. Arnoldus Boneuallis Abbas.*		
1153	Anaſtaſius IIII.				*Robertus Montenſis Abbas.*	Cathari, ſiue Patareni.	
1154	Adrianus IIII.				*Hugo Eterianus. Petrus Bleſenſis. Robertus Lincolnienſis. Leo Tuſcus.*	VValdo Lugdunenſis, à quo VValdenſes, ſeu Pauperes de Lugduno.	
1159	Alexander III.	*Turonenſe.* Lateranenſe 280. Epiſcopor.		Alexius II. Cõnenus.	*Petrus de Riga Remenſis. Eckebertus S. Florini Abbas.*	Eudo. Correrij, ſeu Coterelli.	
1181	Lucius III.			Andronicus Comnenus.	*Godefridus Viterbienſis. Ioachim Abbas.*		
1185	Vrbanus III.			Iſaacius II. Angelus.	*Petrus Comeſtor Trecenſis. Theodorus Balſamus. Helmoldus.*		
1187	Gregorius VIII.						
1188	Clemens III.				*Guericus Igniacenſis Abbas.*		
1191	Cęleſtinus III.		Henricus VI. Friderici filius.	Alexius III. Angelus frater Iſaacij.			
1198	Innocentius III.		Philippus Henrici frater. Otto IIII.		*Guilelmus Tyrius Archiepiſcopus.* Nicetas Choniates. *Saxo Grammaticus. Richardus Cluniacenſis.*		
A.D. 1200							500
				Alexius IIII. Angelus filius Iſaacij. Alexius V. Ducas Murzuflus. Balduinus I. Flandrenſis. Henricus frater eius.	*Helinandus Montiſfrigidi monachus. Ioannes Beleth. Petrus Cantor. Conradus à Lichtenau Vrſpergenſis Abbas. Cæſarius Heiſterbacenſis.*	Almaricus. Albigenſes.	
		Lateranensis Synodus Magna Epiſcoporum 470. ac in vniuerſum 1285. Patrum, ſub Innocentio 3.	Fridericus II.		*Iacobus de Vitriaco Cardinalis. Hugo Carenſis Cardinalis S. Sabinæ. S. Antonius de Padua. Raymundus de Pennaforti.*		
1216	Honorius III.	*Alemanicum. Oxonienſe.*		Pet. Antiſiodorẽſ. Robertus.	*Guilelmus Antiſiodorenſis. Guilelmus Pariſienſis Epiſcopus. Ioannes Friburgenſis.*		
1227	Gregorius IX.	*Londinenſe.*		Balduinus II.	*Alexander de Ales. Vincentius Bellouacenſis.*		
1241	Cæleſtinus IIII.						
1243	Innocentius IIII.	*Lugdunenſe.*	Henricus VII. Guilelmus. Conradus IIII.		*Albertus Magnus Ratiſponenſis Epiſcop.*	Dauid Dinantius.	Ante annos
1254	Alexander IIII.		Richardus, & Alfonſus.		*Matthæus Pariſius, ſeu Paris. Henricus Cardinalis Hoſtienſis.*	Petrus Ioannis, diſcipulus Abbatis Ioachim.	
1261	Vrbanus IIII.			Michael VIII. Palęologus.	*Humbertus Generalis Dominican.*	Guilelmus de ſancto Amore.	
1265	Clemens IIII.				S. Thomas Aquinas. *S. Bonauentura.*		
1271	Gregorius X.	Lugdunẽſe ſub Gregorio 10. epiſcoporum 500.	Rodolphus I.		*Thomas Cantipratenſis. Ioannes Valeis Galenſis.*	Flagellantes.	

Digitized by Google

	Pontif. Svmmi.	Concilia.	Romani Imp.	Constant. Imp.	Scriptores Ecclesiastici.	Haeretici.	
1276	Innocentius v. Adrianus v. Ioannes xx. al. xxi.						
1277	Nicolaus iii.				Guiliel. Durandi Mimatenſis Epiſc. *Vdalricus Argentinenſis.*		
1281	Martinus iiii.			Andronic⁹ Senior Palęologus, cum filio Michaele.	*Henricus Gandauus. Ægidius Romanus Bituricenſis Archiepiſcopus.*		
1285	Honorius iiii.	*Aſchaffenburgenſe.*			*Richardus de Mediauilla.*		
1288	Nicolaus iiii.		Adolphus.		*Iacobus de Voragine Epiſcop. Genuenſis.* *Georgius Pachymerus Hiſtoriographus.*		
1294	S. Cęleſtinus.				*Marcus Paulus Venetus.*		
1295	Bonifacius viii.				*Ioannes Duns Scotus. Aitonus ſeu Haitonus Armenus.*		
A.D. 1300		*Lugdunenſe.*	Albertus i.		*Iacobus Diacon. Cardinalis S. Georgij.*		200
1303	Benedic. ix. dic. xi.				Niceph. Calliſtus. *Alanus de Inſulis.*		
1305	Clemens v.	Viennenſe ſub Clemente v.	Hēricus viii. Lutzenburgenſis.		*Albertus Patauinus. Iacobus Viterbiēſis.* *Petrus Paludanus. Petrus Aureolus.* *Guido Perpinianus Carmelita. Nicolaus Lyranus. Auguſtinus Anconitanus.*	Begardi. Fraticelli ab Hermāno.	
1316	Ioānes xxi. al. xxii.	*Moguntinum.*	Ludouicus iiii. Bauarus.		*Martinus Polonus. Franciſcus Maronis.*	Beguini.	
1334	Benedict⁹ x. dic. xii.			Andronicus Iunior Palæologus.	*Nicephorus Gregoras. Ockam. Aluarus Pelagius. Guido de monte Rotherij. Lupoldus Bebenburgius. Henricus de Vrimaria. Ludolſus Carthuſianus.*	Dulcinus, à quo Dulciniſtæ.	Ante annos
1342	Clemens vi.			Ioannes Paleologus, cum Ioanne Cantacuzeno.	*Simon de Caßia. Robertus Holkot.*	Lolhardi, à Gualtero Lolhardo. Michael de Ceſena. Marſilius Patauinus.	
1352	Innocentius vi.		Carolus iiii.		*Ioannes Bachon. Gregorius Ariminenſis.*		
1362	Vrbanus v.				*Thomas de Argētina. Frāciſ. Petrarcha.*	Bertholdus de Rorbach.	
1371	Gregorius xi.				*Petrus Berthorij. Marſilius de Ingen.* *Matthaeus VVeſtmonaſterienſis.*	Turelupini. Ioannes VViclef.	
1378	Vrbanus vi.		Venceslaus.	Manuel ii. Palæologus.	*Ioannes Maronis. Richardus Armacanus. Paulus Venetus.*		
1389	Bonifacius ix.				*Nicolaus de Gorran.*		100
A.D. 1400							
1404	Innocentius vii.		Robertus Bauarus		*Henricus Langenſtein, dictus de Haßia.*	Ioannes Hus.	
1406	Gregorius xii.				*Thomas de Kempis. S. Laurentius Iuſtinianus. Bartholomaeus Vrbinas Epiſc.*	Hieronymus Pragenſis.	
1409	Alexander v.				*Ioānes Capreol⁹. Petrus de Aliaco Card.*	Petrus Dreſenſis.	
1410	Ioannes xxii. dictus xxiii.				Thomas VValdenſis. *Ioānes Gerſon.* *Alfonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus.*	Piccardi, à Piccardo Adamita.	
1417	Martinus v.	Synodvs Constantiensis.	Sigiſmundus.		*S. Vincentius Valentinus.*	Thaboritæ.	
	Eugenius iiii.	Baſileenſe.		Ioannes Palæologus.	*Nicolaus Dinckelſpule. Ioannes Nider.* *Ambroſius Camaldulenſ. Abb. Blondus.*	Orebitæ. Nicolaus Galecus.	
		Synodvs Florentina ſub Eugenio 4.	Albertus ii. Auſtriacus.		*S. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus.* *S. Bernardinus Senēſis.* Beſſariō Card.	Rochezana.	
			Fridericus iii.	Cōſtantinus xii. Palęologus vltimus Conſtantinopolitanus Imperator Chriſtianus.	*Nicolaus Siculus Abbas Panormitanus Archiepiſcopus. Palmerius.*		
1447	Nicolaus v.				*Gennadius Scholarius Patriar. Conſtantinop.*	Iohannes Behaim.	Ante annos
1455	Calixtus iii.				*Ioannes de Turrecremata Cardinalis.*		
1458	Pius ii.				*Dionyſius Rickel Carthuſianus* *Nicolaus Dorbellus, ſeu de Orbellis.*		
1464	Paulus ii.				*Ioannes de Indagine Carthuſianus.*		
1471	Sixtus iiii.				*Nicolaus Cuſanus.*		
1484	Innocentius viii.				*Platina.* *Marſilius Ficinus.*		
1492	Alexander vi.				*Ioan Keiſerſpergius. Albertus Krātzius.* *Sabellicus. Gabriel Byel.*		
			Maximilianus i.		*Ioan. Trithemius Spanheimenſis Abbas.* *Ioannes Nauclerus. Iacobus Philippus Bergomenſis.*	Hermannus Riſſuich.	
A.D. 1500							
1503	Pius iii. Iulius ii.				*Baptiſta Mātuanus. Robertus Gaguinus.* *Albertus Pius Carporū Princeps. Volaterranus.*		
1513	Leo x.	Lateranenſe ſub Iulio 2. & Leone 10.	Carolvs v.		*Ioannes Eckius. Emſerus. Iudocus Clichtoueus. Syluester Prierias.*	Martinus Luterus. Zuinglius.	
1522	Adrianus vi.				*Thomas Morus.* Ioannes Roffenſis.	Balthaſar Pacimontanus Anabaptiſta.	
1523	Clemens vii.	*Senonenſe. Ratisbonenſe.*			*Ioānes Cochlcus. Iacobus Latomus. Barthol Latomus.* Ioannes Gropperus.	Muntzerus. Oecolampadius. Muſculus. Oſiander.	
1534	Paulus iii.	*Colonienſia duo.* *Treuirenſia duo.* *Auguſtanum. Moguntinum.*			*Reginaldus Polus. Hoffmeiſterus. Bernardus Lutzenburgenſ. Thomas Caietanus. Aloyſius Lipomanus. Ludouicus Bloſius. Ruardus Tapper.* Cuthbertus Tonſtallus. Io. Garetius. *Ioan. Driedo*	Stancarus. Bucerus. Dauid Georgius. Amſdorfius. Caluinus. Seruetus. Melāchthon. Maioriſtæ. Caſtalio.	
1550	Iulius iii.	Tridentina Synodvs contra Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas &c. ſub Paulo 3. Iulio 3. & Pio 4.			*Ioannes Heſſels. Ioach. Perionius. Staphylus. Ioannes Dietenbergius. Alfonſus à Caſtro.*	Schuenckfeldius Ochinus. Brentius. Beza	
1555	Marcellus ii. Paulus iiii.		Ferdinandus.		*Petrus & Dominicus à Soto.*	Petrus Martyr. Bullingerus.	
1560	Pius iiii.				*Franciſcus Victoria. Gaſpar Cōtarenus.*	Puritani. Vbiquetarij. Trinitarij.	
1566	Pius v.	*Mediolanenſe.*	Maximilianus ii.		*Iacobus Sadoletus. Stunica. Franciſc. Titelmannus. Albert Pighius. Sasbout.*	Illyricus. Kemnitius Smidelinus. & infiniti alij.	
1572	Gregorius xiii.		Rodolphus ii.		Iudocus Tiletanus. *Saſger Smytheus.*		
1585	Sixtvs v.				*Ioannes Faber Viennenſ.* & cæteri innumerabiles.		

ENCOMIA QVORVNDAM PATRVM, QVORVM TESTIMONIA CREBRIVS IN HOC OPERE CITANTVR.

DE DIONYSIO AREOPAGITA.

ORIGENES homilia ſecunda in diuerſos Euangelij locos : Omnia quæ per verbum ſunt facta, in ipſo viuunt, & vita ſunt. In ipſo enim, vt os loquitur diuinum, viuimus, mouemur & ſumus: & vt ait magnus Dionyſius Areopagita, eſſe omnium eſt ſupereſſentia & diuinitas.

De cęleſti hierarch. ca. 4. & ca. 5. de diuinis nominibus.

IOANNES Damaſcenus oratione 2. de aſſumptione B. Mariæ, de dormitione ſanctiſſimæ dominę noſtræ Deiparæ, quæ extat etiam apud Simeonem Metaphraſten : Aderant porrò tum vnà cum Apoſtolis & ſanctiſſimus ac primus Epheſiorum Epiſcopus Timotheus, & Dionyſius Areopagita, quemadmodùm ipſemet Dionyſius de beato Hierotheo, qui & ipſe tũc aderat, in his libris quos ad prædictum Apoſtolum Timotheum elaborauit, in hęc verba teſtatur: Quandoquidem etiam apud ipſos diuino numine afflatos ſacros noſtros antiſtites, quo tempore nos quoquè, vt nôſti, ac plerique è ſacris noſtris fratribus, ad corpus illud, quod vitam inchoauerat, ac Deum ſuſceperat, intuendum conuenimus.

De diuinis nominibus, cap. 3.

IDEM Damaſcenus libro ſecundo Orthodoxę fidei, capite tertio : Vt autem ſanctiſſimus ac Theologię laude præſtantiſſimus vir Dionyſius Areopagita inquit, Theologia omnis, hoc eſt, ſacra ſcriptura, nouem cæleſtes ſubſtantias nuncupauit.

De cęleſti hierarch. ca. 6.

ET in oratione, Quòd qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis, ac beneficijs iuuẽtur. Quocircà erudit iſſimus ille atque in explicandis rebus diuinis exercitatiſſimus Dionyſius (libet enim, quo planius fiat, id quod probandum inſtitui, diuina ac veneranda ipſius verba vſurpare) in myſtica ſua de ijs qui mortem obierunt contemplatione, diſertè hoc aſſerit, Sanctorum preces in hac quoquè vita, nedùm poſt mortẽ in ijs, qui ſanctis precibus digni ſunt, hoc eſt, pijs ac fide præditis, efficaces eſſe.

Eccleſiaſticæ hierar. cap. 7.

GREGORIVS Magnus homilia trigeſimaquarta in Euangelia : Fertur verò Dionyſius Areopagita, antiquus videlicet & venerabilis Pater, dicere, quòd ex minorum angelorum agminibus, foràs ad explendum miniſterium vel viſibiliter vel inuiſibiliter mittuntur, &c.

De cæleſti hierarch. ca. 7. 9. & 13.

VIDE plura apud Nicephorum libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vigeſimo : vbi inter cætera, eius ſcripta enumeraturus, ſic ait : Quæ autem ille ſcripta ſublimi rerum diuinarum contemplatione ſententijs & elocutione admiranda prorsùs & excellentia, longeq́ ab ijs, quæ pro hominum captu edita ſunt, diſſita compoſuerit, ſic habent : Primum quidem opus de diuinis nominibus conſcripſit, &c. Vide etiam Michaëlem Syngelum, & Hilduinum in eius vita.

DE CLEMENTE I. PONTIFICE.

CONCILIVM primum Vaſenſe canone ſexto: Ex epiſtola ſancti Clementis, vtilia quæque præſenti tempore eccleſijs neceſſaria, ſunt honorificè proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus, ac pręcipuè Clericis recipienda. Ex quibus, quod ſpecialiter placuit propter venerandam antiquitatem, ſtatutis præſentibus roboramus, quod ſupradictus beatus martyr de beatiſſimi Petri Apoſtoli conſtitutione commemorat.

DE CYPRIANO.

AVGVSTINVS libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite quadrageſimo: Nónne adſpicimus, quanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor ſuauiſſimus, & martyr beatiſſimus?

ITEM libro ſecundo de dono perſeuerantiæ, capite decimonono : Quid autem amplins de hac re agere Cyprianus martyr glorioſiſſimus, & doctor lucidiſſimus potuit, &c. Et libro ſecundo contra Iulianum, capite octauo : Audiamus victorioſiſſimum martyrem Cyprianum &c. O Doctor præclariſſime & teſtis glorioſiſſime, ſic docuiſti, ſic monuiſti, ſic te audiendum imitandúmque præbuiſti. Meriò finitis alijs omnium cupiditatum certaminibus, ſanatíſque vulneribus, cum extrema & omnium maxima vitæ huius cupiditate, pro Chriſti veritate pugnâſti, & eius in te gratiæ largitate viciſti. Secura eſt corona tua, victorioſa eſt doctrina tua, in qua & iſtos (Pelagianos) vincis, qui confidunt in virtute ſua.

DE ATHANASIO.

GREGORIVS Nazianzenus in oratione viceſimaprima, quæ eſt de laudibus beati Athanaſij : Tantum nobis in Athanaſio, illo inquã Eccleſiæ columine præſidij erat, quandiù nobiſcum verſabatur, &c. IBIDEM : Cùm autem eum vitæ curſum tenuiſſet, atque ità inſtitutus fuiſſet, alióſque inſtituiſſet, vt & vita ipſius morúmque ratio Epiſcopatus norma eſſet, & ipſius dogmata pro fidei Orthodoxæ lege haberentur, &c.

DAMASCENVS in oratione de defunctis: Ille inſuper, & vita, & doctrina clarus, Eccleſiæq́ Dei lumen, magnus Athanaſius.

RVEFINVS libro primo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoquarto : Sed huius tanti in Eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc dictum videatur quod ſcriptum eſt: Ego enim oſtendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. Actor. 9.
In huius etenim perſecutiones coniuratus vniuerſus orbis, & commoti ſunt principes terræ : gentes, regna, exercitus coiërant aduersùs eum. Ille autem diuinum illud conſeruabat eloquium, dicens : Si conſiſtant aduersùm me caſtra, non timebit cor meum : ſi inſurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo : &c. Pſal. 26.

DE HILARIO.

HIERONYMVS in epiſtola centeſima quadrageſimaprima ad Marcellam : Tantum virum, & temporibus ſuis diſertiſſimum repręhendere non audeo: qui & confeſſionis ſuæ merito, & vitæ induſtria, & eloquentiæ claritate, vbicunquè Romanum nomen eſt, prædicatur, &c.

IDEM in prooemio ſecundi libri Commentariorum in epiſtolam ad Galatas : Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus &c.

AVGVSTINVS libro primo contra Iulianum Pelagianum, capite tertio : Eccleſiæ Catholicæ aduersùs hæreticos acerrimum defenſorem, venerandum quis ignorat Hilarium Epiſcopum Gallum ? Hunc virum tanta in Epiſcopis Catholicis laude præclarum, tanta notitia famáque conſpicuum, de peccato originali aude, ſi quid tibi frontis eſt, criminari. ET libro ſecundo, capite octauo : Catholicus loquitur, inſignis Eccleſiarum doctor loquitur, Hilarius loquitur.

DE BASILIO MAGNO.

GREGORIVS Nazianzenus epiſtola decima ad Baſilium : Vtrùm nos an teipſum ignoras, tu inquam orbis lumen, magna vox & tuba, doctrinæ palatium? Vnum Ver inter anni partes, vnus Sol inter ſidera, vnum cælum omnia complexu ſuo coërcens, vna vox tua de omnibus triumphans. ITEM epiſtola viceſimaſexta ad eundem : Ego te, & pro vitæ duce, & pro fidei ac dogmatum magiſtro, & quicquid præclari à quopiam dici poteſt, tum antiquitus habui, tum nunc habeo. ET epiſtola triceſimaoctaua ad Simpliciam Hæreticam : Quòd ſanctum illum (Baſilium intelligit) & communem patrem noſtrum

lau-

Digitized by Google

laudibus vehis, illud inquam fidei columen, illum illam veritatis normam, & Eccleſiæ formam, plenā prudentiæ canitiem, illum vitæ humanæ & virtutis modum ſupergreſſum, illum fidelem ſeruū, & magnum pōtificem, Dei & hominum mediatorem, ſpiritus ſancti domicilium; hoc quidem rectè facis.

IDEM oratione viceſima in laudem Baſilij: Quis ſeipſum magis ſpiritui purgauit, atque ità ſe cōparauit, vt dignus eſſet, qui oracula diuina explanaret? Quis rursùm maiore ſcientiæ luce colluſtratus eſt, atque in profunda ſpiritus proſpexit, ac cum
Pſal. 18. Deo, quæ Dei ſunt, exquiſiuit? Laudatur apud Daui-
103 106. dem Solis pulchritudo, & magnitudo, & curſus, &
135. celeritas, & vis ac facultas. Baſilio autem pulchritudo, virtus fuit; magnitudo, Theologia; curſus, perpetua virtutis agitatio, per quotidianos aſcenſus ad Deum ferens; potentia, doctrinæ ſemen ac diſtributio. Itaque ne hoc quidem mihi dicere verendum
Pſal. 18. eſt, in omnem terram ſonum illius exiſſe, atque in fines orbis terræ vim illius verborum.

THEODORETVS libro quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoſeptimo: Valentis tempore Baſilius præclarum orbis terrarum luminare Eccleſiæ Cæſareenſis antiſtes fuit.

GREGORIVS Nyſſenus in vita S. Ephræm Syri: Cæſaream Cappadociæ diuino ſpiritu ductus, ipſe os Eccleſiæ, auream illam doctrinæ luſciniam Baſilium vidit.

AMPHILOCHIVS Iconienſis in vita Baſilij: Ephręm cùm eſſet in eremo in ecſtaſi factus, vidit columnam ignis, cuius caput pertingebat ad cælum, & vocem deſupèr dicentē audiuit: Ephręm, Ephręm, quemadmodùm vidiſti columnam iſtam ignis, talis & Magnus eſt Baſilius. Et paulopòſt: Magno autem Baſilio ſacros libros legente, vidit S. Ephræm linguam igneam loquentem per os eius. Et dicit ſanctus Archidiacono: Vade, & dic ei: Domine Ephręm, iuberis intrare ſanctū presbyterium. Obſtupuit ergò in iſtis S. Ephræm, glorificans Deū, & genu flectens, reſpondit dicens: Verè Magnus Baſilius, verè columna ignis, verè Spiritus ſanctus loquitur per os eius.

DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſeptimo: Nam vt ille magna rerum diuinarū eruditione præditus Baſilius ait, &c. Et in oratione de defunctis: Orbis vniuerſi lumen eum vocat, rerum diuinarum peritiſſimum.

DE GREGORIO NAZIANZENO THEOLOGO.

HIERONYMVS in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum: Gregorius Nazianzenus Epiſcopus vir eloquentiſſimus præceptor meus, quo ſcripturas explanante didici &c.

IDEM in Apologia ſecunda aduersùs Ruffinum: Nunquid in illa epiſtola Gregorium virū eloquentiſſimum non potui nominare, qui ſuî apud Latinos impar eſt, quo ego magiſtro glorior & exulto? Et in caput quintum epiſtolæ ad Epheſios: Gregorius Nazianzenus vir valdè eloquens & in ſcripturis apprimè eruditus ſolebat dicere &c.

AVGVSTINVS libro primo contra Iulianum Pelagianum, capite quinto: Non tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illuſtris Epiſcopus etiam de partibus Orientis, cuius eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam Latinam tranſlata vſquequaquè claruerunt.

DAMASCENVS in oratione de defunctis: Poſt hunc autem Gregorius ille qui à Theologia cognomentum adeò traxit &c.

DE EPHRAEM SYRO.

GREGORIVS Nyſſenus in vita S. Ephræm: Ephræm Chriſtianis omnibus in ore verſatur, eius moribus exornamur, eius vitæ doctrinæq; ſplendor vniuerſo orbi terrarum illuxit. In omni enim ferè loco, qui illuſtratur à ſole, cognoſcitur; notus ille profectò Eccleſiæ Euphrates, cuius aquis irrigata Chriſtianorum multitudo, cētuplum fidei fructum affert. Ephræm fœcunda illa Dei vitis, quæ inſtar dulcium racemorum doctrinæ fructus producens, Eccleſię filios diuina charitate nutriens explenſq; recreat & oblectat. Quod ad fidem pertinet, nulla ex parte procùl à pietate declinās rectè admodùm ſentiebat; id quod cùm ex ſcriptis eius, tum ex Eccleſiæ de ipſo exiſtimatione cognouimus. Non eas ſolùm, quæ vel tunc, vel antè exortæ fuerant ex malitiæ ſemine zizaniorum hæreſes, fidei rectitudine profligauit; ſed quæ pernicioſè in poſterum pullulare poterant, oculis propheticis proſpiciens pręcidit. Omnia enim, quæ ab illo cōſcripta ſunt volumina, demonſtrationibus conferta ſunt. Omnē enim & antiquam & nouam ſcripturarū aſſiduo ſtudio, vt quiuis alius, diligenter verſauit, accurateq; ad verbum interpretatus eſt, & ab ipſa mundi procreatione vſque ad vltimum gratiæ librum, quæ abdita arcanaq; erant, ſpiritus lumine adiutus, commentarijs illuſtrauit.

HIERONYMVS in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorū: Ephræm Edeſſenæ Eccleſiæ diaconus, multa Syro ſermone compoſuit: & ad tantam venit claritudinem, vt poſt lectionem ſcripturarum, publicè in quibuſdam Eccleſijs eius ſcripta recitentur. Legi eius de Spiritu ſancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat: & acumen ſublimis ingenij etiam in tranſlatione cognoui.

DAMASCENVS in oratione de defunctis: Beatus item Ephræm exactiſſima ſecundi Chriſti aduentus cognitione imbutus &c.

NICEPHORVS libro nono Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoquarto: Multi deniquè alij aliter ſpectati viri eiſdem annis viguêre, atq; in Eccleſijs Dei enituêre: inter quos præcipuè eruditione & eloquentia floruit Euſebius Emiſenus Epiſcopus, Titus Boſtrenſis &c. Videtur autem omnes hac in parte gloria præcellere, atque Eccleſiam vniuerſalem exornare Ephraim Syrus. Et capite decimoſexto: Eadem hac ætate & Ephraim Syrus pręclarus fuit, qui quidem longo interuallo omnes præceſſit: & tantum in lingua Syrorum profecit, vt cùm pietatis exercitio ad ſummum contemplationis peruenerit, tum ſplendore, facilitate & ſuauitate verborum, necnon denſitate & grauitate ſententiarum, etiam præclariſſimos quoſque Græcorum, qui eloquentia antiquitùs excelluiſſent, ſuperauerit. Mirum quidem auditu eſt, eundē & Græcè & Syriacè legi. Quam ob cauſam magnus ille & oratione & virtute Baſilius, qui Cappadocum metropolim Epiſcopatu ſuo exornauit, ſummoperè virum eſt admiratus, eundemq; eruditionis nomine beatum cenſuit, vt tanti viri tam certo teſtimonio manifeſtum ſit, communiter quoquè à Græcis, qui tunc clarum in eloquentia obtinuêre nomen, præſtantiſſimum omnium Ephraim iudicatum eſſe. Vox ſanè Baſilij talis non temerè prolata eſſe exiſtimanda eſt. Eadem habet Sozomenus libro tertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoquinto.

DE GREGORIO NYSSENO.

SVIDAS in Lexico: Gregorius Nyſſenus Epiſcopus, Baſilij Cæſarienſis frater, vir & ipſe inſignis, omniq; doctrina exuberans, tam celeber præclarusq; in Rhetorica euaſit, quàm quiſquam veterum.

DAMASCENVS in oratione de defunctis: His etiam aſtipulatur doctiſſimus Gregorius Nyſſenus.

NICEPHORVS libro 11. hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 19. Habuit Baſilius fratres, quorum vnus Gregorius fuit Eccleſiæ Nyſſenæ lux & ornamentum; vir ſecundùm fratrem doctrina, moribus, & vitæ ſanctitate ſpectatus, plurima opuſcula doctrinis & inſtitutionibus plena Eccleſiæ Dei reliquit.

DE AMBROSIO.

BASILIVS Magnus in epiſtola quinquageſimaquinta ad Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem: Glorificauimus Deum noſtrum, qui olim quidem ex paſtoribus ouium populo ſuo principem excitauit, & Amos de grege caprarum ſumptum, ſpiritu ſuo inſtruxit, & ad propheticā dignitatem extulit: nunc verò virum ex vrbe regia, cui totius gētis principa-

Digitized by Google

ſcipatus concreditus erat, ſapiētia ſublimem, generis claritate, vitæ ſplendore, orandi facultate & rebus ſecularibus illuſtrem, ad gregum Chriſti paſturam traxit, qui proiectis huius vitæ opibus vniuerſis, proq; damno habitis, vt Chriſtum lucrifaceret, commiſſa ſibi magni ac præclari nauigij, Eccleſiæ videlicet Dei, in fide Chriſti, gubernacula accepit. Age igitur ô homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepiſti aut doctus es Euangelium Chriſti, ſed ipſe te Dominus è medio Iudicum terræ deſumptum, ad præſidentiam Apoſtolicam tranſtulit: certa bonum certamen, &c.

AVGVSTINVS libro primo contra Iulianum Pelagianum, capite tertio: Sed adhuc audi alium excellentem Dei diſpenſatorem, quem veneror vt patrem: in Chriſto enim Ieſu per Euangelium ipſe me genuit, & eo Chriſti miniſtro lauacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambroſium, cuius pro Catholica fide gratiam, conſtantiam, labores, pericula, ſiue operibus, ſiue ſermonibus & ipſe ſum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. Et libro ſecundo contra eundē, capite nono: Et quis hæc dicit? Homo Dei Catholicus, & Catholicæ veritatis aduerſùs hæreticos vſque ad periculum ſanguinis defenſor acerrimus.

CASSIODORVS Senator in libro de diuinis lectionibus, capite vigeſimo: Sanctus quoquè Ambroſius lactei ſermonis emanator, cū grauitate acutus, peruiolenta perſuaſione dulciſſimus, cui fuit æqualis doctrina cum vita, quando ei non paruis miraculis gratia diuinitatis arriſit.

DE CHRYSOSTOMO.

DAMASCENVS in oratione de defunctis: Deincèps ille verè aurea loquens, atque ab auro cognomentū nactus Ioannes, ille inquam amoris erga pauperes ac pœnitētię dux & magiſter, in luculentiſſima ſua enarratione in epiſtolas ad Philippenſes & Galatas his verbis vtitur &c. Diuinus præco Chryſoſtomus, cuius præclariſſima ac prorsùs aurea verba.

AVGVSTINVS libro ſecundo contra Iulianum Pelagianum, capite ſexto: Sanctus verò Ioannes Conſtantinopolitanus epiſcopus, quantum &c. Et paulò pòſt: Meritò idem beatus Ioannes.

INNOCENTIVS primus Pontifex in epiſtola ad Archadium Imperatorem, quæ eſt apud Nicephorum libro decimotertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite trigeſimoquarto: Eiecisti è throno ſuo, re non iudicata, magnū totius orbis doctorem, & vnà cum eo Chriſtum perſecutus es. Neq; de illo ità queror, (ſortem enim ſeu hæreditatem cum ſanctis Apoſtolis in Dei & ſeruatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti regno conſecutus eſt) quanuìs intolerabilis iactura ea ſit: ſed affligor propterea, quòd primùm de animarum veſtrarum ſalute, deindè de eis qui ſapientiſſima, ſpirituali & diuina doctrina & inſtitutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, ſum ſolicitus. Non enim Eccleſia tantùm Conſtantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, ſed & orbis ſub ſole totus ad orbitatem redactus eſt, viro tam diuino amiſſo, perſuaſione vnius mulieris, fabulam hanc & ſpectaculum exhibentis.

NICEPHORVS Calliſtus libro decimotertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite ſecundo: Ego verò ſupra mille eius viri lucubrationes legi, ineffabili quadam ſuauitate diffluentes. Iam enim indè ab adoleſcentia amore eius flagraui, atque in illius perindè atquè Dei ipſius vocibus acquieui. Atque ſi quid mihi eſt eru ditionis, id ei acceptum fero.

DE HIERONYMO.

AVGVSTINVS lib. 1. aduersùs Iulianum Pelagianum, cap. 7. Nec ſanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum arbitreris, qui Grȩco & Latino, inſupèr & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem tranſiens Eccleſiam, in locis ſanctis atque in literis ſacris vſq; ad decrepitam vixit ætatem; cuius nobis eloquium ab Oriente vſq; in Occidentem ad inſtar lampadis reſplenduit. Hic omnes vel penè omnes qui ante illum ex vtraq; parte orbis de doctrina Eccleſiaſtica ſcripſerant, legit. ET lib. 2. contra eundem, cap. 10. De illo ſancto Presbytero Hieronymo, qui ſecundùm gratiam quȩ data eſt ei, ſic in Eccleſia laborauit, vt eruditionem catholicam multùm in Latina lingua, multis & neceſſarijs literis adiuuaret, &c. IDEM libro 18. de Ciuitate Dei, capite 43. Quanuìs non defuerit temporibus noſtris presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Grȩco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas conuerterit, &c. ITEM Epiſtola 19. ad Hieronymum, cap. 4. Quanquàm ſecundùm honorum vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus presbyterio maior ſit: tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt. ET ad eundem epiſtola decimaquinta, capite ſecundo: Tantæ mihi in literis tuis, quæ in manus noſtras venire potuerunt, apparent res; vt nihil ſtudiorum meorum mallem, ſi poſſem, quàm inhærere lateri tuo. Quod ego quia non poſſum, aliquem noſtrorum in Domino filiorum erudiendum ad te mittere cogito. Nam neq; in me tantum ſcientię ſcripturarum diuinarum eſt, aut eſſe iam poterit, quantum ineſſe tibi video.

SEVERVS Sulpitius libro de virtutibus Orientalium monachorum, qui eſt tertius de vita S. Martini: Igitur deindè digreſſus, Bethlehem oppidū petij. Eccleſiā loci illius Hieronymus presbyter regit: vir propter fidei meritum, dotemq; virtutū, non ſolùm Latinis atq; Græcis, ſed & Hebræis etiam literis inſtitutus, vt ſe illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Apud eum ſex menſibus fui: cui iugis aduerſùs malos pugna, perpetuumq; certamen. Conſciuit odia perditorum, oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non deſinit: oderunt eum clerici, quia vitam eorū inſectatur & crimina. Sed planè eum boni omnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hȩreticum eſſe arbitrantur, inſaniunt. Verè dixerim, catholica hominis ſcientia, ſana doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in libris eſt: non die, nō nocte quieſcit: aut legit aliquid ſemper: aut ſcribit.

DE AVGVSTINO.

HIERONYMVS epiſtola octogeſima ad Auguſtinum, quȩ eſt vigeſimaquinta inter epiſtolas Auguſtini: Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus ſum, & habitantem in te dilexi Dominum Saluatorem: & nunc, ſi fieri poteſt, cumulo aliquid addimus, & plenè complemus, vt abſque tui nominis mentione ne vnam quidem horam præterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perſtitiſti. Macte virtute in orbe celebraris: Catholici te conditorē antiquæ rursùm fidei venerantur atque ſuſpiciunt, & quod ſignum maioris gloriæ eſt, omnes hȩretici deteſtantur, & me pari proſequuntur odio, vt quos gladijs nequeunt, voto interficiant. Incolumem & meī memorem te Chriſti Domini clementia tueatur, Domine venerande & beatiſſime Papa.

PAVLINVS Epiſcopus Nolanus in epiſtola prima ad Auguſtinum, quæ in operibus Auguſtini eſt trigeſimaprima: O verè ſal terrȩ, quo prȩcordia noſtra, nè poſſint ſeculi vaneſcere errore, condiuntur. O lucerna dignè ſupra candelabrum Eccleſiȩ poſita, quæ latè Catholicis vrbibus de ſeptiformi lino paſtum oleo lætitiæ lumen effundens, denſas licèt hæreticorum caligines diſcutis, & lucē veritatis à confuſione tenebrarū ſplendore clarifici ſermonis enubilas &c. Os enim tuum fiſtulam aquȩ viuȩ & venam fontis æterni meritò dixerim, quia fons vitæ aquæ ſalientis in vitam æternam Chriſtus effectus eſt, cuius deſiderio ſitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit.

SEVERVS Sulpitius in epiſtola ad Auguſtinū, quȩ eſt trigeſimaſeptima inter ipſius Auguſtini epiſtolas: O verè artificioſa apis Dei, conſtruens fauos Domini nectaris plenos, manantes miſericordiam.

PROSPER Epiſcopus Rhegienſis libro tertio de vita

Digitized by Google

de vita contemplatiua, capite trigeſimoprimo: Sanctus Auguſtinus Epiſcopus acer ingenio, ſuauis eloquio, ſecularis literaturę peritus, in Eccleſiaſticis laboribus oneroſus, in quotidianis diſputationibus clarus, in omni ſua actione compoſitus, in expoſitione ſua fidei noſtræ Catholicus, in quæſtionibus abſoluendis acutus, in reuincendis hæreticis circunſpectus,& in explicandis ſcripturis canonicis cautus.

CAELESTINVS Pontifex in epiſtola prima ad quoſdam Galliarum Epiſcopos, capite primo: Auguſtinum ſanctæ recordationis virum, pro vita ſua atq; meritis in noſtra cōmunione ſemper habuimus, nec vnquàm hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor adſperſit; quem tantæ ſcientiæ olìm fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Benè ergò de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpotè qui vbiquè cunctis & amori fuerit, & honori.

CASSIODORVS Senator in prologo ſuper Pſalterium: Eſt enim literarum omnium egregius magiſter,& (quod in vbertate rarum eſt) cautiſſimus diſputator. Decurrit quippe tanquàm fons puriſſimus,nulla fæce pollutus: ſed in integritate fidei perſeuerans, neſcit hæreticis locum dare, vndè ſeſe poſſint aliqua colluctatione defendere. Totus Catholicus, totus Orthodoxus inuenitur: & in Eccleſia Domini ſuauiſſimo nitore reſplendens, ſuperni luminis claritate radiat.

IDEM in libro de diuinis lectionibus, capite vigeſimoſecundo: Ipſe Doctor eximius beatiſs. Auguſtinus,debellator hæreticorum,defenſor fidelium,& famoſorum palma certaminum,&c.

VENERABILIS Beda de ſex mundi ætatibus, ſiue in Chronico ſuo: B. Auguſtinus Hipponenſis epiſcopus,omnium Doctor eximius eccleſiarum,&c. IDEM libro ſecundo de tabernaculo & vaſis eiùs ac veſtibus ſacerdotum,capite tertio: Auguſtinus omnia quæ fidem turbare poterant, hæreticorum venena euacuat.

REMIGIVS Antiſiodorenſ. Epiſcopus, in Commentario ſuper poſteriorem ad Corinthios: Sicut ſol in lumine excedit omnes Planetas, ità Auguſtinus omnes exceſſit in exponendo ſacras ſcripturas.

BERNARDVS ſermone octogeſimo ſuper Cantica: Auguſtinus eſt validiſſimus malleus hæreticorum.

IN Concilio Florentino ſeſſione ſeptima Andreas Pręſul Coloſſenſ. pro Romana Eccleſia reſpondens: Sed nunc,inquit, ſanctorum Doctorum authoritates in medium afferamus,ac in primis Auguſtini illuſtriſſimi Latinorum Doctoris,quem quinta Synodus conſecrauit. Vide etiam Concilium Toletanū octauum,canone ſecundo.

DE CYRILLO ALEXANDRINO.

EVAGRIVS Scholaſticus Epiphanenſ. lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,cap.7. Cyrillus pręco verbi inſignis,& ſtrenuus veræ ac ſalutaris doctrinæ anteſignanus,laude & prædicatione celebratur.

NICEPHORVS libro decimoquarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimoquarto: Cęleſtinus autem Romæ Epiſcopus, propter nauigationis pericula, ipſe ſynodo (Epheſinæ) adeſſe detrectauit: ad Cyrillum tamen, vt locum ibi ſuum obtineret, ſcripſit. Ex quo tempore,fama eſt,mitram illum & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuerſi iudex appellaretur, accepiſſe: quæ deindè omnia per ſucceſſionem ad eos etiam peruenerint, quibus ſorte Alexandrinæ Eccleſiæ thronus legitimè obueniſſet, ſacros epiſcopos. Et libro decimoquarto, capite trigeſimoſexto: Cyrillus veluti quædam Eccleſiæ tuba fines terræ perſonans,& propugnator Eccleſię fortiſſimus ab omnibus celebratur,& omnibus in ore eſt.

DE LEONE MAGNO.

THEODORETVS Cyrenſis Epiſcopus in epiſtola ad Leonem Romanum Pontificem: Deus nunè quoquè Petri & Pauli ſedem claram inſignemq; reddidit, tùm veſtram ſanctitatem in ea collocauerit, quæ radios fidei orthodoxæ emittit.

SOPHRONIVS Patriarcha Hieroſolymitanus in epiſtola ad Sergium Patriarcham Conſtantinopolitanum, quæ recitata eſt actione vndecima ſextæ Synodi generalis Conſtantinopolitanæ: Tanquàm ſacram & cohonorandam ſuſcipio, rectæq; fidei propagatricem & à Deo condonatam, atque à Deo inſpiratam epiſtolam Magni atque præclari Leonis ſanctiſſimi Romanæ Eccleſiæ, immò omnium quæ ſub ſole erunt luminarij: quam diuino manifeſtè permotus ſpiritu contra Eutychen maledictum, & Deo odibilem deſipientemq; Neſtorium, ad Flauianum laudabilem ſcripſit regiæ vrbis Epiſcopum: quam & firmamentum rectæ fidei appello atque definio, hos qui ità eam optimè definièrunt, ſanctos patres aſſequens, vtpotè omnem quidem rectitudinem fidei nos inſtruentem, omnem verò prauitatem hæreticam perimentem, & ab à Deo cuſtoditis atrijs noſtræ ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ effugantem: cum qua diuina ſyllaba & ſcriptura, & cunctas eius epiſtolas & dogmata, tanquàm prolata ex ore Petri Principis Apoſtolorum, amplector & peroſculor & veneror & anima tota complector. Vide plura in Synodo Chalcedonenſi,actione tertia.

DE GREGORIO MAGNO.

DAMASCENVS in Oratione de defunctis: Prodeat in medium Gregorius Dialogus antiquioris Romæ Epiſcopus,vir, vt omnes nôrunt,tum vitæ ſanctitate,tum eruditione clarus ac celebris, quem,cùm ſacris operaretur,cæleſtem ac diuinum angelum ſacroſancti muneris ſocium habuiſſe narrant.

CONCILIVM Toletanum octauum, canonè ſecundo: Beatus etiam Papa Gregorius,& vitæ meritis honorandus, atque in ethicis aſſertionibus penè cunctis meritò præferendus,&c.

ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis capite 27. Gregorius Papa Romanæ Sedis Apoſtolicæ præſul, compunctione timoris Dei plenus,& humilitate ſummus, tantumq; per gratiam ſancti Spiritus,ſcientiæ lumine præditus, vt non modò illi præſentium temporum quiſquam Doctorùm, ſed nec in præteritis quidem illi par fuit vnquàm.

DE IOANNE DAMASCENO.

SVIDAS: Ioannes Damaſcenus, cognomentò Manſur,vir fuit eloquentiſſimus, ne vlli eorum, qui ipſius tempeſtate doctrinæ laude claruerunt, ſecundus. Opera ipſius perquàm multa, & in primis erudita.

IOANNES Patriarcha Hieroſolymitanus in vita Ioannis Damaſceni: Ioannes qui à Damaſco patriâ ſua cognomentum traxit, non exiguum Eccleſiaſtici firmamenti fidus extitit, verùm maximum & ſplendidiſſimum, non in hæreſis ſolùm vbiquè diffuſæ tenebris lucens, ſed etiam omnem peſtiferæ doctrinæ noctem ſermonum ſuorū claritate diſcutiens: quem ſi quis omnis rectæ doctrinæ legem,ac Moſaicas tabulas appellauerit,à vero minimè aberrârit.

IOANNES Zonaras tomo tertio annalium, in Conſtantini Copronymi imperio: Tyrannus cum Patriarcha ſuo,& ſectatoribus Epiſcopis anathemate notârunt doctrina virtuteq; præſtantem Ioannem Damaſcenum, qui hunc Dei hoſtem & patrem eius per literas ſæpè impietatis arguit. Vide etiam ſub finem actionis ſextæ Synodum Nicęnam ſecundam.

GEORGIVS Cedrenus in compendio hiſtoriarum, in imperio Leonis Iſauri Iconomachi: Erat ſanctus hic Ioannes monachus & Presbyter, & vita & oratione magiſter optimus, omni diuina humanâque cognitione repletus.

Digitized by Google

AVGVSTINI PRO AVTHORE CATECHISMI AD OPPVGNATORES DOCTRINAE IN EO TRADITAE, SACRARVM INPRIMIS LITErarum, deindè ſanctiſſimorum ſimul & vetuſtiſſimorum Patrum teſtimonijs confirmatæ,

RESPONSIO.

Lib. cōtra Iulianū Cap. 1

Pro Catholico dogmate ab Auguſtino ſententiam pronnnciaturi Patres introducti. Idem in hoc opere factum.

TV qui tam crebrò nobis Manichęorum nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholicæ defenſores tam execrabili criminatione appetere audeas, ſi euigilas intuere. Non quidem omnium de hac re *(loquitur de peccato originali, idem de reliquis hoc libro confirmatis articulis intellige)* ſententias, nec omnes eorum quos commemorabo, me congregaturum eſſe polliceor, quia nimìs longum eſt, & neceſsè eſſe non arbitror; ſed ponam pauca paucorum, quibus tamen noſtri contradictores cogantur erubeſcere, & cedere, ſi vllus in eis vel Dei timor, vel hominum pudor tantum malum peruicaciæ ſuperauerit.

Irenęus Lug. Cyprianus Carthag. Reticius Auguſtudunen.

Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, non longè à temporibus Apoſtolorum fuit; de eadem fide beatiſſimus martyr & Epiſcopus Cyprianus *(ſcribit)*. Reticium ab Auguſtuduno Epiſcopum magnæ fuiſſe authoritatis in Eccleſia tempore Epiſcopatus ſui, geſta illa Ecçleſiaſtica nobis indicant, quando in vrbe Romana Melchiade Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo præſidente, cum alijs iudex interfuit, Donatumq; damnauit, qui prior author Donatiſtarum ſchiſmatis fuit, & Cæcilianum Epiſcopum Eccleſiæ Carthaginienſis abſoluit.

Olympius Hiſpanus.

Olympius Hiſpanus Epiſcopus, vir magnæ in Eccleſia & in Chriſto gloriæ *(extitit)*.

HilariusGallus.

Eccleſiæ Catholicæ aduersùs hæreticos acerrimum defenſorem venerandum quis ignorat Hilarium Epiſcopum Gallum? Hunc virum tanta in Epiſcopis catholicis laude præclarum, tanta notitia famaque conſpicuum, de peccato originali *(aut alijs fidei catholicæ articulis)* aude, ſi quid tibi frontis eſt, criminari. Sed adhuc audi alium excellentem Dei diſpenſatorem, quem veneror vt patrem: in Chriſto enim Ieſu per Euangelium ipſe me genuit, & eo Chriſti miniſtro lauacrum regenerationis accepi;

S. Ambroſius.

beatum loquor Ambroſium, cuius pro Catholica fide gratiam, conſtantiam, labores, pericula, ſiue operibus, ſiue ſermonibus & ipſe ſum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. *(Poſt prædictorum verò de peccato originali propoſitas ſententias, ità ſubijcit)*:

Cap. 4.

Tale nè quid fingere Caluiniani ac Luterani poſſint, ante illorum oculos, quid hi per omnes ætates ſenſerint, proponitur.

I nunc, & mihi obijce originale peccatum, *(immò dogma vllum catholicum hîc confirmatum)* diſſimula ab iſtis, finge te neſcire quid dicant; & ſanctæ Eccleſiæ tot tantosque doctores, qui vita optimè geſta, debellatisque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſimè de hoc ſeculo, antequàm vos ebulliretis exierunt, velut eis non viſis, in me impetū faciens, & velut neſciens, quòd illi ſub meo nomine lacerentur, tanquàm ſecurus inſulta. Crederem te, fateor, quid mali facias ignorare, nec impudentiæ, ſed imprudentiæ tuæ tribuerem, quòd hæc lumina ciuitatis Dei audes hoſtiliter inſectari, quæ ſectari fideliter debuiſti:

An nō idem de Caluinianis & Luteranis æſtimare oportet, qui Patres pro ſe ſtare videri volunt?

Crederem te, inquam, hoc tantum nefas committere neſcientem, niſi in eo libro cui te reſpondiſſe vel exiſtimas, vel exiſtimari cupis, apertiſſimum teſtimonium de ſancti Ambroſij diſputatione poſuiſſes. *(cuilibet etiam veſtrum hoc dicitur, qui Patres ipſos vos legere in ſcriptis veſtris profitemini.)* Cernis nempe cum quibus tua maledicta ſuſtineam, cernis cum quibus mihi ſit cauſa communis, quam nulla conſideratione ſobria pulſare calumnijs & expugnare conaris? Cernis quàm tibi pernicioſum ſit, tam horribile crimen *(hæreſeos)* obijcere talibus; & quàm mihi glorioſum ſit, quodlibet crimen audire cum talibus? Si cernis, cerne, & tandèm tace, Pelagianam *(Caluinianam, Luteranam)* linguam tot linguis catholicis deprime, tot venerandis oribus proterua ora ſubmitte. Si ſcholam Xenocratis ſicut Polemo ex antelucano conuiuio temulentus intràſſes, non tanta quanta in iſto cœtu tot ſanctorum, deberes verecundia coerceri.

Verecūdiam quis talē merità in Caluinianis Luteranisque deſideret.

Hîc enim certè tanto maior debet eſſe verecundia, quanto verior addiſcitur ſapientia. Tanto ampliùs reuerendi ſunt tot memorabilium Epiſcoporum, quàm vnius Xenocratis vultus, quanto Platone Xenocratis doctore, doctor iſtorum maior eſt Chriſtus. Cùm te viderem in libris tuis non antelucano conuiuio temulentum, ſed inſano conuicio turbulentum, introduxi te ſedandum atq; ſanandum, non in alicuius philoſophi auditorium, ſed in ſanctorum Patrum pacificum honorandumque conuentum.

In ſanctorū Patrū pacificum honorādum conuētum & in hoc opere introducimur.

Sit operæprecium obſecro te, aſpice illos quodammodò aſpicientes te, & manſuetè, ac leniter dicentes tibi; Itáne nos fili Iuliane *(Illyrice, Kemniti, &c.)* Manichęi ſumus *(aut à fide Catholica aberramus)*? Rogo quid reſpondebis? Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumenta ſuccurrent? Quæ Ariſtotelis categoriæ, quibus vt in nos velut artifex diſputator inſilias, videri appetis climatus? Quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorum conſpectu exeri audebūt? Quę abs te arma non fugient, nudumq; deſtituent? An fortè dicturus es, neminem illorū te in iſto crimi-

crimine nominâſſe? Et quid facies cùm tibi dixerint; Tolerabiliùs dente maledico nomina conſideres noſtra, quàm fidem noſtram, cuius merito in cælo nomina ſcripta ſunt noſtra? An fortè dices eis; Nec fidem veſtram vllo tali crimine violaui? Sed qua confidentia id dicere audebis homo, qui dicis Manichęum eſſe ſenſum, confiteri ex Adam trahere naſcentes originale peccatũ, quod iſti confeſſi atq; profeſſi ſunt; quod in Chriſti Eccleſia ſuorum rudimentorũ tempore didicerunt, quod Chriſti Eccleſiam ſuorum honorum tempore docuerunt; qui per Spiritum ſanctum tam multa peccata omnibus, quos baptizare potuerunt, tam multis paruulis ſola originalia remiſerunt? Iterùm te admoneo, iterùm rogo, aſpice tot ac tales Eccleſię Catholicæ defenſores atq; rectores; vide quibus tam grauem, tamq; nefariam irrogâris iniuriam. An ideò contemnẽdos putas, quia occidentalis Eccleſię ſunt omnes, nec vllus eſt in eis commemoratus à nobis Orientis Epiſcopus? Quid ergò faciemus, cùm illi Gręci ſint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorũ ſuorum voluit Dominus glorioſiſſimo martyrio coronare. Cui Eccleſię præcedentem beatũ Innocentium ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutẽ tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere concilijs, niſi quod antiquitùs Apoſtolica Sedes & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia? Et tamen eius ſucceſſorem crimine pręuaricationis accuſas, quia doctrinæ Apoſtolicę & ſui deceſſoris ſententiæ noluit refragari. Sed de hoc interim taceo, nè animũ tuum, quem ſanare potiùs cupio, quàm irritare, laudibus tui damnatoris exulcerem. Sancto Innocẽtio vide quid reſpondeas, qui nihil aliud de hac re ſapit, quàm quod iſti in quorum te conuentum, ſi tamen prodeſt aliquid, introduxi; cum his etiã ipſe conſidet, etſi poſterior tempore, prior loco. Non eſt ergò cur prouoces ad Orientis antiſtites, quia & ipſi vtiq; Chriſtiani ſunt, & vtriuſq; partis terrarum fides iſta vna eſt: quia & fides iſta Chriſtiana eſt, & te certè occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit Eccleſia. Quid ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti, quando in eius membra veniſti?

Patres vt nominatim non perſtringant hęretici, eorũ tamen fidem impetunt.

Occidentalis & Latini orbis conſentiens de fide doctrina Catholico homini ſufficere debet.

Ad eam Catholici Luteranos Caluinianosq; cũ Auguſtino reuocamus.

Orientales Patres pro Catholico dogmate pronunciantes introducti.

Cap. 5. Sed non tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illuſtris Epiſcopus etiam de partibus Orientis, cuius eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam Latinam tranſlata vſquequaquè claruerunt. Sedeat ergò cum iſtis Patribus etiam ſanctus Gregorius, & cum eis tuæ criminationis inanem patiatur inuidiam, dum tamen cum eis contra nouitiã peſtem veſtram, medicinalem proferat & ipſe ſententiam. Audis omnes vno corde, vno ore, vna fide idipſum dicere, & hanc eſſe catholicam fidem non diſſonante conteſtatione firmatam. An tibi parua in vno Gregorio Epiſcoporum orientalium videtur authoritas? Eſt quidem tanta perſona, vt neq; ille hoc niſi ex fide Chriſtiana omnibus notiſſima diceret; nec illi eum tam clarũ haberent atq; venerandum, niſi hæc ab illo dicta ex regula notiſſimæ veritatis agnoſcerent. Si vis addimus huic & ſanctum Baſilium, immò velis nolis addendus eſt. Quod credunt, credo; quod tenent, teneo; quod docent, doceo; quod prædicat, prędico. Iſtis cede, & mihi cędes. Acquieſce iſtis, & quieſcis à me. Poſtremò ſi mihi per eos amicus fieri non vis, ſaltem peto, nè per me illorum efficiaris inimicus. Sed quomodò non efficieris, ſi in iſto errore permanſeris? Quanto ergò meliùs vt his accedas, ab illo recedas? Tantúmne apud te poſſunt Pelagius & Celeſtius *(Caluinus, Luterus)* vt à ſolis Ortu vſque ad Occaſum tot ac tantos catholicę fidei doctores & defenſores, antiquos & noſtrę ætati contiguos, dormientes & manentes, non ſolùm deſerere, verùm etiã Manichęos audeas appellare? Miror ſi hoc aliquando ex tuo poterit ore procedere, quod te tamen clamare prauitas tui cõpellit erroris. Sed mirùm ſi in facie hominis tantum interuallum eſt inter frontem & linguam, vt in hac cauſa frons non cõprimat linguã.

Gregorius.

Patrum vna & conſentiens de fide ſententia.

Baſilius.

Huiuſmodi Chriſtiano homini vox cõuenit.

Cap. 6. Sed quid muſſites, noui. Dic iam dic, audiamus, in extremo tui operis, de quo nunc agimus, id eſt, in quarti libri parte nouiſſima eſt. *Sanctus Ioannes, inquis, Conſtãtinopolitanus negat eſſe in paruulis originale peccatum.* Itàne verba ſancti Ioannis Epiſcopi audes tanquàm econtrariò tot taliumq; ſententijs collegarũ eius opponere, eumq; ab illorum concordiſſima ſocietate ſeiungere, & eis aduerſarium conſtituere? Abſit, abſit hoc malum de tanto viro credere aut dicere. Abſit, inquam, vt Conſtantinopolitanus Ioannes de baptiſmate paruulorum, eorumq; à paterni chirographi liberatione per Chriſtum, tot ac tantis coëpiſcopis ſuis, maximeq; Romano Innocentio, Carthaginienſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio. Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atq; optimi regulæ catholicæ defenſores, ſalua fidei compage non conſonant, & alius alio de vna re meliùs aliquid dicit & veriùs. Hoc autem vndè nunc agimus, ad ipſa fidei pertinet fundamẽta.

Cogita hic ſimili impudẽtia calumniaq́ue hoc facere Luterum, Caluinũ, Bezam &c. cùm Patrũ aliquẽ pro ſuis erroribus producunt.

In fidei fundamento Patres cõſentiũt, nec ſibi contraria ſcribunt.

Cap. 7. Nunc primùm perſpicis hoc didiciſſe & docuiſſe tot ſanctos, quod & nos didicimus & docemus: muta iam iſtam mentem, obliuiſcere huius erroris & propemodùm furoris, quo in tot ac tales Patres Manichęum iacularis opprobrium. Si neſciens hoc feciſti, cur non miſeram reſpuis imperitiam? Si ſciens, cur non ſacrilegam deponis audaciam? Conuinceris vndiquè, luce clariora ſunt teſtimonia tanta ſanctorũ; in quorum conuentum te introduxerim conſpice. Hîc eſt Mediolanenſis Ambroſius, quem magi-

Exiſtimẽt Luterani Caluinianique ſic ſe etiam poſt perlectas hic Patrũ ſententias vrgeri, & (quod Deum rogamus) reſipiſcant.

En quàm venerandus Patrum cœtus, quem etiam præſens opus exhibet.

magiſter tuus Pelagius tanta prædicatione laudauit, vt diceret *in libris eius præcipuè fidem lucere Romanam*, qui Scriptorum inter Latinos flos quidam ſpecioſus enituit, ità vt eius fidem & puriſſimũ in ſcripturis ſenſum reprehendere nec inimicus auderet. Hîc eſt & Conſtantinopolitanus Ioannes, quem tu in numero eruditorum ac ſanctorum excellentiſſimum in hac ipſa tua, cui reſpondeo, diſputatione poſuiſti. Hîc eſt Baſilius, cuius te verbis ad id quod nunc agitur non pertinentibus, putâſti aliquid adiuuari. Hîc ſunt & cæteri quorũ te mouere debet tanta cõſenſio. Non eſt iſta, ſicut ſtylo maledico ſcribis, *conſpiratio perditorum.*

Patrum elogia.

In Eccleſia catholica doctrinæ ſanę ſtudijs claruerunt; ſpiritalibus armis muniti & accincti, ſtrenua contra hæreticos bella geſſerunt; perfuncti fideliter ſuæ diſpenſationis laboribus, in pacis gremio dormierunt. *Vnum* dicis *egreſſum*, me ipſum ſignificans, *qui in ſe ſummam prælij ſitam optat intelligi.* Eccè nõ ego vnus, ſed tot ac tanti ſancti eruditiq; doctores, tibi pro me vel mecum proque omnium noſtrum & tua ipſius, ſi ſapis, salute reſpondent. Sed eccè quò te introduxi, conuentus ſanctorũ iſtorum non eſt multitudo popularis, non ſolùm filij, ſed & patres Eccleſię ſunt. Ex illo numero ſunt, de quibus prædictũ eſt, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. Ex qua filij regenerati ſunt, vt hæc diſcerẽt; eius patres facti ſunt, vt docerent. Quid eſt quod vos gaudere iactas, quòd iſta veritas, quam tu errorem putas, vel putari cupis, *de tanta multitudine aſſertorem non poteſt inuenire*; quaſi parua ſit eius aſſertio, quòd in hoc fidei firmiſſimo & antiquiſſimo fundamento ipſa toto orbe diffuſa non à ſe diſcrepat multitudo? Si autẽ aſſertores eos flagitas, quorum aliquid etiam literarum inueniri poteſt, illuſtriſq; doctrina eſt: en adeſt aſſertorum eius memorabilis & venerabilis conſeſſus atq; conſenſus. Itàne tuum ſic amabis errorem, in quem iuuenili confidentia & humano lapſu incautiùs decidiſti, vt ab iſtis catholicę vnitatis & veritatis ſacerdotibus, ex diuerſis orbis terrarum partibus tanta inter ſe fidei concordia congruentibus, in tam magna cauſa, vbi Chriſtianæ religionis ſumma cõſiſtit, non ſolùm diſſentire, ſed eos audeas Manichęos inſupèr nuncupare? Quòd ſi hoc nõ facis, nec mihi hoc iuſtè facis, quem cernis in eadem cauſa diſputationibus meis, quibus aduersùs me ferociter irritaris, illorum ſecutum fuiſſe veſtigia. Si autem me ſolum tali aſpergis opprobrio, non ob aliud, niſì quia de peccato primi hominis quod ſentiunt, ſentio: quod tenent, teneo: quod prędicant, prędico: quis te non videat in me apertũ iactare conuicium; de illis occultũ quidem, ſed tamen ſimile habere iudicium? Ego quidem pro dilectione, quæ mihi eſt erga te, quam Deo propitio quibuſlibet cõuicijs abſit vt de medullis mei cordis extirpes, mallem fili Iuliane, vt iuuentute meliore atq; fortiore te vinceres, & animoſitatem quid aliud quàm humanam, qua cupis tuam, qualiſcunque ſit, quoniam tua iam facta eſt, præualere ſententiam, potentiore pietate ſuperares. Et ſicut Polemo luxurię coronis ſenſim capite detractis, eiſq; abiectis, manũ pallio ſubdidit, os & vultũ formauit ad verecundiam, ad extremum totum ſe illi, ad quem deridendum venerat, diſcipulũ tradidit; ſic & tu loquentibus tibi tot venerabilibus viris, maximeq; Epiſcopo Ambroſio integritate catholicæ fidei, etiam tui mali doctoris & deceptoris ore laudato, & Epiſcopis Baſilio & Ioanne, quos tu quoquè in ſanctis eruditis veridica atteſtatione poſuiſti, tanquàm coronas ebrioſorum abijceres laudes Pelagianorum, quibus tanquàm magnus eorum defenſor extolleris, & ſtylũ, vt mitiùs dixerim, contumelioſum, non tanquàm pallio pudoris abſconderes, ſed tanquàm manu emendatiore confringeres; tuumq; pectus veritate complendum, non Platonico Xenocrati, ſed iſtis ſacerdotibus Chriſtianis, vel potiùs in eis ipſi Domino Chriſto, non velut qui nũc primùm veneris, traderes, ſed velut qui receſſeras, redderes. Quòd ſi tibi conſilium meum diſplicet, age vt placet. Ego enim & ſi correctus fueris, in quo maiora vota mea ſunt, abundantiùs cumulatiuſq; gaudebo: & ſi, quod abominor, in hac prauitate permãſeris, ex opprobrijs tuis fructuoſum habebo, & pro me cęleſtis mercedis augmentum, & de te miſericordis doloris aculeũ. Propoſuimus hîc authoritatis mole ſanctorum, qui Epiſcopi ante nos, non ſolùm ſermone cùm hîc viuerent, verumetiam ſcriptis, quæ poſteritati relinquerent, fidem catholicam ſtrenuè defenderunt; veſtra argumenta confringere. Hoc autem probauimus catholicorum authoritate ſanctorum, qui & hoc aſſerũt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinque *(immò omnia quæ in Catechiſmo docuimus)* eſſe vera omnia confitentur. Ac per hoc non eſt conſequens, vt hoc falſum ſit, quia vera ſunt illa. Tales quippe ac tanti viri ſecundùm catholicã fidem, quæ vbiquè toto orbe diffunditur, & hoc, & illa vera eſſe confirmant; vt veſtra fragilis, & quaſi argutula nouitas ſola authoritate conteratur illorum, præterquàm quòd ea dicunt, vt ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur. At ego vbicunquè ſis, vbicunquè legere iſta potueris, te ante iſtos iudices intùs in tuo corde conſtituo; quos non amicos meos & inimicos tuos, aliqua in meam partẽ gratia propendentes, aliquo abs te merito tuæ offenſionis auerſos, & ob hoc tibi aduerſos, in hac noſtra diſceptatione cõſtitui cognitores: Nec eos qui nunquàm fuerunt, aut non ſunt, aut quorum ſententiæ, de hoc quod inter nos diſputatur, incertæ ſunt, inani cogitatione confinxi; ſed ſanctos, & in ſancta Eccleſia illuſtres antiſtites Dei, non Platonicis &

Eccleſiaſtici ſcriptores nõ tantùm filij, verùm patres etiã Eccleſię. Pſal. 44.

Adeſt ſanè etiam in hoc opere & exhibetur is conſeſſus conſenſuſque.

Sic ſanè hodiè Luterani, ac Caluiniani dũ in Catholicos debachãtur, Patres eadẽ ſentientes condemnant.

En quid hęreticum hominem retineat nè reſipiſcere poſſit.

Vtinàm & noſtri Caluiniani Luteraniq́ue Patribus ſe erudiẽdos traderent, & in his Chriſto

In Catechiſmo idẽ præſtitum.

Lib. 2. in Epilogo Cap. 9.

Cap. 10.

Patres optimi & æquiſſimi controuerſiarum de religione cognitores.

eis & Ariſtotelicis & Zenonicis alijsq; huiuſcemodi, vel Græcis vel Latinis, quanquàm & iſtis aliquos eorum, verùm omnes ſacris literis eruditos, nominatìm, ſicut oportebat, expreſſi: eorumq; ſentẽtias, quantum ſufficere videbatur, ſine vlla ęditas ambiguitate digeſſi, vt in eis timeas non ipſos; ſed illum qui ſibi eos vtilia vaſa formauit, & ſancta templa conſtruxit, qui tunc de iſta cauſa iudicauerunt, quando eos nemo poteſt dicere perperàm cuiquam vel aduerſari, vel fauere potuiſſe. Nondûm enim extiteratis, contra quos ſuſcipe-remus de hac quæſtione conflictum. Nondùm enim eratis qui diceretis, quod in libris tuis ponis, *quia de vobis multitudini mentiti fuerimus, & quòd Celeſtianorum vel Pelagianorum nomine homines terreamus, & quòd terrore ab omnibus extorqueamus aſſenſum.* Certè ipſe dixiſti, *quòd omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitiâ, irâ vacuos eſſe deceat*: pauci tales potuerũt inueniri. Sed Ambroſium, aliosque collegas eius, quos cum illo commemoraui, tales fuiſſe credendum eſt. Verùm & ſi tales non fuerunt in his cauſis, quas ad ſe delatas & inter partes cognitas, cùm hîc viuerent, ſuo iudicio definiêrunt; ad hanc tamen cauſam tales erant, quando de illa ſententias protulerunt, nullas nobiſcum, vel vobiſcum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt: neque nobis, neque vobis irati ſunt; neque nos, neque vos miſerati ſunt. Quod inuenerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondùm vobiſcũ apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta eſt cauſa noſtra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus; & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus: nondùm vobiſcum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus.

In Catechiſmo Patrum ſententię quibus noſtras controuerſias deciderunt digeſtæ.

Quæ in æquo iudice requirere poſſis, illa in Patribus inuenias.

Patres tradiderũt nobis ſuis filijs quę ipſi à ſuis patribus acceperunt.

Dicis me ſi ſub poteſtate iudicum premerer, quales tibi ipſi componis, non habiturum fuiſſe quid facerem, quò confugerẽ, cùm tuis argumentationibus vndè occurrerem, reperire non poſſem. Ego planè haberem quod facerem, haberem quò confugerem; à Pelagianis enim *(Luteranis, Caluinianis)* tenebris ad hæc tam clara catholica lumina prouocarem, quod & nunc iam facio. Tu ergò reſponde, quid facias, dic quo confugias. Ego à Pelagianis ad iſtos, tu ab iſtis ad quos? An quia *non numerandas, ſed ponderandas* cenſes *eſſe ſententias*, & addis, quod quidem & ego verum eſſe conſentio, *ad aliquid inueniendum, multitudinem nihil prodeſſe cæcorum*; etiam iſtos cæcos dicere audebis? Et vſqueadeò permiſcuit imis ſumma longus dies, vſqueadeò tenebræ lux, & lux tenebræ eſſe dicuntur, vt videant Pelagius, Celeſtius, Iulianus, *(Luterus, Caluinus)* & cæci ſint Hilarius, Gregorius, Ambroſius? Sed qualiſcunque homo ſis, tamen quia homo es, videre mihi videor verecundiam tuam, ſi tamen non in te ſpes eſt omnis emortua ſanitatis; & quodammodò audio vocem tuam. Reſpondes, Abſit vt audeam cæcos iſtos viros, vel cogitare, vel dicere. Eorum ergò appende ſententias. Nolo eſſe plures, vt eas te pigeat numerare. Sed non ſunt leues, vt eas dedigneris appendere; imò tam ſunt graues, vt te videam ſub earum onere laborare. Nunquid & de iſtis dicturus es, *me imbellem tibi opinionem conſortis opponere, & velut conſternatum metu, conſcios nominare?* Iſti Epiſcopi ſunt docti, graues, ſancti, veritatis acerrimi defenſores aduersùs garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuiſti, non potes inuenire quod ſpernas. Si Epiſcopalis ſynodus ex toto orbe congregaretur, mirum ſi tales poſſent illic facilè tot ſedere, quia nec iſti vno tempore fuerunt. Sed fideles, & multis excellentiores paucos diſpenſatores ſuos Deus per diuerſas ætates temporum, locorumque diſtantias, ſicut ei placet atque expedire iudicat, ipſe diſpenſat. Hos itaque de alijs atque alijs temporibus, atque regionibus ab Oriente & Occidente congregatos vides, non in locum quo nauigare cogantur homines, ſed in librum, qui nauigare poſſit ad homines.

Iudicibus Patribus vincimus Catholici.

Hęreticorum præiudicijs grauati Catholici, Patres appellamus.

Mirum ſi hoc noſtri Caluiniani Luteranique profiteri audeãt.

Quę in iudice requiruntur, in Patribus eſt inuenire.

En tibi in hoc opere talem Patrũ cœtum.

Quanto tibi eſſent iſti iudices optabiliores, ſi teneres catholicam fidem, tanto tibi ſunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem, quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt, quam contra inimicos etiam vos tunc nondùm natos, vndè nunc reuelamini, apertiſſimè ac fortiſſimè defenderunt. Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit. Ideò profanas voces veſtræ nouitatis expauit; & cauta ac ſobria ex admonitione Apoſtolica, nè ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ſic & mens eius corrumperetur à caſtitate, quæ eſt in Chriſto; catholicæ fidei virginitati inſidias veſtri dogmatis ſubrepentis exhorruit, & tanquàm caput colubri calcauit, obtriuit, abiecit. His igitur eloquijs & tanta authoritate ſanctorum, profectò aut ſanaberis Dei miſericordia donante, quod quantum tibi optem videt qui faciat: aut ſi, quod abominor, in eadem quæ tibi videtur ſapientia, & eſt magna ſtultitia, perdurauerìs; non tu iudices quæſiturus es, vbi cauſam tuam purges; ſed vbi tot ſanctos doctores egregios atque memorabiles catholicæ veritatis accuſes, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambroſium, Baſilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cæterosque ſocios ac participes eorum, inſupèr & vniuerſam Chriſti Eccleſiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter miniſtrantes, ingenti in Domino gloria claruerunt.

Hęretici quia Catholicam fidem oppugnant, Patrũ iudiciũ ſubterfugiunt.

Patres poſt Apoſtolos Eccleſię plantatores &c.

2. Cor. 11.

Digitized by Google

INDEX, TOTIVS CATECHISMI ORDINEM ET SVMMAM COMPLECTENS: INDICANS ITEM CONTROVERSIAS, QVAE IN HOC LIBRO PER ANTIQVORVM PATRVM ET SCRIPTVRAE SACRAE TESTIMONIA DECIDVNTVR.

Christiana doctrina circa Sapientiam & Iuſtitiam verſatur.

Ad Sapientiam, quæ ordine ſequuntur, & infrà tractantur, capita referri poſſunt.

I. De Fide & Symbolo Fidei, *per quæſtiones* 22. *vbi inter cætera etiam agitur*
De authore Symboli Apoſtolici, quæſtione 5.
De deſcenſu Chriſti ad inferos, quæſtione 13.
De notis Eccleſiæ, quòd ea ſit { *Viſibilis* / *Vna* / *Sancta* / *Catholica* } *quæſtione* 18.

II. De Spe & Oratione Dominica, cum Angelica Salutatione, *per quæſtiones* 19.
Atque etiam
De Spe cum timore coniungenda, quæſtione 2.
De { *Laude* / *Veneratione* / *Inuocatione* } *Beatæ Mariæ Virginis, quæſtione* 15. *& ſequentibus.*

III. De Charitate & mandatis Decalogi, *per quæſtiones* 20. *Item*
An mandata Decalogi ad Chriſtianos pertineant, quæſtione 6.
An ea impleri poſſint, quæſtione 6.
De Sanctorum { *Inuocatione* / *Cultu* / *Reliquijs* / *Ferijs* } *quæſtione* 8.
De Imaginibus { *Chriſti &* / *Sanctorum* } *quæſtione* 9.

De præceptis Eccleſiæ, *per quæſtiones* 19. *nominatim verò*
De Traditionibus Apoſtolicis & Eccleſiaſticis, quæſtione 1. *& ſequentibus.*
De Eccleſia & eius authoritate, quæſtione 9. 10. *&* 16.
De Romano Pontifice & Eccleſia Romana, quæſtione 9.
De Concilijs, quæſtione vndecima.
De authoritate Sanctorum Patrum, quæſtione eadem.
De quinque præceptis Eccleſiæ, quæſtione 14.
De Scriptura ſacra & eius interpretatione, quæſtione 16.

IIII. DE SACRAMENTIS.

De Sacramentis in genere, *per quæſtiones* 8.
De Cæremonijs, quæſtione 8.

De Baptiſmi Sacramento, *per quæſtiones* 4.
De Concupiſcentia Renatorum, quæſtione 3.

De Confirmationis Sacramento, *per quæſtiones* 5.
De Chriſmate, quæſtione 4.

De Euchariſtiæ Sacramento, *per quæſtiones* 10.
De Veritate, quæſtione 4.
Tranſubſtantiatione, quæſtione 5.
Adoratione, quæſtione 6.
De Miſſa, quæſtione 7.
De Communione ſub vtraque ſpecie, quæſtione 8.

De

Digitized by Google

De Pœnitentiæ Sacramento, *per quæſtiones* 10.

De Contritione, quæſtione 4.
De Confeſsione, quæſtione 5. *&* 6.
De Satisfactione, quæſtione 7. *&* 8.
De Purgatorio & fidelibus defunctis, quæſtione 9.

De Sacramento Extremæ Vnctionis, *per quæſtiones* 3.

De Ordinis Sacramento, *per quæſtiones* 8.

An omnes Chriſtiani ſint Sacerdotes, quæſtione 8.
De honorandis Sacerdotibus ſiue bonis ſiue malis, quæſtione 6. *&* 7.

De Matrimonij Sacramento, *per quæſtiones* 5.

De Diuortio, quæſtione 3.
De Votifragis, quæſtione 4.
De Coniugio Monachorum & Monialium, quæſtione eadem.
De Cælibatu Sacerdotum, quæſtione 4. *&* 5.
De Virginitate, quæſtione 5. *& latiùs de conſilijs Euangelicis, quæſtione* 4.

V. DE IVSTITIA CHRISTIANA.

Ad Iuſtitiæ priorem partem, quæ in malis fugiendis eſt ſita, pertinent hæc:

I. De peccatis in genere, *per quæſtiones* 6.
II. De peccatis ſeptem Capitalibus, *per quæſtiones* 9.
III. De peccatis alienis, culpa aliqua noſtra ad nos pertinentibus, *per quæſtiones* 11.
IIII. De peccatis in Spiritum ſanctum, *per quæſtiones* 8.
V. De peccatis in cælum clamantibus, *per quæſtiones* 5.
VI. De peccatorum expiatione, *per quæſtiones* 3.
VII. De peccatis minutis ſeu venialibus, *quæſtione* 2.

Ad Iuſtitiæ partem alteram, quæ in bonis faciendis aut conſectandis eſt poſita, rectè referri poſſunt

I. Bonorum operum genera triplicia, *per quæſtiones* 18. *vbi etiam agitur*

De fructu bonorum operum, quæſtione 2.
De Ieiunio, quæſtione 4. *& ſequentibus.*
De Oratione, quæſtione 7. *& ſequentibus.*
De Eleemoſyna & Operibus miſericordiæ, quæſtione 10. *& ſequentibus.*

II. Virtutes Cardinales, *per quæſtiones* 6.
III. Dona & fructus Spiritus ſancti, *per quæſtiones* 4.
IIII. Octo beatitudines, *per quæſtiones* 3.
V. Conſilia Euangelica, *per quæſtiones* 6.

De Euangelica Paupertate, Caſtitate, & Obedientia, quæſtione 3. 4. *&* 5.
De Monachiſmo & Religioſorum inſtituto, quæſtione 5.

VI. Quatuor hominis nouiſſima, *per quæſtiones* 7.

Ad Chriſtianæ doctrinæ totius ſummam vnico ceu verbo compræhendendam, Eccleſiaſtici ſententia notatu digna eſt, qui ait:

Fili concupiſcens Sapientiam, conſerua Iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Eccli 1.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX DE HOMINIS LAPSV ET IVSTIFICATIONE SECVNDVM SENTENTIAM ET DOCTRINAM CONCILII TRIDENTINI.

I. De lapſu primi hominis.
II. De peccato Adam in omnes homines transfuſo.
III. De remedio originalis peccati.
IIII. De reliquijs originalis peccati in baptizatis.
V. De naturæ & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.
VI. De diſpenſatione & myſterio aduentus Chriſti.
VII. Qui per Chriſtum iuſtificentur.
VIII. Deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.
IX. De neceſſitate præparationis ad Iuſtificationem in adultis, & vndè illa ſit.
X. Modus præparationis ad Iuſtificationem quis.
XI. Quid ſit Iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ.
XII. Quomodò intelligatur, impium per fidem & gratìs iuſtificari.
XIII. Contra inanem hæreticorum fidutiam.
XIIII. De acceptæ Iuſtificationis incremento.
XV. De obſeruatione mandatorum, deque illius neceſſitate & poſſibilitate.
XVI. Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.
XVII. De perſeuerantiæ munere.
XVIII. De lapſis & eorum reparatione.
XIX. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem.
XX. De fructu Iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deque ipſius meriti ratione.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

I.

Quis dicendus eſt [a] *Chriſtianus?*

a Actor. 11. d 1. Pet. 4 d

QVI IESV CHRISTI veri Dei & hominis ſalutarem doctrinam in eius [b] ECCLESIA profitetur.

B. Omnes proindè cultus & ſectas, quę extra CHRISTI doctrinam & ECCLESIAM vbiuis gentium reperiuntur, vt eſt, Iudaica, Ethnica, Mahometica, Hæretica, damnat & deteſtatur penitùs, qui verè Chriſtianus eſt, & in ipſa CHRISTI doctrina firmiter acquieſcit.

b Athanaſ. contra Arrian. orat. 2. Cyprian. epiſt. 52. & de ſimplicit. Prælatorũ. Ignatius ad Magneſianos. Aug. Tract. 113. in Ioan. & ſer. 181. de temp. c. 12. Item in Enchir. cap. 5. Tertul. lib. de Pudicitia, c. 7. & de præſcript. hæret. cap. 37.

TESTIMONIA QVAE AD MARGINEM CITATA SVNT.

1. A ACTORVM vndecimo capite: Profectus eſt autẽ (Barnabas) Tarſum, vt quæreret Saulum: quem cùm inueniſſet, perduxit Antiochiam. Et annum totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerũt turbam multam, ità vt cognominarentur primùm Antiochiæ Diſcipuli, Chriſtiani.

2. PRIORIS epiſtolæ diui Petri quarto capite: Nemo autem veſtrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.

3. ATHANASIVS in oratione ſecunda cõtra Arrianos: Nunquàm populus ab Epiſcopis ſuis, ſed à Domino, in quem creditum fuit, nomen accepit. Certè à beatis Apoſtolis præceptoribus noſtris, miniſtriſq; Euãgelij Saluatoris noſtri, appellationes adepti non ſumus, ſed à Chriſto, Chriſtiani & ſumus & nuncupamur: Illi verò, qui aliundè originem ſuæ fidei deducũt, meritò authorum ſuorum cognomenta, vt ad quos pertineant, præ ſe ferunt. Quapropter, quum omnes à Chriſto, Chriſtiani & eſſemus & diceremur, exploſus eſt Marcion inuentor hæreſeos: reliqui autem qui cum exploſore Marcionis remanſêre, Chriſtiani titulum retinuerunt: qui verò ſecuti ſunt Marcionem, non iam indè Chriſtiani, ſed Marcioniſtæ appellati ſunt. Ità quoquè Valentinus, Baſilides, Manichæus, & Simon Magus ſectatoribus ſua vocabula impartiêrunt, indeq; factum, vt alij Valentiniani, alij Baſilidiani, alij Manichæi, alij Simoniaci, alij Cataphryges à Phrygia, alij à Nouato Nouatiani vocati ſint. Ità Melitius eiectus à Petro & Epiſcopo & Martyre, ſuos, qui ipſum ſequebãtur, non Chriſtianos poſteà, ſed Melitianos denominauit. Eâdem iterùm ratione B. Alexandro Arrium eijciente, ij qui Alexandro adhæſerunt, remanſerunt Chriſtiani: illi verò, qui vnà cum Arrio receſſerunt, nomen Saluatoris noſtri Alexandro cum ſuis relinquentes, Arriani deincèps appellati ſunt. Et paucis interiectis: Qui ex eodem genere ad iſtos abeunt, aut ab Eccleſia ad hæreſim tranſitum faciunt, nomen Chriſti derelinquunt, & Arrianorum vocabulo induuntur, quaſi non ampliùs fidem Chriſti retineant, ſed Arrianæ inſanię gregales habentur. Quomodò igitur Chriſtiani fuerint, qui non Chriſtiani, ſed Ariomanitæ appellantur? aut quomodò de numero Eccleſiæ Catholicę habeantur, qui Apoſtolicã fidẽ excuſſerunt, & nouarum peſtium inuentores ſe prębent?

Chriſtiani à Chriſto nomen habent.

Hæretici nomen ſumunt ab inuentoribus hæreſeõ.

Arriani non ſunt Chriſtiani.

4. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſecunda ad Antonianum: Quiſquis ille eſt, & qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt.

lib. 4. epiſt. 2. Qui in eccleſia non eſt, Chriſtianus non eſt.

5. IDEM in tractatu de Simplicitáte Prælatorum, ſiue de Vnitate Eccleſiæ: Non pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.

Eccleſiã matrẽ agnoſcat, qui vult Deũ habere patrẽ.

6. IGNATIVS epiſtola ad Magneſianos: Dignos nos exhibeamus ςognomento quod accepimus: qui enim alio nomine appellatur præter iſtud, hic non eſt Dei: non ſuſcipit prophetiam illam, quæ nobis ait, Vocabitur nomine nouo, quo Dominus nuncupabit eum: & erit populus ſanctus. Quod & impletum eſt primò in Syria: nam in Antiochia diſcipuli, Chriſtiani appellati ſunt, Paulo & Petro Eccleſiam fundantibus.

Chriſtianorũ nomẽ nouũ.

Eſa. 62.

Act. 11.

7. AVGVSTINVS tractatu centeſimo decimotertio in Ioannem: In negatione Apoſtoli Petri, debemus aduertere, non ſolùm ab eo negari Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed ab illo etiam qui cùm ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait Petro, Diſcipulum meum te negabis: ſed, me negabis. Negauit ergò ipſum, cùm ſe negauit eius eſſe diſcipulum.

Chriſtianũ ſe negãs, Chriſtum negat.

8. IDEM ſermone cẽteſimo octogeſimoprimo de tempore, capite duodecimo: Quiſquis ille eſt, & qualiſcunque ille eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt.

Chriſtianus nõ eſt, qui in Chriſti Eccleſia nõ eſt.

9. ITEM in Enchiridio ad Laurentium capite quinto: Certum verò propriumq; fidei Catholicæ fundamentũ, Chriſtus eſt. Fundamentũ enim aliud, ait Apoſtolus, nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Neq; hoc ideò negandũ eſt propriũ fundamẽtum eſſe fidei catholicæ, quia putari poteſt aliquibus hæreticis hoc nobiſcũ eſſe commune. Si enim diligẽter quæ ad Chriſtũ pertinent cogitẽtur; nomine tenus inuenitur Chriſtus apud quoslibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt, re verò ipſa non eſt apud eos. Quod oſtendere nimìs longum eſt, quoniam commemorandæ ſunt omnes hæreſes, ſiue quæ fuerunt, ſiue quæ ſunt, ſiue quæ poterunt eſſe ſub vocabulo Chriſtiano, & quàm ſit hoc verum, per ſingulas quaſque monſtrandum eſt.

1. Cor. 3.

Hæretici, veri Chriſtiani non ſunt.

10. TERTVLLIANVS in libro de Pudicitia, capite ſeptimo: Quis propriè Chriſtianus, & grex Domini eccleſiæ populus, & paſtor bonus Chriſtus, & ideò Chriſtianus non intelligendus, qui ab Eccleſiæ grege aberrauerit.

Chriſtiani nõ ſunt, qui ab Eccleſiæ grege aberrant.

11. IDEM in libro de præſcriptionibus aduerſùs hæreticos, capite trigeſimoſeptimo: Si hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt, non à Chriſto habendo quod de ſua electione ſectati, hæreticorum nomine admittunt.

Hæretici nequeunt eſſe Chriſtiani.

Digitized by Google

II.

Quo compendio Chriſtianam doctrinam licet complecti?

a Eccli 1. d
b Lib. 2. Retr. cap. 63. & Enchir. c. 2. & 3.
c 1. Cor. 13. d
d Proſp. ſen. 98. ex Auguſt.
e Pſal. 33. c & 36. c 1. Pet. 3. b

VT nimirùm Chriſtianus ea nôrit & obſeruet, quæ tum ad [a] Sapientiam, tum ad Iuſtitiam ſpectant. Sapientia, vt Auguſtinus [b] oſtendit, circa virtutes verſatur Theologicas, [c] Fidem, Spem, & Charitatem, quæ & Diuinitùs infunduntur, & cùm in hac vita purè maximeque excoluntur, beatos homines diuinosque reddunt. Iuſtitia verò [d] duabus partibus, declinatione à malo, & boni operatione, abſoluitur. Huc enim ſpectat, quod Propheta inquit Regius: [e] *Diuerte à malo, & fac bonum.* Iam ex hiſce fontibus, Sapientiæ ſcilicet & Iuſtitiæ, non difficulter hauriuntur cætera, quæcunque Chriſtianæ quidem Inſtitutioni atque diſciplinæ congruunt.

TESTIMONIA.

1. ECCLESIASTICI primo capite: Fili, cõcupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.

2. AVGVSTINVS libro ſecundo Retractationum, capite ſexageſimotertio: Scripſi librum de fide, ſpe & charitate, cùm à me, ad quem ſcriptus eſt poſtulâſſet, vt aliquod opuſculum haberet meum, de ſuis manibus non receſſurum: quod genus Græci Enchiridion vocant. Vbi ſatis diligenter mihi videor eſſe complexus, quo modo ſit colendus Deus, quam ſapientiam eſſe hominis vtiquè veram Diuina ſcriptura definit.

Sapientia Chriſtiani hominis cõſiſtit in recto Dei cultu.

3. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſecundo: Hominis ſapientia pietas eſt. Habes hoc in libro ſancti Iob: nam ibi legitur, quòd ipſa ſapientia dixerit homini, Eccè pietas eſt ſapientia. Si autem quæras, quam dixerit eo loco pietatem, diſtinctiùs in Græco reperies θεοσέβειαν, qui eſt Dei cultus.

Iob 28. ſecũdùm LXX.

4. ITEM ibidèm capite tertio: Hîc ſi reſpondero, (ad hanc videlicet quæſtionem, quonam modo ſit colendus Deus) fide, ſpe, charitate colendum Deum; profectò dicturus es, breuiùs hoc dictum eſſe quàm velis.

Colitur Deus fide, ſpe, & charitate.

5. PRIORIS epiſtolę ad Corinthios capite decimotertio: Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.

6. PROSPER in ſententijs ex libris Auguſtini decerptis, ſententia nonageſimaoctaua: Tota iuſtitiæ ratio eſt, vt declinentur mala, & fiant bona. cuius obſeruãtiæ inter quaslibet aduerſitates forma ſeruanda eſt: quia hoc ſolùm nunquàm amittitur, quod operi pietatis impenditur.

Iuſtitia Chriſtiana in duobus conſiſtit.

7. PSALMO trigeſimotertio: Diuerte à malo &c.

8. Et trigeſimoſexto: Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in ſeculum ſeculi.

9. PRIORIS epiſtolæ Petri capite tertio: Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos: Coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius nè loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum.

III.

Quid primùm traditur in doctrina Chriſtiana?

Rom. 10. c Heb. 11. a Auguſt. ferm. 38. de tẽp. & ſer. 1. de verb. Apoſt. c. 4. Leo ſer. 4. de Natiuit. Dom.
a Heb. 11. b
b Mar. 16. b
c Ioan. 3. b

FIDES, ianua illa noſtræ ſalutis, ſine qua Deum inuenire & inuocare, Deo ſeruire & placere nullus in hac vita poteſt. [a] *Credere enim oportet accedentem ad Deum,* inquit Apoſtolus: *qui* [b] *verò non crediderit, condemnabitur, &* [c] *iam iudicatus eſt,* ex Chriſti ſententia.

TESTIMONIA.

1. AD Romanos decimo: Quomodò inuocabunt, in quem non crediderunt?

2. AD Hebręos vndecimo capite: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

3. AVGVSTINVS ſermone trigeſimooctauo de tempore: Conſtat, neminem ad veram peruenire poſſe beatitudinẽ, niſì Deo placeat, & Deo neminem poſſe placere, niſì per fidem. Fides nanque eſt bonorũ omnium fundamentum. Fides eſt humanæ ſalutis initiũ. Sine hac nemo ad filiorũ Dei conſortium poteſt peruenire, quia ſine ipſa nec in hoc ſeculo quiſquam iuſtificationis conſequitur gratiam, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. Et ſi quis hîc nõ ambulauerit per fidem, non perueniet ad ſpeciem beatæ viſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Idem habet in initio ſermonis centeſimi octogeſimiprimi de tempore.

Fidès quàm neceſſaria.

4. IDEM ſermone primo de verbis Apoſtoli, capite quarto: Nullæ ſunt maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla mũdi huius maior ſubſtantia, quàm eſt fides Catholica, quæ peccatores homines ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas & coniugales caſto pudore conſeruat; clericos ordinat, ſacerdotes conſecrat, regnis cæleſtibus præparat, in æterna hæreditate cum angelis ſanctis communicat. Eandem ſententiam ijſdem verbis repetiuit ſermone centeſimo octogeſimoprimo de tempore, capite duodecimo.

Fides Catholica theſaurus ingens.

5. LEO Magnus ſermone quarto in ſolennitate natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti: Magnũ præſidium eſt fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllo quicquam, nec minui poteſt: quia niſì vna eſt, fides non eſt, dicente Apoſtolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omniũ, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Huic vnitati, dilectiſſimi, inconcuſſis mentibus inhærete, & in hac omnem ſectamini ſanctitatem, & in hac præceptis Domini deſeruite, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & nihil ſine illa ſanctum, nihil caſtum eſt, nihil viuum. Iuſtus enim ex fide viuit.

Fides niſì integra & vna ſit, fides non eſt. Epheſ. 4.

6. AD Hebræos vndecimo, vt in texto & teſtimonio ſecundo.

7. MARCI decimoſexto: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

8. IOANNIS tertio: Qui credit in eũ, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.

IIII.

Digitized by Google

IIII.

Quid fidei nomine intelligitur?

A. DEI[a] donum & lumen, quo illuſtratus homo, firmiter aſſentitur atque adhæret ijs, quæ vt credantur, ſunt Diuinitùs reuelata, & ab Eccleſia nobis propoſita.

a Epheſ.2.b Heb.11.a Baſil. in ſerm. de fidei confeſſ. Bernar. epiſt. 190. Auguſt. contra epiſt. Fundamenti. cap.5.

B. Cuiuſmodi ſunt, Deum eſſe trinum &[b] vnum, è nihilo[c] creatum mundum, Deũ factum eſſe hominẽ, & pro nobis mortem ſuſtinuiſſe, Mariam[d] & virginem, & DEI matrem exiſtere, mortuos omnes ad vitam excitandos eſſe, hominem ex aqua & Spiritu ſancto regenerari, totum Chriſtum[e] in Euchariſtia cõtineri, & id genus alia Religionis noſtræ veneranda myſteria: quæ Diuinitùs reuelata, non humani[f] ſenſus captu comprehendi, ſed fide duntaxàt percipi poſſunt.

b 1.Ioan.5.b
c Geneſ.1.a Ioan.1.b Lucæ 2.a Rom.5.b
d Concil. Epheſ. cano. 13. Luc.1.e 1.Corin.15.g Ioan.3.b
e Conſtantien. Florentin. Triden. Concil.
f Eccli 3.c 2.Cor.10.b

C. Vndè Propheta: [g] *Niſi credideritis*, inquit, *non intelligetis*. Non enim ſpectat fides naturæ ordinem, non ſenſuum fidit experientiæ: non potentia aut ratione humana, ſed virtute & authoritate Diuina nititur, illud planè certum habens, ſummam æternamque veritatem, quæ DEVS eſt, nec falli poſſe vnquàm, nec fallere.

g Eſa.7.b ſecundùm LXX. Baſil. in Pſal.115. & in Moralibus, regula 80. cap.21. Gregor. homil.26. in Euangel. Chryſoſt. in 1. ad Cor. hom.4.

D. Quamobrem id fidei vel maximè proprium eſt, vt[h] in captiuitatem redigat omnem intellectum in obſequium Chriſti, apud quem non eſt difficile, nedùm impoſſibile[i] omne verbum. Hæc[k] fides lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.

h 2.Cor.10.b
i Lucæ 1.e Hiere.32.d
k Euſeb. Emiſc. hom. 2. de ſymb. Cyrill. catech. 5. illum. Chryſoſt. ſer. de fide, ſpe, & charitate. Cyril. lib. 4. in Ioan. cap.9.

TESTIMONIA.

1. A AD Epheſios ſecundo capite: Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.

2. AD Hebręos vndecimo capite: Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

3. BASILIVS in ſermone de fidei confeſſione, ſiue de vera ac pia fide in Aſceticis: Eſt igitur fides, eorũ quæ dicta ſunt, aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatione, cum animi perſuaſione, de eorum veritate quæ Dei munere ſunt prædicata.

Fides eſt firmus aſſenſus reuelatæ veritatis.

4. BERNARDVS in epiſtola centeſima nonageſima ad Innocentium pontificem, contra Petrum Abailardũ: In primo limine Theologię (vel potiùs ſtultilogiæ ſuæ) fidẽ definit ęſtimationem: quaſi cuique, in ea ſentire & loqui, quę libeat, liceat, aut pendeant ſub incerto in vagis ac varijs opinionibus noſtræ fidei ſacramenta, & non magìs certa veritate ſubſiſtãt. Nónne ſi fluctuat fides, inanis eſt & ſpes noſtra? Stulti ergò martyres noſtri, ſuſtinentes tã acerba propter incerta, nec dubitantes ſub dubio remunerationis pręmio, durum per exitũ diuturnum inire exilium. Sed abſit vt putemus in fide vel ſpe noſtra aliquid, vt is putat, dubia ęſtimatione pendulũ, & non magìs totũ quod in ea eſt, certa ac ſolida veritate ſubnixum, oraculis & miraculis diuinitùs perſuaſum, ſtabilitum & conſecratũ partu virginis, ſanguine redemptoris, gloria reſurgentis. Teſtimonia iſta credibilia facta ſunt nimìs. Si quo minùs, ipſe poſtremò ſpiritus reddit teſtimoniũ ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus. Quomodò ergò fidem quis audeat dicere æſtimationẽ, niſì qui ſpiritũ iſtum nondùm accepit; quíve Euangelium aut ignoret, aut fabulam putet? Scio cui credidi, & certus ſum, clamat Apoſtolus: & tu mihi ſubſibilas, fides eſt æſtimatio? Tu mihi ambiguũ garris, quo nihil eſt certius? Sed Auguſtinus aliter, fides, ait, non coniectando vel opinãdo habetur in corde in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed certa ſcientia, acclamante cõſcientia. Abſit ergò, abſit, vt hos fines fides habeat Chriſtiana. Academicorũ ſint iſtæ æſtimationes, quorum eſt dubitare de omnibus, ſcire nihil. Ego verò ſecurus in magiſtri gentiũ ſententiam pergo, & ſcio quoniã non confundar. Placet mihi, fateor, illius de fide definitio, etſi iſte etiã ipſam latẽter inſimulet. Fides eſt, ait, ſubſtantia rerũ ſperandarũ, argumentũ non apparentium. Subſtãtia, inquit, rerum ſperandarum, non inanium phantaſia coniecturarum. Audis ſubſtantiã, non licet tibi in fide putare vel diſputare pro libitu, nõ hac illacq́ue vagari per inania opinionum, per deuia errorũ. Subſtantiæ nomine aliquid tibi certum fixumq́ue præfigitur. Certis clauderis finibus, certis limitibus coarctaris. Non enim eſt fides æſtimatio, ſed certitudo.

Fides non eſt ęſtimatio aut opinio.

Fidei certitudo.

Pſal.92.
Rom.8.

2.Tim.1.
Fides nihil habet ambiguum.

Heb.11.
Paulina definitio fidei explicatur.

IDEM in eadẽ epiſtola: Quid magìs contra rationem, quàm ratione rationem conari trãſcendere? Et quid magìs contra fidẽ, quàm credere nolle quicquid non poſſit ratione attingere? Deniquè exponere volens illud Sapientis, Qui credit citò, leuis eſt corde. Citò credere eſt, inquit, adhibere fidem ante rationẽ, cùm hoc Salomon non de fide in Deum, ſed de mutua inter nos dixerit credulitate. Nam illam quę in Deum eſt fidem, beatus Papa Gregorius negat planè habere meritũ, ſi ei humana ratio præbeat experimentũ. Laudat autem Apoſtolos, quòd ad vnius iuſſionis vocẽ ſequuti ſunt redemptorẽ. Sit nimirùm pro laude dictum: In auditu auris obediuit mihi. increpatos eregionè diſcipulos, quòd tardiùs crediſſent. Deniquè laudatur Maria quòd rationem fide præuenit, & punitur Zacharias quòd fidem ratione tentauit. Et rursùm Abraham commendatur, qui contra ſpem in ſpem credidit.

Fides ratione metiẽda non eſt.
Eccli 19.a
Hom.26. in Euang.
Pſal.17.
Mar.16.
Luc.1.
Rom.4.

5. AVGVSTINVS contra epiſtolã Manichęi, quam vocant fundamenti, capite quinto: Si inuenires aliquem, qui Euangelio nondùm credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego verò Euangelio non crederem, niſì me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.

Eccleſiæ authoritas Auguſtinũ commouit ad credendũ Euangelio.

1. B. PRIMAE epiſtolę Ioannis quinto capite: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. & hi tres vnum ſunt.

2. GENESEOS primo: In principio creauit Deus cælum & terram.

3. IOANNIS primo capite: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

4. LVCAE ſecundo: Et peperit filium ſuũ pri-

primogenitum. Et paulò pòſt: Natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid.

5. AD Romanos quinto: Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniã cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

6. CONCILIVM Epheſinum canone decimotertio: vide infrà quæſtione decima, A. teſtimo. decimotertio.

7. LVCAE primo: Quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

8. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Omnes quidẽ reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem.

9. IOANNIS tertio: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

10. CONCILIVM Conſtantienſe, Florentinum & Tridentinum: vide infrà de Sacramento Euchariſtiæ, quæſtione octaua G. teſtimo. nono, & vndecimo, & H. teſtimo. ſexto.

11. ECCLESIATICI tertio: Altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris: ſed quę præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius nè fueris curioſus. non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius nõ eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominũ oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

12. POSTERIORIS ad Corinthios decimo: In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.

1. C. ESAIAE ſeptimo iuxta tranſlationem Septuaginta interpretum: Niſi credideritis, non intelligetis.

2. BASILIVS in pſalmum centeſimum decimumquintũ, in ea verba, Credidi propter quod locutus ſum, &c. Sacrorũ quę de Deo ſunt, eloquiorum prædux eſto fides planè, non item demonſtratio. fides, inquam, animam inuitans, immò & perſuadens ad conſenſionẽ præ cunctis rationalibus methodis. Neque enim fides geometricis nititur probationibus, quas neceſſitates vocitant: ſed animis noſtris ſe inſinuat efficaci operatione ſpiritus ſancti. Et nõnullis interiectis: In quocunque tandèm humanarum artium exercitio (id modò via & ordine ad præſtitutum ſibi progrediatur finem) impoſſibile eſt primarum propoſitionum inquirere demonſtrationes: Immò neceſſe eſt, vt quum admiſeris earum artium quæ certa ratione nitũtur, principia vt confeſſa, nec proindè vllam requirentia demonſtratiuam probationẽ, id demùm inſpicias, quicquid ex præſuppoſitis ordine conſequitur. Nihilo ſeciùs & Theologiæ myſterium requirit aſſenſum, nulla præuia inquiſitione nitentem. Sanè ait Apoſtolus: Credere enim oportet, quia Deus eſt, non item in quæſtionem vocare, aut controuerſim opponere illud: Quid eſt Deus? Atq; adeò in vniuerſum, fides ſi ſubſtantia earum eſt, quæ ſperantur, rerum, & eorum quæ non videntur, argumentum: nè mihi tu anxius contendas videre iam, quæ longiore ſepoſita ſunt interuallo, neu quæ ſperas te olim conſecuturum, in ambiguam reuoces dubiámve partem, quòd ad ea nondùm potueris certa notione pertingere.

Fides à demõſtratione non pendet.

Simplex aſſenſus.

Heb. 11.

Heb. 11.

3. IDEM in Moralibus regula octogeſima, capite vigeſimoprimo: Quid proprium fidei? Certiſſima animi expletio de diuinorum verborum veritate, quæ nulla, neque à naturali neceſſitate inducta ratione, neque ad veræ pietatis ſimulationem conformata vllo modo poſſit labefactari. Quid proprium fidelis? Vt cum eiuſmodi certa animi expletione verãm eſſe illorũ vim credat, quę dicta ſunt in ſcriptura, nihilq; reijciat, aut nouum ſtatuere audeat.

4. GREGORIVS Magnus homilia vigeſimaſexta in Euangelia: Sciendum nobis eſt, quòd diuina operatio, ſi ratione compræhenditur, nõ eſt admirabilis. Nec fides habet meritum, cui humana ratio prębet experimentum. Et quibuſdam interpoſitis, Cùm Paulus Apoſtolus dicat: Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerũ, argumentum non apparentiũ: profectò liquet, quia fides illarum rerum argumẽtum eſt, quæ apparere non poſſunt. Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, ſed agnitionem. Dum ergò vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dicitur: Quia vidiſti me, credidiſti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine diuinitas videri non potuit. Hominem ergò vidit, & Deum confeſſus eſt.

Fides quę experientia nititur, meritoria non eſt.

Heb. 11.

Ioan. 20.

5. CHRYSOSTOMVS homilia quarta in priorem epiſtolam ad Corinthios: Quæ humanam excedunt rationem, fide duntaxàt indigent.

1. D. POSTERIORIS ad Corinthios decimo, vt paulò ſuperiùs B. teſtimo. duodecimo.

2. LVCAE primo: Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

3. HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: nunquid mihi impoſſibile erit omne verbum?

4. EVSEBIVS Emiſenus homilia ſecunda de Symbolo: Fides religionis catholicæ, lumẽ eſt animæ, oſtiũ vitę, fundamentum ſalutis ęternæ. Quicunq; hac derelicta, velut peſſimũ ducẽ proprium ſequitur intellectũ, quicunq; per ſapientię ſuę ſenſum, ad myſteriorũ cæleſtiũ ſe putat poſſe peruenire ſecretũ: ſic facit, quomodò ſi abſque fundamento ædificet domũ, aut ſi prętermiſſo oſtio velit introire per tectũ: vel ſi nocte ſine lumine inferat greſſum, totum ſe clauſis oculis vrgeat in profundũ. Hanc ergò nobis fidem velut magnã lampadem, Chriſtus adueniens, errantibus viã monſtraturus exhibuit, per quam poſſit Deus ignotus requiri, quæſitus credi, creditus inueniri.

Catholicæ fidei encomiũ & neceſſitas.

Similitudo elegans.

5. CYRILLVS Hieroſolymorum Archiepiſcopus Catecheſi quinta illuminatorum: Oculus omnem illuminans conſcientiam eſt fides, & intelligentiam efficiens. Dicit enim Propheta: Niſi credideritis, non intelligetis.

Iſaiæ 7.

6. CHRYSOSTOMVS in ſermone de fide, ſpe, & charitate: Fides eſt origo iuſtitiæ, ſanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus vnquàm ſine hac Dominum promeruit: nullus ſine illa faſtigium ſublimitatis aſcendit. Eſt enim fides innocens ac pura credulitas: qua ad Deum accedimus, qua præceptis inſiſtimus, qua expiata mente Dominum veneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promiſſa conſignat. Hanc qui tenet, felix eſt: qui deſeruerit, miſer. Hæc in Eccleſia ſigna oſtendit, virtutes exercet, chariſmata complet.

Commendatio.

7. CYRILLVS Alexandrinus libro quarto in Ioannẽ, capite nono, in hæc verba ſcribens, Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam: Ianua & via in vitam fides eſt, & recurſus quidam atque reductio à corruptione in immortalitatem.

Ioan. 6.

V.

Eſt'ne breuis aliqua fidei complexio, ac ſumma omnium nobis credendorum?

EST illa, quam duodecim Apoſtoli ſuo ſymbolo tradiderũt, quamque in ſectio-

Digitized by Google

ſectiones ſeu articulos duodecim aptè diſtinxerunt. Dignũ ſanè opus his [a] authoribus, qui poſt Chriſtum Dominũ Chriſtianæ fidei præcipui & ſanctiſſimi fundatores extitêre. Quod quidem ſymbolũ velut illuſtris nota eſt, qua Chriſtiani ab impijs, qui vel nullam, vel non rectam Chriſti fidem profitentur, diſcernendi ac internoſcendi ſunt.

[a] Clemens epiſt.1. ad frat. Do. Ambr. epiſt.81. & ſer. 38. Auguſt. ſer. de temp. 181. Ruffi. in ſymb. Iren. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 4. Hieron. epiſt. 61. ad Pammach. aduerſùs errores Ioã. Hieroſ. ca. 9. Leo ſer. 11. de paſſ. & epiſt. 13. ad Pulcheriam. & ſer. contra Eurychetem. Maximus hom. de traditione ſymb.

TESTIMONIA.

Apoſtoli cur & quãdò cõdiderũt ſymbolum.

1. CLEMENS epiſtola prima ad fratrem Domini: Chriſto reſurgente & aſcendente in cęlum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſciẽtia linguarum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo, condiderunt, vt diſcedentes ab inuicèm, hanc regulam per omnes gentes prędicarent.

Nominis interpretatio.

Et poſt pauca: Symbolum enim Græcè, Latinè collatio dicitur. Et hoc prædicti ſancti Apoſtoli inter ſe per Spiritum ſanctũ ſalubriter (vt dictum eſt) condiderunt. Dicitur & indicium, quòd per hoc, qui rectè crediderit, indicatur.

Symbolum Apoſtolicum Rom. eccleſia intemeratum ſeruat.

2. AMBROSIVS in epiſtola octogeſimaprima ad Syricium Papam: Credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana * intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat.

** al. iteratũ.*

3. IDEM ſermone trigeſimooctauo: Arbitror Apoſtolicam fidem duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apoſtolorũ ſymbolo fides ſancta cõcepta eſt, qui velut periti artifices in vnum conuenientes, clauem ſuo conſilio conflauerunt. Clauem enim quandã ipſum ſymbolum dixerim, per quod reſerantur diaboli tenebræ, vt lux Chriſti adueniat: aperiuntur conſcientiæ clauſa peccata, vt iuſtitiæ fulgeant opera manifeſta. Igitur hæc clauis oſtendenda eſt fratribus noſtris, vt & ipſi tanquàm diſcipuli Petri, inferna ſibi reſerare, cælos aperire conſueſcant.

Clauis eſt. *Matth. 16.*

4. AVGVSTINVS ſermone centeſimo octogeſimoprimo de tẽpore, qui eſt ſermo primus in vigilia Pẽtecoſtes, in præfatione: Sancti Apoſtoli certam regulã fidei tradiderunt, quam ſecundùm numerum Apoſtolicũ duodecim ſententijs comprehenſam, Symbolũ vocauerunt; per quam credentes Catholicã tenerent vnitatem, & per quam hæreticã conuincerent prauitatem. Symbolũ ergò tali ratione inſtitutum maiores noſtri dixerunt. Tradunt enim, quòd poſt aſcenſionem Domini & Saluatoris noſtri ad Patrẽ, cùm per aduentum Spiritus ſancti diſcipuli eius inflammati, linguis omniũ loquerentur, ad ſingulas quaſq; nationes, vt Dei verbum prædicarent, ituri ac diſceſſuri ab inuicèm, normam priùs ſibi futuræ prędicationis in commune ſtatuerunt, nè localiter ab inuicèm diſcedentes, diuerſum vel diſſonũ prędicarent his qui ad fidem Chriſti inuitabantur. Omnes igitur in vno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breue ſuæ prędicationis indiciũ conferendo in vnum, quod ſentiebat vnuſquiſque cõputabat, atque hanc ità credentibus dandã eſſe regulam inſtituerũt. Symbolum breue eſt verbis, ſed magnũ eſt ſacramentis. Quicquid enim præfiguratũ eſt in Patriarchis, quicquid denunciatũ in ſcripturis, quicquid prędictum eſt in Prophetis, vel de Deo ingenito, vel ex Deo in Deum nato, vel de Spiritu ſancto, vel de ſuſcipiendo omni ſacramento, vel de morte Domini reſurrectioniſq; eius myſterio, totum breuiter hoc ſymbolum continet, & continendo habet & confitendo. Diſcat ergò quiſque fidem Apoſtolicam profeſſus per ora geſtantium in baptiſmo, cùm ad annos intelligibiles venerit.

Duodecim ſententijs Apoſtoli fidei regulam comprehenderunt. *Quandò & quomodò Apoſtoli Symbolum cõpoſuerint.* *Magnũ eſt ſacramentis ſymbolum.* *Symbolum quod in baptiſmo ſumus profeſſi per ora geſtitium, ediſcendum eſt.*

5. RVFFINVS in expoſitione in ſymbolum Apoſtolorum: Tradũt maiores noſtri, quòd poſt aſcenſionem Domini, cùm per aduentum ſancti Spiritus ſuper ſingulos quoſque Apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent, vt loquelis diuerſis varijſq; loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nulla linguæ barbaries inacceſſa videretur & inuia, pręceptum eis à Domino datum ob prædicandum Dei verbũ ad ſingulas quenque proficiſci nationes. Diſceſſuri itaque ab inuicèm, normam prædicationis in commune conſtituunt, nè fortè alius ab alio abducti, diuerſum aliquid his qui ad fidẽ Chriſti inuitabantur, exponerent. Omnes ergò in vno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breue iſtud futuræ ſibi, vt diximus, prædicationis indiciũ, conferẽdo in vnũ quod ſentiebat vnuſquiſque, componunt, atque hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt. Symbolum autem hoc multis & iuſtiſſimis ex cauſis appellare voluerunt. Symbolum enim Grecè, indicium dici poteſt & collatio, hoc eſt, quod plures in vnum conferunt. Id enim fecerunt Apoſtoli in his ſermonibus, in vnũ conferendo vnuſquiſque quod ſenſit. Indiciũ autem vel ſignum idcircò dicitur, quia illo tempore, ſicut & Paulus Apoſtolus dicit, & in Actis Apoſtolorum multi ex circuncifis Iudæis ſimulabant ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius vel vẽtris gratia ad prædicandum proficiſcebantur, nominantes quidem Chriſtum, ſed non integris traditionum lineis nunciantes. Idcircò ergò iſtud indicium poſuêre, per quod agnoſceretur is, qui Chriſtum verè ſecundùm Apoſtolicas regulas prædicaret. Deniquè & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt: quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos vnus eſt, atque eadem inſtituta bellãdi, nè qua doli ſubreptio fiat, ſymbola diſcreta vnuſquiſque dux ſuis militibus tradit, quæ Latinè vel ſigna, vel indicia nominantur: vt ſi fortè occurreret quis, de quo dubitetur, interrogatus ſymbolum prodat, ſi ſit hoſtis, an ſocius. Idcircò deniq; hæc non ſcribi chartulis atq; membranis, ſed retineri cordibus cradiderunt, vt certum eſſet neminem hęc ex lectione quæ interdùm peruenire etiam ad infideles ſolet, ſed ex Apoſtolorũ traditione didiciſſe ſufficeret. Diſceſſuri ergò, vt diximus, ad prædicandum, iſtud vnanimitatis & fidei ſuæ indicium Apoſtoli poſuêre, non ſicut filij Noë diſceſſuri ab alterutrum, turrem ex latere cocto & bitumine conſtruentes, cuius cacumen pertingeret vſque ad cælum, ſed munimenta fidei, quæ ſtarent aduerſùm faciem inimici, ex lapidibus viuis & margaritis dominicis ædificãtes, quæ neque venti impellerent, neque flumina ſubuerterent, neque tempeſtatum ac procellarũ turbines permouerent. Meritò ergò illi ab inuicèm ſeparandi, turrẽ ſuperbiæ ædificantes, linguarum confuſione damnati ſunt, vti nè vnuſquiſq; poſſet aduertere proximi ſui loquelam. Iſti verò qui turrem fidei conſtruebant, omnium linguarum ſcientia & agnitione donati ſunt, vt illud peccati, hoc fidei probaretur indicium.

Cur & quomodò Apoſtoli Symbolum cõdiderunt. *Appellationis ratio.* *2. Cor. 11.* *Symbolũ nõ eſt ab Apoſtolis ſcripto traditum.* *Gen. 11.*

6. IRENAEVS aduerſùs hæreſes Valentini & ſimilium, libro primo capite ſecundo: Eccleſia per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis & à diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in vnum Deum patrem omnipotentem, qui fecit cęlum & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt, &c.

Ab Apoſtolis ſymboli capita profecta ſunt.

7. IDEM libro tertio capite quarto: Quid autem ſi neq; Apoſtoli quidẽ ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs quibus cõmittebant Eccleſias? cui ordinationi aſſentiũt multę gẽtes Barbarorum, eorũ qui in Chriſtũ credunt, ſine charactere vel atramento ſcriptam habentes per Spiritum

Traditiones Apoſtolicæ non ſcriptæ.

tum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodiẽtes, in vnum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ, & omniũ quæ in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum Dei filium.

Symbolum fidei ab Apoſtolis traditum, & cordibus Chriſtian. inſcriptum.

8. HIERONYMVS ad Pammachiũ aduerſùs errores Ioannis Hieroſolymitani, epiſtola ſexageſimaprima, capite nono: In Symbolo fidei & ſpei noſtræ, quod ab Apoſtolis traditum non ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus, poſt confeſſionem Trinitatis & vnitatem Eccleſiæ, omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum carnis reſurrectione concluditur.

Apoſtolicæ inſtitutionis eſt.

9. LEO Magnus ſermone vndecimo de Paſſione Dñi: Hac fidei regula, dilectiſſimi, quã in ipſo exordio ſymboli p authoritatẽ Apoſtolicę inſtitutiõis accepimus, Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, quẽ filium Dei Patris omnipotẽtis vnicũ dicim⁹, eundẽ quoq; de Spiritu ſancto natũ ex Maria virgine cõfitemur.

Duodecim Apoſtolis duodecim articuli reſpondent.

Symboli perfectio.

10. IDEM in epiſtola decimatertia ad Pulcheriam Auguſtã: Ipſius Catholici ſymboli breuis & perfecta confeſſio, duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata Sententijs tanquã inſtructa ſit munitione cæleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio detruncari. Cuius ſymboli plenitudinem ſi Eutyches puro & ſimplici voluiſſet corde concipere, in nullo à decretis ſacratiſſimi Niceni Concilij deuiaret, & hoc à ſanctis Patribus intelligeret conſtitutum vt contra Apoſtolicam fidem, quæ non niſì vna eſt, nullum ſe ingenium, nullum eleuaret eloquium.

Apoſtolica fides non niſì vna eſt.

Inſtitutũ ab Apoſtolis Symbolum.

11. IDEM in ſermone ſeu tractatu contra Eutychetem: Fraterna vos & paterna ſolicitudine cõmonemus, vt inimicos Catholicæ fidei, hoſtes Eccleſiæ, incarnationis Dominicę negatores, & inſtituto à ſanctis Apoſtolis Symbolo repugnantes, in nullum recipiatis conſenſionis affectum.

Symbolũ cur ab Apoſtolis compoſitum. Iudic. 12.

12. MAXIMVS Taurinẽſis Eccleſię Epiſcopus in homilia de traditione ſymboli & expoſitione eiuſdẽ: Cùm apud Patres noſtros, ſicut liber Iudicũ refert, quædã Iſraeliticę tribus ciuili aduersùm ſe prẹlio decertarent, nec propter conſimilẽ populi vnius habitũ inter bellãtes poſſet eſſe diſcretio: tribus illa, cuius iuſtior erat cauſa pugnandi, quia meritò per Dei auxiliũ victoriã p̃ſumebat, ſignum ſibi certo in ſermone cõſtituit, vt quos vna armorũ facies cõfundebat, ſecretioris verbi diſtingueret ſacramentũ. Quod beati Apoſtoli, vt ego reor, exemplũ ſequentes, Eccleſię Dei, quam aduersùm militiã diabolici furoris armabãt, myſteriũ ſymboli tradiderũt, vt quia ſub vno Chriſti nomine credentiũ erat futura diuerſitas, ſignaculum ſymboli inter fideles perfidosq; ſecerneret, & alienus à fide atq; hoſtis appareret Eccleſiæ, aut tanq̃ baptizatus neſcîſſet, aut tanquàm hẹreticus corrupiſſet.

VI.

Qui ſunt Symboli huius articuli?

Symbolum explicârũt Cyrillus in Catecheſibus illum. Chryſoſt. hom. 1. & 2. in ſymb. Ruffin. in ſymb. Auguſt. in Enchiridio ad Laurent. Item in libris 4. de ſymb. ad catech. In lib. de fide & ſymb. Serm. 115. 119. 123. 125. 131. 181. 192. 193. 194. de temp. Euſeb. Emiſſe. homil. 1. & 2. in Symb. Chryſolog. ſerm. 57. 58. 59. 60. 61. 62. Maximus homil. 1. de diuerſis.

I. Credo in Deum patrẽ omnipotentem, creatorẽ cæli & terræ.
II. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominũ noſtrum.
III. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.
IIII. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.
V. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.
VI. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
VII. Indè venturus eſt iudicare viuos & mortuos.
VIII. Credo in Spiritum ſanctum.
IX. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem.
X. Remiſſionem peccatorum.
XI. Carnis reſurrectionem.
XII. Vitam æternam. Amen.

VII.

Quò maximè ſpectant hæc Symboli verba?

Hiere. 9. f Ioan. 17. a 1. Cor. 2. a 1. Pet. 1. b Sap. 13. a

A. Eò certè, vt veram Dei diuinarumq; rerũ cognitionem, quę ad benè beatèque viuendum eſt cuique neceſſaria, ſuccinctè comprẹhenſam habeamus.

a Aug. cõfeſ. lib. 1. cap. 4.

b Aug. lib. de fide & ſymb. cap. 9.

c Matth. 28. d Athã. in ſym. d Pſal. 109. a Hebr. 1. a 1. Ioan. 4. c e Ioan. 15. d 16. b 14. b d f 1. Ioan. 5. b 1. Tim. 1. d 6. d Hiere. 32. c d

B. Vbi primum & præcipuum habet locum agnitio & cõfeſſio ſanctiſſimæ Trinitatis, nè vllo modo dubitetur, Deum, quo nihil aut [a] maius, aut melius, aut ſapientius poteſt excogitari, in eſſentia quidem ſeu natura diuina vnum & ſimplicẽ, in [b] perſonis verò tribus eſſe diſtinctum, vt alius [c] Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus eſſe, ante omnia certò credatur. Pater eſt, qui ſuum ab [d] æterno filiũ generat, fons & opifex rerum: Filius ex Patris genitus ſubſtantia, mundi redemptor eſt, ac Saluator: Spiritus ſanctus, qui & [e] Paracletus dicitur, Eccleſiæ ſeu Chriſti fidelium eſt adminiſtrator. Iam [f] hi tres vnum ſunt: hoc eſt, vnus, verus, æternus, immenſus & incompræhenſibilis Deus.

C. Pulchrè igitur huic ſanctiſſimæ ſimul & indiuiduę Trinitati partes Symboli tres præcipuæ reſpondent: Prima nimirùm de creatione, ſecunda de redemptione, tertia de ſanctificatione.

TESTIMONIA.

1. A HIEREMIAE nono capite: Nõ glorietur ſapiẽs in ſapiẽtia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudinẽ ſua, & nõ glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, q gloriatur, ſcire & noſſe me.

2. IOANNIS decimoſeptimo: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

3. PRIORIS ad Corinthios capite ſecũdo: Non

enim

Digitized by Google

enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtũ,& hunc crucifixũ: & quę ſequuntur.

4. PRIORIS Petri primo capite: In quẽ nunc quoque non videntes creditis: credentes autem, exultatis lętitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum.

5. SAPIENTIAE decimotertio capite: Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei,& de his quæ videntur bona,non potuerunt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendentes,agnouerunt quis eſſet artifex.

Dei maieſtas

1. B. AVGVSTINVS libro primo Confeſſionũ,capite quarto: Quid es ergò Deus meus? Quid, rogo, niſi Dominus Deus? Quis enim Dominus præter Dominum? aut quis Deus præter Deũ noſtrum? Summe, optime, potentiſſime, omnipotentiſſime, miſericordiſſime, & iuſtiſſime, ſecretiſſime, & præſentiſſime, pulcherrime & fortiſſime, ſtabilis & incompræhenſibilis, immutabilis mutans omnia, nunquàm nouus, nunquàm vetus, innouans omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos,& neſciunt. Semper agens, ſemper quietus, colligens & non egens, portans & implens & protegens, creans & nutriẽs & perficiens, quęrens cùm nihil deſit tibi, amas nec æſtuas, zelas & ſecurus es, pœnitet te & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas conſilium, recipis quod inuenis,& nunquàm amiſiſti. Nunquàm inops & gaudes lucris, nunquàm auarus & vſuras exigis. Supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donans debita nihil perdens. Et quid dicimus Deus meus, vita mea, dulcedo mea ſancta, aut quid dicit aliquis, cùm de te dicit? & væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti ſunt.

Perſonarum diſtinctio in ſanctiſſ. Trinitate

2. IDEM libro de fide & ſymbolo, capite nono: Iſta Trinitas vnus eſt Deus: non vt idem ſit Pater, qui eſt filius & ſpiritus ſanctus, ſed vt Pater ſit Pater,& Filius ſit Filius, & Spiritus ſanctus ſit Spiritus ſanctus: ſed hęc Trinitas vnus Deus, ſicut ſcriptum eſt, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Tamen ſi interrogemur de ſingulis,& dicatur nobis, Deus eſt Pater? reſpondebimus, Deus. Si quæratur, vtrùm Deus ſit Filius, hoc reſpondebimus. Nec ſi fuerit de Spiritu ſancto talis interrogatio, aliud eſſe eum debemus reſpõdere, quàm Deum, vehementer cauentes ſic accipere, quomodò de hominibus dictum eſt, Dij eſtis. Non enim ſunt naturaliter dij, quicunque ſunt facti atque conditi ex Patre per Filium dono Spiritus ſancti. Ipſa enim ſignificatur Trinitas, cùm Apoſtolus dicit, Quoniam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia. Quodcunque ergò de ſingulis interrogati, reſpondeamus Deum eſſe de quo quæritur, ſiue Patrem, ſiue Filium, ſiue Spiritum ſanctum, vt tamen non tres doceri à nobis coli quiſquam exiſtimauerit. Nec mirum, quòd hęc de ineffabili natura dicuntur, cùm in ijs etiam rebus, quas corporeis oculis cernimus, & corporeo ſenſu dijudicamus, tale aliquid accidat. Nam cùm de fonte &c.

Deut.6. Pſal.81. 1.Cor.8. Rom.11.

3. MATTHAEI vigeſimooctauo: Baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.

Perſonarum diſtinctio & earundem conuenientia.

4. ATHANASIVS in ſymbolo ſuo: Fides autem Catholica hæc eſt, vt vnũ Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur: Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti: ſed Patris & Filij & Spiritus ſancti vna eſt Diuinitas, ęqualis gloria, & coęterna maieſtas: Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus. Immenſus Pater, immẽſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus. Aeternus Pater, æternus Filius, ęternus Spiritus ſanctus: & tamen nõ tres ęterni, ſed vnus æternus: ſicut nõ tres increati, nec tres immenſi, ſed vnus increatus, & vnus immenſus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus: & tamen non tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens. ità Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: & tamẽ non tres Dij, ſed vnus eſt Deus: ità Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus: & tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus. Quia ſicut ſingulatim, vnamquanque perſonam Deum aut Dominũ confiteri Chriſtiana veritate compellimur, ità tres Deos aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus: Spiritus ſanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Vnus ergò Pater, non tres Patres: vnus Filius, nõ tres Filij: vnus Spiritus ſanctus, nõ tres Spiritus ſancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternę ſibi ſunt & coæquales. Ità vt per omnia, ſicut iam ſuprà dictũ eſt, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda ſit. Qui vult ergò ſaluus eſſe, ità de Trinitate ſentiat.

5. PSALMO centeſimonono: Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplẽdoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

6. AD Hebræos primo: Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem cõſtituit hæredem vniuerſorum, per quẽ fecit & ſecula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtãtiæ eius, portansq́; omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquandò angelorum, Filius meus es tu, ego hodiè genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium? Et cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filiũ autem, Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam,&c.

7. PRIMAE Ioannis quarto: Pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Et paulò antè: Ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

8. IOANNIS decimoquinto: Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit &c.

9. ET capite decimoſexto: Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.

10. ITEM capite decimoquarto: Et ego rogabo Patrem,& alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Et paulò pòſt: Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

11. PRIMAE Ioannis quinto: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.

12. PRIORIS ad Timotheum primo: Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum.

13. ET capite ſexto: Quem ſuis tẽporibus oſtendet beatus & ſolus potẽs, Rex regum & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternum, Amen.

14. HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Eccè tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos. Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incompræhenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam,

Digitized by Google

vt reddas vnicuique ſecundùm vias ſuas,& ſecundùm fructum adinuentionum eius. Qui poſuiſti ſigna & portenta in terra Aegypti vſque ad diem hanc, & in Iſrael, & in hominibus: & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc &c. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Eccè ego Dominus Deus vniuerſæ carnis, nunquid mihi difficile erit omne verbum?

VIII.

Quid ſibi vult primus Symboli articulus, Credo in Deum Patrem?

Deut 6.a Matth.6 b 1.Timoth.1.d Geneſ.1.a Eſaiæ 53.a Iob 37.a d Eccles 3.b Luc.1.c Hier.32.c

a Sap.16. b 1.Reg.2.a

A. OSTENDIT nobis primùm, Deum vnum, & in Deitate primam perſonam eſſe Patrem cæleſtem, æternum, potentia maieſtatéque ſummum, cui nihil factu impoſſibile ſit vel difficile: qui vitæ ac mortis [a] poteſtatem omnem obtinet.

b Pſal.2.b Heb.1.b Roman.8.c d

c Pſal.32.b Coloſ.1.b Matth.6.d Heb.13.b 1 Timoth.4.c & 6.d Rom.11.d

d Iacob.1.c 2.Cor.1.a Act 14.c

e Luc.12.a Gen.17.a b Pſal.26.a 90.a. 124.a Iob 41.a 1.Cor.10.c Eccli 33.a

B. Is ipſe Pater Filium [b] ex omni æternitate genuit, & nos hoc tempore gratiæ in filios ſibi adoptauit. Eius tanta vis eſt, vt verbo [c] ſolo tam viſibilia quàm inuiſibilia produxerit ex nihilo, producta verò vſque conſeruet atque gubernet ſumma cum bonitate ac ſapientia, à quo & ad quem omnia. Ipſe [d] Pater luminum, apud quem non eſt transmutatio, Pater miſericordiarum, & DEVS totius conſolationis: talis demùm ac tantus, vt ad [e] nutum illius ſupera, terreſtria, infera ſubitò pareant: quo duce ac protectore, nos in ſummis etiam malis atque periculis illæſi ac tuti conſeruamur.

TESTIMONIA.

1.A. DEVTERONOMII ſexto: Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Deus vnus eſt.

2. MATTHAEI ſexto: Pater noſter qui es in cælis.

3. PRIORIS ad Timotheum primo: Regi autem ſeculorũ immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum.

4. GENESIS primo: In principio creauit Deus cælum & terram.

5. ESAIAE quinquageſimotertio: Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt.

6. IOB trigeſimoſeptimo: Subter omnes cælos ipſe cõſiderat, & lumen illius ſuper terminos terræ. Poſt eũ rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuę, & non inueſtigabitur, cùm audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia. Qui præcipit niui vt deſcendat in terrã, & hyemis pluuijs & imbri fortitudinis ſuæ. Qui in manu omniũ hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua. IBIDEM: Dignè eũ inuenire non poſſumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt. Ideò timebunt eum viri, & non audebunt cõtemplari omnes, qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

7. ECCLESIASTAE tertio: Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem.

8. LVCAE primò: Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

9. HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Domine Deus, eccè tu feciſti cælum & terrã in fortitudine magna, & in brachio tuo extento: nõ erit tibi difficile omne verbum. Item: Fortiſſime, magne, & potẽs, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu. Ibidèm: Eccè ego Dominus Deus vniuerſæ carnis, nũquid mihi difficile erit omne verbum?

10. SAPIENTIAE decimoſexto: Tu es Domine qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis & reducis.

11. PRIMI Regum ſecundo capite: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

1.B. PSALMO ſecundo: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodiè genui te.

2. AD Hebręos primo: Cui enim dixit aliquandò angelorum, Filius meus es tu, ego hodiè genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium?

3. AD Romanos octauo: Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba (Pater). Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hęredes: hęredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti: ſi tamen cõpatimur, vt & conglorificemur. Et nos ipſi primitias ſpiritus habentes intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.

4. PSALMO trigeſimoſecundo: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.

5. AD Coloſſenſes primo: In ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.

6. MATTHAEI ſexto: Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Conſiderate lilia agri, quomodò creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex illis. Si autem fœnum agri, quod hodiè eſt, & cràs in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magìs vos minimæ fidei?

7. AD Hebræos decimotertio: Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim dixit, Non te deſeram, neque derelinquam, ità vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

8. PRIORIS ad Timotheum quarto: Speramus in Deum viuum, qui eſt ſaluator omnium hominum, maximè fidelium.

9. ET capite ſexto eiuſdem epiſtolæ: Quem (Ieſum Chriſtum) ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem

Digitized by Google

cem inhabitat inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. cui honor & imperium ſempiternum.

10. AD Romanos vndecimo: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.

11. IACOBI primo capite: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

12. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.

13. ACTORVM decimoquarto: Annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis ſunt, qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.

14. LVCAE duodecimo: Oſtendã vobis quem timeatis: timete eum, qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam.

15. GENESIS decimoſeptimo capite: Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus. daboq́ tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, eroq́ Deus eorum.

16. PSALMO vigeſimoſexto: Dominus illuminatio mea & ſalus mea. quem timebo? Dominus protector vitæ meæ. à quo trepidabo?

17. ET nonageſimo: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus, ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, &c.

18. ITEM centeſimo vigeſimoquarto: Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

19. IOB quadrageſimoprimo: Quis reſiſtere poteſt vultui meo? Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.

20. PRIORIS ad Corinthios decimo capite: Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

21. ECCLESIASTICI trigeſimotertio capite: Timenti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, & liberabit à malo.

IX.

Quid habet ſecundus articulus, Credo in Ieſum Chriſtum?

A. COMMONSTRAT ſecundam in Deitate perſonã Ieſum Chri- 1.Ioan.5.d Luc.1.c 2.b e Matth.1.d Eſa.9.a 61.a
ſtum verum Deum, & verum hominem: dictum quidem Ieſum, hoc Luc.4.c Pſal.44.b 88.c e Acto.4.e & 10.f 1.Reg.10. 16.a c
eſt, ſaluatorem populi ſui: & Chriſtum, id eſt, vnctum Spiritu ſancto,
ac [a] plenum omni gratia & veritate, Meſſiam, Regem, & Pontificem a Ioan.1.b f Apo.17.d 19.e Heb.3.a 5.b 1.Pet.2.d
noſtrum, qui primatum tenet in omnibus, & in quo corporaliter in- Coloſſ.1.c 2.b
habitat omnis plenitudo DIUINITATIS.

B. Oſtendit eundem [b] eſſe filiũ Dei vnicum à Patre natum, ab æter- b Epheſ.1.a d Ioan.10.e Heb.1.a Apoc.1.d
no genitum, naturalem, conſubſtantialem, & ei prorſus æqualem ſe- Matth.28.d Dan.7.d Phil.2.a b
cundùm DIUINITATEM: Dominum verò noſtrum, & omniũ in ipſum
credẽtium, vt quos ipſe [c] perditos ex ſeruitute Satanæ vltrò liberauit, c Luc.15.b f & 11.c Rõ.8.a 1.Cor.6.d 1.Pet.1.c
quosq; iugo peccati & damnationis obnoxios liberaliſſimè redemit.

C. Is impijs quoquè dominatur: omnia enim [d] pedibus eius ſub- d Pſal.8.b Rom.14.b
iecta ſunt. Tum verò maximè Dominum [e] dominantium, & Regem e Apoc.19.c 17.d
regum ſe improbis ac [f] vniuerſo mundo palàm declarabit, cùm ho- f Matth.25.c 1.Cor.15.d Pſalm.109.a
ſtes ad vnum omnes, quanuis inuitos, ſuæ ſubijciet poteſtati, ac velutì
[g] paleam igne comburet inextinguibili. Hic dilectus filius, hic noſter g Luc.3.d e Matth.3.c d Luc.20.b Matth.17.a 1.A
Emmanuel, & audiendus Præceptor: nec aliud nomen eſt ſub cælo Eſa.7.c
[h] datum hominibus, in quo nos ſaluos fieri oporteat. h Actor.4.b

TESTIMONIA.

1. A. PRIMAE Ioãnis quinto capite: Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.

2. LVCAE primo capite: Eccè cõcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et paulò pòſt: Ideóque, & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

3. ET capite ſecundo: Eccè enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Et paulò pòſt: Vocatum eſt nomen eius IESVS, quod vocatum eſt ab angelo, priuſquàm in vtero conciperetur.

4. MATTHAEI primo capite: Pariet autẽ filium, & vocabis nomen eius IESVM. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

5. ESAIAE nono capite: Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis.

6. ET capite ſexageſimoprimo: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mãſuetis miſit me, vt mederer contritis corde &c.

7. LVCAE quarto capite: Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me, &c.

8. PSALMO quadrageſimoquarto: Dilexiſti iuſti-

Digitized by Google

iuſtitiam & odiſti iniquitatē: proptereà vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

9. ET octogeſimooctauo: Inueni Dauid ſeruū meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemē eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.

10. ACTORVM quarto capite: Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduersùs ſanctū puerum tuum IESVM, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gētibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.

11. ET capite decimo: Vos ſcitis &c. IESVM à Nazareth quomodò vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

12. PRIMI Regum decimo capite: Tulit autem Samuel lenticulā olei, & effudit ſuper caput Saulis, & deoſculatus eſt eum, & ait: Eccè, vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorū eius qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus in principem.

13. ET capite decimoſexto: Tulit ergò Samuel cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrū eius: & directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps.

14. IOANNIS primo capite: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre) plenum gratię & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. IBIDEM: Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum, Chriſtus.

15. APOCALYPSIS decimoſeptimo capite: Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorū eſt, & Rex regum.

16. ET decimonono capite: Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum & Dominus dominantium.

17. AD Hebræos tertio capite: Cōſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtrę IESVM, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo eius.

18. ET capite quinto: Chriſtus non ſeipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodiè genui te. Quemadmodùm & in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesq; ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo Pōtifex iuxta ordinem Melchiſedec.

19. PRIORIS Petri ſecundo capite: Eratis ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum.

20. AD Coloſſenſes primo capite: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.

21. ET ſecundo capite: In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.

1. B AD Epheſios primo capite: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali &c. in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo &c. Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, vt Deus, Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater, gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis &c. ſuſcitans illum à mortuis, & cōſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem &c.

2. IOANNIS decimo capite: Ego & pater vnū ſumus. Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum, vos dicitis, Quia blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum? Pater in me eſt, & ego in patre.

3. AD Hebræos primo capite: Multifariàm multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. & quæ ſequuntur.

4. APOCALYPSIS primo capite: Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & eccè ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

5. MATTHAEI vigeſimooctauo capite: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

6. DANIELIS ſeptimo capite: Aſpiciebam in viſione noctis, & eccè cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eū. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguę ipſi ſeruient: poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

7. AD Philippenſes ſecundo capite: Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit &c. propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

8. LVCAE decimoquinto: Cōgratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat, &c. Ibidem: Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum ſaginatum, & occídite: & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuētus eſt. Et paulò pòſt: Frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt.

9. ET vndecimo capite: Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniēs vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.

10. AD Romanos octauo: Nihil ergò nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundùm carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

11. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Empti eſtis precio magno. Glorificate & portate Deū in corpore veſtro.

12. PRIORIS Petri primo capite: Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

1. C. PSALMO octauo: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.

2. AD Romanos decimoquarto: In hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.

3. APOCALYPSIS decimonono: Rex regum & Dominus dominantium.

Digitized by Google

4. ITEM capite decimoſeptimo: Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum eſt & Rex regum.

5. MATTHAEI vigeſimoquinto: Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicèm &c.

6. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Deindè finis, cùm tradiderit regnũ Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem. Oportet autem illum regnare, donèc ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſima autẽ, inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cùm autem dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio, præter eum, qui ſubiecit ei omnia. Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.

7. PSALMO centeſimonono: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donèc ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

8. LVCAE tertio capite: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et paulò pòſt: Et vox de cęlo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus, in te complacuit mihi.

9. MATTHAEI tertio: Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & cõgregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et poſt pauca: Et eccè vox de cælis, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

10. LVCAE vigeſimo: Dixit autem dominus vineæ, Quid faciam? Mittam filium meum dilectum: Forſitan, cùm hunc viderint, verebuntur.

11. MATTHAEI decimoſeptimo: Et eccè vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.

12. ET primo: Eccè virgo in vtero habebit & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.

13. ESAIAE ſeptimo: Et vocabitur nomen eius Emmanuel.

14. ACTORVM quarto: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et nõ eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus de Spiritu ſancto?

A. EVNDEM teſtatur Dominum, qui iam indè ab æterno genitus à Mich.5.a Ioan.1.a 16.f Eſa.53.c Ioan.6.f
Deo Patre ſine matre fuit, propter nos de cælis deſcendiſſe, & humanam
aſſumpſiſſe[a] naturam, qua temporaliter & conceptus ſit in Na- a Galat.4.a Rom.1.a Matth.1.c d Luc.1.c d 2.a
zareth, & ſub Cæſare Auguſto in Bethleem natus ſine patre ex illiba- Eſa.7.c Hiere.31.d
ta Virgine, operante ſcilicet in illa ſic Spiritus ſancti virtute, vt (quod
admirationem omnem excedit) VERBVM[b] caro & DEVS homo fie- b Concil.Epheſ.cano.13.
ret, atque MARIA ſimul DEI mater & [c] virgo eſſet. c Hieron.in Heluidium. Ambroſ. in epiſt. 81.
B. Hæc filij Dei temporalis conceptio & generatio, humanæ ſa- Ezechiel.44.a
lutis ac redemptionis[d] primordia continet, noſtræque eſt forma re- d Ioan.3.a 1.Pet.2.a 3.d Heb.2.a 7.d Tit.3.b
generationis. Qua fit, vt maledicti Adæ filij de immundo ſemine
[e] concepti, & iræ filij nati, purificemur: tum vt è carnalibus ſpiritua- e Iob 14.a Epheſ.2.a Rom.6.a 8.a
les, ac planè filij Dei efficiamur in Chriſto, cui Pater æternus confor-
mes fieri voluit electos, *vt ſit ipſe*, quemadmodùm [f] Paulus ait, *in multis* f Rom.8.f
fratribus primogenitus.

TESTIMONIA.

1. A. MICHEAE quinto capite: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.

2. IOANNIS primo capite: In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Hoc erat in principio apud Deum.

3. ITEM capite decimoſexto: Exiui à Patre, & veni in mundum: iterùm relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei diſcipuli &c. In hoc credimus quia à Deo exiſti.

4. ESAIAE quinquageſimotertio capite: Generationem eius quis enarrabit?

5. IOANNIS ſexto: Hæc eſt voluntas patris mei qui miſit me. Item, Non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo, hic vidit Patrem. Item, Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.

6. AD Galatas quarto: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium factum ex muliere, factum ſub lege.

7. AD Romanos primo: Quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem.

8. MATTHAEI primo: Cùm eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequàm conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto &c. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum.

9. LVCAE primo: Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ait angelus ei: Nè timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum: Eccè cõcipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum &c.

10. ET capite ſecũdo: Exijt edictum à Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis &c. Aſcendit autẽ & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem, eò quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cũ Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt aũt cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret: & peperit filiũ ſuũ primogenitum.

11. ESAIAE ſeptimo: Eccè virgo concipiet & pariet filium.

12. IEREMIAE trigeſimoprimo: Creauit Dominus

Digitized by Google

minus nouum ſuper terram, Fœmina circundabit virum.

13. CONCILIVM Epheſinum canone decimotertio: Non dicimus, quòd Dei natura conuerſa vel immutata facta ſit caro: nec quòd in totum hominem, qui eſt ex anima & corpore, transformata ſit: ſed illud magis, quòd carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit Verbū ſubſtantialiter, & ineffabiliter & indeprehenſibiliter factus ſit homo, & nūcupatus ſit etiam filius hominis, non nuda tantummodò voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſonæ, ſed quòd diuerſæ quidem naturæ in vnum conuenerint. Vnus tamen ex ambabus Chriſtus & filius, non euacuata aut ſublata diuerſitate naturarū per coniunctionem, ſed quia ſimul nobis effecerunt vnum Dominum & Chriſtum & filium, id eſt, diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemq́ copulationem ad vnitatem.

14. HIERONYMVS in libello aduerſus Heluidiū, ex profeſſo egregiè defendit virginitatem perpetuam beatæ Mariæ.

15. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaprima ad Syriciū Papā: Sed de via peruerſitatis produntur dicere: Virgo concepit, ſed nō virgo generauit. Quæ potuit ergò virgo cōcipere, potuit virgo generare, cùm ſemper conceptus præcedat, partus ſequatur. Sed ſi doctrinis non creditur ſacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis angelorum dicentium: Quia non eſt impoſſibile Deo omne verbum. Credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana * intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat. Audiuit Maria vocem Angeli, & quæ antè dixerat: Quomodò fiet iſtud? non de fide generationis interrogans, reſpondit poſteà: Eccè ancilla Domini, contingat mihi ſecūdùm verbum tuum. Hæc eſt virgo, quæ in vtero concepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim ſcriptum eſt: Eccè virgo in vtero accipiet & pariet filium. Non enim concepturam tantummodò virginem, ſed & parituram virginem dixit. Quæ autem eſt illa porta ſanctorum, illa exterior ad Orientem, quæ manet clauſa, & nemo, inquit, pertranſibit per eam, niſi ſolus Deus Iſrael? Nónne eſt hæc porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iuſtitiæ, ſicut ipſe dixit: Sine nos implere omnem iuſtitiam. Hæc porta eſt beata Maria: de qua ſcriptum eſt, quia Dominus pertranſibit per eam, & erit clauſa poſt partum, quia virgo concepit & genuit. Quid autem incredibile, ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quandò contra vſum naturæ mare vidit, atque in fontem ſuum Iordanis fluenta remearūt? Non ergò excedit fidem, quòd virgo peperit, quandò legimus, quòd petra vomuit aquas, & in montis ſpeciem maris vnda ſolidata eſt: Non ergò excedit fidē, quòd homo exiuit de virgine, quādò petra profluxit, ſcaturiuit ferrū ſuper aquas, ambulauit homo ſuper aquas. Ergò ſi hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare: atque hominē de quo legimus, Et mittet illis Dominus hominem qui ſaluos faciet eos, & notus erit Dominus Aegyptijs?

De Mariæ virginitate perpetua. — Luc. 1. — * illæſum — Eſa. 7. — Ezech. 44. — Matth. 3. — Pſal. 113. — Num. 20. — Exod. 14. — 4. Reg. 6. — Matth. 14. — Eſa. 19.

16. EZECHIELIS quadrageſimoquarto capite: Dixit Dominus ad me, Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq́ clauſa principi.

1. B. IOANNIS tertio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

2. PRIORIS Petri ſecundo capite: Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

3. ET capite tertio eiuſdem epiſtolæ: Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma.

4. AD Hebræos ſecundo capite: Quomodò nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecūdùm ſuam voluntatem.

5. ET capite ſeptimo: Saluare in perpetuum poteſt accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.

6. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.

7. IOB decimoquarto capite: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es?

8. AD Epheſios ſecundo: Eramus natura filij iræ, ſicut & cęteri: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatē ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſaluati eſtis, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.

9. AD Romanos ſexto: Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus.

10. ET capite octauo: Nihil ergò nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui nō ſecundùm carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum. Et paulò pòſt: Ergò fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus: ſi enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei &c. Si aūt filij, & hęredes: hæredes quidem Dei, cohęredes autē Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

11. IBIDEM: Quos præſciuit, & prædeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

XI.

Quid continet articulus quartus, Paſſus ſub Pontio Pilato?

Actor. 10 f Matth. 27. f Marc. 15. c Eſa. 50. c 53. a b c Ioan. 1. d Heb. 7. d 1. Pet. 1. c 2. d Apoc. 1. d 1. Tim. 6. c d Rom. 5. b Ioan. 15. b

A. OSTENDIT Chriſtum, cùm præclarè docendi & miracula patrandi finem feciſſet, ſuum pro nobis, qui perieramus, redimendis agonem tandèm abſoluiſſe. Itaque licèt Agnus eſſet abſque macula innocentiſſimus, immò & Deus ſimul immortalis, tamen vt charitatem erga nos ſuam maximam declararet, paſſus eſt ille * volens à ſceleſtiſſimis extrema & acerbiſſima quæque: vndè nec iudicium impij iudi-

a Ioan. 18. a 19. b 3. b 12. e Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Act. 13. d

pij iudicis Pilati, quanuis iniquiſſimum, neque crucem [b] probroſiſſimum ſupplicij genus defugit, mortẽ pro nobis crudeliſſimã adiens, & ſepulturam in alieno etiam monumento delatam non recuſans: totum vt ſe viuens moriens donaret atque impenderet mortalibus.

b Sap.2.d Heb.12.a Phil.2.b Rom.5.b Matt.27.g Tit.2.d Gal.1.a Eſa.53.d

B. Quæ CHRISTI paſſio, [c] ſanguis, crux, vulnera & mors, peccatoribus conſolationem, ſanitatem, virtutem & vitam continuè exhibent, ſi tamen paremus & [d] compatimur capiti, vt ità ſimul & conglorificemur. [e] *Conſummatus enim factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.*

c 1.Pet.1.c 1.Ioan.1.e Apoc.1.b Epheſ.1.b
d Rom.8.c 2.Cor.1.b 2.Tim.2.b
e Heb.5.c

TESTIMONIA.

1.A. ACTORVM decimo capite ait B.Petrus: Vos ſcitis quod factum eſt verbũ per vniuerſam Iudęam: incipiens enim à Galilæa, poſt baptiſmũ quod prædicauit Ioannes, Ieſum à Nazareth, quomodò vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo: quẽ occiderunt ſuſpendentes in ligno.

2. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Ieſus autẽ iterùm clamans voce magna, emiſit ſpiritum.

3. MARCI decimoquinto: Et crucifigẽtes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, &c.

4. ESAIAE quinquageſimo: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus. Dominus Deus auxiliator meus, ideò nõ ſum cõfuſus. ideò poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio quoniam non confundar.

5. ITEM quinquageſimotertio: Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti: nõ eſt ſpecies ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: Deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & poſuit Dominus in eo iniquitatẽ omnium noſtrûm. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondẽte ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: eô quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus orauit.

6. IOANNIS primo: Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi.

7. AD Hebræos ſeptimo: Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus, qui non habet neceſſitatem quotidiè (quemadmodùm ſacerdotes) priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre, deindè pro populi.

8. PRIORIS Petri primo capite: Redẽpti eſtis precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

9. ET ſecundo capite: Qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, nõ comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitię viuamus: cuius liuore ſanati eſtis.

10. APOCALYPSIS primo: Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & eccè ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

11. PRIORIS ad Timotheũ ſexto: Pręcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem: vt ſerues mandatum ſine macula, irrepręhenſibile vſq; in aduentũ Domini noſtri Ieſu Chriſti: quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, Rex regum & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem &c.

12. AD Romanos quinto: Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecundùm tempus pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magìs nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ filij eius: multo magìs reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.

13. IOANNIS decimoquinto: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

14. ITEM decimooctauo: Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper ſe, proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei, IESVM Nazarenum, &c.

15. ET decimonono capite: Non haberes poteſtatem aduersùm me vllam, nisì tibi datum eſſet deſupèr.

16. CAPITE tertio: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ità exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus filiũ ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

17. ITEM capite duodecimo: Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: hoc autem dicebat ſignificãs qua morte eſſet moriturus.

18. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Et vinctũ adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Et dimiſit illis Barrabam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.

19. MARCI decimoquinto: Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur.

20. LVCAE vigeſimotertio: Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum, qui propter homicidium & ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum verò tradidit voluntati eorum.

Digitized by Google

21. IOANNIS decimonono: Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

22. ACTORVM decimotertio: Nullam cauſam mortis (inquit Paulus) inuenientes in eo, petiêrunt à Pilato, vt interficerent eum. Cumq́; conſummâſſent omnia, quæ de eo ſcripta erant, deponentes eum de ligno, poſuerunt in monumento.

23. SAPIENTIAE ſecundo: Dixerunt impij, cogitantes apud ſe nõn rectè: Circunueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiã Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiã ad videndum: quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tanquàm nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris tanquàm immunditijs, & præfert nouiſſima iuſtorũ, & gloriatur patrem ſe habere Deũ. Videamus ergò ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quę ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illũ de manibus contrariorum. Contumelia & tormẽto interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.

24. AD Hebręos duodecimo: Aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùm ſemetipſum contradictionem: vt nè fatigemini animis veſtris deficientes. Nondùm enim vſque ad ſanguinẽ reſtitiſtis, aduersùs peccatum repugnantes.

25. AD Philippenſes ſecundo: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis.

26. AD Romanos quinto, vt ſuprà teſtimo. duodecimo.

27. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda: & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra.

28. AD Titum ſecundo: Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

29. AD Galatas primo: Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, ſecundùm voluntatem Dei & Patris noſtri.

30. ESAIAE quinquageſimotertio: Ipſe peccata multorum tulit.

1. B. PRIORIS Petri primo: Sciẽtes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

2. PRIMAE Ioannis primo: Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus adinuicèm, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

3. APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

4. AD Epheſios primo: In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius.

5. AD Romanos octauo: Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones &c.

6. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Scientes quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.

7. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo: Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem cõſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cæleſti. Fidelis ſermo: Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

8. AD Hebræos quinto: Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quę paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

XII.

Quis vſus & fructus in eo eſt, quòd crucem Chriſti digitis efformamus, & ea frontem conſignamus?

a Tertul. de coron. militis cap.3. Baſil. de Spirituſancto, cap.27. Auguſt. de Catech. rud. cap.20. & tract. in Ioan. 118. Nazianz. orat.3. Hieron. ad Euſto. de cuſto. virg. epiſt.22. cap.16. & ad Fabiol. de veſte ſacerdot. epiſt.128. & in cap.9. Ezech. Chryſoſt. hom.55. in Matth. Trip. hiſt. lib.6. cap.1. Effræm in lib. de vera pœn. c.3. Orig hom.8. in diuerſ. euang. Ruff. lib.2. eccleſ. hiſt. c.29. Niceph. lib.18. ca.20. Cyril. catech.4. & 13. illum. Chryſoſt. in demonſt. aduersùs Gentiles, quòd Chriſtus ſit Deus.

A. HVNC ſanè ritum & [a] veterum pietas, & conſtans Eccleſiæ conſuetudo nobis commendat. Ac primùm hinc excitamur ad gratam memoriam ſummi myſterij atq; beneficij, quod nobis in cruce peractum ac ampliſſimè donatum fuit.

B. Deindè prouocamur ad veram ſanctamque gloriam & totius ſalutis noſtræ ancoram in cruce Domini noſtri defigendam.

C. Eſt hoc prætereà teſtimonium, nos cum inimicis crucis Chriſti Iudæis ac Ethnicis nihil habere commune, ſed contra hos omnes liberè profiteri quẽ colimus, Dominum Ieſum & hunc crucifixum.

D. Hoc etiam ſignaculo ad patientiæ ſtudium incitamur, vt ſi æternæ gloriæ cupidi ſumus, (eſſe verò debemus omnes) crucem quam colimus, & viam crucis [b] duce Chriſto non grauatìm amplectamur.

b Matth.16.d Luc.9.c 1.Pet.3.c 2.d

c Athan. in vita B. Anton. Hiero. in vita B. Hilarionis. Ignat. ad Philip.

E. Neque minùs arma hinc victricia petimus [c] aduersùs Satanam olim crucis virtute proſtratum, immò & contra omnes noſtræ ſalutis aduerſarios ità communimur.

d Ambroſ. ſerm.43.

F. Demùm, vt auſpicatiùs [d] ordiamur, & maiorẽ in rebus gerendis ſucceſſum experiamur, hoc crucis illuſtre trophæum arripimus, & in hoc ſigno [e] victuri, ſæpè dicere non dubitamus: *In nomine* † *Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

e Euſeb. lib.1. & 2. & de vita Conſtantini. Niceph. lib.8. cap.3. & lib.7. ca.47. & 49.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA.

Ex tradit. nō ſcripta, Crucis ſignaculo frontem terebant antiqui Chriſtiani ad oēm actionē.

1\. A. TERTVLLIANVS de Corona militis capite tertio, traditiones non ſcriptas enumerans: Ad omnem, inquit, progreſſum atq; promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

Crucis ſigno conſignantur Chriſtiani ex tradit. Apoſt.

2\. BASILIVS Magnus in libro de ſpiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo, Traditiones Apoſtolicas non ſcriptas in medium adducturus, Quod genus eſt, (inquit) vt eius quod primum eſt & vulgatiſſimum, primo loco commemorem: vt ſigno crucis eos, qui ſpem collocârunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto docuit?

3\. AVGVSTINVS in libro de Catechizandis rudibus, capite vigeſimo: Chriſti paſſionis & crucis ſigno in fronte hodiè tanquàm in poſte ſignandus es, omnesq; Chriſtiani ſignantur.

Sine Crucis ſigno Sacramēta ritè nō perficiuntur.

4\. ET tractatu centeſimo decimooctauo in Euangelium Ioannis: Quid eſt quod omnes nouerūt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Quod ſignum niſi adhibeatur, ſiue frōtibus credentium, ſiue ipſi aquæ ex qua regenerantur, ſiue oleo quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur; nihil eorum ritè perficitur.

5\. GREGORIVS Nazianzenus oratione tertia, quæ eſt prima contra Iulianum Imperatorem apoſtatam: Quod à pluribus commemoratur, nec à fide alienum eſt, oratione perſequar. Deſcendebat in quoddam adytum pleriſque inacceſſum & horrendum, comitem eum habēs, qui multis adytis dignus erat, hoc eſt, hominem huiuſmodi rebus ſapientem, vel potiùs ſophiſtā. Vt autem egregium virum progredientem, terrores adoriri cœperunt, ac ſubindè plures & formidabiliores (ſonos quoſdam inſuetos, aiunt, tetroſq; odores, atque ignea ſpectra, & neſcio quas nugas & deliramenta) rei nouitate perculſus, (harum enim rerum ſtudium ſerò amplexus fuerat) ad crucem vetuſq; remedium confugit, hocq; ſe aduersùs terrores conſignat, eumq;, quem perſequebatur, opitulatorem aſciſcit. Ac quæ ſequuntur, magìs tremenda. Valuit ſignaculum, cedunt dæmones, pelluntur timores. Quid deindè? Reſpirat malū; rursùs audaciam concipit, rursùs aggreditur, rursùs ijdem terrores vrgent: rursùs ſignum adhibetur, ac dæmones conquieſcunt. atque conſilij inopia laborat diſcipulus; ac ſacrorum antiſtes ipſius lateri hærens, veritatem ſiniſtrè interpretatur. Abominationi illis fuimus, dicens, non terrori. vincit quod peius eſt. His enim verbis diſcipulum permouet, ac permotum ad exitij voraginem ducit.

Iulianus Apoſtata territus à dæmōibus, Crucis ſigno eos profligat.

6\. HIERONYMVS ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, epiſtola vigeſimaſecunda, capite decimoſexto: Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem.

Ad omnem actū manus pingat crucē.

7\. IDEM ad Fabiolā de veſte Sacerdotali, epiſtola centeſima viceſimaoctaua: Quod olìm in lamina monſtrabatur, in ſigno oſtenditur Crucis. Tunc ſignum, iuxta Ezechielis vocem, gemētibus figebatur in fronte: nunc portantes Crucem, dicimus: Signatum eſt ſuper nos &c.

Exod. 28. Signum crucis olim præfiguratum. Ezech. 9. Pſal. 4.

8\. IDEM Hieronymus in caput nonum Ezechielis, ſuper ea verba: Omnem autē ſuper quem videritis Thau, nè occidatis: Antiquis (inquit) Hebræorum literis, quibus vſque hodiè vtuntur Samaritani, extrema Thau litera, crucis habet ſimilitudinem: quę in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur.

Thau Hebræum formam crucis habet.

9\. CHRYSOSTOMVS homilia quinquageſimaquinta in Matthæum: Velutì coronam, ſic læto animo crucem Chriſti circunferamus. Omnia enim quę ad ſalutem noſtrā conducunt, per ipſam conſummātur. Nam cùm regeneramur, crux Domini adeſt; cùm ſacratiſſimo alimur cibo, cùm in ordine conſecrandi ſtatuimur, vbiquè ac ſemper id victoriæ inſigne nobis aſſiſtit. Quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in feneſtris, & in fronte quoquè, ac mente, magno ſtudio crucē inſeramus. Id enim ſalutis noſtræ, id communis libertatis, id manſuetudinis atque humilitatis Domini ſignū eſt. Quando igitur cruce te ſignas, vniuerſam tecū crucis cauſam verte, & iræ ac reliquarum paſſionum incendia extingue: quando te cruce ſignas, magna tuam frontē arma fiducia, libertate animū munias. Nec enim latet vos quęnam ſint, quibus libertate donati ſumus. Paulus enim cùm ad capeſſendam veram hanc libertatē nos hortaretur, ad crucis & ſanguinis Dominici memoriam reduxit, dicens: Precio empti eſtis, non ſitis ſerui hominum. Precium autē hic crucem appellauit, quam nō ſimpliciter digito in corpore, ſed magna profectò fide in mente priùs formare oportet. Nā ſi hoc modo eam faciei tuę impreſſeris, nullus ſceleſtorū dæmonum, cùm haſtam videat, qua letale vulnus ſuſcepit, congredi tecum audebit. Nam ſi cùm ſolummodò loca, in quibus capite damnati pœnas perſoluunt, videmus, ingenti horrore concutimur: quid paſſurū putas diabolum, ſi mucronem tenere te viderit, quo vires eius Chriſtus diſſoluit, & quo caput draconis magno ictu rotauit? Noli ergò tanto tu bono verecundari, nè, quando in maieſtate ſua veniet Chriſtus, de te verecundetur. Tunc enim ſignum hoc ſuper radios ſolis coruſcans, ante Chriſtum videbis. Hoc ſignū & priſcis & noſtris tēporibus, clauſas ianuas reſerauit, hoc venenorū vires extinxit, hoc cicutæ vim diſſoluit, hoc feroces beſtias repreſſit, hoc letales ſerpentum morſus curauit. Etenim ſi portas inferni perfregit, ſi cælorū oſtia recluſit, ſi paradiſi renouauit ingreſſum, ſi diaboli neruos recidit; quid mirū eſt, ſi peſtifera venena, atroces beſtias, aliaq; huiuſmodi ſuperauit? Hoc igitur in mente tua inſculpe, & animarum amplectere ſalutem &c.

Per crucem conſummantur omnia, quæ ad ſalutē conducūt.

Fronti, parietibus, & feneſtris imprimitur.

In formatiōe crucis quid cogitandum.

1\. Cor. 6.

Dæmones ſignum Crucis timent.

De Cruce nō verecundandum.

Virtus ſigni Crucis.

10\. HISTORIAE Tripartitæ libro ſexto, capite primo: ex hiſtoria Eccleſiaſtica Theodoreti, lib. tertio, capite tertio: Cœpit igitur Iulianus Imperialia ſceptra deſiderare. Quamobrem diſcurrens per vniuerſam Hellada, vates quærebat reſponſa reddentes, conſulens an ad ſuū imperium perueniret, inuenitq; virum, qui illi deſiderata ſe dicere fateretur. Is eum perducens ad quendā idolorum locum, & introducens in adytum, ſeductores dæmones euocauit. Quibus ſolenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte ſua crucis formare ſignaculum. Tunc dæmones trophæi dominici figuram reſpicientes, & ſuę recordati deuictionis, repentè diſparuerunt. Quod cognoſcens Magus, cœpit inculpare Iulianum. At ille & terrorem ſignificauit, & de crucis ſe dixit obſtupuiſſe virtute, eò quòd videtes hoc ſignū dęmones euanuiſſent. Porrò Magus: Nō hoc ſuſpiceris, inquit, ô bone vir, eos timuiſſe ſicut ais, ſed abominati hoc ſignum potiùs, abſceſſerunt. Et ità capiens miſerū, odio repleuit Chriſtiani ſignaculi Iulianum.

Iulianus apoſtata Crucis ſigno dæmones fugat.

11\. EPHRAEM Syrus in libro de vera pœnitentia, capite tertio: Nos Chriſtiani à Gentilibus ac Iudæis declinemus, poſteſq; noſtros precioſa ac viuifica Cruce coronemus, dicentes cum Apoſtolo Paulo: Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Pingamus in ianuis, atque in frontibus noſtris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum ſignum. Armemur inſuperabili hac Chriſtianorū armatura. Ea enim victrix eſt mortis, fidelium ſpes, lux orbis terræ, paradiſi reſeratrix, profligatrix hæreſum, monachorum adminiculum, firmamentū fidei, magna ſalutariſq; cuſtodia, & gloria perpetua Orthodoxorū in æternum. Hanc ô Chriſtiane armaturam

Poſtes Cruce coronandi.

Gal. 6.

Signum crucis in omnibus membris pingendum. Crucis commendatio.

Armatura.

Digitized by Google

diebus ſingulis & noctibus, horis atque momentis in omni loco circunferre non deſinas, nihilq; ſine ipſa perficias: ſed ſiue dormias, ſiue iter agas, ſiue euigiles, ſiue operi inſiſtas, ſiue manduces, ſiue bibas, ſiue maria nauiges, ſiue tranſmittas flumina, hac te lorica circuntege, membraq; tua omnia ſalutari ſigno exorna, atque circunſepi, & non accedent ad te mala. Hoc enim ſigno conſpecto, aduerſariæ poteſtates conterritæ, trementesq; recedunt. Crux ipſa Chriſti veraciter ſanctificauit orbem, fugauit tenebras, lucemq; reuexit. Hæc eliminauit errores, viamq; monſtrauit. Hæc ab Ortu ſolis & Occaſu, à Septentrione & Meridie, collegit gentes, atque in vnam Eccleſiam, in vna fide, ſub vno capite in charitate connexuit. Hæc Orthodoxorum inexpugnabilis murus eſt.

Fugat dæmones.

12. ORIGENES homilia octaua in diuerſos euangelij locos: Filij Dei humilitas, noſtra ſublimitas eſt: illius crux, noſtra victoria eſt: illius patibulum, noſter triũphus. Gaudentes leuemus hoc ſignum, in humeris noſtris victoriarum vexilla portemus. Immortale lauacrũ portemus in frontibus noſtris. Cùm dæmones viderint, contremiſcent. Qui aurata capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra regalia, & purpuras Cęſarum & dapes, Chriſtiani ſordes & ieiunia pertimeſcũt. Deniquè in Ezechiele Propheta cùm omnes qui miſſus fuerat Angelus occidiſſet, & interfectio cœpiſſet à ſanctis, illi tãtummodò ſoſpites reſeruantur, quos T tau literæ, id eſt, crucis pictura ſignauerat. Exultemus itaque, fratres chariſſimi, & ad crucis ſimilitudinem ſanctas in cælum leuemus manus: cùm ſic nos Dæmones armatos viderint, opprimentur. Quandò Moyſes erectas habebat manus, vincebatur Amalech. Si paululùm illæ conciderant, inualeſcebat. Antennæ nauium, velorũ cornua, ſub figura noſtræ crucis volitant. Aues quoquè ipſæ quandò in ſublimiora obuoluuntur, & pendent per aëra extẽſis alis, imitantur crucem. Sed & trophæa ipſa, & victoriæ triumphorum ornatæ, cruces ſunt: quas non ſolùm in frontibus, ſed & in animabus quoquè noſtris habere debemus, vt cùm ſic fuerimus armati, calcemus ſuper aſpidem & baſiliſcũ in Chriſto Ieſu.

Dæmões crucem timent frontibus impreſſam. *Ezech. 9.* *Thau crucis figurã refert.* *Exod. 17.* *Crucis figurã hõmines, naues & aues repræſentãt.* *Pſal. 90.*

13. RVFFINVS libro ſecũdo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite vigeſimonono: Sed & illud apud Alexandriam geſtum eſt, quòd etiam Thoraces Serapis, qui per ſingulas quaſque domos in parietibus, in ingreſſibus, in poſtibus etiam ac feneſtris erant, ità abſciſſi ſunt omnes & abraſi, vt ne veſtigium quidem vſquàm, vel nominis appellatio, aut ipſius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret: ſed pro his crucis Dominicæ ſignum vnuſquiſque in poſtibus, in ingreſſibus, in feneſtris, in parietibus, columniſq; depingeret. Quod cùm factum eſſe hi qui ſuperfuerant ex Paganis, viderẽt, in recordationem rei magnæ ex traditione ſibimet antiquitùs commendata veniſſe perhibetur. Signum hoc noſtrum Dominicæ Crucis inter illas quas dicunt ἱερατικάς, id eſt, ſacerdotales literas habere Aegyptij dicuntur, velut vnum ex cæteris literarum, quæ apud illos ſunt, elementis. Cuius literæ ſeu vocabuli hanc eſſe aſſerunt interpretationem, VITA VENTVRA. Dicebant ergò hi, qui tunc admiratione rerum geſtarum conuertebantur ad fidem, ità ſibi ab antiquis traditũ, quòd hęc quę nunc coluntur, tam diù ſtarent, quàm diù viderent ſignum iſtud veniſſe, in quo eſſet vita. Vndè accidit, vt magis hi qui erant ex Sacerdotibus vel miniſtris templorum, ad fidem conuerterentur, quàm illi quos errorum præſtigiæ & deceptionum machinæ delectabant.

Crucis dominicæ ſignũ in poſtibus, feneſtris, parietibus & columnis. *Signũ hoc inter Sacerdotales literas habebant Aegyptij.*

14. NICEPHORVS libro decimooctauo hiſtorię Eccleſiaſticæ, capite vigeſimo: Turcos, quos Choſroës Conſtãtinopolim miſerat, ſtigmaticos liquato atramento cruces in frontibus impreſſas Imperator habere videns, interrogauit, quànam gratia quæ non colerent circunferrent ſigna? Illi grauem ante plures annos in Perſide & patria ſua peſtem coortam eſſe dixerunt, à qua quum multi mortales infecti interirẽt, Chriſtianos quoſdam, qui ibi fuẽre, hominibus, ſi hoc feciſſent, ſaluti ſuę conſulturos eſſe, regionemq; eam à lue tali intactam liberatamq; fore perſuaſiſſe: Idq; ità eſſe ab eis factum.

Peſtis in Perſia ſigno crucis frõti Turcorũ impreſſo repellitur.

15. CYRILLVS Archiepiſcopus Hieroſolymitanus Catecheſi quarta illuminatorum: Multi quidem aliàs quoquè crucifixi ſunt, ſed cuius alterius crucifixi inuocatio dæmones expulit? Non pudeat itaque nos crucis Chriſti. Quòd ſi aliquis id occultet, tu manifeſtè ſigna te cruce in fronte, vt dæmones ſignum regis videntes, tremẽtes procùl fugiant. Fac autem hoc ſignum, & mãducans, & bibens, & ſedens, & ſtans, & loquens, & ambulans: in ſumma, in omni tuo negocio.

Dæmones fugiunt ſignum Crucis. *In omni negocio, eo vtẽdum.*

16. IDEM in catecheſi decimatertia illuminatorum: Inſitum igitur eſt lignum vitæ in terra, vt maledicta terra deinceps frui poſſet benedictione, & vt liberentur, viuificenturq; mortui. Non pudeat igitur nos, crucifixũ confiteri, ſed in fronte cõfidenter ſignaculum crucis digitis imprimatur, & in alijs omnibus crux fiat: In panibus comedendis & in poculis bibẽdis, & in egreſſu & ingreſſu, ante ſomnum, recumbendo & ſurgendo, eũdo & quieſcendo. Magna hæc eſt cuſtodia, quæ propter pauperes gratis datur: ſine labore propter infirmos, cùm à Deo ſit hæc gratia, ſignũ fidelium, & timor dęmonũ: Triumphauit enim de illis in hoc ſigno. Oſtenta illud audacter. Quandò enim viderint crucẽ, recordantur crucifixi. Metuunt eum, qui contriuit capita draconis. Neque propterea quòd eſt gratuitum, contemnas hoc ſignaculum: ſed ideò magis venerare benefactorem.

Fronti crux imprimẽda, eaq; in omni actione vtendum. *Signum fidelium & timor Dæmonum.*

17. CHRYSOSTOMVS in demonſtratione aduerſùs Gentiles, quòd Chriſtus ſit Deus: Veruntamen hoc maledictũ, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, crux, diadematibus & coronis clarius factum eſt. Neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu dignior, & quam omnes priùs abhorrebant, eius figuram tantoperè querunt: atque adeò vbiquè ea inuenitur apud principes, apud ſubditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud ſeruos, apud liberos: ſubindè omnes ea ſe ſignant, inſcribendo in nobiliſſimum membrum noſtrum. In fronte enim noſtra, quaſi in columna quotidiè figuratur. Sic in ſacra menſa, ſic in ſacerdotum ordinationibus, ſic iterùm cum corpore Chriſti in myſticis cœnis fulget. Hanc vbiquè celebrari videre licet, in domibus, in foro, in ſolitudine, in vijs, in mõtibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs & inſulis, in lectis, in veſtibus, in armis, in thalamis, in ſympoſijs, in vaſis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum picturis, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à dæmonibus obſeſſis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorũ choreis, in monachorum ordinibus: adeò certatìm donũ hoc mirabile rapiunt omnes. Mira eſt hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubeſcit, cogitans quòd maledictæ mortis ſymbolum fuerit: ſed omnes ipſo magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus. Et non ſolùm non fugitur, ſed & deſideratur & adamatur, & oẽs de ea ſoliciti ſunt, & vbiq; fulget, & ſparſa eſt in parietibus domorũ, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis quæ habitãtur, & quæ non habitãtur. Et paulò pòſt: Ipſum ergò hoc lignum, in quo poſitũ ſanctum corpus Domini, & crucifixum, quarenã habere totus orbis ità contendit, vt qui paruũ quiddam ex illo habent, hoc auro includant, tã viri quàm mulieres, & ceruicibus ſuis aptent, hinc valdè honeſtati & magnifici, muniti & protecti, licèt condemnationis fuerit lignum?

Figura Crucis quàm frequens apud Chriſtianos. *Particulas ligni Crucis quantoperè deſiderabant olim Chriſtiani.* *Auro incluſas de collo protectionis cauſa ſuſpendebant.*

Digitized by Google

1. D. MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

2. LVCAE nono: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me.

3. PRIORIS Petri tertio: Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. Melius eſt enim vt benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes: quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

4. ET ſecundo capite eiuſdem epiſtolæ: Hęc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

1. E. ATHANASIVS in vita beati Antonij, ita refert Antonium ad dæmones dixiſſe: Si quid valetis, ſi vobis in me poteſtatem Dominus dedit, eccè præſtò ſum, deuorate conceſſum. Si verò non poteſtis, cur fruſtrà nitimini? Signum enim crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus eſt. Item in cócione quam ad fratres ſuos habuit: Solent noctè venientes dęmones, angelos Dei ſe fingere, laudare ſtudium, mirari perſeuerantiam, futura præmia polliceri. Quos cùm videritis, tā vos quàm domos veſtras crucis armate ſignaculo, & confeſtim ſoluentur in nihilum: quia metuunt illud trophæum, in quo Saluator aëreas expolians poteſtates, eas fecit oſtentui.

Murus aduerſus Dęmones inexpugnabilis fides eſt & ſignum Crucis.

Armatura contra Dæmones.

2. HIERONYMVS in vita beati Hilarionis: Quadam nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum, planctum quaſi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rurſus variarum portenta vocum, vt antè ſonitu, quàm aſpectu territus cederet. Intellexit dæmonum ludibria: & prouolutus genibus, Chriſti crucem ſignauit in fronte. Taliq; armatus caſſide, & lorica fidei circundatus, iacens fortiùs præliabatur, amodò videre deſiderans, quos horrebat audire, & ſolicitis oculis huc illucq; circunſpiciens. Cùm interim ex improuiſo ſplendente luna, cernit rhedam feruentibus equis ſuper ſe irruere: cumq; inclamaſſet Ieſum, ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. Ibidem: Ea tempeſtate terræmotu totius orbis, qui poſt Iuliani mortem accidit, maria egreſſa ſunt terminos ſuos, & quaſi rurſum Deus diluuiū minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere montium pependerunt. Quod cùm viderent Epidauritani, frementes ſcilicet fluctus, & vndarum moles, & montes gurgitum littoribus inferri, verentes quod iam eueniſſe cernebant, nè oppidum funditùs ſubuerteretur, ingreſſi ſunt ad ſenem, & quaſi ad prælium proficiſcentes, poſuerunt eum in littore. Qui cùm tria crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo, manuſq; cōtrà tenderet, incredibile dictu eſt, in quantam altitudinē intumeſcens mare ante cū ſteterit, ac diù fremens, & quaſi ad obicē indignans, paulatim in ſemetipſum relapſum ſit. Hoc Epidaurus, & omnis illa regio vſq; hodiè prędicat, matreſq; docēt liberos ſuos, ad memoriā in poſteros tranſmittēdam.

Crucis Chriſti ſignū frōti imprimit Hilarion cōtra Diaboli præſtigias.

Miraculum.

3. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Crucis ſignū trophæum eſt contra principis mundi virtutem: quod videns, expaueſcit, & audiens timet.

Princeps mūdi expaueſcit Crucis ſignū.

1. F AMBROSIVS ſermone quadrageſimotertio: Debemus ergò ſurgētes gratias Chriſto agere, & omne diei opus in ſigno facere Saluatoris. Nónne cùm adhuc gentilis eſſes, ſolebas ſigna perquirere? Quæ ſigna quibus rebus eſſent proſpera, magna inquiſitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero, ſcito quia in vno ſigno Chriſti omnium rerum eſt tuta proſperitas. Qui in hoc ſigno ſeminare cœperit, vitæ fructum conſequetur ęternæ. Qui in hoc ſigno iter facere aggreditur, ad cælum vſque perueniet.

In vno ſigno Chriſti, omnium rerū tuta proſperitas.

2. EVSEBIVS Cæſareenſis libro primo de vita Conſtantini Magni, capite vigeſimoſecundo: Imperatori precanti viſio quædam diuina, & inprimìs admirabilis apparuit: quam ſi quis fortè alius dixiſſet, non tam facilè hominibus potuiſſet perſuaderi: verùm cùm Imperator ipſe victor, nobis ipſis, qui hanc hiſtoriam iam literis perſequimur, lōgo tempore pòſt, cùm notitia eramus & familiari colloquio ab eo dignati, narraret, & ſermonem iureiurando confirmaret, cui dubium eſſe poterit, quin ſit rei ità commemoratæ fides omninò adhibenda: præſertim cùm tempus poſteà conſequutum, ratum orationi teſtimonium dederit? Cùm iam ſol ad medium cælum aſcendiſſet, die in pomeridianū tempus paululùm inclinante, dixit ſe crucis ſignum ex lucis ſplendore figuratum, in ipſo cælo ſoli imminens manifeſtò oculis aſpexiſſe, inq; eo inſcriptionem conſignatam, quæ hæc verba complectebatur, IN HOC VINCES. Admiratio ingens ipſum & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeò huius prodigij ſpectator factus erat, inceſſit. ET capite vigeſimotertio: Se dubitatione admodùm intra ſe diſtrahi, quid tandèm iſtud oſtentum ſibi vellet, aſſeruit. Atque eum diù multumq; de eo cogitantem oppreſſit nox. Ibi ei dormienti Chriſtum Dei cum ſigno in cælo monſtrato viſum eſſe, præcepiſſeq;, vt exemplari ad imitationem illius ſigni, quod in cęlo apparuerat, fabricato, eo tanquàm præſidio in prælijs cum hoſtibus committēdis vteretur. ITEM capite vigeſimoquarto: Ille, ſimulatq; dies illuxit, ſurgens, primùm arcanum illud viſum amicis exponit: deindè artificibus, qui aurū & lapides precioſos affabrè ſculpere nôrant, accerſitis, medio inter illos loco aſſidet, verbis ſigni deſcribit effigiem, eam auro & lapidibus precioſis imitatione adumbrare mandat. Quam quidem effigiem, contigit, vt nos oculis olim contemplaremur. ipſe enim Imperator, Deo illud largiente, eam nobis oſtēdere dignat⁹ eſt. Deindè capite vigeſimoquinto ponitur deſcriptio vexilli inſtar crucis fabricati, quod nunc Romani LABARVM appellant. Ac deindè: Iſto igitur ſalutari ſigno (inquit) Imperator, tanquàm hoſtilis cuiuſque & infeſtæ violentiæ propugnaculo, ſemper vſus eſt. Cuius expreſſæ ſimilitudines, mandauit vt vniuerſum exercitum perpetuò antecederent. ET eiuſdem libri capite trigeſimotertio: In vrbe media, quæ præ cæteris principem locum facilè obtinet, (Romam intelligit) ingens iſtud trophęum contra hoſtes erexit: & hoc ſalutare ſignū characteribus, qui nullo modo dèleri poterant, in eo inſculptis, Romanorum, aliorumq; omnium imperio ſubiectorum propugnaculum eſſe demonſtrauit, palamq; omnibus propoſuit ad intuendum. Ac ſtatim vbi erectum haſtile, ad formam crucis in manū propriæ imaginis in ſtatua expreſſæ inſertum, Romæ in loco celebri, ac multùm à populo frequētato, locatum fuit, hanc inſcriptionem Latino ſermone in eo mandat incidere: *Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio, ciuitatem veſtram tyrannidis iugo liberaui, & S.P.Q.R. in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui.*

Cōſtantinus videt in cælo crucis ſignū.

In Crucis ſigno victoria Conſtantini.

Chriſtus iubet ſignū crucis fabricari, in præſidium cōtra hoſtes.

Crucis effigies auro & lapidibus precioſis adumbrata.

Labarum.

Propugnaculum.

Propugnaculum Romani imperij.

Romæ ſignū crucis erectū

3. IDEM EVSEBIVS libro ſecundo de vita eiuſdem Conſtantini, capite ſeptimo: Atque adeò iam ſalutari Seruatoris vexillo exercitum ſuum antecedente, præclariora victoriæ trophæa conſecutus eſt. Nam in qua parte iſtud crucis vexillum viſum fuit, hoſtes fugam capere, victores perſequi.

Vexillū Crucis in exercitu quid effecerit.

Digitized by Google

ſequi. Qua re intellecta, Imperator, ſicubi partem aliquam ſui exercitus languentem cernebat, ibi ſalutare illud vexillum, tanquam quoddam ſubſidium ad victoriam obtinendam locari mandauit. Cuius adiumẽtis extemplò parta eſt victoria: quippe dimicantium vires Diuina quadam potentia fuêre admodùm confirmatæ. DEINDE capite octauo refert quinquaginta viros ad portandum Crucem delectos. CAPITE nono verò, quòd de cruciferis quidam cùm fugiſſet, interfectus ſit: qui verò fideliter permanſerat, ſeruatus ſit illęſus. Atque iſtud (inquit) omnem planè ſuperat admirationem, tum quòd tela ab hoſtibus iacta ſic intra exiguum illum & anguſtum haſtilis ambitum prouolabant, vt in eodem fixa hæreſcerẽt: tum quòd ille qui illud ipſum geſtabat, mortem effugeret: immò verò, vt qui hoc miniſteriũ obibant, nihil damni incommodive aliquando acciperent. Neque certè hæc noſtra eſt oratio, ſed ipſius Imperatoris: qui præter alias res, hanc etiam nobis coràm memorauit.

Nota de Cruciferis.

4. NICEPHORVS Calliſtus Eccleſiaſticę hiſtoriæ libro octauo, capite tertio, refert idẽ quod Euſebius de ſignò crucis in cælo à Conſtantino Imperatore viſo, cùm bellum gereret aduersùs Maxentium.

5. ET libro ſeptimo, capite quadrageſimoſeptimo narrat Conſtãtinum denuò vidiſſe ſignum crucis in cælo cum eadem inſcriptione: *In hoc ipſo ſigno hoſtes omnes vinces*: idq; in bello aduersùs Byzantios geſto.

6. ET capite quadrageſimonono, tertiò crucem Conſtantino apparuiſſe, cum aduersùs Scythas bellum gereret.

Tertiò ſignũ Crucis vidit Conſtãtinus.

XIII.

Quid credendum profert quintus articulus, Deſcendit ad inferos, & reſurrexit?

Pſal.15.b Zach.9.c 1.Pet.3.d Col.2.c. Eccli 24.d Act.2.d Oſeæ 13.d Iren. lib.5 cap.31. Aug epiſt.99. & 57.quæſt.1. & lib.20.de ciui.Dei, cap.15. Itẽ ſerm. 137.de temp. Hiero.in cap.4.ad Eph.& in Oſe.13. Tertul.lib.2.cont. Marcionem c.4. Matth.12.c. Heb.2.d Marc.16.b c Apoc.1.b d Ioan.2.d Coloſ.1.c 1.Cor.15.a c

A. CHRISTVM docet, poſtquàm mortuus eſſet in cruce, ſecundùm animam quidem ad inferos vſque penetrâſſe, tum vt mortis ac Satanæ deuictorem, tum vt Patrum in limbo ſedentium liberatorem ſeſe declararet: ſecundùm corpus autem, quo iacuerat in ſepulcro, tertio pòſt die, cùm Triumphator ex inferis redire vellet, eundem ad vitam ſua vi immortalem ac glorioſum, primogenitum ex mortuis reſurrexiſſe.

B. Quo admirabili opere conſolatur ac docet, electos de poteſtate Satanæ, mortis & inferni liberari, eamq; reſurgendi gratiam omnibus offert atque commendat, vt verè credentes in Chriſtum, de vitijs[a] ad virtutem, à morte peccati ad vitam gratiæ, in fine[b] porrò ſeculorum omnium de morte corporis ad vitam immortalem reſurgant. *Nam qui*[c] *ſuſcitauit* IESVM, *& nos cum* IESV *ſuſcitabit.*

a Rom.6.a Col.3.a b Philip.3.d Epheſ.4.e 1.Pet.1.a
b 1.Corinth.15.c
c 2.Cor.4.d 1.Theſſ.4.c d

TESTIMONIA.

1.A. PSALMO decimoquinto: Inſupèr & caro mea requieſcet in ſpe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

2. ZACHARIAE nono: Tu quoquè in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.

3. PRIORIS Petri tertio: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo & his qui in carcere erant,* ſpiritu veniẽs prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë cùm fabricaretur arca.

* (aliàs ſpiritibus)

4. AD Coloſſenſes ſecundo: Delens quod aduersùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & poteſtates, traduxit cõfidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.

5. ECCLESIASTICI vigeſimoquarto: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

6. ACTORVM ſecundo: Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam &c. Dauid prouidẽs locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.

7. OSEAE decimotertio: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne.

8. IRENAEVS libro quinto aduersùs hæreſes, capite trigeſimoprimo: Ipſe Dominus tribus diebus conuerſatus eſt vbi erant mortui, quemadmodùm prophetia ait de eo: Commemoratus eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, eorum qui antè dormiẽrunt in terram ſtipulationis, & deſcendit ad eos, extrahere eos, & ſaluare eos. Et ipſe autem Dominus, Quemadmodùm, ait, Ionas in ventre ceti tres dies, & tres noctes manſit, ſic erit filius hominis in corde terræ. Sed & Apoſtolus ait: Aſcendit autem, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ? Hoc & Dauid in eum prophetans dixit: Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. Reſurgens autem tertia die, & Mariæ, quæ ſe prima vidit & adorauit, dicebat: Noli me tangere, nondùm enim aſcendi ad patrem meum: ſed vade ad diſcipulos, & dices eis, Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum. Si ergò Dominus legem mortuorum ſeruauit, vt fieret primogenitus à mortuis, & commoratus vſque ad tertiã diem in inferioribus terræ, pòſt deindè ſurgens in carne, vt etiam figuras clauorũ oſtenderet diſcipulis, ſic aſcendit ad patrem: quomodò non confundentur, qui dicunt inferos quidem eſſe hunc mundum, qui ſit ſecundùm nos, interiorem autem hominem ipſorum, derelinquentem hìc corpus, in ſupercæleſtem aſcendere locum? Cùm enim Dominus in medio vmbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, pòſt deindè corporaliter reſurrexit, &c.

Chriſtus apud mortuos commoratus eſt vſque ad diem tertium.
Matth.12.
Epheſ.4.
Pſalm.85.
Ioan.20.
Ioan.20.

9. AVGVSTINVS epiſtola nonageſimanona ad Euodium: Et Dominum quidẽ carne mortificatum veniſſe in infernum, ſatis conſtat. Neque enim contradici poteſt vel prophetiæ, quæ dixit:

Chriſtum in infernum deſcendiſſe cõſtat.

Digitized by Google

Pſal.15.

dixit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Quod, nè aliter quiſquam ſapere auderet, in Actibus Apoſtolorum idem Petrus exponit, vel eiuſdem Petri illis verbis, quibus eum aſſerit ſoluiſſe inferni dolores, in quibus impoſſibile erat eum teneri. Quis ergò niſi infidelis negauerit fuiſſe apud inferos Chriſtum? Quòd ſi mouet aliquem, quemadmodùm accipiendum ſit inferni ab illo ſolutos dolores: neque enim cœperat in eis eſſe tanquàm in vinculis, & ſic eos ſoluit, tanquàm ſi catenas ſoluiſſet, quibus fuerat alligatus; facile eſt intelligere ſic eos ſolutos, quemadmodùm ſolui poſſunt laquei venantium, nè teneant, non quia tenuerunt. Poteſt & ſic, vt eos dolores eum ſoluiſſe credamus, quibus teneri ipſe non poterat, ſed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos. Et paulò pòſt: Si cauſa quæritur, cur voluerit venire in infernum, vbi dolores illi eſſent, quibus teneri omninò non poterat, quia erat, vt ſcriptum eſt, inter mortuos liber, in quo princeps & præpoſitus mortis non inuenit aliquid quod ſupplicio deberetur, hoc ſcilicet quod ſcriptũ eſt: Solutis doloribus inferni; non in omnibus, ſed in quibuſdam accipi poteſt, quos ille dignos iſta liberatione iudicabat. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quòd eum ibidèm ſoluerit, Eccleſia ferè tota conſentit: quod eam non inaniter credidiſſe credendum eſt, vndecunquè hoc traditum ſit, etiam ſi Canonicarum ſcripturarum hinc expreſſa non proferatur authoritas.

Actor.2.

Nemo niſi infidelis negat Chriſtum apud inferos fuiſſe.

Dolores inferni quomodò ſoluti dicantur.

Pſal.87.

Adamum ex inferno liberatum credit Eccleſia.

10. IDEM in epiſtola quinquageſimaſeptima ad Dardanum, ad quæſtionem primam exponẽs illud, Hodiè mecum eris in Paradiſo: Non ex his verbis in cælo exiſtimandus eſt eſſe Paradiſus. Neque enim ipſo die in cælo futurus erat homo Chriſtus Ieſus, ſed in inferno ſecundùm animam; in ſepulcro autem ſecundùm carnem. Et de carne quidẽ quòd eo die in ſepulcro ſit poſita, manifeſtiſſimum eſt Euangelium. Quòd verò illa anima in infernum deſcẽderit, Apoſtolica doctrina prędicat. Quandoquidem B. Petrus ad hanc rem teſtimonium de Pſalmis adhibet, vbi de ipſo prędictum eſſe demonſtrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionẽ. Illud de anima dictum eſt, quia non ibi eſt derelicta, vndè tam citò remeauit: illud de corpore, quod in ſepulcro corrumpi celeri reſurrectione non potuit. Sed in ſepulcro Paradiſum nullus intelligit. Reſtat igitur vt ſi ſecundùm hominem dictum eſt; Hodiè mecum eris in Paradiſo, in inferno intelligatur eſſe paradiſus, vbi erat eo die futurus ſecũdùm humanam animam Chriſtus.

Chriſtus ſecundùm animam in inferno, ſecundùm corpus in ſepulcro.

Actor.2.

Pſal.15.

Paradiſus in quo cũ Chriſto latro futurus erat.

11. ET libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite decimoquinto: Si enim non abſurdè credi videtur, antiquos etiam ſanctos, qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum, remotiſſimis, ſed apud inferos fuiſſe, donèc eos indè ſanguis Chriſti, & ad ea loca deſcenſus, erueret; profectò deincèps boni fideles effuſo illo precio iam redempti, prorſùs inferos neſciunt, donèc etiam receptis corporibus, bona recipiant quæ merentur.

Animæ piorum ex inferno per Chriſti deſceſſum liberatæ.

12. ITEM ſermone cẽteſimo trigeſimoſeptimo de tempore: Nulla neceſſitate, ſed propria voluntate in ligno ſe ſuſpẽndi permiſit, clauis corpus ſuum perforari non renuit, animam ponẽdo mortem ſuſtinuit, carnem in ſepulcro poſuit, & comitante ſecum anima ad inferna deſcendit. Per hanc electi, qui quanuis in tranquillitatis ſinu, tamen apud inferni clauſtra tenebantur, ad Paradiſi amœna reducti ſunt. Quod ante paſſionem dixit, in reſurrectione ſua Dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis ſuis apud inferos nullum reliquit. Omnia abſtulit, vtiquè electa. Neque enim infideles quoquè & pro ſuis criminibus æternis ſupplicijs deditos, ad veniam Dominus reſurgendo reparauit: ſed illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus recognouit. Vndè rectè etiã per Oſee dicitur: Ero mors tua ò mors; ero morſus tuus inferne. Id nanque quod occidimus, agimus vt penitùs non ſit. Ex eo autem quod mordemus, partem abſtrahimus, partemq́ relinquimus. Quia ergò in electis ſuis funditùs occidit mortem, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partem abſtulit, & partem reliquit, non occidit funditùs, ſed momordit infernũ. Ait ergò; Ero mors tua ò mors. Ac ſi apertè dicat, Quia in electis meis te funditùs perimo: Ero morſus tuus inferne, quia ſublatis meis, te in parte transfigo. Tunc etenim Dominus noſter Ieſus Chriſtus illum tenebrarum & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni vectes ferreos confregit, omnes iuſtos, qui originali peccato adſtricti tenebantur, abſoluit, captiuos in libertatem priſtinam reuocauit, peccatorum tenebris obcæcatos ſplendida luce perfudit. Eccè audiſtis, quòd defenſor noſter vltionis Dominus liberè egiſſe deſcribitur: poſtquàm enim exaltatus, id eſt, à Iudæis in cruce ſuſpenſus eſt, vt hæc breuiter cuncta perſtringam, mox vt ſpiritum reddidit, vnita ſuæ diuinitati anima, ad inferorum profunda deſcendit. Cumq́ tenebrarum terminum quaſi quidam deprædator ſplendidus ac terribilis attigiſſet, aſpicientes eum impiæ ac tartaricæ legiones, territæ ac tremẽtes inquirere cœperunt, dicentes: Quiſnã eſt iſte terribilis, & niueo ſplendore coruſcus? Nunquàm noſter talem excepit tartarus, nunquàm in noſtram cauernam talem euomuit mundus. Inuaſor iſte, non debitor; exactor eſt, non peccator: iudicem videmus, non ſupplicem: venit iubere, non ſuccumbere: eripere, non manere, & c. ad longum pulcherrimè.

Anima Chriſti ad inferos deſcendit & electos indè liberauit. Eadem habet B. Greg. hõ. 22. in Euang.

Ioan.12.

Impios nõ liberauit ab inferis.

Oſeę 13.

Morſus inferni.

Principẽ tenebrarũ alligauit.

Vectes ferreos confregit.

Pſal.106.

Pſal.93.

Vnita diuinitati anima ad inferos ſtatim deſcẽdit.

Terror & querimonia Dæmonum.

13. HIERONYMVS in caput quartum ad Epheſios: Inferiora terræ infernus accipitur, ad quẽ Dominus noſter Saluatorq́ deſcendit, vt ſanctorum animas, quę ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cælos victor abduceret. Vndè & poſt reſurrectionem eius, plurima corpora iuſtorum in ſancta ciuitate viſa ſunt. Quod autem infernus in inferiori parte terrę ſit, & Pſalmiſta teſtatur dicens: Aperta eſt terra, & deuorauit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abyron. Et ipſum in Numerorum libro plenius explicatur. Alio quoquè loco legimus: Veniat mors ſuper eos, & deſcendant in infernum viuentes.

Epheſ.4.

Animas ex inferno Chriſtus abduxit.

Matth.27.

Infernus eſt in inferiori parte terræ.

Pſal.105.

Num.16.

Pſal.54.

14. IDEM in caput decimumtertium Oſeæ: Liberauit omnes Dominus, & redemit in paſſione crucis, & effuſione ſanguinis ſui: quando anima eius deſcendit in iufernum, & caro eius non vidit corruptionem, & ad ipſam mortem atque infernum locutus eſt: Ero mors tua ò mors. Idcircò enim mortuus ſum, vt tu mea morte moriaris. Ero morſus tuus inferne, qui omnes tuis faucibus deuorabas.

Anima Chriſti in infernũ deſcendens, pios liberauit.

Oſeę 13.

15. TERTVLLIANVS libro ſecundo aduerſus Marcionem, capite quarto, poſtquàm deſcripſiſſet Chriſti paſſionem & mortem, ſubiungit:

Pòſt vbi ſecretas inferni venit ad vndas;
Atque ſuum victor captiuum luce retexit,
Aſtanti iuſſumq́ patris virtute peregit,
Spontè ſuũ corpus quod liquerat, ipſe recepit.

Chriſtus ad inferos deſcendit.

16. MATTHAEI duodecimo: Quomodò poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

17. AD Hebræos ſecundo: Vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperiũ, id eſt, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.

18. MARCI decimoſexto: Surrexit, non eſt hîc.

Digitized by Google

Surgens autem Ieſus manè prima ſabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ &c.

19. APOCALYPSIS primo capite: A Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum. Ibidèm: Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & eccè ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

20. IOANNIS ſecũdo: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

21. AD Coloſſenſes primo: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.

22. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundùm ſcripturas: & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundùm ſcripturas: & quia viſus eſt Cephę, & poſt hoc vndecim. Deindè viſus eſt plus quàm quingẽtis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſq; adhuc, quidam autem dormiẽrunt. Deindè viſus eſt Iacobo, deindè Apoſtolis omnibus. Nouiſſimè autem omniũ tanquàm abortiuo viſus eſt & mihi. Si reſurrectio mortuorum non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergò prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniã teſtimonium diximus aduerſùs Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum quem nõ ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergò & qui dormiẽrunt in Chriſto, periẽrunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitię dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.

1. B. AD Romanos ſexto: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã Patris, ità & nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autẽ mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto: ſcientes quòd Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà nõ dominabitur. Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quòd autẽ viuit, viuit Deo. Ità & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viuentes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.

2. AD Coloſſenſes tertio: Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſùm ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſùm ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortificate ergò membra veſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam &c. Nunc autem & deponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum. Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ &c.

3. AD Philippenſes tertio: Noſtra autẽ conuerſatio in cælis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.

4. AD Epheſios quarto: Deponite vos ſecũdùm priſtinam conuerſationem veterem hominẽ, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatẽ &c. Eſtote autem inuicèm benigni &c.

5. PRIORIS Petri primo: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis &c.

6. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Sicut in Adam omnes moriuntur, ità & in Chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſq; autẽ in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus: deindè ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt.

7. POSTERIORIS ad Corinthios quarto: Sciẽtes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit.

8. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Si credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ità & Deus eos qui dormiẽrunt per Ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormiẽrunt. Quoniã ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cęlo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deindè nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.

XIIII.

Quid adfert ſextus articulus, Aſcendit ad cælos?

Pſal.67.c d 46.a 8.a Mar.16.d Ioan.3 b Actor.1.b Epheſ.4.b 2.b 1.c Col.3.a Heb.1.b 1.Pet.2.a 1.Ioan.2.a Ioan.20.d

A. ABSOLVTO humanæ redemptionis opere, Dominum IESVM oſtendit, poſtquàm rediuiuus ille ſuis apparuiſſet, multiſq; argumentis reſurrectionis ſuę veritatẽ confirmâſſet, demùm quadrageſimo die in cælũ aſcendiſſe, vt ſecundùm naturã humanã ſuper omnia exaltaretur, & vnus omnium maximè ab omnibus celebraretur. [a]Sedet igitur Dominus IESVS in cęlis ad dexteram virtutis Dei, parem cum Patre poteſtatem exercens, gubernans omnia, diuinaque maieſtate reſplendens penitùs: quod [b] eſt nimirùm ad Patris ſedere dexteram.

a Pſal.109.a Act.7.g Luc.22.g 1.Cor.15.d Epheſ.1.d Matth.28.d

b Aug.lib.de fide & ſymb. cap.7.

B. Hæc læta CHRISTI aſcenſio, noſtrę Fidei ac Spei certitudo eſt, vt quò

Digitized by Google

vt quò caput præceſſit, proſtratis ſemel hoſtibus, eodèm membra etiam, ſi capiti [c] modò pareant & inhæreant ſuo, peruentura eſſe maximè confidamus. *Vado,* [d] inquit, *parare vobis locum.* c Heb.5.c Rom 8.c 2.Timoth.2.b Ioan.15.a d Ioan.14.a

TESTIMONIA.

1.A. PSALMO ſexageſimoſeptimo: Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino, pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem. Ibidèm, Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum.

2. ITEM quadrageſimoſexto: Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

3. ET octauo: Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.

4. MARCI decimoſexto: Et Dominus quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.

5. IOANNIS tertio: Nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo.

6. ACTORVM primo: Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quę cœpit Ieſus facere & docere, vſque in diem qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt: quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquēs de regno Dei. Et videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

7. AD Epheſios quarto: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſupra omnes cælos, vt impleret omnia.

8. ET capite ſecūdo: Cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.

9. ITEM capite primo: Suſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem, & dominationē, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

10. AD Coloſſenſes tertio: Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

11. AD Hebræos primo: Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, &c. Ad quem autem Angelorū dixit aliquando, Sede à dextris meis.

12. PRIORIS Petri ſecūdo: Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.

13. PRIMAE epiſtolæ Ioannis ſecundo: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

14. IOANNIS vigeſimo: Vade ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.

15. PSALMO centeſimo nono: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donèc ponam inimicos &c.

16. ACTORVM ſeptimo: Cùm autem Stephanus eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cælū, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Et ait, Eccè video cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.

17. LVCAE vigeſimoſecundo: Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei.

18. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Oportet autem illū regnare, donèc ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.

19. AD Epheſios primo: Suſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, &c. vt ſuprà.

20. MATTHAEI vigeſimooctauo: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

21. AVGVSTINVS in libro de fide & ſymbolo, capite ſeptimo: Credimus, quòd ſedet ad dexteram Dei Patris: nec ideò tamen, quaſi humana forma circunſcriptū eſſe Deum Patrem, arbitrandum eſt, vt de illo cogitãtibus, dextrum aut ſiniſtrum latus animo occurrat: aut id ipſum, quòd ſedere Pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandum eſt, nè illud incidamus ſacrilegiū, quo execratur Apoſtolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinē corruptibilis hominis. Tale enim ſimulacrū Deo nefas eſt Chriſtiano in templo collocare, multo magis in corde nefarium eſt, vbi verè eſt templum Dei, ſi à terrena cupiditate atque errore mundetur. Ad dexterā ergò intelligendū eſt dictum eſſe in ſumma beatitudine, vbi iuſtitia & pax & gaudium eſt. Sicut ad ſiniſtram hœdi conſtituuntur; id eſt, in miſeria, propter iniquitates & labores atque cruciatus. Sedere ergò quòd dicitur Deus, non membrorum poſitionem, ſed iudiciariam ſignificat poteſtatem, qua illa maieſtas nūquàm caret, ſemper digna dignis tribuendo: quanuìs in extremo iudicio multò manifeſtiùs inter homines vnigeniti filij Dei iudicis viuorum atque mortuorum claritas indubitata fulſura ſit. Rom.1. Sedere ad dexterā quid ſit. Matth. 25.

1.B. AD Hebræos quinto: Et quidem cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

2. AD Romanos octauo: Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

3. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo: Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

4. IOANNIS decimoquinto: Si quis in me non manſerit, mittetur foràs ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.

5. ITEM decimoquarto: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minùs, dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum.

XV.

Quid credendum exhibet ſeptimus articulus, Indè venturus eſt iudicare?

A. PROPONIT extremum iudicij diē, quādo Chriſtus in humana carne rurſus à ſummo cælo deſcendet, ac tremendū aget iudicem to- Pſal.96.a Eſa.3.c 66.d Ioann.5.d e Soph.1.c Malac.4.a b Ioel.3.a c

tius

Digitized by Google

a Matth.25.c 24.b c d Luc.21.c Actor.10.f 1.Theſſ.4.d 5.a 1.Cor.15.g 2.Theſſ.2.a b 2.Pet.3.c

tius orbis,& palàm vnicuiq; reddet ſecúdùm opera ſua. Iudicabit [a] igitur in ſede Maieſtatis ſuæ ad vnum omnes probos ac improbos, ſiue quos iudicij dies illa viuos adhuc in carne,vel anteà mortuos offendet.

B. Vndè admonemur, eo cautiùs rectiusq; nobis viuendũ eſſe, quo certiùs perſuaſum habemus,noſtras actiones,[b] cogitationes,& vitę rationes omnes ob oculos cunctà cernẽtis & æquiſſimè iudicantis Dei vſque verſari. Etenim æquus & iuſtus eſt ſcrutator [c] ille cordium & vindex iniquitatũ, antè cuius tribunal manifeſtari nos omnes oportet,vt vnuſquiſque prout geſſit ſuo in corpore,ſiue bonum,ſiue malum,ab illo recipiat. Qui nec boni [d] quicquam in hac vita geſtum ſuo præmio defraudabit, nec perperàm facta vlla impunè ſinet abire.

b Matth.12.c Sap.1.c Eſa.66.f Eccles 12.d Rom.2.c Apoc.20.d Baſil.epiſt.ad virginem lapſam.

c Hier.17.b Heb.4.d Gal.6.b 1.Theſſ.4.b Eccles 12.d 2.Cor.5.b Rom.14.b

d Matth.10.d Iob 24.b

TESTIMONIA.

1. A. PSALMO nonageſimoſexto: Nubes & caligo in circuitu eius,iuſtitia & iudiciũ correctio ſedis eius.Ignis ante ipſum pręcedet,& inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ,vidit & commota eſt terra. Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini,à facie Domini omnis terra. Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius,& viderunt omnes populi gloriam eius.

2. ESAIAE tertio: Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius. Stat ad iudicandum Dominus,& ſtat ad iudicandos populos.

3. ET ſexageſimoſexto: Eccè Dominus in igne venit,& quaſi turbo quadrigę eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit,& in gladio ſuo ad omnẽ carnem,& multiplicabuntur interfecti à Domino.

4. IOANNIS quinto: Neque enim pater iudicat quenquam: ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Et paulò pòſt: Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo,ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo: & poteſtatem dedit ei etiam iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei.

5. SOPHONIAE primo:Iuxtà eſt dies Domini magnus,iuxtà eſt & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa,dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulę & turbinis,dies tubę & clãgoris ſuper ciuitates munitas,& ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines, & ambulabũt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus,& corpora eorum ſicut ſtercora: ſed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die irę Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cũctis habitantibus terrã.

6. MALACHIAE quarto: Eccè enim dies veniet ſuccenſa,quaſi caminus: & erũt omnes ſuperbi & omnes facietes impietatẽ,ſtipula; & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum,quæ non derelinquet eis radicẽ & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ,& ſanitas in pennis eius: & egrediemini,& ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impiot cùm fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael præcepta & iudicia.Eccè ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, nè fortè veniam & percutiam terram anathemate.

7. IOELIS tertio: Eccè in diebus illis & in tempore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo & hæreditate mea Iſrael,quos diſperſerunt in nationibus,& terram meam diuiſerunt. Et paulò pòſt: Conſurgant & aſcendant Gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo,vt iudicem omnes gentes in circuitu.

8. MATTHAEI vigeſimoquinto:Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes,& ſeparabit eos ab inuicèm, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei &c.

9. ET vigeſimoquarto: Et multi pſeudoprophetæ ſurgent &c. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio. Surgent pſeudochriſti,& pſeudoprophetæ,& dabunt ſigna magna & prodigia, ità vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Eccè prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Eccè in deſerto eſt: nolite exire. eccè in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & páret vſque in Occidentem: ità erit & aduentus filij hominis. Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim antem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cælorum, niſi ſolus pater. Sicut autem in diebus Noë, ità erit aduentus filij hominis. ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donèc venit diluuium, & tulit omnes: ità erit & aduentus filij hominis, &c.

10. LVCAE vigeſimoprimo: Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis veniẽtem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donèc omnia fiant. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibũt. Attendite autem vobis, nè fortè grauentur cor-

da veſtra in crapulâ & ebrietate,& curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentiua dies illa. Tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes,qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt,& ſtare ante filium hominis.

11. ACTORVM decimo : Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorũ & mortuorũ.

12. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormiêrunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli & in tuba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deindè nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Itaque conſolamini inuicèm in verbis iſtis.

13. ET capite quinto: Dies Domini ſicut fur in nocte, ità veniet. Cùm enim dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Vos autem fratres, non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tanquàm fur compræhendat.

14. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.

15. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes ſecundo: Non citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neq; per epiſtolam tãquàm per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. Nè quis vos ſeducat vllo modo, quoniã niſi venerit diſceſſio primũ,& reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità vt in tẽplo Dei ſedeat, oſtendẽs ſe tanq̃ ſit Deus. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eũ, cuius eſt aduentus ſecundùm operationẽ Satanæ in omni virtute, & ſignis & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperũt, vt ſalui fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.

16. POSTERIORIS Petri tertio: Hoc primùm ſcientes, quòd venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes: Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormiêrunt, omnia ſic perſeuerãt ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quòd cęli erant priùs,& terra, de aqua & per aquam, conſiſtens Dei verbo: per quę, ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cæli autem qui nunc ſunt,& terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Vnum verò hoc non lateat vos, chariſſimi, quia vnus dies apud Dominũ ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. Non tardat Dominus promiſſionem ſuã ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenięt autem dies Domini vt fur, in quo cęli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur: terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? Nouos verò cælos & nouam terram ſecundùm promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.

1. B. MATTHAEI duodecimo: Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis,& ex verbis tuis condemnaberis.

2. SAPIENTIAE primo: Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latére, nec præteriet illum corripiens iudiciũ. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Sermo obſcurus in vacuum non ibit.

3. ESAIAE ſexageſimoſexto: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum vénio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam.

4. ECCLESIASTAE duodecimo: Cuncta quæ fiũt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit.

5. AD Romanos ſecundo: Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicèm cogitationum accuſantium aut etiam defendentium, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum.

7. APOCALYPSIS vigeſimo: Et vidi thronũ magnum candidum,& ſedentem ſuper eũ, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, & locus non eſt inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni,& libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitę: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecũdùm opera ipſorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erãt,& mors & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.& qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

9. BASILIVS Magnus in Epiſtola ad virginem elapſam: Reuoca in memoriã diuinam Danielis viſionem: Fluuius ignis decurrebat ante ipſum, mille millia miniſtrabant ipſi, cètena millia adſtabant ipſi, iudicij locum conſtituit,& libri aperti ſunt. Bona, mala, manifeſta, occulta, res, verba, cogitatus, omnia aceruatìm, vt ab omnibus angelis ac hominibus exaudiri poſſint, manifeſtè reuelabuntur. Ad hæc quales neceſſè eſt eſſe eos qui malè vixerunt? Dan. 7.

8. IEREMIAE decimoſeptimo: Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum.

9. Ad Hebræos quarto: Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius.

10. AD Galatas ſexto: Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.

11. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Nè quis ſupergrediatur, neque circunueniat in negocio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.

Digitized by Google

12. ECCLESIASTAE duodecimo: Cuncta quæ fiunt &c. vt ſuprà.

13. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

14. AD Romanos decimoquarto: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſq; noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo.

15. MATTHAEI decimo: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potũ dederit vni ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

16. IOB vigeſimoquarto: Deus inultum abire non patitur.

XVI.

Quæ ſumma eſt articulorum de ſecunda in Deitate perſona?

Ioan.1.a.b 1. Ioan.5.d Epheſ.1.b a Ioan.14.a Rom.5.b Apoc.1.b 1.Tim.2.b Rom.3.d

A. HAEC ſumma eſt, Chriſtum verum Deum & hominem eſſe, qui mirificum Redemptionis humanæ opus ſit aggreſſus atque perfecerit, vt idem ſit ipſe nobis [a] Via, Veritas, & Vita, per quem vnum, cùm perijſſemus omnes, ſaluati & liberati, Deoque Patri reconciliati ſumus.

b Tit.2.d c Epheſ.2.b d 2.Cor.5.c

B. De cuius quidem Redemptionis beneficio ac vero vſu ità ſcriptum eſt: [b] *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* Sic Apoſtolus Paulus. Et [c] alibi: *Ipſius* (Dei) *ſumus factura, creati in Chriſto IESV in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Atque iterùm, [d] *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus*, inquit, *vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.*

e 1.Tim.2.b Rom.3.d f Eſa.33.d Iacob.4.c Ioan.13.bd 1.Ioan.2.b 1.Pet.2.d g 2.Tim.4.b Rom.2.b

C. Quarè cauendus illorum eſt error maximè, qui Chriſtum nõ integrè, ſed velutì mutilatum confitentur, dum ſolùm [e] Mediatorem illũ & Redemptorem cui fidamus, agnoſcunt: nec ſimul recipiunt eum & [f] legiſlatorem, cuius iuſſis obtemperemus, & virtutum exemplar omnium, quod imitemur, & iuſtum iudicem, qui debitum cuiuſque [g] operi præmium aut ſupplicium certò rependat.

TESTIMONIA.

1. A IOANNIS primo: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et paulò pòſt: Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.

2. PRIMAE epiſtolæ Ioannis quinto capite: Scimus quoniam filius Dei venit: & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.

3. AD Epheſios primo: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius.

4. IOANNIS decimoquarto: Ego ſum Via, Veritas, & Vita: nemo venit ad patrẽ niſi per me.

5. AD Romanos quinto: Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecũdùm tempus pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniã cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magìs nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multo magìs reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.

6. APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

7. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus IESVS, qui dedit redẽptionem ſemetipſum pro omnibus.

8 AD Romanos tertio: Iuſtificati gratìs per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionẽ præcedentium delictorũ.

1. B AD Titum ſecundo: Apparuit gratia Dei Saluatoris &c. vt in textu.

2. AD Epheſios ſecundo: Ipſius enim ſumus factura &c. vt in textu.

3. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus &c. vt in tex.

1. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Vnus Deus &c. vt ſuprà hac eadem quæſtione A. teſtimo. ſeptimo.

2. AD Romanos tertio, vt ſup. Ibidèm teſtimo. octauo.

3. ESAIAE trigeſimotertio: Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter: ipſe ſaluabit nos.

4. IACOBI quarto: Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare.

5. IOANNIS decimotertio: Exemplum dedi vobis, vt queadmodùm ego feci vobis, ità & vos faciatis. Ibidèm: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicèm ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicèm.

6. PRIMAE Ioannis ſecundo: Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio.

7. PRIORIS Petri ſecũdo: Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè faciẽtes, patienter ſuſtinetis: hęc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis

Digitized by Google

ſtatis mortui, iuſtitiæ viuamus.

8. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

9. AD Romanos ſecundo: Secundùm duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei: qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: Ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco.

XVII.

Quid docet octauus articulus, Credo in Spiritum ſanctum.

A. SVBIVNGIT tertiã in Deitate perſonã, Spiritũ ſanctum: qui ex Patre Filioq; procedens, verus, vtriq; coęternus, coęqualis, cõſubſtantialis Deus exiſtit, & eadem fide parique cultu & honore colendus eſt.

B. Hic ille Paracletus & Doctor veritatis, qui corda credentiũ gratia ſua ſuiſq; donis illuſtrat, purificat, ſanctificat, & in omni ſanctitate cõfirmat. Hic eſt [a] pignus hæreditatis noſtræ, qui adiuuat infirmitatẽ noſtrã, & ſingulis prout vult, varias donationes ſuas diſtribuit impertitq;.

Symb. Conſtãtinop. & Cõcil. Florentin.
Geneſ. 1. a Pſal. 103. d
Iob 24. b Matth. 28. d
Ioan. 1. c 14. b d 16. c
1. Ioan. 5. b Rom. 8. b c
2. Cor. 3. d 1. Cor. 6. d & 3. d
Pſal. 50. c Eſa. 11. a Gal. 5. d
Rom. 5. a

a Epheſ. 1. c
Rom. 8. e
1. Cor. 12. b

TESTIMONIA.

1. A. SYMBOLVM Concilij Conſtantinopolitani, quod eſt ſecundum generale: Credimus in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: qui locutus eſt per Prophetas.

2. CONCILIVM Florentinum in literis vnionis: Definimus vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur: ſicq; omnes profiteantur, quia Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumq; eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex vtroque æternaliter, tãquàm ab vno principio & vnica ſpiratione procedit. Definimus inſuper explicationem verborum illorum, FILIOQVE, veritatis declarandæ gratia & imminente tunc neceſſitate, licitè ac rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam.

3. GENESIS primo: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

4. PSALMO centeſimo tertio: Emittes ſpiritũ tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

5. IOB vigeſimoquarto: Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſciêrunt vias eius.

6. MATTHAEI vigeſimooctauo: Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

7. IOANNIS primo: Vidi ſpiritũ deſcendentem quaſi columbã de cælo, & manſit ſuper eum. Ibidèm: Hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.

8. ET decimoquarto: Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere. Apud vos manebit, & in vobis erit. Et paucis interpoſitis, Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

9. ITEM decimoſexto: Si non abiero, paracletus non veniet ad vos: Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Cùm venerit ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem, & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

10. PRIMAE Ioannis quinto: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.

11. AD Romanos octauo: Vos autẽ in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritũ Chriſti non habet, hic non eſt eius. Quòd ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritũ eius in vobis. Quicunq; ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterùm in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.

12. POSTERIORIS ad Corinthios tertio: Dominus autem ſpiritus eſt: vbi autem ſpiritus, Domini, ibi libertas.

13. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

14. ET capite tertio: Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos.

15. PSALMO quinquageſimo: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Nè proijcias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum nè auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

16. ESAIAE vndecimo: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet. Et requieſcet ſuper eùm Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini.

17. AD Galatas quinto: Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

18. AD Romanos quinto: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

1. B. AD Epheſios primo: In Chriſto credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

2. AD Romanos octauo: Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

3. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Nemo poteſt dicere, Dominus IESVS, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idẽ autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autẽ Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idẽ verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus

Digitized by Google

ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecũdùm eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum, in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

XVIII.

Quid addit articulus nonus, Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam?

a Matth.5.b Eſa.60.a c. & 2.a Pſal.18.a Aug.tract.1.in epiſt.Ioã.& de vnita.eccle. cap.16.& in Pſal.30.conc.2. Chryſ.hõ.4.de verb.Eſaiæ.

A. OSTENDIT Eccleſiam, id eſt, cunctorum Chriſti fidelium [a] viſibilem congregationem, pro qua Dei filius hominis natura ſuſcepta, cuncta & fecit, & pertulit.

b Ioã.11.g 10.c 17.b Cant. 6.c 1.Cor.1.b 12.b d Epheſ. 4.a Cypr.de ſimp. prælat. Iren.lib.1.c.3.Hier.ad Ageruch.epiſt.11.cap.4. Chryſ. hom.1.in 1.Corinth.

c Cypr.de ſimp.& Epiſt.55. & 69. Iren.lib.3.c.3. Hier. ad Damaſ. epiſt.57.& 58. Leo epiſt.89.ad Vien.

B. Eamque docet primùm [b] vnam eſſe & conſentientem in fide fideique doctrina, & adminiſtratione Sacramẽtorum, quæque ſub vno capite ſuo Chriſto, vnoque vices eius in terris gerente [c] Pontifice Maximo regitur, ac in vnitate conſeruatur.

d Epheſ.5.e Cãt.4.b 1.Pet. 2.b Auguſt.in ench.c.56.& in Pſal.85. Bernar.ſer.3.in vigil.nat.Greg.lib.35.mor. cap.6. Iren.lib.3.cap.40.

C. Deindè hanc ſanctam [d] eſſe prædicat, quia per Spiritũ ſanctum à Chriſto vſquè ſanctificatur, vt ſancti homines, & ſanctæ leges nunquàm in illa deſint. Nec vllus extra huius conſortium, ſanctitatis particeps eſſe poteſt.

e Actor.1.b Gen.22.d Marc.16.d Luc.24.g Matt.28.d 16.c Aug.epiſt. 170.& 166. Cont.epiſ.fund. cap.4. lib.de vera religiõe cap.7. Pacianus epiſt.1.ad Sympron. Vincent. Lirin. Hieron. cont. Lucif.cap.9. Beda in 6.cap.Cant.

D. Tertiò eſſe [e] Catholicam, id eſt, vniuerſalem, adeò, vt per orbem longè lateque diffuſa, omnes omnium temporum, locorum ac nationum hòmines, qui modò in Chriſti fide ac doctrina conueniunt, vno quaſi materno ſinu excipiat, concludat ac ſaluet.

f Epheſ.4.c d Pſal.138.h Coloſſ.1.b Philip.1.a 2.Cor 8.c 1.Ioan.1.b Rom.12.b 1.Cor.12.b Auguſt.tract.32.in Ioan.

g Euſeb.eccl.hiſt.lib.7.ca. 19. Aug.2.cont.Dona.c.6. & epiſt.19. Item de vera relig.cap.6.

* Epheſ.4.a

E. Quartò eſſe in eadem Eccleſia Sanctorum Communionẽ, vt qui [f] in Eccleſia, velutì domo Dei familiaque verſantur, ſocietatem quandam inter ſe & vnionem ſeruent indiuiduam; & ſicutì vnius corporis membra, mutuis officijs, meritis & orationibus ſe inuicèm iuuent. Apud hos eſt vnitas fidei, doctrina conſentiens, conformis vſus Sacramentorum: qui etiam, [g] qualeſcunque demùm quorũdam errores aut diſſenſiones incidant, ſoliciti ſunt * ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. In qua quidem communione non modò ſancti Eccleſiæ militantis in terra peregrinantes, verùm etiam beati omnes Eccleſiæ cum CHRISTO in [h] cęlis feliciſſimè triumphantis, ac inſupèr piorum animæ, quæ ex hac vita egreſſæ, nondùm [i] tamen illam beatorum felicitatem ſunt conſecutæ, ſimul comprehenduntur.

h Aug.de temp.ſerm.181. cap.13. In Ench.cap.56.

i Aug.lib.20.de ciuit.Dei, cap.9. Greg.lib.4.dialog. cap.39.

k Gen.7.d 1.Pet.3.d Eſa. 60.b Auguſt.epiſt.50.& 152. Item de vnit.eccl.cap.4.& 19. Fulgen.de fide ad Petrũ ca.37.38.& 39. Pacian.epiſt. 2.ad Sympro. Iren.lib.4.c 43. Gregor.14.mor.cap.2. Chryſ. ho.11.in ep.ad Eph. Concil.Lateran.can.1. Alcimus Auit.lib.4. cap.19. 1.Ioan.2.c Ioan.6.g 13.c Iudæ c

l 1.Cor.5.a 1.Tim.1.d Num.12.d Matth.18.b 2.Ioan.c d 2.Theſſ.3.b d Cypr.epiſt.62. Aug.lib.1. contra aduerſa.leg.& prophet.cap.17. Euſeb. apud Damaſc.lib.3.Paralle.c.45.

m Aug.ſerm.181. de temp. ca.12. & in Pſal.88.conc.2. Item epiſt.204. Cyp.epiſt. 57.& 52.

n De ſimplic.prælatorum.

o lib.4.de Symb.ad catechu.cap.13.

F. Extra hanc Sanctorum communionem (ſicut extra [k] Noë arcam) certum quidem exitium, nulla verò ſalus mortalibus: non Iudæis aut Ethnicis, qui fidem Eccleſiæ nunquàm receperunt: non Hæreticis, qui receptam deſeruẽrunt vel corruperunt: non Schiſmaticis, qui pacem & vnitatem Eccleſiæ reliquerunt: poſtremò neque [l] Excommunicatis, qui qualibet alia graui de cauſa id meruerunt, vt ab Eccleſiæ corpore ceu pernicioſa quædam membra præſcinderentur ac ſepararentur. Atque iſtiuſmodi omnes, quoniam ad Eccleſiam eiuſque ſanctam communionem non pertinet, Diuinæ gratiæ [m] & ſalutis æternę non poſſunt eſſe participes, niſì Eccleſiæ, à qua ſuo illi vitio ſunt ſemel auulſi, primùm reconcilientur atque reſtituantur. Certa eſt enim [n] Cypriani & Auguſtini [o] regula: Non habebit Deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem.

TESTIMONIA.

ECCLESIAM ESSE VISIBILEM.

1. A. MATTHAEI quinto: Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita: neq; accendũt lucernã, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.

2. ESAIAE ſexageſimo: Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia eccè tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui, &c. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur. Et ve-

nient

nient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini, Sion Sancti Iſraël. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorum &c.

3. ET capite ſecundo: Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montiū, & eleuabitur ſuper colles: & fluẽt ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

4. PSALMO decimoóctauo: In omnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo.

5. AVGVSTINVS tractatu primo in epiſtolam Ioannis: Nónne ille lapis (de quo apud Danielem) creuit, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſum orbem terrarum? Nunquid digito oſtendimus iſtum mõtem, quomodò oſtenditur hominibus tertia luna? Verbi gratia, quando volunt homines videre lunam nouam, dicunt: Eccè luna, eccè vbi eſt: & ſi ſunt ibi qui non valeant intendere aciem, & dicant, vbi? Intenditur illis digitus vt videant. Aliquando, dum erubeſcunt, nè cęci putentur, dicunt ſe vidiſſe quod non viderũt. Nunquid ſic oſtendimus Eccleſiam, fratres mei? Nónne aperta eſt? Nónne manifeſta? Nónne obtinuit omnes gentes? Nónne impletur quod ante tot annos promiſſum eſt Abrahæ, in ſemine eius benedici omnes gentes? Vni fideli promiſſum eſt, in milibus fidelium mundus impletus eſt. Eccè mons implens vniuerſam faciem terræ: eccè ciuitas de qua dictum eſt, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montẽ conſtituta. Illi aũt offendũt in montem. Et cùm eis dicitur, Aſcendite, non eſt mõs, dicunt, & faciliùs illuc faciem impingunt, quàm illic habitaculũ quærunt. Erit (inquit Eſaias) in nouiſſimis diebus, manifeſtus mons domus Domini, paratus in cacumine montiũ. Quid tam manifeſtũ, quàm mons? Sed ſunt & montes ignoti, quia in vna parte terrarũ poſiti ſunt. Quis veſtrûm nouit Olympum montem? quomodò ibi qui habitant, Giddabam noſtrũ non nouerũt. In partibus ſunt iſti montes. Ille autem mons non ſic, quia impleuit vniuerſam faciẽ terrę: & de illo dicit, Paratus in cacumine montiũ. Mõs eſt ſuper cacumina omnium montiũ. Et congregabuntur, inquit, ad eum omnes gentes. Quis errat in hoc monte? Quis frangit faciẽ offendendo in illum? Quis ignorat ciuitatem ſuper montem conſtitutam? Sed nolite mirari, quia ignoratur ab iſtis qui oderũt fratres; quia in tenebris ambulant, & neſciunt quò eant, quia tenebræ excæcauerunt oculos eorum.

Dan.2.
Eccleſia aperta eſt & manifeſta.
Geneſ.22.
Matth.5.
Eſa.2.a
Eccleſia ab hæreticis ignoratur.

6. IDEM in libro de vnitate Eccleſiæ cõtra epiſtolam Petiliani Donatiſtæ, capite decimoſexto: Non eſt Eccleſia operta, quia non eſt ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Et de illa dictum eſt, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem conſtituta. Sed Donatiſtis velut operta eſt, quia audiunt tam lucida & manifeſta teſtimonia, quæ illam toto orbe demonſtrant; & mâlunt clauſis oculis offendere in montem, quàm in eum aſcendere; qui cùm eſſet lapis præciſus de monte ſine manibus, creuit, & factus eſt mons ingens, & impleuit vniuerſam terram.

Matth.5.
Eccleſia aperta eſt, & tamẽ hæreticis eſt velut operta.
Matth.5
Dan.2.

7. IDEM in Pſalmum trigeſimum concione ſecunda, ſuper illum verſum, Qui videbant me, foràs fugerunt à me: Illud eſt magìs gemendũ, illud omninò intolerabile, quia multi qui cognouerunt quid eſſet Eccleſia, exiêrunt foràs, & hæreſes & ſchiſmata contra eccleſiam fecerunt. Qui videbant me, id eſt, qui nouerant, quid ſit Eccleſia, qui eam in ſcripturis intuebantur, foràs fugerunt à me. Obſcuriùs dixerũt Prophetę de Chriſto, quàm de Eccleſia: puto propterea, quia videbant in ſpiritu, contra Eccleſiam homines facturos eſſe particulas, & de Chriſto non tantam litem habituros, de Eccleſia magnas contentiones excitaturos. Ideò illud vndè maiores lites futurę erant, planiùs prædictũ & apertiùs prophetatum eſt, vt ad iudicium illis valeat, qui viderũt & foràs fugerunt. Et paulò pòſt: Et penè vbiq; Chriſtus in aliquo inuoluto ſacramento prędicatus eſt à Prophetis, Eccleſia apertè; vt viderẽt illam & qui futuri erant contra illam, & impleretur in eis iſta nequitia, quam prædixit Pſalmus: Qui videbant me, foràs fugerunt à me. Ex nobis exiêrunt, ſed non erant ex nobis. Hoc Apoſtolus Ioannes de illis dixit.

Prophetæ cur apertiùs de Eccleſia, q̃ de Chriſto prophetárũt.
Pſal.30.
1.Ioan.2.

8. CHRYSOSTOMVS homilia quarta de verbis Eſaię, Vidi Dominũ: Eccleſia radices in cęlo fixas habet potiùs quàm in terra. Verùm fortaſſis ethnicus meam deſpicit arrogantiam, ſed maneat donèc harum rerum probationem attulero, diſcatq; vim veritatis, quomodò facilius eſt ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari.

Facilius eſt ſolem extingui, q̃ Eccleſiam obſcurari.

1.B. IOANNIS vndecimo: Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente: & non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum. VNAM.

2. ET decimo: Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.

3. ITEM decimoſeptimo: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos.

4. CANTICORVM ſexto: Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.

5. PRIORIS ad Corinthios primo: Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatẽ Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri. Obſecro autem vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.

6. ET capite duodecimo: Sicut corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ità & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Et paulò pòſt: Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicèm ſolicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos &c.

7. AD Epheſios quarto: Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.

8. CYPRIANVS in tractatu de ſimplicitate prælatorum, ſiue de vnitate Eccleſiæ: Vnam eſſe Eccleſiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus ſanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit: Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Hanc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper

Cant.6.
Vnitas Eccleſiæ.

Digitized by Google

Super cathedram Petri, fundata Eccleſia.
Ephéſ.4.

quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit? quando & beatus Apoſtolus Paulus hoc idem doceat, & ſacramentum vnitatis oſtendat, dicens: Vnum corpus & vnus Spiritus, vna ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus? Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt Epiſcopatum quoquè ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur: quo modo ſolis multi radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum, tenaci radice fundatum: & cùm de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licèt diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte pręcide riuum, præciſus areſcet. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit: vnum tamen lumen eſt, quod vbiquè diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur: ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expandit: vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater, fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat. &c.

Vt Eccleſia, ità & eius fides per vniuerſum mundum vna eſt.

9. IRENAEVS libro primo aduersùs hęreſes, capite tertio: Hanc prædicationem cùm acceperit, & hanc fidem, quemadmodùm prædiximus, Eccleſia, & quidem in vniuerſum mundum diſſeminata, diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, & ſimiliter credit ijs, videlicet quaſi vnam animam habens & vnum cor, & conſonanter hæc prædicat & docet & tradit, quaſi vnũ poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt. Et neq; hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Hiberis ſunt, neque hæ quę in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Aegypto, neque hę quę in Lybia, neque hę quę in medio mundi ſunt cõſtitutæ: ſed ſicut ſol creatura Dei in vniuerſo mundo vnus & idem eſt, ſic & lumen, prædicatio veritatis, vbiquè lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque qui valdè præualet in ſermone, ex ijs qui præſunt eccleſijs, alia quàm hæc ſunt, dicet. Nemo enim ſuper magiſtrum eſt: neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Cùm enim vna & eadem fides ſit, neque is qui multum de ea poteſt dicere, ampliat: neque is qui minus, deminorat.

Eccleſię Germaniæ non aliter credũt quàm Hiſpaniæ &ç.

Matth.19.

10. HIERONYMVS ad Ageruchiam ſiue Gerontiam de Monogamia, epiſtola vndecima, capite quarto: Erunt duo in carnem vnam, non in duas nec in tres. Propter quod relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: certè non vxoribus. Quod teſtimonium Paulus ediſſerens, ad Chriſtum refert & ad Eccleſiam: vt primus Adam in carne, ſecundus in ſpiritu monogamus ſit. Sit vna Eua, mater cunctorum viuentium: & vna Eccleſia, parens omnium Chriſtianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas diuiſit vxores: ſic hanc hæretici in plures Eccleſias lacerant: quæ iuxta Apocalypſim Ioannis, ſynagogæ magìs diaboli appellandæ ſunt, quàm Chriſti conciliabula.

Epheſ.5.
Eccleſiã vnã in plures lacerant hæretici.
Gen.4.
Apoc.2.
Hæreticorũ Eccleſiæ ſunt ſynagogæ diaboli.

11. CHRYSOSTOMVS homilia prima in priorem epiſtolam ad Corinthios: Eccleſiam Dei appellat Apoſtolus, vt oſtendat in vnum eam redigi oportere. Nam ſi Dei eſt, vna eſt, non Corinthi ſolùm, ſed vniuerſi orbis. Nam Eccleſiæ nomen non ſeparationem, ſed vnionem & conſonantiam ſignificat.

Eccleſia ſi Dei eſt, vna eſt.

12. CYPRIANVS in tractatu de ſimplicitate Prælatorum, ſiue de vnitate Eccleſiæ: Videns inimicus idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos. Hæreſes inuenit & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dũ ſibi appropinquâſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit: &c. Hoc eò fit, fratres dilectiſſimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cæleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet, tractatu longo atque argumentis opùs non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ędificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cælorum: & quæ ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas. Super illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas. Et quanuìs Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum ſanctum: Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant vtiquè & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur. Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia & cathedra vna monſtretur: & paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur. Quam vnam Eccleſiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus ſanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit: Vna eſt columba mea, &c. vt ſuprà hac eadem quæſtione B.8.

Facilis ratio dijudicandi vbi ſit vera fides & vera Eccleſia.
Matth.16.
Ioan.21.
Ioan.20.
Petrus caput & princeps Apoſtolorũ, licèt omnes in Apoſtolatu pares fuerint.
Cant.6.

13. IDEM epiſtola quinquageſimaquinta ad Cornelium: Neque enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. cui ſi ſecundùm magiſteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùm ſacerdotum collegium quicquam moueret: nemo poſt Diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coëpiſcoporum conſenſum, iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſcidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum forìs hæreſim nouam conderet. Ibidem: Chriſti aduerſarius & Eccleſiæ eius inimicus ad hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur. Et paulò pòſt: Petrus tamen, ſuper quem ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia, vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, ait: Domine, ad quem ibimus? Verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui: ſignificans ſcilicet & oſtendens, eos qui à Chriſto receſſerint, culpa ſua perire: Eccleſiam tamen quæ in Chriſtum credat, & quæ ſemel id quod cognouerit teneat,

lib.1. epiſt.3.
Hęreſes ortæ ex ſummi Pontificis & Chriſti vicarij contẽptu.
Cur Hæretici Eccleſiæ præpoſitum potiſſimum oppugnent.
Super Petrũ ædificata Eccleſia.
Ioan. 6.
Eccleſia nunquàm à Chriſto recedit.

nunquàm

nunquàm omninò ab eo diſcedere, & eos eſſe Eccleſiam, qui in domo Dei permanet. Et multis interiectis: Poſt iſta adhuc inſupèr pſeudoëpiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Eccleſiã principalem, vndè vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, (quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt) ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum.

Romanæ Eccleſię primatus & in fide conſtantia.

Rom. 1.

lib. 4. epiſt. 9.

14. ET epiſtola ſexageſimanona ad Florentium ſiue Puppianum: Nec hæc iacto, ſed dolens profero, cùm te iudicem Dei conſtituas & Chriſti, qui dicit ad Apoſtolos, ac per hoc ad omnes præpoſitos, qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui audit vos, me audit: & qui me audit, audit eum qui me miſit. Et qui reijcit vos, me reijcit, & eum qui me miſit. Indè enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur, dum Epiſcopus qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur. Et paulò pòſt: Dominus quoquè in Euangelio, cùm eum loquentem diſcipuli derelinquerent, conuerſus ad duodecim, dixit: Nunquid & vos vultis ire? Reſpondit ei Petrus, dicens: Domine ad quem imus? verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui. Loquitur illic Petrus, ſuper quem ædificata fuerat Eccleſia, Eccleſiæ nomine, docens & oſtendens, quia etſi contumax ac ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedit: & illi ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens. Vndè ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo: & ſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe: & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes, obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt: quandò Eccleſia quæ Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtiquè connexa, & cohærentium ſibi inuicèm ſacerdotum glutino copulata.

Luc. 10.

Hæreſes ex ſummi Sacerdotis contemptu oriuntur.

Ioan. 6.

Super Petrũ ædificata Eccleſia.

Qui cũ Epiſcopo non ſunt, in Eccleſia non ſunt.

Sacerdotum ſibi inuicèm cohærentium glutino copulata Eccleſia.

15. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hæreſes, capite tertio: Ad hanc Eccleſiam (Romanam) propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiquè fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndiquè, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio.

Rom. Eccleſiæ principatus.

16. HIERONYMVS ad Damaſum epiſtola quinquageſimaſeptima: Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri, communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Quicunque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.

Hieronymus Romano Pōtifici adhæret. Matth. 16. Exod. 12.

Gen. 7.

Extra Eccleſiã Rom. nõ eſt ſalus.

17. ITEM ad eundē Damaſum epiſtola quinquageſimaoctaua: Ego interim clamito, ſi quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt.

18. LEO MAGNVS epiſtola octogeſimanona ad Epiſcopos per Viennenſem prouinciã conſtitutos: Diuinæ cultũ religionis quem in omnes gentes omneſq; nationes, Dei voluit gratia coruſcare, ità Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis Saluator inſtituit, vt veritas quæ anteà legis & Prophetarum præconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris ſacramentum ità Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: vt æterni ædificatio templi, mirabili munere gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſteret, hac Eccleſiam ſuam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec portæ contra illam inferi præualerent. Cui Petro cùm præ cæteris ſoluendi & ligandi tradita ſit poteſtas, paſcendarum tamen ouium cura ſpecialiùs mandata eſt. Cui quiſquis principatum æſtimat denegandum, illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſuæ, ſemetipſum in inferna demergit.

Pſal. 18.

Petrus à Chriſto caput Eccleſiæ conſtitutus eſt.

Matth. 16.

Petri præ cæteris Apoſtolis priuilegiũ. Matth. 16. Ioan. 21.

Principatui D. Petri detrahētes quò ſe demergant.

SANCTAM.

1. C. AD Epheſios quinto: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.

2. CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

3. PRIORIS Petri ſecundo: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquandò non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.

4. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite quinquageſimoſexto: Rectus confeſſionis ordo poſcebat, vt Trinitati ſubiungeretur Eccleſia, tanquàm habitatori domus ſua, & Deo templum ſuum, & conditori ciuitas ſua.

Eccleſia domus eſt, templũ & ciuitas S. Trinitatis.

5. IDEM in Pſalmum octogeſimumquintum ſuper ea verba, Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: Audeat & corpus Chriſti, audeat & vnus ille homo clamans à finibus terræ, cum capite ſuo, & ſub capite ſuo dicere, Sanctus ſum. Accepit enim gratiam ſanctitatis, gratiam baptiſmi & remiſſionis peccatorum. Dicat & vnuſquiſque fidelium, Sanctus ſum. Non eſt iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio nõ ingrati. Dic Deo tuo; Sanctus ſum, quia ſanctificâſti me. Si enim Chriſtiani omnes, & fideles baptizati in illo, ipſum induerunt, ſicut Apoſtolus dicit; Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: ſi membra ſunt facti corporis eius, & dicunt ſe ſanctos non eſſe, capiti ipſi faciunt iniuriam, cuius membra ſancta ſunt.

Eccleſia quo modo ſancta.

Gal. 6.

6. BERNARDVS ſermone tertio in vigilia Natiuitatis Domini: Hodiè ſcietis, quia veniet Dominus. Verba hęc quidem ſuo loco & tempore in ſcriptura poſita ſunt, ſed non incongruè illa vigiliæ Dominicę natiuitatis Eccleſia mater aptauit. Eccleſia, inquam, illa quæ ſecum habet conſilium & Spiritũ ſponſi & Dei ſui, cui dilectus inter vbera commoratur, ipſam cordis ſui ſedem principaliter poſſidens & conſeruans. Nimirùm ipſa eſt quæ vulnerauit cor eius, & in ipſam abyſſum ſecretorum Dei, oculum contemplationis immerſit, vt & illi in ſuo, & ſibi in eius corde, perennem faciat manſionem.

Exod. 16.

Eccleſia in terris ſecũ habet cõſilium & Spiritum ſponſi. Cant. 1. Cant. 4.

7. GREGORIVS libro trigeſimoquinto Moralium, capite ſexto: Sola Eccleſia Catholica eſt, per quam ſacrificium Dominus libenter accipiat, ſola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vndè etiam de agni hoſtia Dominus præcepit, dicens: In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foràs. In vna nanque domo agnus comeditur: quia in vna Catholica Eccleſia vera

Sacrificiũ Eccleſiæ Catholicæ tantùm Deo acceptũ.

Exod. 12.

Digitized by Google

hoſtia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foràs prohibet: quia dari ſanctum canibus vetat. Sola eſt, in qua opus bonum fructuoſè peragitur, vndè & mercedem denarij non niſi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola eſt, quæ intra ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit. Vndè & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola eſt, in qua ſuperna myſteria veraciter contemplemur. Vndè & ad Moyſen Dominus dicit: Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Et paulò pòſt: Tollam manum meam, & videbis poſteriora mea. Quia enim ex ſola catholica Eccleſia veritas conſpicitur, apud ſe eſſe locum Dominus perhibet, de quo videatur.

Opus bonum fructuoſè tãtùm in Eccleſia peragitur. *Geneſ. 7.* *Exod. 33.* *Veritas ex ſola Cathol. Eccleſia conſpicitur.*

8. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hæreſes, capite quadrageſimo: In Eccleſia poſuit Deus Apoſtolos, Prophetas, doctores, & vniuerſam reliquam operationem Spiritus, cuius non ſunt participes omnes, qui non concurrunt ad Eccleſiam. Vbi Eccleſia, ibi & ſpiritus Dei; & vbi ſpiritus Dei, illic Eccleſia, & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Chriſti procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos de foſſis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem Eccleſiæ, nè traducantur, reijcientes verò Spiritum, vt non erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in omni volutantur errore, &c.

In Eccleſia Spiritus ſanctus & veritas. *Hiere. 2.*

CATHOLICAM.

1. D. ACTORVM primo: Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

2. GENESIS vigeſimoſecundo: Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obedîſti voci meæ.

3. MARCI decimoſexto: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Illi autem profecti, prędicauerunt vbiquè, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

4. LVCAE vigeſimoquarto: Sic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma.

5. MATTHAEI vigeſimooctauo: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.

6. ET capite decimoſexto: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam.

7. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſeptuageſima ad Seuerinum conſanguineum ſuũ: Perſpicis quàm ſit dolendum, vt qui ſecundùm carnem fratres ſumus, in Chriſti corpore non vna ſocietate viuamus; præſertìm quia facile tibi eſt attendere & videre ciuitatem ſuper montem conſtitutam, de qua Dominus ait in Euangelio, quòd abſcondi non poſſit. Ipſa eſt enim Eccleſia Catholica; vndè καθολικὴ Græcè appellatur, quòd per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideò ſecundùm verbum Domini noſtri Ieſu Chriſti, abſcondi non poteſt.

Eccleſia facilè videri poteſt. *Matth. 5.* *Catholica cur dicatur.* *Nulli licet ignorare Eccleſiam.*

8. IDEM in epiſtola cẽteſima ſexageſimaſexta ad Donatiſtas: In ſcripturis didicimus Chriſtum, in ſcripturis didicimus Eccleſiam. Has ſcripturas communiter habemus, quarè non in eis & Chriſtum & Eccleſiam communiter retinemus? Nos vbi agnouimus eũ de quo dicit Apoſtolus; Abrahæ dictę ſunt promiſſiones & ſemini eius: non dicit, Et ſeminibus, tãquàm in multis, ſed tanquàm in vno, & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus: ibi agnouimus Eccleſiam, de qua dicit Deus ad Abraham, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Chriſtum in Pſalmo de ſe prophetantem; Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodiè genui te; ibi agnouimus Eccleſiam in eo quod ſequitur; Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt, Et ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendum viam; ibi agnouimus & Eccleſiam in eo, quod paulò ſuperiùs dicitur: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt, in manifeſtatione omnibus nota vſque ad terminos terrę. Adfert deindè plura ex ſcripturis teſtimonia, velutì ex pſalmo vigeſimoprimo, Conuertĕtur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Ex pſalmo quinquageſimoſexto, Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua. Ex pſalmo ſeptuageſimoprimo, Et dominabitur à mari vſque ad mare, &c. Item ex Danielis ſecundo capite, Lapidem creuiſſe, & factum montem magnum, & repleuiſſe omnem terram. Ex Abacuc tertio, Et laudis eius plena eſt terra. Ex Eſaiæ quinquageſimoquarto capite, Lætare ſterilis quæ non paris &c. Ex pſalmo quadrageſimonono, Et vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum. Et ex Sophoniæ ſecundo capite, Adorabunt in conſpectu eius vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium.

In ſcripturis vt Chriſtus, itâ & Eccleſia demõſtratur. *Galat. 3.* *Geneſ. 22.* *Pſalm. 2.* *Pſalm. 18.* *Eccleſia in ſole poſita.*

9. IDEM contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, capite quarto: Vt omittam ſynceriſſimam ſapientiam quam in Eccleſia eſſe catholica non creditis, multa ſunt alia quę in eius gremio me iuſtiſſimè teneant. Tenet conſenſio populorum atque gentium; tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum: Tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint: quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domũ audeat oſtendere.

Auguſtinum quę in Eccleſia Catholica teneant. *Ioan. 21.*

10. IDEM libro de vera religione, capite ſeptimo: Tenenda eſt nobis Chriſtiana religio, & eius Eccleſiæ communicatio quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, non ſolùm à ſuis, verùm etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintve ipſi quoquè hæretici, & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quàm Catholicam vocant. Non enim poſſunt intelligi, niſì hoc eam nomine diſcernant, quo ab vniuerſo orbe nuncupatur.

Catholica nominatur ab vniuerſo orbe.

11. PACIANVS Barcilonenſis epiſcopus epiſtola prima ad Sympronianũ Nouatianum de Catholico nomine, ipſum alloquens Sympronianum ait: Sub apoſtolis, inquies, nemo Catholicus vocabatur. eſto, ſic fuerit, vel illud indulge. cùm poſt apoſtolos hęreſes extitiſſent, diuerſiſq; nominibus columbam Dei, atque reginam lacerare per partes & ſcindere niterentur; nónne cognomen ſuum plebs apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti populi diſtingueret vnitatem, nè intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra lacerarer? nónne appellatione propria decuit capùt principale ſignari? Ego fortè ingreſſus populoſam vrbem hodiè, cùm Marcionitas, cum Apollinariacos, Cataphrygas, Nouatianos, & cæteros eiuſmodi

Catholici nomen inuentũ vt plebs apoſtolica, ab hæretica ſecerneretur.

modi comperiſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent, quo cognomine congregationem meæ plebis agnoſcerem, niſi Catholica diceretur? Agè, quis cæteris plebibus nomina tanta largitus eſt? Ipſe ille, qui Catholicum nomen interrogat, cauſam ſui nominis neſciet, ſi requiram, vndè mihi traditum eſt. Certè non eſt ab homine mutuatum, quod per ſecula tanta non cecidit. Catholicum iſtud, nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum ſonat, nec hæreticos ſumit authores. Multa nos Spiritus ſanctus edocuit: quem paracletum apoſtolis & magiſtrum Deus miſit è cælis. Chriſtianus mihi nomen eſt; Catholicus verò cognomen. illud me nuncupat, iſtud oſtendit:

Quid ſignificet.

hoc probor, indè ſignificor. Et ſi reddenda poſtremò Catholici vocabuli ratio eſt, & exprimenda de Græco interpretatione Romana: Catholicus vbiquè vnum, vel, vt doctiores putant, obedientia omnium nuncupatur, mandatorum ſcilicet Dei. Ergò qui Catholicus, idem obediens: qui obediens, idem eſt Chriſtianus: atque ità Catholicus Chriſtianus eſt. Quare ab hæretico nomine noſter populus hac appellatione diuiditur, cùm Catholicus nuncupatur.

12. VINCENTIVS Lirinenſis in libello aduersùs profanas omnium hæreſeon nouationes:

Verus Catholicus quis ſit.

Ille eſt verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, non hominis cuiuſpiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philoſophiam: ſed hæc cuncta deſpiciens, & in fide fixus & ſtabilis permanens, quicquid vniuerſaliter antiquitùs Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenẽdum credendumq́ decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes, vel contra omnes ſanctos, nouum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Et ſub libri principium:

Catholicum quid propriè dicatur.

In ipſa Catholica Eccleſia magnoperè curandum eſt, vt id teneamus, quod vbiquè, quod ſemper, quod ab omnibus creditum: hoc eſt etenim verè propriéq; catholicum, quod ipſa vis nominis ratioq; declarat, quæ omnia verè vniuerſaliter comprehendit. Sed hoc ità demùm fit, ſi ſequamur vniuerſitatem,

Vniuerſitas.

antiquitatem, conſenſionem. Sequemur autẽ vniuerſitatem hoc modo: Si hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarũ confitetur Eccleſia:

Antiquitas.

Antiquitatẽ verò ità, ſi ab his nullatenùs ſenſibus recedamus, quos ſanctos Maiores ac patres noſtros celebráſſe manifeſtum eſt:

Conſenſus.

Conſenſionem quoquè itidèm, ſi in ipſa vetuſtate, omnium vel certè penè omnium ſacerdotum pariter & magiſtrorum definitiones, ſententiasq; ſectemur. Quid igitur faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula ab vniuerſalis fidei cõmunione præciderit? Quid itaque, niſi vt peſtifero corruptoq́ membro ſanitatem vniuerſi corporis anteponat? Quid ſi nouella aliqua contagio non iam portiunculam tantùm, ſed totam pariter Eccleſiam commaculare conetur? Tunc itẽ prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsùs iam non poteſt ab vlla nouitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipſa vetuſtate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiã prouinciæ alicuius error depræhẽdatur? Tunc omninò curabit, vt paucorum temeritati vel inſcitiæ, ſi qua ſunt vniuerſaliter antiquitùs vniuerſalis

* aliàs Eccleſiæ

* Concilij decreta præponat. Quid ſi tale aliquid emergat, vbi nihil eiuſmodi reperiatur? Tunc operam dabit, vt collatas inter ſe Maiorum conſulat interrogetq́ ſententias, eorum duntaxàt, qui diuerſis licèt temporibus & locis, in vnius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magiſtri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantùm, ſed omnes pariter vno eodemq́ conſenſu, apertè, frequenter, perſeueranter, tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognouerit, id ſibi quoquè intelligat abſque vlla dubitatione credendum.

13. HIERONYMVS in dialogo aduersùs Luciferianos, capite nono: Breuem tibi apertamq́

In qua Eccleſia permanendum.

animi mei ſententiam proferam: in illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad diem hanc durat. Sicubì audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquam alio nũcupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campitas: ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe ſynagogam.

Antichriſti ſynagoga.

Ex hoc enim ipſo, quòd poſteà inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciauit.

1. Tim. 4.

14. BEDA in ſextum caput Canticorum: Sicut vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſmum, vnus Deus & pater omnium, ità eſt vna Catholica electorum omniũ multitudo, per omnia & mundi loca, & tempora ſeculi, eidem vni Deo & patri ſubiecta.

Catholicum ex perſonarũ locorum & temporum vniuerſitate dicitur.

In eadẽ eſſe SANCTORVM COMMVNIONEM.

1. E AD Epheſios quarto: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti &c. vt creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſuî in charitate.

2. PSALMO centeſimo decimooctauo: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.

3. AD Coloſſenſes primo: Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem.

4. AD Philippenſes primo: Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtrî, (ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens) ſuper communicatione veſtra in Euangelio Chriſti, à prima die vſque nunc.

5. POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Non enim vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

Exod. 16.

6. PRIMAE Ioannis primo capite: Vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

7. AD Romanos duodecimo: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes, ſecundùm gratiam quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecũdùm rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, &c.

8. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Sicut corpus vnum eſt & membra habet multa, &c. Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

9. AVGVSTINVS tractatu trigeſimoſecundo in Euangeliũ Ioannis: Eccleſia eſt corpus Chriſti, in hoc corpore membrum es. Cùm ergò membrum ſis eius corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Vnitas

Digitized by Google

enim membrorum charitate concordat; & ipſa vnitas loquitur, quomodò tunc vnus homo loquebatur. Datus eſt ſpiritus, ſicut Apoſtolus dicit, ad manifeſtationem: quia alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ &c. ſed tu forſitan eorum omnium quæ dixi, nihil habes. Si amas, non nihil habes: ſi enim amas vnitatem, etiam tibi habet quiſquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo: tollam inuidiam, & meum eſt quod habes. Liuor ſeparat, charitas iũgit. Oculus ſolus videt in corpore, ſed nunquid ſoli ſibi oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, & cæteris membris videt: non enim ſi aliquis ictus in pedem veniat, auertit ſe oculus indè, vt non præcaueat. &c.

1. Cor. 12.

Communio fideliũ membris humani corporis reſpondet.

10. EVSEBIVS Cæſareenſis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro ſeptimo, capite decimonono, vbi agit de Nepote Epiſcopo & eius ſchiſmate, refert ex Dionyſio Alexãdrino, quemadmodùm ille Presbyteros hæreſi Chiliaſtarum infectos inſtituerit: eosq́; valdè paratos & promptos fuiſſe ad aſſentiendum veritati perceptæ, & ſchiſmati atque errori abrenunciandum.

11. AVGVSTINVS libro ſecundo de baptiſmo contra Donatiſtas, capite ſexto: Vos itaque Donatiſtæ quid ad hæc dicitis? Si noſtra ſententia de baptiſmo vera eſt, omnes qui aliter ſapiebant Cypriani temporibus, non ſunt ab eccleſiæ vnitate ſeparati, donèc illud quod aliter ſaperent Deus illis reuelaret. Vos ergò quarè ſeparatione ſacrilega pacis vinculum dirupiſtis? Deindè, quantum crimẽ ſit ſchiſma facere, his verbis explicat: Tempore illo, quo Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monſtrauit, & idolum fabricatum atque adoratum eſt, & propheticus liber ira regis contemptoris incenſus, & ſchiſma tentatum: idololatria gladio punita eſt, exuſtio libri bellica cæde & peregrina captiuitate: ſchiſma hiatu terræ, ſepultis authoribus viuis, & cæteris cæleſti igne conſumptis. Quis iam dubitauerit hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt grauiùs vindicatum?

Schiſma quã graue peccatum.

Exod. 32.
Ierem. 36.

Num. 16.

12. IDEM epiſtola decimanona ad Hieronymum ſcribens, oſtendit ſe ſalua charitate ab eo diſſentire circa repræhenſionem, qua aduersùs S. Petrum vſus eſt B. Paulus.

13. ITEM in libro de vera religione, capite ſexto de bonis Chriſtianis loquens, ità ait: Sæpe ſinit diuina prouidentia per nonnullas nimiùm turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione Chriſtiana, etiam bonos viros. Quam contumeliam vel iniuriam ſuam cùm patientiſſimè pro Eccleſiæ pace tulerint, neque vllas nouitates vel ſchiſmatis, vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines, quàm vero affectu, & quanta ſynceritate charitatis Deo ſeruiendum ſit. Talium ergò virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remeare turbinibus: aut ſi id nõ ſinantur, vel eadem tempeſtate perſeuerante, vel nè ſuo reditu talis aut ſęuior oriatur, tenent voluntatem conſulendi etiam eis ipſis, quorum motibus perturbationibusq́; ceſſerunt, ſine vlla conuenticulorum ſegregatione vſque ad mortem defendentes, & teſtimonio iuuantes eam fidem, quam in Eccleſia Catholica prędicari ſciunt. Hos coronat in occulto pater, in occulto videns. Rarum hoc videtur genus, ſed tamen exempla non deſunt: immò plura ſunt, quàm credi poteſt. Ità omnibus generibus hominum & exemplorum ad animarũ curationem, & ad inſtitutionem ſpiritalis populi, vtitur diuina prouidentia.

Pacẽ Eccleſiæ quanti faciant boni Chriſtiani.

14. AD Epheſios quarto: Obſecro vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

15. AVGVSTINVS ſermone centeſimo octogeſimoprimo de tempore, capite decimotertio: Sanctorum communionem: id eſt, cum illis ſanctis, qui in hac quã ſuſcepimus fide defuncti ſunt, ſocietate & ſpei communione teneamur. Si igitur cum ſanctis in æterna vita communionem habere volumus, de imitatione eorum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid recognoſcere de ſuis virtutibus, vt pro nobis dignentur Domino ſupplicare.

Ad ſanctorũ communionem etiam defuncti pertinent.

Sãcti pro nobis in cælo ſupplicant.

16. ET in Enchiridio, capite quinquageſimoſexto: Eccleſia tota hìc accipiẽda eſt, non ſolùm ex parte qua peregrinatur in terris, à ſolis ortu vſque ad occaſum laudans nomen Domini, & poſt vetuſtatis captiuitatem cantans canticum nouum: verùm etiam ex illa quæ in cælis ſemper ex quo condita eſt, cohæſit Deo, nec vllum ſui caſus malum experta eſt. Hæc in ſanctis angelis beata perſiſtit, & ſuæ parti peregrinanti ſicut oportet opitulatur: quia vtraque vna erit cõſortio æternitatis, & nunc vna eſt vinculo charitatis, quæ tota inſtituta eſt ad colendum vnum Deum.

Eccleſia triũphãs militãti opitulatur.

17. ITEM libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite nono: Neque piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnũ Chriſti. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorũ memoria in communicatione corporis Chriſti: nec aliquid prodeſſet ad eius in periculis baptiſmũ currere, nè ſine illo finiatur hæc vita: nec ad reconciliationem, ſi fortè per pœnitẽtiam malámve conſcientiam quiſque ab eodem corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiunt iſta, niſì quia fideles, etiam defuncti, membra eius ſunt?

Piorũ animæ defunctorum ad Eccleſiam pertinent, & communionem eius.

18. GREGORIVS libro quarto Dialogorum, capite trigeſimonono: De quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit: Quia ſi quis in ſancto Spiritu blaſphemiam dixerit &c. vt infrà de Sacramento Pœnitentiæ, quæſtione nona, B. teſtimo. duodecimo.

Purgatorius ignis.
Matth. 12.

1. F. GENESIS ſeptimo: Deleuit omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram ab homine vſque ad pecus; tam reptile, quàm volucres cęli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca.

EXTRA ECCLESIAM non eſt ſalus.

2. PRIORIS Petri tertio: In diebus Noë cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.

3. ESAIAE ſexageſimo: Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit.

4. AVGVSTINVS epiſtola quinquageſima ad Bonifacium Comitem: Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Ac per hoc nemo poterit eſſe iuſtus, quam diù fuerit ab vnitate huius corporis ſeparatus. Quemadmodùm enim membrũ, ſi præcidatur ab hominis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritũ vitæ: ſic homo qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt ſpiritum tenere iuſtitiæ, etiam ſi figurã membri teneat, quam ſumpſit in corpore. Et ſub finẽ eiuſdem epiſtolæ: Eccleſia Catholica ſola corpus eſt Chriſti, cuius ille caput eſt Saluator corporis ſui. Extra hoc corpus neminem viuificat Spiritus ſanctus; quia ſicut ipſe dicit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Non eſt autem particeps diuinæ charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non habẽt itaque ſpiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt: Qui ſeipſos ſegregant, animales, ſpiritum non habentes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus eſt in eccleſia, quoniã & deindè ſcriptum eſt: Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum. Qui ergò vult habere ſpiritum ſanctum, caueat foris ab eccleſia remanere, caueat in eam ſimulatè intrare. Aut ſi iam talis intrauit, caueat in eadem ſimulatione perſiſtere, vt veraciter coaleſcat arbori vitæ.

Rom. 12.

Extra eccleſiã nemo iuſtus, aut iuſtitiæ ſpiritum tenere poteſt.

Spiritus ſanctus no viuificat niſi mẽbra eccleſiæ.
Rom. 5.

Vnitatis hoſtis charitatẽ non habet.

Iudas in epiſt.

Sap. 1.

5. ITEM

Ira Dei manet ſuper oēs ab Eccleſia auulſos.

5. ITEM epiſtola centeſima quinquageſimaſecunda ad Donatiſtas: Quiſquis ergò ab hac Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantùlibèt laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quòd à Chriſti vnitate diſiunctus eſt, nō habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

Non ſufficit de Chriſto rectè ſentire, niſi etiā Eccleſiæ vnitati communicemus.

6. IDEM libro de vnitate Eccleſię, capite quarto: Quicūque de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, nō ſunt in Eccleſia, quia de Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. Et paulò pòſt: Quicunque credunt quidem, quòd Chriſtus Ieſus, ità vt dictum eſt, in carne venerit, & in eadem carne, in qua natus & paſſus eſt, reſurrexit, & ipſe ſit filius Dei, Deus apud Deū, &c. ſed tamen ab eius corpore, quod eſt Eccleſia, ità diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacunq; diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia.

Extra eccleſiā nulla ſalus.

7. ET capite decimonono eiuſdem libri: Ad ipſam ſalutem ac vitam æternam nemo peruenit, niſi qui habet caput Chriſtum. Habere autem caput Chriſtum nemo poterit, niſi qui in eius corpore fuerit, quod eſt Eccleſia.

Extra eccleſiā nemo poteſt fieri particeps vitæ æternæ.

8. FVLGENTIVS libro de fide ad Petrum Diaconum, capite trigeſimoſeptimo: Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, omnem extra Eccleſiam Catholicam baptizatum, participem fieri non poſſe vitæ æternæ, ſi ante finem vitæ huius Catholicæ nō fuerit redditus atque incorporatus Eccleſiæ. Quia ſi habeam, inquit Apoſtolus, omnem fidem, & nouerim omnia ſacramenta, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra arcam potuiſſe ſaluari.

1. Cor. 13. — Gen. 7.

Extra eccleſiā manētes, damnabūtur.

9. DEINDE, capite trigeſimooctauo: Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, non ſolùm omnes Paganos, ſed etiam omnes Iudæos, Hæreticos, atque Schiſmaticos, qui extra Eccleſiam Catholicam præſentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Martyriū extra eccleſiam non ſaluat.

10. ET capite trigeſimonono: Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, quemlibet Hæreticum ſiue Schiſmaticum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizatum, ſi Eccleſiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantaſcunque eleemoſynas fecerit, etſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, nullatenùs poſſe ſaluari. Omni enim homini, qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quamlibèt copioſa, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem, quàm diù in eo hæretica vel ſchiſmatica prauitas perſeuerat, quę ducit ad mortem.

11. PACIANVS Barcilonenſis epiſcopus epiſtola ſecunda ad Sympronianum Nouatianum: Nouatianus martyrium nunquàm tulit, nec ex verbis beatiſſimi Cypriani auditum iſtud, aut lectum eſt. habes eius epiſtolas, quibus Cornelium vrbis epiſcopum, cui tunc Nouatianus inuiderat, inimicis principibus reſiſtentem, ſæpè confeſſum, ſæpè vexatum refert, plurimis confeſſoribus, plurimis quoquè martyribus ducem factum, & cum plurimis glorioſiſſimè coronatum, viuente tunc Nouatiano, etiamq; ſecuro. nam & ideò ab eccleſia Chriſti receſſerat, nè illum labor confeſſionis vrgeret. Porrò etiamſi paſſus eſt aliquid Nouatianus, non tamen etiam occiſus: etiamſi occiſus, non tamen coronatus. Quid ni? extra eccleſiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem, cuius portio debet eſſe, qui martyr eſt. Audi Apoſtolum: Et ſi habuero omnem fidem, ità vt montes trāſferam, charitatem non habeam, nihil ſum. Et ſi in cibos pauperum diuiſero omnem ſubſtantiam meam, & ſi tradidero corpus meum ad comburendum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.

Extra eccleſiā non poteſt eſſe martyr. 1. Cor. 13.

12. IRENAEVS libro quarto aduersùs hæreſes, capite quadrageſimotertio: Eis qui in Eccleſia ſunt Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecundùm placitum patris acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos, & ſibi placentes, aut rurſus vt hypocritas, quæſtus gratia, & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi decidunt à veritate. Et hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas, à cæleſti igne comburentur, quemadmodùm Nadab & Abiu. Qui verò exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduersùs Eccleſiam Dei, remanent apud inferos, voragine terræ abſorpti, quemadmodùm qui circa Chore, Dathan, & Abiron. Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Ieroboam pœnam percipiunt à Deo.

Hæreticorum & Schiſmaticorum pœna & interitus. Leuit. 10. — Num. 16. — 3. Reg. 4.

13. GREGORIVS libro decimoquarto Moralium, capite ſecundo: Sancta vniuerſalis eccleſia prædicat, ſaluari veraciter niſi intra ſe non poſſe, aſſerens quòd omnes qui extra ipſam ſunt, minimè ſaluabuntur.

Extra eccleſiā nemo ſaluatur.

14. CHRYSOSTOMVS homilia vndecima in epiſtolam ad Epheſios: Nihil ità Deum irritat, ſicut Eccleſię diuiſio. Et ſi innumera bona operati fuerimus, non minores tamen pœnas dabimus, quàm qui corpus ipſius proſciderunt, ſi plenitudinem & integritatem Eccleſiaſticam diſcerpſerimus. Illud enim lucro quidem factum eſt totius orbis, tametſi non eo animo, ſi reprobos illos reſpexeris. Iſtud verò nihil vſpiàm commodi habet, ſed plurimum nocumenti. Iſta mihi non ad Eccleſiæ primores duntaxàt dicuntur, ſed & ad ſubditos. Vir quidam ſanctus † quippiam dixit, quod audaciam ſapere videtur, attamen dixit. Quid autem eſt iſtud? Peccatum videlicet iſtud ne martyrij quidem ſanguine deleri. Dic enim, quæſo, quam ob cauſam martyrium ſubis? An non propter Chriſti gloriam? Quo itaque pacto, qui animam pro Chriſto exponis, Eccleſiam oppugnas, pro qua animam ſuam tradidit Chriſtus? Audi Paulum ipſum: Non ſum, inquit, dignus, vt vocer Apoſtolus, quoniam Eccleſiam Dei perſecutus ſum, ac vaſtaui illam. Et interiectis quibuſdam: Dico & obteſtor, Eccleſiam ſcindere non minus eſſe peccatum, quàm in hæreſim incidere.

Schiſmatis peccatum. — Cyprianum intelligit. — Martyrij ſanguine nō deletur peccatū Schiſmatis. — 1. Cor. 15.

15. CONCILIVM LATERANENSE magnum ſub Innocentio tertio, canone primo: Vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur.

Nemo ſaluatur extra Eccleſiam.

16. ALCIMVS Auitus Viennenſis Archiepiſcopus libro quarto, qui eſt de diluuio, capite decimonono:

> Arca vetus Noë, Chriſti eſt Eccleſia, per quam,
> Extra etiam quam nemo poteſt ſaluarier.

Arca Noë ſignat Eccleſiā, extra quā nemō ſaluatur.

17. PRIMAE Ioannis ſecundo: Filioli, nouiſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit, nūc Antichriſti multi facti ſunt: vndè ſcimus, quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiquè nobiſcum: ſed vt manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis.

18. IOANNIS ſexto: Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergò Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?

19. ET decimotertio: Cùm ergò accepiſſet Iudas buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox.

Digitized by Google

20. IVDAS Apoſtolus in epiſtola Canonica: In nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.

21. PRIORIS ad Corinthios quinto: Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, ità vt vxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrûm qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt pręſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi ſatanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrũpit? Expurgate vetus fermentum. Auferte malum ex vobiſipſis.

22. PRIORIS ad Timotheum primo: Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt Hymenæus & Alexander: quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare.

23. NVMERORVM duodecimo: Reſpondit Dominus Moyſi: Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſteà reuocabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo, donèc reuocata eſt Maria.

24. MATTHAEI decimooctauo: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

25. IN ſecunda epiſtola Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis.

26. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes tertio: Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem quam acceperũt à nobis. Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate: & nè commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

lib. 1. epiſt. 11. Deut. 17.

27. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimaſecunda ad Pomponium: Interfici Deus iuſſit Sacerdotibus ſuis non obtẽperantes, iudicibus à ſe ad tempus conſtitutis non obedientes: & tunc quidẽ gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis manebat: nunc autẽ quia circunciſio ſpiritalis eſſe ad fideles ſeruos Dei cœpit, ſpiritali gladio ſuperbi & cõtumaces necantur, dum de eccleſia eijciuntur. Neque enim viuere foris poſſunt, cùm domus Dei vna ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in Eccleſia poſſit.

Excõmunicatio eſt gladius ſpiritalis.

Foris viuere nequeunt.

28. AVGVSTINVS libro primo contra aduerſarium legis & Prophetarum, capite decimoſeptimo: Claues regni cælorum ſic dedit Chriſtus Eccleſiæ, vt non ſolùm diceret, Quæ ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis: vbi apertiſſimè bonum, non malum, pro malo reddit Eccleſia: verùm & adiungeret, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cælo: quia bona eſt, & vindicandi iuſtitia. Illud enim quod ait, Si nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanquàm ethnicus & publicanus: grauius eſt quàm ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur, ſi feris ſubrigeretur. Nam ibi quoquè ſubiunxit, Amen dico vobis, quæ ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: vt intelligeretur, quanto grauius ſit punitus, qui velut relictus eſt impunitus. Hîc dicat iſte, ſi placet, Siccíne mandata Saluatoris accipimus iubentis, Nemini reddideritis malum pro malo; ſed ſi quis vos percuſſerit in vnam maxillam, præbete & alteram, & dimittite iniurias fratribus veſtris? Eccè ab hominibus non reddentibus malum pro malo, alligatur homo amariùs & infeliciùs eccleſiæ clauibus, quàm quibuslibet grauiſſimis & duriſſimis ferreis vel adamantinis nexibus.

Matt. 16. & 18.

Matth. 18. Excommunicatio quantũ timenda.

Matth. 5.

Nota pro excommunicatione.

29. EVSEBIVS apud Damaſcenum libro tertio Parallelorum, capite quadrageſimoquinto: Cùm quiſpiam ab Eccleſia eijcitur, ſtatim eum Satanas aſſumit, nec priùs ab eo abſcedit, quàm Preſbyter eum ſuſceperit. Cùm enim à Chriſtianorum finibus homo proſcriptus & exterminatus eſt, quandiù ſeiunctus manet, tandiù in Gentilium albo cenſetur.

Excommunicatus manet ſub poteſtate diaboli, & eſt tanquàm Gentilis.

30. AVGVSTINVS ſermone cẽteſimo octogeſimoprimo de tempore, capite duodecimo: Quiſquis ille eſt, & qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti eccleſia non eſt. Sola quippe eſt per quam ſacrificiũ Dominus libẽter accipiat, ſola quæ pro errãtibus fiducialiter intercedat. Vndè etiam de agni hoſtia Dominus præcepit, dicens: In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foràs. In vna nanque domo agnus comeditur, quia in vna Catholica eccleſia vera hoſtia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina iuſſio efferri foràs prohibet, quia dari ſanctum canibus vetat. Sola eſt in qua opus bonum fructuosè peragitur; vndè mercedem denarij non niſi qui intra vineam laborauerant acceperunt. Sola eſt quæ intra ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit, &c. vt Gregorius ſuprà, litera C. teſtimo. 7.

Extra eccleſiam Chriſtianus non eſt, & nihil Deo acceptũ eſt.

Exod. 12.

Matth. 20.

31. ITEM in Pſalmum octogeſimumoctauum, concione ſecunda: Amemus Dominum Deũ noſtrum, amemus eccleſiã eius: illum ſicut patrem, iſtam ſicut matrem: illum ſicut Dominum, hanc ſicut ancillam eius, quia filij ancillæ ipſius ſumus. Sed matrimoniũ hoc magna charitate compaginatur. Nemo offendet vnum, & promeretur altẽrum. Nemo dicat, Ad idola quidem vado, arrepticios quidem & ſortilegos conſulo, ſed tamen Dei Eccleſiam non relinquo: Catholicus ſum. Tenens matrem, offendis patrem. Alius item dicit, Abſit à me, non conſulo ſortilegum, non quæro arrepticium, non quæro diuinationes ſacrilegas, nec eo ad adoranda dæmonia, non ſeruio lapidibus; ſed tamen in parte Donati ſum. Quid tibi prodeſt non offenſus pater, qui offenſam vindicat matrem? Quid prodeſt, ſi Dominum confiteris, Deum honoras, ipſum prædicas, filium eius agnoſcis, ſedentem ad dexteram patris confiteris; & blaſphemas eccleſiam eius? Non te corrigunt exempla humani coniugij? Si haberes aliquẽ patronum, cui quotidiè obſequereris, cuius limina ſeruiendoontereres, quem quotidiè non dico ſalutares, ſed & adorares, cui impenderes fidelia obſequia; ſi vnum crimen de eius coniuge diceres, nunquid domum eius intrares? Attendite ergò chariſſimi, tenete omnes vnanimiter Deum patrem & matrem Eccleſiam.

Eccleſia amanda eſt tãquàm mater.

Non prodeſt Deum colere & agnoſcere, ſi Eccleſiam eius blaſphemes.

Simile.

32. ET epiſtola ducenteſima quarta ad Donatum preſbyterum Donatiſtam: Foris autem ab eccleſia conſtitutus, & ſeparatus à compage vnitatis & vinculo charitatis, æterno ſupplicio punireris, etiamſi pro Chriſti nomine viuus incendereris.

Martyriũ extra eccleſiam inutile.

33. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſeptima: Inimicus & hoſtis eccleſiæ, quos alienauit ab eccleſia & foràs duxit, vt captiuos & victos contemnit & præterit: eos pergit laceſſere, in qui-

lib. 1. epiſt. 4.

Digitized by Google

in quibus Chriſtum cernit habitare. Quanquàm etſi aliquis ex talibus fuerit apprænhenſus, non eſt quod ſibi quaſi in confeſſione nominis blandiatur, cùm conſtet ſi occiſi eiuſmodi extra eccleſiam fuerint, fidei coronam non eſſe, ſed pœnam potiùs eſſe perfidiæ.

Pœna perfidiæ.

lib. 4. epiſt. 2. *Admitti nequeũt ad eccleſię pacem.* *Epheſ. 4.*

34. IDEM epiſtola quinquageſimaſecunda ad Antonianum in fine: Apoſtatę verò & deſertores, vel aduerſarij & hoſtes, & Chriſti eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admitti ſecundùm Apoſtolum poſſunt ad eccleſiæ pacem, quando nec ſpiritus, nec eccleſię tenuerunt vnitatem.

Deum patrẽ non habebit, qui Eccleſiã non habet matrem. *Extra Eccleſiam non eſt ſalus.* *Ioſue 2.* *Exod. 12.*

35. ITEM in tractatu de Simplicitate Prælatorum, ſiue de vnitate Eccleſiæ: Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Nec perueniet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt: Habere iam non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit euadere quiſquam, qui extra arcam Noë fuit: & qui extra Eccleſiam foris fuerit, euadit. Stare tu & viuere putas poſſe de Eccleſia recedentem, ſedes ſibi alias & diuerſa domicilia condentem? cùm dictum ſit ad Raab, in qua præformabatur Eccleſia, Patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipſam in domum tuam: & erit, omnis qui exierit oſtium domus tuę foràs, reus ſibi erit. Item ſacramentum Paſchæ nihil aliud in Exodi lege contineat, quàm vt agnus, qui in figura Chriſti occiditur, in domo vna edatur. Caro Chriſti & ſanctum Domini eijci foràs non poteſt, nec alia vlla credentibus præter vnam Eccleſiam domus eſt. An ſecum eſſe Chriſtum, cùm collecti fuerint, opinatur, qui extra Chriſti Eccleſiam colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur. Eſſe martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt: ad regnum peruenire non poterit, qui eam, quæ regnatura eſt, derelinquit. Cum Deo manere non poſſunt, quia eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt. Ardeant licèt flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs animas ſuas ponant: non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidię: nec religioſę virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. An eſſe ſibi cum Chriſto videtur, qui aduerſùs ſacerdotes Chriſti facit? qui ſe à cleri eius & plebis ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiam portat, cõtra Dei diſpoſitionem repugnat. Si extra Eccleſiam fuerit occiſus, ad Eccleſiæ non poteſt præmia peruenire. Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia eius, & fides vna, & plebs in ſolidam corporis vnitatem concordiæ glutino copulata. Scindi vnitas non poteſt, nec corpus vnum diſcidio compaginis ſeparari, diuulſis laceratione viſceribus in fruſta diſcerpi. Quidquid à matrice diſceſſerit, ſeorſum viuere & ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amittit.

Ne martyrio quidem ſchiſmatis macula deletur. *Pœna perfidiæ.* *A matrice ſeparatum viuere nequit.*

36. AVGVSTINVS libro quarto de Symbolo ad Catechumenos, capite decimotertio: Huius concluſio ſacramenti per ſanctam Eccleſiam terminatur; quoniam ſi quis abſque ea inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorum. Nec habebit Deum patrem, qui Eccleſiã noluerit habere matrem. Nihilq; ei valebit quòd credidit vel fecit tãta bona ſine fine ſummi boni. Eccleſia mater eſt ſpiritalis; Eccleſia ſponſa Chriſti eſt; gratia eius dealbata, precioſo ſanguine dotata. Totũ poſſidet quod à viro ſuo accepit in dote. Quæcunque congregatio cuiuslibet hæreſis in angulis ſedet; cõcubina eſt, non matrona. Cùm reſpexerit ille ſponſus, eijcieris tu vt ancilla cum filijs tuis; quoniam non erunt hæredes filij ancillæ cum filijs liberæ.

Extra Eccleſiam conſtituti. *Mater Eccleſia.* *Hæretici ſunt filij concubinæ, & foràs eijciendi. Gen. 21.*

XIX.

Quid proponit articulus decimus?

A. REMISSIONEM peccatorum, qua ſine iuſtus & ſaluus eſſe nullus poteſt. Hunc autem verè diuitem theſaurum Chriſtus [a] nobis acerba morte, ſuóque precioſo ſanguine comparauit, totus vt mũdus peccatis eorumque pœnis perpetuis liberaretur.

B. Cuius quidem theſauri per Chriſti gratiam participes duntaxàt fiunt ij, [b] qui ſe Fide & Baptiſmo ad Chriſti adiungunt Eccleſiam, & in eius vnitate obedientiáque perſiſtunt. Deindè qui de commiſſis poſt Baptiſmum peccatis [c] pœnitentiam ſeriò agunt, & ijs aduersùs peccata pharmacis quæ Chriſtus inſtituit, hoc eſt, Sacramentis, conuenienter vtuntur.

C. Atque huc ſpectat poteſtas, vt vocant, [d] Clauium, quam Chriſtus ad remittenda peccata miniſtris Eccleſiæ, & inprimìs Apoſtolo [e] Petro eiuſque ſucceſſoribus legitimis, vtpotè ſummis Eccleſiæ rectoribus, commendauit.

a Eſai. 33. d Matth. 1. d & 9. a Apoc. 1. b Luc. 24. g Act. 10. g Heb. 9. d 1. Ioan. 1. c Epheſ. 1. b Coloſſ. 1. b Heb. 1. a

b Act. 2. f 8. b g Mar. 16. d Ioan. 3. a Auguſt. in Ench. cap. 65. & de verbis Domi. ſerm. 11. c. 20. & 22.

c 2. Cor. 12. f Acto. 8. d Ioan. 20. e Apoc. 2. b

d Hier. epi. 1. ad Heliod. c. 7 Auguſt. hom. 49. c. 3. & 50. cap. 4. & 5. Chryſoſt. li. 3. de ſacerd. Cyprian. epiſt. 54. Luc. 10. f Matth. 18. b Ioan. 20. e

e Matth. 16. c Ioan. 21. e Hilar. can. 16. in Matt. Bernar. lib. 2. de conſid. cap. 8. Concil. Florent.

TESTIMONIA.

1. A ESAIAE trigeſimotertio: Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter: ipſe ſaluabit nos, &c. Populus qui habitat in ea (Hieruſalem), auferetur ab eo iniquitas.

2. MATTHAEI primo: Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

3. ET nono: Et videns Ieſus fidẽ illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, &c.

4. APOCALYPSIS primo: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

5. LVCAE vigeſimoquarto: Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die: & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma.

6. ACTORVM decimo ait B. Petrus: Pręcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

7. AD Hebræos nono: Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorũ per amplius & perfectius taber-

Digitized by Google

tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magìs ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti? &c.

8. PRIMAE Ioannis primo: Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

9. AD Epheſios primo: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius (remiſſionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius.

10. AD Coloſſenſes primo: Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum.

11. AD Hebræos primo: Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.

1. B. ACTORVM ſecundo: His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum: & accipietis donum Spiritus ſancti.

2. ITEM octauo: Cùm verò credidiſſent Samaritani Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri ac mulieres. Ibidem: Et cùm irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens, ait: Credo filiũ Dei eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſſit ſtare currum, & deſcenderunt vterque in aquam, Philippus & Eunuchus: & baptizauit eum.

3. MARCI decimoſexto: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

4. IOANNIS tertio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

5. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoquinto: Quia plerunquè dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcunque alia

Pſal. 37. ſigna procedit, cùm ſit coram illo, cui dicitur, Gemitus meus à te non eſt abſconditus: rectè conſtituuntur, ab ijs qui Eccleſiæ præſunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam ſatìs Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: extra eam quippe non remittuntur. Ipſa nanque propriè Spiritumſanctum pignus accepit, ſine quo non remittuntur vlla peccata, ità vt quibus dimittuntur, conſequantur vitam æternam.

Extra Eccleſiam non eſt peccatorum remiſſio.

6. IDEM ſermone vndecimo de verbis Domini, capite viceſimo: Remiſſio peccatorum quoniam non datur niſi in Spirituſancto, in illa Eccleſia tantummodò dari poteſt, quæ habet Spiritũ ſanctum. Ideò remiſſio peccatorum, qua in ſe diuiſi ſpiritus euertitur & expellitur regnum, ideò ſocietas vnitatis Eccleſiæ Dei, extra quam nõ fit ipſa remiſſio peccatorum, tãquàm proprium eſt opus Spirituſſancti, Patre ſanè & Filio cooperantibus; quia ſocietas eſt quodammodò Patris & Filij ipſe Spiritus ſanctus. Et capite viceſimoſecundo: In lectione ſecundùm Matthæum, multo manifeſtiùs aperuit Dominus quid hîc vellet intelligi: id eſt, quòd ipſe dicat verbum contra Spiritum ſanctum, qui vnitati Eccleſiæ corde impœnitenti reſiſtit, vbi in Spirituſancto fit remiſſio peccatorum. Hunc enim Spiritum non habent, vt iam dictum eſt, qui etiam Chriſti Sacramenta portantes atque tractantes, ab eius congregatione ſeiuncti ſunt.

Extra vnitatẽ Eccleſiæ non eſt remiſſio peccatorum.

In Spiritumſanctum peccant, qui corde impœnitenti vnitati Eccleſiæ reſiſtunt.

7. POSTERIORIS ad Corinthios duodecimo: Timeo nè fortè cùm venero, non quales volo inueniam vos, &c. nè iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia, quam geſſerunt.

8. ACTORVM octauo: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, (inquit Petrus ad Simonem Magum) & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui.

9. IOANNIS vigeſimo: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

10. APOCALYPSIS ſecundo: Habeo aduerſùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vndè excideris: & age pœnitẽtiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

1. C. HIERONYMVS epiſtola prima ad Heliodorum, capite ſeptimo: Abſit vt de his quicquam ſiniſtrũ loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claues regni cęlorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant: qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruant.

Sacerdotes corpus Chriſti cõficiunt, & ante diem iudicij quodãmodò iudicãt ex Clauiũ poteſtate.

2. AVGVSTINVS in libro quinquaginta homiliarum, homilia quadrageſimanona, capite tertio: Agite pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat, Occultè ago, apud Deũ ago; nouit Deus, qui mihi ignoſcit, quia in corde ago. Ergò ſine cauſa dictum eſt, Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo? Ergò ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei? Fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti? Promittimus vobis quod ille negat?

Matth. 18. Eccleſię datę ſunt claues ad remittenda peccata.

3. ET homilia quinquageſima eiuſdem libri, capite quarto: Implicatus ergò quis tam mortiferis vinculis peccatorum, detrectat aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claues Eccleſiæ, quibus ſoluatur in terra, vt ſit ſolutus in cælo: & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantùm Chriſtianus dicitur, ſalutem, aliquam polliceri? Iudicet ergò ſeipſum homo in iſtis voluntate dum poteſt, & mores conuertat in melius; nè cùm iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur. Et cùm ipſe in ſe protulerit ſeueriſſimę medicinę, ſed tamen medicinæ, ſententiam, veniat ad antiſtites, per quos illi in Eccleſia claues miniſtrãtur; & tanquàm bonus iam incipiẽs eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito, à prępoſitis ſacramẽtorum accipiat ſatisfactionis ſuę modũ. Et capite quinto: Certiores ſunt claues Eccleſiæ, quàm corda regum: quibus clauibus quodcunq; in terra ſoluitur, etiam in cælo ſolutum promittitur. Et multò eſt honeſtior humilitas, qua ſe quiſque humiliat Eccleſiæ Dei; & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.

Claues Eccleſiæ.

Claues in Eccleſia per Antiſtites miniſtrantur.

Satisfactiõis modus à ſacerdotibus accipiendus.

Mors æterna vitatur.

4. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Qui terram incolunt atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt vt ea quæ in cælis ſunt, diſpenſent: ijs datum eſt vt poteſtatem habeãt, quam Deus optimus neque angelis neque archãgelis datam eſſe voluit: neque enim ad illos dictum eſt, Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cælo: & quęcunque ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cælo. Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm. Id autem quod dico Sacerdotũ vinculum, ipſam etiam animam cõtingit, atque ad cælos vſque peruadit: vſq; adeò vt quæcunque infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam Dominus cõfirmet.

Sacerdotum poteſtas etiã angelis denegata. Mat. 16. & 18.

Sacerdotum vinculum ad cælos peruadit.

Etenim

Digitized by Google

Quanta eorũ poteſtas.

Etenim quidnã hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cæleſtium poteſtatem illis à Deo cõceſſam? Quorumcunque enim, ait, peccata retinueritis, retenta ſunt. Quęnam, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariã Filio poteſtatem dedit: cæterùm video ipſam eandem omnifariam poteſtatẽ à Deo filio illis traditam. Et paulò pòſt: Noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt.

Matth. 28. *Animæ leprã purgant.*

5. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaquarta ad Cornelium: Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Eccleſiam pulſantibus claudi, & dolentibus ac deprecãtibus ſpei ſalutaris ſubſidium denegari, vt de ſeculo recedentes, ſine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur, quando permiſerit ipſe, qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cælis ligata eſſent: ſolui autem poſſent illic, quę hic priùs in Eccleſia ſoluerentur.

lib. 1. epiſt. 2. *In Eccleſia militante remiſſio peccatorum obtineri poteſt.*

6. LVCAE decimo: Altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi.

7. MATTHAEI decimooctauo: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cęlo: & quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

8. IOANNIS vigeſimo: Accipite Spiritũſanctum: quorum remiſeritis &c.

9. MATTHAEI decimoſexto: Et tibi dabo (ait Dominus ad Petrum) claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

10. IOANNIS vigeſimoprimo: Dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterùm: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiã Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia ſcis: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce oues meas.

Petrus Eccleſiæ petra.

11. HILARIVS Pictauorum Epiſcopus canone decimoſexto in Matthæum: O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſię fundamentum, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret. O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris aut ligata ſunt aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo.

Petri arbitrio Claues cæli traduntur.

12. BERNARDVS libro ſecundo de conſideratione ad Eugenium pontificem maximum, cap. 8. Agè indagemus adhuc diligentiùs quis ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus pontifex. Tu princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorũ, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es cui claues traditę, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum paſtores: ſed tu tãto glorioſiùs, quanto & differentius vtrunque præ cæteris nomen hæreditãſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, ſed & paſtorũ tu vnus omniũ paſtor. Vndè id probè quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporũ, ſed etiã Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè totæ cõmiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certè regni? Oues meas, inquit. Cui non planum, non deſignãſſe aliquas, ſed aſſignãſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil. Et fortè præſentes cæteri condiſcipuli erãt, cùm committens vni vnitatẽ omnibus commendaret in vno grege, & vno paſtore, ſecundũ illud: Vna eſt columba mea formoſa mea, perfecta mea. Vbi vnitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, ſed diuiſionẽ, recedentes ab vnitate. Indè eſt quòd alij ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes, ſcientes ſacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columna Eccleſiæ, vna contentus eſt Hieroſolyma, Petro vniuerſitatem cedens. Pulchrè verò ibi poſitus eſt ſuſcitare ſemen defuncti fratris, vbi occiſus eſt ille. Nam dictus eſt frater Domini. Porrò cedente Domini fratre, quis ſe alter ingerat Petri prærogatiuæ? Ergò iuxta canones tuos alij in partem ſolicitudinis, tu in plenitudinẽ poteſtatis vocatus es. Aliorũ poteſtas certis arctatur limitibus: tua extenditur & in ipſos qui poteſtatẽ ſuper alios acceperunt. Nónne ſi cauſa extiterit, tu epiſcopo cælum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere ſatanæ potes? Stãt ergò inconcuſſum priuilegium tuum tibi tam in datis clauibus, quàm in ouibus commendatis. Accipe aliud quod nihilominùs prærogatiuam cõfirmat tibi. Diſcipuli nauigabant, & Dominus apparebat in littore: quodq; iucundius erat, in corpore rediuiuo. Sciens Petrus quia Dominus eſt, in mare ſe miſit: & ſic venit ad ipſum, alijs nauigio peruenientibus. Quid iſtud? Nempe ſignũ ſingularis Pontificij Petri, per quod non nauim vnam, vt cæteri quique ſuam, ſed ſeculũ ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſeculum eſt: naues, Eccleſiæ. Indè eſt quòd altera vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas, vnicum ſe Chriſti vicarium deſignauit, qui non vni populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Ità cùm quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi vna cõmiſſa eſt grandiſſima nauis facta ex omnibus ipſa vniuerſalis Eccleſia toto orbe diffuſa.

Romani Pontificis quanta authoritas. *Paſtorum paſtor.* *Probat ex ſacris literis Bernardus Rom. pontificis authoritatem.* *Ioan. 21.* *Cant. 6.* *Galat. 2.* *Ioan. 21.* *Matth. 14.* *Apoc. 17.*

13. CONCILIVM Florentinum in literis vnionis: Diffinimus ſanctam Apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificem, in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiusq; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorẽ exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditã eſſe, quemadmodùm etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur.

Rom. Pontifex in vniuerſum orbem primatũ tenet. *In Petro plena ei poteſtas tradita.*

XX.

Quid habet vndecimus articulus?

A. CARNIS reſurrectionem, quæ in nouiſſimo die bonis, maliſque continget. Nam corpus hoc quod fragile, caducum, multiſque morbis & perpetuis ærumnis obnoxium, & poſt mortem quoquè vermibus exedendum circunferimus, tum reuiuiſcet, cùm in extremo illo die mortui omnes, Chriſto vocante iudice, ſimul ad vitam & iudicium excitabuntur. Igitur ante Chriſti [a] tribunal in carne cuncti apparebunt, vt ci-

Eſa. 26. d Iob 19. d Eze. 37. a 1. Cor. 15. g 1. Theſſ. 4. d Ioan. 11. c 5. e Matth. 22 c Dan. 12. a Philip. 3. d Hier. ad Minerium & Alexand. epiſt. 152. & epiſt. 61. ad Pammach. aduerſus error. Ioan. Hieroſ. cap. 9. & ſeq. Grego. lib. 14. Moral. cap. 30. & ſequentib. Auguſt. in Enchir. cap. 84. & ſequent. Itẽ de ciuit. Dei, lib. 22. cap. 12. & ſequentibus.

a 2. Cor. 5. b Rom. 14. b

Digitized by Google

vt citra exceptionem vnuſquiſque, prout geſſit in corpore ſuo, quod illi reddetur integrum, ſiue bonum, ſiue malum recipiat. [b] *Procedent autem, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij, &* [c] *in ſupplicium æternum.*

b Ioan.5.e Matth.13.d f

c Matth.25.d 13.g Athanaſ.in ſymb.

B. Hac fide vir bonus & patiens in ærumnis ſe vel maximis conſolatur, vt in ſupremo etiam vitæ agone dicat, [d] *Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rursùm circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* Prudentes illi ſanè, qui terrena hæc & moribunda membra, in iuſtitiæ ac [e] virtutis ſeruitutem redigunt, quique corpus hoc, velutì vas purum, beatæ præparant immortalitati.

d Iob 19.d

Coloſſ.3.a 1.Pet.3.c

e 1.Cor.9.d Rom.6.b c d 1.Cor.15.f

TESTIMONIA.

1. A ESAIAE vigeſimoſexto: Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgẽt: expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere.

2. IOB decimonono: Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rursùm circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

3. EZECHIELIS trigeſimoſeptimo: Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus. Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valdè ſuper faciem campi, ſiccaq́ue vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putáſne viuent oſſa iſta? Et dixi, Domine Deus, tu nôſti. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Eccè ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. Et dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem: & dabo vobis ſpiritum, & viuetis: & ſcietis quia ego Dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & eccè commotio: & acceſſerũt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam. Et vidi, & eccè ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt: & extenta eſt in ijs cutis deſupèr, & ſpiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum, Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. Et prophetauí ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus: ſteteruntq́ue ſuper pedes ſuos exercitus grãdis nimìs valdè, &c.

4. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem.

5. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: Deindè nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.

6. IOANNIS vndecimo: Dicit ei Martha, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.

7. ET capite quinto: Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocẽ filij Dei: & qui audierint, viuent. Et paulò pòſt: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius: & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

8. MATTHAEI vigeſimoſecundo: In illo die acceſſerunt ad eum Saducæi, qui dicunt nõ eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes dixit, Si quis mortuus fuerit nõ habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecundus & tertius vſque ad ſeptimum. Nouiſſimè autem omnium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergò cuius erit de ſeptem, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.

Deut.25. Exod.3.

9. DANIELIS duodecimo: Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

10. AD Philippenſes tertio: Noſtra autem conuerſatio in cęlis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.

11. HIERONYMVS in epiſtola centeſima quinquageſimaſecunda ad Minerium & Alexandrum: Quæritis quo ſenſu dictum ſit, & quo modo in prima ad Corinthios epiſtola Pauli Apoſtoli ſit legendum: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur. An iuxta quædam exemplaria, non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: vtrunque enim in Græcis codicibus inuenitur. Deindè adducens veterum ſuper ea re explicationes & ſententias, hæc ex Didymo commemorat: Didymus (inquit) non pedibus, ſed verbis in Origenis tranſiens ſententiam, contraria via graditur. Eccè myſterium vobis loquor: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Quod ità diſſeruit: Si non indigeret reſurrectio interprete, nec obſcuritatem haberet in ſenſibus: nunquàm Paulus poſt multa, quæ de reſurrectione locutus eſt, intuliſſet: Eccè myſterium vobis dico: Omnes quidem dormiemus, id eſt, moriemur: non omnes autem, ſed ſoli ſancti, immutabimur. Scio quòd in nonnullis codicibus ſcriptum ſit: Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Sed conſiderandum an ei, quod præmiſſum eſt, Omnes immuta-

1.Cor.15.

mutabimur,poſſit cõuenire,quod ſequitur: Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur, & hoc commune cum cæteris eſt,ſuperfluum fuit dicere, Et nos immutabimur. Quamobrem ità legendũ eſt: Omnes quidem dormiemus,non omnes autem immutabimur. Si enim in Adam omnes moriuntur,& in morte dormitio eſt: omnes ergò dormiemus,ſiue

1.Theſſ.4. Ioan.11.

moriemur. Dormit autem iuxta idioma ſcripturarum, qui mortuus eſt ſpe reſurrectionis futuræ: Omniſq; qui dormit, vtiquè expergiſcitur, ſi tamen non ſubita vis mortis eum oppreſſerit,& mors ſomno fuerit copulata. Cumq; omnes ità dormierint lege naturæ, ſoli ſancti & corpore & anima in melius mutabuntur: ità vt incorruptio omnium reſurgentium ſit, gloria autem atque mutatio propriè ſanctorum. Et paulò pòſt Acacij Cæſareenſis epiſcopi expoſitionem adfert, quem in hæc verba ſcripſiſſe ait: Dicamus primùm de eo quod magis in plurimis codicibus inuenitur: Eccè myſterium dico vobis: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Dormitio mortem iſtam, quæ communis eſt omnium, ſignificat: vndè rectiſſimè poſuit, quòd omnes dormiamus, id eſt, moriamur,

1.Cor.15.

ſicut ſuprà dixit: Quo modo in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur. Cùm ergò omnes morituri ſint, audite ſacramenta, quæ dico: Omnes quidem moriemur,ſed non omnes immutabimur. Commutatio qua Paulus mutandus & ſancti ſunt,glorificatio intelligitur. Incorruptio autem idcircò communis eſt omnium,quia in eo miſerabiliores erunt peccatores,vt ad tormenta perpetui ſint,& non mortali & corruptibili corpore diſſoluantur. Legimus in eadem epiſtola,Apoſtolo differente,ſacratam diuerſitatem reſurrectionis non in natura corporum, ſed in varietate gloriæ: dum alij reſurgunt ad pœnas perpetuas, alij ad gloriam ſem-

1.Cor.15.

piternam. Alia enim caro volatilium, alia piſcium,alia iumentorum, & corpora cæleſtia, & corpora terreſtria. Sic,inquit,erit & reſurrectio mortuorum. Cui ſententiæ magis acquieſcit Eccleſia, vt omnes communi morte moriamur, & non omnes mutemur in gloriam: iuxta illud quod Daniel ſcribit, Multi dormientes in terrę puluere reſurgent: alij in gloriam ęternam,alij in confuſionem & opprobrium ſempiternum.

Eccleſiæ ſententia eſt oẽs morituros, ſed non oẽs ad gloriam immutãdos. Dan.12.

Qui enim reſurgent in opprobrium & cõfuſionem ſempiternam,non reſurgent in æternam gloriam,in quam Paulus,& qui cum eo ſunt,mutabuntur. Atque in fine Hieronymus ità concludit: Illud autem in fine breuiter commoneo: hoc quod in Latinis codicibus legitur: Omnes quidem reſurgemus,non omnes autem immutabimur: in Græcis voluminibus nõ haberi,ſed vel, Omnes dormiemus, non autẽ omnes immutabimur: vel, Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: quorum quis ſenſus ſit,ſuprà diximus.

12. ET epiſtola ſexageſimaprima ad Pammachium aduerſùs errores Ioannis Hieroſolymitani, qui Origenem ſecutus, corporis quidem reſurrectionẽ futuram confitebatur, ſed non item carnis & eorundem membrorum,capite nono: Mihi crede,inquit,non eſt ſimplex ſilentium tuũ,quòd in expoſitione fidei tuæ ad decipiẽdas aures ignorantium, nouiès corpus, & ne ſemel quidem carnes nominas.Alia enim carnis, alia corporis definitio eſt. Omnis caro eſt corpus, non omne corpus eſt caro.Caro eſt propriè,quæ ſanguine,venis, oſſibus, neruiſq; cõſtringitur. Corpus quanquàm & caro dicatur, interdùm tamen æthereum vel aëreum nominatur, quod tactui viſuiq; non ſubiacet,& plerunquè viſibile eſt & tangibile.In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ,quod ab Apoſtolis traditum, non ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus, poſt confeſſionem Trinitatis & vnitatem Eccleſiæ,omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum, carnis reſurrectione concluditur. Et tu intantùm in corporis, & iterùm corporis, & tertiò corporis, & vſque nouiès corporis vel ſermone vel numero immoraris:nec ſemel nominas carnẽ,quod illi ſemper nominant carnem, corpus verò tacent. ET capite decimo verba Iob adducens, Rurſùm circundabor pelle

Iob 19.

mea: Vbi hìc,inquit,corpus æthereum? vbi aëreũ, & ſpiritui & auræ ſimile? Certè vbi pellis & caro, vbi oſſa & nerui & ſanguis & venæ,ibi carnis ſtructura,ibi ſexus proprietas.Et in carne,inquit,mea videbo Deum. Quando omnis caro videbit ſalutare Dei,id eſt,Ieſum Deum,tunc & ego videbo re-

Luc.3.

demptorem & ſaluatorem & Deum meum: video autem in iſta carne quæ me nunc cruciat, quæ nunc præ dolore diſtillat. Quem viſurus ſum ego ipſe &c. Is ſi non in ſexu ſuo reſurrecturus eſt, ſi non eiſdem membris quæ iacuère in ſtercore, ſi non eoſdem oculos aperiat ad videndum Deum, quibus tunc videbat vermiculos, vbi erit ergò Iob? ITEM capite vndecimo:Egò liberè dicam, fidem Eccleſiæ apertiſſimè confitebor. Reſurrectionis veritas catholicæ, ſine carne & oſſibus,ſine ſanguine & membris intelligi non poteſt.

In eadẽ carne & iiſdem membris reſurgemus.

Vbi caro & oſſa & ſanguis & membra ſunt,ibi neceſsè eſt vt ſexus diuerſitas ſit: vbi ſexus diuerſitas eſt, ibi Ioannes Ioannes, Maria Maria. Mea ruſticitas ſic credit, & ſic intelligit ſexum confiteri ſine ſexuum operibus: homines reſurgere,& ſic eos angelis adæquari. Nec ſtatim ſuperflua videbitur membrorum reſurrectio,quæ caritura ſint officio ſuo, cùm adhuc in hac vita poſiti, nitamur opera non implere membrorum. Et paulò pòſt:Quid poten-

Potentia diuina circa corpora.

tiam Dei calumniaris? qui poteſt de medulla illa & de ſeminario veſtro interiori, nõ carnes tantùm de carnibus,ſed corpus educere, & aliud ex alio facere,& de aqua, id eſt, de vilitate carnium, precioſa & aërij corporis vina mutare: poteſt vtiquè eadem potentia,qua de nihilo cuncta fabricatus eſt,reddere quę fuerunt: quia multo minus eſt reſtituere quod fuerit,quàm facere quod nõ fuit. Miraris ſi de infantibus & ſenibus in perfecti viri ætatem reſurrectio fiat, cùm de limo terrę,abſque vllis ætatum incrementis, conſummatus homo factus ſit? ET capite duodecimo:Reſurrectionem carnis omniumq; membrorum ſi velim probare, & ad ſingula teſtimonia explanationes adiungere, multis libris opùs erit. Profert deindè multa ſcripturæ teſtimonia, quibus eam ſententiam probat.

13. GREGORIVS libro decimoquarto Moralium in Iob,capite trigeſimo: Quid enim quotidiè, niſi reſurrectionem noſtram in elementis ſuis mundus imitatur? Per quotidiana quippe momenta lux ipſa temporalis quaſi moritur, dum ſuperuenientibus noctis tenebris, ea quæ aſpiciebatur,ſubtrahitur: & quaſi quotidiè reſurgit,dum lux ablata oculis,ſuppreſſa iterùm nocte, reparatur.

Reſurrectionis demonſtratio per ſimilitudines rerum naturalium.

Per momenta quoquè temporum cernimus arbuſta viriditatem foliorum amittere, à fructuum prolatione ceſſare: & eccè ſubitò quaſi ex areſcẽti ligno, velut quadam reſurrectione veniente videmus folia erumpere, fructum grandeſcere, & totam arborem rediuiuo decore veſtiri. Indeſinẽter cernimus parua arborum ſemina terræ humoribus commendari: ex quibus non longè pòſt aſpicimus magna arbuſta ſurgere,folia pomaq; proferre. Quid ergò mirum,ſi tenuiſſimum puluerem,vel à noſtris oculis in elementis redactum,cùm vult, in hominem reformat, qui ex tenuiſſimis ſeminibus immẽſa arbuſta redintegrat? Quia ergò rationales ſumus conditi, ſpem reſurrectionis noſtræ ex ipſa debemus rerum ſpecie & contemplatione colligere. Sed quia in nobis ſenſus torpuit rationis, acceſſit in exemplum gratia redemptoris. Venit nanque conditor noſter,ſuſ-

Digitized by Google

Chriſtus futuræ reſurrectionis exemplar.

cepit mortem, oſtendit reſurrectionem: vt qui reſurrectionis ſpem ex ratione tenere noluimus, hanc ex eius adiutorio & exemplo teneremus. Et quiſquis reſurrectionis virtutem in ſe fieri poſſe deſperat, verba in gentilitate poſiti viri fidelis erubeſcat, & penſet quanto pœnæ ſit pondere feriendus, ſi adhuc non credit ſuam, qui iam reſurrectionem Domini cognouit factam: ſi & ille ſuam credidit, qui adhuc Domini Ieſu ſperabat eſſe faciendam.

Iob intellige.

Corpus noſtrũ erit poſt reſurrectionẽ palpabile.

14. ET capite trigeſimoprimo: In illa reſurrectionis gloria erit corpus noſtrum ſubtile quidem per effectum ſpiritalis potentiæ, ſed palpabile per veritatem naturæ. In illa cæleſtis regni gloria caro ſecundùm naturam erit, ſed ſecundùm paſſionum deſideria non erit, quia deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit.

15. ITEM capite trigeſimotertio: Si poſt reſurrectionem corpus palpabile nõ erit, profectò alius ſurgit quàm moritur: quod dictu nefas eſt credere, quia ego morior, & alius reſurgat.

16. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite octogeſimoquarto: Reſurrecturam carnem omnium quicunque nati ſunt hominum atque naſcentur, & mortui ſunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Chriſtianus.

17. CAPITE octogeſimoquinto, & octogeſimoſexto de abortiuis fœtibus diſputat, an reſurrecturi ſint.

Quiſquis vixit & mortuus eſt, reſurget.

18. AIT autem capite octogeſimoſexto: Ex quo incipit homo viuere, ex illo vtiquè iam mori poteſt. Mortuus verò, vbicunquè illi mors potuit euenire, quomodò ad reſurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non poſſum.

Monſtra ſine vlla deformitate naturæ reſurgent.

19. CAPITE octogeſimoſeptimo de monſtroſis fœtibus ità ait: Neque enim & monſtra quæ naſcuntur & viuunt, quamlibèt citò moriantur, aut reſurrectura negabuntur, aut ità reſurrectura credenda ſunt, ac non potiùs correcta emendataq; natura.

Materia carnis humanæ nõ perit Deo, quanuis varijs formis ſubijciatur.

20. CAPITE octogeſimooctauo: Non perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro; ſed in quemlibet puluerem cinerémve ſoluatur, in quoslibet halitus aurasq; diffugiat, in quamcunque aliorum corporum ſubſtantiam vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcunque animalium, etiam hominum, cibum cedat carnemq; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitùs, vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit. Vide iſta latiùs libro vigeſimoſecundo de ciuitate Dei, capite vigeſimo.

Nihil indecorum.

21. CAPITE nonageſimo in Enchiridio: Indecorum aliquid ibi non erit, ſed quicquid futurum eſt, hoc decebit, quia nec futurum eſt, ſi non decebit.

Nihil vitij aut deformitatis in Sanctorum corporibus.

Caro vera erit ſine carnali tamen concupiſcentia.

1. Cor. 15.

22. CAPITE nonageſimoprimo: Reſurgẽt igitur ſanctorum corpora ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſicut ſine vlla corruptione, onere, difficultate. Quantum attinet ad corruptionem, quæ nũc aggrauat animam, & ad vitia, quibus caro aduerſus ſpiritum cõcupiſcit, tunc non erit caro, ſed corpus. Quantum autẽ attinet ad ſubſtantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & poſt reſurrectionem corpus Chriſti caro appellatum eſt. Sed ideò ait Apoſtolus, Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale: quoniam tãta erit tunc concordia carnis & ſpiritus, viuificante ſpiritu ſine ſuſtentaculi alicuius indigẽtia ſubditam carnem, vt nihil nobis repugnet ex nobis, ſed ſicut foris neminem, ità nec intus noſipſos patiamur inimicos.

23. IDEM libro vigeſimoſecundo de ciuitate Dei, capite duodecimo, argumenta & calumnias infidelium contra reſurrectionem proponit.

24. CAPITE decimotertio de abortiuis eadem tradit quæ in Enchiridio.

25. CAPITE decimoquarto: Infantes (inquit) non in ea reſurrecturi ſunt corporis exiguitate, qua mortui: ſed quod eis tardiùs acceſſurum erat tempore, hoc ſunt illo Dei opere miro atque celeberrimo recepturi.

Aetas & ſtatura reſurgentium.

26. CAPITE decimoquinto: Reſtat ergò, vt ſuam recipiat quiſque menſuram, quam vel habuit in iuuentute, etiamſi ſenex eſt mortuus: vel fuerat habiturus, ſi antè eſt defunctus. Atque illud quod commemorauit Apoſtolus de mẽſura ætatis plenitudinis Chriſti, ſi de reſurrectione corporum dictum eſt, ſic accipiamus dictum, vt nec vltra, nec infra iuuenilem formam reſurgant corpora mortuorum: ſed in ea ętate & robore, vſque ad quam Chriſtum hîc perueniſſe cognouimus. Circa triginta quippe annos definiẽrũt eſſe etiam ſeculi huius doctiſſimi homines, iuuentutem.

Epheſ. 4.

In eodem ſexu.

27. CAPITE decimoſeptimo: Mihi meliùs ſapere videntur, qui vtrunque ſexũ reſurrecturum eſſe nôn dubitant. Non enim libido ibi erit, quæ confuſionis eſt cauſa, &c. Qui ergò vtrunque ſexum inſtituit, vtrunque reſtituet.

Decor & pulchritudo.

28. CAPITE decimonono: Nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, vbi & quæ praua ſunt, corrigentur: & quod minus eſt quàm decet, vndè creator nouit, indè ſupplebitur: & quod plus eſt, quàm decet, materiæ ſeruata integritate, detrahetur. Coloris porrò ſuauitas quanta erit, vbi iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui? Quæ claritas in Chriſti corpore cùm reſurrexit, ab oculis diſcipulorum potiùs abſcondita fuiſſe, quàm defuiſſe credẽda eſt. Non enim eã ferret humanus atque infirmus aſpectus, quando ille à ſuis ità deberet attendi, vt poſſet agnoſci.

Matth. 13.

Claritas.

Cicatrices martyrum.

29. CAPITE vigeſimo: Neſcio quo autem modo ſic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Chriſti nomine pertulerunt: & fortaſsè videbimus. Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit: & quædam, quãuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit: nec ideò tamen ſi aliqua martyribus amputata & ablata ſunt membra, ſine ipſis membris erunt in reſurrectione mortuorum: quibus dictum eſt, Capillus capitis veſtri non peribit. Sed ſi hoc decebit in illo nouò ſeculo, vt indicia glorioſorum vulnerum in illa immortali carne cernantur, vbi membra, vt præciderentur, percuſſa vel ſecta ſunt, ibi cicatrices, ſed tamen eiſdem membris redditis, non perditis, apparebunt. Quanuis itaque omnia quæ acciderunt corpori vitia, tunc non erunt: non ſunt tamen deputanda, vel appellanda vitia, virtutis indicia. Abſit autem, vt ad reſuſcitanda corpora, vitæq; reddenda, non poſſit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ vel beſtia, vel ignis abſumpſit, vel in puluerem cinerémve collapſum, vel in humorem ſolutum, vel in auras eſt exhalatum. Abſit, vt ſinus vllus, ſecretumq; naturæ ità recipiat aliquid ſubtractum ſenſibus noſtris, vt omnium creatoris aut lateat cognitionem, aut effugiat poteſtatem. Et poſt quædam: Etſi omnibus perijſſet modis caro humana, nec vlla eius materies in vllis naturæ latebris remanſiſſet, vndè vellet, eam repararet omnipotens.

Membra amputata reſtituentur. Martirio.

Potentia creatoris in reſtituendis cineribus.

30. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

31. AD Romanos decimoquarto: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſq; noſtrũm pro ſe rationem reddet Deo.

32. IOANNIS quinto, vt ſuprà teſtimo. ſeptimo.

33. MAT-

Digitized by Google

33. MATTHAEI decimotertio: In tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania,& alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Sicut ergò colliguntur zizania,& igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala,& eos qui faciunt iniquitatem:& mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerũt bonos in vaſa, malos autem forâs miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi: exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

34. ET vigeſimoquinto: Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

35. ATHANASIVS Alexandrinus epiſcopus in Symbolo: Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis,& reddituri ſunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

1.B. IOB decimonono: Scio quòd redemptor &c. vt in textu.

2. AD Coloſſenſes tertio: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam,&c.

3. PRIORIS Petri tertio: Mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

4. PRIORIS ad Corinthios nono: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

5. AD Romanos ſexto: Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viuẽtes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ità nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

6. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpiritale.

XXI.

Quis eſt poſtremus articulus?

A. DE VITA æterna, quam electis poſt mortem ſupereſſe minimè dubitemus. Atque hic fructus & finis eſt fidei, ſpei, patientiæ & exercitationis Chriſtianæ. Cuius vitæ conſequendæ cauſa nullum pietatis opus arduum, nullus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullũ in agendo patiẽdoque tempus diuturnum ac moleſtum verè credenti debet exiſtimari. Quòd ſi vita hac, quæ calamitatis alioquin plena eſt, nihil dulcius ac optabilius ducitur: quanto illa demùm potior habenda eſt, [a] quæ ab omni malorum ſenſu & metu procùl abeſt, quæ cęleſtibus & ineffabilibus ſine fine gaudijs, delicijs ac voluptatibus omni ex parte ſemper abundat?

1.Cor.2.c Ioan.17.a Matt. 19.b d 25.d Apoc.2. b c g 3.c d 7 d 21.b 22.a.c Rom. 2 b Tit.1.a 2.d 1.b 2.Tim. 4.b 1.Ioan.2.d 3.a 1.Pet.1.a Rom.6.d

a Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 22.ca.29. & 30 & lib.3. de lib. arbit. ca. vlt. Item ſerm. 64. de verb. Dom. c.1.& ſeq. & lib.3. de Symb. ad Catec. cap.12.

B. De qua vita Chriſtus, [b] *Nolite timere puſillus grex*, inquit, *quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Qui & in extremo iudicij die dicet electis: [c] *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi.* Impijs verò in hunc modum loquetur: [d] *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Id quod [e] non ſolùm ad Ethnicos, Hęreticos, Schiſmaticos & palàm flagitioſos pertinet: verùm etiam ad Chriſtianos, quos in mortali peccato [f] mors opprimit, eſt referendum.

b Lucæ 12. d

c Matth.25.c

d Ibidèm. d

e Fulgentius in lib. de fide ad Petrum Diaconum, cap. 38.& 40.

f Eze.18.a 33.b Rom.6.d Sap.1.d 1.Cor.6.b

C. Adijcitur demùm clauſula iſthæc [g] *Amen*, vt fidei & confeſſionis huius Chriſtianę teſtimonium apud nos indubitatum eſſe ac ſolidum demonſtretur.

g Hieron. ad Marcellam epiſt.137.

TESTIMONIA.

1.A. PRIORIS ad Corinthios ſecundo: Sed ſicut ſcriptum eſt, (Eſaię ſexageſimoquarto ſcilicet) Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit Deus ijs qui diligunt illum.

2. IOANNIS decimoſeptimo: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcãt te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

3. MATTHAEI decimonono: Et ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cęlorum. Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Omnis qui reliquerit domum vel fratres, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

4. ET vigeſimoquinto: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. &c. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

5. APOCALYPSIS ſecundo: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Vincenti dabo manna abſconditum,&c. Qui vicerit,& cuſtodierit vſque in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tãquàm vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & da-

& dabo illi ſtellam matutinam.

6. ITEM tertio: Eccè venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnã in templo Dei mei, & forâs non egredietur ampliùs: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cùm Patre meo in throno eius.

7. ET ſeptimo: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Non eſurient neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus: quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

8. IBIDEM vigeſimoprimo: Vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam, deſcendentem de cęlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. & audiui vocem magnam de throno dicentem: Eccè tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorũ Deus: & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abiêrunt. Qui vicerit, poſſidebit hęc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Et paulò pòſt: Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum, & oſtẽdit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentẽ de cælo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi precioſo, &c. Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim nõ erit illic. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

9. ET capite vigeſimoſecundo: Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidum tanquàm cryſtallum, procedentem de ſede Dei & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum. Et folia ligni ad ſanitatem Gentium. Et omne maledictum nõ erit ampliùs: & ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernę, neque luminе ſolis, quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum. Et dixit mihi, Hæc verba fideliſſima ſunt & vera. &c. Eccè venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua.

10. AD Romanos ſecundo: Qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: ijs quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorẽ rem & incorruptionem quærunt, vitam ęternam. Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum.

11. AD Titum primo: Paulus Apoſtolus ſecundùm fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt in ſpem vitæ æternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſecularia.

12. ET capite ſecundo: Expectantes beatã ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, &c.

13. ITEM capite tertio: Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

14. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

15. PRIMAE epiſtolæ Ioannis ſecundo capite: Et hęc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

16. ET capite tertio: Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & nondùm apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

17. PRIORIS epiſtolæ Petri primo capite: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis.

18. AD Romanos ſexto: Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.

19. AVGVSTINVS libro vigeſimoſecundo de ciuitate Dei, capite vigeſimonono: Propter quod ait Apoſtolus: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Cor. 13. Præmium itaque fidei nobis viſio iſta ſeruatur, de qua & Ioannes Apoſtolus loquens: Cùm apparuerit, inquit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. 1. Ioan. 3. Facies autem Dei, manifeſtatio eius intelligenda eſt, non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore, atque iſto nomine nuncupamus. Diſputat deindè, an corporeis oculis Deum viſuri ſimus.

20. ET capite trigeſimo eiuſdem libri: Quanta erit illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Vitæ æternæ felicitas quanta. 1. Cor. 15. Nam quid aliud agetur, vbi neque vlla deſidia ceſſabitur, neque vlla indigentia laborabitur, neſcio. Admoneor etiam ſancto Cantico, vbi lego, vel audio: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal. 83. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vſus neceſſitatis varios diſtributa, quoniam tunc non erit ipſa neceſſitas, ſed plena, certa, ſecura, ſempiterna felicitas, proficient in laudibus Dei. Omnes quippe illi, de quibus iam ſum locutus, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri, non latebunt, intrinſecùs & extrinſecùs per corporis cuncta diſpoſiti, & cum cæteris rebus, quæ ibi magnæ atque mirabiles videbuntur, rationales mentes in tanti artificis laudem rationalis pulchritudinis delectatione ſuccendent. Certè vbi volet ſpiritus, ibi protinùs erit corpus: nec volet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum poſſit decere, nec corpus. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis, nec errore quiſquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno: ſed nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur eſſe, niſi dignus. Vera pax ibi eſt, vbi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſquã patietur. Præmium virtutis erit ipſe qui virtutem dedit, eiq́ſ ſeipſum, quo melius & maius nihil poſſit eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud quod per prophetam dixit; Ero illorũ Deus, & ipſi erũt mihi plebs: Hiere. 31. niſi, ego ero vndè ſatientur: ego ero quæcunq; ab hominibus honeſtè deſiderantur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apoſtolus, vt ſit Deus omnia in omnibus. 1. Cor. 15. Ipſe finis erit deſideriorũ noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatiga-

Digitized by Google

fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, ſicut ipſa vita æterna, communis. Cæterùm qui futuri ſint pro meritis præmiorum etiam gradus honorum atque gloriarum, quis eſt idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quòd tamen futuri ſint, non eſt ambigendum. Atque id etiam beata ciuitas illa magnum in ſe bonum videbit, quod nulli ſuperiori vllus inferior inuidebit, ſicut nunc non inuident archangelis angeli cæteri. *Præmiorum in cælo diuerſitas.*

21. IDEM libro tertio de libero arbitrio, capite vigeſimoquinto, eoq; vltimo: Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hoc eſt, incommutabilis veritatis atque ſapientiæ, vt etiamſi non liceret ampliùs in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs & circunfluentia temporalium bonorũ, rectè meritoq; contemnerentur. Non enim falſo aut paruo affectu dictum eſt: Quoniam melior eſt dies vnus in atrijs tuis ſuper millia. *Nota de gaudijs regni cœleſtis.* *Pſal. 83.*

22. ITEM ſermone ſexageſimoquarto de verbis Domini, capite primo: Non magnum eſt diù viuere, aut ſemper viuere; ſed magnum eſt, beatè viuere. Et capite ſecundò: Amemus vitam ęternã; & ex eo nouerimus quantum pro vita æterna laborare debemus, cùm videmus homines amatores præſentis vitæ temporalis atq; finiendæ, ſic pro illa laborare, vt quando venerit metus mortis, quidquid poſſunt faciant, non vt auferant, ſed vt differant mortem. Quantũ laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quidquid habet dando, & ſe redimendo, laborando, cruciatus moleſtiasq; ſuſtinendo, medicos adhibẽdo, & quicquid aliud homo poteſt? Faciliùs inuenimus in vita æterna quid ibi non ſit, quàm quid ibi ſit. Et capite tertio: Tantum valet quantum habes. Tantum valet, quantum es tu. Te da, & habebis illam. Nõ ibi erit laſſari & dormire; nõ ibi erit eſurire & ſitire; non ibi erit creſcere & ſeneſcere. Eccè quãta retuli, & nõdùm dixi quid ibi erit. Eccè iam vita eſt, iam incolumitas eſt, iam nulla pœna, nulla fames, nulla ſitis, nullus defectus; nihil horum, & tamen nondùm dixi, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. *Quàm diligenter laborandum pro vita æterna.* *In vita æterna quid non ſit, faciliùs explicatur, quàm quid in ea ſit.* *1. Cor. 2.*

23. ET libro tertio de ſymbolo ad Catechumenos, capite duodecimo, eoq; vltimo: Faciliùs poſſumus dicere in illa vita æterna quid ibi non ſit, quàm quid ibi ſit. Non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames; nulla ſitis, nullus ęſtus, nulla corruptio, nulla indigẽtia, nulla mœſtitia, nulla triſtitia. Eccè diximus quid ibi non ſit. Quid autem ibi ſit, vultis nôſſe? Hæc nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Si in cor hominis non aſcendit, cor hominis illuc aſcendat. Mundetur cor ab omni immunditia, vt poſſit portare Deum, qui eſt vera ſempiternaq; iuſtitia. *Quid non ſit in ea.* *1. Cor. 2.*

1. B. LVCAE duodecimo, vt in textu.
2. MATTHAEI viceſimoquinto, ibidèm, & ſuprà A. teſtimo. quarto.
3. FVLGENTIVS in libro de fide ad Petrum Diaconum, capite trigeſimooctauo: vt ſuprà quęſtione decimaoctaua F. teſtimonio nono.
4. ET capite quadrageſimo: Firmiſsimè tene & nullatenùs dubites, non omnes qui intra Eccleſiam Catholicam baptizantur, accepturos eſſe vitam æternam; ſed eos qui percepto baptiſmate rectè viuunt, id eſt, qui abſtinuerunt ſe à vitijs & concupiſcentijs carnis. Regnũ enim cælorũ ſicut infideles hæretici atq; ſchiſmatici non habebunt, ſic Catholici crimino ſi poſſidere non poterunt. *Soli probi catholici ſaluantur.* *Matth. 25.*
5. EZECHIELIS decimooctauo: Anima quę peccauerit, ipſa morietur.
6. ET capite trigeſimotertio: Impius in iniquitate ſua morietur.
7. AD Romanos ſexto: Stipendia peccati, mors.
8. SAPIENTIAE primo: Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio: impij autem manibus & verbis accerſiêrunt illam.
9. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, &c. neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

C. HIERONYMVS ad Marcellã epiſtola centeſima trigeſimaſeptima: Amen, Aquila πεπιστωμένως exprimit: quod nos, fideliter, poſſumus dicere, ductum aduerbium ex nomine fidei. Amen, Septuaginta γένοιτο, id eſt, fiat: vndè & in fine librorum (in quinque ſiquidem volumina pſalterium apud Hebræos diuiſum eſt) fiat fiat, tranſtulerũt: quod in Hebraico legitur, Amen amen, quo ſcilicet ea verè dicta quæ ſunt ſuprà, confirmentur. Vndè & Paulus aſſerit, non poſſe aliquem reſpondere Amen, id eſt, confirmare, quę prædicata ſunt, niſi intellexerit prædicationem. *Amen quid deſignet.* *1. Cor. 14.*

XXII.

Eſt'ne ſatis Chriſtiano ea ſola credere, quæ complectitur Symbolum?

A. PRIMVM & maximè quidem ea, quę Symbolo traduntur Apoſtolico, cuius credenda, & apertè[a] profitenda ſunt. Ea verò explicatiora fiunt ex collatione tum Symboli Patrum, tum eius quod Athanaſio inſcribitur. *Heb. 5. d 6. a 1. Pet. 3. e* *a Ambr. lib. 3. de virginib. Aug. lib. 1. de ſymb. ad Catechu. cap. 1. & lib. 2. cap. 1.*

B. Secundò Chriſtianus quæcunq; ſcriptura[b] diuina ſeu Canonica cõplectitur, credat neceſsè eſt. Certos verò & [c] legitimos ſcripturæ libros nõ aliundè, quàm ex Eccleſię iudicio & authoritate, petere fas eſt. *b 2. Pet. 1. d Rom. 15. a 2. Tim. 3. d* *c Toleta. 1. can. 21. Auguſt. ſerm. 139. & 191. de tempo. Hier. in ſym. ad Damaſum. Aug. contra epiſt. fun. ca. 5. Trident. ſeſſ. 4.*

C. Tertiò huc illa pertinent, quæ partìm ex Symboli articulis, partìm ex ſcripturis, velut diuinis fontibus neceſſariò [d] deducuntur. *d Matth. 22. e*

D. Quartò demùm pro ſacroſanctis habẽda firmiſſimaq; fide complectenda ſunt, quę Spiritus ſanctus credenda nobis reuelat, pronunciatque per [e] Eccleſiam, ſiue ſcripto illa, ſiue viuæ vocis traditione nobis commendentur. Qua de re poſteà commodiùs diſſeretur. *e Cyril. epiſt. 10. ad Neſto. Iren. lib. 3. ca. 4. & lib. 4. ca. 45. & 63. Hieron. cont. Lucif. cap. 4. Vincen. Lirinen. cont. nouatores.*

E. Circa hęc igitur omnia fides orthodoxa verſatur, qua [f] ſine Sectarij omnes fruſtrà ſibi ac alijs gratiã & ſalutem in Chriſto pollicentur. *f Leo ſerm. 4. de Nat. Dom.*

TESTIMONIA.

1. A. AD Hebręos quinto: Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſùm indigetis

Digitized by Google

vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.

2. ET ſexto, capite: Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, nō rurſùm iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptiſmatū doctrinæ, impoſitionis quoquè manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.

3. PRIORIS Petri tertio: Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe.

Symbolum quotidiè recenſendum. *Militiæ ſacramentum.*

4. AMBROSIVS libro tertio de Virginibus: Symbolum quoquè ſpecialiter debemus tāquàm noſtri ſignaculum cordis, antelucanis horis quotidiè recenſere: quò etiam cùm horremus aliquid, animo recurrendum eſt. Quando enim ſine militiæ ſacramento miles in tentorio, bellator in prælio?

Symbolum quotidiè dicendum.

5. AVGVSTINVS libro primo de Symbolo ad Catechumenos, capite primo: Accipite regulam fidei, quod Symbolum dicitur: & cùm acceperitis, in corde ſcribite, & quotidiè dicite apud vos: antequàm dormiatis, antequàm procedatis, veſtro ſymbolo vos munite.

Cum Symboli ſacramēto & Crucis vexillo diabolo occurrendū.

6. IDEM libro ſecundo de Symbolo ad Catechumenos, capite primo: Si quando voluerit aduerſarius diabolus inſidiari, nouerit redemptus, cum Symboli ſacramento & crucis vexillo ei debere occurri.

1. B. POSTERIORIS Petri primo: Et habemus firmiorē propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernę lucenti in caliginoſo loco, donèc dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris: hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

2. AD Romanos decimoquinto: Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & ſolatij det vobis id ipſum ſapere in alterutrum ſecundùm Ieſum Chriſtum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

3. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Tu verò permane in ijs, quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris: & quia ab infantia ſacras literas nōſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

Canonicæ ſcripturæ ex Eccleſię iudicio æſtimādę.

4. CONCILIVM primum Toletanum, canone vigeſimoprimo in aſſertione Catholicæ fidei: Si quis dixerit vel crediderit, alias ſcripturas, præter eas quas Eccleſia Catholica recipit, in authoritate habendas vel eſſe venerandas, anathema ſit.

5. AVGVSTINVS ſermone centeſimo vigeſimonono de tempore: Si quis aliquas ſcripturas præter eas quas Eccleſia Catholica recepit, vel in authoritate habendas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus, anathema ſit.

6.* IDEM ſermone centeſimo nonageſimoprimo de tempore: Nouum & vetus teſtamentum recipimus in illo librorum numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas.

7. HIERONYMVS in explanatione Symboli ad Damaſum: Nouum & vetus teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ tradit authoritas.

8. AVGVSTINVS contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, capite quinto: Ego verò Euangelio nō crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.

9. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione quarta in decreto de Canonicis ſcripturis: Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prędictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. Vide latiùs infrà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione decimaſexta, A. teſtimo. duodecimo.

C. MATTHAEI vigeſimoſecundo: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. *Exod. 3.*

Non ſatis eſt, Symbolum patrū verbis profiteri.

1. D. CYRILLVS Alexandrinus vnà cum Alexandrina ſynodo, epiſtola decima ad Neſtorium: Non ſufficiet pietati tuæ, ſi ſymbolum tantùm fidei, quod olim à ſancta & magna ſynodo in Nicea in ſpiritu ſancto congregata eſt expoſitum, nobiſcum confiteare. Non enim rectè illud intelligis & interpretaris, ſed magis peruerſè, licèt dictionem illius voce confitearis: ſed conueniet, vt & ſcripto & iureiurando confiteare, cùm quòd ſceleſta tua & prophana dogmata anathematizes, tum quòd ſenſurus ſis & docturus eadem, quæ & nos omnes, & qui in oriente ſunt & occidente Epiſcopi & doctores, & populorum præſides. Subiecimus verò hiſce literis noſtris cùm quæ ſentire debeas ac docere, tum à quibus abſtinere conueniat. Eſt enim hæc Catholicæ & Apoſtolicę Eccleſiæ fides, quam probant omnes tam occidentis, quàm orientis Orthodoxi epiſcopi.

Docendū & ſentiendum quod epiſcopi & Eccleſiæ doctores.

Ab Eccleſia petenda veritas.

2. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hæreſes, capite quarto: Non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in ea contulerint omnia quæ ſint veritatis, vti omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures ſunt & latrones: propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nōnne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs quibus committebant Eccleſias? cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charactere vel atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes, &c.

Traditiones Apoſtolicæ non ſcriptæ.

3. IDEM libro quarto, capite quadrageſimoquinto: Paulus ait, Poſuit Deus primò in Eccleſia Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò doctores. *Epheſ. 4.* Vbi igitur chariſmata Domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſſio, & id quod eſt ſanum & irreprobabile conuerſationis, & inadulteratum & incorruptibile ſermonis conſtat. Hi enim & eam quæ eſt in vnum Deum, qui omnia fecit, fidem noſtram cuſtodiunt, & eam quæ eſt in filium Dei dilectionem adaugent, qui tantas diſpoſitiones propter nos fecit, & Scripturas ſine periculo nobis exponunt.

Vndè veritas petenda.

4. ET capite ſexageſimotertio eiuſdem libri: Agnitio vera eſt Apoſtolorū doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus, in vniuerſo mundo, & character corporis Chriſti, ſecundùm ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt

Digitized by Google

eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos, cuſtodita ſine fictione Scripturarum tractatione pleniſſima, neque additamentum neque ablationem recipiens, & lectio ſine falſatione, & ſecundùm Scripturas expoſitio legitima & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & præcipuũ dilectionis munus, quod eſt precioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminentius.

Totius orbis conſenſus.

5. HIERONYMVS in dialogo aduerſus Luciferianos, capite quarto, vbi Lucifer ità ait: Etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia, quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruantur, authoritatem ſibi ſcriptę legis vſurpauerunt. Cui ſententiæ Orthodoxus aſſentit.

Catholica doctrina ab hęretica quomodo diſcernenda.

6. VINCENTIVS Lirinenſis aduerſùs prophanas omnium hæreſeon nouationes: Sæpè magno ſtudio & ſumma attentione perquirens à quamplurimis ſanctitate & doctrina præſtantibus viris, quonam modo poſſim certa quadam & quaſi generali ac regulari via, Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falſitate diſcernere, huiuſmodi ſemper reſponſum ab omnibus ferè retuli: quòd ſiue ego, ſiue quis alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes depræhendere, laqueoſq; vitare, & in fide ſana ſanus atque integer permanere, duplici modo munire fidẽ ſuam Domino adiuuante deberet: Primò ſcilicet diuinæ legis authoritate, tum deindè Eccleſiæ Catholicæ traditione. Hîc forſitan requirat aliquis: cùm ſit perfectus ſcripturarũ canon, ſibiq; ad omnia ſatis ſuperq; ſufficiat, quid opùs eſt, vt ei eccleſiaſticæ intelligentię iungatur authoritas? Quia videlicet ſcripturam ſacram pro ipſa ſua altitudine nõ vno eodemq; ſenſu vniuerſi accipiũt, ſed eiuſdem eloquia aliter atq; aliter alius atque alius interpretatur, vt penè quot homines ſunt, tot illic ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter nanq; illam Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priſcillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Cæleſtius, aliter poſtremò Neſtorius. Atquì idcircò multùm neceſsè eſt, propter tantos tam varij erroris anfractus, vt propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea, ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur. In ipſa item Catholica Eccleſia magnoperè curandum eſt, vt id teneamus, quod vbiquè, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: &c.

Fides munienda ſcripturarum & Eccleſiæ authoritate.

Cur ſola ſcriptura non ſufficiat.

E. LEO Magnus ſermone quarto de Natiuitate Domini: Magnum præſidium eſt fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllo quicquam, nec minui poteſt: quia niſi vna eſt, fides non eſt, dicẽte Apoſtolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Huic vnitati, dilectiſſimi, inconcuſſis mentibus inhærete, & in hac omnem ſectamini ſanctitatem, & in hac præceptis Domini deſeruite: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & nihil ſine illa ſanctum, nihil caſtum eſt, nihil viuum. Iuſtus enim ex fide viuit. Quam qui diabolo decipiente perdiderit, viuens mortuus eſt. Quia ſicut per fidem iuſtitia, ità etiam per fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Saluatore: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te, ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Fidei commendatio, & q̃ ea ſit neceſſaria. Epheſ. 4. Heb. 10. Abac. 2. Ioan. 17.

CAPVT SECVNDVM
DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

I.

Quid eſt Spes?

VIRTVS eſt diuinitùs infuſa, per quã certa cum fiducia noſtræ ſalutis & æternæ vitæ bona à Deo expectãtur. Parùm eſt alioquin Deo Deique verbo fidem habere, ac diuina, quæ in Eccleſia prędicantur, dogmata profiteri, niſi Chriſtianus Dei bonitate percepta, ſpem indè concipiat ac fiduciam conſequendæ gratię & ſalutis æternę. Quę ſpes tantoperè iuſtum fulcit in ſummis [a] ęrumnis, vt etiam ſi mundi pręſidijs omnibus deſtituatur, intrepidè tamen dicat: [b] *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Et, [c] *In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro.* [d] *Deus meus in te confido, non erubeſcam.*

Auguſt. in Enchirid. cap. 8. 1. Cor. 13. d Rom. 5. a & 8. d Tit. 2. d 3. b 1. Pet. 1. a 1. Ioã. 5. c Iac. 1. a Ioã. 14. b 15. a & 16. d Mar. 11. c Pſal. 26. d 129. b 72. d 61. b 1. Tim. 4. c 1. Theſſ. 5. b Epheſ. 6. c Heb. 10. g 6. d

a Eccli 34. b Rom. 8. g Pſal. 30. d Prouerb. 28. a

b Iob. 13. b
c Pſal. 55. a
d Pſal. 24. a

TESTIMONIA.

Aliqua creduntur quæ nõ ſperantur.

Diſcrimẽ inter fidem & ſpem.

1. AVGVSTINVS in Enchiridio, capite octauo: Quid autem ſperari poteſt, quod non creditur? Porrò etiam aliquid, quod non ſperatur, credi poteſt. Quis nanque fidelium pœnas non credit impiorum, nec ſperat tamen? Eſt itaq; fides & malarum rerum, & bonarum: quia & bona creduntur, & mala. Eſt etiam fides & præteritarũ rerum, & præſentiũ, & futurarum. Item fides & ſuarum rerum eſt, & alienarum. Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarũ, & ad eum pertinentium, qui earum ſpem gerere perhibetur. Quæ cùm ità ſint, propter has cauſas diſtinguenda erit fides à ſpe: ſicut vocabulo, ità & rationabili differentia. Nam quòd attinet ad non videre, ſiue quæ creduntur, ſiue quæ ſperantur, fidei ſpeiq; commune eſt. Cùm bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud quàm ſperatur.

Fidei & ſpei communio.

Credere aliquãdo ſignificat ſperare.

2. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.

3. AD Romanos quinto: Per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe glorię filiorum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem,

Digitized by Google

ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c.

4. ET octauo: Spe ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus.

5. AD Titum ſecundo capite: Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

6. ET capite tertio: Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

7. PRIORIS Petri primo capite: Regenerauit nos in ſpem viuam &c.

8. PRIMAE Ioannis quinto: Et hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum: quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.

9. IACOBI primo: Probatio fidei veſtræ patientiam operatur &c. Si quis autem veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur: non ergò æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

10. IOANNIS decimoquarto: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

11. ET decimoquinto: Si mãſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

12. ITEM capite decimoſexto: Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

13. MARCI vndecimo: Omnia quęcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt vobis.

14. PSALMO vigeſimoſexto: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

15. ET centeſimo vigeſimonono: Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſrael in Domino. Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

16. ITEM ſeptuageſimoſecundo: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.

17. ET ſexageſimoprimo: In Deo ſalutare meũ, & gloria mea: Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra: Deus adiutor noſter in æternum. Nolite ſperare in iniquitate &c.

18. PRIORIS ad Timotheum quarto: Speramus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium.

19. PRIORIS ad Theſſalonicẽſes quinto: Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.

20. AD Epheſios ſexto: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

21. AD Hebręos decimo: Nolite amittere confidentiam veſtrã, quę magnam habet remunerationem. Patiẽtia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

22. ET capite ſexto: Fortiſſimũ ſolatiũ habemus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut ancorã habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis.

23. ECCLESIASTICI trigeſimoquarto: Spes timentium Deum in ſalutem &c. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipſe eſt ſpes eius.

24. AD Romanos octauo: Quis ergò nos ſeparabit &c. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

25. PSALMO trigeſimo: Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

26. PROVERBIORVM vigeſimooctauo: Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.

27. IOB decimotertio, 28. PSALMO quinquageſimoquinto, 29. ET pſalmo viceſimoquarto, vt in textu.

II.

Qua ratione hanc ſpem licet conſequi?

A. PRIMVM huc pertinet ardens & frequens ad [a] Deum precatio. Deindè nutriẽda Spes eſt & excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum [b] Dei, illorum pręſertim, quæ CHRISTVS Dominus pro immẽſa in nos charitate ſua pręſtitit ac promiſit vel immerentibus. Demùm conſcientiæ [c] puritas coniungenda venit, eaque; pijs operibus & inuicta in aduerſis patientia ſemper eſt [d] comprobanda. Nam quibus bonæ conſcientiæ teſtimonium, aut melioris vitæ propoſitum deeſt, hi ſpem quam oportet, non adferunt, ſed [e] præſumptionem potiùs, & vanam omninò fiduciam temerè iactant, quantunuìs de Chriſti meritis Deique gratia glorientur.

a 1. Theſſ 5.c Luc. 11.b 18.a Matth. 7.b Eccli 18.c

b Epheſ. 2.a Tit. 3. a Rom. 8.f Ioan. 3.c 1. Ioan. 4.b Heb. 10.d Tit. 3.a Rom. 5.b d 8.d

c Pro. 15.b 1. Ioan. 3.d Auguſt. lib. 1. de doctri. Chriſt. cap. 37. & 40. & lib. 3. ca. 10. & in præfat. Pſal. 31.

d 2. Cor. 1.b Heb. 3.b 10.g 1. Ioan. 3.a Col. 1.c 2. Pet. 1.b

e 2. Pet. 2.d Eccli 5.a b Greg. 33. Moral. cap. 15.

B. *Spera*, inquit [f] Propheta, *in Domino, & fac bonitatem.* Idemque rurſùs: *Subditus eſto Domino, & ora eum.* Et alius, [g] *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.* Quam ſpem ab omni timore [h] diſiungendam non eſſe, ſatis illud oſtendit: [i] *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.*

f Pſalm. 36.a

g Thren. 3.c

h Greg. lib. 6. epiſt. 22. ad Gregoriam. Bern. de feſto Magdal.

i Pſalm. 146.b

TESTIMONIA.

1. A. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Sine intermiſſione orate.

2. LVCAE

Digitized by Google

2. LVCAE vndecimo:Petite,& dabitur vobis: quærite,& inuenietis: pulſate,& aperietur vobis.

3. ET decimooctauo: Oportet ſemper orare,& non deficere.

4. MATTHAEI ſeptimo: Petite, & dabitur vobis &c. vt in Luca.

5. ECCLESIASTICI decimooctauo : Non impediaris orare ſemper.

6. AD Epheſios ſecundo: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiā charitatem ſuam,qua dilexit nos,&cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit,& conſedere fecit in cęleſtibus in Chriſto Ieſu,vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ,in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem,(& hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt) non ex operibus, vt nè quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt ambulemus in eis.

7. AD Titū tertio:Eramus aliquandò & nos inſipientes,increduli, &c. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei,non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit &c.

8. AD Romanos octauo : Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.Si Deus pro nobis,quis contra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illū: quomodò non etiam cum illo omnia nobis donauit?

9. IOANNIS tertio:Sic Deus dilexit mūdum, vt filium ſuum vnigenitum daret &c.

10. PRIMAE Ioannis quarto : In hoc apparuit charitas Dei in nobis,quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

11. AD Hebræos decimo: Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſideremus inuicèm in prouocationem charitatis & bonorum operum.

12. AD Titum primo : In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus.

13. AD Romanos quinto: Commendat charitatem ſuam Deus in nobis: quoniā cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt,&c.Si in vnius delicto mors regnauit per vnum : multò magìs abundantiā gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes,in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia : vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ità & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

14. ET capite octauo: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quę reuelabitur in nobis.

15. PROVERBIORVM decimoquinto : Secura mens quaſi iuge conuiuium.

16. PRIMAE Ioannis tertio : Chariſſimi,ſi cor noſtrum non repræhenderit nos,fidutiā habemus ad Deum : & quicquid petierimus,accipiemus ab eo,quoniam mandata eius cuſtodimus,& ea quæ ſunt placita coram eo facimus.

Spes Vt formata ſit,charitatē requirit & bonam conſciētiam. Vide D.Tho. 1.2.q.62.art.4.& q.65.art.4.

17. AVGVSTINVS libro primo de doctrina Chriſtiana,capite trigeſimoſeptimo:Si à fide quiſque ceciderit,à charitate etiā neceſſè eſt cadat.Porrò ſi & credit & diligit, benè agendo & præceptis bonorum morum obtemperādo efficit, vt etiam ſperet ſe ad id quod diligit, eſſe venturum.

18. ET capite quadrageſimo:Cùm diceret Apoſtolus,Finis præcepti eſt charitas: addidit,de corde puro : vt nihil aliud quàm id quod diligēdum eſt,diligatur. Conſcientiam verò bonam ſubiunxit, propter ſpem.Ille enim ſe ad id quod credit & diligit,peruēturum eſſe deſperat, cui malę conſcientię ſcrupulus ineſt. Tertiò,& fide(inquit)non ficta : Si enim fides noſtra mendacio caruerit,tunc & non diligimus quod non eſt diligendum,& rectè viuendo id ſperamus, vt nullo modo ſpes noſtra fallatur. 1.Tim.1.

19. ITEM libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite decimo : Spes ſua cuique eſt in conſcientia propria,quemadmodùm ſe ſentit ad dilectionem Dei & proximi cognitionemq; proficere.

20. IDEM in præfatione enarrationis Pſalmi trigeſimiprimi : Ipſa charitas benè operantis,dat ei ſpem bonæ conſcientiæ: ſpem enim gerit bona conſcientia. Quomodò mala conſcientia tota in deſperatione eſt, ſic bona conſcientia tota in ſpe. Finis (inquit Apoſtolus) præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Pro ſpe bonā conſcientiā poſuit. Ille enim ſperat, qui bonam conſcientiam gerit. Quem verò pungit mala conſcientia, retrahit ſe à ſpe,& non ſibi ſperat niſi damnationem.Vt ergò ſperet regnum, habeat bonam conſcientiam; & vt habeat bonam conſcientiam, credat & operetur : quia quod credit,fidei eſt ; quod operatur,charitatis eſt. 1.Tim.1.

21. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Siue autem tribulamur, pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue exhortamur,pro veſtra exhortatione & ſalute,quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum quas & nos patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis,ſic eritis & conſolationis.

22. AD Hebręos tertio : Chriſtus verò tanquàm filius in domo ſua : quæ domus ſumus nos, ſi fidutiam & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.

23. ET capite decimo : Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiā. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

24. PRIMAE Ioannis tertio : Videbimus eum ſicutì eſt.Et omnis qui habet hanc ſpem in eo,ſanctificat ſe,ſicut & ille ſanctus eſt.

25. AD Coloſſenſes primo : Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos ſanctos & immaculatos,& irrepræhenſibiles coram ipſo: ſi tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles,& immobiles à ſpe euangelij quod audiſtis.

26. POSTERIORIS Petri primo capite : Quapropter fratres magìs ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.

27. IBIDEM capite ſecundo : Hi ſunt fontes ſine aqua,&c. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciūt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.

28. ECCLESIASTICI quinto : Nè dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triſte ? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu,neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et nè dicas, Miſeratio Domini magna eſt,multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.

29. GREGORIVS Magnus libro trigeſimotertio

Digitized by Google

tertio Moralium in Iob, capite decimoquinto: Pius ac iuſtus eſt conditor noſter. Sed nemo dicat: quia pius eſt, venialiter pecco. Et nemo qui peccauerit, dicat: quia iuſtus eſt, de peccati remiſſione deſpero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur, ſed perpetrare quiſque timeat, quod, ſi dignè deflere poſſit, ignorat. Ante culpam ergò iuſtitiam metuat, poſt culpam tamen de pietate præſumat: neque ità iuſtitiam timeat, vt nulla ſpei conſolatione conualeſcat: neque ità confidat de miſericordia, vt adhibere vulneribus ſuis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam: ſed quem præſumit ſibi piè parcere, ſemper etiam cogitet & diſtrictè iudicare. Spes igitur præſumptionis noſtræ habeat etiam morſum timoris: vt ad corrigenda peccata iuſtitia iudicantis terreat, quem ad fiduciam veniæ gratia parcentis inuitat.

Spes timori coniũgenda.

1. B. PSALMO trigeſimoſexto, 2. THRENORVM tertio, vt in textu.

3. GREGORIVS libro ſexto epiſtolarũ, epiſtola vigeſimaſecunda ad Gregoriam cubiculariam Auguſtæ: Quòd verò dulcedo tua in ſuis epiſtolis ſubiunxit, Importunã ſe mihi exiſtere, quoadusquè ſcribam mihi eſſe reuelatum, quia peccata tua dimiſſa ſunt: rem & difficilem etiam & inutilem poſtulâſti. Difficilem quidem, quia ego indignus ſum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſì cùm iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apoſtolus iam in tertiũ cælũ aſcenderat, in paradiſum quoquè ductus fuerat, arcana verba audiuerat, quę homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidãs dicebat: Caſtigo corpus meum & ſeruituti ſubijcio, nè fortè alijs prędicãs, ipſe reprobus efficiar. Adhuc timet, qui iam ad cælum ducitur: & iam timere non vult, qui adhuc in terra conuerſatur? Perpẽde dulciſſima filia, quia mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Habere ergò in hac vita non debes ſecuritatem, per quam negligens reddaris: Scriptum eſt enim: Beatus vir qui ſemper eſt pauidus. Et rursùs ſcriptum eſt: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. In pauco ergò huius vitæ tempore mentem veſtram neceſſè eſt vt tremor teneat, quatenùs per ſecuritatis gaudium ſine fine poſtmodùm exultet.

Securitas de remiſſione peccatorum periculoſa eſt in hac vita.

2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

Mater negligentiæ ſecuritas.

Prouer. 28.

Pſal. 2.

4. BERNARDVS in ſermone de feſto beatæ Mariæ Magdalenæ: Pedes iſti ſunt miſericordia & iudicium: quorum alterũ ſine altero oſculari vel temeraria ſecuritas eſt, vel deſperatio fugienda. Quis enim Dei miſericordiam indeſinẽter attendens, non ſtatìm tepidioris vitæ quietem exoptet? Cùm enim recogitat vniuerſitatis Dominũ formam ſerui pro ſeruis ſuſcipere, triginta & tribus annis operari ſalutem noſtram in medio terræ huius, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filijs hominum: ſtatìm deceptoria ſpe ſibi blanditur & alludit, gaudet obſeruari in miſerationibus, iudicium neſcit, ignorat iuſtitiam, & punienda æſtimat non puniri. Fallitur qui ſic oſculatur miſericordiæ pedem, vt pedem iudicij non attendat: qui totum de miſericordiæ pede præſumit, hoc ſolum ad ſalutem ſufficere credens, quòd credit. Nec eſt iudicij pedi moroſiùs incumbendum, nè pietatis intuitum ferocia iudicantis excludat.

Fugienda ſecuritas & deſperatio.

Deceptoria ſpes, ſolã Dei miſericordiã attendere.

Præſumptio ex ſola fide.

5. PSALMO centeſimo quadrageſimoſexto, vt in textu.

III.

Quæ bona ſub Spem cadunt, & Chriſtiano ſperanda ſunt?

PRAECIPVE quidem [a] bona illa regni cæleſtis, quæ homines beant, nec ſinunt vlla ex parte miſeros eſſe. Tum illa quæcunque mortalibus in hac vita [b] conducibilia, rectè à Deo deſiderantur atque petuntur, in bonis ſperandis & expectandis debent haberi. Ea verò præcipuè relucent in Dominica Oratione, vtpotè quam Chriſtus Dominus [c] ore ſacro prodidit, & admirabili ſapientia præſcripſit omnibus, qui ſpem ſuam ac vota oratione cupiunt Deo explicare.

a Tit. 2. d 3. b

b Heb. 4. d August. in Enchir. cap. 114.

c Matth. 6. b Luc. 11. a

TESTIMONIA.

1. AD Titum ſecundo: Expectantes beatã ſpem & aduentum gloriæ magni Dei.

2. ET capite tertio: Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

3. AD Hebræos quarto: Adeamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

4. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurẽtiũ, capite centeſimo decimoquarto: De ijs omnibus quæ fideliter ſunt credẽda, ea tantùm ad ſpem pertinent, quæ in oratione Dominica cõtinentur. Maledictus eſt enim omnis, ſicut diuina teſtantur eloquia, qui ſpem ponit in homine: ac per hoc in ſemetipſo qui ſpem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Ideò non niſi à Domino Deo petere debemus, quicquid ſperamus nos vel benè operaturos, vel pro bonis operibus adepturos.

Quicquid ſperandũ eſt, oratione Dominica continetur.

5. MATTHAEI ſexto: Sic ergò vos orabitis: Pater noſter qui es in cęlis &c. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem &c.

6. LVCAE vndecimo: Et factũ eſt, cùm eſſet in quodam loco orãs, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater, ſanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata noſtra, ſi quidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et nè nos inducas in tentationem.

IIII.

Quæ forma eſt Dominicæ Orationis?

Orationem Dominicã explicant Tertull. & Nyſſen. lib. de Orat. Cypria. ſer. 6. de orat. Dom. Cyril. Catech. 5. Myſtaga. Chryſoſt. hom. de ort. Domi. & in c. 6. Matth. Hieron. Theoph. Euthym. in Matth. Ambr. lib. 5. de ſacrament. cap. 4. Auguſt. epiſt. 121. ad Probã, c. 11. Idẽ li. 2. de ſer. Do. in monte. c. 4 & ſeq. Et hom. 42. ex 50. & ſer. de tẽp 126. 135. 182. & ſer. 9. ex diuerſis. Chryſolog. ſer. 67. & ſeq. Innoc. 3. lib. 5. de myſt. Miſ-

HAEC eſt, *Pater noſter qui es in cælis,*

1. *Sanctificetur nomen tuum,*
2. *Adueniat regnum tuum,*
3. *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra,*
4. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè,*
5. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,*

6. *Et*

Digitized by Google

6. *Et nè nos inducas in tentationem.*
7. *Sed libera nos à malo. Amen.*

ſæ, c.17. & ſequentib. Petrus Laodicenſis, & Germanus Patriarcha Cōſtantinop. in expoſ. oratiōis Dominicæ. Caſſia. Colla. 9. c. 18. & ſeq.

V.

Quæ ſummatìm in Dominica Oratione tractantur?

A. SEPTEM [a] in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes [b] omnium orationum ſpecies & formæ poſſunt ac debent, ſiue pro expetendis bonis, ſiue pro delendis peccatis, ſiue pro auertendis malis quibuslibet diuinam opem imploremus.

B. In prioribus autem tribus petitionibus, quæ propriè ad æterna pertinent, ordine poſcuntur: in reliquis quatuor etiam temporaria, quæ & ipſa propter æterna conſequenda ſunt nobis neceſſaria.

a Aug. in Enchir. ca. 115. & lib. 2. de ſer. Dom. in mōte, cap. 10.
b Aug. epiſt. 121. ad Probā, cap. 12.

TESTIMONIA.

Septem petitiones, & earū diſtinctio.

1. A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite centeſimo decimoquinto: Apud Euangeliſtam Matthæum ſeptem petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum in tribus æterna poſcuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna conſequenda ſunt neceſſaria.

2. IDEM libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capite decimo: Harum ſeptem petitionum conſideranda & commendanda diſtinctio eſt. Nam cùm vita noſtra temporaliter nunc agatur, atque ſperetur æterna; & cùm æterna priora ſint dignitate, quanuìs temporalibus priùs actis ad illa transeatur, trium primarum petitionum impetrationes in hac vita, quæ in iſto ſeculo agitur, exordium capiunt. Reliqua verò quatuor quæ petimus, ad temporalem iſtam vitam pertinere mihi videntur.

3. ITEM in epiſtola centeſima vigeſimaprima ad Probam, capite duodecimo: Quamlibet alia verba dicamus, quę affectus orantis vel præcedendo format vt clareat, vel conſequēdo attendit vt creſcat, nihil aliud dicimus, quàm quod in iſta Dominica oratione poſitum eſt, ſi rectè & cōgruenter oramus. Quiſquis autem id dicit, quod ad iſtam Euangelicam precem pertinere non poſſit, etiamſi non illicitè orat, carnaliter orat: quod neſcio quemadmodùm nō dicatur illicitè, quandoquidem ſpiritu renatos, non niſi ſpiritaliter decet orare. Et ſi per omnia precationum ſanctarum verba diſcurras, quantum exiſtimo, nihil inuenies, quod non iſta Dominica contineat & concludat oratio. Vndè liberum eſt, alijs atque alijs verbis, eadem tamen in orando dicere; ſed non debet eſſe liberum, alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro noſtris, & pro alienis, atque pro ipſis inimicis ſine fluctu dubitationis oranda ſunt: quanuìs alius pro iſto, alius pro illo, ſicut ſe habet propinquitates vel longinquitates neceſſitudinum, in corde orantis oriatur, aut excellat affectus.

Dominica oratione omnis recta precatio continetur.

Alijs verbis precari licet, ſed non alia.

VI.

Quid ſibi vult initium Orationis, Pater noſter qui es in cælis?

A. PRAEFATIVNCVLA eſt, & nos memores reddit ſummi beneficij, quo Deus Pater, æterna illa maieſtas, in cælis perbeatè regnans, nos recepit in gratiam, & propter CHRISTVM filium in ſuos quoquè filios & regni cæleſtis hæredes per Spiritum ſanctum adoptauit.

B. Quæ tantorum beneficiorum memoria non ſolùm [a] attentionem excitat, ſed etiam ad redamandum Patrem, illique obtemperandum prouocat filios, neque minùs orandi impetrandíque illis [b] auget fidutiam.

Exod. 15. a b
Eſa. 42. b 63. d
Malach. 1. b
2. Cor. 1. a
Philip. 4. d
Apoc. 4. d
Rom. 8. c
Galat. 4. a
1. Pet. 3. d
Leo ſer. 6. de Natiuit. Do.
a Cyprian. in ſerm. de orat. Domin.
b Lucæ 11. b
Iacob. 1. a

TESTIMONIA.

1. A. EXODI decimoquinto: Quis ſimilis tuî in fortibus Domine? Quis ſimilis tuî, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

2. ESAIAE quadrageſimoſecundo: Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam: Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.

3. ET ſexageſimotertio: Attēde de cælo, & vide de habitaculo ſancto tuo & ſolio gloriæ tuæ: vbi eſt zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum? Tu Domine pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.

4. MALACHIAE primo: Filius honorat patrē, & ſeruus dominū ſuum. Si ergò Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit Dominus exercituum?

5. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.

6. AD Philippenſes quarto: Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum ſecundùm diuitias ſuas in gloria, in Chriſto Ieſu. Deo autem & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

7. APOCALYPSIS quarto: Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedētem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creaſti omnia.

8. AD Romanos octauo: Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen cōpatimur, vt & cōglorificemur.

9. AD Galatas quarto: Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamātem,

Abba, Pater. Itaque iam non es ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres per Deum.

10. PRIORIS Petri tertio: Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur.

11. LEO Magnus ſermone ſexto de natiuitate Domini: Magnum eſt, dilectiſſimi, huius muneris ſacramentũ, & omnia dona excedit hoc donum, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet patrem.

Déum nominare patrem, quàm ſit eximium.

1. B. CYPRIANVS in ſermone de oratione Dominica: Quãdo ſtamus ad orationẽ, fratres dilectiſſimi, vigilare & incũbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & ſecularis abſcedat, nec quicquam tunc animus quàm id ſolum cogitet, quod precatur. Quæ autẽ ſegnitia eſt, alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis cùm Dominũ deprecaris? quaſi ſit aliud, quod magìs debeas cogitare, quàm quod cum Deo loqueris. Quomodò te à Deo audiri poſtulas, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tuî cùm rogas, quando tu ipſe memor tuî non ſis?

Attentio inter orandum.

2. LVCAE vndecimo: Quis autem ex vobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcẽ, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouũ, nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergò vos cùm ſitis mali, nôſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magìs pater veſter cœleſtis de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

3. IACOBI primo: Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans.

VII.

Quis eſt ſenſus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

Matth. 5. b 1. Pet. 2. c 4. c 1. Cor. 10. g Coloſſ. 3. c Rom. 15. b Eccli 36. a

A. In nobis, quemadmodùm in omnibus alijs, promoueri ſemper & augeri petimus, quicquid ad gloriam ſummi optimique Patris noſtri ſpectat.

a Luc. 1. g 1. Pet. 1. c 3. c Philip. 2. b b Matth. 5.

B. Id verò fit maximè, cùm veræ fidei confeſſio, Spes etiam & charitas, ac ſimul Chriſtianæ vitæ ſancta[a] conuerſatio ſuam in nobis lucem ac vim exerit, vt ſpectantes[b] alij quoquè glorificent Patrem.

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI quinto: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videât opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

2. PRIORIS Petri ſecundo: Obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, &c. conuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quòd detrectant de vobis tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

3. ET capite quarto: Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquàm ex virtute quam adminiſtrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.

4. PRIORIS ad Corinthios decimo: Siue mãducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

5. AD Coloſſenſes tertio: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

6. AD Romanos decimoquinto: Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

7. ECCLESIASTICI trigeſimoſexto: Immitte timorẽ tuum ſuper Gentes, quę non exquiſierũt te: vt cognoſcât quia nõ eſt Deus niſi tu, vt enarrẽt magnalia tua. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in eis: vt cognoſcât te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt Deus præter te Domine. Glorifica manum & brachium dextrum &c.

1. B. LVCAE primo: Vt ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia corã ipſo, omnibus diebus noſtris.

2. PRIORIS Petri primo: Secundùm eum qui vocauit vos, ſanctum, vt & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis, quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Leuit. 11. g 19. a 20. b

3. ET capite tertio: Cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

4. AD Philippenſes ſecundo: Vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei, ſine repræhenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

5. MATTHAEI quinto: Sic luceat lux veſtra &c. vt in A. teſtimonio primo.

VIII.

Quid continet ſecunda petitio, Adueniat regnum tuum?

Matth. 6. d Rom. 14. e Pſal. 22. a 79. a Luc. 1. c 17. e 1. Cor. 3. c. 4. d Epheſ. 1. d Matth. 13. f 1. Cor. 15. c d Coloſſ. 1. b Pſal. 67. a

A. Petimvs, vt per gratiam & iuſtitiam ſuam regnet in Eccleſia Deus, immò & in mundo vniuerſo, eiectis hinc aduerſarijs poteſtatibus, & cupiditatibus malis omnibus è medio profligatis.

a Philip. 1. d Heb. 11. c 1. Pet. 2. b Iob 7. a 2. Cor. 5. ab Sap. 5. c Apoc. 22. a Matth. 8. b

B. Tum optamus & precamur, vt ex hoc mũdo, velutì è graui[a] peregrinatione militiaque vocati, quamprimùm transferamur ad regnum gloriæ & felicitatis æternæ, vt cum Chriſto & Sanctis eius in ſempiternum regnemus.

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI ſexto: Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

2. AD Romanos decimoquarto: Non eſt regnum Dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus.

3. PSALMO vigeſimoſecundo: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.

4. ET ſeptuageſimonono: Qui regis Iſraël, intende: qui deducis velut ouem, Ioſeph: Excita potentiam tuam, & veni vt ſaluos facias nos.

5. LVCAE primo: Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

6. ET decimoſeptimo: Interrogatus autem à Phariſæis, quando venit regnum Dei: reſpondit eis, & dixit: Non venit regnum Dei cum obſeruatione: neque dicent, eccè hîc, aut eccè illic. Eccè enim regnum Dei intra vos eſt.

7. PRIORIS ad Corinthios tertio: Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?

Digitized by Google

vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

8. ET capite quarto: Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute.

9. AD Epheſios primo: Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus, ſecundùm operationẽ potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, &c. Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.

10. MATTHAEI decimotertio: In conſummatione ſeculi mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem.

11. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Deindè finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem. Oportet autem illum regnare, donèc ponat inimicos ſub pedibus eius &c.

12. AD Coloſſenſes primo: Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, &c. Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens, &c.

13. PSALMO ſexageſimoſeptimo: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius: Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.

1. B. AD Philippenſes primo: Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto.

2. AD Hebræos vndecimo: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, nõ acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere.

3. PRIORIS Petri ſecundo: Obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs.

4. IOB ſeptimo: Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius.

5. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Audentes igitur ſemper, & ſcientes, quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

6. SAPIENTIAE quinto: Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum. Ideò accipient regnum decoris & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos, &c.

7. APOCALYPSIS vigeſimoſecundo: Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.

8. MATTHAEI octauo: Dico vobis, ꝙ multi ab oriente & occidente venient, & recumbẽt cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

IX.

Quid includit tertia petitio, Fiat voluntas tua?

ROGAMVS, vt ſicut in cęlo Angeli & Beati omnes, nos quoquè in terris, quanuìs imbecilles & exigui, exactam Deo pręſtemus obedientiam, nihil habentes prius, quàm vt DIUINÆ voluntati tum in proſperis, tum in aduerſis libenter nos ſubijciamus, & noſtra [a] quę ad malum prona eſt, voluntate reiecta, in [b] DIUINA ſemper acquieſcamus.

Pſal. 102. d Rom. 1. b Actor. 9. a 21. c Deu. 12. a Heb. 13. d Iac. 4. d Luc. 22. e 1. Pet. 4. a Act. 5. e Iob 1. d 1. Pet. 5. c

a Geneſ. 8. d Matth. 22. d Bern. ſerm. 3. de Reſurrect.

b Ioan. 4. e 5. e 6. d 1. Reg. 3. d

TESTIMONIA.

1. PSALMO centeſimo ſecundo: Benedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendã vocem ſermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.

2. AD Romanos primo: Obſecrans ſi quo modo tandèm aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

3. ACTORVM nono: Domine, quid me vis facere?

4. ACTORVM vigeſimoprimo: Et cùm ei ſuadere non poſſemus, quieuimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

5. DEVTERONOMII duodecimo: Non facietis ibi quæ nos hìc facimus hodiè, ſinguli quod ſibi rectum videtur.

6. AD Hebræos decimotertio: Deus pacis aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem.

7. IACOBI quarto: Eccè nunc qui dicitis, Hodiè aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, (qui ignoratis quid erit in craſtino) pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

8. LVCAE vigeſimoſecundo: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.

9. PRIORIS Petri quarto: Qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis: vt iam nõ deſiderijs hominum, ſed voluntati Dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium conſummandam.

10. ACTORVM quinto: Obedire oportet Deo magìs quàm hominibus.

11. IOB primo: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ità factum eſt. Sit nomen Domini benedictum.

12. PRIORIS Petri quinto: Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

13. GENESIS octauo: Sẽſus & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

14. MATTHAEI vigeſimoſexto: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

15. BERNARDVS in ſermone tertio de reſurrectione Domini: In corde duplex eſt lepra, propria voluntas, & proprium cõſilium. Lepra vtraque nimìs peſſima, eóq; perniciosior, quo magìs interior. Voluntatem dico propriam, quæ non eſt cõmunis cum Deo & hominibus, ſed noſtra tantùm, quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, ſed propter noſmetipſos facimus, non intendentes placere Deo & prodeſſe fratribus, ſed ſatisfacere proprijs motibus animorum. Huic contraria eſt recta frõte charitas, quæ Deus eſt. Hęc enim aduersùs Deum inimicitias exercens eſt, & guerram crudeliſſimam. Quid enim odit aut punit Deus præter propriam voluntatem? Ceſſet voluntas propria, & infernus non

Propria volũtas quæ ſit, & quàm perniciosa & execrabilis.

1. Ioan. 4.

Ceſſet voluntas propria.

& infernus non erit.

non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in propriam voluntatem? Etiam nunc cùm frigus aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur niſi propria voluntas &c? Porrò volũtas propria quo furore Dominum maieſtatis impugnet, audiant & timeant ſerui propriæ voluntatis. Primò nanque ſeipſam ſubtrahit, & ſubducit eius dominatui, cui tanquàm authori ſeruire iure debuerat, dum efficitur ſua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quòd in ſe eſt, omnia quoquè quę Dei ſunt tollit & diripit. Quem enim modum ſibi ponit humana cupiditas? Nónne qui per vſuram acquirit pecuniam modicam, ſimiliter mundum lucrari conaretur vniuerſum, ſi non deeſſet poſſibilitas, ſi ſuppeteret voluntati facultas? Dico fiducialiter, nemini qui ſit in propria voluntate, poſſet vniuerſus mundus ſufficere. Sed vtinàm vel rebus iſtis eſſet contenta, nè in ipſum (horribile dictu) deſæuiret authorem. Nunc autem & ipſum (quantùm in ipſa eſt) Deum perimit voluntas propria. Omninò enim vellet, Deum peccata ſua aut vindicare non poſſe, aut nolle, aut ea neſcire. Vult ergò eum non eſſe Deum, quæ quantùm in ipſa eſt, vult eum aut impotentem, aut iniuſtum eſſe, aut inſipientem. Crudelis planè & omninò execranda malitia, quæ Dei potentiam, iuſtitiam, ſapientiam perire deſiderat. Hęc eſt crudelis beſtia, fera peſſima, rapaciſſima lupa, & leæna ſæuiſſima. Hæc eſt immundiſſima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum qui non venit facere voluntatem ſuam. Vndè & in paſſione, Non mea, inquit, voluntas, ſed tua fiat. Lepra verò proprij conſilij eo perniciofior eſt, quo magis occulta: & quãto plùs abundat, tanto ſibi quiſque ſanior eſſe videtur. Hæc illorũ eſt, qui zelum Dei habent, ſed non ſecũdùm ſcientiam, ſequentes errorem ſuum, & obſtinati in eo, ità vt nullis velint conſilijs acquieſcere. Hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes ſibi, & magni in oculis ſuis, ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere. Et quæ maior ſuperbia, quàm vt vnus homo toti congregationi indicium ſuum pręferat, tanquàm ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? Idololatriæ ſcelus eſt, non acquieſcere: & quaſi peccatum ariolandi, repugnare.

Deum maximè impugnat volũtas propria. — Ioan.6. — Matth.26. — Propriũ conſilium quàm pernicioſum ſit. — Rom.10. — Rom.10. — 1.Reg.15.

16. IOANNIS quarto: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.

17. ET quinto: Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.

18. ITEM ſexto: Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.

19. PRIMI Regũ tertio: Et reſpondit Heli, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.

X.

Quid habet quarta petitio, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè?

Iac.1.a c Pſal.39.d Deut. 10.d Gen.28.d 1.Tim.6.b Prouer.30.a Pſal.144.c

AB omnis boni authore ac fonte nos, velutì pauperes & mendici, ea deſideramus, quæ ad hanc vitam corporis quotidiè ſuſtentandam ſunt ſatis, victum ſcilicet & veſtitum: prætereà quæ ad vitam animæ promouendam faciunt, nimirùm [a] verbum Dei, animę ſpirituale pabulum, ſacroſanctam [b] Euchariſtiam, panem illum cæleſtem, cæteraque ſalutifera Eccleſiæ Sacramenta ac Dei dona, quæ ad benè beateque viuendum paſcunt, curant, confirmant hominem interiorem.

a Matth.4.a Amos 8.c Eccli 15.a Prouer.9.b
b Matt.26.c 6.b Ioan.6.e Hiero.in 6.ca.Matt. Cypr. in ſer. de orat. Dom. Amb. lib.5.de ſacr.ca.4. Aug.lib. 2.de ſer.Do.in monte, c.7.

TESTIMONIA.

1. IACOBI prmo: Si quis veſtrùm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.

2. PSALMO trigeſimonono: Ego autem mendicus ſum & pauper: Dominus ſolicitus eſt mei.

3. DEVTERONOMII decimo: Dominus Deus iudicium facit pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum.

4. GENESIS vigeſimooctauo: Vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſusq; fuero proſperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

5. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus.

6. PROVERBIORVM trigeſimo: Mendicitatem & diuitias nè dederis mihi: tribue tãtùm victui meo neceſſaria: nè fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicã, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen Domini.

7. PSALMO centeſimo quadrageſimoquarto: Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

8. MATTHAEI quarto: Scriptum eſt (Deuteronomij octauo): Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

9. AMOS octauo: Eccè dies veniũt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: nõ famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbũ Domini.

10. ECCLESIASTICI decimoquinto: Cibabit illum pane vitæ & intellectũs, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.

11. PROVERBIORVM nono: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.

12. MATTHAEI vigeſimoſexto: Hoc eſt corpus meum.

13. ET capite ſexto: Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodiè.

14. IOANNIS ſexto: Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita.

15. HIERONYMVS in caput ſextũ Matthæi: Quod nos ſuperſubſtantialẽ expreſſimus, in Græco habetur ἐπιούσιον: quod verbum Septuaginta interpretes περιούσιον frequentiſſimè transferũt. Conſiderauimus ergò in Hebræo, & vbicunquè illi περιούσιον expreſſerunt, nos inuenimus SEGVLAH, quod Symmachus ἐξαίρετον, id eſt, præcipuum, vel egregiũ, tranſtulit: licèt in quodã loco peculiare interpretatus ſit. Quando ergò petimus, vt peculiarem, vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illũ petimus, qui dicit: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Poſſumus ſuperſubſtantialem panem & aliter intelligere: qui ſuper omnes ſubſtantias ſit, & vniuerſas ſuperet creaturas.

Superſubſtantialis panis. — Ioan.6.

16. CYPRIANVS in ſermone de oratione Dominica: Panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus, noſter (qui corpus eius contingimus) panis eſt.

Hunc

Digitized by Google

Hunc autem panem dari nobis quotidiè poſtulamus, nè qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiã quotidiè ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti & nõ communicantes, à cæleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monente: Ego ſum panis vitæ qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem, quem ego dedero, caro mea eſt, pro ſeculi vita. Quando ergò dicit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & euchariſtiam iure communicationis accipiunt: ità contrà timendum eſt & orandum, nè, dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente: Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideò panẽ noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidiè petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus.

Euchariſtia. Ioan. 6. Ioan. 6.

17. AMBROSIVS libro quinto de ſacramentis, capite quarto: Memini ſermonis mei, cùm de Sacramẽtis tractarem. Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quarè ergò in oratione Dominica, quæ poſteà ſequitur, ait, Panem noſtrum? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Ideò Græcè ἐπιούσιον dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicũt aduenientem. Quia Græci dicunt τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, aduenientem diem. Ergò quod Latinus dixit & quod Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno ſermone ſignificauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? &c.

Superſubſtantialis. Quotidianus.

18. AVGVSTINVS libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capite ſeptimo: Panis quotidianus aut pro ijs omnibus dictus eſt, quæ huius vitæ neceſſitatem ſuſtentant: aut pro ſacramento corporis Chriſti, quod quotidiè accipimus: aut pro ſpirituali cibo, de quo Dominus dicit, Operamini eſcam quæ non corrumpitur. Et illud, Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi.

Ioan. 6. Ibid.

XI.

Quo pacto intelligitur quinta petitio, Dimitte nobis debita noſtra?

A. Hîc petimus, à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ peſtilentius eſſe poteſt, clementer expurgari, & ea ipſa quæ peccando contraximus, debita relaxari.

Thren. 4. b 1. Cor. 10. b Leuit. 26. c Num. 5. a c Exod. 32. f g Luc. 7. g Tob. 12. c Sap. 16. b Pſal. 50. a

B. Nè verò fruſtranea ſit precatio, animo in proximum perperàm affecto, illud addimus, nos vindictæ [a] cupiditate ac ſimultate poſita, cum proximis in gratiam rediſſe, & cuiuis ex animo noxam condonâſſe. Hoc enim, quod Chriſtus alibì voluit, cùm diceret: [b] *Dimittite, & dimittemini.* Et iterùm: [c] *Si non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.*

a Rom. 12. d Coloſſ. 3. b Luc. 23. e Act. 7. g Mar. 11. e Epheſ. 4. g
b Luc. 6. f
c Matth. 6. b 18. d e Eccli 28. a Aug. in Ench. cap. 74.

TESTIMONIA.

1. A. THRENORVM quarto: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.

2. PRIORIS ad Corinthios decimo: Non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupiêrunt: Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus periêrunt. Neque murmuraueritis, ſicut quidã eorum murmurauerunt, & periêrunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

3. LEVITICI vigeſimoſexto: Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quę à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoquè hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtrà feretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos. Fugietis nemine perſequentes. Sin autẽ nec ſic obedieritis mihi, addã correptiones veſtras ſeptuplùm propter peccata veſtra, & conterã ſuperbiã duritię veſtræ. Daboq́ue vobis cælum deſupèr ſicut ferrum, & terram æneam. & cætera quæ ſequuntur.

4. NVMERORVM quinto: Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, &c. Si declinâſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumq́ue cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur: Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente, putreſcat femur.

5. EXODI trigeſimoſecundo: Hęc dicit Dominus Deus Iſraël, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, (inquit Moyſes ad filios Leui, cùm Iſraëlitæ adorâſſent vitulum) & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Feceruntq́ue filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntq́ue in die illa quaſi trigintatria millia hominum. Qui peccauerit mihi, (inquit Dominus) delebo eum de libro meo. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.

6. LVCAE ſeptimo: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.

7. TOBIAE duodecimo: Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ.

8. SAPIENTIAE decimoſexto: Homo occîdit per malitiam animam ſuam.

9. PSALMO quinquageſimo: Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarũ dele iniquitatem meã. Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

1. B. AD Romanos duodecimo: Nulli malum

pro malo reddentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Deut.32.

2. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem &c. Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiã, patientiam, ſupportantes inuicèm, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduersùs aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ità & vos.

3. LVCAE vigeſimotertio: Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.

4. ACTORVM ſeptimo: Domine, nè ſtatuas illis hoc peccatum.

5. MARCI vndecimo: Et cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduersùs aliquem: vt & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec Pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

6. AD Epheſios quarto: Eſtote inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

7. LVCAE ſexto: Dimittite, & dimittemini.

8. MATTHAEI ſexto: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

9. ET decimooctauo: Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusquè redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Et paulò antè: Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiès peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vſque ſeptiès? Dixit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſeptiès: ſed, vſque ſeptuagiès ſeptiès.

10. ECCLESIASTICI vigeſimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram: & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memento noviſſimorum, & deſine inimicari.

11. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimoquarto: Quiſquis roganti & peccati ſui pœnitenti non ex corde dimittit, nullo modo exiſtimet à Domino ſua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non poteſt: Si non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt. Matth.6. Tonitruum magnum.

XII.

Quid continet ſexta petitio, Nè nos inducas in tentationem?

Iob 7.a Iudith 8.c Tob.3.d 12.c Matth.4. a b 26. d Heb.2.d 2.Theſſ.3.a 1.Ioã. 2.c 5.a Matt.16.d 1.Cor.9.d 10.c Iac.4.b 1.b 1.Pet.5.c 2.Pet.2.b Epheſ.6.b c Coloſſ.3.a Apocal.2.b c g 2.Tim.4.b

QVONIAM præſens hæc vita perindè àc militia eſt ſuper terram, dum varijs tentationibus ſemper impugnamur, grauiterq́; cum mundo, carne, & Satana conflictamur, idcircò piè ſoliciti diuinam opem imploramus, nè huiuſmodi aduerſariorum impugnationibus ſuccumbamus, atque ſuccumbendo damnemur, ſed vt in hac perpetua pugna durantes, Deiq́ue dextera nitentes, poteſtati Satanæ reſiſtamus fortiter, contemnamus mundum, caſtigemus carnem, atque ità demùm velut inuicti milites Chriſti, poſt victoriam coronemur.[a] *Neque enim coronabitur,* Apoſtolo teſte, *niſi qui legitimè certauerit.*

a 2.Tim.2.a

TESTIMONIA.

1. IOB ſeptimo: Militia eſt vita hominis ſuper terram.

2. IVDITH octauo: Memores ſint, quia tentati ſunt Patres noſtri, vt probarentur, ſi verè colerent Deum ſuum. Memores eſſe debent, quomodò pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerũt Deo, per multas tribulationes tranſièrunt fideles. Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perièrunt. Et nos ergò non vlciſcamur nos pro his quæ patimur: ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, quibus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus.

3. TOBIAE tertio (ait Sara): Hoc pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

4. ITEM capite duodecimo ait Raphaël ad Tobiam: Quia acceptus eras Deo, neceſsè fuit vt tentatio probaret te.

5. MATTHAEI quarto: Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.

6. ET capite vigeſimoſexto: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

7. AD Hebræos ſecundo: In eo in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur, auxiliari.

8. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes tertio: Fidelis autem Dominus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo.

9. PRIMAE Ioannis ſecundo: Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum: Nolite diligere mundum &c. quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

10. ET capite quinto: Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quę vincit mundum, fides noſtra.

11. MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

12. PRIORIS ad Corinthios nono: Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo. Ibidèm: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.

13. Et

Digitized by Google

13. ET capite decimo: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat. Tentatio vos non appræhendat, niſi humana. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

14. IACOBI quarto: Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicunque ergò voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.

15. ET primo: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deindè concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

16. PRIORIS Petri capite quinto: Aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide. Deus autem omnis gratiæ, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

17. POSTERIORIS Petri ſecũdo: Nouit Dominus pios de tentatione eripere.

18. AD Epheſios ſexto: Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduersùs inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem & ſanguinem: ſed aduersùs principes & poteſtates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare &c.

19. AD Coloſſenſes tertio: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiã malam.

20. APOCALYPSIS ſecundo: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Vincenti dabo manna abſconditum. Qui vicerit & cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes &c.

21. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

22. ET capite ſecundo: Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur niſi legitimè certauerit.

XIII.

Quid eſt in ſeptima & poſtrema petitione, Libera nos à malo?

A. PRECAMVR ad extremum, vt huius ſeculi calamitatibus, quibus exercentur etiam pij, non ſinat nos Deus perdi & euerti cum impijs, ſed vt benignitate ſua nos liberet, quatenùs ſaluti noſtræ conuenit, atque ab omni malo cùm corporis, tum animæ, ſiue in hac vita, ſiue in futura propitius tueatur. Nam & ipſe ità promiſit, [a] *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.*

3.Reg.8.d Prou.10.d Eccli 23.a Hier.2.c Tob.1.d 2.c Eccli 27.a Apoc.3.b Pſal.24.c d Pſal.30.a b e Pſal.33.a b d

a Pſal.49.c

B. Demùm totam precationem hac vna voce, [b] *Amen*, claudimus, vt noſtram in orando ſimul & impetrando fiduciam comprobemus, tum propter Chriſti, qui non fallit, promiſſionem, [c] *Petite*, inquit, *& dabitur vobis*: tum propter Patris erga nos immenſam clementiam & propenſam in omnes miſericordiam, vt hinc Ioannes dixerit, [d] *Quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.*

b 2.Cor.1.d. Amb.in Pſal. 40. Hieron.in c.6.Matth.

c Matth.7.b Luc.11.b Ioan.16.d

d 1.Ioan.5.c

TESTIMONIA.

1.A. TERTII Regum octauo: Si fugerit populus tuus Iſraël inimicos ſuos, (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cęlo, & dimitte peccatum populi tui Iſraël, & reduces eos in terrã quam dediſti patribus eorum. Si clauſum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, &c. Ità Salomon in oratione ſua.

2. PROVERBIORVM decimo: Quaſi tempeſtas trãſiens non erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impiorum peribit. Fortitudo ſimplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum. Iuſtus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt ſuper terram.

3. ECCLESIASTICI vigeſimotertio: Nè incidam in conſpectu aduerſariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Domine pater & Deus vitæ meæ, nè derelinquas me in cogitatu illorũ. Extollentiam oculorum meorum nè dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus cõcupiſcentiæ nè appræhendant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ nè tradas me.

4. IEREMIAE ſecundo: Nunquìd ſeruus eſt Iſraël aut vernaculus? quarè ergò factus eſt in prędam? Super eum rugiẽrunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem: ciuitates eius exùſtę ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Nunquìd non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

5. TOBIAE primo: Cùm rex Sennacherib iratus multos occideret ex filijs Iſraël, Tobias ſepeliebat corpora eorum. At vbì nunciatum eſt regi, iuſſit eum occídi, & tulit omnem ſubſtantiã eius. Tobias verò cum filio ſuo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia diligebant eum. Poſt dies verò quadragintaquinque, occiderunt regem filij ipſius, & reuerſus eſt Tobias in domum ſuã, omnisq́; facultas eius reſtituta eſt ei.

6. ET ſecundo: Contigit autem vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam, iactâſſet ſe iuxta parietem, & obdormîſſet: & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretq́; cæcus. Hanc autem tentationem ideò permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Nam cùm ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata eius cuſto-

dierit, non eſt contriſtatus cõtra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Nam ſicut beato Iob inſultabant reges, ità iſti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicẽtes: Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ità loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquàm mutant ab eo.

7. ECCLESIASTICI viceſimoſeptimo: Propter inopiam multi deliquerunt. Si nõ in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.

8. APOCALYPSIS tertio: Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare habitantes in terra. Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

9. PSALMO viceſimoquarto: Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te. Innocentes & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſtinui te. Libera Deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.

10. ET trigeſimo: Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. Saluaſti de neceſſitatibus animam meam. Nec concluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequẽtibus me. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluum me fac in miſericordia tua.

11. ITEM trigeſimotertio: Exquiſiui Dominũ, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxtà eſt Dominus ijs qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit. Multæ tribulationes iuſtorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum, delinquent. Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum: & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

12. ET pſalmo quadrageſimonono, vt in textu.

1. B. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Ideò & per ipſum, Amen Deo, ad gloriam noſtram.

2. AMBROSIVS in Pſalmum quadrageſimum ſuper ea verba, Fiat, fiat: In Hebræo habet, Amen, amen: vt aſſeruerunt qui librum legerunt in Hebraicis literis ſcriptum. Græcus hoc loco, γένοιτο, γένοιτο dixit: quod eſt, fiat, fiat. Quod verbum *Fiat, fiat.*
diuerſas ſignificationes habet, vt ſit interdùm imperantis, interdùm precantis, interdùm confirmantis aliquid. Imperantis eſt, cùm ſuperior inferiori ſtatuit, quid faciendum ſit vel ſequendum. Precantis eſt ſicut illud, Fiat voluntas tua. Non *Matth. 6.*
enim Deo quis imperat, ſed precem fundit. Confirmantis eſt, cùm benedicit Propheta, vel ſacerdos, vel ſanctus aliquis, & populus reſpondet, Fiat, Fiat. Sicut enim cùm ſacerdos benedicit, populus reſpondet, Amen, confirmans benedictio- *Amen.*
nem ſibi, quam plebi ſacerdos à Domino deprecatur: ità in Pſalmo reſponſum eſt, Fiat, fiat, quaſi, Amen, amen. Amen autẽ confirmationis verbum euidenter oſtenditur in Euangelio, vbi Dominus *Matt. 18. & 19.*
cõfirmans ſermonem ſuum, dicit: Amen dico vobis. Maior autem vis eſt, vbi repetitus eſt ſermo; quod in libro Euangelij ſecundùm Ioannem fre- *Ioan. 3. 6. 10.*
quentiùs inuenimus: quia maximè de cæleſtibus & profundis myſterijs eſt locutus. Indicium quoque eſt libri finiti, Fiat, fiat. Nam in quinque libros diuiſum videtur eſſe Pſalterium.

3. HIERONYMVS in caput ſextũ Matthæi: Amen ſignaculum orationis Dominicæ eſt: quod Aquila interpretatur, fideliter: nos, verò, poſſumus dicere.

4. MATTHAEI ſeptimo, 5. LVCAE vndecimo, vt in textu.

6. IOANNIS decimoſexto: Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

7. PRIMAE Ioannis quinto, vt in textu.

XIIII.

Quæ eſt ſumma orationis Dominicæ?

A. FORMVLAM abſolutam continet non ſolùm orandi ac poſtulandi bona, verùm etiam deprecandi ac fugiendi mala quælibet.

B. Inter bona verò primum eſt illud expetendum, vt Pater cæleſtis ab omnibus ſemper & vbiquè glorificetur: deindè verò, vt illius regni participes efficiamur: tum vt ea nobis adminicula ſuppetant, quibus ad regnum Dei commodè peruenitur. Quale eſt ex parte quidem animæ noſtræ, voluntati diuinæ conformari, ex parte verò corporis, victum habere neceſſarium.

C. Quæ autem ſecundo loco ad finem vſque totius precationis adduntur, affectum exprimunt mala deprecantis, vt Dei gratia & virtute aut penitùs illa remoueantur, peccata nimirùm bonorum omnium corruptelæ, & reliquorum lernę malorum, aut eadem ſic temperentur, nè ſua vi ſaluti conſequendę officere poſſint. Eiuſmodi ſunt variæ in hoc mundo tentationes, & quælibet tum præſentis, tum futuræ vitæ calamitates.

D. Reliqua de Oratione tractanda, in eum reſeruabuntur locum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE

Digitized by Google

DE SALVTATIONE ANGELICA. XV.

Quæ ſalutatio dici Angelica ſolet?

EA, quæ ſanctiſſimæ Virgini Deique matri his verbis defertur: *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.*

Luc.1.c e Chryſo.& Iacob. in Liturgijs. Aug.ſer.2.de Annunc. Ambr. in c.1.Luc. Chryſol. ſerm. 140. & ſeq. Bern. Hom.3. ſuper Miſſus eſt. Fulgent.in ſer.de laudib.B.Virginis.

TESTIMONIA.

1. LVCAE primo: Et ingreſſus angelus, ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Nè timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Eccè concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Et paulò pòſt: Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Eccè enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, & beata quę credidiſti, quoniam perficientur ea quę dicta ſunt tibi à Domino.

Interceſſio B. Virginis & Sanctorum aliorum.

2. CHRYSOSTOMVS in Liturgia, ſiue in Miſſa ſua: Precibus Domine eius quę genuit te Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, ſanctarum omnium poteſtatum ſpiritualium, precioſi prophetæ præcurſoris ac Baptiſtæ Ioannis, ſanctorum glorioſorum Apoſtolorum, & ſancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus, miſerere & ſerua nos. Ibidèm ſępiùs: Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ cum omnibus ſanctis memoriam agentes, noſipſos, & inuicèm, & omnem vitam noſtram Chriſto Deo noſtro commendemus. Iterùm: Precibus ſanctiſſimæ Deiparæ, ſeruator, ſerua nos. Et paulò pòſt: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, per preces dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, ſancti & glorioſi Apoſtoli & Euangeliſtæ huius. Et quibuſdam interpoſitis: Vt verè dignum & iuſtum eſt, glorificare te Deiparam & ſemper beatiſſimam, & penitùs incontaminatam matrem Dei noſtri &c. vt infrà quęſtione decimanona. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quoniam ſaluatorem animarum peperiſti noſtrarũ. Rurſùm: Interceſſione immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ dignum me fac, vt ſine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remiſſionem peccatorum, &c. Iterùm: Dirige noſtram viam, & confirma nos in timore tuo omnes, cuſtodi vitam noſtram, ſtabili noſtros greſſus, precibus & ſupplicationibus ſanctæ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, & omnium ſanctorum.

Preces Deiparæ. Pſal.67.

Preces Mariæ & Sanctorum.

Salutatio Angelica.

Interceſſio Dominæ noſtræ.

Preces & ſupplicationes Mariæ & omnium Sanctorum.

3. IACOBVS Apoſtolus & frater Domini in Liturgia ſiue Miſſa ſua: Commemorantes ſanctiſſimam, immaculatam, glorioſiſſimã Dominam noſtram matrem Dei, & ſemper virginem Mariam, cum omnibus ſanctis & iuſtis, noſipſos, & inter nos, & omnem vitã noſtrã Chriſto Deo commendemus. Ibidèm: Commemorationẽ agamus ſanctiſſimæ, immaculatę, glorioſiſſimæ, benedictę Dominę noſtrę matris Dei, & ſemper virginis Mariæ, ac omnium ſanctorum, & iuſtorum, vt precibus atque interceſſionibus eorum omnes miſericordiam conſequamur. Et poſt quędam: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia ſaluatorem peperiſti animarum noſtrarum. Dignum eſt, vt te verè beatam dicamus Deiparam ſemper beatam, & omnibus modis irrepræhenſam, & matrem Dei noſtri, honorabiliorẽ quàm Cherubim, & glorioſiorem quàm Seraphim, quæ ſine corruptione Deum verbum peperiſti, te reuerà Deiparam magnificamus. Tibi ô plena gratiæ, vniuerſa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominum genus, quæ es templũ ſanctificatum, paradiſus ſpiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem aſſumpſit, & puer factus eſt Deus noſter, qui eſt ante ſecula. tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem ac ampliorem cælis ipſis reddidit. tibi ô gratiæ plena, vniuerſa creatura gratulatur: gloria tibi.

Preces & interceſſiones B Virginis & Sanctorum.

Salutatio Angelica.

Laudes Deiparæ.

Vniuerſa creatura Mariæ gratulatur.

4. AVGVSTINVS ſermone ſecundo de Annunciatione Dominica, qui eſt ſermo decimuſoctauus de ſanctis: Deſcendit Angelus de cælo, miſſus à patre Deo in noſtræ redemptionis exordiũ, ad beatam ſalutandã Mariam: Aue, ait, gratia plena, Dominus tecum. Impleta eſt ergò Maria gratia, & Euæ vacuata eſt culpa. Maledictio Euæ, in benedictionem mutatur Marię: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Tecum Dominus in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecũ in auxilio. Gratulare beata virgo, Chriſtus rex è cælo ſuo incarnatur in vtero tuo, ex ſinu Patris in vterum dignatur deſcendere matris. Benedicta tu, inquit, in mulieribus, quæ vitam & viris & mulieribus peperiſti. Mater generis noſtri pœnã intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, fides pro perfidia compẽſatur. Et poſt quędam: O beata Maria, ſeculum omne captiuum tuũ deprecatur aſſenſum, te apud Deum mundus ſuæ fidei obſidem fecit. Noli morari virgo, nuncio feſtinanter reſponde verbum, & ſuſcipe filium: da fidem, & ſenti virtutem. Eccè, inquit, ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbũ tuum. Nec mora, reuertitur nũcius, & virginalem thalamum ingreditur Chriſtus. Efficitur ſubitò prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per ſecula prędicatur felix. Quid mirum, ſi ſine corruptione naſcitur, qui de ſanctificatione concipitur? Non enim decebat, vt ille qui nobis afferebat ſalutem, matri præriperet integritatis dignitatẽ. Nam qui terra, mari, cæloq; non capitur, intra vnius corpuſculi membra ſuſcipitur. Hæc eſt illa nouitas, Hieremiæ Prophetæ vaticinio prænunciata: Faciet, inquit, Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum. O fœmina ſuper fœminas benedicta, quæ virum omninò non nouit, & virum ſuo vtero circundedit. Circundat virum Maria, Angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum ſerpenti conſentiendo. O beata Maria, quis tibi dignè valeat iura gratiarum ac laudum præconia rependere, quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo

Luc.1.

Expoſitio Salutationis Angelicæ.

Comparatio cum Eua.

Luc.1.

Felix per cuncta ſecula.

Hier.31.

Digitized by Google

mundo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluat, quæ ſolo tuo cõmercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaq; quaſcunque exiles, quaſcunque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excuſabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente poſcimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus: quia tu es ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, & in te beatiſſima noſtrorum eſt expectatio præmiorum. Sancta Maria, ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles: &c. vt infrà quæſtione decimanona. Aſſiſte parata votis poſcentiũ, & repende omnibus optatum effectum. Sint tibi ſtudia aſſiduè orare pro populo Dei, quæ meruiſti benedicta redemptorem ferre mundi.

Inuocatio B. Virginis.

Spes vnica peccatorum poſt Chriſtũ.

5. AMBROSIVS in caput primum Lucę: Maria benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nuſquàm lecta eſt, nuſquàm antè cõperta. Soli Marię hæc ſalutatio ſeruabatur. Benè enim ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam, quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratię repleretur authore. Ibid. Nec mirum ſi Dominus redempturus mundum, diuinam operationẽ ſuam inchoauit à matre, vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore. Rursùs: Et meruit audire, Beata quę credidiſti. Et verè beata, quæ ſacerdote præſtãtior: cùm ſacerdos negâſſet, virgo correxit errorem.

Salutatio antè inaudita.

Gratiã, quã nulla alia meruit, conſecuta eſt.

Luc.1.

6. PETRVS Chryſologus Archiepiſcopus Rauennas, ſermone centeſimo quadrageſimo & ſequentibus, exponit Euangelium de Annunciatione Dominica, atque inter cætera ſermone centeſimo quadrageſimo ſic ait: Facta eſt verè nunc mater viuentium per gratiam, quæ mater antè extitit morientium per naturam. Quantus ſit Deus, ſatìs ignorat ille, qui huius virginis mẽtem non ſtupet, animum non miratur: pauet cęlum, tremunt angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit: & vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cæleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium pro ipſa domûs exigat penſione, pro ipſius vteri mercede conquirat, & impleat illud Prophetæ: Eccè hęreditas Domini filij, merces fructus ventris. Deindè ſermone centeſimo quadrageſimoſecundo: Agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum Eua angelus egerat de ruina. Ante cauſam dignitas virginis annunciatur ex nomine: nam MARIA Hebræo ſermone, Latinè domina nuncupatur. Et ſermone centeſimo quadrageſimotertio: Aue gratia plena. Quia ſingulis gratia ſe eſt largita per partes, MARIAE verò ſimul ſe totam dedit gratiæ plenitudo. Omnes, inquit Euãgeliſta, de plenitudine eius accepimus. Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior: nam Deum quem mundus non capit, ſola cepit. Portauit Deum, qui portat orbem: genuit genitorem ſuum, nutriuit omnium viuentium nutritorem.

Pſal. 126.

MARIA.

Ioan.1.

7. BERNARDVS homilia tertia de laudibus Virginis matris, ſuper Euangelium, Miſſus eſt Angelus Gabriel: vbi explicat Angelicam ſalutationem, atq; inter cætera ità ſcribit: Legimus in Actibus Apoſtolorum & Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos fuiſſe repletos ſpiritu ſancto: ſed longè diſſimiliter à Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodùm in Maria: nec illi conceperunt de ſpiritu ſancto, quomodò Maria. Quid mirum ſi gratia plena erat, cum qua Dominus erat? Pręuenit ſuum nuncium ad virginem, quã amauerat, quam ſibi elegerat, cuius decorẽ concupierat. Meritò autem concupiuit rex decorem virginis. Fecerat enim quicquid longè anteà præmonita fuerat à patre ſuo Dauid, dicente ſibi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et ſi hoc feceris, concupiſcet rex decorem tuum. Inclinauit aurem ſuã ad obedientiam, & cor ſuum ad diſciplinam, & oblita eſt populum ſuum, & domum patris ſui: quia nec populum ſuum augere prolis ſucceſſione, nec domui patris ſui relinquere curauit hæredem: ſed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio, quando & Chriſtum ſibi filium vẽdicauit, nec propoſitum pudicitiæ violauit. Benè igitur gratia plena, quę & virginitatis gratiam tenuit, & inſupèr fœcunditatis gloriam acquiſiuit. Non dixit, Dominus in te: ſed, Dominus tecum. Deus enim qui vbiquè æqualiter totus eſt per ſuam ſimplicem ſubſtantiam, aliter tamen in rationalibus creaturis, quàm in cæteris, & ipſarum aliter in bonis, quàm in malis eſt per efficaciam. Ità ſanè eſt in irrationabilibus creaturis, vt tamen non capiatur ab ipſis. A rationalibus autem omnibus quidem capi poteſt per cognitionem, ſed à bonis tantùm capitur etiam per amorem. In ſolis ergò bonis ità eſt, vt etiã ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis. Sed cùm ità ſit cum omnibus ſanctis, ſpecialiter tamen cum Maria, cum qua vtiquè tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolùm voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, àc ſi de ſua virginisq; ſubſtãtia vnum Chriſtum efficeret, vel potiùs vnus Chriſtus fieret: qui etſi nec totus de Deo, nec totus de virgine, totus tamen Dei & totus virginis eſſet: nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius. Nec tantùm Dominus filius tecum, quem carne tua induis: ſed & Dominus Spiritus ſanctus, de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. Non quia tu benedicta, ideò benedictus fructus ventris tui: ſed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideò tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ ſunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoquè accepiſti cum cęteris, etſi differentiùs à cęteris. Benedictus in odore, benedictus in ſapore, benedictus in ſpecie. Ex cuius benedictione benedicta etiam tu in mulieribus: quia non poteſt mala arbor fructum facere bonum. Benedicta, inquam, tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euaſiſti, qua dictum eſt: In triſtitia paries filios: & nihilominùs illam, qua ſecutum eſt, Maledicta ſterilis in Iſraël: ac ſingularem conſecuta es benedictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cum dolore parturias. O virgo prudens, ô virgo deuota, quis te docuit, Deo placere virginitatem? Tu non dicam præceptum, ſed nec conſilium habes, nec exemplum, niſi quòd vnctio docebat te de omnibus, ac ſermo Dei viuus & efficax antè tibi factus eſt magiſter, quàm filius: priùs inſtruxerit mentem, quàm indueri t carnem. Chriſto ergò deuoues te exhibere virginem, & neſcis quòd ipſi exhiberi te oportet etiam matrem. Eligis in Iſraël eſſe contemptibilis, & vt illi placeas cui te probãſti, maledictum incurrere ſterilitatis: & eccè maledictio benedictione commutatur, ſterilitas fœcunditate recompenſatur.

Actor.6.

Plena gratia.

Pſal.44.

Philip.3.

Dominus tecum.

Benedicta.

Benedictus fructus.

Matth.7.

Gen 3.

Maria virginitatem vouit.

8. FVLGENTIVS Ruſpenſis epiſcopus in ſermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris: Facta eſt Maria feneſtra cæli, quia per ipſam Deus, &c. vt infrà quæſtione decimanona. Tria deniquè mala Euæ, à tribus bonis Mariæ probantur excluſa. Nam Euæ dictum eſt, In doloribus & triſtitia paries, & ad virum cõuerſatio tua, & ipſe dominabitur tuî. Tribus ergò his malis ſe ſubiugant fœminę quæ Mariam nõ ſequuntur, dolori,

Comparatur cum Eua.

Gen. 3.

triſti-

Digitized by Google

triſtitiæ, ſeruituti. Maria autem econtrariò, quàm præclariſſimis tribus bonis ſublimetur auſculta, ſalutationis Angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratię. Sic enim eam legitur ſalutâſſe: Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cùm dixit, Aue, ſalutationem illi cæleſtem exhibuit. Cùm dixit, gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam reſtitutam. Cùm dixit, benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictum fructum expreſſit, vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quæcunque perſeuerauerit virgo. Maledicta enim Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeâſſe. Venite virgines ad virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parturientem, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem, venite iuuenculæ ad iuuẽculam. Ideò omnes iſtos curſus naturæ virgo Maria, in Domino noſto Ieſu Chriſto ſuſcepit, vt omnibus ad ſe confugientibus fœminis ſubueniret, & ſic reſtauraret omne genus fœminarum ad ſe venientium, noua Eua ſeruando virginitatem, ſicut omne genus virorum Adam nouus recuperat Dominus Ieſus Chriſtus.

Ad ſe confugientibus ſubuenit.

XVI.

Vndè hic modus Deiparam Virginem ſalutandi profluxit?

A. Primvm ex Euangelicis verbis & exemplis nata eſt hęc ſalutatio, quando nos ità docēt afflati diuino ſpiritu magnus Gabriel Archangelus,[a] & præcurſoris Domini mater ſancta Eliſabetha.

B. Deindè confirmat nobis hanc ſalutandi formulam vſus & cõſenſus Eccleſiæ perpetuus, quem ſancti Patres[b] & maiores in hunc vſque diem religioſiſſimè obſeruârunt, ac obſeruari à nobis voluêrunt.

a Lucæ 1. c e

b Damaſc. in Cantico de annunc. Dei genitricis. Athanaſ. in Euãg. de ſanctiſſ. Deipara, & plures alij.

1. LVCAE primo, vt ſuprà quæſtione præcedenti, teſtimo. primo.

2. DAMASCENVS in cantico ſiue carmine in ſanctiſſimæ Dei genitricis Annunciationem: Tanquàm viuam Dei arcam prophanorũ manus haudquaquàm tangant. At verò piorum labia Dei genitrici angeli vocē ſine vlla intermiſſione modulantes cum exultatione clamēt, Aue gratia plena, Dominus tecum.

Pij indeſinẽter B. Virgini recitent ſalutationem angelicam.

3. ATHANASIVM, pluréſque alios, vide quæſtione decimaoctaua & decimanona ſequentibus.

XVII.

Quid prodeſt huiuſmodi ſalutatione vti?

A. His præclaris verbis admonemur primùm ſummi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare voluit in Chriſto, & humano generi redimendo clementer exhibere.

Galat. 4. a

B. Tum inſignis hęc eſt commendatio ſacroſanctę & admirandæ Virginis, quam nobis Deus inuentricem gratiæ ac vitæ genitricem eſſe decreuit.

Lucæ 11. d 1. e

C. Quarè nihil mirum, ſi poſt pia vota, quæ in precatione Dominica Deo commendauimus, hîc acceptæ per Chriſtũ gratiæ memores, non modò Chriſti matrem, ſed etiam Deum Patrem in eadem Virgine Deipara laudemus, & collætantes angelis, eandem reuerenter, & ſæpè quidem, ſalutemus.

TESTIMONIA.

A. AD Galatas quarto: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

1. B. LVCAE vndecimo: Factum eſt autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimmò.

2. ET primo: Et ait angelus ei: Nè timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. eccè concipies in vtero, &c.

XVIII.

Quis eſt huius ſalutationis ſenſus?

A. Primis quidem verbis iure gratulamur, & gratulando prędicamus eam, quæ nobis Euam ſecundam, eamque felicem præſtitit. Etenim quod illa prior mundo intulit Vę maledictionis, hęc ſuo ſalutifero partu ſuſtulit, ipſamque maledictionem filiorum Adæ, benedictione perpetua commutauit.

Andreas Hieroſ. Archiepiſ. Cretenſis in ſalutationem angelic. Iren. lib. 3. c. 31. & 33. Hier. ad Euſtoch. de cuſtod. virg. epiſt. 22. c. 8. & 9. Innocēt. 3. ſer. 2. de Aſſumptione. Bern. hom. 2. ſuper Miſſus eſt. Aug. ſerm. 2. de Annunciat.

B. Digna quidem illa, quę gratia plena prędicetur, vt quę plena Deo, plena virtutibus, ſola (nam Ambroſij verbis vtemur) gratiam quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur authore. Et quis potuit in eius anima vel corpore locus eſſe vitiorum, quando ſancti ſanctorum eſt templum effecta?

Ambr. in 1. cap. Luc. vide Bernard. ſer. 9. ex paruis.

C. Additur porrò, *Dominus tecum*: quia & virtus Patris illi ſingulariter[a] obumbrauit, & Spiritus ſanctus cumulatiſſimè ſuperuenit, &

a Lucæ 1. d

[b] Verbum

Digitized by Google

b Ioan.1.a Pſal.18.a

[b] Verbum caro factum ex illa, tanquàm ſponſus de thalamo ſuo, admirabiliter proceſſit.

*Eſa.7.c Ezech.44.a
c Lucæ 1.e
d Cant.4.b
e Ambr. epiſt.81. Hier. in Heluid.&in apolo.pro lib. aduersùs Iouin.cap.8.
f Aug de nat.& grat.ca.36. Conc.Trident.ſeſſ.5. Item ſeſſ.6.canone 23.

D. Ad hæc, *benedicta in mulieribus*, quia * virginitate ſponſa ſimul & fœcunditate mater exiſtit, quam proindè ſummo iure [c] beatam dicunt, ſemperque dicent omnes generationes. Mulier tota [d] pulchra & immaculata, virgo ante partum, in partu, & poſt partum, [e] ſemper incorrupta, ab omni [f] peccati labe libera, ſuper cælos omnes exaltata, quæ nec minùs viuificando profuit, quàm infelix Eua obſuit mortalibus occidendo.

g Eſa.11.a.
h Ioan.15.a
i Lucæ 11.d

E. *Et benedictus fructus ventris tui* IESVS, vt qui ex MARIA radice [g] velut flos aſcendens, & ipſe quodammodò terræ fructum ſe præſtitit, & æternæ ſalutis fructum ità membris ſuis, ſicut vitis [h] palmitibus ſuccum & vigorem ſuppeditat. Verè [i] beatus venter, qui te portauit & edidit mundo Saluatorem: verè beata vbera, quæ de cęlo plena, filium Dei lactauerunt.

k Vide antiquum Breuiarium Rom. & nouum ex edicto Cōcilij Trident. editū.
l Ephræm de laudib. Marię & in orat. ad eādem. Itē in lament. B. virg. Iren. lib. 5. c. 19. Nazian. orat. 18 in Cyprianū. & in Tragœd. Chriſtus patiens. Fulgen. in ſer. de laudibus B virg. Anſelmus de excellentia B. virginis, ca. 12. Bern. ſerm. 2. Dom. 1. poſt octau. Epiph. & ſerm. 1. & 4. de Aſſumpt. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ. & in carmin. ad eandem.
m Cant. 2.a

F. Et additur demùm ab Eccleſia, [k] *Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ.* Quippe ſanctorum [l] Patrum veſtigijs inſiſtentes, non modò laudabilem & admirabilem illam Virginem, quæ ſicut lilium [m] eſt inter ſpinas, ſalutamus, ſed & eam virtute Dei auctam eſſe tanta credimus atque profitemur, vt poſſit prodeſſe, fauere, annuere miſeris mortalibus, dum hi præſertim ſe ſuaque vota illi commendant, ac diuinam gratiam matris interceſſione ſupplices expetunt.

TESTIMONIA.

Lucæ 1. Dominus tecum.

1. A. ANDREAS Hieroſolymitanus Archiepiſcopus Cretenſis, in ſalutationem Angelicam: Aue, inquit, gratia plena: Dominus tecum. Qui eſt ante te, hodiè tecum eſt, & paulò pòſt erit ex te. Illud quidem ab omni æternitate, hoc autem in tempore. O immēſam humanitatem, ô benignitatem incredibilem. Non fuit ſatis gaudium indicâſſe, niſi ipſum gaudij authorem ineſſe Virgini ſignificaret. Illud enim, Dominus tecū, perſpicuè Regis præſentiā declarat, qui ſic ex ipſa corpus aſſumit humanum, vt à propria gloria nō recedat. Aue gratia plena, Dominus tecum. Gaude lætitiæ inſtrumentum, per quod triſtis execrationis ſententia in lætum gaudij iudicium cōmutatur.

Eximiæ laudes B. Virgin.

Gaude verè benedicta, gaude virgo pręclariſſima, gaude ornatiſſimum diuinæ gloriæ templum. Gaude ſacroſanctum regis palatium, gaude thalame, in quo ſibi Chriſtus humanitatem ſponſam adiunxit. Gaude electa à Deo antequàm genita. Gaude diuinum inter Deum atque homines conciliationis perfugium.

Perfugium conciliationis inter Deum & homines.

Gaude theſaure vitæ immortalis, gaude cælum, in quo ſol gloriæ ſplendet: domicilium cælo præſtantius. Gaude vnicum illius, qui nuſquàm capitur, ampliſſimum habitaculum. Gaude ſancta terra virginea, ex qua nouus Adam formatur, qui veterem Adam ſeruet. Gaude fermentum ſanctum ac Deo gratum, ex quo totius generis humani maſſa fermentatur, & in vnius corporis Chriſti panem euadit, & admirabili ratione coaugmentatur.

Figuræ B. Virginis. Gen.7. Exod.37.

Gaude gaudij mater ſempiterni, gaude noua Dei arca, in qua Dei Spiritus cōquieſcit. Arca, in qua noſter Noë Chriſtus humanitatē ſeruauit: arca, in qua nouę glorię ſanctificatio, & qui natura ſanctus eſt, in virginea naturæ officina corpus ſibi ratione mirabili fabricatus eſt, non deponens id quod erat: eſt enim immutabilis: ſed aſſumens id quod nō erat: eſt enim benignus & hominū amantiſſimus.

Exod.16. Heb.9. Pſalm.80. Eſaiæ 6.

Gaude vrna aurea, quæ contines illum, qui dulce manna & mel è petra ingrato populo ſubminiſtrauit. Gaude Seraphica myſtici carbonis ardentis forceps. Salue ſpiritale pręcognitionis perſpicuę ſpeculū, per quod Prophetæ infinitam erga nos Dei ſubmiſſionem myſticè vaticinati ſunt. Gaude ſpeculū, per quod iuſtitiæ ſolem venientem è cælo ſuſpicientes ij qui denſis in tenebris peccati verſabantur, illuſtrati ſunt. Salue Prophetarum & Patriarcharū omnium decus, & clariſſima arcanæ pręcognitionis humanæ tuba. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et meritò benedicta: benedixit enim te Deus tabernaculū ſuum, quoniam paternæ gloriæ plenū Chriſtum Ieſum, hominem eundem & Deum in ijs ex quibus, & in quibus naturis cōſiſtit, admirabili ratione in vtero tuo geſſiſti. (Benedicta in mulieribus.) Benedicta tu in mulieribus, quę cęleſtem theſaurum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei recōditi, in ſacro virginitatis tuæ penu, ſine anguſtia compręhendiſti. (Coloſſ.2.) Tu verè benedicta es, cuius vterus areæ cumulus eſt: quia benedictionis fructum, immortalitatis ſpicā Chriſtum, ſine ſemine, ſine cultoris labore multiplicem frugum innumerabilium meſſem * noſtræ ſalutis Agricolæ produxiſti. (for. *noſtræque ſalutis agricolam) Tu verè benedicta, quæ ſola ex omnibus matribus creatori tuo mater electa es, & quod eſt matrum omnium proprium ignoras: cuius quoquè excellentia virginitatis, maternis doloribus corrupta non eſt, virgineo germine tuo ſigna tuæ caſtitatis integra cōſeruante. Tu verè benedicta, quæ ſola ſine viri coniunctione filium genuiſti, qui cælos cōdidit, & terram virginitate tua cælis exæquauit. Benedicta tu in mulieribus, quæ ſola benedictionem ſuſcepiſti, quam Deus per Abraham gentibus omnibus promiſit. Tu verè benedicta, quę ſola benedicti filij Ieſu Chriſti & Saluatoris noſtri declarata es mater, per quam clamant gentes: Benedictus qui venit in nomine Domini: (Pſal.117.) &, Benedictum nomen gloriæ eius in ſecula: (Pſal.71.) &, Implebitur gloria eius omnis terra: fiat, fiat. Benedicta tu in mulieribus, quam beatam dicunt omnes generationes: (Luc.1.) quam reges honorant, principes venerantur, diuites populi obſecrant, (Diuites Mariam obſecrant.) virgines quæ vel præceſſerunt vel ſequuntur, in

templum

templum Regis comitantur. Benedicta tu in mu-
lieribus, quam Eſaias oculis propheticis aſpiciẽs,
Eſa. 8. prophetiſſam, & virginem, & laterem, & locum,
& caput libri obſignatum arcana ratione nomi-
Ezech. 44. nauit. Benedicta tu verè, quam Ezechiel auroram,
& portam cõcluſam, per quam ſolus Deus ingreſ-
ſus eſt, & rurſum cõcluſam appellauit. Tu ſola ve-
Dan. 2. rè benedicta, quam vir deſideriorũ Daniel mon-
Abac. 3. tem vidit, & Abacuc admirabilis montem opa-
Pſal. 67. cum. Montem quoquè Dei, montem pinguem,
montem coagulatum, montem in quo placitum
eſt Deo habitare, te tuus ille progenitor atque rex
propheticè decantauit. Benedicta tu in mulieri-
Zach. 4. bus, quam Zacharias rerum diuinarum inſpector
eximius candelabrum aureum vidit ſeptem lu-
cernis, & ſeptem infuſorijs, id eſt, ſeptem Spiritus
ſancti muneribus exornatum. Tu verè benedicta,
quæ tanquàm paradiſus intra te contines ipſius
Gen. 2. Eden plantatorem Chriſtum: qui infinita virtute
ex almo vtero tuo prodiens inſtar fluuij, quatuor
principijs per Euangelium rigat faciem vniuerſæ
terræ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus
Gen 3. fructus ventris tui. Fructus, ex quo protoplaſtus
Adam veſcens, euomet veterem illam potionem,
per quam fraudis venenũ hauſit. Fructus, ex quo
ligni amaritudo dulceſcit: qui expurgat humani-
tatem, qui vero Iſraëli fontes vberrimos præbet
Exod. 15. 16. in ſolitudine, qui aquas amaras efficit dulces, &
& 17. nouum panis ac cibi imbrem emittit. Benedictus
fructus, qui ex incorrupta virginei vteri plãta ma-
Benedictus fructus. turus racemos extulit. Benedictus fructus, ex quo
Ioan. 4. fontes emanant aquæ ſalientis in vitam æternam.
Fructus, ex quo vitalis panis Dominici corporis,
& ſalutare immortalitatis poculum conficitur.
Benedictus fructus, quẽ omnis lingua cæleſtium,
Philip. 2. terreſtrium & infernorum celebrat triplici ſancti-
tate, in vna diuinitate trinitatem indicans perſo-
narum.

2. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hæreſes,
Adam ex terra adhuc virgine formatus. capite trigeſimoprimo: Quemadmodùm proto-
plaſtus ille Adam de rudi terra, & de adhuc virgi-
ne (nondùm enim pluerat Deus, & homo nõ erat
Gen. 2. operatus terram) habuit ſubſtantiam, & plaſma-
Ioan. 1. tus eſt manu Dei, id eſt, Verbo Dei: omnia enim
Gen. 2. per ipſum facta ſunt: & ſumpſit Dominus limum
à terra, & plaſmauit hominem: Ità recapitulans in
ſe Adam ipſe, Verbum exiſtens ex Maria, quæ ad-
huc erat virgo, rectè accipiebat generationem Adę
recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit
patrem hominem, & ex ſemine viri natus eſt, me-
ritò dicerent, & ſecũdum Adam ex Ioſeph eſſe ge-
neratum. Si autem ille de terra quidem ſumptus
eſt, & verbo Dei plaſmatus eſt, oportebat id ipſum
Verbum recapitulationem Adæ in ſemetipſum
faciens, eiuſdem generationis habere ſimilitu-
dinem.

3. ET capite trigeſimotertio: Sicut Eua inobau-
Comparatur cum Eua. diens facta, & ſibi & vniuerſo generi humano cau-
ſa facta eſt mortis: ſic & Maria habens prædeſti-
natum virum, tamen virgo obaudiens, & ſibi &
Vniuerſo generi humano facta eſt cauſa ſalutis. vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis.
Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per
obedientiam Mariæ: quod enim alligauit virgo
Eua per incredulitatem, hoc virgo Maria ſoluit
per fidem.

4. HIERONYMVS epiſtola vigeſimaſecun-
da ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, capite
octauo: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice
Eſa. 11. eius aſcendet. Virga, mater eſt Domini, ſimplex,
Maria virga. pura, ſyncera, nullo extrinſecùs germine cohæ-
rente, & ad ſimilitudinem Dei vnione fœcunda.
Cant. 2. Virgæ flos, Chriſtus eſt, dicens: Ego flos campi, &
Dan. 2. lilium conuallium. Qui & in alio loco lapis præ-
Maria mons eſt. dicatur abſciſſus de monte ſine manibus: ſignifi-
cante Propheta, virginem naſciturum eſſe de vir-
gine. Manus quippe accipiũtur pro opere nuptia-
rum. ET capite nono: In doloribus iugiter Eua
parturiebat: poſtquàm verò virgo cõcepit in vte- Eſa. 9.
ro, & peperit nobis puerum, cuius principatus in
humeros eius, Deum, fortem, patrem futuri ſecu-
li: ſoluta maledictio eſt. Mors per Euam, vita per Vita per Mariam.
Mariam. Ideoq; & ditius virginitatis donum flu-
xit in fœminas, quia cœpit à fœmina.

5. INNOCENTIVS tertius ſermone ſecun-
do de Aſſumptione Mariæ virginis: Oportebat, Confertur cum Eua.
vt ſicut per fœminam mors intrauit in orbem, ità
per fœminam vita rediret in orbem: & ideò quod
damnauit Eua, ſaluauit Maria, vt vndè mors orie-
batur, indè vita reſurgeret. Illa conſenſit diabolo,
& vetitum pomum comedit, ſecundùm illud:
Tulit de fructu, & comedit, deditq; viro: Iſta cre- Gen. 3.
didit angelo, & filium promiſſum concepit, ſe-
cundùm illud: Eccè concipies & paries filium. Luc. 1.
Illa comedit pomum ad mortem, iuxta quod
fuerat illi prædictum: Quacunque die comede- Gen. 2.
ris, morte morieris. Iſta concepit filium ad ſalu-
tem, ſicut ei fuerat prænotatum: Vocabis nomen Matth. 2.
eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſu-
um à peccatis eorum. Illa peperit in dolore, ſe-
cundùm illud: Multiplicabo ærumnas tuas, & Gen. 3.
conceptus tuos, & in dolore paries. Iſta generauit
in gaudio, ſecundùm illud: Annuncio vobis gau- Luc. 2.
dium magnum, quod erit omni populo, quia na-
tus eſt vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Do-
minus, in ciuitate Dauid. Illa fuit de ſolo viro
producta, quoniam ædificauit Dominus Deus co- Gen. 2.
ſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: ſed
produxit virum & fœminam. Hæc autem produ-
cta fuit de viro & fœmina, ſed ſolum virum pro-
duxit: Quia nouum fecit Dominus ſuper terram, Hier. 31.
fœmina circundedit virum gremio vteri ſui. Illa
dicta eſt Eua, huic dictum eſt Aue: quia per hanc Eua in Aue mutatum.
mutatum eſt nomen Euæ: Aue, inquit, gratia ple- Luc. 1.
na, Dominus tecum. Quaſi diceret: Illa fuit plena
peccato, ſed tu plena gratia. Illa fuit maledicta in
mulieribus, ſed benedicta tu in mulieribus. Fru-
ctus ventris illius fuit maledictus Cain, ſed fru-
ctus ventris tui erit benedictus IESVS. Et ſub fi-
nem: Ipſa eſt ergò aurora conſurgens, pulchra vt Cant. 6.
luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies or-
dinata. Luna lucet in nocte, aurora in diluculo,
ſol in die. Nox autem eſt culpa, diluculum pœni-
tentia, dies gratia. Qui ergò iacet in nocte culpæ, Peccator deprecetur Mariam.
reſpiciat lunam, deprecetur Mariam, vt ipſa per
filium cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis
enim de nocte inuocauit eam, & non eſt exau-
ditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis
& ſanctæ ſpei. Qui verò ad diluculum pœnitentiæ Eccli 24.
ſurgit, reſpiciat auroram, deprecetur Mariam: vt Pœnitẽs deprecetur Mariam.
ipſa per filium cor eius ad ſatisfactionem illumi-
net. Quis enim deuotè inuocauit eam, & non eſt
exauditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectio-
nis & ſanctæ ſpei. Quia verò militia eſt vita homi- Iob 7.
nis ſuper terram, (nam mundus poſitus eſt in ma- 1. Ioan. 5.
ligno: caro concupiſcit aduerſùs ſpiritum, oculus Galat. 5.
deprædatur animam, mors ingreditur per fene- Thren. 3. Hier. 9.
ſtras: nec eſt nobis colluctatio tantùm aduerſùs Epheſ. 6.
carnem & ſanguinem: ſed aduerſùs ſpiritualia
nequitiæ in cæleſtibus, aduerſùs rectorem tene-
brarum harum. Aduerſarius enim noſter diabo- 1. Pet. 5.
lus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem
deuoret) quicunq; ſentit impugnationem ab ho- Qui tentãtur, Mariam inuocent.
ſtibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, re-
ſpiciat caſtrorum aciem ordinatam, deprecetur
Mariam, vt ipſa per filium mittat auxilium de Pſal. 19.
ſancto, & de Sion tueatur.

6. BERNARDVS homilia ſecunda de laudi-
bus Virginis Matris ſuper Euangelium, Miſſus eſt:
Curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam. filia Maria reſtauratrix Euæ.
pro matre reſpondeat, ipſa matris opprobrium
auferat: ipſa patri pro matre ſatisfaciat: quia eccè
ſi vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi
per fœminam. Quid dicebas ô Adam? Mulier quã Gen. 3.
dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Ver-

Digitized by Google

Sapien.7. ba malitiæ ſunt hæc, quibus magis augeas quàm deleas culpam. Veruntamen ſapientia vicit malitiam: cùm occaſionem veniæ, quam à te Deus interrogando elicere tentauit, ſed non potuit, in theſauro indeficientis ſuæ pietatis inuenit. Redditur nempe fœmina pro fœmina, prudens pro fatua, humilis pro ſuperba: quæ pro ligno mortis, guſtum tibi porrigat vitę, & pro venenoſo cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergò iniquæ excuſationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, & comedi, & dulce factũ eſt ſuper mel ori meo, quia in ipſo viuificaſti me. Eccè enim ad hoc miſſus eſt angelus ad virginem. O admirandã & omni honore digniſſimam virginem, ô fœminam ſingulariter venerandam, ſuper omnes fœminas admirabilem, parentum reparatricem, poſterorum viuificatricem. Miſſus eſt, inquit, angelus ad virginem. Virginem carne, virginem mente, virginem profeſſione, virginem deniquè qualem deſcribit Apoſtolus, mente & corpore ſanctam. Nec nouiter, nec fortuitu inuẽtam, ſed à ſeculo electam: ab altiſſimo præcognitam & ſibi præparatam, ab angelis ſeruatam, à Patribus præfiguratã, à Prophetis promiſſam. Scrutare ſcripturas, & proba quæ dico. Víſne vt & ego aliqua ex his teſtimonia hîc inſeram? Vt pauca loquar de pluribus, quam tibi aliam prædixiſſe Deus videtur, quãdo ad ſerpentem ait: Inimicitias ponam inter te & mulierem? Et ſi adhuc dubitas, an de Maria dixerit: audi quod ſequitur, Ipſa conteret caput tuum. Cui hæc ſeruata victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdubiò caput contriuit venenatũ, quæ omnimodam maligni ſuggeſtionem tam de carnis illecebra, quàm de mẽtis ſuperbia deduxit ad nihilum. Quam verò aliam Salomon requirebat, cùm dicebat: Mulierem fortem quis inueniet? Et multis teſtimonijs in medium productis, ità concludit: Vides quàm pulchrè & concorditer ſanctorum mira facta, & myſtica dicta ſibi inuicèm concinunt? Vides quàm ſtupendum ſit hoc vnum de virgine, & in virgine factum miraculum, quod tot miracula prçuenerunt, tot miracula promiſerunt? Vnus nimirùm fuit Spiritus prophetarũ: & licèt diuerſis modis, ſignis & temporibus eandem rem diuerſi non diuerſo ſpiritu & prçuiderũt & prędixerunt. Quod Moyſi monſtratum eſt in rubo & igne, Aaroni in virga & flore, Gedeoni in vellere & rore, hoc apertè Salomon præuidit in forti muliere & eius precio, apertiùs Hieremias præcinit de fœmina & viro, apertiſſimè Eſaias declarauit de virgine & Deo. Et in fine ſermonis: Loquamur pauca & ſuper hoc nomine (Maria) quod interpretatũ, maris ſtella dicitur: & matri virgini valdè conueniẽter aptatur. Ipſa nanque aptiſſimè ſideri comparatur: quia ſicut ſine ſuî corruptione ſidus ſuũ emittit radium, ſic abſq; ſuî lęſione virgo parturit filium. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec virgini filius ſuam integritatem. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat: cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiã perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa inquam eſt pręclara & eximia ſtella, ſuper hoc mare magnum & ſpatioſum neceſſariò ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare: nè auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum: reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbię vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis: reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminũ immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo: cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragiũ, non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequens, non deuias: ipſam rogans, non deſperas: ipſam cogitans, non erras. Ipſa tenente non corruis, ipſa protegente nõ metuis, ipſa duce non defatigaris, ipſa propitia peruenis, & ſic in temetipſo experiris, quàm meritò dictum ſit, Et nomen virginis Maria.

Marginalia (left column): Laus B. Virginis. — 1. Cor. 7. — Vaticinationes de ea. — Gen. 3. — Prouer. 31. — Exod. 3. Num. 17. Iud. 6. Prouer. 31. Hiere. 31. Eſa. 7. — Mariæ nomẽ maris ſtellã ſignificat, atque ipſa ſtellę cõparatur. — Num. 24. — Micat meritis. — Inuocanda Maria in tentatione & periculis.

Marginalia (right column): Vt impetres eius orationis ſuffragiũ, nõ deſeras conuerſationis exemplum.

7. AVGVSTINVS ſermone ſecundo de Annunciatione Dominica, vt ſuprà quæſt. decimaquinta, teſtimonio quarto.

1. B. AMBROSIVS in primum caput Lucæ: Benè ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam, quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur authore. — *Gratiã, quam nulla alia meruerat, cõſecuta eſt.*

2. BERNARDVS ſermone nono ex paruis: Chriſtus qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, de ſinu patris ad nos veniens, ædificauit ſibi domum, ipſam ſcilicet matrem ſuam Virginem Mariam: in qua ſeptem columnas excidit. Quid eſt in ea ſeptem columnas excidere, niſi ipſam dignum ſibi habitaculum fide & operibus præparare? Nimirùm ternarius numerus ad fidem propter ſanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores, propter quatuor principales virtutes. Quòd autem in beata Maria ſancta Trinitas fuerit (fuerit dico per pręſentiam maieſtatis) vbi ſolus filius erat per ſuſceptionem humanitatis: teſtatur nuncius cęleſtis, qui ei arcana myſteria reſerans, ait, Aue gratia plena, Dominus tecum. & poſt pauca, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Eccè habes Dominum, habes Virtutem altiſſimi, habes Spiritum ſanctum, habes Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. &c. Et poſt pauca: Vtrùm autẽ & quatuor principales virtutes tanquàm quatuor columnas poſſederit, inquiſitione dignum videtur. Primùm ergò videamus an fortitudinẽ habuerit. Quæ nimirùm virtus quomodò illi abeſſe potuit, quę abiectis ſecularibus pompis, ſpretiſq; voluptatibus carnis, ſoli Deo in virginitate viuere propoſuit? Niſi fallor, hæc virgo eſt quæ apud Salomonem legitur: Mulierem fortem quis inueniet? Quæ adeò fortis fuit, vt illius ſerpentis caput contereret, cui à Domino dictum eſt: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen illius: ipſa cõteret caput tuum. Porrò quòd temperans, prudens, & iuſta fuerit, ex angeli collocutione, & ſua ipſius reſponſione luce clarius comprobamus. &c. Et paulò inferiùs: Fuit igitur beata Virgo Maria, fortis in propoſito, temperans in ſilentio, prudens in interrogatione, iuſta in confeſſione.

Marginalia: 1. Cor. 1. — Prouer. 9. — Habitaculum S. Trinitatis. — Luc. 1. — Poſſedit quatuor virtutes cardinales. — Prouer. 31. — Gen. 3.

1. C. LVCAE primo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

2. IOANNIS primo: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

3. PSALMO decimooctauo: Et ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius.

1. D. ESAIAE ſeptimo: Eccè virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

2. EZECHIELIS quadrageſimoquarto: Porta hæc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi.

3. LVCAE primo: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: eccè enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt.

Digitized by Google

4. CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

5. AMBROSIVS in epiſtola octogeſimaprima ad Syriciũ Papam: vt ſuprà de ſymbolo, quęſt. decima, A. teſtimo. decimoquinto.

6. HIERONYMVS aduersùs Heluidiũ probat perpetuam virginitatem Mariæ, & argumenta contraria refutat ex profeſſo.

7. IDEM in Apologia ad Pammachium pro libris aduersùs Iouinianum, capite octauo: Chriſtus virgo, mater Virginis noſtri virgo perpetua,

Ioan. 20. Luc. 23.

mater & virgo: Ieſus enim clauſis ingreſſus eſt oſtijs: & in ſepulcro eius, quod nouum & in petra duriſſima fuerat exciſum, nec anteà quis, nec poſteà

Cant. 4. Ioel 3.

poſitus eſt. Hortus concluſus, fons ſignatus: de quo fonte ille fluuius manat, iuxta Ioël, qui irrigat torrentem vel funium, vel ſpinarum: funiũ peccatorum, quibus antè alligabamur: ſpinarum, quæ ſuffocant ſementem Patrisfamiliâs. Hæc eſt

Ezech. 43. 44. & 46.

porta orientalis, vt ait Ezechiel, ſemper clauſa & lucida, operiens in ſe vel ex ſe proferens ſancta ſanctorum, per quam ſol iuſtitiæ & pontifex noſter ſecundùm ordinem Melchiſedek ingreditur & egreditur. Reſpondeant mihi, quo modo Ieſus ingreſſus eſt clauſis oſtijs, cùm palpandas manus, & latus cõſiderandum, & oſſa carnemq́ue monſtrauerit, nè veritas corporis phantaſma putaretur: & ego reſpondebo, quo modo ſancta Maria ſit & Mater, & Virgo: virgo poſt partum, mater antequàm nupta. Igitur vt dicere cœperamus, Chriſtus virgo, virgo Maria, vtriuſque ſexus virginitatem dedicauêre.

Ioan. 20. Luc. 24.

Vt ianuis clauſis ingreſſus, ità ex matre virgine natus. Virginitatis vtriuſq; ſexus dedicatio.

8. AVGVSTINVS libro de natura & gratia, capite trigeſimoſexto: Excepta ſancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullã prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: * Vndè enim ſcimus, quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hac ergò virgine excepta, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas cùm hîc viuerent, congregare poſſemus, & interrogare vtrùm eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus? vtrùm hoc quod Pelagius dicit, an quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, nónne vna voce clamâſſent; Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt?

Maria ſine peccato.

*vel vt legit S. Thomas par. 3. q. 27. a. 4. Indè enim ſcimus, quòd ei plus gratię collatũ fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quòd

1. Ioan. 1.

9. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione quinta in decreto de peccato Originali: Declarat tamẽ hæc ipſa ſancta ſynodus, non eſſe ſuæ intentionis compræhendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam, Dei genitricem, ſed obſeruandas eſſe cõſtitutiones fel. rec. Xiſti Papæ IIII. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.

Cõceptio B. Virginis.

10. ET ſeſſione ſexta, canone vigeſimotertio: Si quis hominem ſemel iuſtificatum, dixerit ampliùs peccare non poſſe, neque gratiam amittere: atque ideò eum, qui labitur & peccat, nunquàm verè fuiſſe iuſtificatum, aut contrà, poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, niſì ex ſpeciali Dei priuilegio, quẽadmodùm de beata Virgine tenet Eccleſia: anathema ſit.

Maria ſine peccato veniali.

1. E ESAIAE vndecimo: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eam ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectûs, &c.

2. IOANNIS decimoquinto: Ego ſum vitis, vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

3. LVCAE vndecimo: Factum eſt autem cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimmò: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

1. F. EPHRAEM in oratione de laudibus ſanctiſſimæ Dei matris: Intemerata prorſusq́ue pura virgo Deipara, regina omnium, ſpes deſperantium, domina mea glorioſiſſima, eademq́ue optima, ſublimior cælicolis, purior ſolis radijs & ſplẽdoribus, honoratior Cherubim & Polyommatîs, id eſt, multoculis ſpiritibus, ſanctior Seraphim, & nulla comparatione cæteris omnibus ſuperis exercitibus glorioſior, ſpes Patrum, gloria Prophetarum, Apoſtolorum præconium, & honor Martyrum, ſanctorum lætitia, & lumen ſtudioſorum Abrahã, Iſaac & Iacob, decus Aaron, Moyſis ſplendor, & Gedeonis vellus, Hierarcharum cœtus, & omnium ſanctorum ac virginum corona, ob fulgorem inacceſſa. Acerra aurea, lucerna micantiſſima, vrna cæli manna geſtans, tabula ſcriptam legem ferens mortalibus, arca vera, charta diuiniſſima, omnium princeps, circunſpecta & lucifera virgo, conſolatio ſanctiſſima, & omnium dux, ſacratiſſima puella. O rube incombuſte, & patens prædium, & viridans Aaron illius virga. Virga profectò extitiſti, & flos filius tuus. E radice Dauid & Salomonis germinauit Chriſtus noſter creator, Deus & Dominus omnipotens, altiſſimus & ſolus. Tu quo ad corpus, Deum & verbũ genuiſti, virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum. Per te reconciliati ſumus Chriſto Deo meo filio tuo. Tu peccantium & auxilio deſtitutorum adiutrix. Tu portus procella vexatorũ, ſolatium mundi, carcere clauſorũ liberatrix celeberrima. Tu orphanorum ſuſceptio, tu captiuorũ redemptio, tu ægrotantium exultatio, & omnium ſalus. Tu ſolitariorum ſtabilimentũ, & ſpes mundanorum. Tu virginum decus, corona, & gaudium. Sub alîs tuis cuſtodi me & protege. Miſerere meî, qui ſum luto inquinatus, qui ſceleribus quãplurimis creatorem Deum meum & Iudicẽ offendi, nè aduersùs me glorietur ſatanas exitioſiſſimus. Non mihi alia fidutia ô virgo ſyncera. Tu enim meus portus ô virgo inuiolata, & præſens auxiliatrix. Deniquè ſub tutela & protectione tua totus ſum. Crebris lachrymis te ô celeberrima mater imploro, & aduoluor tibi domina mea ſuppliciter clamans, nè dulcis filius tuus, & vitæ omnium dator, ob multa quæ patraui ſcelera, tollat me de medio &c. Dignare virgo te tuum ſeruũ laudare, & dicere: Aue Dei ſplendidiſſimum & luculentiſſimum vas: aue domina Maria, gratia plena: aue in mulieribus virgo beatiſſima: aue ſtella fulgẽtiſſima, ex qua Chriſtus prodijt: aue illuſtriſſima lux, mater & virgo: aue quę mirificè regem omnium peperiſti: aue per quam nobis ſol pręclariſſimus illuxit: aue domina cunctis ſublimior: aue cãticum Cherubim, & hymnus angelorum: aue pax, gaudium, & ſalus mundi: aue generis humani lætitia: aue Patrum præconium, & prophetarum decus: aue Martyrũ pulchritudo, & corona ſanctorum: aue piorum gloria, & in ſolitudine degentiũ hymnus: aue præclariſſimum hierarcharum cæleſtium ornamentum: aue præſtantiſſimum orbis terræ miraculum: aue lignum vitæ, gaudium & voluptas: aue vallum fidelium, & mũdi ſalus: aue tranquille portus, & à fluctibus agitatorum liberatrix: aue noſtra periclitantium auxiliatrix: aue flos gratiæ & cõſolationis: aue refugium peccatorum, & hoſpitium: aue ſpes omnium proborum aduerſis caſibus afflictorum: aue conuerſorum refugium: aue virorum iuxtà mulierumq́ue regina & tutela: aue mundi mediatrix glorioſiſſima: aue vniuerſi terrarum orbis auxiliatrix: aue domina, ſceptrum fidelibus tuis impetrans: aue porta cælorũ, aſcenſus omnium: aue reſeramentum portarum paradiſi: aue quæ mœrores ſedâſti, adornatrix omnium: aue clauis cælorum & regni Chriſti &c. Precibus Dei genitricis ſemper virginis, & exercitus

Laudes B. Virginis.

Spes deſperantium.

Iudic. 6.

Exod. 29. Heb. 9.

Exod. 3. Num. 17. Eſa. 11.

Per Mariam Chriſto reconciliati.

Adiutrix, portus, liberatrix, redẽptio, ſalus, ſpes poſt Deum Maria.

Implorat auxilium B. Virginis.

Nota Mariæmaſtix.

Salutat B. Virginem.

Pax, gaudiũ, ſalus mundi.

Liberatrix & auxiliatrix.

Refugium, ſpes, tutela.

Mũdi mediatrix & conciliatrix.

Per B. Virginis & ſanctorum preces

miſericordiam flagitat à Deo.

cæleſtium, ac cœtus angelorum, Cherubim, Seraphim, Prophetarum, Martyrum, Hierarcharum, ſanctorum ſtudioſorũ interceſſionibus, & omnium beatorum ſupplicationibus, miſerere tuæ creaturæ Deus mi clementiſſime. A dextris in hora iudicij colloca humiles ſeruos tuos. Nè ô Domine vitæ author ad opera, quæ nos mortales legem præuaricati commiſimus, aſpexeris: quin potiùs aſpice ad mitiſſimam humanitatem & miſericordiam tuam. Amen.

Oratio ad B. Virginem.

Vnica ſpes deſperatorũ: ſubſidiũ, auxilium, profugiũ præſentiſſimum ad quiduis à filio impetrandum.

2. IDEM in oratione ad ſanctiſſimam Dei genitricem: Immaculata, impolluta, incorrupta, pudica virgo, Dei ſponſa, domina noſtra, vnica ſpes deſperatorũ, oppreſſorum ſubſidium, & ad te currentium auxilium præſentiſſimum, omnium deniquè Chriſtianorum profugium: meã ſordidiſſimã, indignisq́; labijs expreſſam orationem, admitte, nec nõ tuum quidem filium, meum autem herum & Deum, materna tua liberalitate volens exora, vt mihi quoquè mitiſſima illa ſuæ pietatis viſcera reſeret, & poſthabitis innumerabilibus peccatis meis, ad pœnitentiã me cõuertat, probeq́; ſua cõplere mandata cõcedat. Adſis mihi ſemper virgo miſericors, clemens, & benigna, in præſenti quidem vita ferues protectrix & auxiliatrix, hoſtiles impetus repellens, & me deducens ad ſalutem, ac in ſupremo vitæ momento miſeram meam animã conſeruãs, & tenebroſos malorum dæmonum aſpectus ab ea procùl abigens: in terribili autem die iudicij ab æterna damnatione me liberans, poſtremò inacceſſæ tui filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens. Quam per interceſſionẽ fauoremq́; tuum domina mea ſanctiſſima, Dei mater, te etiam atq; etiam oro, aſſequi valeã gratia, miſeratione, & humanitate vnigeniti tui filij Domini, & Dei, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui conuenit omnis gloria, honor, & veneratio cum æterno eius Patre, & ſanctiſſimo optimoq́; vitæ authore ſpiritu nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Protectrix & auxiliatrix, præſertim in hora mortis & iudicij.

Per interceſſionem eius gloriã æternam cõſequi exoptat.

Oratio ad B. Virginem.

Spes deſperantium.

Luc. 1.

3. ITEM in Threno ſeu lamentatione ſanctiſſimæ Dei genitricis, quæ dicitur ſancta & magna paraſceue: Nos te ô immaculata & benedicta filij tui Deiq́; omnium mater inculpata, pura, integra, ſacroſanctiſſima, deſperantium ſpes & damnatorum, collaudamus: benedicimus tibi, vt gratia plena quæ Chriſtũ genuiſti, omnes tibi aduoluimur, omnes te imploramus. Erue nos ô intemerata à cunctis diaboli tẽtationibus. Eſto noſtra conciliatrix & aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris: & tui filij gloria virgo nos dignare. Tu nanque es ſpes apud Deum Chriſtianorum ſanctiſſima, cui honor in ſecula ſeculorum. Amen.

Conciliatrix & aduocata.

Spes Chriſtianorum apud Deum.

4. IRENAEVS libro quinto aduersùs hæreſes: vt infrà, quæſt. ſequenti in textu A.

5. GREGORIVS Naziãzenus oratione decimaoctaua, quæ eſt in laudẽ S. Cypriani martyris: Virgo quædã erat patritio genere nata, honeſtisq́; moribus prædita. Huius amore magnus Cyprianus captus eſt, eiusq́; pudicitiam tentabat, ac pro lenone, non vetula quadam muliercula ad huiuſmodi res idonea, ſed dæmone quodã, corporum ac voluptatis amante vtitur. At puella ſimulatq́; malum perſenſit, atque inſidias intellexit, deſperatis omnibus alijs remedijs, ad Deum confugit, atque aduersùs deteſtabilem amorem, ſponſum ſuum patronum ac defenſorem aſſumit, qui & Suſannam mortis periculo liberauit, & Theclã ſeruauit, illam à ſæuis presbyteris, hanc à tyranno ipſius proco, patreq́; magis tyrannico. Quem tandem hunc? Chriſtum, qui & ſpiritus increpat, & eos, qui merguntur, ſubleuat, & pedibus mare peragrat, & ſpirituum legionem in profundum mittit &c. Hæc, atque his plura commemorans, Virginemq́; Mariam ſupplex obſecrans, vt periclitanti virgini ſuppetias ferret, ieiunij & chameuniæ pharmaco ſeſe communit: partim vt formæ venuſtatem tanquàm inſidioſam obſcuraret, ſicq́; flammæ materiam ſubtraheret, ac libidinis facem abſumeret: partìm vt per ſuî afflictionem propitium ſibi Deum & exorabilem redderet. Neque enim Deus vlla re perindè, atq; corporis ærũmna, cõciliatur: lachrymisq́; miſericordia viciſsim rependi ſolet. Virgo ſuperat, dæmon ſuperatur. Tentator ad amantem accedit, ſeq́; ſuccubuiſſe indicat; eamq́; ob cauſam ab eo contemnitur.

Dan. 13.

Luc. 9.

Matth. 14.

Virgo B. Mariam inuocauit, & exaudita fuit.

6. IDEM in tragœdia, quę inſcribitur, Chriſtus patiens: vt in quęſt. ſequenti in textu E. & ibidem in teſtimonio.

7. FVLGENTIVS in ſermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris, vt ſuprà, quæſtione decimaquinta, teſtimonio octauo.

8. ANSELMVS Archiepiſcopus Cantuarienſis in libro de excellentia glorioſiſſimæ virginis Mariæ, capite duodecimo: Rogamus te domina per ipſam gratiam, qua te pius & omnipotens Deus ſic exaltauit, & omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit, quatenùs id apud ipſum nobis impetres & obtineas, vt plenitudo gratiæ, quam meruiſti, in nobis ſic operetur, quò participium beati præmij nobis eius miſericorditer quandoq; cõdonetur. Ad hoc quippe Deus noſter per te factus eſt frater noſter, vt quemadmodùm ipſe dignatus eſt conſors fieri noſtræ humanitatis, ſic nos mereamur conſortes fieri ſuæ diuinitatis. Intende ergò domina piiſſima, vt nobis ad effectum proueniat, propter quod Deus noſter ex tuo caſtiſſimo vtero factus homo inter homines venit: nec ſis quæſumus exoratu difficilis, quia proculdubiò idem benigniſſimus filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus erit ad concedendum quicquid voles promptiſſimus & exaudibilis. Tantummodò itaque velis ſalutem noſtrã, & verè nequaquàm ſalui eſſe non poterimus. Quid igitur ſtringet larga miſericordiæ tuæ viſcera Domina contra nos, vt nolis ſaluare nos? Certè Deus noſter (teſte Propheta) miſericordia noſtra eſt, & tu eiuſdem Domini noſtri abſq; dubio vera mater. Si tu ergò quę Dei mater es, & eò reuerà miſericordiæ mater & gratiæ, denegas nobis effectũ miſericordiæ, cuius tam mirabiliter facta es mater, quid faciemus, cùm idem filius tuus aduenerit cunctos ęquo iudicaturus iudicio? Subueni ergò nobis domina piiſſima, & non conſiderata peccatorum noſtrorum multitudine, velle tuum ad miſerendum nobis inflecte. Cogita quæſo & recogita apud te, quia non ad damnandum, ſed ad ſaluandum peccatores conditor noſter ex te factus eſt homo. Cur itaque non iuuabis nos peccatores, quãdo propter nos in tantam celſitudinem es leuata, vt te dominam habeat & veneretur omnis pariter creatura? Ab initio renouationis humanæ omnibus ſub tuum præſidium confugientibus hucuſquè ſuccurriſti, & idcircò præ omni creatura, omni laude digniſſima dici & eſſe meruiſti. Eià ſuccurre, oramus, vt laus quam per tot ſecula dignè poſſediſti, continua tibi duret in gratia ipſa, qua mundo perdito ſubueniſti. Tibi ergò nos commendamus, tu procura nè pereamus: effice potiùs, vt ſalus noſtra de die in diem multiplicetur, & filio tuo Domino noſtro Ieſu Chriſto vita noſtra iugi deuotione famuletur.

Inuocatio B. Virginis.

Chriſtus ad concedẽdum facilis quicquid Maria poſtulauerit.

Pſal. 58. & 143.

Mater miſericordiæ rectè dicitur Maria.

Sub eius præſidiũ confugientibus ſemper ſuccurrit.

9. BERNARDVS ſermone ſecundo Dominicæ primæ poſt octauas Epiphaniæ: Quotiès mihi neceſsè eſt, fratres, poſt lachrymoſas querimonias veſtras exorare matrem miſericordiæ, vt ſuggerat ſuo benigniſſimo filio, quoniam vinum non habeatis? Et ipſa, dico vobis, chariſſimi, ſi piè à nobis pulſata fuerit, non deerit neceſſitati noſtræ: quoniam miſericors eſt, & mater miſericordiæ. Nam ſi compaſſa eſt verecundię illorum, à quibus fuerat inuitata: multò magis compatietur nobis, ſi piè fuerit inuocata. Placent enim illi nuptiæ noſtræ,

Mariæ inuocatio.

Mater miſericordiæ.

Digitized by Google

noſtræ, & pertinent ad eam multò ampliùs illis, nimirùm de cuius vtero tanquàm è thalamo ſuo cæleſtis ſponſus proceſſit. (Pſal. 18.)

10. IDEM ſermone primo in Aſſumptione beatæ Mariæ: Præceſſit nos regina noſtra, præceſſit, & tam glorioſè ſuſcepta eſt, vt fiduitaliter ſequantur dominam ſeruuli clamantes, Trahe nos poſt te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquàm iudicis mater, & mater miſericordiæ ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit. Aſcendēs ergò in altū virgo beata, dabit ipſa quoq; dona hominibus. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina cælorum eſt, miſericors eſt. Deniquè mater eſt vnigeniti filij Dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis eius ſeu pietatis magnitudinē cōmendare: niſi fortè aut non creditur Dei filius honorare matrē, aut dubitare quis poteſt omninò in affectū charitatis trāſiſſe Mariæ viſcera, in quibus ipſa quæ ex Deo eſt charitas nouem menſibus corporaliter requieuit. (Cantic. 1. — Aduocata. — Mater miſericordiæ. — Regina cælorum. — Cur Mariæ tāta ſit pietas ſeu poteſtas.)

11. ITEM ſermone quarto in eadem ſolennitate: Sileat miſericordiam tuam, virgo beata, ſi quis eſt, qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Nos quidem ſeruuli tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed in hac potiùs nobis ipſis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulciùs, miſericordiā amplectimur chariùs, recordamur ſæpiùs, crebriùs inuocamus. Hæc eſt enim, quæ totius mundi reparationē obtinuit, ſalutem omnium impetrauit. Conſtat enim pro vniuerſo genere humano fuiſſe ſolicitam, cui dictum eſt: Ne timeas Maria: Inueniſti gratiam, vtiquè quam quærebas. Quis ergò miſericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem & latitudinem, ſublimitatem & profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius vſque in diem nouiſſimum inuocātibus eam ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbē terrarum, vt tua quoq; miſericordia plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas eius ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem, & profundum eius ſedentibus in tenebris & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernus euacuatus eſt, inſtauratæ ruinæ cæleſtis Hieruſalem, expectantibus miſeris vita perdita data. Sic potētiſſima & piiſſima charitas & affectu compatiendi, & ſubueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Ad hunc igitur fontem ſitibunda properet anima noſtra, ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrat. Sit pietatis tuæ ipſam quam apud Deum gratiam inueniſti, notam facere mundo: reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adiutorium & liberationem ſanctis tuis precibus obtinēdo. In hac quoquè die ſolennitatis & lætitiæ dulciſſimum Mariæ nomen cum laude inuocantibus ſeruulis, per te regina clemens gratiæ ſuæ munera largiatur Ieſus Chriſtus filius tuus Dominus noſter: qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. (Maria inuocata nemini deeſt. — Luc. 1. — Mariæ in oēs beneficia. — Rom. 9.)

12. DAMASCENVS oratione prima de natiuitate B. Mariæ: Saluto te, Maria, dulciſſimum Annæ pignus. Meritò te beatā prędicant omnes generationes, vt eximium humani generis decus. Tu ſacerdotum gloria, Chriſtianorū ſpes, virginitatis feraciſſima planta. Per te enim virginitatis pulchritudo latiſſimè ſeſe diffudit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Qui Dei genitricē te confitentur, benedicti ſunt: & qui inficiantur, maledicti. O Ioachim & Annæ filia, ac Domina, peccatoris orationem accipe, ardenter tamen amantis, ac colentis, teq; ſolam gaudij ſpem habentis, vitæ antiſtitem, in gratiam cum filio me reducentem, firmamq; ſalutis arram. Peccatorum ſarcinam diſcute, idq; quod menti meæ tenebras offundit, ac terrenam craſſitiem diſſipa. Tentationes comprime, pieq; ac ſanctè vitam meam guberna, atque ad cæleſtem beatitudinem fac te duce perueniam. Pacem mundo, atque omnibus huiuſce vrbis incolis rectè de religione ſentientibus abſolutā numeris omnibus lætitiam ac ſempiternam ſalutem, per tuorum parentum ac totius Eccleſiæ complementi preces concilia. Fiat, fiat. Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus Dei filius. (Maria gloria ſacerdotum, Chriſtianorū ſpes. — Inuocat B. Virginē, ſpē gaudij, vitæ antiſtitē, arram ſalutis.)

13. ET in carminibus ad B. Virginem: Inuituperabilem Deipara ſpem tuam habens ſeruabor, defenſionem tuam poſſidens, per quam, ô pura, non timebo: perſequar inimicos meos, & in fugā vertam, ſolam habens vt thoracem protectionem tuam, & omnipotens auxilium tuum: & deprecor clamans tibi: Domina, ſalua me interceſſionibus tuis. Item: Glorioſa, ſemper virgo, mater Chriſti Dei, adduc noſtram deprecationem filio tuo & Deo, vt ſaluet per te animas noſtras. Iterùm: Miſericordiæ ianuam aperi nobis benedicta Deipara: ſperantes igitur in te, nè aberremus: liberemur per te à calamitatibus: tu enim es ſalus generis hominum. Ad eandem: Agnoſcens multitudinem meorum Deipara peccatorum, ad te confugi, ô ſancta, ſalutis indigens: viſita ægrotantem meam animam, & pete à filio tuo & Deo modò dari mihi remiſſionem eorum, quæ feci, malorum, ſola ſancta, ſola benedicta. Deniquè eidem: Omnem ſpem meam in te repono mater luminis: ſerua me ſub protectionem tuam. (Spes. — Salua me interceſſionibus tuis. — Salus hominum.)

14. CANTICORVM ſecundo: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

XIX.

Patrum de Maria Virgine teſtimonia.

A. IRENAEVS: Sicut Eua ſeducta eſt, vt effugeret Deum, ſic Maria ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata: & quemadmodùm adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſoluatur per virginem: æqua lance diſpoſita virginalis inobedientia, per virginalem obedientiam. (Lib. 5. contra hæreſ. cap. 19.)

B. CHRYSOSTOMVS: Vt verè dignum & iuſtum eſt, glorificare te Deiparam & ſemper beatiſſimam & penitùs incontaminatam matrem Dei noſtri, honoratiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem Deum peperiſti: verè Deiparam te magnificamus. *Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*, quoniam ſaluatorem animarum noſtrarum peperiſti. (In Liturgia.)

C. AMBROSIVS: Sit nobis tanquàm in imagine deſcripta virginitas vi- (Lib. 2. de virginibus.)

taque beatæ Mariæ, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis. Quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? quid caſtius ea, quę corpus ſine corporis contagione generauit? Talis fuit Maria, vt eius vnius vita omnium diſciplina ſit.

In Euang. de ſanc. noſtra Deipara.

D. ATHANASIVS: Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex virgine, idemque Dominus & Deus: eapropter & mater quæ eum genuit, & Regina & Domina, & Deipara propriè & verè cenſetur. Iſta noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterùm atque iterùm & ſemper & vndequaquè beatiſſimam. Ad te clamamus, recordare noſtrî ſanctiſſima virgo, quę etiam à partu virgo permanſiſti. *Aue gratia plena, Dominus tecum:* beatam te prædicant omnium angelorum & terreſtrium hierarchiæ. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Intercede hera & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

In trag. Chriſtus patiens.

E. GREGORIVS NAZIANZENVS:

O ter beata mater, ô lux virginum,
Quæ templa cæli lucidiſſima incolis,
Mortalitatis liberata ſordibus,
Ornata iam immortalitatis es ſtola:
Meis benignam ab alto aurem exhibe verbis,
Meaſq; virgo ſuſcipe, obſecro, preces.

Ser. 2. de Annun. Domini.

F. AVGVSTINVS: Sancta Maria, ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem.

Serm. de laudib. Mariæ.

G. FVLGENTIVS: Facta eſt Maria feneſtra cæli, quia per ipſam DEVS verum fudit ſeculis lumen. Facta eſt Maria ſcala cęleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia per ipſam à ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ.

Ser. 2. de Aduentu. Lege eundẽ hom. 2. ſuper, Miſſus eſt. & in illud Apoc. Signũ magnũ apparuit. Itẽ in ſer. de natiuitate Virginis.

H. BERNARDVS: Virgo regia ipſa eſt via, per quam Saluator aduenit, procedens de ipſius vtero tanquàm ſponſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habeamus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis.

TESTIMONIA.

A. IRENAEVS libro quinto cõtra hæreſes, cap. decimonono: Sicut Eua ſeducta eſt, &c. vt in tex.

B. CHRYSOSTOMVS in Liturgia, vt in textu, & ſuprà quæſtione decimaquinta, teſtimo. ſecundo.

C. AMBROSIVS libro ſecundo de virginibus: Sit vobis ô ſanctę virgines, tanquàm in imagine deſcripta virginitas vitaq; beatæ Mariæ, de qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquàm in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Primus diſcendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei matre? Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis contagione generauit? Nam de cæteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente: quæ nullo doli ambitu ſyncerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legẽdi ſtudioſior. non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens. Intenta operi, verecunda ſermone: arbitrum mentis ſolita non hominem, ſed Deum quærere. Nullum lædere, benè velle omnibus, aſſurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiã, rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſta vel vultu læſit parentes? quãdo diſſenſit propinquis? quãdo faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quãdo vitauit inopem? Eos ſolos ſolita cœtus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia. Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum. Non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior: vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac primo prætendat ingreſſu, nihil intùs latere tenebrarum: vt mens noſtra nullis retinaculis corporalibus impedita, tanquàm lucernæ lux intùs poſita, forìs luceat. Quid ego exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hinc congeminatos ieiunio dies: Et ſi quando reficiẽdi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerunquè obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. Dor-

Mariæ virtutes, & quæ viuendi ratio fuerit.

Ieiunia Mariæ.

mire

[illegible] non priùs cupiditas,quàm neceſſitas fuit: & tamen cùm quieſceret corpus, vigilare animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat,aut diſpoſita gerit,aut gerenda pronunciat. Prodire domo neſcia, niſi cùm ad Eccleſiam conueniret, & hoc ipſum cum parentibus, aut propinquis. Domeſtico operoſa ſecreto, forenſi ſtipata comitatu, nullo meliore tamen ſui cuſtode, quàm ſeipſa: quæ inceſſu affatuq́ venerabilis,non tam veſtigium pedis tolleret,quàm gradum virtutis attolleret. Vt tamen alios habeat virgo membrorũ cuſtodes ſuorum: morum autem ſuorum ſe habeat ipſa cuſtodem. Plures erũt,de quibus diſcat,ſeipſa ſe doceat, quæ virtutes magiſtras habet: quia quicquid egerit, diſciplina eſt.Sic Maria intẽdebat omnibus,quaſi à pluribus moneretur: ſic implebat omnia virtutis officia, vt non tam diſceret,quàm doceret. Talem hanc Euangeliſta monſtrauit, talem angelus reperit, talem Spiritus ſanctus elegit. Quid enim in ſingulis morer? vt eam parentes dilexerint, extranei prædicauerint, quæ digna fuit, ex qua Filius Dei naſceretur? Hæc ad ipſos ingreſſus angeli
Luc.1. inuenta domi in penetralibus ſine comite,nè quis intentionem abrumperet,nè quis obſtreperet.Neque enim comites fœminas deſiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat. Quinetiã tum ſibi minùs ſola videbatur, cùm ſola eſſet. Nam quemadmodùm ſola, cui tot libri adeſſent, tot Archangeli,tot Prophetæ? Deniquè & Gabriel eã, vbi reuiſere ſolebat, inuenit: & angelum Maria quaſi viri ſpecie mota trepidauit, quaſi non incognitum audito nomine recognouit.Ità peregrinata eſt in viro, quę non eſt peregrinata in angelo: vt agnoſcas aures religioſas, oculos verecundos. Deniquè ſalutata obmutuit, & appellata reſpondit: ſed quæ primo titubauerat aſpectu, poſteà promiſit obſequium.Quàm verò religioſa
Luc.1. in propinquas fuerit, ſcriptura diuina ſignificat. Nam & humilior facta eſt, vbi ſe à Deo cognouit electam: & ſtatim ad cognatam ſuam in montana proceſſit,non vtiquè vt exemplo crederet,quæ iam crediderat oraculo. Beata enim, inquit,quæ credidiſti. Et tribus cum ea menſibus manſit.Tanti autem interuallo temporis non fides quæritur, ſed pietas exhibetur. Et hoc,poſteaquàm in vtero parentis exiliens puer matrem Domini ſalutauit, priùs compos deuotionis,quàm naturæ. Indè tot ſequentibus ſignis,cùm ſterilis pareret,virgo conciperet,loqueretur mutus, adoraret magus,expe-
Matth.2. Luc.2. ctaret Simeon,ſidera nunciarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum, conſeruabat,inquit, hæc omnia in corde ſuo. Quanuis mater Domini, diſcere tamen præcepta Domini deſiderabat: & quę Deum genuerat,Deum tamen ſcire cupiebat. Quid, quòd annis quoquè omni-
Luc.2. bus ibat in Hieruſalem ſolenni die Paſchæ,& ibat cum Ioſeph? Vbiquè in virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor. Hic indiuiduus debet eſſe virginitati, ſine quo non poteſt eſſe virginitas. Nec ad templum igitur Maria ſine pudoris ſui cuſtode proceſſit. Hæc eſt imago virginitatis.
Mariæ vita, omnium diſciplina eſt. Talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit. Si igitur author non diſplicet, opus probemus, vt quæcunue ſibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in vna virgine ſpecies virtutum emicant? Secretum verecundiæ,vexillum fidei,deuotionis obſequium: virgo intra domum,comes ad miniſterium, mater ad templum. O quantis illa virginibus occurret: quantas complexa ad Dominum trahet, dicens: Hæc torum filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato ſeruauit pudore. Quemadmodùm eas ipſe Dominus commendabit Patri, nimirùm illud repetens ſuum: Pater ſancte, iſtæ
Ioan.17. ſunt quas ſeruaui tibi: in quibus filius hominis caput reclinans quieuit: peto vt vbi ego ſum, & ipſæ ſint mecum. Sed non ſolùm ſibi debent prodeſſe, quæ non ſolæ vixerunt ſibi. Hæc parentes redimat,hæc fratres. Pater iuſte,mundus me non cognouit: iſtæ autem me cognouerunt, & mundum cognoſcere noluerũt.Quæ pompa illa,quanta angelorum lætitia plaudentium, quòd habitare mereatur virgo in cælo, quæ cæleſtem vitam vixit in ſeculo? Tunc etiam Maria tympanum ſu- Exod.15.
mens, choros virginales excitabit, cantantes Domino, quòd per mare ſeculi, ſine ſecularibus fluctibus tranſierũt.Tunc vnaquęque exultabit, dicens: Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætifi- Pſal.42.& 49.
cat iuuentutem meam. Immolo Deo ſacrificium laudis,& reddo altiſſimo vota mea. Neque enim dubitauerim vobis patere altaria, quarum mentes altaria Dei confidenter dixerim: in quibus quotidiè pro redemptione corporis Chriſtus immolatur. Nam ſi corpus virginis Dei templum eſt, animus quid eſt, qui tanquàm membrorum cineribus excitatis, ſacerdotis æterni redopertus manu, vaporem diuini ignis exhalat? Beatæ virgines, quæ tam immortali ſpiratis gratia,vt horti floribus, vt templa religione, vt altaria ſacerdote. Ergò ſancta Maria diſciplinam vitæ informet.

D. ATHANASIVS in ſermone ſuper Euãgeliũ de ſanctiſſima noſtra Deipara: Quandoquidẽ ipſe rex eſt,qui natus eſt ex virgine &c.vt in textu.

E. GREGORIVS Nazianzenus in fine Tragœdiæ ſuæ,quæ inſcribitur, CHRISTVS patiens:

Veneranda, ô virgo,caſta,feliciſſima, Inuocat B. Virginem in cælo glorificatam.
Quando beata nunc beatorum in polo
Exuta quicquid facis humana ſedes
Aeternitatis pallio ornata, vt dea
Habita, ſenecta expers ſupremo ex æthere
Benigna adeſto vocibus meis: preces
Admitte virgo, ô inclyta,hic quando tibi
Verbi parenti, ſed ſupra modum tamen
Legemq́, ſolus inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his tibi me audentiùs
In verba ſupplex offeram, & ſuauiſſimo
Contextam ab horto qua tuum exornem caput Mariæ auxilium & beneficia.
Coronam, ô Domina, proferam, vt quæ, gratia
Modum ſupra omnem me tua ſemper leuans,
Me genere quouis caſuum eruis omnium,
Hoſtes apertos, quodq́, longè maius eſt,
Illos latente machina qui me petunt,
Auertis. At tu, quod precor ſummum, id mihi
Concede, vita ſic vt excedam, illius
Vt tantum habens te præſidem ſemper, velut Præſes vitæ & patrona erga filium.
Ingentem opum vim, te tuum erga filium
Mihi patronam ſentiam acceptiſſimam.
Nè me ergò tradi tu ſinas tanquàm ad crucem,
Ludibrioq́, illius exponi, omnium
Iuratus hoſtis qui ſit, & mortalium
Peſtis, tuere me atque ab æterno aſſere
Igne, & tenebris, per fidem qua iuſtior
Sum factus,& per gratiam tuam inclytam,
Qua nuſpiàm vlla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce, texo nunc tibi memor,
Gratumq́, carmen. O puella, gratia
Aequanda nullis, mater, & virgo ſupra
Omnes decora virgines, & maxima,
Quæ vincis omnes cælitum ordines,
Regina, Domina, generis humani bonum, Regina,Domina.
Amica ſemper eſto tu mortalibus,
Maximaq́, quouis in loco mihi ſalus. Salus.

F. AVGVSTINVS ſermone ſecundo de Annunciatione Dominica: Sancta Maria, ſuccurre miſeris,&c. vt in textu, & ſuprà in quæſtione decimaquinta,teſtimonio quarto.

G. FVLGENTIVS in ſermone de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris: Facta eſt Maria feneſtra

Digitized by Google

ſtra cæli,&c. vt in textu, & ſuprà, quæſtione deci-
maquinta, teſtimonio octauo.

1.H. BERNARDVS ſermone ſecundo in Ad-
uentu Domini: Virgo regia ipſa eſt via,per quam
Saluator aduenit,procedens ex ipſius vtero, tan-
quàm ſponſus de thalamo ſuo. Tenentes ergò vi-
am, ſtudeamus & nos dilectiſſimi ad ipſum per
eam aſcẽdere,qui per ipſam ad nos deſcendit, per
eam venire in gratiam ipſius, qui per eam in no-
Oratio ad B. Virginem. ſtram miſeriam venit. Per te acceſſum habeamus
ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix
vitæ,mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per
te datus eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas
tua culpam noſtræ corruptionis,& humilitas Deo
grata noſtræ veniam impetret vanitati. Copioſa
charitas tua noſtrorum cooperiat multitudinem
peccatorum, & fœcunditas glorioſa fœcundita-
Domina, mediatrix, & aduocata noſtra tem nobis conferat meritorum. Domina noſtra,
mediatrix noſtra, aduocata noſtra, tuo filio nos
reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo nos filio
repræſenta. Fac ô benedicta per gratiam quam in-
ueniſti,per prærogatiuam quam meruiſti,per mi-
ſericordiam quam peperiſti: vt qui te mediante
fieri dignatus eſt particeps infirmitatis & miſeriæ
noſtræ, te quoquè intercedente, participes faciat
nos gloriæ & beatitudinis ſuæ Ieſus Chriſtus filius
Rom.9. tuus Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus
benedictus in ſecula, Amen.

2. IDEM ſermone ſecundo de laudibus virgi-
nis matris ſuper Euangelium, Miſſus eſt: Si in-
ſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos
tribulationis: reſpice ſtellam,voca Mariam: &c.
vt ſuprà, quæſtione decimaoctaua, A. teſtimonio
ſexto.

Apoc.12. 3. ET in ſermone de verbis Apocalypſis, Signũ
magnum apparuit in cælo: Et quidem ſufficere
2.Cor.3. poterat Chriſtus,ſiquidem & nunc omnis ſuffici-
entia noſtra ex eo eſt: ſed nobis bonũ non erat,eſſe
hominẽ ſolum: Congruũ magìs,vt adeſſet noſtræ
reparationi ſexus vterque,quorum corruptioni
neuter defuiſſet.Fidelis planè & potens mediator
Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus,ſed diuinam
in eo reuerentur homines maieſtatẽ. Non ſola illi
Pſal.100. cantatur miſericordia,cãtatur pariter & iudiciũ:
Heb.12. quia etſi didicit ex his quæ paſſus eſt,cõpaſſionẽ,
vt miſericors fieret,habet tamen & iudiciariã po-
Opùs eſt mediatore ad mediatorem Chriſtum. teſtatẽ.Opùs eſt mediatore ad mediatorẽ iſtũ, nec
alter nobis vtilior, quàm Maria. Crudelis nimi-
rùm Eua, per quam ſerpens antiquus peſtiferum
etiã ipſi viro virus infudit: ſed fidelis Maria,quæ
ſalutis antidotũ & viris & mulieribus propinauit.
Illa enim miniſtra ſeductionis, hæc propitiatio-
nis. Illa ſuggeſſit præuaricationẽ,hæc iniecit redẽ-
ptionem.Quid ad Mariã accedere trepidet huma-
Maria benigna mediatrix. na fragilitas? Nihil auſterum in ea,nihil terribile,
tota ſuauis eſt,omnibus offerens lac & lanam. Re-
uolue diligentiùs euangelicæ hiſtoriæ ſeriem vni-
uerſam,& ſi quid fortè increpatorium,ſi quid du-
rũ,ſi quod deniquè ſignũ vel tenuis indignationis
occurrerit in Maria,de cæterò ſuſpectam habeas &
accedere verearis. Quòd ſi(vt verè ſunt) plena ma-
gìs omnia pietatis & gratiæ, plena manſuetudinis
& miſericordiæ,quæ ad eam pertinent inueneris:
age gratias ei, qui talẽ tibi mediatricem benigniſ-
ſima miſeratione prouidit,in qua nihil poſſit eſſe
ſuſpectũ. Deniquè omnibus omnia facta eſt, ſapi-
1.Cor.9. entibus & inſipientibus copioſiſſima charitate de-
De Mariæ plenitudine accipiunt vniuerſi. bitricẽ ſe fecit,omnibus miſericordiæ ſinũ aperit,
vt de plenitudine eius accipiãt vniuerſi: captiuus
redemptionem,æger curationem,triſtis conſola-
tionem,peccator veniã,iuſtus gratiam,angelus læ-
titiam: deniq; tota Trinitas gloriam,Filij perſona
Pſal.18. carnis humanæ ſubſtantiã,vt nõ ſit,qui ſe abſcon-
dat à calore eius.Ipſa eſt quondàm à Deo promiſſa
Maria cõtriuit caput ſerpentis. mulier,ſerpentis antiqui caput virtutis pede con-
tritura: cuius planè calcaneo in multis verſutijs
Geneſ.3. inſidiatus eſt, ſed ſine cauſa. Sola enim contriuit
vniuerſam hæreticam prauitatem. Alius non de Cũctas hæreſes interemit
ſubſtantia carnis ſuæ Chriſtum ediſiſſe dogmati-
zabat,alius paruulũ non peperiſſe,ſed reperiſſe ſi-
bilabat: alius (vel poſt partũ) viro cognitam bla-
ſphemabat: alius Dei matrem audire non ſuſti-
nens, magnũ illud nomen theotocos, impijſſimè
ſugillabat: ſed contriti ſunt inſidiatores, concul-
cati ſupplantatores,confutati derogatores, & be-
atã eam dicũt omnes generationes. Amplectamur Luc.1.
Mariæ veſtigia,fratres mei,& deuotiſſima ſuppli-
catione beatis illius pedibus prouoluamur.Tene- Mariæ pedibus procidendum.
amus eam,nec dimittamus,donẽ benedixerit no-
bis.Potens eſt enim.Nempè vellus eſt mediũ inter Potẽtia eius.
rorem & aream, mulier inter ſolem & lunã, Ma- Media inter Chriſtum & Eccleſiam.
ria inter Chriſtum & Eccleſiã conſtituta. Et qui-
buſdam interiectis: Quis ſtellas nominet, quibus
Mariæ regium diadema compactum eſt? Supra
hominem eſt coronæ huius rationem exponere,
indicare compoſitionẽ. Nos tamen pro modulo
noſtræ exiguitatis abſtinentes à periculoſo ſcruti-
nio ſecretorum, non incongruè forſitan duode- Stellæ duodecim in corona B. virginis, ſunt 12. priuilegia.
cim ſtellas iſtas, duodecim prærogatiuas gratia-
rum intelligere videamur, quibus Maria ſingula-
riter adornatur. Siquidem inuenire eſt in Maria
prærogatiuas cæli,prærogatiuas carnis,prærogati-
uas cordis: & ſi fuerit ternarius iſte per quaterna-
rium multiplicatus,habemus fortè ſtellas duode-
cim, quibus Reginæ noſtræ diadema præfulgeat
vniuerſis. Mihi ſanè ſingularis rutilat fulgor, pri-
mò quidem in Mariæ generatione: ſecũdò in an-
gelica viſitatione: tertiò in ſpiritus ſuperuentio-
ne: quartò in filij Dei inenarrabili cõceptione. Sic
& in his quoq; ſidereũ planè irradiat decus, quòd
virginitatis primiceria, quòd ſine corruptione
fœcũda, quòd ſine grauamine grauida, quòd ſine
dolore puerpera. Nihilominùs etiã ſpeciali quo-
dam ſplendore in Maria coruſcant mãſuetudo pu-
doris, deuotio humilitatis,magnanimitas credu-
litatis,martyriũ cordis. Et in fine ſermonis: Iam Eccleſiæ oratio ad matrẽ miſericordiæ & mediatricẽ apud ſolẽ iuſtitiæ.
te mater miſericordiæ per ipſum ſynceriſſimè tuę
mentis affectũ, tuis iacens prouoluta pedibus lu-
na, mediatricẽ ſibi apud ſolem iuſtitiæ conſtitu-
tam deuotis ſupplicationibus interpellat,vt in lu-
mine tuo videat lumen, & ſolis gratiã tuo merea-
tur obtentu, quam verè amauit præ omnibus, &
ornauit, ſtola gloriæ induens,& coronã pulchri-
tudinis ponens in capite tuo. Plena es gratiarum,
plena rore cæleſti, innixa ſuper dilectum, delicijs Cantic.8.
affluens. Ciba hodiè pauperes tuos domina, ipſi
quoquè catelli de micis edant,nec puero Abrahæ Matth.15.
tantùm, ſed & camelis potum tribuas de ſuperef- Geneſ.24.
fluenti hydria tua, quia tu verè puella es præele-
cta & præparata altiſſimi filio tuo, qui eſt ſuper
omnia Deus benedictus in ſecula, Amen. Rom.9.

4. IDEM in ſermone de natiuitate Mariæ: Alti-
ùs ergò intueamini, quanto deuotionis affectu à
nobis Mariam voluerit honorari,qui totius boni Honorari Mariam voluit Deus.
plenitudinem poſuit in Maria: vt proindè ſi quid
ſpei in nobis eſt,ſi quid gratiæ,ſi quid ſalutis,ab ea
nouerimus redundare,quæ aſcendit delicijs afflu- Cantic.3.
ens. Hortus planè deliciarum, quem non modò Cantic.4.
afflauerit veniens, ſed & perflauerit ſuperueni-
ens auſter ille diuinus, vt vndiquè fluant & efflu-
ant aromata eius, chariſmata ſcilicet gratiarum.
Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mun-
dum, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtel-
lam, maris vtiquè magni & ſpatioſi, quid niſi ca-
ligo inuoluens,& vmbra mortis,ac denſiſſimæ te- Pſal.103.
nebræ relinquuntur? Totis ergò medullis cordi-
um,totis præcordiorum affectibus,& votis omni-
bus Mariam hanc veneremur, quia ſic eſt volũtas
eius,qui totum nos habere voluit per Mariã: hæc
inquam voluntas eius eſt,ſed pro nobis.In omni-
bus ſiquidem & per omnia prouidens miſeris,
trepidationem noſtram ſolatur, fidem excitat,
ſpem roborat, diffidentiam abigit,erigit puſilla-
nimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, ſolo
auditu

Digitized by Google

1.Tim.2. auditu territus ad folia fugiebas. Ieſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur vtiquè pro reuerentia ſua: Pater enim diligit Filium. (Heb.5.) An verò trepidas & ad ipſum? Frater tuus eſt & caro tua, tentatus per omnia abſque peccato, vt miſericors fieret. (Nota.) Hunc tibi fratrem Maria dedit: ſed forſitan & in ipſo maieſtatem vereare diuinam, quòd licèt factus ſit homo, manſerit tamen Deus. Aduocatum habere vis & ad ipſum? Ad Mariam recurre. (Maria aduocata ad Chriſtum.) Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modò pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim: exaudietur & ipſa pro reuerentia ſua. Exaudiet vtiquè matrem filius, & exaudiet filium pater. Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. (Scala peccatorũ à Maria ad filium, & à Filio ad Patrem.) Quid enim? Poteſt'ne filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam? non audire, aut non audiri filius poteſt? Neutrum planè. Inueniſti (ait angelus) gratiam apud Deum. (Luc.1.) Feliciter. Semper hæc inueniet gratiam, & ſola eſt gratia qua egemus. Prudens virgo non ſapientiam ſicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, ſed gratiam requirebat. Nimirùm ſola eſt gratia qua ſaluamur. Quid nos alia concupiſcimus fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia quod quærit inuenit, & fruſtrari non poteſt. (Per Mariam quærenda gratia.) Et in fine ſermonis: Cæterùm quicquid illud eſt quod offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratię gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus & ſine hoc aquæ ductu (ſcilicet Maria) infundere gratiam prout vellet, ſed tibi vehiculum voluit prouidere. Fortè enim manus tuæ aut ſanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quòd non eas ab omni munere excuſſiſti. Ideoq; modicũ iſtud quod offerre deſideras, gratiſſimis illis, & omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendũ tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam. Nimirùm candidiſſima quædam lilia ſunt, nec cauſabitur ille liliorum amator inter lilia non inuentum, quidquid illud ſit quod inter Mariæ manus inuenerit.

CAPVT TERTIVM
DE CHARITATE ET DECALOGO.

I.

Eſt'ne ſatis Chriſtiano, in fidei ac ſpei doctrina inſtitui?

REFERT ſummoperè, illum qui Fidem ac Spem eſt conſecutus, Charitate quoquè præditum eſſe. Nam de his tribus coniunctìm docet Paulus: *Nunc manent*, [a] in quit, *Fides, Spes, Charitas, tria hæc: maior autem horum eſt Charitas.* Magna certè Fides, quæ ſatis eſſe [b] queat ad montes transferendos, & patranda miracula: magna etiam Spes, ſalutis quædam [c] galea & ancora, quæ propoſita Dei bonitate & præmij magnitudine, tum efficacem conſolationem laborantibus, tum fiduciam ſingularem precantibus ſuggerit. Maxima verò Charitas, [d] virtutum omnium princeps, quæ modum finemque neſcit, nec morientes deſerit, morte ipſa fortior, qua ſine Fides & Spes Chriſtiano quidem ineſſe, ſed ad benè beateque viuendum [e] ſufficere minimè poſſunt. Vndè à Ioanne dictum eſt: [f] *Qui non diligit, manet in morte*, quanuis interìm credat ac ſperet ille, vt fatuæ virgines in [g] Euangelio nobis exemplo eſſe poſſunt.

a 1.Cor.13.d
b 1.Cor.13.a Matth.7.c Mar.11.e
c 1.Theſſ.5.b Heb.6.d Epheſ.6.e
d Proſper li.3.de vita contempla.ca.13.&15. Auguſt. in Pſal 47. Idem tract.5.in epiſt.Ioan. Item in Ench. cap.117.& ſer.53.de tẽpore.
e Aug.15.de Trinit.cap.18.
f 1.Ioan.3.c
g Matth.25.a Aug.ſer.23. de verbis Domini, c.4.&8.

TESTIMONIA.

1. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc manent fides, ſpes, charitas, &c. vt in textu.
2. IBIDEM: Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ità vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.
3. MARCI vndecimo: Habete fidẽ Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei.
4. MATTHAEI ſeptimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorũ. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nunquàm noui vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.
5. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto capite: Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.
6. AD Epheſios ſexto: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.
7. AD Hebræos ſexto: Confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis, &c.

8. PRO-

Digitized by Google

Laus charitatis.

8. PROSPER Regienſis Epiſcopus libro tertio de vita contemplatiua, capite decimotertio: Charitas eſt, vt mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa: iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita: igne quodam ſancti Spiritus, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa: inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonarũ, ſalus morum, finis cœleſtiũ pręceptorũ, mors criminum, vita virtutũ, virtus pugnantium, palma victorũ, anima ſanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorũ. In peccatis ſuis mortuos ſuſcitat, languentes ſanat, perditos inſtaurat, ſpem deſperatis inſpirat, pacificas mentes inhabitat: fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omninò fidelibus: quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium ſeruit, ex qua quicquid eſt boni operis, viuit, ſub qua obedientia creſcit, per quam patientia vincit, propter quam carnalia blandimenta deuotio religioſa contemnit: ſine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc eſt charitas vera, germana, perfecta, quam excellẽtiorem viam nominat ſanctus Apoſtolus. Et verè ipſa eſt via, quæ ducit per ſe ambulantes ad patriam: quia ſicut ſine via peruenit nullus quò tendit: ità ſine charitate, quæ dicta eſt via, non ambulare poſſunt homines, ſed errare.

1.Timoth.1.

Cauſa meritorum bonorum.

Nullus ſine ea Deo placuit, & cũ illa nemo peccare potuit.

1. Cor.12.

1.Tim.1. Quàm perfectos nos faciat charitas.

9. ET capite decimoquinto: Ergò ſi charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, facilè peccato reſiſtimus, bonis omnibus abũdamus, ſeculi blandimenta contemnimus, & omnia quæ difficilia ſunt humanę fragilitati, vel aſpera, etiam cum delectatione perficimus: ſi tamen Deum charitate perfecta, quę nobis ex illo eſt, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minùs diligit Deũ: quem ſi ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vndè peccati deſiderijs ſeruiamus. Et quid eſt diligere Deum, niſi illi * occupare animum, concipere fruendæ viſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidium, diligere etiam proximũ, quem ipſe in ſe cenſuit diligendum, in ipſo amore ſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem conſtitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligẽdi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt, aut corpora ſua minùs diligenda plùs diligunt, aut proximos non ſicut ſeipſos, aut Deum plùs quàm ſeipſos fortè nòn diligũt. Sed de mundo, quòd diligi omninò non debeat, ipſius Dei noſtri per ſanctum Ioannem Apoſtolum vox eſt dicentis: Nolite diligere mundum. Corpus autem noſtrum, quia pars noſtri eſt, ad hoc nobis diligendũ, vt ſaluti eius ac fragilitati naturaliter conſulamus, & agamus quatenùs ſpiritui ordinatè ſubiectum, ad æternam ſalutem accepta immortalitate & incorruptione perueniat: non ſuis voluptatibus diffluendo, animæ rigorem ſibi cedentis emolliat, puritatem polluat, & totam dignitatem ſuæ delectationis morbo corrumpat. Proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi nõ propter aliquas vtilitates noſtras, non propter ſperata beneficia vel accepta, nõ propter affinitates vel conſanguinitates, ſed propter hoc tantùm, quòd ſunt naturæ noſtræ participes, diligamus: quia nõ eos ſicut noſipſos amamus, quando propter illa ſuperiùs dicta diligimus. Neq; enim ideò proximum tanquàm ſeipſum diligit quiſque, quia ſibi frater aut ſoror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis eſt. Carnaliter quippe amat, qui taliter amat: quoniã non illi tantùm proximi noſtri credendi ſunt, quos nobis gradus ſanguinis iũgit, ſed proximi noſtri credẽdi ſunt omnes homines, naturæ noſtræ, ſicut dixi, participes. Nam ſi propinquos noſtros quãuis incompoſitos, turpes, ac malè moratos, plùs quàm quoslibet ſanctos, quos à nobis ſecundùm ſanguinem vocamus extraneos, diligamus: non ſolùm carnaliter diligimus, ſed etiam grauiter in tali eorũ dilectione peccamus. Proindè ſecundùm nos proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & ad æternã vitam conſequendam, ſicut nobis, ſaluti eorum conſulimus, quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus: & ſicut nobis ſubueniri optamus, ità eis pro viribus ſubuenimus: aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniẽdi tenemus. Quapropter hæc eſt proximi tota dilectio, vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi verò plùs, quàm ſe, diligunt Deum, qui pro eius amore ſuæ ad tempus ſaluti non parcunt: ſeipſos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus proprijs, patriæ ſuæ extorres fieri, parentibus & vxoribus ac filijs ſuis renunciare parati ſunt, & vt totum dicam, ipſam corporis mortem non ſolùm non refugiunt, ſed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis, quàm à Deo vita vitæ ſuæ diſcedere. Iſte igitur nobis dilectionis ordo ſeruandus eſt, iuxta illud, quod dicit Spiritus ſanctus: Ordinauit in me charitatem: vt ſicut ordinata charitas poſcit, Deum principaliter diligamus: & propter ipſum in ipſo ea, quę diligenda ſunt, tantum quantum ipſe præcipit, diligamus. Ipſe enim pręcipit, vt corpora noſtra propter nos, proximos ſicut nos, & ipſum plùs diligere, quàm nos debeamus: ità ſanè, vt eis quos nobis coniunctiores familiaritas facit, ſi eos fama nõ reprobat, & vita commendat, nos ampliùs impendamus, omniũ profectus noſtros eſſe credamus, & de aliorũ peccatis, tanquàm de noſtris miſericorditer lugeamus. Sic ergò poſſunt in hac vita illi eſſe perfecti, qui perfectè diligunt Deum. Et illi perfectè Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult, nec vllis peccatis, quibus offenditur, acquieſcunt: & ſemper ſe ad virtutes, quas ipſe dignatur donare, diligẽdas & habendas extendunt. Hi ſunt, qui omnia bona quæ implere potuerint, ab illo ſe adiutos vt poſſint, veraciter credunt: quicquid mali commiſerint, vitio ſuæ voluntatis aſſcribunt: quicquid boni non potuerint implere, ab illo, vt poſſint, iugiter petunt: cùm potuerint, illi gratias agunt. Bona eius quæ fuerint conſecuti, etiam alijs conferri ſocialiter volunt, & vſque in ſuos inimicos dilectionis ſuæ latitudinem porrigentes, hoc omnes cupiunt eſſe, quod ipſi ſunt.

Deut.6. Math.22. Luc.10. Marc.12.

* aliàs copulari animo.

Ordo dilectionis à quibus peruertatur. Vide Aug li. 1.de doctrina Chriſt.ca.27.

1.Ioan.2. Corpus quomodo diligendum.

Proximum quando diligamus ſicut noſipſos.

Proximi noſtri quinam ſint.

Diligentes Deum plùs quàm ſeipſos

Ordo dilectionis.

Cant.2.

Leuit.19. Matth.22.

Perfectè qui Deũ diligãt.

10. AVGVSTINVS in Pſalmum quadrageſimumſeptimum: Intellige vim charitatis. Ipſa eſt virtus quam nemo vincit. Huius ignem nulli fluctus ſeculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictum eſt: Valida eſt ſicut mors dilectio. Quomodò enim mors quãdo venit, reſiſti ei non poteſt, quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare nõ potes, quia mortalis natus es; ſic contra violentiam charitatis mundus nil poteſt. A contrario enim ſimilitudo data eſt de morte: Quomodò enim mors ad auferendum violentiſſima eſt, ſic charitas violentiſſima eſt ad ſaluandũ. Per charitatem enim multi mortui ſunt ſeculo, vt viuerent Deo. Hac charitate accẽſi martyres, nõ ſimulati, nõ vana gloria ventilati, non tales de quibus dictũ eſt: Si tradidero corpus meum vt ardeã; charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt: ſed tales, quos verè Chriſti & veritatis charitas perduceret ad paſſionem. Quid eis fecerunt tentationes ſæuientium? Maiorem violentiam habuerunt

Cant.8. Quomodò charitas valida ſicut mors.

1.Cor.13.

oculi

Digitized by Google

oculi flentium ſuorum, quàm perſecutiones inſectantium. Quàm multos enim tenebant filij, nè paterentur? quàm multorum genibus prouoluebantur vxores, nè viduæ relinquerentur? quàm multos parentes filij prohibebant mori, ſicut nouimus & legimus in paſſione beatæ Perpetuæ? Facta ſunt iſta. Sed lachrymæ quantælibet, & quantolibet impetu fluerent, quomodò ardorem charitatis extinguerent? Hæc eſt virtus Sion, cui & alibi dicitur: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Annunciate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius.

Pſal.122.

11. IDEM tractatu quinto in epiſtolam beati Ioannis, ſuper ea verba, In hoc manifeſtati ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt à Deo; & qui non diligit fratrem ſuum: Certè iam manifeſtum eſt vndè dicat, Et qui non diligit, inquit, fratrē ſuum. Dilectio ergò ſola diſcernit inter filios Dei & filios diaboli. Signent ſe omnes ſigno crucis Chriſti. Reſpondeant omnes, Amen. Cantent omnes, Halleluia: Baptizentur omnes, intrent Eccleſias, faciant parietes baſilicarum: non diſcernuntur filij Dei à filijs diaboli, niſi charitate. Qui habent charitatē, nati ſunt ex Deo: qui non habent, non ſunt nati ex Deo. Magnum iudicium, magna diſcretio. Quicquid vis, habe: hoc ſolum non habeas, nihil tibi prodeſt. Alia ſi non habeas, hoc habe, & implēſti legē. Qui enim diligit alterum, legem impleuit, ait Apoſtolus: Et, Plenitudo legis charitas. Puto iſtam margaritam eſſe illam, pro qua homo negociator deſcribitur in Euangelio, qui inuenit vnam margaritam, & vendidit omnia quæ habebat, & emebat eam. Hæc eſt margarita precioſa, charitas, ſine qua nihil tibi prodeſt quodcunque habueris; quam ſi ſolam habeas, ſufficit tibi.

1.Ioan.3. *Charitas ſeparat filios Dei à filijs diaboli.* *Sola charitas ſufficit, & ſine ea nihil.* *Rom.13.* *Matth. 13.*

12. ET in Enchiridio ad Laurentiū, capite centeſimo decimoſeptimo: Charitas, quam fide ac ſpe maiorem dixit Apoſtolus, quanto in quocunque maior eſt, tanto melior eſt in quo eſt. Cùm enim quęritur, vtrùm quiſq; ſit homo bonus, non quæritur quid credat, aut ſperet, ſed quid amet. Nam qui rectè amat, proculdubiò rectè credit & ſperat: qui verò non amat, inaniter credit, etiamſi ſunt vera quę credit: inaniter ſperat, etiamſi ad veram felicitatem doceantur pertinere quæ ſperat, niſi & hoc credat ac ſperet, quòd ſibi petenti donari poſſit, vt amet.

1.Cor.13. *Homo bonus eſſe iudicatur non ex fide aut ſpe, ſed ex charitate.*

13. ITEM ſermone quinquageſimotertio de tempore: Charitas omnium arx eſt virtutū, promiſſio regni, præmium ſummum ſanctorum in cælo; quia in perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent ſancti perfecto amore Dei. Quem quia præſentem vident, ſuauiùs diligunt, & dulciùs fruuntur ipſo bono. In omnibus præceptis Dei charitas obtinet principatum, ſine cuius perfectione nihil Deo placere poſſe Paulus Apoſtolus teſtatur; quia nec martyrium, nec ſeculi contemptum, nec eleemoſynarum largitionem ſine charitatis officio quicquam proficere poſſe oſtendit.

Charitatis laus. *1.Cor.13.*

14. ET libro decimoquinto de Trinitate, capite decimooctauo: Nullū eſt iſto Dei dono excellentius. Solū eſt quod diuidit inter filios regni ęterni, & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per ſpiritum ſanctum munera, ſed ſine charitate nihil proſunt. Niſi ergò tātum impertiatur cuique Spiritus ſanctus, vt eum Dei & proximi faciat amatorem, à ſiniſtra non transfertur ad dexteram. Nec ſpiritus propriè dicitur donum, niſi propter dilectionem: quam qui non habuerit, ſi linguis hominum loquatur & angelorum, ſonans æramentum eſt & cymbalum tinniens. Et ſi habuerit prophetiam, & ſcierit omnia ſacramenta, &c. Quantum ergò bonum eſt, ſine quo ad æternam vitam neminem bona tanta perducunt? Ipſa verò dilectio ſiue charitas, nam vnius rei eſt vtrunque nomen, ſi habeat eam qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia ſcit ſacramenta, omnemq; ſcientiam, nec diſtribuit omnia ſua pauperibus, vel non habendo quod diſtribuat, vel aliqua neceſſitate prohibitus, nec tradit corpus ſuum vt ardeat, ſi talis paſſionis nulla tentatio eſt, perducit ad regnum, ità vt ipſam fidē non faciat vtilem niſi charitas. Sine charitate quippe fides poteſt quidem eſſe, ſed non & prodeſſe. Propter quod & Apoſtolus Paulus, in Chriſto, inquit, Ieſu, neque circuncíſio, neque præputium aliquid valet, ſed fides quę per dilectionem operatur. Sic eam diſcernens ab ea fide, qua & dæmones credūt & contremiſcunt. Dilectio igitur quæ ex Deo eſt, & Deus eſt, propriè ſpiritus ſanctus eſt, per quem diffunditur in cordibus noſtris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. Quocircà rectiſſimè ſpiritus ſanctus cùm ſit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quod donum propriè quid niſi charitas intelligenda eſt, quæ perducit ad Deum, & ſine qua quodlibet aliud donum Dei non perducit ad Deum?

Excellentia & neceſſitas charitatis. *1.Cor.13.* *Fidem vtilē ſola charitas facit.* *Sine charitate fides eſſe poteſt, ſed nō prodeſſe.* *Galat.5.* *Iaco.2.* *Rom.5.*

15. PRIMAE Ioannis tertio: Qui non diligit, manet in morte.

16. MATTHAEI vigeſimoquinto: Nouiſſimè veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpōdens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos.

17. AVGVSTINVS de verbis Domini ſermone vigeſimotertio, capite quarto: Intentū me fecit Euangelium ſanctum. Etiam ipſas virgines & ferentes lampades, alias dixit prudentes, alias ſtultas. Vndè intuemur? vndè diſcernimus? De oleo. Aliquid magnum ſignificat oleum; & valdè magnū. Putas nō charitas eſt? Quærendo dicimus, non ſententiam præcipitamus. Vndè mihi videatur oleū charitatem ſignificare, dicam vobis. Apoſtolus dicit; Adhuc ſupereminentiorem vobis viam demonſtro. Supereminentiorem viam quam demonſtrat? Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeā, factus ſum æramentum ſonans, aut cymbalum tinniens. Ipſa eſt ſupereminens via, id eſt, charitas, quæ meritò oleo ſignificatur. Omnibus enim humoribus oleum ſupereminet. Mitte aquam, & ſuperinfunde oleum, oleum ſupereminet. Mitte oleum, ſuperinfunde aquam, oleum ſupereminet. Si ordinem ſeruaueris, vincit: ſi ordinem mutaueris, vincit: Charitas nunquàm cadit. Et capite octauo: Sapientium lampades ardebant de oleo æterno, de conſcientiæ ſecuritate, de interiore gloria, de intima charitate.

Matth.25. *Oleum charitas.* *1.Cor.12.* *1.Cor.13.*

II.

Quid verò eſt Charitas?

A. VIRTVS infuſa diuinitùs, qua ſincerè diligitur propter ſe Deus, & propter Deum proximus. *Matth.22.d Luc.10.e Mar.12.c Auguſt.lib.3. de doct. Chriſt.cap.10.*

B. Diligēdus enim pręcipuè eſt Deus in omnibus,[a] & ſuper omnia, & propter ſe ſolum, vt qui vnus ſummum æternumq; bonum exiſtit, quod ſolum noſtros explet animos: cuius amor & [b] honor noſtræ tum voluntatis, tum actionis omnis initium & ſcopus eſſe debet.

a Bernar. in tractatu de diligendo Deo. *b 1.Cor 10.g Coloſſ.3.c*

C. De-

c Auguſt. hom. 38. ex 50. c 2. & ſeq.
d Auguſt. in Pſal. 118. concione 3. Item ſerm. 53. & 59. de tempore.

C. Deindè propter [c] Deum amandus proximus, hoc eſt, citra diſcrimen [d] homo quilibet, quando inter nos omnes proximi, maximáque propinquitate coniuncti ſumus, ſecundùm eandem ſcilicet naturam humanam filijs Adę communem, & ob diuinam gratiam æternamque gloriam cunctis, qui velint, communicabilem.

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI vigeſimoſecundo: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ.

2. LVCAE decimo: Et eccè quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodò legis? Ille reſpōdens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixítque illi: Rectè reſpondiſti. hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus? * Suſpiciens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, &c. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

* aliàs Suſcipiens

3. MARCI duodecimo: Interrogauit eū vnus de ſcribis, quod eſſet primum omniū mandatum. Ieſus autem reſpondit ei: Quia primum omnium mandatum eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquàm teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt. Et ait illi Scriba: Benè Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquàm ſeipſum, maius eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificijs. Ieſus autem videns quòd ſapienter reſpōdiſſet, dixit illi: Non es longè à regno Dei.

4. AVGVSTINVS libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite decimo: Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum.

Charitas quid ſit.

1. B. BERNARDVS in tractatu de diligendo Deo: Vultis à me audire, quarè & quomodò diligendus ſit Deus? Et ego: Cauſa diligendi Deū, Deus eſt: Modus, ſine modo diligere. Ob duplicem autem cauſam Deum dixerim propter ſeipſum diligendum: ſiue quia nihil iuſtius, ſiue quia nil diligi fructuoſiùs poteſt. Meretur amari propter ſeipſum Deus, & ab infideli: qui etſi neſciat Chriſtum, ſcit tamen ſeipſum. Proindè inexcuſabilis eſt omnis etiam infidelis, ſi non diligit Dominum Deum ſuum ex toto corde, tota anima, tota virtute ſua. Clamat nempe intùs ei innata & nō ignota rationi iuſtitia, quia ex toto ſe illum diligere debeat, cui ſe totum debere non ignorat, &c. Et quibuſdam interpoſitis: Hîc primùm vide, quo modo, immò quàm ſine modo à nobis Deus amari meruerit, qui prior ipſe dilexit nos tantus & tantùm, & gratìs tantillos & tales. Et cùm dilectio quæ tendit in Deum, tendat in immenſum, tendat in infinitum, (nam & infinitus Deus eſt, & immenſus) quiſnam quęſo debeat finis eſſe noſtri vel modus amoris? Quid quòd amor ipſe noſter nō iam gratuitus impenditur, ſed rependitur debitus? Amat ergò immenſitas, amat æternitas, amat ſupereminens ſcientiæ charitas, amat Deus, cuius magnitudinis non eſt finis, cuius ſapientię non eſt numerus, cuius pax exuperat omnē intellectum, & vicem rependimus cum mēſura. Non ſine præmio diligitur Deus, etſi abſque prēmij intuitu diligendus ſit. Vacua nanque vera charitas eſſe non poteſt, nec tamen mercenaria eſt. Quippe non quęrit quæ ſua ſunt. Affectus eſt, non contractus, nec acquiritur pacto, nec acquirit. Spontè afficit, & ſpontaneum facit. Verus amor ſeipſo contentus eſt. Habet præmium, ſed id quod amatur. Nam quidquid propter aliud amare videaris, id planè amas, quò amoris finis pertendit, non per quod tendit. Paulus non euangelizat vt comedat, ſed comedit vt euangelizet, eò quòd amet nō cibum, ſed Euangelium. Verus amor præmium non requirit, ſed meretur. Præmiū ſanè necdùm amanti proponitur, amanti debetur, perſeueranti redditur. Poſteà verò, vt perfecta iuſtitia ſit diligere proximum, Deum in cauſa habere neceſsè eſt. Alioquin proximum purè diligere quomodò poteſt, qui in Deo non diligit? Porrò in Deo diligere non poteſt, qui Deum non diligit. Oportet ergò Deum diligi priùs, vt in Deo diligi poſſit & proximus. Facit ergò etiam ſe diligi Deus, qui & cætera bona facit. Et in fine: Quia carnales ſumus, & de carnis concupiſcentia naſcimur, neceſsè eſt, vt cupiditas noſtra vel amor noſter à carne incipiat, quæ ſi recto ordine dirigitur, quibuſdam ſuis gradibus duce gratia proficiens, ſpiritu tandèm conſummabitur: quia non priùs quod ſpirituale, ſed quod animale, deindè quod ſpirituale. Et priùs neceſsè eſt portemus imaginem terreſtris, deindè cæleſtis. In primis ergò diligit ſeipſum homo propter ſe. Caro quippe eſt, & nil ſapere valet præter ſe. Cumque ſe videt per ſe non poſſe ſubſiſtere, Deum quaſi neceſſarium incipit per fidem inquirere & diligere. Diligit itaque in ſecūdo gradu Deum, ſed propter ſe, non propter Deum. At verò cùm ipſum cœperit occaſione propriæ neceſſitatis colere & frequētare, cogitando, legendo, orādo, obediendo: quadam huiuſcemodi familiaritate paulatim ſenſimque Deus innoteſcit, conſequenter & dulceſcit: & ſic guſtato, quàm ſuauis eſt Dominus, tranſit ad tertium gradum, vt diligat Deum non iam propter ſe, ſed propter ipſum. Sanè in hoc gradu diù ſtatur: & neſcio ſi à quoquam hominum quartus in hac vita perfectè appræhenditur, vt ſe ſcilicet diligat homo tantùm propter Deum.

Cauſa & modus diligēdi Deum.

Quomodò Deus amari mereatur.

Pſal. 144. & 146.

Philip. 4.

Deus ſine præmij intuitu diligēdus, nec tamen ſine prēmio diligitur.

1. Cor. 13.

1. Cor. 9.

Verus amor meretur præmium.

Nota.

Proximi dilectio puta non eſt, niſi propter Deū fiat.

Proximi dilectio non eſt ſine Dei dilectione.

Quibus gradibus amoris ad verā charitatem aſcēdatur.

1. Cor. 15.

2. PRIORIS ad Corinthios decimo: Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

3. AD Coloſſenſes tertio: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

1. C. AVGVSTINVS homilia trigeſimaoctaua ex libro quinquaginta homiliarum, capite ſecundo: Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine niſi Deum. Capite tertio: Videat enim charitas veſtra primùm, amicitiæ amor qualiter debeat eſſe gratuitus. Non enim propterea debes habere amicum, vel amare, vt aliquid tibi præſtet. Si propterea illum amas, vt præſtet tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale; non illum amas, ſed illud quod præſtat.

Gratuitus amor.

Ami-

Amicus gratis amandus eſt, propter ſeſe, non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitiæ regula, vt gratis diligas: quàm gratis amandus eſt Deus, qui iubet vt hominem diligas? Nihil delectabilius Deo. Nam in homine ſunt quæ offendat, per amicitiam tamen cogis te, vt etiam illa quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam. Si ergò non debes propter quędam toleranda diſſoluere hominis amicitiam: Dei amicitia quibus rebus debet cogi, vt diſſoluatur à te? Nihil inuenis delectabilius Deo. Deus non eſt qui te offendat, ſi tu eum non offendas: nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi; Non illum video; quomodò ſum amaturus quem non video? Et quomodò diſcis amare quem non vides? Modò oſtendo vndè coneris videre, quod iſtis oculis non potes videre. Eccè amas amicum, quid in illo amas? Gratis eum amas. Sed fortè amicus iſte tuus, vt alia omittam, ſenex homo eſt: Fieri enim poteſt, vt habeas amicum ſenem. Quid amas in ſene? Incuruum corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam? Si corpus quod vides, nihil deformius præ ſenectute: & tamen aliquid amas, & corpus quod vides nō amas, quia deforme eſt: vndè vides quod amas? Si enim quæram à te, Quarè amas? reſponſurus es mihi, Homo eſt fidelis. Ergò fidem amas. Si fidem amas, quibus oculis videtur fides, ipſis oculis videtur Deus. Incipe ergò Deum amare, & amabis hominem propter Deum. Et capite quinto: Si omnis qui amat, ſaluum vult habere quod amat, ſi intelligat quæ ſit vera ſalus, incipit illam amare in ſe, & ipſam cogitur veram amare & in amico.

Dei amicitia diſſolui non debet.

2. IDEM in pſalmum centeſimum decimumoctauum, concione octaua: Omnis homo eſt omni homini proximus; nec vlla cogitanda eſt longinquitas generis, vbi eſt natura cōmunis. Quanquàm nec proximum nouerat qui Domino ait, Et quis eſt mihi proximus? Quando illi eſt propoſitus homo quidam, qui deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho, incidit in latrones: cui proximum non fuiſſe niſi qui cum illo fecit miſericordiam, ipſe qui interrogauerat iudicauit, patuitq́, in facienda miſericordia neminem alienum eſſe putandum ab eo qui diligit proximum. Et poſt pauca: Vt ſciamus diligere Deum, ſciendus eſt Deus: & vt ſciat homo diligere proximum tanquàm ſeipſum, priùs debet diligendo Deum diligere ſeipſum. Quod vndè poterit ſcire, ſi neſcit Deum, ſi neſcit & ſeipſum?

Omnis homo proximus. *Luc. 10.*

3. ET ſermone quinquageſimotertio de tempore: Si fortè quislibet quærat, quis ſit proximus, ſciat omnem Chriſtianum rectè proximum dici, quia omnes in baptiſmo filij Dei ſanctificamur, vt fratres ſimus ſpiritaliter in charitate perfecta. Nobilior eſt generatio ſpiritalis quàm carnalis, de qua in Euangelio ipſa Veritas ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Qui autem taliter intelligens proximum diligit, ſine dubio charitatem veram in ſemetipſo tenebit.

Proximi noſtri ſunt oēs Chriſtiani. *Ioan. 3.*

4. ITEM ſermone quinquageſimonono de tempore: Sic autem diligendus eſt inimicus, non inquantùm inimicus, ſed inquantùm homo eſt, vt ei hoc velis prouenire quod tibi; id eſt, vt ad regnum correctus reuocatusq́ perueniat. Proximus eſt autem omnis homo. Omnes proximi ſumus conditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis, & etiā ſpe cæleſtis hæreditatis: quia neſcimus quis quid futurus ſit, quoniam aut Iudæus, aut hæreticus, aut paganus: fortè enim per miſericordiam Dei conuertetur ad Deum, & inter ſanctos primum locum habere merebitur.

Inimicus quatenùs diligendus. *Proximus eſt omnis homo.*

III.

Quot ſunt Charitatis præcepta?

A. Dvo quidem ſummaria, quorum primum de diligendo Deo, ſic [a] in veteri nouaque lege proponitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Hoc eſt primum & maximum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.*

a Deut. 6. a Matth. 22. d Marc. 12. c Luc. 10. e Greg. lib. 10. Moral. cap. 6. & 7.

B. Hæc charitas eſt [b] plenitudo legis & ſumma iuſtitiæ. hoc eſt [c] vinculum perfectionis: charitas, inquam, [d] de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

b Rom. 13. c c Coloſſ. 3. c d 1. Tim. 1. a

TESTIMONIA.

1. A. DEVTERONOMII ſexto: Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntq́ verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodiè, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntq́ & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesq́ ea in limine & oſtijs domus tuæ.

2. MATTHAEI vigeſimoſecundo, 3. MARCI duodecimo, 4. LVCAE decimo, vt ſuprà, quæſtione præcedenti, A. teſtimonio primo, & ſequentibus.

5. GREGORIVS Magnus libro decimo Moralium in Iob, capite ſexto: Dei dilectio per tria diſtinguitur: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligi conditor iubetur. Qua in re notandum eſt, quòd diuinus ſermo cùm Deum diligi præcipit, non ſolùm narrat ex quo, ſed etiam informat ex quanto, cùm ſubiungit, ex toto: vt videlicet qui perfectè Deo placere deſiderat, ſibi de ſe nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo pręcepta deriuatur, cùm & per quendam iuſtum dicitur: Quod ab alio tibi odis fieri, vide nè tu alteri facias. Et per ſemetipſam Veritas dicit: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quibus duobus ſcilicet vtriuſque teſtamenti mandatis, per vnum malitia compeſcitur, per aliud benignitas prærogatur: vt malum quod pati non vult quiſque non faciens, ceſſet à nocendi opere: & rurſùm bonum, quod ſibi fieri appetit, impendens, erga vtilitatem ſe proximi exerceat ex benignitate.

Tob. 4. *Matth. 7.*

6. DEINDE capite ſeptimo eiuſdem libri: Benè ergò lex Dei multiplex dicitur: quia nimirùm cùm vna eademq́ ſit charitas, ſi mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Cuius diuerſitatem breuiter exprimimus, ſi in electis ſingulis bona illius reſtringēdo numeremus. Hæc nanq́ primùm per Abel & electa Deo munera obtulit, & fratris gladium non reluctando tolerauit. Hęc Enoch & inter homines ſpiritaliter viuere docuit, & ad ſublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abſtraxit. Hæc Noë, deſpectis omnibus, ſolum Deo placabilem oſtendit,

Virtus charitatis multiplex. *Gen. 4.* *Gen. 5.* *Gen. 7.*

Digitized by Google

dit,atque in arcæ fabricam ſtudio longi laboris
exercuit,& mũdo ſuperſtitem pio opere exercen-
Gen.9. do ſeruauit: Hæc per Sem & Iaphet humiliter ve-
renda patris erubuit, & ſuperiecto dorſis pallio,
Gen 22. quæ non videbat,abſcõdit.Hæc Abrahæ dextram
quia ad mortem filij obediendo extulit,hũc pro-
Gen.27. lis innumeræ, gentium patrem fecit. Hæc Iſaac
mentem quam ſemper ad munditiam tenuit, ca-
ligantibus ætate oculis, ad videnda longè pòſt
Gen 37. ventura dilatauit. Hæc Iacob compulit amiſ-
ſum bonum filium medullitùs gemere, & pra-
uorum filiorum præſentiam ſub æquanimitate
Gen.42. tolerare. Hæc Ioſeph docuit à fratribus venunda-
tum, libertate animi infracta ſeruitium perpeti,
& eiſdem pòſt fratribus mente non elata princi-
Exod.32. pari. Hæc Moyſen, delinquente populo, & vſque
ad petitionem mortis in precibus ſtrauit,& vſque
ad interfectionem populi per zeli ſtudium ere-
xit: vt & pro pereunte plebe ſeſe morti obijceret,
& contra peccantem protinùs vice Domini ira-
Num.25. ſcentis ſæuiret. Hæc Phinees brachium in vltio-
nem peccantium erexit,vt arrepto gladio coëun-
tes transfigeret, & iram Domini iratus placaret.
Ioſue 9. Hæc Ioſue exploratorem docuit, vt & priùs con-
tra falſiloquos ciues veritatem verbo defende-
ret,& hanc poſtmodùm gladio contra hoſtes alle-
1.Reg.3. garet. Hæc Samuel & in principatu humilem præ-
buit,& integrum in deiectione ſeruauit: qui cùm
perſequentem ſe plebem diligeret, ipſe ſibi teſti-
monium extitit,quia culmen ex quo deiectus eſt,
1.Reg.24. non amauit. Hæc Dauid ante iniquum regem &
humilitate commouit ad fugam,& pietate reple-
uit ad veniam: qui perſecutorem ſuum & timen-
do fugit vt dominum, & tamen cùm poteſtatem
2.Reg.12. feriendi reperit,non agnouit inimicum. Hæc Na-
than & contra peccantem Regem in authorita-
tem liberæ increpationis ſuſtulit, & cùm Regis
culpa deeſſet, in petitione humiliter ſtrauit. Hæc
Eſa.20. per Eſaiam nuditatem carnis in prædicatione
non erubuit,& ſubducto carnali velamine,ſuper-
na myſteria penetrauit. Hæc Heliam,quia feruo- 4.Reg.2.
ris zelo viuere ſpiritaliter docuit, ad vitam quo-
què & corporaliter abſtraxit: Hæc Heliſæum, Ibidèm.
quia magiſtrum ſimpliciter diligere inſtituit,ma-
giſtri ſpiritu dupliciter impleuit. Per hanc Hiere- Ierem.42.
mias,nè in Aegyptum populus deſcenderet,reſti-
tit: ſed tamen & inobedientes diligens,quò de-
ſcendi prohibuit,& ipſe deſcendit. Hæc Ezechie- Ezech.8.
lem, quia priùs à terrenis deſiderijs ſuſtulit, pòſt
per cincinnum capitis in aëre librauit. Hæc in
Daniele quia à regijs dapibus gulam compeſcuit,
ei & eſurientium ora leonum clauſit. Hæc tribus Dan.4.
pueris, quia in tranquillitate poſitis incendia vi-
tiorum ſubdidit,tribulationis tempore & flãmas Dan.2.
in fornace temperauit. Hæc in Petro & minis ter-
rentiũ principum fortiter reſtitit, & in circunci-
ſione ſubmouẽda,minorum verba humiliter au- Actor.15.
diuit. Hæc in Paulo & manus perſequentium hu-
militer pertulit, & tamen in circuncisionis nego- Galat.2.
cio longè ſe imparis prioris ſenſum audenter in-
crepauit. Multiplex ergò iſta lex Dei eſt, quæ ſin-
gulis rerum articulis non permutata congruit, &
cauſis ſe variantibus non variata coniungit.

1.B. AD Romanos decimotertio: Qui diligit
proximum,legem impleuit.Nam,Non adultera-
bis, Non occides, Non furaberis, Non falſum te-
ſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt
aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur,Dili-
ges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio pro-
ximi,malum non operatur. Plenitudo ergò legis
eſt dilectio.

2. AD Coloſſenſes tertio: Induite viſcera miſe-
ricordiæ, benignitatem, &c. Super omnia autem
hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum per-
fectionis.

3. PRIORIS ad Timotheum primo: Finis
præcepti eſt charitas de corde puro,& conſcientia
bona, & fide non ficta.

IIII.

Quo indicio ſe prodit ſyncera Charitas?

a Greg.hom. 30.in Euang. A. PROBATIO [a] dilectionis ſeu charitatis, exhibitio eſt operis, & diuino-
rum obſeruatio mandatorum. Vndè & Ioannes Chriſto dilectus inquit:
b 1.Ioan.5.a [b] *Hæc eſt vera charitas Dei,vt mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non*
c 1.Ioan.2.a *ſunt.* Et rurſum: [c] *Qui dicit ſe nôſſe Deum,& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt,
& in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta
eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus.*

d Ioan.14.bc B. Quinetiam Chriſtus ipſe docet: [d] *Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui
habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à
Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Qui non diligit me, ſermo-
nes meos non ſeruat.*

TESTIMONIA.

A. GREGORIVS homilia trigeſima in Euã-
Ioan.14. gelia: Si quis diligit me,ſermonem meũ ſeruabit.
Probatio ergò dilectionis, exhibitio eſt operis.
1.Ioã. 2.& 4. Hinc in epiſtola ſua idem Ioãnes dicit: Qui dicit,
diligo Deum,& mandata eius non cuſtodit,men-
dax eſt.Verè enim diligimus,ſi ad mandata eius à
noſtris nos voluptatibus coarctamus. Nã qui ad-
huc per illicita deſideria diffluit, profectò Deum
non amat: quia ei in ſua voluntate contradicit.
Reliqua teſtimonia habes in textu.

V.

Quæ ſunt mandata Dei, ad Charitatem præcipuè ſpectantia?

Exod.20. a b 34.d Leuit. 19.a b Deu.4.a b 5.a b 10.a a Matt.19.c 5.c 22.b Mar. 10.& 12.c Luc.18.d & 10.e Rom.2.b 13.c 7.b Gala.5.c Iac.2.b 1.d 4.c 1.Tim.1.b Concil. Triden.ſeſſ.6.can. 19.20.& 21.

DECEM Dei verba primùm per Moyſen Iudæis tradita, & dein-
dè per Chriſtum & Apoſtolos [a] Chriſtianis omnibus commendata:
quæ & Decalogi nomen obtinuerunt, atque ità recenſentur:

Ego ſum Dominus Deus tuus.

b Leuit.26.a I. *Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile,* [b] *vt adores
illud.*

II. Non

Digitized by Google

II. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.
III. Memento vt diem Sabbati ſanctifices.
IIII. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
V. Non occides.
VI. Non mœchaberis.
VII. Non furtum facies.
VIII. Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium.
IX. [c] Non concupiſces vxorem proximi tui:
X. Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

Exponunt Decalogũ Orig. in Exod. hom. 8. Aug. queſt. 71. in Exod. & tract. de decem plagis. & lib. de decem chordis.

c Deuter. 5. c

TESTIMONIA.

1. EXODI vigeſimo: Locutuſq; eſt Dominus cunctos ſermones hos: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſupèr, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles: Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà. Memento vt diem Sabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo: idcircò benedixit Dominus diei Sabbati, & ſanctificauit eum. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides, Non mœchaheris, Non furtum facies, Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium, Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

2. ET capite trigeſimoquarto: Dixit Dominus ad Moyſen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſraël pepigi fœdus. Fuit ergò ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. Cumq; deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.

3. LEVITICI decimonono: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Vnuſquiſque patrem ſuum & matrẽ ſuam timeat. Sabbata mea cuſtodite. Ego Dominus Deus veſter. Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus veſter. Non facietis furtum, Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Et in fine capitis: Cuſtodite omnia præcepta mea & vniuerſa iudicia, & facite ea. Ego Dominus.

4. DEVTERONOMII quarto: Et nunc Iſraël audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te, vt faciens ea, viuas, & ingrediens poſſideas terram, quã Dominus Deus patrum veſtrorũ daturus eſt vobis. Non addetis ad verbũ quod vobis loquor, nec auferetis ab eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis. Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus: ſic facietis in terra ea, quam poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis, & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Dominus Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtaq; iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodiè ante oculos veſtros? Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſolicitè. Nè obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, & nè excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi, dicens: Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantq; filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radices montis qui ardebat vſque ad cælum: erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutuſq; eſt Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitùs non vidiſtis, & oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mãdauit in illo tempore, vt docerem vos cæremonias & iudicia, quæ facere deberetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras.

5. ET capite quinto: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos in conſpectu meo. Nõ facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium, quæ in cælo ſunt deſupèr, & quæ in terra deorsùm, & quæ verſantur in aquis ſub terra. Non adorabis ea, & non coles. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, & faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, & cuſtodiẽtibus præcepta mea. Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtrà, quia non erit impunitus, qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit. Obſerua diem Sabbati, vt ſanctifices eum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies Sabbati eſt, id eſt, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia, ſeruus & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua, ſicut & tu. Memento quòd & ipſe ſerui eris in Aegypto, & eduxerit te indè Dominus Deus tuus in manu forti & brachio extento. Idcircò præcepit tibi, vt obſeruares

Digitized by Google

uares diem Sabbati. Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & benè ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Non occides, Neque mœchaberis. Furtumq́; nō facies. Nec loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt. Hęc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens ampliùs, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

6. ITEM capite decimo: In tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in mōtem, facieſq́; arcam ligneam, & ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his, quas antè confregiſti, poneſq́; eas in arca. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cumq́; dolâſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus. Scripſitq́; in tabulis iuxta id quod priùs ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi. Reuerſuſq́; de monte deſcendi, & poſui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucuſquè ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus.

Ad Chriſtianos etiā Decalogum pertinere.

7. MATTHAEI decimonono: Et eccè vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam ęternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

8. ITEM capite quinto: Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas, &c. vt infrà quæſtione ſequenti, A. teſtimonio ſeptimo.

9. ET vigeſimoſecundo, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio primo.

10. MARCI decimo: Procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum: Magiſter bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Præcepta nôſti. Nè adulteres, Nè occidas, Nè fureris, Nè falſum teſtimonium dixeris, Nè fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille reſpondens ait illi: Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum.

11. ET capite duodecimo, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio tertio.

12. LVCAE decimooctauo: Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus, Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus: Mandata nôſti: Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem.

13. ET decimo, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo.

14. AD Romanos ſecundo: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

15. ET capite decimotertio: Nemini quicquam debeatis: niſi, vt inuicèm diligatis. Qui enim diligit proximum, legē impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergò legis eſt dilectio.

16. ITEM capite ſeptimo: Quid ergò dicemus? lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces, &c. Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum, &c.

17. AD Galatas quinto: Vos in libertatem vocati eſtis fratres: tantùm nè libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicèm. Omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

18. IACOBI ſecundo: Si tamen legem perficitis regalem ſecundùm ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: benè facitis. Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quaſi tranſgreſſores. Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit &, Non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides autem: factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.

19. ET capite primo: Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.

20. ET capite quarto: Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex. Vnus eſt enim legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare.

21. PRIORIS ad Timotheum primo: Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.

22. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione ſexta, canone decimonono: Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, ſed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos, anathema ſit.

Præcepta euangelica.

23. ET canone vigeſimo: Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibèt perfectum, dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei & Eccleſiæ, ſed tantùm ad credendum: quaſi verò Euangelium ſit nuda & abſoluta promiſſio vitæ æternæ ſine conditione obſeruationis mandatorum, anathema ſit.

Mandata Dei & Eccleſiæ Chriſtianis obſeruāda.

24. ITEM canone vigeſimoprimo: Si quis dixerit Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe vt redemptorem cui fidant, non etiam vt legiſlatorem cui obediant, anathema ſit.

Chriſtus legiſlator.

25. LEVITICI vigeſimoſexto: Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum.

26. DEVTERONOMII quinto: Non loqueris contra proximū tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

VI.

Quid ſibi vult hoc exordium, Ego ſum Dominus Deus tuus?

Deut.6.a d 4 d 10.d Malach.1.b d Hier.32.c Pſal.46.a

A. DECALOGVM exorditur Deus à notitia ſui, & ab inſinuatione Maie-

Digitized by Google

Maieſtatis ſuæ, vt cognitum Legiſlatorem magis reuereamur, eiuſq́ue propoſitis mandatis maior apud omnes authoritas conſtet. Nempe tam ſeriò nobiſcum agitur, vt ſi vnquàm [a] ſalui eſſe velimus, hîc velut in clariſſimo ſpeculo, diuinæ maieſtatis voluntatem, omnemq́ue rectè viuendi rationem certò contemplemur, agnitamq́ue legem illam ſanctiſſimam, [b] adiuuante Chriſti ſpiritu, accuratè ſeruemus.

a Mat.5.c 19.c 28.d Heb.5.c Pſal.118.a c 1.Ioan.3.d Aug. quæſt.140.ſuper Exodum.

b Rom.8.c Ioã.1.c Phil.4.c

B. Nec enim præcipit ſolùm, ſed [c] benedictionem quoquè promittit, & opem tribuit noſter Legiſlator. [d] *Spiritum meum*, inquit, *ponam in medio veſtrî, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini.*

c Pſal.83.b Deut.28.a b Leuit.26.a b

d Ezech.36.f & 11.d

C. Quarè cùm Chriſtus [e] etiam præcepiſſet, *Tollite iugum meum ſuper vos*, nè quis cauſaretur difficultatem, adiecit: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, ijs videlicet, qui gratiæ ſpiritu imbuti, in charitate non ficta ambulant.

e Matth.11.d 1.Ioan.5.a Concil. Trid. ſeſſ.6.cap.11. & can.18. Chryſoſt.lib.1. de compunct.cordis. Baſil. quæſt.176.in regulis breuioribus. Aug de nat.& gra. cap.43. & 69. Item ſer.61. & 191.de temp. Hieron.in ſymb.ad Damaſ.

TESTIMONIA.

1. A. DEVTERONOMII ſexto: Hæc ſunt præcepta & cæremoniæ atq; iudicia, quæ mandauit Dominus Deus veſter vt docerem vos, & faciatis ea in terra ad quam tranſgredimini poſſidendam, vt timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongetur dies tui. Audi Iſraël, & obſerua, vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & benè ſit tibi, & multipliceris ampliùs, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt, &c. Non ibitis poſt deos alienos &c. quoniam Deus ęmulator Dominus Deus tuus in medio tuî: nè quandó iraſcatur furor Domini Dei tui cõtra te, & auferat te de ſuperficie terræ. Et in fine capitis: Præcepitq; nobis Dominus, vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum noſtrum, vt benè ſit nobis cunctis diebus vitæ noſtræ, ſicut eſt hodiè. Eritq; noſtrî miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis.

2. ET capite quarto: Caue nè quando obliuiſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit, quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus ęmulator. Ibid. Scito ergò hodiè, & cogitato in corde tuo, ꝙ Dominus ipſe eſt Deus in cęlo ſurſùm, & in terra deorſùm, & non ſit alius. Cuſtodi præcepta eius atq; mandata quæ ego præcipio tibi: vt benè ſit tibi, & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

3. ITEM capite decimo: Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram nè induretis ampliùs, quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo & viduę, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum. & vos ergò amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies: ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia, quæ viderunt oculi tui.

4. MALACHIAE primo: Magnificetur Dominus ſuper terminũ Iſrael. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum: ſi ergò pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum. Et in fine: Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

5. HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatẽ patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos: Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum eius.

6. PSALMO quadrageſimoſexto: Quoniam Dominus excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.

7. MATTHAEI quinto: Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut prophetas. Non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergò ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra plùs quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca: reus erit cõcilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniẽs offeres munus tuum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Dictum eſt: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiſerit &c. Iterùm audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Non periurabis: reddes autẽ Domino iuramenta tua. Ego autẽ dico vobis, non iurare omninò, neq; per cælum, quia &c. Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentẽ pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuã, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecũ iudicio contendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & palliũ. Audiſtis quia dictũ eſt, Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedẽ habebitis? nónne &

Digitized by Google

ne & publicani hoc faciũt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid ampliùs facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

8. ITEM decimonono: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

9. ET capite vigeſimooctauo: Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritûs ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.

10. AD Hebræos quinto: Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

11. PSALMO centeſimo decimooctauo: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Tu mandâſti, mandata tua cuſtodiri nimìs. Maledicti qui declinant à mandatis tuis.

12. PRIMAE Ioannis tertio: Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrùm, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et in hoc ſcimus quoniã manet in nobis, de ſpiritu quem dedit nobis.

13. AVGVSTINVS queſtione centeſima quadrageſima ſuper Exodum: Cùm tam multa locutus ſit Deus, duæ tantùm tabulæ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonij futuræ in arca. Nimirùm omnia cætera quæ præcepit Deus, ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conſcripta ſunt, pendere intelliguntur, ſi diligenter quærantur & benè intelligantur: quomodò hæc ipſa rursùs decem præcepta, ex duobus illis, dilectione ſcilicet Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetæ.

Ex Decalogo pendent omnia Dei præcepta.

Matth. 22.

14. AD Romanos octauo: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

15. IOANNIS primo capite: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

16. AD Philippenſes quarto: Omnia poſſum in eo qui me confortat.

1. B. PSALMO octogeſimotertio: Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem.

2. DEVTERONOMII vigeſimooctauo: Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodiè, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra. Veniéntque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & appræhendent te: ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusq́ iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos qui conſurgunt aduersùm te, corruentes in conſpectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum: benedicetq́ tibi in terra quam acceperis. Suſcitabit te Dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbuntq́ omnes terrarum populi, quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus Patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo: benedicetq́ cunctis operibus manuum tuarum, & fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſupra, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodiè, & cuſtodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram, nec ſecutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

3. LEVITICI vigeſimoſexto: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Appræhendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtrî, & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vosq́ eritis populus meus. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoquè hæc faciam vobis, Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtrà ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos. fugietis nemine perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboq́ vobis cælum deſupèr ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſq; in ſeptuplum propter peccata veſtra: immittamq́ in vos beſtias agri, quæ conſumant vos & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæq́ fiant viæ veſtræ. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinã, ſed & ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoq; cõtra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſeptiès propter peccata veſtra. inducamq́ ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cumq́ confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiã in medio veſtrî, & trademini in manibus hoſtiũ, poſtquàm cõfregero baculum panis veſtri: ità vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus; & comedetis, & non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me: & ego incedã aduersùs vos in furore cõtrario, & corripiã vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, ità vt comedatis carnes filiorum veſtrorum, & filiarũ veſtrarum. deſtruam excelſa veſtra, & ſimulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorũ, & abominabitur vos anima mea, in tantum vt vrbes veſtras redigã in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorem ſuauiſſimũ. Diſperdamq́ terrã veſtram, & ſtupebũt ſuper ea inimici veſtri, cùm habitatores illius fuerint. vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritq́ terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. Et qui de vobis remãſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ità fugient quaſi gladium: cadent nullo perſequente, & corruẽt ſinguli ſuper fratres

ſuos,

Digitized by Google

ſuos,quaſi bella fugientes, nemo veſtrûm inimicis audebit reſiſtere. peribitis inter Gentes, & hoſtilis vos terra cõſumet. Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint,tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum ſuorum & ſua affligentur:donec confiteantur iniquitates ſuas,& Maiorum ſuorum, quibus præuaricati ſunt in me,& ambulauerunt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur & ego cõtra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mens eorum.

4. EZECHIELIS trigeſimoſexto: Dabo vobis cor nouum,& ſpiritum nouum ponam in medio veſtrì,& auferam cor lapideum de carne veſtra,& dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio veſtrì &c. vt in textu. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri : vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus.

5. ET capite vndecimo: Dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum,vt in præceptis meis ambulent,& iudicia mea cuſtodiant, faciantq́ ea: & ſint mihi in populum,& ego ſim eis in Deum.

1. C. MATTHAEI vndecimo: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiē animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.

2. PRIMAE Ioannis quinto: In hoc cognoſcimus quoniã diligimus natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt.

Iuſtificati adſtringūtur ad obſeruationē præceptorū.

Dei mandata non impoſſibilia.

3. CONCILIVM Tridētinum ſeſſione ſexta, capite vndecimo: Nemo autem, quantumuis iuſtificatus,liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa & à patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia : nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis,& petere quod non poſſis: & adiuuat,vt poſſis. Cuius mandata grauia non ſunt, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipſe teſtatur, ſeruant ſermones eius. Quod vtiquè cum diuino auxilio præſtare poſſunt. licèt enim in hac mortali vita quantumuis ſancti & iuſti in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoquè cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt & humilis & verax: Dimitte nobis debita. quo fit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitiæ ſentire debeant, quo liberati iam à peccato, ſerui autem facti Deo,ſobriè,iuſtè,& piè viuentes, proficere poſſunt per Chriſtum Ieſum, per quem acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. Deus nanque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur. Itaque nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum,hæreditatemq́ conſecuturum, etiamſi Chriſto non compatiatur,vt & conglorificetur.nam & Chriſtus ipſe,vt inquit Apoſtolus,cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens: Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt,ſed vnus accipit brauium? ſic currite, vt compræhendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, nō quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo: nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus: Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Vndè conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari qui dicunt,iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius eſt, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc, vt inprimis glorificetur Deus, mercedem quoquè intuentur æternam: cùm ſcriptum ſit: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. & de Moyſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

1.Ioan.5. Matth.11.

Ioan.14.

Peccata venialia iuſtitiam non tollunt.

Matth.6. Luc.11. Rom.6. Tit.2.

Deus neminem prior deſerit.

Rom.8. Heb.5.

1.Cor.9.

2.Pet.1.

Iuſtus nō peccat in quocūque opere.

Mercedē etiā intueri operantes poſſunt.

Pſal.118. Heb.11.

4. ITEM canone decimooctauo: Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iuſtificato & ſub gratia conſtituto,eſſe ad obſeruandum impoſſibilia,anathema ſit.

Dei mandata non impoſſibilia.

5. CHRYSOSTOMVS in libro primo de Compunctione cordis: Reuerà ipſe pronunciauit de præceptis ſuis,quòd nihil in eis laborioſum ſit, & nihil oneroſum, dicens: Iugum enim meū ſuaue eſt,& onus meum leue. Et nos ecõtrà grauia efficimus,quę ille leuia conſtituit: & quę ille ſuauia poſuit, nos facimus amara peccando. Quòd ſi laborioſum aliquid eſſet in præceptis, decenter & meritò virtutem labor comitaretur: prēmia enim propoſita ſunt poſt laborem. Nunc verò infelix anima ne hanc quidem reuerentiam diuinis legibus dabit, vt ſileat & quieſcat, nè ad præuaricationem laborando perueniat, quanuis ſint aliqua in quibus paululùm laboris eſt adhibendum, in his duntaxat, in quibus Paulus dicit: Nam quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum immenſum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Vides ergò etiam quidquid in præſenti eſt, leue eſſe, etiam ſi tribulatio ſit. Quo modo leue? Quia immenſum pondus futuræ gloriæ, leuem facit præſentis temporis tribulationem, etiam ſi ſenſibus noſtris grauius videatur. Deniquè & ipſe cauſas in conſequentibus exponit, vt omne id duci leue debeat, quicquid paſſio præſentis tēporis intulerit. Ait enim: Non reſpicientibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quę enim videntur,temporalia ſunt: quę autem non videntur, æterna ſunt.

Facilia ſunt Dei pręcepta

Matth.11.

2.Cor.4.

6. BASILIVS in regulis breuioribus,ſiue conciſius diſputatis,interrogatione centeſima ſeptuageſimaſexta, agens de inimicorum dilectione: Sine dubio (inquit) non præcepiſſet hoc qui bonus ac iuſtus eſt, niſi etiam facultatem qua id faceremus,fuiſſet largitus.

Matth.5.

Deus,quia bonus & iuſtus,impoſſibilia non iubet.

7. AVGVSTINVS in libro de natura & gratia, capite quadrageſimotertio: Non igitur Deus impoſſibilia iubet; ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis,& petere quod non poſſis.

Nota.

8. ET capite ſexageſimonono: Valdè bona ſunt præcepta, ſi legitimè his vtamur. Eo quippe ipſo quo firmiſſimè creditur, Deum iuſtum & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere, hinc admonemur,& in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt facilia charitati, cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt, aut ea vna eſt ſarcina ipſa quæ leuis eſt: ſecundùm hoc dictum eſt, Et præcepta eius grauia nō ſunt, vt cui grauia ſunt, conſideret non potuiſſe diuinitùs dici,grauia non ſunt,niſi quia poteſt eſſe cordis affectus,cui grauia non ſunt, & petat quo deſtituitur, vt impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Iſrael in Deuteronomio, ſi piè, ſi ſanctè, ſi ſpiritaliter intelligatur,hoc idem ſignificat: quia vtiquè cùm hoc teſtimonium commemoraſſet Apoſtolus,

Quia bonus & iuſtus eſt, impoſſibilia pręcipere nō potuit Deus.

Omnia facilia charitati.

Matth.11. 1.Ioan.5.

Deut.30.

Rom. 10.

Propè eſt verbũ in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: in corde enim ſunt ſpiritales manus: Hoc eſt, inquit, verbum fidei quod prædicamus. Conuerſus ergò quiſque, ſicut ibi præcipitur, ad Dominum Deum ſuum ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, mandatum Dei non habebit graue. Quomodò eſt enim graue, cùm ſit dilectionis mandatum? Aut enim quiſque non diligit, & ideò graue eſt: aut diligit, & graue eſſe non poteſt.

Nota.

9. IDEM ſermone ſexageſimoprimo de tempore: Sed dicit aliquis: Nulla ratione poſſum inimicos meos diligere. In omnibus ſcripturis Deus tibi dicit, quia potes. Tu ecõtrariò reſpondes, non poſſe. Conſidera nunc, vtrùm tibi, an Deo debeat credi. Et ideò quia veritas mentiri nõ poteſt, iam vanas excuſationes ſuas relinquat humana fragilitas: quia nec impoſſibile aliquid potuit imperare, qui iuſtus eſt: nec damnaturus eſt hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius eſt.

Iuſtitiæ & pietati diuinæ repugnat, dicere, Impoſſibilia nobis præcepta eſſe

10. ITEM ſermone centeſimo nonageſimoprimo de tempore: Eſt autem patrum noſtrorum fides hæc: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, &c. Execramur etiam blaſphemiam eorum, qui dicunt, impoſſibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari.

Blaſphemia eſt execrabilis.

11. HIERONYMVS in explanatione Symboli ad Damaſum: Execramur etiam eorum blaſphemiam, &c. vt Auguſtinus.

Iterùm.

VII.

Quid complectitur in ſe primum præceptum?

Deut. 12. a 4. b c 18. b 1. Reg. 28. a Pſalm. 113. b c Leuit. 19. f 20. a c Eccli 34. a

A. PROHIBET ac damnat idololatriam, obſeruationes ſuperſtitioſas, vſum etiam artis magicæ vel diuinatoriæ.

a Aug. lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 1. & epiſt. 49. ad Deogratias, quæſt. 3.

b Aug. 10. de ciuit. Dei, ca. 1. & 4. Contra Fauſtum lib. 15. cap. 9. & lib. 20. cap. 21.

B. Docet etiam atque exigit, vt nullam prorſus [a] creaturam, quàtunuìs excellentem, pro Deo habeamus, ſed ſolum vnum verum, æternum, immenſumque Deum credamus & confiteamur, eique vni ſacrificium & ſingularem ſummumque [b] cultum, quem Græci λατρείαν appellant, exhibeamus.

c Ioſ. 4. c Rom. 10. c 1. Ioan. 4. b c Matth. 4. b Luc. 4. b Eſa. 43. a b 1. Timoth. 6. c Rom. 9. b Pſal. 83. d

C. Hoc fit, vt ſuper [c] omnia colamus, inuocemus, adoremus ſummum illud æternumque bonum, Optimum Maximum Creatorem, Redemptorem, Saluatorem, vnum & immortalem Deum, qui eſt ſuper omnia benedictus, omnis gratiæ & gloriæ largitorem.

TESTIMONIA.

1. A. DEVTERONOMII duodecimo: Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt omnes gentes, quas poſſeſſuri eſtis, deos ſuos ſuper montes excelſos & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite nomina earum de locis illis.

2. ET capite quarto: Locutuſq; eſt Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitùs non vidiſtis. Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis: nè fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cælo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: nè fortè eleuatis oculis ad cælum, videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt.

3. ITEM capite decimooctauo: Quando ingreſſus fueris terram, quã Dominus Deus tuus dabit tibi, caue nè imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum aut filiam, ducens per ignem: aut qui arioloſ ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui pythones conſulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris & abſque macula cum Domino Deo tuo. Gentes iſtæ quarum poſſidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es.

4. PRIMI Regum viceſimooctauo: Saül abſtulit magos & ariolos de terra: & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre.

5. PSALMO centeſimo decimotertio: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt: pedes habent & nõ ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

6. LEVITICI decimonono: Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus veſter.

7. ET capite vigeſimo: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi ſui. Et in fine capitis: Vir ſiue mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

8. ECCLESIASTICI trigeſimoquarto: Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verũ dicetur? Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium, vanitas eſt.

1. B. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: Quæ λατρεία Græcè nuncupatur, & Latinè interpretatur ſeruitus, ſed ea qua colimus Deum: vel quæ θρησκεία Græcè, Latinè autem Religio dicitur, ſed ea quæ nobis eſt erga Deum: vel quam illi θυσίαν, nos verò nõ vno verbo exprimere, ſed Dei cultum poſſumus appellare: hãc ei tantùm Deo deberi dicimus, qui verus eſt Deus, facitq; ſuos cultores Deos. Quicunque igitur ſunt in cæleſtibus habitationibus immortales & beati, ſi nos non amant, nec beatos eſſe nos volũt, colendi vtiquè non ſunt. Si autem amant, & beatos volunt, & profectò indè volunt, vndè & ipſi ſunt: an aliundè ipſi beati, aliundè nos?

Latriæ cultus ſoli Deo debetur.

2. ET epiſtola quadrageſimanona ad Deogratias, quæſtione tertia: Neq; illinc excuſant impij ſua

ſacrilega ſacra & ſimulacra, quòd eleganter interpretantur quid quæq; ſignificent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturã refertur, nõ ad creatorem, cui vni debetur ſeruitus religionis illa, quę vno nomine Latria Græcè appellatur.

Latria.

Nec nos dicimus terram, maria, cęlum, ſolem, lunam, ſtellas, & quaſdã non in promptu ſitas cælites poteſtates, eſſe dęmonia: ſed cùm omnis creatura partim corporalis ſit, partim verò incorporalis, quam etiam ſpiritalem vocamus, manifeſtũ eſt, id quod à nobis piè ac religioſè fit, à volũtate animi proficiſci, quæ creatura ſpiritalis eſt; & omni corporali præponenda. Vndè colligitur, corporali creaturę non eſſe ſacrificãdum.

Corporali creaturæ non ſacrificandũ.

Reſtat ſpiritalis, quæ vel pia, vel impia eſt: Pia ſcilicet, in hominibus & angelis iuſtis, & Deo ritè ſeruientibus: Impia verò in hominibus & angelis iniquis, quos etiã dæmones dicimus. Ac per hoc nec ſpiritali, quanuis iuſtæ, creaturæ ſacrificandum eſt. Quoniam quantò magis pia eſt & ſubdita Deo, tantò minùs ſe tali honore dignatur, quem ſcit non deberi niſi Deo. Quanto ergò pernicioſius eſt ſacrificare dæmonijs?

Nec ſpiritali.

3. IDEM libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: Nunc videndũ ac diſſerendũ eſt, quantum Deus donat, immortales ac beati in cæleſtibus ſedibus, dominationibus, principatibus, poteſtatibus conſtituti, quos iſti deos, & ex quibus quoſdã vel bonos dæmones, vel nobiſcum angelos nominant, quomodò credẽdi ſint velle à nobis religionem pietatemq; ſeruari: hoc eſt, vt apertiùs dicam, vtrùm etiã ſibi, an tantùm Deo ſuo, qui etiã noſter eſt, placeat eis vt ſacra faciamus, & ſacrificemus; vel aliqua noſtra ſeu noſipſos religionis ritibus cõſecremus. Hic eſt enim diuinitati, vel ſi expreſſiùs dicendũ eſt, deitati debitus cultus, propter quẽ vno verbo ſignificandum, quoniã mihi ſatis idoneum non occurrit Latinũ, Græco, vbi neceſsè eſt, inſinuo, quid velim dicere.

Latino nomine deſtituimur ad cultũ ſoli Deo debitum ſignificandum.

Latriã quippe noſtri, vbicunq; ſanctarum ſcripturarum poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus, quæ debetur hominibus, ſecũdùm quã præcipit Apoſtolus, ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Gręcè nuncupari ſolet.

Seruitus. Epheſ. 6. Dulia.

Latria verò ſecũdùm conſuetudinem qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tã frequenter vt penè ſemper, ea dicitur ſeruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proindè ſi tantummodò cultus ipſe dicatur, nõ ſoli Deo deberi videtur.

Cultus.

Dicimur enim etiã colere homines, quos honorificã vel recordatione vel præſentia frequẽtamus. Nec ſolùm ea, quibus nos religioſa humilitate ſubijcimus, ſed quædã etiam quę ſubiecta ſunt nobis, coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ, & coloni, & incolæ vocantur. Ac per hoc cultum quidem non deberi niſi Deo, propria quadã notione verbi huius omninò veriſſimum eſt. Sed quia & aliarum rerum dicitur cultus, ideò Latinè vno verbo ſignificari cultus Deo debitus non poteſt. Nam & ipſa religio, quanuis diſtinctiùs nõ quemlibet, ſed Dei cultum ſignificare videatur: vndè iſto nomine interpretati ſunt noſtri eam, quæ Gręcè θρησκεία dicitur: tamen quia Latina loquendi cõſuetudine, non ſolùm imperitorum, verùm etiã doctiſſimorum & cognationibus humanis atq; affinitatibus, & quibuſq; neceſſitudinibus dicitur exhibẽda religio; non eo vocabulo vitatur ambiguum, cùm de cultu deitatis vertitur quęſtio: vt fidenter dicere valeamus, religionem non eſſe niſi Dei cultum: quoniã videtur hoc verbum à ſignificanda obſeruantia propinquitatis humanæ inſolenter auferri.

Religio.

Pietas quoquè propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parẽtes officioſè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiã in operibus miſericordiæ frequentatur: quod ideò arbitror eueniſſe, quia hæc fieri pręcipuè Deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificijs, vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factũ eſt, vt & Deus ipſe dicatur pius: quẽ ſanè Græci nullo ſuo ſermonis vſu εὐσεβῆ vocant: quanuis εὐσέβειαν pro miſericordia illorum etiã vulgus vſurpet. Vndè in quibuſdã ſcripturarum locis, vt diſtinctio certior appareret, nõ εὐσέβειαν, quod ex bono cultu, ſed θεοσέβειαν, quod ex Dei cultu compoſitum reſonat, dicere maluerunt. Vtrumlibet autem horum, nos vno verbo enunciare non poſſumus. Quæ itaque λατρεία Gręcè nuncupatur, &c. vt paulò antè in hac quæſtione.

Pietas.

4. ITEM capite quarto eiuſdem libri decimi: Huic (vni Deo Deorum) nos ſeruitutẽ, quæ latria Græcè dicitur, ſiue in quibuſq; ſacramentis, ſiue in nobiſipſis debemus.

Latria.

Huius enim templum ſimul omnes, & ſinguli templa ſumus: quia & omnium concordiam, & ſingulos inhabitare dignatur: non in omnibus, quàm in ſingulis maior: quoniã nec mole diſtenditur, nec partitione minuitur. Cùm ad illum ſursùm eſt, eius eſt altare cor noſtrum: eius vnigenito eum ſacerdote placamus: ei cruentas victimas cædimus, quando vſq; ad ſanguinem pro eius veritate certamus: ei ſuauiſſimum adolemus incenſum, cùm in eius conſpectu pio ſanctoq; amore flagramus: ei dona eius in nobis, nóſque ipſos vouemus, & reddimus: ei beneficiorum eius ſolennitatibus feſtis & diebus ſtatutis dicamus ſacramusq; memoriam, nè volumine temporũ ingrata ſubrepat obliuio:

Dies feſti cur inſtituti.

ei ſacrificamus hoſtiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis. Ad hunc videndum ſicut videri poterit, eiq; cohærendum, ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mundamur, & eius nomine conſecramur. Ipſe enim fons noſtrę beatitudinis, ipſe omnis appetitionis eſt finis. Hunc eligẽtes, vel potiùs religentes, amiſeramus enim negligentes: hunc ergò religentes, vndè & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tẽdimus, vt perueniendo quieſcamus: ideò beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim noſtrũ, de cuius fine inter Philoſophos magna contentio eſt, nullum eſt aliud, quàm illi cohærere; cuius vnius anima intellectualis incorporeo, ſi dici poteſt, amplexu, veris impletur fœcundaturq; virtutibus. Hoc enim bonũ diligere in toto corde, in tota anima, & in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonũ debemus, & à quibus diligimur, duci, & quos diligimus, ducere. Sic complentur duo illa præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetæ: Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: & diliges proximum tuũ tanquàm teipſum.

Matth. 22.

Vt enim homo ſeſe diligere nôſſet, cõſtitutus eſt ei finis, quò referret omnia quæ ageret, vt beatus eſſet. Non enim qui ſe diligit, aliud eſſe vult quàm beatus. Hic autem finis eſt, adhærere Deo. Iam igitur ſcienti diligere ſeipſum, cùm mãdatur de proximo diligendo, ſicut ſeipſum: quid aliud mandatur, niſi vt ei, quantùm poteſt, commendet diligendum Deum? Hic eſt Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tãtùm Deo debita ſeruitus.

Dei cultus.

Quæcunq; igitur immortalis poteſtas quantalibet virtute prædita, ſi nos diligit ſicut ſeipſam, ei vult eſſe ſubditos, vt beati ſimus, cui & ipſa ſubdita beata eſt. Si ergò non colit Deum, miſera eſt, quia Deo priuatur: ſi autẽ colit Deum, non vult ſe coli pro Deo. Illi enim potiùs diuinæ ſentẽtiæ ſuffragatur, & dilectionis viribus fauet, qua ſcriptũ eſt: Sacrificans dijs eradicabitur, niſi Domino ſoli.

Exod. 22.

Nam vt alia nunc taceam, quæ pertinent ad religionis obſequium, quo colitur Deus; ſacrificium certè, nullus hominum eſt, qui audeat dicere deberi, niſi Deo ſoli.

Sacrificium ſoli Deo debetur.

Multa deniquè de cultu diuino vſurpata ſunt, quæ honoribus deferuntur humanis: ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: ità tamen, vt quibus ea deferuntur homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: ſi autem eis multum additur, & adorandi. Quis verò ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quem

Deum

Digitized by Google

Deum aut ſciuit, aut putauit, aut finxit? Quàm porrò antiquus ſit in ſacrificando Dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel ſatis indicant, quorũ maioris Deus reprobauit ſacrificiũ, minoris aſpexit.

Gen. 4.

5. ET Auguſtinus libro decimoquinto contra Fauſtum Manichæum, capite nono: Adonai, verbum Hebræum eſt, & interpretatur Dominus, eo modo quo ſolus Deus dicitur Dominus: ſicut latria, quod verbum Græcum eſt, & interpretatur ſeruitus, non quęcunque, ſed illa, qua tantummodò Deo ſeruitur.

Latria.

6. ITEM libro vigeſimo contra eundem, capite vigeſimoprimo: Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur: ità tamen, vt nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum ſacrificemus, quanuis in memorias martyrũ conſtituamus altaria.

Soli Deo cõſtituuntur altaria, quãuis in memorias martyrum.

Quis enim antiſtitũ in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquãdo dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipſorum locorũ admonitione maior affectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuuante poſſimus.

Sanctis non offeruntur ſacrificia.

Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus.

Martyres & Sancti quomodò colantur.

At illo cultu, quæ Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non poteſt, cùm ſit quædam propriè diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum.

Latria, diuinitati debita ſeruitus.

Cùm autem ad hunc cultũ pertineat oblatio ſacrificij, vndè idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam ſanctæ animæ, vel cuiquam angelo; & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſiue vt corrigatur, ſiue vt cõdemnetur, ſiue vt caueatur. Ipſi enim ſancti, vel homines, vel angeli exhiberi ſibi nolũt, quod vni Deo deberi nôrunt.

Nulli creaturæ ſacrificatur.

Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cùm commoti miraculis, quæ per eos facta ſunt, Lycaonij tanquàm dijs immolare voluerũt: conſciſſis enim veſtimentis ſuis, cõfitentes & perſuadentes ſe deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt.

Act. 14.

Apparuit & in angelis, ſicut in Apocalypſi legimus angelum ſe adorari prohibentem, ac dicentẽ adoratori ſuo; Conſeruus tuus ſum & fratrũ tuorum.

Apo. 19. & 22.

Iſta ſibi planè ſuperbi ſpiritus exigunt, diabolus & angeli eius, ſicut per omnia templa & ſacra gentilium.

Dęmones expetunt ſacrificia.

Et poſt pauca: Longè minoris peccati eſt, ebrium redire à martyribus, quàm vel ieiunum ſacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi ſacrificare Deo in memorijs martyrum: quod frequentiſſimè facimus, illo duntaxàt ritu, quo ſibi ſacrificare noui Teſtamenti manifeſtatione pręcepit: quod pertinet ad illum cultum, quæ latria dicitur, & vni Deo debetur.

Deo in memorijs martyrum ſacrificatur.

1. C. IOANNIS quarto: Venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

2. AD Romanos decimo: Dicit enim ſcriptura, Omnis qui credit in illum, non cõfundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

3. PRIMAE Ioannis quarto: Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtificamur, quoniam Pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi.

4. MATTHAEI quarto: Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

5. LVCAE quarto: Reſpondens Ieſus, dixit illi: Scriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

6. ESAIAE quadrageſimotertio: Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formãs te Iſrael: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: Meus es tu. Cùm tranſieris per aquas, tecũ ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael Saluator tuus. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum, ego ſum Dominus, & nõ eſt abſque me Saluator. Ego annũciaui, & ſaluaui. Et ab initio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud?

7. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Præcipio tibi corã Deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem: vt ſerues mandatum ſine macula, irrepræhenſibile vſq; in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti: quem ſuis temporibus oſtẽdet beatus & ſolus potẽs, Rex regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternum, Amen.

8. AD Romanos nono: Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Amen.

9. PSALMO octogeſimotertio: Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

VIII.

Quomodò præter Deum Sanctos colimus & inuocamus?

a Rom. 1. a 2. Cor. 1. a Philip. 4. d Coloſ. 1. a Philem. b
b Apoc. 7. c d

A. DE SANCTIS, hoc eſt, ſanctificatis & in Chriſto renatis omnibus hoc loco non agimus, ſicut [a] Paulus hoc nomen ad Chriſtianos omnes crebrò refert: ſed eos intelligimus, qui vera ſuæ ſanctitatis [b] in cælo præmia ſunt conſecuti. De quibus idem Paulus teſtatur, quòd [c] *per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti repromiſſiones.*

c Heb. 11. f

Epheſ. 5. f Apoc. 5. c 7. c d 21. a g 22. a Epheſ. 4. f 1. Cor. 6. d

B. Ac hi verè quidem ſancti & immaculati, ſine macula & ruga, hæc præſtantiora Eccleſiæ membra, & electa prorſùs organa diuini ſpiritûs, in quæ peccatum ac malum iam nullum cadere poteſt.

Qui

Qui ſancti partim ex Angelica, partim ex humana natura cõſtant, creaturæ quidem illę omnium nobiliſſimæ ac beatiſſimæ, quibus datum eſt, vt ſummis & æternis in cælo bonis affluant, & cum [d] Chriſto Domino ſemper coniunctiſſimè viuant.

d Philip. 1. c 2. Cor. 5. a b Gregor. 4. Moral. cap. 32. Nyſſen. de S. Ephræm. Ephræm lib. 1. de compunct. cord. c. vlt.

C. Igitur & illius gratia, quę apud nos in terris geruntur, poſſunt [e] intelligere: & quoniam eximia in fratres etiam abſentes charitate flagrant, ſalutis noſtræ cura [f] tanguntur, nobis perpetuò fauent & optant quęque ſalutaria, tantoque ſtudioſiùs cauſam noſtrã agunt, quô ſunt minùs de ſeipſis ſoliciti, quoque maiorem ſinceræ [g] charitatis ac virtutis omnis, quæ beatis congruit, perfectionem continenter exercent.

e Greg. lib. 12. Moral. ca. 13. & lib. 4. Dial. cap. 33. Aug. de cura pro mort. cap. 15. & 16. Orige. contra Celsũ lib. 8. 4. Reg. 5. g 6. b 1. Cor. 14. e

f Dan. 10. c d Matth. 18. b Heb. 1. d Tob. 12. c Luc. 15. b Acto. 5. d 12. a Apoc. 5. b 8. a Cyprian. de mortalit. Nazian. orat. 19.

g Hieron. in Vigilant. c. 2. 3. Bernar. in vigil. Pet. & Paul. & ſer. 2. in feſt. eorundem. Item ſer. 2. de S. Victore.

D. Eſt igitur cur hæc cæli lumina & Eccleſiæ firmamenta, ſimul & ornamenta poſt Deum maxima [h] veneremur: eſt cur ſanctos hos præ cæteris mortalibus quantumlibet excellentibus magni faciamus, prædicemus, imitemur, & amemus plurimùm: eſt cur eoſdem tanta talique dignitate iam auctos, magnis afficiamus honoribus, pro noſtra quidem exiguitate: eſt deniquè cur eos ipſos pro Chriſtiana pietate compellemus ſiue [i] inuocemus, non ſanè vt per ſe largiantur, ſed vt apud Deum omnis boni largitorem nobiſcum precentur, ſintque vel immerentibus fauentes & efficaces interceſſores.

h Damaſce. li. 4. orthod. fid. c. 16.

i Baſil. in 40. mart. & in Mamantem. Nazian. orat. 18. in Cypria. 21. in Athan. & 20. in Baſilium. Nyſſen. de S. Ephręm. Chryſo. in ſer. de catenis & gladio S. Petri. Amb. de vid. & de fide reſur. & in ca. 22. Luc. Chryſoſt. homil. 66. ad pop. Ephræm de laudib. mart. Hiero. in epitaph. Pau. epiſt. 27. c. 1. 7. 14. Aug. de cura pro mort. ca. 4. & li. 7. cont. Donat. c. 1. Bernar. ſer. 66. in Cantic. Theod. li. 8. Gręcar. aff. & in Philotheo. Prudentius in li. Peri ſtephanon. 7. Syn. action. 6. Vide etiam ſuprà in Salut. Angelicã. Gen. 48. c. Iob 5. a Gen. 32. f Oſeæ 12. a Zach. 1. c Hiere. 15. a

E. Cuiuſmodi cultus & inuocatio, ſi rectè fiat, nimirùm vt ſummus ille [k] cultus & honos ſummo Deo debitus, quem λατρείαν diximus, integrè conſtet, nihil ſanè habet incommodi, neque cum ſcriptura [l] pugnat, ſed firmis Eccleſiæ teſtimonijs comprobatur, multumque affert vtilitatis.

k Aug. lib. 10. de ciuit. Dei, c. 1 & lib. 20. cõtra Fauſt. c. 21. Item lib. 8. de ciuit. Dei, cap. 27.

l Rom. 15. g Heb. 13. c Epheſ. 6. c Coloſſ. 4. a 1. Theſſ. 5. d 2. Theſſ. 3. a Luc. 7. a Iob 42. b c

F. Quòd autem hunc in modum ſanctos colimus, & cum Eccleſia inuocamus, adeò Chriſti Saluatoris & Domini noſtri gloriam [m] non obſcurat, vt etiam magìs illuſtret, amplificet, augeatque. Hîc enim Chriſti Redemptoris virtus eximia ſplendeſcit ac gloria, quòd is non quidem in ſe tantùm, ſed in ſanctis [n] etiam ſuis eſt apparetque potẽs, glorioſus, mirabilis: quòd eoſdem [o] honorat ipſe, nimiſque [p] honorari vult in cælo & in terra: quòd per eos itidèm, & propter [q] eos multa largitur, & parcit ſæpè immerentibus. Nec enim obſcurum eſt, quòd [r] Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, Hieremias, quanquàm defuncti, viuis tamen profuiſſe legantur.

m Trident. Concil. ſeſſione 25.

n Pſalm. 67. g Ioan. 14 b

o Ioan. 12. d Matt. 19. d Luc. 19. e Apoc. 2. g 3. d

p Pſalm. 138. d

q Chryſoſt. hom. 2. in Pſalm. 50. & hom. 27. in Matth. & 42. in Geneſ. Item ſer. de virtutib. & vitijs.

r Gen. 26. a c Exod. 32. c 3. Reg. 11. b f 15. a Eſa. 37. g 4. Reg. 8. e 19. g & 20. a 2. Machab. 15. b c

G. Vndè Patres cùm de Sanctis loquuntur, [s] ſuffragatores eos & interceſſores patronoſque noſtros frequenter appellant. Nec immeritò ſanè, quòd Sanctorum fida ſuffragia, cùm humiliter & piè in CHRISTI nomine implorantur, experientia teſte, multis opitulentur.

ſ Amb. de viduis. & in cap. 21. Luc. Leo ſer. 1. & 2. de Pet. & Pau. Et in ſermonib. de anniuerſar. Pontifi. Paulinus ad Cythetium & de B. Felice. Maximus de Taurinenſ. martyrib. Baſil. in 40. mart. Aug. quæſt. 108. in Exod. Euſeb. de prępar. euang. lib. 13. cap. 7.

H. Quare iam pridèm damnati ſunt [t] Vigilãtiani, qui Sanctos & horum [v] Reliquias ſacras ſuis fraudant honoribus, quos illis Eccleſia tribuit Orthodoxa.

t Hiero. cõtra Vigilant. c. 2. & ſeq. & in epiſt. 53. ad Riparium. & in cap. 65. Eſaiæ. 2. Synodus Nicen. & Gangrenſ.

v 4. Reg. 13. d Auguſt. 22. de ciuit. Dei cap. 8. Damaſc. lib. 4. cap. 16. Baſil. in Pſal. 115. Chryſoſt. in Iuuent. & Max. Item in Babylam & in ſerm. de catenis & gladio S Petri. Amb. epiſt. 85. & ſer 91. & 93. Nazian. Iamb. 18. Trident. ſeſſ. 25. Act. 19. b 5. c Luc. 8. f Matth. 14. d

I. Nec audiendi etiam calumniatores, qui fingunt diuinum honorem in homines [x] hac ratione transferri, Sanctos pro Dijs adorari, creaturas creatori à Catholicis exæquari. Nam longè ſecùs rem habere, cùm alia multa conuincunt, tum vetus & ſolẽnis illa teſtatur ſupplicatio, quam Litaniam vocant. Vbi Deus diuinæque perſonæ primùm, ac multò quidem ſublimiùs quàm [y] Sancti & Sanctorum ordines omnes coluntur & inuocantur.

x Gen. 19. a 23. a 33. a b 42. b Ioſue 5. d 1. Reg. 20. g 25. d 4. Reg. 2. c 1. Para. 29. e

y Bern ſerm. de 4. modis orandi. Victor lib. 3. de perſecut. Vuandal.

K. Hinc

Digitized by Google

K. Hinc & illę de Sanctis inſtitutę ferię, quas Auguſtinus aduerſùs Fauſtum Manichæum ſcribens [z] ità defendit: Populus Chriſtianus, inquit, memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur.

z Lib. 20. cont. Fauſt. cap. 21. In Pſalm. 88. conci. 3. & ſerm. 47. de Sanctis. Bernar. in vigil. Pet. & Paul. Iſido. lib. 1. de offi. eccl. cap. 34. & 35.

TESTIMONIA.

Sancti dicuntur Chriſtiani.

1. A. AD Romanos primo: Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis.

2. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater: Eccleſiæ Dei quę eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis, qui ſunt in vniuerſa Achaia.

3. AD Philippenſes quarto: Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant vos omnes ſancti.

4. AD Coloſſenſes primo: Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatē Dei, & Timotheus frater: eis qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu. Audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes.

5. AD Philemonem: Gaudium magnum habui & conſolationē in charitate tua, quia viſcera ſanctorum requieuerunt per te frater.

Sancti in cælo regnant.

6. APOCALYPSIS ſeptimo: Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper thronum, & Agno. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen. Et reſpondit vnus de ſenioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt & vndè venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni: ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Non eſurient, neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus, quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum.

7. AD Hebræos vndecimo: Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones.

1. B. AD Epheſios quinto: Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.

2. APOCALYPSIS quinto: Quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum: & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniā occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni & animalium & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiā, & fortitudinem, & honorem, & gloriā, & benedictionem.

3. IBIDEM capite ſeptimo, vt paulò antè hac eadem quæſtione citatum.

4. ET capite vigeſimoprimo: Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno, dicētem: Eccè tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltrà, quę prima abiērunt. Ac in fine: Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriā ſuam & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem. nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

5. ET capite vigeſimoſecundo: Et omne maledictum non erit ampliùs, & ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniā Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.

6. AD Epheſios quarto: Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

7. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritûs ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

8. AD Philippenſes primo: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magìs melius: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. — Migratio ad Chriſtum.

9. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum nō manufactam æternam in cęlis &c. Audentes igitur ſemper, & ſciētes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magìs peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

Patres noui teſtameti nō differuntur à patria cæleſti poſt mortē.

10. GREGORIVS libro quarto Moralium, capite trigeſimoſecundo: Poſtquàm de corporibus tranſeunt prædicatores Eccleſiæ, nequaquàm per morarum ſpatia, ſicut antiqui Patres, à cęleſtis patriæ perceptione differuntur. Mox quippe vt à carnis colligatione exeunt, in cæleſti ſede quieſcunt, Paulo atteſtante, qui ait: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Priùs autem quàm redemptor noſter morte ſua humani generis pœnam ſolueret, eos etiam qui cæleſtis patrię vias ſectati ſunt, poſt egreſſum carnis, inferni clauſtra tenuerunt: non vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt eos in locis remotioribus quieſcen- — 2. Cor. 5.

quieſcen-

Digitized by Google

quieſcentes, quia necdùm interceſſio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni, reatus primæ culpæ prohiberet. Vndè iuxta eiuſdem redemptoris noſtri teſtimonium, diues qui apud inferos torquetur, in ſinu Abrahæ requieſcere Lazarum contemplatur. Qui profectò ſi adhuc in imis non eſſent, hos ille in tormentis poſitus non videret. Vndè & idem redemptor noſter pro noſtræ culpæ debito occumbens, inferna penetrat, vt ſuos qui ei inhæſerant, ad cæleſtia reducat. Sed quò nũc homo redemptus aſcendit, illuc profectò ſi peccare noluiſſet, etiam ſine redemptione pertingeret.

Luc. 16.

11. GREGORIVS Nyſſenus in vita S. Ephræm eum inuocans ſub finẽ: Tu verò diuino aſſiſtens altari, vitæq́ principi ac ſacroſanctæ vnà cum angelis ſacrificans Trinitati, omniũ noſtrûm recordare, nobiſq́ peccatorum veniã impetra, vt ſempiterni regni cæleſtis beatitudine perfruamur.

Aſſiſtit diuino altari cum angelis.

Nobis peccatorum veniã impetra.

12. EPHRAEM libro primo de cõpunctione cordis, capite vltimo, orans Deum: Grex tuus electus, monachorum quoquè cõuentus, & omnium ſanctorum qui placuerunt ante te, qui nunc tn paradiſo exultant, iam deprecantur pro me, & obſecrant te ſolum amatorem hominum. Exaudies quoquè eos & ſaluabis me obſecrationibus eorum. Ego verò per eos tibi gloriam & laudem offeram, qui exaudiſti orationes eorum.

Sancti nunc in paradiſo exultantes & orantes pro nobis exaudiuntur.

1. C. GREGORIVS libro duodecimo Moralium, capite decimotertio: Sicut hi qui adhuc viuentes ſunt, mortuorum animę quo loco habeantur, ignorant: ità mortui vitam in carne viuentium, poſt eos qualiter diſponatur, neſciunt: quia & vita ſpiritûs, longè eſt à vita carnis: & ſicut corporea atque incorporea diuerſa ſunt genere, ità etiã diſtincta cognitione. Quod tamen de animabus ſanctis ſentiendum non eſt: quia quæ intùs omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum eſt, quia foris ſit aliquid quod ignorent. Sed carnales quique quia amorem præcipuum filijs impendũt, hoc eos B. Iob neſcire poſtmodùm aſſerit, quod hîc vehementer amauerunt: vt ſiue nobiles ſiue ignobiles ſint filij, neſciant, quorum eos ſemper cura fatigabat.

Animæ ſanctorũ omnia in Deo vidẽt, quæ ſcilicet ad eorũ gloriã & noſtrã ſalutem conducunt.

Iob 14.

2. ET libro quarto Dialogorum, capite trigeſimotertio: Quia in illa æterna hæreditate omnes communi claritate Deum conſpiciunt, quid eſt quod ibi neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt?

In Dei claritate omnia ſciunt.

3. AVGVSTINVS in libro de cura pro mortuis gerenda, capite decimoquinto: Proindè fatendum eſt, neſcire quidẽ mortuos quid hîc agatur, ſed dum hîc agitur, poſteà verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe: & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Poſſunt & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hîc, præſtò ſunt, audire aliquid mortui, quod vnumquenq́ illorum audire debere iudicat, cui cũcta ſubiecta ſunt. Niſi enim eſſent angeli, qui poſſent intereſſe & viuorũ & mortuorum locis, non dixiſſet Dominus Ieſus, Contigit autem mori inopem illum, & ferri ab angelis in ſinum Abrahæ. Nunc ergò hîc, nunc ibi eſſe potuerunt, qui hinc illuc quem Deus voluit abſtulerũt. Poſſunt etiam ſpiritus mortuorum aliqua quæ hîc aguntur, quæ neceſſarium eſt eos nôſſe, & quæ neceſſarium non eſt eos non nôſſe, non ſolùm præterita vel præſentia, verumetiam futura ſpiritu Dei reuelante cognoſcere: ſicut non omnes homines, ſed Prophetæ dum hîc viuerent cognoſcebãt, nec ipſi omnia, ſed quæ illis eſſe reuelanda Dei prouidentia iudicabat. Mitti quoquè ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrariò quod Paulus ex viuis in Paradiſum raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. Nam Samuel propheta defunctus viuo Sauli etiam regi futura prædixit; quanuìs nonnulli non ipſum fuiſſe qui potuiſſet magicis artibus euocari, ſed aliquem ſpiritum tam malis operibus congruentem, illius exiſtiment ſimilitudinem figurâſſe: cùm liber Eccleſiaſticus, quem Ieſus filius Sirach ſcripſiſſe traditur, & propter eloquij nonnullã ſimilitudinem Salomonis pronunciatur, contineat in laude patrum, quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed ſi huic libro ex Hebræorum (quia in eo non eſt canone) contradicitur; quid de Moyſe dicturi ſumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viuentibus?

Quot modis mortui poſſint ea quæ hic gerũtur, cognoſcere.

Luc. 16.

Spiritu Dei reuelante.

2. Cor. 12.

1. Reg 28.

Eccli 46.

Deut. 34.

Matth. 17.

4. Reg. 2.

4. ET capite decimoſexto: Alij ſunt humanarum limites rerum, alia diuinarũ ſigna virtutum: alia ſunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quanuìs & naturę Deus adſit vt ſit, & miraculis natura non deſit. Non igitur ideò putandum eſt, viuorum rebus quoslibet intereſſe poſſe defunctos, quoniam quibuſdam ſanandis vel adiuuãdis Martyres adſunt: ſed ideò potiùs intelligendum eſt, quòd per Diuinam potentiam martyres viuorum rebus interſunt, quoniam defuncti per naturam propriam, viuorum rebus intereſſe non poſſunt. Quanquàm iſta quæſtio vires intelligentiæ meæ vincat, queadmodùm opitulentur martyres ijs quos per eos certum eſt adiuuari: vtrùm ipſi per ſeipſos adſint vno tẽpore tam diuerſis locis, & tanta inter ſe longinquitate diſcretis, ſiue vbi ſunt eorum memoriæ, ſiue prӕter ſuas memorias vbicunquè adeſſe ſentiuntur: an ipſis in loco ſuis meritis congruo ab omni mortalium conuerſatione remotis, & tamen generaliter orãtibus pro indigẽtia ſupplicantũ, ſicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiquè non præſentamur, nec vbi ſint nec quid agant ſcimus, Deus omnipotens qui eſt vbiquè præſens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens martyrum preces, per angelica miniſteria vſquequaquè diffuſa, præbeat hominibus iſta ſolatia, quibus in huius vitæ miſeria iudicat eſſe præbenda: & ſuorum merita martyrum vbi vult, quando vult, quomodò vult, maximeq́ per eorum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis ad ædificandam fidem Chriſti, pro cuius illi confeſſione ſunt paſſi, mirabili atque ineffabili poteſtate ac bonitate commendet.

Quanuis ſãctiviuorum rebus interſint, non oẽs tamen mortui intereſſe poſſunt.

Auguſtini dubitatio de modo quo in diuerſis locis adſunt.

Oratio pro mortuis.

5. ORIGENES libro octauo contra Celſum: Vnus eſt nobis placandus Deus vniuerſorum Dominus, vnius fauor ambiendus per pietatem virtutesq́ cæteras. Si vult præter hunc placari etiã alios, cogitet quòd ſicut moto corpore vmbra quoquè ipſius mouetur, ità cùm aliquis Deum habet propitium, ſequitur vt amicos habeat omnes eius angelos, animas & ſpiritus. Sentiunt enim qui ſint digni fauore cæleſtis numinis, quibus non ſolùm ipſi benè volunt, verumetiam dant operam, vt Deum ei ſeruire volentibus, concilient, & vnà nobiſcum precantur: vt quotquot eum colimus, audeamus dicere, hominibus bonæ voluntatis precantibus vltrò ſe adiungere innumera ſanctorum angelorum millia, & intercedere pro mortali noſtro genere, & (vt ità loquar) laborare nobiſcum in hoc certamine.

Angeli & ſanctorũ animæ noſtra nôrũt, ac pro nobis & nobiſcum precantur.

6. QVARTI Regũ quinto capite: Et dixit Eliſeus: Vndè venis Giezi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quoquàm. At ille ait, Nônne cor meũ in præſenti erat, quãdo reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tuũ?

Cognitio ſanctorum.

7. ET capite ſexto: Rex autem Syriæ pugnabat contra Iſraël, conſiliumq́ inijt cum ſeruis ſuis, dicens: In loco illo & illo ponamus inſidias. Miſit itaque vir Dei ad regem Iſraël, dicens: Caue nè tranſeas in locum illum: quia ibi Syri in inſidijs ſunt. Miſit itaque rex Iſraël ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel neque bis. Conturbatumq́ eſt cor regis Syriæ pro hac re, & cõuocatis ſeruis ſuis, ait: Quare nõ indicatis mihi, quis proditor mei ſit apud regem Iſraël? Dixitq́ vnus ſeruorum eius:

H Nequa-

Digitized by Google

Nequaquàm Domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſraël, indicat regi Iſraël omnia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo.

8. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis eius manifeſta fiunt: & ità cadens in faciem, adorabit Deum, pronuncians quòd verè Deus in vobis ſit.

Cura & auxilium.

9. DANIELIS decimo: Et ait ad me (vir lineis veſtitus &c.) Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego véni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & eccè Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Véni autem, vt docerem te quæ vétura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies &c. Nunquìd ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduersùm principẽ Perſarum. Cùm ergò egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Veruntamen annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michaël princeps veſter.

10. MATTHAEI decimooctauo: Videte nè contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt.

11. AD Hebræos capite primo: Nónne omnes (angeli) ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis?

12. TOBIAE duodecimo: Quãdo orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, neceſsè fuit vt tentatio probaret te. Et nunc miſit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.

13. LVCAE decimoquinto: Dico vobis quòd ità gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.

14. ACTORVM quinto: Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

15. ET capite duodecimo: Et eccè angelus Domini adſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſóque latere Petri &c.

16. APOCALYPSIS quinto, vt ſuprà hac eadem quæſtione, B. teſtimonio ſecundo.

17. ET capite octauo: Et alius angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omniũ ſuper altare aureum: quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram Deo.

18. CYPRIANVS in ſermone de mortalitate: Patriam noſtrã paradiſum computamus, parentes patriarchas habere iam cœpimus: quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt? qualis illic cæleſtium regnorum voluptas ſine timore moriendi, & cum æternitate viuendi? quàm ſumma & perpetua felicitas? illic Apoſtolorum glorioſus chorus, &c.

Sãcti nos expectant, & de noſtra ſalute ſunt ſoliciti.

19. GREGORIVS Nazianzenus oratione decimanona in funere patris habita, loquens de patre ſuo defuncto: Nec dubito quin hoc nunc quoquè tanto magìs deprecatione ſua, quàm priùs doctrina, præſtet, quanto nunc magìs Deo appropinquat, vt qui corporeas compedes excuſſerit, ac limo illo, mentis puritatem inficiente, liberatus ſit, nudúſque cum nuda principe illa & puriſſima mẽte verſetur, Angelici ordinis dignitatem & fiduciam conſecutus.

Sancti in cælo nũc eo ſtudioſius orant pro nobis, quo Deo ſunt magis coniuncti.

20. HIERONYMVS aduersùs Vigilantium capite ſecundo: Mortuum (Samuelem) ſuſpicaris, & idcircò blaſphemas. Lege Euangeliũ: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: nõ eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Si ergò viuunt, honeſto iuxta te carcere non clauduntur. Ais enim, vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel ſubter arã Dei, animas Apoſtolorum & martyrum cõſediſſe, nec poſſe ſuis tumulis, & vbi voluërint, adeſſe præſentes. Senatoriæ videlicet dignitatis ſunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in libera honeſtáque cuſtodia in fortunatorũ inſulis, & in campis Elyſijs recludantur. Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula inijcies, vt vſque ad diem iudicij teneantur cuſtodia, nec ſint cum Domino ſuo? De quibus ſcriptum eſt: Sequuntur agnum quocunquè vadit. Si agnus vbiquè, ergò & hi, qui cum agno ſunt, vbiquè eſſe credendi ſunt. Et cùm diabolus, & dæmones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbiquè præſentes ſint: martyres, poſt effuſionem ſanguinis ſui, arca operientur incluſi, & indè exire non poterunt? ET capite tertio: Dicis in libello tuo, quòd dum viuimus, mutuò pro nobis orare poſſumus: poſtquàm aũt mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio: prꝑſertim cùm martyres, vltionem ſui ſanguinis obſecrantes, impetrare non quiuerint. Si Apoſtoli & martyres, adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti: quanto magìs poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcẽtis millibus armatorum impetrat à Deo veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur: &, poſtquàm cùm Chriſto eſſe cœperint, minùs valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuagintaſex ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquàm reſolutus, eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro ijs, qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Melioŕque erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc de Eccleſiaſte proponerem, ſi Paulum in ſpiritu mortuum confiterer. Deniquè ſancti non appellantur mortui, ſed dormientes. Vndè & Lazarus, qui reſurrecturus erat, dormiſſe perhibetur. Et Apoſtolus vetat Theſſalonicenſes de dormientibus contriſtari.

Sãcti nõ ſunt appellandi mortui. Mat. 12. Luc. 16. Apoc. 6. Sanctos non poſſe viuis adeſſe, hæreſ. eſt Vigilãtij. Sancti ſunt cum agno. Apoc. 14. Non minùs quàm demones nobis adeſſe poſſunt. An tantũ viui pro viuis, an verò etiam mortui pro viuis orare poſſunt. Apoc. 6. Reſponſio pulchra. Exod. 32. Actor. 7. Actor. 27. Eccles 9. Sancti dormientes appellantur. Ioan. 11. 1. Theſſ. 4.

21. BERNARDVS in vigilia Petri & Pauli Apoſtolorum: Tria ſunt quę in feſtiuitatibus ſanctorum vigilanter conſiderare debemus: auxilium ſancti, exemplum eius, cõfuſionem noſtram. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior eſt in cælis ante faciem Domini Dei ſui. Si enim dum hîc viueret, miſertus eſt peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto ampliùs, quanto veriùs agnoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, ſed augmentauit. Neque enim quia impaſſibilis omninò, ideò & incompaſſibilis factus eſt: ſed nunc potiùs induit ſibi viſcera miſericordiæ, cùm ante fontem miſericordiæ exiſtit. Eſt & alia cauſa quæ magìs vrget ſanctos, vt ſoliciti ſint de nobis, quia iuxta vocem Apoſtoli, Deus prouidet pro nobis, nè ſine nobis conſummentur, ſicut ait ſanctus Dauid: Me expectant iuſti donèc retribuas

In ferijs ſanctorum tria cõſideranda. Sanctorũ in cælis oratio & potentia. Charitatis incrementũ in cælo. Pſal. 141.

Digitized by Google

buas mihi. Debemus etiam attendere exemplum eius: quia quandiũ in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, non declinauit ad dexteram, neque ad ſiniſtram: ſed viam regiam tenuit donèc veniret ad illum qui dicit: Ego ſum via, & veritas, & vita.

Ioan. 14.

Sed & diligentiori intuitu confuſionem noſtram inſpiciamus: quia homo ille ſimilis nobis fuit paſſibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid eſt ergò quod non ſolùm difficile, ſed & impoſſibile credimus, vt faciamus opera quæ fecit, & ſequamur veſtigia eius? Sic ergò in ſanctorum feſtiuitatibus & gaudere & confundi debemus: gaudere, quia patronos premiſimus: confundi, quia eos imitari non poſſumus.

Patroni potentes.
Matth. 6.
Acto. 9. & 5.
2. Cor. 2. & 12.

Quid illis potentius dum fuerunt in terris? quorum alteri traduntur claues regni cælorum, alteri magiſteriũ gentium: alter Ananiam & Sapphiram occidit in verbis oris ſui, alter donat quidquid donat in perſona Chriſti, & cùm infirmatur, tunc fortior eſt & potens. Quàm potétiores ſunt in cælis, qui tam potentes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maiora exempla, quàm illi qui in fame & ſiti, in frigore & nuditate, & in omnibus illis quæ Paulus enumerat, iugiter ſunt afflicti, & demùm felici martyrio regna cæleſtia conſcenderunt? Verè nobis rubor cõfuſionis ſunt, quos vix audemus reſpicere, nè dicam imitari. Oremus ergò eos, vt ipſi propitium nobis reddant amicum ſuum, iudicem noſtrum.

Heb. 11.
Orandi Apoſtoli, vt Chriſtum nobis propitium reddant.

22. IDEM ſermone ſecundo in die Apoſtolorum Petri & Pauli: Si in terra adhuc poſiti omnia poterant: non quidem in ſe, ſed in Chriſto: quid non poterunt hodiè viuentes in æterna felicitate cum ipſo? Mortales adhuc & morituri imperium vitæ & mortis videbantur habere: ſolo nimirùm verbo mortificantes viuos, & mortuos ſuſcitátes: quanto magìs nunc cùm honorati ſunt nimìs, nimìs confortatus eſt principatus eorum?

Sanctorum nunc maior virtus, quàm cùm viuerent in terris.
Acto. 5. & 9.
Pſal. 138.

23. ITEM ſermone ſecundo de ſancto Victore: Factus de medio, appropiauit Deo, vt multo plures eius interceſſione ſaluentur. Habet ex hominibus cui hominum peccata donet, miſericors & miſerator Dominus. Habet tempus & locum intercedendi pius & miſericors aduocatus. Equidem locum quietum & tempus feriatum. In terris viſus eſt, vt eſſet exemplo: in cælum leuatus eſt, vt ſit patrocinio. Hîc informat ad vitam, illic inuitat ad gloriam. Factus eſt mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui ſibi iam poſtulans nihil, totum in nos transferre deſiderat, & ſupplicantis affectum & ſupplicationis fructum. Quid enim quærat ſibi qui nullius eget? Dominus conſeruat eum & viuificat eum, & beatum facit eum in gloria, nihil illi deerit in loco paſcuæ collocato. Introiuit in potentias Domini: gaudeamus, quia nunc potentior eſt ad ſaluandum. Hodiè Victor poſito corpore, quo ſolo præpediri ab introitu gloriæ videbatur, tanto alacrior, quanto expeditior penetrauit in ſancta, ſimilis factus in gloria ſanctorum. Anima eius in bonis demorabitur. Quæris vbi? Cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum.Ità cum talibus, & tali in loco ſibi ſedet: Sedet excelſa & fulgida, ſedet lætabunda & laudans. Sedet delicata & ornata monilibus, ſtipata mális, fulcita floribus. Sedet inquam ſibi vacua curis, delicijs affluens, abundans ocij & quietis ad vacandum ſapientiæ. Quæ ſedit & fleuit ſuper flumina Babylonis, ſedet modò ad fontem vitæ &c. Sedet media angelorum, digna planè eorum conſortio, quorum deſiderio flagrat, puritate nitet, caſtimonia decoratur. Sedet inter Apoſtolos vir Apoſtolicæ gratiæ: nec eſt quod ſe abſcondat à cuneo prophetarum: quem illi prædixerunt, glorificauit & portauit in corpore ſuo. Neque ſe putat victorioſis martyrum choris Victor noſter arcẽdum, qui duro & diuturno martyrio viuentem ſui corporis hoſtiam immolauit. Sedet veteranus miles debita iam ſuauitate & ſecuritate quietus. Securus quidem ſibi: ſed noſtrî ſolicitus. Non enim cum putredine carnis ſimul ſe exuit viſceribus pietatis: nec ſibi ſic induit ſtolam gloriæ, vt noſtræ pariter miſeriæ ſuæq; ipſius miſericordiæ obliuionem indueret. Non eſt terra obliuionis, quam anima Victoris inhabitat, non terra laboris, vt occupetur in ea, non deniquè terra, ſed cælum eſt. Nunquid cæleſtis habitatio animas quas admittit indurat, aut memoria priuat, aut ſpoliat pietate? Fratres, latitudo cæli dilatat corda, non arctat: exhilarat mentes, non alienat: affectiones non contrahit, ſed extendit. In lumine Dei ſerenatur memoria, non obſcuratur. In lumine Dei diſcitur, quod neſcitur: non quod ſcitur, dediſcitur. Superni ſpiritus illi qui ab initio cælos inhabitát, nunquìd quia incolunt cælos, deſpiciunt terras, & non magìs eas viſitant & frequentant? Nunquid quòd ſemper vident faciem patris, miniſteriũ euacuant pietatis? Omnes nihilominùs adminiſtrarorij ſpiritus ſunt, miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Quid ergò? Diſcurrunt angeli, & ſuccurrunt hominibus: & qui ex nobis ſunt, neſciunt nos? nec nôrunt iam compati, in quibus paſſi ſunt & ipſi? Qui dolores neſciunt, ſentiunt tamen noſtros: & qui venerunt de magna tribulatione, non recognoſcunt iam in quo fuerunt? Scio qui dixit, Me expectant iuſti donèc retribuas mihi. Iuſtus eſt Victor etiam, expectans noſtram proculdubiò retributionem. Non eſt ille pincerna Pharaonis, qui inuentam gratiam retinuit ſibi, prophetæ ſui pariter & captiui minimè recordatus. Miniſter Chriſti eſt, Chriſtum ſequitur. Non eſt ille oblitus ſuæ promiſſionis, nec ſocio paſſionis regni conſortium denegauit. Non eſt diſcipulus contra magiſtrum, non poteſt Victor quicquam facere, niſi quod viderit magiſtrum facientem. Opera quæ ille fecit, & iſte fecit ſimiliter. Iam cælos ingreſſus quos & antè apertos beatis oculis ſuſpiciebat, verè nunc reuelata facie ſpeculatur gloriam Dei, abſorptus quidem, ſed non oblitus clamorem pauperum. Beata viſio, qua in eandem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tanquàm à Domini ſpiritu. O victrix anima, quæ ſicut paſſer tranſuolans, mundi laqueos euaſiſti: reſpice ad incautas animas intricatas illis, periclitantes in illis, vt tuo patrocinio eruamur. O miles emerite, qui Chriſtianæ militiæ duris laboribus angelicæ felicitatis requiem commutâſti: reſpice ad imbelles & imbecilles commilitones tuos, qui inter hoſtiles gladios & ſpiritales nequitias, tuis laudibus occupamur. O victor inclyte, qui & de terra & de cælo glorioſiſſimè triumphâſti, illius gloriam nobiliter ſuperbus deſpiciens, & huius regna piè violentus diripiens, reſpice de cælo ad vinctos terræ, vt hæc ſit tuorum conſummatio triumphorum, ſi & nobis demùm viciſſe te ſentiamus. Nam ſi ex re nomen tibi, perfecta veritas nominis ex noſtra liberatione cẽſebitur: & certè deeſt interpretationi quàm diù nos qui tui ſumus, minimè liberamur. Quàm pium, quàm dulce, quàm ſuaue ô Victor in hoc loco afflictionis & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari? Nomen tuum & memoriale tuum fauus diſtillans in labijs captiuorum, mel & lac ſub lingua eorum, qui tuî memoria delectantur. Eià ergò fortis athleta, dulcis patrone, aduocate fidelis: exurge in adiutorium nobis, vt & nos de noſtra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria glorieris. Omnipotens pater, peccauimus tibi facti filij alieni, ſed appropiauimus in Victore, qui dum vicit cupiditatem ſuam, vincat & iram tuam, nos quoquè in gratiam potẽter reſtituat. O victor IESV, te in noſtro Victore laudamus, quia te in illo viciſſe

Aduocatus.
Mediator ad regnum, de nobis tãtùm ſolicitus.
Pſal. 40. & 22
Potentior ad ſaluandum.
Pſal. 24.
Matth. 8.
Animæ ſanctorum in cęlis degunt cũ Angelis.
Cant. 2.
Pſal. 136.
Soliciti de nobis Sancti.
Non inhabitant terram obliuionis.
In cælo augeſcit charitas, pietas & memoria.
Matth. 18.
Heb. 1.
Sancti nõn minùs noſtri cura tanguntur q̃ Angeli.
Pſal. 141.
Geneſ. 40.
Inuocat S. Victorem.
Cantic. 4.
Patronus, aduocatus.
Oratio ad Deũ Patrem.
Oratio ad Chriſtum.

ciſſe cognoſcimus. Da ei piiſſime IESV ſic de ſua in te victoria gloriari, vt nō ſubeat obliuio noſtri. Fili Dei, immitte ei, noſtri ſemper in cōſpectu tuo memorem eſſe, noſtram in tuo tremendo iudicio ſuſcipere & agere cauſam.

Sancti honorandi tanquā amici Chriſti, & filij Dei. Ioan. 1. Gal. 4. Rom. 8. Ioan. 15. Exod. 3. Exod. 7.

1. D. IOANNES Damaſcenus libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſexto: Sanctis, vt Chriſti amicis, & Dei filijs, atque hæredibus, honor haberi debet, quemadmodum inquit Theologus & Euangeliſta Ioannes, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Quocircà non iam ſerui ſunt, ſed filij. Quòd ſi filij, profectò & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Ac Dominus in ſacris Euangelijs ad Apoſtolos ità loquitur: Vos amici mei eſtis. Et, Non iam dicam vos ſeruos. Seruus enim neſcit quid faciat dominus eius. Quinetiam cùm Rex regum, & Dominus dominantium, & Deus deorum, ſummus ille rerum omniū architectus ac Dominus dicatur, profectò Sancti quoquè, tum dij, tum domini, tum reges ſint, neceſſe eſt. Horum enim Deus, & Deus, & Dominus, & Rex eſt, & appellatur. Ego enim, inquit ad Moſen, ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Ac Moſes Pharaonis Deus à Deo factus eſt. Deos porrò, & reges, ac dominos non naturâ dico, ſed quia perturbationibus animi imperârunt, ac dominati ſunt, atque imaginem diuinam, ad cuius ſimilitudinem procreati fuerant, integram minimeq; adulteratam ſeruârunt, (nam & ipſa regis imago rex dicitur) & quia animi inductione ac voluntate Deo vniti ſunt, eumq; hoſpitem ſuſceperunt, ac per eius perceptionem, quod ipſe naturâ eſt, hoc per gratiam extiterunt. Ecquid igitur cauſæ eſſe poteſt, quin eos honore complectamur, qui Dei ſerui, & amici, ac filij appellati ſunt? Etenim is honor, qui probis conſeruis habetur, beneuoli erga communem Dominum animi argumentum eſt. Illi ſanè Dei promptuaria & pura domicilia extiterunt. Inhabitabo enim in illis, ait Deus, & inambulabo, atque ero illorum Deus. Ac quòd iuſtorum animæ in manu Dei ſint, nec mors eos attingat, literis ſacris proditum eſt. Mors enim ſanctorum ſomnus potiùs eſt, quàm mors. Laborauerunt ſiquidem in hoc æuo: & in æternum viuent. Ac precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Quid autem præclarius, ac pluris æſtimandum, quàm in manu Dei eſſe? Deus quippè vita & lux eſt. Ità ſit, vt qui in manu Dei ſunt, in vita quoquè ac luce ſint. Quòd autem Deus etiam per mentem in ipſorum quoquè corporibus ſedem ac domicilium habuerit, his verbis Apoſtolus teſtatur: Neſcitis quòd corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti qui habitat in vobis? Dominus autem ſpiritus eſt. Et, Si quis Dei templum violauerit, diſperdet eum Deus. Quid igitur afferri poteſt, quin animatis Dei templis, & viuis Dei tabernaculis honor ſit adhibendus? Hi cùm huiuſce vitæ vſura fruerentur, Deo fidenti animo aſtiterunt.

Item tāquàm Dei templa. 2. Cor. 6. Sap. 3. Pſal. 48. Pſal. 115. 1. Cor. 6. 1. Cor. 3.

Refugiū contra aduerſariorum incurſum.

2. BASILIVS homilia vigeſima in quadraginta Martyres: Hi ſunt qui noſtram obtinentes regionem, quaſi quædam turres contra aduerſariorum incurſum refugium exhibent: Nec vno in loco ſeſe clauſerunt, ſed in multis locis hoſpitio recepti, multorum patrias ornauerunt: nec tamen ſeparati, ſed inter ſe commixti: ſi in ſingulos ipſos diuiſeris, proprium numerum non excedunt: ſi verò in vnum congregaueris, quadraginta nihilominus erunt, ac ità vt ignis natura permanent: nam ille & ad progredientem tranſit, & totus eſt apud habentem: ſic hi quadraginta ſunt vnum, & omnes apud ſingulos. Beneficium igitur hoc, fratres dilectiſſimi, gratiam hanc minimè deficientem ex Deo obtinemus. Paratum eſt hîc Chriſtianis auxilium, eccleſia videlicet martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpè operam dediſtis, ſæpè laborâſtis, vt vnum pro vobis orantem inueniretis: quadraginta ſunt hi, vnam orationis emittentes vocem. Vbi enim ſunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus eſt. Vbi vero quadraginta fuerint, quis dubitet Deum eſſe præſentem? Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret: hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis. Hîc mulier orans pro filijs auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti verò ſalutem implorat. Cum his ergò martyribus noſtras effundamus preces. Et paulò pòſt: O ſanctum chorum, ô ſacrum ordinem, ô cuneum inexpugnabilem, ô communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocij, precum ac votorum inuicèm ſuffragatores, legati apud Deum potentiſſimi, aſtra mundi, flores Eccleſiarum. Vos non terra cōtexit, ſed cælum excepit. Apertæ ſunt vobis paradiſi portæ, dignum profectò exercitibus angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iuſtis omnibus ſpectaculum.

Quadraginta ſunt omnes apud ſingulos. Chriſtianorū auxilium.

Orant ſancti pro nobis. Matth. 18. Inuocandi ſunt martyres. Cuſtodia generis humani. Suffragatores & legati apud Deum potentiſſimi: quos cælum excepit.

3. IDEM in homilia vigeſimaſexta de martyre Mamante: Memores eſtote martyris, quotquot illo per ſomnia potiti eſtis, quotquot in hoc loco conſtituti, adiutorem ipſum ad precandum habuiſtis, quibuſcunque ex nomine aduocatus ipſis adfuit operibus, quotquot aberrantes ad viam reduxit, quoſcunque ſanitati reſtituit, quibuſcunque pueros iam mortuos ad vitam reductos reddidit, quotquot vitæ terminos prorogauit. Collectis in vnum his omnibus, ex communi ſymbolo martyri encomium conſtruite. Conferte inter vos mutuò, quæ quiſque nouit, illa ſubminiſtret ignoranti quæ ignorat, illa accipiat ab eo qui nouit, atque ità quaſi ad conuiuium quod quiſque habet conferentes, noſtræ ignoſcite imbecillitati. Iſta nanque demùm ſunt martyris encomia, ſpiritualium chariſmatum diuitiæ. Et pòſt pauca: Ad Martyris verò memoriam & tota regio mota eſt, & ad illius feſtum diem vrbs vniuerſa immutata geſtit. Neque cognati diuitum ad Maiorum ſuorum ſepulcra declinant, ſed omnes ad pietatis locum tendunt. Et in fine: Deus Eccleſiam hanc immotam ac magnis martyrum turribus munitam conſeruet, & omnes furentium hæreticorum inſidias & incurſus in tranquillitate ac ſilentio auertat.

Sancti martyris in homines beneficia. Ad feſtum diem & memoriam martyris cōfluunt. Turres ſunt quibus muniuntur Eccleſiæ.

4. GREGORIVS Nazianzenus oratione decimaoctaua, quæ eſt in laudem S. Cypriani martyris: At tu nos è cælo benignus aſpicias, ſermonéſque noſtros & vitam gubernes, ſacrumq; hunc gregem paſcas, aut paſcentem adiuues, cùm in cæteris rebus, quoàd eius fieri poterit, eum ad optima quæque dirigens, tum graues lupos, ſyllabarum & verborum captatores amoliens, ſanctæq; Trinitatis, cui nunc adſiſtis, pleniorem clarioremque ſplendorem nobis concilians, quam adoramus, &c. Et paulò antè: Nam quanquàm Cypriani nomen apud omnes non modò Chriſtianos, verùm etiam eos, qui aduerſæ claſſis erant, clariſſimum ac celeberrimum eſſet: corpus tamen obſcurum erat: atque hic theſaurus apud mulierem quandam pietate feruidam occultabatur, idq; perdiuturno tempore: ſiue quòd Deus hac ratione piam matronam honore affici vellet, ac propterea illa Martyrem complexu ſuo teneret: ſiue etiam vt deſiderium noſtrum exerceret, num ſcilicet hoc damno angeremur, acerbéque ferremus nos ſacroſanctis reliquijs priuari. At verò poſteaquàm ille Martyrum Deus commune omnium bonum alicui priuatim concedere, ac ſingulari erga illam gratia publicis commodis detrimentum afferre minimè ſuſtinuit, per reuelationem corpus in apertum profert:

Inuocat S. Cyprianum & eius auxilium implorat. S. Trinitati adſiſtit Cyprianus. Reliquiarum S. Cypriani theſaurus. A Deo reuelatur.

Digitized by Google

Cur mulieri reueletur.

fert: atque hunc rurſus honorem probæ cuidam mulieri confert: vt mulieres quoquè ex eo ſanctificentur, quòd quemadmodùm Chriſtum antè pepererunt, reſurrectionisque ipſius nuncium diſcipulis attulerunt, ità nunc etiam Cyprianum, hoc eſt, publicum orbis bonum, partìm indicârunt, partìm tradiderunt. Atque hæc etiam eò diſſeruimus, vt debito illo honoris officio vtcunquè defungeremur. Veſtræ iam partes ſunt, ea quæ reſtant, à vobiſmetipſis adiungere, (vt nonnullum ipſi quoquè Martyri munus offeratis) dæmonum nimirùm oppreſſionem, morborum depulſionem, futurarum rerum prænotionem: quæ quidem omnia vel cineres ipſi Cypriani, modò fides adſit, efficiunt: quemadmodùm nôrunt, qui huius rei periculum fecerunt, ac miraculum ad nos vſque tranſmiſerunt, eiusdémque memoriam poſteris quoquè tradituri ſunt. Immò verò his maiora offerte, qualiáque eos offerre par eſt, qui eum verè ac ſyncerè colunt, corporis ſcilicet macerationem, animæ aſcenſionem, vitij fugam, virtutis incrementum.

Cypriani poteſtas, & cinerum eius virtus.

5. IDEM oratione viceſimaprima, de laudibus Athanaſij Magni Archiepiſcopi Alexandrini: Athanaſium laudans, virtutem laudabo. Idem enim eſt illum dicere, quod virtutem laudibus efferre: quóniam virtutes omnes in vnum collectas tenebat: vel, vt veriùs loquar, tenet. Deo quippe omnes viuunt, qui ſecundùm Deum vixerunt, etiam ſi ex hac vita migrârint. Vndè & Deus, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob dicitur, vt viuentium Deus, non mortuorum. Virtutem autem laudans, Deum laudabo, à quo virtus hominibus eſt, illúdque, vt per cognatam illuminationem ad eum euehantur, vel potiùs reducantur. Et ſub finem: At ô charum & ſacrum caput, tu nos vtinàm benignus deſupèr & placidus aſpicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patris & Filij & Spiritûs ſancti contemplatione intelligitur & colitur, adoratorem: meq; ſiquidem res pacatæ futuræ ſint, in vita teneas, gregemq; mecum paſcas: ſin autem Eccleſia bellis flagratura eſt, reducas, aut aſſumas, tecumq; & cum tuî ſimilibus colloces, tametſi magnum ſit quod poſtulo.

Sanctos laudās, virtutem & Deum ipſum laudat.

Deo viuunt ſancti.

Matth. 22.

Naziāzenus inuocat S. Athanaſiū.

6. ET oratione viceſima, quæ eſt funebris in laudem Baſilij Magni: Sed res quidem noſtræ, vt Dei voluntas tulerit, ferantur: atque vtinàm per illius deprecationem meliùs ferantur. Et in fine: Ac nunc ille quidem in cælis eſt, illic etiam, ni fallor, ſacrificia pro nobis offerens, & pro populo preces fundens, (neque enim ità nos reliquit, vt prorſus reliquerit.) Nec vobis, qui ab ipſo doctrina ſacra imbuti eſtis, quidquam aliud ſuaſerim, quàm vt eum ſemper ſpectetis, ac tanquàm ipſe, & vos videat, & à vobis videatur, ſpiritu inſtruamini. Tu verò, ſacrum & diuinum caput, è cælo nos quæſo inſpice, carnisq; ſtimulum à Deo nobis ad diſciplinam datum, aut precibus tuis ſiſte, aut certè, vt forti animo perferamus, perſuade: atque omnem noſtram vitam ad id, quod maximè conducibile eſt, dirige: nóſque, poſteaquàm ex hac vita migrauerimus, illic quoquè tabernaculis tuis excipe: vt ſimul viuentes, & ſanctam ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam ſpeciem & imaginem accepimus, puriùs pleniusq; cernentes, deſiderijs noſtris finem ſtatuamus, ac bellorū eorum quæ intulimus, vel pertulimus, hoc præmium referamus.

Baſilius in cælis pro nobis offert ſacrificia, & pro populo precatur.

Inuocat ſanctum Baſiliū.

7. GREGORIVS Nyſſenus in vita S. Ephræm Syri, ſub finem ſic eum alloquitur: Hæc tibi, Patrum optime, Eccleſiæq; Doctor, munera laudum afferimus, non ea quidem pro dignitate, neque indigenti tibi. Quam enim gloriam afferre queat oratio, quæ laudati meritis ſuperatur? Sed ob viuentium potiùs vtilitatem. Quandoquidem bonorum & præſtantium virorum laudationes, vt ſtimuli & faces animis admotæ, vehementer homines ad rectiùs viuendum incitant & inflammant. Hanc autem laudandi prouinciam alacriùs cepimus, quum multis alijs rationibus adducti, præter vitæ doctrinæq; famam, tum cura illa, quam in homine eiuſdem nominis liberando adhibuiſti: is enim nos ad onus ſubeundum impulit, qui à poſteris Iſmael in bello captus, & procùl à patria diù commoratus, cùm ad eam reuerti cuperet, & viam commodiorem ignoraret, admirabili ope tua rationem ad ſalutem aptam inuenit, & quod optauerat, eſt conſecutus. Nam cùm in maximum vitæ diſcrimen adductus fuiſſet, quoniam omnes viæ barbarorum copijs interclusæ tenebantur, te nomine tantùm inuocauit, dicens; Sancte Ephræm, adiuua me; atque ità tutò periculorum laqueos euaſit, mortemq; neglexit, & inopinatam ſalutem aſſecutus, patriæ, auxilio tuo munitus, præter ſpem redditus eſt.

Alloquitur Sanctum.

Laus ſanctorum viuentibus vtilis.

Captiuus inuocans S. Ephræm liberatus.

S. Ephræm, adiuua me.

8. CHRYSOSTOMVS ſermone in adorationem venerabilium catenarum & gladij, ſancti & Apoſtolorum principis Petri: Tu verò ô Petre, Chriſti Eccleſiæ petra & firmamentum, ſumme Apoſtolorum vertex, qui catenas has inſtàr ſcelerati alicuius hominis pertuliſti, & curationum fontem illas reddidiſti: tu, quæſo, adeſto hodiè miſertus noſtrî, & hoc in loco ſpiritu verſare. Adſis huic templo miraculorum promptuario, quod ſancta nominis tui appellatione præcipuè honoratur: in quo venerandas catenas tuas, vt theſaurum quendam, reponi voluiſti. His catenis noſtrarum animarum vulnera, quæſo, liges. His tumores & inflationes, à delictis illatas, reſeces, & diuinis medicamentis eas cures. His vt ſcuto bonæ voluntatis, Chriſti gregem corones. His barbaros ipſos deuincias, captiuos ducas, & ciuitati te veneranti hoſtiles illorum exuuias conferas. Omnium maximè pium & fideliſſimum Imperatorē noſtrum, pro telis militaribus, his catenis armes, munias, cuſtodias, victorijs ac trophæis corones, hoſtibus terribilem, & ſubiectis benignum atq; optabilem facias. &c.

Petrus Eccleſiæ petra, Apoſtolorū vertex.

Nota.

S. Petrum inuocat.

9. AMBROSIVS in libro de viduis: Magnis, inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui Deo pro te ſupplicent, habes Apoſtolos proximos, habes martyres proximos, ſi ipſa martyribus deuotionis ſocietate, miſericordiæ quoquè muneribus appropinques. Proximus eſt enim, qui miſericordiam facit. Fac tu miſericordiam, & eris Petro proxima. Non ſanguinis neceſſitudo, ſed virtutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, ſed in ſpiritu. Ama ergò propinquitatem Petri, affinitatem Andreæ, vt pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ verbo Dei pulſæ. Et poſt pauca: Habetis ergò viduæ auxilium, ſi tales vobis generos poſteritatis veſtræ patronos, tales proximos eligatis. Ergò rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas. Vtinàm exiſtat aliquis, qui tam citò poſſit rogare pro nobis, vel certè iſte qui pro ſocru rogat Petrus & Andreas frater eius. Tunc enim pro affinitate poterant, nunc iam poſſunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quòd magno peccato obnoxia, minùs idonea ſit quæ pro ſe precetur, certè quæ pro ſe impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores. Aegri enim, niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare non poſſunt. Infirma eſt caro, mens ægra eſt, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius ſedem debile non poteſt explicare veſtigium. Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſi-

Luc. 4.

Martyres & Apoſtoli pro nobis orant.

Luc. 10.

Peccatis obnoxij adhibere debēt alios ſimul precatores.

Obſecrandi Angeli & Martyres.

Digitized by Google

præſidium dati ſunt: martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine etiam ſi qua habuerunt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei martyres, noſtri præſules, ſpeculatores vitæ actuumq; noſtrorum. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, quia ipſi infirmitatem corporis, etiam cùm vincerent, cognouerunt.

Præſules, ſpeculatores vitæ noſtræ, & interceſſores ſunt Martyres.

10. IDEM oratione de fide reſurrectionis, in fine: Quòd ſi in hoc erro, quia angelis me poſt mortem ſociari mãlo quàm beſtijs, libenter in hoc erro: neque vnquàm hac me opinione, dum viuo, fraudari patiar. Quid enim mihi ſupereſt ſolatij, quàm quòd me citiùs ad te frater ſpero venturum, nec digreſſus tui inter nos longa diuortia fore, tuíſque interceſſionibus mihi hoc poſſe conferri, vt citiùs deſiderantem tuî aduoces?

Interceſſiones Satyri.

11. ITEM in caput vigeſimumſecundum Lucæ: Vndè te euocem, Petre, vt doceas me quid flens cogitaueris? Vndè, inquam, te euocem? De cælo, vbi iam choro inſertus es angelorum, an etiam de tumulo? quia non putas iniuriam & ibi eſſe, vndè Dominus reſurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lachrymæ tuæ.

Inuocat B. Petrum.

12. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimaſexta ad populum Antiochenum: Chriſtus tunc omnem terrarum orbem ad ſe traxit adorandum, cùm mortuus fuiſſet. Et quid de Chriſto loquor, cùm & diſcipulos poſtquàm obierunt, tunc effulgere fecerit? Quid dico diſcipulos? Nam & eorum loca & ſepulcra ſimul & tempora perenni memoria celebrari curauit. Tu verò mihi ſepulcrum oſtendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuit. Sed nihil horum inſigne, ſed omnia deſtructa ſunt & exterminata: Chriſti verò ſeruorum & ſepulcra clara ſunt, regiam aſſecuta ciuitatem, & dies notiſſimi mundo feſtam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum & proprij neſciunt, horum autem ſciunt & barbari: Et ſeruorum crucifixi ſepulcra regijs aulis ſunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchritudine, (nam & in hoc quidem ſuperant) ſed quod multo maius eſt, conuenientium ſtudio. Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulcra, & faſtu depoſito, ſtat ſanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant: & ſcenarum fabrum, & piſcatorem etiam mortuos vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur, quęſo, horum Dominum nuncupare mortuum, cuius ſerui vel mortui terrarum orbis regum ſunt protectores? Nec hoc tantùm quis Romę fieri viderit, verùm & Conſtantinopoli. Nam & hîc Conſtantinum Magnum ipſius filius honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus piſcatoris paternum corpus collocaret. Et quod in regijs ſunt ianitores regibus, hoc ſunt in monumento piſcatoribus reges: & illi quidem vt domini loca tenent interiora, hi verò tanquàm inquilini & vicini, aulæ ianuam ſibi gratum habuêre deputari, & infidelibus ex his oſtendentes, quòd in reſurrectione maior erit piſcatoribus dignitas. Si hîc enim ità in ſepulcris, multo magìs & in reſurrectione ordo commutatus eſt. Reges quidem miniſtrorum, ſubditi verò regum vicem induerunt, quinimmò & ſplendidiorem. Et quòd hoc non aſſentatio ſit, ipſa veritas oſtendit. Ex illis enim & hi illuſtres facti ſunt. Multo nanque cæteris regalibus ſepulcris hæc monumenta ſunt clariora. Nam illic quidem magna ſolitudo, hîc autẽ magnus concurſus. Quòd ſi velis & regalibus aulis monumenta comparare, rurſum & hîc victoria: nam illic quidem multi deterrẽtes, hîc verò multi vocantes & attrahentes diuites, pauperes, viros, mulieres, ſeruos, liberos. Illic magnus timor, hîc inexplicabilis voluptas. Sed dulce ſpectaculum eſt, regem aureis indutum & coronatum ſpectare, & adſtantes duces & principes, ductores, tribunos & militum magiſtros: verùm hæc tanto ſunt illis honeſtiora & magìs reuerenda, vt illa fabulæ ſint & ludicra. Simul àc enim pauimenta calcaueris, ad cælum mentem locus tranſmiſerit, & ad ſupernum regem & illum angelorum exercitum & ſublimem thronum, & inacceſſibilem gloriam. Et hic quidem regnans alicui ſubiecto præcipit, vt hunc quidem ſoluat, illum verò liget: ſanctorum autem oſſa non hanc habent miſerabilem & abiectam poteſtatem, ſed illa multo maiorem. Dæmonas enim ſiſtunt & torquent, & vinctos ab illis ſoluunt ſæuiſſimis vinculis. Quid hoc foro magìs reuerẽdum, cùm videatur nemo, nemo dæmonis inſtet lateribus, voces ſentiuntur & lacerationes, flagella, tormentáque, ac linguæ ardentes, terribilem illam vim dæmone non ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimunt poteſtates. Et cinis & oſſa, & fauilla inuiſibiles illas poteſtates dilaniant. Itaque quò regias quidem aulas videat, nullus vnquàm peregrinatus fuerit: multi verò reges plerunquè huius ſpectaculi gratia peregrinati ſunt. Futuri nanque iudicij veſtigia & ſigna ſanctorum ædes exhibent, vbi dæmones flagellantur, corriguntur homines & liberantur.

Sepulcra & natalitia Apoſtolorũ clara ſunt.

Imperatores Sãctis ſupplicant, vt pro ſe apud Deũ intercedant.

Protectores Imperatorũ.

Reliquiæ Sãctorũ dæmonas torquẽt.

Peregrinationes ad Sanctorum ſepulcra.

13. EPHRAEM in ſermone de ſanctis martyribus: Precamur beatiſſimi martyres, qui pro Domino ſaluatore, próque illius charitate ſpontè & impigrè tormenta ſubiſtis, atque ideò familiariùs Domino coniuncti eſtis, vt pro nobis miſeris & peccatoribus, & negligentiæ ſqualore ſordentibus Dominum interpellare dignemini, vt ſuperueniat in nos gratia Chriſti, quæ corda noſtra radio ſanctæ charitatis illuſtret, vt ipſum toto corde diligere poſſimus. Vos nempe verè beati atque glorioſi eſtis, quos angeli & homines pari conſenſu beatos prædicant. Et circa finem: Nunc igitur ô beatiſſimi viri, ô glorioſiſſimi martyres Dei, me miſerum veſtris iuuate precibus, vt in illa hora miſericordiam conſequar, quando manifeſta erũt occulta hominum. 1. Cor. 4. Et poſt pauca: Ego item imbecillis accepto veſtris meritis ac precibus robore, cecini tota deuotione animi ante ſanctas reliquias veſtras hymnum veſtræ laudis & gloriæ. Pro me igitur miſerò ante thronum maieſtatis adſiſtite, vt veſtris precibus ſaluari merear, ac vobiſcum æterna beatitudine perfrui.

Oratio ad ſanctos martyres, vt eorum precibus adiuuetur.

14. HIERONYMVS in Epitaphio Paulæ viduę, ad Euſtochium epiſtola vigeſimaſeptima, capite primo: Non mœremus quòd talẽ amiſimus, ſed gratias agimus quòd habuimus, immò habemus. Deo enim viuunt omnia: & quidquid reuertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur. Quanquàm amiſſio illius, cæleſtis domûs habitatio ſit: quæ quandiu in corpore fuit, peregrinata eſt à Domino. 2. Cor. 5. ET capite ſexto deſcribens eiuſdem peregrinationem per terrã ſanctam, Indè diuertens, inquit, vidit duodecim Patriarcharum ſepulcra & Sebaſten, id eſt, Samariam, quæ in honorem Auguſti ab Herode Græco ſermone Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Eliſæus, & Abdias Prophetæ, &, quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannes Baptiſta. Vbi multis intremuit conſternata mirabilibus: Nanque cernebat varijs dæmones rugire cruciatibus, & ante ſepulcra Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & poſt tergum terram vertice tangere: &c. miſerebatur omnium, & per ſingulos effuſis lachrymis Chriſti clementiã deprecabatur. ITEM capite decimoquarto: Vale ô Paula, & cultoris tui vltimam ſene-

Deo viuunt Sancti.

Apud ſepulcra ſanctorũ dæmones torquentur.

Inuocat Paulam Hieronymus.

Digitized by Google

Præſens Chriſto, faciliùs impetrabit.

ſenectutem orationibus iuua. Fides & opera tua Chriſto te ſociant: præſens, faciliùs quod poſtulas, impetrabis.

15. AVGVSTINVS in libro de cura pro mortuis gerenda, capite quarto: Prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorum locus, bonę affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniam ſi nonnulla religio eſt vt ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando vbi ſepeliantur, attenditur. Sed cùm talia viuorũ ſolatia requiruntur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non video quæ ſunt adiumenta mortuorum; niſi ad hoc, vt dum recolunt vbi ſint poſita eorũ quos diligunt corpora, eiſdem ſanctis illos tanquàm patronis ſuſceptos apud Dominum adiuuandos orando commendent. Quod quidem facere poſſent, etiam ſi talibus locis eos humare non poſſent. Cùm itaque recolit animus, vbi ſepultum ſit chariſſimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus.

Defunctorũ animæ ſanctis comendantur tanquàm patronis.

16. IDEM libro ſeptimo de baptiſmo contra Donatiſtas, capite primo: Beatus Cyprianus quidem iam corpore quod corrumpitur non aggrauante animam, nec deprimente terrena inhabitatione ſenſum multa cogitantem, ſereniùs perſpicit veritatem, quam meruit adipiſci per charitatem. Adiuuet itaque nos orationibus ſuis in iſtius carnis mortalitate, tanquàm in caliginoſa nube laborantes, vt donante Domino, quantùm poſſumus, bona eius imitemur.

Sap. 9.

Inuocat S. Cyprianũ B. Auguſtinus.

17. BERNARDVS ſermone ſexageſimo ſexto in Cantica Canticorum: Videte detractores, videte canes. Irrident nos quia baptizamus infantes, quòd oramus pro mortuis, quòd Sanctorũ ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atque in vtroq; ſexu feſtinant proſcribere Chriſtum, in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidem infantibus ex impoſſibilitate naturæ, indè verò adultis ex difficultate continentiæ præſcribentes. Porrò mortuos viuentium fraudantes auxilijs, viuentes nihilominùs Sanctorum qui deceſſerunt, ſuffragijs ſpoliantes. Abſit: Non relinquet Dominus plebem ſuam, quę eſt ſicut arena maris: nec contentus erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit. Neque enim parua, ſed planè copioſa apud Deum redemptio. Quantus verò numerus iſtorum ad magnitudinem precij? Se magis precio fraudant, qui ipſum euacuare conãtur. Et paulò pòſt: Vincentium preces & hoſtias mortui qui opùs habebunt & digni erunt, mediantibus percipient angelis: & eorum qui iam peruenerunt, viuentibus adhuc nequaquàm ſolatia deerũt per Deum, qui vbiquè eſt, & in Deo nuſquàm affectu charitatis abſentium.

Hæretici Catholicos etiamnũ hodiè irridẽt quòd baptizent infantes, orent pro mortuis, & Sanctorum poſtulent ſuffragia.

Pſal. 94.

Pſal. 129.

Beatorum ſolatia viuis nõ deerunt.

18. THEODORETVS Cyrenſis Epiſcopus de Græcarum affectionum curatione libro octauo, qui eſt de Martyribus: Hi ſunt igitur verè hominum duces, principes, propugnatores, cuſtodes, per quos à nobis infortunia auertuntur, proculq; arcentur, quæ à dæmonibus inferuntur mala. Et ſub finem: Martyrum templa conſpicua cernuntur, magnitudineque præſtantia, omni prætereà ornatûs genere variata, ſplendoremq; quodammodò pulchritudinis ſuæ latè fundentia. Neque verò ad hæc per annum ſemèl, aut bìs, aut quinquiès aduentamus: ſed in eis ſæpenumerò dies feſtos peragimus, ſæpè diebus ſingulis eorum martyrum Domino laudes hymnoſq; cãtamus. Quiq; homines proſpera ſunt valetudine, conſeruari eam ſibi à martyribus petunt: qui verò ægritudinem aliquam patiuntur, ſanitatem expoſcunt. Inſupèr & ſteriles viri & mulieres, dari ſibi filios petunt: Qui verò parentes ſunt, integra ſibi & propria cuſtodiri quæ conſecuti ſunt dona. Item qui peregrè aliquò proficiſcuntur, petunt martyres ſibi comites eſſe in via, vel potiùs itineris duces. Qui verò iam ſoſpites redierunt, gratias agũt, acceptum beneficium confitentes. Non qui ſe ad deos accedere arbitrentur, ſed qui orent Dei Martyres tanquàm diuinos homines, interceſſoreſq; ſibi eos apud Deum aduocent ac precentur. Piè verò fideliterq; precatos ea maximè conſequi quæ deſiderant, teſtantur illa, quæ votorum rei dona perſoluunt, manifeſta nimirùm adeptæ ſanitatis indicia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò manuum ſimulacra ſuſpendunt ex argento auróve confecta. Gratiſſimè nanq; accipit eorum Dominus qualiacunque ſunt dona: nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium ſpectaculo exporrecta, teſtantur morborum depulſionem, cuius ipſa certiſſima ſigna ſunt, à ſanitatem conſequutis allata. Hęc inquam ſepultorum ibi Martyrum quæ ſit virtus, oſtendũt. Martyrum autem virtus, quem ipſi coluerunt Deum, verum eſſe Deum declarat.

Martyres ſunt hominũ duces, propugnatores & cuſtodes.

Templa martyrum, q̃ ſunt illuſtria, & quo modo à fidelibus frequententur.

Implorantur à fidelibus auxilia martyrum.

Non inuocãtur martyres tanq̃ dij, ſed tanq̃ aduocati & interceſſores.

Nota vſum ſuſpendendi ad memorias martyrum imagũculas, accepta beneficia ſignificantes.

Virtus Sanctorum, Dei gloriam illuſtrat.

19. IDEM Theodoretus in Philotheo ſiue in hiſtoria ſanctorum Patrum, vita prima, quæ eſt Iacobi Niſibenſis: Hoc mihi quoquè in præſentia opùs eſt auxilio, qui conor eorum vitam ſcribere ſanctorum, qui parùm ante nos & noſtris temporibus claruêre, & velutì quaſdam leges ijs qui imitari volent, velim proponere. Horum ergò ſunt preces inuocandæ, & incipiendum eſt narrare. Et in fine: Hæc cùm de viro diuino recenſuerim, ad aliam tranſibo narrationem, rogans vt conſequar eius benedictionem. DEINDE in vita ſecunda, quæ eſt Iuliani Sabæ, in fine: Ego autem hîc de eo ſiſtens orationem, tranſibo ad alium, rogans ſanctos qui in hanc ingrediuntur narrationem, per ſuam interceſſionem mihi ſupernam conciliare beneuolentiam. ITEM vita tertia, quę eſt Martiani, in fine: Rogo & quæſo, vt per horum omnium interceſſionem diuinum cõſequar auxilium. SIMILITER vita quarta, quæ eſt Euſebij, in fine: Rurſus eſt addenda, quæ illinc capitur, vtilitas, cùm horum magnorum virorum benedictionis rogauerimus vt ſimus participes. ET in fine quintæ vitæ, quæ eſt Publij: Planè ſcio, quòd ſi eorum memoriam fecero in hominibus, futurum ſit, vt ij quoquè meî meminerint apud Deum vniuerſorum. ITERVM in calce vitæ ſextæ, quæ eſt Simeonis Priſci: Ego autem nunc oro, vt quam dare poteſt, eius conſequar interceſſionem: & ſcio me conſecuturum. Omninò enim dabit petitionem, imitans Domini benignitatem. RVRSVS in vita ſeptima, quæ eſt Palladij: Mihi autem quoq; detur conſequi auxilium, qui eorum memoria linguã ſanctificaui. PRAETEREA in octaua, quæ eſt Aphraatis: Oro quoquè, vt eius cõſequar interceſſionem. ITERVM in vita nona, quæ eſt Petri: Ego autem, cuius, dum adhuc eſſet ſuperſtes, percepi benedictionem, ea vt nunc quoquè fruar, precatus, finem imponam huic narrationi. ITEM in decima, quæ eſt Theodoſij: Rogo, vt eius quoquè conſequar benedictionem. ET in vndecima, quæ eſt Romani: Cùm hinc itaque benedictionem mihi conciliauero, aliorum quoquè athletarum res geſtas narrabo. RVRSVS in vita duodecima, quę eſt Zenonis: Ego autem cùm eum, vt pro me ad Dominum intercedat, orauero, me ad aliam conuertam narrationem. IN decimaquarta, quę eſt Mæſymæ: Cuius ego vtinàm ad aliquam ſaltem partem exiguam ſuſtollar, eorum adiutus precibus. IN decimaquinta, quæ eſt Aceſemæ: Cuius verbis & operibus inſtructi, vtinàm eius etiam precibus adiuti, cæleſti vocatione digni efficiamur in Chriſto Domino noſtro. IN decimaoctaua, quæ eſt alterius Euſebij: Ego autem rogo, vt illam conſequar interceſſionem, quam huc uſquè percepi, dum eſſet adhuc ſuperſtes. Credo enim eum viuere, & habere puriorem ad Deum fidu-

Theodoretus Sanctorum preces poſtulat, quorum vitas ſcriptus eſt.

Iacobum inuocat.

Iulianũ Sabã inuocat, ac in ſequentibus vitis reliquos.

Sancti viuũt, & puriorẽ habent ad Deũ fiduciam.

Digitized by Google

fidutiam. ITEM vigeſima vita, quæ eſt Maris: Cùm itaque nunc orauero, vt eius conſequar auxilium, imponam finem narrationi. ET in vigeſimaprima, quæ eſt Iacobi alterius: Noſtram imbecillitatem ſuſtentet ac ſuffulciat ſuis orationibus, vt confirmati, multas quas alij in nos conſecuti ſunt victorias, eis eripiamus, & victores è vita excedamus. ET in vigeſimaſeptima Baradati: Mihi autem detur, vt eorum ſuffultus precibus, non ſim procùl ab hoc monte, ſed paulatim conſcendam, & me eorum contemplationis voluptate expleam. DEINDE in vigeſimaoctaua Thalelæi: Horum ſanctorum martyrum concedatur interceſſionibus, vt nos ab his adiuti, ſimus vehementes amatores certaminum philoſophiæ. DEMVM in trigeſima & vltima, quæ eſt Domninæ: Eos obſecro, quorum vitam conſcripſi, nè me deſpiciant procùl degentem ab illorum ſpiritali chorea: ſed trahant infrà iacentem, & ad virtutis tollant altitudinem, & ſuo choro coniungant, vt non ſolùm laudem alienas diuitias, ſed ipſe etiam habeam aliquam laudis occaſionem, & facto & verbo & cogitatione glorificans ſeruatorem vniuerſorum.

20. PRVDENTIVS in libro qui inſcribitur περὶ στεφάνων, ſiue de Coronis, hymno primo, in Hemiterium & Cheledonium Calagurritanos:

Illitas cruore ſancto nunc arenas incolæ
Confrequentant, obſecrãtes voce, votis munere.
Exteri, necnon & orbis huc colonus aduenit:
Fama nã terras in omneis præcucurrit proditrix,
Heic patronos eſſe mundi, quos precantes ambiant.
Nemo puras heic rogando fruſtrà congeſſit preces:
Lætus hinc terſis reuertit ſupplicator fletibus.
Omne, quod iuſtum popoſcit, impetratum ſentiens.
Tanta pro noſtris periclis cura ſuffragantium eſt,
Nõ ſinant, inane vt vllus voce murmur fuderit:
Audiunt, ſtatimq́ ad aurem Regis æterni ferunt.
Indè larga fonte ab ipſo dona terris influunt.
Supplicum cauſas petitis quæ medelis irrigant.
Nil ſuis bonis negauit Chriſtus vnquàm teſtibus.

Peregrinatio ad martyrum ſepulcra. *Patroni mũdi.* *Impetrantur poſtulata.* *Sancti audiunt preces noſtras.*

IDEM in eodem libro, hymno ſecundo in diuum Laurentium, ſub finem:

Quæ ſit poteſtas credita,
Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia
Quibus rogatus annuis.
Quod quiſque ſupplex poſtulat,
Fert impetratum proſperè:
Poſcunt, litantur, indicant,
Et triſtis haud vllus redit.
Ceu præſtò ſemper adſies,
Tuoſq́ alumnos vrbicos
Lactante complexus ſinu,
Paterno amore nutrias.
Hos inter, ô Chriſti decus,
Audi poëtam ruſticum,
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua.
Indignus, agnoſco & ſcio,
Quem Chriſtus ipſe exaudiat:
Sed per patronos martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium,
Et ſeruientem corpori,
Abſolue vinclis ſeculi.

Rogatus annuit Laurentius. *Impetrant orantes quod poſtulant.* *Inuocat S. Laurentium.* *Per patronos martyres ij qui indigni ſunt à Chriſto audiri, medelã conſequuntur.*

ET in hymno tertio eiuſdem libri in Eulaliam virginem Luſitanam:

Iſta comantibus è folijs
Munera virgo, puerq́ date:
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, feſta tamen.
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum:
Illa Dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populoſq́ ſuos
Carmine propitiata fouet.

Sancti proſpiciunt noſtra.

ITEM hymno quarto in decem & octo Cæſaraugustanos:

Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba, quam ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.
Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum ſulcos, quibus eſt operta
Spes, vt abſoluam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis: deindè
Mox reſurgenteis animas, & artus
Tota ſequeris.

Veniam precantur martyres noſtris lapſibus. *Inuocatio.*

DEINDE hymno quinto in Vincentium Cæſaraugustanum:

Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatûs efficax
Orator ad thronum Patris.
Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, vngulas,
Per carceralem ſtipitem.
Per fragmen illud teſteum,
Quo parta creuit gloria,
Per quem trementes poſteri
Exoſculamur lectulum:
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omneis imputet.
Si ritè ſolennem diem
Veneramur ore & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:
Pauliſper huc tu illabere,
Chriſti fauorem deferens,
Senſus grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.

Inuocat S. Vincentium.

ITEM hymno nono in Caſſianum Forocornelianum:

Suggere, ſi quod habes iuſtũ vel amabile votum,
Tibi ſi qua ſpes eſt, ſi quid intùs æſtuas.
Audit, crede, preces martyr proſperrimus omneis,
Ratasq́ reddit quas videt probabileis.
Pareo, cõplector tumulũ, lachrymas quoq́ fundo:
Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc, quod petebam, quod timebã, murmuro:
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri ſorte nutantem boni.
Audior, vrbem adeo, dextris ſucceſſibus vtor,
Domum reuertor, Caſſianum prædico.

Audit preces noſtras.

PRAETEREA in eodem libro Periſtephanon, hymno decimo in Romanum Antiochenum:

Romane Chriſti fortis aſſertor Dei,
Elinguis oris organum fautor moue:
Largire comptum carmen infantiſſimo:
Fac vt tuarum mira laudum concinam:
Nam ſcis & ipſe poſſe mutos eloqui.

Inuocat Romanum.

Et poſt medium:

Puerũ popoſcit carnifex: mater dedit,
Nec immorata eſt fletibus: tantùm oſculũ
Impreſſit vnum. Vale, ait, dulciſſime,
Et cùm beatus regna Chriſti intraueris,
Memento matris iam patrone ex filio.

Puerum iamiam martyrio coronandum orat mater vt ei patronus fiat.

In fine verò:

Vellem, ſiniſter inter hœdorum greges
Vt ſum futurus, eminùs dignoſcerer,
Atque hoc precante, diceret rex optimus:

Roma-

Sanctorum interceſſio.

Romanus orat: transfer hunc hœdum mihi:
Sit dexter agnus, induatur vellere.

IN Hippolytum ad Valerianum Epiſcopum, hymno vndecimo:

Mira loci pietas, & prompta precantibus ara:
Spes hominum placida proſperitate iuuat.
Heic corruptelis animiq; & corporis æger
Oraui quoties ſtratus, opem merui.

Precãtes exaudit Hippolytus ex Chriſti munere.

Quòd lætor reditu, quòd te venerande ſacerdos,
Complecti licitum eſt, ſcribo quòd hęc, eadem
Hippolyto ſcio me debere: Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet, annuere.

IN Cyprianum Carthaginenſem, hymno decimotertio einſdem libri περὶ στεφάνων:

Sancti in cælo degentes, noſtris etiam rebus interſunt.

Deſine flere bonum tantum. tenet ille regna cæli,
Nec minùs inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe:
Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat.
Nec Libyæ populos tantùm regit, exit vſque in ortum
Solis, & vſque obitum. Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præſidet Heſperiæ, Chriſtum ſerit vltimis Iberis.
Deniquè doctor humi eſt, idem quoquè martyr in ſupernis.

Ex cęlo dona dant patroni.

Inſtruit heic hõies, illinc piadona dat patronus.

IN eodem libro, hymno decimoquarto in Agnetem virginem Romanam:

Auxilium & beneficia S. Agnetis.

Agnis ſepulcrum eſt Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ.
Conſpectu in ipſo condita turrium.
Seruat ſalutem virgo Quiritium.
Necnon & ipſos protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore ſupplices.

ET ſub finem:

Inuocat Agnetem.

O virgo felix, ô noua gloria,
Cæleſtis arcis nobilis incola,
Intende noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui poſſe ſoli Cunctiparens dedit,
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore, noſtrum ſi iecur impleas.
Nil non pudicum eſt, quod pia viſere
Dignaris, almo vel pede tangere.

Poſtulanda interceſſio B. Virginis, Angelorum, & omniũ Sanctorum. Reliquiæ Sãctorũ honorandæ.

21. SEPTIMA Synodus generalis, quæ eſt ſecunda Nicena, actione ſexta, in fine: Cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparę & ſemper virginis Dominę noſtræ Mariæ, item ſanctorum angelorum, omniumq; ſanctorũ, Salutantes & venerandas illorum reliquias, vt nos ſanctitudinis eorum fiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Inuocatio.

22. GENESIS quadrageſimooctauo ait Iacob: Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoquè patrum meorum Abraham & Iſaac.

23. IOB quinto: Voca ergò ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere.

24. GENESIS trigeſimoſecundo: Et eccè vir luctabatur cum eo vſque manè. Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq; ad eum, Dimitte me: iam enim aſcendit aurora. Reſpondit, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergò: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob. At ille, Nequaquàm, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magìs contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicẽs: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.

25. OSEAE capite duodecimo: In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt (Iacob) cum angelo. Et inualuit ad angelum, & confortatus eſt: fleuit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eum.

26. ZACHARIAE primo capite: Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vſquequò tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpondit Dominus Angelo qui loquebatur in me, verba bona, verba conſolatoria.

27. IEREMIAE decimoquinto: Et dixit Dominus ad me, Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. *Oratio.*

1. E. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: vt ſuprà quæſtione ſeptima, B. teſtimonio primo.

2. IDM libro vigeſimo contra Fauſtum Manichæum, capite vigeſimoprimo, vt ſuprà eodem in loco, teſtimonio ſexto.

Martyribus non ſacrificamus aut diuinos honores tribuimus.

3. ITEM libro octauo de ciuitate Dei, capite vigeſimoſeptimo: Nec tamen nos eiſdem martyribus tẽpla, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtituimus: quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſanè memorias eorũ tanquàm ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus fictisq; conuictis: quod etiam ſi qui anteà ſentiebant, timendo reprimebant. Quis autẽ audiuit aliquando fidelium, ſtantem ſacerdotem ad altare etiam ſuper ſanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumq; conſtructum, dicere in precibus: Offero tibi ſacrificiũ Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & ſanctis ſuis angelis cæleſti honore ſociauit: vt ea celebritate, & Deo vero de illorũ victorijs gratias agamus, & nos ad imitationẽ talium coronarum atq; palmarum eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Quæcunq; igitur adhibentur religioſorũ obſequia in martyrũ locis, ornamenta ſunt memoriarũ, non ſacra vel ſacrificia mortuorũ tanquàm deorum. Quicunq; etiã epulas ſuas eò deferunt, quod quidẽ à Chriſtianis melioribus non fit, & in pleriſq; terrarum * nulla talis eſt conſuetudo: tamen quicunque id faciunt, quas cùm appoſuerint, orant, & auferunt, vt veſcantur, vel ex eis etiã indigentibus largiãtur, ſanctificari ibi eas volunt per merita martyrũ in nomine Domini martyrum. Non autem iſta eſſe ſacrificia martyrum nouit, qui nouit vnum, quod Deo illic offertur, ſacrificium Chriſtianorum.

Cur eorum memorias honoramus. *Sacrificium Miſſæ nõ offertur Sãctorũ cuiquam.* *Honor martyrum.* ** locis* *Sanctificatur cibus per merita martyrũ.* *Sacrificium Chriſtianorum.*

Viuentium interceſſio.

4. AD Romanos decimoquinto: Obſecro ergò vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa &c.

5. AD Hebræos decimotertio: Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus, in omnibus benè volentes conuerſari. Ampliùs autem deprecor vos hoc facere, quò celeriùs reſtituar vobis.

6. AD Epheſios ſexto: Vigilãtes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis, & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ità vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.

7. AD Coloſſenſes quarto: Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti.

8. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Fratres, orate pro nobis.

9. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes tertio:

Digitized by Google

tio: Decæterò fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat & clarificetur, ſicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus.

10. LVCAE ſeptimo: Centurionis autē cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat precioſus. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret & ſaluaret ſeruum eius. At illi cùm veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicitè, dicentes ei: Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes: &c.

11. IOB quadrageſimoſecundo: Dixit Dominus ad Elipaz Themaniten, Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergò vobis ſeptem tauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meū Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad me recta, ſicut ſeruus meus Iob. Abiērunt ergò Elipaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos, & ſuſcepit Dominus faciem Iob. Dominus quoquè conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cùm oraret ille pro amicis ſuis.

Eccleſiæ perpetuus vſus.

Sanctorū interceſſio.

Inuocatio.

Implorare eorum auxilium.

Impiè ſentiunt illi, qui interceſſionē & inuocationem Sanctorum negant.

Anathema Hagiomachis.

1. F. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione vigeſimaquinta in decreto de inuocatione, veneratione, & reliquijs ſanctorum, & ſacris imaginibus: Mandat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & cęteris docendi munus curamq; ſuſtinentibus, vt iuxta Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum à primæuis Chriſtianæ religionis temporibus receptum, ſanctorumq; Patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, inuocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginū vſu, fideles diligenter inſtruant, docentes eos, Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro hominibus Deo offerre: bonum atq; vtile eſſe ſuppliciter eos inuocare: & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui ſolus noſter redemptor & Saluator eſt, ad eorum orationes, opem, auxiliumq; confugere: illos verò qui negāt Sanctos, æterna felicitate in cælo fruentes, inuocandos eſſe: aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam ſingulis orent, inuocationem eſſe idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſariq; honori vnius mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti: vel ſtultum eſſe, in cælo regnantibus voce vel mente ſupplicare: impiè ſentire, &c. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit, anathema ſit.

Honor illis à Deo impenſus & poteſtas.

2. PSALMO ſexageſimoſeptimo: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraēl ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ.

3. IOANNIS decimoquarto: Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado.

4. ITEM duodecimo: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

5. MATTHAEI decimonono: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

6. LVCAE decimonono: Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi: Eugè bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates.

7. APOCALYPSIS ſecundo: Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

8. ET capite tertio: Ecce ſto ad oſtium & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.

9. PSALMO centeſimo trigeſimooctauo: Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Merita Sanctorum.

Sancti poſt mortem virtutibus proſunt.

10. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in Pſalmum quinquageſimum: Videtis chariſſimi, quanta eſt pœnitentiæ virtus, & conuerſionis ad Deum ab operibus malis? Hic enim ſanctus Dauid non ſolùm cùm in corpore eſſet, placuit Deo: ſed & poſt mortem ſuam viuis inuenitur præſtitiſſe grande ſolatium. Contigit nanque Ezechiæ regi, inimicas in temporibus Iudæorum gentes circunuallāſſe Hieroſolymam. Et cùm eſſet Ezechias iuſtus vir, rogauit Deum: & proſtratus, lachrymis deprecabatur, vltionem de aduerſarijs poſtulans. Venit ad eum Eſaias propheta, & dicit: Nè putaret ille, quia iuſtitia ſua exauditus eſt: & certè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requieſcens. Quid ergò dicit ei? Protegam hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent. O rem admirandam, ô ineffabilis clementia Dei: homo mortuus viuo patrocinatur: ô iuſtorum & poſt conſummationem inexpugnabilis pugna virorum.

4. Reg. 19.

Eſa. 37.

Dauidis mortui merita vigent.

11. IDEM homilia vigeſimaſeptima in Mattheum: Adeò poſt illa vulnera Dauid refulſit, ſic ſe à maculis abluit, ità mundum effecit animum, vt vel mortuus peccantibus poſteris ſuis ſuccurrerit: & quod de Abraham, id quoq; de Dauid Deum dixiſſe ſcriptura teſtatur, immò verò multò magis de Dauid. De Abraham enim ſcriptum eſt: Recordatus ſum teſtamēti mei quod erat ad Abraham: hîc verò non dicit teſtamenti, ſed propter Dauid ſeruum meum protegam ciuitatem hanc.

Mortuus Dauid peccantibus ſuccurrit.

Exod. 6.

4. Reg. 19. Eſa. 37.

12. ITEM homilia quadrageſimaſecūda in Geneſim: Aliorum virtus multorū tegere valet malitiam. Multa enim Domini bonitas eſt, & ſæpè ſolet etiam propter paucos multis dare ſalutem. Et quid dico, propter paucos iuſtos? Sæpè quando non inuentus eſt in præſenti vita iuſtus, propter defunctorum virtutem, viuentium miſeretur & curam habet: vndè clamat, dicens: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum: quaſi diceret: Licèt ipſi indigni ſint, & nullam ſalutis habeant occaſionem: verùm quia ſolitus ſum miſericorditer agere, & ad miſerandum promptus ſum, propter meipſum faciam, & propter puerum meum Dauid: & qui ante tot annos è vita migrauit, hic author ſit ſalutis his qui ſua ſeſe perdiderant deſidia.

Propter defunctos iuſtos miſeretur Deus viuentium.

4. Re. 19. & 20.

13. ET in ſermone de virtutibus & vitijs: Quando Deus viuos homines, quibus loquendi fiducia ſit, quiq; peccatores reſtituere poſſit, nullos prorſus inuenerit, tū verò ad mortuos ille profugiens: per eos, inquit, peccata remitto. Quomodò enim fatur? Hanc ego, inquit, mea ipſe gratia tutor vrbem, Dauid etiā filij mei cauſa, qui ab hac iampridèm vita deceſſit. Aſpice Sanctorum quāta ſit virtus. Neq; enim ſua verba tantùm aut corpora, ſed ipſa etiam corporis tegmina, ſemper omni ſunt poſſeſſione auguſtiora. Heliæ ſiquidē leonina pellis Iordanem diſcindere fecit. Trium puerorū calcei per ignes ambulārunt. Eliſęi lignū potuit vndarum mutare naturam, quas quidem ſuperficie ſua quaſi tergo ferrum ſuſtinere cogit. Moyſes virga mare rubrum dehiſcere iuſſit, petram diſrum-

Propter mortuos iuſtos miſeretur Deus.

4. Re. 19. & 20.

Sanctorū virtus etiam in veſtibus, reliquijs, & alijs rebus, quibus vſi fuere, eluceſcit.

4. Re. 2. Di. 3.

4. Reg. 6.

Exo. 14. & 17.

Digitized by Google

Actor.19.& 5. rumpere valuit. Pauli veſtes morbos fuderũt, Petri vmbræ mortem fugârunt. Sanctorum martyrum cinis improbos dæmones expulit. Summa igitur cum poteſtate omnia faciunt, ſicut Helias.

Cinis Martyrum dæmones expulit.

14. GENESIS vigeſimoſexto ait Dominus ad Iſaac: Ero tecum, & benedicam tibi. tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, cōplens iuramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, daboq́ posteris tuis vniuerſas regiones has, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legesq́ ſeruauerit. Et nonnullis interpoſitis: Apparuit ei Dominus in ipſa nocte, dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui: noli timere, quia ego tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham.

Merita propterquę multa facit Deus poſt Sanctorũ mortem.

15. EXODI trigeſimoſecundo: Moyſes orabat Dominum Deum ſuum, dicens: Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robuſta? Nè quæſo dicant Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iurâſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terrã hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper. Placatusq́ eſt Dominus nè faceret malum quod locutus fuerat aduerſùs populum ſuum.

16. TERTII Regum vndecimo: Dixit Dominus Salomoni: Diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui ſcindam illud, nec totũ regnum auferam, ſed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum & Ieruſalem quam elegi. Ibidèm: Ait Ahias Silonites propheta ad Ierobo-am: Hęc dicit Dominus Deus Iſrael, Eccè ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò vna tribus remanebit ei ꝑpter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatẽ quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael, eò quòd dereliquerit me, &c. Nec auferam omne regnum de manu eius, ſed ducem ponam eum cunctis diebus vitę ſuæ, propter Dauid ſeruum meum quem elegi, qui cuſtodiuit mandata mea, & pręcepta mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus coram me in Ieruſalem ciuitate quam elegi, vt eſſet nomen meum ibi.

17. ET decimoquinto: Ambulauitq́ (Abiam) in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem: eò quòd feciſſet Dauid rectũ in oculis Domini, & non declinâſſet ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ ſuæ.

18. ESAIAE trigeſimoſeptimo: Hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum: Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi ſagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Et protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Egreſſus eſt autem angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millia.

19. QVARTI Regum octauo: Noluit autem Dominus diſperdere Iudam, propter Dauid ſeruum ſuum, ſicut promiſerat ei, vt daret illi lucernam, & filijs eius cunctis diebus.

20. ET decimonono: Protegamq́ vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me & propter Dauid ſeruum meum.

21. IBIDEM capite vigeſimo: Addam diebus tuis (ait Dominus per Eſaiam ad Ezechiã) quindecim annos: ſed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruũ meum.

22. SECVNDI Machabęorũ decimoquinto: Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi à Deo affuturum, & hortabatur ſuos nè formidarent. Singulos autem illorum armauit non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos lætificauit. Erat autẽ huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos, virũ bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtũ moribus & eloquio decorũ, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentẽ orare pro omni populo Iudęorum: Poſt hoc apparuiſſe & aliũ virum ætate & gloria mirabilẽ, & magni decoris habitudine circa illũ. Reſpondentẽ verò Oniam dixiſſe, Hic eſt fratrũ amator & populi Iſrael: hic eſt qui multùm orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extendiſſe aũt Ieremiam dextram, & dediſſe Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe ſanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Et poſt quædam: Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes, congreſſi ſunt, manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, proſtrauerunt non minùs trigintaquinque millia.

1. G. AMBROSIVS in libro de viduis, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio octauo.

2. IDEM in caput vigeſimumprimum Lucæ: Mortuis regibus, in perpetuum Martyres regnum cæleſtis gratiæ honore ſuccedunt: & illi fiunt ſupplices, hi patroni.

Martyres patroni Regum ſupplicantiũ.

3. LEO Magnus ſermone primo in natali Apoſtolorum Petri & Pauli: Sicut & nos experti ſumus, & noſtri probauêre Maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitę ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum proprijs peccatis deprimimur, tantum Apoſtolicis meritis erigamur.

Experientia de Sanctorũ auxilio & beneficijs.

4. ET ſermone ſecundo de eiſdem: Poſt reſurrectionem ſuam Dominus beato Petro Apoſtolo poſt regni claues, ad trinam ęterni amoris profeſſionem, myſtica inſinuatione ter dixit: Paſce oues meas. quod & nunc proculdubiò facit, & mandatum Domini pius paſtor exequitur, confirmãs nos exhortationibus ſuis, & pro nobis orare non ceſſans, vt nulla tentatione ſuperemur. Si autem hanc pietatis ſuæ curam omni populo Dei, ſicut credendum eſt, vbiquè protendit, quanto magis alumnis ſuis opem ſuam dignatur impendere, apud quos in ſacro dormitionis toro eadem qua præſedit, carne requieſcit?

Ioan. 21.

B. Petrus adhuc officium paſtoris auxilio & orationibus exercet.

Romanæ Vrbis curam gerit ſpecialem

5. IDEM ſermone primo in anniuerſario die aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum: Nec abeſt, vt confido, ab hoc cœtu etiam beatiſſimi Apoſtoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec veſtram deuotionem ille deſeruit, cuius nos reuerentia congregauit. De veſtro itaque & ipſe gaudet affectu, & in conſortibus honoris ſui obſeruantiam Dominicæ inſtitutionis amplectitur, probans ordinatiſſimam totius Eccleſiæ charitatem, quæ in Petri ſede Petrum ſuſcipit, & à tanti amore paſtoris nec in perſona tam imparis tepeſcit hæredis.

B. Petri præſentia.

6. ITEM in ſermone ſecũdo: Petrus nunc pleniùs & potentiùs ea, quæ ſibi cõmiſſa ſunt peragit & omnes partes officiorum atq; curarum in ipſo & cum ipſo, per quem eſt glorificatus, exequitur.

Petri merita, cura, & auxilium in adminiſtratione Pontificię dignitatis.

Si quid

Digitized by Google

Si quid itaque à nobis rectè agitur, rectèq; diſcernitur, ſi quid à miſericordia Dei quotidianis ſupplicationibus obtinetur, illius eſt operum atque meritorum, cuius in ſede ſua viuit poteſtas & excellit authoritas.

7. ET ſermone tertio in eodem anniuerſario: Ieſus Chriſtus tantam potentiam dedit ei, quem totius Eccleſiæ principem fecit: vt ſi quid etiam noſtris temporibus rectè per nos agitur, rectèq; diſponitur, illius operibus, illius ſit gubernaculis deputandũ, cui dictum eſt: Et tu conuerſus, confirma fratres tuos. Et cui poſt reſurrectionem ſuam Dominus ad trinam æterni amoris profeſſionem myſtica inſinuatione ter dixit: Paſce oues meas. Quod nunc quoquè proculdubiò facit, & mandatum Domini pius paſtor exequitur, confirmans nos cohortationibus ſuis, & pro nobis orare non ceſſans, vt nulla tentatione ſuperemur. Si autem hanc pietatis ſuæ curam omni populo Dei, ſicut credendum eſt, vbiquè prætendit, quanto magis nobis alumnis ſuis opem ſuam dignatur impendere, apud quos in ſacro beatæ dormitionis toro eadem qua reſedit, carne requieſcit.

B.Petri cura & auxilium.

Luc.22.

Ioan.21.

Orare non ceſſat.

8. PAVLINVS Nolanus in carmine ad Cytherium de naufragio Martiniani, dum refert quemadmodùm beatus Felix eundem à graui periculo liberauit:

In ora lapſus, ora non lædit ſua:
 In ſaxa fuſus & rubos,
Nec ſente vultum, nec lapide artus contudit,
 Felicis exceptus manu.
Qui iam propinquantem ædibus fratrem ſuis,
 Non paſſus occurſu mali
Suis periculum in finibus capeſſere,
 Hoſtem remouit inuidum,
Et hunc fidelis compotem voti, ſuis
 Confeſſor induxit locis.
Noſtriſq; iuxtà ſedibus gratum intulit
 Felix patronus hoſpitem.

B.Felix Nolanus ciui ſuo opem tulit.

9. IDEM Paulinus in vita & miraculis S.Felicis martyris Nolani, quamplurima habet, quæ tum ad ſanctorum inuocationẽ, interceſſionem, venerationem, & poteſtatem ſtabiliendam faciunt, tum ad reliquiarum ſanctarum honorem & commendationem: ex quibus pauca ſubijcimus. Ait igitur in natali ſecundo:

Et maria intraui duce te, quia cura pericli
Ceſſit amore tuî: nec te ſine: nam tua ſenſi
Præſidia, in Dño ſuperans maris aſpera Chriſto
Semper*eo, & terris te propter tutus & vndis.
Sis bonus ô felixq; tuis, Dominumq; potentem
Exores: liceat placati munere Chriſti
Poſt pelagi fluctus, mundi quoq; fluctibus actis
In ſtatione tua placido conſiſtere portu.
Hoc benè ſubductam religaui littore claſſem:
In te compoſitæ mihi fixa ſit ancora vitæ.

*ego
Inuocat S. Felicem Paulinus.

ET in natali tertio:

Nunc precor æterna nobiſcum pace ſerenum
Poſce diem: hoc iterùm liceat gaudere reuerſo.
Annuaq; hîc & vota tuis & carmina feſtis,
Reddere placati tranquillo nomine Chriſti.
Hic amor, hic labor eſt nobis: hæc vota tuorum
Suſcipe, commendaq; Deo, vt cùm ſedula cura
Seruitium noſtrum longo tibi penderit æuo,
Tunc demùm placidos pietate laboris alumnos
Abſoluas mittente manu, poſitaſq; tuorum
Ante tuos vultus animas, vectare paterno
Nè renuas gremio, Domini fulgentis ad ora:
Quem bonitate pium, ſed maieſtate tremẽdum,
Exora, vt precibus plenis meritiſq; redonet
Debita noſtra tuis: cùm tu quoq; magna piorũ
Portio, regnantem Felix comitaueris agnum:
Poſce ouium grege nos ſtatui, vt ſentẽtia ſummi
Iudicis hoc quoq; nos iterùm tibi munere donet,
Nè malè gratatis læuos adiudicet hœdis,
Sed potiùs dextræ poſitos in parte ſalutis,
Munifico pecori laudatis aggreget agnis.

Inuocatio eiuſdem.

IN natali ſexto:

Eccè vides tumulũ ſacra martyris oſſa tegentem,
Et tacitum obtento ſeruari marmore corpus.
Mẽbra latent poſiti, placida caro morte quieſcit,
In ſpem non vacuam rediuiuæ condita vitæ.
Vndè igitur tantus circunſtat limina terror?
Quis tãtos agit huc populos? quęnã manus vrget
Dæmonas? inuitoſq; rapit? fruſtràq; rebelli
Voce reclamantes compellit aduſq; ſepulcrum
Martyris, & ſancto quaſi fixos limine ſiſtit?

Reliquiarum virtus & honos.

ET quibuſdam interiectis:

Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus: oſſaq; ſancti
Corporis in tumulo non obſita puluere mortis,
Arcano æternæ ſed prædita ſemine vitæ,
Viuificum ſpirant animæ victricis odorem,
Quo medicina potens datur exorantibus ægris.
Quanta reſurgentis virtus & gloria cinget,
Coniectare licet, cùm gratia tanta ſepultos
Ambiat: & quanto rediuiua decore micabunt
Corpora, in obſcuris cùm ſit lux tanta fauillis?
Quid nobis minimis horum præſtare coronæ
Sufficiunt, quorũ & cineres dant cõmoda viuis?
Cernere ſæpè iuuat varijs ſpectacula formis
Mira ſalutantũ, & ſibi quęque accommoda votis
Poſcentum. videas etiam de rure colonos
Non ſolùm gremio ſua pignora ferre paterno,
Sed pecora ægra manu ſæpè introducere ſecum,
Et ſancto quaſi conſpicuo mandare licenter:
Moxq; datam ſua confiſos ad vota medelam
Experto gaudere Deo, & iam credere ſana,
Et verè plerunquè breuî ſanata ſub ipſo
Limine, læta ſuis iumenta reducere tectis.

Præſidet ſuis reliquijs.

Reliquiarum virtus.

Pecora ægra ad Sanctorũ ſepulcra induci ſolita.

RVRSVM in natali octauo:

Concurramus ad hunc ſpe conſpirante patronũ,
Suſcipiat noſtras placida pietate querelas,
Et dum natalem ipſius celebramus ouantes,
Ille preces noſtras meritis pius adferet altis,
Inq; vicem flebit nobis, quia mente dicata
Nos lætamur ei. non eſt cura hæc noua ſanctis,
Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Viq; boni meriti meritum ſuperare ſiniſtrum.

Refugium ad ſanctos.

Non eſt inſolitum ſanctis, orare pro peccatoribus.

ET paulò pòſt:

Sancte Deo dilecte, Dei tu dextera Felix,
Eſto precor nobis tu munitiſſima turris.

Inuocat S. Felicem.

DENIQVE natali nono:

Ergò tuos etiam Felix imploro parentes, (tos,
Hîc quoq; ades mihi nunc, poſcas & adeſſe voca-
Qui colitis lætos Paradiſi cælitùs hortos,
Quiq; ſub excelſa Dñi requieſcitis ara, (chũm
Pulcher Apoſtolici chorus agminis & Patriar-
Gẽs prior, ambo chori ꝓcerũ, quos agmine bino
Per duodena Deus ſignauit nomina Patres,
Gentibus & populis regnum ad cæleſte vocãdis.
Vos etiam ſancti ſupplex depoſco Prophetæ,
In noſtra qui carne Deum fore præcinuiſtis:
Vos quoquè corporibus cæſis & ſanguine fuſo
Occiſum & viuum teſtati martyres Agnum,
Omnes diuinis à fontibus vna propago,
Quos pius Abraham, ſacer Iſac, leuis Iacob
Progenuêre Deo per non numerabile ſemen,
Et bifidum meritis cæleſtibus atque caducis
Aequantes his aſtra poli, his telluris arenam.
Credo equidem vos officio pietatis ad iſtum
Vndiquè conueniſſe diem Felicis amore,
Vt confeſſoris ſocij celebretis honorem.

Inuocat patriarchas, Apoſtolos, Prophetas, & Martyres.

10. MAXIMVS Epiſcopus Taurinenſis, in natali ſanctorum Taurinorum martyrum, Octauij, Aduentitij, & Solutoris: Cùm omniũ ſanctorum martyrum, fratres, deuotiſſimè natalem celebrare debemus, tum pręcipuè eorum ſolennitas tota nobis veneratione curanda eſt, qui in noſtris domicilijs proprium ſanguinem profuderunt. Nam licèt vniuerſi ſancti vbiquè ſint, & omnibus proſint: ſpecialiter illi tamen pro nobis interueniũt, qui & ſupplicia pertulêre pro nobis. Et paulò pòſt: Cuncti igitur martyres deuotiſſimè percolendi ſunt, ſed ſpecialiter ij venerãdi ſunt à nobis,

vide Ambro. ſerm.77.

Natalitij dies ſanctorum celebrandi.

Sãcti vbiquè ſunt, & omnibus proſunt, & pro nobis orant: maximè verò ſancti patrij.

quorum

Digitized by Google

quorum reliquias poſſidemus. illi enim nos orationibus adiuuant, iſti etiam adiuuant paſſione. cum his autē nobis familiaritas eſt. ſemper enim nobiſcum ſunt, nobiſcum morantur. hoc eſt, & in corpore nos viuentes cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiunt: hic nè peccatorum nos labes aſſumat, ibi nè inferni horror inuadat. Nam ideò hoc à Maioribus prouiſum eſt, vt ſanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus: vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum ſanctis ergò martyribus quieſcentes euadimus inferni tenebras eorum proprijs meritis, attamen conſocij ſanctitate.

Nota.

Cur ſepeliantur Chriſtiani apud ſepulcra ſanctorum.

11. BASILIVS homilia vigeſima in quadraginta martyres, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio ſecundo.

12. AVGVSTINVS quæſtione cẽteſima octaua in Exodum: Iubet vela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries autem rubricatus, cui non occurrat Chriſtus paſſione cruentatus? Significantur his etiam martyres ſancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi ſui.

Exod. 26.

Martyrum orationibus propitiatur Deus peccatis populi.

13. EVSEBIVS Pamphili Cæſareenſis Epiſcopus, in libro decimotertio de præparatione euangelica, capite ſeptimo: Sed videamus quid de his dicat Plato, qui pro defenſione patriæ magno animo militantes, mortui ſunt: Nónne igitur, inquit, eos qui militiæ fortiter pro patria facientes interiẽrunt, aurei generis fuiſſe dicemus? Omninò, inquit. Credemus igitur Heſiodo, poſtquàm aurei generis homines mortui ſunt, à multis homines anguſtijs ſemideos factos liberare, mortaliumq́ omnium eſſe cuſtodes: ac in poſterum quaſi deos colemus, eorumq́ adorabimus monumenta. Similiter etiam omnes, qui præclarè vixerunt, quoquo modo mortui ſunt, honorabimus. Hæc nos quotidiè factitamus, qui veræ pietatis milites, vt Dei amicos honorantes, ad monumenta quoquè illorum accedimus: votáque ipſis facimus, tanquàm viris ſanctis, quorum interceſſione ad Deum non parùm iuuari profitemur. Hæc à Platone collegimus, vt oſtenderemus Hebraica illum philoſophia munitum, noſtris conſentanea ſcripſiſſe.

Chriſtianorũ conſuetudo Conſtantini tempore in precandis ſanctis.

Plato pleraq; ſua ex doctrina Iudæorum hauſit.

1. H. HIERONYMVS contra Vigilantiũ capite ſecundo: Galliæ vernaculum hoſtem ſuſtinent, & hominem moti capitis, atque Hippocratis vinculis alligandum, ſedentem cernunt in Eccleſia, &, inter cætera verba blaſphemiæ, iſta quoquè dicentem: Quid neceſſè eſt, te tanto honore non ſolùm honorare, ſed etiam adorare illud neſcio quid, quod in modico vaſculo transferendo colis? Et rurſum in eodem libro: Quid puluerem, linteamine circundatum, adorando oſcularis? Et in conſequentibus: Propè ritum gentilium videmus ſub prætextu religionis introductum in eccleſias, ſole adhuc fulgente moles cereorũ accendi, & vbicunquè puluiſculum neſcio quod, in modico vaſculo precioſo linteamine circundatum, oſculantes adorare. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant de viliſſimis cereolis illuſtrandos: quos Agnus, qui eſt in medio throni, cum omni fulgore maieſtatis ſuæ illuſtrat. Quis enim, ò inſanum caput, aliquando martyres adorauit? quis hominem putauit Deum? Nónne Paulus & Barnabas cùm à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hoſtias immolare, ſciderũt veſtimenta ſua, & ſe homines eſſe dixerunt, non quòd meliores non eſſent olìm mortuis hominibus Ioue atque Mercurio, ſed quòd ſub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium ſe adorare cupientem manu ſubleuauit, & dixit: Surge, nam & ego homo ſum. Et audes dicere, Illud neſcio quid, quod in modico vaſculo transferendo colis? Quid eſt illud, neſcio quid, ſcire deſiderò. Expone manifeſtiùs, vt tota libertate blaſphemes. Puluiſculum, inquit, neſcio quod in modico vaſculo precioſo linteamine circundatum. Dolet martyrum reliquias precioſo operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proijci in ſterquilinium, vt ſolus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergò ſacrilegi ſumus, quando Apoſtolorum baſilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Cõſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij, illorum ſe ſentire præſentiã confitentur? Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Archadius, qui oſſa beati Samuelis longo pòſt tempore de Iudæa trãſtulit in Thraciam? Omnes Epiſcopi nõ ſolùm ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos, in ſerico & vaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentem viuentemq́ prophetam cernerent, ſuſceperunt, vt de Palæſtina vſque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent? Videlicet adorabant Samuelem & nõ Chriſtum, cuius Samuel & Leuita & prophetes fuit?

De Reliquijs. Vigilãtij hæreſis contra ſanctorũ reliquias, & acceſos cereos.

Apoc. 21. Reſpõſio Hieronymi, non adorari martyres tanquã Deum.

Actor. 14.

Actor. 10.

Reliquijs ſanctorum exhibitus honor.

Dæmones apud eas rugiunt.

2. ET capite tertio: Cauſabantur quondàm & Apoſtoli, quòd periret vnguentum, ſed Domini voce correpti ſunt. Neque enim Chriſtus indigebat vnguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honore Chriſti hoc fecit, deuotioq́ mentis eius recipitur: & quicunque accendunt cereos, ſecundùm fidem ſuam habent mercedem, dicente Apoſtolo: Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Idololatras appellas huiuſmodi homines? Non diffiteor omnes nos qui in Chriſtum credimus, de idololatriæ errore veniſſe. Non enim naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani: & quia quondàm colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, nè ſimili eum videamur cum idolis honore venerari? Illud fiebat idolis, & idcircò deteſtandum eſt: hoc fit martyribus, & idcircò recipiendum eſt. Nam & abſque martyrũ reliquijs per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria iam ſole rutilante, non vtiquè ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Vndè & virgines illæ Euangelicæ ſemper habent accenſas lampades ſuas: & ad Apoſtolos dicitur: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et de Ioanne Baptiſta: Ille erat lucerna ardens & lucens: vt ſub typo luminis corporalis, illa lux oſtendatur, de qua in Pſalterio legimus: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumẽ ſemitis meis. Malè facit ergò Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli, ſecundùm nos oſſa veneranda, ſecundùm te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria? Et non ſolùm vnius vrbis, ſed totius orbis errant Epiſcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur baſilicas mortuorum, in quibus puluis viliſſimus & fauilla neſcio quæ, iacet linteamine conuoluta, vt polluta omnia polluat, & quaſi ſepulcra Phariſaica foris dealbata ſint, cùm intùs immundo cinere iuxta te, immunda omnia oleant atque ſordeant. Et poſt hęc de barathro pectoris tui cœnoſam ſpurcitiam euomens, audes dicere: Ergò cineres ſuos amant animæ martyrum & circumuolant eos, ſemperq́ præſentes ſunt, nè fortè ſi aliquis precator aduenerit, abſentes audire non poſſint? O portentum in terras vltimas deportandum. Rides de reliquijs martyrum, & cum authore huius hæreſeos Eunomio Eccleſijs Chriſti calumniam ſtruis: nec tali ſocietate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quę ille contra Eccleſiam loquitur? Omnes enim ſectatores eius, baſilicas

Martyres nõ indigẽt cereorum lumine, ſicut nec Chriſtus vnguento.

Matth. 26.

Rom. 14.

Idololatras appellabat Vigilãtius eos, qui accendũt cereos ad honorem martyrum.

Cur interdiù accendantur luminaria.

Matth. 25.

Luc. 12.

Ioan. 5.

Pſal. 118.

Oſſa apoſtolorum veneranda.

Tumuli ſanctorum ſunt Chriſti altaria.

Matth. 23.

Abſentes audire poſſunt.

Eunomij hæreſis.

licas Apoſtolorum & martyrum non ingrediuntur, vt ſcilicet mortuum adorent Eunomium.

Miracula martyrum.

3. ITEM capite quarto: Argumentatur contra ſigna atque virtutes, quæ in baſilicis martyrum fiunt: & dicit eas incredulis prodeſſe, non credentibus: quaſi nunc hoc quæratur, quibus fiant, & non, qua virtute fiant. Nolo mihi dicas, Signa infidelium ſunt: ſed reſponde, quo modo in viliſſimo puluere, & fauilla neſcio qua, tanta ſit ſignorum virtutumq́ præſentia. Sentio, ſentio infeliciſſime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iſte immundus, qui hæc te cogit ſcribere, ſæpè hoc viliſſimo tortus eſt puluere, immò hodieq́ torquetur, & qui in te plagas diſſimulat, in cæteris confitetur. Niſi fortè in morem gentilium impiorumq́ Porphyrij & Eunomij, has præſtigias dæmonum eſſe confingas, & non verè clamare dæmones, ſed ſua ſimulare tormenta. Do conſilium: ingredere baſilicas martyrum, & aliquando purgaberis: inuenies ibi multos ſocios tuos, & nequaquàm cereis martyrum qui tibi diſplicent, ſed flammis inuiſibilibus comburêris: & tunc fateberis, quod nunc negas.

Vigilantius à dæmone impellitur ad impugnandū reliquias ſanctas.

4. IDEM in epiſtola quinquageſimatertia ad Riparium Presbyterū aduerſùs Vigilantium: Ais, Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectiùs diceretur, os fœtidum rurſum aperire, & putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum martyrum proferre reliquias, & nos qui eas ſuſcipimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum oſſa veneremur. O infelicem hominem, & omni lachrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens, non ſe intelligat eſſe Samaritanū & Iudæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent, & etiam vaſa, quæ in eadē domo fuerint, pollui ſuſpicantur, ſequentes occidentem literam, & non viuificantem ſpiritum. Nos autem non dico martyrum reliquias, ſed ne ſolem quidem & lunā, non angelos, non archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen quod nominatur & in præſenti ſeculo & in futuro, colimus & adoramus: nè ſeruiamus creaturæ potius, quàm Creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Honoramus autem reliquias martyrū, vt eum cuius ſunt martyres adoremus. Honoramus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit. Ergò Petri & Pauli immundæ ſunt reliquiæ? ergò Moyſi corpuſculum, immundum erit, quod, iuxta Hebraicā veritatem, ab ipſo ſepultū eſt Domino? Et quotieſcunq́ Apoſtolorū & Prophetarum, & omniū martyrū baſilicas ingredimur, totiès idolorū templa veneramur? accenſiq́ ante tumulos eorū cerei, idololatriæ inſignia ſunt? Plus aliquid dicā, quod redundet in authoris caput, & inſanū cerebrum, vel ſanet aliquando, vel deleat, nè tantis ſacrilegijs ſimpliciū animæ ſubuertātur. Ergò & Domini corpus in ſepulcro poſitum, immundum fuit: & angeli qui cādidis veſtibus vtebantur, mortuo cadaueri atq; polluto præbebant excubias, vt poſt multa ſecula Dormitantius ſomniaret, immò eructaret immundiſſimam crapulam, & cum Iuliano perſecutore, Sanctorū baſilicas aut deſtrueret, aut in tēpla conuerteret? Si non ſunt honorandæ reliquiæ martyrum, quomodò legimus: Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius? Si oſſa mortuorū polluuut contingentes, quo modo Eliſeus mortuus mortuū ſuſcitauit, & dedit vitam corpus, quod iuxta Vigilantium iacebat immundū? Ergò omnia caſtra Iſraelitici exercitus & populi Dei fuêre immūda, quia Ioſeph & Patriarcharū corpora portabant in ſolitudine, & ad ſanctam terrā immūdos cineres pertulerunt? Ioſeph quoq; qui in typo præceſſit Domini Saluatoris noſtri, ſceleratus fuit: qui tanta ambitione Iacob in Hebron oſſa portauit, vt immundum patrem auo & atauo ſociaret immundis, & mortuum mortuis copularet. O præcidendam linguam à medicis, immò inſanum curandum caput, vt qui loqui neſcit, diſcat aliquando reticere. Iterùm dicam: Ergò martyrū immundæ ſunt reliquiæ? & quid paſſi ſunt Apoſtoli, vt immundū Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent, vt facerent ei planctum magnum, vt eorum luctus in gaudium noſtrum verteretur?

Dormitātius Reliquiarum ſanctarum oppugnator.
Idololatras & Cinerarios nos appellat Vigilantius.
Non adoramus martyrū reliquias.
Honor Sanctorum redundat in Dominum.
Matth. 10.
Immunda eſſe mortuorū corpora aſſerit Vigilātius.
Deut. 34.
Mar. 16.
Pſal. 115.
4. Reg. 13.
Exod. 13.
Ioſue 24.
Geneſ. 50.
Actor. 8.

5. ET in caput ſexageſimumquintum Eſaiæ: Nihil fuit ſacrilegij quod Iſrael populus prætermitteret: non ſolùm in hortis immolans, & ſuper lateres thura ſuccendens: ſed ſedens quoq; vel habitans in ſepulcris, & in delubris idolorū dormiens: vbi ſtratis pellibus hoſtiarū incubare ſoliti erant, vt ſomnijs futura cognoſcerent &c. Et intantùm procacitatis ac ſuperbiæ augmenta capiebant; vt quicunque non ſimili duceretur errore, eum arbitrarentur immundum, contactumq́ eius fugerent: quemadmodùm Samaritani & Iudæi nobis faciunt, omneſq; hæretici: quales nuper ſub magiſtro cerebroſo in Gallia pullulârunt; qui baſilicas martyrum declinantes, nos qui ibi orationes ex more celebramus, quaſi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciunt, quàm habitantes in eis dæmones; fortitudinem & flagella ſancti cineris non ferentes.

Hæretici & Vigilantiani fugiunt Chriſtianos, qui Martyrū baſilicas orandi cauſa ingrediuntur.
Nota quorū impulſu id faciant.

6. SECVNDVM Concilium Nicenum actione ſeptima, in definitione ipſius S. Synodi: Qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Eccleſiaſticas Traditiones contaminare, aut nouam quandam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis in Eccleſia abijcere, Euangelij inquam depictum codicem, aut figurā Crucis, aut, imaginis alicuius picturam, aut reliquias Martyrum, quas ſciuerint eſſe germanas & veras, aut contra iſta vafrè & improbè aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem Eccleſiaſticam: aut vti tanquàm cōmunibus, ſacratis Deo, repoſitis precioſis, aut monaſterijs reuerendis: ſi fuerint Epiſcopi aut Clerici, deponuntor: ſi monachi aut laici, communione priuantor. IN eadem Synodo, actione tertia, lecta eſt epiſtola Orientalium Epiſcoporū ad Tharaſium Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum, quam Sancta Synodus approbauit, vbi hæc verba leguntur: Apoſtolicas Eccleſiæ Traditiones, quibus veneratio culturaq́ Sanctorum docetur, recipimus & veneramur. Eos autē vt miniſtros, amicos, & filios Dei exiſtentes, honoramus. Honor enim qui à conſeruis idem ſentientibus inuicèm exhibetur, indicium eſt beneuolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei & pura Chriſti habitacula, Spiritusq́ ſancti immaculata ſpecula. Quin etiam animæ eorum in manu Dei exiſtunt, vt ſcriptum eſt. Deus enim vita exiſtens, cùm Sancti in Dei manu ſint, in vita & lumine neceſſum eſt vt exiſtant. Et ob id precioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Hi viuentes, in libertate Deo adſtiterunt. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, Sanctorū reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, vnguentum redolētis ſuauitatis ſcaturientes. Et vt inquit magnus Doctor, cui ab immortalitate nomen eſt, martyrum oſſa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis viſum impartiunt, lepras emundant, tentationes & mœrores ſoluunt. Atque id per Chriſtum, qui in ipſis habitat. Benè etiam Pſalmographus cecinit: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Et iterùm: Sanctus in terra illius, mirificas fecit omnes voluntates eius in ipſis.

Imagines crucis & Sanctorum, & Reliquiæ.
Traditio Apoſtolica de Sanctorum veneratione.
Cur Sanctos veneramur.
Sap. 3.
Pſal. 115.
Reliquiæ fontes ſunt ſalutares & multa beneficia præſtant.
Athanaſium intelligit.
Pſal. 67.
Pſal. 15.

7. CONCILIVM Gangrenſe in prœmio: Quoniam ſancta Epiſcoporum ſynodus inuenit multa fieri indecenter ab his, qui Euſtathium ſecuti ſunt, neceſſariò ſtatuit palàm omnibus factis, amputare vniuerſa quę ab eodem malè commiſſa ſunt. Loca ſanctorū martyrum vel baſilicas contemnere, & omnes qui illuc conueniunt, repræhendere

Euſtathiani hæretici loca Martyrum cōtemnunt.

Digitized by Google

hendere inuenti ſunt. ET canone vigeſimo: Si quis arrogantia vtens, & martyrum congregationes abhorrens, & ſacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuſet, ſit anathema.

8. QVARTI Regum decimotertio: Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerũt cadauer in ſepulcro Eliſei. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

Miracula Geruaſij & Protaſij.

9. AVGVSTINVS libro vigeſimoſecũdo de ciuitate Dei, capite octauo: Miraculum quod Mediolani factum eſt, cùm illic eſſemus, quando illuminatus eſt cæcus, ad multorum notitiam potuit peruenire, quia & grãdis eſt ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrente ad corpora Martyrum Protaſij & Geruaſij. Quæ cùm laterent, & penitùs neſcirentur, Epiſcopo Ambroſio per ſomnium reuelata reperta ſunt, vbi cæcus ille depulſis veteribus tenebris diem vidit. Narrat ibidèm inter alia miracula Auguſtinus, de quodam orationis loco à tribunitio viro Heſperio ipſius Auguſtini permiſſu ędificato, in quo terra ſancta de Hieroſolymis allata, reuerentiæ cauſa locata ſeruabatur: quòd cùm eò iuuenis quidam paralyticus à parentibus ipſo petente fuiſſet allatus, orauerit, atq; indè continuò (inquit) pedibus ſuis ſaluus abſceſſit. Et poſt alia quædã cõmemorata miracula, nõnulla de beati Stephani reliquijs narrat: quorũ primũ verbis huiuſmodi receſet: Ad aquas Tibilitanas, inquit, Epiſcopo afferente Proiecto, reliquias martyris glorioſiſſimi Stephani, ad eius memoriã veniebat magnæ multitudinis cõcurſus & occurſus. Ibi cęca mulier, vt ad Epiſcopũ portantem pignora ſacra duceretur, orauit; flores quos ferebat, dedit: recepit, oculis admouit, protinùs vidit. Stupẽtibus qui aderãt, præibat exultans, viã carpens, & viæ ducem vlteriùs non requirẽs. Ibidèm aliud hiſce verbis recenſet: Memorati memoriã martyris, quę poſita eſt in caſtello Synicenſi, quod Hipponenſi coloniæ vicinum eſt, eiuſdem loci Lucillus Epiſcopus, populo præcedente atq; ſubſequente, portabat: fiſtula, cuius moleſtia iam diù laborauerat, & familiariſſimi ſui medici, qui eam ſecaret, opperiebatur manus, illius piæ ſarcinæ vectatione repentè ſanata eſt. Nam deincèps eã in ſuo corpore non inuenit. Et pluribus alijs miraculis, quæ per eiuſdem ſancti reliquias Dominus operatus eſt, enumeratis, ità ſubiungit: Si miracula ſanitatũ, vt alia taceam, ea tantummodò velim ſcribere, quæ per hunc martyrem, id eſt, glorioſiſſimũ Stephanum, facta ſunt in colonia Calamenſi, & in noſtra, plurimi conficiendi ſunt libri; nec tamen omnia colligi poterunt: ſed tantùm de quibus libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis. Refert deindè de fratribus ſeptẽ & tribus ſororibus, eos per maledictionem matris tali pœna diuinitùs mulctatos, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorũ, & quòcunq; irent, omnium in ſe aſpectum couerterent. Veniſſe autem ex his duos, fratrem & ſororẽ, ad beati Auguſtini ciuitatẽ, & cùm memoriam glorioſiſſimi martyris Stephani frequentâſſent, eos, omni populo Deũ glorificantẽ, ante loci ſancti cancellos ſanitatem recepiſſe.

Ex terra ſancta.

Ad reliquias S. Stephani conueniens multitudo.

Miracula.

Reliquiarum virtus & beneficia.

Exod.17. Num.20. Iudic.16.

10. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxę fidei, capite decimoſexto: Chriſtus Dominus ſanctorũ reliquias, velut ſalutiferos fontes præbuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manãt, ſuauiſſimumq; vnguentũ profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidẽ detrahat. Nam ſi aqua in deſerto ex aſpera & ſolida rupe, atq; ex aſini maxilla ad ſedandã Samſonis ſitim Deo ità volente profilijt, eritne cur cuiquam incredibile videatur, ex martyrum reliquijs ſuaue vnguentum ſcaturire? Minimè certè, ijs quidem quibus Dei potentia, honorq;, quo ſanctos ſuos afficit, perſpectus & exploratus eſt. Atque illud quidem veteri Lege comparatum erat, vt quiſquis mortuum contigiſſet, immundus cenſeretur. Verùm hi in mortuorum numero minimè habendi ſunt. Ex quo enim ipſamet vita, ac vitæ author inter mortuos aſcriptus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, fideq; erga eum, diem extremum clauſerunt, mortuos haudquaquàm appellamus. Quî enim mortuum corpus miracula edere queat? Quonam itaque modo per ea dæmones expelluntur, morbi profligãtur, ęgroti ſanantur, cæci proſpiciunt, leproſi mundantur, tentationes ac mœrores diſcutiuntur, ac deniquè omne donum optimũ à patre luminum eorũ opera ad eos, qui fide minimè dubia poſtulant, deſcendit? Quid non laboris ſuſcipias, vt patronum quendam nanciſcaris, qui te mortali regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? An non igitur ij honorandi ſunt, qui totius humani generis patronos ſe profitentur, ac Deo noſtra cauſa ſupplicant? Honorandi certè: & quidem ità, vt in eorum nomine templa Deo extruamus, dona offeramus, eorum memoriam colamus, atque in ea ſpiritualiter oblectemur: quò nimirùm lætitia noſtra ijs, à quibus inuitamur, congruat, ac non, dum eos colere ac demereri ſtudemus, offendamus potiùs & irritemus. Quibus enim rebus Deus colitur, ijſdem ſerui quoquè ipſius oblectantur. Quibus autem Deus offenditur, ijſdem etiam ipſius milites offenduntur. Quocircà in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, & compunctione, & eorum, qui in egeſtate verſantur, commiſeratione (quibus obſequijs Deus potiſſimùm conciliatur) Sanctos colamus, ſtatuas ipſis, ac viſibiles imagines erigamus: immò ipſi virtutibus eorum imitandis hoc conſequamur, vt viuę eorum ſtatuę atq; imagines ſimus. Dei genitricem, vt propriè ac verè Dei matrẽ honore afficiamus, Prophetam Ioannem vt præcurſorẽ & baptiſtam, vt Apoſtolum & martyrem (Neque enim, vt Dominus dixit, maior quiſquam Ioanne inter natos mulierum ſurrexit: regniq; ipſe præconium primus obijt.) Apoſtolos item, vt Domini fratres, & conſpectores, miniſtróſque ipſius paſſionum, quos Deus ac Pater pręſciuit ac prędeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, primùm Apoſtolos, deindè Prophetas, demùm paſtores ac magiſtros, ac Domini teſtes, ex omnibus ordinibus electos, vt Chriſti milites, quiq; ipſius calicem biberunt, & viuificæ mortis ipſius baptiſmo tincti ſunt, velut paſſionis ipſius & gloriæ ſocios (quorum anteſignanus fuit ille primns Chriſti diaconus, & Apoſtolus, ac primus martyr Stephanus:) tum etiam ſanctos Patres noſtros ac diuinitùs afflatos monachos, qui diuturniore ac moleſtiore conſcientiæ martyrio perfuncti ſunt, qui circuiẽrunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, anguſtiati, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus: ac deniquè eos, quorum ætas gratiam anteceſſit, Prophetas, Patriarchas, iuſtos, qui Chriſti aduentum prænunciârunt. Horum omnium vitæ rationem intuentes, fidem, charitatem, ſpem, zelum, vitam, tolerantiam in cruciatibus perferendis, ac patientiam vſque ad ſanguinem imitemur. Sic enim fiet, vt glorię quoquè coronas communes cum ipſis habeamus.

Num.19.

Sanctos non appellamus mortuos.

Iacob.1.

Patroni noſtri ſunt, & idcirco honorandi.

Sancti ijſdem rebus, quibus Deus, coluntur & offenduntur.

Statuas Sanctis erigamus.

Cur ſingulorum ordinum Sancti honore proſequendi ſint.

Matth. 11.

Rom.8.

Heb.11.

Heb.12.

11. BASILIVS homilia in Pſalmum centeſimum decimumquintum: Pro legis Iudaicæ ritu, ſi qui moriebantur, horum morticinia habebantur abominationi. Contrà mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine, precioſæ cenſentur reliquię ſanctorum eius. In priori lege dicebatur Sacerdotibus & Nazareis illud: Non contaminabitur ſuper vllo mortuo. Et, Si quis tetigerit cadauer, immundus erit. Et hoc, Lauabit veſtimenta ſua. Nunc è diuerſo martyris oſſa quiſquis attigerit, ob gratiam corpori inſidentem fit quadantenus ſanctificationis particeps. Quare precioſa eſt in con-

Leuit. 21.

Num.6. & 19.

Tangẽtes reliquias ſacras, fiũt quodammodo ſanctitatis participes.

Digitized by Google

in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.

Martyres ſunt turres & columnæ.

12. CHRYSOSTOMVS ſermone in Iuuentinum & Maximum martyres: Illos non indignum fuerit & columnas, & ſcopulos, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiã ſicut columnę ſuſtinent: ſicut turres muniunt: & ſicut ſcopuli, omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi ſeruantes tranquillitatẽ, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt: & ſicut tauri, anima promptitudineꝗ eadem, ſuaue Chriſti iugũ traxêre. Idcircò ſæpè eos inuiſamus, tumulos adornemus, magnaꝗ fide reliquias eorũ contingamus, vt indè benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta, regi monſtrantes fidenter loquuntur: ità & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in mediũ afferentes, quæque voluerint, apud regẽ cęlorũ impetrare poſſunt. Proindè magna fide prõptitudineꝗ huc veniamus, quò & viſis ſanctorũ monumentis, & conſideratis eorũ præmijs, indè varios theſauros vndiquaquè colligamus: & per præſentem vitam ità iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum ęternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cælorum in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Tumuli eorũ inuiſendi, & magna fide reliquiæ contingendæ benedictionis conſequendę gratia.

Quæ voluerint, impetrare poſſunt.

13. IDEM in libro contra gentiles, de vita ſancti Babylæ Antiocheni epiſcopi ac martyris: Atquì poterat Babylas vel exemplo Enoch transferri, vel Heliæ modo rapi, vt qui vtriuſꝗ ęmulator fuerat. At Deus, qua eſt in humanũ genus benignitace, inter alias quas infinitas nobis ſalutis noſtrę occaſiones dedit, & hanc quoquè viã nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos ſanctorũ reliquijs. Nam poſt ſermonis facultatem ipſa certè ſanctorũ ſepulcra proximũ locum obtinent, ad animas hominũ in ipſos ſanctos intuentium, ad virtutum earundem æmulationẽ excitandas. Ac ſicubì quis huiuſmodi conditorijs adſtat, ſuum ſtatim ſenſum ab hac, quam dico, vi correptum animaduertit. capſulę enim aſpectus in animam inuadẽs, ipſam percellit & exuſcitat, ac perindè afficit, quaſi qui illic mortuus iacet, preces ſimul fundat, præſensꝗ adeſſe cernatur: deindè fit, vt qui ſe ſic affectum ſentit, mira alacritate geſtiẽs, aliusꝗ prorsùs quodam modo effectus, ità ex eo loco decedat. Quiſquis porrò animum aduertere velit ad eos, qui mortuos luctu proſequũtur, probè indè edocebitur, imaginationem de mortuis conceptam ſolere ex ipſis locis in animos inſinuare: qui vbì mortuorum ſepulcris adſtiterũt, protinùs quaſi ibidèm ſepultos coràm ſtantes contueantur, ſic eoſdem in ipſo ſtatim veſtibulo inclamant: plerique autem intolerabili dolore vexati, reliquũ vitæ tempus ad demortuorum monumenta habitare ſibi in animũ induxerũt. Id quod nequaquàm feciſſent, niſì à locorum aſpectu conſolationem aliquã cepiſſent. Et quid hîc de locis ac ſepulcris verba facio? quum & ſæpè veſtis ſola mortuorum viſa, & verbum vnum in mentem influens, animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentem refricet, quibus de cauſis ipſas nobis ſanctorũ reliquias Deus reliquit. Et nonnullis interiectis: Ea eſt enim ſanctorum poteſtas, vt illorum ſuperſtitum dæmones ne vmbras quidem aut veſtes ferre poſſint, vita autem functorum & loculos quoquè reformident.

Sanctorum reliquiæ ad quid à Deo relictæ.

Sepulcra Sãctorum quid nobis proſint.

Dęmones reformidant Sanctorum loculos.

14. IDEM Chryſoſtomus ſermone in adorationem venerabilium catenarum & gladij, ſancti & Apoſtolorum principis Petri: Petrus magnum illud orbis terrarũ miraculũ, omni cęleſti & humana laude, omni pręconio digniſſimus: cuius ſi vmbra & lintei morbos profugabant, certè catenæ, quæ venerandũ apoſtoli corpus attigerunt, quanto propiorem tactum habuerunt, tanto abundantiorem miraculorum vim participârunt: catenę, inquam, illæ omninò venerandæ ac precioſæ, quę apoſtolicum illud ac beatum corpus colligârunt, quę manus illas miraculorum effectrices, adſtrinxerunt, quæ diuina gratia ab ipſis repletæ ſunt, ex quibus miracula abundè ſcaturiunt, quæ ęgrotos homines à morbis liberãt, quæ homines illos ſanctos efficiunt, qui cum fide ad eas accedunt: à quibus animarum maculæ myſtico quodam modo expurgantur, & morbidæ influentiæ reprimũtur: quæ deniquè in aëream celſitatem extenſæ, & vſꝗ ad cęlos ipſos peruenientes, à Dominico illo & diuino ſolio tanquàm ab ancora quadã, extenduntur. Has catenas potentiarum, quę à Deo ipſo defecerunt, princeps exhorruit, & nunc etiam exhorret, ac multo cum timore illas ſubterfugiens comprimitur. Has aërea ſpirituum multitudo metuens ac tremens, iaculisꝗ indè immiſſis percuſſa, longiùs profugatur. Non enim ferre poteſt Spiritus ſancti gratiam, has ipſas catenas obumbrãtem, neꝗ ſcintillas ex diuino illarũ igne exilientes ſuſtinet: ſed ab ipſis incẽditur atꝗ comburitur. Has compoſuit Dei patris Verbum, eiuſdem æternitatis & principij particeps, vt eius de Deo confeſſionis præmium eſſent. Illas ignitas reddidit carbo ille, ab Eſaia anteà viſus, & ad Deũ intuendũ efficaciſſimus. Spiritus ſanctus paracletus ſuo afflatu ignẽ, è carbone illo exilientẽ, ad opus perficiendũ maximè idóneũ reddidit. Quamobrem licèt ferreæ ſint naturæ, diuina tamen gratia & potentia plenę ſunt. Ab his dæmonum praui ſpiritus illigati enecantur. Ab his princeps mundi huius pertractus, captiuus ducitur, à fidelibus hominibus illuditur, hoc eſt, ab ijs, qui anteà peccatorum laqueis conſtricti, ſoluti & liberati ſunt, & mortis retibus anteà circundati, ad vitam tranſiẽrunt. Hæ diuinę hæreditatis terminos cingentes, & vndiquè munientes, faciũt nè ab hoſtibus expugnari poſſint. Eędem Chriſtianorũ vertices coronantes, ab illorũ hoſtium inſidijs, qui corporeis oculis nõ cernuntur, intactos ſeruant. His & nũc ſanctiſſima, omniꝗ ex parte incorrupta ac pura Chriſti ſponſa Eccleſia, tanquàm ſplendido monili, & aureo quodam ornatu induta, velut corona quadã ex intactis floribus cõtexta, decorata eſt, & ad dexterã ſui ſponſi partem aſſiſtit. Has, inquã, catenas & nos copioſiſſimus Chriſti populus hodierno die amplexamur. Has reuerẽtes veneramur & colimus, & pro animarũ emendatione habemus. His omnem ſenſum & membrũ admouentes, illarũ ſanctitate implemur, & per mentis intelligentiã ſancti Spiritus gratiã in animos ipſos admittimus. Deceret certè, deceret, non ſolùm catenas, quę manus adſtrinxerunt, magnoperè venerari: ſed etiã indicia omnia, ad quæ Apoſtoli membra acceſſerunt, ſingulatìm amplecti ac reuereri, & in illis ſingulis diẽ feſtum ac panegyrim celebrare. Et nonnullis interiectis: Gladius etiã eius vt res quędã precioſa, & omninò venerãda, Apoſtolicisꝗ manibus deſeruiẽs, ac eas tangens, eodẽ honore & veneratione, qua & catenæ ipſæ in regali palatio, vbi Apoſtolo Petro ſacrũ templum erectũ eſt, velut ſacratus quidam & cęleſtis theſaurus, in intimo loco repoſitus ſeruatur, vt ſcimus: qui fidelibus Imperatoribus & fidelium virorũ multitudini ad ſanctitatẽ proponi ſolet. Cæleſtẽ enim gratiam confert, variarum curationũ copiã ſuppeditat, ſui cultores ſalutariter cuſtodit, ſeꝗ amplectentes erigit, animas ipſorũ eleuãs. Quòd ſi breuis & informis videtur gladius ille, nõ eſt propterea deſpiciendus. Apoſtolicam enim miraculorum vim & potẽtiam ſecum continet. Nam hunc Apoſtolus, vt potẽtis Dei frameã poſſedit, & vt ancipitem gladium cognouit. Sic & aliæ Apoſtolicæ veſtes atꝗ indumẽta, multùm illa quidem vilia ſunt atꝗ abiecta: ſed ſi quis eorũ decorem & magnificentiã, quæ mente comprehẽditur, inſpexerit, diuina & cæleſti gratia repleta eſſe, & apoſtolicis miraculis nihilo inferiora inueniet. Sed perindè valet, cùm quis hæc ipſa

Catenæ S. Petri vim miraculorum habent ex propiori contactu.

Actor. 5.

Diuina gratia repletę ſunt.

Sanctos efficiunt accedentes cum fide.

Diabolus eas exhorret, & fugit.

Eſaiæ 6.

Diuina potentia plenæ ſunt.

Chriſtianos ab hoſtium inſidijs intactos ſeruant, & Eccleſiam ornant.

Eas Chriſtiani amplexantur, mẽbrisꝗ ſingulis admouentes ſanctitate implentur.

S. Petri gladius vt res quædam veneranda, & tanquàm cæleſtis theſaurus aſſeruatur in templo S. Petri.

Eius vis.

Cùm quis hæc ipſa recordatur, per

recor-

Inde eſt, ac ſi Apoſtolũ inuocet.

recordatur, ac ſi Apoſtolum inuocet. Ego & carcerẽ ipſum, in quo Apoſtolus cuſtoditus eſt, omni præconio dignum cenſeo, quippe qui omni veneratione plenus eſt: dignus enim habitus fuit, qui tantum ſanctitatis domicilium intra ſe acciperet. Ego & ſolũ illud, in quo decubuit, & vinctus dormiuit, ſanctitate decorum exiſtimo, & apoſtolica gratia refertum.

Carcer apoſtoli omni veneratiõe plenus eſt, & ſolum in quo decubuit.

Nota.

Sed dubitat aliquis, num hæc ita ſe habeant: neq; hęc tanti eſſe credit, vt gratiam illam, quæ in Apoſtolo fuit, participarint. Perſuadeat huic vmbra ipſa, & ſemicinctia: quorum illa quidem ex corporis oppoſitione ad ſolis lucem compoſita, & ab Apoſtolorũ principis tactu longè diſtans: hæc autem à Pauli corpore delata, & diuinam ex illo gratiam participantia, pari & miraculorum effectrici potentia repleta ſunt: quodq; admirabilius eſt, per ſecundam participationis conſecutionem, & gratiarũ translationem, ſibi adhærentibus impertita, eandẽ miraculorum potentiã, & nihilo minorem abundè ſuppeditant.

Act. 5. & 19.

Chryſoſtomus etiã ſandalia & veſtes videre cupit.

Si quis autem mihi daret, vt & ſandalia & veſtes, quibus ab Angelo ſe induere iuſſus eſt, ipſe videre poſſem, illa certè apertis vlnis exciperẽ atque amplecterer, & vt cæleſte donum in cordis mei penetralibus conderem. Hũc igitur ſacratum gladium cum ſacris & Apoſtolicis catenis connectentes, Petrum ipſum mente inſpicere nobis videmur: & vraque tangentes, Apoſtolum à nobis tangi exiſtimamus, neq; vllo modo ambigimus, eò quòd hęc loco ab Apoſtolo ipſo diſiuncta ſint: ſed & hæc, & illum mẽte formantes, & per fidẽ ipſam in vnum copulantes, ad eum ipſum qui per hæc paſſus eſt, totum referimus. Hęc amplectentes, illum videre nos credimus: atq; illũ cogitantes, hæc, quæ illius fuerunt, videre nos arbitramur.

Videntes & tangẽtes catenas & gladium S. Petri, ipſum videmur Apoſtolum videre & tangere.

S. Petrus Romæ eſt ſepultus.

Itaq; non omninò ipſius gratiarũ expertes conſtituti ſumus. Nam etſi in vetere vrbe Roma diuerſatur per corporis ſepulturam, quam vrbs illa ſortita eſt: non tamen à nobiſipſis abeſſe vult, quod pertinet ad illius gladium & catenas. Adeſt enim & apud nos, qui partem hanc vt totum corpus continentes, ab eius coniunctione non ſeparamur: ſed cùm vna eademq; ſit gratia, quæ per eius corpus, catenas, veſtes & gladium miracula operatur: nemo dubitauerit, quin præſens ſit in ſingulis.

Eadẽ eſt gratia, quæ per eius corpus, catenas, veſtes & gladium miracula operatur.

15. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaquinta ad ſororem ſuã de inuentione corporum ſanctorũ Geruaſij & Protaſij: Reſpexit ſanè humilia Dominus, qui latentes ſub ignobili ceſpite reliquias ſanctorum, ſuę Eccleſię reuelauit, quorum anima in cælo, corpus in terra, ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperẽ, quos videtis vt eos cum principibus populi ſui collocârit. Principes populi quos alios, niſi ſanctos martyres æſtimare debemus? quorum iam in numerũ diù antè ignorati Protaſius Geruaſiusq; proferuntur, qui ſterilem martyribus Eccleſiam Mediolanenſem, iam plurimorum matrẽ filiorum, lętari paſſionis propriæ fecerint & titulis & exemplis.

Reuelatio reliquiarũ Sanctarum. Pſal. 112.

Et poſt pauca: Cognouiſtis, immò vidiſtis ipſi multos à dæmonijs purgatos, plurimos etiam vbi veſtem ſanctorum manibus contigerunt, ijs quibus laborabant debilitatibus abſolutos. Reparata vetuſti corporis miracula, quo ſe per aduentũ Domini Ieſu gratia terris maior infuderat, vmbra quadam ſanctorum corporum pleroſq; ſanatos cernitis. Quanta oraria iactitantur? quanta indumenta ſuper reliquias ſacratiſſimas, vt tactu ipſo medicabilia repoſcantur? Gaudent omnes extrema linea contingere, & qui contigerit, ſaluus erit. Gratias tibi Domine Ieſu, quòd hoc tẽpore tales nobis ſanctorum martyrum ſpiritus excitâſti, quo eccleſia tua præſidia maiora deſiderat. Cognoſcant omnes, quales ego propugnatores requirã, qui propugnare poſſint, impugnare non ſoleant. Hos ego acquiſiui tibi plebs ſancta, qui proſint omnibus, nemini noceãt. Tales ego ambio defenſores, tales milites habeo. Quorum quo maiora, eo tutiora patrocinia ſunt.

Miracula ad Sanctorum reliquias.

Oraria & veſtimenta reliquijs admota medicamentum pręſtant.

Propugnatores, defenſores, & patrõi.

Iterùm poſt pauca: Patronos habebamus, & neſciebamus? Succedant victimæ triumphales in locum vbi Chriſtus hoſtia eſt. Sed ille ſuper altare, qui pro omnibus paſſus eſt: iſti ſub altari, qui illius redempti ſunt paſſione. Hunc ego locum prædeſtinaueram mihi. Dignum eſt enim, vt ibi requieſcat ſacerdos, vbi offerre conſueuit. Sed cedo ſacris victimis dexteram portionem, locus iſte martyribus debebatur. Condamus ergò reliquias ſacroſanctas & dignis ædibus inuehamus, totumq; diem fida deuotione celebremus.

Reliquię martyrum ſub altaribus recondi ſolent.

16. IDEM ſermone nonageſimoprimo de inuentione corporũ ſanctorũ Geruaſij & Protaſij: Celebritati veſtræ, qui ſolent, inuident. Et quia celebritatem veſtram inuidis animis ferre non poſſunt, cauſam celebritatis odêre, atque amentiæ in tantum prodeũt, vt negent martyrũ merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta eſt incredulorũ perfidia, vt tolerabilior ſit diaboli confeſſio. Dicebat enim Diabolus: Ieſu fili Dei viui, quid veniſti ante tempus torquere nos? Et cùm hęc audirent Iudęi, ipſi tamen Dei filium denegabant. Et nunc audiſtis clamantes dæmones & confitẽtes martyribus, quòd pœnas ferre non poſſint, & dicentes: Quid veniſtis, vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non ſunt iſti martyres, nec torquere diabolum poſſunt, nec aliquem liberare: cùm tormenta dæmonum, ipſorum voce probentur: & beneficia martyrum, remedijs cæcorum & abſolutorum indicijs declarentur.

Arriani negant martyrũ merita, quæ dæmones confitentur.

Matth. 8.

Negant cæcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Clamat, quia vt contigit fimbriam de veſte martyrum, qua ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit. Et paulò pòſt: Sed quæro, quid non credât, vtrùm à martyribus poſſint aliqui viſitari, hoc eſt, Chriſto nõ credere. Ipſe enim dixit: Et maiora his facietis: an ab iſtis martyribus, quorum merita iam dudùm vigent, corpora dudùm reperta ſunt? Quæro hîc, vtrùm mihi, an ſanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquæ virtutes fiunt? nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuidẽt quod meum non eſt? Si martyribus, (reſtat enim vt ſi mihi non inuident, martyribus inuidere videantur) oſtendunt alterius fidei fuiſſe martyres, quàm ipſi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inuiderent, niſi fidem in his fuiſſe eam, quam iſti non habent, iudicarent.

Cæco reſtitutus aſpectus ex fimbriæ contactu.

Martyrũ miracula negantes, Chriſto non credunt. Ioan. 14.

Martyres alterius fidei fuere quàm hæretici: & idcircò eis inuident.

Fidem illam Maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt, ſed Arriani negant. Non accipio à diabolo teſtimonium, ſed confeſſionem. Inuitus dixit diabolus, ſed exactus & tortus. Quod nequitia ſupprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere neſciunt Arriani. Dicebant hodiè & ſuperiore die vel nocte dęmones: Scimus quia martyres eſtis. Et Arriani dicunt: Neſcimus, nolumus intelligere, nolumus credere. Dicũt dæmones martyribus: Veniſtis perdere nos? Arriani dicunt: Non ſunt dæmonum vera tormenta, ſed ficta & compoſita ludibria. Audiui multa componi. hoc nemo vnquàm fingere potuit, vt dęmoniacum ſe eſſe ſimularet.

Arriani dicebant eſſe ficta tormenta dęmonum.

17. ET ſermone nonageſimotertio in Natali ſanctorũ martyrum Nazarij & Celſi, qui in Baſilienſi editione eſt nonageſimus ſecundus: Exultant felices ſingularũ vrbium populi, ſi vnius ſaltem martyris reliquijs muniantur. Eccè nos populos martyrũ poſſidemus. Gaudeat terra noſtra nutrix cæleſtium militum, & tantarum parens fœcunda virtutum. Beatum itaq; Nazarium martyrẽ Chriſti ſancta Mediolanenſis Eccleſia, licèt totum corpore ſecum retineat, & mundo tamen totũ in benedictione tranſmiſit. Hęc eſt enim ſanctorũ martyrum gloria, quorum etſi per vniuerſum mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen

Reliquię ſanctorum muniunt ciuitates.

Digitized by Google

integra in virtutibus plenitudo. Et ſub finem: Licèt hic tantus Chriſti teſtis precioſus confeſſione, precioſior ſanguine, crudeli vulnere precioſior, & tincta veſte candidior, licèt hic Mediolanenſium peculiaris putetur priuilegio ſepulcri, ſed omniũ eſt communione ſuffragij. Neq; enim iſtius vrbis charitas proflua & fides auara tantum huic martyri derogauerit dum ſibi arrogat, vt ſolùm erga mœnia ſua, patrocinij illius beneficia affutura eſſe crediderit. Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocâſti vbiquè martyrẽ, vbiquè te exaudit ille qui honoratur in martyre. Moderante itaque eo qui penſat vota tua, & diſpenſat munera ſua, intantùm vicina præſentia efficacis præbebitur aduocati, inquãtùm fuerit fides deuota ſuſcepti. Et paulò pòſt: Honoremus beatos martyres principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quòd ſi dicas mihi, quid honoras in carne iam reſoluta atque conſumpta, de qua nulla iam Deo cura eſt? Et vbi eſt illud, chariſſimi, quod ipſa veritas loquitur per prophetam? Precioſa, inquit, in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Et iterùm, Mihi autem valdè honorificandi ſunt amici tui Deus. Honorare debemus ſeruos Dei, quanto magìs amicos Dei? De quibus alio loco dicitur: Dominus, inquit, cuſtodit omnia oſſa eorum, & vnum ex his non cõteretur. Honoro ergò in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perennitate virtutis, honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres, honoro in cineribus ſemina æternitatis, honoro corpus quod mihi Dominum meum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones? quod & afflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulcro. Honoro itaque corpus, quod Chriſtus honorauit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cælo.

Martyrũ merita & ſuffragia multis communia.

Honorandi martyres tanquàm interceſſores mundi.

Pſalm. 115. & 138.

Pſalm. 33.

Veneratio Reliquiarũ.

18. GREGORIVS Nazianzenus in Carmine Iambico decimooctauo, quod eſt de Virtute:

Laus Martyrum.

Hunc penè totum clara per ſacraria,
Thronos & altos, perq; doctrinam piam,
Cœtúsque, ſanctæ plebis & curſus leues,
Dignasq; laudes maximis laboribus,
Fulgore complent, ſiderum in morem, illius,
Mactatus eſt qui, martyres clariſſimi.
Venerationi tamq; magnæ eſt veritas,
Exiguus etiam puluis vt, vel oſſium
Particula veterũ quæpiam, aut paulum comæ,
Veſtésve, ſparſi aut ſanguinis quædam notæ,
Cultum parem habeant, atq; corpus integrum.
Locisq; nomen Martyris ſolùm inditum
Noui quibuſdam, martyris loco integri,
Habuiſſe prorſus vim parem (ô miraculum!)
Meminiſſe nam vel martyrum ſolùm, vt reor,
Affert ſalutem. Quid febres ac dæmones,
Mirum hinc fugatos in modum recenſeam?
Quin & ſepulcra, ſacra vbi olim corpora
Iacuêre, prauos ſpiritus pellunt procùl.
Hæc mira pugiles in dies patrant mei.

Veneratio ſacrarum reliquiarum, etiã paruarum partium.

Martyris vel ſola recordatio ſalutaris.

Miracula.

19. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquinta, in decreto de inuocatione, veneratione, & reliquijs Sanctorũ, & ſacris imaginibus: Sanctorũ quoquè martyrum, & aliorũ cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerũt Chriſti & templum Spiritûs ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda, doceant Epiſcopi & cæteri docendi munus ſuſtinentes, à fidelibus veneranda eſſe: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ità vt affirmantes, Sanctorum reliquijs venerationem atque honorem non deberi, vel eas aliáve ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atq; eorum opis impetrandę cauſa ſanctorum memorias fruſtrà frequentari: omninò damnandos eſſe, prout iam pridèm eos damnauit, & nunc etiam damnat Eccleſia. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit, anathema ſit.

Reliquiarum veneratio & beneficia.

Anathema.

20. ACTORVM decimonono: Virtutes non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ità vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.

21. ET capite quinto: Magìs autem augebatur credẽtium in Domino multitudo virorũ ac mulierum: ità vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis: vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obũbraret quẽquam illorũ, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis, &c.

22. LVCAE octauo: Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtìm ſtetit fluxus ſanguinis eius.

23. MATTHAEI decimoquarto: Et cùm cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: & rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

Adoratio.

1. I. GENESIS decimonono: Veneruntq; duo angeli Sodomam veſperè, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiàm eis: adorauitq; pronus in terram, & dixit: Obſecro domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi.

2. ET capite vigeſimotertio: Surrexit Abrahã, & adorauit populum terræ, filios videlicet Heth.

3. ITEM capite trigeſimotertio: Et ipſe (Iacob) progrediens adorauit pronus in terram ſeptiès, donec appropinquaret frater eius. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoquè Lia cum pueris ſuis: & cùm ſimiliter adorâſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerũt.

4. CAPITE quadrageſimoſecundo: Cumq; adorâſſent Ioſeph fratres ſui, & agnouiſſet eos, &c.

5. IOSVAE quinto: Cùm autem Ioſue eſſet in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentẽ gladium, perrexitq; ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit: Nequaquàm, ſed ſum princeps exercitûs Domini, & nunc venio. Cecidit Ioſue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitq; Ioſue vt ſibi fuerat imperatum.

6. PRIMI Regum vigeſimo: Surrexit Dauid de loco, qui vergebat ad auſtrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò, & oſculantes ſe alterutrùm, fleuerunt pariter (Dauid & Ionathas).

7. ET capite vigeſimoquinto: Cùm autẽ vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecidit ad pedes eius.

8. QVARTI Regum ſecundo: Videntes autem filij prophetarum qui erant in Iericho econtrà, dixerunt: Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni terram.

9. PRIMI Paralipomenon vigeſimonono: Et benedixit omnis Eccleſia Domino Deo patrum ſuorum, & inclinauerunt ſe, & adorauerunt Deum, & deindè Regem (Dauid ſcilicet).

10. BERNARDVS in ſermone de quatuor modis orandi: Sunt quos adhuc peccati conſcientia terret & cruciat, nondùm accepta reſiſtendi virtute, tunc ſcilicet cùm primùm ipſos in peccatorum cœno iacentes ſpiritus veritatis irradiat, & excitans erubeſcere facit & timere Deum, dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram ſe gehennam expaueſcentes, quoniam in ſeipſis boni nil inueniunt, aliundè appræhendunt vndè tegantur. Sciunt enim quòd non ſit tutum in conſpectu Domini

Digitized by Google

Exo.23. & 34.

Domini Dei ſui vacuos apparere contra legis præceptum, & multo minùs id præſumere plenis ſtercore manibus audent. Quia ergò timent, & meritò timent per ſeipſos accedere, ſtudent quaſi per alios ſupplicare. Tale eſt illud orationis genus, quo ſolemus vti, dicētes: Sancte Petre, ora pro nobis, & ſimilia. Maximè verò illud obſecratio eſt manifeſta: Per paſſionem tuam, libera nos Domine, & cætera in hunc modum. Huic ergò minimè expedit per ſeipſum ad Chriſtū accedere, ſed tangere, ſi quā inuenerit eius fimbriam, hoc eſt, eum conſiderare hominem, quem humiliorem viderit, & extremum in Eccleſia quæ eſt veſtis Chriſti: eum inquam, qui elegit abiectus eſſe in domo Dei, oportet conſiderare, quoniam is verè eſt fimbria poſita in ora veſtimenti, ad quam vtiquè ſpiritualis vnguenti deſcendens à capite copia tota decurrit. Hunc ſi beneficijs aliquibus ſeu prece humili, aut confeſſione pura tetigerit, vt affectum eius erga ſe moueat ad compatiendū ſibi, habeat fidem, & ſine dubitatione ſanabitur. Illud tamen nouerit fimbria, non à ſe, ſed à Chriſto exijſſe virtutem, qui & tangi ſe proteſtatur in fimbria.

Litaniarum precationes, Sancte Petre, Ora pro nobis: & Per paſſionem tuam libera nos Domine, quibus potiſſimùm conueniant.

Pſalm.132.

11. VICTOR Africanus libro tertio de perſecutione Vuandalorum circa finem: Adeſtote Angeli Dei mei, qui nunquàm deeſtis, conſtituti in miniſterio veſtro propter eos qui hæreditatē capeſſuri ſunt æternæ ſalutis, & videte Africam totam dudùm tantarū Eccleſiarum cuneis fultam, nunc ab omnibus deſolatam: tantis ordinibus ſacerdotum ornatam, modò ſedentem viduam & abiectam. Deprecamini patriarchæ, de quorum ſtirpe generis nata eſt, quæ nunc laborat in terris. Orate ſancti prophetæ, cognoſcentes afflictam, quam anteà vaticinante præconio ceciniſtis. Eſtote Apoſtoli ſuffragatores eius, quam vt congregaretis, vniuerſum orbem aſcendente in vobis Domino, vt equi velociſſimi curſitāſtis. Præcipuè tu Petre beate, quarè ſiles pro ouibus & agnis, à communi Domino magna tibi cautela & ſolicitudine commēdatis? Tu ſancte Paule gentiū magiſter, qui ab Hieruſalem vſq; ad Illyricum prędicāſti Euangelium Dei, cognoſce quid Vuandali faciunt Arriani, & filij tui gemunt lugendo captiui. Vniuerſiq; ingemiſcite ſancti ſimul pro nobis Apoſtoli. Sed ſcimus quia indignū eſt vobis pro nobis orare, quia iſta quæ venerūt nobis, non ad probationem, quomodò ſanctis, ſed malis meritis ſupplicia debebantur. Sed & pro malis orate iam filijs, quia & Chriſtus orauit etiā pro inimicis Iudæis. Sufficiant caſtigationi quæ iuſtè illata ſunt nobis, & iam iamq; delinquentibus venia poſtuletur. Dicatur angelo percutienti, ſufficit: iam cohibe manum tuam. Quis ignoret hęc nobis probrorū noſtrorum ſcelera procurāſſe, aberrantibus à mandatis Dei, & in lege eius nolentibus ambulare? Sed proſtrati rogamus, vt non ſpernatis veſtros miſeros peccatores, per eum qui vos ad apoſtolicum culmen prouexit humiles piſcatores.

Inuocat angelos, patriarchas, Prophetas, Apoſtolos.

1. K AVGVSTINVS libro vigeſimo cōtra Fauſtū Manichęū, capite vigeſimoprimo: vt in textu, & ſuprà, quæſtione ſeptima, B. teſtimonio ſexto.

De feſtis Sanctorum.

2. IDEM in Pſalmum octogeſimumoctauum, concione ſecūda in fine: Natalitia ſanctorum cum ſobrietate celebrate, vt imitemur eos qui præceſſerunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat ſuper vos, fiat fiat.

Natalitia ſanctorum celebranda.

3. ET ſermone quadrageſimoſeptimo de Sanctis; qui apud S. Leonem eſt ſermo de Martyribus: Quotieſcunquè fratres chariſſimi ſanctorū martyrum ſolennia celebramus, ità ipſis intercedentibus expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia, vt ipſos martyres imitādo accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim ſanctorum martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solennitates enim martyrum, exhortationes ſunt martyriorum, vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum ſanctis, & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Qui enim ſanctos martyres, inquantùm potuerit, imitari noluerit, ad eorū beatitudinem non poterit peruenire. Sic & Paulus Apoſtolus prędicat, dicens: Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum. & Dominus in Euāgelio, Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cum capite.

Feſti dies ſanctorum qua vtilitate celebrantur.

Imitatio Sanctorum neceſſaria.

2. Cor. 1.

Ioan. 15.

4. BERNARDVS in vigilia Petri & Pauli Apoſtolorum, vt ſuprà in hac eadem quæſtione, C. teſtimonio viceſimo.

5. ISIDORVS libro primo de Eccleſiaſticis officijs, capite trigeſimoquarto: Feſtiuitates Apoſtolorum, ſeu in honore martyrum ſolennitates, antiqui patres in venerationis myſterio celebrari ſanxerunt, vel ad excitādam imitationem, vel vt meritis eorum conſociemur, atque orationibus adiuuemur: ità tamen, vt nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum offeramus, quanuis in memorijs martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum, in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum, quos coronauit, quò ex ipſorū locorū amore maior affectus exurgat ad augendam charitatē, & in illis, quos imitari poſſumus, & in illo quo adiuuante poſſimus. Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorū cor ad talem pro Euāgelica veritate paſſionē paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto deuotiùs, quanto ſecuriùs poſt certamina omnia ſuperata, quanto etiam fidentiore laude prędicamus iam in illa vita feliciores victores, quàm in iſta adhuc vſque pugnātes.

Feſta Sanctorum cur ad celebrādum inſtituta.

Eadem habet Rabanus lib. 2. de inſtit. cler. cap. 49.

Ex. B. Aug. li. 20. cont. Fau. c. 21. & li. 8. de Ciuit. Dei, cap. 27.

6. ET capite trigeſimoquinto: Omnes feſtiuitates pro varietate regionum, diuerſaq; in honorem martyrum tempora, ideò à viris prudentibus inſtituta ſunt, nè fortè rara congregatio populi fidem minueret in Chriſto. Propterea ergò dies aliqui cōſtituti ſunt, vt in vnum omnes pariter conuenirent, vt è conſpectu mutuo & fides creſcat, & lætitia maior oriatur.

Cur dies feſti Sanctorū inſtituti.

Eadē habet Rabanus lib. 2. de inſtit. cler. cap. 45.

IX.

Pugnátne cum hoc primo præcepto vſus receptus imaginum Chriſti atque Sanctorum?

A. HAVDQVAQVAM, quia non, ſicut Ethnici ſolent, adoramus ſculptilia, ligna, lapides, perindè àc [a] Deos quoſdam, (id enim hoc præcepto cauetur maximè) ſed more Chriſtiano ac mēte pia Chriſtum ipſum & Sanctos illic veneramur, vbi per imagines propoſitas nobis [b] repræſentantur.

Baruch 6. d Deut. 4. c 5. a Pſal. 113. b & 134 c Sap. 14. b c d 1. Cor. 10. b 8. b

a Leuit. 26. a Tertullianus lib. 2. aduerſùs Marcionem cap. 22.

b Baſil. de ſpir. ſanct c. 18. Damaſ. lib. 4. c. 17. ortho. fid. Athan. ſer. 4. contra Arrianos.

B. Ità tum præſens, tum vetus [c] Eccleſia ſummo conſenſu

c 7. ſynod. Itē 8. ſynod. can. 3. Aug. lib. 1. de conſ. euāg. c. 10. Damaſus

Digitized by Google

in vita Siluestri. Athanaſ. de paſſ. imag. c. 4. Greg. l. 9. epiſt. 9. & l. 7. indict. 2. epiſt. 53. & 109. Damaſ. lib. 4. c. 17. ortho. Euſeb. l. 7. eccl. hiſt. c. 14. Sozo. lib. 5. c. 20. Nicep. l. 2. c. 7. & 43. & li. 6. c. 16. Nicetas de imperio Manuelis Comneni lib. 5. & Ioannis Comneni. Ionas Aurelian. de imag. cultu. & Damaſcenus in tribus oratio. de imagi.
d Exod. 25. b 37. a Num. 7. g & 21. b 3. Reg. 6. c d
e 2. Syno. Nic. act. 7. & Syn. 8. can. 7. Niceph. li. 16. c. 27. Greg. lib. 9. epiſt. 9. ad Serenũ Maſſilien. Trid. ſeſſ. 25.
f Gen. 1. d Phil. 2. a
g Paulus Diacon. lib. 6. de geſtis Longobar. ca. 14. & lib. vlt. de geſtis Roman. in fin. Ioan. Patriarcha Hieroſ. in vita Damaſceni.

docet, commendans nobis pias & venerandas Imagines: vt quarum vſum Apoſtolica etiam traditione commendatum accepe-rimus, & ſacroſancta Patrum Synodo approbatum retineamus. Immò & veteri [d] Synagogæ ſuas Deus imagines dedit.

C. Quapropter damnatus [e] eſt error Iconoclaſtarum, vt qui inter ſimulacra deorũ & imagines Chriſti atque Sanctorum diſcrimen nullum conſtituerent: neque rationem temporis gratię ſeu nouæ Legis haberent, quo Deus homo factus, imaginem ſimilitudinemque [f] ſuam initiò à ſe creatam ipſe induit, atque in ea ſe nobis repræſentauit. Neque ſolùm imperitus error, ſed etiam nefandus iſtorum [g] furor eſt, qui ſacris è locis imagines ipſas, & in his Dominicam quoquè crucem eijciunt, ac ſacrilegis manibus ſacra ferè omnia, vbi poſſunt, demoliuntur.

TESTIMONIA.

1. A. BARVCH ſexto capite, multis verbis hortatur Ieremias Iudæos, vt ſibi caueant ab idololatria Babyloniorum: oſtendens à plurimis effectibus imbecillia eſſe idola, penitusq; ſenſu carentia ac vaniſſima, vbi inter cætera ſic ait: Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorum, lignei & lapidei & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur &c.

2. DEVTERONOMII quarto: Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis: nè fortè decepti, faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cælo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: nè fortè eleuatis oculis ad cælum, videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cælo ſunt.

3. ET capite quinto: Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cælo ſunt deſupèr, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra. Non adorabis ea, & non coles.

4. PSALMO centeſimo decimotertio: Simulacra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient: nares habent & nõ odorabunt. Manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

5. ET centeſimo trigeſimoquarto: Simulacra gentium argentum & aurum, &c. Neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.

6. SAPIENTIAE decimoquarto: Initium fornicationis, eſt exquiſitio idolorum: adinuentio illorum, corruptio vitæ eſt. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquàm Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia. Deindè interueniente tempore, conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquàm lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Et hos quos in palàm homines honorare non poterãt, propter hoc quòd longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui aberat, tanquàm præſentem colerent ſua ſolicitudine. Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim volens placere illi qui ſe aſſumpſit, elaborauit arte ſua, vt ſimilitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per ſpeciem operis, eum qui ante tempus tanquàm homo honoratus fuerat, nunc DEVM æſtimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui aut regibus deſeruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerunt. Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Et paulò pòſt: Infandorum idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium & finis. Aut enim dum lætantur, inſaniunt: aut certè vaticinantur falſa, aut viuunt iniuſtè, aut perierant citò. Dum enim confidunt in idolis quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant. Vtraque ergò illis euenient dignè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniuſtè, in dolo contemnentes iuſtitiam. Non enim iurantium eſt virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum præuaricationem.

7. PRIORIS ad Corinthios decimo: Neque idololatrę efficiamini, ſicut quidã ex ipſis: quemadmodùm ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Exod. 32.

8. ET capite octauo eiuſdem epiſtolæ: De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus eſt Deus, niſi vnus. Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus, pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, & nos per ipſum.

9. LEVITICI vigeſimoſexto: Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Ego enim ſum Dominus Deus veſter.

10. TERTVLLIANVS libro ſecundo aduerſùs Marcionem, capite viceſimoſecundo: Proindè & ſimilitudinem vetans fieri omnium quæ in cælo & in terra & in aquis, oſtendit & cauſas, idololatriæ ſcilicet ſubſtantiã cohibentes. ſubijcit enim, Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis. Serpentis autem ænei effigies poſteà præcepto Moyſi à Domino, non ad idololatriæ titulum pertinebat, ſed ad remediandos eos, qui à ſerpẽtibus infeſtabantur. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratũ exemplum, certè ſimplex ornamentum, accommodata ſuggeſtui, longè diuerſas habẽdo cauſas ab idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari,

Nõ abſolutè phibita ſunt ſculptilia, ſed quæ ad idololatriã eriguntur. Num. 21. Exod. 25.

gari, non in eo ſimilitudinis ſtatu depræhenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur.

Honor imaginis ad primum exemplar refertur.

11. BASILIVS Magnus libro de ſpiritu ſancto ad ſanctum Amphilochium Iconij Epiſcopū, capite decimooctauo: Rex dicitur regis imago, non autem duo reges. Neque enim poteſtas ſcinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodùm autem principatus ac poteſtas nobis dominans, vna eſt: ſic & glorificatio quam illi deferimus, vna eſt, non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar primum refertur.

Diſputat aduerſus eos q̃ reprehendūt Imaginum Chriſti & Sanctorum venerationem.

Gen. 1.

Baſil. cap. 18. lib. de Spiritu ſancto.

Exod. 33.

Exod. 25.

Nō tam quid fiat, q̃ cui & quo animo fiat, videndū.

Gen. 8.

Sculptilia quatenùs dæmonū ſimulacra erant, prohibebantur. Itē quia diuinitatem per ea exprimere conabantur.

Deut. 4.

Luc. 1.

Gen. 18.

Baruch 3.

Imagines, librorum loco ſunt.

Imago crucifixi, memoriam paſſionis intuentibus renouat.

Adorantes imaginē, non materiā, ſed quod repræſentatur, adoramus.

12. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſeptimo: Quoniam autem nonnulli eo nomine nos repræhendunt, quòd Saluatoris, ac Dominæ noſtræ, reliquorúmque Sanctorum, ac Chriſti ſeruorum, imagines adoramus atque honore afficimus, audiant velim quòd Deus ab initio hominem ad imaginem ſuam effinxit. Quî fit igitur, vt alij alios adoremus, niſi quia ad Dei imaginem facti ſumus? Nam vt ille magna rerum diuinarum eruditione præditus Baſilius ait, Imaginis honor ad exemplar tranſit. Exemplar porrò eſt id, cuius effigies exprimitur, ex quo forma hinc ducta fit. Quid ergò cauſæ fuit, quamobrem Moſaicus populus tabernaculum illud, quod cæleſtium rerum, immò vniuerſæ creaturæ imaginem ac figuram gerebat, vndiquè adoraret? Ait quippe Deus Moſi, Vide vt omnia facias iuxta formam tibi oſtenſam in monte. Quid? Cherubim illa, quæ propitiatorium obumbrabant, an non humanarum manuum opera erant? Quid Hieroſolymitanum illud clariſſimi nominis templum, an non manu atque hominum arte conſtructum erat? At Scriptura diuina eos, qui ſculptilia adorant, dæmoniſq; victimas offerunt, inſectatur. Siquidem tum Græci, tum Iudæi ſacrificabant: verùm Græci dæmonijs, Iudæi autem Deo. Ac proindè Græcorum quidem ſacrificium reijciebatur ac damnabatur: Iudæorum autem, Deo gratum & acceptum erat. Obtulit enim Noë ſacrificium: & odoratus eſt Deus odorem ſuauitatis, vt qui probæ ipſius voluntatis, atque erga ſe beneuolentiæ, ſuauitatem comprobaret. Ità, Græcorum quidem ſculptilia, quoniam dæmonum ſimulacra erant, improbata quoquè ac interdicta erant. Adhæc quiſnam eſt, qui inuiſibilis & corpore vacantis, ac circunſcriptionis & figuræ expertis Dei ſimulacrum effingere queat? Extremæ itaque dementiæ atque impietatis fuerit diuinum numen fingere ac figurare? Atque hinc eſt, quòd in veteri Teſtamento minimè tritus ac peruulgatus imaginum vſus erat. Poſteaquàm autem Deus ob viſcera miſericordiæ ſuæ, ſalutiſque noſtræ cauſa, homo verè factus eſt, ac non iam vt Abrahæ, nec vt Prophetis, humana ſpecie conſpicandum ſe præbuit: verùm eſſentialiter ac verè homo extitit, atque in terra verſatus eſt, & cum hominibus conſuetudinem habuit, miracula edidit, paſſus & cruci affixus eſt, reſurrexit, aſſumptus eſt, atque hæc omnia verè contigerunt, & ab hominibus perſpecta ſunt: literarum quidem monumentis ad alendam memoriam noſtram, & doctrinam eorum, qui tum non aderant, iſta mandata ſunt: vt ea quæ nō vidimus audientes ac credentes, beatitudinem eam, quā Dominus prædicauit, aſſequamur. Verùm quia non omnibus hoc contigit, vt literas nôrint, ac lectioni operam impendant, idcircò Patribus viſum eſt, vt refricandæ quamprimùm memoriæ cauſa, hæc tanquàm præclara quædam trophæa in imaginibus pingerentur. Siquidem perſæpè vſu venit, vt Domini paſſionem animo minimè verſantes, conſpecta Chriſti crucifixi imagine, in ſalutiferæ paſſionis memoriam redeamus, ac proſtrati, non materiam, ſed eum cuius imago effingitur, adoremus: quemadmodùm videlicet nec Euangelici codicis materiam, nec crucis materiam adoramus, verùm id quod per ea exprimitur. Quid enim alioqui diſcriminis eſt inter crucem eam, quæ Domini imaginem expreſſam non habet, & eam quæ habet? Quod etiam de Dei matre ſentiendum eſt. Etenim is honor, quem ei adhibemus, ad eum qui carnem ex ipſa aſſumpſit, refertur: itémque egregia ſanctorum virorum facinora, quæ nos ad animi magnitudinem & zelum, virtutiſque eorum imitationem, ac Dei gloriam, extimulant. Nam, vti diximus, honor ille, quo probos conſeruos afficimus, noſtræ erga communem Dominum beneuolentiæ argumentum eſt: atque imaginis honor ad exemplar tranſit. Eſt autem hæc traditio ex earum numero, quæ Scripturæ verbis minimè expreſſæ ſunt, quemadmodùm & ea, qua ad Orientem conuerſi adoramus, & ea, qua crucem adoramus, aliæq; complures his ſimiles. Quin hiſtoriæ quoquè proditum eſt, cùm Abagarus Edeſſæ rex eo nomine pictorem miſiſſet, vt Domini imaginem exprimeret, neque id pictor ob ſplendorem ex ipſius vultu manantem conſequi potuiſſet, Dominum ipſum diuinæ ſuæ ac viuificæ faciei pallium admouiſſe, imaginemq; ſuam ei impreſſiſſe, ſicq; illud ad Abagarum, vt ipſius cupiditati ſatisfaceret, miſiſſe. Quòd autem Apoſtoli quamplurima, nullo Scripturæ ſacræ loco prodita nobis tradiderint, his verbis teſtatur ille gentium Apoſtolus Paulus, State igitur, fratres, & tenete traditiones noſtras, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Et ad Corinthios ſcribens, Laudo vos, fratres, quòd per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, traditiones tenetis.

Imagines ſanctorum nos excitant ad ipſorum imitationē.

Honor imaginis ad prototypū tranſfertur.

Traditio non ſcripta, eſt cultus & vſus Imaginum.

Eiuſdē hiſtoriæ & imaginis meminit Niceph. eccl. hiſt. l. 2. c. 7. & li. 17. c. 16. Euagr. eccleſ. hiſt. l. 4. c. 26. Septima Syn. actiō. 5. Conſtātinus Porphyrogen. apud Metaphraſten 16. Auguſti.

Apoſtolicæ Traditiones non ſcriptæ. 2. Theſſ. 2. 1. Cor. 11.

13. ATHANASIVS ſermone quarto contra Arrianos: In imagine regia ſpecies regis & forma appáret, & in rege imaginis ſpecies: ſine enim omni diſcrepantia vultus regis in imagine expreſſus eſt, vt qui videt imaginem, videat in ea regem: & viciſſim, qui regem intueatur, agnoſcat illum ipſum eundem eſſe, qui in imagine repræſentatur. Cæterùm quia in ambobus nulla eſt diſſimilitudo, ſi quis poſt conſpectam imaginem velit regem videre, huic ad eum modum ità imago iure loqueretur: Ego & rex vnum ſumus: ego enim in illo ſum, & ille in me: & quod in me animaduertis, id quoquè in eo animaduertas: & quod videris in illo, videris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipſum regem, quippe cùm ipſa imago nihil aliud ſit, quàm regis forma ac ſpecies.

Adorãs imaginem regis, ipſum regem adorat.

1. B. SECVNDA Synodus Nicena, quæ eſt ſeptima generalis trecentorum quinquaginta Epiſcoporum, celebrata eſt contra eos qui imagines Chriſti & ſanctorum ex Eccleſijs eijciunt, ac earum venerationem inprobant. Conſtat verò ſeptem actionibus. IN ſecunda actione recitatur epiſtola ſynodica Adriani primi Pontificis Romani, ad Conſtantinum Imperatorem & Irenen eius matrem: in qua inter cætera hunc in modum ait: Hi principes Apoſtolorum ſunt, (Petrum & Paulum intelligit) qui Catholicam Orthodoxam fidem auſpicati, per ſcripta quidē veluti legibus latis fidem ſuam ſeruandam præceperunt: omnibus ſcilicet, qui in ſedes illorum ſucceſſuri erant, & in fide eorum vſque ad conſummationem ſeculi permanſuri, atque ità noſtra ſeruat Eccleſia, & ſanctas eorum figuras veneratur, vndè in hunc vſque diem venerādis horum imaginibus Eccleſiæ noſtræ ornatæ ac cōſpicuæ ſunt. Quemadmodùm ſanctiſſimus & beatiſſimus Papa Syluester in principio Chriſtianorum noſtrorū orthodoxa fide teſtatur. Deindè recitata hiſtoria, quomodò Conſtantinus Magnus per beatum Petrum & Paulū nocte admonitus, à beato Syluestro in fide eruditus fuerit, & ad baptiſmum ſuſcipiendū inuitatus, ità ſubiungit: Poſtquàm finem narra-

Ex epiſt. Synodica Adriani 1. in eadē 2 actione ab vniuerſa Synodo recepta & approbata.

Eccleſia Rō. ab Apoſtolis edocta, veneratur Sanctorum imagines.

Digitized by Google

narrationis feciſſet, quæſiuit Imperator, qualesnam arbitraretur eſſe Deos Petrum & Paulum, quos viderat? Reſpondit Pater, nequaquàm eſſe Deos, ſed ſeruos & diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti, quos in hoc elegiſſet, vt omnes gentes conuerterent, vt crederent in eum. Hæc cùm audiuiſſet Imperator, percontatus eſt, num alicubi eſſent hiſtoriæ illorum: mox beatus Sylueſter per Diaconos adferri, quas habebat, Apoſtolorum imagines iuſſit, quas cùm Imperator aſpexiſſet, clara voce proclamauit: Hi ſunt quos per viſum conſpexeram, neque ampliùs incredulus ſum: paretur lauacrum in meam ſalutem. Conſtructo autem lauacro, cùm ſacro rore tinctus eſſet, confeſtim eſt ſanitati priſtinæ reſtitutus. Deindè non immemor accepti beneficij, Eccleſias Dei exædificare cœpit, columnas earum paſsim ſacris imaginibus in memoriam incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, omniumq́ ſanctorum reuerentiam exornauit: nec alia de cauſa, quàm vt Chriſtianiſmum in lucem & veritatem, Deiq́ cultum proueheret, & omnes gentes à cultu idolorum, & diabolica deceptione conuerteret. Quemadmodùm etiam Diuus Pater Gregorius Apoſtolorum ſucceſſor prædicauit, ob id depingi in templis Euangelicas hiſtorias, vt homines illiterati, & qui ſacros libros legere nequeunt, (quorum ſanè maxima pars eſt) conſpectis illis, redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne conuerſatio Domini noſtri Ieſu Chriſti fuiſſet: Vt taceam interim Orthodoxos alios & Chriſtianiſſimos Imperatores, cum ſacerdotibus omnibus & honeſtis viris Deum colentibus, ſimul etiam cum vniuerſo Chriſtiano populo, qui omnes iuxta antiquam ſanctorum Patrum traditionem, venerandas imagines & receperunt & tenent, & in memoriam & compunctionem cordis conſeruant, & in hunc vſque diem venerantur. Neque aliter fiebat in partibus & regionibus iſtis, donec proauus veſter ex impiorum quorundam inſtructione venerandas imagines abſtulit. Ex quo tempore magnus error Græciam iſtam inuaſit, vndè non contemnendum ſcandalum in mundo factum eſt. Sed væ illis, per quos ſcandala in mundum irrepſerunt. In eadem epiſtola nonnullis ſcripturæ exemplis & teſtimonijs adductis, illud ex Gregorio Nyſſeno ſubiecit: Vidi (inquit ille, de Patriarcha Abraham ſermonem faciens) non infrequenter paſſionis figuram, neque ſine lachrymis eiuſcemodi picturam tranſij, cùm ſcilicet opus artificij in perſonam ſignificatam demonſtratum eſſe viderem. Quinetiam in epiſtola Diui Baſilij, qua in Iulianum deſertorem inuehitur: Confiteor filij incarnatam οἰκονομίαν: deindè ſanctam Mariam quæ ſecundùm carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suſcipio etiam ſanctos Apoſtolos, Prophetas & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quò per illorum mediationem propitius mihi ſit Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palàm adoro. Hoc enim nobis traditum à ſanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum, ſed in omnibus Eccleſijs noſtris eorum hiſtorias erigimus. Adfert deindè Chryſoſtomi, Cyrilli, Athanaſij, Ambroſij, & beati Stephani epiſcopi Boſtrenſis teſtimonia: ex quo Stephano hæc citat: Omnis imago, ſiue Angelorum, ſiue Prophetarum, aut Apoſtolorum, aut Martyrum, aut alioqui iuſtorum virorum, in nomine Dei facta, ſancta eſt. Non enim ipſum lignum honoratur, ſed ipſum illud quod in ligno datur contemplandum: atque ità per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim principes, etiamſi peſsimi ſint peccatores, adoramus & reuerēter ſalutamus. quid vetat igitur, quò minùs non liceat & ſanctos Dei miniſtros venerari, & in memoriâ eorum imagines ſtatuere & erigere, nè in obliuionem perpetuam veniant? Hanc autem Adriani epiſtolā vniuerſa Synodus in eadem actione ſecunda recepit & approbauit.

2. IN actione tertia ab eadem Synodo approbantur literæ Orientalium Epiſcoporum ad Tharaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum: in quibus inter cætera ſic ſcribunt: Sanctas imagines reueremur, principiò adorantes Dei verbi, propter nos incarnati, Domini noſtri & Seruatoris Ieſu Chriſti, qui formam ſerui adſumpſit, imaginem. Veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparæ, & Dominæ noſtræ irreprehenſibilis, immaculatæ, & inexplicitæ caſtitatis matris, quæ illum peperit. Quinetiam ſanctorū Apoſtolorum, Prophetarum, & victorum Martyrum, ſanctorumq́ & beatorum, veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materia aut coloribus honorem conſtituentes, ſed per hoc officium noſtrum, quod ipſis adeò, quorum typum imagines geſtāt, debemus impartientes: cùm ſciamus, iuxta Baſilij Magni ſententiam, quòd imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.

3. IN actione quarta adducuntur multa teſtimonia ſcripturæ ſacræ, & ſanctorum patrum, ac hiſtoriæ nonnullæ de pio & vtili vſu imaginum: quæ longum eſſet perſcribere: Inter cætera verò ex beato Chryſoſtomo in encomio in Meletium refertur, quòd in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & vbiquè ſanctam Meletij imaginem multi pinxerint. Deindè in oratione, quòd veteris & noui teſtamenti vnus ſit Legislator: Ego, inquit, & ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Præterea ex oratione beati Gregorij Nyſſeni de deitate Filij & Spiritus, & in Abraham: Vidi ſæpiùs inſcriptionis imaginem, & ſine lachrymis tranſire non potui, cùm tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriam. Procumbit enim ante aram Iſaac genibus innixus, circunductas ferens in tergo manus. Ibidèm recitatus eſt Diui Athanaſij libellus, de Chriſti imagine, quam Iudæi in Beryto trāsfixerant. Prætereà lecta eſt in ea actione beati Patris Nili epiſtola ad Olympiodorum proconſulem, qui conſtituerat ædificare templum: Debet eſſe firmæ & virili ſententiæ genuinum, in ſacro loco ab Oriente ſanctiſſimi templi, vnicam & ſolam effigiari crucem. Per ſolam enim ſalutiferam crucem, genus humanum liberatum eſt. Perq́ hanc deſperabundis vndiquè ſpes annunciatur. Verùm noui & veteris teſtamenti hiſtorijs hincindè parietes templi repleri doctiſſimi pictoris opera velim, quò ſcilicet hi qui literas non nōrunt, neque ſacram ſcripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germanè vero illi Deo per fortia facta ſeruiērunt, atque in certamen excitentur glorioſorum & laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terrā commutârunt, venerantes ſcilicet per contemplationem ea quæ non viderunt.

4. ET in fine actionis quartæ ſancta Synodus dixit: Venerandas imagines veneramur. Nos veteri Eccleſiæ legislationi inſiſtamus, Nos ſtatuta patrum conſeruemus. Nos, qui addunt aut auferunt aliquid de Eccleſia, anathematizamus. Nos nuperam Chriſtianorum accuſatorum inuentionem anathematizamus. Nos venerandas imagines ſalutamus. Nos, qui ſic nolūt, anathemati ſubijcimus: Chriſtianorum accuſatoribus, videlicet Iconoclaſtis, anathema &c.

5. ACTIO ſexta continet refutationem hæreticorum, qui in Conſtantinopolitano conciliabulo ſub Leone hæretico Imperatore imagines dānauerant: quorum argumenta & ſententiæ referuntur per Gregorium quendam Neocæſarienſem. qui iam reſipuerat: & per Epiphanium Diaconum, nomine ſanctæ Synodi egregiè refelluntur.

Diſtri-

Sylueſter habebat D. Petri & Pauli Imagines.

Eadē de ijs imaginibus refert Nicephor. lib. 7. cap. 33.

Cōſtantinus Magnus Eccleſias imaginibus exornauit.

Ad Serenum Maſſilieſem lib. 9. epiſt. 9. & ad eūdem epiſt. 109. lib. 7. indictiōe 2.

Oēs orthodoxi ſunt in eadē ſententia.

Leo Iſaurus Iconomach⁹ Imperator.

Matth. 18.

Gregorij Nyſſeni teſtimonium.

Pictura immolationis Iſaac, Gregorium ad lachrymas commouit.

Baſilij Magni teſtimonium.

Sancti pro nobis ſupplicant.

Honorat imagines S. Baſil. ex Apoſtolorum traditione.

Stephani Boſtrenſis teſtimonium.

Nō honoratur lignū aut materia.

Vide Panopliam Euthymij. tit. 19.

Nota.

Approbatio huius epiſtolæ.

Ex epiſtola Orientalium Epiſcoporū à Synodo approbata & recepta.

Imagines Chriſti & Sāctorū venerātur Orientales Epiſcopi.

Nō in materia aut coloribus honorē conſtituunt.

In Figuratum honor redundat.

Ex B. Chryſoſtomo.

Imagines Meletij Antiocheni epiſc.

Vide eadem apud Nicep. lib. 12. ca. 14.

Fuſilē picturam amauit Chryſoſt.

Ex Nyſſeno. Geneſ. 22.

Ex Athanaſ. de paſſione imaginis.

In templis imago crucis ad Orietem.

In parietibus hiſtoriæ ſacræ depingendæ.

Approbat S. ſynodus imaginum venerationem.

Anathema Iconoclaſtis.

Conciliabulum Cōſtantinop. de tollendis imaginibus.

Digitized by Google

Diſtributa eſt hæc actio per ſex tomos. In quarto autem tomo ità legimus: Quòd autem cum multis alijs, quæ in Eccleſia obſeruantur ſine ſcriptura, nobis imaginum veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum temporibus latè per hiſtorias traditum eſt, de imagine maximè hæmorrhoiſſæ, quā multis ſcriptoribus confirmare poſſumus. Huiuſmodi autem cum ipſo Domino imago in ſtatuā conflata eſt. Contingit autem ipſa fimbriam ſtatuæ Dominicæ, quemadmodùm in Euangelio traditum eſt, vndè etiam ſalutem conſequuta eſt, atque hæc in libris multorum Eccleſiaſticorum ſcriptorum reperire licet. Quinetiam Baſilius Magnus, cuius ſcripta per omnes terræ fines reſonant, in diuerſis opuſculis ſuis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam illius & carne & ſpiritu frater, Nyſſenſium Præſul, in ſermone in Abraham, idem ſentit. Item alter Gregorius, qui à theologia nomen ſortitus eſt, in verſibus à ſe conditis, qui de virtute inſcribuntur, aſſentit. & Ioannes, qui os auro ſplendidius & lucidius cōſecutus eſt, in oratione funebri in Meletium Epiſcopum Antiochiæ, & in ſermone qui inſcribitur, quòd veteris & noui teſtamenti vnus ſit legiſlator. Cyrillus item expiator Neſtorianæ hæreſis, in epiſtola ad Acacium Epiſcopum Scythopoleos, Anaſtaſius Epiſcopus Theopoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatìm citamus? Omnes enim ſancti patres noſtri imagines receperunt. Quam ob cauſam mendaces depræhenduntur in hoc, quòd dicunt, non eſſe patrum traditionem.

Ab Apoſtolis perdurans Traditio ab hiſtorijs & patribus approbata. Matth. 9. Baſilius. Greg. Nyſſenus. Nazianzenus. Chryſoſtomus. Cyrill. Alex. Anaſtaſius. Sophronius. Maximus. Omnes Patres imagines receperunt.

6. ACTIONE ſeptima demùm in definitione ſanctæ, magnæ, & vniuerſalis in Nicea Synodi ſecundæ: Fatemur vnanimiter nos Eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto ſiue conſuetudine valentes & decretas, retinere velle, quarum de numero eſt imaginum effiguratio, vt quæ hiſtoriæ Euangelicæ promiſſionis concinat, ad credulitatem veræ & non phantaſticæ incarnationis Dei, & ad vtilitatem ſimilitudinis, quam nobis exhibet, vtiliter inuentam. His ſic ſe habentibus, regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum & diuinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſeruantes: definimus cum omni diligentia & cura, venerandas & ſanctas imagines ad modum & formam venerandæ & viuificantis crucis è coloribus & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocādas, habendáſque: tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis, in ędibus priuatis, in vijs publicis: maximè autem imaginem Domini & Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deindè intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorum angelorum, & omnium deindè ſanctorum virorum. Quò ſcilicet per hanc imaginum pictarum inſpectionem, omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illiſq; ſalutationem & honorariam adorationem exhibeant, non ſecundùm fidem noſtram, veram latriam, quæ ſolùm diuinæ naturæ competit: ſed quemadmodùm typo venerandæ & viuificantis crucis, & ſanctis euangelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodùm veteribus piè in conſuetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat: & qui adorat imaginem, in ea adorat quoquè deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio Catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines Euangelium ſuſcepit. Paulo ergò ſic in Chriſto loquenti, omniq; Apoſtolico cœtui & patribus ſanctis idem ſentientibus inhęrentes, ſeruamus traditiones quas ſuſcepimus. Et ſubſcriptione facta, ſancta Synodus exclamauit: Omnes ſic credimus, omnes idem ſapuimus, omnes approbantes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum, hęc eſt fides Patrum, hęc eſt fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum cōfirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur.

Traditio eccleſiaſtica de Imaginibus. Synodi definitio de honorādis imaginibus. Vtilitas Sanctarum imaginum. Qualis veneratio ijs debeatur. Hæc eſt fides Apoſtolorū & Orthodoxorum.

7. OCTAVA ſynodus generalis, Conſtantinopolitana, canone tertio: Sacram imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti & omnium Saluatoris, æquo honore cum libro ſanctorū Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutē conſequuntur omnes: ità per colorum imaginariam operationem & ſapientes & idiotę cuncti, ex eo quod in promptu eſt, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura quæ in coloribus, prædicat & commendat. Dignum eſt enim, vt ſecundùm congruētiam rationis & antiquiſſimam traditionem, propter honorem, quia ad principalia ipſa refertur, etiam deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur, vt ſanctorum Euangeliorum ſacer liber, atque typus precioſæ crucis.

Imagines venerandæ.

8. AVGVSTINVS libro primo de conſenſu Euangeliſtarum, capite decimo de ijs loquens, qui ſe Chriſti libros ad Petrum & Paulum ſcriptos legiſſe, & in eis magicam artem deſcriptam inueniſſe mentiuntur: Cùm vellent (inquit) tale aliquid fingere Chriſtum ſcripſiſſe ad diſcipulos ſuos, cogitauerunt, ad quos potiſſimùm ſcribere potuiſſe facilè crederetur, tanquàm ad illos qui ei familiariùs adhæſiſſent, quibus illud quaſi ſecretum dignè committeretur; & occurrit eis Petrus & Paulus, credo quòd pluribus locis ſimul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundem paſſionis diem, celebriùs & ſolenniter Roma commendat.

S. Petrus & D. Paulus cū Chriſto ſimul pingi olim ſolebant.

9. DAMASVS Papa libro Pontificali in vita Sylueſtri: Huius temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicas iſtas, quas & ornauit: Baſilicam Conſtantinianam, vbi poſuit dona iſta: Faſtigium argenteum, habens in fronte Saluatorem ſedentem in ſella quinque pedum, penſantem libras * centum viginti. Et duodecim Apoſtolos, habentes ſinguli quinos pedes, penſantes libras nonaginta, cum coronis ex argēto puriſſimo. Item à tergo reſpicientem in abſide Saluatorem, ſedentem in throno in pedibus quinque ex argento puriſſimo, penſantem libras centum quadraginta. Et angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui penſant ſinguli libras centum quinque cum gemmis Alabandenis. Et infrà: Annexum ex ſtipa Ammianti in labro fontis agnum ex auro puriſſimo, fundentem aquam, penſantem libras triginta. Ad dexteram agni, Saluatorem ex argento puriſſimo, in pedibus quinque, penſantem libras centum ſeptuaginta. In læua agni, beatum Ioannem Baptiſtam ex argēto, in pedibus quinque, tenentem titulum ſcriptum, qui hoc habet: Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi, penſantem libras centum. Ibidem: Super corpus beati Petri, ſuper os quo cōcluſit illud, fecit crucem auream puriſſimam, penſantem libras cētum quinquaginta. Sed & crucem auream ſuper locum beati Pauli Apoſtoli poſuit, penſantem libras centum quinquaginta.

*Cōſtantinus Magnus collocauit in tēplo argēteas ſtatuas Saluatoris & 12. Apoſtolorū. * aliàs 310. Vt quid perditio hæc, dicat fortè cum Iuda Iconomachus aliquis. Angelorum quatuor imagines argenteæ. Agni. Saluatoris. Ioannis Baptiſtæ. Ioan. 1. Crux aurea.*

10. ATHANASIVS in libello de paſſione imaginis Domini noſtri IESV Chriſti, qualiter crucifixa eſt in Syria, in vrbe Beryto, capite quarto: Poſtquàm curati ſunt (perunctione ſanguinis qui ex imagine fluxerat) cuncti, qui ægritudine detinebantur, cucurrit omnis multitudo Iudæorum ad domum ſanctæ Eccleſiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolitanū inuenerunt. Cuius prouoluti veſtigijs, ſe peccâſſe, ſe grauiter deliquiſſe, magnis vocibus fatebantur. Is cùm ab eis perquireret omnem rei geſtæ veritatem, ſanctam iconam Domini Saluatoris eidem demonſtran-

Lectus eſt hic libellus in ſeptima ſynodo generali, actione 4.

Digitized by Google

ſtrantes, annunciauerũt cuncta, quæ in ea exercuerant: & qualiter ab ictu lanceæ ſanguis & aqua emanauit ex latere ipſius, nec non & de mirabilibus ab ea oſtenſis ipſi retulerunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipſa ab eis fuiſſet reperta, & ſi ab aliquo eam accepiſſent. At illi retulerunt ei, quòd quidam Chriſticola per obliuionem in cellula ſynagogæ proxima dimiſiſſet eandem iconam, dum ſe ad alium locum transferret hoſpitandi gratia. Qui ſtatim iubetur inquiri: & repertus, in præſentia Domini Metropolitani ſtatuitur. Cúmque ab eo ſtudioſiſſimè fuiſſet interrogatus, quomodò icona apud ſe deueniſſet, vel à quo tam mirabiliter poſita eſſet, reſpondit dicens, quòd Nicodemus, qui ad Ieſum nocte venerat, proprijs manibus eam compoſuiſſet, & moriens Gamalieli tradidiſſet. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli magiſter, cùm diem ſibi cerneret adeſſe extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Symeoni, & Symeon Zachęo, & ſic per ſucceſſiones temporum in Hieroſolyma perdurauit, vſquequò ſubuerſio illius vrbis patrata eſt quadrageſimo & tertio anno poſt aſcenſionem Domini Saluatoris ad cælos. Sed biennio antequàm Titus & Veſpaſianus eandem ſubuerterent vrbem, admoniti ſunt à Spiritu ſancto fideles, atque diſcipuli Chriſti, vt relicta vrbe, ad regnum ſe transferrrent Agrippæ Regis, quia ipſe tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egreſſi ab vrbe, omnia quæ ad cultum noſtræ religionis vel fidei pertinere videbantur, ſecũ auferentes, in has regiones ſe tranſtulerunt. Quo tempore etiam icona cum cæteris rebus Eccleſiaſticis deportata, vſque hodiè in Syria permanſit, quam ego ipſe à parentibus ex hac luce migrantibus, mihi traditam, iure hęreditario vſque nunc poſſedi. Hęc certa & manifeſta ratio eſt de icona ſancta Domini Saluatoris, qualiter de Iudæa in Syriæ partes deuenit.

A Nicodemo facta Chriſti imago, poſteris relicta. Ioan. 3.

Act. 22.

11. GREGORIVS libro nono epiſtolarum, epiſtola nona ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum: Perlatum ad nos fuerat, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, nè adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuiſſes, omninò laudauimus, fregiſſe verò repræhendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare, nè deſpectis alijs fratribus, ſolum te ſanctum & eſſe crederes ſapientem? Aliud eſt enim, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorãdum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Vndè & præcipuè gentibus pro lectione pictura eſt. Quod magnoperè à te, qui inter gentes habitas, attendi debuerat, nè, dum recto zelo incautè ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalum generares. Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Eccleſijs, ſed ad inſtruendas ſolummodò mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condijſſes, ſine dubio & ea quæ intendebas ſalubriter obtinere, & collectum gregem non diſpergere, ſed potiùs diſperſum poteras congregare: vt paſtoris in te meritum nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet.

Epiſcopus qui imagines ſanctorũ nè adorentur confregerat, repræhenditur.

Pictura idiotarum libri.

Imagines nõ ſunt in Eccleſijs propoſitæ ad adorãdum, ſcilicet latriæ cultu.

12. ET libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola quinquageſimatertia ad Secundinum: Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidum diaconum rogâſti, miſimus. Vndè valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere deſideras. Ab re non facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demonſtramus. Sic homo qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amans videre conatur, ſi contigerit eam ad balneum, aut ad Eccleſiam ire, ſtatim per viam incedenti ſe præparat, vt de viſione eius hilaris recedat. Scio quidem, quòd imaginem Saluatoris noſtri non ideò petis, vt quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideóque direximus tibi ſurtarias duas, imaginem Dei Saluatoris, & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorúmque Apoſtolorum Petri & Pauli continentes, per ſupradictum filium noſtrum, & vnam crucem, clauim etiam pro benedictione à ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum principis, vt per ipſum à maligno ſis defenſus, per cuius ſignum munitum te eſſe credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia ſemper ſuggerit recordari: vt in bonis actibus perſeuerans, alios in eius amore accendas, propter quem te feciſti haberi, vt vitæ huius mala quęque inimicus ſuggerit retroacta mentis prouetibus quaſi faciliùs inardeſcas, pro cuius amore vitam etiam velis finire. Ipſe quoquè te protegat vſque in finem, qui cunctum mundum dignatus eſt redimere Ieſus Chriſtus.

Imagines deuotionem excitant.

Ante imaginẽ non quaſi ante diuinitatẽ proſternimur.

Transmittit Gregorius imagines Chriſti, B. Virginis, Petri & Pauli.

13. IBIDEM epiſtola centeſima nona ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum: Indico dudùm ad nos perueniſſe, quòd fraternitas veſtra quoſdam imaginum adoratores aſpiciens, eaſdem Eccleſiæ imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, nè quid manu factũ adorari poſſit, habuiſſe laudamus: ſed frangere eaſdem imagines non debuiſſe iudicauimus. Idcircò enim pictura in Eccleſijs adhibetur, vt hi qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.

Repræhendit imaginum confractorẽ.

Picturæ cur in Eccleſijs adhibeantur.

14. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſeptimo: vt ſuprà hac eadem quæſtione, A. teſtimonio duodecimo.

15. EVSEBIVS Cæſarienſis libro ſeptimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoquarto: Quoniam in huius ciuitatis (Cæſareę Philippi, quam Paneadem vocant) mentionem incidi, operæpretium arbitror, hiſtoriam hoc loco citare, quæ digna planè videtur, quam memoriæ ad poſteritatem commendemus. Mulierem illam ſanguinis profluuio afflictatam, quam ſanctorum Euangeliorum teſtimonio à Seruatore noſtro morbi remedium inueniſſe cognouimus, ex ea ciuitate oriundam, illiusq́ domum ibi oſtendi, & admirabilia quædam Seruatoris in eam beneficij monumenta & quaſi trophæa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius, æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus inſtàr ſupplicantis, in anteriorem partem extenſis, ſuper editum lapidem collocatam: huic eregionè viri erectam imaginem, ex eadem materia conflatam, veſtitu ad talos demiſſo decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipſa baſi peregrinam quandam & inuſitatam herbæ ſpeciem enaſci: quam quidem, vbi ad ænei veſtitus fimbriam excreuerit, morbis cuiuſque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc ſtatuam, effigiem Ieſu exprimere dicunt: quam ad noſtram vſque ętatem manentem, ipſi ad eam ciuitatem profecti, oculis cernebamus. Nec planè mirum, eos, qui ex gentilibus prognati, à Seruatore dum inter homines viuebat, beneficijs affecti fuiſſent, iſta effeciſſe, cùm & nos Petri & Pauli Apoſtolorum, & Chriſti etiam ipſius, imagines in picturis colorum varietate expreſſas,

Hæc eadem refert Nicep. l. 6. hiſt. eccl. cap. 15.

Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Mulier in euangelio cõmendata à Chriſto, eius imaginẽ erexit.

Miraculum.

Euſebius eſt imaginem oculis conſpexit.

Imagines Petri & Pauli.

Digitized by Google

preſſas, conſeruatáſque aſpeximus.

16. SOZOMENVS hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quinto, capite vigeſimo: Illud porrò dicetur à me, quod etiam regnante Iuliano accidit: quod quidem, vt Chriſti potentiam planè indicat, ità iram diuinam aduersùs Imperatorem accenſam euidenter oſtendit. Cùm certior factus eſſet Cæſareę Philippi (eſt ea quidem vrbs Phœniciæ, quam Paneadem vocant) præclaram eſſe Chriſti ſtatuam, quam mulier quæ ſanguinis profluuio laborabat, cùm eſſet morbo liberata, ibi collocauerat: eam deturbauit, ſuamq́; in eius loco poſuit. Quo facto, ignis violentus de cælo delapſus, ſtatuam illam circiter pectus perſecuit, caputq́; vnà cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulſa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem atra tanquàm fulminis ictu ambuſta manet. Id temporis igitur Gentiles ſtatuam Chriſti tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent. at Chriſtiani poſteà eius fragmenta cùm collegiſſent, in Eccleſia poſuerunt, vbi etiam adhuc cuſtoditur. Ex baſi ſupra quam hęc ſtatua locata erat, herba quędam, vti narrat Euſebius, quæ morbis cuiuſque generis mederi ſolet, enaſcebatur: quæ quidem cuius generis eſſet, nemo noſtrorum medicorum, qui vel ſcientia valebant medendi, vel experiētia, omninò nouit.

Iulianus apoſtata ſtatuam illam Chriſti deturbauit.

Apoſtatę imago de cælo tacta eſt.

Fragmenta imaginis Chriſti in Eccleſia cuſtodita.

Euſebius vt ſuprà.

17. NICEPHORVS Calliſtus libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite ſeptimo: Poſtquàm Augarus ſcripto ſuo perſuadere Chriſto quod voluiſſet (vt ſcilicet ad ſe veniret, ipſumq́; quo iamdudùm affligebatur, inueterato morbo liberaret) non potuit, deſperato Ieſu, propter reſponſum acceptum, aduentu, quid caperet conſilij incertus, eo tamen quo in Chriſtum tenebatur deſiderio, perculſus, pictorem eximium ad eum miſit, eiq́; vt diligenter & accuratè faciem eius in pictura effingeret, imaginémque pro deſiderato illo ſibi adferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco ſublimiore ſtans, pingere Chriſti vultum, vt decebat, conabatur. Quum verò cœptum opus non ſuccederet, (diuinus quippe ſplendor & gratia in vultu eius coruſcans, impedimento erat) re ea cognita Saluator textum lineum petit, in eóque priùs loto faciem ſuam exprimit, & ad * Augarum mittit. Dicitur quoquè Perſarum rex, manu ingenióque promptum pictorem miſiſſe, & per hunc feruenti fidei deſiderio, ſimul & ipſius Chriſti, & quę eum diuino modo genuit, matris, quàm celerrimè imaginem depictam accepiſſe. Atque hæc quidem ex tabularijs & archiuis ciuitatis Edeſſæ, quæ tum regia adminiſtrabatur poteſtate, ſunt deſumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augari rebus conſcripti hæc quoquè complectebantur, ex Syrorum lingua tranſlata.

Huius imaginis Edeſſenæ ſuprà meminit Damaſcenus.

Alij eũ Abgarum, alij Abgarũ nominant.

18. ET eiuſdem libri capite quadrageſimotertio: Fertur Lucas quoquè primus Chriſti, & quæ eum ità vt Deum decebat genuit, matris, atque item principum Apoſtolorum effigiem pingendi arte adumbrâſſe, vndè in omnem deindè habitabilem orbem tam venerãdum & precioſum opus eſt illatum.

Lucas primus pinxit imagines Chriſti, B. Virginis, & principum Apoſtolorum.

19. IDEM libro ſexto, capite decimoſexto: Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiusq́; adeò Chriſti, & quæ eum ſupra naturæ captum mirificè genuit virginis matris, coloribus adumbratas imagines plurimas ad hunc vſque diem conſeruatas eſſe nouimus. Ac Lucas quidē Apoſtolus ipſas accuratè, opus id exorſus, manibus ſuis depinxit: deindè verò ex veteribus alij quoquè viri, pro eo atquè par erat, veluti ſeruatores ſuos in ſignis & picturis ſeruantes, idem fecêre.

Imagines Chriſti, B. Mariæ, Petri & Pauli, à S. Luca depictæ.

20. NICETAS Choniates libro quinto de rebus geſtis Manuelis Comneni Imperatoris: Pannonijs ſuperatis, Imperator tanta victoria lætus & exultans, Deo gratijs actis, ſtatìm rei benè geſtæ nuncios in vrbem mittit: ac poſt dies aliquot & ipſe Conſtantinopolim ingreſſus, triumphum ducit ab Orientali porta, quæ ad arcem patet, eumq́; ob inſignẽ & incruentam victoriam quàm ſplendidiſſimè & magnificentiſſimè adornat. Expanſæ ſunt omnes purpureæ & auratæ veſtes: & ciues alij aliundè ad pompam illam confluentes inſtàr torrentis ex monte decurrentis, fora, ædes, templa, officinas, & loca omnia vrbis ampliſſimæ deſeruerunt. Sunt & captiui in triumpho ducti. Platea illa vtrinquè ſuggeſta habuit ad binas & ternas contignationes educta, tecta quoquè omnia ſpectatoribus referta fuerunt. Imperatorem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcedebant: quibus impoſita erat imago inuictæ adiutricis & inſuperabilis cõmilitonis matris Dei. Eum currum Imperatoris propinqui atque amici, ſenatus, viri magiſtratibus & dignitatibus inſignes, ponè ſequebantur. Deindè ipſe Imperator prodijt equo feroci inſidens, vir inclytus & maximus, ornamentis illuſtribus inſignis.

Imago B. Virginis inuictæ adiutricis, in curru triumphali conſtituta.

21. IDEM de Imperio Ioannis Comneni: Illud inſignem eius pietatem teſtatur: Cùm Romanæ phalanges vrgentibus hoſtibus, & audaciùs ſe inferentibus laborarent, imaginem Dei genitricis cum gemitu & miſerabilibus geſtibus intuens, lachrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat, neque id fruſtrà. Statìm enim cæleſti robore armatus, Scythicam aciem profligat: quemadmodùm olim Moyſes extenſione manuum Amalechiticas turmas diſſipauit.

Imperator ante imaginẽ B. Virginis lachrymas fundit non fruſtrà.

Exod. 17.

22. IONAS Aurelianenſis epiſcopus, ſcripſit libros tres imperante Ludouico, de cultu imaginum aduersùs Claudiũ Taurinenſem epiſcopum, diſcipulũ Felicis epiſcopi Vrgelitanenſis, in Concilio Francofordienſi, ſub Adriano primo & Carolo Magno celebrato, damnati: qui non ſolùm picturas ſanctarum rerum geſtarum, (vt ipſe Ionas ait in principio libri primi) verùm etiam cruces materiales, quibus ob honorẽ & recordationem redemptionis ſuæ ſancta conſueuit vti Eccleſia, à cunctis parochiæ ſuæ baſilicis dicitur deleuiſſe, euertiſſe, & penitùs abdicâſſe.

Claudius Taurinenſis Iconoclaſta ab Iona Aurelianenſi confutatur.

23. DAMASCENVS ſcripſit orationes ſiue libros tres aduersùs eos, qui ſanctas imagines traducunt & criminantur, præcipuè verò aduersùs Imperatorem Leonem Iſaurum Iconomachum: in quibus doctiſſimè confutat argumenta Iconoclaſtarum, & veterem Eccleſię traditionem de vſu & cultu ſanctarum imaginum propugnat ac defendit, multis etiam antiquorum Patrũ teſtimonijs, & hiſtoriarum exemplis adductis, quæ nimìs longum foret aſſcribere.

Damaſcenus Imperatorẽ Iconoclaſtã oppugnat.

24. EXODI vigeſimoquinto: Duos quoquè Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. Vtrunque latus propitiatorij tegant, expandentes alas & operientes oraculum, reſpicientq́; ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium, quo operienda eſt arca, in qua pones teſtimonium quod dabo tibi. Indè præcipiam & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Iſraël.

Imagines veteris teſtamenti.

25. RVRSVM capite trigeſimoſeptimo: Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij, Cherub vnũ in ſummitate vnius partis, & Cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos Cherubim in ſingulis ſummitatibus propitiatorij, extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeq́; mutuò & illud reſpicientes.

26. NVMERORVM ſeptimo: Cumq́; ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſu-

lcret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vndè & loquebatur ei.

27. ET capite vigeſimoprimo: Orauit Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno. qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. Fecit ergò Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno. Quem cùm percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

28. TERTII Regum ſexto: Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera: id eſt, decem cubitos habentes à ſummitate alæ vnius vſque ad alæ alterius ſummitatem. Decem quoquè cubitorum erat Cherub ſecundus: in menſura pari, & opus vnum erat in duobus Cherubim, id eſt, altitudinem habebat vnus Cherub decem cubitorum, & ſimiliter Cherub ſecundus. Poſuítque Cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas ſuas Cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala Cherub ſecundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi ſe inuicèm contingebant. Texit quoquè Cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit varijs cælaturis & torno: & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete & egredientes. Sed & pauimentum domûs texit auro intrinſecùs & extrinſecùs. Et in ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola de lignis oliuarum, poſtésque angulorum quinque. Et duo oſtia de lignis oliuarum, & ſculpſit in eis picturam Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valdè prominentia, & texit ea auro: & operuit tam Cherubim, quàm palmas & cætera auro. Fecítque in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos, & duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecùs: & vtrunque oſtium duplex erat, & ſeipſum tenens aperiebatur. Et ſculpſit Cherubim, & palmas, & cælaturas valdè eminentes: operuítque omnia laminis aureis.

1. C SECVNDA Synodus Nicena, actione ſeptima, in definitione: Sancta Synodus exclamauit: Hæc eſt fides Apoſtolorum, hæc eſt fides patrum, hæc eſt fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Qui ſecùs agunt, anathemate percelluntor. Qui ſic non ſentiunt, ab Eccleſia depelluntor. Nos antiquæ Eccleſiæ legiſlationi inſiſtimus, nos decreta Patrum cuſtodimus, nos adijcientes aliquid aut auferentes Eccleſiæ anathematizamus. Nos venerandas imagines ſuſcipimus. Nos, qui ſecùs faxint, anathemate percellimus. Quicunq; ſententias ſacrę ſcripturæ de idolis, contra venerandas imagines adducũt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicũt, quòd imagines Chriſtiani vt deos adorent, anathema. Qui ſcientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant, anathema. Qui audent Eccleſiam Catholicam dicere idola aliquando ſuſcepiſſe, anathema.

Fides Apoſtolorum & Orthodoxorũ.

Anathemate feriuntur à ſancta ſynodo omnes Iconomachi, & eorũ falſa doctrina.

Eadem anathemata etiã in fine actionis 4. & 5. prolata à ſynodo fuere.

Anathema ijs qui ſcripturas de idolis, contra imagines citant, aut eas idola appellant.

2. SYNODVS octaua generalis canone ſeptimo: Valdè proficuum eſt & venerabiles imagines pingere, ſed & proximos diſciplinas diuinę ac humanæ ſapientiæ docere. Non autem bonum eſt, nec omninò proficuum, ab indignis horum aliquid fieri. Huius rei gratia nequaquàm imagines operari in ſacris templis, ſed neque in quouis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & vniuerſali ſynodo, definimus & promulgamus, * vſque à propria ſeductione ac malitia cõuertantur. Quiſquis ergò poſt hanc definitionem ad picturæ ſanctarum imaginum in Eccleſijs, aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: ſi laicus, communione priuetur.

*videtur legendum, quouſquè

3. NICEPHORVS libro decimoſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vigeſimoſeptimo: Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua rectè vocet) genere Perſa, & fortuna ſeruus, peridoneus ſatanæ miniſter. qui ſub Calandionis Epiſcopatu, quum ab hero ſuo profugiſſet, ad Eccleſiam Dei acceſſit, clericum ſe eſſe affirmans, quum quidem nondùm diuino regenerationis lauacro initiatus eſſet. Calandion vbì hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex ſignis & coniecturis quibuſdam cognouit, ab Eccleſia eum proſcripſit. Vbì verò Calandioni Petrus Cnapheus ſucceſſit, Xenaiam ille non ſolùm recepit: verumetiam nondùm baptiſmo initiatum, vicinę Hierapolis Epiſcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbì tandèm ſe epiſcopatum viro nondùm baptizato mandâſſe intellexit, dixiſſe fertur, ſufficere ei pro baptiſmo conſecrationem. Xenaias iſte primus (ô audacem animam, & os impudens) vocem illam euomuit: Chriſti & eorum qui illi placuêre, imagines venerandas non eſſe. Itaque impietatis iſtud mancipium magno cum tumultu multis ſibi ex prima Syrorum gente aſcitis, & non exigua ex Cynegetico ſiue Venatico monaſterio multitudine aſſumpta, vnà cum innata ſibi improbitate, in vrbem peruenit: & Flauiano vim maximam intentauit, vt Chalcedonenſem ſynodum & Leonis tomum ille anathemate damnaret.

Prophanus Xenaias primus linguã laxauit cõtra imagines ſanctas.

4. GREGORIVS librò nono epiſtolarum, epiſtola nona ad Serenum Maſſilienſem epiſcopum, vt ſuprà in hac quæſtione, B. teſtimonio vndecimo.

5. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquinta, in decreto de Inuocatione, veneratione & reliquijs Sanctorum & ſacris imaginibus: Doceant imagines Chriſti, Deiparæ virginis, & aliorum ſanctorum, in templis præſertim habendas & retinendas, eiſque debitum honorem & venerationem impertiendam: non quòd credatur ineſſe aliqua in ijs diuinitas vel virtus, propter quam ſint colendæ: vel quòd ab eis ſit aliquid petendum, vel quòd fiducia in imaginibus ſit figenda, velutì olìm fiebat à gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant: ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant: ità vt per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim verò ſecundæ Nicenæ ſynodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum. Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſteriorum noſtræ redemptionis, picturis vel alijs ſimilitudinibus expreſſas, erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſſiduè recolendis: tum verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi, non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt: ſed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubijciuntur: vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorúmque imitationem, vitam moréſque ſuos componant: excitenturq; ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut ſenſerit, anathema ſit.

Imagines ſanctorũ retinẽdæ, & quo modo aut quo fine honorandæ.

Per imagines quas oſculamur, & corã quibus procumbimus, Chriſtũ adoramus, & Sãctos veneramur.

Nicena 2. ſynodus.

Pictæ hiſtoriæ ſacræ quid vtilitatis adferant.

Anathema Iconomachis

6. GENESIS primo: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, &c. Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum.

7. AD Philippenſes ſecundo: Qui cùm in forma Dei

ma Dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

8. PAVLVS Diaconus de geſtis Longobardorum libro ſexto, capite decimoquarto: Hac tempeſtate Leo Imperator apud Conſtantinopolim Sanctorum imagines depoſitas incendit. Romano quoquè Pontifici idem facere, ſi imperialem gratiam habere vellet, mandauit. Sed Pontifex id facere contempſit. Omnis quoquè Rauennenſis exercitus & Venetiarum, talibus iuſſis vno animo reſtitêre, & niſi eos Pontifex prohibuiſſet, Imperatorem ſuper ſe conſtituere aggreſſi fuiſſent. Per idem tempus Leo Imperator ad peiora progreſſus eſt, ità vt compelleret omnes Conſtantinopoli habitantes tam vi, quàm blandimentis, vt deponerentur vbicunquè haberentur imagines tā Saluatoris noſtri, quàm eius ſanctæ Genitricis, & omnium ſanctorum, eaſq; in medio vrbis incendio concremari fecit. Et quia plerique ex populo tale ſcelus fieri prępediebant, aliquot ex eis capite truncati, alij alia parte corporis mulctati ſunt. Cuius errori Germanus Patriarcha non cōſentiens, à propria ſede depulſus eſt, & eius loco Anaſtaſius presbyter ordinatus eſt.

Leonis Imperatoris furor.

Refert tamē Zonaras eū à Gregorio Rom. Pontif. ſynodico anathemate obſtrictum.

Incēdi mandat impius Leo imagines Saluatoris & Sanctorum.

Martyrio affecti ꝓ imaginibus.

9. IDEM libro vltimo de geſtis Romanorum, in fine eadem ad verbum repetit.

10. IOANNES Patriarcha Hieroſolymitanus, in vita ſancti Ioannis Damaſceni: Ingruerant vniuerſo orbi nox horrida atque profundæ tenebræ, ità vt obſcurarentur venerabilium imaginum præclaræ figuræ. Illarum author fuit, non à triuio aliquis ac plebeius, qui in exigua tantùm parte orbis, malitiam ſuam diſſeminaret, ſed vir ille (vt ſic dicam) manu fines orbis complectens, Romanorum videlicet princeps. Is potentia inflatus, vi ſummā nitebatur, vt ad vnam venerandas imagines omnes, & locis in omnibus, demoliri poſſet. Et eapropter imaginum cultores partìm dilaniari faciebat, ſicut leo rapiens & rugiens, verè tam animo quàm corpore leo: partìm in diuerſa rugitu ſuo fugabat, atque adeò ſæuiebat, vt fidelium plerique in ſubterraneis ſpeluncis ſeſe occulerent, exiſtimaréntque tutius, leonibus ac draconibus conuenire, quàm cum illo illiúſque familiaribus habitare. Nonnulli etiam metu perterriti, vſque in extremos orbis terminos procurrerunt. Leo enim rugiet, & quis non formidabit? Ab ipſo inquam, quaſi à conſpectu colubri fugiebant. At Ioannes ille non leonina feritate, ſed gratia nomen ſortitus, ſpiritalíque gratia plenus, aduersùs ſingularem hunc ſerpentem, vt ſtomachari & exardeſcere cœpit, (ità autem ſtomachabatur, vt rectè & virtutem, & zelum dixeris ſtomachationem) non ad Sauromatas cum Thracibus, neque ad columnas Herculis cū Conſtantinopolitanis profugit, neque ad deſertiora loca ex palatijs tranſijt propter rugitum Leonis. Sed & cùm verſaretur Damaſci, & cùm monaſticam in ſolitario Palæſtinæ loco exerceret, ſtrenuus & impauidus aduersùs Leonē pugnabat. Quanuis autem ille ſtrenuiſſimus meus athleta, tanto locorum interuallo abeſſet à tyranno, libris tamen & ſermonibus cor illius diſſecabat, veluti tricuſpidibus haſtis, quas igne ſpiritus ſancti fabricabat, vitali aqua ſolidās. In eadem hiſtoria refert, quomodò ipſi Damaſceno per beatam virginem manus reſtituta ſit, quam propter imaginum defenſionem amiſerat.

Crudelitas Imperatoris in imaginum cultores.

Plura de huius Imperatoris Leonis crudelitate, filiorumque eius Cōſtantini Copronymi & Leonis Copronymi, vide apud Ioannē Zonaram, annaliū tomo 3.

Damaſceni libertas & conſtantia.

Scripta Damaſceni in defenſionem imaginum ſanctarum.

X.

Quid nobis præſcribit ſecundum præceptum?

A. PROHIBET abuſum diuini nominis & irreuerentiam, quæ committitur à periuris, blaſphemis, & per Deum, Sanctos, vel ſacra [a] temerè iurantibus, contra illud: [b] *Nolite iurare: ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non.*

Exod. 20. b Leuit. 19. c. 5. a b Eccli 23. b 27. b Zach. 5. a b & 8. c Leuit. 24. c Matth. 5. f
a 8. Tolet. can. 2.
b Matth. 5. f Iac. 5. c

B. Deindè requirit, vt iuxta rectum linguæ vſum ingentem reuerentiam diuino nomini exhibeamus, iuramenta ſeruemus, vota Deo & Eccleſiæ facta non violemus, deniquè vt verbum [c] Dei tractemus reuerenter.

Pſal. 33. a Ier. 4. a Pſal. 14. b & 75. b Eccleſ 5. a 1. Tim. 5. b Deut. 23. d
c Pſal. 49. c 2. Cor. 2. d 4. a Tridept. ſyno. ſeſſ. 4.

TESTIMONIA.

1. A. EXODI vigeſimo: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: Nec enim habebit inſontem Dominus eū, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà.

2. LEVITICI decimonono: Non periurabis in nomine meo, nec polluês nomen Dei tui. Ego Dominus.

3. ET quinto capite: Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſq; fuerit quòd aut ipſe vidit, aut conſcius eſt: niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Anima quę iurauerit & protulerit labijs ſuis, vt vel malè qiud faceret, vel benè, & idipſum iuramento aut ſermone firmauerit, oblitaq; poſteà intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnum ſiue capram, orabitque pro ea ſacerdos & pro peccato eius.

4. ECCLESIASTICI vigeſimotertio: Iurationi non aſſueſcat os tuum. Multi enim caſus in illa. Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorum non admiſcearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè, à liuore non minuitur: ſic omnis iurans & nominans, in toto à peccato non purgabitur. Vir multùm iurans, implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit, delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi diſſimulauerit, delinquit dupliciter: & ſi in vacuū iurauerit, non iuſtificabitur. Replebitur enim retributione domus illius. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur.

5. ET capite vigeſimoſeptimo: Loquela multū iurans, horripilationem capiti ſtatuet, & irreuerentia ipſius obturatio aurium.

6. ZACHARIAE quinto: Ego video volumen volans. Et dixit ad me (angelus ſcilicet): Hęc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius, & lapides eius.

7. ITEM capite octauo: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo &c. & iuramentum mendax nè diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus.

Digitized by Google

8. LEVITICI vigeſimoquarto: Educ blaſphemum (inquit Dominus ad Moyſen) extra caſtra, & ponant omnes qui audiêrunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loquêris: Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.

9. MATTHAEI quinto: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non periurabis: reddes autem Domino iuraméta tua. Ego auté dico vobis non iurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit ſermo autem veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantiùs eſt, à malo eſt.

10. CONCILIVM Toletanum octauum, canone ſecundo, multa diſſerit de incautis iuramentis. Ac inter alia quidem docet, iuramenta reſolui
Exod. 20.
non poſſe, quia ſcriptum ſit, Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Cæterùm iuramenta illicita ſeruanda non eſſe, ex beati Ambroſij teſti-
lib. 1. cap. 50. Incauta iuramenta an ſeruanda ſint, ex B. Ambroſij ſententia. Matth. 14.
monio, qui libro primo Officiorum hunc in modum loquitur: Eſt etiam contra officium nõnunquàm, ſoluere promiſſum, & ſacramentum cuſtodire: vt Herodes, qui iurauit, quoniam quicquid petitura eſſet, daret filię Herodiadis: & necem Ioannis præſtitit, nè promiſſum denegaret. Nam de
Iudic. 11.
Iephte quid dicam, qui immolauit filiam, quæ ſibi victori primùm occurrerat, quò votum impleret, quod ſpoponderat, vt quicquid ſibi primum occurriſſet, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quàm promiſſum ſoluere parricidio.
lib. 3. cap. 12.
Item in libro tertio: Purum ergò ac ſyncerũ oportet eſſe affectum, vt vnuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctitate poſſideat, nec fratrem circunſcriptione verborum ſeducat. Nihil promittat inhoneſtum. At ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm facere quod turpe ſit. Sæpè plerique conſtringunt ſe iuriſiurandi ſacramento, & cùm ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt, quod ſpoponderint. Sic
Matth. 14. Mar. 6.
ut dę Herode ſuprà ſcripſimus, qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit: Turpe eſt, quòd regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iuriſiurandi religione datur. Quanto tolerabilius tale fuiſſet periurium ſacramento? Et poſt pauca de Iephte
aliàs miſerabilis, Iudic. 11.
diſputans: Mirabilis, inquit, neceſſitas, quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt non vouere, quàm vouere id quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui. Et poſt paululũ: Non ſemper igitur promiſſa ſol-
Ionæ 3.
uenda omnia ſunt. Deniq; ipſe Deus, ſicut ſcriptura indicat, frequenter mutat ſuam ſententiã. Hæc
Ex Iſidor. lib. 2. ſentẽt. ſiue de ſummo bono, cap. 31. Vide Gratianũ 22. quæſt. 3. & 4.
ibi ex Ambroſio. Deindè ex Iſidoro: Non eſt conſeruandum ſacramentum, quod malè & incautè promittitur, velut ſi quiſpiã adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidẽ polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentum, quàm permanere in ſtupri flagitio. Similiter ex Synonymis: In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè vouiſti, non facias. Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Ibidèm ſic aiunt eadem de re Concilij Patres: Dum periuramus, creatorem quidem offendimus, ſed nos tantummodò maculamus. Cùm verò noxia promiſſa complemus: & Dei iuſſa ſuperbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & noſipſos crudeliori gladio trucidamus.

11. MATTHAEI quinto, vt in textu.

12. IACOBI quinto: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis.

1. B. PSALMO trigeſimotertio: Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

2. IEREMIAE quarto: Si reuerteris Iſrael, ait Dominus, ad me conuertere. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia: & benedicent eum gentes, ipſumq; laudabunt.

3. PSALMO decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.

4. ET ſeptuageſimoquinto: Vouete & reddite Domino Deo veſtro.

5. ECCLESIASTAE quinto: Si quid vouiſti Deo, nè moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque vóueris, redde: multoq; melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.

6. PRIORIS ad Timotheum quinto: Adoleſcentiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

7. DEVTERONOMII viceſimotertio: Cùm votum vóueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

8. PSALMO quadrageſimonono: Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Ibidèm: Peccatori autem dixit Deus, Quarè tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

9. POSTERIORIS ad Corinthios ſecundo: Non ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur.

10. ET capite quarto: Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo.

11. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione quarta, in decreto de editione & vſu ſacrorum librorum: Poſthæc temeritatem illam reprimere volens ſancta ſynodus, qua ad profana quæq; conuertuntur & torquentur verba & ſententiæ ſacræ ſcripturę; ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos: mandat & pręcipit, ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam & contemptum, nè decæterò quiſpiam quomodolibet verba ſcripturæ ſacræ ad hæc & ſimilia audeat vſurpare: vt omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coerceantur. Verba ſacræ ſcripturę non licet ad profana conuertere.

XI.

Quid imperat tertium præceptum?

Exod. 20.b 31.c Deut. 5.b Leuit. 23.a Hier. 17.d Eſa. 56.b Apoc. 1.c Actor. 20.b 1. Corinth. 16.a Aug. ad Ia-

A. POSTVLAT Sabbatum ſeu diem feſtum in Eccleſia, pijs operibus tranſigi. Vult igitur, vt animus tunc adſit curis vacuus, qui ſe liberè trans-

Digitized by Google

re transferat ad cultum interiorem & exteriorem Deo in fide, ſpe, & charitate pręſtandum. Vult, vt expediti Diuina meditemur beneficia, tractemus ſacra, oremus & adoremus Deum cùm priuatìm, tum publicè cum alijs in [a] ſpiritu & veritate.

nuar. epiſt. 119. cap. 12. & 13. & epiſt. 118. cap. 1. Item ſer. 154. de temp. Leo. epiſt. 81. ad Dioſcor. cap. 1.

a Ioan. 4. c

B. Prohibet autem diebus feſtis laborare, operibus vacare mechanicis, & occupationibus deditum eſſe profanis, nimirùm vt ocio ſancto vacemus, adeundo templum, & audiendo publicum Eccleſiæ ſacrum ſeu Miſſam, & ſtatam concionem, quemadmodùm hoc præceptum obſeruare pij conſueuerunt.

Deut. 5. b Num. 15. d Leuit. 23. e Ignat. ad Philip. Leo ſer. 3. de quadrageſ. Greg. lib. 11. ep. 3. Hiero. in ca 4. ad Galat. Aug. cont. Adimantũ, cap. 16. & ſer. 251. de temp. Conc. Mogunt. can. 36. 2. Matiſ. can. 1. Agathen. can. 21. & 47.

TESTIMONIA.

1\. A. EXODI vigeſimo: Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui eſt: Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, iumẽtum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo: idcircò benedixit Dominus diei Sabbati, & ſanctificauit eum.

2\. ET capite trigeſimoprimo: Videte vt Sabbatum meum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos. Cuſtodite Sabbatum meum, ſanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. Sex diebus facietis opus: in die ſeptimo Sabbatum eſt, requies ſancta Domino. omnis qui fecerit opus in die hac, morietur. Cuſtodiant filij Iſrael Sabbatũ, & celebrent illud in generationibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael, ſignumq; perpetuum: ſex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in ſeptimo ab opere ceſſauit.

3\. DEVTERONOMII quinto: Obſerua diem Sabbati, vt ſanctifices eum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies Sabbati eſt, id eſt, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu & filius tuus. & filia, ſeruus & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumẽtum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas tuas, vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua, ſicut & tu. Memento quòd & ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti & brachio extento. Idcircò præcepit tibi, vt obſerues diem ſabbati.

Feſta Iudæorum.

4\. LEVITICI vigeſimotertio: Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia Sabbati requies eſt, vocabitur ſanctus: omne opus non facietis in eo: Sabbatum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. Hæ ſunt ergò feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis.
1\. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, phaſe Domini eſt: & quintadecima menſis huius, ſolennitas azymorũ Domini eſt. Numerabitis ab altero die Sabbati in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alteram diem expletionis
2\. hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies, & ſic offeretis ſacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis veſtris.
3\. Menſe ſeptimo, prima die menſis erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: Omne opus ſeruile non facietis in eo, &
4\. offeretis holocauſtum Domino. Decimo die menſis huius ſeptimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetisq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter: Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: & quæ operis quippiã fecerit, delebo eam de populo ſuo. Nihil ergò operis facietis in eo: legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris. Sabbatum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis.
5\. A quintodecimo die menſis huius ſeptimi, erunt ferię tabernaculorum ſeptem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atque ſanctiſſimus: omne opus ſeruile non facietis in eo. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino.
6\. Dies quoquè octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atq; collectę: omne opus ſeruile non facietis in eo. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas: &c.

5\. HIEREMIAE decimoſeptimo: Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbati: nec inferatis per portas Ieruſalem. Et nolite eijcere onera de domibus veſtris in die Sabbati, & omne opus non facietis: ſanctificate diem Sabbati, ſicut præcepi patribus veſtris.

6\. ESAIAE quinquageſimoſexto: Quia hęc dicit Dominus Eunuchis, Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem Sabbatũ, nè polluat illud, & tenentem fœdus meum: Adducam eos in montem ſanctum meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.

7\. APOCALYPSIS primo: Fui in ſpiritu in Dominica die.

8\. ACTORVM vigeſimo: Vna autem Sabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis: &c.

9\. PRIORIS ad Corinthios decimoſexto: De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſijs Galatiæ, ità & vos facite. Per vnã Sabbati vnuſquiſque veſtrùm apud ſe ſeponat, recondens quod ei benè placuerit, vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.

10\. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimanona ad Ianuarium, capite duodecimo: Ideóque inter omnia illa decem præcepta ſolum ibi quod de Sabbato poſitum eſt, figuratè obſeruandum præcipitur: quam figuram nos intelligendam, non etiã per ocium corporale celebrandam, [*] ſuſcepimus. Cùm enim Sabbato ſignificetur ſpiritalis requies, de qua dictum eſt in Pſalmo: Vacate & videte, quoniã ego ſum Deus; & quò vocantur homines ab ipſo Domino, dicente: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam:

Præceptũ de colendo Sabbato quò ad Chriſtianos pertineat

** al. ſuſcepimus*

Pſal. 45.

Matth. 11.

Digitized by Google

reficiam: tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: cætera tamen ibi præcepta propriè ſicut præcepta ſunt, ſine vlla figurata ſignificatione obſeruamus. Nam & idola non colere manifeſtè didicimus, & non accipere in vanum nomen Domini Dei noſtri, & honorare patrem & matrem, & non mœchari, non occidere, non furari, non falſum teſtimonium dicere, non concupiſcere vxorem proximi, non concupiſcere vllam rem proximi, non figuratè aliud prætendunt, & myſticè aliud ſignificant; ſed ſic obſeruantur, vt ſonant. Obſeruare tamen diem Sabbati non ad literam iubemur, ſecũdùm ocium ab opere corporali, ſicut obſeruant Iudæi: & ipſa eorum obſeruatio, quia ità præcepta eſt, niſi aliam quandam ſpiritalem requiem ſignificet, ridenda iudicatur. Vndè non inconuenienter intelligimus ad amorem excitãdum, quo ad requiem tendimus, valere omnia quæ figuratè in ſcripturis dicuntur, quandoquidem id ſolùm in decalogo figuratè præcipitur, vbi requies commendatur, quæ vbiquè amatur, ſed in ſolo Deo certa & ſancta inuenitur.

Exod. 20. Deut. 5.

11. DEINDE capite decimotertio: Dies tamen Dominicus nõ Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione Domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium ſanctorum ante reſurrectionem corporis ſunt quidem in requie, ſed in ea non ſunt actione, qua corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus; quia nõ aufert illam requiem, ſed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem. Quapropter ante reſurrectionem Domini, quanuìs ſanctos Patres plenos ſpiritu prophetico octauæ ſacramentum nequaquàm lateret, quo ſignificatur reſurrectio: nam & pro octaua Pſalmus inſcribitur, & octauo die circuncidebantur infantes, & in Eccleſiaſte ad duorum teſtamentorum ſignificationem dicitur: Da illis ſeptem, & illis octo. reſeruatum eſt tamen & occultatum, & ſolum celebrandũ ſabbatum traditum eſt, quia erat anteà requies mortuorum: reſurrectio autem nullius erat, donèc veniret Chriſtus, qui reſurgens ex mortuis, iam non moreretur, & mors illi vltrà non dominaretur. Sed poſtquàm facta eſt talis reſurrectio in corpore Dominico, vt præiret in capite Eccleſiæ, quod corpus Eccleſiæ ſperaret in fine, iam etiam dies Dominicus, id eſt, octauus, qui & primus, inciperet celebrari, ipſa etiam cauſa intelligitur, cur ad obſeruandum Paſcha, vbì agnum occidere & comedere iubentur, cùm manifeſtiſſimè paſſionem Domini præfiguret, non eis ità præceptum eſt, vt attenderent occurrere Sabbatum, & cum menſe nouorum & tertiam lunæ hebdomadam concurrere, vt eundem quoquè diem Dominus potiùs ſua paſſione ſignaret, qui etiam Dominicum, id eſt, octauum, qui & primus eſt, declaraturus aduenerat.

Dies Dominicus in locũ Sabbati ſucceſſit apud Chriſtianos.

1 Cor. 15.

Eccles 11.

Rom. 6.

12. ITEM epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri, ſicuti quòd Domini paſſio & reſurrectio, & aſcenſio in cælum, & aduentus de cælo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrerit quod ſeruatur ab vniuerſa, quacunquè ſe diffundit, Eccleſia.

Anniuerſariæ ſolennitates Chriſtianorũ ab Apoſtolis inſtitutæ, vel à plenarijs Concilijs.

13. IDEM ſermone centeſimo quinquageſimoquarto de tempore: Venerabilis eſt hic dies, qui Dominicus dies, & dies primus atque perfectus eſt, & dies clarus, in quo viſa eſt prima lux. In quo tranſgreſſi ſunt filij Iſrael mare rubrum ſiccis pedibus, & in quo pluit manna filijs Iſrael in deſerto, & quo Dominus baptizatus eſt in Iordane. Quo vinum de aqua in Cana Galilææ factum eſt, quo benedixit Dominus quinque panes, quibus ſatiauit quinque millia hominum. In quo reſurrexit Dominus à morte, quo intrauit Dominus in domos clauſas, vbi erãt diſcipuli congregati propter metum Iudęorum: in quo ſpiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos, & in quo ſperamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ad iudicium venturum: in quo die omnis creatura reformabitur in melius, vt ſol & luna ſeptuplum lumen accipiant, & ſancti homines vitam æternã propter merita bonæ obedientiæ recipiant à Deo.

Dici Dominicæ commendatio.

Gen. 1. Exod. 14. Exod. 16. Matth. 3. Ioan. 2. Matth 14. Ioan. 20. Actor. 2. Eſa. 30.

14. LEO Magnus epiſtola octogeſimaprima ad Dioſcorum, capite primo: Dies reſurrectionis Dominicæ tantis diuinarum diſpoſitionum myſterijs eſt conſecrata, vt quicquid eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium: in hac per reſurrectionem Chriſti & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam ſumunt, & inferendum vniuerſo mundo ſacramentũ regenerationis accipiunt. In hac (ſicut beatus Ioannes Euangeliſta teſtatur) congregatis in vnum diſcipulis, ianuis clauſis, quum ad eos Dominus introijſſet, inſufflauit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac deniquè promiſſus à Domino Apoſtolis Spiritus ſanctus aduenit.

Dominicæ diei excellentia.

Gen. 1. Marc. 16. Matth. 28. Ioan. 20. Ioan. 14. & 16. Actor. 2.

15. IOANNIS quarto: Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

1. B. DEVTERONOMII quinto: Obſerua diem Sabbati, &c. vt ſuprà, hac quæſtione, A. teſtimonio tertio.

2. NVMERORVM decimoquinto: Factum eſt autem, cùm eſſent filij Iſrael in ſolitudine, & inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moyſi & Aaron & vniuerſæ multitudini. Qui recluſerũt eum in carcerem, neſciẽtes quid ſuper eo facere deberent. Dixitq; Dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra. Cúmque eduxiſſent eum foràs, obruerunt eum lapidibus, & mortuus eſt ſicut præceperat Dominus.

3. LEVITICI vigeſimotertio: vt ſuprà, hac quæſtione, A. teſtimonio quarto.

4. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Dies feſtos nolite inhonorare.

5. LEO Magnus ſermone tertio de Quadrageſima: Si rationabile & quodammodò religioſum videtur, per diem feſtum in veſtitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis oſtendere, ſi ipſam quoquè orationis domum propenſiore tunc cura & ampliore cultu, quantùm poſſumus, adornamus: nónne dignũ eſt, vt anima Chriſtiana, quæ verum viuumq; Dei templum eſt, ſpeciem ſuam prudenter exornet, & redemptionis ſuæ celebratura ſacramentum, omni circunſpectione præcaueat, nè vlla eã macula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga dedecoret? Nam quid prodeſt honeſtatis formam præferens cultus exterior, ſi interiora hominis aliquorum ſordeant contaminatione vitiorum? Omnia igitur, quæ animi puritatem & ſpeculũ mentis obnubilant, abſtergenda ſedulò, & quadã elimatione radenda ſunt. Scrutetur quiſq; conſcientiam ſuam, ſeq; ante ſe ſtatuat proprij cẽſura iudicij &c. Vndè quia dum mortali carne circũdamur, non deſinit nobis

Diebus feſtis ſicut ornãtur corpora & tẽpla, ità & animæ ſuis ornamentis exornãda eſt & à vitijs purganda.

Ad feſtũ Paſchæ celebrãdum quadrageſimali ieiunio præparamur ex Spiritus ſancti doctrina.

nobis antiquus hoſtis laqueos peccati vbiquè prętendere, & tunc maximè aduersùs Chriſti membra ſæuire, quando ab eis ſunt celebranda ſacratiora myſteria, meritò doctrina ſpiritus ſancti hac eruditione imbuit populum Chriſtianum, vt ad Paſchale feſtum quadraginta dierum continentia ſe præparet.

Die Dominico quid agendum.

6. GREGORIVS libro vndecimo epiſtolarum, epiſtola tertia ad Romanos ciues: Dominico die à labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodò orationibus inſiſtendum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominicæ precibus expietur.

An Paulus prohibeat quoſuis dies obſeruari à Chriſtianis.

7. HIERONYMVS in caput quartum ad Galatas: Dicat aliquis: Si dies obſeruare non licet, & menſes, & tempora, & annos, nos quoquè ſimile crimen incurrimus, quartam ſabbati obſeruantes, & paraſceuen, & diem Dominicam, & ieiunium Quadrageſimæ, & Paſchæ feſtiuitatem, & Pentecoſtes lætitiam, & pro varietate regionũ, diuerſa in honore martyrum tempora conſtituta: Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, Non eoſdem Iudaicę obſeruationis dies eſſe, quos noſtros.

Iudaica feſta nõ celebrantur à Chriſtianis.

Nos enim nõ azymorum paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem, iuxta morem Iſrael, numeramus hebdomadas in Pentecoſte; ſed Spiritusſancti veneramur aduentum. Et nè inordinata congregatio populi fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnum omnes pariter veniremus.

Cur dies feſti inſtituti ſint.

8. AVGVSTINVS in libro contra Adimantum Manichæi diſcipulum, capite decimoſexto: Nos quoquè & Dominicum diem & Paſcha ſolenniter celebramus, & quaslibet alias Chriſtianas dierum feſtiuitates. Sed quia intelligimus quò pertineant, non tempora obſeruamus, ſed quæ illis ſignificantur temporibus.

Solennitates Chriſtianorũ

9. IDEM ſermone ducenteſimo quinquageſimoprimo de tempore: Sciendum eſt, fratres chariſſimi, quòd ideò à ſanctis patribus noſtris conſtitutum eſt Chriſtianis & mandatum, vt in ſolennitatibus Sanctorũ, & maximè in Dominicis diebus, ocium haberent, & à terreno negocio vacarẽt, vt paratiores & promptiores eſſent ad diuinum cultum, cùm non haberent, quod eos indè retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenam ſolicitudinem, quò faciliùs poſſent Dei intendere voluntatẽ. Indè ipſe Dominus per prophetam dicit; Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. At hi qui diuerſis curis ac negocijs implicati, hanc ſententiam Dei ſpernunt, & diuinæ contemplationi vacare nolũt, timeo quòd in futuro iudicio illis ianuã Domini pulſantibus atq; aperiri poſcentibus, Dominus reſpondeat, Amen dico vobis, neſcio vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Et qui modò Deũ quærere negligunt, ab ipſo tunc reſpuuntur. Idcircò fratres mei, non ſit vobis moleſtũ, in Dominicis diebus & in Natalitijs Sanctorum, diuino ſtudere cultui.

Cur à terrenis negocijs Chriſtiani feriãtur, diebus feſtis & Dominicis.

Pſal. 45.

Luc. 13.

Dominicũ ergò diem Apoſtoli & Apoſtolici viri ideò religioſa ſolennitate habendum ſanxerunt, quia in eodẽ redemptor noſter à mortuis reſurrexit. Quiq; ideò Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus vel mũdi illecebris abſtinentes, tantùm diuinis cultibus ſeruiamus: dantes ſcilicet diei huic honorem & reuerentiam, propter ſpem reſurrectionis noſtrę, quam habemus in illa. Nam ſicut ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, & Saluator reſurrexit à mortuis, ità & nos reſurrecturos in nouiſſimo die ſperamus. Appáret autem, hunc etiam in ſcripturis ſanctis eſſe ſolennẽ. Ipſe enim eſt primis dies ſeculi, in ipſo formata ſunt elemẽta mundi, in ipſo creati ſunt angeli, in ipſo quoq; à mortuis reſurrexit Chriſtus, in ipſo de cœlis Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit; manna in eodem in eremo primùm de cœlo datũ eſt. His enim ſpeciebus ac talibus indicijs, Dominica dies extat inſignis. Ac ideò ſancti doctores Eccleſiæ decreuerunt omnem gloriã Iudaici Sabbatiſmi in illam trãsferre, vt quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate: quia tunc erit requies noſtra vera, quando reſurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore ſimul perfecta. Obſeruemus ergò diẽ Dominicã, fratres, & ſanctificemus illam, ſicut antiquis præceptũ eſt de Sabbato, dicente Legiſlatore; A veſpera vſq; ad veſperam celebrabitis Sabbata veſtra. Videamus nè ocium noſtrum vanum ſit, ſed à veſpera diei Sabbati vſq; ad veſperã diei Dominici, ſequeſtrati à rurali opere, & ab omni negocio, ſoli diuino cultui vacemus. Sic quoq; ſanctificamus ritè Sabbatũ Domini, dicente Domino; Omne opus non facietis in eo. Veniat ergò, cuicunq; poſſibile ſit, ad veſpertinã atq; nocturnam celebrationem, & oret ibi in cõuentu Eccleſię pro peccatis ſuis Deum. Qui verò hoc non poſſit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat Deo ſoluere votũ, ac reddere penſum ſeruitutis. In die verò nullus ſe à ſacra Miſſarum celebratione ſeparet, neq; ocioſus quis domi remaneat cæteris ad Eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio, circunuagando campos & ſyluas, clamorem & cachinnum ore exaltans; non gemitum nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens.

Cur dies Dominicus ex Apoſtolorum inſtitutione celebratur.

Matth. 28.

Die Dominico quæ præclarè acciderint.

Gen. 1.

Act. 2.

Exod. 16.

Sabbati celebratio abrogata.

Exod. 20.

Leuit. 23.

Quibus ſtudijs vacandũ in diebus feſtis.

10. CONCILIVM Moguntinum canone trigeſimoſexto, 11. SECVNDVM Matiſconenſe canone primo, 12. ET Agathenſe canone vigeſimoprimo, 13. ET quadrageſimoſeptimo: vide infrà in tractatu de præceptis Eccleſiæ, quæſtione decimaquarta.

XII.

Quæ ſumma eſt horum trium præceptorum?

A. HAEC tria priora quidem præcepta, quæ ſunt [a] primæ tabulæ, nos eò inſtituunt, vt verum Deo cultum pręſtemus, interiorem ſcilicet & exteriorem corde, ore, & opere, priuatim & publicè.

[a] Aug. quæſt. 71. in Exodũ, & in Pſal. 32. concione 2.

B. Reliqua ſeptem, quæ porrò ſequuntur, præcepta ſecundæ tabulæ dicuntur, in hoc addita, vt noſtrum erga proximum officium explicent.

TESTIMONIA.

Quot ſint primæ tabulæ præcepta, & quot ſecũdæ.

1. A. AVGVSTINVS quæſtione ſeptuageſimaprima ſuper Exodum: Quæritur, decem præcepta legis quemadmodùm diuidẽda ſint: vtrùm quatuor ſint vſque ad præceptum de Sabbato, quæ ad ipſum Deum pertinent: ſex autem reliqua, quorum primum eſt, Honora patrem & matrem, quæ ad hominem pertinent: an potiùs illa tria ſint, & iſta ſeptem. Qui enim dicunt illa quatuor eſſe, ſeparant quod dictum eſt; Non erunt tibi dij alij præter me: vt aliud præceptũ ſit, Non facies tibi idolum: & cætera: vbi figmenta colenda prohibentur. Vnum autem volunt eſſe, Non concupiſces vxorem proximi tui: &, Non concupiſces domum proximi tui, & omnia vſque in finem. Qui verò illa tria eſſe dicunt, & iſta ſeptem, vnum volunt eſſe, quicquid de vno colendo Deo præcipitur, nè aliquid aliud pręter illum pro Deo colatur. Hæc autem extrema pręcepta in duo diuiduut, vt aliud ſit præceptum, Non concupiſces vxorem proximi tui: & aliud, Non concupi-

Digitized by Google

ſces domum proximi tui, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quęcunque illius ſunt. Decem tamen eſſe pręcepta neutri ambigunt, quoniam hoc ſcriptura teſtatur. Mihi tamen videntur congruentiùs accipi tria illa, & iſta ſeptem, quoniam Trinitatem videntur illa quæ ad Deum pertinent, inſinuare diligentiùs intuentibus. Et reuerà quod dictũ eſt, Non erunt tibi dij alij præter me: hoc ipſum perfectiùs explicatur cùm prohibêtur colenda figmenta. Concupiſcentia porrò vxoris alienæ, & concupiſcentia domus alienæ, tantùm in peccando differunt: vt illi quod dictum eſt, Nõ concupiſces domum proximi tui: adiuncta ſint & alia, dicente ſcriptura, Neq; agrũ eius, neq; ſeruũ eius, neq; ancillã eius, neq; bouẽ eius, neq; ſubiugales eius, neq; omne pecus eius, neq; quęcunq; proximi tui ſunt. Diſcreuiſſe autem videtur concupiſcentiam vxoris alienæ, à concupiſcentia cuiuslibet rei alienæ, quando vtrunq; ſic cœpit, Non concupiſces vxorem proximi tui: &, Non concupiſces domũ proximi tui: & huic cœpit cætera adiungere. Non autẽ cùm dixiſſet, Non concupiſces vxorem proximi tui: huic cõnexuit alia, dicens, Neque domum eius, neq; agrum eius, neq; ſeruũ eius, &c. ſed omninò apparent hæc eſſe coniuncta, quæ in vno præcepto videntur contineri, & diſcreta ab illo, vbi vxor nominata eſt. Illud aũt vbi dictum eſt, Non erunt tibi dij alij præter me: apparet huius rei diligentiorem executionem eſſe in ijs quæ ſubiecta ſunt. Quò enim pertinet, Non facies tibi idolum, neq; vllum ſimulacrum: quæcunq; in cælo ſunt ſursùm, & quæcunq; in terra deorsùm, & quæcunq; in aqua ſub terra, non adorabis ea, neq; ſeruies illis: niſi ad id quod dictum eſt, Non erunt tibi dij alij præter me? Et paulò pôſt: In illis duobus præceptis, nõ mœchandi, & non furandi, ipſa opera notata ſunt: in his verò extremis, ipſa concupiſcentia: quæ tantum differunt, vt aliquando mœchetur, qui nõ concupiſcit vxorem proximi, cùm alia aliqua cauſa illi miſcetur: aliquando autẽ concupiſcat, nec ei miſceatur, pœnã timens: & hoc fortaſsè lex oſtendere voluit, quòd vtraque peccata ſint. Et in fine eiuſdem quęſtionis: Si furti nomine benè intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ: non enim rapinã permiſit, qui furtũ prohibuit, ſed vtiq; à parte totũ intelligi voluit, quicquid illicitè rerũ proximi aufertur: profectò & nomine mœchię omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi. Et quod dictum eſt, Non occídes: non putandum eſt fieri contra hoc præceptum, quando lex occídit, vel occídi aliquem Deus iubet. Ille enim facit qui iubet, quando miniſterium negare non licet.

Auguſtinus exiſtimat potiùs tria conſtituẽda primę tabulæ, & ſecũdæ ſeptẽ præcepta.

Deut. 1. Exod. 20. ſecundùm lxx.

Quomodò differant ſextum & ſeptimum mãdatum à nono & decimo.

Nomine furti & mœchiæ quid intelligatur.

Quinti pręcepti explicatio.

2. IDEM in Pſalmum trigeſimum ſecundum, concione prima: Cùm attendis ſuperiora dona Dei, quid tibi contulerit præceptorum, qua doctrina cæleſti te imbuerit, quid tibi deſupèr ex illius veritatis fonte præceperit, conuertere & ad Pſalterium, & pſalle Domino in pſalterio decem chordarum. Præcepta enim legis decem ſunt. In decem præceptis legis habes pſalterium. Perfecta res eſt. Habes ibi dilectionem Dei in tribus, & dilectionem proximi in ſeptem. Et vtiquè nôſti Domino dicente, quia in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Dicit tibi Deus deſupèr, quia Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Habes vnam chordam. Non accipias in vanum nomen Domini Dei tui: habes alteram chordam. Obſerua diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaicis delicijs, qui ocio abutuntur ad nequitiam. Meliùs enim vtiquè tota die foderent, quàm tota die ſaltarent. Sed tu cogitans requiem in Deo tuo, & propter ipſam requiem omnia faciens, abſtine ab opere ſeruili. Omnis enim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & vtinàm hominis, & non peccati. Hæc tria pertinent ad dilectionem Dei; cuius cogita vnitatem, veritatem, & voluntatem. Eſt enim quædam voluntas in Domino, vbi verum ſabbatum, vera requies. Vndè dicitur, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quis enim ſic delectat, quàm ille qui fecit omnia quæ delectãt? In his tribus charitas Dei, in ſeptem alijs charitas proximi, nè facias alij quod pati non vis. Honores patrẽ & matrem: quia vis te honorari à filijs tuis. Nõ mœchaberis: quia nec mœchari vxorem tuam poſt te vis. Non occídes: quia & occídi non vis. Non fureris: quia furtum pati non vis. Non falſum teſtimonium dicas: quia odiſti aduersùm te falſum teſtimonium dicentem. Non concupiſces vxorem proximi tui: quia & tuam non vis ab alio concupiſci. Non concupiſces rem aliquam proximi tui: quia ſi quis tuam concupiſcit, diſplicet tibi. Conuerte & in te linguam, quando tibi diſplicet, qui tibi nocet. Hæc omnia præcepta Dei ſunt, ſapientia donante data ſunt, deſupèr ſonant. Tange pſalterium, imple legem, quam Dominus Deus tuus non venit ſoluere, ſed adimplere. Implebis enim amore, quod timore non poteras.

Deut. 5. Dilectio Dei tribus præceptis explicatur: proximi verò, ſeptem. Matth. 22. Deut. 6. Deut. 5. Ibidèm.

Minùs malũ eſſet in die feſto fodere, quàm ſaltare.

Ioan. 8.

Pſal. 35.

Tob. 4. Matth. 7. Deut. 5.

Matth. 5.

XIII.

Quid proponit & iniungit quartum præceptum?

Deu. 5. b Coloſ. 3. d Ephe. 6. a Eccli 3. a b Prou. 23. c Tobiæ 4. a

a Rom. 13. a b Hebr. 13. c Tit. 3. a 2. c 1. Tim. 2. a 6. a 1. Pet. 2. c 5. b Epheſ. 6. a Coloſſ. 3. d

A. DOCENTVR hîc filij, quid ſuis debeant parentibus, quorum & ope in hanc lucem editi, & labore liberaliter ſunt educati. Docentur & [a] ſubditi, ſuum deferre officium maioribus, id eſt, omnibus qui dignitate & poteſtate quadam ſiue in politicis, ſiue in Eccleſiaſticis magiſtratibus gerendis præcellunt.

b Leu. 19. g 1. Pet. 2. c Geneſ. 43 f 1. Tim. 6. a Eccli 4. a Act. 10. d

c 1. Timoth. 5. c 1. Cor 9. b Matth. 10. b 22. b Luc. 10. b Ambroſ. li. 5. hexaem. c. 16.

B. Debent autem & illi parentibus, & hi maioribus ſuis tum interiorem, tum exteriorem [b] quandam reuerentiam & obſeruantiam, [c] opem itidèm & obedientiam.

d Matth. 15. a Hebr. 13. c Exod. 21. c 22. d Leu. 20. b Deut. 21. d 27. c Prou. 20. c 28. d 30. b c Eccli 3. b

C. Vetatur prætereà, nè quacunque ratione vel [d] offendamus, vel contriſtemus perſonas eiuſmodi ſublimiores, ſiue verbis aut ſignis, ſiue factis id committatur.

TESTIMONIA.

1. A DEVTERONOMII quinto: Honora patrẽ tuum & matrem, ſicut pręcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & benè ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

2. AD Coloſſenſes tertio: Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitũ eſt in Domino.

3. AD Epheſios ſexto: Filij, obedite parentibus veſtris in Domino. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod eſt mandatum primum in promiſſione) vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

4. ECCLESIASTICI tertio: Filij ſapientiæ,

Digitized by Google

Eccleſia iuſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & ſic facite, vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrē in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios: ſicut qui theſaurizat, ità & qui honorificat matrē ſuam. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet lōgiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. In opere, & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autē matris eradicat fundamēta. Nè glorieris in contumelia patris tui: nō eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis eſt ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili, ſuſcipe ſenectā patris tui, & nō contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniā da, & nè ſpernas eū in virtute tua. Eleemoſyna enim patris nō erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tuî: & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. Quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.

5. PROVERBIORVM vigeſimotertio: Audi patrem tuum qui genuit te: & nè contemnas cùm ſenuerit mater tua. Iterùm: Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te.

6. TOBIAE quarto: Igitur cùm Tobias putaret orationem ſuam exaudiri vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum, dixitq; ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtrue. Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitę eius. Memor enim eſſe debes, quę & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Cùm autem & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelias eam circa me.

7. AD Romanos decimotertio: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem nō timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autē malum feceris, time. non enim ſine cauſa gladiū portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in irā ei qui malū agit. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter irā, ſed etiam propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis: Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruiētes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

8. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri; vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

9. AD Titū tertio: Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare.

10. ET capite ſecundo: Seruos hortare dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes: non fraudātes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes, vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

11. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo.

12. ITEM capite ſexto: Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur: nè nomen Domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed magìs ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participes ſunt. Hæc doce, & exhortare.

13. PRIORIS Petri ſecundo capite: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquàm ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiū hominum ignorantiam: quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

14. ET capite quinto: Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

15. AD Epheſios ſexto: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculū ſeruientes, quaſi hominibus placētes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino & non hominibus, ſcientes quoniam vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

16. AD Coloſſenſes tertio: Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placētes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis.

1. B. LEVITICI decimonono: Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuum.

2. PRIORIS Petri ſecundo: Subiecti eſtote &c. vt paulò antè, A. teſtimonio decimotertio.

3. GENESIS quadrageſimotertio: Ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus ſuis, & adorauerunt proni in terram. Reuerentia.

4. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur: nè nomen Domini & doctrina blaſphemetur.

5. ECCLESIASTICI quarto: Presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.

6. ACTORVM decimo: Et factum eſt cùm introiſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius: & prócidens ad pedes eius, adorauit.

7. PRIORIS ad Timotheum quinto: Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborāt in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et, Dignus eſt operarius mercede ſua. Suſtentatio.

8. PRIORIS ad Corinthios nono: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid ſecundùm hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptū eſt enim in lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtiq; dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt, quoniā debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quarè nō potiùs nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, nè quod offen-

offendiculum demus Euangelio Chriſti. Neſcitis,quoniam qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt edunt: & qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ità & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant,de Euãgelio viuere.

9. MATTHAEI decimo: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via,neque duas tunicas,neque calceamenta,neque virgam. dignus eſt enim operarius cibo ſuo.

10. ET capite vigeſimoſecundo: Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris,Cæſari: & quæ ſunt Dei,Deo.

11. LVCAE decimo: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt.Dignus eſt enim operarius mercede ſua.In quancunque ciuitatem intraueritis,& ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.

Ciconiarum pietas in parentes.

12. AMBROSIVS libro quinto hexameron, capite decimoſexto: Quàm verò rationabilium excedat pietatem ac prudentiam ciconiæ clementia, conſiderandum, quam nec poſt exemplum quidem rationabilium quiſquam noſtrorũ imitari poterit.Nam depoſiti patris artus, per longæuum ſenectutis plumarum tegmine alarumq; remigio nudatos, circunſtans ſoboles pennis proprijs fouet. Et quid dicam collatitio cibo paſcit, quando etiã ipſa reparat naturæ diſpẽdia, vt hinc atq; indè ſubleuantes ſenẽ fulcro alarum ſuarum ad volandũ exerceant,& in priſtinos vſus deſueta iam reuocent pij patris membra? Quis noſtrũm leuare ægrum non faſtidiat patrem? Quis feſſum ſenem ſuis humeris imponat,quod in ipſa hiſtoria vix credibile habetur? Quis, vt pius ſit,nõ hoc ſeruulis mandat obſequium? At verò auibus non eſt graue, quod pietatis eſt plenum: non eſt oneroſum, quod ſoluitur naturæ debito. Non recuſant aues paſcere patrem, quod etiam præſcripta neceſſitate, ſub terrore pœnarum pleriq; hominũ recuſàrunt. Aues non ſcripta,ſed nata lex ſtringit. Aues ad hoc munus nullo præcepto conueniunt, ſed gratiæ naturalis officio. Aues nõ erubeſcũt reuerendi ſenis membra portare. Eſt enim vectura pietatis: quod eò vſq; frequenti teſtificatione percrebuit, vt cõgruæ mercedem remunerationis inuenerit. Nam Romanorum vſu pia auis vocatur. Et quod vix vni Imperatori conſulto Senatus delatum dicitur, hoc iſtæ aues in commune meruerunt. Habent ergò aues iſtæ decreta patrũ ad propriæ inſigne clementiæ. Pios enim filios, patrum priùs oportuit iudicio prædicari. Habent etiam vniuerſorũ ſuffragia. Nam retributio beneficiorũ antipelargoſis nominatur.Pelargos enim ciconia dicitur. Virtus itaq; ab his nomen accepit,cùm relatio gratiarum ciconiæ vocabulo nuncupatur.

1. C. MATTHAEI decimoquinto: Ipſe autem reſpondens,ait illis: Quarè & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtrã? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me,tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mãdatum Dei propter traditionem veſtram.

Rebelles parentibus.

2. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris,&c. vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes. hoc enim non expedit vobis.

3. EXODI vigeſimoprimo: Qui percuſſerit patrem ſuum,aut matrẽ, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel matri,morte moriatur.

4. ET vigeſimoſecundo: Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.

5. LEVITICI vigeſimo: Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit,ſanguis eius ſit ſuper eum.

6. DEVTERONOMII vigeſimoprimo: Si genuerit homo filium contumacẽ & proteruum, qui nõ audierit patris ac matris imperiũ, & coërcitus obedire contempſerit, appræhendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius,& ad portam iudicij,dicentq; ad eos,Filius noſter iſte proteruus & cõtumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur,vt auferatis malum de medio veſtrĩ, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

7. ET capite vigeſimoſeptimo: Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem. & dicet omnis populus, Amen.

8. PROVERBIORVM vigeſimo: Qui maledicit patri ſuo & matri,extinguetur lucerna eius in medijs tenebris.

9. ITEM vigeſimooctauo: Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit, hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt.

10. ET capite trigeſimo: Generatio quę patri ſuo maledicit, & quę matri ſuæ nõ benedicit,&c. Ibidèm: Oculũ qui ſubſannat patrem,& qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.

11. ECCLESIASTICI tertio: Fili,ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, &c. vt ſuprà.

XIIII.

Quid includit quintum præceptum?

Geneſ.9.a Leui.24.c 19.d Deut.5.b Exod.20.c 21. c Matth.5.c Iac.2.b 1.Ioan.3.c Epheſ.4.g Coloſſ.3.b Pſal.4.a Rom.12.cd Deut.32.e Eccli 28.a b Heb.10.f 12.d

A. Non ſolùm externam prohibet cædem & vim omnem quæ corpus & vitam proximi lædit, ſed etiam iram, odium, rancorem, indignationem, vindictæ cupiditatem, & quoſuis internos affectus ad proximi læſionem propenſos, amputat.

a Epheſ.4.a Coloſſ.3.b Rom.12.c d 1.Pet.3.b Eph.6.b Philip.4.b Matth.6.b 5.g 18.c d Luc.6.f Marc.11.c Prouerb.24.d

b Epheſ.4.g

B. Requirit verò [a] animi manſuetudinem, humanitatem, clementiam,comitatem,beneficentiam: nimirùm vt iniuriarum facilè obliuiſcamur, nec vindictam expetamus, ſed ità condonemus inuicèm offenſas,ſicut in Chriſto Deus [b] nobis donauit.

TESTIMONIA.

1. A GENESIS nono: Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis: de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem,fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

2. LEVITICI vigeſimoquarto: Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo,dentem pro dente reſtituet. qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit hominem, punietur.

3. ET capite decimonono: Nõ erit criminator, nec ſuſurro in populo. Non ſtabis contra ſanguinem

Digitized by Google

nem proximi tui. Ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, nè habeas ſuper illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

4. DEVTERONOMII quinto: Nō occides.

5. EXODI vigeſimo: Non occides.

6. ET vigeſimoprimo: Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius: conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur &c.

7. MATTHAEI quinto: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

8. IACOBI ſecundo: Qui dixit, Non mœchaberis: dixit &, Non occides.

9. PRIMAE Ioannis tertio: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.

10. AD Epheſios quarto: Iraſcimini, & nolite peccare. Sol non òccidat ſuper iracundiā veſtram. Ibidèm: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

11. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro.

12. PSALMO quarto: Iraſcimini, & nolite peccare.

13. AD Romanos duodecimo: Nulli malum pro malo reddentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ. ſcriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

14. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore.

15. ECCLESIASTICI vigeſimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi, peccata ſoluetur. Homo homini reſeruat irā, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiā: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat irā: & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamentum Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentiū immittet inimicitiam. Secundùm enim ligna ſiluæ, ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis, ſic iracundia illius erit: & ſecundùm ſubſtantiam ſuam, exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem: & lingua teſtificans adducit mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur. vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.

16. AD Hebræos decimo: Scimus qui dixit, Mihi vindictam, ego retribuam.

17. ET capite duodecimo: Contemplantes, nè quis deſit gratiæ Dei: nè qua radix amaritudinis ſursùm germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

1. B. AD Epheſios quarto: Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

2. AD Coloſſenſes tertio: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicèm: & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduersùs aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ità & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore.

3. AD Romanos duodecimo: Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Si fieri poteſt, quòd ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

4. PRIORIS Petri tertio: In fide autem, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed econtrariò, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

5. AD Epheſios ſexto: Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes quia & illorum & veſter Dominus eſt in cælis: & perſonarum acceptio non eſt apud eum.

6. AD Philippēſes quarto: Et pax Dei quę exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. Decęterò fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcuuque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitare. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.

7. MATTHAEI ſexto: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra,

8. ET capite quinto: Audiſtis quia dictum eſt, Exod.21.
Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego Deut.19.
autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei, & volenti mutuare à te, nè auertaris. Audiſtis quia dictum eſt, Diliges proxi- Leuit.19.
mum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid ampliùs facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

9. ITEM decimooctauo: Accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiès peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſq; ſeptiès? Dixit illi Ieſus:

Non

Digitized by Google

Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Ibidem: Nonne ergò oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tuî miſertus ſum? &c.

10. LVCAE ſexto: Dimittite, & dimittemini.

11. MARCI vndecimo: Dum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduersùs aliquem, vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra, &c.

12. PROVERBIORVM vigeſimoquarto: Nè dicas, Quo modo fecit mihi, ſic faciam ei: reddam vnicuique ſecundùm opus ſuum.

13. AD Epheſios quarto: Eſtote inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

XV.

Quid habet ſextum præceptum?

Leuit.20 b 19.f Deut.22.c 23.c Matth.5.c Eccli 41.d 1.Cor.6.b d Epheſ.4.d 5.a Prouer.6.d Iudæ b c d

A. PROHIBET fornicationem, adulterium & omnem concubitum illegitimum, ac impuram qualemcunque libidinem.

a Coloſſ.3.b Epheſ.5.a 2.Pet.2.b c

B. Caueri prætereà & præſcindi vult occaſiones, quæ carnis libidinem irritant ac fouent, vt ſunt [a] obſcœna verba, cantilenę inhoneſtæ, geſtus impudici.

b 1.Theſſ.4.a Hebr.13.a Tob.4.b 1.Cor.7.a b

c Tob.3.c Matth.15.b Dan.13.b f

d 1.Tim.5.b Eccli 9.a b Iob 31.a b Prou.6.c d Geneſ.9.d Deut.25.c Gen. 38.b 1.Tim.2.c 1.Pet.3.a Eſa 3.c d Amos 6.b Iac. 5.a Rom.13.d Ezech 16.f 1.Tim.5.a d

C. Requirit ex aduerſo fidem [b] in coniugio, tum pudicitiã omnem, ſiue [c] cordis in cogitationibus & deſiderijs, ſiue [d] corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu, atque omni demùm habitu cultuque exteriore, vt ſiue ſoli, ſiue cum alijs viuamus, non modò luxus & intemperantiæ notam effugiamus, verumetiam modeſtiam, frugalitatem, continentiamque ſedulò exerceamus.

TESTIMONIA.

1. A. LEVITICI vigeſimo: Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, &c. & poſt plura alia enormia peccata ità ſubijcitur: Cuſtodite leges meas atque iudicia, & facite ea: nè & vos euomat terra quam intraturi eſtis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus ſum eas.

2. ITEM capite decimonono: Nè proſtituas filiam tuam, nè contaminetur terra, & impleatur piaculo.

3. DEVTERONOMII vigeſimoſecundo: Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſrael. Et paulò ſuperiùs: Quòd ſi verum eſt, quod obijcit, & non eſt in puella inuenta virginitas: eijcient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius: & morietur, quoniam fecit nefas in Iſrael vt fornicaretur in domo patris: & auferes malum de medio tuî. & ſimilia multa in eodem capite.

4. ET capite vigeſimotertio: Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſraël. Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod vouerint: quia abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deum tuum.

5. MATTHAEI quinto: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

6. ECCLESIASTICI quadrageſimoprimo capite: Erubeſcite à patre & à matre de fornicatione: à reſpectu mulieris fornicariæ. Nè reſpicias mulierẽ alieni viri, & nè ſcruteris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius.

7. PRIORIS ad Corinthios ſexto capite: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei poſſidebunt. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem: Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

8. AD Epheſios quarto: Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperãtes, ſemetipſos tradiderũt impudicitię, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

9. ET quinto capite: Fornicatio autẽ & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magìs gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

10. PROVERBIORVM ſexto: Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, nè capiaris nutibus illius: precium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri precioſam animã capit. Nunquìd poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cùm tetigerit eam. Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam: depræhenſus quoquè reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiã domus ſuæ tradet. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam: turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

11. IVDAS

11. IVDAS in epiſtola ſua canonica: Subintroiêrunt quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriã,&c. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ,& abeuntes poſt carnem alteram,factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, &c. Et in fine: Alijs autem miſeremini in timore, odiêtes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

1. B. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationẽ, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Et paulò ſuperiùs: Mortificate mẽbra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immũditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.

2. AD Epheſios quinto: Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magìs gratiarum actio.

3. SECVNDAE Petri ſecundo capite: Et ciuitates Sodomorũm & Gomorrhęorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt, ponens: & iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit: aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos: magìs autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq́ contemnunt, audaces, ſibi placentes: ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quę ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei, delicias coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti.

1. C. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrũm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.

2. AD Hebręos decimotertio: Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

3. TOBIAE quarto: Omnibus diebus vitæ tuę in mente habeto Deum: & caue nè aliquando peccato conſentias, & prętermittas præcepta Domini Dei noſtri.

4. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Vxori vir debitũ reddat: ſimiliter autem & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet: ſed vir. Similiter autem & vir, ſui corporis poteſtatẽ non habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicèm, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi. Et nonnullis interiectis: Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat, &c.

5. TOBIAE tertio: Tu ſcis Domine (ait Sara) quia nunquàm concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meã ab omni concupiſcentia. Nunquàm cum ludentibus miſcui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere.

6. MATTHAEI decimoquinto: Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem.

7. DANIELIS decimotertio: Videbant eam (Suſannam) ſenes quotidiè ingredientem & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Erant ergò ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſsìm dolorem ſuum: erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam &c. Et in fine capitis: Et dixit ei Daniel: Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.

8. PRIORIS ad Timotheum quinto capite: Adoleſcentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & océioſæ diſcunt circuire domos, non ſolùm ocioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

9. ECCLESIASTICI nono: Nè reſpicias mulierem multiuolam, nè fortè incidas in laqueos illius. Cum ſaltatrice nè aſſiduus ſis: nec audias illam, nè fortè pereas in efficacia illius. Virginem nè conſpicias, nè fortè ſcandalizeris in decore illius. Nè des fornicarijs animam tuam in vllo: nè perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & nè circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi periêrunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. Colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere nè ſedeas omninò, nec accumbas cum ea ſuper cubitum: & non alterceris cum illa in vino, nè fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

10. IOB trigeſimoprimo: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus deſupèr, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea, &c. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.

11. PROVERBIORVM ſexto capite: Vt ſuprà, hac eadem quæſtione, A. teſtimonio decimo.

12. GENESIS nono: Cùm vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis forìs. At verò Sem & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: faciesq́ eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitq́, Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq́ Chanaan ſeruus eius.

13. DEVTERONOMII vigeſimoquinto: Si habuerint inter ſe iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensq́ vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſeritq́ manum, & apprehenderit verenda eius: abſcindes manum illius, nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia.

14. GENESIS trigeſimooctauo: Dixitergò Iudas ad Onan filium ſuum, Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram: nè liberi, fratris nomine naſcerentur. Et idcircò percuſſit eum Dominus, eò quòd rem deteſtabilem faceret.

15. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Volo ergò viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

16. PRIORIS Petri tertio: Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant, conſiderantes in timore caſtam conuerſationem veſtram. Quarum non ſit extrinſecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples, &c.

17. ESAIAE tertio: Et dixit Dominus, Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant: ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebāt: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murænulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoquè viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & deſolata in terra ſedebit.

18. AMOS ſexto: Væ qui opulenti eſtis in Sion, &c. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui canitis ad vocem pſalterij: Sicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium: & auferetur factio laſciuientium. Iurauit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus exercituum, Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis.

19. IACOBI quinto: Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizâſtis vobis irā in nouiſſimis diebus. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutrîſtis corda veſtra in die occiſionis.

20. AD Romanos decimotertio: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, &c. ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam nè feceritis in deſiderijs.

21. EZECHIELIS decimoſexto: Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Eccè hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut vidiſti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificâſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. Ergò & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratiùs agens ab eis: iuſtificatæ ſunt enim à te: ergò & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſtificâſti ſorores tuas.

22. PRIORIS ad Timotheum quinto: Nam quæ (vidua) in delicijs eſt, viuens mortua eſt. Teipſum caſtum cuſtodi.

XVI.

Quid docetur in ſeptimo præcepto?

Leuit.19 b c g Epheſ.4.f 1.Cor.6.b Luc.6 c Act.8 d 4.Reg.5.f g Deut.25.c Pro.11.a 20.b Eccli.10.a 1.Theſſ.4.b

A. PROHIBETVR omnis rei alienæ illicita contrectatio & vſurpatio per furtum, rapinam, ſimoniam, vſuras, lucra iniuſta, dolum malum, & quoſuis contractus alios, quibus fraterna læditur charitas, ac proximus fraude circunuenitur.

Pſal.14.a b Luc.6 d Eze.8 a b c d Rom 13.b Matth.5.f g

B. Exigit eregionè hoc præceptum, vt in omni negocio ſeu commercio inuiolata ſeruetur æquitas, & proximi vtilitas, ſicubì ſeſe offerat occaſio, quacunque ratione ac ope noſtra promoueatur.

TESTIMONIA.

1.A. LEVITICI decimonono: Non facietis furtum. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquúſque ſextarius.

2. AD Epheſios quarto: Qui furabatur, iam non furetur: magìs autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vndè tribuat neceſſitatem patienti.

3. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Iam quidem omninò delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quarè non magìs iniuriam accipitis? quarè non magìs fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, &c. neque fures, neque auari, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

4. LVCAE ſexto: Si mutuum dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos veſtros: benefacite & mutuum date, nihil indè ſperantes: & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

Digitized by Google

5. ACTORVM octauo capite: Quum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionẽ manus Apoſtolorum, daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimâſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat ſuper me horum quæ dixiſtis.

6. QVARTI Regum quinto: Dixit Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quem cùm vidiſſet ille currentem ad ſe, deſilijt de curru in occurſum eius, & ait: Recténe ſunt omnia? Et ille ait: Rectè. Dominus meus miſit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim, ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices, &c. Et dixit Eliſæus, Vndè venis Giezi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quoquàm. At ille ait, Nónne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tuî? Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & ſeruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo, vſque in ſempiternum. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

7. DEVTERONOMII vigeſimoquinto: Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam.

8. PROVERBIORVM vndecimo: Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas eius.

9. ET capite vigeſimo: Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrunque abominabile eſt apud Deum.

10. ECCLESIASTICI decimo: Nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.

11. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Nè quis ſupergrediatur neque circumueniat in negocio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.

1. B. PSALMO decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua: nec fecit proximo ſuo malum, &c. Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit: qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

2. LVCAE ſexto: Ab eo qui aufert tibi veſtimentũ, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua ſunt, nè repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

3. EZECHIELIS decimooctauo: Vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, in montibus non comederit, &c. & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ad vſuram non accommodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus. Quòd ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem, &c. egenum & pauperem contriſtantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, ad vſuram dantem, & amplius accipientem: nunquid viuet? non viuet: cùm vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit. Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis: virum non contriſtauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit: à pauperis iniuria auertit manum ſuam, vſuram & ſuperabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet, &c.

4. AD Romanos decimotertio: Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis: niſi, vt inuicèm diligatis.

5. MATTHAEI quinto: Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, &c. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, nè auertaris. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt.

XVII.

Quid in octauo præcepto compræhenſum eſt?

A. PROHIBEMVR eo falſum doloſúmve teſtimonium in quenquam proferre, & quoquo modo proximi cauſam in iudicio ſubuertere, vel etiam extra iudicium famam illius lædere: quod ſanè fit à ſuſurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus & adulatoribus. Breuiter omne mendacium, & omnis linguæ contra proximum abuſus hîc interdicitur.

Leuit. 19. b c Exod. 23. a Deut. 5. c 16. d 19. c 27. c Pro. 12. c 4. d 24. c 25. c Iac. 4. c 1. Pet. 2. a Eph. 4. f g Pro. 17. a b c d 18. a b 19. a Rom. 1. d Pſal. 5. a Apo. 21. b 22 c Iac. 3. a b c

B. Docemur interìm de proximo benè & commodè loqui, nempe ad illius defenſionem & vtilitatem ſine fuco, ſimulatione, inſidijs ve.

Matth. 12. c Coloſſ. 3. b Epheſ. 4. g Pro. 15. a Eccli 6. a

TESTIMONIA.

1. A. LEVITICI decimonono: Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.

Digitized by Google

um. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non maledices ſurdo. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Iuſtè iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec ſuſurro in populo, &c.

2. EXODI vigeſimotertio: Non ſuſcipies vocem mendacij: nec coniungas manum tuam vt pro impio dicas falſum teſtimonium. Non ſequêris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoquè non miſereberis in iudicio. Non declinabis in iudicium pauperis. Mendacium fugies. Inſontem & iuſtum non occides: quia auerſor impium. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum.

3. DEVTERONOMII quinto: Non loquêris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium.

4. ET capite decimoſexto: Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iuſtum eſt perſequêris: vt viuas, & poſſideas terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

5. ITEM capite decimonono: Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cúmque diligentiſſimè perſcrutantes, inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium: reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tuî: vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquàm talia audeant facere. Non miſereberis eius.

6. RVRSVM capite vigeſimoſeptimo: Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. & dicet omnis populus, Amen.

7. PROVERBIORVM duodecimo: Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitię eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapiẽtium ſanitas eſt. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium. Abominatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

8. ET capite quarto: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procùl à te.

9. ITEM capite vigeſimoquarto: Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiſcearis: quoniam repentè conſurget perditio eorum: & ruinam vtriuſque quis nouit? Cognoſcere perſonam in iudicio, non eſt bonum. Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabũtur eos tribus. qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio. Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. Nè ſis teſtis fruſtrà contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis. Nè dicas, Quo modo fecit mihi, ſic faciam ei: reddã vnicuique ſecundùm opus ſuum.

10. ET capite vigeſimoquinto: Iaculum & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

11. IACOBI quarto capite: Nolite detrahere alterutrùm fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum: detrahit legi, & iudicat legem.

12. PRIORIS Petri ſecundo: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite.

13. AD Epheſios quarto: Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatẽ vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicèm membra: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem ſidei, vt det gratiam audientibus.

14. PROVERBIORVM decimoſeptimo: Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiens. Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. Qui vertit linguam, incidet in malum. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Non eſt bonum, damnum inferre iuſto, nec percutere principem qui recta iudicat.

15. ET capite decimooctauo: Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius. Verba bilinguis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris.

16. ITEM decimonono capite: Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

17. AD Romanos primo: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, &c. plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos &c. Qui cùm iuſtitiã Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

18. PSALMO quinto: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquũtur mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. Ibidèm: Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus. Décidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Dómine.

19. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Timidis autem & incredulis &c. & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

20. ET capite vigeſimoſecundo: Beati qui lauant ſtolas ſuas: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Forìs canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

21. IACOBI tertio: Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad cõſentiendum nobis, etiã omne corpus illorum circunferimus. Et eccè naues, cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur: circunferuntur autem à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ità & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat, Eccè quantus ignis quàm magnam ſyluam incendit. Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum

tum

Digitized by Google

tum corpus, & inflammat rotã natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & patrem: & in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ità fieri. Nunquìd fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquìd poteſt fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa, dulcem poteſt facere aquam. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris: nolite gloriari & mendaces eſſe aduersùs veritatem. non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum.

1. B. MATTHAEI duodecimo: Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

2. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm. Ibidèm: Verbum Chriſti habitet in vobis abũdanter, in omni ſapientia: docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

3. AD Epheſios quarto: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicèm benigni.

4. PROVERBIORVM decimoquinto: Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. Lingua ſapientum ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.

5. ECCLESIASTICI ſexto: Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua* eucharis in bono homine abundat. *gratioſa

XVIII.

Duo poſtrema præcepta quid continent?

A. VETANT concupiſcentiam vxoris ac rei alienæ: vt non ſolùm ab vxore aliena, illicitis commercijs, & externa apertaque iniuſtitia nos abſtineamus, ſed etiam ne voluntate quidem noceamus cuiquam, aut nocere deliberemus. Deut. 5. c Eccli 25. d Matth. 5. d Rom. 13. c 1. Theſſ. 4. b Iac. 1. a Eſa. 1. f Eccli 5. a 18. d Pſal. 9. c 61. c Actor. 20. g

B. Igitur hoc vtrunque præceptum cordis ſinceritatem & beneuolentiam erga omnes integram eſſe vult, vt quæ in rem & ſalutem proximi cedunt, optemus ex animo, neque cupiditati vnquàm cum leui alterius iniuria conſentiamus. Iob 31. ab 1. Cor. 10. f Tob. 9. d 10. d Gen. 24. g 1. Tim. 6. b

TESTIMONIA.

1. A. DEVTERONOMII quinto: Non concupiſces vxorem proximi tui: Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

2. ECCLESIASTICI vigeſimoquinto: Nè reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie.

3. MATTHAEI quinto: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

4. AD Romanos decimotertio: Non adulterabis &c. non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

5. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Hęc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrũm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore: nõ in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum: & nè quis ſupergrediatur in negocio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.

6. IACOBI primo: Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deindè concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

7. ESAIAE primo: Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.

8. ECCLESIASTICI quinto: Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & nè dixeris, Eſt mihi ſufficiens vita. nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Nè ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis.

9. ET capite decimooctauo: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

10. PSALMO nono: Exacerbauit Dominum peccator &c. Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

11. ET ſexageſimoprimo: Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere.

12. ACTORVM vigeſimo: Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui.

1. B. IOB trigeſimoprimo: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus deſupèr, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, &c. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima.

2. PRIORIS ad Corinthios decimo: Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.

3. TOBIAE nono: Fleuit Gabelus, benedixitque Deum, & dixit: Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, & iuſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis: & dicatur benedictio ſuper

per vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros: & videatis filios veſtros, & filios filiorũ veſtrorum vſque in tertiam & quartam generationem: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum.

4. ET capite decimo: Raguel Tobiam ſaluum atque gaudentem dimiſit à ſe, dicens: Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatq; vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquàm moriar.

5. GENESIS vigeſimoquarto: Dimiſerũt ergò eam & nutricẽ illius, ſeruumq; Abrahã & comites eius: imprecantes proſpera ſorori ſuę, atq; dicentes: Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.

6. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ô homo Dei hæc fuge.

XIX.

Quò demùm referenda ſunt mandata Decalogi omnia?

a Exod.32.d & 34.a A. AD Charitatem, quam nobis geminã duæ illæ [a] Tabulæ, quibus Dei digito mandata hæc inſcripta fuêre, commendant. Docent enim primæ mandata quæ ad charitatem Dei: mandata verò ſecundæ Tabulæ, quæ ad charitatem proximi ſpectant.

B. Igitur ex his decem duo quidem priora id faciunt, vt quæ vitia cultui honorique Dei maximè aduerſantur, Idololatria ſcilicet ac periurium, inprimis caueamus. Tertium porrò mandatum admonet, verum purumque cultum corde, ore, ac opere fideliter exhibendum eſſe. Quod ſanè vbi rectè obſeruatur, ſolus vtiquè Deus in omnibus & ſuper omnia diligitur ac honorificatur.

C. Iam ſumma Præceptorum, quæ ad proximum diligendum pertinent,
b Tob.4.c vel hoc vno conſtat, [b] *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè tu aliquando alteri facias.*
c Matth.7.b Luc.6.d Cui reſpondet illa Chriſti ſententia: [c] *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ.*

TESTIMONIA.

1. A. EXODI trigeſimoſecundo: Reuerſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua, ſcriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini: ſcriptura quoquè Dei erat ſculpta in tabulis.

2. ET capite trigeſimoquarto: Præcíde tibi duas tabulas lapideas inſtàr priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti. Excídit ergò duas tabulas lapideas, quales anteà fuerant: & de nocte conſurgens, aſcendit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas.

1. C. TOBIAE quarto: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè tu aliquando alteri facias.

2. MATTHAEI ſeptimo: Omnia quæcunque &c. vt in textu.

3. LVCAE ſexto: Prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

XX.

Quæ ſunt fraternæ charitatis officia & argumenta?

1.Cor.13.b Greg.lib.10. Moral.cap 8. A. DE his Paulus ità diſſerit: *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa: Non quærit quæ ſua ſunt, non iritatur, non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

Ioan.13.a Luc.22.b B. Chriſtus verò, vt ſeipſum nobis veræ perfectæque charitatis exemplum præbeat, in poſtrema illa cœna, quam præclaris ſuæ charitatis indicijs mirè
a Ioan.13.d condiuit, tam ſeriò dixit: [a] *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicèm, ſicut di-*
b Ioan.15.b *lexi vos, vt & vos diligatis inuicèm.* Ac iterùm: [b] *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicèm, ſicut dilexi vos.* Quod tanti eſt ſanè momenti, vt Paulus affirmet,
c Rom.13.c [c] *Qui diligit proximum, legem impleuit.*
d Deut.30.d C. Igitur vt hunc de Charitate locum oraculo diuino abſoluamus, [d] *Elige vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum: & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum.*

D. Tum nè quiſquam dubitet, Euangelicam Chriſti doctrinam hac in parte
e Matth.19.b cum Lege quadrare, dictum illud à Chriſto meminerimus: [e] *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et alibì poſt commendata Charitatis præcepta & opera,
f Luc.10.c g Rom.2.b idem hæc verba ſubiunxit: [f] *Hoc fac, & viues.* [g] *Non enim auditores legis iuſti ſunt*

apud

Digitized by Google

apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

E. Ex hiſce factoribus [h] erant Abel, Noë, Abraham, Zacharias, & cęteri, quos ſcriptura iuſtos apud Deum fuiſſe teſtatur, vt qui opere & veritate Deum proximumq́ue diligerent.

F. Quarè Dauid inter eos haud poſtremus & ſanctè gloriabundus canit, [i] *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti cor meum.* [k] *Dilexi, ſeruaui, cuſtodiui mandata tua & teſtimonia tua:* [l] *In cuſtodiendis illis retributio multa.* [m] *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.*

h Gen. 6. b 7. a
In oratione Manaſſis.
Sap. 10. b c
Matt 23. d. 1. e
Iob 13. c
Luc. 1. a 2. d
Iac. 2. d
i Pſal. 118. d
k Pſal. 118. x
l Pſal. 118. d
m Pſal. 118. e

TESTIMONIA.

1. A. PRIORIS ad Corinthios decimotertio, vt in textu.

2. GREGORIVS libro decimo Moralium, capite octauo: Legis multiplicitatem benè Paulus enumerat, dicens: Charitas patiens eſt, benigna eſt: non æmulatur, non inflatur, non agit perperàm, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Patiens quippe eſt charitas, quia illata mala æquanimiter tolerat. Benigna verò eſt, quia pro malis bona largiter miniſtrat. Non ęmulatur: quia per hoc, quòd in præſenti mundo nihil appetit, inuidere terrenis ſucceſſibus neſcit. Non inflatur: quia cùm pręmium internæ retributionis anxia deſiderat, de bonis ſe exterioribus non exaltat. Non agit perperàm: quia quo ſe in ſolum Dei ac proximi amorem dilatat, quicquid à rectitudine diſcrepat, ignorat. Non eſt ambitioſa: quia quo ardenter intùs ad ſua ſatagit, foris nullatenùs aliena concupiſcit. Non quærit quæ ſua ſunt: quia cuncta, quæ hîc tranſitoriè poſſidet, velut aliena negligit: cùm nihil ſibi eſſe proprium, niſi quod ſecum permaneat, agnoſcit. Non irritatur: quia, & iniurijs laceſſita, ad nullos ſe vltionis ſuæ motus excitat: cùm pro magnis laboribus maiora pòſt præmia expectat. Non cogitat malum: quia in amore munditię mentem ſolidans, dum omne odium radicitùs eruit, verſari in animo quod inquinet neſcit. Non gaudet ſuper iniquitate: quia quo ſola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduerſantium exultat. Congaudet autem veritati: quia vt ſe cęteros diligens, per hoc quod rectum in alijs conſpicit, quaſi de augmēto proprij profectus hilareſcit. Multiplex ergò iſta lex Dei eſt, quæ cōtra vniuſcuiuſque culpæ iaculum, quod perimendam mentē impetit, inſtructionis ſuæ munimine ſemper occurrit: vt quia antiquus hoſtis varia circunfuſione nos obſidet, ipſa hunc de nobis multipliciter expugnet.

1. Cor. 13.

Charitas quomodò patiens ſit, benigna, &c.

1. B. IOANNIS decimotertio: Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

2. LVCAE vigeſimoſecundo: Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & ait illis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequàm patiar. Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem, &c.

3. IOANNIS decimotertio: Mandatum nouum do vobis &c. vt in textu. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicèm.

4. ET decimoquinto: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicèm, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicèm.

5. AD Romanos decimotertio: Nemini quicquam debeatis, niſi, vt inuicèm diligatis. qui enim diligit proximum, legem impleuit. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo legis eſt dilectio.

C. DEVTERONOMII trigeſimo: Elige vitam, &c. vt in textu.

1. D. MATTHAEI decimonono, 2. LVCAE decimo, 3. AD Romanos ſecundo, vt in textu.

1. E. GENESIS ſexto: Noë vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.

2. ET ſeptimo: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac.

3. IN oratione Manaſſis: Tu igitur Domine Deus iuſtorū, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi nō peccauerunt.

4. SAPIENTIAE decimo: Propter quod cùm aqua deleret terram, ſanauit iterùm ſapientia, per contemptibile lignum iuſtum gubernans. Hæc & in conſenſu ſuperbiæ, cùm ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo, & in filijs miſericordiam fortem cuſtodiuit. Hęc iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, deſcendente igne in Pentapolim. Hæc profugum iræ fratris iuſtum deduxit per vias rectas, &c. Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum. Hæc populū iuſtum, & ſemen ſine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, &c.

5. MATTHAEI vigeſimotertio: Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus q effuſus eſt ſuper terrā, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zacharię.

6. ET capite primo: Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, &c.

7. IOB decimotertio: Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar.

8. LVCAE primo: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elizabeth. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela.

9. ET capite ſecundo: Et eccè homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo.

10. IACOBI ſecundo: Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerēs Iſaac filium ſuum ſuper altare? &c.

1. F. PSALMO centeſimo decimooctauo: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti cor meum. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Suberbi iniquè agebant vſquequaque: à lege autem tua non declinaui. Memor fui nocte nominis tui Domine, & cuſtodiui legem tuam.

Non dereliqui mandata tua. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt cuſtodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem poſuiſti mihi. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui. Iniquos odio habui,& legem tuam dilexi. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquã odio habui. Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine. Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuã dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua & teſtimonia tua: qui omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

2. ET decimooctauo: Iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa: Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.

3. ITEM centeſimo decimooctauo: Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinãt à mandatis tuis.

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

I.

Sunt'ne præter Decalogum alia præcepta Chriſtianis obſeruanda?

a Iacob.4.c
b Matth.23.b
c Matth.19.c

A. SVNT vtiquè, quando [a] Legiſlator & [b] Magiſter noſter Chriſtus non ſolùm docuit [c] pręcepta Decalogi, ſed etiam in vniuerſum pręcepit, quę ad obedientiam Apoſtolicis & Eccleſiaſticis mandatis præſtandam ſpectant.

d Ioan.20.e & 17.c
e Luc.10.c
f Matth.18.c

B. Hinc extant Euangelicæ illæ ſententiæ: [d] *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.* [e] *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* [f] *Si non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam uon audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Vbi ſummum atque extremum iudicium Chriſtus defert, deferrique iubet ad Eccleſiam, [g] id eſt, ad Eccleſię Prępoſitos & Rectores, ſicut Chryſoſtomus [h] interpretatur, & verba Euangelij mox ſequentia declarant atque conuincunt.

g 3.Reg.8.b
h hom.61.in Matth. & Baſil.ca.30. cõſtitu.monaſt. Item Theophylact. & Euthymius in cap.18.Matt.
i Actor.15.g & 16.a

C. Proindè nec fruſtrà ſcriptum eſt de Apoſtolo Paulo: [i] *Perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum.*

TESTIMONIA AD MARGINEM CITATA.

1. A. IACOBI quarto capite: Vnus enim eſt legislator & iudex, qui poteſt perdere & liberare.

2. MATTHAEI vigeſimotertio: Magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.

3. ET decimonono: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi adoleſcens: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices: Honora patrem tuũ & matrem tuam: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

1. B. IOANNIS vigeſimo, 2. ET decimoſeptimo, 3. LVCAE decimo, 4. MATTHAEI decimooctauo, vt in textu.

5. TERTII libri Regum octauo capite: Conuertitq; rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael. Omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat.

6. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimaprima in Matthæum: Si autẽ eos non audierit, dic Eccleſiæ: præſulibus ſcilicet atq; præſidentibus.

7. BASILIVS capite trigeſimo Conſtitutionum monaſticarum: Sin arcanò curari noluerit, adhibendi de fratribus erunt etiam, qui cæteris intelligentia videantur pręſtare: quemadmodùm eſt in ſacroſancto Euangelio: Si autem te non audierit, &c. quòd ſi ne ipſis quidem auſcultauerit, tum demùm ad Antiſtitem ipſum animi ipſius morbum deferre oportebit. Matth.18.

8. THEOPHYLACTVS in caput decimũoctauum Matthæi: Quòd ſi te nõ audierit, & cum duobus vel tribus teſtibus argueris, nè graueris tunc Eccleſiæ Præſidibus inuulgare peccatum.

9. EVTHYMIVS in idem caput Matthęi: Eccleſiam nunc vocat Præſides fideliũ Eccleſiæ. Renuncia illis quæ circa hunc aguntur: fortaſsè illi immutabunt eum, veritum dignitatem ipſorum.

1. C. ACTORVM decimoquinto: Paulus verò, electo Sila, profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmãs Eccleſias, præcipiens cuſtodire pręcepta Apoſtolorum & ſeniorum.

2. ET capite decimoſexto: Cùm autẽ pertranſirent ciuitates (Paulus ſcilicet & Silas) tradebant ijs cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant Hieroſolymis.

II.

Cuiuſmodi porrò ſunt Apoſtolorum Seniorumque præcepta, quæ Paulus cuſtodire iuſsit?

a Eccleſ. Hierar. c.1. Et Baſil. de Spiritu ſancto, ca.27. Euſeb. lib.1. demonſtrat. euang. cap.8. Epipha. hær. 61. cõtra Apoſtolicos. Tertul. de corona militis cap.3. & 4.
b 1. Ioan.4.b
c Cypr. de ablut. pedum.

A. PAVLI diſcipulus Dionyſius Areopagita [a] teſtatur, duplicis ea generis, vtpotè partìm ſcripta, partìm non ſcripta eſſe. Ad vtrunque genus pertinet, quod Ioannes affirmat Euangeliſta: [b] *Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos: in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & ſpiritum erroris.*

B. Ac primum quidem genus, quod literis mandatur, ſcriptiſque legibus conſtat, ſatìs eſt perſpicuum: quia libris canonicis conſtat.

C. Poſterius verò circa præcepta & inſtituta ea verſatur, quæ vno Traditionum nomine cõpræhendi, & à Patribus [c] nuncupari ſolent. Non enim ſcripto,

pto, vtì ſuperiora, ſed viua voce tradita, & velut per manus à Maioribus ad nos tranſmiſſa, Eccleſiæque commendata retinentur.

Hiero. cõtra Lucifer. ca. 4. Chryſoſt. in 2. ad Theſſ. homil. 4.

TESTIMONIA DE TRADITIONIBVS ſcriptis & non ſcriptis.

Partim ſcripta, partim non ſcripta Apoſtolorũ dogmata.

1. A. DIONYSIVS Areopagita libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, capite primo: Primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces, in ijs quæ nobis ſunt familiaria, ſumma illa & superſubſtantialia, partìm ſcriptis, partìm non ſcriptis inſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ definiunt leges) nobis tradiderunt.

2. BASILIVS in libro de Spiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo: Dogmata quę in Eccleſia prędicantur, quædã habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam rursùs ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habẽt ad pietatem, nec his quiſquam cõtradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica. Nã ſi conſuętudines quæ ſcripto proditæ non ſunt, tanquàm haud multum habentes momenti, conemur reijcere, imprudentes & ea damnabimus, quæ in Euangelio neceſſaria ad ſalutem habentur: immò potiùs ipſam fidei prędicationẽ ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt, (vt eius, quod primum eſt & vulgatiſſimum, primo loco commemorem) vt ſigno crucis eos, qui ſpem collocauerũt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto docuit? Vt ad Orientem verſi precemur, quę nos docuit ſcriptura? Inuocationis verba, quum oſtẽditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his contenti ſumus, quæ cõmemorat Apoſtolus aut Euangelium: verùm alia quoquè, & antè & pòſt dicimus, tanquàm multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex Traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus aũt aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, prętereà ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nónne à tacita ſecretaq́ꝫ Traditione? Ipſam porrò olei inunctionem quis ſermo ſcripto proditus docuit? Iam ter immergi hominẽ, vndè eſt traditum? Reliqua itẽ quæ fiunt in baptiſmo, velutì renunciare Sathanę & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? Nónne ex priuata & arcana hac Traditione? Nónne ex doctrina, quam patres noſtri in ſilẽtio, quod curioſos & ocioſos ſummouet, ſeruârũt? Pulchrè quidẽ illi, nimirùm docti arcanorum venerationem ſilentio cõſeruari. Nam quę nec intueri fas eſt non initiatis, qui cõueniebat, horum doctrinã publicitùs circunferri ſcripto? Aut quid tãdèm ſibi voluit magnus ille Moyſes, qui nõ omnia quę erãt in templo, paſſus ſit omnibus eſſe peruia: ſed prophanos extra ſacros cancellos ſtatuit, ſed priora atria purioribus permittens, Leuítas ſolos dignos cenſuit, &c. Addit deindè: Ad eundem profectò modum, & qui in primordijs Eccleſiæ certos ritus pręſcripſerũt Apoſtoli & Patres, in occulto ſilentioq́ꝫ myſterijs ſuã ſeruauêre dignitatem. Neqꝫ enim omninò myſterium eſt, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio, cur quædam citra ſcriptum tradita ſunt, nè dogmatũ cognitio propter aſſuetudinẽ vulgo veniret in contemptum. Aliud autem eſt dogma, aliud edictum. Nam dogmata ſilentur, edicta verò publicantur.

Parem vim ad pietatem habent.

Nota.

Enumerãtur aliquot Traditiones non ſcriptæ.

Crucis ſignũ.

Orare versùs Orientem.

Verba inuocationis ſub Miſſæ ſacrificio.

In Sacrificio plura dicũtur quàm quæ in euangelio & Apoſtolo habentur.

Cæremoniæ Baptiſmi.

Cur multa ſcribi non debuerint.

3. EVSEBIVS libro primo de demonſtratione Euangelica, capite octauo: Cæterùm Moyſes in tabulis inanimatis, Chriſtus autem in mentibus vita præditis, perfecta noui teſtamenti documenta deſcripſit: eius verò diſcipuli ad magiſtri ſui nutùm, auribus multorum doctrinã ſuam commodantes, quæcunque quidem velutì vltra habitum progreſſis, à perfecto ipſorum magiſtro præcepta fuerant, ea ijs qui capere poterant, tradiderunt: quæcunque verò ijs conuenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curationiſq́ꝫ indigentes, ea ipſi, ad imbecillitatem multorum ſe demittentes, partìm literis, partìm ſine literis quaſi iure quodam nõ ſcripto, ſeruanda commendârunt.

Partìm literis, partim ſine illis nonnulla ſeruanda commendârunt Apoſtoli.

4. EPIPHANIVS hæreſi ſexageſimaprima contra Apoſtolicos: Oportet autem & Traditione vti. Nõ enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſunt. Quapropter aliqua in ſcripturis, aliqua in Traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt, quemadmodùm dicit ſanctus Apoſtolus: Sicut tradidi vobis. & alibì, Sic doceo, & ſic tradidi in Eccleſijs. Et, Si continetis, niſi fruſtrà credidiſtis.

In Scriptura ſacra non omnia expreſsè cõtinẽtur, ſed ex Apoſtolorũ Traditione nõnulla habentur. 1. Cor. 11. 14. & 15.

5. TERTVLLIANVS de corona militis, capite tertio: Habentes obſeruationẽ inueteratam, quæ præueniendo ſtatum fecit. Hanc ſi nulla ſcriptura determinauit, certè conſuetudo corroborauit, quę ſine dubio de traditione manauit. Quomodò enim vſurpari quid poteſt, ſi traditum priùs non eſt? Etiam in traditionis obtẽtu exigenda eſt, inquis, authoritas ſcripta. Ergò quæramus, an & traditio non ſcripta, non debeat recipi. Planè negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationum, quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius Traditionis titulo, exindè cõſuetudinis patrocinio vindicamus. Deniquè vt à Baptiſmate ingrediar, Aquam adituri, ibidèm, ſed & aliquanto priùs in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit. Indè ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exq́ꝫ ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus. Euchariſtiæ ſacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm præſidẽtium ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchę in Pentecoſten vſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terrã, anxiè patimur. Ad omnem progreſſum atqꝫ promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos conuerſatio exercet, frontem CRVCIS ſignaculo terimus. PERGIT capite quarto: Harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules Scripturarum, nullã inuenies: Traditio tibi prætendetur auctrix, cõſuetudo cõfirmatrix, & fides obſeruatrix, &c. Et paulò pòſt: His igitur exemplis renũciatum erit, poſſe etiam non ſcriptam Traditionem in obſeruatione defendi, confirmatam conſuetudine, idonea teſte probatæ tunc Traditionis ex perſeuerantia obſeruationis. Conſuetudo autem etiàm in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex.

Conſuetudinis Eccleſiaſticæ vis.

Traditiones aliquot non ſcriptæ enumerantur.

Cæremoniæ Baptiſmi.

Communio Euchariſtiæ.

Oblationes pro defũctis.

Stationes.

Euchariſtiæ cuſtodia.

Crucis ſignaculum.

Conſuetudo.

6. PRIMAE Ioannis quarto, vt in textu.

1. C. CYPRIANVS in ſermone de ablutione pedum: Sicut par eſt ſpiritui ſancto & Chriſto diuinitas, ità in ſuis inſtitutis æqua eſt authoritas & poteſtas: nec minùs ratum eſt, quod dictante ſpiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quàm quod ipſe tradidit, & in ſuî commemorationem fieri pręcepit. Manet ſingulis propria dignitas, & vniformis in ſuo genere ſtat actio omnium: nihil addi, nihil ſubtrahi, nihil poteſt corrigi vel mutari.

Traditionum Apoſtolicarũ vis & authoritas.

2. HIERONYMVS in Dialogo aduersùs Luciferianos capite quarto, ità Luciferum dixiſſe refert: An neſcis Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt

bapti-

Digitized by Google

baptizatis poſteà manus imponantur, & ità inuocetur ſpiritus ſanctus? Exigis vbi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum. Etiam ſi ſcripturę authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partẽ conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia, quę per Traditionem in Eccleſijs obſeruantur, authoritatẽ ſibi ſcriptę legis vſurpauerunt: velutì in lauacro ter caput mergitare: deindè egreſſos lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ ſignificationem: die Dominico & per omnem Pentecoſten, nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere: multáque alia ſcripta non ſunt, quæ rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit. Cui Orthodoxus reſpondet: Non quidem abnuo hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos baptizati ſunt, Epiſcopus ad inuocationem ſancti ſpiritus, manum impoſiturus, excurrat. Sed quale eſt, vt leges Eccleſiæ ad hæreſim transferas?

Act. 8. 19. Totius orbis conſenſus inſtar præcepti. Traditiones quædam recenſentur. Cæremoniæ Baptiſmi. Stationes. Confirmationis ſacramentum.

3. CHRYSOSTOMVS in ſecundum caput poſterioris epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, homilia quarta, ſuper hæc verba: State & tenete Traditiones &c. Hinc patet, quòd non omnia per epiſtolam tradiderint, ſed multa etiam ſine literis. Eadem verò fide digna ſunt tam illa quàm iſta. Itaque traditionem quoquè eccleſiæ fide dignam putamus. Traditio eſt, nihil quæras ampliùs.

Non omnia Apoſtoli literis mãdãrũt. Eadẽ fide digna & ſcripta & nõ ſcripta. Traditio Eccleſiaſtica.

III.

Eſt'ne vtrunque hoc præceptorum genus obſeruatu neceſſarium?

A. EST planè, ſi Doctorem Paulum ſequimur ità præcipientem: [a] *State & tenete Traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Vndè laudat hoc nomine Corinthios, quòd Apoſtolica [b] præcepta, quæ viua voce tradita iam acceperant, ſedulò cuſtodirent. Tum admonet Theſſalonicenſes, [c] vt ab omni ſe fratre ſubducant, qui inordinatè, & nõ ſecundùm traditionem ab Apoſtolis acceptam, ambulat.

B. Atque hoc eſt, quod ſacroſancta Synodus Nicena [d] diuinę ſcripturę conſonans, verbis tam luculentis expreſſit: Oportet nos Eccleſiaſticas Traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine in Eccleſia retentas, vnanimiter & inuiolabiliter obſeruare. Et apud Cyprianum [e] legimus, non minùs ratũ eſſe, quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quàm quod Chriſtus ipſe tradidit. [f] Sicut enim par eſt Spiritui ſancto & Chriſto Diuinitas: ità vtriuſque in ſuis inſtitutis æqua eſt authoritas & poteſtas.

a 2. Theſſ. 2. d & ibid. Chryſoſt. ac Theophylact. b 1. Cor. 11. a c 2. Theſſ. 3. b d 2. Nicena cõtra Iconomachos, actione 7. Item 8. Synod. can. 1. e De ablut. pedum. f Ibidèm.

TESTIMONIA.

1. A. SECVNDAE ad Theſſalonicenſes ſecundo: State, & tenete &c. vt in textu.

2. CHRYSOSTOMVS homilia quarta in ſecundam ad Theſſalonicenſes, vt ſuprà, quæſtione ſecunda, C. teſtimonio tertio.

3. THEOPHYLACTVS in caput ſecũdum ſecundæ ad Theſſalonicenſes, ſuper ea Apoſtoli verba, Itaque fratres ſtate, &c. Vel hinc etiam perſpicuum eſt, quòd pleraque etiam ſine ſcriptis per ſermonem, id eſt, viua voce tradiderint, non ſolùm per epiſtolam. Similiter autem & hæc & illa fide digna ſunt. Itaque & Eccleſiæ traditionem fide dignam exiſtimemus. Traditio eſt, nihil ampliùs quæras.

Apoſtolicarũ Traditionum dignitas.

4. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Laudo vos fratres, quòd per omnia meî memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, pręcepta mea tenetis. Et ibidèm: Cætera autem, cùm venero, diſponam.

5. SECVNDAE ad Theſſalonicẽſes tertio: Denunciamus autem vobis fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.

1. B. CONCILIVM ſecundũ Nicenum actione ſeptima in ipſa definitione: Si quis Traditionem Eccleſiæ, ſiue ſcripto, ſiue cõſuetudine valentem non curauerit, anathema. Et paulò antè: Fatemur autem vnanimiter nos Eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes & decretas, retinere velle: quarum de numero eſt imaginum effiguratio. Item infrà: Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Eccleſiaſticas Traditiones contaminare, aut contra iſta vafrè & improbè aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam: ſi fuerint Epiſcopi aut Clerici, deponuntor: ſi Monachi aut Laici, communione priuantor.

Traditio ſcripta & non ſcripta. Imaginum figuratio. Hæretici Eccleſiaſticas traditiones contaminare ſolent.

2. OCTAVA ſynodus generalis Conſtantinopolitana canone primo: Regulas, quæ ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ, tam à ſanctis famatiſſimis Apoſtolis, quàm ab Orthodoxorum vniuerſalibus, necnon & localibus Concilijs, vel etiam à quolibet deiloquo Patre ac magiſtro, Eccleſię traditæ ſunt, ſeruare atque cuſtodire profitemur: his & propriam vitam & mores regentes, & omnem ſacerdotij catalogum, atque omnes qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & è diuerſo receptionibus & iuſtificationibus, quę per illas prolatæ ſunt atq; definitæ, canonicè ſubijci decernentes. Tenere quippe traditiones quas accepimus, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum qui anteà fulſerunt, Paulus apertè admonet.

Traditiones Eccleſiaſticæ ſuſcipiuntur. 2. Theſſ. a

3. CYPRIANVS in ſermone de ablutione pedũ, vt ſuprà quæſtione ſecunda, C. teſtimo. primo.

IIII.

Quomodò cognoſcemus, quæ ſint Apoſtolicæ & probatæ in Eccleſia Traditiones?

A. DE his nobis regulam obſeruatu dignam Auguſtinus [a] præſcribit: Illa, inquiens, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs,

a In epiſt. 118. ad Ianuariũ, cap. 1.

ciliјs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri. Sic idem [b] contra Donatiſtas, immò hęreticos omnes diſſerens, hoc grauiter admonet, Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur.

b lib. 4. cap. 24. & lib. 2. c. 7. Item lib. 5. cap. 23.

B. Cui Leo ille Magnus [c] conſonans, ait: Dubitandum non eſt, quicquid in Eccleſia in conſuetudinem eſt deuotionis retentum, de Traditione Apoſtolica, & de ſancti Spiritus prodire doctrina.

c Serm. 2. de Ieiunio Pentecoſtes.

TESTIMONIA.

Feſtorū quorundā dierū obſeruatio ex Apoſtolica traditione deſcendit.

1. A. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non ſcripta, ſed tradita &c. vt in textu: ſicuti quòd Domini paſſio & reſurrectio, & aſcēſio in cælum, & aduentus de cælo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrerit quod ſeruatur ab vniuerſa, quacunquè ſe diffundit Eccleſia.

2. IDEM libro quarto contra Donatiſtas, capite vigeſimoquarto: Quod vniuerſa tenet Eccleſia &c. vt in textu.

3. ITEM libro ſecundo, capite ſeptimo: Multa non inueniuntur in literis Apoſtolorum, neque in Concilijs poſteriorum; & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur.

Apoſtolicæ Traditiones.

4. SIMILITER libro quinto contra Donatiſtas, capite vigeſimotertio: Sunt multa quæ vniuerſa tenet Eccleſia, & ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè creduntur, quanquàm ſcripta non reperiantur.

B. LEO Magnus ſermone ſecundo de ieiunio Pentecoſtes: Dubitandum non eſt, &c. vt in textu.

V.

Cuiuſmodi ſunt traditiones Apoſtolicæ, quæ Chriſtianis veniunt obſeruandæ?

A. EXEMPLA ſatis multa apud Patres extant, & eos quidem, qui vel ante mille annos fidem publicam meruerunt. Nimirùm ſecundùm Traditionem [a] Origenes & [b] Auguſtinus docent, paruulos eſſe baptizandos.

a In cap. 6. epiſt. ad Rom.
b Lib. 10. de Gen ad lit. c. 23. & cōt. Donat. li. 4. c. 24.

B. [c] Dionyſius & [d] Tertullianus oſtendunt, precationes & oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

c De eccleſ. hierar. cap. 7.
d In exhortatione ad caſtitatē cap. 11. de corona militis cap. 3. & de monoga. cap. 10.

C. Hinc [e] Hieronymus & [f] Epiphanius ſtatas Eccleſiæ ieiunationes, præſertìm Quadrageſimæ, obſeruandas eſſe commonſtrant.

e Ad Marcellam cōtra errores Montani epiſt. 54.
f Cōtra Aërium hæreſi 75.

D. Sic etiam [g] Ambroſius & [h] Chryſoſtomus eorum dignitatem adſtruunt, quæ in ſacro Miſſæ officio ſolenniter peraguntur.

g In officio Mediolanenſi.
h In Liturgia.

E. Tum præter [i] Damaſcenum Patres, quos Nicena Synodus ſecunda [k] citat, eadem ratione teſtantur, quòd Chriſti & Sanctorum eius Imagines deceat venerari.

i Lib. 4. de Orthod. fide ca. 17. & in orati de imaginib.
k Actio. 6. tom. 4. & actione 7.

F. Demùm, vt cæteros omittamus, Magnus ille [l] Baſilius ob Traditionem retineri vult ſacrum Chriſma, aliaſque ſolennes cęremonias, quæ Sacramentis ſanctiſſimis adhibentur.

l Lib. de Spiritu ſancto, cap. 27.

G. Et addit [m] Baſilius: Si inſtituta conſuetudineſq; non ſcriptas tanquàm in eis vis magna non inſit, ſemel repudiare aggrediemur, clàm ac pedetentim ratas ipſas Euangelij ſententias improbabimus, aut potiùs ad inane nomen eius prædicationem contrahemus. Sed Apoſtolicum exiſtimo, [n] ait, ijs etiam Traditionibus, quæ ſcriptæ non ſunt, inhærere.

m Ibidem.
n cap. 29. eiuſdem libri.

TESTIMONIA.

Baptiſmus paruulorū ex Apoſtolorum traditione.

1. A. ORIGENES in caput ſextum epiſtolę ad Romanos: Eccleſia ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit, etiam paruulis baptiſmum dare.

2. AVGVSTINVS libro decimo de Geneſi ad literam, capite vigeſimotertio: Conſuetudo matris Eccleſiæ in baptizandis paruulis nequaquàm ſpernenda eſt, neque vllo modo ſuperflua deputanda, nec omninò credenda niſi Apoſtolica eſſet Traditio.

3. IDEM libro quarto contra Donatiſtas, capite vigeſimoquarto: Si quiſquam in hac re (de baptizandis paruulis) authoritatē diuinam quærat, quanquàm quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur: tamen veraciter conijcere poſſumus, quid valeat in paruulis baptiſmi ſacramentum, ex circuncißione carnis, quam prior populus accepit, &c.

Conſuetudo vniuerſalis indicat Apoſtolicam traditionem.

1. B. DIONYSIVS Areopagita libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, capite ſeptimo: Quęnam verò de huiuſmodi prece, quam ſuper defuncto peragit

Oratur pro defunctis ex Apoſtol. traditione.

Digitized by Google

git preſul, ex diuinis ducibus noſtris Traditio peruenit ad nos, operæpretium eſt vt dicamus &c.

Pro vxore defuncta poſtulatur & oblationes fiunt.

2. TERTVLLIANVS in exhortatione ad caſtitatem, capite vndecimo: Et iam repete, apud Deum pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua oblationes annuas reddas.

Oblationes pro defunctis.

3. ITEM in libro de corona militis, capite tertio, loquens de Traditionibus non ſcriptis: Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus.

Oblatio in anniuerſario defuncti.

4. ET de Monogamia capite decimo: Enimuerò & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis eius.

Obſeruatio Quadrageſimæ, ſecundùm tradit. Apoſt.

1. C. HIERONYMVS in epiſtola quinquageſimaquarta, ad Marcellam contra errores Montani: Nos vnam Quadrageſimam ſecundùm Traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus.

Abſtinentia feriæ 4. & 6.

Vide Clemētem li. 5. conſtit. Apoſtol. cap. 16. & 19.

2. EPIPHANIVS contra Aërium hæreſi ſeptuageſimaquinta: A quo verò non aſſenſum eſt in omnibus orbis terrarū regionibus, quòd quarta & proſabbato ieiunium eſt in eccleſia decretum? Si verò etiam oportet conſtitutionem Apoſtolorum proferre, quomodò illic decreuerunt, quarta & proſabbato ieiunium per omnia, excepta Pentecoſte: & de ſex diebus Paſchatis, quomodò præcipiunt nihil omninò accipere, quàm panem & ſalem & aquam, &c. manifeſtum eſt. Deindè verò ſi non de eodem argumento quartarum & proſabbatorum, ijdem Apoſtoli in Conſtitutione dixiſſent, etiam aliter vndiquè demonſtrare poſſemus. Attamen de hoc exactè ſcribunt.

Conſuetudo vniuerſalis ante exortos hæreticos.

Aſſumpſit autem Eccleſia, & in toto mundo aſſenſus factus eſt, antequàm eſſet Aërius, & qui ab ipſo appellantur Aëriani.

1. D. AMBROSII Miſſæ ritus & ordo, extat etiam in Liturgicis Latinis à D. Iacobo Pamelio collectis, tomo primo.

2. CHRYSOSTOMI Liturgia ſiue officium Miſſæ, quod Græcè ipſe poſt S. Baſilium & B. Iacobum conſcripſit, extat. Quo pacto autem noui teſtamenti nouam oblationem docuerit Chriſtus, eamq; ab Apoſtolis Eccleſia accipiens, in vniuerſo mundo offerat Deo, videatur latiùs infrà in quæſtione ſeptima de Euchariſtia, B. C.

Imaginū veneratio ex Apoſt. tradit. Orare verſus Orientem. Crucis veneratio.

1. E. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſeptimo: Imaginis honor ad exemplar tranſit. Eſt autem hæc traditio ex earum numero, quæ Scripturæ verbis minimè expreſſæ ſunt, quemadmodùm & ea, qua ad Orientem conuerſi adoramus, & ea, qua crucem adoramus, aliaq; complures his ſimiles. &c. vide ſuprà quæſt. nona de Decalogo A. teſtimo. duodecimo.

Imaginū veneratio à Patribus comprobata.

2. IDEM in orationibus tribus de imaginibus, plurimorum patrum antiquorum teſtimonia citat de veneratione Imaginum: vt Dionyſiū Areopagitam, Baſilium, Chryſoſtomum, Leontium, Seuerianum, Sophronium, Ambroſium, Gregorium Nyſſenum, Theodoretum, Athanaſium, Cyrillum, Gregorium Nazianzenum, Euſebiū Pamphili, Stephanum Boſtrenſem, Cyrillum Hieroſolymitanum, & plures alios.

Ab Apoſtolorum temporibus Viguit vſus & veneratio Imaginum. Vide ſuprà de Decalogo quæſt. 9.

3. IN ſecunda Synodo Nicena, actione ſexta, tomo quarto: Quòd autem cum multis alijs, quæ in Eccleſia obſeruantur ſine ſcriptura, nobis imaginum veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum temporibus latè per hiſtorias traditum eſt, de imagine maximè hæmorrhoiſſæ, quam multis ſcriptoribus confirmare poſſumus. Quinetiam Baſilius Magnus, cuius ſcripta per omnes terræ fines reſonant, in diuerſis opuſculis ſuis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam illius & carne & ſpiritu frater, Nyſſenſium præſul, in ſermone in Abraham, idem ſentit. Item alter Gregorius, qui à Theologia nomen ſortitus eſt, in verſibus à ſe conditis, qui de virtute inſcribuntur, aſſentit. Et Ioannes, qui os auro ſplendidius & lucidius conſecutus eſt, in oratione funebri in Meletium Epiſcopum Antiochiæ, & in ſermone qui inſcribitur, Quòd veteris & noui Teſtamenti vnus ſit legiſlator. Cyrillus item expiator Neſtorianæ hæreſis, in epiſtola ad Acacium Epiſcopum Scythopoleos. Anaſtaſius Epiſcopus Theopoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes enim ſancti Patres noſtri imagines receperunt.

Imagines receptæ ab omnibus Patribus.

4. ITEM actione ſeptima: Fatemur autem &c. in Decalogo quæſtione nona, B. teſtimo. primo. Quibus addit ſancta Synodus: Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire aut docere, aut more impiorum hæreticorum Eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut nouam quandam vaniloquentiam inducere, aut contra iſta vafrè & improbè aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem Eccleſiaſticam: ſi fuerint Epiſcopi aut Clerici, deponuntur: ſi Monachi aut Laici, communione priuantor.

1. F. BASILIVS libro de ſpiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo: Dogmata quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina &c. vide ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo, Reliqua habentur in textu.

VI.

Quantùm hodiè circa Traditiones Apoſtolicas & Eccleſiaſticas aberratur?

A. PLVRIMVM, dum eas plerique contemnunt, alij negligunt, aut certè pluris non faciunt, quàm Politicorum [a] magiſtratuum conſtitutiones: & hęc inſtituta eſſe hominum fingunt, quæ vel obſeruare, vel omittere liberum ſit, exiguæque, aut nullius omninò frugis: ipſi ἀδιάφορα vocant.

a Rom. 13. a

B. Sunt qui vniuerſas ferè Traditiones eiuſdem eſſe ponderis volunt, atque adeò fœdè commiſcent Scripturæ loca, perindè àc idem ſit iudicium de Traditionibus [b] Phariſaicis & Apoſtolicis, de [c] Iudaicis & [d] Eccleſiaſticis, de priuatis ſeu particularibus, [e] & ijs quæ totius Eccleſiæ conſenſu receptæ, communique piorum vſu tot ſeculis comprobatæ, ac veluti per manus ad nos tranſmiſſæ vbiquè ferè gentium comperiuntur.

b Matth. 15. a c Coloſ. 2. b d Mar. 7. a b d 2. Theſſ. 2. d Act. 15. c. 16. a e Auguſt. in Epiſto. ad Ianuar. 118. cap. 1. & 2. Itē epi. 86. ad Caſula.

TESTIMONIA.

A. AD Romanos decimotertio: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quæ autē ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autē reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirūt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis aūt non timere poteſtatem? bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei

enim

Digitized by Google

enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat.

1. B. MATTHAEI decimoquinto: Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. & paulò antè: Quarè & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mãdatum Dei propter traditionem veſtram.

2. AD Coloſſenſes ſecundo: Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum. Et in fine: Si ergò mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tãquàm viuentes in mundo decernitis? Nè tetigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris: quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundùm præcepta & doctrinas hominum: quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

3. MARCI ſeptimo: Phariſæi & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non mãducant, tenentes traditionem Seniorum: & à foro venientes, niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum.

4. SECVNDAE ad Theſſalonicenſes ſecundo: State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

5. ACTORVM decimoquinto: Paulus verò, electo Sila, profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum.

6. CAPITE decimoſexto: Cùm pertranſirent ciuitates (Paulus & Silas) tradebant eis cuſtodire dogmata, quę erant decreta ab Apoſtolis & Senioribus qui erant Hieroſolymis.

7. AVGVSTINVS in epiſtola ad Ianuarium, centeſima decimaoctaua, capite primo: Illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, &c. vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio primo.

8. IBIDEM capite ſecundo: Alia verò quę per loca terrarum regionesq; variãtur, ſicuti eſt quòd alij ieiunant Sabbato, alij verò non: alij quotidiè communicant corpori & ſanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi Sabbato tantùm & Dominico; alibi tantùm Dominico: & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas * habet obſeruationes: nec diſciplina vlla eſt in his melior graui prudentique Chriſtiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam ad quamcunque fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur ſocietate ſeruandum eſt. Credo te aliquando ex me audiſſe, ſed tamen etiam nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me conſecuta, inuenit Eccleſiam Sabbato non ieiunantem; cœperat perturbari & fluctuare quid ageret; cùm ego talia non curabam, ſed propter ipſam conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium: reſpondit ſe nihil docere me poſſe, niſi quod ipſe faceret, quia ſi meliùs nôſſet, id potiùs obſeruaret. Cumq; ego putaſſem, nulla reddita ratione, authoritate ſola ſua nos voluiſſe admonere, nè Sabbato ieiunaremus, ſubſecutus eſt, & ait mihi: Cùm Romam venio, ieiuno Sabbato: cùm hic ſum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam fortè Eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quenquam tibi. Hoc cùm matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt. Ego verò de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ità ſemper habui, tanquàm eam cæleſti oraculo ſuſceperim.

Traditiones & Conſuetudines particulares quantũ ab vniuerſalibus differant.

* Liberæ ſunt, quia licuit ijs Eccleſijs quæ ea ſuſceperũt nõ ſuſcipere, & ſuſceptas vel retinere, vel authoritate publica emẽdare, aut etiã abrogare.

Nota. Ieiuniũ Sabbati.

9. IDEM in epiſtola octogeſimaſexta, ad Caſulanum presbyterum, idem hoc repetit B. Ambroſij reſponſum.

VII.

Quid verò de ijs iudicandum, qui Eccleſiæ Traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

A. Hos verbum Dei redarguit ac damnat, cùm Traditiones [a] obſeruandas eſſe decernit, cùm iubet [b] Eccleſiam audire, & Apoſtolorum Seniorumque [c] præcepta cuſtodire. Verbum Dei eſt, quod ſubijcit nos Magiſtratibus cùm [d] Politicis, tum [e] Eccleſiaſticis, modeſtis [f] iuxtà & dyſcolis propter [g] conſcientiam: vult illorum legibus & reuerentiam [h] & obedientiam deferri maximam. *Obedite*, inquit, [i] *præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: omnia* [k] *quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.*

a 2.Theſſ.2.d 1.Cor.11.a
b Matth.18.c
c Acto.15.c 16.a
d Rom.13.a Matth.22.c
e Matth.23.a Luc.10.c
f 1.Pet. 2.c
g Rom.13.a
h Tit.3.a
i Heb.13.c
k Matth.23.a

B. Quapropter iſti non tam homines ſpernunt, [l] quàm Deũ ipſum Opt. Max. quem in [m] Apoſtolis, eorumque [n] ſucceſſoribus audire ac reuereri ſanè oportebat. Igitur planè verbo Dei reſiſtunt, dum poteſtati & ordinationi Dei reſiſtunt, & hinc ſibi damnationem acquirunt, ſi Paulo [o] credimus.

l 1.Theſſ.4.b 1.Cor.14.g
m Ioan.20.e 17.c Luc.10.c
n Cypria epiſt.69. ad Florentium Puppianum. Baſil. cap.23. conſtit. monaſticarum.
o Rom.13.a

C. Nimirùm diuina eſt iſthæc ordinatio, quę nec aboleri poteſt humana authoritate, vt certis legibus, ijſque partìm ſcriptis, partìm non ſcriptis, quas [p] Apoſtolica nobis commendat traditio, Eccleſia regatur, dogmata conſeruentur, religio vindicetur, alatur concordia, diſciplina retineatur.

p Baſil. de Spir.ſanc. cap.27. Aug. lib.4. contra Donat. cap.24. & lib.2. cap.7. lib.5. cap.23. & 26. Epiph. Hæreſ.55. Euſeb. lib.5. Eccleſ. hiſt. cap.30.

TESTIMONIA.

1. A. SECVNDAE ad Theſſalonicenſes ſecundo: State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per

per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

2. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Laudo vos fratres, quòd per omnia meî memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, pręcepta mea tenetis.

3. MATTHAEI decimooctauo: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus,

4. ACTORVM decimoquinto: Paulus, electo Sila, perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum.

5. ET capite decimoſexto: Cùm pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

6. AD Romanos decimotertio: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt.

7. MATTHAEI viceſimoſecundo: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

8. ET capite viceſimotertio: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint &c.

9. LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.

10. PRIORIS Petri ſecundo capite: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquàm ab eo miſſis, ad vindictam malorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, vt benè facientes, obmuteſcere faciatis imprudentiam hominum ignorantiam. Quaſi liberi, & non quaſi velamen habētes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Deum timete, Regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

11. AD Romanos decimotertio: Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

12. AD Titum tertio: Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

13. AD Hebręos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

14. MATTHAEI, vt in textu, & teſtim. octauo.

1. B. PRIORIS ad Theſſalonicēſes quarto: Itaque qui hæc ſpernit, non hominē ſpernit, ſed Deū, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis,

2. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quę ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.

3. IOANNIS viceſimo: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.

4. ITEM decimoſeptimo: Sicut tu me miſiſti in mundum, ità & ego miſi eos in mundum.

5. LVCAE decimo; Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.

6. CYPRIANVS Epiſtola ſexageſimanona ad Florentium Puppianum: Nec hæc iacto, ſed dolens profero, cùm te iudicem Dei conſtituas & Chriſti, q dicit ad Apoſtolos, ac per hoc ad omnes Prępoſitos, qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui audit vos, me audit; & qui me audit, audit eum qui me miſit: & qui reijcit vos, me reijcit, & eum qui me miſit. lib. 4. epiſt. 9. Quæ Apoſtolis dicta, ad Succeſſores eorum pertinent. Luc. 10.

7. BASILIVS in conſtitutionibus monaſticis, capite vigeſimotertio: Quod Apoſtolis dixit, Qui vos audit &c. intelligēdus eſt in commune legem ſanxiſſe in poſteros, qui aliorum futuri erant moderatores, id ex multis iiſdemq́ certiſſimis diuinarum literarum teſtimonijs, manifeſtiſſimisq́ argumentis probari poteſt. Matth. 10. Luc. 10.

8. AD Romanos decimotertio: Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.

1. C. BASILIVS Magnus in libro de Spiritu ſancto, capite viceſimoſeptimo: vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo.

2. AVGVSTINVS libro quarto cōtra Donatiſtas, capite viceſimoquarto, 3. ET libro ſecundo, capite ſeptimo, 4. ITEM libro quinto, capite viceſimotertio, vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio ſecundo & ſequentib.

5. IDEM libro quinto contra Donatiſtas, capite vigeſimoſexto: Quòd autem nos admonet Cyprianus, vt ad fontem recurramus, id eſt, ad Apoſtolicam Traditionem, & indè canalem in noſtra tempora dirigamus, optimum eſt, & ſine dubitatione faciendum. Ad Apoſtolicam Traditionem confugiendum.

6. EPIPHANIVS hęreſi quinquageſimaquinta cōtra Melchiſedechianos: Termini nobis poſiti ſunt, & fundamēta, & ędificatio fidei, & Apoſtolorū Traditiones, & ſcripturę ſanctæ, & ſucceſſiones doctrinæ, & vndiquaquè veritas Dei munita eſt. Apoſtolorum Traditiones. Succeſſio doctrinæ.

7. EVSEBIVS libro tertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite trigeſimo: Ignatius cùm iter per Aſiam faceret, licèt attentiſſima cura à ſatellitibus, qui illum ductabant, obſeruaretur, Eccleſias tamen cuiuſque ciuitatis, ad quam fortè proficiſceretur, familiaribus colloquijs pijsq́ hortationibus confirmauit: ac primùm, vt hæreſes, quæ iam tum primò naſci & emergere cœperunt, maximè præcauerent, ſedulò admonuit. Deindè hortatus eſt, vt Apoſtolorum Traditioni mordicùs adhæreſcerent: quam quidem aſſeueranter teſtificatus, quô tutiùs poſteritati reſeruaretur, neceſſariò ſcriptis mandandam exiſtimauit. Traditioni Apoſt. mordicùs adhærendum. Ignatius eam ſcriptis mandauit.

VIII.

Quid Patres hac de re iudicârunt?

A. ORIGENES, qui celebris & peruetuſtus eſt author, in hęc verba ſcripſit: [a] Hæreticus nobis habendus eſt omnis ille, qui Chriſto ſe credere profitetur, & aliud de veritate Chriſtianæ fidei credit, quàm habeat definitio Traditionis Eccleſiaſticæ. Tum idem alibì: [b] Illa ſola credenda eſt veritas, inquit, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat Traditione.

B. Et Hieronymi verbum eſt: [c] Ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ità obſeruandas, vt à Maioribus traditæ ſunt.

C. Auguſtinus verò ità [d] docet; Si quid diuinæ Scripturæ præſcribit authoritas, non eſt dubitandū, quin ità facere debeamus, vt legimus: ſimiliter etiam, ſi quid per orbem frequentet Eccleſia. Nam hoc quin ità faciēdum ſit, diſputare,

a In caput 3. epiſtolæ ad Titum, teſte Pamphilo in apologia pro Origene. Vide etiam Irenæum lib. 4. cap. 43.
b Lib. 1. Periarchō in proœmio.
c Ad Lucinium epiſt. 28.
d Epiſt. 118. cap. 5.

tare, inſolentiſſimę inſaniæ eſt. Ac rurſùs idem: [e] In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei, vel inſtituta Maiorum pro lege tenenda ſunt. Et [f] ſicut præuaricatores diuinarum legum, ità contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coërcendi ſunt.

e Ad Caſulanum epiſt. 86.

f Diſt. 11. cap. In his.

D. Demùm Tertullianus, doctiſſimus & antiquiſſimus Eccleſiæ ſcriptor, toto libro [g] aduersùs eos diſputat, qui nihil quod literis ſacris non ſit expreſſum, admittunt, grauiterque contendit, Traditiones & obſeruationes quaſdam Eccleſiaſticas eſſe non ſcriptas, quæ non poſſint niſi ab Hæreticis repudiari. *Si quis autem videtur contentioſus eſſe*, (vt Paulinis [h] verbis vtamur) *nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.*

g Lib. de præſcriptionibus aduersùs hæreticos.

h 1. Cor. 11. c

TESTIMONIA.

Qui Presbyteri audiendi.

A. IRENAEVS libro quarto contra hæreſes, capite quadrageſimotertio: Eis qui in Eccleſia ſunt Presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionē habent ab Apoſtolis, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecundùm placitum Patris acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtūt à principali ſucceſſione, & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malę ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos, & ſibi placentes, aut rurſùs vt hypocritas, quęſtus gratia, & vanæ gloriæ hoc operantes.

Reliqua habentur in textu.

IX.

Agè verò quid eſt Eccleſia?

A. ECCLESIA eſt omniū Chriſti fidem atq; doctrinā profitentiū vniuerſitas, quā Princeps Paſtorum Chriſtus tū Petro Apoſtolo, tum huius [a] ſucceſſoribus paſcendā tradidit atq; gubernandam.

Rom. 12. b 1. Cor. 12. b 1. Pet. 5. b Ioan. 21. c Matth. 16. c

a Chryſoſt lib. 2. de ſacerdotio. Concilium Florentinum. Bern. lib. 2. de Cōſid. ad Eugeniū, cap. 8.

B. Quarè nomen Eccleſiæ non merentur, ſed [b] falsò arrogant ſibi Hæretici & Schiſmatici omnes, qui etſi fidem atque doctrinam Chriſti profiteri videntur, tamen ſummi Paſtoris ac Pontificis, quem Chriſtus ouili Eccleſiæ loco ſuo præfecit, & perpetua [c] ſucceſſione in Romana Eccleſia vſq; conſeruauit, oues eſſe detrectāt.

b Hier. contra Lucifer. c. 9. Cyprian. epiſt. 69.

c Iren. lib. 3. cap. 3. Tertul. lib. 3. cont. Mar c. 9. Optat. lib. 2. Aug. epiſt. 165. & 42. & in Pſal. contra partem Donati. & lib. 2. contra literas Petilia. cap. 51.

C. Hanc Petri Cathedram, hunc Eccleſiæ primatum qui negant & oppugnant, primùm illi quidem Chriſti magnificas promiſſiones * Petro factas, & myſticas regni cæleſtis claues illi vni traditas, aliaque multa de Petro Apoſtolorum [d] principe, ore, vertice ſcripta non intelligunt: Deindè pacem Eccleſię, ordinemque certum manifeſtè perturbant, quę abſque ſummo Antiſtite & huius præcellenti authoritate nec ritè gubernari, neque in vnitate atq; contra portas inferorum ſoliditate neceſſaria diù contineri poſſet. Poſtremò Patribus, horumque Synodis & ſcriptis de hac illuſtri Eccleſiæ [e] nota cōſentientibus, immò & totius orbis Chriſtiani conſonæ voci, detrahunt impudenter.

* Matth. 16. c Ioan. 21. e Luc. 22. e Matth. 10. a Ioan. 1. f Matth. 17. d Act. 1. c

d Cypr. de ſimpl. pręlat. In ca. 16. Matth. Hilarius & Hieron. idem lib. 1. in Iouinia. c. 14. Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 12. Auguſt. in Ioan. tract. 56. & 124. Orig. homil. 2. in diuerſ. euang. & tract. 6. in Matth. Baſil. de pœnit. Chryſo. hom. 87. in Ioan. & 55 in Matth. item 9. de pœnit. & ſerm. de cate. & gladio S. Petri. item homil. in SS. Petrum & Eliam. Leo Magnus ſermo. 3. de anniuerſ. Pontif. & epiſt. 89. ad Epiſc. Viennenſis prouin.

e Auguſt. contra epiſt. Fundam. cap. 4. Item de vtilitate credendi, cap. 17. & lib. 11. cont. Fauſt. cap. 2.

D. Agnouit hanc Eccleſiam eiuſque dignitatem Hieronymus, cuius hæc verba [f] ſunt: Qui Petri Cathedræ iungitur, meus eſt. Agnouit Optatus [g] Afer, qui Petri Cathedram inter veras Eccleſię notas primam eſſe teſtatur. Agnouit Auguſtinus, [h] qui apertè ſcribit, in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedrę principatum viguiſſe. Agnouit [i] Cyprianus, qui omniū hęreſum & ſchiſmatum pullulātium cauſam in eo ſtatuit, quòd vni & ſummo ſacerdoti ac iudici vice Chriſti nō obtemperatur. Agnouit Ambroſius, [k] vt dixerit ſe in omnibus cupere Romanā ſequi Eccleſiam.

f Ad Damaſ. epiſt. 58. & ad eundē epiſt. 57.

g Lib. 2. contra Donat.

h Epiſt. 162. 90. 92. 93. & 165.

i Epiſt. 55. & 69. Item Hier. contra Luciferia. c. 4. & Leo epiſt. 84. ad Anaſt. Theſſalonic. cap. 11.

k Lib. 3. de Sacram. cap. 1. & de obitu Satyri.

E. His autem omnibus antiquior, & Apoſtolicorū temporum vicinus, vereque Apoſtolicus vir Ireneus, [l] tale tribuit elogium Eccleſię Romanæ: Ad hanc, inquit, Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſsè eſt omnem cōuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiquè fideles: in qua ſemper ab ijs qui ſunt vndiquè, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.

l Lib. 3. cap. 3. Tertul. de pręſcrip. hæret cap. 36. Cyprian. epiſt. 45. & 46. Theodore. lib. 2. hiſt. cap. 4. Bernar. epiſt. 190. ad Innocent. & lib. 2. de Conſider. cap. 8. Concil. Chalcedo. act. 3. Anaclet epiſt. 1. & 3. Marcel. epiſt. 1. Synod. Alexandrina ad Felicem.

Digitized by Google

TESTIMONIA.

1. A. AD Romanos duodecimo: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

2. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Sicut corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia aũt membra corporis cùm ſint multa, vnũ tamen corpus ſunt: ità & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos, in vnum corpus baptizati ſumus.

3. PRIORIS Petri quinto capite: Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

DE PASTORE VNIVERSALIS ECCLESIÆ.

4. IOANNIS vigeſimoprimo: Cùm ergo prãdiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis, diligis me plùs his? Dicit ei: Etiam Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterùm: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia ſcis: tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce oues meas.

5. MATTHAEI decimoſexto: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Ioan.21. Nota: tũ Petro, tũ ſucceſſoribus cură ouium commiſſam. Matth.24. Luc.12.

6. CHRYSOSTOMVS libro ſecundo de Sacerdotio: Quanam de cauſa idem ille ſanguinem effudit ſuum? certè vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat. Iure igitur ac meritò ſic loquebatur Chriſtus: Quiſnam fidelis ſeruus & prudẽs, quem Dominus ſuper familiam ſuam conſtituit?

7. CONCILIVM Florentinum, vt ſuprà de Symbolo, quæſtione decimanona, C. teſtim. decimotertio.

Rom. Põtificis quãta dignitas & authoritas.

Nota.

Matth.16. Ioan.21.

Paſtorum omnium paſtor.

Ex Scripturis probat. Ioan.21.

8. BERNARDVS libro ſecundo de cõſideratione ad Eugenium Pontificem Maximum, capite octauo: Agè indagemus adhuc diligentiùs quis ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonã in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu princeps epiſcoporũ, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij cęli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſiùs, quanto & differentius vtrunq; præ cæteris nomen hæreditaſti. Habẽt illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor. Vndè id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim nõ dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè & indiſcretè totę commiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum, non deſignâſſe aliquas, ſed aſſignâſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil. Et cæterà, vt ſuprà de Symbolo, eadem quæſtione, C. teſtimonio duodecimo.

In qua Eccleſia permanendum.

1. B. HIERONYMVS in dialogo contra Luciferianos, capite nono: Breuẽ tibi apertamq; animi mei ſententiam proferam: In illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad diem hãc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, vt putà Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes ſiue Campitas: ſcito non Eccleſiã Chriſti, ſed Antichriſti eſſe ſynagogam: ex hoc enim ipſo quòd poſteà inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænũciauit. Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum capitulis videntur ſibi affirmare quod dicunt, cùm & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo.

Hæreticorum Eccleſia eſt Antichriſti ſynagoga.

Scripturarũ citatio non ſemper rectè fit.

lib.4.epiſt.9.

Sine Epiſcopo & ſummo Sacerdote nõ eſt Eccleſia.

2. CYPRIANVS Epiſtola ſexageſimanona ad Florentium ſeu Puppianum: Etſi cõtumax ac ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamẽ à Chriſto nõ recedit: & illi ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens. Vndè ſcire debes, Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in epiſcopo: & ſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe: & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei nõ habentes obrepunt, & latenter apud quoſdã communicare ſe credunt: quando Eccleſia quę Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtiquè connexa, & cohærentium ſibi inuicèm ſacerdotum glutino copulata.

Qui cum Epiſcopo nõ eſt, in Eccleſia non eſt.

Sacerdotum connexio.

SVCCESSIO ROMA. PONTIFICVM.

Succeſſio Rõ. Pontificum.

3. IRENAEVS aduerſùs hæreſes libro tertio, capite tertio: Sed quoniam valdè longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitę, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & cõſtitutæ Eccleſię, eam quã habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſq; ad nos, indicantes, confundimus omnes eos qui quoquo modo vel per ſui placentiã malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, prætorquàm oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſè eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiquè fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndiquè, conſeruata eſt ea quę eſt ab Apoſtolis traditio. Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Succedit aũt ei Anacletus: poſt eum tertio loco ab Apoſtolis epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cùm adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum & traditionẽ ante oculos haberet. Huic autem Clementi ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexander, ac deincèps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorus, qui etiam glorioſiſſimè martyrium fecit, ac deincèps Higinus, pòſt Pius, poſt quem Anicetus. Cùm autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconiatio peruenit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hęc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.

Fides in ſucceſſione perpetuò cõſeruata, confundit hæreticos.

Eccleſiæ Rõ. dignitas & cõſtantia in fide Apoſtolica.

Romani Põtifices ex ordine numerantur vſque ad Irenæi ætatẽ.

Irenæi ætas.

Rectæ fidei indicium.

4. TERTVLLIANVS libro tertio aduerſùs Marcionem, capite nono, poſtquàm de Apoſtolis Euangelij primis pręd icatoribus egiſſet, addit:

Succeſſores Apoſtolorũ.

Quorum diſcipuli, qui ſucceſsẽre per orbem,
Conflati virtute viri, noſtriq; magiſtri,
Coniunctos operis nobis tribuẽre honores.
Ex quibus electum magnum, plebiq; probatum
Hac cathedra, Petrus qua ſederat ipſe, locatum
Maxima Roma Linum, primũ conſidere iuſſit.
Poſt quem Cletus & ipſe, gregem ſuſcepit ouilis.
Huius Anacletus ſucceſſor ſorte locatus.
Quẽ ſequitur Clemẽs; is Apoſtolicis benè notus.
Euariſtus ab hoc rexit ſine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile.
Poſt expleta ſui qui luſtri tempora tradit
Teleſphoro; excellens hic erat, martyrq; fidelis;
Poſt illum ſocius legis, certuſq; magiſter;

Petrus ſedit in Cathedra Romana, in qua quinam illi ſucceſſerint.

Quum

Digitized by Google

Cerdo Romã veniens damnatur.

Quum veſtri ſceleris ſocius præcurſor & auctor
Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera geſtans,
Detectus, quoniam voces & verba veneni
Spargebat furtim; quapropter ab agmine pulſus,
Sacrilegum genus hoc genuit, ſpirante dracone.

Romana Eccleſia à Petro cõſtituta pietate viget.

Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romæ
Compoſita à Petro, cuius ſucceſſor & ipſe,
Iamq; loco nono cathedram ſuſcepit Higinus.
Poſt hũc deindè Pi⁹, Hermas cui germine frater,
Angelicus paſtor, qui tradita verba locutus,
Atq; Pio ſuſcepit Anicetus ordine ſortem.

Marcion hæreſin ſpargẽs excommunicatur.

Sub quo Marcion hic veniẽs, noua Põtica peſtis,
Nondùm ſecretum facinus ſub corde recluſum,
Paſsim vulgo loquens latebroſa perfidus arte.
Sed poſtquàm cœpit mortis proferre ſagittas,
Abiectus meritò tam ſæui criminis auctor,
A ſanctis reprobus; patuit mirabile monſtrum.

5. OPTATVS Mileuitanus libro ſecundo contra Donatiſtas: Probamus eam eſſe Eccleſiam Catholicam, quæ ſit in toto terrarum orbe diffuſa. Eius iam cõmemoranda ſunt ornamenta: & videndum vbi ſint quinq; dotes, quas tu ſex eſſe dicis, inter quas Cathedra eſt prima: Vbi niſi ſederit epiſcopus, coniungi altera dos non poterit, qui eſt annulus: videndum eſt, qui & vbi prior Cathedra ſederit. Si ignoras, diſce: ſi nôſti, erubeſce. Ignorantia tibi adſcribi non poteſt. Reſtat ergò vt noueris. Scientem errare, peccatum eſt. Nam ignorantibus nonnunquàm ſolet ignoſci. Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Roma Petro primò Cathedrã Epiſcopalẽ eſſe collatam: in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus: vndè & Cephas appellatus eſt: in qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus ſeruaretur, nè cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent: vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram, alteram collocaret. Ergò cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus. Cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus &c. Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius hodiè, qui noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus orbis commercio formatarum, in vna communionis ſocietate concordat. Veſtræ Cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare.

Primaria nota Eccleſiæ.

aliàs, in quo vno cathedræ vnitas. vel, quo in vna Cathedra, vnitas.

Succeſſio Rõ. pontificũ vſque ad ætatẽ Optati.

Hæretici originem ſuæ cathedrę reddere nequeunt.

6. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſexageſimaquinta ad Generoſum: Si ordo Epiſcoporũ ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certiùs & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti, Dominus ait; Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Petro enim ſucceſſit Linus; Lino Clemens; Clementi Anacletus; &c. Damaſo Siricius; Siricio Anaſtaſius. In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta epiſcopus inuenitur. In illum autem ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Anaſtaſium, qui nũc eandem Cathedrã ſedet, etiamſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis: quibus Dominus prouidens, ait de præpoſitis malis; Quæ dicunt, facite: quę autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Vt certa ſit ſpes fidelis, quæ non in homine, ſed in Domino collocata, nunquàm tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur.

A Petro vſq; ad Augu. ętatẽ Rom. Põt. in eadẽ doctrina fidei cõſentiẽtes. Matth. 16.

Cõt. Rõ. Põt. hoſtes Augu. reſponſio.

Matth. 23.

7. ITEM in epiſtola quadrageſimaſecunda ad Madaurenſes: Videtis certè multos præciſos à radice Chriſtianæ ſocietatis, quæ per ſedes Apoſtolorum, & ſucceſſiones epiſcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur, de ſola figura originis, ſub Chriſtiano nomine, quaſi areſcentia ſarmenta gloriari, quas hæreſes & ſchiſmata nominamus: præuiſa, prædicta, ſcripta ſunt omnia.

Eccleſiæ propagatio per ſedes Apoſtolorum & ſucceſſiones Epiſcoporum.

8. IDEM in Pſalmo contra partem Donati:
Numerate ſacerdotes, vel ab ipſa Petri ſede,
Et in ordine illo Patrũ, quis cui ſucceſſit, videte.

Petri ſedes, & continuata in ea Rõ. Põ-

Ipſa eſt Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.

tif. ſucceſſio, petra eſt inſuperabilis.

9. ITEM libro ſecundo contra literas Petiliani Donatiſtæ, capite quinquageſimoprimo: Veruntamen ſi omnes per totum orbem tales eſſent, quales vaniſſimè criminaris, cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodiè Anaſtaſius ſedet? Quarè appellas cathedram peſtilentiæ, cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait, Dicunt enim & non faciunt, cathedræ in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Nónne illam cathedram Moyſi commendauit, & illos, ſeruato cathedræ honore, redarguit? Ait enim, Cathedram Moyſi ſedent; quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis cathedram Apoſtolicam cui non communicatis. Sed quid eſt aliud, quàm neſcire quid dicere, & tamen non poſſe niſi maledicere?

Petrus ſedit in cathedra Eccleſiæ Rõ.

Not. cõt. Rõ. Pontificũ vituperatores. Matth. 23.

Matth. 23.

DE PRIMATV PETRI.

1. C. MATTHAEI decimoſexto, 2. ET Ioannis vigeſimoprimo: vide ſuprà hac eadẽ quæſtione, A. teſtimonio quinto & quarto.

3. LVCAE vigeſimoſecundo: Ait autem Dominus Simoni: Simon, eccè Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

4. MATTHAEI decimo: Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius &c.

5. IOANNIS primo: Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.

6. MATTHAEI decimoſeptimo: Et cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait: Etiam. Et cùm intrâſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergò liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

7. ACTORVM primo: In diebus his exurgẽs Petrus in medio fratrũ, dixit: Viri fratres, oportet impleri ſcripturam &c.

8. CYPRIANVS in tractatu de ſimplicitate Prælatorum, ſiue de vnitate Eccleſiæ, vt ſuprà de Symbolo, quæſtione decimaoctaua, B. teſtimonio duodecimo.

9. HILARIVS in caput decimumſextũ Matthæi: O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret. O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium, præiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris aut ligata ſunt aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo.

Petrus Eccleſiæ fundamentum.

Petri poteſtas.

Matth. 16.

10. HIERONYMVS in decimumſextum caput Matthęi: Sicut ipſe lumen Apoſtolis donauit, vt lumen mũdi appellarentur, cæteraq; ex Domino ſortiti ſunt vocabula: ità & Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. Ac ſecundùm metaphoram petræ, rectè dicitur ei; Aedificabo Eccleſiã meam ſuper te. Ibidèm: Prudens lector inquirat, quomodò poſt tãtam beatitudinem; Beatus es Simon Bariona &c. nunc audiat,

Multa ſua nomina Chriſtus Apoſtolis etiã communicauit. Matth. 5.

Petrus petra dicitur.

Super Petrũ ædificata Eccleſia. Matth. 16.

Digitized by Google

diat, Vade retro me Satana,ſcandalũ mihi es. Aut quæ ſit tam repentina conuerſio,vt poſt tanta prę-mia, ſatanas appelletur. Sed ſi conſideret qui hoc quærit,Petro illã benedictionem & beatitudinem ac poteſtatem, & ædificationem ſuper eum Eccleſiæ,in futuro promiſſam, non in præſenti datam, intelliget. Aedificabo, inquit, ſuper te Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & dabo tibi claues regni cęlorum: omnia de futuro. Quæ ſi ſtatìm dediſſet ei, nunquàm in eo prauæ confeſſionis error inueniſſet locum.

Apud Matthęũ promiſſa eſt ædificatio Eccleſiæ ſuper Petrũ.

In Petro error habere locũ non potuit,niſi ante Primatũ acceptum.

11. IDEM libro primo aduersùs Iouinianum, capite decimoquarto:At dicis, ſuper Petrum fundatur Eccleſia, licèt idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur,vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio.

Matth.18. Ioan. 20.

Petro principatus datur ad cauẽdum ſchiſma.

12. CYRILLVS Alexandrinus libro ſecundo in Ioannem, capite duodecimo: Nec Simon fore iam nomẽ ſibi,ſed Petrus prædicit, vocabulo ipſo commodè ſignificans, quòd in eo tanquàm in petra lapideq́ firmiſſimo, ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam.

Ioan.1. Petrus quid ſignificet. Aedificauda Eccleſia in Petro.

13. AVGVSTINVS tractatu quinquageſimoſexto in Euangeliũ Ioãnis: Quis enim neſciat,primum Apoſtolorum eſſe beatiſſimum Petrum?

Petrus Apoſtolorum primus.

14. IDEM tractatu centeſimo vigeſimoquarto:Hoc agit Eccleſia ſpe beata in hac vita ęrumnoſa; cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui primatum gerebat figurata generalitate perſonam.Quòd enim ad ipſum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus,abundantiore gratia vnus idemq́ primus Apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum & in cęlis: vniuerſam ſignificabat Eccleſiam, quæ in hoc ſeculo diuerſis tentationibus velut imbribus,fluminibus,tempeſtatibus quatitur,& non cadit; quoniam fundata eſt ſuper petram, vndè Petrus nomen accepit.Non enim à Petro petra,ſed Petrus à petra: ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur.

Propter Apoſtolatus ſui primatũ,Eccleſiã repræſentabat.

Petrus prim⁹ Apoſtolus. Matth.16.

Petro ad Eccleſiæ vtilitatem communem claues datæ ſunt.

Petrus à petra dictus.

15. ORIGENES in diuerſos Euangeliſtas homilia ſecunda: Nemo nos exiſtimet Petro Iohannem præferre. Quis hoc fecerit? Quis eſſet altior Apoſtolorum illo, qui eſt & dicitur vertex eorum?

Apoſtolorum vertex.

16. IDEM tractatu ſexto in Matthæum: Non modica differentia eſt, quòd Petro quidem datæ ſunt claues non vnius cæli, ſed multorum cælorum, vt quæcunque ligauerit ſuper terram, ſint ligata non tantùm in vno cęlo,ſed in omnibus cęlis: & quæ ſoluerit ſuper terram, ſint ſoluta non ſolùm in vno cælo, ſed in omnibus cælis. Ad eos autem,qui multi ſunt ligatores & ſolutores in terra,ſic dicit, vt ſoluant & alligent non in cęlis,ſicut Petrus,ſed in vno cęlo,quia non ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus, vt alligent vel ſoluant in omnibus cælis.

Petro datæ claues non cæli,ſed cælorum. Matth.16.

Apoſtoli cæteri ligant & ſoluũt in cælo, non in omnibus cęlis.

17. BASILIVS Magnus in homilia de pœnitentia,quę eſt inter homilias variorum argumentorum vltima: Petrus tertiò abnegauit, & collocatus eſt in fundamento. Petrus dixerat iam anteà, & beatus pronunciatus fuerat: dixerat, Tu es filius Dei excelſi: & viciſſim audierat, ſe eſſe petram,ità laudatus à Domino: Licèt enim petra eſſet, non tamen petra erat vt Chriſtus. Vt Petrus petra erat. Nam Chriſtus verè eſt immobilis petra. Petrus verò propter petram. Axiomata nanque ſua IESVS largitur alijs. Largitur autem ea non euacuatus, ſed nihilominùs habens. Lux eſt: Vos eſtis lux mundi, inquit. Sacerdos eſt, & facit ſacerdotes. Ouis eſt, & dicit: Eccè ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Petra eſt,& petram fecit. Quæ ſua ſunt, largitur ſeruis ſuis. Argumentum hoc eſt opulenti,habere videlicet, & alijs dare.

Petrus in fundamẽto collocatus. Matth.16.

Aliter Petrus petra, aliter Chriſtus.

Ioan.8. Matth.5. Matth.10.

18. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimaſeptima in Ioannem,in ea verba, Simon Ioannis, diligis me? Quid tandèm alijs omiſſis de his duntaxàt Petrum affatur? Os erat Apoſtolorum & princeps & vertex ipſius cœtus, propterea & Paulus eum pręter alios viſurus aſcendit: ſimul vt ei oſtenderet iam ſibi fidutiam habendam: tanquàm enim negationis obliuiſceretur, fratrũ curam ei committit, neque negationis meminit. Et paulò pòſt: Nam cùm magna Chriſtus Petro communicâſſet, orbis terrarum curam demandâſſet, martyrium prædixiſſet,&c.

Os & princeps Apoſtolorum: quem ob eam cauſam etiã Paulus inuiſit. Galat 1.

Cura fratrũ Petro commiſſa.

Orbis terrarum cura ei demandata.

19. ITEM homilia quinquageſimaquinta in Matthæum: Quid igitur Petrus,omnium Apoſtolorum os, vertex conſortij totius? cùm omnes interrogati eſſent, ipſe ſolus reſpondet. Ibidèm: Eccleſiæ futuræ paſtorem conſtituit. Et paulò pòſt: Quæ Deus concedere ſolus poteſt,peccatorum ſcilicet remiſſionem,& vt Eccleſia tot tantiſq́ fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat, cuius paſtor & caput, piſcator homo atque ignobilis,terrarũ orbe reluctante adamantis naturam firmitate ſuperet: hæc inquam omnia quæ ſolius Dei ſunt,ſe pollicetur daturum.

Os & vertex Apoſtolici conſortij.

Eccleſiæ paſtor & caput & adamantinum fundamentum.

20. IDEM homilia nona de pœnitentia: Petrũ cùm dico, petram nomino indelebilem, non ſe: crepidinem immobilem, Apoſtolum magnum, primum diſcipulorum,primum vocatum,& primum obedientem.

Petra & crepido immobilis.

21. ET Sermone in adorationem venerabilium Catenarum & gladij ſancti & Apoſtolorum principis Petri: Sanctum ac iuſtum eſt ſummis & meritis honoribus Apoſtolum prædicari, in quo & ſuam Eccleſiam pro diuinæ illius vocis præmio, qua ipſum Dei filium eſſe prædicauit, ædificaturum ſe prædixit Dei filius, & cælorum claues eius in ſe fidei arrhabonem ſe illi daturum,& eorum, quæ ab ipſo in terris ligata aut ſoluta fuiſſent, in cęlis ſententiam confirmaturũ promiſit. Et nonnullis interiectis ad ipſum Petrum ſermonem dirigens: Vbinam ſunt claues regni cælorum? Vbinam appellatio, qua Eccleſiæ firmamentum nominaris? Et iterùm: Hunc cęleſtes angelorum ordines collaudârunt, & Apoſtolorum chorus valdè admiratus, tanquàm os ſuum, amplexatus eſt ac celebrauit. Hunc, qui Chriſto crediderunt,ducem & magiſtrum ſequentes, ad infidelitatis ſcopulos non offendunt. Hunc ad cælum vſque peruenientem, & valdè illuſtrem ſpiritualis Iſraelis columnam, & animarum in perfidiæ pelago fluctuantium gubernatorem appellamus. Verè hic eſt Apoſtolorum firmamentum, & ſacratus cælorum magiſter: Petrus deniquè magnum illud orbis terrarum miraculum, Eccleſiæ iactatio, diſcipulorum decus, Theologorũ pulchritudo, Chriſti os &c. Et ſub finem: Tu verò ô Petre, Chriſti Eccleſiæ petra & firmamentum, ſumme Apoſtolorum vertex,adeſto hodiè miſertus noſtrî &c.vt ſuprà quæſtione octaua de Decalogo, D.teſtimonio octauo.

In Petro ſe Eccleſiã ſuã Chriſtus ædificaturũ prædixit.

Eccleſiæ firmamentum appellatur.

Spiritualis Iſraelis columna.

Eccleſiæ petra, & firmamentum.

22. ITEM homilia in ſanctos Petrum Apoſtolum & Eliam Prophetam: Petro Apoſtolo orbis terrarum Eccleſiæ, & populorum multitudines eius fidei committendæ erant, vel potiùs creditæ ſunt illi claues regni cælorum. Quid enim ait illi Dominus? Quodcunq; ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cælo. Sed vide cuiuſmodi peccato permiſit ſubijci Petrum illum,talem ac tantũ virum,Apoſtolorum verticem, fundamentum immobile, petram ſtabilem, & quæ frangi non poſſet,Eccleſiæ principem,portum inexpugnabilem, turrim firmam, & quæ non poſſet concuti. Petrus, inquam,illa Eccleſiæ columna ac propugnaculum,

Petro orbis Eccleſiæ, & populorum multitudines cõmittendæ. Matth.16.

Apoſtolorũ vertex, fundamentũ,petra ſtabilis, Eccleſiæ princeps & columna.

culum,puellæ vnius,non minas, ſed vnicum verbum non ſuſtinuit. Verbum puellæ proceſſit,& columna illa concutiebatur.Illa locuta eſt,& propugnaculum fluctuauit. Permiſſus eſt peccare is, cui Eccleſia credenda erat,illa videlicet Eccleſiarum columna,& portus fidei ; Petrus orbis terrarum magiſter peccare permiſſus fuit ob eam maximè cauſam, quòd populorum multitudo illi credenda erat,nè ſeuerus & innocens,à venia proprijs fratribus impartienda eſſet alienus.

Vnus Petrus Apoſtolis & omnibus Ec. cleſiæ patribus præponitur.

Primarius omniū paſtor Chriſtus, ſecūdarius vero omnium paſtor Petrus. Matth.16.

Nota quomodò Chriſtus & quomodò Petrus petra ſit. Epheſ.2. 1.Cor.3.

23. LEO Magnus ſermone tertio in anniuerſario pontificatûs ſui : De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſq; Eccleſiæ patribus præponatur, vt quanuìs in populo Dei multi ſacerdotes ſint,multiq; paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus,quos principaliter regit & Chriſtus. Ibidē: Et ego,inquit Chriſtus,dico tibi : hoc eſt, Sicut meus pater tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ità & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id eſt,cùm ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum : ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere : tamē tu quoquē petra es,quia mea virtute ſolidaris : vt quæ mihi poteſtate ſunt propria,ſint tibi mecum participatione communia. Eandem ſententiam de duplici petra iiſdem verbis repetiuit ſermone ſecundo in natali Apoſtolorum Petri & Pauli.

Petri priuilegia.

Petro principatū adimentes, ſeipſos ad inferna demergunt.

24. IDEM epiſtola octogeſimanona ad Epiſcopos per Viennenſem prouinciam conſtitutos: Cùm Petro præ cæteris ſoluendi & ligandi tradita ſit poteſtas, paſcendarum tamen ouium cura ſpecialiùs mandata eſt. Cui quiſquis principatū æſtimat denegandum,illius quidem nullo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſuæ,ſemetipſum in inferna demergit.

Auguſtinus quanti faciat ſucceſſionem Epiſcoporū in ſede B.Petri primi paſtoris ouium Chriſti.

25. AVGVSTINVS contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, capite quarto : Tenet me in Eccleſia Catholica, ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio ſacerdotum.

Cui Eccleſiæ adhærēdum.

Succeſſiones epiſcoporum Apoſtolicæ ſedis.

Nota.

26. IDEM in libro de vtilitate credendi ad Honoratum, capite decimoſeptimo : Cùm igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructúmque videamus, dubitabimus nos eius Eccleſiæ condere gremio, quæ vſque ad confeſſionem generis humani, ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtrà hæreticis circunlatrantibus, & partìm plebis ipſius iudicio, partìm Conciliorum grauitate, partìm etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen authoritatis obtinuit ? Cui nolle primas dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ.

Succeſſionis perpetuitas.

27. ET libro vndecimo contra Fauſtum Manichæum,capite ſecundo : Vides in hac re, quid Eccleſiæ Catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur.

DE ROMANA ECCLESIA.

Quanta cum reuerentia ſanctiſſimus & doctiſſimus Hieronymus Rom. pontificem compellat.

1.D. HIERONYMVS ad Damaſum epiſtola quinquageſimaoctaua : Quorsùm iſta tam longo repetita principio ? videlicet, vt paruum magnus adſpicias, vt diues paſtor morbidam non contemnas ouem. Et paulò pòſt: Ego igitur, vt anteà iam ſcripſi,Chriſti veſtem in Romana vrbe ſuſcipiens,nunc barbaro Syrię limite teneor. Et nè putes alterius hanc de me fuiſſe ſententiam, quid mererer,ipſe conſtitui. Verùm vt ait gentilis poëta : Cælum, non animum mutat, qui trans mare currit. Ità me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, vt maiora in ſolitudine bella nunc patiar. Hinc enim pręſidijs fulta mundi,Arriana rabies fremit: Hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia, ad ſe rapere me feſtinat. Monachorum circà manentiū antiqua in me ſurgit authoritas. Ego interim clamito : Si quis cathedræ Petri iūgitur, meus eſt. Meletius,Vitalis,atque Paulinus tibi hærere ſe dicunt : poſſem credere, ſi hoc vnus aſſereret : nunc aut duo mentiuntur,aut omnes. Idcircò obteſtor beatitudinem tuam,per Crucem Domini,per neceſſarium fidei noſtrę decus, per paſſionem Chriſti, vt qui Apoſtolos honore ſequeris, ſequaris & merito : ità in ſolio cum duodecim iudicaturus ſedeas : ità te alius ſenē cum Petro cingat, ità municipatum cæli cum Paulo conſequaris, vt mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam communicare, ſignifices. Noli deſpiccre animam, pro qua Chriſtus mortuus eſt.

Communionem cū Romana Eccleſia quanti faciat Hieronymus.

Apoſtolos honore ſequitur Rom. Pontifex.

Ioan.19. Cant.2. Hiere.2. Cant.4.

Ad fidē Rom. Eccleſiæ hæreſibus graſſantibus confugit Hieronymus. Rom.1.

Luc.17. In Rom. Eccleſia fides incorrupta.

Eſa.14. Matth.5. Nota Hieronymi erga Rom.pontificē reuerentiam, quē & paſtorē ſuum agnoſcit, & B.Petri ſucceſſorem. Romanæ Eccleſiæ communio.

Super cathedrā Petri ędificata Eccleſia. Matth.16. Exod.12.

Extra Rom. Eccleſię communionē nō eſt ſalus.

Rom.Pō.non cōmunicantes,ad Antichriſtum pertinent.

2. IDEM epiſtola quinquageſimaſeptima ad Damaſum : Quoniam vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam Domini tunicam, & deſupèr textam, minutatim per fruſta diſcerpit,& Chriſti vineam exterminant vulpes : vt inter lacus contritos,qui aquam non habent, difficilè,vbi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi : Ideò mihi cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam,cenſui conſulendam,indè nunc meæ animæ poſtulans cibū, vndè olìm Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque verò tanta vaſtitas elementi liquentis & interiacens longitudo terrarum,me à pretioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Profligato à ſobole mala patrimonio,apud vos ſolos incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fœcūdo, Dominici ſeminis puritatē centeno fructu refert: Hîc obruta ſulcis frumenta, in lolium auenaſq; degenerant. Nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur : in Oriente autem Lucifer ille,qui ceciderat,ſupra ſidera poſuit thronū ſuum. Vos eſtis lux mūdi,vos ſal terræ, vos aurea vaſa & argētea : hîc teſtacea vaſa vel lignea virgā ferream & æternum operiuntur incendiū. Quanquàm igitur tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A ſacerdote victimam ſalutis, à paſtore præſidium ouis flagito. Faceſſat inuidia : Romani culminis recedat ambitio : cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo crucis loquor. Ego nullū primum,niſi Chriſtum ſequens,beatitudini tuę,id eſt, cathedrę Petri,communione conſocior : ſuper illā petram ædificatam Eccleſiam ſcio.Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Et poſt pauca : Non noui Vitalem, Meletium reſpuo,ignoro Paulinum: Quicunque tecū non colligit,ſpargit : hoc eſt,qui Chriſti non eſt,Antichriſti eſt.Et in fine : Quamobrem obteſtor beatitudinem tuam per crucifixū, mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem : vt mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum,ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur authoritas. Et nè fortè obſcuritas loci,in quo dego,te fallat, per baiulos literarum, ad Euagrium presbyterum,quem optimè nôſti, dignare ſcripta tranſmittere : ſimul etiam,cui apud Antiochiam debeam communicare, ſignifices : quia Campenſes cum Tarſenſibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm vt authoritate communionis veſtræ fulti, tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent.

3. OPTATVS Mileuitanus libro ſecūdo contra Donatiſtas : Probamus eam eſſe Eccleſiam Catholicam, &c. vt ſuprà hac eadem quæſtione, B.teſtimonio quinto.

4. AVGVSTINVS epiſtola cēteſima ſexageſimaſecunda ad Epiſcopos Donatiſtarum : Erat Carthago tranſmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis : vndè non mediocris vtiquè authoritatis habebat Epiſcopum, qui poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimi-

Digitized by Google

In Rom. Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathed æ viguit principatus.

inimicorum, cùm ſe videret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, vndè Euangeliũ ad ipſam Aphricam venit, per communicatorias literas eſſe coniunctum, vbi paratus eſſet cauſam ſuam dicere, ſi aduerſarij eius ab eo illas Eccleſias alienare conarentur.

5. IDEM cum Patribus Concilij Carthaginenſis, in epiſtola nonageſima ad Innocentium Pontificem Romanum: Si ergò Pelagius epiſcopalibus geſtis, quæ in Oriente confecta dicũtur, etiam tuę venerationi iuſtè viſus fuerit abſolutus, error tamen ipſe & impietas, quæ tam multos aſſertores habet, per diuerſa diſperſos, etiam authoritate Apoſtolicæ ſedis anathematizanda eſt. Et paulò ſuperiùs: Hoc itaque geſtum, domine frater ſancte, charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam peruerſitate etiam corrigenda.

Apoſt. ſedis authoritas in hæretib. anathematizandis.

Petitur Concilij cõfirmatio à Roman. pontifice.

6. IDEM cum Patribus Mileuitani concilij epiſtola nonageſima ſecunda ad eundem Innocentium: Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuæ munere in ſede Apoſtolica collocauit, talemq́ noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia ſuggerenda ſunt, tacuerimus, quàm ea tu poſſis vel faſtidioſè vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralẽ diligentiam quæſumus adhibere digneris. Noua quippe hæreſis, & nimiùm pernicioſa tentat ſurgere inimicorum gratiæ Chriſti.

Rom pontificis authoritas imploratur ad ſedandam tempeſtatem Pelagianæ hæreſis.

7. INTER eiuſdem Auguſtini epiſtolas nonageſimatertia, eſt Innocentij ad Patres concilij Mileuitani: Diligenter & congruè Apoſtolico conſulitis honori, honori inquam illius, quem, præter illa quæ ſunt extrinſecùs, ſolicitudo manet omnium Eccleſiarum, ſuper anxijs rebus quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ ſcilicet regulæ formam ſequuti, quam toto ſemper ab orbe mecum nôſtis eſſe ſeruatam. Verùm hæc miſſa facio, neque enim hoc veſtram credo latére prudentiam, qui id etiam actione firmâſtis, ſcientes, quòd per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent. Præſertim quotiès fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coëpiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem, referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum mundum poſſit omnibus Eccleſijs in commune prodeſſe.

Solicitudo omnium Eccleſiarum incumbit Rom. pontifici, ad res dubias decidendas.

In fidei negocijs iudex eſt.

8. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſexageſimaquinta ad Generoſum: Si ordo Epiſcoporum, &c. vt ſuprà litera B. teſtimonio ſexto.

lib. 1. epiſt. 3.

9. CYPRIANVS Epiſtola quinquageſimaquinta ad Cornelium Romanum Epiſcopum: Neque enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſùm ſacerdotum collegium quicquam moueret: nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coëpiſcoporum conſenſum, iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſcidio vnitatis Chriſti Eccleſiã ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens, ſeorſum foris hæreſim nouã conderet. Et paucis interpoſitis: Chriſti aduerſarius & Eccleſiæ eius inimicus, ad hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſię naufragia graſſetur. Ibidèm: Poſt iſta adhuc inſupèr Pſeudoëpiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram atque ad Eccleſiam principalem, vndè vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, (quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt) ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum.

Summi põtificis contemptus hęreſum & ſchiſmatũ cauſa eſt.

Petri Cathedra & Eccleſia principalis.

Rom. 1.

Ad Rom. Eccleſiam perfidiæ nullus acceſſus.

10. ITEM Epiſtola ſexageſima nona ad Puppianum Florentiũ: Indè enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur, dum Epiſcopus qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.

lib. 4. epiſt. 9.

Hæreſum & ſchiſmatum origo ex ſummi pontificis contemptu.

11. HIERONYMVS aduerſùs Luciferianos capite quinto: Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot in eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes.

Ex dignitate ſummi ſacerdotis pendet Eccleſię ſalus.

12. LEO Magnus epiſtola octogeſimaquarta ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, capite vndecimo: Hæc connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam ſacerdotum. Quibus cùm ſit dignitas cõmunis, non eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & quum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cęteris præemineret. De qua forma, Epiſcoporũ quoque eſt orta diſtinctio: & magna diſpoſitione prouiſum eſt, nè omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs, quorũ inter fratres haberetur prima ſententia: & rursùs quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem: per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquàm à ſuo capite diſſideret.

Inter Apoſtolos diſcretio poteſtatis.

Epiſcoporũ inter ſe diſtinctio.

Penès Petri ſedẽ, vniuerſalis Eccleſiæ cura.

13. AMBROSIVS de Sacramentis libro tertio, capite primo: Non ignoramus quòd Eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur & formam. Hanc tamen conſuetudinem non habet vt pedes lauet. Vide ergò nè fortè propter multitudinem declinauit. In omnibus cupio ſequi Eccleſiam Romanam.

Rom. Eccleſiæ formã in omnibus ſequi cupit Ambroſius.

14. IDEM in oratione funebri de obitu fratris ſui Satyri: Aduocauit ad ſe Epiſcopum, nec vllam veram putauit, niſi veræ fidei gratiam, percontatusq́ ex eo eſt, vtrúmnam cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conueniret, & fortè & ad id locorum in ſchiſmate regionis illius eccleſia erat: Lucifer enim ſe à noſtra tunc temporis communione diuiſerat.

Epiſcopi Catholici cum Rom. Eccleſia conueniunt.

1. E. IRENAEVS libro tertio contra hæreſes capite tertio: Ad hanc Eccleſiam &c. vt in textu.

2. TERTVLLIANVS de præſcriptionibus aduerſùs hęreticos capite trigeſimoſexto: Agè iam qui voles curioſitatem meliùs exercere in negocio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, &c. Si Italiæ adiaces, habes Romam, vndè nobis quoquè authoritas præſtò eſt. Statu felix Eccleſia, cui totam doctrinã Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes poſteaquàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.

Apoſtolorũ cathedræ.

Romanæ Eccleſiæ commendatio.

3. CYPRIANVS Epiſtola quadrageſimaquinta ad Corneliũ: Nos ſingulis nauigantibus, nè cum ſcandalo vllo nauigarent, rationem reddentes, ſcimus nos hortatos eos eſſe, vt Eccleſiæ Catholicę radicem & matricem agnoſcerent ac tenerent.

lib. 4. epiſt. 8.

Eccleſiæ Catholicæ radix & matrix eſt Romana.

4. IDEM Epiſtola quadrageſimaſexta ad Cornelium: Nos, inquiunt, (quidam reuerſi ad Eccleſiam) Cornelium Epiſcopum ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ, electum à Deo omnipotente & Chriſto Domino noſtro ſcimus. Nec ignoramus vnum Deum eſſe, vnum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus, vnum Spiritum ſan-

lib. 3. epiſt. 11.

Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ eſt Romanus Pontifex.

ſan-

Digitized by Google

Vnus Epiſcopus in Catholica Eccleſia.

ſanctum, vnum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere.

5. THEODORETVS hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſecundo, capite quarto: Athanaſius, intellectis inſidijs, clàm ſe ſubduxit Alexandria, & rectà in Occidentem contendit. Etenim Iulium Epiſcopum, qui tum Romanam rexit Eccleſiam, Euſebiani de criminibus, quæ falsò contra Athanaſium confinxerant, per literas certiorem fecerant. Ille Eccleſiæ canonem ſecutus, & eos iuſſit Romã venire, & diuinum Athanaſium, quò pro ſe in iudicio ipſe reſponderet, vocauit. Qui vt primùm fuit accerſitus, eò maturè contendit. Tragœdiæ autem authores Romam ideò non ſunt profecti, quòd intellexerunt ſua mendacia manifeſtò fore deprahenſa.

Rom. Põtifex Epiſcoporũ cauſas examinat.

Hæreticorũ ingenium.

6. BERNARDVS epiſtola centeſima nonageſima, ad Innocentium Papam: Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt. Dignum nanque arbitror ibi potiſſimùm reſarciri damna fidei, vbi nõ poſſit fides ſentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua ſedis. Cui enim alteri aliquando dictum eſt, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergò quod ſequitur, à Petri ſucceſſore exigitur: Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Id quidem modò neceſſarium. Tempus eſt vt veſtrum agnoſcatis pater amantiſſime principatum, probetis zelum, miniſterium honoretis. In eo planè Petri impletis vicem, cuius tenetis & ſedem, ſi veſtra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, ſi veſtra authoritate conteritis fidei corruptores.

Ad Rom. Põt. controuerſiæ de fide referendæ ſunt.

In Rõ. Eccl. & ſede nõ poteſt fides deficere.

Luc. 22.

Rõ. Pontificis eſt, fidei corruptores cõterere.

7. IDEM libro ſecundo de conſideratione ad Eugenium, capite octauo: Quis es? Sacerdos magnus, ſummus pontifex. Tu princeps Epiſcoporũ, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt &c. vt ſuprà de Symbolo, quæſtione decimanona, C. teſtimonio duodecimo.

Põtificis Rõ. quãta dignitas & authoritas.

8. IN quarta generali Synodo Chalcedonenſi, actione tertia, offeruntur libelli Theodori Diaconi, Iſchyrionis Diaconi, Athanaſij Presbyteri, & Sophronij Chriſtiani contra Dioſcorum ſcripti ad Leonem Papam & Concilium: in quibus appellant Leonem vniuerſalem Archiepiſcopum & Patriarcham magnæ Romæ. Cuius legati in eadem actione dicuntur in Concilio primatum Leonis tenere: & primi ſententiam aduerſùs Dioſcorum pronunciant in hæc verba: Vndè ſanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus magnæ & ſenioris Romæ Leo, per nos & præſentem ſanctam Synodum vnà cum ter beatiſſ. & omni laude digno beato Petro Apoſtolo, qui eſt petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ, & ille qui eſt rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Epiſcopatùs dignitate, quàm etiam ab ſacerdotali alienauit miniſterio. In fine autem eiuſdem actionis in relatione ſanctæ Synodi Chalcedonenſis ad beatum Papam Leonem de geſtis generaliter in Synodo confirmatio petitur, atque inter cætera ità dicitur: Hæc ſunt quæ tecum, qui ſpiritu præſens eras, & complacere tanquàm fratribus deliberàſti, & qui penè per tuorum vicariorum ſapientiam videbaris à nobis, effecimus. Indicamus verò, quia & alia quædam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter Eccleſiaſticorum ſtatutorum definiuimus firmitatem, ſcientes quia & veſtra ſanctitas addiſcens, & probatura & confirmatura eſt eadem. Et ſub finem: Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora iudicium: & ſicut nos capiti in bonis adiecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filijs (quod decet) adimpleat.

Vniuerſalis Archiepiſcopus.

Per Legatos præeſt Concilio.

Petrus petra & crepido Eccleſiæ Catholicæ.

Petitur confirmatio Cõcilij Chalcedonenſis generalis à Rõ. Pontifice.

9. ANACLETVS Pontifex epiſtola prima ad omnes Epiſcopos, & cunctos fideles: Quòd ſi difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum vel maiorum iudicia, aut maiores cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam (ſi appellatum fuerit) referantur, quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione Saluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad beatum principem Apoſtolorum Petrum: Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

Cauſæ maiores ad Sedem Apoſtolicam referendæ ex iuſſu & inſtituto Apoſtolorum.

Matth. 16.

10. IDEM epiſtola tertia ad omnes Epiſcopos & ſacerdotes: Hæc verò ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe beato Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, &c. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die, vno quoquè tempore glorioſa morte cum Petro, ſub principe Nerone agonizans coronatus eſt, & ambo ſanctam Romanã Eccleſiam conſecrârunt, alijſq; omnibus vrbibus in vniuerſo mundo, eam ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et licèt pro omnibus aſſidua apud Deum omnium ſanctorũ effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatiſſimus Apoſtolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euãgelio filij eius, quòd ſine intermiſſione memoriã veſtrî facio ſemper in orationibus meis. Prima ergò ſedes eſt cæleſti beneficio Romanæ Eccleſiæ, quam (vt memoratum eſt) beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrârunt. Sic Roma quæ priùs erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater & altrix, excuſſis tenebris, & vanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum Dei, exorto ſole iuſtitiæ, facta eſt copioſa propagatrix. Secunda autem ſedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius diſcipulo atque Euangeliſta conſecrata eſt, quia ipſe & in Aegypto primùm verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium. Cui venerabilis ſucceſſit Abilius. Tertia autem ſedes apud Antiochiam, eiuſdem (id eſt, beati Petri) Apoſtoli nomine habetur honorabilis, &c. Indè nanque & beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, vt Epiſcopi ſingularum ſcirent gentium, quis inter eos primus eſſet, quatenùs ad eum potior eorum ſolicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio. Et licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluêrunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput, & principium teneret Apoſtolatus: Qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliqui Apoſtoli Epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolùm hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in veteri fuit. Vndè ſcriptum eſt: Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius, id eſt, primi inter eos fuerunt. Et quamuis ità ordinatum fuerit, nemo tamen quod ſuũ eſt quærat, ſed quod alterius. Vndè ait beatus Apoſtolus Paulus: Vnuſquiſque placeat proximo ſuo in bonum ad ædificationem. Et ſicut ipſe Saluator ſuis ait Diſcipulis: Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter, &c. Si quæ verò cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ Sedis apicem eas, quaſi ad caput referte, vt Apoſtolico terminentur iudicio: quia ſic Dominum velle, ab eóque ità conſtitutum eſſe, antedictis teſtimonijs declaratur. Hæc verò Apoſtolica ſedes, cardo & caput (vt prætactum eſt) omnium Eccleſiarum, à Domino, & non alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ

Primatũ Eccleſia Romana à Chriſto obtinet.

Matth. 16.

Petrus & Paulus vno eodemq; tẽpore Romę paſſi, Romanam Eccleſiã conſecrârunt.

Rom. 1.

Prima ſedes Romana.

2. Sedes Alexandrina.

3. Antiochena.

Inter Apoſtolos diſtinctio.

Epiſcoporũ diſcrimen.

Pſal. 98.

Rom. 15.

Matth. 20. Mar. 10.

Cardo & caput omnium Eccleſiarum à Chriſto cõ-

ſedis

Digitized by Google

ſtituta eſt Apoſtolica ſedes.

ſedis authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente reguntur.

2.Cor.11.

11. MARCELLVS Pontifex in epiſtola prima ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ: Solicitudinem omnium Eccleſiarum iuxta Apoſtolum circunferentes, diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam, ob hoc ad faſtigium Sacerdotale prouexit, vt mandatis ipſius inhærentes, in quadam Sacerdotum eius ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus. Vndè directis per Bonifacium Diaconum noſtrum literis, admonemus, vt quæ malè pullulant, abſcindãtur, & malefacta corrigantur, atque bona ſectentur, & Patrum noſtrorum exempla & ſtatuta imitentur. Rogamus ergò vos fratres, vt non aliud doceatis neque ſentiatis, quàm quod à beato Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis & Patribus accepiſtis. Ab illo enim primò inſtructi eſtis: ideò non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios ſequi. Ipſe enim caput eſt totius Eccleſiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam. Eius ſedes primitùs apud vos fuit, quæ poſteà (iubente Domino) Romam translata eſt, cui (adminiculante diuina gratiâ) hodierna præſidemus die. Nec ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora Eccleſiaſtica negocia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpsēre principia. Si veſtra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanę ceſſit ſedi, nulla eſt quæ eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput, iuxta Apoſtolorum eorúmque ſucceſſorum ſanctiones, Epiſcopi qui voluērint, vel quibus neceſsè fuerit ſuffugere, eámque appellare debent, vt indè accipiant tuitionem & liberationem, vndè acceperunt informationem atque conſecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Epiſcopis, ſed abſque vlla cuſtodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur. Simúlque ijdem (inſpirante Domino) conſtituerunt, vt nulla Synodus fieret præter eiuſdem Sedis authoritatem: nec vllus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, ſuo tempore Apoſtolica authoritate conuocata, ſuper quibuslibet criminibus pulſatus, audiatur vel iudicetur: quia (vt paulò ſuperiùs prælibatum eſt) Epiſcoporum iudicia, & ſummarum cauſarum negocia, ſiue cuncta dubia, Apoſtolicæ ſedis authoritate ſunt agenda & finienda. Et omnia comprouincialia negocia, huius ſanctæ vniuerſalis & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſunt retractanda iudicio, ſi huius Eccleſiæ Pontifex præceperit. Nec cui liceat ſine præiudicio Romanæ Eccleſiæ (cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum Epiſcoporum iudicium experiri vel pati: ſed omnibus eiuſdem prouinciæ Epiſcopis congregatis, iudicium authoritate huius ſedis terminetur: quod tamen (vt præfatum eſt) per eius vicarios, ſi libuerit, erit tractandum: & quicquid iniuſtè actum eſt, reformandum.

Petrus totius Eccleſiæ caput. Matth.16.

Petri ſedes ab Antiochia Romã tranſlata iubente Domino.

Maioris momẽti negocia eò referẽda.

Epiſcoporũ refugiũ & appellatio ad ſedem Rom.

Conſecratio Epiſcoporũ vndè.

Apoſtoli inſtituēre, vt ſine huius Sedis authoritate Concilia nõ celebrentur, dubiaque ad eam referantur, &c.

12. SYNODVS Alexãdrina ad Felicem ſecundum: Domino beatiſſimo & honorabili ſancto patri Felici ſanctæ ſedis Apoſtolicæ vrbis Romæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum Epiſcopi, in ſancta Alexandrina Synodo gratia Dei congregati, veſtro ſancto ſuggerimus Apoſtolatui, vt noſtrî more ſolito ſolicitudinem gerere dignemini. Et paulò pòſt: Ideò pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra Apoſtolica ſede auxilium hauſimus, & noſtrî vos curam habere agnouimus, præfatam Apoſtolicam & ſummam expetimus iuxta canonum decreta ſedem, vt indè auxilium capiamus, vndè prædeceſſores noſtri ordinationes & dogmata atque ſubleuationes ceperunt. Ad eam quoquè, quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non poteſt mater obliuiſci infantem ſuum. Sic & vos nolite obliuiſci nos vobis commiſſos, quoniam non leuibus nos inimici noſtri implicauerunt afflictionibus, & quotidiè facere moliuntur, & appræhendere, aut ferris nos conſtringi minantur, niſi eorum conſentiamus erroribus: quod nequaquàm, vobis inconſultis, agere præſumimus: canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere pontifice. Ideóque ad propoſitum recurrentes, & ad brauium properantes, veſtræ Apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium: quia (vt credimus) non deſpexit Deus preces cum lachrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos prædeceſſoréſque veſtros, Apoſtolicos videlicet præſules, in ſummitatis arce conſtituit, omniúmque Eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſucurratis, nóſque tuentes, cui omne Epiſcoporum iudicium eſt commiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis. Nam ſcimus in Nicena magna ſynodo trecentorum octodecim Epiſcoporum, ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia, concilia celebrare, nec Epiſcopos damnare, licèt hæc & alia quàm plura neceſſaria, ab hæreticis qui nos quotidiè infeſtant & perdere nituntur, vt faciliùs nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa, nobíſque ſublata. Et paulò inferiùs: Vos ergò (vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ conſuetudo fuit) periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulatis manum porrigere, taliáque prohibete, & leges imponite, vt Apoſtolica doctrina, quæ in Deo eſt, citò ad victoriam iudiciũ perducere valeat noſtrum, nóſque (Apoſtolorum principe ſuffragante Petro) ab imminentibus periculis liberare. Et nonnullis interiectis: Similiter & à ſupradictis Patribus eſt definitum conſonanter, vt ſi quiſquam Epiſcoporũ, aut Metropolitanum, aut Comprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit, veſtram ſanctam Romanam interpellet ſedem, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi ac ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa enim firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipſam formam vniuerſorum titulorum luciſſimam Dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit ſedem. Ipſa eſt enim ſacer vertex, in quo omnes Eccleſiæ vertuntur, ſuſtentantur, releuantur.* Et ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petra (id eſt, Chriſto) Petrus, Petri renouantur Eccleſiæ. Tu es enim (ſicut diuinum veraciter teſtatur eloquium) Petrus, & ſuper fundamentum tuum, Eccleſiæ columnæ, id eſt, Epiſcopi, qui Eccleſiam ſuſtinere, & proprijs humeris portare debent, tibi ſunt confirmatæ, tibiq; claues regni cęlorum commiſit, atque ligare & ſoluere poteſtatiuè, quæ in terra, & quæ in cælis ſunt, promulgauit. Tu profanarum hæreſium & impetitorum, atque omnium infeſtantiũ depoſitor, vt princeps & Doctor, caputq; omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei exiſtis. Igitur nè deſpicias, pater, tuorum patrum pietatem bonámque intentionem. Et ſicut illi, patres & prædeceſſores noſtros à multis liberauerunt oppreſſionibus & anguſtijs, ità nos liberare digneris. Nam fuit ſemper veſtræ ſanctæ & Apoſtolicæ ſedi licentia, iniuſtè damnatos vel excommunicatos, poteſtatiuè ſua authoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiam noſtris

& an-

Vide Lector q̃ honorificè in hac epiſtola ſentiat B. Athanaſius cũ tota Synodo de Rõ. Pontificis & Apoſtolicæ ſedis authoritate.

Ad Rom. ſedẽ tanq̃ ad matrem confugiunt. Eſa.49.

Sine ea in cauſis fidei nihil decernendum vel innouandũ.

Omnium Eccleſiarum cura.

Nicena ſynodus quid de Rom. Põtif. authoritate decreuerit. Idem adſtruit Iulius 1. in reſcripto contra Orientales: Verba Canonis habẽtur c. 2. eius reſcripti.

Arriani Canones Nicenos de Rom. Põtifice combuſſerunt.

Vide Iulium in eodem reſcripto, cap. 3.

Matth.16.

Apoſtolicæ ſedis authoritas.

** Legẽdũ videtur, Et ſicut in Chriſto Chriſtiani, ità & in Petra, id eſt, Petro, renouantur Eccleſiæ.*

Epiſcopi columnæ Eccleſiæ.

Rom. Põtifex hæreſium & errorum repurgator.

Iniuſtè dãnatos reſtituit.

Digitized by Google

& anterioribus cognouimus actum temporibus. Porrò & ipſi primates, qui Epiſcoporum & ſummorum Eccleſiaſticorum negociorum cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicena ſynodo ſunt dinumerati, nè in poſterum contentio ex hoc oriretur. O ſanctiſſime pater patrum, abſcinde blaſphemias, & iactantiam vaniloquorum & inſidiantium infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimendum atque perdere volentium, qui ad vos, quaſi ad caput confugimus, vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſq; cõmiſſas Chriſti oues, à luporum ore, Domino adminiculante, antequàm deglutiantur, eripiamus. Nec enim fas eſt, ſupplicum Apoſtolicæ ſedis ſcripto aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere: ſed (vt condecet, & priuilegium veſtræ ſedis eſt) & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus canonicè cum omni probitate concertemus, ſicut prædeceſſores noſtri penès veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in prædicta ſancta ſynodo docent inſtituta, & velutì palliati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenam purgationem in communi conſiſtentes auditorio, de maturis & enutrientibus Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum conſequamur inſtitutionum. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quicquid quamuis in remotis aut longinquis poſitis prouincijs ſuper Epiſcoporum querelis aut accuſationibus agetur, non priùs tractandum vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſe deductum, vt huius authoritate iuſta, quæ fuiſſet pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur: indeq; ſumerent normã, vndè Eccleſiæ ſumpſere prædicationis exordium, nè paſsim ab inſidiatoribus columnæ euerterentur Eccleſiæ. Veſtrum eſt, nobis manum porrigere, quia vobis cõmiſſi ſumus. Veſtrum eſt nos defendere atque liberare, noſtrumq; eſt à vobis auxilium expetere, veſtriſq; parere iuſſionibus. Scimus enim (vt ſemper veſtræ ſedis præſules primò Apoſtoli, deindè ſucceſſores eorum fecerunt) vos vniuerſalis Eccleſiæ, & maximè Epiſcoporum, qui oculi, propter contemplationem & ſpeculationem, vocantur Domini, curam gerere, ac de releuatione & lege noſtra aſſiduè cogitare debere, ſicut ſcriptum eſt: Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte. Pſal. 1.

Examinare Epiſcoporũ cauſas.

Nota.

VERBA canonis decimioctaui Nicenę ſynodi (teſte Iulio primo, capite ſecundo in Reſcripto contra Orientales pro Athanaſio & cæteris) hæc ſunt: Omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quotiès neceſsè fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, vt ab ea (ſicut ſemper fuit) piè fulciãtur, defendantur & liberentur. Cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum iudicia, antiqua Apoſtolorum eorúmque ſucceſſorum atque canonum authoritas reſeruauit. Quoniam culpãtur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit.

Canon 18. Nicenus de Romanæ ſedis authoritate: qui in noſtris exẽplaribus non habetur.

Appellatio.

Refugiũ tanq̃ ad matrem.

Ex Apoſtolica inſtitutione.

CANONIS autem ſiue capituli deciminoni (eodem Iulio teſte, capite tertio eiuſdem Reſcripti) hæc ſunt verba: Placuit, vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licenter appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam audit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus: Quoniam quanquàm à comprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen definiri, inconſulto Romano Pontifice, permiſſum eſt, cùm beato Petro Apoſtolo, & non ab alio, quàm ab ipſo dictum ſit Domino: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Subijcit verò tandèm Iulius capite vigeſimonono: Si quis autem de his ampliora atque abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtræ Eccleſiæ ſedis ſcrinio & ea quæ prædiximus, inuenire poterit. Verum me dixiſſe, teſtis eſt diuinitas.

Canon 19. de eadem.

Matth. 16.

Romæ aſſeruari integri canones Nicenę ſynodi.

X.

Quænam Eccleſiæ dignitas eſt, atque authoritas?

A. MVLTIS & eximijs ſanè dotibus, promiſſionibus ac beneficijs illuſtrat Deus Eccleſiam ſuam, qua nil habet in terris charius. Hanc vſquè ornat, conſeruat, defendit, vindicat.

1. Cor. 12. d Ephe. 5. f Ioan. 14. 16. 17. Matth. 28. d & 16. c Pſal. 120. b

B. Hanc porrò conſtituit eſſe [a] domum ſuam, in qua omnes filij Dei foueantur, doceantur, & exerceantur.

a 1. Tim. 3. d Pſal. 22. a Ioan. 10. c

C. Voluit eſſe [b] columnam & firmamentũ veritatis, vt de illius non dubitemus doctrina, quæ tanquàm magiſtra, cuſtos & interpres veritatis, fidem atque authoritatem obtinet inuiolabilem.

b 1. Tim. 3. d August. lib. 1. contra Creſcon. cap. 33. & lib. 2. cap. 32.

D. Præterea fundatam eſſe [c] ſupra firmam petram decreuit, vt certi eſſemus, eam immobilem inconcuſſamque ſtare, atque inferorum etiam [d] portis, hoc eſt, grauiſſimis aduerſariorum impugnationibus, inexpugnabilem præualere.

c Matth. 16. c 7. d Ephe. 2. d Pſal. 86. a & 47. c Auguſt. in pſal. 47. Alcimus lib. 4. c. 14
d Matth. 16. c

E. Demùm vult eam ſanctiſſimam quandam [e] eſſe ciuitatem ſupra montem poſitam, omnibuſque conſpicuam, atque aditu facilem: nè quis, ea relicta, peſtiferas hæreticorum ſpeluncas latebraſque conſectetur, & falſis illis vocibus: *Eccè [f] hìc eſt Chriſtus, eccè illic*, fortè perculſus, ab ea diuertat aut dimoueatur.

e Apoc. 21. a Matth. 5. b Eſa. 2. a Mich. 4. Mala. 1. c Act. 1. b Pſal. 21. f 1. Ioã. 2. e
f Matth. 24. b & ibid. Orig. tract. 29. & 30.

F. Hæc eſt, quam Scriptura nobis proponit atque cõmendat, Chriſti [g] amica, ſoror & ſponſa vnica: pro qua [h] redimenda, mundanda, ſanctificanda, [i] congreganda, & prorſus adiungenda ſibi, filius Dei nihil

g Cant. 4. b & 6. b
h Epheſ. 5. e
i Ioan. 11. f Coloſ. 1. e d Epheſ. 4. c 1. d

non

non fecit ac pertulit, vt corpus etiam ſanguinemque ſuum ſacroſanctum illius amore tradere non dubitârit.

k Ioan.17.c Lucæ 22.c Matth.16.e l Ioan.14.bd 15.d 16.c m Acto.2.a n Ioan.14.d o Ibidèm b p Ioan.16.e Auguſt.tract. 97.in Ioan.

G. Pro hac[k] rogauit & impetrauit, vt fides, vnitas, & firmitudo eius deficeret nunquàm.

H. Huic[l] promiſit, fideliterque[m] tranſmiſit & reliquit doctorem, præſidem, ac rectorem Spiritum ſanctum. *Ille,*[n] inquit, *docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis:*[o] *ille manebit vobiſcum in æternum:*[p] *ille docebit vos omnem veritatem*: quæ videlicet ſcitu credituque eſt neceſſaria.

TESTIMONIA.

1.A. PRIORIS epiſtolæ ad Corinthios duodecimo: Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.

2. AD Epheſios quinto: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Et paulò pòſt: Nemo vnquàm carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.

3. IOANNIS decimoquarto: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritũ veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ibidèm: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

4. ET capite decimoſexto: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

5. ITEM decimoſeptimo: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnũ, ſicut & nos. Et paulò pòſt: Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti.

6. MATTHAEI vigeſimooctauo: Eccè ego vobiſcũ ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.

7. ET decimoſexto: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.

8. PSALMO centeſimo vigeſimo: Eccè non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Dominus cuſtodit te, &c.

1.B. PRIORIS epiſtolæ ad Timotheum tertio capite: Vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

2. PSALMO vigeſimoſecundo: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, &c.

3. IOANNIS decimo: Et alias oues habeo quę non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.

1.C. PRIORIS ad Timotheum tertio: vt paulò antè, B. teſtimonio primo.

2. AVGVSTINVS libro primo contra Creſconium Grammaticum, capite trigeſimotertio: Quamuis huius rei (de baptiſmo hæreticorum loquens) certè de ſcripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas; vt quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat.

Eccleſiæ iudicium ſequendum in re controuerſa, ſcripturis nõ expreſſa.

3. ITEM libro ſecundo contra eundem, capite trigeſimoſecundo: Nunc verò quoniam canonicum non eſt quod recitas, a libertate ad quam nos vocauit Dominus, eius viri cuius laudẽ conſequi non valeo, cuius multis literis mea ſcripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter ſapuit, non accipio. Non accipio, inquam, quod de baptizandis hæreticis & ſchiſmaticis beatus Cyprianus ſenſit, quia hoc Eccleſia non accipit, pro qua beatus Cyprianus ſanguinem fudit.

B. Cyprianũ intelligit.

Cypriani ſententiam non recipit Auguſtinus, quia eam non recipit Eccleſia.

1.D. MATTHAEI decimoſexto: Super hanc petram, &c. ſuprà hac eadem quæſtione, A. teſtimonio ſeptimo.

2. ET capite ſeptimo: Aedificauit (vir ſapiens) domum ſuam ſuper petram: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram.

3. AD Epheſios ſecundo: Ergò iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto.

4. PSALMO octogeſimoſexto: Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei.

5. ET quadrageſimoſeptimo: Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.

6. AVGVSTINVS in pſalmum quadrageſimumſeptimum: Non inſultent hæretici per partes conciſi; non ſe extollant qui dicunt: Eccè hîc eſt Chriſtus, eccè illic. Qui dicit, eccè hîc eſt, eccè illic, ad partes inducit. Vnitatem promiſit Deus; reges in vnum collecti ſunt, nõ per ſchiſmata diſſipati ſunt. Sed fortè iſta ciuitas quæ mundum tenuit, aliquando euertetur. Abſit, Deus fundauit eam in æternum. Si ergò eam Deus fundauit in æternum, quid times nè cadat firmamentum?

Hæretici per partes cõciſi. Matth.24.

Eccleſia ſtabilis eſt.

7. ALCIMVS Auitus Viennenſis Archiepiſcopus libro quarto, qui eſt de diluuio, capite decimoquarto; loquens de Arca Noë:

Hæc inter miſeri feruentia funera mundi
Prægrauis inſanis pulſatur motibus arca,
Cõpageſq; tremunt, ſtridens iunctura laborat.
Nec tamen obſtructam penetrat vis improba,
quanquàm

Ver-

Verberet,& ſolidam fluctu feriente fatiget:
Eccleſiã perſequuntur, Non aliter crebras Eccleſia vera procellas
Suſtinet, & ſæuis nunc diuexatur ab vndis:
Gentiles, Hinc Gentilis agit duros ſine morte furores,
Iudæi, Hinc Iudæa fremit,rabidoq; hanc impetit ore.
Hæretici & Philoſophi, in ea oppugnanda vnanimes: Hæreſeωn veſana furens exindè charybdis
Concutit,& Graiûm ſapientia ſtulta ſophorũ.
Quæ quanq̃ inter ſe vario certamine pugnant,
Debellanda tamen ſi quando Eccleſia,gaudent
Conſenſu vnanimi Chriſti conſurgere contra
Nauiculam,& vanis mendacia fingere verbis.
Sed fruſtrà. Sed clauſam vacuo pulſant impunè latratu.

1.E. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

2. MATTHAEI quinto: Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita.

3. ESAIAE ſecundo: Erit in uouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.

4. MICHEAE quarto: In nouiſſimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium,& ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, &c.

5. MALACHIAE primo: Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnũ eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

6. ACTORVM primo: Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

7. PSALMO vigeſimoprimo: Apud te laus mea in Eccleſia magna, vota mea reddam in conſpectu timentiũ eum. Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium. Quoniam Domini eſt regnum,& ipſe dominabitur gentium.

8. PRIMAE epiſtolæ Ioannis ſecundo capite: Ex nobis prodiêrunt, ſed nõ erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiquè nobiſcum: ſed vt manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis.

9. MATTHAEI vigeſimoquarto: Tũc ſi quis vobis dixerit, Eccè hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. ſurgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ità vt in errorẽ inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Eccè prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Eccè in deſerto eſt, nolite exire: eccè in penetralibus, nolite credere. Sicût enim fulgur exit ab Oriente, & páret vſque in Occidentem: ità erit & aduentus filij hominis. Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

10. ORIGENES tractatu vigeſimonono in Matthæum: Vide ergò, ſi ad hæc dicere poſſumus quod ait, Eccè hîc, eccè illic: quoniam eccè hîc, eccè illic, non extra ſcripturam foràs adſpiciendum eſt. Dicet enim qui ſeducere voluerit nos, & defendere contraria veritati: Eccè hîc Chriſtus, demonſtrans (verbi gratia) hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris author dicet: Eccè hîc Chriſtus, offerens ad exemplum alterum textum, qui videtur defendere mendacij illius verbum, quod propoſuit vindicare: & ſic ex lege & prophetis, & Apoſtolis profert vnuſquiſq; quæ videntur defendere mendacium illud, vtpotè veritatem. Vel ſic impletur quod ait: Eccè hîc Chriſtus, eccè illic, oſtendens non Chriſtum, ſed aliquem fictum eiuſdem nominis; vt puta ſecundùm Marcionis doctrinam, & ſecundùm traditiones Valentini, aut Baſilidis longam fabuloſitatem, aut ſecundùm Apellis aduerſus Paulum teſtimonium falſum. Erunt autem & alij plures, qui dicturi ſunt diſcipulis ex diuinis ſcripturis, coniungentes eis ſuum proprium ſenſum: Eccè hîc Chriſtus, eccè illic. Si autẽ dixerint vobis; Eccè in ſolitudine, nolite exire: eccè in domibus, nolite credere. Quidam enim ſecreta proferentes, dicũt: Eccè in ſolitudine. Quando enim ſecretas & non vulgatas ſcripturas proferunt ad cõfirmationem mendacij ſui, videntur dicere: Eccè in ſolitudine verbum eſt veritatis. Secretæ enim ſcripturæ, rectè ſolitudines appellantur, in quibus aut pauci ſunt credentes, aut nullus. Quotiès autẽ canonicas proferũt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, vidêtur dicere: Eccè in domibus verbum eſt veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſì quemadmodùm per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Vel ſic: Eorum verbòrũ falſorũ profeſſores, quidam quidem nec ab initio ſimulãt ſcripturas, & ſic fallere tentant. Ideò (exiſtimo) eos ſermones qui ſunt omninò extra ſcripturam, oſtendere volẽs, dixit: Si dixerint vobis, eccè in ſolitudine eſt, nolite exire de regula fidei. Eos autem qui ad ſchiſma ſimulant diuinas ſcripturas, oſtendere volens, dixit: Si dixerint vobis, eccè in domibus, nolite credere. Quodcunque profeſſi fuerint de ſcripturis, & de myſterijs quæ ſunt in eis ad demonſtrationẽ, nolite credere quæ dicuntur. Veritas enim ſimilis eſt fulguri egredienti ab Oriente, & apparenti vſque ad Occidentem. Qualis eſt veritas Eccleſiæ Dei: ab ea enim ſola ſonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit ſola verè veritas Dei.

Matth. 24. Interpretatur illud Euangelij: Eccè hîc, eccè illic. Hæreticis ſcripturas citantibus credendum non eſt.

Non exeundum à traditione Eccleſiaſtica & doctrina per ſucceſſionem accepta.

Scripturas citantibus hæreticis non credendum.

Pſal. 18.

11. IDEM tractatu trigeſimo in Matthæum: Propterea non debemus attendere eis qui dicunt; Eccè hîc Chriſtus, non autem oſtendunt eum in Eccleſia, quæ plena eſt fulgore ab Oriente vſque ad Occidentem, quæ plena eſt lumine vero, quæ eſt columna & firmamentum veritatis, in qua tota totus eſt aduentus filij hominis, dicentis omnibus, qui vbiquè ſunt: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vitæ, vſque ad conſummationem ſeculi.

Solùm in Eccleſia inuenitur Chriſtus.

1. Tim. 3. Eccleſiæ laus & commendatio.

Matth. 28.

1.F. CANTICORVM quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Vulnerâſti cor meum, ſoror mea ſponſa. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

2. ITEM ſexto: Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.

3. AD Epheſios quinto: Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, &c.

4. IOANNIS vndecimo: Prophetauit Caiphas quòd Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum.

5. AD Coloſſenſes primo: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens. Ibidèm: Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.

6. AD Epheſios quarto: Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. in ædificationem corporis Chriſti.

7. ET capite primo: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

1.G. IOANNIS decimoſeptimo: Sanctifica eos in veritate, &c. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti.

2. LVCAE vigeſimoſecundo: Simon, eccè Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ: ego

Digitized by Google

autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

3. MATTHAEI decimoſexto: Portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.

1. H. IOANNIS decimoquarto, vt ſuprà hac quæſtione, A. teſtimonio tertio.

2. ITEM decimoquinto: Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

3. ET decimoſexto, vt ſuprà hac quæſtione, A. teſtimonio quarto.

4. ACTORVM ſecundo: Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.

5. AVGVSTINVS tractatu nonageſimoſeptimo in Euangelium Ioannis: Ipſe ſpiritus ſanctus & nunc docet fideles, quanta quiſque poteſt capere ſpiritualia & eorum pectora deſiderio maiore ſuccendit, ſi quiſque in ea charitate proficiat, qua & diligat cognita, & cognoſcenda deſideret; ità vt ea quoquè ipſa, quæ nunc quomodocunquè cognoſcit, nondùm ſe ſcire ſciat, ſicut ſcienda ſunt in ea vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. 1. Cor. 2.

XI.

Per quos tandèm nos docet ſpiritus in Eccleſia veritatem?

Act. 20. f 1. Tim. 3. a Heb. 13. c Epheſ. 4. c 1. Cor. 12. d

A. PER eos planè, quos Apoſtolus teſtatur à Spiritu ſancto, vt Eccleſiam regant, eſſe conſtitutos: quales vocat Epiſcopos, Præpoſitos, Paſtores itidèm atque Doctores. Et hi poſt [a] Apoſtolos fuêre ſemper, ac etiamnùm ſunt, primarij Dei Eccleſiæque miniſtri, & ſummi [b] diſpenſatores myſteriorum Dei.

a Auguſt. in Pſal. 44.
b 1. Cor. 4. a

B. Horum verò authoritas cùm in alijs, tù in ſacris [c] Synodis quàm maximè cernitur, vbi de fide ac religione illi non modò definire quædam, ſed ſuo etiam iure, ac pro authoritate Apoſtolica conteſtari poſſunt ac dicere: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis*, ſicut ex actis conſtat primi Concilij [d] Hieroſolymis celebrati. Certè olìm nefas erat, & extremo [e] ſupplicio expiabatur crimen, ſi quis iudicio ſummi ſacerdotis, qui Moyſi regebat [f] Cathedram, non obtemperâſſet. [g] Atquì haudquaquàm inferiorem nunc habet Eccleſia, quàm tunc Synagoga, in regendo, iudicando, ac decernendo authoritatem. Quod ius obediendi manebat Iudæis, etiam Chriſtianis incumbit, vt Sacerdotum præcellenti dignitate præſtantium [h] iudicia de his quæ ad Religionem pertinent, recipiantur, approbentur atque obſeruentur.

c Can. Apo. 38. Concil. 1. Nice. Sozom. lib. 6. cap. 7. Theodoſ. Imp. apud Cyrill. epiſto. 4. Baſil. Imp. in 8. ſyn. act. 10. Athan. in epiſt. ad ſolit. vit. agentes. Ruffi. lib. 1. eccleſ. hiſt. cap. 5.
d Act. 15. e
e Deut. 17. b c
f Matth. 23. a
g Cypr. epiſt. 55. ad Cornel. & epiſt. 62. ad Pomponium.
h Greg. lib. 1. epiſt. 24. ad Patriar. & lib. 2. indict. 11. epiſt. 10. ad Sauin. Niceph. lib. 16. hiſt. cap. 33.

C. Quapropter magno ſe illi crimine contaminant, qui Magiſtratibus Eccleſiaſticis authoritatem & obedientiam adeò non deferunt, vt etiam conuellere & oppugnare palàm audeant, iam quidem ſacras ſummorum Pontificum [i] ſanctiones, penès quos de ſacris definiendi [k] ſuprema ſemper poteſtas fuit: iam verò venerandas Conciliorum generalium conſtitutiones, quorum in Eccleſia, vt [l] Auguſtinus loquitur, ſaluberrima eſt authoritas: iam demùm certas Patrum de fide ſententias, quorum in re vna communis ſenſus atque [m] conſenſus, firmum eſt teſtimonium Chriſtianæ veritatis. Illud præclarè dictum eſt à pijs Imperatoribus, [n] Iniuriam facit iudicio Synodi, ſi quis ſemel iudicata & rectè diſpoſita, reuoluere & publicè diſputare contendit.

i 3. Concil. Tolet. can. 1. Diſt. 19. & 9. quæſt. 1. Patet. & ſequen.
k Hier. ad Damaſ. epiſt. 57. & 58. Chalced. ſyn. act. 3. in epiſt. ad Leo. 6. Syn. act. 4.
l Epiſt. 118. cap. 1. & lib 1. cõtra Donat. cap. 18. Greg. vt ſuprà.
m Vin. Lirin. contra nouato. Aug. lib. 1. & 2. cõtra Iulian. Pacianus epiſt. 1. ad Sympronia.
n In act. 3. conc. Chalc. Gelaſ. in epiſt. ad Epiſ. Dard. Leo ep. 43. & 50. ad Martiã. & 78. ad Leonẽ Auguſtum.

TESTIMONIA.

1. A. ACTORVM vigeſimo capite: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

2. PRIORIS ad Timotheum tertio: Oportet Epiſcopum irrepræhenſibilem eſſe, &c. doctorem.

3. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris.

4. AD Epheſios quarto: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. alios autẽ Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.

5. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia &c. tertiò doctores &c. nunquid omnes doctores?

6. AVGVSTINVS in Pſalmum quadrageſimumquartũ: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Genuerunt te Apoſtoli; ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi patres. Sed nunquid nobiſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? Et ſi vnus ipſorũ dixit, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, multò magis optimum eſt, manere in carne neceſſarium propter vos. Dixit hoc quidem, ſed quandiù hic manere potuit? Nunquid vſq; ad hoc tempus? Nunquid vſq; in poſterum? Ergò illorũ abſceſſu deſerta eſt Eccleſia? Abſit. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Quid eſt, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli; pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodiè enim Epiſcopi qui ſunt per totũ mundũ, vndè nati ſunt? Ipſa eccleſia patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus patrũ. Non ergò te putes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos

Philip. 1.
Pſal. 44.
Epiſcopi apoſtolorũ ſucceſſores in eccleſia.

Digitized by Google

los per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.

7. PRIORIS ad Corinthios quarto: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

In Concilijs epiſcoporum dogmata explorantur, & negocia eccleſiaſtica cõponuntur.

1. B. CANON Apoſtolorũ trigeſimuſoctauus, vel iuxta nouã tranſlationẽ trigeſimusſextus: Bis in anno Epiſcoporũ concilia celebrentur, vt inter ſe inuicẽm dogmata pietatis explorent, & emergentes eccleſiaſticas contentiones amoueant.

Concilia epiſcoporũ cur celebrentur.

2. CONCILIVM primum Nicenum, canone quinto: Viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis prouincijs bis in anno Epiſcoporum concilium fieri, vt ſimul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiuſmodi examinent quæſtiones, vt ità demùm hi, qui ob culpas ſuas Epiſcoporũ ſuorum offenſam meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excõmunicati ſimiliter habeantur, quouſq; in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo viſum fuerit, humaniorem circa eos ferre ſententiam. Fiant autem concilia ſemel quidẽ ante dies Quadrageſimæ, vt omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundũ & ſolenne Deo munus poſſit offerri. Secundum verò agatur circa tempus Autumni.

Quadrageſimæ dies.

LAICOS NON ESSE IVDICES ECCLESIASTICARVM RERVM.

3. SOZOMENVS libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite ſeptimo: Vbi verò deceſſit Cõſtantinopoli Valentinianus, perq; Thraciam Romam verſus iter fecit, Epiſcopi Helleſponti & Bithyniæ, & alij omnes qui Filium Patri conſubſtantialem aſſerendum putabant, mittunt ad eum pro ſe legatum Hypatianum Heracleæ, quod eſt oppidum Perinthi, epiſcopũ, oratum vt ſibi de doctrina fidei ritè conſtituenda in vnum conueniendi poteſtas permitteretur. Qui cùm veniſſet ad Valentinianum, & Epiſcoporũ poſtulata ei expoſuiſſet: reſpondit ille, ſibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere ſe eiuſmodi negocijs interponere: & ideò Sacerdotes & epiſcopi, inquit, quibus hæc curæ ſunt, ſeorsùm per ſe, vbicunquè ipſis lubitum fuerit, in vnum conueniant.

Sacerdotũ & Epiſcoporũ eſt de negocijs fidei & Eccleſiaſticis iudicare: non autem principum ſecularium.

4. THEODOSIVS Imperator in epiſtola ad Cyrillum Alexandrinũ, quæ eſt quarta inter ipſius Cyrilli epiſtolas: Nos ſanè non patiemur, vt ſimul & vrbes, & Eccleſię turbentur, neque vt inexcuſſa nobis ſit ea doctrina, cui dijudicandæ præfici oportet eos, qui circunquaquè ſacerdotio præſident, & per quos in ſententia veritatis firmiores & ſumus, & poſthàc erimus.

Doctrinę dijudicandæ præfici oportet Epiſcopos.

5. BASILIVS Imperator actione decima in fine Synodi octauæ generalis, in oratione ad Synodum ipſam: De vobis laicis, tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè conuerſamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitùs reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali ſynodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & quęrere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi & ligandi poteſtatem habẽt, qui Eccleſiaſticas & cęleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus. Quantęcunque enim religionis & ſapientię laicus exiſtat, vel etiamſi vniuerſa virtute interiùs polleat, donèc laicus eſt, ouis vocari non deſinet. Rursùs Epiſcopus quantacunque ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donèc Antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, paſtoris vocationis & dignitatis damna nõ patietur. Quæ ergò nobis ratio eſt in ordine ouiũ conſtitutis? Paſtores verborũ ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quę ſuper nos ſunt, quęrẽdi & ambiẽdi habent. Oportet nos ergò cum timore & fide ſyncera hos audire, & facies eorũ vereri, (cùm ſint miniſtri Domini omnipotentis, & huius formã poſſideant) & nihil amplius, quàm ea quæ noſtri ordinis ſunt, requirere. Nunc autẽ, vt videmus, adeò multos malitia in inſaniam accendit, vt obliuiſcẽtes proprij ordinis, & quòd pedes ſint, minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, (non vt natura ſe habet) ſicut ipſi cupiũt, & ſinguli ad accuſandũ quidem maiores, ſemper exiſtunt promptiſſimi: ad corrigendũ autem ea, in quibus accuſantur & criminantur, pigerrimi. Et moneo & exhortor omnes qui tales ſunt, vt maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices deſinentes, attẽdant ſibi, & ſecundùm diuinã voluntatem conuerſari contendant. Nam nõ quieſcet ſupernũ iudicium, ſed contra diffidentes diuinus furor ſtillabit, & iuſtam vltionem opere cunctis oſtendet. IN EADEM ſynodo canone decimoſeptimo: Illud autem tanquàm peroſum ab auribus noſtris repulimus, quòd à quibuſdam imperitis dicitur, non poſſe ſynodum abſque principali præſentia celebrari, cùm nuſquàm ſacri canones, conuenire ſeculares principes in concilijs, ſanxerint, ſed ſolos Antiſtites. Vndè nec interfuiſſe illos ſynodis, exceptis concilijs vniuerſalibus, inuenimus.

Egregia Baſilij Imperatoris ad Laicos tum priuatos tũ in dignitate cõſtitutos exhortatio, vt ſui ordinis memores, deſinãt ſe eccleſiaſticis negocijs interponere, & non paſtores, ſed oues ſe cogitent, quantũuis ſapientes & pij.

Epiſcopus catholicus, quàuis malus, paſtoris dignitatẽ non amittit.

Attendãt laici, qui tam prompti ſunt ad repręhendendum ſuos prælatos.

Principũ pręſentia no eſt in conciliorũ celebratione neceſſaria.

6. ATHANASIVS in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, recitat hoc reſponſum Hoſij Cordubenſis Epiſcopi ad Conſtantiũ Imperatorem: Define, quæſo, & memineris te mortalem eſſe, reformida diẽ iudicij, ſerua te in illã diem purum: nè te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potiùs ea à nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſit: nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit: & quemadmodùm qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ: ità & tu caue, nè quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date (ſcriptum eſt) quę ſunt Cęſaris, Cęſari: & quę Dei, Deo. Ibidèm de eodem Conſtantio loquens: Obtendit, inquit, in ſpeciem Epiſcoporũ iudicium: ſed interim facit quod illi volupe eſt. Verùm nè ità quidẽ latere poteſt, cùm in proximo ſit, quod eius vafriciem patefaciat. Nam ſi iſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? ſin contrà, iſta minis Cæſaris conflantur, quid opùs eſt hominibus titulo Epiſcopis? Quando à condito æuo auditũ eſt? quando iudicium Eccleſiæ authoritatem ſuam ab Imperatore accepit? aut quãdo vnquàm hoc pro iudicio agnitum eſt? Plurimæ antehàc ſynodi fuêre, multa iudicia Eccleſiæ habita. Sed neque Patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt, nec Princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum prębuit. Paulus Apoſtolus habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos in literis ſalutabat Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit. Et non paucis interpoſitis: Grauia ſunt iſta, & plus quàm grauia, ſed tamen iſtiuſmodi, quę congruant in eum, qui Antichriſti imaginem induerit. Quis enim videns eum in decernendo principem ſe facere Epiſcoporum, & præſidere iudicijs Eccleſiaſticis, non meritò dicat illum eam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ à Daniele prædicta eſt? Nam cùm circumamictus ſit Chriſtianiſmo, & in loca ſancta penetret, & inibi conſiſtens deuaſtet Eccleſias, abrogans canones, vi cogens vt ſua obtineant, quis vnquàm audebit dicere, hoc tempus Chriſtianis pacatum eſſe, & non potiùs perſecutionem eſſe?

Eccleſiaſticis negocijs nè ſe miſceãt ſeculares Principes.

Matth.22.

Cum iudicio epiſcoporum nil cõmune habet Imperator.

Philip.4.

Antichriſto eos Principes ſeculares cõparat Athanaſius, qui Eccleſiaſticis iudicijs præſidere contendunt.

Matth.24.
Dan.9.

7. RVFFINVS libro primo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite quinto: Defertur ad Conſtantinum ſacerdotalis concilij ſententia. Ille tanquàm à Deo prolatam veneratur. Cui ſi quis tentaſſet obniti, velut contra diuina ſtatuta venientem, in exilium ſe proteſtatur acturum.

Concilij Niceni ſententiam Cõſtantinus tãquàm à Deo prolatam veneratur.

8. ACTORVM decimoquinto: Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres: Quia niſi circuncidamini ſecundùm morem Moyſi, nõ poteſtis ſaluari. Facta ergò ſeditione non minima

Digitized by Google

Paulo & Barnabæ aduerſùs illos, ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus & Barnabas,& quidam alij ex alijs,ad Apoſtolos & Presbyteros in Hieruſalem, ſuper hac quæſtione. Conueneruntq; Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquiſitio fieret,ſurgens Petrus,dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere &c. Nunc ergò quid tentatis Deũ, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorũ, &c? Tacuit autem omnis multitudo,& audiebant Barnabã & Paulum, narrantes quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in Gentibus per eos. Et pòſtquàm tacuerũt,reſpondit Iacobus,dicens: Viri fratres,audite me,&c. Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deũ: ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe &c. Tunc placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſia,eligere viros ex eis,& mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba: Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silã viros primos in fratribus, ſcribentes per manus eorum: Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus,ſalutem,&c. Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis,nihil imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos &c. Et paulò pòſt: Paulus electo Sila, perambulabat Syriam & Ciliciam,confirmãs Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum. ET capite ſequenti: Cùm autem pertranſirent ciuitates, tradebat eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

9. DEVTERONOMII decimoſeptimo: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem,cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum,quem elegerit Dominus Deus tuus. Venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem.Et facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus,& docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſententiam eorum. Nec declinabis ad dexteram,neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille,& auferes malum de Iſrael, cunctúſque populus audiens timebit, vt nullus deincèps intumeſcat ſuperbia.

10. MATTHAEI vigeſimotertio: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis,ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.

lib.1.epiſt.3.

11. CYPRIANVS Epiſtola quinquageſimaquinta ad Corneliũ: Quomodò poſſunt cẽſuram Domini vltoris euadere, qui talia ingerunt nõ ſolùm fratribus, ſed & ſacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis ſacerdoti eius,& ad tempus hîc iudicanti nõn obtemperaret, ſtatìm necaretur? In Deuteronomio loquitur Dominus Deus,dicẽs: Et homo quicunq; fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat Sacerdotẽ aut Iudicem, quicunq; fuerit in diebus illis,morietur homo ille: & omnis populus cùm audierit, timebit: & non agent impiè etiam nũc. Item ad Samuelem,cùm à Iudæis ſperneretur,Deus dicit:Non te ſpreuerũt, ſed me ſpreuerunt. Et Dominus quoq; in Euangelio: Qui audit vos,inquit, me audit, & eum qui me miſit: & qui reijcit vos,me reijcit: qui me reijcit, reijcit eum qui me miſit. Et quum leproſum mundaſſet, Vade,inquit,& demonſtra te ſacerdoti. Et cùm poſteà tẽpore paſſionis alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis,cumq; ei dixiſſet: Sic reſpondes Pontifici? Aduerſùs Pontificem Dominus contumelioſè nihil dixit,nec quicquam de ſacerdotis honore detraxit, ſed innocentiam ſuam magis aſſerens & oſtendens, Si malè,inquit,locutus ſum,exprobra de malo: ſi autẽ benè, quid me cędis? Item in Actibus Apoſtolorũ: Poſtmodùm beatus Apoſtolus Paulus cùm ei dictum eſſet, Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo? quanuis Domino iam crucifixo, ſacrilegi, & impij, & cruenti illi eſſe cœpiſſent,nec iam quicquam de ſacerdotali honore & authoritate retinerent: tamen ipſum quanuis inane nomen & vmbrã quandam ſacerdotis cogitans Paulus, Neſciebam fratres,inquit,quia pontifex eſt.Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices. Cùm hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant,quibus ſacerdotalis authoritas & poteſtas de diuina dignatione firmatur,quales putas eſſe eos qui ſacerdotũ hoſtes & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione,nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos,& ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſùm ſacerdotũ collegium quicquam moueret:nemo poſt diuinũ iudicium, poſt populi ſuffragium,poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe iam nõ epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſcidio vnitatis, Chriſti Eccleſiã ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens, ſeorſùm foris hæreſim nouam conderet, niſi ſi ità eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perditę mentis,vt putet ſinę Dei iudicio fieri ſacerdotẽ,cùm Dominus in euangelio ſuo dicat: Nónne duo paſſeres aſſe veneunt, & neuter eorum cadit in terram ſine patris voluntate? Cùm illa nec minima fieri ſine voluntate Dei dicat,exiſtimat aliquis ſumma & magna,aut non ſciente, aut non permittente Deo, in Eccleſia Dei fieri, & ſacerdotes, id eſt, diſpenſatores eius,nõ de eius ſententia ordinari? Et paulò pòſt: Apparet quis impugnet,non ſcilicet Chriſtus,qui ſacerdotes aut conſtituit aut protegit, ſed ille qui Chriſti aduerſarius, & Eccleſiæ eius inimicus, ad hoc Eccleſiæ Prępoſitum ſua infeſtatione perſequitur,vt gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur.

12. IDEM Epiſtola ſexageſimaſecũda ad Pomponium: Nec putent ſibi vitæ aut ſalutis conſtare rationem, ſi Epiſcopis & Sacerdotibus obtemperare noluerint, cùm in Deuteronomio Dominus Deus dicat: Et homo quicunque fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat Sacerdotem,aut iudicẽ quicunque fuerit in diebus illis,morietur homo ille, & omnis populus cùm audierit, timebit, & non agent impiè etiam nunc.Interfici Deus iuſſit ſacerdotibus ſuis non obtemperantes, iudicibus à ſe ad tempus conſtitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumciſio carnalis manebat: nunc autem quia circumciſio ſpiritalis eſſe ad fideles ſeruos Dei cœpit, ſpiritali gladio ſuperbi & contumaces necantur, dum de Eccleſia eijciuntur. Neque enim viuere foris poſſunt, cùm domus Dei vna ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in Eccleſia poſſit.

13. GREGORIVS Magnus libro primo epiſtolarum,epiſtola vigeſimaquarta ad Patriarchas Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanũ: Sicut ſancti euangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor: Nicenum ſcilicet,in quo peruerſum Arrij dogma deſtruitur.Conſtantinopolitanum quoquè, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Epheſinum etiã primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur. Chalcedonenſe verò,in quo Eutychetis Dioſcoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector,integerrima approbatione cuſtodio, quia in his velut in quadra-

Sacerdotum honor & dignitas.
Deut.17.
1.Reg.8.
Luc.10.
Matth.8.
Ioan.18.
Act.23.
Exod.22.
Hæreſes & ſchiſmata ex inobedientia & cõtemptu ſummi ſacerdotis naſcuntur.
Sacerdotes non fiunt ſine iudicio. Matth.10.
Impugnatores ſacerdotũ quales ſint, & quò tendant.
lib.1.epiſt.11. Epiſcopis nõ obediẽtes extra viã ſalutis verſantur. Deut.17.
Excommunicatio.
Extra Eccleſiam non eſt ſalus.
Cõcilia 4 generalia vt 4 Euangelia S. Gregorius veneratur.

Digitized by Google

quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit. Et cuiuslibet vitę atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatē non tenet, etiamſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificiū iacet. Quintū quoque Conciliū pariter veneror, in quo epiſtola quę Ibæ dicitur, erroris plena, reprobatur: in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantijs ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe cōuincitur, & in quo ſcripta quoquè Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata, refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſoluere quos religant, aut ligare quos ſoluunt. Quiſquis ergò aliud ſapit, anathema ſit.

Similiter quintū, idq; vltimū ante ſua tempora celebratum.

Concilia vniuerſalia quos damnant, damnandi ſunt.

14. IDEM libro ſecūdo, Indictione vndecima, epiſtola decima ad Sauinum ſubdiaconum: Sic quatuor Synodos ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut quatuor libros ſancti Euangelij recipimus.

Rurſus vt 4. euangelia.

15. NICEPHORVS Calliſtus hiſtorię Eccleſiaſticę libro decimoſexto, capite trigeſimotertio: Et tum quiddem Sabbam & Theodoſium illi aduerſarij Chalcedonenſis Synodi vi adorti ſunt, ſi eos in partibus ſuis haberent, omnia ſe confecturos rati. Atq; vbi animos eorum tentârunt, præclarus ille virtute Theodoſius ſuggeſtum cōſcendit, ac veluti dux quidam & Imperator pro concione monaſtica phalange aduocata, poſtquàm mulitudini ſilentium manu deſignauit, voce maiore ſublata, hoc ſic tonitrus in morem detonuit: Si quis quatuor Synodos quatuor Euangelijs non exæquat, anathema. His verbis dictis, perindè atquè angelus quidam, multitudine in ſtuporem coniecta, cum ſilentio omnibus inſpectantibus, per mediam turbam proceſſit, & homines omnes cum animi cōſternatione viri eius tanquàm egregij in bello ducis conſilium factúmque, quo ſanctas quæ dictæ ſunt ſynodos ſacris libris accenſendas eſſe, veluti lege lata ſtatuit, admirati ſunt. Et literas ad Imperatorem dantes, certamen ſe de eis ad ſanguinem vſque ſubituros, neque etiamſi quid accidat, ſe vllo modo à Patrum traditionibus diſceſſuros eſſe, indicârunt atque confirmârunt.

Vt 4. euangelia.

Pro Conciliorum decretis ad ſanguinem decertare parati.

1. C. TERTIVM Concilium Toletanum canone primo: Permaneant in ſuo vigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & ſynodicę ſanctorum præſulum Romanorum epiſtolæ.

Rom. Pontificum decretales epiſtolæ in vigore permaneant.

2. DISTINCTIONE decimanona apud Gratianum, inter reliquos citatur NICOLAVS Papa in epiſtola ad Archiepiſcopos & Epiſcopos per Galliam conſtitutos: Si, inquit, Romanorū pontificum decreto, cæterorum opuſcula Tractatorum approbantur vel reprobantur, ità vt quod verè Sedes Apoſtolica probauit, hodiè teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenùs inefficax habeatur: quanto potiùs ea quæ ipſa pro Catholica fide, pro ſanis dogmatibus, pro varijs & multifarijs Eccleſiæ neceſſitatibus, & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni honore debent pręferri, & ab omnibus prorſùs in quibuslibet neceſſitatibus vel opportunitatibus diſcretione vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi. In qua Epiſtola adducit etiam teſtimonium beati Leonis Magni & Gelaſij. LEO itaq; Magnus ſic ait: Ne quid verò ſit, quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ità veſtrā dilectionem cuſtodire debere mandamus, vt ſi quis illa contempſerit, veniā ſibi deincèps nouerit denegari. GELASIVS verò in decreto cū ſeptuaginta Epiſcopis habito, de apocryphis ſcripturis hunc in modum habet: Item decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum patrum conſolatione dederunt, venerabiliter recipiendas decernimus.

Scripta & cōſtitutiones Apoſtolicæ Sedis in honore habēda.

In epiſt. 1. ad Epiſcopos per Campaniam, Tuſciā & vniuerſas prouincias conſtitutos, cap. 5.

Canones & decreta Pontificum.

Decretales epiſtolę Pontificum Rom. approbatur.

3. CAVSA nona, quæſtione tertia apud eundem Gratianum adducitur Nicolai Pōtificis primi teſtimonium in hæc verba: Patet profectò, Sedis Apoſtolicæ, cuius authoritate maior non eſt, iudicium à nemine fore retractādum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt: Ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus. Iuxta quod & Bonifacius atque Gelaſius ſanctiſſimi præſules, non ſuis adinuentionibus, ſed Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem non ignorantes, dicunt: Bonifacius quidem Ruſo & cæteris epiſcopis per Theſſaliam & alias prouincias conſtitutis ſcribens: Nemo, ait, vnquàm Apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari. Gelaſius autem in commonitorio, Fauſto magiſtro fungenti legatione Conſtantinopolim dato: Nobis, inquit, opponunt canones, dum neſciūt quid loquantur. Contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quòd primæ Sedi ſana, rectaq; ſuadēti parére fugiūt: Ipſi ſunt canones qui appellationes totius Eccleſię, ad huius Sedis examē voluêre deferri. Ab ipſa verò nuſquàm prorsùs appellari debere ſanxerūt: ac per hoc illam de tota Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudiciū. Nec de eius vnquàm pręceperunt iudicio iudicare, ſententiamq; illius cōſtituerunt nō oportere diſſolui, cuius potiùs ſequēda decreta mandârunt. In eadem epiſtola ſic ait idem NICOLAVS Pōtifex: Animaduertendū eſt, quia non Nicena, non deniq; vlla ſynodus quicquam Romanæ contulit Eccleſiæ priuilegij: quæ in Petro nouerat eā totius iura poteſtatis pleniter meruiſſe, & cunctarū Chriſti ouium regimen accepiſſe, ſicut beatus præſul Bonifacius atteſtatur, vniuerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens: Inſtitutio vniuerſalis naſcentis Eccleſiæ de beati Petri ſumpſit honore principiū, in quo regimen eius & ſumma cōſiſtit. Ex eius enim Eccleſiaſtica diſciplina per omnes Eccleſias, religionis iam creſcente cultura, fons emanauit. Nicenæ ſynodi non aliud præcepta teſtantur, adeò, vt non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritū ſuum poſſe conferri. Omnia deniquè huic nouerat Domini ſermone cōceſſa: Si omnia, ergò nihil defuit quod illi nō ceſſerit. Et paulò antè idem NICOLAVS ait: Eccleſiæ Romanæ priuilegia, Chriſti ore in beato Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpoſita, antiquitùs obſeruata, & à ſanctis vniuerſalibus Synodis celebrata, atq; à cuncta Eccleſia iugiter venerata, nullatenùs poſſunt minui, nullatenùs infringi, nullatenùs cōmutari. Quoniam fundamentum quod Deus poſuit, humanus non valet amouere conatus: & quod Deus ſtatuit, firmum validumq; conſiſtit. Illeq; potiſſimùm peccat, qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuilegia, inquā, iſtius ſedis vel Eccleſiæ perpetua ſunt, diuinitùs radicata atque plantata ſunt: impingi poſſunt, transferri nō poſſunt: trahi poſſunt, euelli non poſſunt. ANTERVS etiam Pontifex & martyr, in eadem quæſtione tertia à Gratiano adducitur, qui in hunc modū ait: Facta ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra verò iudicat Deus. Citatur rurſus in eadem quæſtione Gelaſius Pontifex, ità ſcribens: * Cuncta per mundum nouit Eccleſia, quoniā quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri Apoſtoli ius habet reſoluendi, vtpotè quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neq; cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illā de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt, ab illa autem nemo

In epiſtola ad Michaelē Imperatorē Cōſtantinopolitanum.

Sedis Apoſtolicæ authoritas.

Appellatio ad ſedē Rom.

Ex eadē epi. Nicolai quædā alia à Gratiano non citata.

Priuilegia Romanæ Eccleſiæ vndè profecta.

Bonifacij primi teſtimoniū adducit.

Perpetua Rō. Eccleſiæ priuilegia.

Rurſùs ex Gratiano.

In epi. ad Epiſcopos Baticæ & Toletanę prouincię.

* In epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ.

Sedis Apoſtolicæ authoritas circa

Epiſcoporū negocia exemplis oſtēditur.

mo ſit appellare permiſſus. Et paulò pòſt: Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes frequenter, vt dictum eſt, more Maiorum, etiam ſine vlla Synodo præcedente, & ſoluēdi, quos Synodus iniquè damnauerat, & dānandi, nulla exiſtente ſynodo, quos oportuit, habuerit poteſtatem. Sanctæ memoriæ quippe Athanaſium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum ſedes Apoſtolica, quia damnationi Græcorum non conſenſit, abſoluit. Sanctæ memoriæ nihilominùs Ioannem Conſtantinopolitanum ſynodus etiam Catholicorum præſulum certè damnauerat, quem ſimili modo Sedes Apoſtolica etiā ſola, quia non conſenſit, abſoluit. Itemq; ſanctū Flauianum, pontificum Græcorum congregatione damnatū, pari tenore, quoniam ſola Sedes Apoſtolica non conſenſit, abſoluit, potiusq; qui illic receptus fuerat, Dioſcorum ſecundæ ſedis præſulem ſua authoritate damnauit, & impiam ſynodum non conſentiendo ſola ſubmouit, & authoritate, vt ſynodus Chalcedonenſis fieret, ſola decreuit. In qua ergò, vt ſola ius habuit abſoluendi eos, quos ſynodica decreta perculerant: ſic etiam ſine ſynodo in hac eadem cauſa plurimos etiam Metropolitanos damnâſſe cognoſcitur.

Athanaſij, Chryſoſtomi, Flauiani.

Ad Rom. Pontificis iudiciū & ſententiā confugit Hieronymus in re dubia.

4. HIERONYMVS epiſtola quinquageſimaſeptima ad Damaſum: Obteſtor beatitudinē tuam per crucifixum, mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem, vt mihi epiſtolis tuis ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeωn detur authoritas. Simul etiam, cui apud Antiochiam debeam communicare, ſignifices: quia Campenſes cum Tarſenſibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm vt authoritate communionis veſtræ fulti, tres hyſtoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent. Reliqua vt ſuprà, quæſtione nona, D. teſtimonio ſecundo.

5. ET quinquageſimaoctaua ad Damaſum, vt ſuprà, ibidèm teſtimonio primo.

6. CHALCEDONENSIS ſynodus actione tertia in relatione ad Leonē pontificem de omnibus geſtis: Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrū honora iudicium, & ſicut nos capiti in bonis adiecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filijs (quod decet) adimpleat.

Confirmatio decretorum Cōcilij Chalcedonēſis petitur à Rom. Pontifice.

7. IN actione quarta ſextæ ſynodi generalis recitatur epiſtola Agathonis Pontificis ad Conſtantium, Heracliū, & Tiberium Auguſtos, in qua inter cætera ſic habetur: Beatus Petrus ſpiritales oues eccleſiæ ab ipſo redemptore omnium terna commendatione paſcendas ſuſcepit: cuius adnitente præſidio, hæc Apoſtolica eius Eccleſia nunquàm à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt: cuius authoritatem, vtpotè Apoſtolorum omnium principis, ſemper omnis Catholica Chriſti eccleſia, & vniuerſales ſynodi fideliter amplectentes, in cunctis ſecutæ ſunt, omneſq; venerabiles Patres Apoſtolicam eius doctrinā amplexi, per quam & probatiſſima Eccleſiæ Chriſti luminaria claruerunt, & ſancti quidem Doctores orthodoxi venerati atque ſecuti ſunt: hęretici autem falſis criminationibus ac derogationū odijs inſecuti. Et paulò pòſt: Hæc eſt veræ fidei regula, quam & in proſperis, & in aduerſis viuaciter tenuit ac defendit hæc ſpiritalis mater veſtri tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquàm erràſſe probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit: ſed vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata ſinetenùs permanet ſecundùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum principi in ſacris Euangelijs fatus eſt: Petre, Petre, inquiens, ecce ſatan expetiuit vt cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Conſideret itaque veſtra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Saluator omnium, cuius fides eſt, qui fidem Petri non defecturam promiſit, confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores, confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum: quorum & puſillitas mea, licèt impar & minima, pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio pediſſequa cupit exiſtere.

Ioan. vlt.

Rō. eccleſia nunquàm errauit in fide.

Synodi generales & S. Patres doctrinam Apoſtolicæ Sedis ſecuti ſunt: hæretici verò eā oppugnare ſunt ſoliti.

Nūquàm errauit Rom. Eccleſia in fide. Eadem habet Lucius Pontifex & martyr in epiſtola ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniç, & poſt eum Marcus papa in reſcripto ad Athanaſium & Epiſcopos Ægypti.

Ex pollicitatione diuina. Luc. 22.

IN eadem actione recitatur epiſtola Agathonis & Romanæ ſynodi centum vigintiquinque Epiſcoporum, ad eoſdem Imperatores: Credimus, quia quod paucis raròque conceſſum eſt, à Deo coronato veſtro imperio diuinitùs concedetur, & per ipſum Catholicæ atque Apoſtolicæ veræ noſtrę fidei ſplendidiſſimum in omnium mentes emicet lumen, quod ex veri luminis fonte, tanquàm de radio viuifici fulgoris, per miniſtros beatos Petrum & Paulum apoſtolorū principes, eorúmque diſcipulos & Apoſtolicos ſucceſſores, gradatìm vſque ad noſtram paruitatem, Dei opitulatione ſeruatum eſt, nulla hæretici erroris tetra caligine tenebratum, nec falſitatis nebulis confœdatum, nec intermixtis hęreticis prauitatibus velut caliginoſis nebulis perūbratum, immune atque ſyncerum, & ſuis radijs perluſtratum, pijſſimis conatibus conſeruare cupit veſtrum à Deo coronatum faſtigium. In hoc enim tam Apoſtolicæ Sedis, quamq; noſtri exigui famulatus prædeceſſores vſque hactenùs non ſine periculis deſudàrunt: nunc decretali commonitione cum Apoſtolicis Pontificibus conſulentes, nunc ſynodali definitione, quæ veritatis regula continebat, omnibus innoteſcentes: & terminos quos tranſgredi nefas eſt, vſque ad animæ ipſius exitum conſtanter defendentes, non ſeducti blanditijs, non periculis territi, vt illam in Euangelijs Domini noſtri ſententiam operibus demonſtrarent, qua ſententialiter præcepit, dicens: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c. & ſubſequenti pœna deterret, quia ſeueriter comminatur: Qui me negauerit, &c. Execratur enim vera confeſſio pietatis, iuxta diuerſitates temporum variari, ſicut nec ipſe veritatem variari admittit, de quo eſt ipſa vera confeſſio, qui dicit: Ego ſum, & non ſum mutatus.

Hæc epiſtola ſiue ſuggeſtio ſynodica, vnà cū præcedēti approbata eſt ab ipſa Synodo, actione 8. & 17.

Doctrina Apoſtolica, ſyncera & immaculata ab omnibus hęreſibus in Apoſtolica ſede ſeruata eſt.

Summorum pontificū conatus in conſeruanda tuendaque vera fide.

Prouerb. 22.

Matth. 10.

Vera fides nō mutatur ſecūdùm tempora.

Mal. 3.

8. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite primo: Illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, dâtur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri.

Conciliorum Generalium ſaluberrima authoritas.

9. IDEM libro primo contra Donatiſtas, capite decimooctauo: Illis tēporibus antequàm plenarij concilij ſententia quid in hac re ſequendum eſſet, totius Eccleſię conſenſio confirmâſſet, viſum eſt Cypriano, &c.

Conciliū plenarium totius Eccleſiæ conſenſio ab Auguſtino appellatur.

10. GREGORIVS libro primo, epiſtola vigeſimaquarta &c. vt ſuprà in hac eadem quæſtione B. teſtimonio decimotertio & ſequenti.

11. VINCENTIVS Lirinenſis in libello ſuo aureo aduerſùs prophanas omnium hæreſeōn nouationes: Sæpè magno ſtudio & ſumma attentione perquirens à quamplurimis ſanctitate & doctrina præſtantibus viris, quonam modo poſſim certa quadam & quaſi generali ac regulari via, Catholicæ fidei veritatē ab hæreticæ prauitatis falſitate diſcernere, eiuſmodi ſemper reſponſum ab omnibus ferè retuli: Quòd ſiue ego, ſiue quis alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes depræhendere, laqueóſque vitare, & in fide ſanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem ſuam, Domino adiuuante, deberet.

Optima ratio ab hæreſibus ſibi cauendi.

Digitized by Google

ret. Primò ſcilicet, diuinæ legis authoritate: tum deindè Eccleſiæ Catholicæ traditione. Hic forſitan requirat aliquis: Cùm ſit perfectus Scripturarum canon, ſibiq́ ad omnia ſatis ſupérque ſufficiat, quid opùs eſt, vt ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ iungatur authoritas?

Cur ſolis ſcripturę teſtimonijs omnia tranſigi nequeant.

Quia videlicet Scripturam ſacram pro ipſa ſui altitudine non vno eodémque ſenſu vniuerſi accipiunt, ſed eiuſdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur: vt penè quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur.

Scripturarũ alia atq; alia apud hæreticos, eaq; ſæpè contraria expoſitio.

Aliter nanque illam Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priſcillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Cæleſtius, aliter poſtremò Neſtorius. Atque idcircò multùm neceſſè eſt propter tantos tam varij erroris anfractus, vt Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur.

Tenendum, quod vbiquè, quod ſemper & ab omnibus creditũ eſt.

In ipſa Catholica eccleſia magnoperè curandum eſt, vt id teneamus, quod vbiquè, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: hoc eſt etenim verè, propriéq́ Catholicum, quod ipſa vis nominis ratióq́ declarat, quæ omnia verè vniuerſaliter comprǽhendit. Sed hoc ità demùm fit, ſi ſequamur vniuerſitatẽ, antiquitatem, conſenſionem.

Vniuerſitas.

Sequemur autem vniuerſitatem hoc modo: ſi hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur eccleſia:

Antiquitas.

Antiquitatem verò ità, ſi ab his ſenſibus nullatenùs recedamus, quos ſanctos Maiores ac patres noſtros celebráſſe manifeſtum eſt:

Conſenſio.

Conſenſionẽ quoquè itidèm, ſi in ipſa vetuſtate, omnium, vel certè penè omnium, ſacerdotum pariter & magiſtrorum definitiones, ſententiasq́ ſectemur.

Catholicorũ officiũ dum nouæ hęreſes emergunt.

Quid igitur faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua eccleſiæ particula ab vniuerſalis fidei communione præciderit? Quid itaque, niſi vt peſtifero corruptóque membro ſanitatem vniuerſi corporis anteponat? Quid ſi nouella aliqua contagio non iam portiunculam tantùm, ſed totã pariter eccleſiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorſùs iam non poteſt ab vlla nouitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipſa vetuſtate duorũ aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ alicuius error depręhendatur?

Concilium vniuerſale.

Tunc omninò curabit, vt paucorũ temeritati vel inſcitiæ, ſi qua ſunt vniuerſaliter antiquitùs vniuerſalis * Concilij decreta, pręponat.

** aliàs Eccleſiæ*

Quid ſi tale aliquid emergat, vbi nihil eiuſmodi reperiatur? Tunc operã dabit, vt collatas inter ſe Maiorum cõſulat interrogetq́ ſententias, eorum dũtaxàt, qui diuerſis licèt temporibus & locis, in vnius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magiſtri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantùm, ſed omnes pariter, vno eodemq́ conſenſu, apertè, frequenter, perſeueranter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognouerit, id ſibi quoquè intelligat abſque vlla dubitatione credẽdum.

Patrum conſenſus.

Ibidẽ poſt multa: Quæ cùm ità ſint, ille eſt verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, non hominis cuiuſpiam authoritatem, non amorem, nõ ingenium, non eloquentiam, non philoſophiã: ſed hæc cuncta deſpiciens, & in fide fixus, ſtabilis permanens, quicquid vniuerſaliter antiquitùs Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenẽdum, credendumq́ decernit.

Verus & germanus catholicus quis eſt.

Quicquid verò ab aliquo deincèps vno, pręter omnes, vel contra omnes ſanctos, nouum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Et pòſt quædam: Profanas, inquit Paulus, vocum nouitates deuita. Quid eſt profanas? Quæ nihil habent ſacri, nihil religioſi, ab Eccleſiæ penetralibus, quæ eſt templum Dei, penitùs extraneas. Profanas, inquit, vocum nouitates. Vocum, id eſt, dogmatum, rerum, ſententiarum nouitates, quæ ſunt vetuſtati, quæ antiquitati contrariæ.

1.Tim.6.

Quæ ſi recipiantur, neceſſè eſt vt fides beatorum patrum aut tota, aut certè magna ex parte violetur: Neceſſè eſt vt omnes omnium ætatum fideles, omnes ſancti, omnes caſti, continentes, virgines, omnes clerici, leuitæ & ſacerdotes, tanta confeſſorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot inſulæ, prouinciæ, reges, gẽtes, regna, nationes, totus poſtremò iam penè terrarum orbis per catholicam fidem Chriſto capiti incorporatus, tanto ſeculorum tractu ignoráſſe, erráſſe, blaſphemáſſe, neſciſſe quid crederet, pronuncietur.

Profanæ nouitates nouæque in fide dogmata ſi ſuſcipiantur, quæ & quanta incommoda ſequẽtur.

Profanas, inquit, vocum nouitates deuita, quas recipere atque ſectari nunquàm catholicorum, ſemper verò hæreticorum fuit. Et reuerà, quæ vnquàm hæreſis, niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis vnquàm hæreſes inſtituit, niſi qui ſe priùs ab Eccleſiæ Catholicæ vniuerſitatis & antiquitatis conſenſione diſcreuerit? Et poſt pauca: Hoc apud omnes ferè hæreſes quaſi ſolenne eſt ac legitimum, vt ſemper profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ à fide naufragent.

Hæreticorum propriũ, nouitates profanas ſectari.

Contrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, depoſita ſanctorum patrum & commiſſa ſeruare, damnare profanas nouitates, & ſicut dixit atque iterùm pręđixit Apoſtolus: Si quis annũciauerit præterquàm quod acceptum eſt, anathemare. Et aliquibus interpoſitis: Sed dicet aliquis: Si diuinis eloquijs, ſententijs, promiſſionibus, & diabolus & diſcipuli eius vtuntur, quorũ alij ſunt Pſeudoapoſtoli, alij Pſeudoprophetę, & Pſeudomagiſtri, & omnes ex toto hęretici: quid facient Catholici homines, & matris Eccleſiæ filij? quonam modo in ſcripturis ſanctis veritatem à falſitate diſcernent?

Catholicorũ propriũ eſt, damnare nouitates & depoſitum ſeruare.

Matth.4.

Hoc ſcilicet facere magnoperè curabũt, quod in principio Commonitorij iſtius ſanctos & doctos viros tradidiſſe nobis ſcripſimus, vt diuinum canonem ſecundùm vniuerſalis Eccleſiæ Traditiones, & iuxta catholici dogmatis regulas interpretentur, in qua item Catholicæ Apoſtolicæq́ Eccleſiæ ſequantur neceſſè eſt vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem.

Scripturæ quemadmodum interpretandæ.

Et ſi quando pars contra vniuerſitatem, nouitas contra vetuſtatem, vnius vel paucorum errantium diſſenſio contra omnium vel certè multò plurium catholicorum conſenſionem rebellauerit, præferant partis corruptioni vniuerſitatis integritatem: in qua eadem vniuerſitate nouitatis profanitati, antiquitatis religionem: itemq́ in ipſa vetuſtate vnius ſiue pauciſſimorum temeritati primùm omnium generalia ſi qua ſunt vniuerſalis Concilij decreta præponant, tunc deindè ſi id minus eſt, ſequantur quod proximum eſt, multorum atque magnorum conſentientes ſibi ſententias magiſtrorum: quibus, adiuuante Domino, fideliter, ſobriè, ſolicitè obſeruatis, nõ magna difficultate noxios quoſque exurgentium hęreticorum deprǽhendemus errores.

Concilij vniuerſalis decreta: ac deindè Patrum conſentiẽtes ſententiæ ſequendæ.

Hic iam conſequens eſſe video, vt exemplis demõſtrem, quonam modo profanæ hæreticorum nouitates, prolatis atque collatis veterum magiſtrorum concordantibus ſibimet ſententijs, & deprǽhendantur & condemnẽtur: quæ tamen antiqua ſanctorum patrum conſenſio, non in omnibus diuinæ legis quæſtiunculis, ſed ſolùm certè præcipuè in fidei regula, magno nobis ſtudio & inueſtiganda eſt & ſequenda. Sed neque ſemper, neq́ omnes hæreſes hoc modo impugnandæ ſunt, ſed nouitiæ recentéſque tantummodò, cùm primùm ſcilicet exoriuntur, antequàm infalſàrint vetuſtę fidei regulas, ipſius temporis vetentur anguſtijs, ac priuſquàm manante latiùs veneno, maiorum volumina vitiare conentur. Cæterùm dilatatæ & inue-

Nouarum hęreſum confutatio ex ſententijs antiquorum Patrum.

Digitized by Google

Antiquarum hęreſum quomodo inſtituēda confutatio.

teratæ hæreſes nequaquàm hac via aggrediendæ ſunt, eò quòd prolixo temporum tractu longa ijs furandæ veritatis patuerit occaſio. Atque ideò quaſcunque illas antiquiores vel ſchiſmatum, vel hæreſeōn profanitates, nullo modo nos oportet, niſi aut ſola, ſi opus eſt, ſcripturarum authoritate conuincere, aut certè iam antiquitùs vniuerſalibus ſacerdotum catholicorum concilijs conuictas damnataſq́; vitare. Itaque cùm primùm mali cuiuſque errorris putredo erumpere cœperit, & ad defenſionem ſui quædam ſacra legis verba furari, eaq́; fallaciter & fraudulenter exponere: ſtatim interpretando canoni Maiorum ſententiæ cōgregandę ſunt, quibus illud quodcunque exurget nouitium, ideoq́; profanum, & abſque vlla ambage prodatur, & ſine vlla retractatione damnetur.

Conſenſus Patrum.

Sed eorum duntaxàt Patrum ſententiæ conferendæ ſunt, qui in fide & communione catholica ſanctè, ſapienter, conſtanter viuentes, docentes, & permanentes, vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro Chriſto feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt, vt quicquid vel omnes, vel plures vno eodemq́; ſenſu, manifeſtè, frequenter, perſeueranter velut quodam conſentiente ſibi magiſtrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratoq́; habeatur: Quicquid verò, quanuis ille ſanctus & doctus, quanuis Epiſcopus, quanuis Confeſſor & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes ſenſerit, id inter proprias & occultas & priuatas opiniunculas à communis & publicæ ac generalis ſententiæ authoritate ſecretum ſit, nec cum ſummo æternæ ſalutis periculo, iuxta ſacrilegam hæreticorum & ſchiſmaticorum conſuetudinem, vniuerſalis dogmatis antiqua veritate dimiſſa, vnius hominis nouitium ſectemur errorem. Quorum beatorum Patrum ſanctum catholicumq́; conſenſum nè quis ſibi temerè contemnendum fortè arbitretur, ait

1.Cor.12.

in prima ad Corinthios Apoſtolus: Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primùm Apoſtolos, quorum ipſe vnus erat: ſecundò prophetas,

Actor.21.

qualem in Actibus Apoſtolorū legimus Agabum: tertiò Doctores, qui Tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdùm nuncupat, eò quòd per eos prophetarum myſteria populis aperiebantur.

Contemnēs patrum in fide cōſenſum, Deum contemnit.

Hos ergò in Eccleſia Dei diuinitùs per tempora & loca diſpenſatos, quiſquis in ſenſu catholici dogmatis vnum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum: à quorum veridica vnitate nè quis diſcrepet, impenſiùs obteſtatur idem Apoſtolus, dicens:

1.Cor.1.

Obſecro autem vos fratres, vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Quòd ſi quis ab eorum ſententiæ communione deſciuerit, audiat illud eiuſdem Apoſtoli:

1.Cor.14.

Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis.

Sūmaria repetitio eorū quæ dicta ſunt.

IBIDEM: Diximus in ſuperioribus hanc fuiſſe ſemper & eſſe hodieq́; catholicorum conſuetudinem, vt fidem veram duobus his modis approbent: Primùm diuini canonis authoritate, deindè Eccleſiæ Catholicæ traditione: non quia canon ſolus nō ſibi ad vniuerſa ſufficiat, ſed quia verba diuina pro ſuo plerique arbitratu interpretantes, varias opiniones erroreſq́; concipiant. Atque ideò neceſſè ſit, vt ad vnam Eccleſiaſtici ſenſus regulam ſcripturæ cæleſtis intelligentia dirigatur, in his dūtaxàt præcipuè quæſtionibus, quibus totius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item diximus in ipſa rurſus Eccleſia vniuerſitatis pariter & antiquitatis conſenſionem ſpectari oportere, nè aut ab vnitatis integritate in partem ſchiſmatis abrumpamur, aut è vetuſtatis religione in hæreſeōn nouitates præcipitemur. Item diximus, in ipſa Eccleſiæ vetuſtate duo quædam vehementer ſtudioſeq́; obſeruanda, quibus penitùs inhærere deberēt, quicunque hæretici eſſe nolint. Primùm, ſi quid eſſet antiquitùs ab omnibus Eccleſiæ catholicæ ſacerdotibus vniuerſalis concilij authoritate decretum. Deindè, ſi qua noua exurgeret quæſtio, vbi id minimè reperiretur, recurrendum ad ſanctorum patrum ſententias eorum duntaxàt, qui ſuis quique temporibus & locis in vnitate communionis & fidei permanentes, magiſtri probabiles extitiſſent. Et quicquid vno ſenſu atque cōnſenſu tenuiſſe inuenirentur, id Eccleſiæ verum & catholicum abſque vllo ſcrupulo iudicaretur. ET in fine: Neceſsè eſt profectò omnibus deincèps catholicis, qui ſeſe Eccleſię matris legitimos filios probare ſtudent, vt ſanctæ ſanctorum patrum fidei inhæreant, adglutinentur, immoriantur: profanas verò profanorum nouitates deteſtentur, horreſcant, inſectentur, perſequantur.

Fidei ſanctorum Patrū inhærendum.

12. AVGVSTINVS libro primo contra Iulianum Pelagianum, capite tertio, adducturus teſtimonia ſanctorum Patrum de originali peccato, ſic ait: Sed tu qui tam crebrò nobis Manichæorum nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholicæ defenſores, tam execrabili criminatione appetere audeas, ſi euigilas, intuere. Non quidem omnium de hac re ſententias, nec omnes eorum, quos commemorabo, me congregaturum eſſe polliceor, quia nimìs longum eſt, & neceſſè eſſe non arbitror: ſed ponā pauca paucorum, quibus tamen noſtri contradictores cogantur erubeſcere & cedere, ſi vllus in eis vel Dei timor, vel hominum pudor tantum malum peruicaciæ ſuperauerit.

Auguſtinus oppugnat Pelagianos ſanctorum Patrū ſententijs.

ET capite ſexto: Abſit vt Conſtantinopolitanus Ioānes de baptiſmate paruulorum, eorumq́; à paterni chirographi liberatione per Chriſtum, tot ac tantis coepiſcopis ſuis, maximeq́; Romano Innocentio, Carthaginienſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanēſi reſiſtat Ambroſio. Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque optimi regulæ catholicæ defenſores, ſalua fidei compage, non conſonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. Hoc autem vndè nunc agimus, ad ipſa fidei pertinet fundamenta.

Sancti Patres in quibus rebus aliquādo diſſentiant.

13. IDEM aduerſùs eundem libro ſecundo, capite nono: Hoc, inquit, probauimus catholicorum authoritate ſanctorum, qui & hoc aſſerunt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinque eſſe vera omnia confitentur. Ac per hoc non eſt conſequens, vt hoc falſum ſit, quia vera ſunt illa. Tales quippe ac tanti viri ſecundùm catholicam fidem, quæ antiquitùs toto orbe diffunditur, & hoc, & illa vera eſſe confirmāt; vt veſtra fragilis, & quaſi argutula nouitas ſola authoritate conteratur illorum, prçterquàm quòd ea dicunt, vt ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur.

Argutula nouitas hæreticorū, Sanctorū Patrū authoritate cōteritur.

ET capite decimo: At ego vbicunquè ſis, vbicūquè legere iſta potueris, te ante iſtos iudices intùs in tuo corde conſtituto; quos non amicos meos & inimicos tuos, aliqua in meā partem gratia propendētes, aliquos abs te merito tuæ offenſionis auerſos, & ob hoc tibi aduerſos, in hac noſtra diſceptatione conſtitui cognitores: Nec eos qui nunquàm fuerunt, aut non ſunt, aut quorū ſententiæ, de hoc quod inter nos diſputatur, incertæ ſunt, inani cogitatione cōfinxi; ſed ſanctos, & in ſancta Eccleſia illuſtres Antiſtites Dei, nō Platonicis & Ariſtotelicis & Zenonicis, alijſq́; huiuſcemodi, vel Græcis, vel Latinis, quanquàm & iſtis aliquos eorū, verùm oēs ſacris literis eruditos, nominatim, ſicut oportebat, expreſſi: eorumq́; ſententias, quātùm ſufficere videbatur, ſine vlla editas ambiguitate digeſſi, vt in eis timeas nō ipſos; ſed illū qui ſibi eos vtilia vaſa formauit, & ſancta tēpla cōſtruxit, qui tūc de iſta cauſa iudicauerunt, quando eos nemo poteſt dicere, perpe-

Antiqui Patres ſunt integri & incorrupti iudices in dirimēdis controuerſijs poſteà exortis.

Digitized by Google

perperàm cuiquam vel aduerſari, vel fauere potuiſſe. Nondùm enim extiteratis, contra quos ſuſciperemus de hac quæſtione conflictum. Nondùm eratis, qui diceretis, quod in libris tuis ponis, quia de vobis multitudini mentiti fuerimus, & quòd Cœleſtianorum vel Pelagianorum nomine homines terreamus, & quòd terrore ab omnibus extorqueamus aſſenſum. Certè ipſe dixiſti, quòd omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira vacuos eſſe deceat: pauci tales potuerunt inueniri. Sed Ambroſium aliósque collegas eius, quos cum illo cõmemoraui, tales fuiſſe credendum eſt. Verùm & ſi tales non fuerunt in his cauſis, quas ad ſe delatas, & inter partes cognitas, cùm hic viuerent, ſuo iudicio finierunt; ad hanc tamen cauſam tales erant, quando de illa ſententias protulerunt, nullas nobiſcum vel vobiſcum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerũt: neque nobis neque vobis irati ſunt; neque nos, neque vos miſerati ſunt. Quod inuenerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondùm vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta eſt cauſa noſtra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus; & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus; nondùm vobiſcum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus. Et paulò pòſt: Et addis, ad aliquid inueniendum, multitudinem nihil prodeſſe cæcorum: etiã iſtos cæcos dicere audebis? Et vſqueadeò permiſcuit imis ſumma longus dies, vſqueadeò tenebræ lux, & lux tenebræ eſſe dicuntur, vt videant Pelagius, Cœleſtius, Iulianus; & cæci ſint Hilarius, Gregorius, Ambroſius? Sed qualiſcunque homo ſis, tamen quia homo es, videre mihi videor verecundiam tuam, ſi tamen non in te ſpes eſt omnis emortua ſanitatis; & quodammodò audio vocem tuam. Reſpondes; Abſit vt audeam cæcos iſtos viros, vel cogitare, vel dicere. Et ſub fine: Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit. Ideò profanas voces veſtræ nouitatis expauit, &c. His igitur eloquijs & tãta authoritate ſanctorum, profectò aut ſanaberis Dei miſericordia donante: quod quantùm tibi optem, videt qui faciat: aut ſi, quod abominor, in eadem quæ tibi videtur ſapientia, & eſt magna ſtultitia, perdurau eris; non tu iudices quæſiturus es, vbi cauſam tuam purges; ſed vbi tot ſanctos doctores egregios atq; memorabiles catholicæ veritatis accuſes, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambroſium, Baſilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cæteroſq; ſocios ac participes eorum, inſuper & vniuerſam Chriſti Eccleſiã, cui diuinæ familiæ Dominica cibaria fideliter miniſtrantes, ingẽti in Domino gloria claruerunt.

[Margin: Patres docuerũt quod in Eccleſia inuenerũt, & à Maioribus acceperunt.]

[Margin: Hodiè benè audẽt quidã.]

[Margin: Patres quos Auguſtinus citauerat aduerſus Pelagianos.]

14. PACIANVS Barcilonenſis epiſcopus in epiſtola prima ad Sympronianũ Nouatianum, de Catholico nomine: Quid? parua nobis de Apoſtolicis viris, parua de primis ſacerdotibus, parua de beatiſſimo Cypriano martyre, atq; doctore currit authoritas? An volumus docere doctorem? an ſapientiores illo ſumus, & ſpiritu carnis inflamur aduersùs eum, quem æternum Dei teſtem nobis cruor, & clariſſima paſſionis corona produxit? Quid tot earum partium ſacerdotes, quos per totum orbem cũ eodem Cypriano pax vna ſolidauit? Quid tot annoſi Epiſcopi, tot martyres, tot cõfeſſores? Agè, ſi illi vſurpando nomini huic (Catholicum intelligit) authores idonei nõ fuerunt; nos idonei erimus negãdo? & noſtram potiùs authoritatem patres ſequentur, & emendãda ſanctorum cedet antiquitas, & iã putreſcentia vitijs tempora canos Apoſtolicæ antiquitatis eradent?

[Margin: Vide quanti faciat Patrũ authoritatẽ. — Coloſſ. 2.]

STABILITAS DECRETORVM GENERALIS CONCILII.

15. ACTIONE tertia Concilij Chalcedonenſis, in Edicto ſiue legibus Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidem leges beatiſſimus Papa Leo in ſuis confirmauit epiſtolis: quibus interdicuntur prohibenturq; diſputationes de fide corã vulgo, & confirmantur Chalcedonẽſis Concilij decreta atque ſtatuta, hæc legũtur verba: Ceſſet iam profana contentio. Nam verè impius atque ſacrilegus eſt, qui poſt tot ſacerdotum ſententiam, opinioni ſuę aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ eſt, in medio & perſpicuo die commẽtitium lumen inquirere. Quiſquis enim poſt veritatem repertã, aliquid vlteriùs diſcutit, mendacium quærit. * Nemo itaq; vel clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet cõditionis, de fide Chriſtiana publicè turbis adunatis & audientibus, tractare conetur in poſterũ, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens. Nam iniuriã facit iudicio religioſiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere & publicè diſputare cõtendit, cùm ea quæ nũc de Chriſtiana fide ſtatuta ſunt, iuxta Apoſtolicas expoſitiones & ſtatuta ſanctorum patrũ trecentorum decem & octo, & centũ quinquaginta, definita eſſe noſcuntur. Nam in cõtemptores huius legis pœna non deerit, quia nõ ſolùm cõtra fidem benè compoſitam veniunt, ſed etiã Iudæis & paganis ex huiuſcemodi certamine prophanãt veneranda myſteria. Igitur ſi clericus erit qui publicè tractare de religionẽ auſus fuerit, à conſortio clericorum remouebitur: ſi verò militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur. Cæteri etiã huius criminis rei, de hac ſanctiſſima vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam cõpetentibus ſupplicijs ſubiugãdi. Conſtat enim, hinc hæreticæ inſaniæ exordia fomitemq; pręberi, dum publicè quidam diſputant atq; contendunt. Vniuerſi ergò, quę à ſancta ſynodo Chalcedonenſi ſtatuta ſunt, cuſtodire debebunt, nihil poſteà dubitaturi. Hoc itaque noſtræ commoniti Serenitatis edicto, abſtinete à prophanis vocibus, & vlteriùs definite de diuinis diſputare, quod nefas eſt: Quia non ſolùm diuino iudicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verumetiam legum & iudicum authoritate coërcebitur.

[Margin: Qui ſemel in Concilio generali definita, in dubium vocãt aut retractãt, impij & ſacrilegi ſunt.]

*[Margin: * L. Nemo. C. de ſumma Trin. & fide Cath.]*

16. GELASIVS Pontifex in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ: Quapropter ſtultitiã reſpuentes inanium querelarum, perquirere vos oportet ab ipſis beatis Apoſtolis, & cõſiderare prudenter, quoniam patres noſtri, catholici videlicet, doctiq; pontifices, in vnaquaque hęreſi quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro veritate, pro cõmunione catholica atque Apoſtolica ſecundùm ſcripturarum tramitem, prædicationemq; Maiorum facta ſemel congregatione ſanxerunt, inconuulſum voluerint deincèps firmumq; cõſtare: nec in eadem hac cauſa denuò, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præſumptione permiſerint: ſapientiſſimè peruidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter, cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingulos quoſque prorsùs errores ſtabile perſiſteret eccleſiæ conſtitutũ, ac ſemper eiſdẽ furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam ſi limitibus etiam præfixis poſitarum ſemel ſynodalium regularum, non ceſſant eliſæ peſtes reſumptis certaminibus contra fundamentum ſeſe veritatis attollere, & ſimplicia quæque corda percutere: quid fieret, ſi ſubindè fas eſſet perfidis inire concilium, cùm quamlibèt illa manifeſta ſit veritas, nunquàm deſit, quod pernicioſa depromat falſitas, tametſi ratione vel authoritate deficiens, ſola tamen contentione nõ cedens? Quæ Maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes, neceſſariè præcauerunt, vt quod contra vnamquanq; hęreſim coacta ſemel ſynodus pro fide, cõmunione, & veritate Catholica atque Apoſtolica promulgãſſet, nõ ſinerent nouis poſt hæc retractationibus mutilari, nè prauis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi: ſed autho-

[Margin: Semel definita in Eccleſia, non reuocanda in dubium aut retractanda.]

Digitized by Google

authore cuiuslibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſufficere iudicârunt, vt quiſquis aliquando huius erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis eius eſſet obſtrictus, quomodò manifeſtè quilibet vel profeſſione ſua, vel communione poſſet agnoſci.

Semel in cōcilio definita, non in dubium reuocanda.

17. LEO Magnus in epiſtola quadrageſimatertia ad Martianum Auguſtum: Obteſtor & obſecro clementiā veſtram, vt in præſenti ſynodo fidem, quam beati patres noſtri ab Apoſtolis ſibi traditam prædicârunt, nō patiamini quaſi dubiam retractari, & quæ olim maiorum ſunt authoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Illudq; potiùs iubeatis, vt antiquæ Nicenæ ſynodi conſtituta, remota hæreticorum interpretatione, permaneant.

18. IDEM in epiſtola quinquageſima ad eundē: Compreſſa vel remota inquietudine ac prauitate paucorum, facilè firmabitur probanda cōcordia, ſi in eam fidem, quam Euangelicis & Apoſtolicis prædicationibus declaratam, per antiquos patres noſtros accepimus & tenemus, omniū corda concurrant, nulla penitùs diſputatione cuiuſquam retractationis admiſſa, nè per vanam fallacemq; verſutiam, aut infirma videantur aut dubia, quæ in ipſo lapide angulari Chriſto fundata ſunt, & ſine fine manſura.

Retractatio non admittēda in negocijs fidei ſemel definitis ab Eccleſia.

19. ET in epiſtola ſeptuageſimaoctaua ad Leonē Auguſtum: De rebus & apud Niceā & apud Chalcedonā (ſicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatū, tāquàm dubia vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum ſanctum fixit authoritas.

Aliorū Conciliorum generalium de fide decreta, non vocanda ſunt in dubium.

XII.

Quorsùm verò ſpectat diuina iſthæc ordinatio, vt Paſtores & Doctores in Eccleſia conſeruentur?

a Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdot. Idem homil. 4. & 5. de verbis Eſaiæ. Ignatius ad Smyrnenſes. Ambr. in exhortat. ad virgines, & lib. 2. de dignita. ſacerd. cap. 2.

A. NON parùm vtilis ac ſalutaris eſt nobis diuina hęc ordinatio, qua poteſtas & hierarchia Eccleſiaſtica Politicos magiſtratus omnes longè antecellit. Eſt enim poteſtas hęc ſpiritualis, qua Chriſtianus populus ad ſpiritualia æternaque bona conſequenda maximè promouetur.

b Epheſ. 4. c
c Coloſſ. 1. d
d 1. Theſſ. 4. b 2. Tim. 3. d 2. Cor. 13. d

B. Prodeſt in primis, vt Pauli verbis[b] vtamur, *ad conſummationem ſanctorum*, hoc eſt, vt qui illa poteſtate funguntur, exhibeant[c] omnem hominem perfectum in Chriſto, ſicut idem Paulus alibì loquitur, ſuoque ſtudio fideles ad ſanctitatis, in quam vocati ſunt,[d] perfectionem adducant.

e Actor. 20. f Heb. 13. c Cypria. epiſt. 66. ad Furnenſes.

C. Prodeſt etiam *in opus miniſterij*, vt qui ſunt & dicuntur miniſtri præcipui Eccleſiæ, habeant quod[e] vigilent ac curent ſemper pro concrediti ſibi ſummi muneris ratione.

* Epheſ. 4. c
f 1. Cor. 3. b
g Epheſ. 1. d Coloſſ. 1. c d Epheſ. 2. d
h 1. Cor. 3. c

D. Prodeſt prætereà * *in ædificationem corporis Chriſti*, vt nôrint hi ſpirituales & ſapientes[f] architecti circa[g] corpus Chriſti myſticum, quod ſingularem in ædificando contentionem requirit, continenter ſibi eſſe verſandum, vt iam verę fidei fundamenta iaciant ac confirment, iam reliqua fidelibus ad perfectam iuſtitiam neceſſaria[h] ſuperſtruant.

i Epheſ. 4. d 1. Cor. 14. d Rom. 15. a Actor. 14. d 1. Theſſ. 3. a 4. a Ezech. 34. a
k Matth. 7. d
l Actor. 20. f Ezech. 33. b 2. Tim. 2. d 4. a Tit. 1. c
m 2. Pet. 2. a 3. a Rom. 16. c Iudæ f Matth. 7. c
n Epheſ. 4. d

E. Prodeſt demùm, *vt*[i] *non ſimus paruuli fluctuantes, ac circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.* Hoc eſt, propter imbecilliores, qui ſemper in Eccleſia ſunt plurimi, neceſſarium eſt munus Antiſtitum Eccleſiaſticorum, præſertim hęreſum ventis ac perſecutionum[k] procellis in Eccleſiæ domum irrumpētibus. Tum enim opùs eſt præſenti eorum præſidio, qui pro authoritate velint & poſſint[l] arcere lupos, oues defendere, zizania extirpare, & ſana confirmare dogmata, nè ſimplices alioquin fallacium ac[m] perditorum hominum verbis, ſcriptis, & exemplis à via veritatis regia ſeducantur, quin potiùs vt oēs veritatem non modò cognoſcentes, ſed etiā facientes, in illo qui caput eſt Chriſtus, grandeſcant atq; proficiant, vt idē Paulus[n] adiunxit.

TESTIMONIA.

Sacerdotum quāta dignitas.

1. A. CHRYSOSTOMVS libro tertio de ſacerdotio, poſtquàm de tremendo Miſſæ ſacrificio locutus eſſet, ità ſubiungit: Nam ſi quis conſideret quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet, qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijſq; inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tum probè intelliget, quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate ſpiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturq;: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutiſque noſtræ rationem ſpectant. Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt vt ea quæ in cælis ſunt, diſpenſent: ijs datum eſt vt poteſtatem habeant, quam Deus optimus neque angelis, neque Archangelis, datam eſſe voluit: Neque enim ad illos dictum eſt: Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cælo: & quæcunque ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cælo. Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm. Id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiam animam contingit, atque ad cęlos vſque peruadit: vſqueadeò vt quæcunque infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac ſeruorum ſenten-

Matth. 16. & 18.

Excedit poteſtas eorum poteſtatem principum.

Digitized by Google

ſententiam Dominus cõfirmet. Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cæleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quorumcunque enim, ait, peccata retinueritis, retenta ſunt. Quænã, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariam filio poteſtatem dedit: cæterùm video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à Deo filio illis traditam.

Ioan.20.

2. IDEM homilia quarta de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum: Ozias cùm eſſet rex cinctus diademate, quoniam erat iuſtus, elatus eſt animo, maiore ſpiritu concepto, quàm pro dignitate, ingreſſus eſt templum. Et quid dicit Eſaias? Ingreſſus eſt ſancta ſanctorum, aitq́ꝫ, Volo adolere incenſum. Rex cùm eſſet, ſacerdotij principatum vſurpat. Volo, inquit, adolere incenſum, quia iuſtus ſum. Sed mane intra tuos terminos: alij ſunt termini regni, alij termini ſacerdotij: hoc regnũ illo maius eſt. Neque enim ex his quę videntur, hîc declaratur Rex, neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus eſt, debet æſtimari rex. Ille quidem ea quæ ſunt in terris ſortitus erat adminiſtranda: cæterùm ſacerdotij ius è ſupernis deſcendit: Quęcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo. Regi ea quæ hîc ſunt, cõmiſſa ſunt, mihi cæleſtia: mihi cùm dico, ſacerdotem intelligo. Itaque cùm videris ſacerdotem indignum, nè traducas ſacerdotium. Non enim oportet damnare res, ſed eum qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, verùm non ob id accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt ſacerdotij, ſed malum animi. Et tu igitur nè ſacerdotium vituperes, ſed ſacerdotem malè re bona vtentem. Regi corpora commiſſa ſunt, Sacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, ſacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille neceſſitate, hic conſilio. Ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum eſt aduersùs dæmones. Maior hic principatus: propterea rex caput ſubmittit manui ſacerdotis: & vbique in veteri ſcriptura, ſacerdotes inungebant reges.

2.Para.26. *Sacerdotij dignitas regia dignitate præſtat.* *Matth.18.* *Propter malos non eſt traducẽdum ſacerdotium.* *1.Re.10.& 16.*

3. IDEM homilia quinta de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum: Sacerdotium principatus eſt, ipſo etiam regno venerabilius ac maius. Nè mihi narres purpuram, neque diadema, neque veſtes aureas: vmbrę ſunt iſthæc omnia, vernisq́ꝫ floſculis leuiora. Omnis enim, inquit, gloria flos graminis, etiamſi ipſam gloriam regalem dixeris. Nè, inquam, mihi narres iſta: ſed ſi vis videre diſcrimen, quantùm abſit rex à ſacerdote, expende modum poteſtatis vtrique traditæ, videbis ſacerdotem multò ſublimiùs rege ſedentem. Quanquàm enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo cinctus eſt: tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt, nec vltra poteſtatem hanc prætereà quicquam habet authoritatis. Verùm ſacerdoti thronus in cælis collocatus eſt, & de cæleſtibus negocijs pronunciandi habet authoritatem. Quis hæc dicit? Ipſe cælorum rex: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Quid cum hoc honore conferri poſſit? A terra iudicandi principalem authoritatem ſumit cælum. Nam iudex ſedet in terra, Dominus ſequitur ſeruum: & quicquid hic in inferioribus iudicârit, hoc ille in ſupernis comprobat. Itaque medius ſtat ſacerdos inter Deum & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferens, Dominum iratum reconcilians vtrique naturæ, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eóque Deus ipſum regale caput ſacerdotis manibus ſubiecit, nos erudiens, quòd hic princeps eſt illo maior. Siquidem id quod minus eſt, benedictionem accipit ab eo quod præſtantius eſt.

Eſa.40. *1.Pet.1.* *Sacerdotum maior, quàm regum poteſtas.* *Matth.18.* *Heb.7.*

4. IGNATIVS in epiſtola ad Smyrnenſes: Honorate Deum vt authorem omnium & Dominum, Epiſcopum autem tanquàm principem ſacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem ſecundùm Deum, ſacerdotium verò ſecundùm Chriſtum, & poſt hunc honorare etiam oportet Regem. Nemo enim potior eſt Deo, neque ſimilis ei, neque Epiſcopo honorabilior in Eccleſia, ſacerdotium Deo gerenti pro mundi ſalute: neque regi quis ſimilis eſt in exercitu, pacem & beneuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Epiſcopum, honorabitur à Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem inſurgens, damnatione dignus eſt, quomodò vltionem euadere poterit qui præter Epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim ſumma eſt omniũ honorum, qui in hominibus conſiſtunt: quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum totius creaturæ, & ſolum natura principem ſacerdotẽ Dei. Omnia benè vobis ordinate, quæ mandata ſunt in Chriſto: Laici Diaconis ſubditi ſint, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, ſicut ipſe Patri.

Nullus Epiſcopo honorabilior in Eccleſia. *Coloſſ.1.*

5. AMBROSIVS in exhortatione ad virgines: Habemus nos ſacerdotes noſtram nobilitatem, præfecturis & conſulatibus præferendam: habemus, inquam, fidei dignitates quę perire non nôrunt.

6. IDEM in libro de ſacerdotali dignitate, capite ſecundo: Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati, longè erit inferius quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cùm videas Regum colla & Principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri. Quid iam de plebeia dixerim multitudine, cui non ſolùm præferri à Domino meruit, ſed vt eam quoque iure tueatur patrio, præceptis imperatum eſt Euangelicis? Sic certè à Domino ad beatum Petrum dicitur: Petre, amas me? Et ille: Tu ſcis Domine quia amo te. Et cùm tertiò fuiſſet interrogatus, & trina reſponſione fuiſſet ſubſequutus, repetitum eſt à Domino tertiò, Paſce oues meas. Quas oues, & quem gregem non ſolùm tunc beatus ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & cum illo eas nos ſuſcepimus omnes. Vndè regendæ ſacerdotibus cùm traduntur, meritò rectoribus ſuis ſubdi dicuntur.

Epiſcopalis dignitas & ſublimitas comparationibus nullis adæquatur. *Ioan.21.*

1. B. AD Epheſios quarto: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.

2. AD Coloſſenſes primo: Docentes omnem hominẽ in omni ſapiẽtia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu: in quo & laboro, certando ſecundùm operationem eius, quam operatur in me in virtute.

3. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.

4. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

5. POSTE-

Digitized by Google

5. POSTERIORIS ad Corinthios decimotertio: De cætero fratres, gaudete, perfecti eſtote,&c.

1.C. ACTORVM vigeſimo capite: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

2. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris redditurí: vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes.

lib.1.epiſt.9. Sacerdotum officium, eſt ſacrificijs & orationibus vacare. 3. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimaſexta ad Furnenſes: Singuli diuino ſacerdotio honorati, & in clerico miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire, & precibus atque orationibus vacare debent. Scriptum eſt enim: Nemo militans Deo, obligat ſe moleſtijs ſecularibus, vt poſſit placere ei, cui ſe probauit. Quod cùm de omnibus dictum ſit, quanto magìs moleſtijs & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui Diuinis rebus & ſpiritualibus occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos & ſeculares actus vacare nõ poſſunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ priùs in lege tenuerunt, vt cùm terram diuiderent, & poſſeſſiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, quæ templo, & altari, & miniſterijs Diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portione perciperet, ſed alijs terram colentibus, illa tantùm Deum coleret, & ad victum atque alimentum ſuum ab vndecim tribubus de fructibus qui naſcebantur, decimas perciperet. Quod totum fiebat de authoritate & diſpoſitione Diuina, vt qui operationibus diuinis inſiſtebãt, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere ſecularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab adminiſtratione Diuina auocentur, nè moleſtijs & negocijs ſecularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquàm decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificijs non recedant, & die & nocte cæleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiant.

1.Tim.2. Num.18.

1.D. AD Epheſios quarto, vt ſuprà hac quæſtione, B. teſtimonio primo.

2. PRIORIS ad Corinthios tertio: Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Secundùm gratiã Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamẽtum poſui: alius autem ſuperædificat, &c.

3. AD Epheſios primo: Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

4. AD Coloſſenſes primo: Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, &c. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia: cuius factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis, vt impleam verbum Dei.

5. AD Epheſios ſecundo: Eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto: in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino.

6. PRIORIS ad Corinthios tertio: Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit &c.

1.E. AD Epheſios quarto, vt ſuprà B. teſtimo. primo.

2. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote.

3. AD Romanos decimoquinto: Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonũ ad ædificationem.

4. ACTORVM decimoquarto: Cumque euangelizâſſent Paulus & Barnabas ciuitati illi, (Derbæ) & docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas diſcipulorum, exhortantesque vt permanerent in fide,&c.

5. PRIORIS ad Theſſalonicenſes tertio: Miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.

6. ET capite quarto: De cætero ergò fratres, rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu, vt quẽadmodùm accepiſtis à nobis quomodò oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, vt abundetis magìs. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum.

7. EZECHIELIS trigeſimoquarto: Hæc dicit Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebãt ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidâſtis: & quod ægrotũ, non ſanâſtis: quod confractum eſt, non alligâſtis: & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.

8. MATTHAEI ſeptimo: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui ędificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

9. ACTORVM vigeſimo: Attendite vobis & vniuerſo gregi &c. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate,&c.

10. EZECHIELIS trigeſimotertio: Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergò ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciante te ad impium, vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberâſti.

11. POSTERIORIS ad Timotheum ſecũdo: Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita: ſciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

12. IBIDEM capite quarto: Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit

enim

Digitized by Google

enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.

13. AD Titum primo: Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, &c. amplectentem eum qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt: quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quę non oportet, turpis lucri gratia.

14. SECVNDAE Petri ſecundo: Fuerunt verò & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. Et in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat: & perditio eorum nō dormitat.

15. ET capite tertio: Scientes quòd venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes.

16. AD Romanos decimoſexto: Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum.

17. IVDAS Apoſtolus in epiſtola ſua canonica: Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecūdùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Et in principio epiſtolę: Subintroiêrunt quidam homines (qui olim pręſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, &c. Et paulò pòſt: Hi autē quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquàm muta animalia, nōrunt, in his corrumpuntur. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, &c. Hi ſunt murmuratores, querulosi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa.

18. MATTHAEI ſeptimo: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

19. AD Epheſios quarto, vt ſuprà hac quæſtione, B. teſtimonio primo.

XIII.

Quo pacto inſignes hos fructus conſequemur?

A. ITA nimirùm, ſi non altè, ſed ſobriè[a] ſapiamus, ſoliciti ſemper [b] ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vt noſmet oues Chriſti humiles, obedientesq́ue præſtemus.

a Rom.12.a
b Epheſ.4.a Ioan.10.a & 21.e

B. Quarum ſanè ouium illud eſt proprium,[c] lupos fugere: nec alienos, ſed ſuos paſtores ſequi: illis velut ordinarijs ouilis Dominici pręfectis ſeſe[d] ſubmittere, in illis audire[e] Spiritum veritatis.

c Ioan.10.a Tit.3.a Heb.13.c Matth.10.c
d Bernar. de pręcep. & diſpenſ. cap. 12.

C. Is eſt, qui per[f] malos etiam Prępoſitos Dominicum gregem docere, paſcere & conſeruare dignatur: quiq́ue per eoſdem tum Dei Patris, tum Eccleſiæ matris præcepta nobis his verbis commendat:[g] *Audi fili mi diſciplinam patris tui, & nè dimittas legem matris tuæ.* Et rurſùs idem inculcans, *Conſerua,*[h] inquit, *fili mi præcepta patris tui, & nè dimittas legem matris tuæ.*

e Ioan.15.d 14.b 16.c
f Matth.23.a Philip.1.b Ioan.11.g Matth.18.c Deut.17.b c
g Prouer.1.a Epiphan. hæreſ. 75.
h Prouer.6.c

TESTIMONIA.

1. A. AD Romanos duodecimo: Dico enim per gratiam quę data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.

2. AD Epheſios quarto: Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

3. IOANNIS decimo: Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequutur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

4. ITEM vigeſimoprimo: Paſce oues meas.

1. B. IOANNIS decimo, vt paulò antè A. teſtimonio tertio.

2. AD Titum tertio: Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

3. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

4. MATTHAEI decimo: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.

5. BERNARDVS in libro de præcepto & diſpenſatione, capite duodecimo: Quid intereſt, vtrùm per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos, hominibus innoteſcat ſuū placitum Deus? Sed homines, inquis, facilè falli in Dei voluntate de rebus dubijs percipienda, & in præcipienda fallere poſſunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui conſcius non es, præſertim cùm teneas de ſcripturis, quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia angelus Domini exercituum eſt? Requirunt, dixerim, legem: non quam vel authentica vlla ſcriptura tradiderit, vel ratio manifeſta probauerit. de huiuſmodi quippe nec præceptor expectādus, nec prohibitor auſcultandus eſt: ſed quod ità latêre aut obſcurum eſſe cognoſcitur, vt in dubium venire poſſit, vtrùmnam Deus ſic aut aliter fortè velit, ſi non de labijs cuſtodientibus ſcientiam, & ex ore

In Superioribus auditur Deus.
Obiectio.
Solutio.
Malach.2.

angeli Domini exercituum certum reddatur. A quo deniquè diuina potiùs conſilia requirerentur, quàm ab illo cui credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei? Ipſum proindè quę pro Deo habemus, tanquàm Deum in his, quę apertè non ſunt contra Deum, audire debemus.

Superiores tanquàm Deus audiendi ſunt in iis, quæ non ſunt apertè contra Deum.

6. IOANNIS decimoquinto: Mittam vobis à patre Spiritum veritatis.

7. ET capite decimoquarto: Et rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Ibidèm: Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

8. ITEM capite decimoſexto: Cùm autem venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

1. C. MATTHAEI vigeſimotertio: Super cathedram Moyſi ſederũt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.

2. AD Philippenſes primo: Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam volũtatem Chriſtum prædicant. Quidam ex charitate &c. quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant non ſyncerè &c. Quid enim? Dum omni modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

3. IOANNIS vndecimo: Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente.

4. MATTHAEI decimooctauo: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.

5. DEVTERONOMII decimoſeptimo, vt ſuprà, quæſtione vndecima.

6. PROVERBIORVM primo, vt in textu.

7. EPIPHANIVS hęreſi ſeptuageſimaquinta contra Aërium, de quibuſdam traditionibus loquens: Eccleſia, inquit, neceſſariò hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis autem poterit ſtatutum matris diſſoluere, aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi fili ſermonem patris tui, & nè repudies ſtatuta matris tuæ: oſtendens per hoc quòd & in ſcriptis, & ſine ſcripto docuit pater, hoc eſt Deus, & Vnigenitus, & Spiritus ſanctus. Mater autem noſtra Eccleſia habet ſtatuta in ſe poſita, indiſſolubilia, quæ diſſolui non poſſunt. Quum itaque ordinata ſint in Eccleſia ſtatuta, & benè ſe habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatus eſt rurſus etiàm hic ſeductor. Prouer. 1.

Matris Eccleſiæ ſtatuta diſſolui non poſſunt.

8. PROVERBIORVM ſexto, vt in textu.

XIIII.

Quæ ſunt præcepta Eccleſiæ?

PRAECIPVA quinque numerantur, cuique Chriſtiano & ſcitu & obſeruatu certè neceſſaria.

I. [a] *Statutos Eccleſiæ feſtos dies celebrato.*

II. [b] *Sacrum Miſſæ officium diebus feſtis reuerenter audito.*

III. [c] *Ieiunia certis diebus, temporibuſque indicta obſeruato*, vt in Quadrageſima, Quatuor anni temporibus, & Feſtorum quorundam ſolennium pridianis diebus, quos Maiores noſtri, quòd iiſdem temporibus in templis noctù peruigilaretur, Vigilias [d] appellârunt.

IIII. [e] *Peccata tua Sacerdoti proprio annis ſingulis confitetor.*

V. [f] *Sacroſanctam Euchariſtiam ad minimum ſemel in anno, idque circa feſtum Paſchæ, ſumito.*

a Conc. Lugd. apud Iuonẽ, p. 4. cap. 14. 2. Matiſ. c. 1. Mogũt. can. 36. & 37 Trib. can. 35. Ignat. ad Philippen.
b Conc. Agath. c. 47. & 21. Tribur c. 35. Item. 1. Aurel. cap. 18
c Canõ Apo. 68. Gangren. can. 19. Ignat ad Phil. Mogunt. cã 34. & 35. Saleguſt. can. 1. & 2. Bern. in vigil. S. Andreæ Vide Burchar lib. 13. & Iuonem p. 4.
d Tert. lib. 2. ad vxorem, c. 4. & in Apologet. c. 2.
e Syn. Laterã. can. 21. Trid. ſeſſ. 14 can. 8.
f Lateran. & Trident. ſeſſ. 13. can. 9.

TESTIMONIA.

DE FESTIS DIEBVS CELEBRANDIS.

1. I. CONCILIVM Lugdunenſe capite tertio, vt eſt apud Iuonem parte quarta, capite decimoquarto, & apud Gratianum de conſecratione diſtin. tertia: Pronunciandũ eſt laicis, vt ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, omnem Dominicam, à veſpera vſque ad veſperam: nè Iudaiſmo capiantur. Feriandi verò per annum iſti ſunt dies: Natale Domini, ſancti Stephani, ſancti Ioãnis Euangeliſtæ, Innocentum, ſancti Syluestri, octauæ Domini & Theophania, Purificatio ſanctę Marię, ſanctum Paſcha, cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcẽſio Domini, ſancti dies Pentecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtæ, duodecim Apoſtolorum, maximè ſanctorum Petri & Pauli, qui mundum ſua prædicatione illuminârunt, ſancti Laurentii, Aſſumptio ſanctæ Mariæ, Natiuitatis eiuſdem, Dedicatio baſilicæ ſancti archangeli Michaëlis, Dedicatio cuiuſcunque oratorii, & omnium Sanctorum, & ſancti Martini: & illę feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis epiſcopatibus cũ populo collaudauerint, quæ vicinis tantùm circummorantibus indicendæ ſunt, non generaliter omnibus. Reliquæ verò feſtiuitates per annum non ſunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ. Indictum verò ieiunium quando fuerit denunciatum, ab omnibus obſeruetur.

Feriarum tempora.

Ieiunia indicta.

2. SECVNDVM concilium Matiſconenſe capite primo: Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrûm litium fomitibus vacet: nullus cauſarum actiones exerceat: nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ iugũ ceruicibus iumentorum imponere cogat. Eſtote omnes hymnis & laudibus Dei animo corporeq́ intenti. Si quis veſtrûm proximam habet Eccleſiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus lachrymiſq́ afficiat. Sint oculi manuſq́ veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ: ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptimæ diei vmbram inſinuatus noſcitur in lege & prophetis. Iuſtum igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti ſumus, quod non fuimus. Fuimus enim antè ſerui peccati, ſed per eam facti ſumus filii iuſtitię. Exhibeamus Domino liberã ſeruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris: non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit, vt corporali abſtinentia diem Dominicam celebremus, ſed quærit obedientiam, per quam nos, calcatis terrenis actibus, ad cęlum vſque miſericorditer prouehat. Si quis itaque veſtrûm hanc ſalubrem exhortationem parui penderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deincèps ſacerdotali quoquè iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam omittet: ſi ruſticus aut ſeruus, grauioribus fuſtium ictibus verberabitur: ſi clericus aut monachus, menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum.

Diei Dominicæ religioſa obſeruatio.

Gene. 2.

Digitized by Google

Feſtorum dierum deſignatio.

3. CONCILIVM Moguntinum ſub Carolo Magno celebratum, canone trigeſimoſexto: Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem Dominicum Paſchæ, cum omni honore & ſobrietate venerari. Simili modo tota hebdomada illa obſeruari decreuimus, diem Aſcẽſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten ſimiliter, vt in Paſcha. In Natali Apoſtolorum Petri & Pauli diem vnum, Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, Aſſumptionem ſanctæ Mariæ, Dedicationem ſancti Michaëlis, natalem ſancti Remigij, ſancti Martini, ſancti Andreæ, in Natali Domini dies quatuor, octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem ſanctæ Mariæ, & illas feſtiuitates martyrum vel confeſſorum obſeruare decreuimus, quorum in vnaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Dominicæ diei celebratio.

4. ITEM canone trigeſimoſeptimo: Omnes dies Dominicos cũ omni veneratione decreuimus obſeruare, & à ſeruili opere abſtinere, & vt mercatus in eis minimè fit, nec placitum, vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur.

Diebus Dominicis & feſtis quid agẽdum, & à quibus abſtinendum.

5. CONCILIVM Triburienſe ſub Arnulpho Imperatore, canone trigeſimoquinto: Secundùm Sanctorum ſtatuta Patrum, in hoc ſancto præiudicamus Concilio, vt nullus comes, nulluſq; omninò ſecularis diebus Dominicis vel Sanctorum in feſtis, ſeu Quadrageſimæ aut ieiuniorum, placitum habere: ſed nec populum illo præſumat coërcere: Quia indè iraſcitur Deus, cùm tantùm ſuo ſancto ſeruitio debet populus deſudare, inueniatur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dominicis & Sanctorum feſtis, vigilijs & orationibus inſiſtendum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendum, & tantummodò Deo vacandum. Diebus Quadrageſimæ & ieiuniorum, ſumma deuotione ieiunandum, & omni intentione eſt orandum, atque vnicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites vel contentiones habẽdæ. Arguit enim eos qui cõtentiones & lites tempore ieiuniorum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus per prophetam, dicens: Eccè in diebus ieiuniorum veſtrorum inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis: eccè ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.

Ieiuniorum dies.

Eſa. 58.

Feſti dies tẽpore Ignatij celebrati.

6. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Dies feſtos nolite inhonorare.

DE AVDIENDO MISSAE SACRIFICIO.

Miſſæ integræ audiẽdæ.

1. II. CONCILIVM Agathenſe canone quadrageſimoſeptimo: Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire, ſpeciali ordine præcipimus, ità vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat. Quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.

2. IBIDEM canone vigeſimoprimo: Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariuſq; conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatibus, vt ibi Miſſas teneat propter fatigationem familiæ, iuſta ordinatione permittimus. Paſcha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus aut parochijs teneant. Clerici verò, ſi qui in feſtiuitatibus, quas ſuprà diximus, in oratorijs (niſi iubente aut permittente Epiſcopo) Miſſas facere aut tenere voluerint, à communione pellantur.

3. CONCILIVM Triburienſe canone trigeſimoquinto, vt ſuprà in I. præcepto Eccleſiæ de feſtis, teſtimonio quinto.

Ante benedictionem non egrediendũ.

4. CONCILIVM primum Aurelianenſe canone vigeſimooctauo: Cùm ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non antè diſcedat, quàm Miſſæ ſolennitas compleatur: & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdotis.

DE IEIVNIIS ECCLESIASTICIS.

Ieiuniũ quadrageſimæ, feriæ quartæ & ſextæ antiquitùs obſeruatum.

1. III. CANON Apoſtolorũ ſexageſimusoctauus: Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor ſanctam Paſchę quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel paraſceuen, præterquàm ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: Si ſit autem laicus, ſegregetur.

Anathema communia ieiunia eccleſię diſſoluentibus.

2. CONCILIVM Gangrenſe canone decimonono: Si quis eorum qui exercentur, abſque corporali neceſſitate ſe inſolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter ſeruantur ab Eccleſia, diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.

Rurſus ieiunium Quadrageſimæ, feriæ quartæ & ſextæ.

3. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Quadrageſimam verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta verò & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.

Quatuor tẽporum ieiunia.

Litaniæ.

4. CONCILIVM Moguntinum ſub Carolo Magno, canone trigeſimoquarto: Conſtituimus vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur, id eſt, menſe Martio, hebdomada prima. Et feria quarta & ſexta & ſabbato veniant omnes ad Eccleſiam hora nona cum litanijs ad Miſſarum ſolennia. Similiter in menſe Iunio, hebdomada ſecunda, feria quarta & ſexta & ſabbato ieiunetur vſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembrio, hebdomada tertia, & in menſe Decembrio, hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum.

Indicta ieiunia violãtes.

Can. 19.

5. IDEM canone trigeſimoquinto: Quòd ſi quis indictum ieiunium ſuperbiendo contempſerit, & obſeruare cum cęteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi concilio pręcipitur, vt anathematizetur, niſi emendare ſe ſtudeat.

Peculiaris quædam in Germania abſtinentiæ obſeruatio in Iunio.

Ieiunia vigiliarum.

Votum maioris abſtinentiæ.

6. CONCILIVM Salegunſtadienſe canone primo: Vt quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicuius feſti ſolennitate, quæ in illo Epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante natiuitatem Domini ſimiliter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigilijs Apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia ſancti Laurẽtij, necnon etiam in vigilia Omnium Sanctorum: adijciẽtes prædictis vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate: & niſi aliquis ſit, qui proprio voto maiori abſtinentia vti velit.

Ieiuniũ quatuor temporum, & eius inueniendi ratio difficilior, quàm ea quæ eſt noſtri temporis.

7. IDEM canone ſecundo: De incerto autem ieiunio quatuor temporum, hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi calendæ Martij in quarta feria, ſiue anteà euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem calendæ Martij in quintam feriam aut ſextam aut ſabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoquè modo ſi calendæ Iunij in quartam feriã aut anteà euenerint, in ſubſequente hebdomada ieiuniũ celebretur. Et ſi in quintam feriam aut ſextam aut ſabbatum contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciendum eſt, quòd ſi quando ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes, ſecundùm prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes: & tunc propter ſolẽnitatem ſpiritus ſancti, Diacones Dalmaticis induantur, & Alleluia cantetur, & flectamus genua, nõ dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi calendę Septembris in quarta feria euenerint, aut anteà, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & ſi in quinta

Digitized by Google

aut ſexta aut ſabbato cõtigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obſeruandum erit, vt proximo ſabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur ieiunium: quia ſi vigilia in Sabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

8. BERNARDVS in vigilia ſancti Andreæ Apoſtoli: Sanctorum feſta præcipua Patrum ſanxit authoritas votiuis præuenienda ieiunijs. Vtiliter planè, & non ad inſipientiam nobis, ſi affuerit qui aduertat. Multa ſiquidem quotidiè peccata cõtrahimus, & in multis offendimus omnes: nec tutum omninò eſt, celebrandas ſuſcipere feſtiuitates ſacras, maximeq́ eas quæ maximæ ſunt, niſi priùs abſtinentiæ purificatione præmiſſa, quò & digniores & capaciores inueniamur ſpiritualium gaudiorum. Et paulò pòſt: Non modò tamen præparatio eſt ad proximam celebritatem, obſeruatio præmiſſa ieiunij, eſt & admonitio quædam, eruditioq́ non parua. Diſcimus ex hoc ipſo, quænam vera ſit via feſtiuitatis æternæ. Quid eſt enim quòd ieiunijs ſolennia præuenimus, niſi quòd per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? Indignus quippe ſolenni lætitia eſt, qui ſtatutam vigiliæ abſtinentiam non obſeruat. Planè, inquam, ſi renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus iure cenſeris requie & exultatione feſtiua. Eſt autem vniuerſum præſentis pœnitentiæ tempus vigilia quędam ſolennitatis, magni & æterni Sabbati quod præſtolamur. Nec cauſaberis vigiliam longiorem, ſi æternitatem feſtiuitatis attendas.

Cur ieiunia, Sanctorũ ferijs præmittantur. — *Abſtinentia purificamur.* — *Actor. 14.* — *Nota.*

9. BVRCHARDVS Vuormatienſis Epiſcopus libro decimotertio decretorum, 10. ET Iuo Carnotenſis epiſcopus parte quarta decreti, quos Patres & quæ decreta citent de ieiunio Eccleſiaſtico, vide infrà de bonis operibus, quæſtione quarta, A. teſtimonio vigeſimoquarto & ſequentibus.

11. TERTVLLIANVS libro ſecũdo ad vxorem, cap. quarto: Sed viderit qualiter viro (infideli) officia pẽdat (mulier fidelis). Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere, habens in latere diaboli ſeruum, procuratorem domini ſui ad impedienda fidelium ſtudia & officia. Vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus (infidelis) de die condicat ad balneas: ſi ieiunia obſeruanda ſunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: ſi procedendũ erit, nunquàm magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim ſinat coniugem ſuam viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, ſi ità oportuerit, à latere ſuo eximi libenter feret? Quis deniquè ſolẽnibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?

Statio. — *Ieiuniorum obſeruatio. tẽpore Tertulliani.* — *Vigiliæ.*

12. IDEM in apologetico aduersùs Gentes, capite ſecundo: Plinius Secundus cùm Prouinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamẽ multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, conſuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum & Chriſto & Deo, & ad confœderandam diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera ſcelera prohibẽtes. Tunc Traianus reſcripſit, hoc genus inquirendos quidem non eſſe, oblatos verò puniri oportere.

Cœtus antelucani ad canendũ Chriſto.

DE CONFESSIONE ET COMMVNIONE IN PASCHATE.

1. IIII. CONCILIVM Lateranenſe magnum ſub Innocentio tertio, canone vigeſimoprimo: Omnis vtriuſq́ ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter ſaltẽ ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi fortè de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vndè hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, nè quiſquã ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiã priùs poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cũ aliter ille ipſum non poſſit ſoluere vel ligare.

Confeſſio & communio annua. — *Pœna non communicantium.* — *Nõ niſi proprius ſacerdos, ſiue ordinarius ſuperior, & qui ab eo cõmiſſionẽ habẽt, poſſunt abſoluere à peccatis.*

2. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta, canone octauo: Si quis dixerit confeſſionem omnium peccatorum, qualẽ Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilem & traditionem humanam à pijs abolendã: aut ad eam non teneri omnes & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, iuxta magni Concilij Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadẽdum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore quadrageſimæ, anathema ſit.

Vt minimum ſemel in anno confitendum.

1. V. CONCILIVM Lateranenſe, vt paulò ante in IIII. Eccleſiæ præcepto, teſtimonio primo.

2. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, canone nono: Si quis negauerit omnes & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis ſaltem in Paſchate ad communicandum iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ, Anathema ſit.

Communicandum in Paſchate.

XV.

Quem fructum adfert horum præceptorum obſeruatio?

A. HAEC & eiuſcemodi reliqua Eccleſiæ tum inſtituta, tum præcepta, tot ſeculis recepta, magnoque piorum conſenſu & vſu confirmata, pietati atque rationi valdè conſentanea, inſignes ſecum adferunt commoditates.

B. Sunt enim fidei, humilitatis, & obedientiæ Chriſtianæ ſalutaria exercitia: honeſtam [a] diſciplinam & concordiam popularem promouent: religionis pulchra exiſtunt ſymbola, notas præbent demùm & indicia interioris noſtrę pietatis, quibus ad [b] ædificationem & bonis collucere, & malis prælucere oporteat.

a Philip. 4. b 1. Cor. 14. e f — *b Matth 5. b Rom. 15. a Philip. 2. a c*

C. Breuiter hæc eò nos promouent, vt Apoſtolicus ille canon, [c] *Omnia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant in vobis*, ad vnguem obſeruetur.

c 1. Cor. 14. g

TESTIMONIA.

1. B. AD Philippenſes quarto: De cætero fratres quæcunque ſunt vera, quæcũque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonę famę, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.

2. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Cùm

Cùm conuenitis, vnuſquiſque veſtrûm Pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur: ſecundùm duos aut vt multùm tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quòd ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant, & omnes exhortentur. Et ſpiritus prophetarũ prophetis ſubiecti ſunt. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſijs ſanctorum doceo. Mulieres in Eccleſijs taceant, &c. Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in vobis.

3. MATTHAEI quinto capite: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

4. AD Romanos decimoquinto: Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem.

5. AD Philippenſes ſecundo: Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicèm arbitrãtes: non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quę aliorum. Ibidèm: Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus: vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei, ſine repręhẽſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

C. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto, vt paulò antè, A. teſtimonio ſecundo.

XVI.

Vbi neceſſaria eſt nobis Eccleſiæ authoritas?

A. PRIMVM in eo quidem, vt ſcripturas Canonicas & veras ab adulterinis certò [a] diſcernamus. Vndè teſtatur Hieronymus: [b] Nouum & vetus Teſtamentum recipimus in eo librorum numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas. Et [c] Auguſtinus: Ego verò, inquit, Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.

B. Deindè, vt conſtet de vero Scripturę [d] ſenſu & apta interpretatione: nè alioqui ſine fine dubitemus ac diſceptemus de verborũ ſententia. Omnes enim Hæretici, vt ſcripſit idem [e] Auguſtinus, ex ſacris Scripturis falſas atque fallaces opiniones ſuas conantur defendere. Atquì non in legendo, ſed in intelligendo Scripturę conſiſtunt, Hieronymo [f] teſte.

a Gal.2.a 1.Tolet.can.21. Auguſt. ſerm. 129. de tẽpo. Idem lib.13. cõt. Fauſt. c 4. & 5. Item lib.28. c. 2. & 4.
b In ſymb. ad Damaſum. & Aug. ſer. 191 de temp. Con. Laod. can. 59. Con. 3. Car. can. 47. Concil. Trid. ſeſſ. 4.
c Cõtra epiſt. Manich. ca. 5.
d Eſa 59. d Aug. lib. 1. c 33. cõtra Creſcon. & de vnitate Eccleſię, c. 22. Trid. ſeſſ. 4. Vincent. Lirin. cõtra nouatores.
e Li. 1. de Trinit. c. 3. Hilar. lib. 2. ad Conſtantium. Vincent. Lirinen.
f Cont. Luciferianos. c. 9. & in cap. 1. ad Galat. Hilar. 2. de Trinit.

C. Tertiò, vt in grauioribus de fide quęſtionibus atque [g] controuerſijs, quæ poſſunt incidere, iudex [h] adſit, atque legitima illius authoritas interponatur. Vt enim veriſſimum eſt, quod contra hæreſes docet [i] Epiphanius, à diuina ſcriptura non poſſe accipi omnia: ità rectiſſimè [k] Auguſtinus affirmat, in re dubia ad fidem & certitudinem plurimùm valere authoritatem Eccleſiæ Catholicæ. Non enim deeſſe poteſt Eccleſiæ Spiritus, qui ipſam in omnem ducat veritatẽ, ſicut Chriſtus [l] ipſe promiſit.

g Deut. 17. b
h Act. 15. b c
i Hæreſi 61. cont. Apoſtolicos.
k Lib. 11. cont. Fauſtum, cap. 2. & lib. 7. cont. Donatiſt. cap. 53. Item in Pſal. 57.
l Ioan. 14. b d & 16. c

D. Rurſùs, vt pro ratione perſonarum, locorum, & temporum Canones [m] conſtituantur, diſciplina integra conſeruetur, ac iura dicantur. Dedit enim hanc poteſtatem Deus Eccleſiæ [n] ad ædificationem, & non ad deſtructionem.

m Canõ Apoſt. 38. & Syno. 1. Nicen can. 5. Lateran. can. 6.
n 2. Cor. 10. b 13. d

E. Præterea, vt quam [o] Chriſtus inſtituit coercendi & excommunicandi poteſtatem, qua Paulus [*] etiam eſt vſus, peruicaces ſentiant, ipſaque corrigantur & comprimantur. Hinc [p] Auguſtinus, Eis, inquit, per quos Eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ, aduersùs improbos aut nefarios exercendæ.

o Matth. 18. c & ibidèm Hieronymus.
* 1. Cor. 5. b 1. Tim. 1. d
p Lib. de fide & operibus cap. 5. & c. 3. Idem lib. 3. contra Parmenianum, cap. 2. Greg. hom. 26. in Euangelia. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdotio.

F. Igitur in his omnibus, vt cætera omittamus, Eccleſiæ authoritatem non ſolùm vtilem, ſed etiam neceſſariam eſſe conſtat, vt ſine illa quidem nihil aliud Chriſtiana Reſpublica, quàm confuſio Babylonica poſſit exiſtimari. Proindè ſicut Scripturæ propter teſtimonium diuini Spiritus in illa [q] loquentis credimus, adhæremus, ac tribuimus maximam authoritatem: ſic Eccleſiæ fidem, reuerentiam, obedientiamque debemus, quòd eo ipſo [r] Spiritu à Chriſto capite, ſponſoque ſuo informata, dotata ſimul & confirmata ſit: vt non poſſit non eſſe quod dicitur, [ſ] *columna & firmamentum veritatis.*

q 2. Pet. 1. d 2. Timoth. 3. d Matth. 18. c Ioan. 14. b d & 16. c
r Act. 2. a Epheſ. 4. a
ſ 1. Tim. 3. d

Digitized by Google

TESTIMONIA.

1. A. AD Galatas ſecundo: Deindè poſt annos quatuordecim, iterùm aſcendi Hieroſolymá cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem ijs qui videbátur aliquid eſſe, nè fortè in vacuum currerem aut cucurriſſem.

2. CONCILIVM primum Toletanum canone vigeſimoprimo in aſſertione Catholicæ fidei: Si quis dixerit vel crediderit alias ſcripturas, præter quas Eccleſia catholica recipit, in authoritate habendas vel eſſe venerandas, anathema ſit.

Eccleſia veras ſcripturas à falſis diſcernit.

3. AVGVSTINVS ſermone centeſimo vigeſimonono de tempore: Si quis aliquas ſcripturas præter eas quas catholica Eccleſia recepit, vel in authoritate habẽdas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus, anathema ſit.

4. IDEM libro decimotertio contra Fauſtum Manichæum, capite quarto: Si autem alios, quos dicat Apoſtolorum noſtrorum, codices protulerit, quomodò eis ipſe authoritatem dabit, quam per Eccleſias Chriſti ab ipſis Apoſtolis conſtitutas nõ accepit, vt indè ad poſteros firmata commendatione tranſcurreret? Quomodò ille, cui nõ credo, profert mihi ſcripturas, quibus de illo credã: & eis ipſe cõnatur dare authoritatem, cùm ego ipſi non credam?

Scripturæ authoritatẽ recipiũt ab Eccleſiæ teſtimonio.

5. ET capite quinto: Quid ergò reſpondetis? Cuinam de Chriſto credideritis, quibus teſtes alienigenæ nõ placent? Noſtrorum porrò librorum authoritas, tot gẽtium conſenſione, per ſucceſſiones Apoſtolorum, Epiſcoporum, Conciliorumq; roborata, vobis aduerſa eſt.

Canonicarũ Scripturarum approbatio vndè.

6. ITEM libro vigeſimooctauo contra Fauſtũ Manichæum, capite ſecundo: Cùm cœpero Matthæi Euangelium recitare Apoſtoli Ieſu, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuò dices illam narrationem non eſſe Matthæi, quam Matthæi eſſe dicit vniuerſa Eccleſia, ab Apoſtolicis ſedibus vſque ad pręſentes Epiſcopos certa ſucceſſione perducta. Tu mihi quid contrà lecturus es? Aliquem fortè librum Manichæi, vbi Ieſus negatur eſſe natus ex virgine. Sicut ergò ego credo illum librum eſſe Manichæi, quoniã ex ipſo tempore, quo Manichæus viuebat in carne, per diſcipulos eius certa ſucceſſione præpoſitorum veſtrorum, ad veſtra vſque tempora cuſtoditus atque perductus eſt: ſic & iſtum librum crede eſſe Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthęus ipſe in carne vixit, non interrupta ſerie temporum Eccleſia certa connexionis ſucceſſione, vſque ad tempora iſta perduxit. Et dic mihi, cui libro potiùs credere debeamus, eiúſne Apoſtoli, qui Chriſto, cùm adhuc in terra eſſet, adhæſerat; an neſcio cui Perſæ, qui tanto pòſt natus eſt? Sed alium fortè proferes librum, qui nomen habeat alicuius Apoſtoli, quem à Chriſto cõſtat electum, & ibi Chriſtum natum ex Maria non eſſe, lecturus es. Cùm ergò neceſſè ſit alterum horum librorum eſſe mẽdacem, cui nos potiùs cenſes fidem accommodare debere? Eíne, quem illa Eccleſia ab ipſo Chriſto inchoata, & per Apoſtolos prouecta certa ſucceſſionum ſerie, vſq; ad hæc tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum & cõſeruatum agnoſcit atque approbat: an ei, quem eadem Eccleſia incognitum reprobat, cùm etiã proferatur ab hominibus ità veracibus, vt Chriſtum laudent eſſe mentitum?

Scripturæ ab Eccleſia approbatæ, ſunt approbandæ: ab ea verò reprobatæ, reijciendæ.

7. ET capite quarto: Aut ſi etiam de Matthæo, vtrùm ipſe iſta ſcripſerit, dubitat, de ipſo quoque Matthæo non potiùs id credat, quod inuenit in Eccleſia, quæ ab ipſius Matthæi temporibus vſque ad hoc tempus certa ſucceſſionum ſerie declaratur: & credat neſcio cui, ex tranſuerſo de Perſide, poſt ducentos vel ampliùs annos venienti, & ſuadenti vt illi potiùs, quid Chriſtus dixerit fecerítque, credatur: cùm ipſe Apoſtolus Paulus poſt aſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium, eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omninò non crederet? Sed cùm cognouiſſet eum hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabant, & in eorum communione atque vnitate viuentem, accedentibus etiam per eum talibus ſignis, qualia & illi operabantur; ità, eum Domino commendante, meruit authoritatem, vt verba illius hodiè ſic audiantur in Eccleſia, tanquàm in illo Chriſtus, ſicut ipſe veriſſimè dixit, locutus audiatur. Et putat Manichæus credi ſibi debere ab Eccleſia Chriſti, loquenti contra ſcripturas, tanta & tam ordinata authoritate firmatas; per quas ei præcipuè commendatum eſt, vt quiſquis illi annũciauerit, præterquàm quod accepit, anathema ſit.

Eccleſiæ potiùs credendum quàm hæreticis poſt exortis.

Paulo nõ crederetur, niſi euangelium ſuum contuliſſet cũ Eccleſiæ præfectis. Galat. 2.

1. Cor. 14.

Galat. 1.

8. HIERONYMVS in explanatione ſymboli ad Damaſum: Nouum & vetus Teſtamentum &c. vt in textu.

9. AVGVSTINVS ſermone centeſimo nonageſimoprimo de tempore: Nouum & vetus Teſtamentum recipimus in illo librorũ numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas.

Eccleſię indicium in recẽſendis diuinarum literarum libris.

10. CONCILIVM Laodicenum canone vltimo libros canonicos noui & veteris Teſtamenti enumerat, qui tunc temporis certam authoritatem obtinebant.

11. CONCILIVM tertium Carthaginenſe canone quadrageſimoſeptimo: Placuit, vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim Prophetarum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſther, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem Teſtamenti, Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apoſtolorum liber vnus, Pauli Apoſtoli epiſtolæ tredecim, eiuſdem ad Hebræos vna, Petri Apoſtoli duæ, Ioãnis Apoſtoli tres, Iudę Apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioannis liber vnus. Huic Concilio interfuit Diuus AVGVSTINVS, qui in libro ſecũdo de Doctrina Chriſtiana, capite octauo, eũdem habet canonicarum ſcripturarum catalogum.

Libri Canonici veteris & noui teſtamẽti tempore B. Auguſtini ijdem ſunt cum noſtris.

12. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione quarta: Sacroſancta Oecumenica & generalis Tridentina Synodus, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea tribus Apoſtolicæ ſedis legatis, hoc ſibi perpetuò ante oculos proponens, vt ſublatis erroribus puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur: quod promiſſum antè per prophetas in ſcripturis ſanctis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius proprio ore primùm promulgauit: deindè per ſuos Apoſtolos tanquàm fontem omnis & ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ, omni creaturæ prædicari iuſſit: perſpiciénſq; hanc veritatem & diſciplinam contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus, quæ ex ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis ſpiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditę ad nos vſque peruenerũt: orthodoxorum patrum exempla ſecuta, omnes libros tam veteris quàm noui teſtamenti, quum vtriuſque vnus Deus ſit author, nec non traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinẽtes, tanquàm vel oretenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia catholica cõſeruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia

Veritas morumque diſciplina partim ſcriptis libris, partim non ſcriptis traditionibus continetur.

Pari reuerentia Traditiones Apoſtolicæ cum ſacris literis recipiuntur.

Digitized by Google

tia ſuſcipit ac veneratur. Sacrorū verò librorum indicem huic decreto aſſcribendum cenſuit, nè cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur: ſunt verò infrà ſcripti: Teſtamenti veteris quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdrę primus & ſecundus, qui dicitur Nehemias: Tobias, Iudith, Heſther, Iob, Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolę, Eccleſiaſtes, Canticū Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Eſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim prophetæ minores, id eſt, Oſea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus & ſecundus. Teſtamenti noui, quatuor Euangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti: quatuordecim epiſtolę Pauli Apoſtoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna: & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros, cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit.

Catalogus librorū ſacrorū vtriuſque teſtamenti in Tridentina Synodo promulgatus.

Vetus vulgata editio approbatur.

Traditionum cōtemptores anathemate feriuntur.

13. AVGVSTINVS contra epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, capite quinto: Quæro ergò, quis ſit ille Manichęus? Reſpondebitis, Apoſtolus Chriſti. Non credo. Iam quid dicas, aut facias, non habebis: promittebas enim ſcientiā veritatis, & nunc quod neſcio cogis vt credam. Euangelium fortè mihi lecturus es, & indè Manichæi perſonam tentabis aſſerere. Si ergò inuenires aliquem, qui Euangelio nondùm credit, quid faceres dicenti tibi, Nō credo? Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſię commoueret authoritas. Quibus ergò obtēperaui dicentibus, Credite Euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichęo? Elige quid velis. Si dixeris, Crede Catholicis; ipſi me monent, vt nullam fidem accommodem vobis. Quapropter non poſſum illis credens, niſi tibi non credere. Si dixeris, Noli catholicis credere; non rectè facies per Euangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipſi Euangelio, catholicis prædicantibus, credidi.

Euāgelio Auguſtinus non crederet, niſi authoritate Eccleſię permotus.

1. B. ESAIAE quinquageſimanono: Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodò & vſque in ſempiternum.

2. AVGVSTINVS libro primo, capite trigeſimotertio contra Creſconium grammaticum: Quanuis huius rei (non rebaptizandos eſſe hæreticos) certè de ſcripturis canonicis non proferatur exemplum, earūdem tamen ſcripturarum, etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat.

In rebus dubijs ad Eccleſiæ iudicium confugiendū.

3. IDEM de vnitate Eccleſię contra epiſtolā Petiliani, capite viceſimoſecūdo: Dicat mihi nūc hęreticus; Quomodò me ſuſcipis? Citò reſpōdeo; Sicut ſuſcipit Eccleſia, cui Chriſtus perhibet teſtimoniū. Nunquid tu meliùs potes nôſſe quomodò ſuſcipiendus ſis, quàm Saluator noſter medicus vulneris tui? Hîc fortè dicis; Lege ergò mihi quemadmodùm Chriſtus ſuſcipi iuſſerit eos, qui ab hæreticis tranſire ad Eccleſiam volunt. Hoc apertè atque euidenter, nec ego lego, nec tu. Nunc verò cùm in ſcripturis non inueniamus aliquos ad Eccleſiā tranſiſſe ab hæreticis, & ſicut ego dico, aut ſicut tu dicis, eſſe ſuſceptos, puto ſi aliquis ſapiens extitiſſet, cui Dominus Ieſus Chriſtus teſtimonium perhibet, & de hac quæſtione conſuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere quod ille dixiſſet, nè non tam ipſi, quàm Domino Ieſu Chriſto, cuius teſtimonio commendabatur, repugnare iudicaremur. Perhibet autem teſtimonium Chriſtus Eccleſiæ ſuæ. Quomodò ergò ſuſcipit iſta Eccleſia per omnes gentes incipientibus ab Hieruſalem, remotis omnibus ambagibus & tergiuerſationibus, ſic ſuſcipiendus es. Quod ſi non vis, non mihi, aut cuiquam hominum, qui vult ità ſuſcipere, ſed ipſi ſaluatori contra ſalutem tuam pernicioſiſſimè reluctaris, qui te ſic ſuſcipiendum eſſe non vis credere, quemadmodùm ſuſcipit illa Eccleſia, quam teſtimonio ſuo commendat ille, cui fateris nefarium eſſe non credere.

Eccleſiæ cui Chriſtus teſtimonium perhibet ritus ſequendus.

Cui qui repugnāt, non homini, ſed Chriſto contra ſuam ſalutem aduerſatur.

4. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione quarta: Ad coërcenda petulantia ingenia ſacroſancta Synodus decernit, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat: etiamſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquàm tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur.

Scripturarum interpretatio quemadmodùm fieri debeat.

Eccleſiæ eſt iudicare de vero ſenſu ſcripturæ.

5. VINCENTIVS in libello aduersùs profanas Hæreſēō nouationes, vt ſuprà quæſtione vndecima, C. teſtimonio vndecimo.

6. AVGVSTINVS libro primo de Trinitate, capite tertio: Nec ipſis ſanctis Diuinorū librorum authoritatibus vllo modo quiſquam rectè tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cùm omnes ex eiſdem ſcripturis, falſas atque fallaces opiniones ſuas conentur defendere.

Hęretici ſcripturis ſuas opiniones conātur defendere.

7. HILARIVS Pictauenſis in libro ſecūdo ad Conſtantium Auguſtum, quem ipſe ei tradidit: Memento neminem hęreticorum eſſe, qui ſe nunc non ſecūdùm ſcripturas prædicare ea quibus blaſphemat, mentiatur. Hinc enim Marcellius, verbum Dei cùm legit, neſcit. Hinc Photinus &c. Omnes ſcripturas ſine ſenſu loquuntur, fidem ſine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo ſunt, ſed in intelligendo, neque in præuaricatione ſunt, ſed in charitate.

Hęretici ſcripturas ſine ſenſu crepāt.

Scriptura nō in legēdo, ſed in intelligendo conſiſtit.

8. VINCENTIVS Lirinenſis aduersùs prophanas hæreſeon nouationes: Hîc fortaſsè aliquis interroget, an & hæretici diuinæ ſcripturæ teſtimonijs vtantur? Vtuntur planè, & vehementer quidem. Nam videas eos volare per ſingula quæque ſanctæ legis volumina, per Moyſi, per Regnorum libros, per Pſalmos, per Apoſtolos, per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud ſuos, ſiue alienos, ſiue priuatìm, ſiue publicè, ſiue in ſermonibus, ſiue in libris, ſiue in conuiuijs, ſiue in plateis, nihil vnquàm penè de ſuo proferunt, quod non etiam ſcripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samoſateni opuſcula, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarumq́ peſtium: cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris teſtamenti ſentētijs fucata & colorata ſit. Sed tanto magìs cauēdi & pertimeſcendi ſunt, quanto occultiùs ſub Diuinæ legis vmbraculis latitant.

Crebra apud hæreticos diuinarū literarū citatio, etiam in cōuiuijs & plateis.

Digitized by Google

Cur ſcripturis vtantur.

tant. Sciunt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur: atque idcircò eos cœleſtis eloquij velut quodam aromate adſpergunt, vt ille qui humanum facilè deſpiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaque faciunt quod hi ſolent, qui paruulis auſtera quædam temperaturi pocula, priùs ora melle circunlinunt, vt incauta ætas cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet.

Matth. 7.

Idem deniquè & Saluator clamabat: Attendite vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ouium, ab intùs autem ſunt lupi rapaces.

Hæretici ſcripturis tanquàm ouium veſtimentis, lupū tegunt.

Quid eſt veſtitus ouium, niſi Prophetarum & Apoſtolorum proloquia, quæ ijdem ouili quadam ſynceritate, agno illi immaculato qui tollit peccatum mundi, tanquàm vellera quædam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti, quaquà poſſunt, dilacerant? Sed vt faciliùs incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinā ſpeciem, & ſeſe diuinæ legis ſententijs, velut quibuſdam velleribus obuoluunt: vt cùm quiſque lanarum mollitiem præſenſerit, nequaquàm aculeos dentium pertimeſcat.

Fructus, ex quibus cognoſcendi, ſunt nouitię interpretationes, Eccleſiæ doctrinę aduerſantes.

Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, id eſt, cùm cœperint Diuinas illas voces non iam proferre tantùm, ſed etiā exponere, nec adhuc iactare ſolùm, ſed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc primùm ſcindi ſepem videas, tunc transferri Patrum terminos, tunc catholicam fidem cædi, tūc Eccleſiaſticum dogma lacerari.

2. Cor. 11.
Hæretici citantes ſcripturas, transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti.

Tales erant hi quos percutit Apoſtolus Paulus, in ſecunda ad Corinthios dicens: Nam eiuſmodi, inquit, Pſeudoapoſtoli, operarij ſubdoli, transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Quid eſt, transfigurāt ſe in Apoſtolos Chriſti? Proferebant Apoſtoli diuinæ legis exēpla, proferebant & illi. Proferebant Apoſtoli pſalmorum authoritates, proferebant & illi: proferebant Apoſtoli ſententias Prophetarū, & illi nihilominùs proferebant. Sed cùm ea quæ ſimiliter protulerant, interpretari nō ſimiliter cœpiſſent, tunc ſimplices à ſubdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruerſis, tunc poſtremò veri Apoſtoli à falſis apoſtolis diſcernebantur. Et non mirum, inquit: Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in angelum lucis: Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri eius transfigurantur, ſicut miniſtri iuſtitiæ. Ergò ſecundùm Apoſtoli Pauli magiſterium, quotieſcunquè vel Pſeudoapoſtoli, vel Pſeudoprophetæ, vel Pſeudodoctores diuinæ legis ſententias proferunt, quibus malè interpretatis errores ſuos adſtruere conentur, non dubium eſt,

Dæmonis aſtutiā imitantur.

quin authoris ſui callida machinamenta ſectentur: quæ ille nunquàm profectò comminiſceretur, niſi ſciret omninò nullam eſſe ad fallendum faciliorem viam, quàm vt vbi nefarij erroris ſubinducitur fraudulentia, ibi diuinorū verborum prætendatur authoritas.

Diabolus etiā citauit ſcripturas.
Matth. 4.

Sed dicet aliquis: Vndè probatur quòd ſacræ legis exemplis diabolus vti ſoleat? Legat Euangelia in quibus ſcribitur: Tunc aſſumpſit eum diabolus, id eſt, Dominum Saluatorem: & ſtatuit illum ſupra pinnam templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim, quòd angelis ſuis mandauit de te,

Pſal. 90.

vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis: In manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet miſellis hominibus, qui ipſum Dominum maieſtatis ſcripturarū teſtimonijs adpetiuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorſum. Quare? ſcriptū eſt enim, inquit. Magnoperè nobis doctrina loci iſtius attendenda atq; retinenda eſt, vt tanto euangelicæ authoritatis exemplo, quando aliquos Apoſtolica, ſeu prophetica verba proferre contra Catholicā fidē viderimus, diabolū per eos loqui minimè dubitemus.

Diabolus per eos loquitur, qui ſcripturas cōtra Catholicā fidem proferunt.

Nam ſicut tunc caput capiti, ità nunc quoquè membra membris loquuntur: membra ſcilicet diaboli membris Chriſti: perfidi fidelibus: ſacrilegi religioſis: hæretici poſtremò catholicis.

Suadet dæmō per hæreticos, vt antiquam Eccleſię fidem deſeramus.

Sed quid tandèm dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorſum. Hoc eſt, filius eſſe vis Dei, & hæreditatem regni cæleſtis accipere, mitte te deorſum, id eſt, ex iſtius te ſublimis Eccleſiæ, quæ etiam templū Dei putatur, doctrina & traditione demitte. Ac ſi quis interroget quempiam hæreticorum ſibi talia perſuadentem, vndè probas, vndè doces, quòd Eccleſiæ Catholicæ vniuerſalem & antiquam fidem dimittere debeam? ſtatìm ille: Scriptum eſt enim. Et continuò mille teſtimonia, mille exempla, mille authoritates parat, de lege, de pſalmis, de Apoſtolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreſeos barathrum infelix anima præcipitetur.

9. HIERONYMVS aduersùs Luciferianos capite nono: Nec ſibi blandiātur Marcionitæ, Valentiniani, &c. ſi de ſcripturarum capitulis videntur ſibi affirmare, quod dicunt: cùm & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo. Alioquì ſi literam ſequimur, poſſumus & nos quoquè nouum nobis dogma componere: vt aſſeramus in Eccleſiam non recipiendos qui calceati ſint, & duas tunicas habeant.

Matth. 4.
Scripturæ nō in legēdo, ſed in intelligēdo conſiſtūt.
Matth. 10.
Luc. 10.

10. IDEM in caput primū ad Galatas: Marcion & Baſilides, & cæteræ hæreticorum peſtes, non habent Dei Euangelium: quia non habent ſpiritum ſanctum, ſine quo humanum fit Euangeliū quod docetur.

Hæretici carent Euangelio.

Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu. Non in ſuperficie, ſed in medulla. Non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.

Euangelium nō eſt in verbis ſcripturarum, ſed in ſenſu.

Dicitur in propheta de Deo: Sermones eius boni ſunt cum eo.

Michææ 2.

Tūc ſcriptura vtilis eſt audientibus, cùm abſque Chriſto non dicitur; cùm abſque Patre non profertur; cùm ſine ſpiritu non eam inſinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus, qui loquitur de ſcripturis, & omnes hæreſes, ſecundùm Ezechielem, indè ſibi conſuunt ceruicalia, quæ ponant ſub cubito vniuerſæ ætatis. Et poſt pauca: Grande periculum eſt in Eccleſia loqui, nè fortè interpretatione peruerſa, de Euangelio Chriſti, hominis fiat Euāgelium; aut quod peius eſt, diaboli.

Ezech. 13.
Euangelium Chriſti fit hominis aut diaboli, quando ex pprio cerebro interpretatur.

11. HILARIVS libro ſecundo de Trinitate: Extiterunt plures, qui cæleſtium verborum ſimplicitatem pro voluntatis ſuæ ſenſu, non pro veritatis ipſius abſolutione ſuſciperent, aliter interpretantes, quàm dictorum virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt: & ſenſus, non ſermo, fit crimen.

Hęreſis non tam de ſcriptura quàm de intelligentia eſt.

ECCLESIÆ AVTHORITAS EXTRA SCRIPTVRAM.

1. C. DEVTERONOMII decimoſeptimo: Si difficile & ambiguum &c. vt ſuprà quæſtione vndecima, B. teſtimonio nono.

2. ACTORVM decimoquinto: vt ſuprà, ibidèm teſtimonio octauo.

3. EPIPHANIVS hæreſi ſexageſimaprima contra Apoſtolicos: Oportet autem & Traditione vti. Non enim omnia à Diuina ſcriptura accipi poſſunt.

Scriptura nō omnia continet.

Quapropter aliqua in ſcripturis, aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt, quem admodùm dicit ſanctus Apoſtolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & ſic tradidi in eccleſijs. Et, Si continetis, niſi fruſtrà credidiſtis.

1. Cor. 11. 14. 15.

4. AVGVSTINVS libro vndecimo contra Fauſtum, capite ſecūdo: Vſqueadeò inuicta ſunt, quæ aduerſùs vos de Diuinis codicibus proferuntur, vt non ſit aliud quod dicatis, niſi eos eſſe falſatos.

Hæretici ſcripturis conuicti, dicūt eas falſatas.

Quæ iam authoritas literarum aperiri, quis ſacer liber euolui, quod documentum cuiuslibet ſcripturæ ad conuincendos errores veſtros exeri poteſt, ſi hæc vox admittitur, ſi alicuius ponderis eſti-

ęſti-

Digitized by Google

æſtimatur? Et paulò pòſt: Quid ſi alius ſimili inſania, ſed tamen qua tua duritia confringatur, exiſtat & dicat, Immò illud quod pro te ſonat, falſum eſt: hoc autem quod contra te eſt, verum eſt: quid acturus es, niſi fortè alium librum prolaturus, vbi quicquid legeris, ſecundùm tuam ſententiam poſſit intelligi? Hoc ſi feceris, non de aliqua eius particula, ſed de toto audies contradicentem & clamantem, Falſus eſt. Quid ages? Quò te conuertes? Quam libri à te prolati originem, quam vetuſtatem, quam ſeriem ſucceſſionis teſtem citabis? Nam ſi hoc facere conatus fueris, & nihil valebis: & vides in hac re quid Eccleſiæ Catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur.

Eccleſiæ Catholicæ authoritas in approbatione ſacrorum librorum.

5. IDEM libro ſeptimo contra Donatiſtas, capite quinquageſimotertio: Sed nobis tutum eſt, in ea non progredi aliqua temeritate ſententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cœpta, nullo plenario Concilio terminata ſunt: id autem fiducia ſecuræ vocis aſſerere, quod in gubernatione Domini Dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt.

Securè aſſeritur, quod Eccleſię Catholicę cõſenſione roboratum eſt.

6. ITEM in Pſalmum quinquageſimumſeptimum: In ventre Eccleſiæ, veritas manet. Quiſquis ab hoc ventre Eccleſiæ ſeparatus fuerit, neceſsè eſt vt falſa loquatur. Neceſsè eſt, inquam, vt falſa loquatur; qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excuſſit.

Veritas in Eccleſia.

7. IOANNIS decimoquarto, 8. ET decimoſexto, vt ſuprà quæſtione decima, A. teſtimonio tertio & quarto.

1. D. CANON Apoſtolorum trigeſimuſoctauus, vel iuxta nouam tranſlationem trigeſimuſſextus: Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, vt inter ſe inuicèm dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant.

Canones cõdere. Concilia cur celebrentur.

2. PRIMA ſynodus Nicena canone quinto: Viſum eſt, per ſingulos annos in ſingulis quibuſque prouincijs, bis in anno Epiſcoporum Concilia fieri, vt ſimul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiuſmodi examinent quæſtiones, vt ità demùm hi, qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſam meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in communi, vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit, humaniorem circa eos ferre ſententiam.

3. CONCILIVM Lateranenſe magnũ, canone ſexto: Sicut olìm à ſanctis patribus noſcitur inſtitutũ, Metropolitani ſingulis annis cum ſuis Suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare, in quibus de corrigẽdis exceſſibus & moribus reformandis, præſertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum.

4. SECVNDAE ad Corinthios decimo: Nam etſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram &c.

5. ET capite decimotertio: Vt non præſens duriùs agam ſecundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

1. E. MATTHAEI decimooctauo: Si autem peccauerit in te frater tuus, &c. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

Excommunicandi authoritas.

2. HIERONYMVS in caput decimumoctauum Matthæi: Quia dixerat; Si autẽ Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus; & poterat contemptoris fratris hæc occulta eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: ſi me deſpicis, & ego te deſpicio: ſi tu me condemnas, & mea ſententia condemnaberis: Poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina ſententia roborari, & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cælo.

Matth. 18.

In excommunicatione humana ſententia, diuina roboratur.

3. PRIORIS ad Corinthios quinto: Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere huiuſmodi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

4. PRIORIS ad Timotheum primo: Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

5. AVGVSTINVS libro de fide & operibus, capite quinto: Cùm eis per quos Eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſùs improbos aut nefarios exercendæ, tunc rurſùs, nè ſocordiæ ſegnitiaq; dormiamus, alijs aculeis præceptorum, quæ ad ſeueritatem coërtionis pertinent, excitandi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſq; teſtimonijs illo duce atq; adiutore dirigentes, nec patientię nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæuiamus.

Poteſtas excommunicãdi in eccleſia.

6. ET capite tertio: Non omittendum cenſuit Chriſtus Eccleſiæ diſciplinam: immò verò admonuit adhibendam, quando ait; Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, aſſume tecum vnum vel duos, vt in ore teſtium duorum vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanquàm Ethnicus & Publicanus. Deindè ipſius ſeueritatis terrorem grauiſſimum adiecit, etiam eo loco dicens: Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in cælo. Prohibet etiam ſanctum dare canibus. Nec contrarius eſt Apoſtolus Domino, quia dicit: Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: cùm ille dicat, Corripe eum inter te & ipſum. Vtrunque enim faciendum eſt, ſicut & infirmitatis diuerſitas admonet eorum, quos vtiquè non perdendos, ſed corrigendos, curandoſq; ſuſcepimus, & alius ſic, alius autem ſic ſanandus eſt: ità etiam eſt ratio diſſimulandi & tolerandi malos in Eccleſia: & eſt rurſùs ratio caſtigandi & corripiendi, non admittendi, vel à communione remouendi.

Matth. 18.

Seueritatis terrorẽ grauiſſimum adiecit Dominus.

Matth. 7.

1. Tim. 5.

Excommunicatio ſit diſcreta.

7. ET libro tertio contra epiſtolam Parmeniani, capite ſecundo: Cùm quiſque fratrum, id eſt, Chriſtianorum intùs in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi periculum ſchiſmatis nullum eſt, atque id cum ea dilectione, de qua ipſe alibì præcipit, dicens, vt inimicum non eum exiſtimetis, ſed corripite vt fratrem. Non enim eſtis ad eradicandum, ſed ad corrigendum. Quòd ſi ſe non agnouerit, neq; pœnitendo correxerit, ipſe foràs exiet, & per propriam voluntatem ab eccleſię vnitate dirimetur. Nam & ipſe Dominus cùm ſeruis volentibus zizania colligere, dixit; Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: præmiſit cauſam, dicens; Nè fortè cùm vultis colligere zizania, eradicetis ſimul & triticum. Vbi ſatis oſtendit, cùm metus iſte non ſubeſt, ſed omninò de frumentorum certa ſtabilitate, certa ſecuritas manet: id eſt, quando ità cuiuſq;

Quando fieri non debeat excommunicatio.

2. Theſſ. 3.

Matth. 13.

Digitized by Google

cuiuſque crimen notum eſt omnibus,& omnibus execrabile appáret,vt vel nullos prorsùs, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere; non dormiat ſeueritas diſciplinæ, in qua tãto eſt efficacior emẽdatio prauitatis,quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc fine labe pacis & vnitatis, & fine læſione frumentorum fieri poteſt, cùm congregationis Eccleſiæ multitudo ab eo crimine quod anathematizatur, aliena eſt. Tunc enim adiuuat præpoſitum potiùs corripientem, quàm criminoſum reſiſtentem.

8. GREGORIVS homilia vigeſimaſexta in Euangelia: Apoſtolorum profectò nunc in Eccleſia Epiſcopi locum tenent: ligandi atque ſoluendi authoritatem ſuſcipiunt qui gradum regiminis ſortiuntur. Grandis honor,ſed graue pondus iſtius eſt honoris. Durum quippe eſt,vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex vitæ fiat alienæ. Et plerunquè contingit, vt hic iudicij locum teneat, cui ad locum vita minimè concordat. Ac proindè ſæpè agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſoluat. Sæpè in ſoluendis ac ligandis ſubditis ſuæ voluntatis motus,nõ autem cauſarum merita ſequitur &c.Cauſæ ergò penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſoluendi poteſtas exercenda: videndum eſt,quæ culpa, aut quæ ſit pœnitentia ſequuta poſt culpam: & quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos Paſtoris ſententia abſoluat.Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cùm æterni arbitrium ſequitur iudicis. Et nonnullis interiectis: Sed vtrùm iuſtè an iniuſtè obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt,nè is qui ſubeſt,& cùm iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergò vel abſoluere indiſcretè timeat vel ligare.Is autem qui ſub manu paſtoris eſt,ligari timeat vel iniuſtè: nec paſtoris ſui iudicium temerè reprehendat, nè etſi iniuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa quæ non erat, fiat.

Epiſcopi apoſtolorum locum tenent in Eccleſia.

Sententia paſtoris, licèt iniuſta, timẽda eſt.

9. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm. Id autem quod dico ſacerdotum vinculum,ipſam etiam animam contingit, atque ad cælos vſque peruadit: vſque adeò vt quęcunque infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiã Dominus confirmet. Plura teſtimonia vide ſuprà de Symbolo, quæſtione decimanona, C. teſtimonio quarto.

Vinculũ ſacerdotum ipſam attingit animam.

Seruorũ ſententiã Dominus cõfirmat.

1. F. POSTERIORIS Petri primo capite: Et habemus firmiorem Propheticum ſermonẽ, cui benè facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donèc dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris: Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

2. POSTERIORIS ad Timotheum tertio capite: Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

3. MATTHAEI decimooctauo: Dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, &c.

4. IOANNIS decimoquarto, 5. ET decimoſexto, vt ſuprà quæſtione decima, A. teſtimonio tertio & quarto.

6. ACTORVM ſecundo: Et cùm complerentur dies Pentecoſtes, erãt omnes pariter in eodem loco: & factus eſt repentè de cælo ſonus,tanquàm aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquàm ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.

7. AD Epheſios quarto: Vnum corpus & vnus ſpiritus, &c. vt in Symbolo quæſtione decimaoctaua, B. teſtimonio ſeptimo.

8. PRIORIS ad Timotheum tertio: Vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

XVII.

Quis eſt doctrinæ totius de Eccleſiæ præceptis & traditionibus vſus ac fructus?

A. INGENS profectò eſt ac varius. Atque primus quidem, vt intelligamus, nos ſolis literis ſeu ſcripturis diuinis minimè alligari. Quid enim (vt Irenæi [a] verbis vtamur) ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias? Itaque luculenter dixit [b] Baſilius: Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur ac prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita: quædam rursùs ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt, in occulto tradita, recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem: nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica.

a Lib.3.ca.4. Epi.hęreſ.61.

b Lib. de ſpiritu ſancto, cap.27.

B. Neque dubium eſſe poteſt, quin Chriſtus [c] & Apoſtoli multa tum egerint, tum docuerint, quę etſi ſcripta quidem non ſint, ad nos tamen poſteroſque maximè pertineant. De quibus generatìm [d] Paulus admonens: *De cætero fratres*, inquit, *quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiſcum.*

c Ioan.20.g & 21.f Aug. epiſt.108.ad Seleucianã.

d Philip.4.b

C. Proximus eſt, rectè vti Chriſtiana libertate, quam homines ocio luxuque capti, ſi vnquàm aliâs, nunc maximè dant in occaſionem carnis, vt Apoſtolus

Digitized by Google

lus [e] loquitur: illius prætextu, fœdis voluptatibus inſeruiunt,& quidquid fe- e Gal.5.b
rè libet,etiam circa Religionis inſtituta mutanda,id licere ſibi arbitrantur. At- 2. Pet 2.d
qui ab iſta prophana nouitate ac temeritate nos reuocant, tuentur, deterrent
Apoſtolica & Eccleſiaſtica dogmata ſimul & inſtituta: quę frænum inijciunt Auguſt. epiſt. 118.c.1.& 5.
humanæ licentiæ, docentque conuenienter vti Chriſtiana libertate: ità ni-
mirùm, vt nos à [f] iugo peccati & à ſeruitute veteris legis per Chriſtum liberi f 1.Pet.1.c Rom.6.d
effecti, [g] vltrò libenterque præſtemus Chriſtianum officium, ſeruiamus Deo Gal.3.b &4.d Rom.8.a
in iuſtitia & ſanctitate, ducem ſequamur ſpiritum in lege charitatis, iuſtitiæ g Pſal.53.b Coloſſ 3.d
ſerui, obedientiæ filij, humilitatis cultores, patientiæ cuſtodes, pœnitentiæ Luc.1.g 2.Cor.3.d
& crucis amatores. *Vos*, inquit [h] Apoſtolus, *in libertatem vocati eſtis fratres: tan-* Rom.6.c 1.Cor.9.c
tùm nè libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicèm. 1. Pet.1.d 2.d Luc.21.d
Ad quam ſpiritus charitatem ſanctæ ſeruitutis obſequio & alendam, & con- Matt.4.c 16.d h Gal.5.b
ſeruandam cùm honeſta cuncta proſunt, tum ingens pondus adferunt piè
obſeruatæ Eccleſiæ traditiones.

D. Poſtremus eſt, vt verum inter legitimos & nothos Eccleſię filios, ſeu in-
ter Catholicos & Hęreticos diſcrimen indè accipiamus. [i] Illi enim ſimplici- i Vinc.Lir.
ter in doctrina Eccleſiæ, ſiue ſcripto ea, nempe biblicis literis tradita ſit, ſiue
Patrum traditione comprobata, acquieſcunt. Sequuntur enim verbum Dei:
[k] *Nè tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui.* k Prou.22.d Eccli 8.b

E. Hi verò, qui ſunt Heretici, ab hac ſimplicitate fidei, & à venerandæ ma- Deut.32.a Hiere.6.d
tris Eccleſię, ſanctorumque Patrum probata ſententia diſcedunt, nimiumque
ſibi vel deſertoribus Eccleſiæ fidunt, adeoque ne moniti quidem reſipiſcunt.
Quare Paulus de ijs tam ſeriò ſanxit, dum ait: [l] *Hæreticum hominem poſt vnam* l Tit.3.e
& ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt. Atque vt
cum [m] Cypriano concludamus, Quiſquis ab Eccleſiæ vnitate diſceſſerit, cum m Ad Pompeium.
Hæreticis neceſsè eſt inueniatur.

TESTIMONIA.

1.A. IRENAEVS libro tertio aduerſùs hæreſes Valentini, capite quarto: vt ſuprà de Symbolo, quæſtione viceſimaſecunda, D. teſtimonio ſecundo.

2. EPIPHANIVS hæreſi ſexageſimaprima contra Apoſtolicos, vt ſuprà, quæſtione decimaſexta de præcep. Eccle. C. teſtimonio tertio.

3. BASILIVS libro de ſpiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo, vt ſuprà ibidèm, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo.

1.B. IOANNIS vigeſimo: Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

2. ET vigeſimoprimo: Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

3. AVGVSTINVS epiſtola centeſima octaua ad Seleucianam, vbi cùm diſputaret quando Apoſtoli baptizati ſint: Sed non omnia, inquit, quæ facta ſunt, etiam ſcripta inueniuntur. *Non omnia ſcripta.*

4. AD Philippenſes quarto, vt in textu.

1.C. AD Galatas quinto, vt in textu.

2. POSTERIORIS Petri ſecũdo: Libertatem illis promittẽtes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.

3. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuariũ, vt ſuprà quæſtione quarta, A. in textu, & teſtim. primo, & quæſtione octaua, C. in textu.

4. PRIORIS Petri primo capite: Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

5. AD Romanos ſexto: Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitię. Et paulò pòſt: Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.

6. AD Galatas tertio: Chriſtus nos redemit de maledicto legis.

7. ET capite quarto: Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

8. AD Romanos octauo: Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

9. PSALMO quinquageſimotertio: Voluntariè ſacrificabo tibi.

10. Ad Coloſſenſes tertio: Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & nõ hominibus: ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruite.

11. LVCAE primo: Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi: In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.

12. SECVNDAE ad Corinthios tertio: Vbi autem ſpiritus Domini, ibi libertas.

13. AD Romanos ſexto, vt ſuprà C. teſtimonio quinto.

14. PRIORIS ad Corinthios nono: Cùm liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem.

15. PRIORIS Petri primo: Animas veſtras caſtificantes in obediẽtia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici, ex corde inuicẽ diligite attentiùs.

16. ET capite ſecundo: Si benè facientes, patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum.

17. LVCAE vigeſimoprimo: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

18. MATTHAEI quarto: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.

19. ET decimoſexto: Si quis vult venire poſt me, abne-

Digitized by Google

abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

20. AD Galatas quinto, vt in textu.

1. D. VINCENTIVS Lirinēſis aduerſùs prophanas nouationes hæreticorum: Cunctis ſatis euidenter perſpicueq́ monſtratur, hoc apud omnes ferè hęreſes quaſi ſolenne eſſe ac legitimum, vt ſemper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, à fide naufragent: Contrà verò Catholicorum hoc ferè proprium, depoſita ſanctorum patrum & commiſſa ſeruare, damnare prophanas nouitates.

Hęreticorum propriū, gaudere nouitatibus.

2. PROVERBIORVM vigeſimoſecundo, vt in textu.

3. ECCLESIASTICI octauo: Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à patribus ſuis. Quoniā ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.

4. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi.

5. HIEREMIAE ſexto: Hæc dicit Dominus: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

1. E. AD Titum tertio, vt in textu.

2. CYPRIANVS ad Pompeium, vt in textu.

XVIII.

Quæ demùm eſt ſumma omnium ſuperiorum?

A. QVAE à principio quidem hucuſquè tractata ſunt de ſumma Chriſtianæ doctrinæ, eò ſpectant, vt vera Chriſtiani hominis Sapientia conſtituatur: quæ tribus illis [a] virtutibus, [b] *Fide, Spe & Charitate* comprænhenditur. Et Fide quidem veritati Dei firmiter [c] aſſentitur, eíque innititur anima. Spe autem propiùs [d] adhuc appræhendit bonitatem Dei, Fide iam cognitam atque conceptam: Charitate [e] demùm Deo, proximoq́ue propter Deum coniungitur & vnitur.

a Aug. lib. 2. Retract. c. 63.
b 1. Cor. 13. d
2. Tim. 2. d
c Heb. 11. a
d Galat. 5. a
e Rom. 5. g
Ioan. 14. c
Rom. 13. c

B. Cęterùm de Fide nos docet Symbolum Apoſtolicum, dum ea proponit, quę maximè ſunt credenda & profitenda Chriſtiano. De his verò quę ſperanda & deſideranda, precatio nos inſtituit Dominica. Ad Charitatem verò ſpectant, quæ duabus tabulis Decalogus exhibet.

Aug. in Enchir. cap. 7.

C. Præclarè igitur [f] Origenes: Puto, inquit, quòd prima ſalutis initia, & ipſa fundamenta Fides eſt: profectus verò & augmenta ædificij Spes: perfectio autem & culmen totius operis Charitas.

f In c. 4. epiſt. ad Rom.

D. Illi ergò beati, qui audiunt [g] & cuſtodiunt verbum Dei, quiq́ue voluntatem Patris cognoſcunt & faciunt, in Fide, Spe, & Charitate, duce Chriſto ambulantes & perſeuerantes.

g Lucæ 11. d
Rom. 2. b
Lucæ 6. g
Matth. 7. c d
19 c 25. d
Ioan. 15. a
Matth. 10. c
& 24. b

E. Et hactenùs pro inſtituti quidem noſtri ratione, ſatìs de ſummis illis virtutibus; quæ cùm diuinitùs infundantur, ac diuinos mortales faciant, iurè quidem Theologicæ nuncupantur, rectéque ad ſapientiam Chriſtianam referuntur.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro ſecundo Retractationum, capite ſexageſimotertio, vt ſuprà de fide & ſymbolo, quæſtione ſecunda, teſtimonio ſecundo.

2. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hęc: Maior autem horum eſt charitas.

3. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo capite: Sectare verò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem.

4. AD Hebræos vndecimo: Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtātia rerum, argumentum non apparentium.

5. AD Galatas quinto: Nos enim ſpiritu, ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur.

6. AD Romanos octauo: Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

7. IOANNIS decimoquarto: Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

8. AD Romanos decimotertio: Qui diligit proximum, legem impleuit.

B. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptimo: Propheta ait, Et erit, Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: propter hoc Dominica oratio. Sed Apoſtolus cùm ad ipſam gratiam commendandam hoc propheticum commemorâſſet teſtimonium, continuò ſubiecit: Quomodò autem inuocabunt, in quem non crediderunt? propter hoc Symbolum. In his duobus tria illa intuere. Fides credit, Spes & Charitas orant. Sed ſine fide eſſe non poſſunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum eſt: Quomodò inuocabunt, in quem non crediderunt?

C. ORIGENES in caput quartum epiſtolæ ad Romanos, vt in textu.

1. D. LVCAE vndecimo: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

2. AD Romanos ſecundo: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

3. LVCAE ſexto: Quid autem vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico? Omnis

qui

Digitized by Google

qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum &c. Qui autem audit & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper terram ſine fundamento, &c.

4. MATTHAEI ſeptimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicẽt mihi in illa die, &c. Omnis ergò qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti &c. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto &c.

5. ITEM decimonono: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

6. ET vigeſimoquinto: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare &c.

7. IOANNIS decimoquinto: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum (pater meus).

8. MATTHAEI decimo, 9. ET vigeſimoquarto: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

XIX.

An'ne aliud quicquam ad doctrinam Chriſtianam ſpectat?

A. Etiam: huc enim planè ſpectat doctrina de Sacramentis, vt nôrint Chriſtiani, quibus velutì inſtrumentis diuinitùs inſtitutis habeant opùs[a] ad Fidem, Spem, & præcipuè Charitatem, accipiendam, exercendam, augendam, conſeruandam, ac etiam reparandam.

B. Adde, quòd neque Sapientia, neque Iuſtitia Chriſtiana conſtitui ac retineri abſque Sacramentis poteſt, vt ſine quibus[b] Religionem vniuerſam extingui prorsùs neceſsè ſit. Habent igitur ea ſublimem in doctrina Chriſtiana locum, & neceſſariam quoquè tractationem.

a Aug. in Ioā. tract. 120.

b Aug. lib. 19. cont. Fauſt. c. 11. & de vera relig. cap. 17. Itē epiſt. 118. cap. 1.

TESTIMONIA.

A. AVGVSTINVS in Ioannem tractatu centeſimo vigeſimo: Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt, vt non diceret, Latus eius percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud, ſed, Aperuit; vt illic quodammodò vitæ oſtium panderetur, vndè ſacramenta Eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad vitam quæ vera vita eſt, non intratur.

Ioan. 19.

Sine Sacramentis Eccleſię non intratur ad veram vitam.

1. B. IDEM libro decimonono contra Fauſtum Manichæum, capite vndecimo: In nullum nomen religionis ſeu verum, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſì aliquo ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur.

Sacramentis in religione colligantur homines.

2. ET in libro de vera religione, capite decimoſeptimo: Nunc verò quoniam pietas timore inchoatur, charitate perficitur, populus timore conſtrictus tempore ſeruitutis in veteri lege, multis ſacramentis onerabatur. Hoc enim talibus vtile erat ad deſiderandam gratiam Dei, quæ per prophetas ventura canebatur. Quæ vbì venit, ab ipſa Dei ſapientia homine aſſumpto, à quo in libertatem vocati ſumus, pauca ſacramenta ſaluberrima conſtituta ſunt, quæ ſocietatem Chriſtiani populi, hoc eſt, ſub vnò Deo liberæ multitudinis continerent.

In veteri lege plura Sacramenta quàm in noua.

Sacramentis nouæ legis ijsque ſaluberrimis ſocietas Chriſtiani populi continetur.

3. ITEM epiſtola centeſima decimaoctana ad Ianuarium, capite primo: Primò itaque tenere te volo, quod eſt huius diſputationis caput, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut ipſe in Euangelio loquitur, leni iugo ſuo nos ſubdidiſſe, & ſarcinæ leui: vndè ſacramentis numero pauciſſimis, obſeruatione facilimis, ſignificatione præſtantiſſimis, ſocietatem noui populi colligauit, ſicutì eſt Baptiſmus Trinitatis nomine conſecratus, communicatio corporis & ſanguinis ipſius, & ſi quid aliud in ſcripturis canonicis commendatur, exceptis ijs quæ ſeruitutem populi veteris pro congruentia cordis illorum & prophetici temporis onerabant, quæ & in quinque libris Moyſi leguntur.

Matth. 11.

Societas noui populi pauciſſimis & præſtantiſſimis ſacramẽtis colligata, cuiuſmodi ſunt exempli gratia, Baptiſmus & Euchariſtia.

CAPVT QVARTVM DE SACRAMENTIS.

I.

Cur de Sacramentis docendi ſunt Chriſtiani?

QVIA Sacramentorum cognitio & vſus facit, vt illi accepta ex IESV CHRISTI meritis gratia, quæ per[a] Sacramenta ipſa confertur, legitimè exerceantur, & conſeruentur, atque promoueantur in Diuino cultu.

a Tit. 3. b Ioan. 3. a 6. f & 20. f

TESTIMONIA.

1. AD Titum tertio capite: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti.

2. IOANNIS tertio: Niſì quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

3. ET capite ſexto: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, &c. Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

4. ITEM vigeſimo capite: Inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Digitized by Google

II.

Quid & quotuplex eſt cultus Diuinus?

A. CVLTVS diuinus dicitur, quem Chriſtianus tanquàm pręcipuum ac ſummum [a] obſequium debet ac præſtat Creatori ac Saluatori ſuo Deo Opt. Max.

a Auguſt. lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 1.

B. Neque enim eſt dubium, hominem ea potiſſimùm [b] cauſa, vt Deum purè integreque colat, & initio conditum, & poſteà redemptum, atque ad id omninò deſtinatum eſſe.

b Prouer. 16. a Geneſ. 1. d 2. Corinth. 5. c 1. Theſſ. 5. b 1. Pet. 3. b

C. Diuinus autem cultus eſt duplex, interior & exterior. Interior, quo per intellectum & affectum Deo [c] coniungimur, Fide, Spe & Charitate, vt anteà dictum eſt, perficitur. Exterior eſt profeſſio quædam cultus interioris, quem [d] externis quibuſdam & viſibilibus ſignis ritibuſque declaramus. Deus enim, qui bonorum noſtrorum [e] non eget, quippe beatus per ſe totuſque perfectus, tamen ſicut totum ipſe hominem tum corpore tum animo conſtare voluit, ſic eũdem [f] quoquè totum, hoc eſt, ſecundùm omnem ſuî partem repoſcit, à quo ſyncerè ſtudioſeque colatur, anima quidem ſecundùm interiorem, vtì docuimus, corpore [g] verò ſecundùm exteriorem cultum cum interiore coniunctum: quod multis ſanè modis, ſed vel maximè & ſaluberrimè per vſum Sacramentorum præſtatur.

c Auguſt. in Enchir. cap. 2. & 3.

d Matth. 5. b Rom. 12. d 2. Cor. 8. d 1. Cor. 14. g

e Pſal. 15. a 1. Tim. 6. d Matth. 5. g Gen. 2. b

f Prouer. 16. a Luc. 10. e Matth. 22. d Deut. 6. a

g 1. Cor. 6. d Pſal. 83. a

D. Sic enim diuinę viſum eſt Sapientiæ, mortalium ſe imbecillitati accommodare, ſuamque virtutem per quaſdam [h] externas res & ſigna, quæ ſenſibus percipiuntur, exercere. Animus quippe noſter immortalis, in hoc obſcuro & caduco corpore velut carcere quodã incluſus, ſenſum miniſterio plurimùm vtitur, neque citra [i] hoc adminiculum ad diuina capeſſenda ſolet aſſurgere. Itaque tum in veteri tum in noua lege Sacramenta multaque ad cultum externum pertinentia inſtituit Deus, ac Dei populus ſemper obſeruauit.

h Aug. in Pſal. 73. & lib. 19. contra Fauſtũ, cap. 11. Item lib. 3. de doct. Chriſt. cap. 9. Quæſt. 84. ſuper Leui. & 33. ſuper Numeros. Tertul. de reſur. carnis, cap. 8. Gregor. in 1. Regũ lib. 6. cap. 3.

i Chryſoſto. homil. 60. ad pop. Antioc. & 83. in Matt.

TESTIMONIA.

A. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite primo: Quæ itaque λατρεία Gręcè nuncupatur, & Latinè interpretatur ſeruitus, ſed ea qua colimus Deum: vel quæ θρησκεία Græcè, Latinè autem religio dicitur, ſed ea quæ nobis eſt erga Deum: vel quam illi θεοσέβειαν, nos verò non vno verbo exprimere, ſed Dei cultum poſſumus appellare: hanc ei tantùm Deo deberi dicimus, qui verus eſt Deus, facitq; ſuos cultores deos.

λατρεία ſeruitus qua Deus colitur.

1. B. PROVERBIORVM decimoſexto: Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.

2. GENESIS primo: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

3. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam nõ ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.

4. PRIORIS ad Theſſalonicenſes capite quinto: Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.

5. PRIORIS Petri capite tertio: In hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

1. C. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſecundo: Hominis ſapientia pietas eſt. Habes hoc in libro ſancti Iob: Nam ibi legitur, quòd ipſa ſapientia dixerit homini: Eccè pietas eſt ſapientia. Si autem quæras quam dixerit eo loco pietatem, diſtinctiùs in Græco reperies θεοσέβειαν, qui eſt Dei cultus. Dicitur enim Græcè pietas & aliter, id eſt, εὐσέβεια, quo nomine ſignificatur bonus cultus, quanuìs & hoc præcipuè referatur ad colendum Deum. Sed nihil eſt commodius illo nomine, quo euidẽter Dei cultus expreſſus eſt, cùm quid eſſet hominis ſapientia diceretur. An hoc ipſum tibi fortaſsè deſideras breuiter aperiri, atque in ſermonem colligi breuem, quonam modo ſit colendus Deus?

Hominis ſapientia pietas eſt.

Iob 28. iuxta Septuaginta.

2. CAPITE tertio: Hic ſi reſpondero, Fide, Spe, Charitate colendum Deum: profectò dicturus es, breuiùs hoc dictum eſſe quàm velis.

Fide, Spe, Charitate Deus colendus eſt.

3. MATTHAEI quinto: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

4. AD Romanos duodecimo: Prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam corã omnibus hominibus.

5. POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Prouidemus bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.

6. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinem ſiant in vobis.

7. PSALMO decimoquinto: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

8. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Beatus & ſolus potens, Rex regum & Dominus dominantium: qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem.

9. MATTHAEI quinto: Eſtote ergò vos perfecti,

Digitized by Google

fecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

10. GENESIS ſecundo: Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.

11. PROVERBIORVM decimoſexto: Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.

12. LVCAE decimo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.

13. MATTHAEI vigeſimoſecũdo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

14. DEVTERONOMII ſexto: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

15. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt? Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

16. PSALMO octogeſimotertio: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Sacramenta nouæ legis præſtantiora ſacramentis veteris teſtamenti.

1. D. AVGVSTINVS in Pſalmum ſeptuageſimumtertium: Si diſcernimus duo teſtamenta, vetus & nouum, non ſunt eadem Sacramenta, nec eadem promiſſa; eadem tamen pleraq; præcepta. Videamus quare præcepta eadem: quia ſecũdùm hæc Deo ſeruire debemus. Sacramenta nõ eadem; quia alia ſunt Sacramenta dantia ſalutem, alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem, Sacramenta veteris teſtamenti promiſerunt Saluatorem. Mutata ſunt Sacramenta; facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, feliciora.

Dãt ſalutem.

2. IDEM libro decimonono contra Fauſtum Manichæum, capite vndecimo: In nullũ nomen religionis ſeu verum ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel Sacramentorum viſibiliũ conſortio colligentur: quorum Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm, & ideò contempta Sacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas.

Vis ſacramẽtorum inexplicabilis. Contempta ſacrilegos facit.

3. ITEM libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite nono: Hoc verò tempore poſteaquàm Reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti manifeſtiſſimum indicium noſtræ libertatis illuxit, ne eorum quidem ſignorum quæ iam intelligimus, operatione graui onerati ſumus: ſed quædã pauca pro multis, eademq; factu facilima, & intellectu auguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apſtolica tradidit diſciplina: ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis Domini.

Sacramenta nouæ legis vndè profecta ſint, & quantæ dignitatis.

4. RVRSVS quæſtione octogeſimaquarta ſuper Leuiticum: Quomodò ergò & Moyſes ſanctificat, & Dominus? Non enim Moyſes pro Domino, ſed Moyſes viſibilibus ſacramentis per miniſterium ſuum: Dominus autem inuiſibili gratia per ſpiritumſanctum, vbi eſt totus fructus etiam viſibilium ſacramentorum. Nam ſine iſta ſanctificatione inuiſibilis gratiæ, viſibilia Sacramenta quid proſunt? Et poſt pauca: Proindè colligitur, inuiſibilem ſanctificationem quibuſdam affuiſſe, atque profuiſſe ſine viſibilibus Sacramentis, quæ pro temporum diuerſitate mutata ſunt, vt alia tunc fuerint, & alia modò ſint: viſibilem verò ſanctificationem, quæ fieret per viſibilia Sacramenta, ſine iſta inuiſibili poſſe adeſſe, non poſſe prodeſſe. Nec tamen ideò Sacramentum viſibile contemnendum eſt: nam contemptor eius inuiſibiliter ſanctificari nullo modo poteſt. Hinc eſt quòd Cornelius & qui cum eo erant, cùm iam inuiſibiliter infuſo ſancto ſpiritu ſanctificati apparérent, baptizati ſunt tamen: nec ſuperflua iudicata eſt viſibilis ſanctificatio, quam inuiſibilis iam præceſſerat.

Sacramentorum effectus eſt inuiſibilis gratiæ ſanctificatio.

Contemnere non licet viſibile Sacramentum. Actor. 10.

5. IDEM quæſtione trigeſimatertia ſuper Numeros: Eadem quippe ſunt in veteri & nouo: ibi obumbrata, hîc reuelata: ibi præfigurata, hîc manifeſtata. Nam non ſolùm Sacramenta diuerſa ſunt, verùm etiam promiſſa ibi videntur temporalia proponi, quibus ſpiritale præmium occultè ſignificetur: hîc autem manifeſtiſſimè ſpiritalia promittuntur & æterna.

Diſcrimẽ Sacramentorũ veteris & nouæ legis.

6. TERTVLLIANVS in libro de reſurrectione carnis, capite octauo: Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.

Virtus Sacramentorum.

7. GREGORIVS libro ſexto, capite tertio in primum Regum, ſiue in caput decimumſextum libri primi Regum: Forìs ſacramẽta percipimus, vt intùs ſancti ſpiritus gratia repleamur. Forìs nanq; homo, Deus intùs operatur, & non homo. Forìs nanq; homo ſurgit, intùs ſe ſpiritus dirigit: quia ordinem religionis homo homini præbet, ſed in eum cui ordo datur, ſpiritus dirigitur, vt forìs ſublimitatem ſuſcipiat ordinis, & intùs robur ſancti ſpiritus.

Per Sacramẽta confertur gratia.

8. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſima ad populum Antiochenum, & homilia octuageſimatertia in Matthæũ: Nihil ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed res quidem ſenſibiles, omnes autem intelligibiles. Itidèm & in Baptiſmate, per rem, nempe ſenſibilem aquam, donum confertur: intelligibile verò quod perficitur, generatio & renouatio. Si enim incorporeus eſſes, nuda & incorporea tibi dediſſet ipſa dona: ſed quoniam anima corpori conſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet.

Vis ſpiritualis per ſenſibilia Sacramenta præbetur.

III.

Quid eſt Sacramentum?

A. EST[a] diuinæ & inuiſibilis gratiæ externum & viſibile ſignum à Chriſto inſtitutum, vt per id quiſque Dei gratiam accipiat, atque ſanctificationem.

B. Quare non quæuis ſigna ſunt, quæ Eccleſiæ Sacramenta dicuntur: ſed certa, ſacroſancta & efficacia ſigna, Chriſtianis ex Diuina inſtitutione & promiſſione commendata.

C. Signa[b] quidem idcircò, quoniam externa quadam ſpecie & ſimilitudine id nobis referunt & declarant, quod per ipſa Deus nobiſcum inuiſibiliter atque ſpiritualiter agit.

D. Certa[c] verò, ſacroſancta ſimul & efficacia ſigna, quoniam indubiè quam gratiam ſignificant, etiam continent, conferuntque ad noſtram

[a] Bern ſer. de Cœna Domini. Aug lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 5. & lib. 3. de doct. Chriſt. cap 9. Ambr. lib. 4. de Sacramen. cap. 4. Concil. Florentinũ, & Trident. ſeſſ. 7.

[b] Auguſt. epiſt. 23. & de catechizandis rudib. cap. 26.

[c] Aug. in Pſal. 73. & 77. & lib. 9. contra Fauſtum, cap. 2. 13. & 16.

Digitized by Google

d Serm. de cœna Domini.

ſtram ſanctificationem. Sacramenta enim, quantùm in ſe eſt, (vt [d] Cyprianus loquitur) ſine propria eſſe virtute non poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſterijs, quanuìs etiam ab indignis [e] adminiſtrentur.

e Aug. lib. 3. contra Donatiſtas, cap. 10. & lib. 5. c. 20.

E. Vt, exempli cauſa, in Sacramento Baptiſmi exterior ablutio, quæ ſordes corporis purgat, efficax eſt ſymbolum [f] interioris ablutionis, vtpotè teſtimonium præbens indubitatum, quòd ſpiritualiter anima purificetur. Sic res aliæ viſibiles & externæ, vt oleum, panis viniq́ue ſpecies, quarum in Sacramentis neceſſarius eſt vſus, aptè nobis conſtituuntur tum ad ſignificandum, tum ad conferendum homini diuinam gratiam, animæq́ue ſalutem, modò ad hæc non indignè [g] accedatur.

f Tit. 3. b Rõ. 6. a 1. Cor. 6. c Tertullian. in lib. de reſurrect. carnis, cap. 8.

g Proſper ſentẽ. 69. ex Auguſt. in pſal. 142.

F. Per Baptiſmum [h] etenim regeneramur & renouamur: per Confirmationem augemur & roboramur: per Euchariſtiam nutrimur & reficimur: per Pœnitentiam reſtituimur & ſanamur in vita ſpirituali: in qua per reliqua itidèm Sacramenta, pro ſua cuiuſque ratione iuuamur atque prouehimur, vt ſuo deindè loco aperiemus.

h Concil. Floren. Ioan. 3. a Tit. 3. b Actor. 8. c. 1. b Luc. 24. g Ioan. 6. f Ioan 20. f

TESTIMONIA.

Etymologia nominis Sacramenti.

1. A. BERNARDVS in ſermone de cœna Domini: Sacramentum dicitur ſacrum ſignum, ſiue ſacrum ſecretum. Et paulò pòſt: Appropinquans paſſioni Dominus, de gratia ſua inueſtire curauit ſuos, vt inuiſibilis gratia ſigno aliquo viſibili pręſtaretur. Ad hæc inſtituta ſunt omnia ſacramenta. Diuiſiones gratiarum, diuerſis ſunt traditæ ſacramentis.

Sacramenta ſunt ſigna ad inuiſibilem gratiam cõferendam inſtituta.

2. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite quinto: Sacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt.

Sacramẽtũ, i. ſacrũ ſignum

3. IDEM libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite nono: Quædam pauca ſigna pro multis, eadémque factu facilima &c. vt ſuprà, quæſt. ſecunda, D. teſtimonio tertio.

4. AMBROSIVS libro quarto de Sacramentis, capite quarto: Author ſacramentorum quis eſt, niſì Dominus Ieſus? De cælo iſta ſacramenta venerunt.

Chriſtus Sacramentorũ author.

5. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis Eccleſiæ: Sacramenta veteris legis non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant. Hæc verò noſtra & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt.

Continent & conferũt gratiam Sacramenta.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſeptima, canone primo de Sacramentis in genere: Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta: aut eſſe plura vel pauciora, quàm ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut etiam aliquòd horum ſeptem non eſſe verè & propriè Sacramentum, anathema ſit. CANONE ſecundo: Si quis dixerit ea ipſa nouæ legis ſacramenta à ſacramentis antiquæ legis non differre, niſì quia cæremonię ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit. CANONE ſexto: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant: aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm externa ſint acceptæ per fidem gratiæ vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit. CANONE ſeptimo: Si quis dixerit non dari gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantùm eſt ex parte Dei, etiam ſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit. ET capite octauo: Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

A Chriſto inſtituta.

Sunt ſeptem.

A veteris legis ſacramẽtis differunt.

Continent & conferũt gratiam.

Ex opere operato.

1. C. AVGVSTINVS epiſtola vigeſima tertia ad Bonifacium: Si Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omninò ſacramenta non eſſent.

Signa ſunt earũ rerum, quarum ſunt Sacramenta.

2. ITEM in libro de catechizandis rudibus, capite vigeſimoſexto: Cùm ei benè commendatum fuerit, ſignacula quidem rerum diuinarum eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari &c.

1. D. IDEM in pſalmum ſeptuageſimumtertium: Alia ſunt ſacramenta dantia ſalutem, alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem, ſacramenta veteris teſtamenti promiſerunt Saluatorem. Mutata ſunt ſacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, feliciora.

Sacramenta nouæ legis dãt ſalutem.

2. IDEM in pſalmum ſeptuageſimũſeptimum: Et cùm eſſent omnia communia ſacramenta, non communis erat omnibus gratia, quæ ſacramentorum virtus eſt.

Gratia eſt Sacramentorũ virtus.

3. ET libro decimonono contra Fauſtum Manichæum, capite vndecimo: Sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm, & ideò contempta ſacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas.

Vis ſacramẽtorum.

4. CONTRA eundem eiuſdem libri capite decimotertio: Prima Sacramenta ideò ablata, quia impleta: & alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

Virtute maiora & vtilitate meliora Sacramẽta nouæ legis.

5. ET capite decimoſexto: Quid enim ſunt aliud quęque corporalia Sacramẽta, niſì quędã quaſi verba viſibilia, ſacroſancta quidẽ, verũtamen mutabilia & temporalia? Deus enim æternus eſt, nec tamen aqua & omnis illa actio corporalis, quæ agitur cùm baptizamus, & fit, & tranſit, ęterna eſt: vbi rurſùs etiam illæ ſyllabæ celeriter ſonantes & tranſeuntes, cùm dicitur Deus, niſì dicantur, non conſecratur. Hæc omnia fiunt & tranſeunt, ſonant & tranſeunt: virtus tamen, quæ per iſta operatur, iugiter manet: & donum ſpiritale, quod per iſta inſinuatur, æternum eſt.

Virtus Sacramentorũ manet, licèt actio & prolatio verborum trãſeat.

6 à CYPRIANVS in ſermone de Cœna Domini, vt in textu.

7. AV-

Miniſtri mali Sacramentis ſuam vim nõ adimunt.

7. AVGVSTINVS libro tertio contra Donatiſtas, capite decimo: Baptiſmus Chriſti verbis euangelicis cõſecratus,& per adulteros,& in adulteris ſanctus eſt, quanuis illi ſint impudici & immundi: quia ipſa eius ſanctitas pollui nõ poteſt, & ſacramento ſuo diuina virtus aſſiſtit, ſiue ad ſalutem benè vtentium, ſiue ad perniciẽ malè vtentium. An verò Solis vel etiam lucernæ lux, cùm per cœnoſa diffunditur, nihil indè ſordium contrahit; & baptiſmus Chriſti poteſt cuiuſquam ſceleribus inquinari?

Simile.

Sacramentis nõ nocet miniſtrorũ improbitas.

8. IDEM libro quinto contra eoſdem, capite viceſimo: Si Deus adeſt Sacramentis & verbis ſuis per qualeslibet adminiſtrentur, & Sacramenta Dei vbiquè recta ſunt,& mali homines quibus nihil proſunt, vbiquè peruerſi ſunt.

1. E. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quẽ effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.

2. AD Romanos ſexto: Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et paulò pòſt: Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

3. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Neque fornicarij &c. regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

4. TERTVLLIANVS in libro de Reſurrectione carnis, capite octauo: Caro abluitur, vt anima emaculetur &c. vt ſuprà, quæſtione ſecunda, D. teſtimonio ſexto.

5. PROSPER ſententia ſexageſimanona, ex Auguſtino in pſalmum centeſimum quadrageſimumſecundum deſumpta: Sacramentum pietatis in iudicium ſibi ſumit indignus. Benè enim eſſe non poteſt malè accipienti quod bonum eſt.

Malè vtentes Sacramentis.

1. F. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Horum ſeptem Sacramentorum, quinque prima ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima, ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationémque ordinata ſunt. Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur: per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide: renati autem & roborati, nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur: Spiritualiter etiã & corporaliter (prout animę expedit) per extremam Vnctionem. Per Ordinem verò Eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter: per Matrimonium corporaliter augetur.

Singula Sacramẽta quid efficiant.

2. IOANNIS tertio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

3. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum &c. vt ſuprà E. teſtimonio primo.

4. ACTORVM octauo: Cùm audiſſent Apoſtoli qui erant in Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei &c. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum.

5. ET capite primo: Accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

6. LVCAE vigeſimoquarto: Ego mitto promiſſum patris mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate, quoadusquè induamini virtute ex alto.

7. IOANNIS ſexto: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

8. ET capite vigeſimo: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

IIII.

Quibus partibus conſtat vnumquodque Sacramentum?

A. VERBO [a] & elemento. Per Verbum hìc intellige certa quædam & determinata verba, in quibus ipſa conſiſtit forma, quam vocant Sacramenti. Per Elementum accipe res externas, quæ vera materia ſunt Sacramentorum, vt aqua, oleum, panis, vinum & eiuſmodi.

a Concilium Florẽtinum. Aug. tractat. 80. in Ioannem.

B. Iam his partibus perfectè ſumptis adiunguntur reliqua, quæ ad cuiuſque Sacramenti tum idoneam collationem, tum dignam ſuſceptionem ſpectant, videlicet inſtitutio Diuina,[b] miniſter idoneus, intentio recta in miniſtro, Fides in ſuſcipiente, & ſi quæ ſunt huius generis alia.

b Tridẽt. ſyn. ſeſſ. 7. canon. 10. & 11. de Sacramentis in genere. Item Florentina.

TESTIMONIA.

Materia, Forma, Miniſter, Intentio, neceſſaria ſunt ad vnũquodque Sacramentum.

1. A. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquàm materia, verbis tanquàm forma, & perſona miniſtri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia. Quorum ſi aliquod deſit, non perficitur Sacramentum.

Ex verbo & elemẽto cõſtat Sacramentum. Ioan. 13.

2. AVGVSTINVS tractatu octogeſimo in Ioannem: Detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum etiam ipſum, tanquàm viſibile verbum. Vndè iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, niſi faciente verbo: non quia dicitur, ſed quia creditur? Nam & in ipſo verbo, aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens.

Virtus manens.

Non quiuis Chriſtianus eſt Sacramẽtorum miniſter.

1. B. TRIDENTINA Synodus ſeſſione ſeptima, canone decimo de Sacramentis in genere: Si quis dixerit, Chriſtianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, anathema ſit.

In miniſtris requiritur intentio faciẽdi quod facit Eccleſia.

2. ET canone vndecimo: Si quis dixerit, in miniſtris dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, anathema ſit.

3. FLORENTINVM, vt ſuprà A. teſtimonio primo.

V.

Quot ſunt Sacramenta?

A. SEPTEM,[a] quæ à Chriſto per Apoſtolos accepta conſeruauit, ac fide-

a Conc. Florẽt. Conſtant. ſeſſ. 15. Et Tridentin. ſeſſ. 7. can. 1.

Digitized by Google

b Cantic.4.c 1.Tim.3.d

c Matth.28.d Actor.8.c Matth.26.c Ioan.20.f Iacob.5.c 1.Tim.4.d Epheſ.5.g

fideliter diſpenſauit hucuſquè Chriſti [b] ſponſa, & columna veritatis Eccleſia. Sunt autem hæc: [c] Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.

B. Nec refert ſanè, ſi eiuſmodi vocabula in Scripturis non extent omnia, modò de re ipſa conſtet, ac Sacramentorum veritas & virtus Diuinis teſtimonijs approbetur. Quanquàm [d] ea, quæ vniuerſalis Eccleſia ex Apoſtolorum traditione retinet, atque conſeruanda commendat, etiamſi in Scriptura diuina non reperiantur, plenam apud nos fidem, vt anteà docuimus, habere merentur. Ac de ſingulorum quidem Sacramentorum inſtitutione poſteà ſuo loco.

d Aug. lib.4.cont. Donat. cap.24. Et lib.2.ca.7. lib.5. cap.23. Item epiſt.118.ca.1. Chryſoſt.in 2.ad Theſſalo. hom.4.

C. Vis autem eorum, vt fidiſſimus Scripturæ interpres Auguſtinus [e] inquit, inenarrabiliter valet plurimùm, & ideò contempta ſacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. Atque vt idem alibì [f] docet: Contemptor viſibilis Sacramenti, inuiſibiliter ſanctificari nullo modo poteſt.

e Lib.19.cont.Fauſt.cap.11. & 16. Item tract.80.in Ioannem.

f Super Leuit. quæſt.84. & lib.32. contra Fauſtũ, ca.14.

TESTIMONIA.

1. A. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis Eccleſiæ: Nouæ legis ſeptẽ ſunt Sacramenta, videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.

Septem ſunt Sacramenta.

2. CONCILIVM Conſtantienſe Seſſione decimaquinta, hunc articulum octauum Ioannis Hus damnauit, Sacerdotes quomodolibèt criminosè viuentes, ſentiunt infideliter de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ.

Sacerdotes Catholici quàuis mali, fideliter ſentiunt de 7. Sacramentis Eccleſiæ.

3. CONCILIVM Tridentinum Seſſione ſeptima, canone primo de Sacramentis in genere: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura aut pauciora quàm ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè & propriè Sacramentum, anathema ſit.

Nõ plura nec pauciora q̃ ſeptem, ſunt verè & propriè Sacramenta nouæ legis à Chriſto inſtituta.

4. CANTICORVM quarto: Vulneràſti cor meum ſoror mea ſponſa.

5. PRIORIS ad Timotheum tertio: Vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

6. MATTHAEI vigeſimooctauo: Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

7. ACTORVM octauo: Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

8. MATTHAEI vigeſimoſexto: Accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

9. IOANNIS vigeſimo: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

10. IACOBI quinto: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini &c.

11. PRIORIS ad Timotheum quarto: Noli negligere gratiam quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij.

12. AD Epheſios quinto: Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

1. B. AVGVSTINVS libro quarto contra Donatiſtas, capite vigeſimoquarto, 2. ITEM libro ſecundo, capite ſeptimo, 3. ET libro quinto, capite vigeſimotertio, 4. ITEM in epiſtola centeſima decimaoctaua, capite primo, quæ habeat, vide ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione quarta, A. partìm in textu, partìm teſtimonio primo, tertio, & quarto.

5. CHRYSOSTOMVS homilia quarta in ſecundum caput poſterioris ad Theſſalonicenſes, vt ſuprà ibidèm, quæſtione ſecunda, C. teſtimonio tertio.

1. C. AVGVSTINVS libro decimonono cõtra Fauſtum, capite vndecimo, 2. ET decimoſexto: ſuprà, quæſtione tertia, D. teſtimonio tertio & quinto.

3. IDEM tractatu octogeſimo in Ioannem: Vndè iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat?

4. ITEM ſuper Leuiticum quæſtione octogeſimaquarta, vt ſuprà, quæſtione ſecunda de Sacramentis, D. teſtimonio quarto,

5. IDEM libro trigeſimoſecũdo contra Fauſtũ, capite decimoquarto: Quiſquis illa tunc etiã opera, quæ ad ſignificandum agi iubebantur, non obſeruabat, pœnas diuinitùs conſtitutas, rectiſſimo iudicio perſoluebat. Sicut nunc ſi quis Sacramenta noui teſtamenti pro temporis ratione diſtincta, fuerit auſus ſacrilega temeritate violare.

Sacramentorum violatores pœnas luunt.

VI.

Quare inſtituta ſunt Sacramenta?

A. PRIMVM, vt ſint præſentiſſima remedia contra peccatum, quod lethalis eſt [a] animæ morbus, ac niſi hoc tempore curetur, perpetuam adfert damnationem. Quamobrem hæc longè [b] præſtant legis antiquæ Sacramentis, virtute vtiquè maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu auguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, quæ præterquàm quòd ſignificant, etiam ſanctificant,

a Saplen.16.b Eccli 21.a Rom.6.d

b Florent. Conc. Trident. Seſſ.7.can.2. & 4. de Sacramentis in genere.

cant, ac ſalutem dant: vt è Scripturis Auguſtinus [c] optimè colligit.

B. Secundò, vt habeamus certa efficaciaque ſigna Diuinæ erga nos gratiæ & voluntatis, quæ dum in ſenſus externos incurrunt, non ſolùm excitant fidem in Chriſtum, Deique [d] miſericordiam & bonitatem, verumetiam viuifica ſunt inſtrumenta, per quæ viſum eſt Deo, [e] ſalutem noſtram efficaciter operari. Vt prçclarè dictum ſit [f] iam olìm, per ſeipſum quoquè Sacramentum multùm valere.

C. Tertiò, vt [g] extent veluti ſymbola & externæ notæ Chriſtianæ profeſſionis, quibus Dei & Eccleſiæ filij ſe mutuò agnoſcant: vtque in vnione, humilitate & obedientia ſe fructuosè exerceant & contineant, atque ità vnius religionis neceſſarijs quaſi nexibus & fœderibus inter ſe inuicèm maneant colligati. Alioquin ſine Sacramentis nec conſtare, nec diſcerni ſatìs vlla religio poteſt.

c Lib. 19. cõtra Fauſt. ca. 13. lib. 3. de doctri. Chriſtiana, cap. 19. Epiſt. 1. 8. cap. 1.

d Rom. 9. c

e Tit. 3. b Ioan. 6. f & 20. e

f Auguſt. lib. 4. cõtra Donat. cap. 24.

g Idem lib. 19. contra Fauſtum cá. 11. & cá. 17. de vera religione. Baſil. homi. 13. in exhortatione ad Baptiſmũ.

TESTIMONIA.

1. A. SAPIENTIAE decimoſexto: Homo per malitiam occidit animam ſuam.

2. ECCLESIASTICI vigeſimoprimo: Quaſi à facie colubri fuge peccatum.

3. AD Romanos ſexto: Stipẽdia peccati, mors.

4. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Sacramenta veteris legis non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionẽ Chriſti dandam figurabant: Hæc verò noſtra & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt.

Præſtant Sacramẽtis veteris legis.

5. CONCILIVM Tridentinum Seſſione ſeptima, canone ſecundo de Sacramentis in genere: Si quis dixerit, ea ipſa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cæremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

Inter ſe quid differant.

6. ET canone quarto: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua: & ſine eis aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

Ad ſalutem neceſſaria quomodo ſunt.

7. AVGVSTINVS libro decimonono contra Fauſtum Manichæum, capite decimotertio, vt ſuprà quæſt. tertia, D. teſtimonio quarto.

8. IDEM libro tertio de doctrina Chriſtiana, capite nono, vt ſuprà quæſt. ſecunda, D. teſtimonio tertio.

9. ITEM in epiſtola centeſima decimaoctaua, capite primo: Dominus noſter Ieſus Chriſtus Sacramentis numero pauciſſimis, obſeruatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis ſocietatem noui populi colligauit, ſicuti eſt Baptiſmus Trinitatis nomine cõſecratus, Communicatio Corporis & ſanguinis ipſius, & ſi quid aliud in ſcripturis commendatur.

Præſtantiora Sacramentis veteris legis.

1. B. AD Romanos nono: Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam.

2. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

3. IOANNIS ſexto: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

4. ET capite vigeſimo: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.

5. AVGVSTINVS libro quarto cõtra Donatiſtas, capite vigeſimoquarto, volens ex circunciſione oſtẽdere quid valeat in paruulis Baptiſmus: Cur, inquit, præceptum eſt Abraham, vt omnem deinceps infantem maſculum octauo die circunciderer, qui nondùm potuerat corde credere, vt ei deputaretur ad iuſtitiam; niſi quia & ipſum per ſeipſum ſacramentum multùm valebat? &c.

Ipſum per ſe Sacramentũ plurimùm valet.

1. C. AVGVSTINVS libro decimonono contra Fauſtum, capite vndecimo: In nullum nomen religionis &c. vt ſuprà, quæſtione ſecunda, D. teſtimonio ſecundo.

2. IDEM in libro de vera religione, capite decimoſeptimo: Vbi venit gratia Dei quæ per prophetas ventura canebatur, ab ipſa Dei ſapiẽtia homine aſſumpto, à quo in libertatẽ vocati ſumus, pauca Sacramenta ſaluberrima conſtituta ſunt, quæ ſocietatem Chriſtiani populi, hoc eſt, ſub vno Deo liberæ multitudinis, continerent.

Vinculum fidelium.

3. BASILIVS in exhortatione ad baptiſmum, quæ eſt homilia decimatertia ex homilijs variorum argumentorum ad populum: Teſſeram duces ſub ſe militantibus dant, vt amici faciliùs inuicèm ſe noſcentes exhortentur, & ſi cum hoſtibus commiſceantur, eo faciliùs diſcerni ac ſeparari poſſint. Quòd ſi fortè commilitonum ſeparatio fiat, nemo te, quarum, noſtrarum an aduerſarij, partium ſis noueris, niſi myſticis ſignis familiaritatem præte feras, niſi ſignatum ſit ſuper te lumen vultus Domini: niſi characterem in te agnoſcat angelus, quonam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodò, inquã, dices, Dei ſum, ſigna non oſtendens? An ignoras quemadmodùm ſignatas domos in Aegypto exterminator præterijt, in non ſignatis verò primogenita peremit? Theſaurus non obſignatus, furibus facilè patebit.

Signa Chriſtianorum. Pſal. 4.

VII.

Quid verò ſentiendum eſt de Sacramentorum miniſtris?

A. ITA planè ſentiendum eſt de illis, tanquàm [a] miniſtris Chriſti & diſpenſatoribus myſteriorum Dei, qui [b] portant vaſa Domini, Tabernaculoque deſeruiunt, qui & ſacris ex profeſſo præſunt, eaque iure quodam adminiſtrant. Non enim omnibus [c] indifferenter, ſed ſacerdotibus & Epiſcopis incumbit, ac diuinitùs iniunctum eſt, Sacramenta conficere, diſpenſare vel adminiſtrare.

B. At nè putemus vnquàm ex vita & probitate miniſtrorum [d] Sacramen-

a 1. Cor. 4. a

b Eſa. 52. e Num. 1. g 3. Reg. 8. a

c Num. 16. a 2. Reg. 6 b 2. Para. 26. c Conciliũ Nicenum, can. 14. Tridẽ. ſeſſ. 7. de Sacramen. in genere, can. 10.

d 1. Cor. 1. b 3 b Cõc. Trid. ſeſſ. 7. de Sacramẽ. can. 12.

Digitized by Google

Nazian.orat.40.in ſanctũ Baptiſma.
e Contra Creſconium lib. 4.cap.20. Et lib.4.cõt.Donatiſtas,cap.4.
f Contra literas Petiliani, lib.2.cap.47.Idem tractatu 5.in Euang.Ioan.
g De his qui myſterijs initiantur,cap.5.
h Ioan.11.g Matth.23.a
i Homil.8.in 1.Corinth.

menta pendére, hanc nobis regulam præſcribit[e] Auguſtinus: Non ideò veriora & ſanctiora ſunt Sacramenta, quia per meliorem miniſtrantur: illa nanque per ſe ipſa vera & ſancta ſunt, propter verum & ſanctum Deum, cuius ſunt. Et rurſùs: [f] Memento Sacramentis Dei obeſſe nihil mores malorum hominum, quô illa vel omninò non ſint, vel minùs ſancta ſint. Suffragatur his [g] Ambroſij illa ſententia: Non merita perſonarum conſideres, ſed officia ſacerdotum: putà in adminiſtratione Sacramentorum. Nam & per [h] indignos conſueuit Deus operari, & nihil propter Sacerdotis vitam Sacramenti gratia læditur, Chryſoſtomo [i] teſte.

TESTIMONIA.

1.A. PRIORIS ad Corinthios capite quarto: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

2. ESAIAE quinquageſimoſecundo: Mundamini qui fertis vaſa Domini.

3. NVMERORVM primo: Cuncta vaſa tabernaculi, & quicquid ad cæremonias pertinet, Leuitæ portabunt. Cùm proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum. Quiſquis externus acceſſerit, occidetur.

4. TERTII Regum octauo capite: Tulerunt arcam ſacerdotes, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa ſanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ.

5. NVMERORVM decimoſexto: Cùm ſtetiſſent aduersùs Moyſen, (Core, Dathan atq; Abiron) dixerunt: Sufficiat vobis quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus &c. Dixitq; Moyſes ad Core: Audite filij Leui: Num parùm eſt, quòd ſeparauit vos Deus Iſrael ab omni populo, & iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi, & miniſtraretis ei? &c.

6. SECVNDI Regum ſexto: Extẽdit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusq; eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei.

7. SECVNDI Paralipomenon vigeſimoſexto capite: Sed cùm roboratus eſſet Ozias, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum: ingreſſusq; templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis, ſtatimq; ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi, reſtiterunt Regi atque dixerunt: Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino: ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium. Egredere de ſanctuario, nè contempſeris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Iratusq; Ozias & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statimq; orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cumq; reſpexiſſet eum Azarias pontifex & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum, ſed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eò quòd ſenſiſſet ilicò plagam Domini. Fuit igitur Ozias rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini.

Sacramenta miniſtrare nõ eſt omnium.

8. PRIMA ſynodus Nicena canone decimoquarto: Peruenit ad ſanctum Concilium, quòd in locis quibuſdam & ciuitatibus, presbyteris Sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant, &c.

9. TRIDENTINA ſynodus ſeſſione ſeptima de Sacramentis in genere, canone decimo: Si quis dixerit, Chriſtianos omnes in verbo & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, anathema ſit.

1.B. PRIORIS ad Corinthios primo capite: Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?

2. ET capite tertio: Quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? Miniſtri eius cui crediddiſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus.

Miniſtrorum improbitas nihil derogat Sacramentis.

3 CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſeptima de Sacramentis in genere, canone duodecimo: Si quis dixerit, miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum, anathema ſit.

Miniſtri conditio nihil baptiſmo confert.

4. GREGORIVS Nazîazenus oratione quadrageſima in ſanctum Baptiſma: Nè dicas, Baptizet me Epiſcopus, atque is Metropolitanus, aut Hieroſolymitanus, (nõ enim locorum eſt gratia, ſed Spiritus) isq; etiam claro & nobili genere ortus, (graue enim fuerit, nobilitati meæ ob eius qui baptizat, obſcuritatem, labem, ac dedecus inferri) aut ſi Presbyter, ſaltem qui cælebs ſit, qui continentiæ laude atque angelica viuendi ratione floreat. Graue enim fuerit, ſi in purgationis tempore inficiar atque commaculer. Nè concionatoris aut baptizantis authoritatem inquiras. Alius horum iudex eſt, ac rerum obſcurarum explorator: quandoquidem homo faciem, Deus autem cor intuetur. Tibi autem quiuis ad purgationem ſatis idoneus eſt, qui modò inter probatos cenſeatur, ac non apertè condemnatus ſit, atque ab Eccleſia alienus. Qui curationis indiges, in iudices iudicium nè arripe, nec eorum, à quibus purgaris, dignitates excute, nec inter genitores delectum habe. Eſt quidem alius alio præſtantior, vel inferior: te autem quiuis eſt ſuperior. Sic tecum reputa. Sint duo annuli, alter aureus, alter ferreus: atque ambo eandem Imperatoris imaginem inſculptam habeant, ac deindè ceram imprimant: Quid tandèm hoc ſignum ab illo ſigno differet? Nihil. Materiam in cera internoſce, quamlibèt ſingulari ſolertia ſis: Dic vtrum è duobus ſignis aureo annulo, vtrum ferreo expreſſum ſit, quóque modo vnum idémque ſignum exiſtat. Diſcrimen enim in materia eſt, non in ſigno. Sic tibi quoquè omnes qui baptizandi munere funguntur, idonei habeantur. Quanuis enim alius alium vitæ probitate antecellat, eadem tamen Baptiſmi vis eſt. Ac quiuis tibi initiator eſt, qui modò eadem fide informatus eſt.

Similitudine docet eandẽ eſſe baptiſmi vim, à quocũque fideli cõferatur.

5. AVGV-

Digitized by Google

5. AVGVSTINVS contra Creſconiũ Grammaticum libro quarto, capite vigeſimo: Non ideò veriora &c. vt in textu. Et ideò fieri poteſt, vt accedens ad ſocietatem populi Dei, alium inueniat à quo facilè baptizetur, alium eligat quem ſalubriter imitetur. Certus eſt enim ſanctum eſſe Sacramentum Chriſti, etiam ſi per minùs ſanctum, vel non ſanctum hominem miniſtratum eſt, ſe autem eiuſdem ipſius ſacramenti ſanctitate puniri, ſi indignè acceperit, ſi malè vſus fuerit, ſi ei non conuenienter & congruè vixerit.

6. IDEM libro quarto contra Donatiſtas, capite quarto: Si per vim Sacramenti Dei auarus dimittit peccata, etiam hæreticus. Si per meritum ſuum, nec ille nec ille.

7. ITEM libro ſecundo contra literas Petiliani Donatiſtæ, capite quadrageſimoſeptimo: Memento Sacramentis Dei &c. vt in textu.

8. ET tractatu quinto in Euangelium Ioannis: Aliud eſt baptizare per miniſterium, aliud baptizare per poteſtatem. Baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille in cuius poteſtate datur: non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur. Quid tibi facit miniſter malus, vbi bonus eſt Dominus? Sint miniſtri iuſti, ſi volunt. Si autem noluerint eſſe iuſti qui Cathedram Moyſi ſedent, ſecurum me fecit magiſter meus, de quo ſpiritus eius dixit: Hic eſt qui baptizat. Quomodò ſecurum me fecit? Scribæ, inquit, & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Si fuerit miniſter iuſtus, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro. Cum iſtis computo iuſtos miniſtros. Qui verò fuerit ſuperbus miniſter, cum Zabolo computatur, ſed non contaminatur donum Chriſti, quod per illum fluit purum. Baptiſma quod dabatur à Paulo, & quod dabatur à Petro, Chriſti eſt: & quod datum eſt à Iuda, Chriſti erat. Dedit Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit Ioannes, & baptizatum eſt poſt Ioannem. Quia ſi datus eſt à Iuda, baptiſmus Chriſti erat: qui autem à Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioãni, ſed baptiſmum Chriſti etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato rectè præponimus. Etenim dictum eſt de Domino antequàm pateretur, quia baptizabat plures quàm Ioãnes. Deindè ſubiunctum eſt, Quanuìs ipſe non baptizaret, ſed diſcipuli eius. Ipſe, & non ipſe. Ipſe poteſtate, illi miniſterio. Ergò baptizabãt diſcipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter diſcipulos eius. Quos baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergò quos baptizauit ebrioſus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter; ſi baptiſmus Chriſti erat, Chriſtus baptizauit. Non timeo adulterum, non ebrioſum, non homicidam; quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic eſt qui baptizat.

Ioan. 1.
Matth. 23.
Baptiſmus non cõtaminatur, dum per miniſtrũ malum confertur.
Acto. 19.
Baptiſmati Ioannis præfertur baptiſmus per Iudam miniſtratus.
Ioan. 4.
Chriſtus baptizauit, quos Iudas baptizauit.
Ioan. 1.

9. AMBROSIVS in libro de his qui myſterijs initiantur, capite quinto: Non merita perſonarum &c. vt in textu.

10. IOANNIS vndecimo: Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam, &c. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente &c.

11. MATTHAEI vigeſimotertio: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt.

12. CHRYSOSTOMVS homilia octaua in priorem ad Corinthios: Nihil propter ſacerdotis vitam &c. vt in textu.

VIII.

Quid iudicandum de Cæremonijs, præcipuè quarum ſolennis eſt vſus in Sacramentis?

A. CAEREMONIAE ab Eccleſia probatæ, ritus[a] quidam ſunt externi, religioſè ac decenter inſtituti: Primùm, vt ſigna, teſtimonia, & exercitia ſint cultus interioris, quem[b] Deus in primis requirit.

B. Deindè, vt viua extent religionis incitamẽta, quibus fragilitas humana ceu adminiculis fulciatur, & ad ſacra myſteria tum capeſſenda, tum retinenda velutì manu ducatur.

C. Poſtremò, vt quę ad cultum diuinum promouendum, & ad diſciplinam[c] concordiamque conſeruandam publicam pertinent, honeſtè ac decenti quodam[d] ordine, ſicutì Apoſtolus iubet, in Eccleſia peragantur.

D. Eæ verò cęremoniæ, quarum eſt vſus in Sacramentorum adminiſtratione, quaſque velutì per manus traditas & commendatas nobis[e] à Patribus[f] accepimus, ingenti præcipuè ſtudio retineri & obſeruari debent. Nam preterquàm quòd decorem illę Sacramentis afferunt, & reuerentiam quandam conciliant, ſingulari quoquè[g] antiquitatis commendatione nobis ſunt venerandæ.

E. Tum præter inſtitutionem vetuſtiſſimã & Apoſtolicam, habent fœcunditatem myſteriorum grauitate atque dignitate plenam, vt ſanctiſſimi doctiſſimique[h] Patres annotârunt. De his demùm alijſque id genus, præclarè itá[i] Damaſcenus: Quæ Chriſtiana religio erroris neſcia ſuſcipit, & in tot ſecula ſeruat inconcuſſa, minimè vana ſunt, ſed vtilia, Deo placita, ſalutique noſtræ conducibilia plurimùm.

a Ioan. 9. a 11. d e f 20. e Luc. vlt. g Mar. 7. d 8. c. 10. b Matth. 8. a 14. b
b Ioan. 4. c Matth. 15. b Eſa. 1. c
c Leo epiſt. 81. ad Dioſcor. Innocen. ad Decent. Eugubi. epiſt. 1. Concil. 4. Tolet. can. 2.
d 1. Cor. 14. g Phil. 4. a b
e Hiere. 6. d Prouer. 22. d
f Baſil. de ſpiritu ſanct. ca. 27. Triden. Concil. can. 13. de Sacr.
g Tertull. de corona militis, cap. 3. Dionyſius de eccleſ. Hierarch. per totum.
h Ambroſ. de initiãd. myſt. Auguſt. & alij paſsim. Vide Iſidorum de offic. eccleſ. & plures alios.
i In ſermone de defunctis.

F. Rident

F. Rident interìm Sectarij cæremonias, quæ Sacramentis adhibentur: ſed ipſi magìs ridendi, aut potiùs deplorandi, quòd cęco iudicio & hoſtili odio (peſſimis conſultoribus) freti, aduersùs veritatem clariſſimam bellum gerant. Certè de Baptiſmi cæremonijs vel antiquiſſimi Theologi nobis teſtatur,[k] Dionyſius,[l] Clemens,[m] Tertullianus,[n] Origenes,[o] Cyprianus,[p] Baſilius,[q] Chryſoſtomus,[r] Cyrillus.

G. Nugentur licèt ac blaſphement impij: magno quidem Patres illi conſenſu commendant abrenunciationem, exorciſmos, aquam benedictam, ſacrum Chriſma, crucis ſignaculum. Ante annos bis ſexcentos ferè ſcripſit Baſilius[ſ] in hunc modum: Conſecramus aquã baptiſmatis, & oleum vnctionis, & prętereà eum qui baptiſmũ accipit.

H. Verùm de Cæremonijs, quæ Sacramentis omnibus adiunguntur, ſigillatìm admonere, vt longum eſt, ità difficile, & huic quidem inſtituto haud neceſſarium. Quin & apertè fatetur Origenes, in[t] Eccleſiaſticis huiuſmodi obſeruationibus eſſe nonnulla, quæ omnibus quidem facere neceſsè ſit, rationem autem eorum, cur ità fiant, nondùm ſatis eſſe compertam.

k Diony.c.2.eccle.hierar.
l Clem.epiſt.3.
m Tertull. de coro. milit. cap.3.
n Orig.hom.12.in Nume.
o Cypria.epiſt.70.
p Baſil de ſpiritusan.c.27.
q Chryſ.hom. de Adam & Eua.
r Cyril.Hiero Catech.1.2.3.& 4.myſtago.
ſ Baſil.ibid. Vide Rabanũ de inſtit.cler. lib.1.cap.27.28. & Iſidor.lib.2.de offic. eccleſ.cap.20. Ambro.lib.1.2.& 3. de Sacramentis.& de ijs qui myſt.initiantur. Auguſt. lib.1.de nupt. cap.20. & lib.2. cap.18.& 29. & lib 4.de Symb.ad Catechu. cap.1.
t Homil.5.in Nume. Item Diony.cap.1. & vlt.eccleſ. hierarch. & Auguſt.lib. de doctr.Chriſt.cap.9.

TESTIMONIA.

1.A. IOANNIS nono capite: Liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloë, quod interpretatur, Miſſus. Abijt ergò, & lauit: & venit videns.

2. IDEM vndecimo capite: Ieſus ergò vt vidit Mariam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit &c. Et paulò pòſt: Ieſus ergò rurſùm fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum &c. Et rursùm pòſt: Ieſus autem eleuatis ſurſùm oculis, dixit &c. Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare, veni foràs. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire.

3. ITEM vigeſimo: Hæc cùm dixiſſet, inſufflauit: & dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum.

4. LVCAE vltimo: Eduxit autem eos foràs in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis, benedixit eis.

5. MARCI ſeptimo: Et adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et appręhendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius: & ſuſpiciẽs in cælum, ingemuit, & ait illi &c.

6. ITEM octauo capite: Adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. Et appræhenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis, interrogauit eum, ſi quid videret, &c. Deindè iterùm impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre.

7. IBIDEM capite decimo: Et cõplexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

8. MATTHAEI octauo: Extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, Mundare.

9. IBIDEM decimoquarto: Acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.

10. IOANNIS quarto: Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

11. MATTHAEI decimoquinto: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

12. ESAIAE primo: Solennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

1.C. LEO Magnus epiſtola octogeſimaprima ad Dioſcorum: Non ergò patimur, vt cùm vnius nos eſſe corporis & fidei fateamur, in aliquo diſcrepemus, & alia doctoris, alia diſcipuli inſtituta videantur, Petri ſcilicet Apoſtoli, & Euangeliſtæ Marci.

Cõcordia in diuino cultu, Romę & Alexandriæ.

2. INNOCENTIVS primus ad Decentium Eugubinum epiſtola prima: Si inſtituta Eccleſiaſtica, vt à beatis Apoſtolis tradita, integra vellent ſeruare Domini ſacerdotes, nulla diuerſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus & conſecrationibus haberetur. Sed dum vnuſquiſque non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc ęſtimat eſſe tenendum, indè diuerſę in diuerſis locis vel eccleſijs aut teneri aut celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis: qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi aut eccleſias non conuenire, aut ab Apoſtolis vel ab Apoſtolicis viris cõtrarietatem inductam. Quis enim neſciat aut nõ aduertat id quod à principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari?

B. Petri inſtituta & Rom. Eccleſiæ obſeruanda.

3. CONCILIVM quartum Toletanum canone ſecundo: Vnus ordo orandi atque pſallendi à nobis per omnem Hiſpaniam atque Galliciam conſeruetur: vnus modus in Miſſarum ſolennitatibus, vnus in veſpertinis officijs, nec diuerſa ſit vltrà in nobis eccleſiaſtica conſuetudo, quia in vna fide continetur & regno.

Cõcordia in diuinis officijs celebrãdis.

4. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinem fiãt in vobis.

5. AD Philippenſes quarto: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Et paulò pòſt: De cętero fratres, quæcunque ſunt vera, quęcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunq; ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.

1.D. HIEREMIAE ſexto: Hæc dicit Dominus: State ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

2. PROVERBIORVM vigeſimoſecũdo: Nè tranſ-

tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerũt
patres tui.
3. BASILIVS de Spiritu ſancto, capite vigeſi-
moſeptimo: Dogmata quæ in Eccleſia prædican-
tur,quædam habemus è doctrina ſcripto prodita,
quædam rurſus ex Apoſtolorũ traditione in my-
ſterio, id eſt, in occulto tradita recepimus. Quo-
rum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec
his quiſquam cõtradicit, quiſquis ſanè vel tenui-
ter expertus eſt,quæ ſint iura eccleſiaſtica. Reliqua
vide ſuprà de præceptis Eccleſiæ,quæſtione ſecun-
da,A.teſtimonio ſecundo.
4. TRIDENTINVM concilium canone de-
cimotertio de Sacramentis in genere, ſeſſione ſe-
Cæremoniarũ obſeruatio præcipitur.
ptima: Si quis dixerit,receptos & approbatos Ec-
cleſiæ Catholicæ ritus,in ſolenni Sacramentorum
adminiſtratione adhiberi conſuetos,aut contẽni,
aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut
in nouos alios per quemcunque eccleſiarum pa-
ſtorem mutari poſſe,anathema ſit.
5. TERTVLLIANVS de corona militis, ca-
pite tertio: Habẽtes obſeruationem inueteratam,
quæ præueniendo ſtatum fecit &c. vt ſuprà de
præceptis Eccleſiæ,quæſtione ſecunda, A.teſtimo-
nio quinto.
6. DIONYSIVS Areopagita de Eccleſiaſtica
hierarchia, in ſingulis propè capitibus tractat
de cæremonijs in antiqua Eccleſia vſitatis. Et
primùm quidem in ſecundo capite, de cæremo-
nijs Baptiſmi: in tertio de cæremonijs circa Sacri-
ficium Miſſæ & ſacram ſynaxim obſeruari ſoli-
tis: in quarto circa conſecrationem Chriſmatis
& vnguenti: in quinto de ritu ſacrorũ ordinum:
in ſexto de conſecratione monachorum: in ſepti-
mo denique de ijs cæremonijs quæ circa mortuos
adhibentur.
E. DAMASCENVS, vt in textu.

DE CAEREMONIIS BAPTISMI.

1.F. DIONYSIVS Areopagita capite ſecundo
Baptizandus ſuſceptorem eligit.
Eccleſiaſticæ hierarchiæ: Porrò qui tam ſublimi-
um ac tam cæleſtium munerum ſacro fuerit deſi-
derio & amore captus,accedit ad aliquem ex fide-
lium numero, oratq; vt ſe ad pontificem ducat:
ſequuturum omnia quęcunque ſibi tradentur,pe-
nitùs atque ex toto animo ſpondens: precaturq;
tum vt ſe adducat, tum vt reliquæ deincèps re-
gendæ vitæ ſuæ ſuſcipiat curam. Illum, etſi ſalu-
tis eius ſacro amore ſuccenditur,celſitudinem ta-
men rei humanamq; infirmitatem metientem,
continuò horror & anguſtia difficultatis inuadit.
Poſtremò tamen facturum quod ille poſtulat,be-
nigniſſimè pollicetur. aſſumenſq; hominem ad
pontificem ducit. ille magna cum lætitia (non
Luc.15.
ſecùs quàm ouem perditam) in humeris virum
ſuſcipiens, primùm quidem ſecretiùs ex corde
gratias agit,tum in orantis quoquè habitum ſter-
nitur, adoratq; ſupplex atq; veneratur ſummum
illud beneficumq; principium, à quo & vocanda
Rom.9.
vocantur, & ſaluanda ſaluantur. Deindè ſacros
omnes gradus, vt ſibi cooperentur, ac pro ſalute
viri ſimul congaudeant,agantq; diuinæ clementię
gratias, in ſanctam eccleſiam cogit: atque initiò
quidem hymnum aliquẽ ſacris libris inſertum,
ſimul cum omnibus eccleſiæ ordinibus canit.Poſt
Interrogatio Epiſcopi.
hęc deoſculatis ſanctis altaribus,ad virum adſtan-
tem proficiſcitur, percontaturq; ab eo, quidnam
volens eò venerit. Illo autem (iuxta quod à ſuſce-
ptore ſuo fuerat edoctus) impietatem & veri bo-
ni ignorantiam accuſante, ac diuinæ vitæ opere
tam diù ſe fuiſſe deſtitutum ingemiſcente, atque
orante, vt eius ſacratiſſimo munere ac prece Deo
diuiniſq; myſterijs frui mereatur: conteſtatur ei,
Heb 6.
oportere ex integro totoq; corde accedere ad De-
um,per cuncta perfectum & immaculatum. Tum
Catechiſmus
diuinæ quoquè conuerſationis ac vitæ illi expli-
cans rationem,an ità velit deincèps viuere, ſciſci-
Manus impoſitio.
tatur.Quod vbi ille pollicitus fuerit,imponit eius
Conſignatio. Nominum inſcriptio.
capiti manum, conſignánſque illum ſacerdoti-
bus mandat, vt virum ſuſceptoremq; deſcribant.
Poſteà verò quàm illi deſcripſêre,ſacram effundit
precem,quam cùm omnis ſecum Eccleſia termi-
nauerit,diſcingit quidem ipſum ac miniſtrorum
Ad Occidentẽ conuerſio.
manibus exuit: deindè Occidentem verſùs illum
ſtatuens intendentem, manuſq; impingentem ad
eandem regionem conuerſas, inſufflare illum ter
Exorciſmus. Abrenunciatio.
Satanam iubet,ac præterea abrenunciationẽ pro-
fiteri. Et cùm poſt trinam abrenunciationis con-
teſtationem tertiò ſe ille abrenunciare profeſſus
Ad Oriẽtem conuerſio.
fuerit,ad Orientem illum traducit,aſpicientemq;
in cælum,atque intendentem manus, Chriſto, ſa-
criſq; omnibus diuinitùs traditis conſentire iu-
bet. Poſtquàm verò & hoc ille fecerit, rurſus ter
Fidei profeſſio.
illum profiteri monet. Trina verò ea confeſſione
Manuum impoſitio.
peracta, rurſùs ille orãs benedicit, eiq; manus im-
ponit. Et cùm illum miniſtri perfectè exuerint,
Inunctio cũ ſigno Crucis.
deferunt ſacerdotes ſanctum vnctionis oleum. At
verò pontifex trino crucis ſanctæ ſignaculo vn-
ctionem inchoans, inungendum iam ſacerdoti-
Fontis benedictio cũ infuſione ſacri vnguenti ad crucis formam.
bus toto corpore hominem tradit: ipſe ad ado-
ptionis matrem proficiſcitur, eiuſq; aquas ſancta
prece ac inuocatione ſanctificans, terq; in eas ad
crucis effigiem ſanctiſſimũ fundens vnguentum,
illaſq; hoc ritu perficiens,terq; ad numerum ſacræ
effuſionis carmen (quod Prophetæ Dei pleni di-
uinituſq; afflati cecinêre) pronuncians, ſemel ſci-
licet per ſingulos ſancti vnguinis iactus, iubet ad-
ferri hominem, & cùm illum eiuſq; ſuſceptorem
quiſpiam ſacerdotum ex deſcriptione celſa voce
prædicauerit,ille quidem à ſacerdotibus ſe tenen-
tibus in aquã ducitur ad pontificis manum. Pon-
tifex autem ſupernè adſtãs, cùm rurſus per aquas
Citatio nominis.
ſub pontificis manu ſacerdotes eius qui initiatur
inclamauerint nomen, ter illum pontifex mer-
Trina immerſio in aquam.
git,hac trina illius merſione & emerſione tres bea-
titudinis diuinæ perſonas inclamans. Aſſumentes
Suſceptor vel patrinus.
autem illum ſacerdotes, ſuſceptori ſuiq; acceſſus
Candida veſtis.
duci conſignãt, & vnà cum ipſo illum veſtem ba-
ptizati munditiæ congruam induunt: ſicq; indu-
Inunctio epiſcopalis poſt baptiſmum. Communio.
tum rurſùm ad pontificem ducunt. Ille diuino
ac deifico prorſùs vnguento virum ſignans, ſacra-
tiſſimæ communionis participem facit. Iſta qui-
dem veluti in ſignis,ſanctæ ac diuinæ regeneratio-
nis conſummatio eſt. Quæ profectò nihil habet in
ſe indecens, nihil vel ex ipſis carnalibus imagini-
bus fœdum: ſed adſunt illi digniſſimę intelligen-
tiæ ſigna,naturalibus & humanis ac decentiſſimis
ſpeculis informata. Subiũgit verò paulò pòſt ſin-
gularum cæremoniarum & rituum prædictorum
explicationem myſticam.
2. CLEMENS in epiſtola tertia ad vniuerſos,
de officio ſacerdotis & clericorum: Si quis ergò
fidelis voluerit exiſtere,& deſiderat baptizari,ex-
utus prioribus malis,de reliquo pro bonis actibus
hæres bonorum cæleſtium ex geſtis proprijs fiet.
Dare nomen. Catechiſmus
Accedat autem qui vult ad ſacerdotem ſuum, &
ipſi det nomen ſuum,atque ab eo audiat myſteria
regni cælorum,ieiunijs frequentibus operam im-
pendat,ac ſemetipſum in omnibus probet, vt tri-
bus menſibus iam conſummatis, in die feſto poſ-
Baptiſmus in nomine Trinitatis. Inunctio.
ſit baptizari. Baptizetur autem vnuſquiſque in
aquis perennibus,nomine Trinæ beatitudinis in-
uocato ſuper ſe,perunctus primò oleo per oratio-
nem ſanctificato,vt ità demùm per hæc conſecra-
tus,poſſit percipere locum cum ſanctis.
3. TERTVLLIANVS de corona militis, ca-
Abrenunciatio.
pite tertio: Aquam adituri,ibidèm,ſed & aliquan-
to priùs in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſta-
Immerſio triplex.
mur nos renunciare diabolo,& põpæ,& angelis
eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid re-
ſpondentes, quàm Dominus in Euangelio deter-
minauit. Indè ſuſcepti,lactis & mellis cõcordiam
prægustamus.
4. ORIGENES homilia duodecima in Nu-
meros: Recordetur vnuſquiſque fidelium, cùm
primùm

Abrenunciatio.

primùm venit ad aquas baptiſmi, cùm ſignacula fidei prima ſuſcepit, & ad fontem ſalutaris acceſſit, quibus ibi tunc vſus ſit verbis, & quid renunciauerit diabolo; non ſe vſurum pompis eius, neque operibus eius, neque vllis omninò ſeruitijs eius ac voluptatibus pariturum.

lib.1.epiſt.12. — Aquæ ſanctificatio. — Fidei profeſſio. — Inunctio poſt baptiſmum.

5. CYPRIANVS epiſtola ſeptuageſima ad Ianuarium & cæteros: Oportet verò mundari & ſanctificari aquam priùs à ſacerdote, vt poſſit baptiſmo ſuo peccata hominis qui baptizatur, abluere. Et paulò pòſt: Sed & ipſa interrogatio quæ fit in Baptiſmo, teſtis eſt veritatis. Nam cùm dicimus, Credis in vitã æternam, & remiſſionem peccatorum per ſanctam Eccleſiam? intelligimus remiſſionem peccatorum non niſi in Eccleſia dari. Vngi quoquè neceſsè eſt eum, qui baptizatus ſit, &c.

Aquæ ſanctificatio & olei. — Inunctio. — Trina immerſio. — Abrenunciatio.

6. BASILIVS de Spiritu ſancto, capite viceſimoſeptimo: Conſecramus autem aquam Baptiſmatis, & oleum vnctionis, prætereà ipſum qui Baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nónne à tacita ſecretáq; traditione? Ipſam porrò olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit? Iam ter immergi hominem, vndè eſt traditum? Reliqua item, quæ fiunt in Baptiſmo, veluti renunciare Satanæ & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? Nónne ex priuata & arcana hac traditione? Nónne ex doctrina quam patres noſtri in ſilentio, quod curioſos & ocioſos ſubmouet, ſeruârunt?

Exorciſmus. — Pſal.67. — Epheſ.4.

7. CHRYSOSTOMVS in homilia de Adam & Eua: Illud etiam quod circa baptizãdos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue iuuenes, vniformiter agit, non ocioſo contemplemur intuitu: Quòd cùm ad regenerationis veniũt Sacramentum, non priùs fontem vitæ ingrediuntur, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, & deincèps vaſa eius eripiantur, in poſſeſſionem tranſlata illius victoris, qui captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Versùs Occidẽtem fit renunciatio. — Ad Oriẽtem conuerſio. — Profeſſio fidei.

8. CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi prima myſtagogica: Primùm ingreſſi eſtis in porticum domus baptiſterij, & ſtantes versùs Occidentem, mandari vobis audiſtis, vt protenſa manu, tanquàm præſenti Satanæ renunciaretis. Veruntamen audis, quòd nutu manus, tanquàm ad præſentem dicitur: Renuncio tibi Satana. Doceris mox & alteram renunciationis partem addere, Et omnibus tuis operibus. Poſteà dicis, Et omni pompæ illius. Dicis prætereà, Et omni tuo cultui. Cùm itaque Satanæ renunciaueris, & omne cum illo pactũ reſcideris, aperitur tibi paradiſus Dei, quem ipſe ad Orientẽ plantauit. Et huius rei ſymbolum eſt, cùm ab occaſu conuerteris ad ortum, quæ lucis eſt regio. Tum admonebaris vt diceres: Credo in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & in baptiſma pœnitentiæ. Et hæc quidem in exteriori domo geſta ſunt: in ſequentibus verò myſticis inſtructionibus, in ſancta ſanctorum ingrediemur.

Inunctio. — Vis exorciſmi & inſufflationis. — Olei exorcizati virtus.

9. IDEM Catecheſi ſecunda myſtagogica: Statìm igitur, vt ingreſſi eſtis, veſtem exuiſtis: Deindè verò iam exuti, exorcizato oleo à ſummis capillis ad infimos vſque peruncti eſtis, & participes effecti fructiferæ illius oleæ Ieſu Chriſti. Illud ergò exorcizatum oleum, ſymbolum eſt pinguedinis Chriſti nobiſcum communicatæ, & quòd omne veſtigium diabolicæ operationis in nobis deletum ſit. Nam vt inſufflationes ſanctorum & nominis Dei inuocatio, tanquàm vehementiſſima quædam flamma vrit dæmones, & in fugam conuertit: ſic & exorcizatum hoc oleum per orationem Deiq; inuocationem, tantam virtutem conſequitur, vt non modò ardentia peccatorum veſtigia expurget, verumetiam omnes inuiſibiles dæmones repellat. Poſteà deducebamini ad ſanctum diuini Baptiſmi lauacrum: atque tũc vnuſquiſque interrogabatur, an crederet in nomen Patris, & Filij, & Spiritusſancti: & confeſſi eſtis ſalutarem confeſſionem, & merſi ter in aqua, rursùs emerſiſtis.

Profeſſio fidei. — Trina immerſio.

Chriſmatis inunctio poſt baptiſmum. — Eſa.61. — Luc.4. — Trãſſubſtantiatio. — Chriſmatis dignitas & virtus. — Frontis inunctio. — Aurium. — Eſa.50. — Matth.13. — Narium. — 2.Cor.2. — Pectoris. — Matth.4. — Philip.4.

10. ITEM Catecheſi tertia myſtagogica: Nobis poſtquàm ex aquis ſacri lauacri aſcendimus, datum eſt chriſma, quod imaginem gerit illius, quo vnctus eſt Chriſtus. De quo & beatus Eſaias in ſua prophetia, ex perſona Domini locutus eſt: Spiritus Domini ſuper me, quapropter vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me. Cæterùm vide, nè illud eſſe putes vnguentum tantùm. Quemadmodùm enim panis Euchariſtiæ, poſt ſancti ſpiritus inuocationem, nõ ampliùs eſt panis communis, ſed eſt Corpus Chriſti: ſic & ſanctum hoc vnguentum non ampliùs eſt vnguentum nudum, neque (ſi quis ità appellare malit) commune, poſtquàm iam cõſecratum eſt: ſed eſt Chariſma Chriſti, quod aduentu ſpiritus ſancti, per ipſius diuinitatem, energiam habet. Quo frons & alij ſenſus corporis tui ſymbolicè inungũtur, & corpus quidem iſto viſibili vnguento perungitur, anima verò ſancto viuificóq; ſpiritu ſanctificatur. Ac primùm quidem fronti illinitur, vt eum abſtergat à vobis pudorem, quem primus homo tranſgreſſor perpetuò circunferebat: ſimulq; efficiat, vt poſſitis vultu non velato gloriam Domini intueri. Deindè verò aures vnguntur, vt ad audiendum diuina myſteria aures accipiatis, de quibus dicebat Eſaias: Et addidit mihi Dominus aures ad audiendum. Et Dominus in Euangelio: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Poſteà nares: Vt diuinum recipientes vnguentum, dicatis: Chriſti gratus odor eſt Deo in his qui ſaluantur. Tum verò & pectus inungitur: vt induti thoracem iuſtitiæ, fortiter aduersùs inſultus diaboli conſiſtatis. Vt enim ſaluator poſt Baptiſmum, & illũ ſancti ſpiritus aduentum, egreſſus in prælium deuicit aduerſarium: ſic & vos poſt ſacrũ baptiſma & Chriſma myſticum, induti armis ſancti ſpiritus, aduersùs oppoſitam vobis poteſtatem conſiſtitis, & præliamini, dicentes: Omnia poſſum in eo qui me confortat, Chriſto, &c.

Candida veſtis.

11. DENIQVE Catecheſi quarta myſtagogica: Exutis veſtibus antiquis, & ijs quę ſunt ſecundùm ſpiritum albæ indutis, perpetuò iam in albis incedere oportet. Non hoc ideò dicimus, quaſi alba te ſemper veſtimenta habere ſit neceſsè, ſed quòd his quæ verè alba, ſplendida & ſpiritalia ſunt, veſtiri te oporteat.

1.G. BASILIVS de Spiritu ſancto, capite viceſimoſeptimo, vt paulò ante, F. teſtimonio ſexto.

Ordo catechizandi. — Abrenunciatio. — Epheſ.4. — Tit.2. — Profeſſio fidei. — Epheſ.4.

2. RABANVS Maurus Moguntinenſis archiepiſcopus libro primo de inſtitutione clericorum, capite vigeſimoſeptimo: Catechizandi ordo hic eſt: Primùm interrogatur paganus, ſi abrenunciat diabolo & omnibus damnoſis eius operibus, atque fallacibus pompis: vt primùm reſpuat errorem, & ſic appropinquet ad veritatem, poſſitq; iuxta Apoſtolum, deponere veterem hominem ſecundùm priſtinã conuerſationem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, abnegans impietatem & ſecularia deſideria: Deindè apoſtolicæ fidei oſtenditur ei ſymbolum, & exquiritur ab eo, ſi credat in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, & in Spiritum ſanctum, vnum Deum in Trinitate & Vnitate: ſi confiteatur vnam eſſe ſanctam Eccleſiam Catholicam, & ſi credat remiſſionem peccatorum, & carnis reſurrectionem. Hæc ergò omnia ſi ſe verè profitetur credere, iam incipit per fidem induere nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis: quo tamen plenè induitur, quando per Baptiſmi lauacrum regeneratur. At poſtquàm

ſe per

Digitized by Google

ſe per cõfeſſionem veræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per abrenunciationem à prioris poſſeſſoris ſe alienauerit ſeruitio, exſufflatur ab eo ſæua poteſtas, vt per pium ſacerdotis miniſterium ſpiritui ſancto cedat fugiēs ſpiritus malignus: ſignatúrque in ſe homo ſignaculo crucis tam in fronte, quàm in corde, vt ipſe apoſtata diabolus, in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignum, iam ſibi deincèps ſciat illud eſſe alienum. Exindè iam dicũtur ſuper eum orationes, vt fiat catechumenus. Tunc datur ei ſal benedictum in os, vt per ſal typicum, ſapientiæ ſale condítus, fœtore careat iniquitatis, & nec à vermibus peccatorum vltrà putrefiat, ſed magìs illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Dehinc iterùm exorcizatur diabolus, vt ſuam nequitiam agnoſcens, & iuſtum ſuper ſe iudicium Dei timens, recedat ab homine, nec iam cõtendat eum arte ſua ſubuertere, nè Baptiſmum cõſequatur, ſed magìs honorē Deo creatori ſuo exhibens, reddat opus factori ſuo. Poſteà tanguntur ei nares & aures cum ſaliua, & dicitur ei illud verbum Euangelicum, quod Ieſus, quando ſurdum & mutum ſanauit, tangens cum ſputo linguam eius, & mittens digitos ſuos in auriculas eius, dixit, Epheta: quod eſt, adaperire. Hoc enim Sacramentum hîc agitur, vt per ſaliuam typicam ſacerdotis & tactum, ſapiētia & virtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei, vt aperiantur illi & aures ad audiendum mandata Dei, ſenſúq; intimo cordis reponendum. Deindè benedictione ſacerdotali munitur, vt ad ſacrum Baptiſmum cum fide accepta cuſtodiatur. Vngetur illius tunc pectus de oleo ſanctificato cum inuocatione ſanctæ Trinitatis, vt nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſideant, ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngetur & inter ſcapulas de eodem oleo, vt vndiquè muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gloriam roboretur.

Exſufflatio. Conſignatio. Sal benedictum. Exorciſmus. Narium & aurium attactus cum ſaliua. Mar. 7. Olei ſanctificati inunctio in pectore & inter ſcapulas.

3. ET capite vigeſimooctauo: Poſt hæc conſecratur fons, & ad ipſum baptiſmum catechumenus accedit, & ſic in nomine ſanctæ Trinitatis trina ſubmerſione baptizatur. Et rectè homo, qui ad imaginem ſanctæ Trinitatis conditus eſt, per inuocationem ſanctæ Trinitatis ad eandem renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccati, id eſt, conſenſu cecidit in mortem, tertiò eleuatus de fonte, per gratiam reſurget ad vitam. Poteſt & hęc trina merſio triduanam Domini ſepulturam ſignificare, maximè cùm dicit Apoſtolus: Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte, vt quomodò ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, itá & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. & reliqua. Oportet ergò cum inuocatione ſanctæ Trinitatis ſub trina merſione baptiſmum confici, vt ſecundùm perſonarum differentiam myſterium baptiſmi celebretur, & ſecundùm vnitatem ſubſtantiæ, vnum baptiſma fiat. vndè dicit Apoſtolus: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. & reliqua. Poſtq̃ enim aſcenderit baptizatus de fonte, ſtatìm ſignatur in cerebro à presbytero cum ſacro chriſmate, ſequente ſimul & oratione, vt regni Chriſti particeps fiat, & à Chriſto Chriſtianus poſſit vocari. Scriptum eſt in Euangelio ità: Baptizatus autem Ieſus, cõfeſtim aſcendit de aqua, & eccè aperti ſunt cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam & venientem ſupra ſe. Benè quidem baptiſmo continuatur chriſmatis vnctio: quia ſpiritus ſanctus, qui per illud chriſma ſuæ virtutis admixtione ſanctificat credentes, baptizato Ieſu, ſtatìm ſuper illum in columbæ ſpecie deſcendit: cuius videlicet typum præferebat columba illa, quæ in diluuio ad arcam reportauit ramum oliuæ virentibus folijs, ſignificans vtiquè quòd ſpiritus ſanctus per chriſmatis vnctionē in baptiſmate virorem confert fidelibus cæleſtis gratiæ.

Conſecratio fontis. Cur in nomine S. Trinitatis baptizetur trina merſione. Rom. 6. Epheſ. 4. Vnctio in vertice, quid deſignet. Matth. 3. Geneſ. 8.

4. ISIDORVS Hiſpalenſis epiſcopus libro ſecundo de officijs eccleſiaſticis, capite vigeſimo: Exorcizantur autem catechumeni primùm, deindè ſalem accipiunt, & vnguntur. Exorciſmus autem ſermo increpationis eſt contra immundum ſpiritũ in energumenis ſiue catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequiſſima virtus, & inueterata malitia vel violenta incurſio, expulſa fugetur. Quod ſignificabat lunaticus ille, quem increpauit Dominus Ieſus, & exijt ab illo dæmonium. Poteſtas autem diaboli exorcizatur, & inſufflatur in eis, vt ei renuncient, atque eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui Domini per Sacramentum baptiſmatis transferãtur. Quod quia paruuli per ſe renunciare non poſſunt, per corda & ora geſtantium adimpleatur. Sal autem in miniſterio catechumenis dandus, à patribus ideò eſt inſtitutus, vt eius guſtu condimentum ſapientiæ percipiant, neque deſipiant à ſapore Chriſti: nec ſint fatui, & retrò reſpiciant ſicut vxor Loth.

Exorciſmus quid. Matth. 17. Paruuli per ora geſtantiũ renunciant. Sal cur adhibeatur. Gen. 19.

5. AMBROSIVS libro primo de Sacramentis, capite primo: Ergò quid egimus ſabbato? Nempe apertionem: quæ myſteria celebrata ſunt apertionis, quando tibi aures tetigit ſacerdos & nares. Quod ſignificat in Euangelio Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm ei oblatus eſſet ſurdus & mutus, & tetigit aures eius, & os eius. Aures, quia ſurdus erat: os, quia mutus. Et ait: Effeta, quod Hebraicum verbum eſt, & Latinè dicitur, adaperire. Ideò ergò tibi ſacerdos aures tetigit, vt aperirentur aures tuę ad ſermonem, & ad eloquium ſacerdotis. Nares, vt bonum odorem accipias pietatis æternæ, & ſit in te fidei deuotioniſq; plena fragrantia. DEINDE CAPITE SECVNDO: Venimus ad fontem, ingreſſus es. Occurrit tibi Leuita: occurrit presbyter: vnctus es quaſi athleta Chriſti. Quando te interrogauit, Abrenuncias diabolo & operibus eius? quid reſpondiſti? Abrenuncio. Abrenuncias ſeculo & voluptatibus eius? quid reſpondiſti? Abrenuncio. Memor eſto ſermonis tui &c. CAPITE TERTIO: Deindè acceſſiſti propiùs, vidiſti fontem, vidiſti & ſacerdotē ſupra fontem. ET CAPITE QVINTO: Forma Baptiſmatis & vſus hoc habet, vt antè fons conſecretur, & tunc deſcendat qui baptizandus eſt. Nam vbi primùm ingreditur ſacerdos, exorciſmum facit, ſecundò ſuper creaturam aquæ inuocationem, poſteà & precem defert, vt ſanctificetur fons, & adſit præſentia Trinitatis æternæ.

Aurium & narium attactus. Mar. 7. Inunctio. Abrenunciatio. Fontis conſecratio. Exorciſmus.

7. IDEM libro ſecundo de Sacramentis, capite quinto: Venit ſacerdos, precem dicit ad fontem, inuocat Patris nomē, præſentiam Filij & Spiritus ſancti, vtitur verbis cæleſtibus. Cæleſtia verba quæ ſunt? quòd baptizemur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ET capite ſeptimo: Interrogatus es, Credis in Deum Patrem omnipotem? Dixiſti, Credo. & merſiſti, hoc eſt, ſepultus es. Iterùm interrogatus es, Credis in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & in crucem eius? Dixiſti, Credo. & merſiſti. Tertiò interrogatus es, Credis & in Spiritum ſanctum? Dixiſti, Credo. tertiò merſiſti. Ergò merſiſti, veniſti ad ſacerdotem, quid tibi dixit? Deus, inquit, Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, conceſſitq; tibi peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam.

Forma baptiſmi. Fidei profeſſio. Inunctio poſt baptiſmum qua verborũ forma fiat, & in qua parte.

7. PRAETEREA libro tertio de Sacramentis, capite primo: Accipis autem myſterium, hoc eſt, vnguentum ſupra caput. Aſcendiſti de fonte, quid ſecutum eſt? Audiſti lectionem, ſuccinctus eſt ſummus ſacerdos. Licèt enim & presbyteri fecerint, tamen exordium miniſterij à ſummo eſt

Digitized by Google

ſacerdote. Succinctus inquam ſummus ſacerdos, pedes tibi lauit. Non ignoramus quòd Eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur & formam. Vide ergò nè fortè propter multitudinem declinauit. ET ſecũdo capite: Sequitur ſpiritale ſignaculum, quia poſt fontẽ ſupereſt, vt perfectio fiat &c. Poſt hæc quid ſequitur? venire habes ad altare &c.

Lotio pedum in Eccleſia Mediolanen.

8. IDEM in libro de ijs qui myſterijs initiãtur, capite primo: Aperite aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere Sacramentorum carpite: quod vobis ſignificauimus, cùm apertionis celebrantes myſterium, diceremus: Effeta, quod eſt, Adaperire. Hoc myſterium celebrauit Chriſtus in Euangelio, ſicut legimus, cùm mutum curaret & ſurdum. CAPITE SECVNDO: Poſt hęc reſerata tibi ſunt ſancta ſanctorum: ingreſſus es regenerationis ſacrarium. Repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renunciãſti diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius ac voluptatibus. Vidiſti illic Leuitam, vidiſti ſacerdotem, vidiſti ſummum ſacerdotem. Ingreſſus vt aduerſarium tuum cerneres, cui renunciandum mox putares, ad Orientem conuerteris. Qui enim renunciat Diabolo, ad Chriſtum conuertitur, illum directo cernit obtutu. DEINDE CAPITE TERTIO: Aqua ſine prædicatione Dominicæ crucis, ad nullos vſus futuræ ſalutis eſt. Cùm verò ſalutaris fuerit crucis myſterio conſecrata, tunc ad vſum ſpiritalis lauacri & ſalutaris poculi tẽperatur. CAPITE SEXTO: Poſt hæc vtiquè aſcendiſti ad ſacerdotem: conſidera quid ſecutum ſit. Nónne illud quod ait Dauid: Sicut vnguentum in capite? Omnes enim in regnum Dei & in ſacerdotium vngimur gratia ſpiritali. Aſcendiſti de fonte, memento euangelicæ lectionis. Etenim Dominus noſter Ieſus in Euangelio lauit pedes diſcipulis ſuis &c. CAPITE SEPTIMO: Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium quòd exuẽris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina. Et in fine capitis: Repete quia accepiſti ſignaculum ſpiritale, ſpiritum ſapientiæ & intellectus &c. DENIQVE CAPITE OCTAVO: His abluta plebs diues inſignibus, ad Chriſti contendit altaria &c.

Aurium attactus. Mar.7. Abrenunciatio. Ad Oriẽtem conuerſio. Aquæ baptiſmalis benedictio. Inunctio. Pſal.132. Ioan.13. Lotio pedũ. Candida veſtimenta. Cõfirmatio. Eſaiæ 11. Communio.

9. AVGVSTINVS libro primo de nuptijs & concupiſcentia, capite vigeſimo: In veritate, non in falſitate, poteſtas diabolica exorcizatur in paruulis; eiq́ renunciant, quia per ſua non poſſunt, per corda & ora geſtantium, vt eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui Domini transferãtur. Quid ergò in eis eſt, per quod in poteſtate diaboli teneantur, donèc eruantur indè per Sacramentum Baptiſmatis Chriſti, quid eſt, niſi peccatum?

Exorciſmus quid facit in paruulis.

10. IDEM libro ſecundo de nuptijs & concupiſcentia, capite decimooctauo: Accuſat (Iulianus) Eccleſiam toto orbe diffuſam, in qua vbiq́ omnes baptizandi infantuli non ob aliud exufflantur, niſi vt ab eis princeps mũdi mittatur forás, à quo neceſſè eſt vaſa iræ poſſideantur.

Cur exufflantur in toto orbe paruuli baptizandi.

11. ET capite viceſimonono: Neque enim ex quo eſſe cœpit Manichæi peſtilentioſa doctrina, ex illo cœperũt in Eccleſia Dei, paruuli baptizandi exorcizari & exufflari, vt ipſis myſterijs oſtenderetur nõ eos in regnum Chriſti, niſi erutos à tenebrarum poteſtate trãsferri. Et infrà: Hos (Ambroſium & Cyprianum intelligit) iſte audeat dicere Manichæos, & antiquiſſimam Eccleſiæ traditionem iſto nefario crimine aſpergat, qua exorcizantur & exufflantur paruuli, vt in regnum Chriſti à poteſtate tenebrarum, hoc eſt, diaboli & angelorum eius eruti transferantur.

Exorciſmus & exufflatio paruulorum, antiquiſſima Eccleſiæ traditio.

12. ITEM libro quarto de Symbolo ad Catechumenos capite primo, alloquens catechumenos: Omnia ſacramenta quæ acta ſunt & aguntur in vobis per miniſterium ſeruorum Dei, exorciſmis, orationibus, canticis ſpiritalibus, inſufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicum, humilitate pedum, pauor ipſe omni ſecuritate appetendus: hęc omnia, vt dixi, eſcæ ſunt, quæ vos reficiunt in vtero, vt renatos ex baptiſmo, hilares vos mater exhibeat Chriſto. Accepiſtis & Symbolum, protectionem parturientis contra venena ſerpentis.

Exorciſmi. Orationes. Inſufflatiões. Cilicium. Inclinatio. Symbolum.

1. H. ORIGENES homilia quinta in librum Numerorum: Sed & in Eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla huiuſmodi, quæ omnibus quidem facere neceſsè eſt, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quòd (verbi gratia) genua flectimus orantes, & quòd ex omnibus cæli plagis ad ſolam Orientis partem cõuerſi orationem fundimus, non facilè cuiquam puto ratione compertum. Sed & Euchariſtiæ ſiue percipiendæ, ſiue eo ritu quo geritur explicandæ, vel eorum quæ geruntur in baptiſmo verborum, geſtorumq́, & ordinum atque interrogationum ac reſponſionum, quis facilè explicet rationem? Et tamen omnia hęc operta & velata portamus ſuper humeros noſtros, cùm ità implemus ea & exequimur, vt à magno pontifice atque eius filijs tradita & commendata ſuſcepimus. Cuncta hæc ergò & horum ſimilia congerimus, nec tamen eorum aſſequimur rationem: leuamus humeris noſtris, & portamus adoperta & obtecta diuina myſteria: Niſi quis ſit inter nos Aaron aut filius Aaron, quibus iſta conceditur nuda & reuelata perſpicere. Ita tamẽ conceditur, vt ſciant ſibi velanda hæc & operienda, vbi cęteris dari ea, & in opus proferri ratio popoſcerit.

Ratio multarum cæremoniarũ obſcura eſt.

2. DIONYSIVS Areopagita de Eccleſiaſtica hierarchia capite primo: Neceſſariò itaque primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces, cũ ex ſumma ſuperſubſtantialiq́ deitate ipſi ſancti muneris plenitudinem percepiſſent, & idipſum deincèps proferre & propagare à diuina bonitate miſſi eſſent, ipſiq́ (vt qui tranſiſſent in Deum) poſteros ad diuina prouehere affatìm cuperent, viſibilibus ſignis cæleſtia Sacramenta texerunt, varietateq́ ac multitudine quod vnicum eſt collectum, tradiderunt: & in humanis imaginibus res diuinas, materialibusq́ figuris ſpiritualium maieſtatem, atque in ijs quę nobis ſunt familiaria, ſumma illa & ſuperſubſtantialia partìm ſcriptis, partìm non ſcriptis inſtitutionibus ſuis (iuxta quod ſacræ definiunt leges) nobis tradiderunt: non modò profanæ multitudinis cauſa, cui ne ipſa quidem fas eſt ſigna contingere, verùm ob id quoquè, quòd hæc noſtra ſacratiſſima functio ſignificatiua eſt, plenaq́ (vt dixi) ſignis pro modo & ratione captus noſtri, indigetq́ viſibilibus figuris, quibus veluti adminiculis ad eorum auguſtiorem intelligentiam ſubuehamur.

Apoſtoli cur ſignis viſibilibus & externis cæremonijs vſi.

3. IBIDEM capite vltimo: Plurima ex his quę ignoramus, cauſas habent digniſſimas, nobis quidem ignoratas, verùm præſtantioribus ordinibus cognitas. Complura item ſummas illas altiſſimáſque ſubſtantias latent: ſoliq́ ſapientiſſimæ, ac ſapientiæ doctori, diuinitati nota ſunt.

Multarũ cæremoniarum & rituum ſignificatio nobis obſcura.

4. AVGVSTINVS libro tertio de Doctrina Chriſtiana, capite nono: Sub ſigno ſeruit, qui operatur aut veneratur aliquã rem ſignificantem, neſciens quid ſignificet: qui verò aut operatur, aut veneratur vtile ſignũ diuinitùs inſtitutum, cuius vim ſignificationemq́ intelligit, non hoc veneratur quod videtur & trãſit, ſed illud potiùs, quò talia cuncta referenda ſunt. Qui autem nõ intelligit quid ſignificet ſignum, & tamen ſignum eſſe intelligit, nec ipſe premitur ſeruitute. Melius eſt autem vel premi incognitis, ſed vtilibus ſignis, quàm inutiliter ea interpretãdo, à iugo ſeruitutis eductam ceruicem laqueis erroris inſerere.

Signorum ignotorum veneratio.

DE

Digitized by Google

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Baptiſmus, & an cunctis neceſſarius?

EST hoc nouæ legis primum & maximè neceſſarium Sacramentum, in ablutione corporis exteriore, & legitima verborum enunciatione, iuxta Christi inſtitutionem, conſiſtens.

Act.2.f Mat.16.d Ioan.3.c 4.a Tit.3.b Matth.28.d Epheſ.5.f 1.Pet.3.b

B. Neceſſarium inquam Sacramentum, non ſolùm [a] adultis, ſed etiam [b] paruulis, ac ſimul eis efficax ad ſalutem æternam conſequendam. Naſcuntur omnes iræ [c] filij: opus igitur habent etiam paruuli emundatione peccati, nec poſſunt abſque [d] hoc Sacramento mũdari, & in filios Dei regenerari. Nam & generatìm Legiſlator edixit: [e] *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Alibi verò: [f] *Non eſt voluntas ante Patrem, qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Perirent [g] autem non baptizati etiam paruuli, ſicut olim in Synagoga Hebræorum pueri [h] incircuncisi.

a Triden.ſeſſ.6.cap.4.& ſeſſ.7.can.5.de baptiſmo. Auguſt.tract.13.in Ioan. Ambroſ.de myſter.init.cap.4. Clem.epiſt.4. ad Iulium.
b Concil.Latera.can.1.& Mileuit.can.2. Dionyſ.Eccleſ.hierar.cap.7. Cyprian. epiſt.59. Chryſoſt.hom.de Adam & Eua.
c Epheſ.2.a Trident.ſeſſ.5.
d Auguſt. epiſt.28.& lib.3. de anima & eius orig.cap.9. Item lib.1.de pec.mer. cap.23.
e Ioan.3.b Auguſtin.lib.3. de pec.mer. cap.4.& 12.
f Matth.18.b Bernard.ſerm.66.in cantic.& epiſt.140. ad Hildefonſ.
g Aug.de nupt.& concup.lib.1. c.20.& lib.2.c.17. Item ſer.14.de verb.Apoſt.
h Geneſis 17.b

C. Iam cùm ſit vnum [i] Baptiſma Christi fidelium, hoc ſemel acceptum, nefariũ eſt [k] prorſus iterare, quicquid demùm prætexant iam olim [l] damnati Anabaptiſtæ: Cum Synodo Conſtantinopolitana dicendum eſt: Confiteor [m] vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et cum Auguſtino: [n] Rebaptizare hæreticum hominem, omninò peccatum eſt: rebaptizare autem Catholicum, immaniſſimum ſcelus eſt: quod idcircò Cæſareis etiam [o] legibus prohibetur.

i Epheſ.4.a Baſil.de Spir.ſanc. cap.15. Alcimus Auitus lib.4.cap.18.
k Hebr.6.a Clemens conſtitut. apoſt. lib.6.cap.15. Damaſc.lib.4.cap.10.
l in Concil. Cartha.1. can.1. & Viennen. Trident. ſeſſ.7. can.9. de Sacrament. & 13.de Baptiſ. Auguſt. tract.11.in Ioann. Beda in 3.cap.Ioan.
m In Symbolo fidei.
n Epiſt.103 & in lib.de vnico bapt.contra Petil.cap.13. Leo epiſt.79.ad Nicetam, cap.7.& 37.ad Leonem Rauen.
o C.lib.1. Nè ſanctum bapt.iteret.

TESTIMONIA.

1. A. ACTORVM ſecundo: Petrus verò ad illos, Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũm in nomine Ieſu Christi, in remiſſionem peccatorum veſtrorum: & accipietis donum ſpiritus ſancti.

2. MARCI decimoſexto capite: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

3. IOANNIS tertio: Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.

4. ET capite quarto: Quanquàm Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius.

5. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Christum ſaluatorẽ noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

6. MATTHAEI vigeſimooctauo: Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis.

7. AD Epheſios quinto: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.

8. PRIORIS Petri tertio capite: In arca pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquã. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

1. B. CONCILIVM Tridẽtinum ſeſſione ſexta, capite quarto: Iuſtificatio eſt tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatũ, ſine lauacro regenerationis aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit &c. Ioan.3.

Iuſtificatio non fit ſine baptiſmo aut eius voto.

2. ITEM ſeſſione ſeptima, canone quinto de Baptiſmo: Si quis dixerit Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.

Baptiſmus neceſſarius ad ſalutem.

3. AVGVSTINVS tractatu decimotertio in Ioannem: Quantumcunque catechumenus proficiat, adhuc ſarcinam iniquitatis ſuæ portat: non illi dimittitur, niſi cùm venerit ad Baptiſmum.

Baptiſmi neceſſitas.

4. AMBROSIVS in libro de ijs qui myſterijs initiantur, capite quarto: Credit catechumenus in crucem Domini Ieſu, qua & ipſe ſignatur: ſed niſi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, remiſſionem non poteſt accipere peccatorum, nec ſpiritalis gratię munus haurire.

5. CLEMENS epiſtola quarta ad Iulium & Iulianum: Nec putetis, quòd etiam ſi omnem pietatem colatis, omnemq́ue iuſtitiam, baptiſmum verò non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud Deum: immò maiori pœna digni eritis, qui bona opera non benè operati eſtis. Confertur enim meritum homini ex bonis geſtis, ſed ſi ità gerantur, ſicut Deus iubet. Deus autem iuſſit omnem colentem ſe, Baptiſmo conſignari. Quod ſi vos renueritis, vt veſtrę voluntati magis, quàm Dei obtemperetis, contrarij ſine dubio & inimici eſtis voluntati eius. Sed dicitis fortaſsè: Quid confert aquæ baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundò, quia regenerato ex aquis & Deo renato, fragilitas prio-

Quàm neceſſarius baptiſmus.

Matth.28. Ioan.3.

Digitized by Google

ris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta eſt, amputatur, & ità demùm peruenire poteritis ad ſalutem. Aliter impoſſibile eſt. Sic enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt, dicens: Amen amen dico vobis, niſi quis denuò renatus fuerit ex aqua viua, nō introibit in regnum cælorum. Et ideò accelerate. Eſt enim in aquis iſtis miſericordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas: & agnoſcit eos, qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi donum quoddam offerens Deo animas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergò ad aquas iſtas: ſolæ ſunt enim quæ poſſint vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere, conſtat, in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipſo prohiberi ad aquas properare, quæ ſalutem conferunt. Siue enim iuſtus, ſiue ſit iniuſtus, baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt: Iuſto quidem, vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: iniuſto verò, vt peccatorum quę geſſit, remiſſio concedatur.

Ioan. 3.

Paruulis & adultis neceſſarius Baptiſmus.

6. CONCILIVM Lateranenſe magnum ſub Innocentio tertio, canone primo: Sacramentum Baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ à quocunque ritè collatum, proficit ad ſalutem &c.

Paruuli baptizādi propter peccatū Originale.

7. CONCILIVM Mileuitanum canone ſecundo: Item placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum, baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vndè fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum, non verè, ſed falsè intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodùm Eccleſia catholica, vbiquè diffuſa ſemper intellexit: propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerūt, ideò in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerūt. Eundem canonem repetiuit Concilium Tridentinum ſeſſione quinta.

Rom. 5.

Apoſtoli voluerunt paruulos baptizari.

8. DIONYSIVS Areopagita de eccleſiaſtica hierarchia capite ſeptimo: Verùm ea de re iſta quoque dicimus, quæ ſancti præceptores noſtri ex priſtina traditione edocti, ad nos deriuàrunt. Aiunt enim quod eſt veriſſimum, infantes (ſi ſancta lege formentur) ad ſacrum peruehendos habitum, omni errore liberos & vitę exortes impuræ. Iſtud cùm pijſſimis ducibus noſtris in mētem veniſſet, viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant pręclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub patre diuino, ſanctæq; ſalutis alumno. Hunc itaque præſul ſpondentem, puerum iuxta ſanctam educaturum vitam, requirit vt abrenunciationem profiteatur, fidemq; confiteatur: non (vt illi ridētes aiunt) alium pro alio imbuit ſacris. Neque enim hoc ille ait, Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor. ſed ità puer renunciat & profitetur, id eſt, ſpondeo puerum inducturum, cùm ad ſacram intelligentiam venerit, ſedulis adhortationibus meis, vt abrenunciet contrarijs omninò, profiteaturq; & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur (vt reor) indignum eſt, ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur, ſanctum habens præceptorem, qui illi diuinarum rerum habitum tradat, malorumq; ſeruet immunem.

Patrinus ſeu ſuſceptor & ſponſor paruuli.

Quomodò puer per ſuſceptorem abrenunciat & fidem profitetur.

lib. 3. epiſt. 8.

9. CYPRIANVS epiſtola quinquageſima nona ad Fidum: Quātùm verò ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem quo nati ſint conſtitutos baptizari nō oportere, & conſiderandam eſſe legem circunciſionis antiquæ, vt intra octauum diem eum qui natus eſt baptizandum & ſanctificandum non putares, longè aliud in Concilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim, quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potiùs iudicauimus nulli hominum nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat, Filius hominis nō venit animas hominum perdere, ſed ſaluare: quātùm in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt. Et paulò pòſt: Deus vt perſonam nō accipit, ſic nec ætatem, cùm ſe omnibus ad cæleſtis gratiæ conſecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Quòd autem in Iudaica circunciſione carnali octauus dies obſeruabatur, ſacramentum eſt in vmbra atque in imagine antè pręmiſſum, ſed veniente Chriſto veritate completum. Quæ imago ceſſauit ſuperueniente poſtmodùm veritate, & data nobis ſpiritali circunciſione. Propter quod neminem putamus à gratia conſequenda impediendum eſſe ea lege, quæ iam ſtatuta eſt, nec ſpiritalem circunciſionem impediri carnali circunciſione debere, ſed omnem omninò hominem admittendum eſſe ad gratiam Chriſti, quādo & Petrus in Actibus Apoſtolorum loquatur & dicat: Dominus mihi dixit, neminem communem dicendum & immūdum. Cæterùm ſi homines impedire aliquid ad conſecutionem gratiæ poſſet, magìs adultos & prouectos & maiores natu poſſent impedire peccata grauiora. Porrò autem ſi etiam grauiſſimis delictoribus, & in Deum multùm antè peccantibus, cùm poſteà crediderint, remiſſa peccatorum datur, & à baptiſmo atque à gratia nemo prohibetur: quantò magìs prohiberi non debet infans, qui recèns natus nihil peccauit, niſi quòd ſecundùm Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo faciliùs accedit, quòd illi remittuntur non propria, ſed aliena peccata. Et idcircò frater chariſſime, hæc fuit in concilio noſtra ſententia, à baptiſmo atq; à gratia Dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi. Quod cùm circa vniuerſos obſeruandum ſit atque retinendum, tum magìs circa infantes ipſos & recèns natos obſeruandum putamus, qui hoc ipſo de ope noſtra, ac de diuina miſericordia plus merentur, quòd in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes, nihil aliud faciunt, quàm deprecantur.

Geneſ. 17.

Paruulos primùm natos baptizari poſſe.

Luc. 9.

Galat. 2.

Act. 10.

Originale peccatū in infantibus.

Cōcilij Carthaginenſis ſententia de non arcendis à baptiſmo infantibus.

Paruulos baptizandos propter originale peccatum, Eccleſia Catholica prædicat.

10. CHRYSOSTOMVS homilia de Adam & Eua: Prædicat Eccleſia Catholica vbiquè diffuſa, debere paruulos baptizari propter originale peccatum. Et paulò pòſt: Quia ipſa conceptio ſine carnis cupiditate non fit, ideò dixi de trāſgreſſione peccati: venio in originale cupiditatis, vt baptiſmus paruulorū abluat omne originale peccatum. Et poſt nonnulla: Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue iuuenes, vniformiter agit, non ocioſo contemplemur intuitu: quòd cùm ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ ingrediuntur, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum &c. vt ſuprà, quæſtione octaua, de Sacramentis in genere F. teſtimonio ſeptimo.

Exorciſmi & exufflatiōes.

11. AD Epheſios ſecundo: Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.

12. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione quinta, in decreto de peccato originali: Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti; aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum

Paruuli baptizandi propter originale peccatum.

eos

Digitized by Google

eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam: vndè ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum, non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt id quod dicit Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodùm Eccleſia Catholica vbiquè diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli &c. vt Concilium Mileuitanum ſuprà teſtimonio ſeptimo.

Rom. 5.

Ex Apoſtolorum traditione.

13. AVGVSTINVS epiſtola vigeſimaoctaua ad Hieronymum: Item quiſquis dixerit, quòd in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine ſacramenti eius participatione de vita exeunt; hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam cõdemnat eccleſiam, vbi propterea cum baptizãdis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur aliter eos in Chriſto viuificari omninò non poſſe. Qui autem non viuificatur in Chriſto, reſtat vt in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apoſtolus; Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem.

Sine baptiſmo non ſaluantur paruuli.

Rom. 5.

14. IDEM libro tertio de anima & eius origine, capite nono: Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequàm baptizentur morte præuentos, peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe catholicus.

Ante baptiſmum decedẽtes paruuli, nõ liberantur à peccato originali.

15. ITEM de peccatorum meritis & remiſſione libro primo, capite vigeſimotertio: Nulla ex noſtro arbitrio præter baptiſmũ Chriſti, ſalus æterna promittatur infantibus, quam non promittit ſcriptura diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda.

Solo baptiſmo ſaluãtur paruuli.

16. IOANNIS tertio, vt in textu.

17. AVGVSTINVS libro tertio de peccatorum meritis & remiſſione, capite quarto: Vndè ſit cõſequens, vt quoniam nihil agitur aliud, cùm paruuli baptizantur, niſi vt incorporentur Eccleſiæ, id eſt, Chriſti corpori membriſq; ſocientur: manifeſtum ſit eos ad damnationem, niſi hoc eis collatum fuerit, pertinere: non autem damnari poſſent, ſi peccatum vtiquè non haberent.

Per baptiſmũ incorporãtur Eccleſiæ.

Ad damnationem pertinent, niſi baptizentur.

18. CAPITE duodecimo ea verba exponens prioris ad Corinthios ſeptimo: Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt: Illud tamen (inquit) ſine dubitatione tenendum eſt, quæcunque illa ſanctificatio ſit, non valere ad Chriſtianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, niſi Chriſtiana & eccleſiaſtica inſtitutione & ſacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibèt ſanctis & iuſtis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei ſeparatos in damnationem venire compellit: nec paruuli de quibuslibet ſanctis iuſtiſq; procreati, originalis peccati reatu abſoluuntur, niſi in Chriſto fuerint baptizati; pro quibus tanto impenſiùs loqui debemus, quanto pro ſe ipſi minùs poſſunt.

Propria infantium ſanctificatio fit per Baptiſmum.

19. MATTHAEI decimooctauo, vt in textu.

20. BERNARDVS ſermone ſexageſimoſexto ſuper Cantica: Videte detractores, videte canes. Irrident nos, quia baptizamus infantes, quòd oramus pro mortuis, quòd ſanctorum ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atq; in vtroque ſexu feſtinant proſcribere Chriſtum, in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidem infantibus ex impoſſibilitate naturæ, indè verò adultis ex difficultate continentiæ præſcribentes. Quid enim ſi infans pro ſe loqui non poteſt, pro quo vox ſanguinis fratris ſui, & talis fratris, clamat ad Deum de terra? Adſtat & clamat nihilominùs mater eccleſia. Quid tamen infans? Nónne & ipſe videtur tibi inhiare quodammodò de fontibus ſaluatoris, vociferari ad Deum, ſuiſq; vagitibus clamitare, Domine, vim patior, reſponde pro me? Flagitat auxilium gratiæ, quia vim patitur ab origine. Clamat innocentia miſeri, clamat ignorantia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ità ergò clamant hæc omnia, ſanguis fratris, fides matris, deſtitutio miſeri, & miſeria deſtituti. Et clamatur ad patrem. Porrò pater ſeipſum negare nõ poteſt, pater eſt. Nemo mihi dicat quia non habet fidem, cui mater impertit ſuã, inuolues illi in ſacramento, quouſquè idoneus fiat proprio nõ tantùm ſenſu, ſed aſſenſu euolutam puramq; percipere. Nunquid breue pallium, vt non poſſit ambos cooperire? Magna eſt Eccleſię fides. Nunquid minor fide Chananææ mulieris, quã conſtat & filiæ ſufficere potuiſſe & ſibi? ideò audiuit: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi, ſicut petiſti. Nunquid minor fide illorum, qui paralyticum per tegulas demittẽtes, animæ illi ſimul & corporis obtinuêre ſalutem? Deniquè habes: Quorum fidem vt vidit, ait paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et paulò pòſt: Tolle grabatum tuum, & ambula. Qui hæc credit, facilè huic perſuadebitur, meritò eccleſiã præſumere non ſolùm paruulis baptizatis in ſua fide ſalutem, ſed etiã interfectis pro Chriſto infantibus coronam martyrij. Quæ cùm ità ſint, nullum præiudicium ſuſtinebunt regenerati de eo quod dictum eſt, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: cùm ſine fide non ſint, qui in teſtimonium fidei baptiſmi gratiam perceperunt. Sed neq; de eo quod item dictum eſt: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Quid enim credere eſt, niſi fidem habere? Itaque & mulier ſaluabitur per generationem filiorum, ſi permanſerit in fide cum lenitate: & infantibus per lauacri regenerationem ſuccurretur: & adulti qui continere non poterũt, coniugij triceſimo fructu ſe redimient. Chriſtus propter hoc mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum dominaretur & mortuorum. Propter hoc quoquè & infans natus eſt, & per ſingulos ætatum gradus profecit in virum, vt nulli deeſſet ætati.

Hæretici Catholicos irrident propter infantium baptiſmum.

Gen. 4.

Eſa. 36.

Mater Eccleſia fidem ſuã paruulo communicat.

Fides aliena alijs prodeſt.

Matth. 15.

Matth. 9.

Heb. 11.

Paruuli baptizati non ſunt omninò ſine fide.

Marc. 16.

1. Tim. 2.

Rom. 14.

21. IDEM in epiſtola ducenteſima quadrageſima ad Hildefonſum comitem, de Henrico hæretico ſcribens: Paruulis Chriſtianorum, Chriſti intercluditur vita, dum baptiſmi negatur gratia: nec ſaluti propinquare ſinuntur, ſaluatore licèt piè clamante pro eis: Sinite, inquit, paruulos venire ad me. Ergóne qui homines & iumenta ſaluauit, quemadmodùm multiplicauit miſericordiam ſuam Deus, ad ſolos tamen innocẽtes non patitur eandem tam multam miſericordiam peruenire? Quid, quæſo, quid inuidet paruulis ſaluatorem paruulum qui natus eſt eis? Inuidia hæc diabolica eſt: inuidia hac mors intrauit in orbẽ terrarum. An putat paruulos ſaluatore non egere, quia paruuli ſunt? Si ità eſt, ergò gratis magnus Dominus factus eſt paruus: vt omittam quòd flagellatus eſt, quòd ſputis illitus, quòd cruci affixus, quòd deniquè mortuus eſt. Non eſt hic homo à Deo, qui ſic contraria Deo & facit & loquitur. Prô dolor: auditur tamẽ à pluribus, & populum qui ſibi credat, habet. O infeliciſſimum populum. Ad vocem vnius hæretici ſiluerunt in eo omnes propheticæ & apoſtolicæ voces, quæ de conuocando in vna Chriſti fide è cunctis nationibus Eccleſia, vno veritatis ſpiritu cecinerunt. Ergò fefellerunt diuina oracula, falluntur omnium oculi & animi: qui quod legunt prædictũ, intuẽtur impletum. Quam certè manifeſtam omnibus veritatem ſolus iſte, ſtupenda & prorſus Iudaica cæcitate, aut non videns, aut inuidens adimpletam, ſimul neſcio qua arte diabolica perſuaſit populo ſtulto & inſipienti, de re manifeſta nec ſuis credere oculis: fefelliſſe priores, errare poſteros, totum mundum etiã poſt effuſum Chriſti ſanguinem perditum iri, & ad ſolos quos decipit, totas miſerationum Dei diuitias

Matth. 19.

Inuident hæretici ſalutẽ paruulis.

Digitized by Google

& vniuerſitatis gratiam perueniſſe. Et nunc huius rei gratia, licèt in multa corporis infirmitate, iter arripui ad has partes, quas potiſſimùm ſingularis ferus depaſcitur, dum non eſt qui reſiſtat, neque qui ſaluum faciat. Quippe de tota Francia pro ſimili effugatus malitia, has ſolas ſibi inuenit expoſitas, in quibus fiducialiter ſub tuo dominatu in gregem Chriſti toto furore bacchatur. Quod tuóne honori congruat, princeps illuſtris, ipſe iudicato. Nec mirum tamen, ſi ſerpens ille callidus decepit te, quippe ſpeciem pietatis habens, cuius virtutem penitùs abnegauit.

Per Baptiſmũ eruũtur à poteſtate dæmonis.

22. AVGVSTINVS de nuptijs & cõcupiſcentia libro primo, capite vigeſimo: Ab hac igitur poteſtate tenebrarum, quarum eſt diabolus princeps, id eſt, à poteſtate diaboli & angelorum eius, quiſquis erui cùm baptizantur negauerit paruulos, ipſorum Eccleſiæ ſacramentorũ veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in Eccleſia Chriſti auferre vel mutare permittitur, regente atque adiuuante capite totum corpus ſuum, puſillos cum magnis. In veritate itaque, non in falſitate, poteſtas diabolica exorcizatur in paruulis; eiq́ renunciant, quia per ſua non poſſunt, per corda & ora geſtantium, vt eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui Domini transferantur. Quid ergò in eis eſt, per quod in poteſtate diaboli teneantur, donèc eruantur indè per ſacramentum baptiſmatis Chriſti, quid eſt, niſì peccatum?

Exorciſmi veritas in paruulis.

Abrenunciãt per ora geſtãtium.

23. ITEM libro ſecundo de nuptijs & concupiſcentia, capite decimoſeptimo: Inquantùm homines ſunt paruuli, bonum eſt naturæ, cuius author eſt Deus: inquantùm autem cum peccato naſcuntur, perituri, ſi non renaſcantur, ad ſemen pertinent maledictum ab initio, illius antiquæ inobedientiæ vitio. Ab hac fide Apoſtolica atq; Catholica veraciſſima atque fundatiſſima, cum Pelagianis iſte (Iulianus) diſcedens, non vult naſcentes eſſe ſub diabolo, nè paruuli portẽtur ad Chriſtum, vt eruantur à poteſtate tenebrarum, & in regnum ipſius transferantur.

Perituri, ſi nõ renaſcantur.

24. IDEM ſermone decimoquarto de verbis Apoſtoli, capite ſecundo: Nos dicimus paruulos aliter ſalutem & vitam æternam non habituros, niſì baptizẽtur in Chriſto. Capite decimotertio: Vbi ponis paruulos baptizatos? Profectò in numero credentium. Nam ideò & conſuetudine Eccleſiæ antiqua canonica fundatiſſima, paruuli baptizati fideles vocãtur. Et ſic de his quærimus, Iſte infans Chriſtianus eſt? Reſpondetur, Chriſtianus. Catechumenus, an fidelis? Fidelis vtiquè à fide, fides à credendo. Inter credentes igitur, baptizatos paruulos numerabis: nec iudicare vllo modo aliter audebis, ſi non vis eſſe apertus hæreticus. Ergò ideò habent vitam æternam; quia qui credit in filium, habet vitam æternam. Item capite decimoquarto: Noli eis ſine iſta fide, & ſine iſto ſacramento huius fidei promittere vitam ęternam. Et capite decimooctauo: Abſit vt ego dicam non credentes infantes. Iam ſuperiùs diſputaui, credit in altero, qui peccauit in altero: dicitur credit & valet, & inter fideles baptizatos computatur. Hoc habet authoritas matris Eccleſiæ, hoc fundatus veritatis obtinet canon: contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quiſquis arietat, ipſe confringitur. Ergò prodeſt Chriſtus aliquid infantibus baptizatis; & ſicut ego doceo, & ſicut mecum tota Eccleſia dicit, credentibus prodeſt. Et capite decimonono: Credunt & infantes. Vndè credunt? Quomodò credunt? Fide parentum. Si fide parentum purgantur, peccato parentum polluti ſunt. Poſteà verò: Multi modi ſunt ſanctitatis, & multi modi ſunt ſanctificationis. Quomodò ergò ſanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit, niſì baptizetur: ſic filij fidelium, etſi ad quendam modum ſanctificati ſunt, pereunt tamen, ſi non fuerint baptizati.

Sine baptiſmo non ſaluantur.

Paruuli baptizati, in numero fidelium & credentium ponuntur.

Credit in altero, qui peccauit in altero

Ab Eccleſiæ authoritate.

1. Cor. 7.

Pereunt fidelium filij, ſi non fuerint baptizati.

25. GENESIS decimoſeptimo: Maſculus cuius præputij caro circuncíſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit.

1. C. AD Epheſios quarto: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.

2. BASILIVS in libro de Spiritu ſancto, capite decimoquinto: Vnum nouimus ſalutiferum baptiſma, quãdoquidem vna eſt pro mundo mors, & vna ex mortuis reſurrectio, quarum figura eſt Baptiſma.

Vnicum baptiſma.

3. ALCIMVS Auitus Viennenſis Archiepiſcopus libro quarto, qui eſt de diluuio, capite decimooctauo, referẽs verba Dei ad Noë Geneſ. 9. Nequaquàm vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij:

Porrò autem terris ex hoc iam non erit vltrà
Diluuium regnans, carné quod cõterat omnem.
Vnum quòd fuerit ſigno monſtrabitur vno:
Nec ſimilem repetita necem peccata videbunt.
Et ſi crimen erit, terror non deerit alter.
Sic vnum genitor iurans Baptiſma ſacrabat,
Vt ſemel abluto lymphis purgantibus orbe,
Baptiſmum haud liceat nobis ſperare ſecũdum.

Vnico diluuio, deſignatur vnicum Baptiſma.

4. AD Hebræos ſexto: Impoſſibile enim eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerũt nihilominùs bonum Dei verbum, virtutesq́ ſeculi venturi, & prolapſi ſunt: rursùs renouari ad pœnitentiam, rursùm crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.

5. CLEMENS Pontifex & martyr libro ſexto conſtitutionum Apoſtolicarum, capite decimoquinto: Qui myſterio Baptiſmi initiatos, iterùm baptizare aggrediuntur, iterùm agunt in crucem Dominum, iterumq́ eum interficiunt, irrident diuina, ludibrio habent ſancta, contumelia afficiunt Spiritum ſanctum, & ſanguinem illum ſanctum vt communem paruipẽdunt; impij ſunt in eum, qui miſit; in eum, qui paſſus eſt; in eum, qui teſtimoniũ præbuit. Et poſt pauca: Baptizate autem veſtros pueros infantes, & educate eos in diſciplina, & monitione Dei: Sinite enim, ait Dominus, pueros venire ad me, & nè prohibete eos.

Rebaptizantes crucifigũt Dominum.

Paruuli baptizandi.

Marc. 10.

6. DAMASCENVS libro quarto de Orthodoxa fide, capite decimo: Iam verò Baptiſmum vnum in peccatorum remiſſionem & vitam æternam confitemur. Baptiſmus quippè mortẽ Domini deſignat. Per Baptiſmum enim cum Domino ſepelimur, vt diuinus Apoſtolus ait. Quemadmodùm igitur Dominus ſemel morte perfunctus eſt: ſic nos etiam ſemel baptizari neceſſe eſt, baptizari inquam, vt à Domino dictum eſt, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Quibus ſcilicet verbis, Patris & Filij & Spiritus ſancti confeſſionem edocemur. Quocirca qui in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum baptizati, vnámque in tribus perſonis naturam edocti, Baptiſmum repetunt, ij nimirùm Chriſtum rurſus, vt eſt apud Apoſtolum, in crucem agunt. Impoſſibile enim eſt, inquit, eos qui ſemel illuminati ſunt, & cæt. rurſus ad pœnitentiam innouari, crucifigentes iterùm ſibijpſis Chriſtum, atque oſtentui habentes. At qui in ſanctam Trinitatem minimè baptizati ſunt, hi denuò baptizentur neceſſe eſt.

Vnum Baptiſma.

Rom. 6.

Rebaptizati iterùm crucifigunt Chriſtum.

Heb. 6.

7. PRIMVM Concilium Carthaginenſe canone primo: Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatìs eſſe alienum à ſyncera fide & catholica diſciplina.

Damnatur anabaptiſmus.

8. CONCILIVM Viennenſe ſub Clemente quinto: Baptiſma vnicum baptizatos omnes in Chriſto regenerás, eſt (ſicut vnus Deus & fides vnica) ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratũ in aqua in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, credimus eſſe tam adultis quàm paruulis communiter perfectum remedium ad ſalutem.

Vide in Clementinis, tit. de ſumma Trinit. & fide Catholica.

9. CON-

Digitized by Google

Charaſter Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis.

9. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione ſeptima, canone nono, de ſacramentis in genere: Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi charaſterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, vndè ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

Paruuli inter fideles numerandi.

Paruuli baptizati non rebaptizandi poſteà.

10. ITEM in eadem ſeſſione, canone decimotertio de Baptiſmo: Si quis dixerit paruulos, eô quòd actum credendi non habét, ſuſcepto baptiſmo inter fideles cõputandos non eſſe, ac propterеà cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe repaptizandos: aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit.

11. AVGVSTINVS tractatu vndecimo in Ioannem: Rectè intellexit Nicodemus natiuitatem carnis. Sic & tu intellige natiuitatem ſpiritus. Quicunque tibi dixerit, vt ſpiritaliter iterùm naſcaris: reſponde quod dixit Nicodemus: Nunquid poteſt homo iterùm in ventrem matris ſuæ intrare, & naſci? Iam natus ſum de Adam, non me poteſt iterùm generare Adam. Iam natus ſum de Chriſto, non me poteſt iterùm generare Chriſtus.

Baptiſmus repeti nõ poteſt, vt nec carnalis natiuitas.

Quomodò vterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Ibidèm: Plùs vos perſequuntur (Donatiſtę) qui vos illudendo ſeducunt; Veni, veni, baptizare hîc, hîc habes verum baptiſmum. Noli ludere, vnus eſt verus, ille luſus eſt. Seduceris, & iſta perſecutio grauis tibi erit. Iſti etiam audent dicere, quia perſecutionem ſolent pati à catholicis regibus, aut à Catholicis principibus. Quam perſecutionem tolerant? Afflictionem corporis. Perſecutionem quam faciunt grauior eſt. Caue quando

Gen. 21.

vult ludere Iſmael cum Iſaac, quando tibi blanditur, quando offert alterum baptiſmum: reſponde, habeo iam baptiſmum. Si enim verus eſt

Anabaptiſtæ ſunt illuſores.

iſte baptiſmus, quiſquis vult alterum dare, illudere vult. Caue animæ perſecutorem. Et paulò pòſt: Mirantur quia commouentur poteſtates

Rectè perſequuntur hæreticos Catholici principes.

Chriſtianæ aduersùs deteſtandos diſſipatores Eccleſiæ. Non ergò mouerentur? Et quomodò redderent rationem de imperio ſuo Deo? Intendat charitas veſtra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges ſeculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam velint matrem ſuam Eccleſiam, vndè ſpiritaliter nati ſunt. Videte qualia faciunt, & qualia patiuntur.

Pro mortibus ſempiternis mortẽ temporalem patiuntur.

Occidunt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.

12. BEDA in caput tertiũ euangelij ſecundùm Ioannem: Notandum autem, quia quod de carnali dixit, hoc etiam de ſpiritali eſt regeneratione ſentiendũ: nequaquàm videlicet eam, poſtquàm ſemel expleta fuerit, poſſe repeti. Siue enim hęreticus, ſiue ſchiſmaticus, ſiue facinoroſus quiſq; in confeſſione ſanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille quidem qui ità baptizatus eſt, à nobis Catholicis rebaptizari, nè confeſſio vel inuocatio tanti nominis videatur annullari.

Non magìs repeti poteſt ſpiritalis, quàm carnalis natiuitas.

13. SECVNDA ſynodus generalis, quæ eſt prima Conſtantinopolitana, in Symbolo: Confitemur vnum baptiſma in remiſſionẽ peccatorum.

14. AVGVSTINVS epiſtola ducenteſima tertia ad Maximinum Epiſcopum: Rebaptizare igitur hæreticum hominem &c. vt in textu.

15. IDEM in libro de vnico baptiſmo contra Petilianum, capite decimotertio: Ego autem vt quod de hac re ſentio breuiter dicam, rebaptizare hæreticos, quod illi (Cyprianus ſcilicet & eius ſocij) feciſſe dicuntur, tunc fuit humani erroris: rebaptizare autem Catholicos, quod adhuc iſti faciunt, ſemper eſt diabolicæ præſumptionis.

Anabaptiſmus eſt diabolicæ præſumptionis.

16. LEO Magnus epiſtola ſeptuageſimanona ad Nicetam Epiſcopum Aquileienſem, capite ſeptimo: Hanc regulam (vt ſcitis) ſeruãdam in omnibus Eccleſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt, ſed (vt diximus) ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt quod ab hæreticis nemo accipit, à Catholicis ſacerdotibus conſequatur.

Baptiſmus non iterandus.

Epheſ. 4.

17. IDEM epiſtola trigeſimaſeptima ad Leonem Rauennatem Epiſcopum: Scimus quidem inexpiabile eſſe facinus, quotiès iuxta hæreticorũ damnata à ſanctis patribus inſtituta, cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis ſemel tributum eſt, bis ſubire, Apoſtolica reclamante doctrina, quæ nobis vnicam prædicat in Trinitate Deitatem, vnam in fide confeſſionem, vnum in baptiſmate Sacramentum. Sed in hoc nihil ſimile formidatur, quoniam non poteſt in iterationis crimen deuenire, quod factum eſſe omninò neſcitur.

Inexpiabile facinus eſt rebaptizatio.

Epheſ. 4.

Agit de eorũ baptiſmo, de quibus non cõſtat an ſint baptizati.

18. IVSTINIANVS in Codice, libro primo, titulo ſexto, Nè ſanctum baptiſma iteretur, L. ſecunda Imperatorum Honorij & Theodoſij: Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ ſectæ fuerit detectus, vnà cum eo qui piaculare crimen commiſit, (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic, cui perſuaſum ſit, vltimo ſupplicio percellatur.

Vltimũ ſupplicium in Anabaptiſtas conſtitutum.

II.

Quæ circa hoc Sacramentum præcipuè ſunt notanda?

A. ELEMENTVM abluens, eiusque ſignificatio, verbum, miniſter, & effectus Baptiſmi.

B. Elementum eſt [a] aqua ſimplex, materia ad hoc neceſſaria, quæ natura ſua ſordes corporis abluere ſolet. Cui hæc pulchrè reſpondet ſignificatio, Baptiſmo animam [b] emundari peccatis, & hominem, vti dicemus, iuſtum effici.

a Ioan. 3. b Epheſ. 5. f Act. 8. g 10. g Triden. can. 2. de Bapt. & Florent. Chryſoſt. homil. 24. in Ioan.

b Tit. 3. b Act. 2. f 1. Cor. 6. e

C. Verbum quo [c] Sacramenti forma conſiſtit, ex Chriſti præcepto ſic habet: [d] *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

c Cõc. Lateran. & Florent. Aug. li. 6. cont. Donat c. 25. Didymus lib. 2. de ſpir. ſan.

d Matth. 28. d Ambr. de ijs qui myſt. init. cap. 4.

D. Et quanquàm ſit Sacerdotum munus, baptiſmum adminiſtrare, tamen vbi neceſſitas vehementer vrget, baptizare poſſunt alij [e] quoquè, ne impijs quidem & hæreticis exceptis, modò à forma Eccleſiæ & eius verbis conceptis non recedatur.

e Aug. cont. Parmenia lib. 2. cap. 13. Et de vnic. bapt. c. 9. Cõt. Donat. lib 3. c. 5. & li. 7. ca 53. Hilar. in pſal. 67. Con. Later. cã. 1. Floren. & Triden. can. 4. de bapt.

TESTIMONIA.

1. B. IOANNIS tertio: Niſì quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

2. AD Epheſios quinto: Vt Eccleſiam ſanctificaret,

Digitized by Google

ret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.

3. ACTORVM octauo: Dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus, Eccè aqua, quid prohibet me baptizari? Et iuſſit ſtare currum: & deſcenderunt vterque in aquam, Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum.

4. ET decimo: Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos?

Materia baptiſmi.

Ioan.3.b

5. TRIDENTINVM Concilium ſeſſione ſeptima, canone ſecundo de Baptiſmo: Si quis dixerit, aquam veram & naturalem non eſſe de neceſſitate baptiſmi, atque ideò verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit.

6. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramẽtis Eccleſiæ: Materia huius Sacramenti, eſt aqua vera & naturalis: nec refert, frigida ſit an calida.

Aqua ad baptiſmũ perficiendum neceſſaria.

Actor.10.

7. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaquarta in Ioannem: Nam quòd pernecessaria ſit aqua, vel indè perſpicuum eſt, quòd cùm antè aquam ſpiritus inſpiràſſet, in hoc tamen non quieuit Apoſtolus, ſed ad aquæ neceſſitatem oſtendendam ait: Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? Quænam ergò aquę neceſſitas? Iam abſconditum vobis myſterium aperiam. Sunt & alia, nũc verò ex omnibus vnum expoſuiſſe ſufficiat. Primùm diuina in hoc conſummantur indicia, ſepultura, mortificatio, reſurrectio, vita, & hæc ſimul omnia. In aqua enim tanquàm in ſepulcro caput immergentibus vetus homo ſepelitur & ſubmergitur, deindè nobis emergentibus nouus reſurgit indè. Vt facile nobis eſt immergi, & emerſos reſpirare: ità Deo veterem ſepelire hominem, & nouum induere. Prętereà ter iſtud fit, vt hinc Patris & Filij & Spiritus ſancti virtutem hæc omnia implere intelligas. Quod nè coniectura à me, ſed vero ſenſu dictum intelligas, audi Paulum: Conſepulti, inquit, ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Et iterùm: Noſter vetus homo ſimul crucifixus eſt. Et iterùm: Complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius.

Ter repetita ablutio.

Coloſſ.2.

Rom.6.

Ibidèm.

8. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

9. ACTORVM ſecundo: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ veſtrorum: & accipietis donum ſpiritus ſancti.

10. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Et hęc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.

1.C. CONCILIVM Lateranenſe magnum canone primo: Sacramentum baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris & Filij & Spiritus ſancti, conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ à quocunque ritè collatum, proficit ad ſalutem.

Forma Baptiſmi Latinorũ & Græcorũ.

2. ET Concilium Florentinum: Forma huius Sacramenti eſt: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Non tamen negamus, quin & per illa verba, Baptizetur talis ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vel, Baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, verum perficiatur baptiſma: quoniam cùm principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas: inſtrumentalis autem ſit miniſter, qui tradit exteriùs Sacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur Sacramentum.

Certa Baptiſmi forma neceſſaria.

3. AVGVSTINVS de baptiſmo contra Donatiſtas libro ſexto, capite vigeſimoquinto: Certa illa Euangelica verba, ſine quibus non poteſt baptiſmus conſecrari, tantum valent, vt per illa ſic euacuentur, quæcunque in prece vitioſa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodùm dæmonium Chriſti nomine excluditur. Et paulò pòſt: Si autem ipſe malus eſt atque peruerſus, ſi precem integram dicat, & nulla ex parte fidei catholicæ aduerſam, non ideò ipſe rectus eſt, quia illa recta eſt: & ſi in aliquibus peruerſam precem aſferat, Deus adeſt verbis Euangelicis ſuis, ſine quibus baptiſmus Chriſti conſecrari non poteſt: & ipſe ſanctificat Sacramentum ſuum, vt homini ſiue antequàm baptizetur, ſiue cùm baptizatur, ſiue poſteà quandoq; ad ſe veraciter cõuerſo, idipſum valeat ad ſalutem, quod ad perniciem, niſi conuerteretur, valeret. Cæterùm quis neſciat non eſſe baptiſmum Chriſti, ſi verba Euangelica, quibus ſymbolum conſtat, illic defuerint? Sed faciliùs inueniuntur hęretici, qui omninò non baptizent, quàm qui non illis verbis baptizent.

Forma mutilata eſſe non debet.

Singularum perſonarum S.Trinitatis nomina exprimenda ſunt.

4. DIDYMVS Alexandrinus libro ſecundo de Spiritu ſancto: Quis non ex ipſa cogetur veritate ſuſcipere indifferentiam ſanctæ Trinitatis, dum vna ſit fides in Patre & filio & Spiritu ſancto, & lauacrum detur atque firmetur in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti? Non arbitror quenquam tam vecordem atque inſanum futurum, vt perfectum baptiſma putet, quod datur in nomine Patris & Filij, ſine aſſumptione Spiritus ſancti: aut rurſùs in nomine Patris & Spiritusſancti, Filij vocabulo prætermiſſo: aut certè in nomine Filij & Spiritus ſancti, non præpoſito vocabulo Patris. Licèt enim quis poſſit exiſtere ſaxei, vt ità dicam, cordis, & penitus mentis alienæ, qui ità baptizare conetur, vt vnum de præceptis nominibus prætermittat, (videlicet contrarius legiſlator Chriſti) tamen ſine perfectione baptizabit: immò penitùs à peccatis liberare non poterit, quos à ſe baptizatos exiſtimauerit.

5. MATTHAEI vigeſimooctauo: Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti.

6. AMBROSIVS in libro de ijs qui myſterijs initiantur, capite quarto: Catechumenus niſi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, remiſſionem non poteſt accipere peccatorum, nec ſpiritalis gratiæ munus haurire.

Miniſter in neceſſitate.

1.D. AVGVSTINVS libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani, capite decimotertio: Si laicus aliquis pereunti dederit neceſſitate compulſus, quod cùm ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit, neſcio an piè quiſquam dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt: ſi autem neceſſitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt. Et paulò pòſt: Et hæc quidem alia quæſtio eſt, vtrùm & ab ijs qui nunquàm fuerunt Chriſtiani, poſſit baptiſmus dari: nec aliquid temerè indè affirmandùm eſt ſine authoritate tanti concilij, quantum tantæ rei ſufficit. De ijs verò qui ab Eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint, & quin pernicioſè habeant, pernicioſéque tradant extra vinculum pacis. Hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum, perfectum atque firmatum eſt.

Non baptizati, an baptizare poſſint.

Hæretici verum baptiſmum conferunt.

Vnus baptiſmus etiã extra Eccleſiã confertur.

2. IDEM in libro de vnico baptiſmo, capite nono: Quiſquis extra Eccleſiam fuerit ab hæreticis vel ſchiſmaticis, tamẽ Chriſti baptiſmate conſecratus, cùm ad Eccleſiam venerit, non eſt negandum Sacramentum veritatis, quo imbutus eſt; ſed adijcienda eſt pietas vnitatis, à qua ſeparatus eſt, & ſine qua illud ineſſe illi poſſit, prodeſſe non

non

Digitized by Google

non poſſit. Hoc facimus, hoc à Maioribus traditum accepimus, hoc in Catholica Eccleſia, quæ toto orbe diffunditur, contra omnes falſitatis nebulas cuſtodimus.

3. ITEM libro tertio contra Donatiſtas, capite decimoquinto: Quáobrem ſi euangelicis verbis, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, Marcion baptiſmum conſecrabat, integrum erat ſacramentũ. quanuis eius fides ſub eiſdem verbis aliud opinantis quàm catholica veritas docet, non eſſet integra, ſed fabuloſis falſitatibus inquinata. Nam ſub eiſdem verbis, id eſt, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, non ſolùm Marcion aut Valentinus, aut Arrius, aut Eunomius, ſed ipſi carnales paruuli Eccleſiæ, quibus dicebat Apoſtolus, Non potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, ſi poſſent ſinguli diligenter interrogari, tot diuerſitates opinionum fortaſsìs, quot homines, numerarentur. Animalis enim homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Nunquid tamen ideò non integrum ſacramentum accipiunt?

Hæreticorũ baptiſmus verum eſt Sacramentũ, ſi debitam formam ſeruãt.

1.Cor.3.

1.Cor.2.

4. ET libro ſeptimo, capite quinquageſimotertio cõtra Donatiſtas: Veruntamen ſi quis fortè me in eo concilio conſtitutum, vbi talium rerũ quæſtio verſaretur, non præcedentibus talibus, quorum ſententias ſequi mallem, vrgeret vt dicerem, quid ipſe ſentirem: ſi eo modo affectus eſſem, quo eram cùm iſta dictarem, nequaquàm dubitarem habere eos baptiſmum, qui vbicunque, & à quibuſcunque illud verbis euangelicis conſecratum, ſine ſua ſimulatione, & cum aliqua fide accepiſſent, quanquàm eis ad ſalutem ſpiritalem nõ prodeſſet, ſi charitate caruiſſent, qua catholicæ insererentur Eccleſiæ. Si enim habeam, inquit, fidem vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum: ſicut iam præteritis Maiorum ſtatutis, non dubito etiam illos habere baptiſmum, qui quanuis fallaciter id accipiant, in eccleſia tamen accipiunt, vel vbi putatur eſſe Eccleſia ab eis, in quorum ſocietate id accipitur, de quibus dictum eſt, Ex nobis exièrunt. Vbi autem neque ſocietas vlla eſſet ità credentium, neque ille qui ibi acciperet, ità crederet, ſed totum ludicrè & mimicè & iocullariter ageretur, vtrùm approbandus eſſet baptiſmus qui ſic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, cõcordi oratione, & impenſis ſupplici deuotione gemitibus implorandum eſſe cenſerem: ità ſanè vt poſt me dicturos ſententias, nè quid iam exploratum & cognitum adferrent, humiliter expectarẽ: quanto magis ergò nunc, ſine præiudicio diligentioris inquiſitionis, vel maioris authoritatis, illud dixiſſe accipiendus ſum.

Baptiſmus quando verũ Sacramentũ ſit.

1.Cor.13.

1.Ioan.2.

Per ludum & iocum baptizati.

5. HILARIVS Pictauorum epiſcopus in Pſalmum ſexageſimumſeptimum, loquens de Eunucho Candaces reginæ Aethiopum: Eccè aqua, inquit, quis prohibet me baptizari? Sacramentum ipſum Baptiſmi adeò impatientis deſiderij cupiditate præueniens, vt à diacono miniſterium Apoſtolici officij ſalutis ſuæ cupidus exigeret.

Actor.8.

Apoſtolorũ officium erat baptizare.

6. LATERANENSE Concilium magnum ſub Innocentio tertio celebratum, canone primo: Sacramentum baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ à quocunque ritè collatum, proficit ad ſalutem.

A quocunque poteſt conferri.

7. CONCILIVM Florentinum: Miniſter huius Sacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare: in cauſa autem neceſſitatis, non ſolùm ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, immò etiam paganus & hæreticus, baptizare poteſt, dummodò formam ſeruet eccleſiæ, & facere intendat quod facit Eccleſia.

Miniſter ordinarius Baptiſmi, eſt ſacerdos.

In cauſa neceſſitatis quis homo.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſeptima, canone quarto de baptiſmo: Si quis dixerit baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, cum intentione faciendi quod facit eccleſia, non eſſe verum baptiſma, anathema ſit.

Ab hæreticis collatus baptiſmus quãdo verus.

III.

Quem fructum & effectum præſtat Baptiſmus?

A. EVM planè, quem docente Chriſto,[a] ac teſtibus Apoſtolis Petro & Paulo diſcimus, nimirùm per Baptiſmum & peccata remitti, & Spiritum dari, quo & vetus homo aboleatur, & noua fiat in Chriſto creatura. Quippe ſuſceptus ritè Baptiſmus non hoc modò largitur, vt impio plenè peccata omnia condonentur atque tollantur, ſed etiam vt baptizatus planè innouetur, ac verè innocens, iuſtus, ſanctus & cæleſti gloria dignus in Chriſto efficiatur: vt iure à Paulo dictum ſit omnibus baptizatis: [b] *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.* Atque alibì teſtatur [c] idem, Baptiſmum eſſe lauacrum regenerationis & renouationis Spiritusſancti: [d] Lauacrum etiam aquæ in verbo vitæ. Et rurſus ille ſcribit: [e] *Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

a Mar.16.d Act.2.f 22.d 1.Pet.3.d Ezech.36.e 1.Corinth.6.e Rom.6.a b Baſil.homil.13. in exhorta. ad bapt. & lib.de Spirit.ſanct. cap.15. Auguſt.lib.1. contra 2.epiſt. Pelag.cap.13. & lib.3.ca.3. In enchir.ca.64. Beda in ca.3.Ioan. Damaſc.lib.4.cap.10. Grego.lib.9.epiſt.39. Hieron.ad Ocean. epiſt.83.c.2. Nazianz. orat.40. in ſanct Baptiſma. Clem. Alexand. lib.1. pædag.cap.6. Chryſoſt.ad Neoph.& ad baptizandos.

b 1.Cor.6.c Ambr.lib.1.de Sacrament.cap.4. Conc.Floren. & Triden.ſeſſ.5.can.5.

c Tit.3.b Auguſt. epiſt. 23. & Quæſt.33.ſuper Numer. Lib.4. confeſſ.cap.4. Lactãt.lib.3.diuin.inſtit.c.25. Cypria.epiſt.2.

d Epheſ.5.f

e Gal.3.d Rom.6.a

B. Scitè[f] Bernardus ac breuiter Sacramenti huius effectus præcipuos complectitur: Lauamur in Baptiſmo, inquit, quia deletur chirographum damnationis noſtræ, & gratia hæc nobis confertur, nè iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen à conſenſu abſtineamus.

f Serm.in Cœn.Domini. Vide Cyprian.de bapt.Chriſti, & ablut.ped. Orig.in c.6.ad Rom. & homil.14.in Luc. Reticium Auguſtodu. apud Auguſtinum lib.1.cont.Iulianum, cap.3.

C. Quæ [g] concupiſcentia in renatis manens, non per ſe peccatum eſt, ſed vt Theologi appellant, fomes peccati, ad agonem relictus, vt baptizati hac occaſione vigilantiùs Dei gratiam quærant, virtu-

g Iac.1.b Rom.6.b 7.b Triden. ſeſſ.5.can.5. Aug.lib.1.de nup. & cõcupiſ.cap.23.& 25. & lib.1. contra 2.epiſt.Pelag.c.13. Item lib.1.retract.ca.15. & lib. 13.de

Digitized by Google

Trin.c.16.de pec.mer.lib.1.ca.39.& lib.2.ca.33.& 34. virtutes ſtudioſiùs exerceant, fortiusque certando maiorem ſibi

h Rom.8.a gloriam parent. Itaque, vt Paulus docet, [h] *Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum ambulant,*

i Col.3.b Epheſ.4.c [i] quique ſecundùm Pauli doctrinam & exemplum, veterem homi-

k 2.Cor.4.d nem exuentes, de die in diem ſecundùm [k] interiorem hominem re-

l Rom.6.a nouantur: id quod proprium eſt [l] baptizatorum.

TESTIMONIA.

1. A. MARCI decimoſexto: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

2. ACTORVM ſecundo: Baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum: & accipietis donum Spiritus ſancti.

3. ET vigeſimoſecundo: Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius, inquit Ananias ad Paulum.

4. PRIORIS epiſtolę Petri capite tertio: Cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

5. EZECHIELIS trigeſimoſexto: Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum &c.

6. PRIORIS ad Corinthios ſexto, vt in textu.

7. AD Romanos ſexto: An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus: Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Et paulò pòſt: Ità & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu.

8. BASILIVS Magnus in exhortatione ad baptiſmum, quæ eſt decimatertia inter homilias variorum argumentorum: Baptiſmus eſt captiuorum & æris alieni remiſſio, peccati mors, animæ regeneratio, amictus ſplendens, character indepræhenſibilis, cæli iter, regni cæleſtis conciliatio, adoptionis gratia. — *Effectus baptiſmi.*

9. IDEM in libro de ſpiritu ſancto, capite decimoquinto: Tribus demerſionibus, ac totidem inuocationibus, magnum baptiſmatis myſterium peragitur, vt & mortis figura adumbretur, & per traditionem diuinæ cogitationis animus repurgetur eorum qui baptizantur. — *Purgatur animus.*

10. AVGVSTINVS libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite decimotertio: Dicimus baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, vndè creſcant iterùm reſecanda peccata. Nam & iſtam ſimilitudinem comperi, ſuæ illos adhibere calumniæ, tanquàm hoc nos ſentiamus atque dicamus. — *Omniū peccatorum indulgentia in baptiſmo.* — *Aufert crimina, & non radit.*

11. ITEM libro tertio, capite tertio: Baptiſmus abluit quidem peccata omnia, prorſus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue quæ ignoranter, ſiue quæ ſcienter admiſſa ſunt: ſed non aufert infirmitatem cui regeneratus reſiſtit, quando bonum agonem luctatur. — *Abluit prorſus omnia peccata.*

12. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoquarto: Excepto baptiſmatis munere, quod contra originale peccatum donatum eſt, vt quod generatione attractum eſt, regeneratione detrahatur, & tamen actiua quoque peccata quæcunque corde, ore, opere commiſſa inuenerit, tollit. hac ergò excepta magna indulgentia, vndè incipit hominis renouatio, in qua ſoluitur omnis reatus & ingeneratus & additus &c. — *Baptiſmus & originale peccatū & actiua omnia tollit.*

13. BEDA in caput tertium Ioannis: Spiritalis generatio tota inuiſibiliter agitur. Nam videtur quidem qui baptizatur, in fontem deſcendere, videtur aquis intingi, videtur de aquis aſcendere: quid autem in illo lauacrum regenerationis egerit, minimè poteſt videri. Sola autem fidelium pietas nouit, quia peccator in fontem deſcendit, ſed purificatus aſcendit: filius mortis deſcendit, ſed filius reſurrectionis aſcendit. Sola hoc eccleſia mater, quæ generat, nouit. Cæterùm oculis inſipientium videtur talis exire de fonte, qualis intrauit, totùmque ludus eſſe quod agitur. — *Effectus baptiſmi inuiſibilis.*

14. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimo: Quanuis autem peccatorum remiſſio omnibus æquè per Baptiſmum detur: Spiritus tamen gratia pro fidei ac præcedentis purgationis modulo ac ratione comparatur. Et quidem nunc Spiritus ſancti primitias per Baptiſmum accipimus, ac regeneratio nobis alterius vitæ initium, & ſignaculum, & præſidium, & illuminatio efficitur. — *Remiſſio peccatorū æqualis, gratia nō item.*

15. GREGORIVS Magnus libro nono, epiſtola trigeſimanona ad Theotiſtam patritiam: Si qui ſunt qui dicunt peccata in baptiſmate ſuperficietenus dimitti, quid eſt hac prædicatione infidelius, in qua ipſum fidei Sacramentum feſtinant ſoluere? in quo principaliter ad cæleſtis munditiæ myſterium anima ligatur: vt abſoluta radicitùs à peccatis omnibus, ſoli illi inhæreat, de quo Pſalmiſta ait: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Pſal.72. Certè enim maris rubri tranſitus figura ſancti baptiſmatis fuit, in quo hoſtes à tergo ſunt mortui, ſed alij contra faciem in eremo ſunt inuenti. Exod.14. Sic quippe omnes qui in ſancto baptiſmate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis velut Aegyptij hoſtes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hoſtes inuenimus, quia dum in hac vita viuimus, priuſquàm ad promiſſionis patriam pertingamus, multæ tentationes nos fatigant, & ad terram viuentium tendentibus iter includere feſtinant. Qui ergò dicit peccata in baptiſmate funditùs non dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur neceſsè eſt peccata in baptiſmate funditùs mori: quia nimirùm plus valet in abſolutione noſtra veritas, quàm vmbra veritatis. In Euangelio Dominus dicit: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Ioan.13. Si igitur peccata in baptiſmate funditùs minimè dimittuntur, quomodò is qui lotus eſt, mundus eſt totus? Totus enim mundus dici non poteſt, cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis, quæ ait: Qui lotus eſt, mundus eſt totus. Nihil ergò ei de peccati ſui cōtagione remanet, quem totum fatetur mundum ipſe qui redemit. — *Peccata prorſus dimitti in baptiſmo.*

16. HIE-

16. HIERONYMVS in epiſtola octogeſimatertia ad Oceanũ, capite ſecundo: Omnia, inquit, nobis in baptiſmate condonata ſunt crimina: nec poſt indulgentiam, iudicis eſt metuẽda ſeueritas, dicente Apoſtolo: Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Omnia peccata donata ſunt: benè & fideliter. Et paulò pòſt: Quantam vim habeat baptiſma & aqua in Chriſto ſanctificata gratiam, docebo: Rudis mundus, necdùm ſole rutilante, nec pallente luna, nec aſtris micantibus, incompoſitam & inuiſibilem materiam, abyſſorum magnitudine & deformibus tenebris opprimebat. Solus ſpiritus Dei in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem mundum in figura baptiſmi parturiebat &c. Peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur. Statímq; columba ſpiritus ſancti, expulſo alite teterrimo, ità ad Noë quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat: & ramo refectionis ac luminis, pacem orbi annunciat. Pharao cum exercitu ſuo, nolens populum Dei exire de Aegypto, in typo baptiſmatis ſuffocatur. Et plura alia ex ſcripturis copioſè.

Omnia crimina condonata.
1. Cor. 6.
Geneſ. 1.
Figuræ baptiſmi.
Gen. 7. & 8.
Exod. 14.

17. GREGORIVS Naziãzenus oratione quadrageſima in ſanctũ Baptiſma: Baptiſmus ſplendor eſt animarum, vitæ in melius mutatio, conſcientiæ ad Deum interrogatio. Baptiſmus infirmitatis noſtræ adiumentum. Baptiſmus carnis eſt abiectio, Spiritus aſſectatio, Verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum oppreſſio. Baptiſmus vehiculũ ad Deum, peregrinatio cum Chriſto, fidei adminiculum, mentis perfectio, cæleſtis regni clauis, vitæ commutatio, ſeruitutis depulſio, vinculorum ſolutio, cõpoſitionis in meliorem ſtatum conuerſio. Quid plura commemorare attinet? Baptiſmus omnium Dei beneficiorum præclariſſimum eſt, & prȩſtantiſſimũ. Vt enim quȩdam Sancta ſanctorum vocantur, & Cantica canticorum, quòd ſcilicet latiùs pateant, ac plura complectantur, præcipuamq; dignitatem habeant: eodẽ modo Baptiſmus quoquè illuminatio dicitur, quòd omnes alias illuminationes ſanctitate præcedat. Quemadmodùm autem Chriſtus, huius dator, multis ac diuerſis nominibus appellatur, ità ipſum quoquè donum varia nomina ſortitur: ſiue id nobis ob miram quandam rei lætitiam accidat, (fit enim ferè, vt qui rem aliquam impensè amant, nomina quoquè ipſa libenter vſurpent) ſiue quòd multiplex huius beneficij vtilitas multas quoquè appellationes nobis pepererit. Donum vocamus, gratiam, baptiſmum, vnctionem, illuminationem, incorruptionis indumentum, regenerationis lauacrum, ſigillum, ac deniquè excellentiſſimo quouis nomine appellamus. Donum dicitur, quia ijs, qui nihil priùs contulerunt, datur. Gratia, quia etiam debentibus. Baptiſmus, quia peccatum in aqua ſepelitur. Vnctio, quia ſacer & regius. Huiuſmodi enim ea erant, quæ vngebantur. Illuminatio porrò, quia ſplendor & claritas. Indumentum, quia ignominiæ noſtræ velamen eſt. Lauacrum, quia abluit. Sigillum, quia conſeruatio eſt, ac dominationis ſignificatio. Et paulò pòſt: Atque hæc Baptiſmi gratia & facultas eſt, non orbem terrarum, vt olim, aquis obruens, ſed vniuſcuiuſque hominis peccatum purgans, eáſque obſtructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsùs abſtergens. Quandoquidem autem duabus partibus, hoc eſt, animo & corpore conſtamus, quarum altera in aſpectum cadit, altera oculorum ſenſum fugit: duabus quoquè rebus conſtat Baptiſmus, aqua ſcilicet & ſpiritu, illa viſibili & corporeo modo accepta, hoc verò incorporeo & inuiſibili concurrente: illa typica, hoc verò, & intimos animi ſinus purgante. Qui primæ natiuitati opem & adiumentum ferens, ex veteribus nouos, ex humanis diuinos efficit, abſq; igne nos rurſus conflans, & abſq; confractione rurſus effingens. Nam, vt compẽdio dicam, nihil aliud eſſe vim & facultatem Baptiſmi exiſtimare debemus, quàm ſecundæ vitæ ac purioris viuendi rationis pactum cum Deo initum. Ibidèm poſt multa: Exceſſit à te impurus & craſſus ſpiritus, per Baptiſmum eiectus ac profligatus. Diſrumpitur ſe in fugam coniectum, non patitur ſe domo & tecto carere. Ambulat per loca inaquoſa, diuinaq; influxione minimè perfuſa: illic commorari geſtit; vagatur, quærens requiem, non inuenit; animas Baptiſmo conſignatas offendit, quarũ vitia lotione obruta ſunt: aquam perhorreſcit, luſtricis vndis, non ſecùs àc Legio marinis, ſuffocatur.

Baptiſmi vis admirabilis.
Baptiſmi varia nomina.
Cur dicatur donum.
Gratia.
Baptiſmus.
Vnctio.
Illuminatio.
Indumentũ.
Lauacrum.
Sigillum.
Peccata ſingulorũ purgat, & maculas vitiorum prorsus abſtergit.
Aqua & ſpiritu conſtat.
Dæmon Baptiſmo expellitur à nobis.
Matth. 12.
Vitia obruta ſunt lotione.
Matth. 8.

18. CLEMENS Alexandrinus libro primo pædagogi, capite ſexto: Qui tingimur, abſterſis peccatis, quæ diuino ſpiritui inſtàr caliginis tenebras offundebant, liberum, ab omníque impedimento vacuum, & lucidum habemus ſpiritus oculum: quo quidem ſolo quod diuinum eſt intuemur, cælitùs influente nobis ſancto ſpiritu. Et paulò antè: Tincti, illuminamur: illuminati, in filios adoptamur: adoptati, perficimur: perfecti, immortales reddimur. Ego, inquit, dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Multis autem modis vocatur hoc opus, Gratia, Illuminatio, Perfectum, & Lauacrum. Lauacrum quidem, per quod peccata abſtergimus. Gratia autem, qua remittuntur pœnæ quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam ſanctam illam & ſalutarem lucem intuemur, hoc eſt, per quam id quod eſt diuinum perſpicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deeſt. Quid enim ei deſit qui Deum nouit? Eſt enim reuerà abſurdum Dei vocari gratiam, quæ non ſit perfecta, & vndequaquè plena. Qui eſt autem perfectus, perfecta vtiquè largietur. Nec longè pòſt: Illuminatione tenebras deleri neceſſè eſt. Tenebræ autem ſunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes. Cognitio ergò eſt illuminatio, quæ delet ignorationem, & perſpicacem videndi facultatem inſerit. Quinetiam eorum quæ ſunt deteriora, reiectio, eſt meliorum reuelatio. Quæ enim malè colligauit ignoratio, ea pulchrè reſoluit agnitio. Hæc autem vincula quàm celerrimè remittuntur, humana quidem fide, diuina verò gratia, cùm remittuntur peccata vno medicamento Pæonio, nempe verbali baptiſmo. Omnia ergò peccata eluimus, & eueſtigiò mali non ſumus ampliùs. Vna eſt hæc gratia illuminationis, quòd non ſint ijdem mores, qui erant antequàm lauaremur.

Effectus baptiſmi.
Pſal. 81.
Nomina baptiſmi.

19. CHRYSOSTOMVS in homilia ad neophytos: Eccè libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur paulò antè captiui: & ciues eccleſiæ ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & iuſtitiæ in ſorte verſantur, qui fuerunt in confuſione peccati. Non enim ſunt tantùm liberi, ſed & ſancti: non tantùm ſancti, ſed & iuſti: nec ſolùm iuſti, ſed & filij: nec ſolùm filij, ſed hæredes: nec ſolùm hæredes, ſed & fratres Chriſti: nec tantùm fratres Chriſti, ſed cohæredes: non ſolùm cohæredes, ſed & membra: non membra tantùm, ſed & templum: nec tantùm templum, ſed organa ſpiritus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates? Sed multis quidem videtur, cæleſtem gratiam in peccatorum tantùm remiſſione conſiſtere: nos autem honores computauimus decem. Hac de cauſa etiã infantulos baptizamus, vt non ſint coinquinati peccato, vt eis addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, vt eius mẽbra ſint omnes, vt ſpiritus habitatio fiat.

Decem baptiſmi munera.
Non ſola peccatorũ remiſſio.

Verba Græca teſte Auguſt. lib. 1. cõt. Iulia. cap. 6. ſic habẽt: διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν, καί τοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα, id eſt, Ideò & infantes baptizamus, quamuis peccata non habentes, intellig, propria.

Nomina Baptiſmi varia.

20. IDEM in homilia ad baptizandos: De ipſius myſticę purificationis vocabulo dicamus: non enim ei vnum vocabulū eſt, ſed multis & diuerſis nominibus nuncupatur. Nam hæc expurgatio Lauacrum iterùm regenerationis dicitur: Saluauit enim, ait Apoſtolus, nos per lauacrum regenerationis,& renouationis Spiritus ſancti. Dicitur & illuminatio : & ità illud Paulus Apoſtolus nuncupauit. Recommemorate nanque, ait, priores dies, quibus illuminati multam colluctationem ſuſtinuiſtis paſſionum. Et iterùm: Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, & guſtauerunt donū cęleſte &c. Vocatur & Baptiſma: Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Vocatur & Sepultura: Conſepulti enim, ait idem, ſumus per baptiſmum in mortem. Vocatur Circuncisio: In quo, inquit,& circūciſi eſtis circunciſione non manufacta in expoliationem corporis peccatorum carnis. Vocatur Crux: Vetus etenim,inquit,homo crucifixus eſt,vt conuertatur corpus peccato. Eſt & alia vocabula multa proferre, ſed ad priùs dictum nomen redeamus. Sordes corporis Iudaicum lauacrum emundabat: Diuinæ autem gratiæ lauacrum non corporis,ſed animæ maculam ſordéſque mundare conſueuit. Non enim eos qui mortua corpora tetigerūnt, ſed eos qui operibus mortuis prægrauantur, efficit mundos. Etſi mollis,etſi fornicator,etſi idolis ſeruiens,& ſi quid aliud huiuſmodi gerens quiſpiā reperiatur, etſi omni humana deteſtabilitate fuerit prægrauatus, etſi totius malitiæ nodis adſtrictus: cùm ad illam natatoriā venerit,cùm illius fontis diuinos ſenſerit riuos, Solis radijs mundior eleuatur. Et nè putes ambitionis gratia hæc verba proferri,audi Paulum de huius lauacri virtute dicentem : Nolite errare, nec hi qui idolis ſeruiunt, nec fornicatores, nec adulteri, &c. Sed inquis,Quid hoc ad tractatum propoſitum? Nam hoc quęritur,ſi omnia lauacri mūdantur virtute. Et ideò accipe quæ ſequuntur. Et hæc,inquit,quidem eratis,ſed lauati eſtis,&c. Nos quidem pollicemur vobis oſtendere totius malitiæ vinculis abſolui,& omni immūditia liberari eos, qui hoc lauacrum promerentur: Verùm ratio longè maiora declarat. Non enim mundos tantùm, ſed & ſanctos & iuſtos effectos oſtendit. Non enim dixit,lauati eſtis tantùm,ſed & ſanctificati & iuſtificati. Nam ſi Imperatoris præceptio paucis cōſcripta literis multorum criminum reos liberare conſueuit,alijs quoquè præſtare culmina dignitatum: multò magis Dei ſpiritus ſanctus & cuncta potens,omni vos malitia liberabit,& multam iuſtitiam largietur. Et ſicut ſcintilla ignis exigua in profundi maris pelagus cadens aquarum copia non paulatìm, ſed ſtatìm extinguitur, & ilicò nihilum eſſe demonſtratur: ità & omnis humana malitia quando ad natatoriam cæleſtium fontium valuerit peruenire,illius ſcintillæ faciliùs extinguitur ardore. Et ob quam cauſam,inquis,hoc quod nobis peccata concedit, non lauacrū remiſſionis peccatorum dicitur, nec lauacrum purificationis, ſed lauacrum regenerationis? Quia non nobis ſimpliciter peccata concedit, nec ſimpliciter nos purificat malis actibus implicatos,ſed tanquàm è cælo generatos efficit. Nec multò pòſt: Vt ſtatuam auri metallo confectam, aliquanti temporis metis fumo & puluere & æruginis ſordibus coinquinatam, cùm artificis manus acceperint, renouant fornacis ardore, & ſplendidam nobis lucidámque demonſtrant : ità & noſtram naturam Deus æruginatam mole peccati, & malorum geſtorum fumo violatam, & omni pulchritudine, quam primò ei donauerat, denudatam,in illos aquarum fontes, tanquàm in purgatorium mittit: & pro flamma ſpiritus gratiam ſubminiſtrat, & exindè rudes effectos, etiam Solis radijs eleuat clariùs lucentes, veterem hominem conterens,nouum autem oſtendens longè meliorem.

Lauacrum regenerationis. Tit.3.

Illuminatio. Heb.10.& 6.

Baptiſmus. Gal.3.

Sepultura. Rom.6.

Circuncisio. Coloſſ.2.

Crux. Rom.6.

Mundat omnia Baptiſmus.

Solis radijs mundior, recens baptizatus. 1.Cor.6.

Comparatio pulchra, qua peccata omnia deleri & iuſtitiam conferri docet. Simile.

Omnis humana malitia extinguitur.

Cur potius dicatur lauacrum regenerationis, q̃ purificationis. Tit.3. Simile.

21. PRIORIS ad Corinthios ſexto,vt in textu.

Quid præſtat Baptiſmus.

22. AMBROSIVS libro primo de Sacramentis,capite quarto: Cæterùm qui per hunc fontem tranſit, tranſit à terrenis ad cæleſtia: hoc eſt enim Paſcha,id eſt,tranſitus eius, tranſitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad ſanctificationem. Qui per hunc fontem tranſit, non moritur, ſed reſurgit.

Effectus Baptiſmi.

23. CONCILIVM Florentinum,in doctrina de Sacramentis: Huius ſacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis: omnis quoquè pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Proptereà baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio: ſed morientes antequàm culpam aliquam committant, ſtatìm ad regnum cælorum & Dei viſionem perueniunt.

Gratia baptiſmi omninò tollitur quicquid proprii peccati rationem habet.

24. CONCILIVM Tridentinū ſeſſione quinta,in decreto de originali peccato,canone quinto: Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam aſſerit non tolli totum id,quod veram & propriam peccati rationem habet,ſed illud dicit tantùm radi aut nō imputari, anathema ſit. In renatis enim nihil odit Deus: quia nihil eſt damnationis ijs,qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem,qui non ſecundùm carnem ambulant : ſed veterem hominem exuentes, & nouum qui ſecundùm Deum creatus eſt induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti,ità vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.

Rom.8.6. Coloſſ.3. Epheſ.4. Rom.8.

25. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrum &c. vt in textu.

Sacramenti baptiſmi qd operetur.

26. AVGVSTINVS ad Bonifacium epiſtola vigeſimatertia: Aqua exhibens forinſecùs Sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinſecùs beneficium gratiæ, ſoluens vinculū culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerant hominem in vno Chriſto,ex vno Adam generatum.

Num.19. Mundat baptiſmus.

27. IDEM ſuper Numeros quæſtione trigeſimatertia: Qui ſacramento baptiſmi rectè abluitur, quod illa aſperſionis aqua figurabatur, mundatur ſpiritaliter,id eſt,inuiſibiliter in carne & in anima, vt ſit mundus & corpore,& ſpiritu.

Baptiſmus ægri mentē mutat.

28. ET libro quarto confeſſionū, capite quarto,de quodam ſuo amico loquens: Cùm laboraret ille febribus, iacuit diù ſine ſenſu in ſudore lethali. Et cùm deſperaretur, baptizatus eſt neſciēs, me non curante,& præſumente id retinere potiùs animam eius quod à me acceperat, non quod in neſciētis corpore fiebat. Longè autem aliter erat, nam recreatus eſt & ſaluus factus. Statimq́; vt primùm cum eo loqui potui, potui autem mox vt ille potuit, quoniam non diſcedebam,& nimis pendebamus ex inuicèm, tentaui apud illum irridere, tanquàm & illo irriſuro mecum baptiſmum quem acceperat, mente atque ſenſu abſentiſſimus, ſed tamen ſe iam accepiſſe didicerat. At ille ità me exhorruit vt inimicum, admonuítque mirabili & repentina libertate, vt ſi amicus eſſe vellem, talia ſibi dicere deſinerem. Ego autem ſtupefactus atque turbatus, diſtuli omnes motus meos &c.

29. LACTANTIVS libro tertio diuinarum inſtitutionum,capite vigeſimoquinto,vel in alijs exemplaribus capite vigeſimoſexto: Dei præcepta quia & ſimplicia & vera ſunt, quantùm valeant in animis hominum,quotidiana experimenta demonſtrant. Da mihi virum qui ſit iracūdus, maledicus,effrenatus: pauciſſimis Dei verbis tam placidum,quàm ouem reddam. Da cupidū, auarum, tenacem: iam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam ſuam plenis manibus largientem. Da timidum doloris ac mortis: iam cruces & ignes,

* taurum

Digitized by Google

** al. periculũ omne &*

*taurum cōtemnet. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem: iam ſobrium, caſtum, continentem videbis. Da crudelem & ſanguinis appetentē, iam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da iniuſtum, inſipientem, peccatorem: continuò & æquus, & prudens, & innocens erit: vno enim lauacro malitia omnis abolebitur. Tanta diuinæ ſapientiæ vis eſt, vt in hominis pectus infuſa, matrem delictorum ſtultitiam vno ſemel impetu expellat. Ad quod efficiendum non mercede, non libris, non lucubrationibus opùs eſt. Gratis iſta fiunt, facilè, citò, modò pateant aures, & pectus ſapientiam ſitiat. Nemo vereatur nos: aquam non vendimus, nec ſolę mercede præſtamus. Dei fons vberrimus ac pleniſſimus patet cunctis, & hoc cęleſte lumen vniuerſis oritur, quicunque oculos habent. Num quis hæc philoſophorum aut vnquàm præſtitit, aut præſtare, ſi velit, poteſt?

Lauacro Baptiſmi omnis malitia abolетur.

lib. 2. epiſt. 2.

30. CYPRIANVS epiſtola ſecunda ad Donatum: Cùm in tenebris atq; in nocte cæca iacerem, cumq; in ſalo iactantis ſeculi nutabundus ac dubius veſtigijs oberrantibus fluctuarem, vitæ meę neſcius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorsùs ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in ſalutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, vt quis renaſci denuò poſſet: vtq; in nouam vitam lauacro aquæ ſalutaris animatus, quod priùs fuerat exponeret: corporis licèt manente compage, hominem animo ac mente mutaret. Quî poſſibilis, aiebam, eſt tanta conuerſio, vt repentè ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel vſurpatum diù ſenio vetuſtatis inoleuit? alta hęc & profunda penitùs radice ſederunt.

Baptiſmus hominē animo ac mente mutat.

31. AD Epheſios quinto: Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę.

32. AD Galatas tertio, vt in textu.

33. AD Romanos ſexto, vt antè, A. teſtimonio ſeptimo.

1. B. BERNARDVS in ſermone de Cœna Domini: Dixi vobis ſæpiùs, nec mente excidere debet: quoniam in caſu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem ſuper aceruũ lapidum & in luto: Vndè non ſolùm inquinati, ſed etiam vulnerati & grauiter quaſſati ſumus. Lauari quidem citò poſſumus, ad ſanandum verò opùs eſt curatione multa. Lauamur igitur in baptiſmo, quia deletur chirographum damnationis noſtræ & gratia hæc nobis confertur, nè iam nobis concupiſcentia noceat: ſi tamen à conſenſu abſtineamus: atque ità tanquàm ſanies inueterati hulceris remouetur, dum tollitur damnatio & reſponſum mortis, quod priùs indè manabat.

Lauamur, à damnatione liberamur, & gratiam accipimus.

2. CYPRIANVS in ſermone de baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis: Bonis ſæpè malorum miniſteria ſuffragantur. Supponit itaque ceruicem ſanctam manibus hominis humilitas redemptoris, & licèt plenam non habeat virtutem, ſuſcipit tamen Chriſtus baptiſma Ioannis. Præparabat viam Domino Ioannes lauando exteriùs corpora, vt præcederet exterius lauacrum ſequuturum baptiſma, in quo cōferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſſio. Præceſſit quod erat ex parte, vt conſummatio ſequeretur.

Baptiſmus Ioannis, alius à baptiſmo Chriſti.

Animarũ ablutio & remiſſio peccatorum.

3. IDEM de ablutione pedum: Ornata & honorata eſt Eccleſia quaſi paradiſus, in amplitudinis ſuæ vmbilico fontem continens gratiæ ſingularis, flumina creans in vitam æternam ſalientia, viuam habens originem & decurſum perennem. Hinc egredientia quatuor euangelij flumina, per vniuerſum mundum ſecum regenerationis euehunt lauacrum, & de abdito & ſecretiſſimo Spiritus ſancti munere huius gratiæ liquor emanat, ſic lauās quos parentalis labes infecerat, vt nec actualis nec originalis macula, aliqua ſuî poſt ablutionem illam veſtigia derelinquat. Præteritis lotis, vita deincèps arbitrio eſt proprio deducenda, ità tamen, vt actualibus aliquando recrudeſcentibus iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius ſit, cui ſemel illa ſunt in baptiſmo indulta. In originalibus enim corruptio naturæ abijci & exterminari meruerat: ſed quia non erat voluntas in culpa, prouidit Deus generali damnationi remedium, & ſuæ ſententiam iuſtitiæ temperauit, hæreditarium onus à ſobole remouens, & miſericorditer ablutione & vnctione medicinali, corruptionis primitiuæ fermentum expurgans.

Gen. 2.

Ioan. 4.

Originale & actualia peccata planè tollit.

4. ORIGENES in caput ſextum epiſtolæ ad Romanos: De hoc etiam paruulorũ peccato Dauid dixiſſe credendus eſt illud, quod ſuprà memorauimus: quia in peccato concepit me mater mea. Secundùm hiſtoriam enim nullum matris eius declaratur peccatum. Pro hoc & Eccleſia ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit, etiam paruulis baptiſmum dare. Sciebant enim illi quibus myſteriorum ſecreta commiſſa ſunt diuinorũ, quia eſſent in omnibus genuinæ ſordes peccati, quę per aquam & ſpiritum ablui deberent.

Pſal. 50.

Tradicio Apoſtolica.

Paruulí per baptiſmũ ab Originali peccato liberantur.

5. IDEM homilia decimaquarta in Lucam: Paruuli baptizantur in remiſſionē peccatorum. Quorum peccatorum? vel quo tempore peccauerunt? aut quomodò poteſt vlla lauacri in paruulis ratio ſubſiſtere, niſi iuxta illum ſenſum de quo paulò antè diximus; Nullus mundus à ſordes, nec ſi vnius diei quidē fuerit vita eius ſuper terram? Et quia per Baptiſmi Sacramentum natiuitatis ſordes deponuntur, propterea baptizantur & paruuli. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poterit intrare in regnum cælorum.

Baptiſmus in paruulis abluit peccatũ originale.

Iob 14. iuxta LXX.

Ioan. 3.

6. RETICIVS Auguſtudunenſis Epiſcopus de Baptiſmo loquens, apud Auguſtinum libro primo contra Iulianum, capite tertio: Hanc eſſe principalem in Eccleſia indulgentiam, neminem præterit, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ noſtræ facinora priſca delemus, vbi & veterem hominem cum ingenitis ſceleribus exuimus. Audis (ſubiungit Auguſtinus) antiqui criminis pondus, audis priſca facinora, audis cum ſceleribus ingenitis hominē veterem, & audes aduerſùs hæc ruinoſam conſtruere nouitatem?

Omne pondus antiqui criminis exponimus.

CONCVPISCENTIA.

1. C. IACOBI primo: Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deindè concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

2. AD Romanos ſexto: Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.

3. ET capite ſeptimo: Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſione autem accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.

4. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione quinta, in decreto de Originali peccato, canone quinto: Manere in baptizatis concupiſcentiam vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur & ſentit, quæ cùm ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, & viriliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus nō valet: quinimmò qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiā, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam Catholicā nunquàm intellexiſſe Peccatum appellari, quòd verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit.

Concupiſcētia cur in baptizatis manet.

2. Tim. 2.

Rom. 7.

Impropriè vocatur peccatum.

5. AVGVSTINVS libro primo de nuptijs & concupiſcentia, capite vigeſimotertio: Concupiſcentia quæ ſolo Sacramento regenerationis expiatur, profectò peccati vinculum generatione

Concupiſcētia nō eſt peccatum in regeneratis.

Digitized by Google

traijcit in poſteros; niſi ab illo & ipſi regeneratione ſoluantur. (Nam ipſa quidem concupiſcentia iam non eſt peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non conſentitur, atque vt ea perpetrent, à regina mente membra non dantur: vt ſi non fit quod ſcriptum eſt, Non concupiſcas; fiat ſaltem quod alibi legitur, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Sed modo quodam loquendi peccatum vocatur, quòd & peccato facta eſt, & peccatum, ſi vicerit, facit) reatus eius valet in generato. Quem reatum Chriſti gratia per remiſſionem omnium peccatorum in regenerato, ſi ad mala opera ei quodammodò iubenti non obediat, valere non ſinit. Sic autem vocatur peccatum, quia peccato facta eſt, cùm iam in regeneratis non ſit ipſa peccatũ; ſicut vocatur lingua locutio, quam facit lingua; & manus vocatur ſcriptura, quam facit manus. Itémque ſic vocatur peccatum, quia peccatum, ſi vincit, facit; ſicut vocatur frigus pigrum, non quòd à pigris fiat, ſed quòd pigros faciat.

Exodi 20. *Eccli 18.* *Quomodò peccatum appelletur.*

6. ET capite vigeſimoquinto: Si quæritur, quomodò iſta concupiſcentia carnis maneat in regenerato, in quo vniuerſorum facta eſt remiſſio peccatorum, quandoquidem per ipſam ſeminatur, & cum ipſa carnalis gignitur proles parentis etiam baptizati: aut certè ſi in parente baptizato poteſt & eſſe, & peccatum non eſſe, cur eadem ipſa in prole peccatum ſit; ad hæc reſpondetur, dimitti concupiſcentiam carnis in baptiſmo, non vt non ſit, ſed vt in peccatum non imputetur. Quanuis autem reatu ſuo iam ſoluto, manet tamen donèc ſanetur omnis infirmitas noſtra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, cùm exterior induerit incorruptionem: non enim ſubſtantialiter manet, ſicut aliquod corpus, aut ſpiritus, ſed affectio eſt quædam malæ qualitatis ſicut languor. Non ergò aliquid remanet, quod non remittatur; cùm ſit, ſicut ſcriptum eſt, Propitius Dominus omnibus iniquitatibus noſtris: ſed donèc fiat & quod ſequitur, Qui ſanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione vitam tuam; manet in corpore mortis huius carnalis concupiſcentia. Cuius vitioſis deſiderijs ad illicita perpetranda non obedire præcipimur, nè regnet peccatum in noſtro mortali corpore: quæ tamen concupiſcentia quotidiè minuitur in proficientibus & continentibus; accedente autem ſenectute, multò maximè. Qui verò ei nequiter ſeruiunt, tantas in eis vires accipit, vt plerunquè iam ætate deficientibus membris, eiſdémque partibus corporis ad illud opus iam moueri minùs valentibus, turpiùs & procaciùs inſanire non deſinat.

Quomodò concupiſcentia dimittitur in Baptiſmo. *1.Cor.4.* *Pſal.102.* *Rom.6.*

7. IDEM libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite decimotertio: Concupiſcentia carnis, etiamſi vocatur peccatum, non vtiquè quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur: ſicut ſcriptura manus cuiuſque dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata autem ſunt, quæ ſecundùm carnis concupiſcentiam vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur, quæ tranſacta etiam reos tenent, ſi non remittantur. Et iſta ipſa carnis concupiſcentia in baptiſmo ſic dimittitur, vt quanquàm tracta ſit à naſcentibus, nihil noceat renaſcentibus. Ex quibus tamen ſi filios carnaliter gignunt, rurſùs trahitur, rurſúſque & nocitura naſcentibus, niſi eadem forma renaſcentibus remittatur, & inſit nihil obſutura vitæ futuræ, quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimiſſus eſt: Et ideò iam non ſit peccatum, ſed ſic vocetur, ſiue quòd peccato facta ſit, ſiue quòd peccandi delectatione moueatur, etſi ei vincente delectatione iuſtitiæ non conſentiatur. Nec propter ipſam cuius iam reatus lauacro regenerationis abſumptus eſt, dicunt in oratione baptizati, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: ſed propter peccata quæ fiunt, ſiue in eius conſenſionibus, cùm ab eo quod libet vincitur quod placet, ſiue cùm per ignorantiam malum quaſi bonum placet.

Cur aliquando peccatum appelletur. *Peccati deſcriptio.* *Matth.6.*

8. ITEM libro primo Retractationum, capite decimoquinto: Sed hoc peccatum, de quo eſt locutus Apoſtolus, ideò peccatum vocatur, quia peccato factum eſt, & pœna peccati eſt: quandoquidem hoc de concupiſcentia carnis dicitur, quod aperit in conſequentibus, dicens: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Perfectio quippe boni eſt, vt nec ipſa concupiſcentia peccati ſit in homine, cui quidem quando benè viuitur, non conſentit voluntas: veruntamen non perficit bonum, quia ineſt adhuc concupiſcentia, cui repugnat voluntas, cuius concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet, cui donèc ſanetur, omnis fidelis qui benè proficit, ſtudioſiſſimè reluctatur.

Rom.7. *Cur ab Apoſtolo peccatum appelletur.* *Reatus ſoluitur, infirmitas manet.*

9. ET libro decimotertio de Trinitate, capite decimoſexto: Quanuis & ipſa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamen bonus eius vſus glorioſiſſimos martyres fecit. Et ideò non ſolùm ipſa, ſed omnia ſeculi huius mala, dolores laboréſque hominum, quanquàm de peccatorum, & maximè de peccati originalis meritis veniant, vndè facta eſt & ipſa vita vinculo mortis obſtricta, tamen & remiſſis peccatis remanere debuerunt, cum quibus homo pro veritate certaret, & vndè exerceretur virtus fidelium: vt nouus homo per teſtamentum nouum, inter mala huius ſeculi nouo ſeculo præpararetur, miſeriam, quam meruit vita iſta damnata, ſapienter tolerans, & quia finietur prudenter gratulans; beatitudinem verò, quam liberata vita futura ſine fine habitura eſt, fideliter & patienter expectans.

Remiſſo originali peccato, multæ infirmitates quare maneant.

10. IDEM libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite trigeſimonono: In paruulis certè gratia Dei per baptiſmum eius, qui venit in ſimilitudine carnis peccati, id agitur, vt euacuetur caro peccati. Euacuatur autem, non vt in ipſa viuente carne concupiſcentia conſperſa & innata, repentè abſumatur & non ſit, ſed nè obſit mortuo, quæ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet, eamq; adiuuante Deo ſuperet, ſi non in vacuum gratiam eius ſuſceperit, ſi reprobatus eſſe noluerit. Nam nec grandibus hoc præſtatur in baptiſmo, (niſi fortè miraculo ineffabili omnipotentiſſimi creatoris) vt lex peccati, quæ ineſt in membris repugnans legi mentis, penitùs extinguatur & non ſit: ſed vt quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum eſt, cùm eidem concupiſcentiæ ſubiecta mente ſeruiret, totum aboleatur, ac velut factum non fuerit, habeatur. Ipſa verò ſoluto reatus vinculo, quo per illam diabolus animam retinebat, & interclusione deſtructa, quæ hominem à ſuo creatore ſeparabat, maneat in certamine, quo corpus noſtrum caſtigamus, & ſeruituti ſubijcimus, vel ad vſus licitos & neceſſarios relaxanda, vel continentia cohibenda.

Baptiſmus quicquid propriè peccati rationem habet, tollit.

11. ITEM libro ſecundo, capite trigeſimotertio: Non intelligunt quomodò res, quarum reatum, nè poſt hanc vitam obſint, Deus ſoluit; tamen eas ad certamen fidei ſinit manere, vt per illas erudiantur & exerceantur, proficientes in agone iuſtitiæ.

12. ET capite trigeſimoquarto: Verùm quia & tales non deſunt, quemadmodùm eis hac quæſtione propoſita reſpondemus, dicentes, ante remiſſionem eſſe illa ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem autem certamina exercitationéſque iuſtorum:

Remiſſo originali peccato, multæ pœnæ relinquuntur.

Digitized by Google

ſtorum: ità & illis, quos de morte corporis ſimiliter mouet, reſpondere debemus, vt eam & peccato accidiſſe fateamur; & poſt peccatorum remiſſionem, vt magnus timor eius à proficientibus ſuperetur, ad certamen nobis relictam eſſe non dedignemur. Et paulò pòſt: Vnde mirandum non eſt, & mortem corporis non fuiſſe euenturam homini, niſi præceſſiſſet peccatum, cuius etiam talis pœna conſequeretur: & poſt remiſſionem peccatorum eam fidelibus euenire, vt in eius timore vincendo exerceretur fortitudo iuſtitiæ. Et infrà: Sicut illi primi homines poſteà iuſtè viuendo, vndè meritò creduntur per Domini ſanguinem ab extremo ſupplicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradiſum reuocari: ſic & caro peccati, etiamſi remiſſis peccatis homo in ea iuſtè vixerit; non continuò meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis inſinuatum eſt de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem Propheta cùm miſſus eſſet, eíque propter peccatum quod commiſerat, euentura mala ex iracundia Dei comminaretur, confeſſione peccati veniam meruit, reſpondente Propheta, quòd illud ei flagitium facinúſque remiſſum ſit: & tamen conſecuta ſunt quæ Deus fuerat comminatus, vt ſic humiliaretur à filio. Quarè & hîc non dicitur, ſi Deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimiſſo peccato, quod erat minatus impleuit; niſi quia rectiſſimè, ſi dictū fuerit, reſpondebitur remiſſionem illā peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur æterna: ſubſecutum verò illius comminationis effectum, vt pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur? Sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini inflixit, & poſt peccatorum remiſſionem, propter exercendam iuſtitiam non ademit.

2.Reg.12. Pœna poſt dimiſſam culpā luenda reſtat nonnūquàm.

13. AD Romanos octauò, vt in textu.

14. AD Coloſſenſes tertio: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum.

15. AD Epheſios quarto: Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

16. POSTERIORIS ad Corinthios quarto: Propter quod non deficimus: ſed licèt is qui foris eſt, noſter homo corrumpitur, tamen is qui intùs eſt, renouatur de die in diem.

17. AD Romanos ſexto: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem &c. vt ſuprà A. teſtimonio ſeptimo.

IIII.

Quid à nobis requirit acceptum tanti Sacramenti beneficium?

A. PRIMVM à nobis ſummam poſtulat & aſſiduam animi gratitudinem, vt prædicemus, amemus & celebremus eum,[a] *qui ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum hoc regenerationis & renouationis Spiritus ſancti: quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.*

a Tit.3.b

B. Deindè ſic huius ſacramenti myſterium rememorandum eſt, vt[b] identidèm ſeipſum quiſque admoneat præclaræ illius ſuæ ſponſionis & Chriſtianæ profeſſionis, quam in ſacro lauacro per[c] ſponſores edidit. Cogitet igitur Chriſtianus, illic ſe ex iræ filio & Satanæ ſeruo,[d] Dei filium Chriſtíque membrum & cohæredem, viuumque[e] templum Spiritus ſancti factum eſſe.

b Orig.hom.12. in Numeros.
c Dionyſ. Areopag. cap.7. eccl.hierar. Aug.de nupt. & concup.lib.1.c.20. Item lib.1.de pec.mer.cap.19. & lib.4.contra Donat.ca.24.
d Rom.8.a c Galat.4.a d
e 1.Cor.6.d

C. Ingreſſus es regenerationis ſacrarium, inquit[f] Ambroſius: repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renunciâſti diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius ac voluptatibus.[g] Memor eſto ſermonis tui, & nunquàm tibi excidat tuæ ſeries cautionis. Et præclara Pauli baptizatos omnes adhortantis vox eſt:[h] *An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

f Ambr.de initian.myſt.c.2. Chryſoſt.hom.21.ad populum Antioch. Aug.lib.4 de Symb.ad Catechu.c.1.
g Amb.lib 1.de ſacramen.cap.2. Cyrill. Hieroſ. catech.1.myſtago.
h Rom.6.a Galat.3.d Aug.de fide & oper.c.26. Alcimus lib.4.cap.vlt.

TESTIMONIA.

A. AD Titum tertio, vt in textu.

1. B. ORIGENES homilia duodecima in Numeros: Recordetur vnuſquiſque fidelium &c. vt ſuprà de Sacramentis in genere, quæſt. octaua, F. teſtimonio quarto.

Memoria abrenunciationis factæ in baptiſmo.

2. DIONYSIVS Areopagita capite ſeptimo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ: Cùm piſſimis ducibus noſtris in mentem veniſſet, viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant, præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit, quaſi ſub patre diuino, ſanctæque ſalutis alumno. Hunc itaque præſul ſpondentem, puerum iuxta ſanctam educaturum vitam, requirit vt abrenunciationem profiteatur, fidémque confiteatur: non (vt illi ridentes aiunt) alium pro alio imbuit ſacris. Neque enim hoc ille ait, Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor, ſed ità puer renunciat & profitetur, id eſt, ſpondeo puerum inducturum, cùm ad ſacram intelligentiam venerit, ſedulis adhortationibus meis, vt abrenunciet contrarijs omninò, profiteatúrque & peragat diuina quæ pollicetur. Nihil igitur (vt reor) indignum eſt, ſi ad diuinum

Puer in baptiſmo abrenūciationes facit per ſponſores.

Digitized by Google

uinum inſtitutum puer adducitur, ſanctum habens præceptorem, qui illi diuinarum rerum habitum tradat, malorúmque ſeruet immunem.

Per corda & ora geſtantiũ renunciant.

3. AVGVSTINVS libro primo de nuptijs & concupiſcentia, capite vigeſimo: In veritate itaque, non in falſitate, poteſtas diabolica exorcizatur in paruulis: eiq; renunciant, quia per ſua non poſſunt, per corda & ora geſtantium, vt eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui Domini transferantur.

Per verba geſtantiũ fidem profitẽtur, & diabolo ac mundo renunciant.

4. IDEM libro primo de peccatorũ meritis & remiſſione, capite decimonono: Si propterea rectè fideles vocantur (paruuli) quoniam fidem per verba geſtantium quodammodò profitentur; cur non priùs etiam pœnitentes habentur, cùm per eorundem verba geſtantium diabolo & huic ſeculo renunciare monſtrantur? Totum hoc in ſpe fit vi ſacramenti & diuinæ gratiæ, quam Dominus donauit Eccleſiæ.

Reſponſio aliorum pro infantibus valet.

5. ITEM libro quarto contra Donatiſtas, capite vigeſimoquarto: Cùm alij pro infantibus reſpondent, vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti, valet vtiquè ad eorum conſecrationẽ, quia ipſi reſpondere non poſſunt. At ſi pro eo qui reſpondere poteſt, alius reſpondeat, non itidèm valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictum eſt, quod omnes, cùm legitur, naturaliter mouet: Aetatem habet, ipſe pro ſe loquatur. Ioan. 9.

6. AD Romanos octauo: Nihil ergò nunc dãnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundùm carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Et paulò pòſt: Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater) Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

7. AD Galatas quarto: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem: Abba, pater. Itaque iam non es ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius, & hæres per Deum. Ibidèm: Nos autem fratres, ſecundùm Iſaac promiſſionis filij ſumus. Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

8. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

1. C. AMBROSIVS in libro de his qui myſterijs initiantur, capite ſecundo: Ingreſſus es regenerationis ſacrarium &c. vt in textu.

Abrenunciationis voce frequenter vtendum.

2. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaprima ad populum Antiochenum: Vocis illius recorderis, quam, dum ſacris initiareris, emiſiſti: Abrenuncio tibi Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Circa margaritarum enim cultum inſania, eſt pompa ſatanica. Aurum enim cepiſti, non vt corpus vincias, ſed vt pauperes ſoluas & enutrias. Dic igitur continuè, Abrenuncio tibi Satana. Nihil hac tutius voce, ſi ipſam per opera exhibeamus: hanc & vos, initiandi, diſcere cenſeo. Et paulò pòſt: Hoc igitur dicamus, Abrenuncio tibi Satana; tanquàm in illa die huius vocis rationem redditúri, & ipſam cuſtodiamus, vt ſaluum tunc reddamus depoſitum. Et ſub finem: Sicut ſine calceamentis vel veſtimentis veſtrûm nemo in forum deſcendere eligeret: ità ſine verbo hoc nunquàm in forum prodeas, ſed cùm es ianuæ veſtibula tranſgreſſurus, hoc priùs loquere verbum: Abrenuncio tibi Satana, & coniungor tibi Chriſte. Nè vnquàm abſq; hac voce exeas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hęc turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte imprime: ſic enim non tantùm homo occurrens, verùm nec ipſe diabolus te quicquam lædere poterit, cum his te cernens armis vbiquè apparentem.

Baptizandi Deo & angelis cõſcribentibus dicunt, Renuncio diabolo.

3. AVGVSTINVS libro quarto de Symbolo ad Catechumenos, capite primo: Diabolo vos renunciare profeſſi eſtis: in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo & angelis eius conſcribentibus dixiſtis, Renuncio. Renunciate non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus: non tantùm ſono linguæ, ſed & actu vitæ: nec tantùm labijs ſonantibus, ſed operibus pronunciantibus. Scitote, vos cũ callido, antiquo & veternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen: non in vobis poſt renunciationem inueniat opera ſua: non iure vos attrahat in ſeruitutẽ ſuam. Deprehenderis enim & deregeris Chriſtiane, quando aliud agis, & aliud profiteris. Fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere, non tenens promiſſionis tuæ fidẽ. Quid tibi cum pompis diaboli quibus renunciâſti? Quid tibi cum pompis diaboli amator Chriſti? Noli te fallere; odit enim tales Deus, nec inter ſuos deputat profeſſores, quos cernit viæ ſuæ deſertores.

Abrenunciatio quæ fit in baptiſmo, in mentem reuocanda eſt.

4. AMBROSIVS libro primo de ſacramẽtis, capite ſecundo: Quando te Leuita interrogauit, Abrenuncias diabolo & operibus eius? quid reſpondiſti? Abrenuncio. Abrenuncias ſeculo & voluptatibus eius? quid reſpondiſti? Abrenuncio. Memor eſto ſermonis tui, & nunquàm tibi excidat tuæ ſeries cautionis. Si chirographum homini dederis, teneris obnoxius, vt pecuniam eius accipias: teneris adſtrictus, & reluctantem te fœnerator adſtringit: ſi recuſas, vadis ad iudicem, atque illic tua cautione conuinceris. Vbi promiſeris, conſidera, vel quibus promiſeris. Leuitam vidiſti, ſed miniſter eſt Chriſti. Vidiſti illum ante altaria miniſtrare. Ergò chirographum tuum tenetur non in terra, ſed in cælo.

5. CYRILLVS Hieroſolymitanus Archiepiſcopus catecheſi prima myſtagogica, de abrenunciatione baptizandorum agens: Iſtud, inquit, non ignores, quòd quæcunq; dicit, illa præſertim formidabili hora, ſcripta ſunt in libris Dei abſconditis: vt ſi quid deincèps aduersùs illa pronunciata patraueris, tanquàm præuaricator iudiceris.

6. AD Romanos ſexto, vt in textu.

7. AD Galatas tertio: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Poſt baptiſmum bona vita eſt neceſſaria.

8. AVGVSTINVS de fide & operibus, capite vigeſimoſexto: Sancto baptiſmo conſona ſit vita Chriſtiana, nè cuiquam homini, ſi vtrumlibet defuerit, vita promittatur æterna. Qui enim dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cælorum: ipſe etiam dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra ſuper Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. De illis quippe ait: Scribæ & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Ergò iuſtitia eorum eſt dicere, & non facere: ac per hoc noſtram eſſe voluit abundantem ſuper illorum, dicere & facere: quæ ſi non fuerit, non intrabitur in regnum cælorum. Ioan. 3. Matth. 5. Matth. 23.

Baptizati ſoliciti ſint nè peccent.

9. ALCIMVS Auitus Vienenſis Archiepiſcopus libro quarto, capite vltimo:

Arca vetus Noe, Chriſti eſt Eccleſia, per quam,
Extra etiam quam nemo poteſt ſaluarier: ergò
Quicunque es Chriſti Baptiſmate lotus in arca,
Hoc votis precibúſque petas, hoc fletibus opta:
Nè redeant peccata tibi, nè merſa leuentur,
Mortua ne ſurgant, neu debellata rebellent.
Nè poſt ablatum valeant diſcrimina crimen,
Et flammam timeas, quia iam non ſuppetit vnda.

DE

Digitized by Google

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

I.

Quod eſt alterum à Baptiſmo Sacramentum?

CONFIRMATIO, quæ Sacramentum eſt nouæ legis æquè ſacroſanctum, vt Auguſtinus [a] inquit, ac ipſe Baptiſmus: quod baptizatis confertur cum impoſitione manuum Epiſcopalium, & ſacri Chriſmatis inunctione.

a lib. 2. cont. lit. Petilian. c. 104. Conc. Elib. c. 38. Aurel. c. 3. Laod. can. 48. Mel. c. 6. Florent. Conſtantien. ſeſſ. 15. Trident. ſeſſ. 7. can. 1. Bernar. in vita Malach. epiſc. Pet. Damian. ſerm. 1. de dedicatione Eccleſiæ. Iſidor. de eccleſ. offic. lib. 2. cap. 25. & 26. Raban. de inſtit. cler. lib. 1. cap. 30.

TESTIMONIA DE SACRAMENTO Confirmationis.

1. AVGVSTINVS libro ſecundo contra literas Petiliani Donatiſtæ, capite centeſimo quarto: Caput eſt ipſe Saluator corporis. Per barbam non incongruè fortitudo intelligitur. Ergò ad eos, qui ſunt fortes in eccleſia eius, & adhęrent ori eius, vt ſine timore prædicent veritatem, ab ipſo Chriſto tanquàm à capite ſanctum deſcendit vnguentum, id eſt, ſanctificatio ſpiritalis. Per oram veſtimenti, ſignificantur perfecti fideles in Eccleſia. Et poſt pauca: In hoc vnguento ſacramentum chriſmatis vultis interpretari, quod quidem in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus: ſed poteſt eſſe & in hominibus peſſimis &c.

Pſal. 132.

2. CONCILIVM Elibertinum vel Eliberinum canone trigeſimooctauo: Peregrè nauigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum catechumenum, ità vt, ſi ſuperuixerit, ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit.

3. AVRELIANENSE Concilium capite tertio, teſte Gratiano, de conſecratione diſtinctione quinta: Vt ieiuni ad Confirmationem veniāt perfectæ ætatis, vt moneantur confeſſionē facere priùs, vt mundi donum ſpiritusſancti valeant accipere: & quia nunquàm erit Chriſtianus, niſi in Confirmatione epiſcopali fuerit chriſmatus.

Quomodò ad hoc ſacramẽtum ſit accedendum.

4. CONCILIVM Laodicenum canone quadrageſimooctauo: Oportet baptizatos poſt baptiſmum ſacratiſſimum chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri.

5. CONCILIVM Meldenſe capite ſexto, apud Gratianum de conſecratione diſtinctione quinta: Vt Epiſcopi non niſi ieiuni per impoſitionem manuum ſpiritumſanctum tradant, exceptis infirmis & morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, paſcha videlicet & pentecoſte, à ieiunis celebrari debet baptiſmus: ità etiam traditionem ſpiritusſancti à ieiunis pontificibus conuenit celebrari.

6. CONCILIVM Florentinum: Secundum Sacramentum eſt Confirmatio &c.

7. CONCILIVM Conſtantienſe ſeſſione decimaquinta, in condemnatione octaui articuli Ioannis Hus, meminit ſeptem Sacramentorum.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſeptima, canone primo de Confirmatione: Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum ocioſam cæremoniam eſſe, & non potiùs verum & proprium Sacramentum, aut olìm nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſin quandam, qua adoleſcentię proximi, fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit.

9. BERNARDVS in vita Malachiæ Epiſcopi Hiberniæ: Malachias vſum ſaluberrimum Confeſſionis, ſacramentum Confirmationis, contractum coniugiorum, quæ omnia aut ignorabant aut negligebant, de nouo inſtituit. Cùm autē eſſet illi ſtudium & zelus maximus circa cultum diuinorum, & venerationem ſacramentorum: nè fortè de his aliquid conſtitueret vel doceret ſecùs quàm ritus haberet vniuerſalis Eccleſiæ, ſubijt animum, adire epiſcopum Malchū, qui ſe pleniùs de omnibus informaret. Hic erat ſenex plenus dierum & virtutum: & ſapientia Dei erat in illo. Is puerum mente captum ex his quos lunaticos vocant, inter confirmandum ſacra vnctione ſanauit.

Cōfeſſionis, Confirmationis, & Coniugij ſacramentum.

Miraculum per Confirmationem.

10. PETRVS Damianus ſermone primo de dedicatione eccleſiæ: Secundum eſt ſacramentum Confirmationis. In baptiſmate ſpiritus datur ad veniam, hìc ad pugnam: ibi mundamur ab iniquitatibus, hìc virtutibus præmunimur. Nónne in ſuperliminari fronte domus noſtræ terreſtris, conſecrata manus ſacri chriſmatis imprimit vnctionem? Nec quilibet tanti myſterij legitur executor, ſed ſolus epiſcopus, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius ditioni ſacerdotalis ſubditur multitudo. Baptiſmi gratiā omni homini, vel omni ſexui tradidit authoritas antiquorum: Cōfirmationis autem inſigne, ſola pontificalis perſona ſuæ vendicat dignitati. Indè eſt, quòd decretales paginæ & ſanctorum patrum inſtituta decernunt, non eſſe differendam poſt baptiſmum ſacramenti huius virtutem, nè nos inermes inueniat fraudulentus ille contortor, à quo nemo vnquàm nocendi inducias extorſit. Delibuti igitur vtriuſque roris vnguento, illo ſanati, confortati iſto, ſecuriùs deſcendamus ad ſingulare certamen. Nec nos deterreant arma Goliæ, vel magnitudo moueat ſtaturalis, quia nobiſcum eſt magnus Dominus Deus noſter, & magna virtus eius, appræhendens arma & ſcutum, vt exurgat in adiutorium nobis.

Differētia baptiſmi & Confirmationis.

Epiſcopus huius ſacramenti miniſter.

Cur nō ſit facilè differenda huius ſacramenti ſuſceptio.

1. Reg. 17.

Pſal. 34.

11. ISIDORVS Hiſpalenſis libro ſecundo de eccleſiaſticis officijs, capitevigeſimoquinto: Chriſmatis vnguentum Moyſes primùm in Exodo, iubente Domino, compoſuit & cōfudit, quo primi Aaron & filij eius in teſtimoniū ſacerdotij & ſanctitatis peruncti ſunt. Deindè quoquè & reges eodem chriſmate ſacrabantur. vndè & Chriſti nuncupabantur, ſicut ſcriptum eſt: Nolite tangere Chriſtos meos. Eratq́ eodem tempore in regibus & ſacerdotibus tantùm myſtica vnctio, qua Chriſtus figurabàtur: vndè & ipſum nomen à chriſmate ductum eſt. Sed poſtquàm Dominus noſter verus rex & ſacerdos æternus, à Deo patre cæleſti myſtico vnguento eſt delibutus, iam non ſoli pontifices & reges, ſed omnis Eccleſia vnctione chriſmatis cōſecratur, pro eo quòd membrum eſt æterni ſacerdotis & regis. Ergò quia genus regale & ſacerdotale ſumus, ideò poſt lauacrum vngimur, vt Chriſti nomine cenſeamur.

Exod. 30.

Chriſma.

Pſal. 104.

1. Pet. 2.

12. ET capite vigeſimoſexto. Sed quoniam poſt baptiſmum per Epiſcopos datur ſpiritus ſanctus cum manuum impoſitione, hoc in Actibus Apoſtolorum feciſſe meminimus Apoſtolos. Sic enim legitur: Factum eſt dum Apollos eſſet Corinthi, Paulus peragratis ſuperioribus partibus &c. Item alio

Actor. 19.

Digitized by Google

Actor. 8.

alio in loco: Cùm audiſſent qui erant Hieroſolymis Apoſtoli &c. Spiritum autem ſanctum accipere poſſumus, dare autem non poſſumus: ſed vt detur, Deum inuocamus. Hoc autem à quo potiſſimùm fiat, (quemadmodùm Papa ſanctus Innocentius ſcribit) ſubijciam: dicit enim non ab alio quàm ab epiſcopo fieri licere: Nam presbyteri licèt ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicē non habent. Hoc autem ſolis pōtificibus deberi, vt vel conſignent, vel paracletum ſpiritum tradāt, quod non ſolùm eccleſiaſtica conſuetudo demonſtrat, verùm & ſuperior illa lectio Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent ſpiritum ſanctum.

Innocen. 1. ad Decentium.

Miniſter huius ſacramēti.

Actor. 8.

13. RABANVS archiepiſcopus Moguntinus de inſtitutione clericorum libro primo, capite trigeſimo: Nouiſſimè autem à ſummo ſacerdote per impoſitionem manus, paracletus traditur baptizato ſpiritus ſanctus, vt roboretur per ſpiritum ſanctum ad prædicandū alijs idem donum, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate, per pontificem verò in fronte: vt priori vnctione ſignificetur ſpiritus ſancti ſuper ipſum deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam, in ſecunda quoquè, vt eiuſdem ſpiritus ſancti ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis, venire in hominem declaretur. Tunc enim ipſe ſpiritus ſanctus poſt mundata & benedicta corpora atque animas, libens à patre deſcendit, vt vas ſuum ſua viſitatione ſanctificaret & illuſtraret: & nunc in hominem ad hoc venit, vt ſignaculum fidei quod in fronte ſuſcepit, faciat eum donis cæleſtibus repletum: & ſua gratia confortatum, intrepidè & audacter coram regibus & poteſtatibus huius ſeculi portare, ac nomen Chriſti libera voce prędicare. Et paulò pòſt: Benè quippe conuenit, vt per ſacrum chriſma & per pinguedinem oliuæ gratia ſpiritus ſancti tribuatur: quia in pſalmo ſcriptum eſt de ipſo ſaluatore, quòd vnxerit eum Deus pater oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. & item de nobis, quòd exhilaret faciem noſtram in oleo. χρίσμα Græcè, Latinè vnctio nominatur, ex cuius nomine & Chriſtus dicitur, & ex ipſo homo poſt lauacrum ſanctificatur. Nam ſicut in baptiſmate peccatorum remiſſio datur ad veniam, ità per vnctionem ſanctificatio ſpiritus adhibetur ad gloriam. Et hoc de priſtina vnctione tractum eſt exemplum, qua vngi in ſacerdotium & regnum ſolebant antiqui: vndè & Aaron & filij eius poſt lauacrum à Moyſe vncti ſunt, vt ſacerdotes Domini fierent. Et Dauid & Salomon & cæteri reges per prophetas & ſacerdotes perfuſi ſunt cornu olei, vt regni gubernacula tenerent. Quod dum carnaliter fit, ſpiritalitet proficit, quomodò & ipſa baptiſmi gratia viſibilis actus eſt, quòd in aqua mergimur: ſed ſpiritalis effectus, quòd à delictis mundamur. Videamus ergò & ipſam olei naturam, ſi quid in ea huic ſignificationi conueniens poſſit intelligi. Oleum nanque ardens illuminat, & medicans ſanat, & aquis infuſum perſpicuas eas reddit: quod benè gratiam ſpiritusſancti poteſt demonſtrare. Ipſe enim flamma charitatis & ſplendore ſapientiæ animas illuminat. Ipſe medicamine clementiæ ſuæ, per veniam peccatorum vulnera ſanat. Ipſe admixtione virtutis ſuæ, aquas baptiſmi ad effugandas peccatorum tenebras veraciter illuſtrat.

Chriſmetur & à ſacerdote in ſummitate capitis, & ab epiſcopo in frōte baptizati ſignentur.

Confirmationis effectus.

Materia huius ſacramēti.

Pſal. 44. & 103.

Chriſma.

Exod. 29.

Olei proprietates.

II.

Vndè nobis comprobatur hoc Sacramentum?

[a] Cypr. epiſt. 70. Aug. lib. 5. contra Donat. cap. 20. Item tract. 6. in epiſt. Ioā.
[b] Act. 8. c. & 19. a Cypria. epiſt. 73. ad Iubaianum.
[c] Ibidèm.

A. TESTIMONIVM habet à diuina ſcriptura ſecundùm Patrum &[a] Eccleſiæ concordem ſententiam atque interpretationem. Huc enim ſpectat, quod Lucas[b] Euangeliſta ſemel atque iterùm ſcribit de Apoſtolis, qui ſuper baptizatos manus impoſuerunt: hoc ſigno vtentes viſibili, diuinitusque inſtituto, quòd Chriſto iam initiatis noua & amplior Spiritus ſancti gratia conferretur. Quare cùm Apoſtoli manus illis impoſuiſſent, acceperunt, vt[c] Lucas de ijſdem baptizatis refert, Spiritum ſanctum, cum acceſſione ſcilicet ac exuberantia quadam gratiæ ſpiritualis.

B. Nunc verò, vbì Apoſtolorum vicem Epiſcopi gerunt, & locum tenent, non fraudat Deus Eccleſiam ſuā hac tam ſalutari gratia, ſed per eoſdem Epiſcopos[d] in hoc Sacramento efficaciter operatur, vt adſit, Cypriano[e] teſte, & veritas ſigno, & Spiritus Sacramento.

[d] Hier. cōtra Luciferianos cap. 4.
[e] Ser. de vnctione chriſmatis.
[f] Vrban. pōt. & martyr, qui anno 227. vixit, in epiſ. ad omnes Chriſtianos.

C. Atque huc pertinet veteris Eccleſiæ Canon: [f] Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctū poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur, quia cùm Spiritusſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur.

TESTIMONIA.

lib. 1. epiſt. 12.

1. A. CYPRIANVS epiſtola ſeptuageſima ad Ianuarium & cæteros: Vngi quoquè neceſſè eſt eum, qui baptizatus ſit, vt accepto chriſmate, id eſt, vnctione, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit. Porrò autem euchariſtia eſt, & vndè baptizati vnguntur, oleum in altari ſanctificatum.

Baptizati Chriſmate inungendi.

Oleum in altari ſanctificatum.

2. AVGVSTINVS libro quinto de baptiſmo contra Donatiſtas, capite vigeſimo: Quomodò aquam mundat & ſanctificat homicida? Quomodò benedicunt oleum tenebræ? Si autem Deus adeſt Sacramentis & verbis ſuis, per qualeslibet adminiſtrentur, & Sacramenta Dei vbiquè recta ſunt, & mali homines quibus nihil proſunt, vbiquè peruerſi ſunt. Et poſt pauca: Cur autem ad verba quę procedunt ex ore homicidæ, poſſit tamen Deus oleum ſanctificare; & in alari quod hæretici poſuerunt, non poſſit, neſcio: niſi fortè quem cor hominis fallaciter conuerſum intùs non impedit, lignum fallaciter poſitum impedit forìs, quo minùs ſacramentis ſuis adeſſe dignetur, nullis hominum falſitatibus impeditus? Si ergò ad hoc valet, quod dictum eſt in Euāgelio, Deus peccatorem non audit, vt per peccatorē ſacramenta nō celebrentur: quomodò exaudit homicidam deprecantē, vel ſuper aquam baptiſmi,

Olei benedictio.

Sacramentis Deus adeſt, etiāſi per ma-

los miniſtrētur.

Ioan. 9.

vel

Digitized by Google

Sacramenta quatuor commemorat.

vel ſuper oleum, vel ſuper euchariſtiam, vel ſuper capita eorũ quibus manus imponitur? Quę omnia tamen & fiunt & valent, etiã per homicidas, id eſt, per eos qui oderunt fratres, etiam in ipſa intùs Eccleſia. Cùm dare nemo poſſit quod nõ habet; quomodò dat homicida Spiritum ſanctum? Et tamen ipſe intùs etiam baptizat. Deus ergò dat etiam ipſo baptizante Spiritum ſanctum.

3. IDEM tractatu ſexto in epiſtolam B. Ioannis: Primis temporibus cadebat ſuper credentes Spiritus ſanctus: & loquebantur linguis quas non didicerant, quomodò Spiritus dabat eis pronunciare. Signa erant tempori opportuna. Oportebat enim ità ſignificari in omnibus linguis Spiritum ſanctum: quia Euangelium Dei per omnes linguas curſurum erat toto orbe terrarum. Significatum eſt illud, & trãſijt. Nunquid modò quibus imponitur manus vt accipiant Spiritum ſanctum, hoc expectatur vt linguis loquantur? Aut quando impoſuimus manum iſtis infantibus, attendit vnuſquiſque veſtrûm vtrùm linguis loquerentur? Et cùm videret eos linguis non loqui, ità peruerſo corde aliquis veſtrûm fuit vt diceret, Non acceperunt iſti ſpiritum ſanctum; nam ſi accepiſſent, linguis loquerentur, quemadmodùm tunc factum eſt? Si ergò per hæc miracula modò teſtimonium præſentiæ Spiritus ſancti non fit; vndè cognoſcit quiſque accepiſſe ſe Spiritum ſanctum? Interroget cor ſuum: ſi diligit fratrem, manet Spiritus Dei in illo. Videat, probet ſeipſum coram oculis Dei: videat ſi eſt in illo dilectio pacis & vnitatis, dilectio Eccleſiæ toto terrarum orbe diffuſæ.

Manuũ Epiſcopaliũ impoſitione infantes & alij accipiũt Spiritum ſanctũ, licèt linguis non loquantur.

4. ACTORVM octauo: Cùm audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cùm veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum: nondùm enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

5. ET decimonono: His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

6. CYPRIANVS epiſtola ſeptuageſimatertia ad Iubaianum de hæreticis baptizandis: Idcircò quia Samaritani legitimum & Eccleſiaſticum baptiſmum conſecuti fuerant, baptizari eos vltrà non oportebat: ſed tantummodò quod deerat, id à Petro & Ioanne factum eſt, vt oratione pro eis habita, & manu impoſita, inuocaretur & infunderetur ſuper eos Spiritus ſanctus. Quod nũc quoquè apud nos geritur, vt qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionẽ Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.

Actor. 8.

Manuũ Epiſcopaliũ impoſitione Spiritũ ſanctum conſequũtur baptizati.

1. B. HIERONYMVS aduerſùs Luciferianos capite quarto: An neſcis (inquit Luciferianus) etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptizatis poſteà manus imponãtur, & ità inuocetur Spiritus ſanctus? Exigis vbi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum. Etiamſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruantur, authoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerunt: velut in lauacro ter caput mergitare, &c. ORTHOD. Non quidem abnuo hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos baptizati ſunt, Epiſcopus ad inuocationem ſancti Spiritus manum impoſiturus excurrat. Sed quale eſt, vt leges Eccleſiæ ad hæreſim transferas, & virginis integritatem, per meretricum lupanaria patiaris ſpurcari? Epiſcopus ſi imponit manum, ijs imponit qui in recta fide baptizati ſunt: qui in patre & filio & ſpiritu ſancto tres perſonas vnã ſubſtantiam crediderunt. Arrianus verò cùm aliud nihil crediderit, (claudite quæſo aures qui audituri eſtis, nè tãtæ impietatis vocibus polluamini) niſì in patre ſolo vero Deo, & in Ieſu Chriſto ſaluatore creatura, & in ſpiritu ſancto vtriuſque ſeruo: quomodò ſpiritum ſanctum ab Eccleſia recipiet, qui necdùm remiſſionem peccatorum cõſecutus eſt? Spiritus quippe ſanctus, niſì mundam fidem non incolit: nec habitator eius templi efficitur, quod antiſtitem non habet verã fidem. Quòd ſi hoc loco quæris, quare in Eccleſia baptizatus niſì per manus Epiſcopi, non accipiat Spiritum ſanctum, quem nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui: diſce hanc obſeruationem ex ea authoritate deſcendere, quòd poſt aſcenſum Domini Spiritus ſanctus ad Apoſtolos deſcendit.

Actor. 8. & 19.

Miniſter Cõfirmationis Epiſcopus.

Actor. 2.

2. CYPRIANVS de vnctione chriſmatis & alijs Sacramentis: Hodiè in Eccleſia cum cæteris vnctionibus ad populum acquiſitionis ſanctificandum, in participationem dignitatis & nominis, ſacrum chriſma conficitur: in quo mixtum oleo balſamum, regię & ſacerdotalis glorię exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiandis diuinitùs eſt vnctio inſtituta. Et paulò pòſt: Hodiè, vt diximus, vnguentum ad ſanctificationem paratur, cuius fragrantia adoleſcentulæ & nouellæ animæ, accedentes ad fidem, illectæ delectantur, & exinanitionis eius ſuauitate delibutæ, diligunt & ſequuntur aromatum largitorem, & vſque ad regis accubitum ſpiramine illo trahuntur, & poſt odorem illum vbiquè deſiderio ſancto perurgente ſitibundæ diſcurrunt. Nihil hoc oleum commune habet cum liquoribus qui ex quorundam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis eius eſt ex craſſitudine penetratiua, quę ſecũdùm quaſdam naturales rationes emollit & temperat ſpiſſamẽta humorum, quos ſolet intrinſecùs adſtringere ſiccitas aliqua, vel corruptio cõglobare. Non hæc medendis corporibus eſt vnctio inſtituta: quia ſanctificatis elementis iam non propria natura præbet effectum, ſed virtus diuina potentiùs operatur, ſed adeſt veritas ſigno, & ſpiritus ſacramento: vt & ipſis rerum efficientijs gratię dignitas pateat, & interiori homini quãta ex his detur authoritas deiformi conuerſatione & cæleſtibus moribus innoteſcat. Hoc oleo antiquitùs ſacerdotes ſacrabantur & reges, & ipſi altarium lapides delibuti, ſpiritalem intelligi volebant ſacris myſterijs ineſſe pinguedinem. Et ſicut oleum fluitat, & humidis quibuslibet ſuperfertur, ità excellentia ſacerdotalis & regiæ dignitatis ſecundùm formam Dei & Chriſti ſub ſe omnia continens, regimen & munimen tam actiuæ, quàm contemplatiuæ vitæ obtinet: & ex hoc humore conſtat deſcẽdere omnes gratiarum diuiſiones, quas Spiritus ſanctus, prout vult, ſingulis diſtribuit & largitur. Ex huius vnctionis beneficio & ſapiẽtia nobis & intellectus diuinitùs datur, cõſilium & fortitudo cælitùs illabitur, ſcientia & pietas & timor inſpirationibus ſupernis infunditur. Hoc oleo vncti, cum ſpiritalibus nequitijs colluctamur, nec fœtoribus ſpurijs imbui poſſumus, qui balſami ſpiritalis odore fragramus. Hoc oleum &c. Et quibuſdam interiectis: Nec tamen ceſſantibus his quæ ritu antiquo inoleuerant, cùm iam in populo Chriſtiano circuncißio videretur damnabilis, & ſacrificia idololatriæ imputarentur, vnctionis myſterium religio Chriſtiana contempſit: ſed cęteris generali ſanctorum conſenſu damnatis, non ſolùm in regibus & ſacerdotibus vnctionis honor permanſit, ſed in omnem populum Catholicum effuſa eſt huius gratiæ plenitudo: vt ſicut Chriſtus à chriſmate dictus eſt, eò quòd ſingularis excellentiæ oleo vnxerit eũ Deus, ità & participes eius quotquot ſunt, cõſortes ſint tam vnctionis quàm

In die cœnæ Domini chriſma conficitur.

Chriſma vndè conficiatur.

Chriſma quãtum ab alijs liquoribus diſtet.

Effectus vnctionis.

Actor. 2.
Septem dona Spiritus ſancti.
Eſa. 11.

Chriſtus à Chriſmate dictus.
Pſal. 44.

nominis, & dicantur à Chriſto Chriſtiani, vt ſint ſui Chriſto duce rectores & duces, & offerant Deo quotidianum ſacrificium, ordinati à Deo ſanctimoniæ ſacerdotes.

C. VRBANVS primus Pontifex & martyr in epiſtola ad omnes Chriſtianos, vt in textu.

III.

Quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum hoc Sacramentum?

A. Tria præcipuè ad hoc requiruntur: Sacramenti propria materia, certa verborum forma, & miniſter idoneus.

B. Materia ex oleo & [a] balſamo mixta eſt, quæ ab Epiſcopo cõſecrata, ſacri [b] Chriſmatis nomen iam olìm obtinuit, & in hoc Sacramento fronti ſolenni ritu illinitur.

C. Forma verborum hæc præſcripta eſt, [c] Signo te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

D. Miniſter Sacramenti huius ſolus eſt Epiſcopus, [d] vt Apoſtolorum exemplum, forma & traditio retineatur. Qua de re iam olìm ità ſancitum accepimus: [e] Manus impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis Sacerdotibus: nec tempore Apoſtolorum ab alijs, quàm ab ipſis [f] Apoſtolis legitur aut ſcitur eſſe peractum.

a 2. Conc. Braccar. cap. 4. Cypr. de vnct. chriſ. Greg. in 1. cap. Cantic. Fabian. epiſt 2. cap. 1. & Conc. Flor.
b Cyprian. vt ſup. & epiſt. 70. Baſil. de Spiritu ſanct. cap. 27. Fabia. qui vixit anno 241. epiſt. 2.
c Concil. Florent. 2. Cor. 1. d Epheſ. 1. c Ambroſ. de his qui myſte. initi. cap. 7. & lib. 1. de Spir. ſanct. ca. 6.
d Act. 8. c Clemens epiſt. 4. Vrban. Melchiad. Dama. epiſt. 4. Leo. epiſto. 88. ad Epiſc. Ger. & Gall. Concil. Vuorm. can. 8. Florent. & Trident. can. 3.
e Euſeb. Pont. & mart. qui vixit anno 310. epiſto. 3. ad Epiſc. Tuſciæ & Campaniæ. Innoc. 1. epiſt. 1. ad Decent. cap. 3.
f Actor. 8. c & 19. a

TESTIMONIA.

1. B. CONCILIVM ſecundum Braccarẽſe canone quarto: Placuit vt modicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per Eccleſias datur, quia à ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil vlteriùs exigatur: nè fortè quod pro ſalute animarum per inuocationem Sanctiſpiritus conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ità nos venundare damnabiliter videamur.

Balſamũ pro ſalute animarum per ſancti Spiritus inuocationẽ conſecratur. Actor. 8.

2. CYPRIANVS in ſermone de vnctione Chriſmatis & alijs Sacramentis, vt ſuprà, quæſtione præcedenti, B. teſtimonio ſecundo.

3. GREGORIVS Magnus in caput primum Canticorum: In Engaddi balſamũ gignitur, quod cum oleo pontificali benedictione chriſma efficitur, quo dona ſancti ſpiritus exprimuntur.

Chriſma ex oleo & balſamo conſtat.

4. FABIANVS epiſtola ſecunda ad omnes Orientales Epiſcopos, capite primo: Literis veſtris inter cætera inſertum inuenimus, quoſdam regionis veſtræ Epiſcopos à veſtro noſtroq́ ordine diſcrepare, & non per ſingulos annos in cœna Domini chriſma conficere, ſed duos aut tres annos confectionem ſancti chriſmatis ſemel actam conſeruare. Dicunt enim, vt in memoratis apicibus reperimus, nec balſamum per ſingulos annos poſſe reperiri, nec neceſsè fore per ſingulos annos chriſma conficere: ſed dum vna confectio chriſmatis abundat, aliam fieri neceſsè nõ habere. Errant enim, qui talia excogitant, & mente veſana potiùs quàm recta ſentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Ieſus, poſtquàm cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorũ pedes, (ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt) chriſma conficere docuit. Ipſa enim lauatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis vnctione perficitur atq́ confirmatur. Nam ſicut ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ità ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum ſacramentum eſt per ſingulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Eccleſijs cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana Eccleſia & Antiochena à tempore Apoſtolorum cuſtodit: Hęc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet. In quibus Apoſtoli præſidentes, hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi, & non ampliùs quàm vno anno vti permiſerunt, atque deincèps nouo frui, & non veteri, iubentes docuerunt.

Chriſmatis renouatio ſingulis annis fieri debet.

Chriſtus in vltima cœna Chriſma cõficere docuit.

Vetus chriſma cremandum. Apoſtolica traditio.

5. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Materia Cõfirmationis eſt Chriſma, confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ: & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedictum.

Materia Confirmationis.

6. CYPRIANVS de vnctione Chriſmatis, vt ſuprà, quæſtione ſecunda, B. teſtimonio ſecundo.

7. ET epiſtola ſeptuageſima, ibidèm, A. teſtimonio primo.

8. BASILIVS Magnus in libro de Spiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo, vbi enumerat Traditiones non ſcriptas: Conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis &c. vide ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo.

9. FABIANVS Pontifex & martyr epiſtola ſecunda ad Orientales, vt ſuprà in hac eadem quæſtione, teſtimonio quarto.

1. C. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramẽtis: Forma autem eſt, Signo te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine patris &c. vt in textu.

2. SECVNDAE ad Corinthios primo capite: Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

3. AD Epheſios primo capite: In quo (ſcilicet, Chriſto) & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.

4. AMBROSIVS de his qui initiantur myſterijs, capite ſeptimo: Repete quia accepiſti ſignaculum ſpiritale, Spiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij atque virtutis, ſpiritum cognitionis atque pietatis, ſpiritum ſancti timoris, & ſerua quod accepiſti. Signauit te Deus Pater, confirmauit te Chriſtus Dominus, & dedit pignus Spiritus in cordibus tuis, ſicut Apoſtolica lectione didiciſti.

Signaculum ſpiritale. Eſaiæ 11.

Signauit te Pater, confirmauit te Chriſtus. 2. Cor. 1.

5. IDEM libro primo de Spiritu ſancto, capite ſexto: In Spiritu viuimus, & ipſe eſt pignus hæreditatis noſtræ. Sicut & Apoſtolus ſcribẽs ad Epheſios ait: In quo credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto. Sancto igitur ſpiritu ſignati ſumus, non natura, ſed à Deo, quod ſcriptum eſt: *Cap. 1.*

Qui

Digitized by Google

2. Cor. 1. Qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. Signati ergò Spiritu à Deo ſumus. Sicut enim in Chriſto morimur vt renaſcamur, ità etiam Spiritu ſignamur, vt ſplendorem atque imaginem eius & gratiam tenere poſſimus, quod eſt vtiquè ſpiritale ſignaculum. Nam etſi Spiritu ſignemur in corpore, veritate tamen in corde ſignamur, vt Spiritus ſanctus exprimat in nobis imaginis cæleſtis effigiem. Et paulò inferiùs: Atque vt ſciamus cordis noſtri magis hoc quàm corporis ſignaculum, docet Propheta, qui dicit, Signatum eſt in nobis lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.

Spiritu ſignamur, vt poſſimus gratiam tenere. *Etſi ſignemur in corpore, veritate tamè in corde ſignamur.* *Pſal. 4.*

1. D. ACTORVM octauo: Miſerunt ad eos Petrum & Ioannem, &c. vt ſuprà, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio quinto.

2. CLEMENS Pontifex & martyr in epiſtola quarta ad Iuliũ & Iulianum. Vide infrà, quæſtione quinta, A. teſtimonio quarto.

3. VRBANVS, vt ſuprà, quæſtione ſecunda, C. in textu.

4. MELCHIADES, vt infrà, quæſtione quinta, A. teſtimonio ſecundo.

5. DAMASVS epiſtola quarta de Chorepiſcopis: Quòd verò eis non liceat Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum frontes ſignare &c. quæ omnia ſolis pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus quàm ex alijs patrum conſtitutis aut ſacris canonibus edocti eſtis.

Soli põtifices Chriſmate frontes baptizatorum vngunt.

6. LEO Magnus epiſtola octogeſimaoctaua ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, de Chorepiſcopis loquens: Nec erigere eis altaria &c. nec Chriſma conficere, nec Chriſmate baptizatorum frontes ſignare licet. Hæc enim omnia illicita ſunt Chorepiſcopis, & ſolis deberi ſummis pontificibus authoritate canonum præcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur.

Solis pontificibus licet.

7. CONCILIVM Vuormatiẽſe canone octauo, eadem habet verba, quæ Leo.

8. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Ordinarius miniſter eſt Epiſcopus. Et cùm cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum vicem tenent epiſcopi) quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant, quemadmodùm Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen aliquando, per Apoſtolicæ ſedis diſpeſationem ex rationabili & vrgente admodùm cauſa, ſimplicem ſacerdotem chriſmate per Epiſcopum confecto, hoc adminiſtrâſſe Confirmationis Sacramentum.

Ordinarius miniſter. *Actor. 8.*

9. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione ſeptima, canone tertio de Confirmatione: Si quis dixerit ſanctæ Confirmationis ordinariũ miniſtrum, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem, anathema ſit.

Miniſter ordinarius.

10. EVSEBIVS Pontifex & martyr epiſtola tertia ad Epiſcopos Tuſciæ & Campaniæ: Manus impoſitionis ſacramentum magnâ veneratione &c. vt in textu: neque ab alijs quàm ab illis qui eorum locum tenent, vnquàm perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter eccleſiaſtica vnquàm reputabitur Sacramenta.

Apoſtolorũ locũ tenentes, ſoli miniſtri ſunt. *Inter Eccleſiaſtica ſacramenta.*

11. INNOCENTIVS primus epiſtola prima ad Decentium Eugubinum, capite tertio: De conſignandis verò infantibus manifeſtum eſt, non ab alio, quàm ab epiſcopo fieri licere. Nam presbyteri licèt ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem pontificibus ſolis deberi, vt vel conſignent, vel paracletũ ſpiritum tradant, non ſolùm conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verùm & illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum ſanctum. Nam presbyteris, ſeu extra Epiſcopũ, ſeu præſente Epiſcopo baptizant, Chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur epiſcopis, cùm tradunt Spiritum paracletum. Verba verò dicere non poſſum, nè magis prodere videar, quàm ad conſultationem reſpondere.

Actor. 8. *Baptizatos chriſmate vngunt presbyteri, ſed non in frõte, quod ſolis epiſcopis debetur.* *Formã prodere nõ vult.*

12. ACTORVM octauo, vt quæſtione præcedenti, A. teſtimonio quinto.

13. ET decimonono, ibidèm teſtimonio ſexto.

IIII.

Cur autem baptizati ſacro Chriſmate inunguntur?

A. QVIA per Spiritum ſanctum ſic nobis Apoſtoli tradiderunt, ſicuti [a] Clemens & [b] Dionyſius, Petri Paulique Apoſtolorum diſcipuli probant. Tradiderunt autem illi quod à Domino ipſo vtiquè acceperant, de Chriſmate conficiendo, vt grauis eſt teſtis [c] Fabianus, idem & Chriſti martyr, & pontifex Eccleſiæ.

Baſil. de Spiritu ſancto, cap. 27.

a Epiſt. 4. ad Iulium & Iulian.
b De eccl. hierar. cap. 4. & 2.
c in epiſt. ad Orientales Epiſcopos.

B. Sacroſanctæ etiam [d] Synodi præceptum de hoc tale extat: Oportet baptizatos poſt Baptiſmum ſacratiſſimum Chriſma percipere, & cæleſtis Regni participes fieri. Rationem Cyprianus [e] reddit hanc, vt accepto Chriſmate, id eſt, vnctione, Chriſtianus eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit, teneatque ſanctitatem.

d Synod. Laod. can. 48. Corn. ad Fabium Antioch. apud Euſ. lib. 6. hiſt. cap. 35. Theodoret. de hæret. fabul. in Nouato.
e Epiſt. 70. & de vnctio. chriſm. Orige. homil. 9. in Leuit. Cyrill. Hieroſ. catech. 3. myſtag.

C. Atque vnguentum hoc viſibile, quo Eccleſia baptizatos vngit, vt [f] Auguſtinus docet, ſignificat inuiſibilis gratiæ donum, quo Spiritus ſanctus Chriſtum inprimis, qui & à [g] Chriſmate nomen ſuum trahit, ac deindè Chriſtianos omnes interna vnctione imbuit atque confirmat. Vndè pulchrè [h] Tertullianus veluti ad olei naturam alludens, ità de hoc Sacramento ſcripſit: Caro vngitur, vt anima cõſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur. Caro manuum impoſitione adumbratur, vt & anima Spiritu illuminetur.

f Lib. 15. de Trinit. cap. 26. Pacianus Barcelonen. de Baptiſ. & epiſt. 1. ad Sympronian.
g In ſententijs Proſperi 342. ex Aug. tract. 33. in Ioan. & ſerm. 47. de verb. Domini. Rabanus lib. 1. cap. 30. Iſidor. lib. 2. cap. 25.
h Lib. de carnis reſurrect. cap. 8. Item in lib. de baptiſ. cap. 7. & 8. Theodoret. in c. 1. Canticorum.

D. Vndè

Digitized by Google

Dionyſ. Clemens, Tertul Fabian. Cornel. Cypria. Orige. Cyrillus Hieroſ Baſil. Pacianus, Amphiloch. in vita Baſilij. Optat. lib 2 cont. Donat &c. Conc. Roma ſub Syluest. can. 5. Item Carth. 2. cā. 3. 3. can. 36. & 4. can. 36. 1. Tolet. can. 20. 1. Vaſenſe can. 3. Trident. ſeſſ. 7. can. 2.

D. Vndè qui ſacrum Chriſma reijciunt, magnum illi imperitiæ ſuæ argumentum præbent, vt qui apertè antiquiſſimam & vetuſtiſſimam Apoſtolorum inſtitutionem negent, ac perpetuum Eccleſiæ vſum ac traditionem temerè damnent.

TESTIMONIA.

1. A. BASILIVS Magnus in libro de Spiritu ſancto, capite vigeſimoſeptimo: Cõſecramus aquã baptiſmatis & oleum vnctionis &c. vt ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio ſecundo.

2. CLEMENS Pontifex epiſtola quarta ad Iulium & Iulianum diſcipulos ſuos, vt infrà quæſtione quinta, A. teſtimonio quarto.

3. DIONYSIVS Areopagita in libro de Eccleſiaſtica hierarchica, capite quarto: Sed enim alia eſt huius finitima veneranda confectio vnguenti: conſecrationem eam vocant præceptores noſtri. Huius itaque partes &c. Deindè docens myſterium confectionis vnguenti, Iuxta eundem (inquit) ſynaxis modum, eorũ qui necdùm initiati ſunt, abſoluuntur ordines, vbi ſcilicet præceſſit pontificis circum omnem phani ambitum redolẽs thure profectio, pſalmorumq́ue modulatio, & lectio ſcripturarum diuinarum. Sumptum deindè vnguentum pontifex ſacris imponit altaribus, duodecim ſacris alis circuntectũ, reſonantibus omnibus voce ſanctiſſima melos ſacrum, quod diuinitùs afflati prophetæ didicerunt. Completaq́ue oratione ſuper eo ſolenni in ſanctiſſimis eorum, quæ ſacrantur, conſummationibus, eo vtitur ad omnẽ fermè ſacerdotalis officij functionem. Et paulò pòſt: Eſt igitur, vt dixi, quod nunc laudatur à nobis ſacroſanctum myſterium eius ordinis atque virtutis, vt ſacerdotalia cuncta perficiat. Atque ideò ſancti præceptores noſtri iſtud quaſi æquali ordine atque officio ſacro ſynaxeos coniunxêre myſterio, eiſdem imaginibus vtplurimùm & diſtinctionibus myſticis, & eloquijs ſubnixum ſacris. Ibidèm: Dicimus igitur vnguenti compoſitionem collectionem eſſe quandam ſpirantiũ ſuauiter materiarum, habentem in ſe affatim odoratas qualitates, cuius qui participes ſunt, pro quantitate eius, quæ in illis fit, fragrantis participationis, odoris ſuauitate replentur. Nec longè à fine: Sed & ipſi qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſecratur, aduentum ſancti ſpiritus cõſummans inunctio largitur vnguẽti &c. Vndè, vt opinor, iuxta ſacratiorem ſenſum, traditione diuina ſancti noſtræ ſacerdotalis functionis duces, honeſtiſſimum iſtud vnguenti conſecrandi munus, teleten ab effectu rei, quæ in eo perficitur, nominãt.

Vnguẽti confectio in primitiua Eccleſia.

Chriſma adhibetur in omni ferè epiſcopali functione.

Chriſmatis excellentia.

Materia compoſitionis vnguenti.

Chriſmatis inunctio poſt baptiſmum quid cõferat.

Apoſtoli perfectionẽ vocãrunt.

4. ET capite ſecundo, vt infrà, quæſtione quinta, B. teſtimonio primo.

5. FABIANVS, vt ſuprà, quæſtione tertia, B. teſtimonio quarto.

1. B. SYNODVS Laodicena canone quadrageſimooctauo: Oportet baptizatos poſt &c. vt in textu.

2. CORNELIVS Pontifex & martyr in epiſtola ad Fabium Antiochenum, teſte Euſebio Cæſarenſi libro ſexto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, capite trigeſimoquinto, de Nouato loquens: Vbi Exorciſtarum (inquit) præſidio ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & pòſt in tam grauem morbum, vt iam fermè mori putaretur, incidiſſet, in lecto in quo decumbebat, aqua circunfuſus baptiſmum accepit, ſi modò talem hominem baptiſmum accepiſſe dicendum ſit: verùm morbo tandèm elapſus, neque cætera quibus poſt baptiſmum ſecundùm Eccleſiæ canonem imbui oportuerat, acquiſiuit, neq; Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit. Quo quidem neutiquàm potitus, quo modo quæſo Spiritum ſanctum adeptus eſt?

Secũdùm Eccleſię canonẽ ab epiſcopo baptizati cõſignantur.

3. THEODORETVS in compendio hæreticarum fabularum libro tertio de Nouato: Pœnitentiam à ſuo conuentu arcent penitùs, ijſq; qui ab ipſis tinguntur, ſacrum Chriſma non præbent. Quocircà eos etiam qui ex hac hæreſi corpori Eccleſiæ coniunguntur, benedicti Patres vngi iuſſerunt.

Nouatiani ſacrũ chriſma baptizatis nõ præbent.

4. CYPRIANVS epiſtola ſeptuageſima, vt ſuprà, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio primo.

5. IDEM in ſermone de vnctione Chriſmatis, vt ſuprà, eadem quæſtione ſecunda, B. teſtimonio ſecundo.

6. ORIGENES homilia nona in Leuiticum: Quicunque vnguento ſacri Chriſmatis delibuti ſunt, ſacerdotes effecti ſunt, ſicut & Petrus ad omnem dicit Eccleſiam: Vos autem genus electum, & regale ſacerdotium, gens ſancta.

Chriſmatis vnguentum.

1. Pet. 2.

7. CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi tertia myſtagogica: Et nobis poſtquàm ſimiliter ex aquis ſacri lauacri aſcendimus, datũ eſt Chriſma, quod imaginem gerit illius, quo vnctus eſt Chriſtus. De quo & B. Iſaias in ſua prophetia, ex perſona Domini locutus eſt: Spiritus Domini ſuper me: quapropter vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me. Oleo enim aut vnguento corporali, Chriſtus ab hominibus vnctus non eſt: ſed pater ſaluatorem illum mundi totius cõſtituens, vnxit eum ſancto ſpiritu. Cæterùm vide nè illud eſſe putes vnguentum tantùm: quemadmodùm enim panis Euchariſtiæ, poſt ſancti ſpiritus inuocationem, non ampliùs eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti: ſic & ſanctum hoc vnguentum, non ampliùs eſt vnguentũ nudum, neque (ſi quis ità appellare malit) cõmune, poſtquàm iam conſecratum eſt: ſed eſt Chariſma Chriſti, quod aduentu Spiritus ſancti per ipſius diuinitatem energiam habet. Quo frons & alij ſenſus corporis tui ſymbolicè inunguntur: & corpus quidem iſto viſibili vnguento perungitur: anima verò, ſancto viuificóque ſpiritu ſanctificatur. Huius ſancti chriſmatis dono accepto, meritò appellamini Chriſtiani: veram efficiens appellationem in ipſa regeneratione: antequàm enim hæc gratia vobis donata eſſet, non eratis propriè digni eo nomine, ſed pergentes eò vſque progreſſi eſtis vt efficeremini Chriſtiani. Nè ignoretis, in veteri lege huius Chriſmatis ſymbolum præceſſiſſe. Moyſes enim &c. Sed hæc quidem in figura contingebant illis, nobis verò non in figura, ſed in veritate. Eſt enim hoc ſanctum, ad protegendum corpus ſpiritualiter, & ad ſalutem animæ.

Chriſma datur poſt baptiſmum.

Eſa. 61.

Trãſubſtantiatio.

Chriſmatis dignitas.

Propter acceptũ chriſma Chriſtiani propriè dicimur.

1. C. AVGVSTINVS libro decimoquinto de Trinitate, capite vigeſimoſexto: Neq; aliquis diſcipulorum eius dedit Spiritum ſanctum. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manum imponebant, non ipſi eum dabant. Quem morem in ſuis præpoſitis etiam nunc ſeruat Eccleſia. Deniquè & Simon Magus offerens Apoſtolis pecuniam, non ait, Date & mihi hanc poteſtatem, vt dem Spiritum ſanctum: ſed cuicunque, inquit, impoſuero manus, vt accipiat Spiritum ſanctum. Quia neque ſcriptura ſuperiùs dixerat, Videns autem Simon quòd Apoſtoli darent Spiritum ſanctum: ſed dixerat, Vidẽs autem Simon quòd per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus. Propter hoc & Dominus ipſe Ieſus Spiritum ſanctũ, non ſolùm dedit vt Deus, ſed etiam accepit vt homo, propterea dictus eſt plenus gratia. Et manifeſtiùs de illo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum: Quoniam vnxit eum Deus ſpiritu ſancto.

Actor. 8.

Epiſcoporũ munus, imponere manus baptizatis.

Actor. 10.

ſancto. Non vtiquè oleo viſibili, ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia. Nec ſanè tunc vnctus eſt Chriſtus Spiritu ſancto, quãdo ſuper eum baptizatum velut columba deſcendit. Tunc enim corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam præfigurare dignatus eſt, in qua præcipuè baptizati accipiunt Spiritum ſanctum.

Viſibile vnguentum ſignificat donum gratiæ.

2. PACIANVS Barcilonenſis Epiſcopus de Baptiſmo: Recipiendus eſt Chriſtus, vt generet: quia ſic Ioannes Apoſtolus dicit: Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Hæc autem compleri aliàs nequeunt, niſi lauacri, & chriſmatis, & Antiſtitis ſacramento. lauacro enim peccata purgantur, Chriſmate ſanctus ſpiritus ſuperfunditur: vtraque verò iſta, manu & ore Antiſtitis impetramus.

Ioan. 1. Chriſmate ſuperfunditur Spiritus ſanctus.

3. IDEM in epiſtola prima ad Sympronianũ: Si ergò & lauacri & Chriſmatis poteſtas, maiorum longè chariſmatum, ad Epiſcopos ex Apoſtolorum forma & poteſtate deſcendit, & ligandi quoquè ius adfuit atque ſoluendi.

Chriſmatis conferendi poteſtas.

3. PROSPER in ſententijs Auguſtini, ſententia trecenteſima quadrageſimaſecunda: Chriſti nomen à chriſmate eſt, id eſt, ab vnctione: Quia ideò omnis Chriſtianus ſanctificatur, vt intelligat ſe non ſolùm ſacerdotalis & regiæ dignitatis eſſe conſortem, ſed etiam contra diabolum fieri luctatorem.

Chriſti nomẽ à chriſmate.

5. AVGVSTINVS tractatu trigeſimotertio in Ioannem: Chriſti nomen à chriſmate dictum eſt. Chriſma autem Græcè, Latinè vnctio nuncupatur. Ideò autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit.

Ad luctam Chriſtiani vnguntur.

6. ET ſermone quadrageſimoſeptimo de verbis Domini, eadem habet ad verbum.

7. RABANVS Archiepiſcopus Mogũtinus libro primo de inſtitutione clericorum, capite trigeſimo. vide ſuprà, quæſtione prima de Cõfirmatione, teſtimonio decimotertio.

8. ISIDORVS Hiſpalenſis libro ſecundo de officijs Eccleſiaſticis, capite vigeſimoquinto, vt ſuprà ibidèm, teſtimonio vndecimo.

9. TERTVLLIANVS in libro de carnis reſurrectione, capite octauo, vt in textu.

10. IDEM in libro de Baptiſmo, capite ſeptimo: Exindè egreſſi de lauacro, perungimur benedicta vnctione de priſtina diſciplina, qua vngi oleo de cornu in ſacerdotiũ ſolebant. Ex quo Aaron à Moyſe vnctus eſt, vndè Chriſtus dicitur à chriſmate, quod eſt vnctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta ſpiritalis, quia ſpiritu vnctus eſt à Deo patre, ſicut in Actis: Collecti ſunt enim verè in iſta ciuitate aduerſus ſanctum filium tuum, quem vnxiſti. Sic & in nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritaliter proficit: quomodò & ipſius Baptiſmi carnalis actus, quòd in aqua mergimur: ſpiritalis effectus, quòd delictis liberamur. ET capite octauo pergit: Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans ſpiritum ſanctum.

Exod. 29. Chriſtus à chriſmate. Actor. 4. Viſibilis vnctio ſpiritaliter operatur. Manus impoſitio.

11. THEODORETVS in primũ caput Canticorum: Sacri baptiſmatis recordare: in quo qui initiantur, pòſt Satanæ abnegationem & Dei confeſſionem, veluti ſigno ac nota quadam regia ſpiritalis vnguenti Chriſmate inuncti, ſub ea viſibili vnguenti ſpecie inuiſibilem ſanctiſſimi Spiritus gratiam ſuſcipiunt.

Inuiſibilem SS. gratiam ſuſcipiunt inuncti Chriſmate.

1. D. DIONYSIVS Areopagita, 2. CLEMENS, 3. TERTVLLIANVS, 4. FABIANVS, 5. CORNELIVS, 6. CYPRIANVS, 7. ORIGENES, 8. CYRILLVS Hieroſolymitanus, 9. BASILIVS, 10. PACIANVS, vt ſuprà tum in hac, tum in ſuperioribus quæſtionibus.

11. AMPHILOCHIVS Iconienſis Epiſcopus in vita D. Baſilij Magni: Admiratus quoquè Maximinus Epiſcopus Baſilij in Deum dilectionem, oranſq; veſtiuit eum reſurrectionis Chriſti indumento. Baptizauit autem & Eubulum, atque vngens eos ſancto chriſmate, tradidit illis viuificam communionem.

Chriſmate inunctus Baſilius ab Epiſcopo.

12. OPTATVS Mileuitanus libro ſecũdo contra Donatiſtas: Ampullam quoquè Chriſmatis per feneſtram, vt frangerent, Donatiſtæ iactauerunt. Et cùm caſum adiuuaret abiectio, non defuit manus angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret: proiecta caſum ſentire non potuit. Deo muniente, illæſa, inter ſaxa conſedit.

Miraculũ factum in ampulla chriſmatis.

13. CONCILIVM Romanum ſub Syluestro canone quinto: Conſtituit etiam clara voce Syluester Epiſcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyterorum Chriſma conficeret, dicens: quoniã Chriſtus à Chriſmate vocatur.

Chriſma efficere ſolus Epiſcopus debet.

14. CONCILIVM ſecundum Carthaginenſe canone tertio: Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confectio & puellarum conſecratio à presbyteris non fiant.

Chriſmatis cõfectio quorum non ſit.

15. CONCILIVM tertium Carthaginenſe canone trigeſimoſexto: Vt presbyter incõſulto Epiſcopo virgines non conſecret: Chriſma verò nunquàm conficiat.

16. CONCILIVM quartum Carthaginenſe canone trigeſimoſexto: Presbyteri qui per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuis: nec per iuniorem clericum, ſed aut per ſeipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem Chriſma petant.

Chriſma vndè petendũ.

17. CONCILIVM primum Toletanum canone vigeſimo: Quanuìs penè vbiquè cuſtodiatur vt abſque Epiſcopo Chriſma nemo conficiat, tamẽ quia in aliquibus locis vel prouincijs presbyteri dicuntur Chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium niſi Epiſcopum Chriſma conficere, & per diœceſin deſtinare, ità vt de ſingulis Eccleſijs ad Epiſcopum ante diem Paſchæ diaconi deſtinẽtur aut ſubdiaconi, qui confectũ Chriſma ab Epiſcopo deſtinatum, ad diem Paſchæ poſſint ad tempus deferre.

Chriſmatis confectio.

18. CONCILIVM primum Vaſenſe canone tertio: Per ſingula territoria presbyteri vel miniſtri ab Epiſcopis, non prout libitum fuerit, à vicinioribus, ſed à ſuis proprijs per annos ſingulos petant Chriſma, appropinquante ſolẽnitate paſchali: nec per quemcunque eccleſiaſticum, ſed ſi qua neceſſitas, aut miniſtrorum occupatio eſt, per ſubdiaconum, quia inhonorũ eſt, inferioribus ſumma committi.

Vndè petendum.

19. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſeptima, de Confirmatione canone ſecundo: Si quis dixerit iniurios eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit.

Chriſmati virtutem adimentes.

V.

Quis Sacramenti huius eſt vſus & fructus?

A. IN Baptiſmo [a] regeneramur ad vitam: poſt Baptiſmum autem in hoc Sacramento confirmamur ad pugnam. In Baptiſmo abluimur, hoc verò poſt Baptiſmum roboramur, vt regeneratis cuſtos & conſolator & tutor adſit Spiritus ſanctus. Hæc ſummi & Pontificis & martyris

Ioan. 3. b
a Melchiades ad Hiſpan. Epiſcopos. vixit anno 312. Concil. Florentin. Petrus Clun. lib. 6. epiſt. 1.

Digitized by Google

b Epiſt. 4 ad Iulium & Iulianum. vixit Apoſtolorum tempore. Amb. lib 3. de ſacrament. ca. 2. & de ijs qui myſt. initian. cap. 7.

tyris Melchiadis eſt doctrina. Nec diſſentit ab eo quod [b] Clemens teſtatur, ſe ab Apoſtolis ipſis accepiſſe: Cùm regeneratus, inquiens, quis fuerit per aquam, poſtmodùm ſeptiformis Spiritus gratia ab Epiſcopo confirmetur, quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe nequaquàm poterit.

c Diony. de Eccle. hierar. cap. 2.
d 1. Pet. 2. a

B. Prodeſt igitur hoc [c] Sacramentum mirificè, vt qui fidei myſterijs initiati ſunt, ſicut geniti [d] modò infantes & adhuc imbecilles, in Chriſto adoleſcant atque corroborentur.

e Pſal. 50. c
f Auguſt. in Pſal. 141. Luc. 9. c Matth. 10. d 1. Pet. 2. d Luc. 21. d Matth. 5. f Act. 4. & 5.

C. Hos ceu Chriſtianæ militiæ tyrones Epiſcopus admonet inunctione, vt aduerſùs tot hoſtes & quotidiana pericula [e] Spiritu principali confirmentur. Conſignat illis Cruce [f] frontem, quæ pudoris eſt ſedes, vt conſtanter & intrepidè nomen Domini confiteantur: impingit & alapam, vt Chriſtianam militiam inuicta patientia exercendam & ornandam eſſe ſibi perpetua memoria retineant.

TESTIMONIA.

1. A. IOANNIS tertio: Niſì quis renatus fuerit, &c. vt quæſtione prima de Baptiſmo, B. in textu.

Collatio Baptiſmi cum Confirmatione.

2. MELCHIADES Pontifex & Martyr, quem alij Melciadem, nonnulli Miltiadem vocant, in epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos: De his verò, ſuper quibus rogitâſtis vos informari, id eſt, vtrùm maius eſſet Sacramentum manus impoſitio Epiſcoporũ, aut baptiſmus: ſcitote vtrunque magnum eſſe Sacramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, id eſt, à ſummis põtificibus, quod à minoribus perfici non poteſt, ità & maiori veneratione venerandum & tenendum eſt. Sed ità coniuncta ſunt hæc duo Sacramenta, vt ab inuicèm, niſì morte præueniente, nullatenùs poſſint ſegregari, & vnum ſine altero ritè perfici non poteſt. Nam vnum (præueniente morte) ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt. Vndè ſcriptum eſt: In diebus illis, dicit Dominus, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Aduertamus ſummas diuitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc ſpiritusſancti deſcenſio in credentium populos, donauit vniuerſis. Sed quia diximus, quòd manus impoſitio & confirmatio, ad Baptiſmi perfectionem pertineat, & qui iam regeneratus in Chriſto eſt, confirmare aliquid poſſit, fortè cogitat ſibi aliquis: Quid mihi prodeſt poſt myſterium baptiſmatis, myſteriũ Confirmations? Aut quantùm video, non totum de fonte ſuſcepimus, ſi poſt fontem adiectione noui generis indigemus. Non ità dilectiſſimi. Attendat charitas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, vt cùm Imperator, quemcũque in militum receperit numerum, non ſolùm ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum: ità in baptizato benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquìd prodeſt ſi quiſquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, niſì prouidere ſtudeat & tutorem? Itaque paracletus regeneratis in Chriſto, cuſtos & conſolator & tutor eſt. Ideò dicit ſermo diuinus: Niſì Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. Ergò Spiritusſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo, tota ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam: in baptiſmo abluimur; poſt baptiſmum roboramur. At ſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace beati ſeculi recipiendos: Confirmatio autem armat & inſtruit, ad agones huius mundi & prælia, reſeruandos. Qui autem poſt Baptiſmum cum acquiſita innocentia, immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem. Hîc, ſi fortè illud etiam requirere velimus, poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti, quid Apoſtolis profuerit aduentus ſpiritusſancti, ipſe Dominus eis euidenter exponit: Quæ dico, inquit, vobis, non poteſtis ea portare modò: Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, ipſe docebit vos omnem veritatem. Vides, quia cùm ſpiritusſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur? Itaque ante deſcenſionem ſpiritusſancti, vſque ad negationem Apoſtoli deterrentur: poſt viſitationem verò eius, vſque ad martyrium contemptu ſalutis armantur. Secundùm hoc per Chriſtum redimimur, per ſpiritũ verò ſanctum, dono ſapientiæ ſpiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, inſtruimur, conſummamur, vt illam ſpiritus ſancti vocem audire poſſimus: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris. De ſpiritu ſancto accipimus, vt ſpirituales efficiamur, quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. De ſpiritu ſancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum malumq́; diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisq́; cupiditatibus, reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accipimus vitæ amorem, & gloriæ ardorem, vt ſuccenſi diuinitùs, erigere à terrenis mentem ad ſuperna & diuina valeamus.

Ioel. 2.
Pſal. 126.
Effectus confirmationis & baptiſmi quomodò differant.
Ioan. 16.
Spiritusſanctus quid cõferat nobis.
Pſal. 31.
1. Cor. 2.

3. CONCILIVM Florentinum: Effectus autem huius Sacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, vt Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideóque in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, nè Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipuè crucem eius quæ Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtultitia, propter quod ſigno crucis ſignatur.

Confirmationis effectus.
Actor. 2.
Cur in fronte vngamur.
1. Cor. 1.

4. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro ſexto, epiſtola prima ad Theobaldum Abbatem: Illa quæ ab Epiſcopis fit Confirmationis vnctio non iteratur planè hac ratione; quia ſemel Chriſtianus poſt Baptiſmum armis Spiritus Dei per illam vnctionem aduocati, contra Satanæ mundiq́; bella munitus, alio rurſùm Spiritu, vel alijs armis illa ſimplici vnctione muniri non poſſe monſtratur. Et poteſt quidem ſegnitie propria,

Vnctione cõfirmationis quæ non iteratur, baptizatus armatur.

pria, ab hoſte his armis depoſitis vinci: poteſt & eiſdem reſumptis iterùm hoſtem vincere: nec tamen ea de cauſa vnica vnctio iteranda eſt: quia quotieſcunquè hoſtem ſuperat, non per alium & alium ſpiritum, ſed per eundem ſpiritum ſanctum hoc fieri, ſimplicitate ſua vnctio ſacra deſignat.

5. CLEMENS Pontifex & martyr epiſtola quarta ad diſcipulos ſuos Iulium & Iulianum: Omnibus feſtinandum eſt, ſine mora renaſci Deo, & demùm conſignari ab Epiſcopo, id eſt, ſeptiformem gratiam ſpiritusſancti percipere, quia incertus eſt vniuſcuiuſque exitus vitæ. Quum autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodùm ſeptiformi ſpiritus gratia ab Epiſcopo (vt memoratum eſt) confirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquàm poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuria aut voluntate remanſerit, vt habeat quod à beato Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente Domino, docuerunt, & demùm ex operibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinem eius, qui eum genuit, patris.

Septiformis gratia in Cōfirmatione percipitur.

Perfectus Chriſtianus non eſt, qui confirmatus non ſit.

B. Petri & Apoſtolorū doctrina.

6. AMBROSIVS libro tertio de Sacramentis, capite ſecundo: Sequitur ſpiritale ſignaculū quod audiſtis hodiè legi, quia poſt fontem ſupereſt vt perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis ſpiritus ſanctus infunditur, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij atque virtutis, ſpiritus cognitionis atque pietatis, ſpiritus ſancti timoris. Septem quaſi virtutes ſpiritus. Et omnes quidem virtutes ad ſpiritum pertinent, ſed iſtæ quaſi cardinales ſunt, quaſi principales. Quid enim tam principale, quàm pietas? Quid tam principale, quàm cognitio Dei? Quid tam principale, quàm virtus? Quid tam principale, quàm conſilium Dei? Quid tam principale, quàm timor Dei? Sicut timor ſeculi infirmitas, ità timor Dei magna eſt fortitudo. Iſtæ ſunt ſeptem virtutes quando conſignaris. Nam vt ait Apoſtolus ſanctus, Quia multiformis eſt, inquit, ſapientia Domini noſtri, & multiformis ſapientia Dei, ità multiformis eſt ſpiritusſanctus, qui habet diuerſas variasq́; virtutes. Vndè & Deus virtutum dicitur: quod aptari poteſt patri & filio & ſpiritui ſancto.

Spiritusſancti dona conferuntur.

Eſa. 11.

1. Cor. 12.

7. IDEM de ijs qui myſterijs initiantur, capite ſeptimo: Vndè repete quia recepiſti ſignaculum ſpiritale, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij atque virtutis, ſpiritum cognitionis & pietatis, ſpiritum ſancti timoris: & ſerua quod accepiſti. Signauit te Deus pater, confirmauit te Chriſtus Dominus, & dedit pignus ſpiritus in cordibus tuis, ſicut Apoſtolica lectione didiciſti.

Dona ſpiritusſancti. Eſa. 11.

2. Cor. 1.

1. B. DIONYSIVS Areopagita libro de Eccleſiaſtica hierarchia, capite ſecundo: Aſſumentes autem baptizatum ſacerdotes, ſuſceptori ſuique acceſſus duci conſignant, & vnà cum ipſo illum veſtem baptizati munditiæ congruam induunt: ſicq́; indutum, rursùs ad pontificem ducunt. Ille diuino ac deifico proriùs vnguento virum ſignans, ſacratiſſimæ communionis participem facit. Et ſub finem capitis: Enimuerò illa perficiens vnctio facit ità perfectum, fragrantia ſuauiſſimi odoris inſignem, quippe diuinæ generationis ſacroſancta perfectio, diuino ſpiritui quæ fuerint perfecta, coniungit. Porrò aduentum illum ſecretiſſimum ſpiritus, qui intelligibiliter odore ſuaui fragrantes facit ac perficit, cùm ſit prorsùs ineffabilis, ſpiritaliter intelligendum dimitto, qui diuini ſpiritus ſanctam ac deificam ſocietatem in anima ſua percipere meruerunt. In fine autem omnium, pontifex ità perfectum ad ſacratiſſimam Euchariſtiam vocat, atque conſummantium illi ſacramentorum communionem deificam tradit.

Confirmatio baptiſmi per iunctionem.

Perficiens vnctio.

2. PRIORIS Petri ſecundo: Sicut modò geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

1. C. PSALMO quinquageſimo: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

2. AVGVSTINVS in Pſalmum centeſimum quadrageſimumprimum: Vſqueadeò de cruce non erubeſco, vt non in occulto loco habeam crucem Chriſti, ſed in fronte portem. Multa Sacramenta aliter atque aliter accipimus. Quædam, ſicut nôſtis, ore accipimus, quædam per totum corpus accipimus. Quia verò in fronte erubeſcitur, ille qui dixit; Qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam eum coram patre meo, qui in cælis eſt: ipſam ignominiam quodammodò & quam Pagani derident, in loco pudoris noſtri conſtituit. Audis hominem inſultare impudenti & dicere, frontem non habet. Quid eſt, frontem non habet? Impudens eſt. Non habeam nudam frontem, tegat eam crux Domini mei.

In fronte cur conſignamur cruce.

3. LVCAE nono: Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua & patris & ſanctorum angelorum.

4. MATTHAEI decimo: Omnis ergò qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cælis eſt.

5. PRIORIS Petri ſecundo: Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes, patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccatum non fecit, &c.

6. LVCAE vigeſimoprimo: Ego dabo vobis os &c. Trademini autem à parentibus &c. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

7. MATTHAEI quinto: Ego dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, &c.

8. ACTORVM quarto: Petrus repletus ſpiritu ſancto, dixit ad eos: Principes populi & Seniores, ſi nos hodiè dijudicamur in benefacto hominis infirmi &c. notum ſit omnibus vobis &c. Videntes autem Petri conſtantiam & Ioannis, comperto quòd homines eſſent ſine literis &c. Ibidèm: Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos potiùs audire &c. At illi comminantes dimiſerunt eos. Et paulò pòſt: Et cùm oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Et virtute magna reddebát Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri.

9. ET quinto: Et iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica &c. Et paulò pòſt: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum quem vos interemiſtis &c. Et conuocantes Apoſtolos, cæſis denunciauerunt, nè omninò loquerentur in nomine Ieſu: & dimiſerunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

I.

Quid ſignificat nomen Euchariſtiæ?

a Dionyſ. Eccle. hier. cap. 2. & 3. Concil. Triden. ſeſſ. 13. cap. 2. & 3.

SVMMVM illud [a] & longè ſacratiſſimum Sacramentum, quo nihil habet Eccleſia dignius, admirabilius, efficacius, ſalubriúsve, hoc vno nomine deſignatur.

b Ambr. lib. 5. de Sacrament. cap 3. Cyprian. de lapſis. Origen. contra Celſum lib. 8.
c Chryſoſt. homil. 60. ad popul. & 83. in Matth. Item 45. in Ioan. & 61. ad popul. Antiochenum.

B. Et rectè quidem Euchariſtia, tanquàm bona [b] gratia, ſeu gratiarum actio dicta eſt, quia præcipuum & maximum [c] Dei donum, ipſúmque omnis gratiæ fontem & authorem continet: ſummorumque nos bonorum admonet, pro quibus acceptis gratiarum actionem, laudem & gloriam ſummam Deo ſummo debemus. Maius enim beneficium optare non potuiſſemus, quàm quòd Chriſtus Ieſus Dominus noſter de virgine natus, cruci affixus, & in gloriam [d] aſſumptus, ſe nobis totum ita largiatur, vt etiam nunc corpus eius ſanguinemque verè ſumamus, illique per hoc diuinum Sacramentum prorſùs [e] incorporemur.

d Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdot. & hom. 2. ad pop. Antioch. & 3. ad Epheſ.
e Cyrill. in Ioan. lib. 4. ca. 16. & 17. lib. 10. cap. 13. lib. 11. cap. 26. & 27. Hilarius de Trinit. lib. 8. Iren. lib. 5. cap. 2. Cyrill. Hieroſ. catech. 4. myſtag. Chryſoſt. hom. 45. in Ioan. & 61. ad pop. Antiochenum.

TESTIMONIA.

1. A. DIONYSIVS Areopagita de Eccleſiaſtica hierarchia capite ſecundo: In fine autem omnium, pontifex ità perfectum ad ſacratiſſimam Euchariſtiam vocat, atque conſummantium illi ſacramentorum communionem Deificam tradit.

2. IBIDEM capite tertio: Eſt enim iuxta inclytum præceptorem noſtrum Sacramentorum conſummatio. Et paulò pòſt: Neque enim fermè fas eſt, ſacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi diuinum iſtud Euchariſtiæ auguſtiſſimúmque ſacramentum compleat. In eodem capite vocat ſacroſancta & auguſtiſſima myſteria.

Sacramentorum cõſummatio. — *Auguſtiſſimũ Sacramentũ.*

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite ſecundo: Ergò Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabiliũ ſuorum: & in illius ſumptione colere nos ſuî memoriam præcepit, ſuamq; annunciare mortem, donèc ipſe ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquàm ſpiritalem animarum cibum, quo alantur & confortẽtur viuentes vita illius qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me: & tanquàm antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur. Pignus præterea id eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ & perpetuæ felicitatis, adeoq; ſymbolum vnius illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit, cuiq; nos tanquàm membra arctiſſima fidei, ſpei & charitatis connexione adſtrictos eſſe voluit, vt id ipſum omnes diceremus, nec eſſent in nobis ſchiſmata.

Euchariſtiæ donũ quàm excellens. — Pſal. 110. — 1. Cor. 11. — Cibus animæ. — Ioan. 6. — Antidotum. — Pignus. Epheſ. 2. — Symbolum vnitatis. Rom. 12. — 1. Cor. 1.

4. IBIDEM capite tertio: Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cũ cæteris Sacramentis, ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ formam viſibilem: verùm illud in ea excellens & ſingulare reperitur, quòd reliqua Sacramenta tunc primùm ſanctificãdi vim habent, cùm quis illis vtitur. At in Euchariſtia ipſe ſanctitatis author ante vſum eſt: nondùm enim Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cùm verè tamen ipſe affirmaret, corpus ſuum eſſe quod præbebat. Et ſemper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatim poſt cõſecrationem, verum Domini noſtri corpus verumq; eius ſanguinem ſub panis & vini ſpecie vnà cum ipſius anima & diuinitate exiſtere: ſed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborum: Ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamq; ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis & cõcomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non ampliùs moriturus, inter ſe copulantur. Diuinitatem porrò propter admirabilem illã eius cum corpore & anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter veriſſimum eſt, tãtundem ſub altera ſpecie, atquè ſub vtraque contineri. Totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte: totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

Excellit reliqua Sacramẽta, quòd ante vſum contineat authorẽ ſanctitatis. — Concomitantia. Rom. 6. — Totus Chriſtus ſub vtralibet ſpecie, & ſub quauis parte continetur.

1. B. AMBROSIVS libro quinto de Sacramẽtis, capite tertio: Veniſti ad altare, accepiſti gratiam Chriſti.

Euchariſtia dicitur gratia Chriſti.

2. CYPRIANVS de lapſis cùm retuliſſet nonnulla miracula de Euchariſtia: Documento, inquit, vnius oſtenſum eſt, Dominum recedere cùm negatur: nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quãdo gratia ſalutaris in cinerem, ſanctitate fugiente, mutetur.

Euchariſtia vocatur gratia ſalutaris.

3. ORIGENES libro octauo contra Celſum: Nos qui rerum omnium conditori placere ſtudemus, cum precibus & gratiarum pro beneficijs acceptis actione oblatos panes edimus, corpus iam per precationem factos ſanctum quoddam & ſanctificans, vtentes eo cum ſano propoſito. Ibidèm poſteà: Hoc cauemus nè ingrati erga Deum habeamur. Habemus etiã eius gratiarum actionis ſymbolum, panem qui Euchariſtia vocatur.

Per precationem panis fit corpus Chriſti. — Symbolum gratiarum actionis.

4. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſima populum ad Antiochenũ, & octogeſimatertia in Matthæum: Credamus vbiquè Deo, nec repugnemus ei, etiam ſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit: ſuperet & ſenſum & rationèm noſtram ſermo ipſius: quod in omnibus & præcipuè in myſterijs faciamus, non illa quæ ante nos iacent, ſolummodò adſpicientes, ſed verba quoquè eius tenentes. Nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facilimus eſt: illa falſa eſſe non poſſunt, hic ſæpiùs atque ſæpiùs fallitur: quoniam ergò ille dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intelle-

Simpliciter & ſine ambiguitate credendũ corpus Chriſti in Euchariſtia. — Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

ctus

Digitized by Google

ctus id perſpiciamus. Nihil enim ſenſibile traditum nobis à Chriſto, ſed rebus quidem ſenſibilibus: omnia verò quæ tradidit, inſenſibilia ſunt. Sic & in baptiſmo per aquam, quæ res ſenſibilis eſt, donum illud conceditur: quod autem in ea conficitur, regeneratio ſcilicet ac renouatio, intelligibile quiddam eſt: nam ſi tu incorporeus eſſes, nudè ipſa dona incorporea tradidiſſet tibi: quoniam verò corpori coniuncta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligenda tibi traduntur. O quot modò dicũt, vellem formam & ſpeciem eius, vellem veſtimenta ipſa, vellem calceaméta videre. Ipſum igitur vides, ipſum tangis, ipſum comedis. Veſtimenta eius deſideras videre, ipſe verò ſeipſum tibi tradit, nõ vt videas ſolùm, verumetiam vt tangas, & in te habeas. Et paulò pòſt: Veniat in mentem tibi quo ſis honore honoratus, qua menſa fruaris. Ea nanque re nos alimur, quam angeli videntes, tremunt, nec abſque pauore propter fulgorem qui indè reſilit, adſpicere poſſunt, & nos in vnã cum illo maſſam reducimur. Chriſti corpus vnum, & caro vna facti ſumus. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? quis paſtor vnquàm membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit atque conglutinat. Conſideremus autem, ex noſtra generatus eſt ſubſtantia: Sed nihil hoc, inquies, ad omnes pertinet. Immò ad omnes. Nam ſi ad naturam noſtram deſcendit, patet quoniã ad omnes: quòd ſi ad omnes, & ad vnumquenque profectò. Sed quomodò non omnes indè lucrum conſecuti ſunt, inquies? Id certè non illius cauſa, qui maximè hoc optat, accidit: ſed eorum culpa qui eum ſuſcipere nolunt. Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſe coniungit: & quos peperit, non alijs nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſſimè alit, hac etiam re tibi perſuadens carnem illam tuam aſſumpſiſſe: tanta igitur charitate atque honore affecti, non torpeamus. Non videtis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiũt? qua preſſione papillis infigunt labia? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc menſam, & ad huius calicis ſpiritalem accedamus papillam: immò verò maiore deſiderio quaſi lactentes pueri, gratiam ſpiritus ſugamus: vnus ſit nobis dolor, vna mœſtitia, ſi hoc alimento ſpirituali priuamur.

Ipſum vides, tãgis, comedis.

Ea re alimur, quam tremũt angeli.

In vnam cum illo maſſam reducimur. Pſal. 105.

Oues ſuis membris nutrit.

Proprio corpore alit.

Singulis per Euchariſtiã ſe coniungit.

Quanto deſiderio ad cõmunionẽ accedendum.

5. IDEM homilia quadrageſimaquinta in Ioannem, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum: Vt autem non ſolùm per dilectionem, ſed re ipſa in illam carnem conuertamur: per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt. Cùm enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis, à quibus maximè amabatur, qui ſuum amorem præ ſe ferentes dicebant: Quis daret nobis vt eius carnibus impleremur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori nos charitate adſtringeret, & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantùm videri permittens deſiderantibus, ſed & tangi, & manducari, & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Et poſt paululum: Parentes ſæpenumerò liberos ſuos alijs alẽdos dederunt, ego autem mea carne alo, me vobis exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris ſpem præbeo. Qui in hac vita ità ſe nobis exhibet, multò magis in futura. Veſter ego frater eſſe volui, & cõmunicaui carnem propter vos & ſanguinem: & per quæ vobis coniunctus ſum, ea rurſus vobis exhibui. Hic ſanguis facit, vt imago in nobis regia floreat: hic ſanguis pulchritudinem atque nobilitatem animę, quam ſemper irrigat & nutrit, langueſcere non ſinit. Sanguis enim à cibo non ſit repentè, ſed primò aliud quiddã: hic quàm primùm irrigat animam, eamq; vi quadam magna imbuit. Hic myſticus ſanguis dæmones procùl pellit, angelos & angelorũ Dominum ad nos allicit. Dæmones enim cùm Dominicum ſanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, angeli autem concurrunt. Hic ſanguis effuſus, vniuerſum abluit orbem terrarum, de quo multa Paulus ad Hebræos proſecutus eſt. Hic ſanguis abdita & ſancta ſanctorum purgabat. Quòd ſi eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum, in media Aegypto liminibus adſperſus, longè magis veritas.

Per Euchariſtiam re ipſa in Chriſti carnem conuertimur.

Singularis in nos amor hic relucet.

Iob 31.

Permittit ſe tangi, mãducari, & dẽtes carni ſuæ infigi.

Sua carne nos alit.

Sãguis Chriſti quẽ in Sacramento ſumimus, quã efficaciam habeat.

Exod. 12.

6. ITEM libro tertio de ſacerdotio: O miraculum, ô Dei benignitatem: qui cum patre ſurſùm ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti. Fit autem id nullis præſtigijs, ſed apertis ac circunſpicientibus circunſiſtentium omnium oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe videntur? aut eiuſmodi, vt poſſit quis contra ea attolli atque inſurgere? Ponito ob oculos Heliam illum &c. Hoc ergò myſterium omnium maximè horrendum verendúmque, quis tandèm qui inſanus idem minimè ſit, quíque è poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit?

Qui ſurſùm ſedet, hic à nobis eodem temporis articulo pertractatur.

Sacrificium Miſſæ myſterium maximè horrendũ verendumq; non niſi ab inſanis deſpicitur.

7. HOMILIA item ſecunda ad populum Antiochenum: Tanquàm maximam hæreditatem Heliſæus meloten ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hæreditas, omni auro precioſior. Et erat poſthàc duplex Helias ille, & erat ſurſùm Helias, & deorſùm Helias. Noui quòd iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe vt ille. Quid igitur, ſi vobis demonſtrauero quid aliud, quod illo multò maius omnes ſacris myſterijs imbuti recepimus? Helias nempe meloten diſcipulo reliquit. Filius autem Dei aſcendens, ſuã nobis carnem dimiſit: ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit. nè igitur animo concidamus, neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim ſanguinem ſuum pro nobis effundere non recuſauit, & carnem ſuam, & rurſùm ipſum ſanguinem nobis communicauit, nihil pro ſalute noſtra recuſabit.

Carnem ſuã nobis dimiſit, quã eandẽ habens aſcẽdit.

8. ET homilia tertia in epiſtolam ad Epheſios, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum: De corpore nobis ſermo eſt, & quidem de eo, quod ab iſto nihil differat, nec diſtet. Quotquot in corpore Chriſti communicamus, quotquot ſanguinem illius deguſtamus, cogitemus quòd illius corpus & ſanguinem guſtamus, qui in cæleſtibus ſedet, qui ab Angelis adoratur, qui proximè conſiſtit immortali Dei potentiæ. Hei, quot nobis ad ſalutem viæ ſunt? Corpus ſuum nos fecit, corpus ſuum nobis tradidit, & tamen nihil horum à malis nos auertit. O tenebras, & multam profunditatem, ô ſtupiditatem omni dolore vacuam.

Eius corpus deguſtamus, qui in cæleſtibus ſedet, & ab angelis adoratur.

9. CYRILLVS Alexandrinus libro quarto in Ioannem, capite decimoſexto: Mannæ alimentum non æternam vitam, ſed breue famis remedium adferebat. Non ergò erat cibus verus, id eſt, panis de cælo. Sanctum verò CHRISTI corpus, ad immortalitatem & vitam æternam cibus eſt: ità inquit, Sed aquam illi ex petra biberunt. Quid igitur indè lucrati ſunt, qui mortui fuerunt? non erat igitur potus ille verus, ſed verus potus eſt ſanguis Chriſti, quo radicitùs mors euertitur atque deſtruitur. Non enim hominis ſimpliciter ſanguis eſt, ſed eius qui naturali vitæ coniunctus, vita effectus eſt. Proptereà corpus & membra CHRISTI ſumus: quia per hanc benedictionem myſterij ipſum filium Dei ſuſcipimus.

Præfertur hoc Sacramentũ mannæ & aquæ de petra fluenti.

In Euchariſtia ipſum filium Dei ſuſcipimus.

10. ET capite decimoſeptimo: Quoniam res ardua eſt, & fide magis, quàm alio modo recipitur:

Digitized by Google

tur: ideò multis atque varijs modis mirabilem eius vtilitatem exponit, fundamentum & baſim fidem eſſe confirmans. Qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit ſanguinem meum: in me manet, & ego in illo.

Ioan. 6.

Simile.

Sicuti enim ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat: neceſsè eſt, ſi quis carnem & ſanguinem Domini recipit, cum ipſo ità coniungatur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur.

Chriſto per Euchariſtiã cõiungimur.

Matth. 13.

Simile quodammodò apud Matthæum comperies: Simile eſt, inquit, regnũ cælorum fermento, quod acceptum abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus. Quid igitur fœmina ſit, & quæ ſatorum trinitas, aut omninò ſatum quid ſit, loco ſuo dicetur: nunc autem de fermento ſolùm dicamus.

1. Cor. 5.

Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. Verè enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit.

Non tantùm fide & charitate cũ Chriſto coniungimur, ſed etiã ſecundùm carnem.

Ioan. 15.

11. IDEM libro decimo in Ioannem, capite decimotertio: Non tamen negamus rectâ nos fide, charitateq; ſincera Chriſto ſpiritaliter coniungi. Sed nullam nobis coniunctionis rationem ſecundùm carnem cum illo eſſe, id profectò pernegamus, idq; à diuinis ſcripturis omninò alienum dicimus. Quis enim dubitauit Chriſtum etiam ſic vitem eſſe, nos verò palmites, qui vitam indè nobis acquirimus? audi Paulum dicentem: Quia omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. Quia etſi multi ſumus, vnum tamen in eo ſumus. Omnes enim vno pane participamus.

1. Cor. 10.

An fortaſsis putat (aduerſarius Chriſti) ignotã nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe? Quæ cùm in nobis fiat, nónne corporaliter quoquè facit communicatione carnis Chriſti, Chriſtum in nobis habitare? cur enim membra fidelium membra Chriſti ſunt? Neſcitis, inquit, quia membra veſtra, membra ſunt Chriſti? membra igitur Chriſti, meretricis faciam membra? abſit. Saluator etiam: Qui mãducat carnem meam, ait, & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo.

Incorporamur Chriſto per hoc Sacramentum.

1. Cor. 6.

Ioan. 6.

Vndè conſiderandum eſt, non habitudine ſolùm, quæ per charitatẽ intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verumetiam & participatione naturali. Nam quemadmodùm ſi quis igne liquefactam ceram, aliæ ceræ ſimiliter liquefactæ ità miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſq; factum videatur: ſic communicatione corporis & ſanguinis Chriſti, ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo.

Participatione naturali in nobis eſt.

Non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitã traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei cõiungeretur. Non credis mihi hæc dicenti: Chriſto (obſecro te) fidem præbe.

Ioan. 6.

Amen amen, inquit, dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternã, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Audis apertè clamantem nõ habituros vitam, niſi ſanguinem eius biberimus, & carnem mãducauerimus. In vobis autem ipſis dicit, id eſt, in corpore veſtro. Vita autem, iurè ipſa vitæ caro intelligi poteſt: hæc enim nos in nouiſſimo die ſuſcitat. Et quo modo, dicere non grauabor. Caro vitæ facta vnigeniti caro, ad virtutem vitæ traducta eſt: non poteſt igitur morte ſuperari. Propterea in nobis facta, interitum à nobis expellit. Non enim abeſt ab ea vnigenitus Dei filius. Vndè quia vnus eſt cum carne ſua: ego, inquit, ſuſcitabo eum.

Ioan. 15.

Cur igitur ſecũdùm carnem palmites nos dici pernegat? An non conuenienter dici poteſt, vitem, humanitatem eius eſſe, & nos palmites propter identitatem naturæ? eiuſdem enim naturæ vitis & palmites ſunt. Ità & ſpiritaliter & corporaliter nos palmites. & Chriſtus vitis eſt.

12. ITEM libro vndecimo in Ioannem, capite vigeſimoſexto: Conſiderãdum eſt, ſi ad vnitatem conſenſus & voluntatis, naturalem etiam inuenire poſſumus, per quam nos inter nos, & omnes Deo colligemur: fortaſsis enim etiam corporali vnione cõiungimur, licèt adeò diſſeparati ſimus, vt vnuſquiſque ſeorsùm & ſubſiſtat, & circunſcribatur. Nam ſi Petrus & Paulus vnum vnitate in Chriſto ſint, Petrus tamen Paulus non eſt. Agè igitur cùm Trinitas vnum natura ſit, conſideremus quomodò etiam nos ipſi inter nos corporaliter, & cum Deo ſpiritaliter vnũ ſumus. Ex Dei patris ſubſtantia vnigenitus prodiens, & totum in ſua natura genitorem poſſidens, caro factus ſecũdùm ſcripturam eſt, ſeq; ipſum naturæ noſtræ ineffabiliter coniunxit atque vniuit. Qui enim natura Deus eſt, verè homo factus eſt, nõ theophorus, id eſt, Deum in ſe per gratiam habens, vt myſterij vim ignorantes contendunt: ſed verus Deus ſimul & homo eſt. Sic quæ inter ſe plurimùm ſecundùm naturam diſtant, in vno ſeipſo coniunxit, & diuinæ naturæ participes nos effecit: Communicatio enim ſpiritus, & (vt ità dicam) manſio, primùm in Chriſto fuit, & ab eo in nos penetrauit: cùm homo factus, ipſe templum ſuum proprio ſpiritu perunxit atque ſanctificauit. Origo igitur & via, qua ſpiritu ſancto participamus, & Deo vniti ſumus, Chriſti myſterium eſt. Omnes enim in illo ſanctificamur. Vt igitur inter nos & Deum ſingulos vniret, quanuis corpore ſimul & anima diſtemus, modum tamen adinuenit, conſilio patris & ſapientiæ ſuæ congruentem: ſuo enim corpore credentes, per communionem myſticam benedicens, & ſecum & inter nos vnum nos corpus efficit.

Per communionem myſticam vnum nos corpus ſecũ efficit.

Quis enim eos, qui vnius ſancti corporis vnione in vno Chriſto vniti ſunt, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam ſi omnes vnum panem manducamus, vnum omnes corpus efficimur: diuidi enim atque ſeiungi Chriſtus non patitur. Idcircò etiam Eccleſia corpus Chriſti facta eſt, & nos ſinguli membra Chriſti ſecundùm Paulum.

Epheſ. 5.

Vni enim Chriſto per corpus ſuum coniuncti, quoniam in nobis illum qui eſt inuiſibilis, accepimus, ipſi potiùs quàm nobis membra noſtra accommodantur. Quòd autem Eccleſia corpus à ſingulis hominibus tanquàm membris compoſitum, ſaluator verò caput ſit, Paulus oſtendit, dicens: Vt in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

Epheſ. 4.

Corporalis vnio ad Chriſtum.

Quòd autem corporalis hæc vnio ad Chriſtum participatione carnis eius acquiritur, ipſe rursùs Paulus de myſterio pietatis diſſerens, teſtatur: Quod alijs, inquit, generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu, eſſe gentes cohæredes & concorpores & comparticipes promiſſionis in Chriſto.

Epheſ. 3.

Si autem omnes inter nos in Chriſto vnum ſumus corpus, nec inter nos ſolùm, verùm etiam cum eo qui per carnem ſuam ad nos tranſiuit: quomodò vniuerſi & inter nos, & in Chriſto vnum non erimus? Chriſtus enim eſt huius vnionis vinculum, qui Deus ſimul & homo eſt. Sed de vnione corporali ſatis.

13. ET capite vigeſimoſeptimo: Corporaliter filius per benedictionem myſticam nobis vt homo vnitur, ſpiritaliter autem vt Deus, ſui ſpiritus gratia, noſtrum ad nouam vitam, & diuinæ naturæ participationem, ſpiritum redintegrans.

Corporaliter nobis vnitur per communionem myſticam.

Nexus igitur vnionis noſtræ ad Deum patrem Chriſtus eſt: nobis quidem vt homo, Deo autem patri vt Deus naturaliter vnitus. Non erat enim poſſibile, corruptioni ſubiectam hominis naturam ad immortalitatem conſcendere, niſi natura immortalis atque incommutabilis ad eam deſcen-

Digitized by Google

Corporaliter ſubſtantialiterque accipientes filiū Dei.

deſcendiſſet, ac communione participationeq́ ſui à mortalitatis noſtræ terminis ad ſuum bonum reformatos eleuaret. Conſummati ergò ſumus, reductiq́ ad vnionem Dei patris mediatione ſaluatoris, id eſt, Chriſti. Filium enim Dei natura patri vnitum, corporaliter ſubſtantialiterq́ (vt dictum eſt) accipientes, clarificamur glorificamúrque, ſupremæ facti naturæ participes.

Per naturæ veritatē Chriſtus in nobis eſt, quia verè verbum carnē cibo Dominico ſumimus.

14. HILARIVS Pictauienſis Epiſcopus libro octauo de Trinitate: Eos nunc qui inter patrem & filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo, vtrúmne per naturæ veritatem hodiè Chriſtus in nobis ſit, an per concordiam voluntatis? Si enim verè verbum caro factum eſt, & nos verè verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodò non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ità enim omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergò naturaliter patrem in Chriſto negabit, neget priùs nō naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtū ſibi ineſſe, quia in Chriſto pater, & Chriſtus in nobis, vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnē corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſq́ verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia pater in eo eſt, & ille in nobis, quomodò voluntatis vnitas aſſeritur, cùm naturalis per ſacramentum proprietas, perfectæ ſacramentum ſit vnitatis?

Sub myſterio verè ſumimus carnem corporis Chriſti.

Reſurrectio probatur per veram participationem carnis & ſanguinis Chriſti.

15. IRENAEVS libro quinto aduersùs hæreſes Valentini & ſimilium, capite ſecundo: Vani ſunt omnimodò, qui vniuerſam diſpoſitionem Dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt, dicentes non eam capacem eſſe incorruptibilitatis. Sic autem ſecundùm hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius eſt, neq́ panis quem frangimus, cōmunicatio corporis eius eſt. Sanguis enim non eſt, niſi à venis & carnibus, & à reliquia quæ eſt ſecundùm hominem ſubſtantia, qua verè factum Verbum Dei, ſanguine ſuo redemit nos. Quemadmodùm & Apoſtolus eius ait: In quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum. Et quoniam membra eius ſumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipſe nobis præſtat, ſolem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodùm vult: eum calicem qui eſt creatura, ſuum ſanguinem qui effuſus eſt, ex quo auget noſtrum ſanguinem: & eū panem qui eſt à creatura, ſuum corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergò & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtātia, quomodò carnem negant capacē eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius, quemadmodùm & beatus Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola: Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius: non de ſpirituali aliquo, & inuiſibili homine dicens hęc: (ſpiritus enim neque oſſa neque carnes habet) ſed de ea diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm verum hominem, quæ ex carnibus & neruis & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis eius, nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius, augetur.

1. Cor. 10. — Ephe. 1. & 5. — Epheſ. 5. — Luc. 24.

16. CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi quarta myſtagogica: Sub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur ſanguis, vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti, efficiaris ei comparticeps corporis & ſanguinis. Χριστόφοροι γινόμεθα. Sic Chriſtophori erimus, hoc eſt, Chriſtum ferentes, cùm eius corpus & ſanguinem in membra noſtra receperimus: atque ità, vt beatus Petrus dicit, diuinæ naturæ conſortes efficiemur.

Comparticipes corporis & ſanguinis.

Diuinæ conſortes naturæ. — 2. Pet. 1.

17. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaquinta in Ioannem, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum, vt hac eadem quęſtione, B. teſtimonio quinto.

II.

Quæ in hoc Sacramento præcipuè continentur?

A. TRIA [a] continet Euchariſtia, ſpecies viſibiles, veritatem [b] corporis & ſanguinis Dominici, & ſpiritualis gratiæ virtutem.

B. Quod enim oculis noſtris appáret, [c] ſpecies ſunt viſibiles, panis videlicet ac vini. Quod autem ſub ſpeciebus iiſdem Fides noſtra, non [d] ſenſus ac ratio compræhendit, id verum corpus & ſanguis eſt Chriſti Saluatoris.

C. Cæterùm quod participatione Sacramenti huius conſequimur, [e] eximia quædam eſt Spiritus ſancti gratia, fructus nimirùm & effectus, vt oſtendemus, ſalutaris Euchariſtiæ.

a Cyrill. Hieroſol. catech. 4. myſt.
b Matth. 26. c Mar. 14. c Luc. 22. b 1. Cor. 11.
c Theophylact. in Mar. 14. ca. & Matth. 26. ac in Ioā. 6. Cyrill. ad Caloſ. Amb. lib. 4. de Sacra. c. 4. & lib. 6. c. 1.
d Damaſc. lib. 4. cap. 14.
e Aug. tract. 26. in Ioan. & alij poſteà citandi.

TESTIMONIA.

Contra negantes veritatem corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia.

1. A. CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi quarta myſtagogica: Cùm igitur Chriſtus ipſe ſic affirmet atque dicat de pane, Hoc eſt corpus meum: quis deincèps audeat dubitare? Ac eodem quoquè confirmante & dicente, Hic eſt ſanguis meus: quis, inquam, dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, in Cana Galilęæ, ſola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quòd vinum in ſanguinem transmutáſſet? Si enim ad nuptias corporeas inuitatus ſtupendum miraculum operatus eſt, & non multo magis corpus & ſanguinem ſuum filijs ſponſi dediſſe illum confitebimur? Quare omni cum certitudine corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus. Nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus: & ſub ſpecie vini datur ſanguis. Et paulò pòſt: Nè ergò conſideres tanquàm panem nudum & vinum nudum: corpus enim eſt & ſanguis Chriſti, ſecundùm ipſius Domini verba. Quanuìs enim ſenſus hoc tibi ſuggerit, tamen fides te confirmet, nè ex guſtu rem iudices, quin potiùs habeas ex fide pro certiſſimo, ità vt nulla ſubeat dubitatio, eſſe tibi donata corpus & ſanguinem. Et poſt pauca: Hoc ſciens & pro certiſſimo habens, panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti. Et vinum quod à nobis conſpicitur, tametſi ſenſui guſtus vinum eſſe videatur, non tamen vinum ſed ſanguinem eſſe Chriſti.

Ioan. 2.

Sub ſpecie panis datur corpus, & ſub vini ſpecie ſanguis.

Nullo modo dubitandum de veritate, etiamſi ſenſus aliter iudicet.

Non eſſe panem nec vinum, ſed corpus & ſanguinem.

2. MATTHAEI vigeſimoſexto: Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq́ diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & cōmedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem,

Digitized by Google

cem, gratias egit & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſangnis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

3. MARCI decimoquarto: Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite. Hoc eſt corpus meum. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur.

4. LVCAE vigeſimoſecundo: Et accepto pane, gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.

5. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã commemorationem. Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit, dicens: Hic calix, nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: Hoc facite, quotieſcunquè bibetis, in meam commemorationem. Quotieſcunquè enim mãducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortẽ Domini annunciabitis, donèc veniat. Itaque quicunque manducauerit panẽ hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi, &c.

Panis nõ figura eſt corporis Chriſti, ſed in Chriſti corpus conuertitur.

Ioan. 6.

1. B. THEOPHYLACTVS in Marci decimumquartum caput: Hoc eſt corpus meum, hoc inquam, quod ſumitis. Non enim figura & exemplar quoddam Dominici corporis panis eſt, ſed in illud ipſum conuertitur corpus Chriſti. Dominus enim dicit: Panis quem ego dabo, caro mea eſt: non dixit, figura eſt carnis meæ, ſed caro mea eſt. Et iterùm: Niſi ederitis carnem filij hominis. Et quomodò, inquis, caro non videtur? O homo, propter noſtram infirmitatẽ iſtud fit. Quia enim panis quidem & vinum ex his ſunt quibus aſſueuimus, ea non abhorremus: ſanguinem verò propoſitum & carnem videntes, non ferremus, ſed abhorreremus: idcircò miſericors Deus noſtræ infirmitati condeſcendens, ſpeciem quidem panis & vini ſeruat, in virtutem autem carnis & ſanguinis tranſelementat. Sanguinem verò noui teſtamenti dixit, opponendo veteri. Habebat enim & vetus teſtamentum ſanguinem, quo aſpergebantur & populus & liber legis.

Cur Chriſti caro nobis ſub aliena ſpecie præbeatur.

Tráſelementatio.

Exod. 24.

Non figura, ſed corpus & caro Domini eſt, etiã ſi videatur eſſe panis.

Transformatur.

Cur ſub aliena ſpecie.

2. ITEM in Matthæi caput vigeſimumſextum: Porrò dicens, Hoc eſt corpus meum, oſtẽdit quòd ipſum corpus Domini eſt panis qui ſanctificatur in altario, & non reſpondens figura. Non enim dixit, Hoc eſt figura: ſed, Hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiamſi nobis videatur panis: quoniam infirmi ſumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem: & ideò panis quidem appàret, ſed reuerà caro eſt. Et accepto poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionẽ peccatorum. Sicut vetus teſtamentum immolationem habebat & ſanguinem, ità & nouum teſtamentum ſanguinem habet ac immolationem.

Immolatio.

Nõ figura tãtũ carnis, ſed ipſa caro Domini.

3. ET in Ioannis caput ſextum: Attende autem quòd panis, qui à nobis in myſterijs manducatur, non eſt tantùm figuratio quædam carnis Domini, ſed ipſa caro Domini: non enim dixit, Panis quem ego dabo, figura eſt carnis: ſed, Caro mea eſt. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & acceſſionem ſancti ſpiritus, in carnem Domini. Et nè quem conturbet, quòd credendus ſit panis caro. Etenim & in carne ambulante Domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, & in augmentum & ſuſtentationem conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem Domini mutatur. Et quomodò (inquit) non apáret nobis caro, ſed panis? Vt non abhorreamus ab eſu. Nam ſi quidem caro apparuiſſet, inſuauiter affecti eſſemus erga commnnionem. Nunc autem condeſcendente Domino noſtræ infirmitati, talis appáret nobis myſticus cibus, qualibus alioquin aſſueti ſumus.

Transformatur panis.

Cur ſub ſpecie aliena.

4. CYRILLVS Alexandrinus in libro ad Caloſyrium Epiſcopum Arſenoiten: Porrò alios etiam eſſe audio, qui myſticam benedictionem nihil ad ſanctificationem proficere dicant, ſi quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Inſaniunt verò, qui hæc aſſerunt. Neque enim alteratur Chriſtus, neque ſanctum eius corpus immutatur, ſed benedictionis vis ac facultas, & viuificans gratia, perpetua in ipſo exiſtit.

Inſaniũt qui Euchariſtiæ ſanctitatẽ in ſolo vſu conſtituunt.

5. AMBROSIVS libro quarto de Sacramentis, capite quarto: Didiciſti, quòd ex pane corpus fiat Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur: ſed fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis. Sed fortè dicis: Speciem ſanguinis non video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ità etiam ſimilitudinem precioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & precium tamen operetur redemptionis. Didiciſti ergò quia quod accipis, corpus eſt Chriſti.

Cur ſub aliena ſpecie.

6. IDEM libro ſexto de Sacramentis, capite primo: Sicut verus eſt Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodùm homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia patris: ità vera caro, ſicut ipſe dicit, quam accipimus: & verus eius ſanguis eſt potus. Sed fortè dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam diſcipuli Chriſti audientes dicentem: Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dicas: Quomodò vera? Qui ſimilitudinem video, non video ſanguinis veritatem. Primò omnium dixi tibi de ſermone Chriſti, qui operatur vt poſſit mutare & conuertere genera inſtituta naturæ. Deindè vbi non tulerunt ſermonem Chriſti diſcipuli eius, ſed audientes quòd carnem ſuam daret manducare, & ſanguinem ſuum daret bibendum, recedebant: ſolus tamen Petrus dixit, Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quò recedam? Nè igitur plures hoc dicerent, veluti quidam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia redemptionis, ideò in ſimilitudinem quidem accipis Sacramentum, ſed veræ naturæ gratiam virtutémque conſequeris. Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cælo deſcendi. Sed caro non deſcendit è cælo, hoc eſt, carnem in terris aſſumpſit ex Virgine. Quomodò ergò deſcendit panis è cælo & panis viuus? Quia idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis & corporis: & tu qui accipis eius carnem, diuinæ eius ſubſtantiæ in illo participaris alimento.

Ioan. 6.

Sermõe Chriſti cõuertuntur & mutantur inſtituta naturæ.

Ioan. 6.

Cur tribuantur corpus & ſanguis ſub aliena ſpecie, ea tamẽ quæ rei contineat ſimilitudinẽ.

Diuinitatis participes efficimur.

7. DAMASCENVS libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoquarto: Quamobrem ſi ſermo Dei viuus eſt & efficax, ac Dominus omnia quæcunque voluit fecit: ſi dixit, Fiat lux, & facta eſt, Fiat firmamẽtum, & factum eſt: ſi verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: ſi cælum & terra, aqua item & ignis & aër,

Verbi Dei efficacia in rerum productione & cõmutatione.

Geneſ. 1.

&

Digitized by Google

& omne eorum ornamentum, Domini verbo completum & abſolutum eſt, atque hoc etiam nobiliſſimum animal, quod homo nuncupatur: ſi

Ioan. 1.

ipſemet Deus Verbum, poſteaquàm ità voluntas ipſius tulit, homo factus eſt, atque ex puris & immaculatis ſanctæ ac ſemper Virginis ſanguinibus carnem ſibijpſi ſine ſemine condidit, quid tandèm afferri poteſt, quin ex pane corpus ſuum, ex vino & aqua ſanguinem ſuum, efficere queat? Dixit antiquitùs, Producat terra herbam vi-

Geneſ. 1.

rentem: atque ea etiamnùm orto imbre fœtus ſuos producit, diuino præcepto impulſa ac roborata. Dixit Deus, Hoc eſt corpus meum, & hic

Matth. 26.

Verba conſecrationis ex inſtitutiõe & præcepto vim habent.

ſanguis meus, &, Hoc facite in meam commemorationem: atque omnipotenti ipſius præcepto, donèc ipſe veniat, hoc efficitur: (His enim verbis vſus eſt, Donèc veniat) ac pluuia huic nouæ ſegeti per conſecrationem exiſtit ſancti Spiritus vis inumbrans. Quemadmodùm enim quicquid Deus fecit, id ſancti Spiritus opera fecit: eodem modo nunc quoquè Spiritus opera-

Non niſi fide capitur Trãſubſtãtiatio.

tio, ea quæ naturam ſuperant, efficit, quæq; niſi ſola fide capi atque intelligi nequeunt. Quo tandèm modo mihi fiet iſtud? aiebat ſancta Virgo:

Luc. 1.

quoniam virum non cognoſco. Reſpondet Archangelus Gabriel, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Tu quoquè nunc quæris quomodò panis corpus Chriſti, & vinum cum aqua coniunctum ſanguis Chriſti fiat? Tibi item reſpondeo, Spiritus ſanctus ſuperuenit, eáque efficit, quæ orationis facultatem ac mentis intelligentiam excedunt. Panis porrò & vinum ob eam cauſam adhibentur, quia Deo nota & explorata eſt humana imbecillitas, quippè quæ vtplurimùm ea quæ vſu & conſuetudine minimè trita ſunt, grauiter ferat, & auerſetur. Quo fit, vt ille, pro ea, qua vti ſolet, erga nos indulgentia, per ea quæ naturæ vſitata ac familiaria ſunt, ea quæ naturam ſuperant, efficiat. Et quemadmodùm ipſe, quoniam in hominum more poſitum eſt, vt aqua lauentur, & oleo vngantur, idcircò in Baptiſmo gratiam Spiritus cum oleo & aqua copulauit, fecítque illud lauacrum regenerationis: eodem modo quoniam ità

Cur ſub ſpecie panis & vini inſtitutum hoc Sacramentum.

fert hominum vſus atque conſuetudo, vt panem edant, vinúmque & aquam bibant, idcircò diuinitatem ſuam cum ipſis coniunxit, eáque corpus & ſanguinem ſuum fecit, vt per vſitata naturæq; conſentanea, ad ea, quæ ſupra naturam ſunt, aſſurgamus. Sanè corpus diuinitati verè vnitum eſt illud corpus, quod ex ſancta Virgine ortum eſt: non quòd aſſumptum illud corpus è cælo de-

Panis & vinũ immutantur in corpus & ſanguinem Domini.

ſcenderit: ſed quia panis ipſe ac vinum in corpus & ſanguinem Dei immutantur. Quòd ſi, quo pacto id fiat, requiris, ſat tibi ſit audire, quòd per ſanctum Spiritum id fiat, quemadmodùm & ex ſancta Dei matre per Spiritum ſanctum Dominus ſibijpſi & in ſeipſo carnem condidit. Nec quicquam ampliùs nobis perſpectum & exploratum eſt, quàm quòd verbum Dei verum eſt & efficax,

Modus ratione indagari nequit.

atque omnipotens: nam modus eiuſmodi eſt, vt nulla ratione indagari queat. Quin ne hoc quoquè alienum fuerit dicere, quòd quemadmodum na-

Simile.

turaliter panis per cibum, & vinum & aqua per potum, in comedentis ac bibentis corpus & ſanguinem immutantur, corpúſq; alterum fiunt, atque à priori ipſius corpore diuerſum: ſic propoſitionis panis ac vinum & aqua per ſancti Spiritus inuocationem & aduentum mirabili modo in Chriſti corpus & ſanguinem vertuntur, nec ſunt duò, ſed vnum & idem. Quocirca ijs, qui ſacramentum iſtud per fidẽ dignè percipiunt, in peccatorum remiſſionem & vitam ęternam, animiq; & corporis præſidiũ cedit: ijs contrà, qui perfidè indigneq; ſuſcipiunt, in pœnã ac ſupplicium: haud ſecùs videlicet, àc Domini mors credentibus quidem, vita & incorruptio extitit ad ſempiternę beatitudinis oblectationem, incredulis autem, Dominicǫ carnificibus, in pœnam ac cruciatum ſempiternum. Nec verò panis & vinum corporis

Non ſunt nuda figura corporis & ſanguinis Chriſti, ſed corpus & ſanguis.

Chriſti figura ſunt, (abſit enim hoc) verùm ipſummet Domini corpus diuinitate affectum: quippè cùm Dominus ipſe dixerit, Hoc eſt, non corporis ſignum, ſed corpus, nec ſanguinis ſignum, ſed ſanguis. Et priùs adhuc, ad Iudęos ſermonem habens, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & bi-

Ioan. 6.

beritis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro enim mea verus eſt cibus, & ſanguis meus verus eſt potus. Ac rurſùs, Qui manducat me, viuet. Ac proindè ſummo cum metu & pura

Quomodò ad Cõmunionem ſacram accedendum.

conſcientia, fidéque haudquaquàm dubia accedamus: ac profectò ſic nobis fiet, quemadmodùm firmè ac conſtanter credimus. Ipſum porrò omni puritate colamus, hoc eſt, & ſpirituali, & corporea: ſiquidem duplex ipſe eſt. Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibúſq; in crucis formam cõpoſitis crucifixi corpus ſuſcipiamus, atque & oculis, & labijs, & frontibus impoſitis, diuini carbonis participes efficiamur, vt ignis de-

Effectus.

ſiderij in nobis inſiti, aſſumpta ea, quæ ex carbone oritur, inflammatione, peccata noſtra exurat, ac pectora noſtra colluſtret: demúſque operam, vt per diuini ignis perceptionẽ inardeſcamus, Dijq; efficiamur. Vidit quippè carbonem Eſaias. Car-

Eſa. 6.

bo porrò non ſimplex lignum eſt, ſed igni vnitum. Sic panis quoquè communionis non ſimplex panis eſt, ſed diuinitati vnitus. Corpus autem, quod diuinitati vnitum eſt, non vna natura eſt: ſed vna quidem corporis, altera autem diuinitatis cum ipſo coniunctæ. Quo fit, vt vtrunque, non vna natura ſit, ſed duæ. Abrahamum ex alie-

Geneſ. 14.

nigenarum ſtrage redeuntem ille ſummi Dei ſa-

Figuræ ſanctiſſimi Sacramenti.

cerdos Melchiſedech pane ac vino excepit. Menſa illa myſticam hanc adumbrabat, quemadmodùm & ſacerdos ille veri pontificis Chriſti figu-

Pſal. 109.

ram & imaginem præ ſe ferebat. Tu enim, inquit, es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Mel-

Leuit. 24.

chiſedech. Panem hunc panes propoſitionis ad-

Malach. 1.

umbrabant. Hoc videlicet illud eſt purum & incruentum ſacrificium, quod Dominus à Solis ortu vſque ad occaſum oblatum iri per Prophetam prædixit. Corpus ac ſanguis Chriſti eſt, ad animæ & corporis noſtri incolumitatem tendens, quod nec cõſumitur, nec corrumpitur, nec in ſeceſſum abit (auertat hoc Deus) verùm ad noſtram ſubſtantiã & conſeruationem tendit, atque omne incõmodum propulſat, eamq; vim habet, vt ſpurcitiem omnem abſtergat. Si adulterinum aurum nanciſcatur, per explorantem inflammationem purgat, nè in futurum cum mundo condemnemur. Omnes enim morbos, immiſſáſque calamitates purgat: quemadmodùm ait Apoſto-

1. Cor. 11.

lus, Si enim noſipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur. Cùm iudicamur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Atque hoc eſt quod ait, Itaque qui percipit corpus & ſanguinem Domini indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Per illud porrò purgati, corpori Domini, ipſiuſq; ſpiritui vnimur, ac Chriſti corpus efficimur. Panis hic delibatio eſt futuri panis, qui ſuperſubſtantialis eſt. Siquidem ſuper-

Panis ſuperſubſtantialis.

ſubſtantiale, vel futurũ ſignificat, hoc eſt panem futuri ſeculi, vel eum qui ad tuendã ſubſtantiam noſtram adhibetur. Quamobrem, ſiue hoc, ſiue illo modo accipiatur, corpus Domini aptè dicetur. Viuificus etenim ſpiritus eſt caro Domini: quandoquidem ex viuifico ſpiritu concepta eſt. Quod

Ioan. 3.

enim ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt. Quæ tamen non eò à me commemorantur, vt corporis naturam ſubmoueam, ac de medio tollam, verùm vt illud viuificum eſſe ac diuinum oſtendam. Quòd

Nomina aliquot Euchariſtiæ.

ſi nõnulli panem ac vinum corporis ac ſanguinis Domini * figuram eſſe dixerunt, quemadmodùm ille diuinitùs afflatus Baſilius, non hoc poſt

* ἀντίτυπα

 con-

conſecrationem dixerunt, ſed antequàm oblatio ea conſecraretur, hoc vocabulum vſurpârunt. *Participatio autem etiam hoc ſacramentum dicitur: quia per illud diuinitatis Ieſu participes efficimur. † Communio item optimo iure appellatur: quia per illud cum Chriſto commercium habemus, ac carnem ipſius & diuinitatem percipimus, atque adeò nos inter nos communicamus atque copulamur. Quoniam enim ex vno pane participamus, omnes vnũ Chriſti corpus, & vnus ſanguis, & alij aliorum membra efficimur, Chriſtiq́ concorporei exiſtimus. Cæterùm illud pro viribus caueamus, nè ſacramentum hoc, vel ab hæreticis accipiamus, vel illis demus. (Nolite enim dare ſanctum canibus, inquit Dominus, nec proijciatis margaritas veſtras ante porcos:) nè alioquì & eorum errorem, & condemnationem nobis contrahamus. Nam ſi omninò hoc affert iſtud ſacramentum, vt & Chriſto, & alij alijs vniamur, non eſt dubium quin omnibus, qui nobiſcum illud percipiunt, animo ac voluntate copulemur. Ex voluntate quippè coniunctio hæc exiſtit, non autem citra animi noſtri ſententiam. Omnes enim, vt Apoſtoli verbis vtar, vnum corpus ſumus, quoniam ex vno pane participamus. Figuræ porrò rerum futurarum idcircò dicuntur, non quòd non verè corpus ac ſanguis Chriſti ſint, ſed quòd nunc quidem diuinitatis Chriſti per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per ſolum aſpectum.

* μετάληψις
† κοινωνία
1.Cor.10.
Concorporei Chriſti.
Euchariſtiæ ſacramentũ ab hæreticis nec accipiendum, nec illis dandum. Matth.7.
Cur dicantur futurorum ἀντίτυπα, hoc eſt, figuræ, cùm tamen adſit ipſa veritas.

C. AVGVSTINVS tractatu vigeſimoſexto in Euangelium Ioannis: Et nos hodiè accepimus viſibilem cibum: ſed aliud eſt ſacramentum, aliud virtus ſacramenti. Quàm multi de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur. Vndè dicit Apoſtolus: Iudicium ſibi mãducat & bibit. Nónnè buccella Dominica venenum fuit Iudæ? Et tamen accepit: & cùm accepit, in eum inimicus intrauit: non quia malum accepit, ſed quia bonum malè malus accepit.

Aliud eſt Sacramentum, aliud virtus vel effectus ſacramenti. 1.Cor 11. Ioan.13.

III.

Quæ ſunt præcipua de hoc Sacramento capita ſcitu neceſſaria?

A. EA quinque potiſſimùm ſeſe offerunt: Primum [a] de veritate Euchariſtiæ. Alterum de panis & vini tranſubſtantiatione. Tertium de adoratione eius. Quartum de eiuſdem oblatione & ſacrificio. Poſtremum de ſumptione ipſius ſub altera vel vtraque ſpecie. De his enim præcipuè hac quidem tempeſtate ſcire, magnum eſt operæprecium.

a De veritate Euchariſtiæ extant patrum teſtimonia apud Roffenſem lib.4. aduerſùs Oecolampadium. Itẽ apud Tonſtallũ, Gropperum & Garetium.

IIII.

Quid igitur de veritate Euchariſtiæ ſentiendum?

A. ID planè, vt cum tota Eccleſia contra omnes [a] Capharnaitas certò credamus, ſub ſpeciebus panis & vini veram Ieſu Chriſti [b] carnem, ac verum eius ſanguinem in Euchariſtia exhiberi, miniſterio quidem Sacerdotis, virtute autem ac potentia Domini noſtri Ieſu Chriſti, apud quem impoſſibile [c] non eſt omne verbum. [d] *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.*

B. Dixit autem in cœna illa pridiè quàm pateretur, inſtructa, cùm panem primùm, [e] ac deindè calicem ſuis manibus appræhendiſſet, cumq́ue de huius Sacramenti tum inſtitutione, tum veritate certos omnes reddere vellet, dixit inquam planiſſimè: [f] *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur.* Dixit: [g] *Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur.* De qua inſtitutione dixit & anteà: [h] *Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus.* Dixit: [i] *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* [k] *Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.*

C. Nec obſcura ſunt alia tum Euangeliſtarum, tum [l] Apoſtoli Pauli teſtimonia, quę nobis hanc fidem euidenter adſtruunt, nè quis [m] dubitare poſſit, Chriſtum in Euchariſtia totum ſecundùm diuinam humanamq́ue naturam exiſtere, & nobiſcum manere vſque ad [n] ſeculi conſummationem.

D. Igitur [o] eandem planè Chriſti carnem in templis habemus & ſumimus, quæ olìm in Palæſtina coràm [p] cernebatur: ſed ea nec ſenſibus hìc patet, nec tranſmutationi & corruptioni eſt obnoxia: vtpotè inuiſibilis, impaſſibilis, immortalis, ſumma & diuina reſplendens gloria, quam ſolis fidei oculis licet hoc tempore intueri: Beati autem in cælis clarè perſpiciunt incredibili cum voluptate.

a Ioan.6.f & ibid. Cyrill. Auguſt.tract. 27. in Ioan. Cypria. de cœna Domini. Petrus Cluniac.lib.1.epiſt.2.
b Conc. Epheſ. Nicenum 2.actio.6. Lateranen.can.1. Conſtantien. ſeſſ.8. Florent. Trident. ſeſſ.11.cap.1.& 3. Ignatius ad Smyrnẽſes, teſte Theodor. in dial.3. Tertul.de reſur. carnis cap.8. & de idolo.cap.7. Cyprian.de lapſis. Heſych.in cap.22. Leuit. Optatus lib.6. Leo ſerm. 7.de Paſſio.& epiſt.23. Theodor.dial.2.
c Luc.1.d Marc.10.d
d Pſal.148.a Damaſc. lib.4.de Orthod. fide cap.14. Idem in hiſtoria de Barlaam & Ioſa.c.19. lib.3.Parall.c.45. Ambroſ.lib.4.de Sacramen.cap.4.& 5. Cyrill.lib 4.in Ioan.cap.13. Petrus Cluniacen lib.1 epiſt.2.
e Luc.22.b Mar.14.c Matth.26.c 1.Corinth.11.e Iuſtin.Apol.2. Irenæus lib. 4.cap.32.& 34. Iuuencus lib.4.Euang. hiſtor. Tertul.lib.5.cont. Marci.cap.8.
f Luc 22.b
g Marc.14.c Matth.26.c
h Ioan.6.f Vide Hilar.8.de Trinit. Cyrill.in Ioan.lib.4.cap.16. Origen.hom. 8.in Num. Emiſe.hom.5.de Paſcha. Leo ſer.6.de ieiu.ſepti.menſ.2. Cabilo.c.46.
i Ibid. Vide Cyrill lib.4.in Ioan.cap.15.
k Ibid. Vide Cyril.lib.4.ca.12.& Theophylact.in c.6.Ioan.& in 14. Marci. Petrus Cluniac.lib.1.epiſt.2.
l 1.Corinth.10.11.c
m Epiphan.in Ancorato. Cyrill. Hieroſol.cath.4. myſtag. Chryſo.homil.83.in Matth. Leo ſerm.6.de ieiu.ſepti menſ.
n Matth.28.d Concil. Viennen.in Clementin.tit.de reliq.& venerat.Sanct.
o Aug.in Pſal.98.& 33. Proſper de promiſ.& prædict.p.2.cap.25.
p Chryſoſt.hom.2.in poſte.ad Timo.& 24.in 1.Cor. & apud Damaſc.lib.2.Parall.cap.50. Presbyteri Achaiæ in hiſto. S.Andreæ.

Digitized by Google

E. Et ſunt adhuc Sacramentarij, (ô horrendam[q] ſæpeque damnatam impietatem) qui adorandum hoc magìs, quàm inueſtigandum myſterium, dum ſenſu ſuo aſſequi non poſſunt, etiam negare audent, Euangelij verba quanuìs luculenta mirè deprauantes. Quod nihil eſt aliud ſanè, quàm velut è mundo ſolem tollere, ſummoque ſponſi theſauro ſponſam Eccleſiam ſpoliare, & panem vitæ fidelibus eripere: nè ſit demùm, vndè exules illi in hoc mundi deſerto paſcantur atque ſuſtententur.

[q] Syno. Nic. act. 6. tô. 3. Rom. vercell. ſub Leone 9. Turon ſub Vict. 2. Romã. ſub Nicol. 2. Romã. ſub Gregor. 7. Conſtantienſ. ſeſſ. 8. in artic. 3 Ioan. Vuicleff. Trident. ſeſſ. 13. can. 1.

TESTIMONIA.

1. A. IOANNIS ſexto: Litigabant ergò Iudæi ad inuicèm, dicentes: Quomodò poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergò eis Ieſus &c. Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaum. Multi ergò audientes ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?

Ioan. 6.

2. CYRILLVS libro quarto in Ioannem, capite vigeſimoſecundo, ſuper ea verba, Hoc vos ſcandalizat? Si ergò videritis filium hominis aſcendentem vbi erat priùs: Ex imperitia, inquit, multi qui Chriſtum ſequebãtur, verba ipſius non capientes, perturbabantur. Nam cùm audiſſent, Amen amen dico vobis, niſi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: ad immanes ferarum mores vocari ſe à Chriſto arbitrabantur, incitariq; vt vellent crudas hominis carnes manducare, & ſanguinem bibere: quæ vel auditu horribilia ſunt. Nondùm enim myſterij huius formã & diſpenſationem pulcherrimam cognouerant. Illud etiam adhæc cogitabant, quomodò caro huius hominis æternam nobis vitam largietur? aut quomodò ad immortalitatẽ adducere poterit? Quæ quum intelligeret is, cuius oculis omnia nuda ſunt atque aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit: Fruſtrà, inquit, ô vos, propter verba mea conturbamini: Quòd ſi credere non vultis vitam vobis à meo corpore dari: quid facietis quando in cælum volare me conſpicietis? Non enim aſcenſurum me ſolummodò in cælum profiteor, nè rurſùs quomodò id fieri poſſit quæratis: ſed oculis etiam ità fieri veſtris cernetis. Quid igitur hoc videntes dicetis? An nõ erit hoc magnum dementiæ veſtræ argumentum? ſi enim putatis carnem meam vitam vobis adferre non poſſe, quomodò tanquàm volucris in cælum aſcendet? quomodò per aëra volabit? hoc enim ſimiliter generi humano impoſſibile eſt. Quòd ſi præter naturam caro mea in cælum conſcendet, quid prohibet, nè ſimiliter præter naturam viuificet? Nam qui terreſtre hoc corpus, cæleſte confecit, is etiam viuificum reddidit, quanuìs natura ſui corruptibile fuerit.

Capharnaitæ quàm craſsè Chriſti verba intellexerint.

Heb. 4.

3. AVGVSTINVS tractatu vigeſimoſeptimo in euangelium Ioannis: Caro non prodeſt quicquam, ſed quomodò illi intellexerunt: carnem quippe ſic intellexerunt, quomodò in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodò ſpiritu vegetatur. Sicut illi intellexerunt carnem, non ſic ego do ad manducandum carnem meam. Vide eundem Auguſt. in Pſalmum nonageſimumoctauum, hac eadem quæſt. D. teſtimonio primo.

Capharnaitarũ & diſcipulorũ quorundã craſſa imaginatio de edẽda Chriſti carne.

4. CYPRIANVS de Cœna Domini: Orta fuerat aliquando, ſicut in Euangelio Ioannis legitur, de nouitate verbi huius quæſtio: & ad doctrinam myſterij huius obſtupuerant auditores, cùm diceret Dominus: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retrò: quia horrendum eis & nefarium videbatur veſci carne humana: exiſtimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel aſſam, ſectamque membratim edere docerentur, cùm illius perſonæ caro, ſi in fruſta partiretur, non omni humanò generi poſſet ſufficere, qua ſemel conſumpta, videretur interiſſe religio, cui nequaquàm vlteriùs victima ſupereſſet. Sed in cogitationibus huiuſmodi caro & ſanguis non prodeſt quidquam: quia ſicut ipſe magiſter expoſuit, verba hæc ſpiritus & vita ſunt: nec carnalis ſenſus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, niſi fides accedat.

Ioan 6.

Quomodò Capharnaitæ & diſcipuli intellexerint verba Chriſti de edenda ipſius carne.

Caro nõ prodeſt quidquã.

Ioan. 6. Verba Spiritus & vita eſſe quomodò dicantur.

5. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda: In ſpeciebus humano victui & vitæ magis congruentibus, hoc ſacramentum conſtituit: vt agnoſcerent aduertentes, per ſpeciem quidem panis terreni, ſed per veritatem panis cæleſtis, non mortalem quam ſolet ille, ſed vitam datã hominibus immortalem. Vndè ſolitario & ſtupendo miraculo, latet in illo ſacramento quod eſt, & patet quod nõ eſt: nè cruda carne, nè viua, & maximè humana, veſci homo contra vſum & naturam refugiat. quod olìm quidam etiam ex diſcipulis execrantes, nec quod indè à Domino dictum fuerat capiẽtes, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Sed non eſt durus, immò lenis & ſuauis ſermo. Quia & ſi hominis Chriſti caro comeditur: non tamen læſi aut detruncati, non imminuti aut mutilati, non nolentis neque dolentis; ſed volentis & conſulentis caro comeditur, & ſanguis bibitur, ipſo (iuxta beati Apoſtoli Andreæ verba) in ſuo regno, integro, intacto, inuiolato, immortali, incorruptibili; immò ſpecioſo, glorioſo, adorando permanente, & mortales per iam immortale corpus ſuum, ad eandem immortalitatem perducente. Non eſt ergò durum, crudele; ſed pium & amabile: quia non nolens, neque coactus; ſed volens & ſpontaneus hominibus carnem ſuam ad manducandum, ſanguinem ad bibendum dedit. Nec irrationabile: quia vndè peccatoribus venia, indè largitori tantæ gratiæ debetur & gloria. Manet tamen tecta veritas & carnis & ſanguinis honeſta panis & vini ſpecie: vt & vſui humano condeſcendatur, & fides exerceatur, & meritum augeatur. Indè eſt quòd ſacramentum, myſterium, ſpecies & figura vocatur: quia intra hoc quod exterior forma nunciat, virtus diuina verum corpus & ſanguinem redemptoris occultat. Sed adhuc carnalis animus, & nondùm plenè ab humana conſuetudine defæcatus, obijcit & dicit: Verum quidem corpus & ſanguinem redemptoris ſub panis ac vini ſpecie in altaris ſacramento dari fidelibus ſcio: ſed cur ad manducandum, vel bibendum detur (ſi liceat quærere) quæro. Nam ſi ad honorandum, ſi ad adorandum tantummodò daretur, quæſtio non eſſet. Sed quia etiam ad manducandum datur, animum nondùm perfectè ſublimia ſapientem mouet. Quem enim non moueat, ſicut quondàm illos Chriſti diſcipulos mouit; contra humanum morem, contra pietatem, carnem Chriſti vel ſanguinem, immò Deum & hominem ab hominibus, magiſtrum à diſcipulis, Dominum à ſeruis, Chriſtum à Chriſtianis, manibus frangi, dentibus atteri, & velut eſcarum more communium deuorari? Hæc (inquam) qui obijcis, ſicut ipſe fateris, à primis Chriſti diſcipulis

Cur Chriſtus Euchariſtiæ ſacramẽtum ſub panis viniqueſpeciebus inſtituerit.

Ioan. 6.

Sermo Chriſti de Euchariſtia non eſt durus, ſed lenis & ſuauis.

Nec irrationabilis.

Cur veritatẽ ſub panis ac vini ſpeciebus tectã eſſe voluerit.

Obiectio.

Euchariſtia honoranda, adoranda, manducanda.

Ioan. 6.

Reſponſio.

Digitized by Google

pulis Chriſto obiecta ſunt, quando ab eis dictum eſt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Hæc à Iudæis incredulis, & de hac re litigantibus, dicta ſunt: Quomodò poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducãdum? Hæc certè quæſtio non noua, ſed antiqua; non recens, ſed vetuſtiſſima eſt: quæ ſicut in ipſis Chriſtianę fidei fundamentis exorta eſt; ſic non à quolibet doctore, ſed ab ipſo Saluatore (vt ſanctum Euangelium loquitur) extincta eſt. Cùmque ſimul ac penè eodem momento & ortum habuerit & occaſum, nimiùm rudis Chriſtianus videtur, qui talibus quæſtionibus ante mille annos ſepultis mouetur. Quia tamen nihil contemnendum eſt, quod vel fidem lædere, vel ad ſcandalum quorumlibet poſſit corda mouere: ferat hoc etiam æquanimiter, quæ omnia ſuffert, charitas, vt membrorum Chriſti per eius patientiam ſanetur infirmitas. Nam & hoc Saluator ipſe, medicus videlicet cæleſtis, de talibus infirmis faciendum eſſe docuit, quando rudibus adhuc diſcipulis, & propter huiuſmodi verba ſcandalizatis, non aſperè corripiens, ſed benignè admonens, dixit: Hoc vos ſcandalizat? Si ergò videritis filium hominis aſcendentem vbi erat priùs? Spiritus eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicquam. Quibus breuibus verbis totũ hoc ænigma, ſi attendas, ſole clarius ſapientia Dei diſſoluit: quia ſpirituali lumine carnalium cogitationum nebulas effugauit. Si (inquit) videritis filium hominis aſcendentem vbi erat priùs? Spiritus eſt qui viuificat: caro non prodeſt quicquam. Hoc eſt, quia me hominem inter homines videtis; nihil de me adhuc, quantum ad hoc ſacramentum ſpectat, plus quàm de alio homine ſentire poteſtis: & ideò carnaliter ſapientes, velut per fruſta conciſam carnem meam me vobis velle dare creditis. Sed poſtquàm in cælum aſcendero, poſtquàm hãc carnem, de qua agitur, adhuc mortalem, in Deum glorificauero; tunc intelligetis, quia ſpiritus eſt, qui viuificat. hoc eſt, verba mea ſpiritualiter accepta, viuificant. Caro autem non prodeſt quicquam: quia carnaliter intellecta, mortificant. Dabo enim carnem meam hominibus, non more cadauerum detruncandam, minuendam, conſumẽdam; quia ſic accepta caro mea, non prodeſſet quicquam: ſed dabo eam abſque dolore diuidendam, abſque imminutione partiendam, abſque conſumptione comedendã: quia ſpiritus eſt, qui viuificat; & quia ſic intellecta & accepta caro mea, vitam non mortalem, ſed æternam, percipientibus donat.

Hæreſis contra veritatem Euchariſtiæ ante 1550. annos à Chriſto damnata eſt.

1. Cor. 13.

Ioan. 6.

Quomodò Chriſtus carnem ſuã manducandam dederit.

6. CONCILIVM Epheſinũ primum in epiſtola ſynodica ad Neſtorium: (quam Alexandrino Concilio tribuunt, lectam tamen & approbatam in Epheſina ſynodo:) Neceſſariò igitur & hoc adijcimus: Annunciantes enim, ſicut ſecundùm carnem, mortem vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius & in cælos aſcenſionem pariter confitẽtes, incruentam celebramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem: ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrûm redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes, (quod abſit) nec vt viri ſanctificati, & verbo coniuncti ſecundùm dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed vt verè viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus exiſtens, quia propriæ carni vnitus eſt, viuificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideò, quanuis dicat ad nos: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non tamen eam, vt hominis vnius ex nobis, exiſtimare debemus: quomodò enim iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro poterit hominis? ſed vt verè propriam eius factam, qui propter nos filius homi-

Incruentum ſacrificium.

Percipimus verè viuificatricem carnem.

Ioan. 6.

nis eſt factus & vocatus.

7. SECVNDA ſynodus Nicena actione ſexta, tomo tertio: Nemo vnquàm ſanctorum Apoſtolorum, qui tubæ ſunt Spiritus ſancti, aut glorioſorum patrum noſtrorum, incruentum noſtrum ſacrificium in memoriam paſſionis Chriſti Domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpenſationis factum, imaginem corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino, ſic non dicit aut confitetur, ſed audiunt eum ſic dicentem Euangelicè: Niſi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non intrabitis &c. & qui manducat &c. Et cùm accepiſſet panem & gratias egiſſet, fregit & dedit diſcipulis ſuis, & dixit: Accipite & edite: Hoc eſt corpus meum. Et accepto calice cùm gratias egiſſet &c. Nõ autem dixit, Sumite, edite imaginem corporis mei. Quin etiam Paulus diuinus Apoſtolus, è ſacris Domini verbis hauriens, dixit: Ego accepi à Domino quod & tradidi &c. Legas quouſquè voles, nunquàm inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neque Patres, incruentum illud ſacrificium, quod à ſacerdote offertur, imaginem dixiſſe, verùm ipſum corpus & ipſum ſanguinem. Attamen ante ſanctificationis conſecrationem quibuſdam patribus piè ſanè viſum eſt, ἀντίτυπον, hoc eſt, exemplar ſimilis formæ nominare, quorum de numero Euſtathius, conſtans is propugnator orthodoxæ fidei, & Arrianicæ inſaniæ expugnator clarus, item Baſilius eiuſdem ſuperſtitionis auerruncator: qui apertam & planam rectorum & probatorum dogmatum viam docentes, vno ore & ſpiritu loquuntur: hic quidem, exponens dictum illud in Prouerbijs Salomonis: Edite meum panem & bibite vinum, quod commiſcui vobis, hæc inquit: Per panem & vinum ἀντίτυπα membrorum corporaliũ Chriſti prædicat. Ille verò ex eodem fonte hauriens, vt omnes ſacerdotij myſtæ cognoſcunt, in precatione diuinæ anaphoræ (ità Græci Miſſæ partem vocant) ſic alibì legit: Confidentes tuo ſacro altari appropinquamus, & proponentes ἀντίτυπα ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui, te precamur & inuocamus. Et quæ deinceps ſequuntur, ſententiam patris ampliùs confirmant, quòd ante ſanctificationem ἀντίτυπα vocauerint: poſt conſecrationem autem, corpus Domini & ſanguinẽ Chriſti, atque ità eſſe creduntur. Sed generoſi iſti, ſacrarum imaginum cupientes contemplationem obſcurare, aliam ſcilicet imaginem introduxerunt, quæ ſanè non imago eſt, ſed corpus & ſanguis. Verùm vafritia & improbitate confuſi, falsò ſophiſmate ſeipſos ſubuertunt, hanc ſacram oblationem poſitione fieri dicentes. Verùm quemadmodùm iſtud dicere, aperta inſania eſt: ſic & imaginem aſſerere corpus & cruorem Domini, eiuſdem eſt dementiæ. Et præter id quod eſt ſingularis ruditatis opus, impietatem quoquè admixtam habet.

Nec Apoſtoli nec Patres dixerunt Euchariſtiã eſſe imaginẽ corporis Chriſti, ſed ipſum verum corpus.

Ioan. 6.

Matth. 26.

1. Cor. 11.

Exẽplar ſiue ἀντίτυπον nonnulli appellàrunt, ſed ante conſecrationem.

Prouerb. 9.

Iconoclaſtas intellige.

Inſania, dementia & impietas eſt, corpus Domini imaginem aſſerere.

8. CONCILIVM Lateranenſe magnum ſub Innocentio tertio, capite primo: Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtiquè ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Veritas corporis & ſanguinis ſub ſpeciebus panis & vini.

Tranſubſtantiatio.

Soli ſacerdotes poſſunt conſecrare.

9. CONCILIVM Conſtantieſe ſeſſione octaua, damnat hos tres primos articulos Ioãnis Vuicleff: 1. Subſtantia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, manet in Sacramento altaris. 2. Accidentia panis non manent ſine ſubiecto

Tranſubſtantiatio.

Accidentia ſine ſubiecto.

Digitized by Google

Chriſti præſentia in ſacramento.

iecto in eodem Sacramento: 3. Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identicè, & realiter in propria præſentia corporali.

Verbis Chriſti conficitur à ſacerdote. Tranſubſtantiatio.

10. CONCILIVM Florentinum: Forma Sacramenti Euchariſtiæ ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur Sacramentum: Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc cõficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur, ità tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ, & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus.

Totus ſub vtralibet ſpecie & particulis.

11. CONCILIVM Tridentinum, ſeſſione decimatertia, capite primo: Principiò docet ſancta ſynodus, & apertè ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum atque hominem verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. Neque enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cælis aſſideat, iuxta modũ exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominùs alijs in locis Sacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus. Ità enim Maiores noſtri omnes quotquot in vera Chriſti Eccleſia fuerunt, qui de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramẽtum in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cùm poſt panis vinique benedictione ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt. Quæ verba à ſanctis Euangeliſtis commemorata, & à diuo Paulo poſteà repetita, cùm propriã illam & apertiſſimam ſignificationẽ præ ſe ferant, ſecundùm quam à Patribus intellecta ſunt, indigniſſimum ſanè flagitiũ eſt, ea à quibuſdam contentioſis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & ſanguinis Chriſti negatur, contra vniuerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri: quæ tãquàm columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, velut Satanica deteſtata eſt, grato ſemper & memore animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens.

Quomodò Chriſtus in Euchariſtia præſens.

In cælis eſſe, & nihilominùs in altari.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

1. Cor. 11. Aperta eſt verborũ Chriſti ſignificatio.

Commẽtitij & imaginarij tropi hæreticorum. 1. Tim. 3.

12. ET capite tertio: Et ſemper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatìm poſt conſecrationem, verum Domini noſtri corpus, verumq́ eius ſanguinem ſub panis & vini ſpecie vnà cum ipſius anima & diuinitate exiſtere, ſed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborum: Ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animámque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis ſurrexit, non ampliùs moriturus, inter ſe copulantur. Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter veriſſimum eſt, tantundem ſub alterutra ſpecie, atque ſub vtraque contineri. Totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte: totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

Ex vi verborum quid adſit, & quid ex concomitantia naturali. Rom. 6.

Totus ſub vtralibet ſpecie & quauis eius parte.

13. IGNATIVS in epiſtola ad Smynenſes, teſte Theodoreto in dialogo tertio Eraniſtis ſeu Polymorphi: Euchariſtias & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam pater ſua benignitate ſuſcitauit.

Euchariſtia eſt caro Seruatoris noſtri.

14. TERTVLLIANVS in libro de reſurrectione carnis, capite octauo: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.

Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur.

15. IDEM libro de idololatria, capite ſeptimo: Tota die ad hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Chriſtianum ab idolis in eccleſiam venire, de aduerſaria officina in domum Dei venire, attollere ad Deum Patrem manus matres idolorum, his manibus adorare quæ foris aduersùs Deum adorantur, eas manus admouere corpori Domini, quæ dæmonijs corpora conferunt. Nec hoc ſufficit. Parùm ſit, ſi ab alijs manibus accipiant quod contaminant, ſed etiam ipſæ tradunt alijs quod contaminauerunt. Adleguntur in ordinem eccleſiaſticum artifices idolorum. Prô ſcelus! Semel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidiè corpus eius laceſſunt. O manus præcidendæ. Viderint iam an per ſimilitudinem dictum ſit, Si te manus tua ſcandalizat, amputa eam. Quæ magis amputandæ, quàm in quibus Domini corpus ſcandalizatur?

Manus quibus idola facta ſunt, tangunt corpus Chriſti.

Corpus Chriſti quotidiè laceſſunt. Matth. 18.

16. CYPRIANVS libro de lapſis: Adeſt militum Chriſti cohors candida, qui perſecutionis vrgentis ferociam turbulentam ſtabili congreſſione fregerunt, &c. Sanctificata ora cœleſtibus cibis, poſt corpus & ſanguinem Domini, profana contagia & idolorum reliquias reſpuerũt. Et poſt multa: A diaboli aris reuertentes, ad ſanctum Domini ſordidis & nidore infectis manibus accedunt, &c. vt infrà quæſtione decima, D. teſtimonio tertio. Et quibuſdam interiectis: Tumens animus & ſuperbus, nec quia victus eſt, fractus eſt. Iacens ſtantibus, & integris vulneratus minatur: & quòd non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini ſanguinem bibat, ſacerdotibus ſacrilegus iraſcitur. Atque ô tuam nimiam furioſe dementiam. Iraſceris ei, qui abs te auertere iram Dei nititur: ei minaris, qui pro te Domini miſericordiam deprecatur, qui vulnus tuum ſentit, quod ipſe non ſentis, qui pro te lachrymas fundit, quas forſitan ipſe non fundis.

Ora ſanctificata poſt corpus & ſanguinem Domini reſpuerũt quæ erant idolis immolata.

Domini corpus inquinatis manibus, aut ore polluto Domini ſanguinẽ accipere.

17. HESYCHIVS in caput vigeſimumſecundum Leuitici, tractans ea verba, Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, &c. Sancta (inquit) ſanctorum ſunt propriè Chriſti myſteria, quia ipſius eſt corpus, de quo Gabriel ad Virginem dicebat: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideò quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Sed & Eſaias, Sanctus Dominus, & in altis habitat, in ſinu videlicet Patris. Ab hoc enim non ſolùm alienigenas, & inquilinos, & mercenarios ſacrificij prohibuit, ſed nec per ignorantiam percipere præcepit. Per ignorantiam autem percipit, qui virtutem eius & dignitatem ignorat, qui neſcit, quia corpus hoc & ſanguis eſt ſecundùm veritatem, ſed myſteria quidem percipit, neſcit autem myſteriorum virtutem. Ad quem Salomon dicit, vel magis ſpiritus, qui in eo eſt: Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ poſita ſunt ante te. Apertè & ipſe compellens, & cogens eum, qui ignorat, addere quintam partem: hæc enim quinta addita intelligere nos intelligibiter diuina & myſtica facit. Quid ſit autem quinta, ipſa te verba legiſlatoris docere poſſunt, ait enim: Addet quintam partem cum eo quod comedit. Et quodò moeius, quod iam comedit & conſumpſit, addere quis quintam poteſt? neque enim aliud, aut aliundè, ſed de ipſo, & cum eo, vel ſicut LXX. ſuper ipſum, iubet addi quintam. Ergò quinta eius ſuper ipſum, ſermo eſt, qui prolatus eſt ab ipſo Chriſto, ſuper Dominicum myſterium: Ipſe enim liberat nos ab ignorantia, remouétque nos additus, carnale quippiam & terrenum de ſanctis arbitrari, ſed diuinè ea & ſpiritualiter accipi ſancit, quod quinta propriè nominatur: quia qui

Euchariſtia eſt ipſũ Chriſti corpus, de quo Gabriel &c. Luc. 1.

Eſaiæ 6.

Per ignorantiam Euchariſtiam percipit, qui neſcit quòd ſit corpus & ſanguis Chriſti ſecundùm veritatem. Prouer. 23.

Leuit. 22.

Verba Chriſti prolata ſuper myſteriũ, nil ſinũt nos terrenum de Euchariſtia cogitare.

Digitized by Google

qui in nobis eſt diuinus ſpiritus, & ſermo quem tradidit, qui in nobis ſunt, componit ſenſus, & non ſolum noſtrum guſtum producit ad myſterium, ſed & auditum, & viſum, & tactum, & odoratum, ità vt nil in eis minori rationi & infirmæ menti proximum, de his videlicet, quæ valdè ſuperna ſunt, ſuſpicemur. Quicunque ergò ſanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum virtutem, ſicut diximus: Addet quintam eius ſuper eo, & dabit Sacerdoti in ſanctuarium. Sanctificationem enim myſtici ſacrificij, & à ſenſibilibus ad intelligibilia translationem, ſiue commutationem, ei qui verus eſt ſacerdos, videlicet Chriſto, oportet dari, id eſt, ipſi de eis miraculum cedere & imputare: quia per eius virtutem, & prolatum ab eo verbū, quæ videntur, tam ſanctificata ſunt, quàm cunctum carnis excedunt ſenſum.

Verbi Chriſti virtute ſanctificantur & commutantur, panis & vinum.

18. OPTATVS libro ſexto cōtra Donatiſtas: Iam illa oſtendenda ſunt, quæ crudeliter ac ſtultè vos feciſſe, negare minimè poteritis. Quid enim eſt tam ſacrilegum, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere? In quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt: Quò Deus omnipotens inuocatus ſit. Quò poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus: vndè à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. Altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non iuſſit Saluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. Depone, inquit, munus tuum ante altare, & prius concorda cum fratre tuo, vt poſſit pro te ſacerdos offerre. Quid eſt enim altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? Hæc omnia furor veſter aut raſit, aut fregit, aut remouit. Et paulò poſt: Si liuoris iudicio nos vobis ſordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illuc inuocari conſueuerat? Quid vos offenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta corpus & ſanguis habitabat? Quid vos offendiſtis etiam vos ipſi, vt illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum ſpatia, ſanctè (vt arbitramini) obtuliſtis? Dum impiè perſequimini manus noſtras illic, vbi corpus Chriſti habitabat, feriſtis & veſtras. Hoc modo Iudæos eſtis imitati. Illi iniecerunt manus Chriſto in cruce: à vobis percuſſus eſt in altari. Si Catholicos illic inſectari voluiſtis, vel veſtris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modò ſuperbus inuentus es, vbi iam dudùm humilis offerebas: Ibi libenter peccas, vbi pro multorum peccatis orare conſueueras. Hoc faciendo in numerum ſacrilegorum ſacerdotum libenter intràſtis, ſociati ſceleribus prophanorum. De quibus apud Dominum Helias propheta querelam deponit. His enim locutus eſt verbis, quibus & vos inter alios ab ipſo accuſari meruiſtis: Domine, (inquit) altaria tua confregerunt. Dum dicit, tua, indicat quia res eſt Dei, vbi Deo aliquid à quocunque oblatum eſt. Sufficeret inſaniæ veſtræ, quòd membra laniàſtis Eccleſiæ, quòd Dei populos iam dudùm in vnitate poſitos, veſtris ſeductionibus diuiſiſtis. Inter hæc omnia vel altaribus parceretis. Cur vota & deſideria hominum cum ipſis altaribus euertiſtis? Illàc ad aures Dei aſcendere populi ſolebat oratio. Cur conciſiſtis precibus viam? & nè ad Deum ſupplicatio de more ſolito aſcenſum haberet, impia manu quodammodò ſcalas ſubducere laboràſtis? Et poſt pauca: Ergò & fregiſſe vos & raſiſſe conſtat altaria. Quid eſt quòd in hac re ſubitò veſter quaſi languere viſus eſt furor? Videmus enim vos poſteà mutaſſe conſilium, & altaria à vobis iam non frangi, ſed radi tantummodò, aut remoueri. Si hoc ſufficiebat, illa quæ priùs facta ſunt iudicatis, quia fieri minimè debuerunt à vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices, Chriſti ſanguinis portatores: Quorum ſpecies reuocàſtis in maſſas, mercem nefarijs nundinis procurantes, ad quam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè vendidiſtis. Paſſi etiam eſtis comburi manus veſtras, quibus ante nos, eoſdem calices tractabatis. Eam rem tamen paſſim vendi iuſſiſtis. Emerunt forſitàn in vſus ſuos ſordidæ mulieres. Emerunt Pagani, facturi vaſa, in quibus incenderent idolis ſuis. O ſcelus nefarium, ô facinus inauditum: auferre Deo, quod idolis præſtes. Subducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio.

Sacrilegū eſt altaria Dei frangere, in quibus Chriſti membra ſunt portata.

Matth. 5.

Altare eſt ſedes corporis & ſanguinis Chriſti, ineò. que per certa momenta habitat.

3. Reg. 19.

Calices Chriſti ſanguinis portatores frangere, immane facinus

19. LEO Magnus ſermone ſeptimo de paſſione Domini: Diuino intelligimus diſpoſitum fuiſſe conſilio, vt ſacrilegi Iudæorum Principes, & impij Sacerdotes, qui ſæuiendi in Chriſtum occaſiones ſæpè quæſierant, non niſi in ſolennitate paſchali, exercendi furoris ſui acciperent poteſtatem. Oportebat enim vt manifeſto implerentur effectu, quæ diù fuerant figurato promiſſa myſterio, vt ouem ſignificatiuam ouis vera remoueret, & vt vno expleretur ſacrificio variarum differentia victimarum. Nam omnia illa quæ de immolatione agni diuinitùs per Moyſen fuerant præſtituta, Chriſtum prophetàrant, & Chriſti occiſionem propriè nunciàrant. Vt ergò vmbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur ſacramento, hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguinem ſanguis excludit, & legalis feſtiuitas dum mutatur, impletur. Et nonnullis interiectis: Diligētes pontifices & ſoliciti ſacerdotes ſeditiones turbarum fieri in præcipua ſolennitate metuebāt, non vt populus non peccaret, ſed nè Chriſtus euaderet. At Ieſus conſilij ſui certus, & in opere paternę diſpoſitionis intrepidus, vetus teſtamentum conſummabat, & nouum paſcha condebat. Diſcumbentibus enim ſecum diſcipulis ad edendam myſticam cœnam, cùm in Caiphæ atrio tractaretur, quomodò Chriſtus poſſet occidi; ille corporis & ſanguinis ſui ordinans ſacramentum, docebat qualis Deo hoſtia deberet offerri, nec ab hoc quidem myſterio traditore ſubmoto, vt oſtenderetur nulla iniuria exaſperatus, qui in voluntaria erat impietate perſtiturus.

Vno ſacrificio variæ expletæ ſunt victimæ legis veteris.

Hoſtia hoſtis excludit &c.

Chriſtus ordinans corporis & ſanguinis ſui ſacramentum, docebat qualis Deo hoſtia deberet offerri.

20. IDEM epiſtola viceſimatertia ad clerum & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis: (quæ in Tomis Conciliorum eſt vigeſimaſecunda) Extra donum diuinæ gratiæ, & extra ſacramentum habendi ſunt ſalutis humanæ, qui negantes naturam noſtræ carnis in Chriſto, & Euangelio contradicunt & Symbolo reluctantur. Nec ſentiunt ſe in hoc præruptum ſua obcæcatione deduci, vt nec in paſſionis Dominicæ, nec in reſurrectionis veritate conſiſtant: quia vtrunque in Saluatore vacuatur, ſi in eo noſtri generis caro non creditur. In quibus iſti ignorantiæ tenebris, in quo hactenùs deſidiæ torpore iacuêre, vt nec auditu diſcerent, vel lectione cognoſcerent, quod in Eccleſia Dei in omnium ore tam conſonum eſt, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & ſanguinis Chriſti inter communia ſacramenta fidei taceatur? Quia in illa myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ hoc impartitur, hoc ſumitur, vt accipientes virtutem cæleſtis cibi, in carnem ipſius, qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus.

Veritas corporis & ſanguinis in ſacramento Chriſti tā nota eſt in Eccleſia, vt & infantes eam fateantur.

Tranſimus in Chriſti carnē ſumētes hunc cibum.

21. THEODORETVS Dialogo ſecundo, qui inſcribitur Inconfuſus. Orthodoxus: Dic ergò, myſtica ſymbola, quæ Deo à Dei ſacerdotibus offeruntur, quorúmnam dicis eſſe ſymbola? Eraniſtes: Corporis & ſanguinis Domini. Orth. Corporis quod verè eſt, vel verè non eſt? Eran. Quod verè eſt. Orth. Optimè, oportet enim imaginis eſſe exemplar archetypum. Etenim pictores imitantur naturam, & eorum quæ videntur depingunt imagines. Eran. Verum. Orth. Si ergò diuina myſteria corpus quod verè eſt repræſentant: ergò corpus etiam nunc Domini quoquè corpus eſt, non in naturam diuinitatis mutatum, ſed impletum

Euchariſtia à ſacerdotibus Deo offertur.

Ex veritate Euchariſtiæ docet Chriſtum habere verū corpus.

pletum

Digitized by Google

pletum diuina gloria. Eran. Opportunè accidit vt verba faceres de diuinis myſterijs. Nam vel ex eo ipſo tibi oſtendam corpus Domini in aliam mutari naturam. Reſponde ergò ad mea interrogata. Orth. Reſpondebo. Eran. Quid appellas donum quod affertur, ante inuocationẽ ſacerdotis? Orth. Non oportet apertè dicere, eſt enim veriſimile adeſſe aliquos myſterijs non initiatos. Eran. Reſpondeatur ænigmaticè. Orth. Id quod fit ex huiuſmodi ſeminibus nutrimentum. Eran. Aliud autem ſignum quomodò nominamus? Orth. Commune etiam hoc nomen, quod potus ſpeciem ſignificat. Eran. Poſt ſanctificationem autem quomodò ea appellas? Orth. Corpus Chriſti, & ſanguinẽ Chriſti. Eran. Et credis te fieri participem Chriſti corporis & ſanguinis? Orth. Ita credo. Eran. Sicut ergò ſymbola Domini corporis & ſanguinis, alia quidem ſunt ante inuocationem ſacerdotis, ſed poſt inuocationem mutantur, & alia fiunt: ità etiam corpus Domini poſt aſſumptionem mutatur in diuinam ſubſtantiam. Orth. Quæ ipſe texuiſti retibus captus es. Neque enim ſigna myſtica poſt ſanctificationem recedunt à ſua natura. Manent enim in priore ſubſtantia, & figura, & forma, & videri, & tangi poſſunt, ſicut & priùs: intelliguntur autem ea eſſe, quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, vt quæ illa ſint quæ creduntur. Confer ergò imaginem cum exemplari, & videbis ſimilitudinem. Eran. Atqui ſymbolum myſticum priorem mutat appellationem, neque enim ampliùs nominatur, quod priùs vocabatur, ſed corpus appellatur. Oportet ergò etiam veritatem, Deum, & non corpus vocari. Orth. Ignarus mihi eſſe videris, non enim corpus ſolùm, ſed etiam panis vitæ nominatur, ità Dominus ipſe appellauit.

Poſt ſanctificationem appellatur corpus & ſanguis Chriſti.

Manet eadẽ ſubſtantia nõ numero vel ſpecie, ſed genere: alioquin quomodò ſunt facta ea quæ intelliguntur & adorantur? Sunt illa quæ creduntur.

Nominatur corpus Chriſti & Panis vitæ.

Ioan. 6.

22. LVCAE primo: Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

23. MARCI decimo: Omnia poſſibilia ſunt apud Deum.

24. PSALMO centeſimo quadrageſimooctauo: Ipſe dixit, & facta ſunt, &c. vt in textu.

25. DAMASCENVS libro quartò de orthodoxa fide, capite decimoquarto: Quamobrem ſi ſermo Dei viuus eſt & efficax, ac Dominus omnia quæcunque voluit fecit, &c. vt ſuprà, quæſtione ſecunda, B. teſtimonio ſeptimo.

26. IDEM in hiſtoria de Barlaam & Ioſaphat capite decimonono, ſic Barlaã alloquitur ipſum Ioſaphat: Adhæc vnum Baptiſma ex aqua & Spiritu ſancto in peccatorum remiſſionem confitere. Atque inſuper ab omni labe pura Chriſti myſteria accipe, certiſſimè credens Dei noſtri corpus & ſanguinem eſſe, quæ hominibus fide præditis ad peccatorũ veniam dono dedit. Chriſtus enim ea nocte, qua tradebatur, teſtamentũ nouum diſcipulis ſuis & Apoſtolis, ac per eos omnibus, qui in ipſum crediturui erant, in hæc verba ſanxit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Eodémque modo ſumptum calicem ipſis porrexit, dicens: Hic eſt ſanguis meus, noui Teſtamenti, qui pro vobis effunditur in remiſſionem peccatorum. hoc facite in meam commemorationem. Ipſe igitur Dei ſermo viuus & efficax, atque ſua virtute nihil non efficiens, per diuinum ac ſacroſanctum ſermonem, ac Spiritus ſancti aduentum, ex oblationis pane & vino corpus ſuum ac ſanguinem efficit, atque immutat.

Certiſſimè crede Euchariſtiã eſſe Dei noſtri corpus & ſanguinẽ, data fidelibus ad veniam peccatorum.

Lucæ 22.

Heb. 4.

Fit corpus immutato pane.

27. ET libro tertio Parallelorum, capite quadrageſimoquinto ex Euſebio: Multi peccatores, cùm Presbyteri ſint, ſacris operantur, nec Deus eos auerſatur: verùm per Spiritum ſanctum propoſita dona conſecrat. Ac panis quidem pretioſum Domini corpus efficitur, poculum autem pretioſus Domini ſanguis.

Etſi peccator ſit ſacerdos, per Spiritum conſecrantur dona.

Panis fit corpus Domini, & poculum ſanguis.

28. AMBROSIVS libro quartò de Sacramentis, capite quarto: Tu fortè dicis: Meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte panis eſt ante verba ſacramentorum: vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur adſtruamus. Quomodò poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? Conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. * Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: vbi venitur vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergò ſermo Chriſti hoc conficit Sacramentum. Quis ſermo Chriſti? Nempe is quo facta ſunt omnia. Iuſſit Dominus, & factum eſt cælum: iuſſit Dominus, & facta eſt terra: iuſſit Dominus, & facta ſunt maria: iuſſit Dominus, & omnis creatura generata eſt. Vides ergò, quàm operatorius ſit ſermo Chriſti? Si ergò tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erant: quanto magìs operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Ergò tibi vt reſpondeam, non erat corpus Chriſti ante conſecrationem: ſed poſt conſecrationem dico tibi, quòd iam corpus eſt Chriſti. Ipſe dixit, & factum eſt: ipſe mandauit, & creatum eſt. Tu ipſe eras, ſed eras vetus creatura: poſteaquàm conſecratus es, noua creatura eſſe cœpiſti. Vis ſcire quàm noua creatura? Omnis, inquit, in Chriſto noua creatura. Accipe ergò, quemadmodùm ſermo Chriſti creaturam omnem mutare conſueuerit, & mutat quando vult inſtituta naturæ. Quomodò requiris? Accipe, & primò omnium de generatione eius ſumamus exemplum. Conſuetudo eſt, vt non generetur homo, niſi ex viro & muliere, & conſuetudine coniugali. Sed quia voluit Dominus, qui hoc elegit ſacramentum, & de Spiritu ſancto & Virgine natus eſt Chriſtus, hoc eſt, mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Vides ergò quia contra inſtituta & ordinem homo eſt natus ex Virgine. Accipe aliud: Vrgebatur populus Iudæorum ab Aegyptijs, interclusus erat mari, diuino imperio virga Moyſes tetigit aquas, & ſe vnda diuiſit: non vtiquè ſecundùm ſuæ naturæ conſuetudinem, ſed ſecundùm gratiam cæleſtis imperij. Accipe aliud: Sitiebat populus, veniebat ad fontem, amarus erat fons. Miſit lignum ſanctus Moyſes in fontem, & factus eſt dulcis fons qui amarus erat, hoc eſt, mutauit conſuetudinem naturæ ſuæ, accepit dulcedinem gratiæ. Accipe & quartum exemplum: Ceciderat ferrum ſecuris in aquas: quaſi ferrum, ſua conſuetudine demerſum eſt. Miſit lignum Helizæus, ſtatìm ferrum eleuatum eſt, & aquis ſupernatauit, vtiquè contra conſuetudinem ferri. Eſt enim materies grauior, quàm aquarum eſt elementum. Ex his igitur omnibus non intelligis quantum operetur ſermo cæleſtis? Ergò didiciſti &c. vt ſuprà quæſt. ſecunda, B. teſtimonio quinto.

Ante cõſecrationem panis eſt, poſt eam verò caro eſt Chriſti.

Conſecratio fit verbis Chriſti.

for. * Nam per

Geneſ. 1.

Quàm efficax ſit ſermo Chriſti tũ in producendis tum in tranſmutandis rebus.

Pſal. 148.

Adhibet exempla. Primum.

Secundum. Exodi 14.

Tertium. Exodi 15.

Quartum. 4. Reg. 6.

29. ET capite quinto: Vis ſcire quia verbis cæleſtibus conſecratur? Accipe quæ ſunt verba. Dicit ſacerdos: Fac nobis hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem: quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui pridiè quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens: benedixit, fregit, fractúmque Apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit, dicens: Accipite & edite ex hoc omnes: Hoc eſt enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter etiam calicem, poſtquàm cœnatum eſt, pridiè quàm pateretur, accepit, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens: benedixit, Apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit, dicens:

Adducit verba Canonis Miſſæ.

Digitized by Google

Accipite & bibite ex eo omnes. hic eſt enim ſanguis meus. Vide ſingula. Qui pridiè, inquit, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequàm conſecretur, panis eſt: vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Deniquè audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes: hoc eſt enim corpus meum. Et ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus. Vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur qui plebem redemit. Ergò videte quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa conuertere. Deindè ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quòd corpus ſuum accipiamus & ſanguinem. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare? Iam redi mecum ad propoſitionem meam. Magnum quidem & venerabile, quòd manna Iudæis pluit è cælo. Sed intellige: Quid eſt amplius? manna de cælo, an corpus Chriſti? Corpus Chriſti vtiquè, qui author eſt cæli. Deindè manna qui manducauit, mortuus eſt. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorum, & non morietur in æternum. Ergò non ocioſè cùm accipis, tu dicis, Amen: iam in ſpiritu confitens quòd accipias corpus Chriſti. Dicit tibi ſacerdos, corpus Chriſti. Et tu dicis, Amen: hoc eſt, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.

AnteCõſecrationem panis eſt, poſt non item.

Efficacitas verborum Chriſti.

Non eſt dubitãdum de veritate corporis Chriſti.

Præfertur Mannæ.

30. CYRILLVS libro quarto in Ioannem, capite decimotertio: Animus malignus quæcunque non intelligit, ſtatim tanquàm friuola falſaq́ per arrogantiam eijcit, nulli cedens, nec aliquid ſupra ipſum eſſe exiſtimans: quales Iudæos fuiſſe comperiemus. Nam cùm oporteret eos, qui diuinam virtutem Saluatoris ac poteſtatẽ, ſignorum miraculo perceperunt, ſermonem eius libenter ſuſcipere: & ſi qua difficilia videbantur, eorum ſolutionem quærere: contrà omninò faciunt: Et quomodò poteſt hic carnem ſuam nobis dare? De Deo non ſine magna impietate conclamant, nec in mentem venit nihil eſſe impoſſibile apud Deum. Nam cùm animales eſſent (vt ait Paulus) ſpiritalia intelligere non poterant. Sed fatuitas quædam tam magnum ſibi videtur myſterium: ſed nos magnum quæſo à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem myſterijs adhibentes, nunquàm in tam ſublimibus rebus, illud Quomodò, aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicum enim hoc verbum eſt, & extremi ſupplicij cauſa. Ideò Nicodemus etiam cùm diceret: Quomodò hæc fieri poſſunt? meritò audiuit: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Aliorum igitur, vt diximus, culpa perdocti, quum Deus operetur, non quæramus quomodò, ſed operis ſui viam atque ſcientiam illi ſoli concedamus. Nam quemadmodùm, quanuis nullus nouit quidnam ſecundùm naturam Deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, quum credat præmia illum redditurum, quærentibus eum: ſic etſi operum eius rationem ignorat, quum tamen fide omnia illum poſſe non dubitet, non contemnenda probitatis huius præmia conſequetur. Ità profectò nos affici per prophetam Eſaiam Dominus ipſe hortatur: Non enim ſunt conſilia mea, inquit, vt cõſilia veſtra, nec ſicut viæ veſtræ viæ meæ ſunt, dicit Dominus: ſed ſicut exaltatur cælum à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Qui autem ſapientia & virtute adeò excellit, quomodò non operabitur ità miraculoſè, vt operum ſuorum ratio mentem noſtram effugiat? Nõnne vides quid ſæpenumerò mechanici faciũt? Incredibilia videntur nobis nonnunquàm enarrare: ſed tamẽ quia ſimilia ipſos feciſſe vidimus, poſſe peragi ab ipſis facilè credimus. Quomodò igitur ſummis cruciatibus digni non erũt, qui rerum omnium opificem Deum ità contemnunt, vt Quomodò, in operibus ſuis dicere audeãt? quem totius ſapientiæ largitorem eſſe non ignorant: quem omnia poſſe ſcriptura nos docuit. Si verò tu ò Iudæe, quomodò, etiam nũc clamas: hanc tuam imperitiam ego quoquè ſecutus, libẽter quomodò ex Aegypto exiuiſti rogabo: quomodò in ſerpentem Moſaica fuit virga conuerſa? quomodò lepra manus affecta, vno momento temporis in priſtinum ſtatum reſtituta iterùm fuit? quomodò in naturam ſanguinis aquæ tranſierunt? quomodò patres tui per media maria, vt per aridam effugerunt? quomodò per lignũ amaritudo aquarum in dulcedinem recidit? quomodò è lapide fontes aquarum fluebant? quomodò ſtetit Iordanis? quomodò ſolo clamore inexpugnabilis Hierico cecidit? innumerabilia ſunt, in quibus ſi quomodò quæris, vniuerſam euertere tibi ſcripturam neceſsè erit, prophetarum doctrinam & ipſius Moſis ſcripta contemnenti. Quarè crediſſe Chriſto potiùs vos oportuit, & ſi quid arduum videbatur, ab eo humiliter petere, quàm veluti temulentos exclamare: Quomodò poteſt hic nobis ſuam carnem dare? Nõnne videtis, quia quum hæc dicatis, ſtatim cum iſta voce arrogantia magna ſignificatur?

Ioan. 6.
Nihil apud Deum impoſſibile.
1. Cor. 2.

Illud Quomodò, Iudaicum verbum, hic ne cogitandũ quidem.
Ioan. 3.

Eſaiæ 55.

OperaturDeus miraculoſè ità vt operis ratio mentem noſtram effugiat.

Matth. 19.

Non eſſe quærendũ, Quomodò, in Dei operibus exemplis oſtenditur.

31. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda ad quoſdam prouinciales Epiſcopos contra Petrobruiſianos, contra id quod dicunt, Miſſam nihil eſſe, nec celebrari debere: Poſt Baptiſmum negatum, poſt cruces exuſtas, poſt templa deſtructa, vt nihil ſacrũ puniẽda veſtra temeritas intemeratum relinquat; quarto iam loco ad ipſum crucifixum, & templorum Dominum, & Baptiſmi largitorem ſe extendit; & non tantùm quæ eius ſunt, ſed & ipſum Eccleſiæ ſuæ auferre molitur. Negat corpus Chriſti & ſanguinẽ diuini verbi virtute, vel Sacerdotum miniſterio confici: totumq́ inane ac ſuperuacuum eſſe, quicquid in altaris ſacramento, altaris miniſtri agere videntur, affirmat. Si hæreſis hæc veſtra Berengarianis limitibus contenta eſſet, quę veritatem quidem corporis Chriſti, ſed nõ ſacramentum vel ſpeciem aut figuram negabat; facilè me huius capituli labore expedirem; & non dico ad Ambroſiũ, Auguſtinum, Gregoriũ, antiquos & ſanctos Eccleſiæ Doctores, quos abieciſtis; ſed ad moderni tẽporis doctos & Catholicos viros, Lanfrancũ, Guitmũdum, Algerũ, vos mitterẽ: quorũ primus de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, quæ ſacramentorũ velamine tegitur, benè, plenè, perfectè; ſequens meliùs, pleniùs, perfectiùs; vltimus optimè, pleniſſimè, perfectiſſimè diſſeruit; adeò vt nihil etiã ſcrupuloſiſſimo lectori quęrendũ reliquerint. Iſtorũ libri ſi à vobis legerentur, & lecti intelligerẽtur, vos verè à ſtulta pertinacia reſipiſcere cogerent: vtpote qui multos errantes reuocauerũt, multos dubios inſtruxerũt, multos etiam fideles in rectæ fidei regula confirmauerunt. Sed quia errorẽ errore, hęreſim hęreſi, nequitiam nequitia ſuperâſtis; nõ tantùm veritatẽ carnis & ſanguinis Chriſti, ſed & ſacramentum, ſpeciem, ac figurã negatis, & ſic abſq́ ſummi & veri Dei ſacrificio, eius populũ eſſe cenſetis; nouus error, nouo opere confutandus eſt. Et poſt multa: Sed fortè impoſſibile putatur, vt vel panis in carnem, vel vinum cõmutetur in ſanguinẽ. Fortaſsis & hoc cogitatur, illius vnius corporis Chriſti finitam ſatiſq́ modicã quãtitatem, morſibus totius mundi per tanta ſecula non poſſe ſufficere. hoc enim eſt, quod quondàm Berengariũ dixiſſe audiui. Nam fortè Andegauis conſtitutus, & de hoc corporis Chriſti ſacramento cum quibuſdam agens, Si, inquit, corpus Chriſti tantæ fuiſſet magnitudinis, quãtæ turris hæc quę in cõſpectu noſtro immenſa mole attollitur, à tot totius orbis populis comeſtum, ante multa iam annorum ſpatia defeciſſet. Quantum peruerſus, tãtum peruerſa locutus. Sed quid reſpondendũ eſt eis, qui nihil volunt Deum poſſe, niſi quod poſſunt; nihil ſcire, niſi quod ſciunt; nihil agere, niſi quod agunt? Quid reſpondebitur

Patres ſacramentariorũ noſtrorum.

Conãtur Chriſtũ ipſum Eccleſiæ auferre.

Sacramentarij quos legere debeant.

Berengarij obiectio & blaſphemia.

Reſpõſio, nõ eſſe metiendam potentiam Dei ſecũdùm noſtrã.

Digitized by Google

bitur eis, qui æternæ ſapientiæ altitudinē, qui diuinæ virtutis omnipotentiam ſic coarctare nituntur, vt ſi eis aſſenſus præbeatur, ſapientia Dei & omnipotentia pereunte, Deus iam Deus eſſe non poſſit? Quid dicetur ſurdis, & audire nolentibus

Eſa. 40.

Prophetā clamantem, Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? & in alio loco: Quæ eſt via ſapiētiæ, aut quis locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.

Iob 28. Baruch 3.

Et alius: Quis transfretauit mare, & adduxit eam, & attulit ſuper aurum electū? Nónne à mari vſq; ad mare, & ab ortu Solis vſque ad occaſum, totus mundus inſonat, Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis? Et quis vniuerſa enumeret? Itē poſt pauca:

Pſal. 134.

Vide igitur, quiſquis in ſacramento Eccleſiæ panem in Chriſti carnem, vinum in eius mutari ſanguinem, aut nō credis, aut dubitas: quia vel de voluntate eius, vel de potentia, vel de vtroq; diffidis. Nulla enim res alia te vel ad non credendum, vel dubitandum impellit. Aut enim voluit, & non potuit; aut potuit, & non voluit; aut neque voluit, neque potuit. Sed quòd voluerit, ſi Euangelio credis, dubitare non potes. Nam in ſui memoriam hoc fieri non præciperet, ſi hoc fieri noluiſſet. Quòd verò potuerit, ſi Prophetæ credis, certum tenebis. Nam ſi omnia quæcunq; voluit, fecit; vtiquè & hoc, quia voluit, fecit. Voluit ergò & potuit, vt panis in carnem ſuam, & vinum conuertatur in ſanguinem ſuum. Et quia voluit & potuit, idcircò & fecit. Si enim Deus omnipotens eſt, & Chriſtus Deus eſt: ſequitur, quia ad conuertendum panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem ſuum, omnimodè ſicut & ad vniuerſa potens eſt. Et quamuis omnipotentia Dei cuncta hoſtilia munimēta diſſoluat, ſequantur tamen (vt dictum eſt) exempla, quibus etiam brutæ pecudes acquieſcere cogantur. Quid, inquam, dicis, qui veritati tam lucidæ contradicis? Non credo, ait ille; Dubito, dicit iſte, quòd panis altaris in carnē, vinum conuertatur in ſanguinem: quia alterius generis ſubſtantiam in alterius ſubſtantiæ genus conuerti, mihi nouum atque inſolitum eſt. Nouū, quia nunquàm factum eſt: inſolitum, quia nunquàm viſum eſt. Si recolere, inquam, volueris præcedentia tempora, quod dixiſti nouum, vetus eſſe reperies: quod dixiſti inſolitum, vſitatum eſſe cognoſces.

Cùm Chriſtus & voluerit & potuerit panē ac vinum in carnem & ſanguinem mutare, neceſſariò conſequitur carnem & ſanguinē eſſe in Euchariſtia.

Relege (vt ait Ambroſius) virgam Moyſi mutatam in ſerpētem, recole aquas Aegyptiacas mutatas in ſanguinem: & ſi agnoueris diuerſas ſubſtantias virgæ & ſerpentis, aquarum & ſanguinis, ab opinione malè concepta reſipiſce.

Lib. 4. de Sacramentis cap. 4.

1. B. LVCAE vigeſimoſecundo, 2. MARCI decimoquarto, 3. MATTHAEI vigeſimoſexto, 4. PRIORIS ad Corinthios vndecimo, vt ſuprà, quæſt. ſecunda, A. teſtimonio quarto, tertio, ſecundo, & quinto.

5. IVSTINVS philoſophus & martyr in apologia ſecunda pro Chriſtianis ad Antoninum Pium Imperatorem: Nos autem poſteà quàm ità abluimus, expiauimuſq; eum, qui credidit & aſſenſus eſt, eum ad eos qui fratres dicuntur, ducimus eum in locū, quo conuenerunt comprecandi cauſa, contentis animis & pro ſe & pro eo qui illuſtratus eſt, omnibuſq; alijs qui vbiquè ſunt, vt & veritatis diſcipuli, & re ipſa bonæ ſanctæq; vitæ cultores, & præceptorū cuſtodes poſſimus inueniri, vt æternam ſalutem adipiſcamur.

Modus celebrādi officiū Miſſæ Iuſtini tempore.

Sub finē precum nos inter nos oſculo ſalutamus: deindè ei qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur, & poculū aqua & vino temperatum, quæ cùm accepit, laudem & gloriam omnium Parenti Filij Spirituſq; ſancti nomine tribuit, gratiaſq; diù agit, quòd ab eo his dignus ſit habitus: quibus ritè perfectis, precibus & gratiarum actioni, populus omnis qui adeſt, benedicit, dicens: Amen. Amen autem Hebraico ſermone, idem quod fiat, ſignificat.

Gratiarum actio.

Poſteà quàm & is qui præeſt, gratias egit, & populus omnis benedixit, ij qui apud nos diaconi dicūtur, dant vnicuiq; eorum qui adſunt, percipiendū panem, vinum & aquam, quę cum gratiarū actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt, perferūt.

Poſt Conſecrationē factam cōmunicabant. Deferebatur ad abſentes Euchariſtia.

Atq; cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur, qua nemini alij participare licet, niſi ei qui & vera eſſe credit, quę nos dicimus, & expiatus eſt lauacro, quod in remiſſionem peccatorum regenerationemq; datur, & ità viuit, vt Chriſtus tradidit. Neque enim hæc communem vſitatumq; panem, vſitatamq; potionem capimus, ſed quemadmodùm per Dei Verbū homo factus Ieſus Chriſtus cōſeruator noſter, & carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic etiam cibum qui per preces ſermonis, quem ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis carneſq; noſtræ cōmunione aluntur, Ieſu Chriſti eius qui homo factus eſt, & carnem & ſanguinem eſſe accepimus.

Euchariſtia dicitur hoc Sacramentū. Nō eſt panis communis. Eſt caro & ſang. Chriſti.

Apoſtoli enim in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ità ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderūt, eum accepto pane cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in memoriam meî, Hoc eſt corpus meum: dixiſſe etiam accepto poculo, cùm egiſſet gratias: Hic eſt ſanguis meus, ſibiq; ſolis dediſſe.

Luc. 22. 1. Cor. 11. Matth. 26. Mar. 14.

Nos autē poſteà deincèps hæc inter nos ſemper recolimus & admonemus, & qui opes habemus, egentibus omnibus ſubuenimus, & vnà ſemper ſumus. In omnibus quibus vtimur, Parentem omnium per filium ſuum Ieſum Chriſtum, Spiritumq; ſanctum laudamus. Die, qui Solis dicitur, omnes qui in oppidis vel agris morantur, vnum in locum conueniunt, commentariaq; Apoſtolorum vel Prophetarum ſcripta leguntur quandiù hora patitur: deindè vbi is qui legit, deſtitit, is qui præeſt, admonet & hortatur, vt ea quæ lecta ſunt, bona imitemur: tum ſurgimus omnes & comprecamur, concluſiſq; noſtris precibus, panis, iam vt dixi, vinumq; & aqua offeruntur, tumq; is, qui primum locum tenet, eodem modo preces gratiarumq; actionem pro virili mittit, populúſque benedicit, dicens, Amen. & ijs quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, vnuſquiſq; participat, eademq; ad eos qui abſunt, diaconis dantur perferenda.

Diebus Dominicis cōueniebāt Chriſtiani ad lectiones Scripturarum & conciones audiendas. Ad orandum. Ad audiendū officiū Miſſę. Ad communicandum. Diaconi perferunt communionem abſentibus.

Quibus copiæ ſuppetunt, ij ſi volunt, ſuo quiſque arbitratu quod vult largitur: quodq; colligitur & cogitur, apud eum qui præeſt, reponitur: iſq; pupillis & viduis, iiſque quos morbus aliáve cauſa inopes fecit, & ijs qui in vinculis ſunt, & hoſpitibus, omninoq; omnibus qui aliqua indigentia premuntur, ſubuenit.

Ad colligendas eleemoſynas.

Die autem Solis omnes publicè conuenimus, quòd is primus eſt dies, in quo Deus tenebras & materiam cùm mutaſſet, mundum effecit: & quòd eodem die Ieſus Chriſtus conſeruator noſter à mortuis excitatus eſt. Pridiè enim Saturni eum in crucem ſuſtulerunt, & poſtridiè Saturni, qui Solis dies eſt, cùm Apoſtolis diſcipulíſque ſuis apparuiſſet, hæc illis tradidit, quæ vobis quoquè conſideranda permittimus.

Cur dies Dominicus celebris habeatur apud nos.

6. IRENAEVS libro quarto aduerſùs hæreſes, capite trigeſimoſecundo: Sed & ſuis diſcipulis dās conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, nō quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens, Hoc eſt corpus meū. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundùm nos, ſuū ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationē, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerū in nouo teſtamento, de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit:

Id quod antea panis erat, cōfitetur eſſe corpus ſuum. Noui teſtamēti noua oblatio.

Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrifici-

Malach. 1.

Digitized by Google

crificium purum. Quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniã prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco ſacrificium offertur Deo, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus.

Veritas corporis Dominici & ſanguinis in Sacramento.

7. IDEM libro quarto, capite trigeſimoquarto: Quomodò autem conſtabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe Domini ſui, & calicẽ ſanguinis eius, ſi nõ ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, Verbum eius, per quod lignũ fructificat, & defluũt fontes: & terrę dat primùm quidem fœnum, pòſt deindè ſpicã, deindè plenum triticũ in ſpica? Quomodò autem rursùs dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitã, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergò aut ſententiã mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſentẽtia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rursùs confirmat ſententiã noſtram. Offerimus enim ei quæ ſunt eius, congruenter cõmunicationem & vnitatem prædicantes carnis & ſpiritus. Quemadmodùm enim qui eſt à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti: Sic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei, non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam.

Caro noſtra alitur corpore & ſanguine Domini.

Nõ eſt communis panis poſt cõſecratione, ſed licèt ſpecie terrena conſtet, cõtinet tamẽ & rem cæleſtẽ, ſcilicet corpus Domini.

8. IVVENCVS Presbyter libro quarto Euangelicæ hiſtoriæ:

Chriſtus docet ſe tradere propriũ corpus & ſanguinem.

Hęc vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem
Diuiſumq́ dehinc tradit, ſanctumq́ precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe dedere corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinoq́ repletum
Gratis ſanctificat verbis, potumq́ miniſtrat,
Edocuitq́ ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.
Atque ait: Hic ſanguis populi delicta remittet:
Hunc potate meum: nam (veris credite dictis)
Poſt hac non vnquàm vitis guſtabo liquorem,
Donèc regna patris melioris munere vitæ,
In noua me rursùs concedent ſurgere vina.

9. TERTVLLIANVS libro quinto aduersùs Marcionem, capite octauo:

Chriſtus corpus ſuũ dedit & ſanguinẽ.

Ante diẽ, quam quũ pateretur paſcha celebrans,
Diſcipulisq́ ſuis tradens memorabile factum,
Acceptum panem pariter vitisque liquorem
Corpus, ait, ſanguisq́ meus, qui funditur, hic eſt
Pro vobis; fieri ſemper quod poſteà iuſſit.

Iuſſit ſemper hoc fieri.

10. IOANNIS ſexto: Caro mea &c. vt in textu.

11. HILARIVS Pictauẽſis libro octauo de Trinitate: Non eſt humano aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquendũ, neq́ per violentam atq́ imprudentem prædicationem cæleſtium dictorum ſanitati alienæ, atq́ impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt legamus, & quæ legerimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Chriſti veritate quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtultè atq́ impiè dicimus: ipſe enim ait: Caro mea vera eſt eſca, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & ſanguinis non relictus eſt ambigendi locus. nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. Et hæc accepta atq́ hauſta id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An'ne hoc veritas non eſt? Contingat planè his verum non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergò in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dum ſecum hoc quod nos ſumus, in Deo eſt.

De veritate carnis & ſanguinis nõ eſt relictus ambigendi locus.

12. CYRILLVS Alexandrinus libro quarto in Ioannem, capite decimoſexto: Caro mea verè eſt cibus &c. Diſtinguit rursùs inter myſticam benedictionem & manna, & aquarum fluenta ex lapide, & calicis ſancti communicationem.

Euchariſtia à mãna differt.

13. ORIGENES homilia ſeptima in librum Numerorum: Lex Dei iam non in figuris, & in imaginibus ſicut priùs, ſed in ipſa ſpecie veritatis agnoſcitur: & quę priùs in ænigmate deſignabantur, nunc in ſpecie & veritate complentur. Anteà in ænigmate fuit baptiſmus in nube & in mari, nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua & in ſpiritu ſancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in ſpecie caro verbi Dei eſt verus cibus, ſicut & ipſe dicit: Quia caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

1. Cor. 10.

Caro Verbi nunc non in ænigmate eſt cibus.

Ioan. 6.

14. EVSEBIVS Emiſenus homilia quinta de Paſchate: Quia corpus aſſumptum &c. vide infrà quæſt. quinta, A. teſtimonio decimoſeptimo.

15. LEO Magnus ſermone ſexto de ieiunio ſeptimi menſis: Dicente Domino, Niſi manducaueritis. vt infrà hac eadem quæſtione, C. teſtimonio quarto.

16. CONCILIVM Cabilonenſe ſecundũ capite quadrageſimoſexto: In perceptione corporis & ſanguinis Dominici, magna diſcretio adhibenda eſt. Cauendum eſt enim, nè ſi nimiùm in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiſcretè accipiatur, timendum eſt illud, quod ait Apoſtolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Iuxta eiuſdẽ ergò Apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere, vt videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamq́ ſuã, præparet ſe ad percipiendum tantum ſacramentum exemplo Dauid, qui niſi ſe faſſus fuiſſet abſtinuiſſe ab opere coniugali ab heri & nudiuſtertiùs, panes propoſitionis nequaquàm à ſacerdote accepiſſet.

Communio ſacra non nimiùm differenda.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Præparatio ad communionem.

1. Reg. 21.

17. CYRILLVS libro quarto in Ioannẽ, capite decimoquinto: Ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Ego enim, dixit (id eſt, corpus meũ quod comedetur) reſuſcitabo eũ. Non enim alius, ipſe eſt quàm caro ſua: non id dico, quia natura nõ ſit alius ſed quia poſt incarnationẽ in duos ſe diuidi filios minimè patitur. Ego igitur, inquit, qui homo factus ſum, per meam carnem in nouiſſimo die comedentes reſuſcitabo. Et paulò pòſt: Et queadmodùm ſi quis ſcintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum indè ignitum neceſſariò fiet: ſic Verbum Dei tanquàm ſcintilla in naturam noſtram immiſſum, totam indè inflammauit, atque ad vitam, interitu penitùs deſtructo, reduxit.

Reſuſcitabimur virtute corporis Chriſti, quod in ſacramẽto manducamus.

Simile.

18. ET capite duodecimo, in ea verba, Panis quẽ ego dabo &c. Dedit pro vita omniũ corpus ſuum Dominus, & per illud rursùm vitam in nobis immittit: & quomodò, dicam breuiter pro viribus meis. Nam quũ viuificans Dei filius in carne habitauerit, ad ſuum bonũ eam, id eſt, ad vitam reformauit, & totus (vt ità dicam) toti ineffabili modo vnionis coniunctus, viuificantem ipſam effecit: quia natura viuificans eſt, proptereà participantes hæc caro viuificat: eijcit enim mortem ab eis, & interitum penitùs expellit.

Participantes hæc caro viuificat.

19. THEOPHYLACTVS in caput ſextũ Ioannis, 20. ET in caput decimũquartum Marci, vt ſuprà quęſt. ſecunda, B. teſtim. tertio & ſecũdo.

21. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda contra Petrobruſianos: Dic Domine teſtator noui & ęterni teſtamẽti, vtrùm teſtamentũ hoc vnius diei, ſicut iſti dicunt, eſſe volueris, an potiùs æternũ eſſe decreueris. Audiant iſti non me, ſed te: vt conuertantur non ad me, ſed ad te. Quid ergò? In cœna vltima, quam cũ diſcipulis tuis vetus Paſcha nouo commutans celebrâſti, accepiſti panem, gratias egiſti, fregiſti, dediſti diſcipulis tuis. Sed quid dixiſti? Accipite: hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur.

Teſtamentũ Chriſti non vnius diei fuit, ſed æternũ eſt.

Digitized by Google

detur. Et quid addidiſti? Hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicẽ, poſtquàm cœnâſti, dicens: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorum. Audîſtis? Nolite fieri ſimulacra, quæ oculos habẽt, & non vident: aures habent, & non audiũt. Auditis hoc nõ à quolibet doctore, ſed ab illo, de quo Pater clamans præcipit, Ipſum audite. Auditis eũ dantẽ corpus. Sed quod corpus? Sũt enim corpora cœleſtia, & corpora terreſtria: & quicquid viſui, auditui, olfactui, guſtui, tactui, hîc ſubiacet, corpus eſt. Vndè nè quis putaret animalis cuiuslibet, aut hominis cuiuslibet hoc eſſe corpus; ad excludendũ omne aliud ſenſibile, vel inſenſibile corpus; poſtquàm dixit, Accipite, hoc eſt corpus; adiunxit, meum. Suum ergò, nõ alterius, corpus diſcipulis dedit. Rurſus nè fortè alicui cogitatio occulta * ſubreperet; potuiſſe creare in manibus ſuis corpus, quod ſuũ quidem eſſet, ſed tamen, quod ipſe erat, non eſſet; addidit, Quod pro vobis tradetur. Ac ſi diceret: Nolite dubitare, nolite hoc vel illud vobis fingere, nolite aliud & aliud cogitare: quia hoc eſt corpus, non alterum, aut alterius, ſed meũ: non permutatũ, vel nouiter creatũ; ſed quod pro vobis tradetur, pro vobis crucifigetur, pro vobis morietur. Sic & de calice: Hic eſt (ait) ſanguis. Non bouis aut arietis, non agni aut cuiuslibet hominis, ſed meus: non alius, vel noua creatione productus; ſed qui pro vobis fundetur, flagellis prouocatus, clauis extortus, lancea excuſſus. Quid ad demonſtrandam veritatem corporis & ſanguinis Domini dici potuit clarius, lucidius, manifeſtius? Nónne & longè ante paſſionem, commendans magnificum & ſalutare ſacramentum, diſcipulis & Iudæis ſæpè dicebat: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis? & panis quem ego dabo, caro mea eſt? &; Caro mea verè eſt cibus: & ſangis meus verè eſt potus? Hoc quare? Vt ſi nomine corporis circa diuerſa corpora cogitando vagaris, audito carnis nomine, ab innumera corporum multiplicitate reuoceris. Rurſus audito nomine filij hominis, non alterius alicuius carnem exiſtimes, niſi illius, qui cùm eſſet Dei filius, ſingulari gratia, ſolitaria operatione, factus eſt hominis filius. Vndè quia tenaciſſimè recolendum, quia vnicè amplectendum eſt tantum tantæ miſericordiæ opus; tacito ſæpè nomine filij Dei, quod per ſe eſt, nomen filij hominis frequentat, quod pro nobis eſt. Idcircò vocat carnem, nè quodlibet corpus putetur; idcircò filij hominis, nè alterius quàm ſua æſtimetur.

Pſal. 113. & 134

Matth. 17. Mar. 9. & Luc. 9.

Suum, nõ alterius corpus Chriſtus diſcipulis dedit.

* al. ſubripe-ret

Ioan. 6.

Chriſtus cur corpus ſuum carnem filij hominis appellârit.

1. C. PRIORIS ad Corinthios decimo: Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, * omnes qui de vno pane * participamus. Et paulò pòſt: Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

* nam oẽs de * & de vno calice.

2. ET capite vndècimo, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio quinto.

3. EPIPHANIVS in Ancorato: Videmus quòd accepit Saluator in manus ſuas, veluti Euangelium habet, quòd ſurrexit in cœna, & accepit hęc, & vbi gratias egiſſet, dixit: hoc meum eſt, hoc & hoc. Et videmus quòd non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inuiſibili deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile, quantùm ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere, hoc meum eſt: hoc & hoc: & nemo non fidem habet ſermoni. Qui enim non credit eſſe ipſum verum, ſicut dixit, is excidit à gratia & ſalute: Quod autem audiuimus, id credimus quod eſt ipſius. Dominũ verò noſtrum nouimus totum ſenſum, totum ſenſitiuum, totum Deum, totum mouentem, totũ operantem, totum lucem, totum incompræhenſibilem; ſed qui cum gratia hoc nobis largitus eſt.

Euchariſtiæ forma rotunda.

A gratia & ſalute excidit, qui non credit in Euchariſtia verum corpus Chriſti contineri.

4. CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi quarta myſtagogica: Cùm igitur Chriſtus ipſe ſic affirmet atque dicat de pane, Hoc eſt corpus meum: quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoquè confirmante & dicente, Hic eſt ſanguis meus: quis, inquam, dubitet & dicat non eſſe illius ſanguinem?

Quis audeat dubitare?

5. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimatertia in Matthæum, & ſexageſima ad populũ Antiochenum: Credamus itaque vbiquè Deo, nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit: ſuperet & ſenſum, & rationem noſtram ſermo ipſius: quod in omnibus & præcipuè in myſterijs faciamus, non illa quę ante nos iacent, ſolummodò adſpicientes, ſed verba quoquè eius tenentes. Nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facilimus eſt: illa falſa eſſe non poſſunt, hic ſæpiùs atque ſæpiùs fallitur: quoniam ergò ille dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus, &c. vt ſuprà quæſtione prima, B. teſtimonio quarto.

Credendum dicenti, Hoc eſt corpus meum, etiãſi ſenſui abſurdum videatur.

Marc. 14.

6. LEO Magnus ſermone ſexto de ieiunio ſeptimi menſis: Dicente Domino, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis; ſic ſacræ menſæ communicare debetis, vt nihil prorsùs de veritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis; Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur: fruſtrà ab illis Amen reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur, diſputatur.

Ioan. 6.

Nihil prorsùs de veritate corporis & ſanguinis ambigendum.

7. MATTHAEI vigeſimooctauo: Et eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.

8. CONCILIVM generale Vienneſe ſub Clemente quinto celebratum, approbauit Clementinas conſtitutiones. In vna verò earum Conſtitutionum, quæ habetur titulo de Reliquijs & veneratione Sanctorum, recitantur & approbantur literæ Apoſtolicę Vrbani quarti de celebratione feſti Corporis Chriſti: vbi inter cætera quæ pulcherrimè de venerabili Euchariſtiæ Sacramento ab Vrbano diſſeruntur, ità dicitur: In hac verò ſacramentali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma, in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cælum, dixit Apoſtolis, & eorum ſequacibus: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, benigna ipſos promiſſione confortans, quòd remaneret & eſſet cùm eis etiam præſentia corporali.

Chriſtus corporalem pręſentiã promiſit Eccleſiæ vſque ad cõſummationẽ ſeculi.

1. D. AVGVSTINVS in Pſalmum nonageſimumoctauum: Suſcepit de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, niſi priùs adorauerit. Et paulò pòſt: Durum illis viſum eſt quod ait: Niſi quis manducauerit carnem meam, non habebit vitam æternam: acceperunt illud ſtultè, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt quòd præciſurus eſſet Dominus particulas quaſdam de corpore ſuo, & daturus illis, & dixerunt: Durus eſt hic ſermo. Ipſi erant duri, non ſermo.

Caro in qua ambulauit, nobis ad mãducandũ data eſt.

Adoratio Euchariſtiæ.

Ioan. 6.

Capharnaitarum ſentẽtia.

2. IDEM in Pſalmum trigeſimumtertiũ, concione prima, myſticè de Chriſto exponens illud quod primi Regum vigeſimoprimo ſcriptum eſt de Dauid, Immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorũ &c. pro quo ipſe legit, Et ferebatur in manibus ſuis. Ait igitur Auguſti-

Digitized by Google

nus : Hoc verò, fratres, quomodò poſſet fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Manibus aliorũ poteſt portari homo, manibus ſuis nemo portatur. Quomodò intelligatur in ipſo Dauid ſecundùm literã, non inuenimus; in Chriſto autem inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis; quãdo commendans ipſum corpus ſuum, ait; Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis. ET concione ſecũda: Quomodò ferebatur in manibus ſuis? Quia cùm commendaret ipſum corpus ſuũ & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas quod nôrunt fideles; & ipſe ſe portabat quodammodò, cùm diceret, Hoc eſt corpus meum.

Chriſtus in vltima cœna tulit ſeipſum manibus ſuis. Matth. 26.

3. PROSPER Rhegienſis Epiſcopus in parte ſecunda, capite vigeſimoquinto, de promiſſionibus & prędictionibus: Portatus eſt quippe & Ieſus Dominus in manibus ſuis, dum ſuum corpus in ſanctificato pane geſtans manibus ſuis, dixit: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. De quibus myſterijs, qui etiam illud nôſſe deſiderat, quomodò ſit Dauid ſaltans ante arcam nudatus coram ſeruis & ancillis ſuis, vt Chriſtum crucifixum præſentibus viris & fœminis demonſtraret, venerandæ memoriæ Auguſtini Epiſcopi dicta inſpiciat, quibus latiùs in his peruagatus penè omnia comprælendit.

Geſtauit ſe manibus ſuis. 1. Cor. 11. 2. Reg. 6.

4. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in poſteriorem epiſtolam ad Timotheũ: Sacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quamq́ sacerdotes modò quoquè conficiunt. Nihil habet iſta, quàm illa, minus. Cur id? Quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus qui illam antè ſacrauerat. Quemadmodùm enim verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoquè pronunciant: ità & oblatio eadem eſt.

Eadẽ oblatio hodiè cum ea quà Chriſtus dedit diſcipulis in vltima cœna.

Iiſdem verbis fit cõſecratio quibus vſus eſt Chriſtus.

5. IDEM Chryſoſtomus homilia vigeſimaquarta in priorem epiſtolam ad Corinthios, de communione corporis Chriſti loquens: Cum honore & munditia omni ad Deum accedamus: & quando id propoſitum videris, dic tecum: Propter hoc corpus non ampliùs terra & cinis ego ſum: nõ ampliùs captiuus, ſed liber. Propter hoc, cælum & quæ in eo bona ſunt, me accepturum ſpero: Proptereà immortalem vitam, angelorum ſedem, Chriſti conſuetudinem. Hoc corpus affixum, verberatũ, morte victum non eſt. Hoc corpus ſol crucifixum videns, radios auertit. Propter hoc & velum templi ſciſſum eſt & petræ, & terra vniuerſa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratũ, fontes ſanguinis & aquę vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit. Et paulò pòſt: Chriſtus medio draconis ventre rupto atque diſcerpto, ex adytis clariſſimus euaſit, & radios non ad hoc vſque cælum, ſed ad ipſum ſupernũ thronum dimiſit. Illuc nanq́ ipſum extulit quod etiam nobis exhibuit, & vt teneremus, & vt manducaremus: quod maximum dilectionis ſignum eſt. Quos enim amamus, nonnunquàm etiam morſu petimus. Quare Iob vt ſeruorũ in ſe amorem oſtenderet, dicebat illos ſæpenumerò nimio in ſe amore dixiſſe, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Ità & Chriſtus ſuam carnem dedit nobis, vt ea ſaturaremur, quo nos in plurimum ſui amorẽ allexit. Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt Magi, & viri impij & barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Tu verò non in præſepi id, ſed in altari, non mulierem, quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotem præſentem, & Spiritum perabũdè ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Et poſt pauca: Neque angelos, neque archangelos, non cælos, non cælos cælorum, ſed ipſum horum omnium tibi Dominum oſtendo. Animaduertis quonam pacto, quod omnium maximum eſt atque præcipuum in terra, nõ conſpicaris tantùm, ſed tangis: neque ſolùm tangis, ſed comedis, & eo accepto domum redis.

Idem corpus quòd à nobis ſumitur, crucifixum fuit &c. Matth. 27.

In cælũ ſuſtulit idem illud quod nobis exhibet.

Singularis in nos amor.

Iob 31.

Nota.

Nota.

6. ITEM apud Damaſcenum libro ſecundo Parallelorum, capite quinquageſimo: Cùm olim ianuas ſanguine delibutas exterminator vidit, impetum facere non eſt auſus. Nunc, cùm diabolus, non corporis ſanguinem foribus impoſitum, ſed Veritatis cruorem, cruorem inquam Chriſtiferi illius templi fidelium ori aſperſum viderit, an non multò magis ſeſe reprimet? Nam cùm angelus figuram duntaxàt conſpicatus, reuerentia affectus ſit, quanto magis diabolus cõſpecta Veritate fugam capeſſet? Et: Quemadmodùm mulier filium ſanguine & lacte ſuo alit: ſic Chriſtus eos quos genuit, ſanguine ſuo ſemper alit.

Exod. 12.

Non agni typici ſanguis, ſed veritatis.

7. PRESBYTERI Achaiæ, in hiſtoria ſancti Andreæ Apoſtoli: Omnipotenti Deo (inquit Andreas) ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, nec hircorum ſanguinem, nec taurorum mugientium carnes, ſed immaculatum agnum quotidiè in altari crucis ſacrifico: cuius carnes poſteaquàm omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus, & cùm verè ſacrificatus ſit, & verè carnes eius manducatæ ſint à populo, verè ſanguis eius ſit hauſtus, tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus & viuus.

Agnus immaculatus quotidiè immolatur & ſumitur, nec ſumptus conſumitur.

Verè manducantur eius carnes.

1. E. SECVNDA ſynodus Nicena, actione ſexta, tomo tertio: vt ſuprà, in eadem hac quæſtione A. teſtimonio ſeptimo.

2. DE Synodo Vercellẽſi ſub Leone nono, item de Turonenſi ſub Victore ſecundo, & Romana ſub Nicolao ſecundo, in quibus hæreſis Berengarij damnata eſt, ità ſcribit Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus, in libro primo de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia: Aucupatis ergò nonnullis velut ratiunculis, (neque enim vlla vnquàm hæreſis ſine aliqua veriſimilitudine rationis inualeſcere potuit) adhibitis quoq́ paucis malè intellectis à ſe capitulis ſcripturæ ſacræ, quæ multis errantibus laqueus eſt mortis, per egenos ſcholaſticos iam per alimoniam qua ſuſtentabat eos, & per ſuos dulces ſermones corruptos, quaquauerſùm potuit, clanculò huius tanti mali nefandiſſimum virus effudit. Si qui autem prætereà aliquo modo receperint eum, hi ſunt qui ex Apoſtolorum ſententia territi, (qua dicitur, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit) communionem ſacrã, quam pro Eccleſiaſtico more ſumere coguntur, mallẽt aut nullam, aut non tantam eſſe, quàm eius metu ſe à flagitijs aliquatenùs temperare. Ità igitur & per tales execranda peſtis paululùm adoleuit. Mox ergò incipientibus his palàm audiri, catholici viri grauiter commoti, atque intolerabiliter ferentes, præſidente per ſemetipſnm beatiſſimæ memoriæ domino Papa Leone, Vercellis Conciliũ ponunt. In quo poſt diligentiſſimam de corpore & ſanguine Domini rationem, Berengarium & omnes eius in hac hæreſi fautores perpetuo anathemate, niſi reſipiſcerent, damnauerunt. Cumq́ iam defunctum ſanctum Leonem Papam, & ſanctos viros qui interfuêre Concilio, maledicis verbis & ſcriptis laceſſere non deſineret, ſanctiſſimum illud ac reuerendiſſimum Eccleſiæ Dei ſpeculũ, ſummum non pontificem, ſed pompificem atq́ pulpificem vocans, eumq́ infatuatione Lanfranci infatuatum, concilium vanitatis adunâſſe blaſphemans: Turonis item generali aggregato concilio, pręſenti venerabili nunc Papa Gregorio, Romano tunc Archidiacono, panem & vinum in ſacrificio Domini non vmbraticè, ſed verè Chriſti carnem & ſanguinem fieri, dato propriæ manus ſacramento, confirmauit. Indè poſtmodùm deſipiſcens, itidèm Romæ in generali Concilio conflictu rationis reuictus, libellos ſuos propria manu ſub

Ex Guitmundo.

Berengarianæ hæreſis principium.

1. Cor. 11.

Vercellenſe conciliũ contra Berengarium ſub Leone 9.

Nota veterẽ hæreticorum morem.

Turonenſe Conciliũ ſub Victore 2. Palinodia Berengarij.

Romanũ ſub Nicolao 2.

Digitized by Google

Rurſus palinodiam cantat & ſuos libros combuxit.

præſentia felicis memoriæ Papæ Nicolai, coram omni ſynodo cremauit, errorem anathematizauit, confeſſionémque bonam, quam Turonis fecerat, præſtito identidèm propriæ manus ſacramento, renouauit his verbis: Ego Berengarius indignus Diaconus eccleſiæ ſancti Mauritij Andagauenſis, cognoſcens veram, catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam de qua hactenùs infamatus ſum, quæ adſtruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodò Sacramentum & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: nec poſſe ſenſualiter niſi in ſolo Sacramento manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor, de ſacramentis Dominicæ menſæ, eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus & hæc ſancta ſynodus authoritate Euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit: ſcilicet panem & vinum quę in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolùm Sacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolùm ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per ſanctam & homoonſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euangelia. Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio.

Cōfeſſio Berengarij Catholica.

Eandèm eiſdem verbis refert Lanfrancus in libro cōtra Berengarium, & Gratianus, de Conſecr. diſt. 2.

Fides Eccleſiæ Rom. & ſedis Apoſtolicæ de venerabili Sacramento.

Sacramentarij noſtri à proprio patre anathemate æterno digni pronunciantur.

3. DE iiſdem ſynodis iam dictis, & primùm de Romana quæ ſub Leone nono celebrata eſt, ità ſcribit Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis in libro de Euchariſtiæ ſacramento aduerſus Berengarium: Tempore ſancti Leonis Papæ delata eſt hæreſis tua ad Apoſtolicam ſedem. Qui cùm ſynodo præſideret, ac reſideret ſecum non parua multitudo Epiſcoporum, Abbatum, diuerſique ordinis à diuerſis regionibus religioſarum perſonarum: iuſſum eſt in omnium audientia recitari, quas mihi de corpore & ſanguine Domini literas tranſmiſiſti. Portitor quippe earum legatus tuus, me in Normannia non reperto, tradidit eas quibuſdam clericis. Quas cùm legiſſent, & contra vſitatiſſimam Eccleſiæ fidem ſcriptas animaduertiſſent: zelo Dei accenſi, quibuſdam ad legendum eas porrexerunt, plurimis earum ſententias verbis expoſuerunt. Itaque factum eſt, vt non deterior de te, quàm de me fuerit orta ſuſpicio, ad quem videlicet tales literas deſtinaueris: putantibus multis me fouere quæ à te dicerentur, vel gratia qua te diligerem, vel fide qua reuerà ità eſſe indubitanter tenerem. Igitur cùm à quodam Rhemenſi clerico Romam perlatas recitator legeret, intellecto quòd Ioannem Scotum extolleres, Paſchaſium damnares, communi de Euchariſtia fidei aduerſa ſentires: promulgata eſt in te damnationis ſententia, priuans te communione ſanctæ Eccleſiæ, quam tu priuare ſancta eius communione ſatagebas. Poſt hæc præcepit Papa vt ego ſurgerem, praui rumoris à me maculam abſtergerem, fidem meam exponerem: expoſitam, plùs ſacris authoritatibus quàm argumentis probarem. Itaque ſurrexi, quod ſenſi dixi, quod dixi probaui, quod probaui omnibus placuit, nulli diſplicuit. Dehinc declarata eſt ſynodus Vercellenſis, quæ tunc proximo Septembri, eodem præſidente Pontifice, eſt celebrata Vercellis: Ad quam vocatus non veniſti. Ego autem præcepto ac precibus præfati Pontificis vſque ad ipſam ſynodum ſecum remanſi. In qua in audientia omnium qui de diuerſis huius mundi partibus illuc conuenerant, Ioannis Scoti liber de Euchariſtia lectus eſt ac damnatus, ſententia tua expoſita ac damnata: fides ſanctæ Eccleſiæ, quam ego teneo ac tenendam adſtruo, audita, & concordi omnium aſſenſu confirmata. Duo clerici qui legatos tuos ſe eſſe dixerunt, volentes te defendere, in pimo ſtatìm aditu defecerunt & capti ſunt. Ab hac ſententia nunquàm diſceſſit S. Leo in omnibus ſuis Concilijs, ſeu quibus ipſe præſentiam ſuam exhibuit, ſeu quæ per legatos ſuos in diuerſis prouincijs congregari inſtituit. Quæ ſententia nō effugit ſucceſſorem quoquè ſuum felicis memoriæ Papam Victorem. Sed quicquid de hac re ſeu cæteris ipſe ſtatuit, ſtatuíve præcepit: hoc etiam iſte ſua atque omnium Conciliorum ſuorum authoritate firmauit. Deniquè in concilio Turonenſi, cui ipſius interfuêre ac præfuêre legati, data eſt tibi optio defendendi partem tuam. Quam cùm defendendam ſuſcipere non auderes, confeſſus corā omnibus communem Eccleſiæ fidem, iurâſti te ab illa hora ità crediturum, ſicut in Romano Concilio te iurâſſe (poſteà) eſt ſuperiùs compræhenſum. Porrò quid de hac re tempore Nicolai geſtum ſit, breuiter ſuprà reſeraui. Et cætera quidē (inquit paulò antè Lanfrancus) à beatę memorię Nicolao totius Chriſtiani nominis ſummo Pōtifice, & à centum tredecim epiſcopis Romæ audita, examinata atque damnata ſunt. Tu quoquè inclinato corpore, ſed non humiliato corde, ignem accendiſti, libroſque peruerſi dogmatis in medio ſancti Concilij in eum conieciſti: iurans per id, quod rebus omnibus incomparabiliter maius eſt, fidem à patribus, qui præſentes erant, traditam, inuiolabiliter te ſeruaturum, veteremque doctrinam tuam de corpore & ſanguine Domini ab illa die alijs non prædicaturum. Huius propoſiti ſacrilegus violator, contra præfatam ſynodum, cōtra catholicam veritatem, contra omnium Eccleſiarum opinionem ſcriptum poſteà condidiſti.

Ex Lanfrāco.

Romana ſynodus ſub Leone 9. aduerſus Berengarium.

Vercellenſis ſynodus ſub Leone 9. cōtra eundem Berengariū.

Non illius Franciſcani qui pòſt vixit.

Turonenſis ſynodus ſub Victore 2. aduerſùs Berēgarium.

Palinodia prima Berēgarij

Synodus Romana ſub Nicolao 2.

Cōburit Berengarius libros ſuos, & ſuā hæreſim abiurat ſecundò.

Inconſtantia Berengarij.

4. DE Romana ſynodo celebrata ſub Gregorio ſeptimo aduerſùs Berengarium, ità ſcribit Thomas Vualdenſis tomo ſecundo de Sacramentis, capite quadrageſimotertio: Berengarius ſub Leone accuſatus condemnatur: recidiuat: ſub ſucceſſore eius Victore accuſatus condemnatur. Succeſſit Victori Stephanus, Stephano Benedictus, Benedicto Nicolaus, ſub quo Romæ vincitur, condemnatur coram Concilio generali celebrato Romæ in Eccleſia Conſtātiniana. Iterùm deſipit: ſuccedit Nicolao Alexander, Alexādro Gregorius ſeptimus: qui anteà dictus eſt Hildebrandus, qui priùs deuicit eum Turonis cùm fungeretur ibi legatione Papæ Victoris, & iam vltimatè confutauit eum Romæ in Eccleſia Saluatoris, ſicut acta formata declarant eiuſdem concilij: & ea repperi in annoſo libro Decretorum Pontificum ſub Decreto eiuſdem. In quibus ſic ſcriptum: Anno ab incarnatione ſempiterni principij milleſimo ſeptuageſimonono, menſe Februarij, indictione ſecunda, pontificatûs verò domini Gregorij Papæ ſeptimi ſexto anno, ad honorem Dei & ædificationem Eccleſiæ ſanctæ, ſalutem quoquè tam corporum quàm animarum, ex præcepto ſedis Apoſtolicæ conuenerunt finitimi & diuerſarum prouinciarum Archiepiſcopi, Epiſcopi, religioſæque perſonæ, vt ſanctam ſynodum celebrarent: Omnibus igitur in Eccleſia Saluatoris congregatis, habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et paulò pòſt: Deniquè Berengarius huius erroris magiſter, poſt longo tempore dogmatizatam impietatem errâſſe ſe coram Concilio frequenti confeſſus, veniamque poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit. Iurauítque ſicut nunc in ſequentibus continetur: Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacrę orationis & verba noſtri redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram ac propriam & viuificatri-

Ex Thoma Vualdenſi.

Inconſtantia Berengarij.

Synodus Romana ſub Gregorio 7.

Secunda confeſſio Berengarij facta in ſynodo Romana ſub Gregorio 7.

Subſtantialiter conuerti in veram &

vluificatricé carnem.

carnem & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et poſt cõſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de virgine, & quod pro ſalute mundi oblatum in cruce pependit: & quod ſedet ad dexteram Patris: & verum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui de latere eius non tantùm per ſignum & virtutem Sacramenti, ſed etiam in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc breui continetur: & ego legi, & vos intelligitis: ſic credo. Nec contra hanc fidem vlteriùs docebo: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia.

5. CONCILIVM Conſtãtienſe ſeſſione octaua damnauit hunc articulum tertium Ioannis Vuicleff: Chriſtus non eſt in Sacramento altaris identicè & realiter propria præſentia corporali.

Adeſt identicè & realiter propria præſentia corporali.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, canone primo: Si quis negauerit in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramanto contineri verè, realiter & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proindè totum Chriſtum: ſed dixerit tantummodò eſſe in eo vt in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit.

Non adeſt vt in ſigno vel figura aut virtute tantùm.

V.

Quid verò de Tranſubſtantiatione?

A. Hîc duo in primis animaduertenda, eaque apertè profitenda ſunt: alterum, ſacerdotem [a] qui conficiat Euchariſtiam, legitimè ordinatũ eſſe oportere: alterum, tantam ineſſe vim in [b] verbis arcanis & conſecratorijs, quibus idem Sacerdos Chriſti vice panem & vinum in altari conſecrat, vt panis quidem in Corpus, vinum autem in Sanguinem Domini ſubitò [c] tranſmutetur.

B. Verè ſtupenda, ſolaque fide metienda tranſmutatio, quæ omnipotente Chriſti virtute per ea ipſa verba operante fit: nec immeritò à ſancta Catholica Eccleſia [d] Tranſubſtantiatio appellata eſt, quòd panis viniq́ue ſubſtantia in Corpus Sanguinemq́ue Chriſti certò conuertatur.

C. Si enim valuit tantum ſermo Eliæ, vt ignem de cælo deuocaret, non valebit Chriſti ſermo (ſic enim colligit [e] Ambroſius) vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti, [f] *Ipſe dixit, & facta ſunt: Ipſe mandauit, & creata ſunt.* Sermo ergò Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus eſt nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Atquì Chriſti ſermone nihil apertius, dum ait, [g] *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus:* vt nullus omninò relictus ſit locus ſuſpicandi, poſt conſecrationem panem & vinum in Euchariſtia manere.

a Concil. Lateranen. can. 1. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdo. Hieron. ad Heliod. epiſt. 1, cap. 7. & 85. ad Euagrium.

b Iuſtin. apolog. 2. Iren. lib. 5. ca. 2. Amb. lib. 4. de ſacramen. cap. 4. & de his qui myſt. init. c. 9. Aug. ſer. 28. de verb. Domi. Cypr. de cœna Domini. Chryſoſt. homil. 2. in 2. ad Timoth. & de prod. Iudæ. Vide Beſſarionẽ hac de re. & Nyſſ. in Orat. cateche. cap. 37. & Orat. de ſancto baptiſm. Proſper. de conſ. diſt. 2. cap. Nos autem.

c Euſe. Emiſ. hom. 5. de paſch. Cyprian. ſerm. de cœna Dom. Cyril. Hieroſ. Cate. 1. 3. & 4. myſtag: Amb. lib. 5. de Sacram. c. 4. & lib. 4. ca. 4. & 5. Item lib. 4. de fide ca. 5. Chryſoſt. in Matt. homil. 83. & de Encæn. Damaſc. lib. 4. cap. 14. Petrus Cluniac. lib. 1. epiſt. 2.

d Concil. Lateran. can. 1. Triden. ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2. Vide & Rom. ſub Greg. 7. Conſtant. ſeſſ. 8. art. 1. & 2. Item Florent. Concilium. Et Lanfranc.

e Ambr. de ijs qui myſt. initian. cap. 9. Et lib. 4. de Sacram. cap. 4.

f Pſal. 148. a

g Matth. 26. c Marc. 14. c & ibidem Theophylactus atque in 6. cap. Ioannis. Vide etiam Greg. Nyſſen. orat. catechet. cap. 37. & Guitmundum lib. 3.

TESTIMONIA.

1. A. CONCILIVM Lateranenſe magnũ canone primo: Hoc Sacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Sacerdos ritè ordinatus, ſolus hoc Sacramentum conficit.

2. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Si quis conſideret quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijsq́ue inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tũ probè intelliget quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate Spiritusſancti gratia dignata fuerit: operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturq́ue: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutisq́ue noſtræ rationem ſpectant.

Operantibus ſacerdotibus perficiuntur ſacræ Euchariſtiæ myſteria.

3. HIERONYMVS epiſtola prima ad Heliodorum capite ſeptimo: Abſit vt de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore cõficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus.

Presbyteri Chriſti corpus ſacro ore conficiunt.

4. IDEM epiſtola octogeſimaquinta ad Euagrium: Quis patiatur menſarum & viduarum miniſter vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus ſanguiſque conficitur?

Ad preces presbyteri corpus ſanguisq́; Chriſti conficitur.

5. IVSTINVS Apologia ſecunda pro Chriſtianis ad Antoninum Pium: Cibum qui per preces ſermonis, quem ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis carnesq́ue noſtræ communione aluntur, Ieſu Chriſti eius qui homo factus eſt, & carnem & ſanguinem eſſe accepimus &c. vt ſuprà quæſtione quarta, B. teſtimonio quinto.

Euchariſtia verbis Chriſti conſecratur.

6. IRENAEVS libro quinto aduerſus hæreſes, capite ſecundo: Quando & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, &c. vt ſuprà quæſt. prima, B. teſtimonio decimoquinto.

Virtute verborum fit Euchariſtia.

7. AMBROSIVS libro quarto de Sacramẽtis, capite quarto: Cõſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. * Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur: Oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: vbi venitur vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergò ſermo Chriſti hoc conficit Sacramentum. Vide ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio viceſimooctauo.

for. * Nã per

Verbis Chriſti fit conſecratio.

8. IDEM in libro de his qui myſterijs initiantur, capite nono: Quãtis vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit: &c. Et nonnullis

inter-

Digitized by Google

interiectis: Quòd ſi tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipſa conſecratione diuina &c. vt infrà hac eadem quæſtione, C. teſtimonio primo.

Eadẽ ſunt verba S. Ambro. l. 5. de Sacra. ca. 4. quæ habentur c. 2. de Spe, quæſt. 10. teſt. penult.

9. AVGVSTINVS ſermone viceſimooctauo de verbis Domini: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè. Memini ſermonis mei, cùm de Sacramentis tractarem. Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti quod offertur panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergò in oratione Dominica, quæ poſteà ſequitur, ait, Panem noſtrum? Panem quidẽ dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. Non iſte panis qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Ideò ergò Græcè ἐπιούσιον dicitur.

Poſt Chriſti verba prolata, nõ panis, ſed corpus Chriſti appellatur.

10. CYPRIANVS de cœna Domini. Ex quo à Domino dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem &c. vt infrà quæſt. ſeptima, M. teſtimonio primo. Et non ità multò pòſt: Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.

Luc. 22.

Omnipotentia verbi, panis natura mutatur in carnem.

11. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in ſecundam epiſtolam ad Timotheum: Quemadmodùm verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoquè pronunciant; ità & oblatio eadem eſt. Reliqua vide ſuprà quæſtione quarta, D. teſtimonio quarto.

Iiſdẽ verbis nunc conſecrant quibus Chriſtus.

12. IDEM in homilia de proditione Iudæ: Et nunc ille præſtò eſt Chriſtus, qui illam ornauit menſam, ipſe iſtam quoquè conſecrat. Non enim homo eſt, qui propoſita de conſecratione menſæ Domini corpus Chriſti facit & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt, ait, corpus meum: hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox quæ dixit, Creſcite & multiplicamini & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operante natura: ità & vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernum diem, & vſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem.

Chriſtus conſecrat.

Quibus Chriſti verbis cõſecratio fiat.

13. BESSARION Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus in libro de Sacramento Euchariſtiæ, & verbis quibus conſecratio peragitur: Enimuerò nemo eſt, quem lateat, quemadmodùm panis in corpus & ſanguinem Chriſti in inſtanti facta tranſubſtantialitas humanam omnem facultatem excedit, ingensq́; opus eſt & certè diuinum, ità etiam huius Sacramenti efficientia verba inſtàr ipſius Sacramenti, eximiæ cuiuſdam virtutis eſſe debere. Chriſti verò diuinis verbis nihil eſſe potentius, nihil efficacius eſſe poſſe manifeſtum eſt. Quamobrem fateri neceſsè eſt, Dominicis illis verbis, & nullis alijs, diuinum hoc Sacramentum confici poſſe. Nec enim diuiniſſima per diuinam potentiam confici negauerit quiſpiam, nec verbis Chriſti nihil omninò efficacius eſſe, cùm non modò homo, verùm etiam Deus ſit, creatorq́; omnium, qui ſolo nutu cuncta produxit, qui verbo ægros curauit, mortuos ſuſcitauit, cæteraq́; miracula fecit, quæ in Euangelijs recitantur. Prætereà humanæ preces tunc facilimè quod orant conſequuntur, cùm id meritæ ſint, & à benè meritis effundantur. Atquì panis & vini in corpus & ſanguinem tranſmutatio, non petentium meritis, ſed eius potentia qui ex nihilo cuncta produxit, per ſacerdotem, tanquàm per inſtrumentũ quoddam efficitur. Vndè non minùs ab indignis ſacerdotibus atque peruerſis, quàm à bonis ſanctiſque conſecratur. Ex quo manifeſtum eſt, non orantis ſanctitatem, ſed ipſum Dominum proprijs ſuis verbis à ſacerdote prolatis, panem & vinum in proprium corpus transmutare. Nam ſi humanæ preces hoc poſſent, potiùs bonorum virorum preces, etſi non ſacerdotum, quàm prauorum ſacerdotum, hoc diuinum opus efficerent. Atqui indecens eſſet, atque ab humana ſalute alienum, exiſtimare tantum Sacramentum à re dubia dependere: quippe dubium atque ambiguum eſt, an preces & ſupplicationes noſtræ Deo acceptæ ſint futuræ: ex quo fieret, vt & ſalus à nobis virtute huius myſterij expectata, dubia foret. Quod nè accidat, immò ſalus noſtra, quàm dignè participantibus hoc Sacramentum præbet, certa atque indubia ſit, neceſsè eſt Dominicis verbis duntaxàt, & nullis alijs, tantum confici ſacramentum &c. Panis & vini ſubſtãtia in ſua permanet natura, donèc omnia illa, quæcunque ſunt quæ Sacramentum perficiunt, verba dicuntur. Quibus dictis mox conſecratio fit, tranſubſtantialitas perficitur, conſummatur Sacramentum. Præter hæc omnia, cùm hoc immaculatum ſacrificium in ſuî memoriam fieri iuſſerit Dominus. Hoc enim, inquit, facite in meam commemorationem: certè expreſſior eius memoria fit, cùm illius verba ex ſacratiſſimo illo ore prolata repetimus, quàm ſi alia quæcunque referamus. Quod confirmat Apoſtolus Paulus, dum dicit, Domini mortem in hoc ſacrificio annunciari. Quo enim modo annunciari expreſſiùs poteſt, quàm dum corpus & ſanguis eius, proprijs eius verbis quàm quibuſuis alijs, tantum conficitur Sacramentum. Veruntamen concurrere Patrem ac Spiritum ſanctum Filio, in hoc diuino opere tranſubſtantialitatis panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, fas eſt à fidelibus credi. Omnia enim opera in creaturis Trinitati communia ſunt, nihilq́; fit omninò, niſi creante Filio, beneplacito Patris, & Spiritusſancti voluntate. Eſt autem ad hæc neceſſarius, & idoneus, & ſufficiens miniſter. Sufficiens autem eſt, qui poteſtatem per conſecrationem habuit, & ſacerdos factus eſt. Nec enim à quocunque prolata eiuſmodi verba efficere poſſunt quod quæritur: immò verò nihil omninò poſſunt, niſi à ſacerdote proferantur. Eius rei ratio eſt, quòd ità Deo placitum eſt, ità ordinauit, hanc tulit legem. Tranſgreſſori igitur legis & voluntatis eius, dignum paratum eſt meritum, nè quid facere poſſit. Oportet enim ſacerdotem cum debita intentione ad ea quæ Dominus mandauit, accedere. Siquidem mandauit nobis, vt in eius commemorationem hæc ageremus, vt ſciamus corpus eius & ſanguinem (inſtrumentaliter ipſi facientes cùm hæc operamur) mortem eius annunciare. Si quis enim vel verba Domini, vel alia quælibet, quibus exiſtimet huiuſmodi Sacramentum cõfici, pronunciet, non ad ea quæ dicta ſunt intendens, ſeq́; id agere, quod ille iuſſit, arbitretur, nihil omninò agit: ſed ſuo fruſtratus deſiderio, fallitur. Materiam prætereà ad hæc aptam & conuenientem eſſe neceſsè eſt: oportet enim panem ex frumento, vinum ex vite fieri. Quòd ſi aliter ſacerdos, etiam cum debita intentione, vel ipſa verba Domini, & alia quæcunque pronunciet, vanus eſt omnis labor: nec enim vnquàm ex hordeo milióve, aut alio ſeminum genere panis factus, neq́; ſicera aut lac aut mel, in corpus & ſanguinem Domini trãſmutaretur. Hoc canones Apoſtolorum, hoc poſteriores Doctores affirmant. Quamobrem hoc? Quoniam ille opifex rerum ità voluit, ità conſtituit: trãſgredi autem, & vitare quicquam eorum, quæ ille ordinauit, nefas eſt. Hęc ergò ad ſacri myſterij conſummationem neceſſaria prorſùs ſunt, & ſine quibus nihil omninò fieri poteſt. Vide alia multa copioſiùs ibidèm.

Quòd ſolis verbis Chriſti fiat conſecratio, multis argumentis probat.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Nonum.

1. Cor. 11.

Vndecimum.

14. GREGORIVS Nyſſenus in oratione catechetica quæ dicitur Magna, capite trigeſimoſeptimo: Hic panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per verbum Dei & orationem, non per cibum & po-

1. Tim. 4.

Non fit Chriſti corpus ſumptiõe noſtra, ſed virtute verborũ Chriſti. Matth. 26.

& potum procedens ad corpus Verbi, (*id eſt, non quia comeditur eo progrediens, vt Verbi corpus euadat. Sic enim in Panoplia Enthymij titulo 21. vertit Franciſcus Zinus*) ſed à verbo, quemadmodùm dictum eſt, traſmutatus, nempe, Hoc eſt corpus meum. &c. infrà hac eadem quæſtione, C. teſtimonio octauo.

Panis & vinũ per benedictionem fiũt corpus & ſanguis Chriſti.

15. IDEM in oratione de ſancto Baptiſmate: Panis initio eſt panis communis, ſed vbi eum myſterium ſacrificauerit, corpus Chriſti & dicitur & eſt, eodem modo vinum: cùm ſint res exigui precij ante benedictionem, poſt ſanctificationem, quæ à ſpiritu procedit, vtrunq; eorum excellenter operatur.

Honoramus carnẽ & ſanguinem.

Ante conſecrationẽ panis eſt, benedictio verò facit vt ſit caro Chriſti.

16. PROSPER, ſiue Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi, vt citat Gratianus de conſecratione diſtinctione ſecunda: Nos autem in ſpecie panis & vini quam videmus, res inuiſibiles, id eſt, carnem & ſanguinem honoramus: nec ſimiliter compræhendimus has duas ſpecies quemadmodùm ante conſecrationem compræhendebamus: cùm fideliter fateamur, ante cõſecrationem panem eſſe & vinum quod natura formauit, poſt conſecrationem verò carnem Chriſti & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit.

17. EVSEBIVS Emiſenus homilia quinta de Paſchate: Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris, & ſideribus illaturus, neceſſarium erat vt nobis in hac die ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret: vt coleretur iugiter per myſteriũ, quod ſemel offerebatur in preciũ: vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet etiam redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Verè vnica & perfecta hoſtia, fide æſtimanda, non ſpecie: nec exteriori cẽſenda viſu, ſed interiori affectu. Vndè meritò cæleſtis confirmat authoritas: Quia caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Recedat ergò omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos, viſibiles creaturas in ſubſtãtiam corporis & ſanguinis ſui, verbo ſuo ſecreta poteſtate cõuertit, ità dicẽs: Accipite & edite: hoc eſt enim corpus meum: & ſanctificatione repetita, Accipite & bibite: hic eſt ſanguis meus. Ergò ſicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cælorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum, pari potẽtia in ſpiritualibus Sacramentis verbo præbetur virtus, & rei ſeruit effectus. Quanta itaque & quàm celebranda beneficia vis diuinæ Benedictionis operetur, attende: & vt tibi nouum & impoſſibile non debeat videri, quòd in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia commutantur, teipſum, qui iam in Chriſto es regeneratus, interroga.

Ioan. 6. Recedat omne infidelitatis ambiguum. Conuertit in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui. Matth. 26.

Vis diuinę benedictionis.

In Chriſti ſubſtantiam cõmutantur.

18. CYPRIANVS in ſermone de cœna Domini: Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus: ideoq; ex conſueto rerum effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus Sacramentis ineſſe vitæ æternæ effectũ, & non tam corporali, quàm ſpiritali tranſitione Chriſto nos vniri. Et paulò pòſt: Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, nõ effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas: ità Sacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia.

Panis in carnẽ & ſanguinem mutatus.

Viſibilibus Sacramentis ineſt vitæ æternæ effectus. Panis non effigie, ſed natura mutatus, factus eſt caro.

19. CYRILLVS Hieroſolymitanus catecheſi myſtagogica prima: Panis & vinum Euchariſtiæ, ante ſacram inuocationem adorandæ Trinitatis, panis erat & vinum merum: peracta verò inuocatione, panis quidem fit corpus Chriſti: vinum autem ſanguis Chriſti.

Panis fit corpus Chriſti, & vinum fit ſanguis.

20. ET catecheſi myſtagogica tertia: Panis Euchariſtiæ poſt Sancti ſpiritus inuocationem, non amplius eſt panis cõmunis, ſed eſt corpus Chriſti.

Non eſt amplius panis.

21. IDEM catecheſi myſtagogica quarta: Aquã aliquando mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, in Cana Galilææ, ſola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quòd vinũ in ſanguinem transmutaſſet? &c. vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio primo.

Vt aquam in vinum mutauit, ità & vinum in ſanguinem trãſmutat.

22. AMBROSIVS libro quinto de Sacramentis, capite quarto: Dixi vobis quòd ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur.

Poſt cõſecrationem non eſt amplius panis.

23. IDEM libro quarto de Sacramentis, capite quarto: Vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Et pòſt pauca: Si tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erant, quanto magis operatorius eſt vt ſint quæ erant, & in aliud commutentur? &c. vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio viceſimooctauo.

Per conſecrationem de pane fit caro Chriſti.

24. ET capite quinto: Vis ſcire quia verbis cęleſtibus &c. vt quæſtione quarta, A. teſtimonio viceſimonono.

25. IDEM Ambroſius libro quarto de fide ad Gratianum Auguſtum, capite quinto: Nos autem quotieſcunquè ſacramenta ſumimus, quæ per ſacræ orationis myſterium in carnem transfigurantur & ſanguinem, mortem Domini annunciamus.

Sacramenta transfigurantur in carnẽ & ſanguinẽ.

26. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimatertia in Matthæum, & homilia ſexageſima ad populum Antiochenum: Non ſunt humanæ virtutis hæc opera, quæ tunc in illa cœna cõfecit: ipſe nunc quoquè operatur, ipſe perficit: miniſtrorum nos ordinem tenemus: qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt. Latiùs ſuprà quæſtione prima, B. teſtimonio quarto.

Non humanæ virtutis opera.

Chriſtus eſt qui tranſmutat.

27. IDEM in ſermone de Euchariſtia in encænijs: Num vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit. Nè ſic cogites. Quemadmodùm enim ſi cera igni adhibita, illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit: ſic & hìc puta myſteria conſumi corporis ſubſtãntia.

Myſteria cõſumũtur corporis ſubſtãtia.

28. IOANNES Damaſcenus libro quarto de Orthodoxa fide, capite decimoquarto, vt ſuprà quæſtione ſecunda, B. teſtimonio ſeptimo. vbi hos habet loquendi modos: Ex pane & vino Chriſtus efficit corpus. Fecit hæc corpus & ſanguinem ſuum. Panis & vinum immutantur in corpus & ſanguinem Dei. Panis vinumq; & aqua per inuocationem & aduentum Spiritus ſancti mirabili modo in corpus & ſanguinem Chriſti vertuntur, nec duo, ſed vnum & idem ſunt.

Transmutantur in corpus & ſanguinem Domini.

29. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda: Videant quàm ſit ſtulta incredulitas, quàm cæca dubitatio; vel non credere, vel dubitare panem in Chriſti carnem, vinum mutari in eius ſanguinem, virtute diuina, cùm per eandem multa ſæpè commutentur in aliud, in rerum natura. Nónne coralius lapis de igne fit lapis, cùm diuerſa ſit ſubſtantia ignis & lapidis? Nónne reguli puluere, æs in aurum mutatur: quæ duo licèt in metalli nomine conueniant, in natura tamen valdè diſparia ſunt? Nónne phœnix quingentorũ annorum (vt dicitur) auis, inter aromata ſuccenſa moriens, de ſolo puluere reuiuiſcit, cùm alia pulueris, alia iam ſit ſubſtantia auis? Et nè fortè iſta inuſitata vel incognita ſibi eſſe cauſetur, attẽdat vſitatiſſima & quotidiana: & ſic, etiam ſi negligenter attenderit, dubitare ceſſabit. Et vt meliùs ſuis manibus quàm alienis operibus acquieſcat, de fœno vel filice notiſſima arte diuerſiſſimæ naturæ vitrum conficiat: ſicq; (vt ſic dicam) nõ diuina, ſed ſua miracula admiretur. Cernat liquidiſſimum & fluidum aquæ elementum, brumali apud nos, omni autem tempore apud Noricos & Scythas, in glacialem teſtam tena-

Panis ac vini in Chriſti carnem & ſanguinẽ tranſmutatio, varijs exemplis rerum naturalium oſtẽditur.

Reguli puluis ęs in aurũ conuertit.

Phœnix è ſuo puluere reuiuiſcit.

Digitized by Google

tenaciſſimè congelari; in Alpibus etiam & multis terrarum partibus vſq; adeò obdurari, vt de aqua lapis fiat, & cryſtallus dicatur, quę eſt glacies multos durata per annos. Cõſideret de eodem cryſtallo vel vaſe vitreo & perſpicuo, aqua repleto, cùm ſolis radio opponitur, contra complexiones elementorum, ignem exire: cùm cryſtallus frigidus & ſiccus, aqua (quod plus eſt) frigida & humida, ignis calidus & ſiccus eſſe probetur. Intueatur ipſum ſimul orbem terrarum, qualiter de hoc informi & infimo terræ elemento, tam diuerſa in ſubſtãtijs, varia in qualitatibus, in coloribus multiformia, in virtutibus multiplicia, iuſſu cõditoris aſſiduè procreentur: quę ſi per ſingula conſiderentur, victus rerum infinitate antè conſiderator quàm conſideranda deficient. Sed quid ad cõprobandam veritatẽ de pane mutatæ carnis, & de vino mutati ſanguinis Chriſti exemplis immoror: cùm quotidiè ipſum, de quo agitur, panem in humanam carnem conuerti, vinum in humanũ ſanguinem videam; itaq; hoc manifeſtũ ſit, vt ad hoc aſſerendum non fidem conſulere, ſed oculos aperire neceſſe ſit? Teſtis eſt mundus, teſtis eſt omnis homo: maximè cùm ſine hac mutatione panis in carnem, & vini in ſanguinem, nec vnus poſſit ſubſiſtere homo. Sunt quidẽ multi qui abſque pane, ſunt item plures qui abſq; vino vitam mortalem tranſigunt; ſed lõgè pauciores illis, qui ſemper pane, interdũ verò & vino vtuntur. Idcircò propter maiorem partẽ totum ſignificare volui, cùm dixi abſq; mutatione panis in carnẽ, & vini in ſanguinem, nec vnũ poſſe ſubſiſtere hominem. Re enim vera maior pars humani generis pane principaliter viuit, vino ſolẽniùs vtitur: quod & omnes homines facerent, niſi quibuſdã in regionibus frigidis vites, in frigidioribus fruges, terrarum ſterilitas ademiſſet. Hoc tamen certũ eſt, omnes homines, niſi infra annos ſint, aut valitudine teneãtur; aut vti, aut poſſe vti pane & vino. Sed qui infra annos ſunt, aut valitudine detinentur, non poſſunt quidem per imbecillitatẽ, ſed poſſunt tamen per naturam. Hoc igitur aut illo modo, pane & vino vtitur omnis homo. Vndè in omni homine natura operatur: quod de ſolo Chriſto homine, aut ſcrupuloſi dubitant, aut infideles non credunt. In omni planè homine per digeſtionem congruam natura operatur: quod de Chriſto ſolo homine per conſecrationem diuinã fieri dubitatur. Operatur ſanè natura per digeſtionẽ in corpore humano, vt panis in carnem, vinum conuertatur in ſanguinem, dum (ſicut ſciunt hi qui vel leuiter rerum humanarum ſcientiam attigerunt) defęcatiorem, ac puriorem ſuſcepti cibi vel potus partem à fęculenta ſegregans, ſingulis corporis membris, ad nutriendã, confouendam, adaugendã, carnis & ſanguinis ſubſtantiam, impertit; ignobiliorem, nec corpori neceſſariam partem, per egeſtionem ordinatam reſpuit. Fit igitur hoc modo, omnibus notiſſimo, de pane caro, de vino ſanguis: & hoc non in vno homine, ſed in omni homine; nec in vno tempore, ſed in omni tempore. Quare ergò non creditur, quare dubitatur, Deũ hoc poſſe per virtutẽ, quod poteſt natura per digeſtionem? An potuit illud Deus dare humanæ origini, & non potuit reſtaurationi? An potuit illud conſtituere creãs hominem, & non potuit hoc facere redimens hominem? An debuit illud fieri, cùm homo à Deo plaſmatus eſt; & nõ debuit, cùm homo à Deo ſuſceptus eſt? Ceſſet ergò infidelitas, ſanetur dubietas: quia omnipotens verbũ Dei, per quod omnia facta ſunt, ſicut quotidiè facit, vt per comeſtionẽ & digeſtionem humanã, panis in carnẽ, & vinum vertatur in ſanguinem multorũ filiorum hominum: ſic quotidiè facit, vt per conſecrationem & virtutem diuinã, panis & vinum commutetur in carnem & ſanguinem ſuum, hoc eſt, vnius filij Dei & hominis, nõ multorum filiorũ hominum. Qui enim dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt; qua potẽtia facit hoc vniuerſaliter in alijs, eadem potentia facit hoc ſingulariter in ſeipſo; vt mutatio ſubſtantiarum, quæ hominibus ſolebat conferre mortalem vitam, nunc eiſdem hominibus, ſed fidelibus, conferat ſempiternam. Sed quid mirãtur homines Deũ facere aliquid de aliquo, cùm in principio creauerit cuncta de nihilo? Nam longè maius eſt (vt dicunt ſancti patres Eccleſiæ) non ſubſiſtentia creare, quàm ex ſubſiſtentibus alia & alia formare. Sed fortè aliquis ecõtrà: Non poteſt quidem negari res in res multis modis conuerti: ſed in his quando ſubſtantiæ in ſubſtãtias mutantur, ſpecies quoquè pariter conuertuntur. In hoc autem ſacramento, etiamſi ſubſtãtia mutetur, forma tamen nõ mutatur. Et poſſem quidem dicere, faſtidioſiſſimè iſta requiri, cùm totã omnipotentiam ſibi vendicare velit impotentiſſimus homo, & totam ſapientiã inſipientiſſimus homo: maximè cùm certa ratio ſit, & penè omnibus manifeſta, cur mutata ſubſtantia, non mutetur pariter & forma. Sed quia neceſſe eſt, talia cuncta pati, vt hominibus tertij cæli arcana rimantibus ſatisfiat, dentur & indè exempla: vt ſicut oſtenſum eſt mutari in rerum natura ſpecies cum ſubſtantia, ſic etiam oſtendatur mutari aliquando ſubſtantias non mutata priſtina forma. Et nè ſit neceſſe ad inquirenda peregrina exempla qualeſcunque vires animi fatigare, de quibuſdã ſuprà ſcriptis, & ad præcedentia probanda prolatis, exempla trahantur: Ex quibus inuiſibilium fides, rerum viſibiliũ exemplis, vera eſſe, vt creditur, ipſis corporis ſenſibus demonſtretur. Conſule ergò ipſos carnales oculos tuos, quicunque carnem Chriſti ſub ſacramento panis, quicunque ſanguinem Chriſti ſub ſacramento vini latentem miraris, & non mutata panis ac vini ſpecie ipſarum rerum mutatam in aliud naturam ſtupeſcis: conſule, inquam, oculos tuos, & licèt indignum ſit, eorum iudicio iuxta ipſa viſibilia veritati inuiſibilium acquieſce. Aſpice aquam in glaciem commutatam, glaciem in cryſtallum alteratam; & cernes in his apertè ſubſtantias permutari, formas ſubſtantiarum ſeu ſpecies reſeruari.

Cryſtallus ex aqua efficitur.

Naturę vi panis in carnẽ hominis cõuertitur.

Ioan. 1.

Pſal. 148.

Maius eſt opus res è nihilo creare, quàm ex rebus ſubſiſtẽtibus aliud producere.

Subſtantiam rei mutari priſtina manẽte ſpecie, exẽplis poſſe commonſtrari.

1. B. CONCILIVM Lateranẽſe magnum canone vel capite primo: Ieſu Chriſti corpus & ſanguis in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, &c.

Tranſubſtantiationis nomen.

2. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite quarto: Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter corpus ſuum, id quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit, ideò perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idq; nunc denuò ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtãtiam ſanguinis eius: quæ conuerſio conueniẽter & propriè à ſancta Catholica Eccleſia Tranſubſtantiatio eſt appellata.

Cõuerſio totius ſubſtãtiæ panis & vini.

Tranſubſtantiationis nomen conueniens eſt.

3. ITEM canone ſecundo: Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis & vini vnà cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti: negaueritq; mirabilem illam & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxàt ſpeciebus panis & vini: quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia aptiſſimè tranſubſtantiationem appellat, anathema ſit.

Cõuerſio mirabilis totius ſubſtantiæ panis & vini.

Aptiſſimum tranſubſtantiationis nomen.

4. CONCILIVM Romanum ſub Gregorio ſeptimo in confeſſione Berengarij, vt ſuprà quæſtione quarta, E. teſtimonio quarto. vbi hac verborum forma vtitur: Panis & vinum ſubſtantialiter conuertuntur in veram & propriam ac viui-

Subſtantialiter conuertuntur.

viuificatricem carnem & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Subſtantia panis non manet.

5. CONCILIVM Conſtantiēſe ſeſſione octaua damnat hunc articulū Ioannis Vuicleff: 1. Subſtantia panis materialis & vini materialis manent in Sacramento altaris. Item hunc: 2. Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem Sacramento.

Subſtātia panis & vini conuertuntur.

6. CONCILIVM Florentinum: Sacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc conficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur.

In ſubſtantiā carnis & ſanguinis commutari.

Conuerti in eſſentiā Dominici corporis.

7. LANFRANCVS in libro de Sacramento Euchariſtiæ: Confitetur Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, panem & vinum ad ſacrandum proponi in altari: ſed inter ſacrandum incomprænhenſibiliter & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis & ſanguinis commutari. Et rursùs in eodem libro: Credimus igitur terrenas ſubſtantias quæ in menſa Dominica per ſacerdotale miniſterium diuinitùs ſanctificātur, ineffabiliter, incomprænhenſibiliter, mirabiliter operante ſuperna potentia, conuerti in eſſentiam Dominici corporis, reſeruatis ipſarum rerum ſpeciebus, & quibuſdam alijs qualitatibus, nè percipientes cruda & cruenta horrerent, & vt credentes fidei præmia ampliora perciperent: ipſo tamen Dominico corpore exiſtente in cæleſtibus ad dexteram Patris immortali, inuiolato, integro, incontaminato, illæſo, vt verè dici poſſit & ipſum corpus quod de virgine ſumptum eſt, nos ſumere, & tamen non ipſum: Ipſum quidem, quantùm ad eſſentiam, veræq; naturæ proprietatem, atque virtutem: non ipſum autem, ſi ſpectes panis viníque ſpeciem, cæteráque ſuperiùs comprænhenſa. Hanc fidem tenuit à priſcis temporibus, & nunc tenet Eccleſia, quæ per totum diffuſa orbem, Catholica nominatur.

Fides Eccleſiæ catholicę.

Euchariſtia præfertur mannæ.

1. C. AMBROSIVS in libro de ijs qui myſterijs initiantur, capite nono: Conſidera nunc, vtrùm præſtantior ſit panis angelorum, an caro Chriſti, quæ vtiquè corpus eſt vitæ. Manna illud è cælo, hoc ſupra cælum: illud cæli, hoc Domini cælorum: illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione: Quod quicunque religioſè guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto: Illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit, & ſitit: tu cùm biberis, ſitire non poteris. Et illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris, vmbra eſt: quantum iſtud eſt, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra eſt, quæ apud Patres facta eſt. Bibebant, inquit, de conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figuram facta ſunt noſtri. Cognouiſti præſtantiora? potior eſt enim lux, quàm vmbra: veritas, quàm figura: corpus authoris, quàm manna de cælo. Fortè dicas: Aliud video, quomodò tu mihi aſſeris, quòd Chriſti corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio cōſecrauit: maioremq; vim eſſe benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur? Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens. Rursùs apprænhendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam & ſerpentis & virgæ? Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu, ſubitò de fontium venis ſanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuijs. Rursùs ad prophetæ preces cruor ceſſauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circunclusus vndiquè erat populus Hebræorum, hinc Aegyptijs vallatus, indè mari clauſus. Virgā leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua, & in murorum ſpeciem congelauit, atque inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis retrorsùm conuerſus, cōtra naturam in ſui fontis conuertitur exordium. Nónne claret, naturam vel maritimorum fluctuum, vel fluuialis fluctus eſſe mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyſes petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturam operata eſt gratia, vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amariſſimus erat, vt ſitiens populus bibere non poſſet. Miſit Moyſes lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit, quam infuſa ſubitò gratia temperauit. Sub Heliſæo propheta vni ex filijs Prophetarum excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt. Rogauit Hæliſæum qui amiſerat ferrum, miſit etiam Heliſæus lignum in aquam, & ferrum natauit: vtiquè & hoc præter naturam factum eſſe cognoſcimus. Grauior eſt enim ferri ſpecies, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris eſſe virtutis gratiam, quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quòd ſi tantum valuit humana benedictio vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipſa conſecratione diuina, vbi verba ipſa Domini Saluatoris operantur? Nam Sacramentum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quòd ſi tantum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret: non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo ergò Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus eſt nouas rebus dare, quàm mutare, naturas. Sed quoàd argumentis vtimur? Suis vtamur exemplis, incarnationiſque exemplo adſtruamus myſterij veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſſit, cùm Ieſus Dominus ex Maria naſceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare conſueuit. Liquet igitur quòd præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc quod conficimus corpus, ex virgine eſt. Quid hîc quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cùm præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex virgine? Vera vtiquè caro Chriſti, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt: verè ergò carnis illius Sacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus: Hoc eſt corpus meum. Ante benedictionem verborum cęleſtium alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum. Ante conſecrationem aliud dicitur eſſe, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amen: hoc eſt, verum eſt. Quod os loquitur, mens interna fateatur: quod ſermo ſonat, affectus ſentiat.

1. Cor. 10.

Potior veritas quàm figura.

Exēplis probat naturarū mutationem. Exod. 7.

Exod. 14.

Ioſue 3.

Num. 20.

Exod. 15.

4. Reg. 6.

Benedictione diuina hoc Sacramentū conficitur.

Species ſine naturæ elementorum mutantur.

Pſal. 148.

Corpus quod cōficimus, ex virgine eſt.

Ante benedictionē nominatur alia ſpecies, panis ſcilicet, & vini: poſt conſecrationem corpus & ſanguis appellatur.

2. IDEM libro quarto de Sacramentis, capite quarto, vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio viceſimoquarto.

3. PSALMO centeſimo quadrageſimooctauo, vt in textu, A. quæſtionis quartæ.

4. MATTHAEI viceſimoſexto, ibidèm B. teſtimonio tertio.

5. MARCI decimoquarto, ibidèm teſtimonio ſecundo.

6. THEOPHYLACTVS in decimumquartum Marci, 7. ET in ſextum caput Ioannis, vt ſuprà quæſtione ſecunda, B. teſtimonio primo & tertio.

8. GREGORIVS Nyſſenus in oratione Catechetica quæ dicitur Magna, capite trigeſimoſeptimo: Quærebatur quemadmodùm quod eſt in illo corpus Chriſti, viuificat omnem hominum naturam, in quibus eſt fides, omnibus diſtributum, &

& ipſum minimè diminutum. Fortaſsè ergò non procùl abſumus à probabili ratione. Nam ſi cuiuslibet hominis ſubſtantia ſeu conſiſtentia eſt ex alimento: id autem eſt cibus & potus, eſt autem in cibo panis: in potu autem aqua vino condita. Dei autem verbum, ſicut priùs eſt definitum, quod eſt Deus & verbum, humana eſt natura contemperatum, & cùm eſſet in noſtro corpore, non aliquam aliam humanæ naturæ innouauit conſtitutionem: ſed per ea quæ ſunt conſueta & congruentia, ſuo corpori dedit permanſionem, cibo & potu continens ſubſtantiam. Cibus autem erat panis. Quomodò ergò in nobis, ſicut iam ſæpè dictum eſt, qui panem videt, humanum corpus videt quodammodò, quòd cùm ille in eo fuerit, hoc fit: ità illic quoquè quod Deum ſuſcepit corpus, cùm panis alimentum accepiſſet, quadam ratione idem erat quod ille, alimento, vt dictum eſt, tranſeunte in naturam corporis. Nam quod eſt omnium proprium, id quoquè pro certo & conſtanti eſt in illa carne, nempe quòd illud quoquè corpus pane continebatur. Corpus autem, Dei verbi inhabitatione ad diuinam tráſmutatum eſt dignitatem. Rectè ergò nunc quoquè Dei verbo ſanctificatum panem in Dei verbi corpus credo transmutari. Etenim panis erat poteſtate illud corpus. Fuit autem ſanctificatus habitatione verbi, quod tanquàm in tabernaculo habitauit in carne. Igitur vndè in illo corpore transmutatus panis, tranſit in diuinam virtutem, per idem nunc fit ſimiliter. Nam & illic verbi gratia ſanctùm fecit corpus, cui ex pane erat ſubſtantia & quodammodò ipſum quoquè erat panis: & hic ſimiliter panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per verbum Dei & orationem, non per cibum & potum procedens ad corpus verbi, ſed à verbo, quemadmodùm dictum eſt, tráſmutatus, nempe, Hoc eſt corpus meum. Cùm autem omnis caro alatur etiam per humorem, neque enim, niſi cum eo coniungatur, id quod eſt in nobis terreſtrę in vita permanſerit. Quomodò autem per durum & ſolidum alimentum ſoliditatem corporis fulcimus ac ſtabilimus: eodem modo etiam humori adiungimus acceſſionem ex natura eiuſdem generis. Qui quidem cùm fuerit in nobis, per alterandi facultatem fit ſanguis, & maximè ſi per vinum acceperit virtutem transmutandi in calidum. Quoniam ergò hanc quoquè partem accepit caro illa Dei ſuſceptrix ad Dei conſtitutionem: manifeſtatum autem verbum propterea ſe admiſcuit interitui obnoxiæ hominum naturæ, vt communione diuinitatis ſimul etiam deificetur humanitas: ea de cauſa per ſuæ gratiæ diſpenſationem ſe per carné inſerit omnibus credentibus, commiſtus & contemperatus corporibus credentium, quibus ſubſtantia eſt ex pane & vino, vt vnione cum eo quod eſt immortale, ſit etiam homo particeps incorruptionis. Hæc autem dat virtute benedictionis, in illud tranſelementata eorum quæ apparent natura.

Dei verbo panis ſanctificatus in Chriſti corpus transmutatur.

1.Tim.4.

Non quia comeditur, ſed per verbum Chriſti corpus fit.

Immortalitatis efficimur participes ex coniunctione carnis Chriſti.

Virtute Benedictionis panis & vini natura tranſelementatur.

9. GVITMVNDVS archiepiſcopus Auerſanus libro tertio de Sacramento Euchariſtiæ aduerſùs Berengarium, cùm refutâſſet eorum ſententiam, qui negant veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, ſic ait: Hæc interim contra vmbraticos dicta ſint. Nunc contra illos habenda eſt ratio, qui Eccleſiæ rationibus expugnati, iam quidem negare nequeunt ſubſtantiam corporis Chriſti cibo ineſſe Dominico: panem tamen & vinum per verba Saluatoris, in carnem eius & ſanguinem verti nequaquàm credentes, ſed Chriſtum pani & vino commiſcentes, tanquàm ſubtiliori ratione hæreſim alteram condiderunt. Quos quidem alios dico, quaſi alio errore detentos: Nam aliàs idem ſunt. Nam primùm quidem, apud quos poſſunt, quantumcunque poſſunt, nihil de corpore & ſanguine Domini ſubſtantialiter ſacramentis ineſſe contendunt: Sed indè (vt diximus) pulſi, confugere malunt ad hanc impietatem, quàm ſynceram tenere cum alijs hominibus humiliter veritatem. Et eorum rationibus confutatis, Quapropter, inquit, cùm & iſtæ cauſæ nihil valeant, nec alias ipſi afferant: quæ inſania eſt, vt Chriſtum, vt ità dixerim, ſua authoritate impanent & inuinent? Et quidem Chriſtum incarnari humanæ redemptionis ratio expoſcebat, quod futurum Prophetæ prædixerũt, factum Chriſtus oſtendit, Apoſtoli prædicauerunt, mundus credidit. At impanari vel inuinari Chriſtum nulla (ſicut oſtendimus) expetit ratio, nec Prophetæ prædixerunt, nec Chriſtus oſtendit, nec Apoſtoli prędicauerunt, nec mundus, exceptis his pauciſſimis hæreticis, credidit. Vndè igitur eos malus error iſte perſuaſit? Totus mundus concinit: Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ità Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Nemo dicere audet: ità Deus & homo, & panis & vinum, vnus eſt Chriſtus. Vndè igitur iſtis hæc noua companatio? Deindè productis Patrum teſtimonijs de conuerſione panis in corpus, & vini in ſanguinem, ità ſubijcit: Hos impanatores ſuos ipſe Dominus Ieſus verbo oris ſui interficit, cùm accipiens panem, gratiáſque agens ac benedicens, ait: Hoc eſt corpus meum. Non ait, In hoc latet corpus meum: Nec dixit, In hoc vino eſt ſanguis meus: ſed dixit, Hic eſt ſanguis meus &c. Equidem ego de hac impanatione mecum etiã atque etiam retractans, nõ ſatis verbis exprimere poſſum, quantùm ſuper iſtorum ſtultiſſima audacia, & inſaniſſima præſumptione admiror pariter & indignor. Nam contra diuinas authoritates humana ratione incedere, id quidem inſanum: ſine ratione autem, id longè inſanius. At verò & ſine ratione, & contra rationem aduersùs Deum ſemper latrare, id prorsùs ſuprà quàm dici poſſit, inſaniſſimum. Iſti enim nequiores nequiſſimis, fratres ſuos vmbraticos præ ſe iuſtificauerunt. Illi quippe iudicium ſenſuum tranſcendere non valentes, tanquàm ex infirmitate erráſſe videri poſſunt. Hi verò neque ex ſenſibus, neque ex vlla ratione, neque ſcriptura aliqua cauſas erroris ſui mutuãtes, ſola penitùs ſuperbia veſanire videntur, dũ reclamante natura, quam tantoperè defenſitare ſolent (quomodò enim in ſolido corpore panis, alterum corpus latére poſſit, videri non poteſt) reclamante, inquam, natura, reclamantibus ſcripturis ſacris, nullo ſanctorum Patrum teſtimonio, nullo diuino oraculo, nullo miraculo fulti, munitam vndiquè Catholicam pietatem, beſtialiter obſtinati, ob hoc tantùm oppugnare videntur, nè ab ea victi eſſe videantur.

vmbratici.

Contra eos qui veritaté Dominici corporis in Euchariſtia admittũt: ſed Tranſubſtantiationé negant.

Impanari vel inuinari Chriſtum, quàm abſurdum ſit.

Companatio

Impanatores verbis Chriſti confutantur.

Stupiditas negantium Tranſubſtantiationem, & tamen ipſam Chriſti præſentiam in Sacramento profitentiũ.

VI.

Eſt'ne venerandum nobis, adorandumque Sacramentum?

A. Eſt [a] maximè, ſic poſtulante à nobis officio Religionis, vt quem adeſſe in Euchariſtia credimus, cultu quoquè debito proſequamur, creaturę Creatorem, ſerui Dominũ atque Redemptorem Optimum Maximum.

a Auguſt. in Pſal. 98. Amb. lib 3. de ſpiritu ſancto, c. 12. Matth. 4. b Apoc. 14. b 19. b 22. b Triden. ſeſſ. 13. cap. 5. & can. 6. Petrus Clunia. lib. 1. epiſt. 2.

B. De quo ſcriptura [b] ipſa pronunciat: *Adorent eum omnes Angeli Dei.*

b Heb. 1. b Pſal. 96. b

℣. Et

Digitized by Google

c Pſal.71.b

d Pſal.21.f Vide ibidèm Euthy. Euſeb. in cathena, Auguſt. expoſit. prima, & epiſt.120.ad Honoratū. cap.24.& 27.

e Matth.2.b Chryſoſt. hom.24. in 1.ad Corinth. & homil.8 in Matth. Ioan.9.g Matth.14.d 9.c & 28.d Luc.24.g

f Rom.6 b Pſal.94.a

g Chryſoſt.hom.61.ad pop. homil.3.in epiſt. ad Epheſ. Item lib.6.de ſacerd. hom.1.de verbis Eſaiæ. hom.3 & 4.contra Anomœnos. Nilus epiſt.ad Anaſtaſ. Amb.orat.1.præparat.ad Miſſam. Nazian.orat.11.in Gorgoniā. Greg.4.dialog. c.58. Orig. homil.5.in diuerſos Euang. locos.

Et rurſùs,[c] *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes ſeruient ei.* Tum alibì diuinus Propheta, cùm hoc ſacramentum, eiuſque magnitudinē contemplatur, non ſat habet dicere,[d] *Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum:* ſed hoc etiam addit, *Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.* Item: *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ.*

C. Laudantur ſanè [e] Magi, ſimileſque nonnulli apud Euangeliſtas, quòd Chriſto adhuc in carne mortali honores diuinos exhibuerint, coram eo procidentes, eumque adorantes. Atquì nobis idem nūc eſt Chriſtus in Euchariſtia: non [f] mortalis, ſed immortalis, omni gloria & virtute prorsùs admirabilis. Quam nos fidem religioſo corporis animique cultu iure teſtamur, dum Chriſtianæ humilitatis, & debitæ gratitudinis officium coram tremenda illa, ſemperque reuerenda Dei Maieſtate [g] venerabundi ac ſupplices exhibemus.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS in pſalmum nonageſimumoctauum, in ea verba: Et adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Quid habemus adorare? Scabellum pedum eius. Suppedaneum dicitur ſcabellum. Quod dicunt Græci ὑποπόδιον, dixerunt Latini ſcabellum: & alij dixerunt ſuppedaneum. Sed videte fratres quid nos iubeat adorare. Alio loco ſcriptura dicit: Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. (Eſa.66.) Ergò terram nos iubet adorare, quia dixit alio loco quòd ſit ſcabellum pedum Dei? Et quomodò adorabimus terram, cùm dicat apertè ſcriptura, Dominum Deum tuum adorabis: (Matth.4. Deut.6.) & hîc dicit, Adorate ſcabellum pedum eius? Exponens autem mihi quid ſit ſcabellum pedum eius, dicit: Terra autem ſcabellum pedum meorum. Anceps factus ſum: timeo adorare terram, nè damnet me qui fecit cælum & terram. Rurſum timeo non adorare ſcabellum pedum Domini mei, quia pſalmus mihi dicit: Adorate ſcabellum pedum eius. Quæro quid ſit ſcabellum pedū eius, & dicit mihi ſcriptura, Terra ſcabellum pedum meorum. (Quomodò adoretur ſcabellū pedum Dei.) Fluctuans conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hîc, & inuenio quomodò ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnē accepit. Et quia in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, niſì priùs adorauerit: (Nemo Chriſti carnē māducat, niſi priùs adorauerit.) inuentum eſt quemadmodùm adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando. (Peccamus nō adorando.) Nunquid autem caro viuificat? Ipſe Dominus dixit, cùm de ipſa commendatione eiuſdem terræ loqueretur: Spiritus eſt qui viuificat, caro autem nihil prodeſt. (Ioan.6.) Ideò & ad terram quamlibet, cùm te inclinas atque proſternis, non quaſi terram intuearis, ſed illum ſanctum, cuius pedū ſcabellum eſt quod adoras; propter ipſum enim adoras: ideò & hîc ſubiecit, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.

2. AMBROSIVS libro tertio de Spiritu ſancto, capite duodecimo: Non mediocris igitur quæſtio, & ideò diligentiùs conſideremus, quid ſit ſcabellum. (Eſa.66.) Legimus enim alibi: Cælū mihi thronus, terra autem ſcabellum pedum meorum. Sed nec terra adoranda nobis, quia creatura eſt Dei. Videamus tamen ne terram illam dicat adorandam Propheta, quam Dominus Ieſus in carnis aſſumptione ſuſcepit. Itaque per ſcabellum terra intelligatur, per terram autem caro Chriſti, quam hodiè quoquè in myſterijs adoramus, (Caro Chriſti in myſterijs adoratur.) & quam Apoſtoli in Domino Ieſu (vt ſuprà diximus) adorârunt. Neque enim diuiſus Chriſtus, ſed vnus. Neque cùm adoraretur tanquàm Dei filius, natus ex Maria negabatur.

3. MATTHAEI quarto: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

4. APOCALYPSIS decimoquarto: Adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & fontes aquarum.

5. ITEM decimonono & vigeſimoſecundo: Deum adora.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite quinto: Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Chriſti fideles pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. (Latriæ cultus huic Sacramēto debetur.) Neque enim ideò minùs eſt adorandum, quòd fuerit à Chriſto Domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: (Heb.1. Pſal.96.) quem Magi procidentes adorauerunt, (Matth.2.) quem deniquè in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe ſcriptura teſtatur. (Matth.28.) Declarat præterea ſancta Synodus piè & religioſè admodùm in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis peculiari quodam & feſto die præcelſum hoc & venerabile Sacramentum ſingulari veneratione ac ſolennitate celebraretur, (Feſtum ſanctiſſimi Sacramenti.) vtque in proceſſionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circunferretur. (Circunferenda Euchariſtia in proceſſionibus.) Aequiſſimum eſt enim, ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cùm Chriſtiani omnes ſingulari ac rara quadā ſignificatione gratos & memores teſtētur animos erga communem Dominum & Redemptorem, pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræſentatur. Ac ſic quidē oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati & fracti tabeſcant, vel pudore affecti & confuſi, aliquando reſipiſcant.

7. IN eadem ſeſſione canone ſexto: Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtię Sacramento Chriſtū vnigenitum Dei filium, non eſſe cultu latrię etiam externo adorandum: atque ideò nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus ſecundùm laudabilem & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum & conſuetudinem ſolenniter circungeſtandum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras, anathema ſit. (Anathemate feriuntur adorationem & deportationē negantes.)

Digitized by Google

8. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda: Sed adhuc vrges & dicis: Et ſi data eſt caro Chriſti hominibus immortaliter & inuiolabiliter, ad honorandum, ad adorandum, quare ad comedendum? Quòd enim honorari, quòd adorari debeat, fidelibus omnibus certum eſt. Et poſt pauca: Dat planè carnem ſuam, dat ſanguinem ſuum, non ſolùm ad honorandum, non ſolùm ad adorandum, ſed etiam ad manducandum & bibendum Chriſtus hominibus.

Certum fidelibus eſt, adorandam Euchariſtiam eſſe.

1. B. AD Hebræos primo: Et cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.

2. PSALMO nonageſimoſexto: Adorate eum omnes angeli eius. audiuit & lætata eſt Sion.

3. ET ſeptuageſimoprimo: Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient illi.

4. ITEM vigeſimoprimo: Edent pauperes & ſaturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum &c. Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.

5. EVTHYMIVS in Pſalmum viceſimumprimum: Edent pauperes & ſaturabuntur &c. Pauperes ſunt, veri omnes Chriſtiani: qui tamen ſpiritualem cibum Euangelicæ comedunt doctrinæ, qua verè alitur atque augeſcit anima. Vel aliter: Comedent fideles Saluatoris corpus, cum quo & ſanguinem eius bibent: & ſaturabuntur, ſancto nimirùm repleti ſpiritu, hymniſque & laudibus in menſa illa Deum extollent: ità vt verſiculus ſuperior, non ſolùm prophetiam contineat de Euangelio, ſed de myſtico etiam menſæ illius ſacramento. Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Ait enim Dominus in Euangelio: Ego ſum panis vitæ. & rurſùs: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, cuſtodiens videlicet pariter mandata. Per cor autem totum hominem intelligit, eò quòd illa pars cæteris omnibus partibus in quouis animante vitæ fit magis particeps. Licèt moriantur, inquit, reſurget tamen in vitam æternam.

Fideles Chriſti corpus comedent, & cũ eo ſanguinẽ eius bibent.

Ioan. 6.

6. EVSEBIVS in catena Doctorum Græcorum in Pſalmos, circa eundem verſum: Modò (inquit) Edent, paulò verò pòſt dicet, Comederunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. Verùm cùm comediſſent, pingues facti ſunt. Priuſquàm verò comederent, pauperes appellabantur: quibus pollicetur vt cibo à ſe exhibendo vtantur. Sed quis ex comeſtione fructus? Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi: nam panis vitæ ab illo exhibitus immortalitatem parit, & vitam æternam. Inquit enim: Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi, & vitam mundo affero. Et rurſùs: Si quis manducauerit ex pane meo, viuet in æternum. & reliqua. Cernis quomodò hæc Pſalmo congruant: Edent pauperes & ſaturabuntur. Et, Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.

Panis vitæ immortalitatem parit. Ioan. 6.

7. AVGVSTINVS in pſalmum vigeſimumprimum, expoſitione prima: Mãducauerunt corpus humilitatis Domini ſui etiam diuites terræ, nec ſicut pauperes ſaturati ſunt vſque ad imitationem, ſed tamen adorauerunt.

Adoratio.

8. IDEM epiſtola centeſima vigeſima ad Honoratum, capite vigeſimoquarto: Vota mea reddam coram timentibus eum. Vota ſua, ſacrificium vult intelligi corporis ſui, quod eſt fidelium ſacramentum. Ideò cùm dixiſſet; Vota mea reddam coram timentibus eum; continuò ſubiunxit, Edent pauperes, & ſaturabuntur: ipſi enim ſaturabuntur pane qui de cælo deſcendit, qui ei cohærentes, & eius pacem dilectionemq́ ſeruantes, imitantur eius humilitatem. Ideò pauperes in hac paupertate, & ſaturitate præcipuè Apoſtoli claruerunt.

Vota ſacrificium corporis Chriſti, fidelium ſacramentum intelligit.

9. ET capite viceſimoſeptimo: Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ: Diuites terræ, ſuperbos intelligere debemus, ſi rectè ſuperiùs pauperes humiles intelligebamus, de quibus in Euangelio Dominus dicit; Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Matth. 5. Neque enim fruſtrà ità diſtincti ſunt, vt de pauperibus ſuprà diceretur, Edent pauperes, & ſaturabuntur: hic verò, Manducauerũt & adorauerunt omnes diuites terræ. Pſal. 21. Et ipſi quippe adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine eius; ſed adorant tantùm, non etiam ſaturantur, quoniam non imitantur. Manducantes enim pauperem, dedignantur eſſe pauperes: quia Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. 1. Pet. 2. Veruntamen quòd humiliauit ſemetipſum, factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, aſpernantur diuites, & ſimilia perpeti reſpuunt, timore non magnitudine; infirmitate ergò non ſanitate. Sed quia Deus excitauit eum à mortuis, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV flectatur omne genu, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; Philip. 2. fama celſitudinis eius, & gloria nominis eius in Eccleſia vſquequaquè diffuſa, permoti & ipſi veniunt ad menſam, manducant & adorant, non tamen ſaturantur, quia non eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam.

Superbi etiã adorãt Chriſtũ in Euchariſtia.

1. C. MATTHAEI ſecundo: Et intrantes domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eum.

2. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaquarta in priorem ad Corinthios: Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt Magi, & viri impij & barbari, longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Matth. 2. Imitemur igitur ſaltem barbaros nos, qui cælorum ciues ſumus. Illi enim cùm id præſepe & tugurium tantùm, neque eorum quicquam quę tu nunc intueris, viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia & horrore. Tu verò non in præſepi id, ſed in altari: non mulierem quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotem præſentem, & ſpiritum perabundè ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Nec ſimplex vt illi corpus intueris, ſed & eius potentiam & omnem cognoſcis adminiſtrationem, & nihil eorum quæ per ipſum facta ſunt ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur horreſcamúſque, & maiorem quàm barbari illi præ nobis feramus pietatem, vt non ſimpliciter neque frigidè accedentes vehementiori igni caput obijciamus. Hæc autem non dico, vt non accedamus, ſed nè temerè accedamus.

Vt Magi cum ſumma reuerentia adorãrunt Chriſtũ in vlnis matris, ità nobis in altari adorandus.

3. IDEM homilia octaua in Matthæum: Imitemur nos ſaltem deuotionem Magorum, & alacres & prõpti ad pueri accurramus domum. Etſi Rex, etſi populus, etſi Tyrannus huius velint curſum itineris impedire, nequaquàm tamen accenſi deſiderij extinguamus ardorem, quoniam & illi niſi vidiſſent puerum, nec periculum, quod intentabatur à Rege, vitaſſent. Priùs enim quàm puerum cernerent, vndiquè illis opponebantur timores, conturbationes atque diſcrimina: poſtquàm verò adorãrunt, ſecuritas, & tranquillitas ſubſequuta eſt: nec iam ſtella eos, ſed Angelus ſuſcipit, quia ſcilicet adorando, facti fuerant ſacerdotes, cũ ſupplicatione etiam muneribus oblatis. Et tu itaque in Bethlehem feſtinus accurre, ac domum ſpiritualis panis ingredere. Et ſi Magus fortè ſis, nihil te adhuc Regem introire prohibebit, modò vt adoraturus atque honoraturus Dei filium, & nõ quaſi conculcaturus aduenias: modò vt honorẽ ipſum cũ gaudio ac tremore offeras: poſſunt enim vtraque hęc pariter conuenire. Sed caue nè Herodi efficiaris ſimilis, & dicas, Vt & ego veniens adorem eum: cùmq́ veneris, interimere coneris. Huius etenim ſimiles ſunt, qui indignè abutuntur communione myſterij. Reus eſt enim, inquit, iſte corporis 1. Cor. 11.

Magorum exemplo ad pueri domũ accurramus.

Magi adorãdo oblatis muneribus facti ſunt ſacerdotes.

Accede adoraturus & honoraturus Dei filium.

Herodi ſimiles, qui cõmunione myſterij abutuntur.

Digitized by Google

& ſanguinis Domini. Qui enim eiuſmodi ſunt, habent in ſe tyrannum, à regno Chriſti iugiter inſidentem, lõgè ſanè Herode illo nequiorem, mammonam ſcilicet. Hic enim in homines tenere imperium geſtit, ſuoſq; cultores ſimulat, & mittit ad Chriſtum, vt ſpecie quidem adorare videantur: quantum verò in ipſis eſt interimunt eum, quem adorare ſe ſimulant. Timeamus igitur, nè quando ſpeciem ſupplicum atque adorantium geramus, opere verò exiſtamus inimici. Igitur adoraturi Chriſtum cuncta proijciamus è manibus. Si habuerimus aurum, offeramus ipſi. Quis veſtrûm, qui innumeris eſtis Chriſti beneficijs obligati, tã longinquæ propter eum arripuit expeditionis laborem, quàm illi barbari, immò ſapientiores profectò ſapientibus? Verùm quid ego de ſpatio loquor itineris lõgioris, cùm plurimæ fœminarum tanta iam animi mollitudine reſoluantur, vt niſi aduectæ mulis, quamlibet exiguo ſpatio à domibus ſuis venire nequeant ad vidẽdum Dominum in præſepio ſpiritali? Sed ex his quoquè qui certè ambulandi laborem ferunt, alij ſecularium negociorum tumultus, alij theatrales turbas ſanctis cœtibus anteponunt. Et barbari quidem illi priuſquàm Chriſtum viderent, tam longam propter ipſum exuperauerunt viam, tu verò nec poſteaquàm videris, illos probaris imitari. Nam & cùm eum videris, ità eum relinquis, vt poſt illum curras ad theatra, ac mimum potiùs & videre, & audire deſideres. Atque vt eadem rurſus attingam quæ anteà ſum inſectatus, Chriſtum quidem in ſpiritali ſitum præſepio derelinquis, properas verò iacentem in ſcena ſpectare meretricem. Hoc autem quibus tandem putamus dignum eſſe ſupplicijs? Reſponde obſecro, ſi ſe quiſpiam introducere te polliceretur ad regem, & oſtenderet tibi illum vndiquè coruſcantem, atque inter varios pompæ ſuæ ornatus ſedentem, putáſne theatrale ſpectaculũ aulicæ præponeres dignitati, cùm certè ne hinc quidem tibi aliquod commodum quæreretur? At verò ex hac menſa ſpiritualium fons emanat bonorum, & hanc tu ſtatim relinquens curris ad theatrum, vt natãtes fœminas, & ſexum illum publicis oculis intuearis expoſitum, vt (inquam) iſtud aſpicias, ſedentẽ iuxta donorum cæleſtium fontem relinquis. Non aquam de hoc nobis fonte largitur, ſed ſanguinẽ viuum, qui quanquàm ad mortis Dominicæ teſtimoniũ ſumitur, nobis tamẽ cauſa fit vitæ. Tu verò relinquis huius ſanguinis fontem calicemq; reuerendum, & ad diabolicum illum fontem feſtinus accurris.

Nõ debemus gerere ſpeciẽ adorantium, opere verò inimici eſſe.

Chriſtus in ſpiritali ſitus præſepio, altari ſcilicet.

Sanguinem Chriſtus viuũ largitur, qui nobis cauſa fit vitæ.

Calix reuerendus.

4. IOANNIS nono: Tu credis in filium Dei? &c. & prócidens, adorauit eum.

5. MATTHAEI decimoquarto: Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius Dei es.

6. ET capite nono: Eccè princeps vnus acceſſit, & adorabat eum.

7. ITEM vigeſimooctauo: Vndecim autem diſcipuli abiẽrunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eum adorauerunt.

8. LVCAE vigeſimoquarto: Et ferebatur in cælum, & ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem.

9. AD Romanos ſexto: Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur.

10. PSALMO nonageſimoquarto: Venite, exultemus Domino, &c. quoniã Deus magnus Dominus & rex magnus ſuper omnes Deos, quia in manu eius ſunt fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius eſt mare, &c.

11. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimaprima ad populum Antiochenum, & homilia tertia ad Epheſios: Cogitemus quòd illum ſurſum ſedentem, qui ab Angelis adoratur, hunc deguſtamus. Conſidera quæſo, menſa regalis eſt appoſita, angeli menſæ miniſtrantes, ipſe rex adeſt, & tu adſtas oſcitans. Sordeſcunt tibi veſtimenta, & nihil eſt tibi curæ. At pura ſunt, igitur adora & communica. Dum profertur ſacrificium, & Chriſtus immolatur & ouis dominica: cùm audieris, oremus omnes communiter, cùm vela videris retrahi, tunc ſupernè cælum aperiri cogita, & angelos deſcendere.

Deguſtamus eum, qui ſurſum eſt & ab angelis adoratur.

Adora & cõmunica.

12. IDEM libro ſexto de Sacerdotio: Per id tempus & angeli ſacerdoti aſſident, & cæleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, angelorum choris plenus eſt. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo ſacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cùm diceret ſenem quendam virum admirabilem, ac cui reuelationum myſteria multa diuinitùs fuiſſent detecta, ſibi narrâſſe, ſe tali olim viſione dignum habitũ à Deo eſſe, ac per illud quidem tempus derepentè angelorum multitudinem conſpexiſſe (quatenùs humanus adſpectus ferre poterat) fulgentibus veſtibus indutorum, altare ipſum circundantium: deniquè ſic capite inclinatorum, vt ſi quis milites præſente rege ſtantes videat: id quod facilè mihi ipſe perſuadeo. Item & alius quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audijſſet, quòd qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura & munda conſcientia fuerint participes ſpiritum efflaturi, ab angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipãtibus, propter aſſumptum illud ſacrum hinc rectà in cælum abducuntur.

Tempore ſacrificij Miſſæ præſens eſt angelorum multitudo magna.

Viſum de angelorum præſentia.

Alterum.

13. ITEM homilia prima de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum: Miſer & infelix, oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem reſonare, cumq; terrore cõfeſſionem reddere conditori, ac per hanc delictorum veniam poſtulare. Tu verò mimorum & ſaltatorum mores huc inducis, dum indecenter manus iactas, pedibus ſubſultas, totoq; circumageris corpore. Et qui fit, vt non metuas, neque horreſcas, hæc audens aduerſùs talia eloquia? Non cogitas ipſum hîc inuiſibiliter adeſſe Dominum, qui vniuſcuiuſq; motum metitur, & conſcientiæ rationem habet? Non cogitas, quòd angeli huic ſtupendæ aſſiſtunt menſæ, cumq; reuerentia hanc circunuallant? Verùm tu iſta non cogitas.

Angeli ſacrã mẽſam cum reuerẽtia circunuallant.

14. ET homilia tertia de incompræhenſibili Dei natura contra Anomœos: Ingentem, & penè inauditam hanc populi multitudinem, quæ modò affluxit, tantaq; cum attentione ſermonem audit meum, ſæpenumerò tempore illo perhorrendo requiſiui, & tamen nunquàm videre potui, atque ità me vehemens cępit ſuſpirium, quòd cùm ego diſputo veſter conſeruus, ſtudium adhibetis & ingenium, contenditis animum, alter alterum impellit & iactat, vt ipſe propiùs adſit, frequentes ad finem vſque dicendi patientiſſime perſeueratis. Cùm autem ipſe Chriſtus communis magiſter & Dominus, ſemet in ſacris myſterijs oſtenſurus eſt, vacua deſertaq; eccleſia redditur. Et nonnullis interiectis: Tempore illo mi frater chariſſime, non ſolùm homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiam angeli Domino genu flectunt, & archangeli rogant, habent ſibi tempus id idoneum, habent ſacram illam oblationem in fauore. Itaque vt homines ramos olearum gerentes mouere reges conſueuerunt: eoq; arboris genere miſericordiam commemorant & humanitatem: ſic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus Domini ipſum protendentes, rogant pro genere humano, quaſi dicant: Pro his Domine rogamus, quos tu adeò dilexiſti, vt pro eorum ſalute mortem obires, animam in cruce efflares: pro his ſupplica-

Chriſtus ſemet in ſacris myſterijs oſtendit.

Tẽpore ſacrificij etiã angeli Domino genu flectũt, & archangeli rogant, habẽtes ſacrã oblationem in fauore.

Angelorum corpus Dñi protendentiũ oratio pro genere humano ad Chriſtum.

Digitized by Google

plicamus, pro quibus ipſe tuum largitus es ſanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolaſti. Agitatos quoquè ob eam rem diaconus tempore illo adducit, & iubet caput inclinare. Cùm eos vnà cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miſeratus, & quia tam acerbè vexantur, & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorum vtaris defenſionem & auxilium.

Energumeni cur tunc à diacono adducantur, iuſſi caput inclinare.

15. IDEM Chryſoſtomus homilia quarta contra eoſdem Anomœos: Gratiam reddam, ſi vos docuero, quamobrem illa præ cæteris oratio ſolet fieri, & cur homines dæmone agitatos, & furore accitos teterrimo, adduci tempore illo & capita inclinare iubet diaconus. Qua de cauſa igitur agitur ità dicam. Vincula perquàm praua & grauia agitatio dæmonum eſt: vincula enim ferro validiora. Vt itaque tempore inſtante, quo iudex prodire, & pro tribunali ſedere ſolitus eſt; cuſtodes carceris, homines quos in vinculis tenent, omnes carcere educunt, & pro cancello ſeptisq; fori collocant ſqualentes, ſordẽtes, coma expletos nimia, pannis miſerrimè obductos: ſic patres ſtatuerant, vt quum breuì Chriſtum velut pro tribunali ſedere, in ipſisq; ſacramentis apparere futurum eſſet, homines dæmone agitati illi tanquàm vinculis quibuſdam retenti adducerentur, non vt rerum quas commiſiſſent, examen ſubirent modo eorum qui in vinculis ſunt, nec vt luerent pœnas, & ſupplicio afficerentur: ſed vt populo vniuerſaq; ciuitate præſente communes pro his fierent ſupplicationes, vt omnes iugi concordia Dominum communem oraret pro his, & quòd miſereretur, magno clamore contenderent. Cęterùm vt his tũc ſuccenſui, qui orationem huiuſmodi negligerent, forisq; tempore eo verſarentur: ſic impræſentiarum his qui intùs conſtant, ſuccenſendum vtiquè reor, non quia intùs manẽt, ſed quòd cùm eo quo debent, maneant loco, nihilo meliùs afficiuntur, quàm qui foris euagantur. Diſputant enim inter ſeſe, & aut iocantur, aut negocia tractant tempore illo perhorrendo. Et paulò pòſt: Haud illa diaconi exhortatio erecti conſtantiſque fruſtrà & ſine cauſa inſtituta ſancitaq; eſt: ſed vt noſtras repentes humi cogitationes erigeremus, &c. Cogita apud quem proximè ſtas, quibuſcum inuoces Deũ, ſcilicet cum Cherubin, cum Seraphin, cum omnibus cæli virtutibus: animaduerte quos habeas ſocios: ſatis hoc tibi ſit ad ſobrietatem, cùm recordaris te corpore conſtantem, & carne coagmẽtatum, admitti cum virtutibus incorporeis commendare omnium Dominum.

Cur tempore ſacrificij adducantur dæmoniaci.

Quia tunc Chriſtus velut pro tribunali ſeſſurus, & in Sacramento præſens futurus eſt, pro illis eum vniuerſus populus orat.

Cum angelis Deum illic adoramus.

16. NILVS Abbas epiſtola ad Anaſtaſiũ Epiſcopum: Ioannes Sacerdos admirãdus, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, immò verò totius orbis ſplendor, vir animi perſpicacis, omni ferè tempore, videbat domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cùm diuinum & incruentum ſacrificium offerebatur, quo quidẽ tempore ſtupore & lætitia plenus rem præcipuis amicis ſpiritualibus priuatìm enarrauit. Cùm cœpiſſet, inquit, ſacerdos ſanctum ſacrificium, ſeu oblationem facere, plurimæ ſtatìm ex beatis illis Virtutibus è cælo deſcendentes, ſtolis indutæ ſplendidiſſimis, nudis pedibus, intentis oculis, pronæ, altare magno cum ſilentio & reuerentia, quoàd venerandum illud myſterium expletum fuit, circunſteterunt. Deindè huc illuc ſingulæ per totam domum diffuſæ, Epiſcopis & Presbyteris & Diaconibus diſtributionem corporis & pretioſi ſanguinis miniſtrantibus, adhæſerunt, ſatagentes, & ſedulò adiuuantes. Hæc autem ſcribo, vt diuini ſacrificij dignitatem cognoſcentes, caueatis, nè illud negligenter, diuino timore abiecto, adminiſtretis.

S. Chryſoſtomus videt eccleſiam plenam Angelis tẽpore Miſſæ.

Sacrificiũ diuinum & incruentum in Miſſa offertur.

Angeli tẽpore ſacrificij è cælo deſcendentes Chriſtum venerãtur in Euchariſtia.

Miniſtrãt diſtribuentibus Euchariſtiã.

17. AMBROSIVS oratione prima præparatoria ad Miſſam inter alia ſic orat: Rogo te Domine per ipſum ſacroſanctum myſterium corporis & ſanguinis tui, quo quotidiè in Eccleſia tua paſcimur & potamur, abluimur & ſanctificamur, atque vnius tuæ ſummæq; diuinitatis participes efficimur: quatenùs des mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſcientia ad Altare tuum accedam, ità vt hæc cæleſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedicto: Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita: Et qui manducat me, vita viuet propter me: ipſe manet in me, & ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam præter te amem pulchritudinem. Panis candidiſſime, habens in te omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem, qui nos ſemper reficis, comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleãtur viſcera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, nè deficere poſſit in via tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cęlo, & das vitã mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Intra in animam meam: ſana & ſanctifica me interiùs & exteriùs. Eſto tutamentum & perpetua ſalus corporis & animę meæ. Repelle à me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant procùl à præſentia tua: vt foris & intùs per te munitus recto tramite perueniam ad tuum regnum: vbi non myſterijs, ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cùm tradideris regnum Deo patri, & eris Deus omnia in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate menſtrua: vt nec eſuriam, nec ſitiam in æternum.

Ioan. 6.

Adorat Ambroſius Chriſtum in Euchariſtia.

18. GREGORIVS Nazianzenus oratione vndecima in laudem ſororis ſuæ Gorgoniæ: Aduerſa corporis valetudine tenebatur (ſoror videlicet) grauiterq; laborabat: eratq; inſolens quoddam & prodigioſum morbi genus &c. Deſperatis omnibus alijs auxilijs ad mortalium omniũ Medicum confugit, atq; intempeſta nocte captata, cùm morbus nonihil remiſiſſet, ad Altare cum fide procumbit, eumq;, qui ſuper ipſo honoratur, cum ingenti clamore inuocans, omnibusq; nominibus appellans, atque omnia ea, quæ vnquàm mirificè geſſerat, velut in memoriam ei reuocans (nam & veteres, & nouas hiſtorias callebat) tandèm pia & præclara quadam impudentia effertur. Eam, quæ Chriſti fimbria ſanguinis profluuium compreſſerat, imitatur. Quidq; fecerit, audite. Cùm caput ſuum pari cum clamore, lachrymiſq; (mulierculę illius inſtar, quę olìm Chriſti pedes rigauit) altari admouiſſet, nec ſe priùs illud dimiſſurã eſſe denũciãſſet, quàm ſanitatẽ obtinuiſſet, ac deindè hoc ſuo pharmaco corpus totum perfudiſſet, & ſi quid vſpiã antityporum precioſi corporis aut ſanguinis manus recondiderat, id lachrymis admiſcuiſſet (ò rem admirãdam) ſtatìm liberatam ſe morbo ſentit, & corpore & animo & mẽte leuis diſcedit, pro ſpei mercede, id quod ſperauerat, cõſecuta, & per animæ robur corporis robur accipiens.

Ad altare in quo aſſeruabatur ſacra Euchariſtia procubuit Gorgonia petitura ſanitatem.

Matth. 9.

Luc. 7.

19. GREGORIVS Magnus libro quarto Dialogorum, capite quinquageſimooctauo: Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocẽ cælos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnũ quoquè ex viſibilibus atque inuiſibilibus fieri?

Angelorum chori adſunt in immolationis hora.

20. ORIGENES homilia quinta in diuerſos Euangelij locos: Quando ſanctum cibum illudq; incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergò humilians temetipſum,

Digitized by Google

Cũ Centurione dicẽdum, Domine, nõ ſum dignus. Matth. 8.

pſum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine, nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.

VII.

Quid porrò de Altaris Sacrificio credendum eſt?

A. Id proculdubiò, inſtitutam eſſe Euchariſtiam non in eum vſum tantùm, vt à Chriſtianis velut alimentum ſalutare ſumatur: vndè[a] cibus, potus, viuus ac vitæ panis dicitur: ſed etiam vt tanquàm ſummum & proprium noui Teſtamenti ſacrificium[b] offeratur: vt hinc iam olìm nomen acceperit hoſtiæ, ſacrificij, victimæ, oblationis, holocauſti.

B. Offertur autem in iugem * paſſionis Dominicæ memoriam, & gratiarum actionem, atque vt credentibus proſit ad [c] huius & futuræ vitæ mala depellenda, bonaque impetranda: neque ſolùm viuis, ſed etiam defunctis proſit in remiſſionem peccatorum, ſicut è ſcriptura diuina, & traditione[d] Apoſtolica grauiſſimi Patres aſſeuerant.

C. Hoc eſt eximium illud & incõparabile ſacrificium, quod Chriſtus in extrema cœna ſub panis & vini ſpecie[e] inſtituens, ſuis Apoſtolis, vt primis noui Teſtamenti ſacerdotibus, horumque ſucceſſoribus, vt offerrent, his[f] verbis demandauit: *Hoc facite in meam commemorationem.*

D. Hæc eſt oblatio, quæ per varias ſacrificiorum naturæ[g] & legis tempore ſimilitudines[h] figurabatur, vtpotè quæ bona omnia per illa tum ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio complectitur.

E. Hoc illud eſt iuge ſacrificium, quod non niſì ad finem mundi[i] abolendum, Daniel[k] teſtatur.

F. Ad hoc ſpectat Sacerdotium[l] ſecundùm ordinem[m] Melchiſedech, quod etiam Dauid in Chriſto futurum & permanſurum prædicat.

G. Hæc oblatio munda, quam nulla vel indignitas, vel malitia offerentium inquinare poſſit: quæ Iudaicæ legis[n] Sacrificijs quamplurimis vnicè[o] ſuccedens, apud gentes in omni loco, id eſt, toto[p] orbe terrarum ad celebrandum Dei & redemptoris noſtri nomen offertur atque ſacrificatur, vt apud Malachiam legimus.

H. Hæc eſt Miſſæ oblatio, Sacrificium, * Liturgia, cui teſtimonium omni exceptione maius præbent Canones & Traditiones[q] Apoſtolorum, ſanctæ[r] Synodi, magnus conſenſus & vſus perpetuus totius Eccleſiæ Græcæ[ſ] & Latinæ, Orientalis & Occidentalis.

I. Quod Miſſæ[t] Sacrificium, ſi rem omnem ęquè perpendimus, eſt reuerà Dominicę paſſionis, & illius cruenti Sacrificij, quod in cruce pro nobis eſt oblatum, ſancta quidem & viua repræſentatio, atque ſimul incruenta & efficax oblatio.

K. Ex qua fit primùm, vt memoria, fides & gratitudo noſtra in Redemptorem ipſum viuida quotidiè excitetur, confirmeturque, ſecundùm illud, [v] *Hoc facite in meam commemorationem.* Quorum verborum Eccleſia tam ſedula interpres fuit, vt omnem incruenti huius Sacrificij externum ornatum,[x] veſtes ſacras, vaſa, ritus actioneſque omnes ità inſtituerit, vt ob oculos

a Ioan. 6. f 1. Cor. 10. c 11. f Prouer. 9. a

b Dionyſ. Eccleſ. hierar. cap. 3. & epiſt. 2. Ignat. ad Smyrnen. Iuſtin. in dial. cum Tryph. Baſil. ſer. 2. de Baptiſ. cap. 2. Tertull. de oratio. cap. 14. Auguſt. epiſt. 23. & lib. 20. contra Fauſtum, cap. 21. Fulgen. lib. 2. ad Monimum, cap. 2. & 5. Theodor. hiſtor. ſanctor. cap. 20. Alcimus lib. 5. c. 10. Damaſc. in vita Barl. & Ioſa. c. 12. 19. Petrus Cluniac. lib. 1. epiſt. 2.

* Chryſoſt. homil. 17. ad Hebr.

c Iacobus, Baſilius, & Chryſoſtomus in Liturgijs. Auguſt. 22. de ciuitate, cap. 8. Chryſoſt. homil. 77. in Ioan. & 18. in Act. Gregor. 4. dial. cap. 57. Beda lib. 4. Anglic. hiſtor. cap. 22.

d Clemens epiſt. 3. Iren. lib. 4. cap. 32. Chryſoſt. hom. 3. ad Philip. & 69. ad popul. Damaſc. in orat. de defunct.

e Iren. lib. 4. cap. 32. Euſeb. lib. 1. cap. 10. demonſt. euang. Cypr. epiſt. 63. Aug. 10. de ciuita. cap. 20. lib. 20. cont. Fauſt. ca. 21. In pſal. 33. concione 2.

f Luc. 22. b Chryſoſt. hom. 83. in Matth. & 24. in priorem ad Corinth. Martial. ad Burde. cap. 3. Areop. cap. 3. Eccle. hierar. Clemens lib. 5. conſtit. Apoſt. c. 18. Petrus Cluniac. lib. 1. epiſt. 2.

g Gen. 4. a 8. d & 14. d Exodi 12. a

h Auguſt. lib. 10. de ciuit. cap. 20. & lib. 6. cont. Fauſt. cap. 5.

i Hippol. de conſum. mundi. Chryſoſt. hom. 49. operis imperfect.

k Daniel 12. d 9. g

l Pſal. 109. b Hebr. 7. a b Gen. 14. d

m Cypria. epiſt. 63. Euſeb. lib. 5. de demonſt. cap. 3. Hieron. ad Marcellã epiſt. 17. cap. 2. & 126. ad Euagr. Aug. in pſal. 33. concione 2. Epiphan. hæreſ. 55. Damaſc. lib. 4. cap. 14.

n Numer. 28. & 29.

o Auguſt. 17. de ciuit. cap. 20. Petrus Cluniac. lib. 1. epiſt. 2.

p Malach. 1. Vide Martial. ad Burd. cap. 3. Iuſtin. in dial. cum Tryph. Iren. lib. 4. cap. 32. 33. & 34. Chryſ. in pſal. 95. Auguſt. 19. de ciuit. cap. 23. & lib. 18. cap. 35.

* Actor. 13. a

q Can. 3. & 9. Apoſtol. Clemens lib. 6. conſtitut. Apoſt. cap. 23.

r Nicen. 1. ca. 14. Laod. ca. 19. & 58. Ephe. in epi. ad Neſto. &c. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1.

ſ Vide Liturgiam Iacob. Baſil. Chryſoſt. Ambroſ. Gregor. &c.

t Miſſæ nomen habet Alex. 1. epiſt. 1. Teleſph. Felix 1. epiſto. 2. Higin. & Soter apud Grat. Euariſtus apud Iuonem & Fabian. in cod. decretor. 16. librorum. Damaſus in Alexan. Sixto 1. Teleſph. & Felice 1. Item epi. 4. Carthag. 2. ca. 3. Agathen. ca. 21. Ambroſ. epiſt. 33. Auguſtin. ſer. 91. 237. c. 8. & 251. de temp. Item in Concil. Mileuit. can. 12. & 4. Carth. can. 84. Leo epiſt. 81. ad Dioſcor. & 88. ad epiſcop. Gal. & Ger.

v Luc. 22. b 1. Corinth. 11. c

x De cæremon. Miſſæ Dionyſ. de Eccle. hierar. cap. 3. Iſidorus, Alcuinus, Remig. Rabanus, Amal. Ruper. Tuitien. Inno.

Digitized by Google

oculos circunſtantium nihil aliud, quàm commemoratio illa ſancta obuerſetur, tantique Sacrificij maieſtas magìs commendetur, ac mentes fidelium his tum ſignis, tum adminiculis exterioribus ad meditationem rerum diuinarum, quæ in hoc Sacrificio latent, faciliùs ſuſtollantur, & veluti manu ducantur.

cen 3. &c. Concil. Triden. ſeſſ. 22. cap. 5. & can. 7. Chryſoſt. homil 3. & 14. ad Epheſ. Pruden in Periſte. hym. 2. Optatus lib. 6. Hier. ad Theoph. ante libros eius paſchales. Cyrill. cate. 5. myſtag. Clemens epiſt. 2. ad frat. Dom. Bed. lib. 1. hiſt. Angl. cap. 29.

L. Hinc fit etiam, vt oblationis Chriſti in cruce factæ & redemptionis fructus, nobis, atque credentibus itidèm omnibus tam [y] defunctis, quàm viuis, applicetur.

y Cypria. epiſt. 66. Chryſ. homil. 41 in 1. Cor. & 21. in Act. Damaſc. in orat. de defunct. Auguſt. de cura. cap. 1. & ſerm. 32. de verb. Apoſt. c. 1. & 2. Item lib. 9. confeſſ. cap 11. 12. 13. Epiphan. contra Acrium hæreſi 75.

M. Quare Cyprianus [z] hoc Sacramentum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates tum medicamentum, tum holocauſtum eſſe teſtatur. Martialis verò [a] Apoſtoli Petri diſcipulus, ità ſcribit: Quod Iudęi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere, id cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugandam. Omittimus interim eiuſdem fidei & ſententiæ teſtes Patres alios, vt inſtituta nobis breuitas retineatur.

z Serm. de cœna Domini. Vide Iacob in Liturg. Baſil. & Chryſoſt.

a Ad Burdegal. cap. 3. Vide Hierony. in cap. 1. ad Titum. Ambroſ. 1. offic. cap 48. & in Pſal. 38. Alexan. epiſt. 1. & 2. Naziã. orat. 3. Auguſt. ſer. 4 de Innocẽt. 3. Braccar. can. 1. Gregor. hom. 37. in Euang. Trident. cap. 2. ſeſſ. 22.

N. Ex quibus liquidò conſtat, Chriſtum dici & eſſe nobis Sacrificium duplici modo, cruento videlicet ac [b] incruento. Nam in cruce cruentum ille Sacrificium pro nobis obtulit [c] ſeſe, vt typo paſchalis agni, qui apud Iudæos [d] immolabatur, verus ipſe agnus ſine macula, id eſt, figuræ veritas, reſponderet. In cœna verò, [e] ſicut & in altari, modo cultuque incruento, quemadmodùm & Cyrillus [f] vocat, idem offerri voluit, vt oblatio Melchiſedech, [g] qui panem vinumque obtulit, conſummationem ſuam acciperet, maneretque verus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, ac eius ſacerdotium eſſet in æternum, nullo vnquàm alio ſuccedente.

b Concil. Epheſ. in epiſt. ad Neſtor. 2. Synod. Nicen. Act. 6. tom. 3. Aug. contra Fauſt. lib. 20. cap. 21.

c Epheſ. 5. a. Heb. 10. e

d Exod. 12. a b Marc. 14. b

e Euſeb. lib. 1. demonſt. Euang. cap 10. Nazian. orat. 4. & in carm. ad epiſco. Itẽ ad Conſtantinopol. Nyſſe. orat. 1. in reſurrect. Chriſti.

f Epiſt. 10. ad Neſtor. & interp. Anat. 11.

g Gen. 14. d Heb. 7. a Pſal. 109. a Hieron. in cap. 26. Matth. Oecumen. in cap. 5. ad Hebræos. Sedulius lib. 3. oper. Paſchalis. Claud. Marius lib. 3. in Geneſin.

O. Illic ſemel [h] & vno duntaxàt in loco Iudææ peregit Sacrificium, de quo Paulus Hebræis ſcribens differit: hîc [i] verò ſępiùs, & omni in loco, nempe per omnem paſsìm Eccleſiam ſacrificatur, vt Malachias [k] confirmat. Illic in mortem offertur, hîc in mortis illius iugem viuamque recordationem, [l] & ſalutiferam eius, quæ indè velut à capite ad membra dimanat participationem, vt nimirùm illius in cruce oblati Sacrificij fructus ac efficientia hoc Miſſæ ſacrificio quotidiè nobis exhibeatur atque applicetur.

h Heb. 9. g 10. c

i Chry. homil. 17. in epiſt. ad Heb. Aug. epiſt. 23. Theoph. in ca. 5. 7. & 10. ad Heb. Item Oecumen. & Photius.

k Malach. 1. c

l Petrus Cluniac. lib. 1. epiſt. 2.

TESTIMONIA.

1. A. IOANNIS ſexto: Ego ſum panis vitę. Itẽ: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Item: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Rursùs: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

2. PRIORIS ad Corinthios decimo: Panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt?

3. ET capite vndecimo: Quotieſcunquè manducabitis panem hunc &c.

4. PROVERBIORVM nono: Sapientia immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.

5. DIONYSIVS Areopagita Eccleſiaſticę hierarchię capite tertio: Inſpiciamus per ſingula myſterij ſanctiſſimi ritum, exactiſſimamq; confectionẽ: & quid ſpiritaliter ſignet, indagare pergamus. Itaq; põtifex quidem vbì orationẽ ſanctam ſupra diuinum altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans, omnem phani ambitũ circuit. Demùm ad ſanctum altare iterùm rediens, pſalmorum incipit melos, concinentibus ſecum ſacra carmina omnibus eccleſiaſtici ordinis gradibus: deindè miniſtrorum officio, ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur. Poſt hæc extra delubrũ catechumeni fiunt, & cum ipſis energumeni, & ij quoquè, qui in pœnitẽtia ſunt. Manent autem intùs ſoli, qui diuina ſpectare merentur atque percipere. Porrò miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi foribus adſtãt, alij proprij aliquid muneris agunt. Qui verò ipſius ordinis præcipui ſunt, vnà cum ſacerdotibus ſanctum panem & benedi-

Ritus ſacrificij tempore Dionyſij, hoc eſt, ætate Apoſtolorum.

ctionis calicem, ſacroſanctis altaribus imponunt, cũ antè præceſſerit ab omni clero vniuerſalis laus atq; confeſſio. Ad hæc venerandus antiſtes orationem ſanctiſſimã peragens, pacem ſanctã omnibus nunciat, & cùm ſe mutuò omnes ſalutauerint, myſtica ſanctorũ recitatio fit. Vbi verò manus tũ antiſtes tum ſacerdotes aqua lauerunt, pontifex ad medium diuini aſſiſtit altaris: circunſtant autem ſoli cum ſacerdotibus electi quiq; ex miniſtrorum numero. At verò pontifex cùm diuina munera laude proſecutus fuerit, ſacroſancta & auguſtiſſima myſteria conficit, & quæ antè laudauerat venerandis operta atque abdita ſignis, in conſpectum agit, diuinaq; munera reuerenter oſtendens, ad ſacram illorum communionem & ipſe conuertitur, & reliquos vt communicent hortatur. Sumpta demùm atque omnibus tradita communione diuina, gratias referens, finẽ myſterijs imponit. Ac multi quidem ſola in ſigna diuina proſpiciunt: Ipſe autem ſemper diuino ſpiritu ad excelſa ſignorum initia, felicibus & intelligibilibus intuenda luminibus, pontificia dignitate ac merito, munditiaq; ſingulari diuini capacioriſque ſenſus, attollitur. Explicat deindè latiùs ſingulorum rituum cauſas & ſignificationes myſticas.

Oſtenſio vel eleuatio Euchariſtiæ.

6. IDEM in epiſtola octaua ad Demophilum monachum: Cùm aliquando in Cretam veniſſem, ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio, vir ob eximiam animi munditiam ad Dei ſpeculationem vltra fermè omnes aptiſſimus. Deniquè nunquàm ſancta myſteria celebrare cœpiſſet, niſi priùs inter eas preces (quæ anteà conſummantur) ſacra illi ac propicia viſio apparuiſſet.

Sanctus Carpus ſancta myſteria celebrat.

7. IGNATIVS in epiſtola ad Smyrnenſes: Non licet ſine Epiſcopo, neque offerre, neque † ſacrificium immolare, neque Miſſas celebrare.

Sacrificium immolare.

8. IVSTINVS philoſophus & martyr in dialogo cum Tryphone aduerſus Iudæos: Deus ipſe teſtis eſt qui ait, In omni loco in Gentibus hoſtias acceptas gratasq; immolari. Neque verò à quoquam hoſtias Deus accipit, niſi à ſuis ſacerdotibus. Itaque omnia ſacrificia quæ ſuo nomine facienda Ieſus Chriſtus tradidit, id eſt, in Euchariſtia panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiunt, præoccupatione vſus Deus, ſibi grata eſſe teſtatur. Quæ autem à vobis veſtriſq; illis ſacerdotibus fiunt, improbat his verbis: Sacrificiáque veſtra è manibus veſtris non accipiam &c.

Malach. 1.

Sacrificium Euchariſtiæ ſuo nomine Chriſtus faciendum tradidit.

Ibidèm.

9. BASILIVS ſermone ſecundo de Baptiſmo, capite ſecundo: An periculoſum non ſit, ſi quiſquam corde à conſcientia aut praua, vel immunditia aut inquinamento non repurgato, ſacerdotio fungatur? Moſes per ea quæ tunc in lege à Deo data poſuit, typum quendam ad noſtri exhortationem præfigens, ſcribit: Et dixit Dominus ad Moſen, Loquere ad Aaron, dicens: Homo ex ſtirpe tua, in generationibus veſtris, habens in ſeipſo maculam, non accedat ad offerendum dona Deo ipſius &c. Dominus verò dicit, Templo maior eſt hic, inſtruit nos tanto ſceleſtiorem & impiũ magis eſſe eum qui cùm impurus ſit, corpus Domini adminiſtrare audet, qui ſeipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem bonæ fragrantiæ dedit, quanto corpus vnigeniti filij Dei excellentius eſt arietibus ac tauris. Excellentius dico non collationis ratione: eſt enim excellentia incõparabilis. At maculã & vitiũ iam in nouo teſtamento, nõ referre oportet ad corpus, ſed ad iuſtificationes Euangelicæ pietatis. Quãdo videlicet præceptum Dei, vel non plenè, vel mutilè, vel nõ ità fit, vt Deo placere poſſit, & quaſi tuber vel lepra quędam humani ſenſus illi infigitur. Neceſſariũ itaque ſemper quidem eſt, maximè verò tanti ac talis miſterij celebrandi tẽpore, ſeruare præceptum Apoſtoli dicentis: Cùm has itaque promiſſiones habeamus dilecti, repurgemus noſipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei, nec vllam aliqua in re dantes offenſionem, nè vituperetur miniſterium, ſed in omnibus commẽdemus nos ipſos tanquàm Dei miniſtri. Hoc pacto poterit quis dignus fieri ad ſacrificandum myſterium Domini, ſecundùm Euangelium Dei.

Periculoſum eſſe vt immũdus fungatur ſacerdotio nouæ legis.

Leuit. 21.

Tanto magis impiũ eſt offerre corpus Domini impuro corde, quãto corpus filij Dei excellentius eſt arietibus & tauris.

2. Cor. 7.

2. Cor. 6.

Dignus quomodò fiat quis ad ſacrificãdum myſterium Domini.

10. TERTVLLIANVS in libro de oratione capite decimoquarto: Similiter de ſtationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quòd ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini. Ergò deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, an magìs Deo obligat? Nónne ſolennior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & reſeruato vtrunque ſaluum eſt, & participatio ſacrificij, & executio officij.

Sacrificiorũ orationibus oportet intereſſe.

Ad aram Dei ſtare.

Sacrificij participatio.

11. AVGVSTINVS epiſtola vigeſimatertia ad Bonifacium epiſcopũ: Nónne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in Sacramento non ſolùm per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur, nec vtiquè mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari? Si enim Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omninò ſacramenta non eſſent. &c.

In ſacramẽto quotidiè populis immolatur.

12. IDEM libro vigeſimo contra Fauſtũ Manichæum, capite vigeſimoprimo: Quis Antiſtitum in locis ſanctorũ corporũ aſſiſtens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipſorum locorũ admonitione maior affectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illũ quo adiuuante poſſumus. Ibidèm: Longè quippe minoris peccati eſt, ebrium redire à martyribus, quàm vel ieiunum ſacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi ſacrificare Deo in memorijs martyrum: quod frequentiſſimè facimus, illo duntaxàt ritu, quo ſibi ſacrificari noui Teſtamenti manifeſtatione præcepit: quod pertinet ad illum cultum, quæ latria dicitur, & vni Deo debetur. Sed quid agã, & tantæ cæcitati iſtorum hæreticorum quando demonſtrabo, quam vim habeat quod in Pſalmis canitur: Sacrificium laudis glorificabit me, & illic via eſt, vbi oſtendam illi ſalutare meum? Huius ſacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur: in paſſionẽ Chriſti per ipſam veritatem reddebatur: poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur.

Aſſiſtẽtes altari antiſtites Deo offerũt, & ſacrificant in memorijs martyrum.

Frequentatus apud Chriſtianos ſacrificium à Chriſto inſtitutum & præceptum.

Pſal. 49.

Huius ſacrificij caro & ſanguis præfigurata.

13. FVLGENTIVS Epiſcopus Ruſpenſis libro ſecundo ad Monimum, capite ſecundo: Dicis à nonnullis te interrogatum de ſacrificio Corporis & Sanguinis Chriſti, quod plerique ſoli Patri exiſtimant immolari. Hanc etiam aſſeris hæreticorum eſſe quaſi palmarem interrogationem. Sed nouum non eſt, vt hæretici, priuati lumine veritatis, illis ſe propoſitionibus veritatem ſuperaturos arbitrentur, quibus facilimè ſuperantur. Gloria namque in confuſione ipſorum eſt, qui terrena ſapiunt. &c. Quomodò Dei filium non oderũt, quem vnigenitum quidem verbis negare nõ poſſunt, ſed eum à natura Patris inconſiderata peruerſitate diſcernunt? Aut quomodò in animas ſuas impiè non faciunt, qui Dei vnigenitũ filium, Deum ſcilicet verum, nec glorificare cum Patre conſentiunt, nec vno eodémque ſacrificio pariter honorari permittunt. CAPITE deindè tertio & quarto probat Patriarchas, Abraham, Iſaac & Iacob non ſolùm Patri, ſed & filio ſacrificâſſe, ac proindè etiam modò in Eccleſia filio offerri ſacrificium.

Sacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti, non ſoli Patri immolatur.

Philip. 3.

Sacrificio vno eodẽque Pater & Filius honoratur.

14. ET capite quinto: Vnum de prophetis teſtimonium proferemus, quo poſſit euidenter oſtendi, prophetas ſanctos diuinitùs inſpiratos, certo fideliſſimoq; vaticinio prædixiſſe, Noui quoquè tem-

Digitized by Google

tempore teſtamenti ſpiritales hoſtias, non patri tantùm, ſed etiam filio à fidelibus offerẽdas. Prophetæ teſtimonium de ſacrificio, quod nunc in Eccleſia geritur, Sophonias quippe dicit: Suſtine me, dicit Dominus, in diem reſurrectionis meę in teſtimonium &c. quia tunc transferam ſuper populos linguã in progenies eius, vt inuocent omnes nomen Domini, & ſeruiãt ei ſub iugo vno, à transflumine Aethiopię ſuſcipiam obſeruantes me, qui diſperſi ſunt, adferẽt hoſtias mihi in illo die. Quid hac, rogo, vaticinatione lucidius? vel quod hîc tenebroſæ obſtinationis latibulum hæretica poteſt infidelitas reperire, quò poſſit lumen tantæ manifeſtationis effugere? &c. Eccè ille, qui ſe expectandum in die reſurrectionis ſuæ præcipit, ipſe ſibi hoſtias ab omnibus gẽtibus offerendas oſtendit, vt agnoſceretur ſacrificium illud eſſe acceptabile Deo, quod communiter patri & filio ſupplex offert fidelium puraq; deuotio. Et paulò pòſt: Si qui Catholici fideles, huius ſacramenti nunc vſque videbantur ignari, deincèps ſcire debẽt omne cuiuslibet honorificentiæ & ſacrificij ſalutaris obſequium, & Patri & Filio & Spiritui ſancto, hoc eſt, ſanctæ Trinitati, ab Eccleſia catholica pariter exhiberi: In cuius vtiquè vno nomine manifeſtum eſt ſanctum quoquè Baptiſma celebrari. Neque enim præiudicium Filio vel ſancto Spiritui comparatur, dum ad Patris perſonam precatio ab offerente dirigitur. Cuius conſummatio, dum Filij & Spiritus ſancti complectitur nomen, oſtẽdit nullum eſſe in Trinitate diſcrimen. Quia dum ad ſolius Patris perſonam honoris ſermo dirigitur, benè credentis fide tota Trinitas honoratur. Et cùm ad Patrem litantis deſtinatur intentio, ſacrificij munus omni Trinitati vno eodémque offertur litantis officio. Nos itaque dum Trinitati, quæ vnus & verus eſt Deus, vnum ſacrificium offerimus, vanis hæreticorum non moueamur obiectis: Cùm ad hoc ſequendum, ac robuſtiſſimè retinendum, & diuinitùs promulgatis inſtruamur oraculis, & præcedentium ſanctorum firmemur exemplis.

Teſtimoniũ Sophoniæ de ſacrificio, quod nunc in Eccleſia geritur.

Sopho. 3.

Sacrificij ſalutaris obſequium ab Eccleſia S. Trinitati exhibetur.

Non fit præiudicium alijs perſonis, dũ ad Patrẽ oratio ab offerente dirigitur.

Dum ad Patrem litantis deſtinatur intentio, ſacrificium vno litantis officio offertur Trinitati.

15. THEODORETVS capite vigeſimo ſanctorũ Patrum hiſtoriæ in vita ſancti Maris: Cùm longo tempore diuinus Maris deſiderâſſet videre offerri ſpiritale & myſticum ſacrificiũ, rogauit vt diuini doni illic fieret oblatio. Ego verò lubenter parui: & iuſſi ſacra vaſa afferri, pagus cùm haud longè aberat: & pro altari vſus diaconorum manibus, myſticum, diuinum, & ſalutare obtuli ſacrificium. Ille autẽ omni ſpiritali implebatur voluptate, & exiſtimabat ſeipſum cęlum videre: dicebatq; ſe nunquàm tantam cepiſſe lætitiam. Ego autem cùm ab eo valdè fuerim dilectus, putaui me & ei iniuriam eſſe facturum, ſi nõ etiam mortuum laudauerim, & alijs, ſi non hanc optimam philoſophiam eis propoſuerim imitandam.

Deſiderabat videre offerri myſticum ſacrificium.

Diaconorum manibus pro altari vſus obtulit Theodoretus diuinũ ſacrificium.

16. ALCIMVS Auitus libro quinto, qui eſt de tranſitu maris rubri, capite decimo; poſt explicatam hiſtoriam Exodi duodecimo, inquit:

Ergò agnoſce tuũ in nobis rex Chriſte cruorem,
Atq; tuos educ Aegypti è carcere ſeruos,
Et quocunque loco ſanctus mactaberis agnus,
Inq; cibos ſanctum porrexerit hoſtia corpus
Chriſte tuum, non attingat tua dextera vindex.
Prætereà veterem exutos formamq; virúmque,
In vitæ nouitate tuum fac ſumere corpus,
Et ſacrum æterni calicis potare cruorem.

Chriſtus quodam modo mactatur in ſacrificio Miſſæ, eiusq; efficacia.

17. DAMASCENVS in vita Barlaam & Ioſaphat capite duodecimo: Alij (loquitur de Monachis) procùl inter ſe conſtructis ædiculis, Dominicis diebus ad vnam & eandem Eccleſiá pergunt, ac diuina myſteria, hoc eſt, incruentum puri corporis, ac pretioſi ſanguinis Chriſti ſacrificiũ, percipiũt: quæ quidem Dominus pijs in peccatorum remiſſionem, ac tum animi, tum corporis illuminationem & ſanctificationem donauit.

Incruentum corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium.

18. ET capite decimonono: Cùm Barlaam ad Regis filij cubiculum rediiſſet, atq; incruenti ſacrificij ſacrum peregiſſet, immaculata Chriſti myſteria ipſi impertiuit.

Barlaam peregit ſacrũ incruenti ſacrificij.

19. ITEM capite trigeſimonono: Barlaam deindè ad quoſdam fratres longo interuallo ab ipſo diſſitos, eum (Ioſaphatem) amandat, vt ea, quę ad ſacroſanctum ſacrificium conficiendum accommodata erant, afferret. Cùm igitur longinquum illud iter fortiſſimo animo confeciſſet, atque ea, quæ ad ſacroſanctum ſacrificium opùs erant, attuliſſet, diuiniſſimus Barlaam incruentum ſacrificium Deo obtulit: perceptisq; Chriſti ab omni labe puris myſterijs, ac Ioſaphato item impertitis, ſpiritu exultauit.

Incruentum ſacrificium Deo obtulit.

20. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecũda contra Petrobruſianos, negantes Miſſæ ſacrificiũ: Reſpondet vobis, ô hoſtes Dei, Eccleſia Dei: ſe neq; abſq; ſacrificio eſſe, nec illo ſuo ſacrificio aliquid aliud quàm corpus & ſanguinem ſui redemptoris offerre. Offert quidem illa Domino Deo ſuo ſacrificiũ ſpiritus contribulati, de quo Propheta, Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus: offert ſacrificiũ iuſtitię, de quo idẽ, Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ: offert & ſacrificiũ laudis, de quo qui ſuprà, Immola Deo ſacrificiũ laudis: Sed longè acceptabilius offert ſacrificium, eum ſcilicet qui, iuxta Apoſtolũ, per Spiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, vt emundaret conſcientiã noſtrã ab operibus mortuis, ad ſeruiendũ Deo viuenti. Offert agnum Dei, qui tollit peccata mũdi: qui nec immolatus moritur, nec diuiſus minuitur, nec comeſtus conſumitur. Offert ipſum pro ſe ipſa, qui ſe obtulit pro ipſa: & quod ille fecit ſemel moriẽdo, hoc illa facit ſemper offerẽdo. Sed quia noui hæc magìs dicenda eſſe fidelibus venerãtibus, quàm infidelibus irridẽtibus; recondantur interim margaritæ, nè à porcis conculcentur: & cur ſacrificare Deo cæli terrigenas prohibeatis, quãto niſu poteſtis, aſtruite. Cumq; hoc ſit cultus diuini, & ſubditi Deo animi præcipuũ, & ab ipſo Deo conſtitutũ indicium: afferte ſi qua pro vobis ſunt, quæ nulla vt credo ſunt; cur ſeruos Domino, homines Deo, conditori condita, redẽptori redempta, famulari nõ vultis; eiq; ſoli debitum, & ab iſtis exhibendũ venerationis genus reddi, quantis poteſtis nequitiæ viribus, nõ ſinatis. Dicite, quæſo, cur ſacrificia Chriſtiana vobis Chriſtianis (ſi tamen hoc eſtis) non placent: cùm ſigno ſacrificiorum ſemper ſuos Deus ab alienis ſecreuerit, cùm diuinam ſeruitutem ab humanis obſequijs hoc ſigno diſcreuerit, cùm honorem creatori ſingulariter debitum, ab eo honore quo ſe inuicèm rationalis creatura præuenire iuxta Apoſtolum debet, hoc maximè ſigno diſtinxerit. Quorſum iſta? Vt videntes patres antiquos, & omnes priorum temporum iuſtos, Deo per iuſtitiam & ſacrificia placuiſſe, vt attendentes Deum ſibi ſoli ea fieri præcepiſſe, vt audiẽtes eum dijs alienis ſacrificantes eradicâſſe; agnoſcentes, inquam, per ſacrificia maximè, Deo deitatis honorem à ſanctis omnibus, ſeculis omnibus exhibitum, concedatis quod hactenùs prohibuiſtis, & debitum Deo ſacrificiorum munus offerre, noſtri ſeculi homines permittatis. Vt quid enim prohibẽtur filij ſequi patres ſuos? Cur, quos fide imitantur, præcipuo fidei ſigno imitari non ſinũtur? An fortè Iudæorum ſacrificia Deus approbat, & Chriſtianorum reprobat? Nónne magìs circa eorum ſacra nauſeat, dicẽs per Eſaiam, Plenus ſum. holocauſta arietũ & adipem pinguiũ, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui? Nónne & per aliũ Prophetam ait, Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos? Nónne & per Malachiam loquitur, Non eſt mihi voluntas in vobis: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra? Quod dicens, non ſacrificia

Eccleſia non eſt abſque ſacrificio, nec illo aliquid aliud quàm corpus & ſanguinẽ ſui redemptoris offert.

Pſal. 50.

Pſal. 49.

Heb. 9.

Ioan. 1.

Matth. 7.

Sacrificare Deo, præcipuum cultus diuini & ſubditi Deo animi indicium.

Deus ſuos, ab alienis ſacrificiorũ ſigno diſcreuit ſemper.

Rom. 12.

Omnes iuſti Deo per iuſtitiam & ſacrificia placuerunt.

Eſa. 1.

Pſal. 49.

Malach. 1.

Digitized by Google

Eſa. 1.

illi tempori data reſpuit, ſed prauā vitam ea offerentium arguit. Vndè & per Eſaiam ſubdit, Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Mirum valdè, ſi præcipuus (vt iam dictum eſt) deitatis cultus, Deo noſtro tēpore non defertur, qui omni ante noſtra tempora tēpore, ſummo ſtudio, ſolicita deuotione frequentabatur. Mirū ſi Chriſtiani à ſacrificijs vni, & Deo offerendis arcentur: cùm Patriarchæ, Prophetæ, Iudæi, Gētiles, Fideles, ab ipſo Deo, ipſi Deo ſacrificare, cogātur. Mirum nunc primùm de mundo diuina auferri ſacrificia, cùm nunquàm mundus in retroactis generationibus ſuis abſq; ſacrificiorū ſacris fuerit. Nā nec in profundis ignorantiæ & nequitiæ ſuæ tenebris ità Deo perijt, vt non haberet aliquos, & ſi paucos, qui & per iuſtitiam Deū colerent, & per ſacrificia eum ſe colere demonſtrarēt. At nunc ſi nouam veſtrā doctrinam mundus exaudiat; faciet quod nunquàm fecerat, & more captiuati illius populi, ſedebit abſq; lege, abſq; rege, abſq; ſacerdotio, abſq; Ephod & Theraphin: cumq; Deo ſacrificare ceſſauerit, & ipſe Dei eſſe ceſſabit. Erit his temporibus gratiæ, quod nunquàm fuit nec tēpore iræ; vt Chriſtianis Deo ſacrificare ceſſantibus, cultus, qui ſemper in mūdo fuerat, omninò de mundo pereat; & qui, Deū ritu ſuo colens, Deo eſſe ſubditus probatur, cultū eius abijciens, abſq; aliquo Deo prorſus eſſe videatur.

Mundus nunquàm abſque ſacrificiorum ſacris fuit.

Oſee 3.

1. B. CHRYSOSTOMVS homilia decimaſeptima in epiſtolā ad Hebræos: Quid ergò nos? Nonne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius. Et vna eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodò vna eſt, & non multæ? Quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum: hoc autē ſacrificium exēplar eſt illius, idipſum ſemper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed ſemper eundem ipſum. Proindè vnum eſt hoc ſacrificium, hac ratione: Alioquin quoniā in multis locis offertur, multi Chriſti ſunt? Nequaquàm, ſed vnus vbiquè eſt Chriſtus, & hîc plenus exiſtēs, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbiquè offertur, vnum corpus eſt, & non multa corpora: ità etiam & vnum ſacrificium. Pontifex autem noſter ille eſt qui hoſtiam mundantē nos obtulit: ipſam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem, conſumi non poteſt. Hoc autem quod facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum eſt. Hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut pontifex, ſed idipſum ſemper facimus: magis autem recordationem ſacrificij operamur. Sed quia ſacrificij huius mentionem feci, volo pauca ad vos initiatos dicere. Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiunt in toto anno, alij bis, alij ſæpiùs, &c.

Quotidiè vnā hoſtiam offerimus in memoriam mortis Chriſti.

Eundem ſemper agnū offerimus vbiquè.

Eandem offerimus hoſtiā quam Chriſtus obtulit. Luc. 22.

Operamur ſacrificij recordationem.

PRO VIVIS.

2. IACOBVS, Baſilius, & Chryſoſtomus in Liturgijs ſuis, vt infrà, M. teſtimonio ſecundo, tertio, & quarto.

3. AVGVSTINVS libro vigeſimoſecūdo de ciuitate Dei, capite octauo: Vir tribunitius Heſperius, qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalenſi fundum Zubedi appellatum, vbi cùm afflictione animalium & ſeruorum ſuorū, domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet, rogauit noſtros, me abſente, presbyteros, vt aliquis eorum illò pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi ſacrificium corporis Chriſti, orans quantùm potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo protinùs miſerante, ceſſauit.

Sacrificio corporis Chriſti dæmonis vexatio tollitur.

4. CHRYSOSTOMVS homilia ſeptuageſimaſeptima in Ioannem: Ideò in myſterijs inuicèm ſalutamus, vt multi vnū efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis, & terræ & maris, & vniuerſi orbis fructibus ſacrificamus.

Sacrificamus pro terræ fructibus.

5. IDEM homilia decimaoctaua in Acta Apoſtolorum: Ac fora quidem ac balnea faciūt multi, eccleſias autem non item, & omnia magis quàm has. Ideò oro ac ſupplico, & gratiam peto, immò & legem pono, vt nullus qui habet villam, appareat carere eccleſia. Nè mihi dixeris: propè eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumptus, non magnū commodum: ſi quid habes inſumendum in pauperes, illuc inſume: meliùs illuc, quàm ibi: educa magiſtrum, educa diaconum & ſacerdotalē ordinem. Quaſi ducta vxore vel ſponſa, vel data virgine, ſic erga eccleſiam affectus ſis: dotem inſcribe illi: ità ſibi benedictionis prædium multiplicabi tur. Quid enim non erit illic honorum? Parúmne eſt, oro, torcular benedici? parúmne eſt, Deum ex omnibus frugibus ac decimis priùs partem ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc vtile. Venerabilis erit & presbyter poſteà, & ad ſecuritatem agri conducet. Preces illic perpetuę propter te, laudes & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies Dominicos. Quid magis mirādum, quòd alij extruunt clara ſepulcra, vt poſteri audiant quòd ille conſtruxit, an quòd tu eccleſias excitas? Cogita quòd vſque ad Chriſti aduentum mercedem habiturus ſis, qui altare Dei excitaturus es. Et paulò pòſt: Parùm eſt, dic oro, in ſanctis oblationibus nomen tuum ſemper referri, & quotidiè pro villa preces ad Deum fieri?

Oblatio per ſingulos dies Dominicos, propter eum qui in villis ſuis Eccleſiā conſtruit.

In ſanctis oblationibus.

6. GREGORIVS Magnus libro quarto Dialogorū, capite quinquageſimoſeptimo: Hoc quoquè quod audiuimus, quendam apud hoſtes in captiuitate poſitum, & in vinculis religatum fuiſſe, pro quo ſua coniunx diebus certis ſacrificium offerre conſueuerat, qui longo pòſt tēpore ad coniugem reuerſus, quibus diebus eius vincula ſoluerentur, innotuit: eiuſq; coniunx illos fuiſſe dies in quibus pro eo ſacrificium offerebat, recognouit. Ex alia etiam re, quæ nobis ante annos ſeptem geſta eſt, certiſſimè confirmatur: Agathus enim Panormitanus Epiſcopus, ſicut fideles mihi ac religioſi viri multi teſtati ſunt atq; teſtantur, cùm beatæ memoriæ anteceſſoris mei tempore iuſſus eſſet vt Romam veniret, vim nimiæ tempeſtatis pertulit, ità vt ſe ex tanto vndarum periculo euadere poſſe diffideret. Nauta verò illius Baraca nomine, qui nunc eiuſdem Eccleſiæ clericatus officio fungitur, poſt nauem carabum regebat, ruptóque fune, cum eodē carabo, quem regebat, inter vndarum cumulos repentè diſparuit. Nauis autem cui Epiſcopus præerat, tandem poſt multa pericula ad Oſticam inſulā fluctibus quaſſata peruenit. Cúmque die tertio Epiſcopus nautam qui ab eo abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus, mortuum credidit, ſed per obſequium charitatis viuo vnum, quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti Deo pro abſolutione eius animæ offerre ſacrificium victimæ ſalutaris iubet: quo oblato, reſtaurata naue, perrexit ad Italiam. Cumq; ad Romanum portum veniſſet, illic nautam reperit quem mortuū putabat. Tunc inopinata exultatione gauiſus eſt, & eū, qualiter tot diebus in illo tāto maris periculo viuere potuiſſet, inquiſiuit. Qui videlicet indicauit, quotiès in illius tēpeſtatis fluctibus cum eodem quē regebat, fuiſſet carabo verſatus, qualiter cū illo vndis pleno natauerat, & quotiès eo à ſuperiori parte deorſùm verſo ipſe carinæ eius ſuperſederat, adiungens eùm diebus ac noctibus hoc inceſſanter faceret, iamq; eius virtus funditùs ex fame ſimul & labore cecidiſſet, quo eum ordine diuina miſericordia ſeruauerit, indicauit. Etenim quod etiam nunc vſque teſtatur, dicens: Laborans in fluctibus atque deficiens, ſubitò mentis pondere ſum grauatus, ità vt neq; vigilare me crederem, neq; depreſſus ſomno eſſem: & eccè in eodem medio mari me poſito quidam apparuit, qui mihi panem ad refectionem detulit. Quem mox vt comedi, vires recepi, nec longè pòſt nauis tranſ-

Vi ſacrificij oblati vincula ſoluta.

Oblatio ſacrificij victimæ ſalutaris pro anima nautę, & eiuſdē mirabilis efficacia.

tranſiens affuit, quæ me ab illo vndarum periculo ſuſcepit, atque ad terram deduxit. Quod ſcilicet Epiſcopus audiens, requiſiuit diem, atque illum fuiſſe diem reperit, quo pro eo presbyter in Oſtica inſula Deo omnipotenti hoſtiam ſacræ oblationis immolauit.

Hoſtia ſacræ oblatiõis immolata pro nauta.

7. BEDA libro quarto Anglicanæ hiſtoriæ, capite vigeſimoſecundo: In præfato autem prælio, quo occiſus eſt rex Elbuini, memorabile quoddam factum eſſe conſtat, quod nequaquàm ſilentio prætereundum arbitror, ſed multorum ſaluti, ſi referatur, fore proficuum. Occiſus eſt ibi inter alios de militia eius, iuuenis vocabulo Huma, qui cùm die illo & nocte ſequente inter cadauera occiſorum ſimilis mortuo iaceret, tandèm recepto ſpiritu reuixit, ac reſidens, ſua vulnera, prout potuit, ipſe alligauit. Deindè modicum quieſcens, leuauit ſe, & cœpit abire ſicubì amicos, qui ſui curam agerent, poſſet inuenire. Quod dum faceret, inuentus eſt, & captus à viris hoſtilis exercitus, & ad dominum ipſorum, Comitem videlicet Edilredi Regis, adductus. A quo interrogatus quis eſſet, timuit ſe militem fuiſſe confiteri, ruſticum ſe potiùs & pauperem, atque vxorio vinculo colligatum fuiſſe reſpondit, & propter victum militibus adferendum in expeditione ſe cum ſuis ſimilibus veniſſe teſtatus eſt. At ille ſuſcipiens eum, curam vulneribus egit, & vbì ſanari cœpit, nocte eum, nè aufugeret, vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit. Nam mox vt abiêre, qui vinxerant, eadem ſunt eius vincula ſoluta. Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat Tuma, presbyterum, & abbatem monaſterij in ciuitate, quæ hactenùs ab eius nomine Tumiaceſtir cognominatur. Qui cùm eum in pugna peremptum audiret, venit quærere, ſi fortè corpus eius inuenire poſſet: inuentúmque alium illi per omnia ſimillimum, putauit ipſum eſſe, quem ad monaſterium ſuum deferens, honorificè ſepeliuit, & pro abſolutione animæ eius ſæpiùs Miſſas facere curauit. Quarum celebratione factum eſt, quod dixi, vt nullus poſſet eũ vincire, quin continuò ſolueretur. Intereà Comes qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non poſſet, an fortè literas ſolutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud ſe haberet, per quas ligari nõ poſſet? At ille reſpondit, nihil talium artium nôſſe. Sed habeo fratrem, inquit, presbyterum in mea prouincia, & ſcio quia ille me interfectũ putans, pro me Miſſas crebras facit, & ſi nunc in alia vita eſſem, ibi anima mea per interceſſiones eius ſolueretur à pœnis. Dúmque aliquanto tempore apud Comitem teneretur, animaduertunt, qui eum diligentiùs conſiderabant, ex vultu & habitu, & ſermonibus eius, quia non erat de paupere vulgo, vt dixerat, ſed de nobilibus. Tunc ſecretè aduocans eum Comes, interrogauit intentiùs vndè eſſet, promittens nihil ei mali facturum pro eo, ſi ſimpliciter ſibi quis eſſet, proderet. Quod dum ille faceret, miniſtrum ſe regis fuiſſe manifeſtâs, reſpondit: Et ego per ſingula tua reſponſa cognoueram, quòd ruſticus non eras. Et nunc dignus es morte, quia omnes fratres & cognati mei in illa ſunt pugna interempti, nec tamen occidam, nè fidẽ, quam promiſi, præuaricem. Vt ergò conualuit, vendidit eum Londoniæ Freſoni cuidam, ſed nec ab illo, nec cùm illuc duceretur, vllatenùs potuit alligari. Verùm cùm alia atque alia vinculorum genera hoſtes imponerent, cúmque vidiſſet qui emerat, eum vinculis non potuiſſe cohiberi, donauit ei facultatem ſeſe redimendi, ſi poſſet. A tertia autem hora quando Miſſæ fieri ſolebant, ſæpiſſimè vincula ſoluebantur. At ille dato iureiurando vt rediret, vel pecuniam illi pro ſe mitteret, venit Canticam ad Regem Lodheri, qui erat filius ſororis Edildridæ reginæ, qui & ipſe quondàm eiuſdem reginæ miniſter fuerat, petijtq́ & accepit ab eo precium ſuę redemptionis, ac ſuo domino pro ſe, vt promiſerat, miſit. Qui poſt hæc patriam reuerſus, atque ad ſuum fratrem perueniens, replicauit ex ordine cuncta quæ ſibi aduerſa, quæ in aduerſis ſolatia proueniſſent, cognouitq́ referente eo, illis maximè temporibus ſua fuiſſe vincula ſoluta, quibus pro ſe Miſſarum fuerant celebrata ſolennia. Sed & alia quæ periclitanti ei commoda contigiſſent & proſpera, per interceſſionem fraternam, & oblationem hoſtiæ ſalutaris, cælitùs ſibi fuiſſe donata intellexit. Multiq́ hæc à præfato viro audientes, accenſi ſunt in fide ac deuotione pietatis ad orandum, vel eleemoſynas faciendas, vel ad offerendas Domini victimas ſacræ oblationis, pro ereptione ſuorum, qui de ſeculo migrauerant. Intellexerunt enim quòd ſacrificium ſalutare ad redemptionem valeret & animæ & corporis ſempiternam. Hanc mihi hiſtoriam etiam hi, qui ab ipſo viro, in quo facta eſt, audiêre, narrârunt: Vndè eam qui aliquando comperi, indubitanter hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ inſerendam credidi.

Virtute ſacrificij vincula captiui ſoluuntur.

Miſſarũ celebratio ꝑ anima eius quẽ defunctũ putabat.

Per Miſſas crebras & orationes anima ſoluitur à pœnis.

Rurſum vincula eiuſdem Sacrificij virtute ſoluuntur.

Per oblationẽ hoſtiæ ſalutaris multa cõmoda & proſpera contingunt.

Sacrificiũ ſalutare valet ad redemptionem animę & corporis ſempiternã.

8. CLEMENS Pontifex & martyr epiſtola tertia de officio ſacerdotum & clericorum: Hîc ergò, hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei, vbi & agendi & ſacrificandi eſt locus: quoniam in alijs locis ſacrificare & Miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus Epiſcopus proprius iuſſerit, aut ab epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, conſecratus fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agenda, nec ritè celebranda, docente nos nouo & veteri teſtamento. Hæc Apoſtoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobisq́ & omnibus abſque repræhenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus.

TRADITIO APOSTOLICA.

Sacrificare & Miſſas celebrare in certis locis.

Ex Apoſtolorum tranitione.

9. IRENAEVS aduerſùs hæreſes libro quarto, capite trigeſimoſecundo: Sed & ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens, Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in nouo teſtamento, de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris. Quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hęc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco ſacrificium offertur Deo, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus.

Matth. 26.

Chriſtus noui teſtamenti nouã docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens vbiq; offert.

Malach. 1.

10. CHRYSOSTOMVS homilia tertia in epiſtolam ad Philippenſes: Non fruſtrà ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis, &c.

Apoſtolorum decretum de memoria mortnorum in ſacrificio.

11. ITEM homilia ſexageſimanona ad populũ Antiochenũ, vbi eadẽ habet: ſic enim inquit: Non temerè ab Apoſtolis hęc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorũ agatur cõmemoratio. Sciunt enim indè illis multum contingere lucrũ, vtilitatẽ multam. Cùm enim totus conſtiterit populus extẽſis manibus, ſacerdotaliſq́ plenitudo, & tremendũ proponatur ſacrificium, quomodò Deũ non exorabimus pro his deprecantes?

Iterùm.

Ab Apoſtolis ſancitum.

12. IOANNES Damaſcenus in oratione de defunctis, ſiue, quòd ij qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis & beneficijs iuuentur: Porrò Verbi diſcipuli atque conſpectores, à quibus orbis vniuerſus captus eſt, illi inquam Saluatoris diſcipuli, ac diuini Apoſtoli, vt in tremendis ac puris vitamq́ue afferentibus myſterijs, eorum qui cum fide diem vitæ extremum clauſiſſent, memoria fieret, inſtituerunt, &c. vt infrà, L. teſtimonio quarto.

Apoſtolorum inſtitutum de mortuorum commemoratione in Sacrificio.

INSTITVTIO.

1. C. IRENAEVS libro quarto cōtra hæreſes, capite trigeſimo ſecūdo, vt ſuprà, B. teſtim. nono.

2. EVSEBIVS Cæſareenſis libro primo de demonſtratione Euangelica, capite decimo: Itaque poſt omnia, quaſi mirabilem quandam victimam, ſacrificiúmque eximium patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiúſque rei memoriam, vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus, inſtituit. Hoc etiam prophetarum præcipuus Dauid, qui quod futurum erat, ſpiritu ſuo diuino præuiderat, vaticinatus eſt, vbi ait: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit precem meam: & ſuſtulit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos: & immiſit in os meum cāticum nouum, carmen Deo noſtro. Quod porrò ſit hoc nouum canticum, declarat deinceps, vbi ait: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi, holocauſta & pro peccato non probâſti, tunc dixi: Eccè venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem Deus voluntatem tuam, volui. & adiungit: Annunciaui iuſtitiam in Eccleſia magna. Sic planè docens pro antiquis ſacrificijs & holocauſtis, Chriſti aduentum per aſſumptionem humani corporis, eiuſq́ue corpus perfectum, Deo oblatū eſſe, ipſumq́ue hoc Eccleſiæ ſuæ nunciat cum gaudio tanquàm ingens myſterium, quod prophetica voce in capite libri propoſitum, expreſſumq́ue ſit. Quum ergò huius ſacrificij memoriam ſignis quibuſdam in menſa celebrandam, corporisq́ue item illius, ſalutarisq́ue ſanguinis, vt noui Teſtamenti inſtitutum habet, acceperimus, rurſus à propheta Dauid inſtruimur ad dicendum: Parâſti in conſpectu meo menſam, contra eos qui affligunt me: Pingue feciſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quàm præſtantiſſimus. Palàm igitur in his myſticam ſignificat vnctionem & odorum afferentiam, menſæ Chriſti ſacrificia, quibus operantes, incruentas & rationales, eíque ſuaues victimas, in tota vita ſupremo Deo offerre, per eminentiſſimum omnium ipſius pontificem, edocti ſumus. Hoc ipſum magnus quoquè propheta Eſaias mirabiliter diuino ſpiritu indicante prouidit, & antequàm fieret prædicauit. dicit igitur ſic: Domine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuū, quoniam feciſti res mirabiles. Et quænam hæ ſint res mirabiles, planè deinceps oſtendit, dicens: Faciet Dominus Sabaoth conuiuium omnibus gentibus: bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento, trade hæc omnia gentibus. Conſilium enim hoc in omnes gentes. Huiuſmodi ſanè erant Eſaiæ mirabilia, quæ bonę cuiuſdam fragrantiæ, vnguentiq́ue vnctionem, non Iſrael, ſed omnibus gentibus promittebant, ex quo nō immeritò propter vnguenti vnctionem Chriſtianorum appellationem conſecutæ ſunt, ſed vini quoquè lætitiam gentibus vaticinatur; in eo noui teſtamenti, quod à Chriſto conditum eſt, myſterium ſubobſcurè ſignificans, quod ſanè apud omnes gentes in præſenti tempore perſpicuè celebratur. Et paulò antè cùm de Gentibus & Iudæis ad Chriſtum conuerſis ageret, Meritò ſanè, inquit, quando illius memoriam, corporíſque eiuſdem & ſanguinis recordationem quotidiè celebrant, & ad longè præſtātius & ſacrificium & munus aſſumpti ſunt, quàm illud antiquius fuerit.

Chriſtus hoc Sacrificium inſtituit.

Pſal. 39.

Pſal. 22.

Incruētas victimas in mēſa Domini offerre edocti ſumus à Chriſto.

Eſaiæ 25.

Myſteriū noui teſtamenti apud omnes gentes celebratur.

3. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimatertia ad Cæcilium: Si Ieſus Chriſtus Dominus & Deus noſter, ipſe ſummus ſacerdos Dei patris, & ſacrificium patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſuî commemorationem præcepit, vtiquè ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur: & ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat offerre ſecundùm quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe. Et paulò pòſt: At enim non manè, ſed poſt cœnam mixtum calicem obtulit Dominus. Nunquid ergò Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicē frequentandis Dominicis offeramus? Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificij oſtenderet occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcriptum eſt: Et occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſrael ad veſperam. Et iterùm in Pſalmis: Adleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nos autem reſurrectionem Domini manè celebramus. Et quia paſſionis eius mentionem in ſacrificijs omnibus facimus; (paſſio eſt enim Domini, ſacrificium quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus. ſcriptura enim dicit: Quotieſcunq́ue enim ederitis panem iſtum, & calicem iſtum biberitis, mortem Domini annunciabitis quoaduſquè veniat. Quotieſcunquè ergò calicem in commemorationem Domini & paſſionis eius offerimus, id quod conſtat Dominum feciſſe, faciamus.

lib. 2. epiſt. 3.

Seipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſuî cōmemorationē præcepit.

Cur Chriſtus poſt cœnam obtulerit hoc ſacrificiū, nos autem manè offeramus.

Exod. 12.

Pſal. 140.

1. Cor. 11.

4. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite vigeſimo: Vndè verus ille mediator, inquantùm formam ſerui accipiens, mediator effectus eſt Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, cùm in forma Dei ſacrificium cum patre ſumat, cum quo & vnus Deus eſt, tamen in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe, quàm ſumere, nè vel hac occaſione quiſquam exiſtimaret, cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Per hoc & ſacerdos eſt, ipſe offerens, ipſe & oblatio. Cuius rei ſacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificiū: quæ cùm ipſius capitis corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſcit offerre. Huius veri ſacrificij multiplicia variaq́ue ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorū, cùm hoc vnum per multa figuraretur, tanquàm verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multùm commendaretur. Huic ſummo veróque ſacrificio cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt.

1. Tim. 2.

Chriſtus eſt offerēs & oblatio.

Sacrificium Eccleſiæ.

Figuræ noſtri ſacrificij.

Huic ſummo veróque ſacrificio cūcta falſa ceſſerunt.

5. IDEM libro vigeſimo contra Fauſtum Manichæum, capite vigeſimoprimo, vt ſuprà, A. teſtimonio duodecimo.

6. ET in Pſalmum trigeſimumtertium concione ſecunda: Coram regno patris ſui mutauit vultum ſuum, & dimiſit eum, & abijt: quia erat ibi ſacrificium ſecundùm ordinem Aaron, & poſteà ipſe de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundùm ordinem Melchiſedech. Mutauit ergò vultum ſuum in ſacerdotio.

Chriſtus de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundùm ordinē Melchiſ.

Pſal. 109.

7. LVCAE viceſimoſecundo, vt in textu.

HOC FACITE.

8. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimatertia in Matthæum: Hac de cauſa, deſiderio deſideraui, inquit Dominus, hoc paſcha vobiſcū comedere, hoc eſt, tradere vobis res nouas & paſcha dare, quo vos ſpirituales faciam. Ipſe quoquè bibit ex eo, nè auditis verbis illis dicerent: Quid igitur ſanguinem bibimus & carnē comedimus? ac ideò perturbarentur. Nam & quando priùs de his verba fecit, multi ſolummodò propter verba ſcandalum paſſi ſunt. Nè igitur tunc id quoquè accideret, primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationē myſteriorum induceret. Quid porrò vetus quoquè illud, inquies, facere oportet? Minimè: ideò enim, Hoc facite, dixit, vt ab illo abduceret. Præterea ſi remiſſionem hoc peccatorum facit, ſicut certè facit, ſuperuacaneum illud omninò eſt. Sed ſicut in veteri, eodem hîc modo in beneficio reliquit, & memoriam myſterio-

Luc. 22.

Chriſtus bibit ſanguinē ſuum in Cœna.

Dicēs, hoc facite, veteris agni ſacrificium abrogauit.

Digitized by Google

Per oblationē huius incruenti ſacrificij, cruentū contra quoſdam hæreticos defenditur.

myſteriorum colligauit, etiam hinc hæreticorum ora frænando. Nam quando dicunt, vndè patet immolatum Chriſtum fuiſſe, præter alia multa hæc etiam myſteria afferentes, ora ipſorum conſuimus. Si enim mortuus Ieſus non eſt, cuius ſymbolum aut ſignum hoc ſacrificiũ eſt? Vides quantum ei ſtudium fuerit, vt ſemper memoria teneamus pro nobis ipſum mortuum fuiſſe. Nam quoniam Marcion, Valentinus, Manichæus, eorumq́ ſequaces negaturi erant hanc diſpenſationem, in memoriam paſſionis per hoc ſemper ità reducit myſterium, vt nemo non inſanus ſeduci poſſit. Ità per ſacratiſſimam iſtam menſam & ſaluat, & docet: hoc enim caput bonorum omnium eſt.

Our Deus olim ſanguinē admiſerit.

9. IDEM homilia vigeſimaquarta in priorem epiſtolam ad Corinthios: Et in veteri quidem teſtamento, cùm imperfectiores eſſent, quem idolis offerebant ſanguinem, eum ipſum accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret. Quod etiam inenarrabilis amoris ſignum erat. Hîc autem multò admirabilius & magnificentius ſacrificium præparauit, & quum ſacrificium ipſum commutaret, & pro brutorum cæde ſeipſum offerendum præciperet. Et paulò poſt: Sed quare addit, quem frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minimè, ſed omninò contrà: Os enim eius, inquit, non conteretur. Sed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur propter te: frangi ſuſtinet, vt omnes ſatiet.

Pro brutorũ cæde ſeipſum offerendum præcepit. Exod. 12. Num. 9.

Fractio Euchariſtiæ.

Altare ad cõſecrationem reſeruatum dedicatur.

10. MARTIALIS in epiſtola ad Burdegalenſes, capite tertio: Dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſſimus: qua dedicata in nomine Domini Dei Iſrael, & ipſius teſtis Stephani, qui pro eo à Iudæis paſſus eſt, non hominis cultum, ſed Dei in ea frequentatis: Stephanus enim non Deus, ſed amicus Dei fuit: qui pro teſtimonio eius, animã ſuam poſuit: cuius ſanguine ipſa menſa eſt decorata, quia ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus comprobatus eſt eſſe Deus: & qui crediderit, ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificium enim Deo creatori offertur in ara, non homini, neq́ angelo. Nec ſolùm in ara ſanctificata, ſed vbiquè offertur Deo oblatio munda, ſicut teſtatus eſt: cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ipſe enim corpus habens & immaculatum, & ſine peccato, quia conceptus eſt de Spiritusancto, natus ex Maria virgine, in ara crucis ipſum permiſit immolari. Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere, nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dominus noſter iuſſit nos agere in ſuî commemorationem. Nam de ſacrificijs idolorum notum vobis à me factum eſt, quia ea maximè de cauſa dominabatur vobis diabolus. Et ſicut communio viui Dei eſt vobis vita, ſic participatio menſæ ſimulacrorum, erat vobis æterna mors, & infirmitates, & corruptiones, & nimiæ tribulationes huius ſeculi.

Sacrificium Deo offertur in ara ſanctificata. Chriſti corpus & ſanguinē offerimus Ioan. 4.

Hoc remedio vita præſtatur & mors effugatur. Chriſtus iuſſit in ſui memoriam hoc ſacrificium offerri.

11. DIONYSIVS Areopagita Eccleſiaſticæ hierarchiæ capite tertio: Hinc iam venerandus antiſtes diuinis altaribus adſtans, ſancta & diuina laudat Ieſu opera, quæ ineffabilis prouidentiæ ratione in ſalutem generis noſtri, voluntate ſanctiſſimi patris in ſpiritusancto (vt eloquia diuina tradunt) conſummauit. Peracta verò laude, venerandáque ipſorum intelligibili ſpeculatione ſpiritualibus inſpecta luminibus, tum verò etiam ad ſacra myſteria in ſignis celebranda progreditur, idq́ ex traditione diuina. Quocircà reuerenter ſimul & ex pontificali officio, per ſacras diuinorum operum laudes, quòd hoſtiam ſalutarem (quæ ſupra ipſum eſt) litet, ſe excuſat, ad ipſum primò decenter exclamans, Tu dixiſti: Hoc facite in meam commemorationem. Deindè tanto miniſterio ad imitationem Dei inſtituto dignus fieri poſtulat, & ſimilis ipſi Chriſto pro viribus euadere, vt & ſacramenta ſanctè conficiat, & caſtè diſtribuat: & qui ad communionem acceſſuri ſunt, dignè participent: ſicq́ veneranda myſteria conſummat, & laudata oculis ſubijcit, in ſignis ſanctè propoſitis.

Chriſtus cùm dixit, hoc facite &c. hoſtiam ſalutarem litari iuſſit.

12. CLEMENS Pontifex & martyr libro quinto Apoſtolicarum conſtitutionum, capite decimooctauo: Domino ſexta feria in crucem acto, & luceſcente Dominico die à mortuis excitato, completa eſt ſcriptura, quæ aiebat; Reſurge Deus, & iudica terram, quoniam tu eris hæres in omnibus gentibus. & rurſùs; Nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in ſalutari, cum fiducia agam in eo; &, Tu Domine miſerere meî, & ſuſcita me, & retribuam eis. Idcircò igitur & vos excitato Domino à mortuis, facite ſacrificium veſtrum, de quo vobis per nos conſtituit, inquiens; Hoc facite in meã commemorationem. Ac poſteà deponite ieiunium lætantes, & diem feſtum agentes, quoniam ſuſcitatus eſt à mortuis Ieſus Chriſtus pignus noſtræ reſurrectionis: & ſit hoc vobis legitimum ſempiternum vſque ad conſummationem ſeculi, donèc veniat Dominus.

Pſal. 81. Pſal. 11. Pſal. 40.

Offerendum ſacrificium ex Chriſti cõſtitutione vſque ad conſummationē ſeculi. Luc. 22.

13. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda: Quia de veritate ſacrificij Chriſtiani ſufficientia, vt credo, dicta ſunt: dicite cur idem ſacrificium, hoc eſt (vt iam dixi) corpus & ſanguinē redemptoris cæteris inuidentes, diſcipulis, qui cœnæ Domini illi famoſæ & vltimæ ante paſſionem interfuerunt, tantùm, & nunquàm poſteà niſi tunc, datum conceditis. Quòd ſi differtis, ſicut nunc vſque diſtuliſtis: probo nec illis tantùm, nec tunc tantùm hoc datum; ſed fidelibus cunctis largum munus, à largitore omnium munerum, vſque ad conſummationem ſeculi præparatum. Sed ineffabiliter admiror, & admirans obſtupeſco, vndè opinio hęc innaſci hominibus Euangelio Dei (vt dicunt) credentibus potuit, cùm Chriſti verba huic nouæ hæreſi contraria ſic ibi poſita ſint, vt ſi ea dubia vel obſcura putantur, nulla eius eloquia, vel præcepta certa, vel perſpicua eſſe videantur. Quid enim certius, quid clarius dici potuit contra eos, qui corpus Chriſti & ſanguinem per ſacramentum tunc tantùm facta, tunc tantùm data aſtruunt, quàm quod ipſe Chriſtus diſcipulis ſuis præcepit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem? Nam poſtquàm dixit, Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. &, Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus: ſtatim quod dixi, adiunxit; Hoc facite in meam commemorationem. Quomodò ergò poteſt dici ſemel tantùm factum, & ſemel pręſentibus datum ſacramentum, cùm nullum Apoſtolorum excludens, nullum tempus excipiens, Chriſtus dixerit, Hoc facite in meam commemorationem? Quomodò igitur audet hæreticus dicere, Nolite hoc facere: cùm Chriſtus imperet, dicens, Hoc facite? Hoc planè, non aliud: hoc idem, quòd accipitis ad comedendum, quod ſumitis ad bibendum, corpus ſcilicet meum & ſanguinem. Hoc (inquam) facite in meam commemorationem. Quid vltrà? quid vltrà certè quæretis? Eccè hoc ſolum & breuiſſimum verbum, multa & prolixiſſima erroris verba deſtruit: vt niſi ex ſuperabundanti non ſit vlteriùs neceſſe quærere, vndè nequam hoſtis debeat interire. Non enim ſolùmodò dixit, Accipite & comedite; vel, Accipite & bibite: ſed addidit, Quod accipitis & comeditis, quod accipitis & bibitis, hoc facite. Si hoc ità eſt: falſum eſt, quod à vobis ô hæretici dictum eſt, tunc tantùm hoc ſacramentum à Chriſto datum, tunc tantùm ab Apoſtolis ſuſceptum: quia quod fecit, eos facere præcepit;

Probatio cõtra hęreticos, qui Chriſtiãis Euchariſtiæ donum inuident; cœnam Dominicam nõ pro diſcipulis tãtùm, ſed pro omnibus fidelibus ad cõſummationem vſque ſeculi inſtitutam.

Chriſti verba eorum hæreſi apertiſſimè contraria.

Digitized by Google

cepit; quod eis diſtribuit, hoc eos alijs diſtribuere voluit.

FIGVRÆ.

1. D. GENESIS quarto: Abel quoquè obtulit de primogenitis gregis ſui & adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

2. ITEM capite octauo: Aedificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare: odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.

3. ET decimoquarto capite: At verò Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinum, (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit Abraham, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo qui creauit cælum & terram &c.

4. EXODI duodecimo: Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. Et ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis huius: immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et ſumēt de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Aegyti.

5. AVGVSTINVS libro decimo de ciuitate Dei, capite vigeſimo: vt ſuprà, C. teſtimonio quarto.

Figuræ noſtri ſacrificij.

6. IDEM libro ſexto contra Fauſtum Manichæum, capite quinto, de ſacrificijs veteris teſtamenti loquens: Et ipſa, inquit, figuræ noſtræ fuerunt, & omnia talia multis & varijs modis vnum ſacrificium, cuius nunc memoriam celebramus, ſignificauerunt. Vndè iſto reuelato, & ſuo tempore oblato, illa de agendi celebritate ſublata ſunt, ſed in ſignificandi authoritate manſerunt.

IVGE SACRIFICIVM.

1. E. HIPPOLYTVS Epiſcopus & martyr in oratione de conſummatione mundi & Antichriſto: Lugebunt etiam eccleſiæ luctum magnum, quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus Deo gratus. Sed Eccleſiarum ædes ſacræ, tugurij inſtar erunt, preciosúmque corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis: liturgia extinguetur, pſalmorum decantatio ceſſabit, ſcripturarum recitatio non audietur: Sed erunt apud homines tenebræ, lamentatio ſuper lamentationem, væ ſuper væ.

In diebus Antichriſti auferetur liturgia.

2. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimanona operis imperfecti in Matthæum, in ea verba, Cùm ergò videritis abominationem: Et ſic prophetæ verba ſignificant magìs de conſummatione mundi: prophetia tamen, ſicut docet Chriſtus, ad vtrunque eſt dicta. Sunt autem verba illa ſic: In dimidio ſeptimi anni auferetur iuge ſacrificium, & abominatio deſolationis ſtabit in loco ſancto, vſque ad conſummationem temporis, & conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem. Illic exercitus Romanus dictus eſt abominatio deſolationis, quia ad deſolationem redacturus fuerat Iudaicum cultum: hîc autem Antichriſtus dicitur abominatio deſolationis, quia multorum Chriſtianorum animas facturus eſt deſolatas à Deo. Nam antequàm caperent Romani Hieruſalem, in dimidio hebdomadis Chriſtus per ſuam doctrinam tulit de medio iuge ſacrificium Iudæorum. Nam dicitur tribus annis & ſex menſibus docuiſſe, qui numerus facit dimidium ſeptem annorum, vt illud ſacrificium quod iugiter fuerat in vſu, tolleretur de medio, & offerretur ſacrificium laudis in voce, & ſacrificium iuſtitiæ in operibus, & ſacrificium pacis per Euchariſtiam. Vſque ad finem autem ſeculi tumultus eſt, quià Iudaica conſuetudo de ſacrificijs offerendis nunquàm eſt reparanda. Item in medio hebdomadis, hoc eſt, tribus annis & ſex menſibus, hoc ſacrificium Chriſtianorum tollendum eſt ab Antichriſto, confugientibus Chriſtianis ante eum per loca deſerta, non erit, qui aut in Eccleſiam intret, aut oblationem offerat Deo.

Dan. 9.

Sacrificium Chriſtianorū ab Antichriſto tollendū.

3. DANIELIS duodecimo: Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem: dies mille ducenti nonaginta.

4. ET capite nono: Et poſt hebdomadas ſexagintaduas occidetur Chriſtus &c. * Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

* confirmabit

MELCHISEDECH.

1. F. PSALMO centeſimo nono: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

2. AD Hebræos ſeptimo: Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei. Et paulò pòſt: Si ergò conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat, quid adhuc neceſſarium fuit ſecundùm ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundùm ordinem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſsè eſt vt legis tranſlatio fiat.

3. GENESIS decimoquarto, vt ſuprà, D. teſtimonio tertio.

4. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimatertia ad Cæcilium: Admonitos nos ſcias, vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit: vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Nam cùm dicat Chriſtus, Ego ſum vitis vera: ſanguis Chriſti non aqua eſt vtiquè, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis eius, quo redempti & viuificati ſumus, eſſe in calice, quando vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui ſcripturarum omnium ſacramento ac teſtimonio prædicetur. Inuenimus enim & in Geneſi circa ſacramentum Noë hoc idem præcurriſſe, & figuram Dominicæ paſſionis illic extitiſſe, quòd vinum bibit, &c. Item in ſacerdòte Melchiſedech ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus, ſecundùm quòd ſcriptura diuina teſtatur, & dicit: Et Melchiſedech rex Salem, protulit panem & vinum. Fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchiſedech typum Chriſti portaret, declarat in Pſalmis Spiritusſanctus, ex perſona patris ad filium dicens: Ante Luciferum genui te: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Qui ordo vtiquè hic eſt, de ſacrificio illo veniens, & indè deſcendens, quòd Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quòd panem & vinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam quis magìs ſacerdos Dei ſummi, quàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus? qui ſacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. Et paulò pòſt: Vt ergò in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſet ritè celebrari, præcedit antè imago ſacrificij Chriſti, in pane & vino ſcilicet conſtituta: quam rem perficiens & adimplens Dominus, panem & calicem mixtum vino obtulit: & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem Spiritusſanctus typum Dominici ſacrificij antè præmonſtrat, immolatæ hoſtiæ & panis & vini, ſed & altaris & Apoſtolorum faciens mentionem: Sapientia, inquit, ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem:

lib. 2. epiſt. 3.

Mixtio vini & aquæ in calice.

Ioan. 15.

Geneſ. 9.

Geneſ. 14.

Pſal. 109.

Sacrificium Melchiſed. noſtri ſacrificij typus eſt.

Chriſtus ſacrificium obtulit ſecundùm ordinē Melchiſedech in vltima cœna.

Prouerb. 9.

Digitized by Google

ſeptem: Mactauit ſuas hoſtias, miſcuit in cratera vinum ſuum, & parauit menſam ſuam: Et miſit ſeruos ſuos, conuocans cum excelſa prædicatione ad craterem &c.

Per miniſtros ſuos adminiſtrat Chriſtus ſacrificium ſecundùm ordinē Melchiſedech.

5. EVSEBIVS libro quinto de demonſtratione Euangelica, capite tertio: Et ſanè oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur, quemadmodùm Saluator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedech ritu, ea quæ ad ſacerdotium in hominibus gerendum ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. Nam quemadmodùm ille qui ſacerdos gentium erat, nuſquàm videtur ſacrificijs corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane, dum ipſi Abraham benedicit: itâ ſanè primus ipſe Saluator ac Dominus noſter: deindè qui ab ipſo profecti ſunt, ſacerdotes in omnibus gentibus, ſpirituale ſecundùm eccleſiaſticas ſanctiones ſacerdotij munus obeuntes, vino ac pane, & corporis illius & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentant, quæ ſanè myſteria Melchiſedech tanto antè ſpiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vſus fuerat, ſicut etiam Moyſi ſcriptura teſtificatur, vbi ait: Et Melchiſedech rex Salem, protulit panes & vinum: Erat autem ſacerdos Dei altiſſimi, & benedixit Abraham.

Figuræ oblationis noſtrę.

Melchiſedech in typo Chriſti panē & vinum obtulit.

6. HIERONYMVS in epiſtola decimaſeptima ad Marcellam, ſub nomine Paulæ & Euſtochij, vt commigret Bethlehem, capite ſecundo: Recurre ad Geneſim, & Melchiſedech regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Chriſti panem & vinum obtulit, & myſterium Chriſtianum in ſaluatoris ſanguine & corpore dedicauit.

7. IDEM ad Euagrium epiſtola centeſima vigeſimaſexta: Sic & Melchiſedech, eò quòd Chananæus fuerit, & non de genere Iudæorum, in typum præceſſiſſe ſacerdotis filij Dei, de quo dicitur in centeſimo nono pſalmo: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quòd ſolus & rex fuerit & ſacerdos, & ante circunciſionem functus ſacerdotio: vt non gentes ex Iudæis, ſed Iudæi à gentibus ſacerdotium acceperint, neque vnctus oleo ſacerdotali, vt Moyſi præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis & fidei puritate: neque carnis & ſanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium ſanguinem dextera ſuſceperit, ſed pane & vino ſimplici puróque ſacrificio, Chriſti dedicauerit ſacramentum, & multa alia quæ epiſtolæ breuitas non recipit.

Leuit. 3.

Panis & vini puro ſacrificio, Chriſti ſacramētum dedicauit.

8. AVGVSTINVS in pſalmum trigeſimumtertium, concione ſecunda: Coram regno ergò patris ſui mutauit vultum ſuum, & dimiſit eum, & abijt: quia erat ibi ſacrificium ſecundùm ordinem Aaron, & poſteà ipſe de corpore & ſanguine ſuo inſtituit ſacrificium ſecundùm ordinem Melchiſedech. Mutauit ergò vultum ſuum in ſacerdotio; & dimiſit gentem Iudæorum, & venit ad gentes. Quid eſt ergò, affectabat? Affectu plenus erat. Quid enim tam plenū affectu, quàm miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti?

Inſtituit ſacrificium de corpore & ſanguine ſuo ſecundùm ordinē Melchiſedech.

9. EPIPHANIVS hæreſi quinquageſimaquinta Melchiſedechianorum: Obtulit ipſi Abraham panes & vinum &c. quandoquidē ex ipſo ex circunciſione futurum erat ſacerdotium, vt omnis altitudo quæ ſe effert contra cognitionem Dei, per cognitionem Dei deſtrueretur, ad hoc, vt nè ſe iactans circūciſio de ſacerdotio, contradicere poſſit ſacerdotio ſanctæ eccleſiæ. Abraham enim obtulit ipſi Melchiſedech decimam. Qui verò ab Abrahamo deſcenderunt, ipſi Leui obtulerūt & Aaron. Poſt tempus autē cùm rurſus eſſet ſacerdotium ex circūciſione per Aaron & filios ipſius, conſequenter ſcriptura dicit per Dauidem, poſt generationes duodecim à generatione Leui, ſeptimam verò à ſucceſſione Aaron: natura viſum eſt, vt in veteri ſacerdotio ſacerdotalis dignitas nè conſtituatur, verùm ad id quod ante Leui & ante Aaron fuit ſecundùm ordinem Melchiſedech ſacerdotium transferatur: quod ſanè nunc in Eccleſia viget à Chriſto & hucuſque dum non ampliùs ſemen ſecundùm ſucceſſionem eligitur, ſed forma iuxta virtutem quæritur. Primum enim ſacerdotium in præputio per Abel perficitur: ſed & deinceps per Noë: tertium verò per Melchiſedech. Et paulò pòſt: Quando Abraham fuit annorum octogintaocto aut nonaginta plùs minùs, tunc Melchiſedech ipſi obuiàm venit, & propoſuit ipſi panes & vinum, myſteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria: qùum Dominus noſter dicat: Ego ſum panis viuens: & exemplar ſanguinis ipſius, qui ex latere ipſius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatorum, & reſperſionem ac ſalutem animarum noſtrarum.

Panis & vini Melchiſedech erant myſteriorum exemplaria.

Ioan. 6.

10. DAMASCENVS libro quarto de Orthodoxa fide, capite decimoquarto: Abraham ex alienigenarum ſtrage redeuntem ille &c. vide ſuprà quæſtione ſecunda, B. teſtimonio ſeptimo.

1. G. NVMERORVM vigeſimooctauo: Hęc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos duos quotidiè in holocauſtum ſempiternum: vnum offeretis manè, & alterum ad veſperum: decimam partem ephi ſimilæ, quę conſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat quartam partem hin. holocauſtum iuge eſt, quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſſimum incenſi Domini, & libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario Domini. Alterúmque agnum ſimiliter offeretis ad veſperam, iuxta omnem ritū ſacrificij matutini & libamentorum eius, oblationem ſuauiſſimi odoris Domino. Die autem Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilę oleo conſperſæ in ſacrificio, & liba quæ ritè funduntur per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempiternum &c. vbi de oblationibus ſingularum ſolennitatum agitur.

2. CAPITE verò vigeſimo nono de oblationibus & ſacrificijs ſolennitatum ſeptimi menſis.

Prouerb. 9.

3. AVGVSTINVS libro decimoſeptimo de ciuitate Dei, capite vigeſimo, exponens illud, Venite, comedite panem meum, &c. Hîc certè agnoſcimus Dei ſapientiam, hoc eſt, verbum Patri coæternum, in vtero virginali domum ſibi ædificâſſe corpus humanum, & huic tanquàm capiti membra, Eccleſiam ſubiunxiſſe, martyrum victimas immolâſſe, menſam in vino & panibus præparaſſe, vbi apparet etiam ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech, inſipientes & inopes ſenſu vocâſſe, quia, ſicut dicit Apoſtolus, Infirma huius mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Quibus tamen infirmis, quod ſequitur, dicit: Derelinquite inſipientiam, vt viuatis; & quærite prudentiam, vt habeatis vitam. Participem autem fieri menſæ illius, ipſum eſt incipere habere vitam. Nam & in alio libro, qui vocatur Eccleſiaſtes, vbi ait: Non eſt bonum homini, niſi quod manducabit & bibet: quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem menſæ huius pertinet, quam ſacerdos ipſe mediator Teſtamenti noui exhibet ſecundùm ordinem Melchiſedech de corpore & ſanguine ſuo? Id enim ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris Teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri; propter quod etiam vocem illam in pſalmo triceſimo & nono eiuſdem mediatoris per prophetiam loquentis agnoſcimus: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi: quia pro illis omnibus ſacrificijs & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus miniſtratur.

Pſal. 109.

1. Cor. 1.

Prouer. 9.

Cap. 5.

Sacrificium Melchiſedechicū ſucceſſit alijs ſacrificijs typicis.

Pſal. 39.

Pro omnibus alijs ſacrificijs offertur corpus Chriſti.

Digitized by Google

Chriſtiāi orbis vnicū ſacrificium ſucceſſit varijs Iudæorū hoſtijs.

4. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda contra Petrobruſianos: Sacrificium Chriſtiani orbis non multiplex eſt, ſed ſimplex; non plura, ſed vnum: quia ſicut in toto mundo vnus tantùm eſt populus Chriſtianus qui illud offert, & vnus Deus cui offert, & vna fides per quam offert; ità & ipſum vnum eſt, quod offert. Ceſſit pluralitas Iudaicarum hoſtiarum vnitati victimæ Chriſtianæ: quæ quia non poterat perfectum facere ſeruientem multiplicitate ſua, prouiſa eſt à Deo hoſtia quæ offerentes mundaret, ſanctificaret, perfectos faceret ſimplicitate ſua. Bos, vitulus, aries, agnus, capra, hircus, carnibus & cruore implent altaria Iudæorum; ſolus agnus Dei, qui tollit peccata mundi, altari ſuperponitur Chriſtianorum. Et infrà: Hoc eſt noſtrum ſacrificium, hoc legis Euangelicæ, hoc noui teſtamenti, hoc noui populi holocauſtum: quod tunc ſemel in cruce à Dei & hominis filio, Deo oblatum eſt, & quod ſemper in altari ab ipſius populo offerendum, ab eodem præceptum & inſtitutum eſt. Nō enim aliud tunc oblatum eſt, aliud nunc offertur, ſed quod * dictum eſt, ſemel Chriſtus obtulit, hoc ſemper Eccleſiæ ſuæ offerendum reliquit.

Mundat, ſanctificat, & perficit offerentes.

Chriſtus præcepit hoc ſemper offerri.

* for. vt

OBLATIO MVNDA.

5. MALACHIAE primo: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

6. MARTIALIS apoſtolus Galliæ ad Burdegalenſes, capite tertio, vt ſuprà, C. teſtimonio decimo.

7. ITEM Iuſtinus philoſophus & martyr aduerſus Iudæos dialogo cum Tryphone habito, vt ſuprà, A. teſtimonio octauo.

8. IRENAEVS libro quarto aduerſùs hæreſes, capite trigeſimoſecundo, vt ſuprà, B. teſtimonio nono.

9. ITEM in eodem libro quarto, capite trigeſimotertio: Quoniam nomen filij, proprium patris eſt, & in Deo omnipotente, per IESVM CHRISTVM offert Eccleſia, benè ait ſecundùm vtraque, Et omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Incenſa autem Ioannes in Apocalypſi, orationes ait eſſe ſanctorum.

Malach. 1.

Apoc. 5. & 8.

Eccleſiæ oblationē Dominus offerri docuit in vniuerſo mūdo.

10. ET capite trigeſimoquarto: Igitur Eccleſiæ oblatio, quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum eſt ei, non quòd indigeat à nobis ſacrificium, ſed quoniam is qui offert, glorificatur ipſe in eo quod offert, ſi acceptetur munus eius. Et poſt pauca: Et non genus oblationum reprobatū eſt, oblationes enim & illic, oblationes autem & hîc: ſacrificia in populo, ſacrificia & in Eccleſia: ſed ſpecies immutata eſt tātùm, quippè cùm iam non à ſeruis, ſed à liberis offeratur. Et pòſt: Quoniam igitur cum ſimplicitate Eccleſia offert, iuſtè munus eius purum ſacrificium apud Deum deputatum eſt. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in ſententia pura, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti, primitias earum quæ ſunt eius creaturarum offerentes: & hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Et poſt pauca, de oblatione quorundam hæreticorum loquens, ait: Quomodò autem conſtabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis eius, ſi nō ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, & defluunt fontes: & terra dat primùm quidem fœnū, pòſt deindè ſpicam, deindè plenum triticum in ſpica? Quomodò autem rurſùs dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergò aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſententia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſùs confirmat ſententiam noſtram. Offerimus enim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationem & vnitatem prędicantes carnis & ſpiritus. Quemadmodùm enim qui eſt à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti: Sic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Offerimus autem ei, non quaſi indigenti, ſed gratias agentes donationi eius, & ſanctificantes creaturam.

Veritas corporis & ſanguinis.

Oblatio Euchariſtiæ.

11. CHRYSOSTOMVS in homilia ſuper pſalmum nonageſimumquintum, illud Malachiæ citans, Non eſt mea voluntas in vobis, &c. Vide quàm luculenter, quàmque dilucidè myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia. Thymiama verò purum appellat ſacras preces, quæ poſt hoſtiam offeruntur. hic enim ſuffitus Deum refocillat, non is qui à terrenis radicibus ſumitur, ſed qui à puro corde exhalatur. Vides vt vbiquè locorum conceſſum eſt angelicum illud ſacrificium inclareſcere? vides nullis finibus circunſcriptum neque altare, neque canticum? In omni loco thymiama offertur nomini meo. Eſt igitur hoſtia pura, prima quidem myſtica menſa, cæleſte ſummèque venerandum ſacrificium. Eſt autem & in nobis varia ſacrificiorum differentia, &c. vbi cùm explicâſſet multa alia eſſe noui teſtamenti ſacrificia, concludit hoc modo: Habemus igitur primum ſacrificium illud ſalutare donum: ſecundum, martyrum: tertium, deprecationis: quartum, iubilationis: quintum, iuſtitiæ: ſextum, eleemoſynæ: ſeptimum laudis, octauum compunctionis: nonum humilitatis: decimum prædicationis: tametſi quiddam prætermiſi, quum animo nouem enumerârim, putaui me tradidiſſe decem. Quodnam igitur ſacrificij genus prætermiſſum eſt? Eſt decimum ſacrificium, fructificationis.

Malach. 1.

Incruenta hoſtia.

Angelicum ſacrificium.

Summè venerandū ſacrificium.

Varia ſacrificiorum genera apud Chriſtianos, inter quæ primum eſt hoc noſtrum.

12. AVGVSTINVS libro decimonono de ciuitate Dei, capite vigeſimotertio: Dei præclariſſimum atque optimum ſacrificium nos ipſi ſumus. Hæc eſt ciuitas eius, cuius rei myſterium celebramus oblationibus noſtris, quæ fidelibus notæ ſunt. Ceſſaturas enim victimas, quas in vmbra futuri offerebant Iudæi: & vnum ſacrificium gentes à ſolis ortu vſque ad occaſum, ſicut iam fieri cernimus oblaturas, per prophetas Hebræos oracula increpuêre diuina.

Malach. 1. A Malachia prædictum.

13. IDEM libro decimooctauo de ciuitate Dei, capite trigeſimoquinto: Malachias prophetans Eccleſiam, quam per Chriſtum iam cernimus propagatam, Iudæis apertiſſimè dicit ex perſona Dei: Non eſt mihi voluntas in vobis &c. Ab ortu ſolis &c. Hoc ſacrificium per ſacerdotium Chriſti ſecundùm ordinem Melchiſedech, cùm in omni loco à ſolis ortu vſque ad occaſum Deo iam videamus offerri, ſacrificium autem Iudæorum, quibus dictum eſt: Non eſt mihi voluntas in vobis, nec accipiam &c. ceſſâſſe negare non poſſunt: quid adhuc expectant alium Chriſtum, quum hoc quod prophetatum legunt, & impletum vident, impleri non potuerit, niſi per ipſum?

Cap. 1.

Sacerdotium Chriſti ſecūdùm ordinē Melchiſedech à Malachia prædictum.

1. H. ACTORVM decimotertio: Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis collactaneus, & Saulus. Miniſtrantibus

bus

Digitized by Google

bus (in Græco eſt, λειτουργούντων) autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod aſſumpſi eos.

2. CANON tertius Apoſtolorum: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac: aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

3. ITEM Canon nonus: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit, aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur: aut ſi non dixerit, communione priuetur, tanquàm qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo, qui ſacrificauit, quòd rectè non obtulerit.

4. CLEMENS Pontifex & martyr libro ſexto Apoſtolicarum conſtitutionum, capite viceſimo-tertio: Circuncisionem ſuſtulit (Chriſtus) quam in ſe impleuit, ipſe enim erat, cui reſeruata erat expectatio gentium. Iam Baptiſma, ſacrificium, ſacerdotium, cultum loco circunſcriptum aliter mutauit; pro baptiſmis enim quotidianis, vnum tantùm dedit, qui fit in mortem eius. Pro vna tribu ſacerdotali, iuſſit ex vnaquaque gente optimos quoſque ad ſacerdotium eligere, neque corporum vitia contemplari, ſed religionem, & vitam. Pro ſacrificio cruento, rationale, & incruentum, ac illud myſticum ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini, quod in ſymbolum mortis eius celebratur. Pro cultu circunſcriptione loci definito, ab oriente vſque ad occidentem in omni loco dominationis eius eundem laudibus celebrare præcepit.

Gen. 49.
Sacerdotium nouæ legis.
Chriſtus inſtituit Sacrificium rationale, incruentũ corporis & ſanguinis ſui.
Malach. 1.

5. CONCILIVM primum Nicenum canone decimoquarto: Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant.

Offerendi ſacrificij poteſtatem non habent Diaconi.

6. CONCILIVM Laodicenum canone decimonono: Quoniam Catechumenorum orationem ſeparatim & priùs poſt tractatum Epiſcoporum oporteat celebrari. Quibus egreſſis orent etiam hi, qui in pœnitentia ſunt conſtituti, & poſt manus impoſitionem his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, vna quidem (id eſt, prima) per ſilentium, ſecunda verò & tertia per vocis pronunciationem. Et tunc demùm oſculo pacem dari debere. Et poſteaquàm presbyteri epiſcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare. Et ſic oblatio offeratur. Solis autem miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidèm communicare.

7. ET canone quinquageſimooctauo eiuſdem Concilij: Non oportet in domibus oblationes ab Epiſcopis ſiue presbyteris fieri.

8. CONCILIVM Epheſinum in epiſtola ad Neſtorium, vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio ſexto.

9. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaſecunda, capite primo: Quoniam ſub priori teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter Leuitici ſacerdotij imbecillitatem conſummatio non erat: oportuit, Deo patre miſericordiarum ità ordinante, ſacerdotem alium ſecundùm ordinem Melchiſedech ſurgere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & Dominus noſter etſi ſemel ſeipſum in ara crucis, morte intercedente Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem ſacerdotium eius extinguendum non erat: in cœna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret ſacrificium, quo cruentum illud ſemel in cruce peragendum repræſentaretur: eiúſque memoria in finem vſque ſeculi permaneret: atque illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidiè committuntur, peccatorum applicaretur: ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech ſe in æternum conſtitutum declarans, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo patri obtulit: ac ſub earundem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc noui teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent tradidit: & eiſdem eorúmque in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem: vti ſemper catholica Eccleſia intellexit, & docuit. nam celebrato veteri Paſcha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Iſrael immolabat, nouum inſtituit Paſcha, ſeipſum ab Eccleſia per ſacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad Patrem, quando per ſui ſanguinis effuſionem nos redemit, eripuítque de poteſtate tenebrarum, & in regnum ſuum tranſtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt: quam Dominus per Malachiam nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam non obſcurè innuit Apoſtolus Paulus Corinthijs ſcribens, cùm dicit: Non poſſe eos qui participatione menſæ dæmoniorum polluti ſint, menſæ Domini participes fieri: per menſam, altare vtrobique intelligens. Hæc deniquè illa eſt, quę per varias ſacrificiorum, naturæ & legis tempore, ſimilitudines figurabatur: vtpotè, quæ bona omnia, per illa ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio complectitur. In eadem ſeſſione canone primo de Sacrificio Miſſæ: Si quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium: aut quòd offerri non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari, anathema ſit. Et canone ſecundo: Si quis dixerit, illis verbis, Hoc facite in meam cõmemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes: aut non ordinaſſe, vt ipſi, alijq; ſacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum, anathema ſit.

Doctrina Cõcilij de ſacro ſancto Miſſæ ſacrificio.
Heb. 7.
Pſal. 109.
Chriſtus in cœna obtulit tanquàm ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.
Luc. 22.
Exod. 12.
Coloſſ. 1.
Per Malachiã prædictum, Cap. 1.
1. Cor. 10. à B. Paulo inſinuatum.
Per ſacrificia alia ſignificatum.
In Miſſa offertur verum & proprium ſacrificium.
Per, hoc facite, ſacerdotes inſtituit Apoſtolos.

10. IACOBVS, Baſilius, Chryſoſtomus, in Liturgijs, vt infrà M. teſtimonio ſecundo, & ſequentibus.

1. I. ALEXANDER primus in epiſtola prima ad omnes orthodoxos, capite quarto: In Sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius, cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur, ità vt repulſis opinionibus ſuperſtitionum panis tantùm & vinum aqua permixtum, in ſacrificio offerantur. Non debet enim (vt à patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in calice Domini aut vinum ſolum aut aqua offerri, ſed vtrunque permixtum, quia vtrunque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò Veritas nos inſtruit, calicem & panem in ſacramento offerre, quando ait: Accepit Ieſus panem, & benedixit &c.

MISSÆ NOMEN.
Hanc epiſtolam agnoſcit Concil. Triburien. Miſſarum ſolennia.
Panis & vinũ aqua permixtum, offerendum in ſacrificio.
Matth. 26.

2. TELESPHORVS Pontifex & martyr in epiſtola ad omnes Epiſcopos, capite ſecundo: Nocte verò ſancta Natiuitatis Domini ſaluatoris Miſſas celebrent, & hymnum angelicum in eis ſolenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo paſtoribus nunciatus eſt, ſicut ipſa veritas teſtatur, dicens: Paſtores erant in &c. Reliquis enim temporibus Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè ſunt celebrandæ:

Miſſas celebrare.
Luc. 2.
Miſſarum celebrationes.

Digitized by Google

Mar. 15.
Act. 2.
Miſſarum ſolennia.

brandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos ſpiritus ſanctus deſcendiſſe legitur. Ab epiſcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & in loco Miſſarum ſolennijs celebrandus eſt, atque ſolenniter recitandus.

3. FELIX primus Pontifex & martyr in epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Galliæ: Nos verò ad ſupplementum veſtrum fratres & coëpiſcopos noſtros vocauimus ampliùs quàm ſeptuaginta, cum quibus hæc quæ ſubtèr habentur inſerta, regulariter tractando decreuimus &c. Et poſteà: Quapropter in præfata conſtituimus ſynodo, vobiſcũ & omnibus Eccleſijs tenendum & agendum mandamus, vt ſuper memorias martyrum Miſſæ celebrentur, nè memoriæ eorum à talibus extingui, aut veneratio poſſit prohiberi.

Super memorias Martyrũ Miſſæ celebrentur.

4. HIGINVS Pontifex & martyr apud Gratianum de conſecratione diſtinctione prima: Omnes Baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari. vbi autem plures ſunt &c.

Cum Miſſa.

5. SOTER Pontifex & martyr, apud eundem Gratianum de conſecratione, diſtinctione prima, capite, vt illud: Cenſuimus ergò cõuenire, vt cùm à ſacerdotibus Miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrãtur, ſi ægritudinis accidat quilibet euentus, quo cœptum nequeat expleri myſterium, ſit liberum epiſcopo vel presbytero vel alij, vt conſecrationem expleat officij cœpti. Et poſt pauca: Nullus poſt cibum potúmque ſiue quodlibet minimum ſumptum Miſſas facere præſumat. Ibidem: Hoc quoquè ſtatutum eſt, vt nullus presbyterorum Miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus &c.

A Sacerdotibus Miſſarũ tempore ſacra myſteria conſecrãtur.
Miſſas facere.
Miſſarum ſolennia celebrare.

6. EVARISTVS Pontifex & martyr, apud Iuonem parte tertia, capite quarto, & Burchardum libro tertio Decretorum, capite vigeſimoſeptimo: Omnes baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari.

Cum Miſſa.

7. FABIANVS Pontifex & martyr, vt habetur in Codice decretorum ſexdecim librorum libro quinto, capite nono: Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas obſeruationes in Miſſa ſecundùm ritum implere non poteſt.

In Miſſa.

8. DAMASVS Pontifex in pontificali de Alexandro pontifice & martyre loquens in ipſius vita, ſic ait: Hic paſſionem Domini miſcuit in precatione ſacerdotum, quando Miſſæ celebrantur.

Miſſæ celebrantur.

9. DEINDE de Sixto primo: Et conſtituit, vt Miſſarum actionem ſacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, &c.

Miſſarum actio.

10. ITEM de Teleſphoro: Hic fecit vt in natali Domini noſtri Ieſu Chriſti noctũ Miſſæ celebrarentur, cùm omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullus præſumeret Miſſas celebrare, quia ea hora Dominus noſter aſcendit in crucem. & vt ante ſacrificium, hymnus diceretur angelicus, hoc eſt, Gloria in excelſis Deo.

Miſſas celebrare.

11. ET de Felici primo: Hic conſtituit ſupra ſepulcra aut memorias martyrum, Miſſas celebrari.

Miſſas celebrari.

12. IDEM Damaſus epiſtola quarta de Chorepiſcopis: Quòd verò eis non liceat ſacerdotes conſecrare, nec diaconos aut ſubdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut ſacrare, &c. nec publicè quidem in Miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, &c.

In Miſſa.

13. CONCILIVM Carthaginenſe ſecundum canone tertio: Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confectio & puellarum conſecratio à presbyteris non fiant. Vel reconciliare quenquam in publica Miſſa, presbytero nõ licere, hoc omnibus placet.

In publica Miſſa.

14. AGATHENSE Concilium capite viceſimoprimo: Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus eſt ordinariúſque conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtiuitatibus, vt ibi Miſſas teneat propter fatigationem familiæ, iuſta ordinatione permittimus: Paſcha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali S. Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut in parochijs teneant. Clerici verò, ſi qui in feſtiuitatibus, quas ſuprà diximus, in oratorijs (niſi iubente aut permittente Epiſcopo) Miſſas facere aut tenere voluerint, à communione pellantur.

Miſſas tenere.
Miſſas facere.

15. AMBROSIVS epiſtola trigeſimatertia ad Marcellinam ſororem ſuam, de tradendis baſilicis: Sequenti die (erat autem Dominica) poſt lectiones atque tractatum, dimiſſis catechumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſterijs tradebam baſilicæ. Illic nunciatum eſt mihi, comperto quòd ad Portianam baſilicam de palatio decanos miſiſſent, & vela ſuſpenderent, populi partem eò pergere. Ego tamen manſi in munere, Miſſam facere cœpi. Dum offero, raptum cognoui à populo Caſtulum quendam quem presbyterum dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant tranſeuntes. Amariſſimè flere, & orare in ipſa oblatione Deum cœpi, vt ſubueniret, * nec huius ſanguis in cauſa Eccleſiæ fieret, certè vt meus ſanguis pro ſalute non ſolùm populi, ſed etiam pro ipſis impijs effunderetur. Quid multa? Miſſis presbyteris & diaconibus, eripui iniuriæ virum.

Miſſam facere cœpi.
* nè cuius

16. AVGVSTINVS ſermone nonageſimoprimo de tempore: In lectione quę nobis ad Miſſas legenda eſt, fratres chariſſimi, audituri ſumus, quòd filij Iſraël poſt tranſitum maris rubri venerunt Mara, &c.

Ad Miſſas.

17. IDEM ſermone ducenteſimo trigeſimoſeptimo de tempore, capite octauo: Eccè poſt ſermonem fit Miſſa catechumenis. Manebunt fideles; venietur ad locum orationis. Scitis quò acceſſuri ſumus, quid priùs Deo dicturi ſumus? Dimitte nobis debita noſtra &c.

Fit Miſſa catechumenis.

18. ET in ſermone ducenteſimo quinquageſimoprimo, agens de celebranda Dominica die: In die verò nullus ſe à ſacra Miſſarum celebratione ſeparet, neque ocioſus quis domi remaneat, cæteris ad Eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio, circunuagando campos & ſyluas, clamorem & cachinnum ore exaltans; non gemitum, nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens. Adhuc quoquè, quod deteſtabilius eſt, ad Eccleſiam aliqui venientes non intrant, non inſiſtunt precibus, non expectant cum ſilentio ſanctarum Miſſarum celebrationem: ſed quando lectiones diuinæ intus leguntur, tunc ipſi foris aut cauſas dicere, aut diuerſis ſtudent calumnijs impugnare, aut videlicet in alea vel in iocis inutilibus inſudare. Adhuc quoquè, quod valde dolendum eſt, conqueri vobiſcum volo, quia ſunt aliqui, & maximè potentes iſtius mundi, qui cùm veniunt ad Eccleſiam, non ſunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cógunt Presbyterum, vt abbreuiet Miſſam, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam & auaritiam.

Miſſarum celebratio.
Sanctarum Miſſarum celebratio.
Miſſa cantetur iuxta morem eccleſiaſticum.

19. CONCILIVM Mileuitanum, cui Auguſtinus interfuit, canone duodecimo: Placuit etiam & illud, vt preces vel orationes ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur in Eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in Synodo fuerint, nè fortè aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

Miſſæ nõ niſi approbatæ celebrentur.

20. CON-

Digitized by Google

20. CONCILIVM quartum Carthaginenſe, cui etiam interfuit Auguſtinus, canone octogeſimoquarto: Vt Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum, vſque ad Miſſam catechumenorum.

Miſſa catechumenorũ.

21. LEO Magnus epiſtola octogeſimaprima ad Dioſcorum Alexãdrinum: Vt autem in omnibus obſeruantia noſtra concordet, illud quoquè volumus cuſtodiri, vt quum ſolénior feſtiuitas conuentum populi numeroſioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenerit, quam recipere baſilica ſimul vna non poſſit, ſacrificij oblatio indubitanter iteretur, nè his tantùm admiſſis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint, videantur hi, qui poſtmodùm confluxerint, non recepti: cùm plenum pietatis atque rationis ſit, vt quotiès Baſilicam, in qua agitur, præſentia nouæ plebis impleuerit, totiès ſacrificium ſubſequens offeratur. Neceſsè eſt autem, vt quædam pars populi ſua deuotione priuetur, ſi vnius tantùm Miſſæ more ſeruato, ſacrificium offerre non poſſint, niſi qui prima diei parte conuenerint. Studioſè ergò dilectionem tuam & familiariter admonemus, vt quod noſtræ conſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoquè cura non negligat, vt per omnia nobis & fide & actibus congruamus.

Sacrificij oblatio iterari præcipitur in eodem die & templo.

Vnius Miſſæ.

22. IDEM epiſtola octogeſimaoctaua, ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ: Nec publicè quidem in Miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere Chorepiſcopis vel presbyteris licet.

Publicè in Miſſa.

CAEREMONIAE.

1. K. LVCAE vigeſimoſecundo, 2. PRIORIS ad Corinthios vndecimo, vt in textu.

3. DE cæremonijs Miſſæ vide Dionyſium Areopagitam libro de Eccleſiaſtica hierarchia, capite tertio, vt ſuprà A. teſtimonio quinto. Scripſerunt de ijſdem cæremonijs & ritibus quamplurimi alij: atque ij præſertim qui libros edidêre de diuinis vel eccleſiaſticis officijs, vt Iſidorus Hiſpalenſis, Vualafridus abbas S. Galli, Alcuinus, Amalarius archiepiſcopus Treuirenſis, Angelomus, Rabanus archiepiſcopus Moguntinus de inſtitutione clericorum, Remigius Altiſiodorenſis, Herigerus abbas Lobienſis, Berno abbas Augienſis de officio Miſſæ, Bernoldus Conſtantienſis presbyter, Iuo Carnotenſis in ſermonibus de rebus Eccleſiaſticis, Hildebertus Cenomannenſis, Anſelmus Cantuarienſis, Honorius Auguſtodunenſis, Hugo Victorinus, Rupertus Tuitienſis, Innocentius tertius in libris de officio Miſſæ, Guilielmus Altiſiodorenſis, Ioannes Beleth, Thomas Aquinas opuſculo de expoſitione Miſſæ, & in tertia parte quæſtione octuageſimatertia, Guilhelmus Durandus epiſcopus Mimatenſis, Micrologus, & plures alij.

Vide Trit. de Script. Eccle. Itẽ Ordinem Rom. cũ adiunctis Scriptoribus, per Melchiorem Hittorpium Coloniæ editum anno 1568.

4. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaſecunda, capite quinto: Cumq; natura hominum ea ſit, vt non facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli: propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, vt ſcilicet quædam ſummiſſa voce, alia verò elatiore, in Miſſa pronunciarentur, inſtituit. Cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaque id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & maieſtas tanti ſacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Cur Eccleſia ritus & cæremonias Miſſæ inſtituerit, ex traditione Apoſtolica.

5. IBIDEM canone ſeptimo: Si quis dixerit, cæremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quàm officia pietatis, anathema ſit.

Contemnentes cæremonias & ritus Miſſæ, anathemate feriuntur.

6. CHRYSOSTOMVS homilia tertia in epiſtolam ad Epheſios: Oro te, an voles manibus illotis ad oblationem accedere? Non arbitror, ſed malles vtiquè potiùs omninò non accedere, quàm ſordidis accedere manibus. Cùm ergò in modico adeò ſis religioſus, audes accedere & contrectare, cùm animam habeas ſordidam? Atquì manibus quidem ad tempus continetur, in illam verò totus reſoluitur. Cur non vaſa vides ità vndiquè lota, ità ſplendida? Illis debebant nobis animæ & puriores & ſanctiores atque illuſtriores eſſe. Quamobrem? Quoniam illa propter nos talia fiunt. Illa non participant eum quem in ſe habent, non ſentiunt illum: nos verò planè. Nunc verò ſordido vaſe nolles vti, anima verò ſordida accedis? Multam video huius rei inæqualitatem. Eadem habet homilia ſexageſimaprima ad Antiochenos.

Vaſa ſplendida adhibentur, vt illis ſplẽdidiores diſcamus habere animas.

7. ET homilia decimaquarta in eandem epiſtolam: Tu cum Cherubim apud thronum Regis conſtitutus conuiciaris fratrem? Non vides ſacra illa vaſa? Non ad vnum ſemper illa vſurpantur? Audétne quiſquam illis ad aliud quicquam vti? Iam tu vaſis iſtis ſanctior eſt, idque multò. Cur itaque teipſum ſordidum reddis & pollutum?

Vaſis ſacris nemo ad res prophanas vti audet.

8. PRVDENTIVS in Peri Stephanõn hymno ſecundo. Præfectus ità beatum Laurentium alloquitur:

Hunc eſſe veſtris Orgijs
Morémque, & artem proditum eſt:
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent vt auro antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auróque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Auro libant antiſtites, & argẽteis ſcyphis, adſtantibus aureis candelabris.

Cui ſic deindè reſpondet ſanctus martyr:

Eſt diues, inquit, non nego,
Habétque noſtra Eccleſia
Opúmque & auri plurimum,
Nec quiſquam in orbe eſt ditior.
Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus, arcem poſſidens,
Cui nummus omnis ſcribitur.

9. OPTATVS Mileuitanus libro ſexto contra Donatiſtas: Si ſuffecerat remouere altaria, non licuit frangere: Si oportuit frangere, raſiſſe peccatum eſt. Quæ eſt iſta noua & ſtulta ſapientia, nouitatem quærere in viſceribus maieſtatis, & remota quaſi quadam corporis cute, in latente corpore cutem quaſi alteram quærere: Vndè cùm aliquid fuerit ablatum, minui poteſt, mutari non poteſt. Raſiſti equidem quod tibi viſum eſt: ſed adhuc ibi eſt quod odiſti? Quid, quòd ſi ſic coniuràſtis, vt quæ à nobis in nomine Dei in ipſo myſterio facta ſunt, immunda viderentur: Quis fidelium neſcit in peragendis myſterijs ipſa ligna linteamine cooperiri? Inter ipſa Sacramenta velamen potuit tangi, non lignum. Aut ſi tactu poſſit penetrari velamen, ergò penetrantur & ligna. Si penetrari poſſunt ligna, penetratur & terra. Si à vobis lignum raditur, & terra, quæ ſubter eſt, fodiatur. Altam facite ſcrobem, dum pro veſtro arbitrio quæritis puritatem. Sed obſeruate nè veniatis ad inferos, & illic inueniatis Core, Dathan, & Abiron ſchiſmaticos, magiſtros ſcilicet veſtros. Ergò & fregiſſe vos & raſiſſe conſtat altaria. Quid eſt quòd in hac re ſubitò veſter quaſi languere viſus eſt furor? Videmus enim vos poſteà mutaſſe conſilium, & altaria à vobis iam non frangi, ſed radi tantummodò, aut remoueri. Si hoc ſufficiebat, illa quæ priùs facta ſunt iudicatis, quia minimè fieri debuerunt à vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices, Chriſti ſanguinis portatores &c. vt ſuprà quæſtione quarta, A. teſtimonio decimooctauo.

Altaria tempore ſacrificij linteamine cooperiuntur.

Numer. 16.

Calices Chriſti ſanguinis portatores.

10. HIERO-

Digitized by Google

10. HIERONYMVS in epiſtola ad Theophilum Alexandrinum ante libros Paſchales: In opere tuo vtilitatem ſpectauimus Eccleſiarum, vt diſcant qui ignorant, eruditi teſtimonijs ſcripturarum, qua debeant veneratione ſancta ſuſcipere, & altaris Chriſti miniſterio deſeruire, ſacróſque calices & ſancta velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent paſſionis, non quaſi inania & ſenſu carentia, ſanctimoniam non habere, ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini, eadem qua corpus eius & ſanguis maieſtate veneranda.

Reuerenter tractandi ſacri calices &c.

11. CYRILLVS Hieroſolymitanus catecheſi quinta myſtagogica: Vidiſtis diaconum aquam lauandis manibus porrigentem ſacerdoti &c. Deindè clamat diaconus longè poſt: Complectimini & oſculemini vos inuicèm: atque tunc mutuo nos óſculo ſalutamus. Poſteà clamat ſacerdos: Surſum corda. Vos deindè reſpondetis: Habemus ad Dominum. Deindè dicit ſacerdos: Gratias agamus Domino. Ad hæc vos ſubijcitis: Dignum & iuſtum eſt. Facimus deindè mentionem cæli & terræ & maris, Solis & lunæ, & ſiderum ac vniuerſæ creaturæ, tam ratione præditæ, quàm irrationalis: tam iſtius quæ videtur, quàm illius quæ ſub aſpectum noſtrum non cadit: angelorum, archangelorum, virtutum, dominationum, principatuum, poteſtatum, thronorum & Cherubim, faciem operientium, quaſi diceremus illud Dauidis: Magnificate Dominum mecum. Commemoramus etiā illa Cherubim, quæ in ſpirituſancto cernebat Eſaias, circunſtantia thronum Dei: ac alis quidem duabus faciem velantia, atque dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. Propterea enim traditam nobis hanc Seraphicam theologiam recitamus, vt in illa cæleſti hymnodia, cum ſupramundana militia cōmunicemus: atque ſic per eiuſmodi hymnos noſipſos ſanctificantes, Deum benigniſſimum oramus, vt ſuper illa propoſita, ſanctum ſpiritum emittat, vt panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum verò ſanguinem Chriſti. Omninò enim quod attigerit ſpiritusſanctus, hoc ſanctificatur & tranſmutatur. Deindè verò poſtquàm confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum, pro communi Eccleſiarum pace, pro trāquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro ſocijs, pro ægrotis & afflictis, & in ſumma pro his omnibus qui egent auxilio. Indigemus autem omnes. Cùm hoc ſacrificium offerimus, poſteà facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierūt. Primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras. Deindè pro defunctis ſanctis Patribus & Epiſcopis. deniquè pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij. Quod exemplo vobis demōſtrare volumus. Scio enim multos dicere: Quid iuuat animam in peccatis ex hoc mundo decedentem, etiamſi in hoc ſacrificio mentio illius fiat? An enim ſi rex aliquis eos à quibus offenſus eſt, in exilium pepulerit, poſteà verò illorum propinqui coronam aliquam conficientes, pro his, qui ſunt in ſupplicio, exulibus, eidem offerent, nónne condonationem aliquam ſuppliciorum ipſis dederit? Ad eundem modum & nos, pro defunctis precationes adhibentes, quamuis ſint peccatores, non quidem coronam plectimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis & illis eum qui eſt benigniſſimus, propitium reddamus. Poſteà dicitis illam orationem, quam Saluator ſuis diſcipulis tradidit, cum pura conſcientia patrem nuncupantes Deum, atque dicentes: Pater noſter qui es in cælis &c. Sacerdos autem poſteà dicit: Sancta ſanctis. Vos deindè reſpondetis: Vnus ſanctus, vnus Dominus Ieſus Chriſtus. Audîſtis deincèps diuina quadam melodia pſallentem, atque ad ſacrorum myſteriorum communionem vos adhortantem: Guſtate & videte, quòd Chriſtus eſt Dominus &c.

Quæ fiant & dicantur in Sacrificio Miſſæ.

Cultus incruentus.

Memoria ſanctorum in Miſſa.

Memoria defunctorum.

Maximū animarum iuuamen.

Sacrificium propitiatorium.

Pſal. 33.

12. CLEMENS Pontifex & martyr epiſtola ſecunda ad fratrem Domini: De vaſis ſanè ſacris ità gerendum eſt: Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea, quæ in ſanctuario fuerint, malè tractari, ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoquè eorum in baptiſterio inferantur, vbi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſſis pauimentorum iactentur, nè introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluendum, aut Diaconus ſcapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certè quæ data eſt in menſam Domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quaſi nihil & negligenter habuerit diuina myſteria, Diaconus triennio, ſexq; menſibus à Dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quòd ſi clericum presbyter non commonuerit, decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propterea quòd de Dominicis ſacramentis ſubiecta ſibi non commonuerit miniſteria, & poſteà cum grādi humilitate matri reconcilietur Eccleſiæ. Pallas verò & vela, quæ in ſanctuarij ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris iuxta ſacrarium lauent, non eijcientes foràs à ſacrario velamina Dominicæ menſæ, nè fortè puluis Dominici corporis malè decidat à ſindone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum: idcircò intra ſacrarium miniſtris præcipimus, hęc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sanè peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad Dominici altaris cultum pertinēt. Pallæ altaris ſolæ in ea lauentur, & in alia, vela ianuarum. De velis autem ianuarum, cura ſit Oſtiarijs ex admonitione Maiorum, nè quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domus Domini, manus inconditè tergat: ſed ſtatìm coercitus, diſcat omnis homo, quia velum atrij domus Domini ſanctum eſt.

Quanta in veneratione habenda ea, quibus vtitur Eccleſia in altari.

Puluis Dominici corporis.

13. BEDA libro primo hiſtoriæ Anglicanæ, capite vigeſimonono: Præterea idem Papa Gregorius Auguſtino Epiſcopo, quia ſuggeſſerat ei multam quidē ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos, miſit cum præfatis legatarijs ſuis plures cooperatores ac verbi miniſtros: in quibus primi & precipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter vniuerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium: ornamenta quoquè eccleſiarum, & ſacerdotalia vel clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum ac martyrum reliquias, necnon & codices plurimos. Miſit etiam literas, in quibus ſignificat ſe ei pallium direxiſſe, ſimul ei inſinuat qualiter Epiſcopos in Britannia conſtituere debuiſſet.

Neceſſaria ad miniſterium Eccleſiæ mittit in Angliam B. Gregorius.

Pallium Epiſcoporum.

1. L. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimaſexta ad Clerum & plebem Furnitanorum: Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes, cenſuerunt nè quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur, neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare. Et ideò Victor cùm contra formā nupèr in cōcilio à ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterū auſus ſit tutorem conſtituere, nō eſt quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine

PRO DEFVNCTIS. lib. 1. epiſt. 9.

Sacrificiū altaris pro defunctis.

mine eius in Eccleſia frequentetur, vt ſacerdotum decretum religioſè & neceſſariè factum ſeruetur à nobis: ſimul & cęteris fratribus detur exemplum, nè quis ſacerdotes & miniſtros Dei, altari eius & Eccleſiæ vacantes, ad ſeculares moleſtias deuocet. obſeruari enim decæterò poterit, nè vltrà hoc fiat circa perſonam clericorum, ſi quod nunc factum eſt, fuerit vindicatum.

2. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaprima in priorem epiſtolam ad Corinthios: Abierit mortuus peccator ſanè, gaudere decet, peccata impedita eſſe, & non accumulatum malum, niſiq; quantùm fieri poteſt, vt iuuetur non lachrymis, ſed prece, ſupplicationibus, eleemoſynis, oblationibus. Non eſt temerè hoc excogitatum, nec fruſtrà memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus, pro iſtis agnum illum iacentem & peccata mundi tollentem deprecantes, ſed vt his conſolatio hinc aliqua fiat. Nec temerè qui altari aſſiſtit, inter horrenda myſteria clamat, Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro his qui memoriam celebrant illorum. Nam nunquàm iſta fiant, neque hæc dicãtur, ſi pro illis commemorationes non fierent. Neque enim ſcena iam ampliùs noſtra ſunt, ſed ſpiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipſis faciamus. Nam ſi Iobi illius liberos patris victima purgauit: quid dubites, è nobis quoquè, ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quiddam illis acceſſurum? Gratificari Deus propter alios alijs ſolet, quod Paulus hîc oſtendit: Vt ex multis, inquit, perſonis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro nobis agantur. Nè defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipſis offerendo: communis totius orbis victima preces ſunt. Hinc pleni fidutia, pro toto etiam orbe ſupplicamus, inter martyres, inter confeſſores, inter ſacerdotes mortuos recenſemus. Vnum enim corpus omnes ſumus, ſint membra licèt alia alijs illuſtriora, vndiquè veniam ipſis impetrare licet, precibus pro ipſis effuſis, muneribus datis, conſortio eorum, inter quos velut commune corpus referuntur. Quid ergò doles? quid lachrymaris? cùm impetrandæ mortuo venię tot extent rationes?

Iuuantur oblationibus.

Memoria mortuorum in ſacris myſterijs.

Iob 1.

Solatiũ mortuorum ex oblatione.

2. Cor. 1.

Communis totius orbis victima.

3. IDEM homilia vigeſimaprima in Acta Apoſtolorum: Non fruſtrà oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtrà preces, non fruſtrà eleemoſynæ. Hæc omnia ſpiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuum iuuemus. Vide enim, vtilitatem accipiet ille per te, & tu per illum, contemptis opibus inductus es ad faciendum aliquid generoſum: & tu illi ſalutis, & ipſe tibi eleemoſynæ factus eſt author. Nè dubita, quia erit aliquis fructus ſuauis. Non temerè diaconus clamat: Pro his qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro his qui memoriam illorum faciunt. Non diaconus eſt qui talem illam vocem emittit, ſed ſpiritus: non ſanctus, inquam, ſed donum. Quid dicis? In manibus eſt hoſtia, & omnia propoſita ſunt benè ordinata, adſunt angeli, adſunt archangeli, adeſt filius Dei, cum tanto horrore adſtant omnes, adſtant illi clamantes omnibus ſilentibus, & putas temerè hæc fieri? Igitur & alia temerè, & quæ pro eccleſia, & quæ pro ſacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac vniuerſitate? Abſit. Sed omnia cum fide fiunt.

Oblationes, preces & eleemoſynæ pro defunctis.

4. IOANNES Damaſcenus in oratione, Quòd ij, qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis & beneficijs iuuentur: Porrò autem Verbi diſcipuli atque conſpectores, à quibus orbis vniuerſus captus eſt, illi inquam Saluatoris diſcipuli, ac diuini Apoſtoli, vt in tremendis ac puris vitamq; afferentibus myſterijs, eorum, qui cum fide diem vitæ extremum clauſiſſent, memoria fieret, inſtituerunt. Quod etiam firmè atque conſtanter, ac ſine vlla controuerſia Catholica & Apoſtolica Eccleſia, ab extremis finibus ad extremos vſque fines, ab eo tempore ad hũc vſque diem ſemper retinuit, ac tantiſpèr dum mundus hic erit, retinebit. Nec verò inconſideratè ac temerè & ſine ratione hoc ab illis eſt inſtitutum. Neque enim quicquam, quod vtilitate careat, Chriſtianorum religio, quæ ab omni errore aliena eſt, ſuſcepit, fixúmque ſemper ac ſtabile retinuit: ſed frugifera omnia, Deóque grata, atque accepta, maioremq; in modum vtilia, atque ità comparata, vt maxima ex ijs ſalus oriatur. Et infrà: Quin magnus quoquè Athanaſius in elegantiſſima illa Oratione, quam de ijs, qui è vita diſceſſerunt, edidit, his verbis vtitur: Etiamſi in aëre collocatus ſit ille, qui cum pietate diem vitæ extremum egit, tamen implorata Chriſti Dei ope oleum ac ceram ad ipſius ſepulcrum accendere nè recuſes. Grata enim & accepta hæc Deo ſunt, ingensq; ab eo præmium referunt. Oleum enim ac cera holocauſti inſtar ſunt: incruentum autem ſacrificium, Deum placat. Beneficentia deniquè erga pauperes, bonæ omnis remunerationis incrementum eſt. Quamobrem ei, qui pro defuncto oblationem facit, &c. Nam & diuinarum rerum præcones Apoſtoli, & ſacri magiſtri, & Spiritu ſancto inſpirati Patres, ac numine diuino, quantum fas eſt, correpti, potentiæq; ipſius, quæ hominem extra ſe rapit, vtcunquè participes effecti, diuino ore, vtì Deo gratum erat, iſta omnia, hoc eſt Miſſas & preces, ac pſalmorum cantus, anniuerſariáſque eorum, qui morte prærepti ſunt, commemorationes inſtituerunt, atque ſanxerunt. Quæ quidem ad hunc vſque diem benigni Dei gratia, ab ortu Solis vſque ad occaſum & Septentrionem ac Meridiem, in Domini Dei, qui regitum in reges imperium obtinet, laudem atque gloriam augentur, ac nouis ſubindè acceſſionibus amplificantur.

Memoria mortuorum in Miſſa ab Apoſtolis profecta.

Nota.

Athanaſij eadem de re teſtimonium.

Oleum & cera ad ſepulcrum accendenda.

Anniuerſaria mortuorum commemorationes ab Apoſtolis inſtitutæ.

5. AVGVSTINVS in libro de cura pro mortuis gerenda, capite primo: In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed & ſi nuſquàm in ſcripturis veteribus omninò legeretur, non parua tamen eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas: vbi in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum.

2. Mach. 12.

Nota.

6. ITEM de verbis Apoſtoli, ſermone trigeſimoſecundo, alijs eſt trigeſimusquartus, capite primo: Pompa funeris, agmina exequiarũ, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monimentorum opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia, nõ adiutoria mortuorum. CAPITE ſecundo: Orationibus verò ſanctę Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quę pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari: vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditũ, vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur oretur, ac pro illis quoquè id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commendandorum cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur?

Sacrificio ſalutari nõ dubitandũ adiuuari mortuos.

Nota.

7. ET libro nono Confeſſionum, capite vndecimo: Et mox ambobus, (mihi & fratri meo) Ponite, inquit, (Monica) hoc corpus vbicunquè, nihil vos eius cura conturbet: tantùm illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis meî vbì fueritis.

Memoria defuncti ad altare.

8. ITEM capite duodecimo, de eadem matre ſua Monica loquens: Cùm eccè corpus elatum eſt, imus & redimus ſine lachrymis. Nam neque in eis precibus quas tibi fudimus, cùm offerretur pro ea ſacrificium pretij noſtri, iam iuxta ſepulcrũ poſito cadauere, priuſquàm deponeretur, ſicut

Pro Monica ſacrificium precij noſtri oblatum.

illic

Digitized by Google

illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui, ſed toto die grauiter in occulto mœſtus eram.

Memoriã ſui ad altare fieri petijt. *Coloſ. 2.*

9. PRAETEREA capite decimotertio: Non iſta mandauit (Monica) nobis, ſed tantummodò memoriam ſui ad altare tuum fieri deſiderauit, cui nullius diei prætermiſſione ſeruierat, vndè ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra, & quærens quid obijciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus.

Argumenta Aerij hęretici.

10. EPIPHANIVS contra Aërium, hæreſi ſeptuageſimaquinta: Deindè, qua ratione poſt mortem nominatis (inquit Aërius) nomina mortuorum? Orat enim, inquit, viuens, aut diſpenſationem facit, quid profuerit mortuo? Si verò omninò preces eorum, qui hîc ſunt, proſunt illis qui iſthic ſunt, igitur nemo fit pius, neque boni quicquam faciat, ſed acquirat amicos quoſdam per quem vult modum, aut per pecunias perſuadens, aut amicis id in obitu demandans, & orent pro ipſo, vt nè quid illic patiatur, neque immedicabilia peccata ab ipſo perpetrata requirantur. Ad quę poſteà reſpondens Epiphanius, ità ait: *Reſpõſio Epiphanij.* De eo verò, quòd proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit vtile? quid hoc commodius & magis admiratione dignum? quod credunt præſentes, quòd hi qui deceſſerunt, viuunt, & non ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud Dominum: & vt pientiſſimam prædicationem recenſeam, quod ſpes eſt orantibus pro fratribus velut qui in peregrinatione ſint. Proſunt autem & preces pro ipſis fientes, etiamſi totam culpam non abſcindant. Verumenimuerò eò quòd nos ſæpè dum in mundo ſumus, fallimur & erramus, tum inuiti, tum voluntariè, quo id quod perfectius eſt ſignificetur, & pro iuſtis, & pro peccatoribus memoriam facimus: *Pro peccatoribus memoria fit in ſacro.* pro peccatoribus quidem miſericordiã Dei implorantes, pro iuſtis verò & Patribus, & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Euangeliſtis, martyribus ac confeſſoribus, Epiſcopiſq; & Anachoretis, & pro vniuerſo ordine, vt Dominum Ieſum Chriſtum ab hominum ordine ſeparemus, per honorem, quē ipſi exhibemus, & vt adorationem ipſi præſtemus, illud mente voluentes, quòd Dominus non eſt alicui homini adæquatus, etiamſi milliès, & vltra, in iuſtitia degat vnuſquiſque homo. Et poſt pauca: Deindè verò rursùs ad propoſiti argumenti conſequentiam deueniam, quòd Eccleſia neceſſariò hoc perficit, traditione à Patribus accepta. *Ex Traditiõe à patribus accepta pro mortuis iſta præſtantur.* Quis autem poterit ſtatutum matris diſſoluere, aut legem patris? velut Salomon dicit, Audi fili ſermonem patris tui, & nè repudies ſtatuta matris tuę: oſtendens per hoc quod & in ſcripturis & ſine ſcripto docuit pater, hoc eſt Deus, & vnigenitus, & ſpiritusſanctus. Mater autem noſtra Eccleſia habet ſtatuta in ſe poſita, indiſſolubilia, quæ diſſolui non poſſunt. Quum itaque ordinata ſint in eccleſia ſtatuta, & benè ſe habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatus eſt rursùs etiam hic ſeductor. Sed & hoc relicto, velut ſcarabæo, aut cantharide, aut bupreſti animalculo, per eccleſiaſticum fundamentum & Dei potentiam conculcato, ad reliquas conſequenter procedamus, Deum auxiliarium inuocantes.

PROPITIATORIVM. *Luc. 22.*

1. M. CYPRIANVS in ſermone de cœna Domini: Ex quo à Domino dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus, quotieſcunquè his verbis & hac fide actum eſt, panis iſte ſubſtantialis & calix benedictione ſolenni ſacratus, *Vtilitas huius Sacrificij.* ad totius hominis vitam ſalutemq; proficit, ſimul medicamentum & holocauſtum ad ſanandas infirmitates & purgandas iniquitates exiſtens.

2. IACOBVS in ſua Liturgia: Noſtras animas ſanctifica, corporaq; & ſpiritus, necnon cogitationes noſtras ad pietatem conuerte, vt pura conſcientia tibi dona offeramus, munera, fructuum oblationes, vt ea deleantur delicta, quæ admiſimus, & vt toti populo tuo ſis propitius. Ibidem: Vt tibi grato & diuino oblato ſacrificio, digni abs te habeamur vita æterna. Item: Nè auerſeris nos peccatores, verendum hoc & incruentum ſacrificium attrectantes. *Propitiatoriũ ſacrificiũ pro viuis.* Supplicamus & imploramus bonitatem tuam, nè myſterium hoc quod ad ſalutem nobis diſpenſatum eſt, in condemnationem populo ſit: ſed in abolitionem peccatorum, ac animarum & corporum renouationem, &c. Admitte nos accedentes ad ſanctum tuum altare, ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ, vt digni ſimus, qui offeramus tibi munera, & ſacrificium pro nobis, & pro ijs, quæ populus per ignorantiam admiſit: dáque nobis, Domine, vt tibi cum omni metu, ac pura conſcientia hoc ſacrificium ſpiritale atque incruentum offeramus, quod vbi admiſeris in ſanctum, ſupercæleſte, ac intellectuale tuum altare, in odorem ſuauitatis ſpiritalis, viciſsìm mitte nobis gratiam ſpiritus tui ſanctiſſimi. ô Deus, reſpice in nos, & ad noſtrum hoc rationale obſequium intuere, idq; accipe, vt Abel dona accepiſti, Noë ſacrificia, Moyſis & Aaronis ſacerdotia, Samuelis pacifica, Dauidis pœnitentiam, Zachariæ incēſum: vt de manu Apoſtolorum tuorum verum hunc cultum accepiſti, ità quoquè è manibus noſtris qui peccatores ſumus, recipe munera hæc propoſita per tuam benignitatem: & fac vt oblatio noſtra grata & acceptabilis ſit, per ſpiritum ſanctum ſanctificata, in propitiationem peccatorum noſtrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admiſit, & in requiē animarum eorum, *Pro defunctis.* qui ante nos dormiũt, vt & nos abiecti, & peccatores, & indigni ſerui tui, digni habiti, qui ſine dolo miniſtremus ſancto altari tuo, mercedem accipiamus fidelium & prudentium diſpenſatorũ, gratiamq; inueniamus & miſericordiam in die illa tremēda retributionis tuæ iuſtæ & bonę. Et nonnullis interiectis: Miſerere noſtrî: quandoquidem veremur ac tremimus, cùm tuum ſanctum altare nobis accedendum eſt, & offerendum ſacrificium hoc verendum & incruētum pro noſtris peccatis, & pro ijs quæ populus per ignorantiam admiſit.

Propitiatoriũ pro viuis.

3. BASILIVS Magnus in Liturgia ſua: Da Domine & pro omnibus noſtris peccatis, & populi tui ignorantia, acceptabile & ſuſceptibile fieri ſacrificium noſtrum in cõſpectu tuo. Ibidèm: Suſcipe nos appropinquantes ſancto altari tuo, ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ, vt ſimus digni offerre tibi rationabile iſtud, & abſque ſanguine ſacrificium pro noſtris peccatis & populi ignorantia.

4. CHRYSOSTOMVS in Liturgia ſua: Fac nos dignos vt offeramus tibi deprecationes, & ſupplicationes, & ſacrificia immaculata pro populo tuo. Et poſt pauca: Miniſtrare tibi, magnum ac formidandum etiam ſupercæleſtibus virtutibus. Attamen propter ineffabilem & immenſam tuam humanitatem intrepidè & irreuocabiliter factus es homo, & ſummus pontifex noſter. Sacrificiorum ritum inſtituiſti, ac ſolennis huius & immaculati ſacrificij celebrationem nobis tradidiſti, tanquàm Dominus omnium. Reſpice ad me peccatorem, vt aſſiſtã ſanctæ tuæ huic menſæ, conſecrem ſanctum & immaculatum tuum corpus & precioſum ſanguinem. Tu enim es qui offers, & offerris, & accipiens, & dans, Chriſte Deus noſter. Et nonnullis interiectis: Domine Deus omnipotens, ſolus ſanctus, qui ſuſcipis hoſtiam laudis ab ijs qui te inuocãt in toto corde, ſuſcipe preces noſtras, & offer ſancto altari tuo: & fac nos dignos offerre tibi dona, & ſacrificium ſpiritale pro noſtris peccatis, atque ignorantijs populi, & præſta, *Pro quibus offeratur.* vt inueniamus gratiam in cõſpectu tuo, vt fiat acceptabile ſacrificium noſtrũ, & inhabitet ſpiritus

gratiæ

Digitized by Google

gratiæ tuæ bonus ſuper no-, & ſuper hæc appoſita ſacramenta, & ſuper omnem populum. Et nonnullis interpoſitis; Ampliùs obtulimus tibi hanc rationabilem hoſtiam, pro orbe, pro ſancta catholica & apoſtolica Dei Eccleſia, & ijs qui caſta in conuerſatione ac ſobria degunt. Pro fideliſſimis & Deo dilectis Imperatoribus noſtris, & toto palatio, & omni exercitu eorum.

5. MARTIALIS in epiſtola ad Burdegalenſes, capite tertio: Quod Iudæi per inuidiam &c. vt ſuprà, C. teſtimonio decimo.

Pro ſuis & populi peccatis offert epiſcopus.

6. HIERONYMVS in caput primum epiſtolæ ad Titum: Quid de Epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidiè pro ſuis populiq́ peccatis, illibatas Deo oblaturus eſt victimas?

7. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite quadrageſimooctauo: Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cæleſtibus. Antè agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Chriſtus offertur: ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſſionem, & offert ſe ipſe quaſi ſacerdos, vt peccata noſtra dimittat. Hîc in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit. Hîc ergò in imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate eſt.

Offertur vt peccata dimittat.

Intellige de aliena ſpecie

8. IDEM in pſalmum trigeſimumoctauum: Vidimus principem ſacerdotem ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinem ſuum: ſequamur, vt poſſumus, ſacerdotes, vt offeramus pro populo ſacrificium: etſi infirmi merito, tamen honorabiles ſacrificio: quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerre: tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur. Immò ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium, quod offertur.

Sacerdotum eſt pro populo offerre ſacrificium.

Chriſti corpus in terris offertur.

9. ALEXANDER primus Pontifex & martyr, in epiſtola prima ad omnes Orthodoxos, capite quarto: In Sacramentorum oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, &c. vt ſuprà, I. teſtimonio primo. Ac deindè: Crimina atque peccata, oblatis his Domino ſacrificijs delētur. Idcircò & paſſio eius in his commemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpiùs recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtijs delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti. Nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit. Quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda. Et ſicut potior eſt cæteris, ità potiùs excoli & venerari debet.

Matth. 26. Crimina delentur.

Placabitur Dominus, & peccata ingētia dimittet.

10. IDEM epiſtola ſecunda ad omnes Epiſcopos: Quos in ordine Apoſtolatus conſtitui voluit, ipſi pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt.

Oſeæ 4.

11. GREGORIVS Nazianzenus oratione tertia, quæ eſt prima in Iulianum Imperatorem: Atque hinc quidem facinora ſua auſpicatur, quemadmodùm narrant, qui ipſius arcanis gloriantur (Proh in quos ſermones incurrere cogor?) impuro & nefario ſanguine Lauacrum extergit, initiationi noſtræ execrabilem initiationem opponēs, ſus videlicet in cœno prouoluta, ſicut eſt in prouerbio: manusq́ ſuas profanat, vt nimirùm eas ab incruento ſacrificio, per quod nos Chriſto ipſiusq́ paſſionibus & diuinitati communicamus, elueret ac repurgaret.

Incruento ſacrificio Chriſti paſſionibus & diuinitati communicamus.

12. AVGVSTINVS ſermone quarto de Innocentibus: Quid reuerentius, quid honorabilius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere, in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ, in qua Dominus eſt ſacerdos, ſicut ſcriptum eſt; Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech? Rectè ſub altario iuſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur. Nec immeritò illic iuſti vindictam ſanguinis poſtulant, vbi etiam pro peccatoribus Chriſti ſanguis effunditur. Conuenienter igitur, & quaſi pro quodam conſortio ibi martyribus ſepultura decreta eſt, vbi mors Domini quotidiè celebratur, ſicut ipſe ait: Quotieſcúquè hæc feceritis, mortem meam annunciabitis, donèc veniam: ſcilicet vt qui propter mortem eius mortui fuerant, ſub ſacramenti eius myſterio requieſcant.

Pſal. 109.

Pro peccatoribus in altari Chriſti ſanguis effunditur.

1. Cor. 11.

13. TERTIVM concilium Braccarenſe, capite primo: Cùm omne crimen atque peccatum, oblatis Deo ſacrificijs deleatur, quid decæterò pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificij oblatione erratur?

Omne crimē deletur.

14. GREGORIVS homilia trigeſimaſeptima in Euangelia: Singulariter nanque ad abſolutionem noſtram oblata cum lachrymis & benignitate mentis ſacri altaris hoſtia ſuffragatur: quia is qui in ſe reſurgens à mortuis, iam non moritur, adhuc per hanc in ſuo myſterio pro nobis iterùm patitur. Nam quotiès ei hoſtiam ſuæ paſſionis offerimus, totiès nobis ad abſolutionem noſtram, paſſionem illius reparamus. Multos, vt arbitror, veſtrûm, fratres chariſſimi, contigit nôſſe hoc, quod volo ad memoriam veſtram narrando reuocare. Non longè à noſtris fertur temporibus factum, quòd quidam ab hoſtibus captus, longè transductus eſt. Cúmque diù teneretur in vinculis, eum vxor ſua, cùm ex eadem captiuitate non reciperet, extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hoſtias hebdomadibus ſingulis curabat offerre. Cuius totiès vincula ſoluebantur in captiuitate, quotiès ab eius coniuge oblatæ fuiſſent hoſtiæ pro animæ eius abſolutione. Non longo pòſt tempore reuerſus, admirans valdè, ſuæ indicauit vxori, quòd diebus certis hebdomadibus ſingulis eius vincula ſoluebantur. Quos videlicet dies eius vxor atque horas diſcutiens, tunc eum recognouit abſolutum, cùm pro eo ſacrificium meminerat oblatum. Hinc ergò, fratres chariſſimi, hinc certa conſideratione colligite, oblata à nobis hoſtia ſacra quantùm in nobis ſoluere valeat ligaturam cordis, ſi oblata ab altero, potuit in altero ſoluere vincula corporis.

Applicatur nobis ſacrificium cruentum.

Vide etiā lib. 4. dial. ca. 57.

Vincula ſoluta per oblationē ſacrificij.

Soluit ligaturā cordis.

15. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaſecunda, capite ſecundo: Et quoniam in diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit: docet ſancta Synodus, ſacrificium iſtud verè propitiatorium eſſe, per ipſumq́ fieri, vt, ſi verò corde & recta fide, cum metu ac reuerentia, contriti ac pœnitentes, ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata, etiam ingentia, dimittit. vna enim eademq́ eſt hoſtia, idem nunc offerens ſacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis, cruentæ inquam, fructus per hanc incruentam vberrimè percipiuntur: tantum abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non ſolùm pro fidelium viuorū peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in Chriſto nondùm ad plenū purgatis, ritè, iuxta Apoſtolorum traditionem, offertur. Ibidē, canone tertio: Si quis dixerit, Miſſæ ſacrificium tantùm eſſe laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in Cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis ſatiſfactio-

Propitiatorium eſt.

Quomodò crimina & ingentia peccata deleat.

Fructus huius Sacrificij.

Propitiatorium.

Digitized by Google

factionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debere, anathema ſit.

INCRVENTVM.

1. N. CONCILIVM Epheſinum in epiſtola ad Neſtorium, vt ſuprà, quæſtione quarta, litera A. teſtimonio ſexto.

2. SECVNDA ſynodus Nicena, actione ſexta, tomo tertio, vt ſuprà ibidèm, A. teſtimonio ſeptimo.

3. AVGVSTINVS contra Fauſtum libro vigeſimo, capite vigeſimoprimo, vt ſuprà, hac eadem quæſtione, A. teſtimonio duodecimo.

4. AD Epeſios quinto: Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

5. AD Hebræos decimo: Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

6. EXODI duodecimo, vt ſuprà, D. teſtimonio quarto.

7. MARCI decimoquarto: Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli.

8. EVSEBIVS de demonſtratione euangelica libro primo, capite decimo, vt ſuprà, C. teſtimonio ſecundo.

9. GREGORIVS Naziâzenus oratione quarta, quæ ſecunda eſt in Iulianū Imperatorem: Non iam filios ſuos & filias ſuas dæmonijs immolabunt; quod olìm Iſraeli à Prophetis obijciebatur. Sed quid hæc colligo? Ad præſentia & noſtra me conuertam. Non iam in ſacras noſtras ædes prauos oculos inijcient: non iam aras à puriſſimo & incruento ſacrificio nomen habentes ſcelesto ſanguine contaminabunt: nec loca non adeunda per impia altaria probro ac dedecore afficient. Non iam ſacrilega manu votiua dona diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes. Non iam Presbyterorum canitiem, Diaconorum ſanctitatem, Virginum pudorem contumelia perfundent.

Pſal. 105.

Aras à puriſſimo & incruento ſacrificio nomen habentes.

10. IDEM in carmine ad Epiſcopos:

Offerunt ſacerdotes ſacra ſiue ſacrificia incruenta.

O qui ſacra Deo offertis non tincta cruore,
Clari cuſtodes animarum, quíque Tonantis
Figmentum manibus regitis mirabile veſtris,
Quiq; Deū humano generi ſociatis in vnum,
Lux vitæ, fidei columen, fundamina mundi,
Doctores vitæ, nullo quæ clauditur æuo,
Chriſtiferi, ſolijs præclaris quiq; ſedetis
Sublimes.

11. ET in carmine ad Conſtantinopolitanos Epiſcopos, & ipſam Vrbem:

Incruenta ſacrificia offerunt.

O qui ſacra Deo offertis non tincta cruore,
Vnum in perſonis qui colitisq; tribus.

12. GREGORIVS Nyſſenus in Chriſti Reſurrectionem oratione prima: Qui poteſtate ſua cuncta diſponit, non ex proditione ſibi impēdentem neceſſitatem, non Iudæorum quaſi prædonum impetum, non iniquam Pilati ſententiam expectat, vt eorum malitia ſit communis hominum ſalutis principium & cauſa, ſed conſilio ſuo anteuertit, & arcano ſacrificij genere, quod ab hominibus cerni non poterat, ſeipſum pro nobis hoſtiam offert, & victimam immolat, ſacerdos ſimul exiſtens, & agnus Dei, ille, qui mundi peccatum tollit. Quando id præſtitit? cùm corpus ſuum diſcipulis congregatis edendum, & ſanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit agni ſacrificium iam eſſe perfectum. Nam victimæ corpus non eſt ad edendum idoneum, ſi animatum ſit. Quare cùm corpus edendum & ſanguinem bibendum diſcipulis exhibuit, iam arcana, & non aſpectabili ratione corpus erat immolatum, vt ipſius myſterium peragētis poteſtati collibuerat. Et anima in illis erat, in quibus eadem ipſa poteſtas illam diſpoſuit, ſimulq; cum diuina virtute, quæ cum illa erat coniuncta, in ea regione cordis verſata eſt. Itaque ſi quis indè tempus incipiat dimetiri, cùm ſacrificium Deo factum eſt à Magno illo principe Sacerdotum, qui ratione, quæ nec verbis explicari, nec oculis perſpici potuit, ſe ipſum pro communi hominum ſalute tanquàm agnum obtulit, non recedet à veritate. Erat enim veſpera, cùm ſacrum illud corpus comederunt, quam quidem veſperam nox, quæ paraſceuen antecedit, excepit.

Arcano ſacrificij genere Chriſtus ſeipſum pro nobis hoſtiā offert in vltima cœna.

Idem ſacerdos & victima.

Matth 26.

Cùm corpus edendum diſcipulis exhibuit, iam erat immolatum arcana ratione.

Obtulit incœna pro cōmuni hominum ſalute, corpus ſuum tāquàm agnū.

13. CYRILLVS Alexādrinus epiſtola decima ad Neſtorium: Dum vnigeniti filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti, mortem ſecundùm carnem & reſurrectionem ex mortuis annunciamus, aſſumptionemq; in cælos confitemur, incruentum in Eccleſijs perficimus cultum, atque ità ad myſticas accedimus benedictiones ac ſanctificamur, participes facti ſanctæ carnis precioſiq; ſanguinis ſeruatoris noſtri omnium Ieſu Chriſti, nec vt communem carnem accipimus, &c.

14. IDEM in declaratione anathematiſmi vndecimi: Sanctum ac viuificum incruentumq; in Eccleſijs celebramus ſacrificium, nō hominis alicuius nobis ſimilis & communis corpus: conſimiliter & precioſum ſanguinem eſſe, quod proponitur, credentes, ſed magìs tanquàm proprium viuificantis verbi corpus & ſanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non poteſt. Et hoc ipſe ſeruator teſtatur, dicens: Caro non prodeſt quicquam. ſpiritus eſt qui viuificat. Quoniam enim verbi facta eſt propria, ob eam cauſam intelligitur, & eſt viuifica, ſicut ſeruator dicit: Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, etiam ille viuet propter me. Quia verò Neſtorius, & qui cum illo ſentiunt, myſterij huius virtutem temerè diſſoluunt, propterea, idq; meritò, conſtitutus eſt hic Anathematiſmus.

Vide I. tom. Concil.

Incruentum in Eccleſijs ſacrificiū celebratur, & quale ſit illud.

Ioan. 6.

Ibidèm.

15. GENESIS decimoquarto, vt ſuprà, D. teſtimonio tertio.

16. AD Hebræos ſeptimo, vt ſuprà, F. teſtimonio ſecundo.

17. PSALMO centeſimo nono, ibidèm teſtimonio primo.

18. HIERONYMVS in caput vigeſimumſextum Matthæi: Poſtquàm typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum, vt quomodò in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoquè veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.

Chriſtus ſecūdùm ordinem Melchiſedech, in vltima cœna obtulit.

Geneſ. 14.

19. OECVMENIVS in caput quintum epiſtolæ diui Pauli ad Hebræos, ſuper ea verba, Tu es ſacerdos in æternum &c. Neque enim de ea, quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet, In æternum, ſed reſpiciēs ad præſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur: qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij.

Chriſtus per Sacerdotes exercet perpetuò ſacerdotium Melchiſedech.

20. SEDVLIVS libro tertio operis Paſchalis (vel iuxta aliorum ſectionē libro quarto) deſcribens mundationem decem leproſorum Lucæ 17.

Deniquè pontificū princeps ſummuſq; ſacerdos,
Quis niſi Chriſt⁹ adeſt? gemini libaminis auctor,
Ordine Melchiſedec, cui dantur munera ſemper
Quæ ſua ſunt, ſegetis fructus, & gaudia vitis.

Chriſtus auctor ſacrificij Melchiſedechici.

21. CLAVDIVS Marius Victor libro tertio Commentariorum in Geneſin:

Melchiſedech, vinumq; & panē ab cæde reuerſo
Obtulerat, rex ille Salem, qui munere tali
Myſtica præmiſit ſummi libamina Chriſti:
Cuius de manibus ſumens Eccleſia corpus
Viuificum panem, cæleſti pota cruore eſt.

OblatioMelchiſedech præfigurabat Chriſti ſacrificium Euchariſtiæ.

1. O. AD Hebræos nono: Neque vt ſæpè offerat ſemetipſum quemadmodùm Pontifex &c. alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati, per hoſtiam ſuam

REPETITIO OBLATIONIS.

Digitized by Google

ſuam apparuit. Et quemadmodùm ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic Chriſtus oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.

2. ET capite decimo, vt ſuprà, N. teſtimonio quinto.

3. CHRYSOSTOMVS homilia decimaſeptima in epiſtolam ad Hebræos: Imperauit ſemper offerri, propter infirmitatem, vt & memoria peccatorum fieret: Quid ergò nos? Nónne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, &c. vt ſuprà hac eadem quæſtione, B. teſtimonio primo.

4. AVGVSTINVS epiſtola vigeſimatertia ad Bonifacium Epiſcopum: Nónne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolùm per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur, nec vtiquè mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari?

Omni die immolatur.

5. THEOPHYLACTVS in capitis quinti ad Hebræos hæc verba ſcribens: Tu es ſacerdos in æternum &c. Dicant igitur Iudæi nobis, quiſnam fuerit alius ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech præter Chriſtum? Nónne omnes ſub lege fuerunt? Nónne omnes ſabbatum celebrabant, & victimas offerebāt? Manifeſtiſſimè igitur de Chriſto hoc dictum eſt. ſolus enim ille pane & vino ſacrificium conſecrauit, perindè àc Melchiſedech. Quî verò dixit, In ęternum? Quoniam etiamnùm vnà cū corpore quod pro nobis immolauit, apud Deum & Patrem intercedit &c. Vel quia quæ in ſingulos dies fit & futura eſt in perpetuum oblatio per Dei miniſtros, ipſum habet Pontificem & ſacerdotem Dominum, atque adeò ipſam hoſtiam, qui ſeipſum pro nobis ſanctificat, & frangitur & diſtribuitur. Quotiès enim hæc fiunt, mors Domini annunciatur.

Geneſ. 14.

Per miniſtros in perpetuū offert Chriſtus.

1. Cor. 11.

6. IDEM in eiuſdem epiſtolæ capitis ſeptimi illa verba, Manet ſacerdos in perpetuum: Dicimus Chriſtū cùm ęternus ſit & immortalis, reuerà ſemper eſſe ſacerdotem. Nam & nunc quidem ſemper ſeipſum pro nobis offerre creditur per miniſtros ſuos.

7. ITEM in caput decimum ad Hebræos: Suboritur hîc quæſtio, Num & nos hoſtias incruentas offeramus? Cui reſpondémus, omninò: cæterùm memoriā facimus mortis Domini, eſtq; vna ipſa, non multæ, quandoquidem ſemel oblatus eſt. Nam eundem ſemper offerimus, immò potiùs memoriam illius oblationis facimus, qua ſe ipſe obtulit, ceu iam nunc facta ſit. Proindè vnum eſt ſacrificium. Nam quod ad quæſtionem attinet, poſtquàm multis in locis offertur, nū igitur multi Chriſti erunt? nequaquàm, ſed vnus eſt vbiquè, & hîc plenus, & illic plenus & perfectus, vnumq; corpus. Quemadmodùm enim in multis locis oblatus Chriſtus vnum corpus eſt, & non multa corpora, ſic & vnum ſacrificium. Nam illam hoſtiam offerimus, quæ tum eſt oblata: illic autem alius erat qui herì oblatus erat, agnus fortaſsè, à victima quæ hodiè offertur, nec velutì commemoratio erat heſternæ oblationis, qui hodiè offerebatur agnus, ſed ipſe per ſeipſum ſacrificium perficiebat.

Nō repugnat noſtra oblatio vnicæ iſti oblationiquę ſemel in cruce peracta eſt

Vnum eſt ſacrificium.

In veteri lege erat ſemper alia hoſtia.

8. OECVMENIVS in quintum caput epiſtolæ ad Hebręos, vt ſuprà, N. teſtimonio decimonono.

9. PHOTIVS apud Oecumenium in eundem locum: Quia etiam Chriſtus ſine ſanguine hoſtiàm obtulit, deindè poſtmodùm ſuum ipſius etiam corpus: propterea aptè dictum eſt, Chriſtum eſſe ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Cur ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech.

10. IDEM Oecumenius in caput ſeptimum ſuper illa verba, Manet ſacerdos in perpetuum: Eo modo perpetuitatem accipito, quo & cætera: Aut quòd etiam modus ſacerdotij Melchiſedech (nôſti autem quid dicam) in perpetuum maneat.

11. ITEM in eiuſdem epiſtolæ caput decimum: Qui multas, inquit Apoſtolus, & eaſdem ſingulis annis offerunt hoſtias, perficere nequeūt illos, qui ſecundùm legem cōuerſantur. Quid ergò? An ne nos ſemper offerimus hoſtias ſanguine carentes? Sed vnius eiuſdemq; mortis Chriſti memoriam facimus, & vnum Chriſti corpus ſemper edimus. Non enim nunc quidem vnius Chriſti, aliàs verò alterius, ſed ſemper eiuſdem: Iudæorum verò hoſtiæ varias habebant victimas, nempe oues, boues, capras: ideò multæ ſunt hoſtiæ: noſtræ verò quanquàm actione multę ſint, vnica tamen eſt poteſtate.

Noſtra hoſtia eadem.

12. MALACHIAE primo, vt ſuprà, G. teſtimonio quinto.

13. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda: Iam illud, quod non modò ab incredulis opponitur, ſed & à fidelibus quæritur, cur hoc ſacrificium toties iteratur, cùm Chriſtus ſemel in cruce oblatus ad tollenda totius mundi peccata ſufficiat; maximè cùm non hîc aliud, & ibi aliud, ſed hîc & ibi idem prorſus ſacrificium, hoc eſt, idē Chriſtus offeratur; videndum eſt. Si enim illud in cruce ſuffecit, ſuperfluū hoc in altari videtur. Sed non eſt ſuperfluum: quia certa de cauſa à Dei filio (qui eſt iuxta Apoſtolum Dei ſapientia) factum & traditum eſt. Quę ſapientia, quia ſummè rationabilis, immò totius rationis fons & perfectio eſt, nihil agere, nihil iubere irrationabiliter potuit. Vndè cùm hoc dixit, cùm hoc ſacramentum ſuis tradidit, non abſque certa ratione (vt certum eſt) fecit. Quę ſola ratio omnibus ſatisfacit, quicunq; Chriſtum huius ſacramenti authorem, Deum & Dei eſſe ſapientiam credūt. Placuit tamen largitori tāti muneris, cauſam reddere tantæ largitionis. Quam cauſam, dādo ipſum ſacramentum, aperuit. Nam poſtquàm dixit, Hoc facite: ſtatìm addidit, in meam commemorationem. Hęc eſt ergò cauſa ſacramenti; cōmemoratio Chriſti. Nouerat Saluator quid fecerat, quid facturus erat propter hominem: nouerat ſingulare opus, quod geſſerat induendo hominem: nouerat ſtupendum, quod geſturus erat moriēdo propter hominem. Sciebat hoc ſe opere ſaluaturum hominem: ſed abſque huius operis dilectione, nullum ſaluari poſſe hominem. Sciebat quia humanitatis & mortis ſuæ opus, ſicut ſuper omnia opera ſua ſummè celebratū: ſic mortalibus, pro quibus fiebat, ſummè erat commendandum. Commendandum erat, vtpotè cuius caro pro illis torquebatur, cuius anima pro ipſis triſtabatur, cuius nouiſſimè mors illorum vitæ miniſtrabatur. Hoc certè ſolenniter commendandum erat, vt Chriſtus diligeretur, dilectus haberetur, habitus nunquàm perderetur. Sed hæc eius dilectio ab hominibus ſeruari non poterat, memoria pereunte: nec fugax memoria diù retineri valebat, niſì ſigno congruo apparente. Nè igitur à corde fugeret, quod maximè cordi ineſſe oportebat, ſigno rei congruente velutì fune inſolubili colligata eſt cordi memoria: quo fortiter vinciente, ſemper redemptus redemptionis precium cogitaret; indeq; redemptori agens gratias, fide quæ per dilectionem operatur, nequaquàm ſe ingratum tantæ gratiæ demoſtraret. Et poſſet quidem mentibus humanis huius rei vtcunquè abſque ſigno viſibili ineſſe memoria, ſicut multarum rerum tam diuinarum quàm humanarum recordatio, fama, lectione, doctrina, in eis, aut gignitur, aut conſeruatur: ſed quia iuxta quendam, Segniùs irritant animos demiſſa per aurem, Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. & res tanta erat, vt ad eam cogitandam, amandam, amplectendam, non ſegniter, ſed inſigniter humani animi mouendi eſ-

Sacrificium altaris nō eſt ſuperfluum.

1. Cor. 1.

Ratio cur legis nouæ ſacrificium toties iteretur.

Horatius.

ſent: dignum & iuſtum fuit, vt humanitatis & mortis Chriſti memoria, non tantùm auditu per aures, ſed etiam viſu per oculos iuuaretur. Ea de cauſa ſignum hoc à Chriſto propoſitum eſt, quod ità ſignum eſt, vt ſit tamen idem quod ſignat. Item: Ità verò eſt idem quod ſignat, vt quantum ad corpus, id eſt, ad veritatem carnis & ſanguinis Chriſti pertinet, ſit idem quod ſignat. Neque enim ibi Chriſtus, vt olìm, dolores aut mortem patitur, cùm tamen immolari dicatur. Dicitur autem immolari, cùm licèt inuiolabiliter in altari frangitur, diuiditur, comeditur: cum his & quibuſdam alijs ſignis, inquantùm fieri poteſt, mors Domini maximè repræſentatur. Vndè, ſicut dixi, quantum ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti pertinet, eſt idē quod ſignat, quam tamen maximè ſignat. Maximè autem dixi: quia hoc apertiſſimè Apoſtolus dicit in verſu quem ſuprà commemoraui. Quoties (ait) manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. Et poſt pauca: Quæ memoria amorem excitans, de animi receſſibus mala omnia effugaret, virtutibus vniuerſa repleret: ſicq; quotidiè per hoc ſacramentum innouans redemptionem, quotidianam pœnitentibus peccatorum gigneret remiſſionem. Soluit quidem & plenè tollit peccata mundi agnus Dei in cruce immolatus: nec tamen idcircò (vt dixi) ſuperfluus eſt in altari oblatus. Et vt in teipſo à te ipſo hoc diſcas: Aduerte, quicunque hæc legis, téque ipſum interroga, quando magìs mouearis: ſi tamen quod profiteris firmiter credis: vtrùm quando dicitur, Chriſtus olìm inter homines apparuit; an quando dicitur, Chriſtus nunc inter homines conuerſatur: quando dicitur, Olìm in cruce pepēdit; an quando dicitur, Nunc in altari offertur: vtrum (inquam) te magìs moueat, & ad admirandum & amandum accendat, eius prædicta abſentia, quàm demonſtrata præſentia. Sed ſcio quia non diffiteris quod verum eſt, magìs humana corda moueri præſentibus quàm abſentibus rebus: quia iſtis plerunquè non creditur, de illis vel in modico dubitare animus non ſinitur. Mouetur igitur magìs ad præſentem quàm ad abſentem, mouetur magìs ad viſum quàm ad auditum Chriſtum: mouetur ad admirandum, mouetur ad amandum: quo amore, amanti generatur remiſſio peccatorum. Cui quantus erga Chriſtum amor eſt, tanta eſt & indulgentia, ipſo Domino atteſtante, qui de peccatrice Maria ſic ait: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Euchariſtia ità ſignū eſt, vt efficiat id quod deſignat.

1. Cor. 11.

Euchariſtiæ ſacramētum innouat redemptionē, & quotidianam gignit remiſſionē.

Animus hominis magìs mouetur ad præſentem & viſum in ſacramento, quàm ad abſentem & auditum Chriſtum.

Luc. 7.

VIII.

Eſt'ne ſub altera tantùm, panis ſcilicet, an verò ſub vtraque panis ac vini ſpecie, ſumenda Euchariſtia?

A. De Sacerdotibus quidem, ſeu ſacrificantibus conſtat, ambas Sacramenti ſpecies illis eſſe ſumendas, ſine quibus neque ritè conſecrare, neque offerre poſſent Euchariſtiam. Cuius rei cauſam ex ſacrificio ipſo pendentem reddere, hîc iam neceſsè non eſt.

B. De alijs verò fidelibus non ſacrificantibus, illud fatēdum eſt, nullo eos Diuino præcepto ad Euchariſtię Sacramentum ſub ſpecie vtraque ſumendum adſtringi, ſed ad ſalutem illis eſſe ſatìs, alterius ſpeciei communionem. Igitur ſi veteris Eccleſiæ ſtatum repetimus, [a] nunc vnam tantùm, nunc vtranque ſpeciem fidelibus diſpenſatam fuiſſe comperiemus. Si verò Scripturam ſacram conſulimus, [b] ſic illa de hoc Sacramento diſſerit, vt modò panis & calicis, modò ſolius quidem panis ſoleat meminiſſe. Vbi enim legimus, [c] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis:* legimus etiam, *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et qui dixit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam:* dixit etiam, [d] *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita.* Et rurſùs idem qui affirmauit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo:* affirmauit & illud, [e] *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum:* vt omittamus quæ [f] Lucas de fractione ſolùm panis adducit.

C. Neque Chriſti nobis hîc deeſt exemplum, qui primùm in extrema illa cœna [g] ſub vtraque ſpecie hoc inſtituit ac Apoſtolis tradidit Sacramentum. Deindè verò in Emaus cum duobus diſcipulis agens, ſub vna ſolùm ſpecie [h] porrexit illis Euchariſtiam, ac poſteà ſtatim illinc ſeſe ſubduxit, ſicut Euangelicum hunc locum Patres interpretantur.

D. Proindè damnandi non ſunt ſiue qui nunc vnica contenti ſpecie, ab vſu calicis abſtinent, & multis ab hinc ſeculis [i] abſtinuiſſe leguntur, ſiue qui olìm cùm ità probaret Eccleſia, vtranque ſpeciem in vſu publico habuēre.

E. Verùm magiſter rerum vſus paulatìm docuit, maiore cum populi com-

a Tertul. lib. 2. ad vxorem cap. 5. Cyprian. ſermo. 5. de lapſis. Orig. hom. 13. in Exod. Baſil. ad Cæſ. pat. Hieron. apologia pro libris cōtra Iouinianum cap. 6. Petrus Cluniac. lib. 1. miraculor. cap. 1.

b 1. Cor. 10. d 11. e Actor. 2. g

c Ioan. 6. f

Ibidèm.

Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 1.

d Ibidèm.

e Ibidèm.

f Luc. 24. e Act. 2. g 20. b 27. f Aug. epiſt. 86. ad Caſula. & Chryſoſt. hom. 17. operis imperfecti. Iſichius in Leuitici cap 9.

g Matth. 26. c Marc. 14. c Luc. 22. b 1. Cor. 11. e

h Luc. 24. e & ibidē Theoph. & Beda. Chry. in Matt. operis imperfecti, hom. 17. & Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euang. cap. 25.

i Euſeb. lib. 6. eccleſ. hiſt. cap. 36. Auguſt. hom. 26. ex homilijs 50. & ſer. 252. de tempore. Ambroſ. in Satyrū. Paulinus in vita S. Ambroſij. Amphyloch. in vita Baſilij. Beda Anglicanę hiſto. lib. 4. c. 14. & 24. Theo-

Digitized by Google

li commoditate, ac minore periculo, multiſque de cauſis frugiferè fieri, vt omiſſo calicis vſu, alterius tantùm ſpeciei communio retineatur. Atque ità faciendum iamdiù decreuit Eccleſia, non diſcedens illa quidem à ſponſi ſui inſtituto præceptóve (columna enim [k] & firmamentum veritatis eſt, & myſteriorum Dei fida [l] diſpenſatrix) ſed poteſtatem à ſponſo acceptam in diſpenſandis myſterijs ad [m] ædificationem communemque fidelium vtilitatem conuertens, prout temporum hominumque conditio, quæ nonnulla etiam in ſacris immutari cogit, poſtulare videtur.

doretus in Philotheo, in vita 26. quę eſt Simeōis. Euagrius lib. 4. eccle. hiſt. cap. 35. Gregor. Turon. lib. 1. in gloriam Martyr. cap. 80. & Guiliel. abbas in vita S. Bernar. lib. 1. cap. 11.
k 1. ad Timoth. 3. d
l 1. Cor. 4. a
m 2. Cor. 10. e 13. d Concil. Triden. ſeſſ. 21. cap. 2.

F. Nam & Euangelij nobis verba [n] declarāt, Chriſtum in cœna cum illis egiſſe, quibus poteſtatem fecit non ſumendæ modò, ſed etiam conſecrandæ offerendæque Euchariſtiæ, immò [o] & ordinandæ & adminiſtrandę totius Eccleſię. Horum iudicio, prudentiæ, & authoritati reliquit, cùm de alijs pleriſque ad rem Chriſtianam ſpectātibus, tum de modo ordineque diſpenſandæ fidelibus Euchariſtiæ, ius in poſterum conſtituendi, atque pro ratione temporum ritè diſponendi. Id probat etiam [p] ex Paulo [q] Auguſtinus, & multis Apoſtolorum inſtitutis euinci facilè poteſt.

n Matth. 26. c Marci 14. g Luc. 22. b Iuſtin. in apolo. 2. ad Antonin.
o Act. 20. f 1. Pet. 5. a Luc. 10. c Epheſ. 4. c
p 1. Cor. 11. g
q Ad Ianuarium, epiſt. 118. cap. 6.

G. Nec eſt cur Laicis iniuria irrogari vlla putetur, ſi vt in pleriſque itidèm [r] alijs, hac in parte non ęquantur Sacerdotibus. Nam in confeſſo eſt, Chriſtum non eſſe diſſectum in partes duas ſecundùm duo Sacramenti huius ſigna, ſed tam ſub vna, quàm ſub vtraque ſpecie, immò ſub vnius etiam hoſtię conſecratæ [ſ] particula, Chriſtum totum exhiberi atque ſumi, videlicet ſecundùm carnem, animam, ſanguinem, diuinitatem. Vbi autem Chriſtus totus ac integer ſumitur, illic deeſſe non poteſt integer quoquè fructus & efficax gratia tanti Sacramenti. Quapropter nulla hîc laici vtilitate fraudantur, ſiue rem ipſam in Sacramento contentam, Chriſtum ſcilicet Deum & hominem, ſpectes: ſiue [t] fructum & gratiam, quę Euchariſtiam ſumentibus, ad animarum ſalutem donatur, quęras: ſed tantum hi ſub altera accipiunt, quantum ſub vtraque, ſi liceret, ſpecie eſſent percepturi.

r Matth. 18. c Ioan. 20. f 1. Tim. 3. a b c & 4. d ad Titum 1. b
ſ Baſilius ad Cęſar. patrit. Cyrill. ad Caloſyrium, & in Ioan. lib. 4. cap. 14. Concil. Florent. Euſeb. Emiſenus homil. 3. de paſch. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. Et de Conſec. diſt. 2. c. Qui manducat, & c. Singuli.
t Ioan. 6. e f 1. Cor. 10. d

H. Qua de re [v] ambigendi, vel diſceptandi ampliùs nullus iam relictus eſt locus, poſteaquàm Spiritusſanctus, qui iuxta promiſſionem [x] Chriſti docet ac regit Eccleſiam, certam nobis & explicatam ſententiam edidit, editamque ſemel ac iterùm ſacroſanctę [y] Synodi non violanda authoritate confirmauit. Vndè perſpicuè colligi poteſt, hanc ſub altera ſpecie communicandi conſuetudinem præcepto diuino haud aduerſari, Eccleſiæ legitima authoritate fulciri, temporis longæuitate magnoque populorum fidelium conſenſu comprobari, ratione ac vtilitate certa commendari: ac demùm pro lege, quam ſola mutare poſſit Eccleſia, certò habendam eſſe.

v Auguſt. ad Ianuar. epiſt. 118. cap. 5.
x Luc. 22. e Ioan. 14. b d & 16. b Eſa. 59. d
y Syno. Conſtātienſis ſeſſ. 13. Baſil. 30. Trident. ſeſſ. 22.

I. Sed nec aduerſarij, quantumuis hîc obſtrepant, eiuſmodi in communicando ritus initium vllum poſſunt demonſtrare: Vt mirum ſit adhuc reperiri, qui priuatæ pietatis ſpecie ducti, aliter ſibi perſuadeant, & hac in parte cum nouis Eccleſiæ contemptoribus [z] aduersùs venerandam totius Eccleſiæ [a] authoritatem conſpirent. His verendum eſt ſanè, nè, dum externa Sacramenti ſigna tantoperè vrgent, & contentioni ſeruiunt, Sacramenti fructum internum, adeoque Chriſtum totum amittant: vt ab omni vſu Sacramenti præſtet eos penitùs abſtinere. Quandoquidem neque [b] Fides, neque Sacramenta vllis, niſi perſiſtentibus in Eccleſię vnitate, ſunt ſalutaria. Vt hinc Auguſtinus [c] dixerit,

z 1. Tim. 3. d Matth. 18. c
a Auguſt. contra Creſcon. lib. 1. cap. 33.
b Auguſt. de vnit. Eccleſ. cap. 4.
c Lib. 3. cont. literas Petili. cap. 40.

Digitized by Google

rit, omnia Sacramenta Chriſti non ad ſalutem, ſed ad iudicium habentur ſine charitate vnitatis. Ac iterùm,[d] Quid prodeſt homini vel ſana fides, vel ſanum fortaſsè fidei Sacramentum, vbi lethali vulnere Schiſmatis perempta eſt ſanitas charitatis? Nec dubium ſanè, quin grauiter in Chriſtum ipſum peccent, qui hoc vnitatis ſanctiſſimo[e] Symbolo ad ſchiſmaticæ diuiſionis Symbolum audent abuti.

d De baptiſ. cõtra Donat. lib.1.cap.8.

e Aug.21.de ciuit cap.25. Trident.ſeſſ. 13.cap.2. & 8.

TESTIMONIA.

VNA SPECIES. Domi olim ſub ſpecie panis communicabant.

1. B. TERTVLLIANVS libro ſecundo ad vxorem, capite quinto: Non ſciet maritus, quid ſecretò ante omnem cibum guſtes. Et ſi ſciuerit, panem, non illum credit eſſe qui dicitur. Et hæc ignorãs quiſque, rationem ſimpliciter ſuſtinebit, ſine gemitu, ſine ſuſpicione panis an veneni? Suſtinent quidem, ſed vt inculcent &c.

Miracul̃ circa corpus Domini in arca, cõmunionis cauſa reſeruatum.

2. CYPRIANVS ſermone quinto de lapſis: Et cùm quædam arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentâſſet aperire, igne indè ſurgente deterrita eſt, nè auderet attingere. Et alius qui & ipſe maculatus de ſacrificio à ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus inuenit. documento vnius oſtenſum eſt, Dominum recedere, cùm negatur: nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerẽ, ſanctitate fugiente, mutetur.

Gratia ſalutaris.

Diligẽs corporis Domini cõſeruatio, nè qua particula dilabatur in terram.

3. ORIGENES homilia decimatertia in Exodum: Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis: nôſtis qui diuinis myſterijs intereſſe conſueſtis, quomodò cùm ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis, nè ex eo parùm quid decidat, nè conſecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, ſi quid indè per negligentiam decidat. Quòd ſi circa corpus eius conſeruandum tanta vtimini cautela, & meritò vtimini: quomodò putatis minoris eſſe piaculi verbum Dei neglexiſſe, quàm corpus eius?

Tẽpore perſecutionis ſolebãt fideles ſecum domũ deferre corpus Domini, atque illic cõmunicare.

4. BASILIVS Magnus in epiſtola ad Cæſariã Patritiam (quæ Græcè extat): Illud autem, in perſecutionis temporibus neceſſitate cogi quempiam, non præſente ſacerdote aut miniſtro (id eſt, Diacono) communionem propria manu ſumere, nequaquàm eſſe graue, ſuperuacaneũ eſt demonſtrare, propterea quòd longa conſuetudine, hoc ipſo rerum vſu confirmatum eſt. Omnes enim in eremis ſolitariam vitam agentes, vbi nõ eſt ſacerdos, communionem domì ſeruãtes, à ſeipſis communicant. In Alexãdria verò & in Aegypto, vnuſquiſque eorum qui ſunt de populo, vtplurimùm habet communionem in domo ſua. Semel enim ſacrificium ſacerdote conſecrante & diſtribuente, meritò participare & ſuſcipere, credere oportet. Etenim & in Eccleſia ſacerdos dat partem, & accipit eam is qui ſuſcipit cum omni libertate, & ipſam admouet ori propria manu. Idem igitur eſt virtute, ſiue vnam partem accipiet quiſquam à ſacerdote, ſiue plures partes ſimul.

Cõmunio domi ſeruata.

Eiuſdem virtutis eſt vna pars cu multis.

5. HIERONYMVS in Apologia ad Pammachium pro libris aduersùs Iouinianũ, capite ſexto: Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Vnuſquiſque enim in ſuo ſenſu abundat. Sed ipſorum conſcientiam conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant: & iuxta Perſium, noctem flumine purgant: quare ad martyres ire non audent? quare non ingrediuntur eccleſias? An alius in publico, alius in domo Chriſtus eſt? Quod in eccleſia non licet, nec domì licet. Nihil Deo clauſum eſt, & tenebræ quoquè lucent apud Deum.

Quotidiana cõmunio corporis Chriſti Romæ.

Communio domeſtica Romæ.

6. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo de miraculis, capite primo: Erat in Aruernico territorio ruſticus quidam habens aluearia, in quibus examina apum melleam fauorum dulcedinem conficere ſolent. Quas iam dictus ruſticus aut euolare, aut emori, aut aliquo caſu ſibi deperire pertimeſcens; vſus prauo ſortilegorum conſilio, qui diabolica operatione, etiam de beneficiis Dei, maleficia facere conſueuerunt, & (quod eſt dictu intolerabile) ipſis quoquè diuinis ſacramentis per artes magicas abutuntur; acceſſit ad eccleſiam, & ſumpto à ſacerdote (vt mos eſt fidelium) corpore Dominico, illudq; ore retinens, nec glutire volens, vt iam doctus fuerat, ad vnum de iam dictis aluearibus in quo apes continebantur acceſſit, atq; foramini quod in eo erat ore adaptato, ſufflare cœpit. Nam dictũ ſibi fuerat, quòd ſi corpore Domini ore retento apibus in vaſe conſtitutis inſufflaret, nulla deincèps moreretur, nulla recederet, nulla deperiret; ſed omnibus integrè conſeruatis, de augmento fructus multò ampliùs quàm antè gauderet. Fecit igitur vt dictum eſt, & ore applicito, flatũ ad interiora toto conatu mittebat. Cumq; auidus lucri anhelitum protrahens, vehementer ſufflaret, ipſo linguæ & aëris impulſu, iactum Dominicum corpus, iuxta vas illud ad terram corruit. Cùm ecce omnis illa apum multitudo de intimis egreſſa, ad corpus Domini ſui reuerenter accurrit, atq; in morem rationabilium creaturarum de terra ſubleuatũ, habitaculis ſuis cum multa veneratione, homine illo conſpiciente, induxit. Quod cernens homo, aut negligens aut paruipendens quod acciderat, ad alia agenda, ad quæ domeſtica cura eum vocabat, greſſum cõuertit. Sed dum iter ageret, repentino, & (vt ipſe pòſt narrabat) intolerabili timore turbatus, ſe nequiter egiſſe tandèm mente ſanior cogitare cœpit. Vndè compunctus, immò vi interna cõpulſus, mox retrò pedem tulit: atque in vindictam ſceleris ſui apes, quarum vitam opere nefario conſeruare volebat, ſuperiniecta multa atq; violentia, enecauit. Quibus extinctis, dum intima fauorum, quos ſibi recondere & conſeruare volebat, rimaretur; ecce (mirabile dictu) conſpicit corpus Dominicum, quod ex eius ore lapſum fuerat, in formã ſpecioſiſſimi pueri veluti cùm recèns naſcitur immutatum, inter fauos & mella iacere. Ad quod miraculum, vt dignum erat, ſtupefactus intremuit: ſed quid indè agere deberet aliquandiù hæſitans, hoc apud ſe inuenit conſilium: vt eum in manibus accipiens, ad eccleſiam deferret; & quia ſibi exanimis videbatur, nullo ſciẽte ſolus Deum puerulum tumularet. Quod dũ aggreſſus eſſet, eumq; in manibus ſumẽs ad eccleſiam quaſi ſecretò tumulandum portaret, ſubitò ab indignè ferentis manibus inuiſibiliter ereptus diſparuit. Quæ nuper geſta, ipſe quidem ità per ordinẽ proprio presbytero, presbyter autem ſuo Claromontenſi epiſcopo, ille verò mihi, ego quoquè omnibus iſtud legentibus ſcribendo intimare curaui. Nec verò tanti piaculi ex toto in poſterum dilata vltio fuit: ſed in breui locus antè populoſus, vario caſu habitatore pereunte, in ſolitudinem redactus eſt.

Miraculum quod accidit, cùm Ruſticus quidam ſuperſtitioſè atque indignè ſacram Euchariſtiã tractaret.

Apes reuerẽtur Euchariſtiam.

Euchariſtia in ſpecioſum puerulũ conuertitur.

7. PRIORIS ad Corinthios decimo: Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frãgimus, nónne participatio corporis Domini eſt?

8. ET

8. ET capite vndecimo: Quotieſcunquè enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis &c. Itaque quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, &c. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

9. ACTORVM ſecundo: Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

10. IOANNIS ſexto, vt infrà, G. teſtimonio decimoquarto.

Ioannis ſexto nõ minùs approbatur communio vniuſſpeciei, quàm vtriuſque.

11. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaprima, capite primo: Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei communionem à Domino præceptam eſſe, vtcunquè iuxta varias ſanctorũ patrum & doctorum interpretationes intelligatur. Nanque qui dixit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoquè, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Et qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam, Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et deniquè qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominùs, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ioan.6.

12. LVCAE vigeſimoquarto: Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum, &c. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodò cognouerunt eum in fractione panis.

13. ACTORVM ſecundo, vt ſuprà, teſtimonio nono.

14. ITEM vigeſimo: Vna autem Sabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis &c.

15. ET vigeſimoſeptimo: Et cùm hæc dixiſſet, ſumens panem, gratias egit Deo in conſpectu omnium: & cùm fregiſſet, cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum.

Matth.28. Mar.16. Luc.24. Ioan.20. Dominicus dies.

16. AVGVSTINVS epiſtola octogeſimaſexta ad Caſulanum: Dies reſurrectionis Domini, prima ſabbati à Matthæo, à cæteris autem tribus, vna ſabbati dicitur: quem conſtat eum eſſe, qui Dominicus poſteà appellatus eſt. Aut ergò poſt peractum diem ſabbati, noctis initio fuerant congregati, quæ vtiquè nox iam ad diem Dominicum, hoc eſt, ad vnam ſabbati pertinebat: & ità eadem nocte fracturus panem, ſicut frangitur in ſacramento corporis Chriſti, produxit ſermonem vſque ad medium noctis, vt poſt ſacramenta celebrata, rurſùs vſque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multùm feſtinabat, vt luceſcente proficiſceretur Dominico die. Aut certè &c.

Fractionem panis, de qua Act.20. de cõmunione interpretatur Auguſtinus.

17. CHRYSOSTOMVS homilia decimaſeptima operis imperfecti in Matthæum: Aliud eſt ſanctificatio, aliud ſanctificatum. Sanctificatio enim eſt, quod alterum ſanctificat: ſanctificatum autem, alterum ſanctificare non poteſt, quanuìs ipſum ſit ſanctum: Vtputà ſignas panem tuum, quem manducas, ſicut ait Paulus: Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem: ſanctificâſti eum, non feciſti ſanctificationem. Quod autem ſacerdos de manu ſua dat, non ſolùm ſanctificatum eſt, ſed etiam ſanctificatio eſt: quoniam hoc non ſolum datur, quod videtur, ſed etiam illud quod intelligitur. De ſanctificato ergò pane licet & animalibus iactare & infidelibus dare: quia non ſanctificat accipientem. Si autem tale eſſet quod de manu ſacerdotis accipitur, quale eſt quod in menſa manducatur, omnes de menſa manducarent, & nemo de manu ſacerdotis acciperet. Vndè & Dominus in via non ſolùm benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ & ſocio eius. Et Paulus nauigans non ſolùm benedixit panem, ſed de manu ſua porrexit Lucæ & cæteris diſcipulis ſuis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum eſt, nec infidelibus porrigendum: quia non ſolùm ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientem.

1.Tim.4.

Luc.24. Act.27. In Emaus cõmunicârunt diſcipuli. Itẽ in naui Paulus, Lucas & diſcipuli.

18. ISICHIVS in Leuitici caput nonum: Vt gloria Domini videretur, id eſt, vt aduentus celebraretur Spiritus, iſte eſt ſermo, inquit, quem præcepit Dominus, facite, videlicet myſticus, de quo præceperat Dominus: Hoc facite in meam commemorationem. Sermonem autem legiſlator ex conſuetudine illud vocat, quia plus ſermone ſubſiſtit huius diſpenſatio myſterij, maximè Dominico verbo ea quæ apparent, in aliud aliquid maius & intelligibile transferente. Vndè cùm Manna imaginem panis vitæ, qui deſcendit de cælo, præſentaret: Hic eſt panis, ait, quem dedit vobis Dominus ad comedendum, hic eſt ſermo quem conſtituit Dominus. Quid ergò ex his quæ dicta ſunt legiſlator ſignificat, niſi quia ſine dubio agentibus eis ſanctum myſterium, & Dominicam cœnam celebrantibus, aduenit ſpiritus? Erat enim dies qui appellatur Dominicus, in quo oportebat modis omnibus agere Apoſtolos myſtica & ſacra. Nam & nos illorum ſequentes traditionem, Dominicam diem diuinis conuentibus ſequeſtramus. Inuenimus autem & Chriſtum ſimiliter poſt reſurrectionem à mortuis, per myſticæ cœnæ, & panis fractionem manifeſtatum, quod apertè Lucas tradit.

Luc.22. Tranſubſtantiatio in Euchariſtia. Dominico die oportebat Apoſtolos Euchariſtiã celebrare ſicut & Chriſtus fecit. Luc.24.

1.C. MATTHAEI vigeſimoſexto: Cœnãtibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus &c.

2. MARCI decimoquarto: Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, &c. Et accepto calice, gratias agẽs dedit eis. & biberũt ex illo omnes &c.

3. LVCAE vigeſimoſecundo: Et accepto pane, gratias egit, &c. Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum &c.

4. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. Similiter & calicem, &c. vt ſuprà quæſtione ſecunda, A. teſtimonio quinto.

5. LVCAE vigeſimoquarto. vt ſuprà, B. teſtimonio duodecimo.

6. THEOPHYLACTVS in vigeſimũquartum caput Lucæ: Inſinuatur autem & aliud quiddam, nempe quòd oculi eorum qui benedictum panem aſſumunt, aperiuntur vt agnoſcant illum. Magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini.

Communio in Emaus.

7. BEDA in vigeſimumquartum caput Lucæ: Certi myſterij cauſa factum eſt, vt eis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eum non niſi in fractione panis agnoſcerent, nè quiſquam ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt, Eccleſiæ, cuius vnitatem in ſacramento panis commendat Apoſtolus, dicens: Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus. vt cùm eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. Aperirentur vtiquè ad eius cognitionem, remoto ſcilicet impedimento quo tenebãtur nè agnoſcerent. Non autem incongruenter accipiamus, hoc impedimentum in oculis eorum à ſatana fuiſſe nè agnoſceretur Ieſus, ſed tamen à Chriſto facta eſt permiſſio vſque ad ſacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſſit agnoſci.

Ex Auguſtino ſumptum. 1.Cor.10.

Digitized by Google

8. CHRYSOSTOMVS homilia decimaſeptima operis imperfecti in Matthæum, vt ſuprà, B. teſtimonio decimoſeptimo.

9. AVGVSTINVS libro tertio de conſenſu Euangeliſtarum, capite vigeſimoquinto: Oculis eorum acciderat aliquid, quod ità manere permiſſum eſt vſque ad fractionem panis, certi myſterij cauſa, vt eis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eum non niſi in fractione panis agnoſcerent, ſicut Luca narrante monſtratur. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis quòd oportebat Chriſtū mori & reſurgere, ſimile aliquid eorum oculi paſſi ſunt: non veritate fallēte, ſed ipſis veritatem percipere nō valentibus, & aliud quàm res eſt opinantibus: nè quiſquā ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt, Eccleſiæ, cuius vnitatem in ſacramento panis commendat Apoſtolus, dicens: Vnus panis, vnū corpus multi ſumus: vt cùm eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. Et paulò pòſt: Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum à ſatana factum fuiſſe, nè agnoſceretur Ieſus: ſed tamen à Chriſto eſt facta permiſſio vſque ad ſacramentum panis: vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimētum inimici, vt Chriſtus poſſit agnoſci.

1.Cor.10.

1. D. EVSEBIVS Cæſareenſis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſexto, capite trigeſimoſexto, ex epiſtola Dionyſij Alexandrini ad Fabium Antiochenum, hanc citat hiſtoriam: Erat, inquit, quidam Serapion apud nos fidelis ſenex, qui licèt magnam vitæ partem integrè & incorruptè trāſegiſſet, tempore tamen perſecutionis prę imbecillitate animi lapſus eſt. Hic ſæpenumerò in Eccleſiam denuò recipi ſupplex poſtulabat: ſed nemo, quia idolis ſacrificâſſet, eius poſtulationi aliquando auſcultauit. Qui in grauem morbum delabens, triduo deinceps mutus & abſque ſenſu vixit: quarto autem die paululùm releuatus, nepotem ad ſe accerſit: ſicq; alloquitur: Quouſquè, fili, me detinetis? properate, obſecro, & me ocyùs dimittite. Aliquem ex presbyteris aduoca ad me. Quæ cùm dixiſſet, iterùm fit mutus. Puer currit ad Presbyterum: nox iam erat. Ille fortè morbo vexatus, accedere ad eum non poterat: ſed tamen, quoniam à me quidem mandatum dabatur, vt qui iam eſſent vita emigraturi, ſanctorum myſteriorum (dummodò peterent, & vel maximè ſi anteà, dum integra valetudine erant, ſupplices petiuiſſent) participes fierent, ſicq; cum pace dimiſſi, & bona ſpe confirmati, ex hac luce decederent: puero exiguā quandam Euchariſtiæ partem dedit, prçcipiens vt eam madefactam in os ſenis infunderet: quam puer ſecum adferens, redijt. Cui iam appropinquanti, priùs quàm cum eo quod geſtabat intraret ædes, Serapion denuò voce recuperata dixit: Veniſti fili? Tametſi presbyter non poteſt venire, tu tamen præſta quod tibi in mandatis dederit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportârat, madefactam in os ſenis infundit. Atque ille, ſimul atquè eam pedetentim per fauces demiſerat, ilicò extremum ſpiritum edidit.

Morituri cōmunicabant.

Cōmunicat Serapion ſub vna ſpecie.

2. AVGVSTINVS libro quinquaginta homiliarum, homilia vigeſimaſexta: Quanta ſolicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat: tanta ſolicitudine obſeruemus, nè verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat. Quia non minùs reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua permiſerit.

Solicitudo circa corpus Dominicum, nè quid ex eo in terram decidat.

3. IDEM ſermone ducenteſimo quinquageſimoſecundo de tempore: Mulieres quomodò nitidum exhibent linteolum, vbi corpus Chriſti accipiant: ſic corpus caſtum & cor mundum exhibeant, vt cum bona conſcientia Chriſti ſacramenta ſuſcipiant.

Linteolo corpus Chriſti accipiebant.

4. AMBROSIVS in oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri: Quid igitur obſeruantiam eius erga Dei cultum prædicem? Qui priuſquàm perfectioribus eſſet initiatus myſterijs, in naufragio conſtitutus, cùm ea qua veheretur nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque indè fluctibus ſolueretur, non mortem metuens, ſed nè vacuus myſterij exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit: non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ità ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, quoniam fidei ſolius arma quæſierat. Itaque his ſe tectum atque munitum ſatìs credens, alia auxilia non deſiderauit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio. Deniquè primus ſeruatus ex vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, prçſulem ſuum cui ſe crediderat, recognouit: ſtatimq; vbi etiam cæteros ſeruulos ſuos vel ipſe liberauit, vel liberatos comperit, negligēns facultatum, nec amiſſa deſiderans, Dei eccleſiam requiſiuit, vt ageret gratias liberatus, & myſteria ęterna cognoſceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius eſſe officium.

Corpus Chriſti, nauigātes Chriſtiani, ſecū habebant.

5. PAVLINVS in vita ſancti Ambroſij: Honoratus ſacerdos eccleſiæ Vercellenſis, cùm in ſuperiori domo ſe ad quietē compoſuiſſet, tertiò vocem vocantis ſe audiuit, dicentiſq; ſibi: Surge, feſtina: quia modò eſt receſſurus. Qui deſcendens, obtulit ſancto (Ambroſio) Domini corpus. Quod vbi accepit, emiſit ſpiritum, bonum viaticum ſecum ferens, vt in virtute eſcæ anima refectior, angelorum nunc conſortio, quorum vitam vixit in terris, & Heliæ ſocietate lætetur.

Ambroſius moriturus, corpus Domini ſumpſit tāquàm viaticum.

6. AMPHILOCHIVS epiſcopus Iconienſis in vita Baſilij Magni: Diuidens (Baſilius cùm ſacris operaretur) panem in tres partes, vnam quidem communicauit timore multo, alteram autem reſeruauit cōſepelire ſecum: tertiam verò imponens columbæ aureæ quæ pependit ſuper altare. Et ſub finem: Et circa horam nonam ſtetit magnus pater noſter Baſilius ad miniſterium Miſſæ in ſancta eccleſia ſimul cum cleri & ciuitatis capitaneis: & iterùm cum ipſis panem ſumens, dimiſit eos, inſtruens & oſculans eos in oſculo ſancto, & nouum Chriſti militem commendans etiam & omnes Domino, atque diſpoſitam ſibi conſepelire ſumpſit tertiam partem, quæ à Domino data fuit ei communionis: & recumbens in lecto, gratias egit extenſè Domino & Deo noſtro, in peregrinatione à corpore, & fide medici, & adhuc gratiæ cùm eſſent in ore eius, reddidit Domino ſpiritum.

Conſeruatio corporis Dominici.

7. BEDA libro quarto Anglicanæ hiſtoriæ, capite decimoquarto, de puero ægrotante loquens: Credidit verbis pueri presbyter: vocatiſq; fratribus, parari prandium, Miſſas fieri, atque omnes communicare, more ſolito præcepit, ſimul & infirmāti puero de eodē ſacrificio Dominicę oblationis particulā deferri mādauit. Quibus ità geſtis, non multò pòſt eadē ipſa die puer defunctus eſt.

Miſſas fieri.

Communio ſub vna ſpecie.

8. ITEM capite vigeſimoquarto: Rogauit ergò Cedmon miniſtrum ſuum veſpere, incumbente nocte, qua de ſeculo eſſet tranſiturus, vt in ea ſibi locum quieſcendi præpararet. Qui miratus cur hoc rogaret, qui nequaquàm adhuc moriturus eſſe videbatur, fecit tamen quod dixerat. Cùmque ibidèm poſiti viciſsìm aliqua gaudente animo vnà cum eis qui ibidèm anteà inerant, loquerentur, ac iocarentur, & iam mediæ noctis tempus eſſet tranſcenſum, interrogauit, ſi Euchariſtiam intùs haberet. Reſpōdebant: Quid opùs eſt Euchariſtia?

Digitized by Google

ſtia? Neque enim mori adhuc habes, qui tam hilariter nobiſcum velut ſoſpes loqueris. Rurſus ille: Et tamen, ait, afferte mihi Euchariſtiam. Qua accepta in manu, interrogauit, ſi omnes placidum erga ſe animum, & ſine querela controuerſiæ ac rancoris haberent. Reſpondebant omnes, placidiſſimam ſe mentem ad illum, & ab omni ira remotam habere: eumq; viciſsim rogabant, placidam erga ipſos mentem habere. Qui cõfeſtim reſpondit: Placidam ego mentẽ, filioli, erga omnes famulos Dei gero. Sicq; ſe cæleſti muniens viatico, vitæ alterius ingreſſui parauit, & interrogauit, quàm propè eſſet hora, qua fratres ad dicẽdas Domino laudes nocturnas excitari deberẽt. Reſpondebant: Non longè eſt. At ille: Benè, ergò expectemus horã illam. Et ſignans ſe ſigno ſanctæ Crucis, reclinauit caput ad ceruical, modicúmque obdormiens, ità cum ſilentio vitam finiuit.

Euchariſtiam moriturus afferri iubet, eamque manu tenẽs ſumpſit.

9. THEODORETVS Cyri Epiſcopus in Philotheo, ſiue in hiſtoria ſanctorum patrum, in vita vigeſimaſexta, quæ eſt Simeonis: Moyſis & Heliæ diuinorum virorum exemplo, quadraginta dies ieiunare decreuit. Quare Baſſum, qui ea tempeſtate oppidorum presbyteris præfectus, multa loca circuibat, rogat, vt nulla re intra domunculam relicta, fores ipſos cæmentis obſtrueret. Qui rei difficultate propoſita, ab huiuſmodi incepto deterrebat, violentámque ſibi mortem conſciſcere quenquam, non eſſe virtutem, ſed vitium, & primum & maximum admonebat. His acceptis, vir Dei, Depone, inquit, ô pater hîc decem panes, & aquæ lagenam. nam ſi corpus cibi indigere ſenſero, ſumam illum. Rectè, inquit ille. Mox pane & aqua depoſita, fores obſtruxit, vt iuſſerat. Poſt quadraginta dies reuerſus Baſſus, dirutis foribus ingreditur, panumq; numerum & aquæ lagenam ità, vt reliquerat, certè: at illum exanimem, atque mutum, & immobilem inuenit. Quare accepta ſpongia labra illius primùm madefacit, mox diuinorum myſteriorum ſymbola impoſuit: quibus ille refectus, ſurrexit, ac cibi aliquantulũ ſumpſit, lactucas ſcilicet, cicoria, aliáque huiuſmodi, quas dentibus non admodùm confectas demittebat in ſtomachum. Quam rem admiratus Baſſus, in proprium gregẽ ſe recepit, magnumq; hoc miraculum ſuis enarrauit, quos pluſquàm ducentos habebat: illos tamen neque iumentum, neq; molas poſſidere, neque allatas pecunias accipere, neque monaſterij foribus, aut ad res neceſſarias parandas, aut ad amicos inuiſendos egredi, ſed intùs manere, & id tantùm, quod Spiritusſancti gratia ſibi miſſum fuiſſet, accipere volebat.

Simeon 40. diebus ieiunare decreuit.

Cõmunicat Simeon ſub vna ſpecie.

10. EVAGRIVS Scholaſticus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro quarto, capite trigeſimoquinto: Epiphanio mortuo in ſede Conſtantinopolitana ſucceſſit Mænas: cuius temporibus miraculum editum fuit planè memorabile. Vetus fuit conſuetudo Conſtantinopoli, vt ſi quando multæ admodùm particulę puri & immaculati corporis Chriſti Dei noſtri ſupereſſent, pueri impuberes, qui ſcholas frequentabant, accerſerentur, eaſq; manducarent. Quod cùm factũ fuit, filius cuiuſdã hominis, Hebræi quidẽ opinione, arte autem vitrarij, vnà cum pueris verſatus eſt: qui quidẽ parentibus percõtantibus ab eo cauſam moræ, reſpondit, vti res ſe habuit, ſeq; cum alijs pueris pariter comediſſe. Hebræus bile, furore, & iracundia inflammatus, in clibanum ardẽtem, in quo vitrum formare ſolebat, puerum conijcit. Poſtquàm verò mater puerum quæritans, reperire non potuit, paſsìm per totam vrbem ibat, Deum cum gemitu obteſtans, & flebilibus lamentis ſe dedens. Triduo autem pòſt, ad oſtium officinæ viri ſui conſiſtens, luctu miſerabiliter diuexata, nomine puerũ compellat. Puer, matris vocem vt agnouit, è clibano reſponſum dat. Mater, effractis foribus, intrò irrumpit: videt puerum in medijs carbonibus candentibus conſiſtentem, illæſum ab ignis incendio. Qui cùm rogaretur, quo pacto illæſus manſerit, Mulier, inquit, veſte amicta purpurea crebrò ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammas corpus ambientes extinguerem: cibum deniquè dedit, quotiès eſuriebam. Qua re ad Iuſtinianum perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingendos decernit: patrem autem pueri, qui recuſauit in numerum Chriſtianorum aſcribi, in Sycis cruci ſuffigendum curauit.

Eandẽ hiſtoriã repetit Nicephorus lib. 17. hiſt. Eccl. cap. 25. addẽs ſe reliquias corporis Domini ad eundem modum cùm puer eſſet, ediſſe frequenter.

Miraculum.

B. virginem intelligit.

11. GREGORIVS epiſcopus Turonenſis libro primo de gloria Martyrum, capite octuageſimoſexto: Recolo quod in adoleſcentia mea geſtum audiui. Dies paſſionis erat Polycarpi martyris magni, & in Ricomagenſi vico ciuitatis Aruernæ eius ſolennia celebrabantur. Lecta igitur paſſione cum reliquis lectionibus, quas canon ſacerdotalis inuexit, tempus ad ſacrificium offerendum aduenit: acceptaq; turre diaconus, in qua myſterium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium, ingreſſuſq; templum vt eam altari ſuperponeret, elapſa de manu eius ferebatur in aëra, & ſic ad ipſam aram accedens, nunquàm eam manus diaconi potuit aſſequi: quod non alia credimus actum de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia. Sæpiùs enim ab eodem adulteria ferebantur admiſſa. Vni tantùm presbytero & tribus mulieribus, ex quibus vna mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non viderunt. Aderam, fateor, & ego tunc temporis huic feſtiuitati, ſed hæc videre non merui.

Tempus offerendi ſacrificium. Turris in qua erat corpus Domini.

12. GVILHELMVS Abbas ſancti Theodorici, in vita ſancti Bernardi libro primo, capite vndecimo: Agebatur ſolennitas quædam præcipua, & frater aliquis quem pro ſecreta culpa ab altaris ſacri communione ſuſpenderat, notari timens, & ruborem non ſuſtinens, ad manum eius cum cæteris nimiùm præſumptuoſus acceſſit. Intuitus autem eum, quoniam cauſa latens erat, repellere hominẽ noluit, ſed intimo corde orabat Deum, vt de tanta prẹſumptione melius aliquid ordinaret. Itaque ſumens homo Euchariſtiam non poterat ad interiora traijcere, & diù multumq; conatus cùm nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clauſam ore ſeruabat. Expleta deniq; hora orationis ſexta, patrem ſanctum traxit in partem, cuius pedibus aduolutus, cum multis ei lachrymis quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipſam quoquè Euchariſtiã oſtendebat. Increpans autem eum, confitentem abſoluit, & ſine difficultate recepit Dominica ſacramenta.

Cõmunicabant tẽpore D. Bernardi ſub vna ſpecie apud altare.

Aperto ore Euchariſtiam oſtendebat.

1. E. PRIORIS ad Timotheum tertio: Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

2. PRIORIS ad Corinthios quarto: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

3. POSTERIORIS ad Corinthios decimo: Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam.

4. ET capite decimotertio: Ideò hæc abſens ſcribo, vt non præſens duriùs agam ſecundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

5. CONCILIVM Tridentinum, ſeſſione vigeſimaprima, capite ſecundo: Prætereà declarat ſancta Synodus, hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret, id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, cùm ait: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ Dei. 1. Cor. 6. 2. Cor. 6.

Digitized by Google

atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe ſatìs conſtat, cùm in multis alijs, tum in hoc ipſo Sacramento, cùm ordinatis nonnullis circa eius vſum, Cætera, inquit, cùm venero diſponam. Quarè agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione Sacramentorum authoritatem, licèt ab initio Chriſtianæ religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei vſus fuiſſet: tamen progreſſu temporis, latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit: quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate pro libito mutare non licet. IBIDEM canone ſecundo: Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos atque etiam Clericos non conficientes ſub panis tantummodò ſpecie communicaret, aut in eo erràſſe, anathema ſit.

1.Cor.11.

1.F. MATTHAEI vigeſimoſexto: Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis, &c. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, &c.

2. MARCI decimoquarto: Veſpere autem facto, venit cum duodecim, &c. Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, &c.

3. LVCAE vigeſimoſecundo: Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, &c. Et accepto pane, gratias egit.

4. IVSTINVS philoſophus & martyr in apologia ſecunda pro Chriſtianis ad Antoninum Pium Imperatorem: Apoſtoli in commentarijs ſuis quæ Euangelia dicuntur, ità ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderunt, eum accepto pane cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in memoriam meî, Hoc eſt corpus meum: dixiſſe etiam, accepto poculo, cùm egiſſet gratias: Hic eſt ſanguis meus, ſibíque ſolis dediſſe.

Luc.22. Marc.14. Matth.26. 1.Cor.11.

5. ACTORVM vigeſimo: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritusſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

6. PRIORIS Petri quinto: Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, &c.

7. LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.

8. AD Epheſios quarto: Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia homiuum, in aſtutia ad circunuentionem erroris.

9. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Cætera autem, cùm venero, diſponam.

10. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite ſexto: Nanque Saluator quo vehementiùs commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit arctiùs infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideò non præcepit, quo deincèps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum.

1.G. MATTHAEI decimooctano: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.

2. IOANNIS vigeſimo: Quorum remiſeritis peccata, &c.

3. PRIORIS ad Timotheum tertio: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Diaconos ſimiliter pudicos, &c. Qui enim benè miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, &c.

4. ET capite quarto: Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi &c.

5. AD Titum primo: Conſtituas per ciuitates presbyteros.

6. BASILIVS ad Cæſariam Patritiam, vt ſuprà, B. teſtimonio quarto.

7. CYRILLVS Alexandrinus ad Caloſyrium Epiſcopum Arſenoiten: Porrò alios etiam eſſe audio, qui myſticam benedictionem nihil ad ſanctificationē proficere dicant, ſi quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Inſaniunt verò, qui hæc aſſerunt. Neque enim alteratur Chriſtus, neque ſanctum eius corpus immutatur: ſed benedictionis vis ac facultas, & viuificans gratia, perpetua in ipſo exiſtit.

Reliquię corporis Dominici ad ſanctificationē vtiles.

8. IDEM libro quarto in Ioannem, capite decimoſeptimo: Sicut parùm (vt Paulus ait) fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo Chriſtus in nobis manet, & nos in Chriſto. Verè enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit.

Paruulæ Euchariſtiæ partes quā vim habeant.

9. CONCILIVM Florentinum: Sacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc conficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur, ità tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoquè parte hoſtiæ conſecratæ, & vini conſecrati, ſeparatione facta totus eſt Chriſtus.

Sub qualibet parte hoſtiæ totus Chriſtus continetur.

10. EVSEBIVS Emiſenus homilia quinta de Paſchate: Euchariſtiæ ſacra perceptio, non in quantitate, ſed in virtute conſiſtit. Quod corpus ſacerdote diſpenſante tantum eſt in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto: quod cùm eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis, ità integrum eſſe probatur in ſingulis. De quo ſenſu Apoſtolica ſententia deriuata eſt, dicens: Qui multa, non abundabit: & qui modicum, non minorabit. Si fortè panes eſurientibus apponeremus, non ex toto perueniret ad ſingulos: quia particulatìm & minutatìm pro portione ſua quiſque præſumeret. De hoc verò pane cùm aſſumitur, nihilo minus habent ſinguli, quàm vniuerſi: totum vnus, totum duo, totum plures ſine diminutione percipiunt: quia benedictio huius ſacramenti ſcit diſtribui, neſcit diſtributione conſumi.

Tantum eſt in exiguo, quantum in toto.

Nihil minus habent ſinguli quàm vniuerſi.

11. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite tertio: Veriſſimum eſt, tantundem ſub alterutra ſpecie, atquè ſub vtraque contineri: totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte: totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit. Ibidèm canone tertio: Si quis negauerit, in venerabili ſacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri, anathema ſit.

Tantum ſub alterutra, quātum ſub vtraque ſpecie contineri.

Sub ſingulis partibus totus.

12. APVD Gratianum de Conſecratione diſtinctione ſecunda, capite, Qui manducat. & apud Bedam in caput decimum prioris epiſtolę ad Corinthios, ex ſermone Auguſtini de verbis Euangelij: Manducetur Chriſtus. Viuit manducatus, quia reſurrexit occiſus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in ſacramento ſic fit, & nôrunt fideles quemadmodùm manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſque accipit partem ſuam. Vndè & ipſa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus. Per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cælo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem: impleuit illam, nec receſſit ab illo. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent: manebat integer apud patrem, vt Angelos pāſceret.

Per partes manducatur & manet integer totus.

13. APVD

Digitized by Google

13. APVD eundem Gratianum eadem diſtinctione ex Hieronymo, in ſermone Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam: Singuli autem totum accipiunt Chriſtum Dominum: & in ſingulis portionibus totus eſt: nec per ſingulos minuitur: ſed integrum ſe in ſingulis præbet. Et apud eundem Gratianum in eadem diſtinctione, ait Hilarius Papa: Vbi pars eſt corporis, eſt & totum. Eadem ratio eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit: de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus: non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.

Exod.16. 2.Cor.8.

14. IOANNIS ſexto: Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et paulò pòſt: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

15. PRIORIS ad Corinthios decimo, vt ſuprà, B. teſtimonio ſeptimo.

1. H. AVGVSTINVS in epiſtola centeſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite quinto, reſpondens quibuſdam quæſtionibus de ieiunio & tempore oblationis: Ad hæc, inquit, ità reſpondeo, vt quid horum ſit faciendum ſi diuinæ ſcripturæ præſcribit authoritas, non ſit dubitandum quin ità facere debeamus vt legimus, vt iam non quomodò faciendum, ſed quomodò ſacramentum intelligendum ſit, diſputemus. Similiter etiam ſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia. Nam & hinc quin ità faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.

Inſania eſt diſputare, an ſit faciēdum quod vniuerſa obſeruat Eccleſia.

2. LVCAE vigeſimoſecundo: Simon, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

3. IOANNIS decimoquarto: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere: quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ibidèm: Paracletus autem ſpiritusſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

4. ET decimoſexto: Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò: quum autem venerit ſpiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem.

5. ESAIAE quinquageſimonono: Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodò & vſque in ſempiternum.

6. SYNODVS Conſtantienſis ſeſſione decimatertia: Cùm in nonnullis mundi partibus, quidam temerariè aſſerere præſumant, populum Chriſtianum debere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque panis & vini ſpecie ſuſcipere: & non ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum paſsim communicent, etiam poſt cœnam vel aliàs non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſerant, contra laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquàm ſacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc eſt, quòd hoc præſens Concilium ſacrum generale Conſtantienſe, in ſpiritu ſancto legitimè congregatum, aduersùs hunc errorem ſaluti fidelium prouidere ſatagens, matura plurium Doctorum tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & definit, quòd licèt Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum: tamen hoc non obſtante, ſacrorum canonum authoritas, laudabilis & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quòd huiuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis, à iure vel Eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et ſic hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quòd licèt in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſteà à conficientibus ſub vtraque, & à Laicis tantummodò ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cùm firmiſſimè credendum ſit, & nullatenùs dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vndè cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quòd hanc conſuetudinem aut legem obſeruare, ſit ſacrilegum aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tanquàm hæretici arcendi ſunt & grauiter puniendi per diœceſanos locorum ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis ſeu prouincijs, in quibus cōtra hoc decretum aliquid fuerit forſan attentatum aut præſumptum, iuxta Canonicas & legitimas ſanctiones in fauorem Catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores, ſalubriter adinuentas. Item ipſa ſancta Synodus decernit & declarat ſuper iſta materia, reuerendiſſimis in Chriſto patribus & Dominis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum in ſpiritualibus vicarijs vbilibèt conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur authoritate huius ſacri Concilij ſub pœna excōmunicationis, vt effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum ſub vtraque ſpecie panis & vini exhortati fuerint, & ſic faciendum eſſe docuerint: & ſi ad pœnitentiam redierint, ad gremium Eccleſiæ ſuſcipiantur, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Qui verò ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint animo indurato, per cenſuras eccleſiaſticas per eos vt hæretici ſunt coërcendi, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.

Cōcilij Cōſtantienſis doctrina de cōmunione vnius ſpeciei. Matth.26. Marc.14. Luc.22.

Non debet confici hoc ſacramentū poſt cœnam, aut ſumi à nō ieiunis.

Integer Chriſtus ſub vna ſpecie continetur.

Pro lege habenda cōſuetudo cōmunicandi ſub vna ſpecie, nec ſine Eccleſiæ authoritate mutanda.

Puniendi, qui docent communicādum populum ſub vtraque ſpecie.

7. CONCILIVM Baſileenſe ſeſſione trigeſima: Vt lucidiùs videatur pro declaratione Catholicæ veritatis, quid circa perceptionem ſacræ Euchariſtiæ tenendum ſit, & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani, poſt diligentem perſcrutationem diuinarum ſcripturarū ſacrorúmque canonum & doctrinarum à ſanctis patribus & doctoribus traditarū, in hac ſancta ſynodo longis temporibus habitam, conſideratisq́ omnibus quæ pro declaratione huius rei conſideranda fuerunt, decernit & declarat eadem ſancta ſynodus, quòd fideles laici ſiue clerici communicantes, & non

Nõ cõficientes non adſtringũtur ex Chriſti præcepto ad cõmunionem ſub vtraque ſpecie.
Matth.28.

non conficientes, non adſtringuntur ex præcepto Domini ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum. Sed Eccleſia, quæ regitur ſpiritu veritatis ſecum manente in æternum, & cum qua Chriſtus manet vſque ad conſummationem ſeculi (ficut ait diuina ſcriptura) ordinare habet, quomodò ipſis non conficientibus miniſtretur, prout pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fidelium viderit expedire. Siue autem ſub vna ſpecie, ſiue ſub duplici quis communicet, ſecundùm ordinationem ſeu obſeruantiam Eccleſiæ, proficit dignè communicantibus ad ſalutem.

Totus ſub alterutra ſpecie Chriſtus.

Nec vllatenùs ambigendum eſt, quòd non ſub ſpecie panis caro tantùm, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integrè totus Chriſtus. Laudabilis quoquè conſuetudo communicandi laicum populum ſub vna ſpecie, ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenùs diutiſſimè obſeruata, & à doctoribus diuinæ legis ſacrarum ſcripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam à longæuo tempore commendata, pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eam reprobare, aut ſine authoritate Eccleſiæ ipſam immutare.

Pro lege habenda hæc conſuetudo.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaprima: Cùm de tremendo & ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento varia diuerſis in locis errorum monſtra nequiſſimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis prouincijs multi à Catholicæ Eccleſiæ fide, atque obedientia videantur diſceſſiſſe: cenſuit ea ſacroſancta Synodus, quæ ad Communionem ſub vtraque ſpecie, & paruulorum pertinent, hoc loco exponenda eſſe. Quapropter cunctis Chriſti fidelibus interdicit, nè poſthàc de ijs aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quàm eſt his decretis explicatum atque definitum.

Non docendum aut credendum aliter.

IBIDEM capite primo: Itaque ſancta ipſa Synodus, à ſpirituſancto, qui ſpiritus eſt ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ iudicium & conſuetudinem ſecuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes, obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum: neque vllo pacto, ſalua fide, dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat. Nam etſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc ſacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit, non tamen illa inſtitutio & traditio eò tendunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtranque ſpeciem accipiendam adſtringantur. Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei Communionem à Domino præceptam eſſe, vtcunquè iuxta varias ſanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Nanque qui dixit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoquè, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum &c. vt ſuprà B. teſtimonio vndecimo.

Eſa.11.
Nullo præcepto adſtringi non conficientes ad cõmunionem vtriuſque ſpeciei.
Matth.26.
Mar.14.
Luc.22.
1.Cor.11.
Ioan.6.

ITEM capite ſecundo, vt ſuprà, E. teſtimonio quinto. Deindè capite tertio: Inſupèr declarat, quanuìs Redemptor noſter, vt anteà dictum eſt, in ſuprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus ſpeciebus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit, tamen fatendum eſſe, etiam ſub altera tantùm ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verúmque Sacramentum ſumi, ac propterea, quòd ad fructum attinet, nulla gratia, neceſſaria ad ſalutem, eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt. Ibidèm canone primo: Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes & ſingulos Chriſti fideles vtranque ſpeciem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere, anathema ſit. Canone ſecundo, vt ſuprà, B. Canone tertio: Si quis negauerit, totum & integrum Chriſtum, omnium gratiarum fontem & authorem, ſub vna panis ſpecie ſumi, quia, (vt quidam falsò aſſerunt, non ſecundùm ipſius Chriſti conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anathema ſit.

Matth.26.
Marc.14.
Sub altera ſpecie totus Chriſtus continetur.
Anathema.

1. I. PRIORIS ad Timotheum tertiò, vt ſuprà, E. teſtimonio primo.

2. MATTHAEI decimooctauo: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

3. AVGVSTINVS contra Creſconiũ Grammaticum libro primo, capite trigeſimotertio: Quanuìs huius rei (ſcilicet de Baptiſmo hæreticorum) certè de ſcripturis Canonicis non profeRatur exemplum, earundem tamen ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, vt quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit, huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat.

Scripturã ſequitur quiſqs Eccleſiæ ſententiam amplectitur.
In difficillibus quæſtionibus Eccleſia conſulenda.

4. ET in libro ſiue epiſtola contra Petiliani epiſtolam, de vnitate Eccleſiæ, capite quarto: Totus Chriſtus caput & corpus eſt. Caput vnigenitus Dei filius, & corpus eius Eccleſia, ſponſus & ſponſa, duo in carne vna. Quicunque de ipſo capite ab ſcripturis ſanctis diſſentiunt, etiam ſi in omnibus locis inueniantur in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rursùs, Quicunque de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia, quia de Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. Verbi gratia, Qui non credunt Chriſtum in carne veniſſe de virgine Maria ex ſemine Dauid, quod apertiſſimè ſcriptura Dei loquitur; aut non in corpore ipſo reſurrexiſſe, in quo crucifixus & ſepultus eſt, etiam ſi per omnes terras inueniantur per quas eſt Eccleſia, non vtiquè ſunt in Eccleſia, quia ipſum caput Eccleſiæ non tenent, quod eſt Chriſtus Ieſus. Nec in aliqua diuinarum ſcripturarum obſcuritate falluntur, ſed notiſſimis & apertiſſimis earum teſtimonijs contradicunt. Item quicunque credunt quidem quòd Chriſtus Ieſus, ità vt dictum eſt, in carne venerit, & in eadem carne, in qua natus & paſſus eſt reſurrexit, & ipſe ſit filius Dei, Deus apud Deum, & cum patre vnum, & incommutabile verbum patris, per quod facta ſunt omnia; ſed tamen ab eius corpore, quod eſt Eccleſia, ità diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacunque diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia.

Vnitati Eccleſiæ non communicantes non ſunt in Eccleſia.
Epheſ.5.
Non ſatis eſt de Deo & Dei filio rectè ſentire, niſi etiã ab Eccleſia non diſſentiamus

5. IDEM libro tertio contra literas Petiliani Donatiſtæ, capite quadrageſimo: Omnia ſacramenta &c. vt in textu,

6. ITEM libro primo de Baptiſmo contra Donatiſtas, capite octauo: Quid prodeſt homini, &c. vt in textu.

7. ET libro vigeſimoprimo de Ciuitate Dei, capite vigeſimoquinto: Hæretici & ſchiſmatici ab huius vnitate corporis ſeparati, de quo ait Apoſtolus, Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus; poſſunt idem percipere ſacramentum, ſed non ſibi vtile, immò verò etiam noxium, quo iudicentur grauiùs, quàm vel tardiùs liberetur. Non ſunt enim in eo vinculo pacis, quod illo exprimitur ſacramento.

1.Cor.10.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite ſecundo: Pignus prætereà hoc Sacramentum eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeóque ſymbolum vnius illi-

Epheſ.2.

Digitized by Google

1.Cor.11. Ephes.5. Rom.12. 1.Cor.5.

us illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit, cuíque nos, tanquàm membra arctiſſima, fidei, ſpei, & charitatis connexione adſtrictos eſſe voluit, vt idipſum omnes diceremus, nec eſſent in nobis ſchiſmata.

9. ET capite octauo: Demùm verò paterno affectu admonet ſancta Synodus, hortatur, rogat, & obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt omnes & ſinguli, qui Chriſtiano nomine cenſentur, in hoc vnitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ ſymbolo iam tandèm aliquando conueniant, & concordent.

IX.

Quem fructum exhibet ritè ſumpta Eucharistia?

A. PLVRIMVM ſanè maximumq́ue præbet. Hoc enim ſacrum eſt conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria * Paſſionis eius, mens impletur [a] gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: vt præclarè horum fructuum ſenſu experientiaq́ue excitata decantat Eccleſia.

* Baſil. ſerm.1.de Baptiſ.ca.3.
a Ambro. in Pſal.118.ſerm.15. verſ.4. Conciliũ Trident.ſeſſ. 13.cap.2.

B. Hic eſt [b] panis, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, noſtroſq́ue animos in vita ſpirituali ſuſtentat atque confirmat.

b Ioan.6. d e f. & ibidèm Theophylactus & Cyrillus.

C. Hæc ſacra ſynaxis, ſiue communio, [c] quæ fideles tanquàm eiuſdem corporis membra inter ſe iungi, ac ſanctorum piorumq́ue omnium meritis aſſociari ſignificat atque præſtat: tum quod auguſtius eſt, eoſdem capiti ſuo Chriſto [d] arctiſſimè vnit, vt in eo illi [e] maneant, & ipſe in illis, atque ità vitam æternam conſequantur.

c 1.Cor.10.d Concil.Florentinum.
d Chryſoſt. hom.45. in Ioã. & 61.ad pop. Hil.lib.8.deTrinit. Leo ſerm.14.de paſs.Domini. Cyrillus lib.11.in Ioan.cap.26. lib.20.c.13.& lib.4.c.17.Nyſſe. orat.catech.c.37.
e Ioan 6.f

D. Hoc eſt [f] viaticum noſtræ peregrinationis, quod in huius vitæ deſerto militiaq́ue verſantibus, & hinc ad cæleſtem Hieruſalem contendentibus, velutì Manna [g] Patribus datum, affert conſolationem, delectationem, virtutem & gratiam longè efficaciſſimam.

f 1.Nicen.con. can.12. 2.Aurel. can.12. 3.Aurel.can.24. Chryſ. lib.6.de ſacerd. Paulin.in vita Ambroſ. Euſeb.l.6.hiſt.eccle. cap.36. Niceph.lib 8.cap.31.& lib.13.c.37. Cedrenus in Mauritij & Phocæ imperio. Greg. homil.40.in Euang.
g Exod.16.d f Deut.8.a Sap. 16.c Ioan.6.f Alcimus lib.5. cap.20.

E. At præcipuè quidem duo (vt egregiè docet [h] Bernardus) in nobis operatur hoc Sacramentum, vt & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omninò conſenſum. Si quis veſtrûm non tam ſæpè modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quòd peſſimum vlcus accedat ad ſanitatem. Et idem [i] alibì: Hoc corpus Chriſti ægris medicina, peregrinantibus via: quod debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat. Per hoc homo manſuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior.

h Serm.de cœna Domini. Lege Cyrillum lib.4. in Ioãnem cap.17.& lib 3.cap.37. Caſſia. collat.22.cap.6.
i Citatur à B.Thoma opuſculo 59. cap.5. Vide etiam Chryſoſt.hom.24. in 1.Cor.& 51.in Matth. Petrus Cluniac.lib.1. epiſt.2.

F. Quare nihil mirum à magno Ignatio [k] ſcribi, vt ad Euchariſtiam Deiq́ue gloriam, ſicut ille appellat, frequenter & properè accedamus. Quando enim aſſiduè hoc ipſum agitur, expelluntur poteſtates Satanæ, qui actus ſuos in ſagittas ad peccatum ignitas conuertit. Medicamentum eſt panis ille immortalitatis, antidotum non moriendi, ſed in Deo per Ieſum Chriſtum viuendi.

k Ad Epheſios. Vide Baſilium ad Cæſariam Pat. Amb.lib.5. de Sacramentis cap.4. Chryſoſt hom.61.ad Antioch. Cyprian. ſerm.6.de orat.Domin. Hieron.ad Lucinium epiſt.28. Cyrill.lib.3. in Ioannem, c.37. Caſſia.collat.23. cap.21.

TESTIMONIA.

1.A. BASILIVS ſermone primo de Baptiſmo, capite tertio, Quòd qui per Baptiſmum regeneratus eſt, participatione deincèps diuinorum myſteriorum nutriri debeat: Circa finem Euangeliorum ſcriptum eſt, Acceptum igitur Ieſus panem, gratijs actis, fregit ac dedit diſcipulis & dixit, Accipite, edite, hoc eſt corpus illud meum, quod pro vobis frangitur, hoc facite in meî commemorationem. Et acceptum quoq; poculum, gratijs actis, dedit illis dicẽs, Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis ille meus, ſanguis noui teſtamenti qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorũ. Hoc facite in meî rememorationem. Atteſtatur iſtis & Apoſtolus dicens: Ego enim accepi à Domino &c. Quid itaque vtilitatis habent hæc verba? Vt edentes ac bibentes perpetuò memores ſimus eius, qui pro nobis mortuus eſt ac reſurrexit, atque ità inſtruamur neceſſariò cuſtodire in conſpectu Dei ac Chriſti eius traditum ab Apoſtolis dogma, quo dicit, Charitas enim Dei conſtringit nos iudicantes hoc, quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes itaque mortuos eſſe. Et pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam non ampliùs ſibi ipſis viuant, ſed ei qui pro

Matth.26. Mar.14. Luc.22.
1.Cor.11.
Sumentes Euchariſtiam memores ſimus Chriſti pro nobis mortui. 2.Cor.5.

ipſis

Digitized by Google

ipſis eſt mortuus ac reſurrexit. Et quibuſdam interiectis: Oportet igitur accedentem ad corpus ac ſanguinem Domini, ad rememoratione eius qui pro nobis eſt mortuus ac reſurrexit, non ſolùm purum eſſe à quouis inquinamento carnis ac ſpiritus, ne ad iudicium edat & bibat, ſed & euidenter oſtendere & exprimere memoriam eius qui pro nobis mortuus eſt ac reſurrexit, in eo, quòd & mortificatus eſt peccato, mũdo, ac ſibi ipſi, & Deo viuit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Quomodò accedentem ad Euchariſtiam oportet eſſe memorem mortis Chriſti.

2. AMBROSIVS in Pſalmum centeſimum decimumoctauum, ſermone decimoquinto, verſu quarto: Habes Apoſtolicum cibum, manduca illum, & non deficies. Illum antè mãduca, vt poſteà venias ad cibum Chriſti, ad cibũ corporis Dominici, ad epulas ſacramenti, ad illud poculum quo fidelium inebriatur affectus, vt lætitiam induat de remiſſione peccati, curas ſeculi huius, metum mortis, ſolicitudinéſque deponat. Hac ergò ebrietate corpus non titubat, ſed reſurgit: animus non confunditur, ſed conſecratur.

Effectus ſacramenti.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite ſecundo: Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, ſacramentum hoc inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium ſuorum: & in illius ſumptione colere nos ſuî memoriam præcepit, ſuámque annunciare mortem, donèc ipſe ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit ſacramentũ hoc, tanquàm ſpiritalem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes in vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me: & tanquàm antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur. Pignus prætereà id eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoq; ſymbolum vnius illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit, cuiq; nos tanquàm membra arctiſſima fidei, ſpei, & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, vt idipſum omnes diceremus, nec eſſent in nobis ſchiſmata.

Summi amoris ſignificatio. Paſſionis memoria. Cur ſumi voluerit. Ioan. 6. Pignus futuræ gloriæ. Symbolum vnitatis. 1. Cor. 11. Rom. 12. Epheſ. 5. 1. Cor. 1.

1. B. IOANNIS ſexto: Pater meus dat vobis panem de cælo verum: Panis enim Dei eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo. Ego ſum panis vitæ. Murmurabant ergò Iudæi de illo quia dixiſſet: Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Ego ſum panis vitæ. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, nõ moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

2. THEOPHYLACTVS in caput ſextum Ioannis: Manifeſtè nobis hoc loco de myſtica communione corporis ſui dicit: Nam panis, inquit, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Attende autem quòd panis qui à nobis in myſterijs manducatur, non eſt tantùm figuratio quædam &c. vt ſuprà quæſtione ſecunda, B. teſtimonio tertio. Et paucis interpoſitis: Non nudi hominis caro eſt quæ manducatur, ſed Dei & quæ deificare valet, vtpotè contemperata deitati.

Ioan. 6.

3. CYRILLVS Alexandrinus in caput ſextum Ioannis: vt ſuprà quæſtione prima, B. teſtimonio nono & decimo. & quæſtione quarta, B. teſtimonio duodecimo, decimoſeptimo, & decimooctauo.

Ioan. 6.

4. ET libro quarto in Ioannem, capite decimoquarto: Niſi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non enim poſſunt cum ſanctificatione beatæ vitæ fidei participes eſſe, qui per myſticã benedictionem Ieſum non ſuſceperunt

Corpus Chriſti viuificat.

Vita enim ſecundùm naturam ille eſt, qui ex viuo patre genitus eſt: ſed non minùs corpus quoquè ſuum viuificat. Coniunctum enim ineffabiliter eſt filio Dei, à quo vniuerſa viuificantur. Idcircò corpus ſuum dicitur, & vnus cum eo eſt. Nempe poſt incarnationem vnus eſt, & vnus manet abſque diuiſione vlla, præterquàm quòd Dei Patris verbum, & templum à virgine ſumptum idem natura non ſunt. Non enim eſt eiuſdem ſubſtautiæ verbo Dei homo aſſumptus: vnus tamen cum illo eſt coniunctione ineffabili. Quoniam igitur ſaluatoris caro Verbo Dei, quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica effecta eſt, quando eam comedimus, tunc vitã habemus in nobis, illi coniuncti, quæ vita effecta eſt. Hac de cauſa in exuſcitandis mortuis non ſolummodò verbo atq; imperio, vt Deus vtebatur: verùm etiam carnem ſuam quaſi cooperatricem nonnunquàm adhibebat: vt reipſa oſtenderet, carnem quoquè ſuam, quoniam ſibi coniuncta eſt, viuificam eſſe, atque fideles doceret ſuum, nõ alterius corpus eſſe. Nam quando ſynagogæ principis filiolam ſuſcitabat, manum eius appræhendit, vt ſcribitur, & erexit dicens: Puella, ſurge: ità vt Deus & verbo & carnis ſuæ tactu eam excitauit, vnam ab vno ſe Chriſto, Deo videlicet atque homine operationem producens. Quando etiã in ciuitatem Naim vocatam, ingrediebatur, & offerebatur vnigenitus matris filius iam mortuus, tetigit corpus eius dicens: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Non ergò verbo ſolùm ſemper (vt diximus) verùm etiam tactu mortuos excitabat, vt oſtenderet corpus quoquè ſuum viuificare poſſe. quòd ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur: quomodò non viuemus qui carnem illam guſtamus & manducamus? reformabit enim omninò ad immortalitatem ſuam participes ſuî. Nec velis Iudaicè Quomodò quærere, ſed recordare quanuìs naturaliter aqua frigidior ſit, aduentu tamen ignis, frigiditatis ſuæ oblita, æſtuat. Hoc ſanè modo etiam nos, quanuis propter naturam carnis corruptibiles ſimus, participatione tamen vitæ ab imbecillitate noſtra reuocati, ad proprietatem illius ad vitam reformamur. Oportuit enim certè, vt non ſolùm anima per ſpiritum ſanctum in beatam vitam aſcenderet, verùm etiam vt rude atque terreſtre hoc corpus, cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis ſuæ Iudæus inaudita nobis excogitata eſſe myſteria: videbit enim, ſi attentiùs quærit, hocipſum à Moſis temporibus per figuram ſemper factitatum fuiſſe. Quid enim Maiores eorum ab ira Aegyptiorum liberauit, quãdo mors in primogenita Aegyptij ſæuiebat? nónne palàm eſt, quia diuina inſtitutione perdocti, agni carnes manducãrunt, & poſtes ac ſuperliminaria ſanguine perunxerunt, propterea mortem ab eis diuertiſſe? pernicies nanque, id eſt, carnis huius mors, aduersùs genus humanum propter primi hominis tranſgreſſionem furebat. Terra enim es, & in terram reuerteris, propter peccatum audiuimus. Verùm quoniam per carnem ſuam Chriſtus atrocẽ hunc euerſurus erat tyrannum, propterea id myſterium apud priſcos obumbrabatur, & ouinis carnibus atque ſanguine ſanctificati (Deo ità volente) perniciem effugiebant. Cur igitur ô Iudæe turbaris, præfiguratam veritatem iam videns? cur inquam turbaris, ſi Chriſtus dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis, quum oporteret te Moſaicis legibus inſtitutum, & priſcis vmbris ad credendum perdoctum, ad intelligenda hæc myſteria paratiſſimum eſſe?

Quando carnem verbi viuificantẽ edimus, vitã in nobis habemus. Cur carnem ſuam Chriſtus in excitandis mortuis adhibuerit. Matth. 9. Luc. 7. Si tactu ſolo corrupta redintegrãtur, multò magis viuemus, qui carnem illã mãducamus. Figura. Exod. 12. Gen. 3.

1. C. PRIORIS ad Corinthios decimo: Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

2. CON-

Digitized by Google

Effectus Sacramenti Euchariſtiæ.

2. CONCILIVM Florentinum: Huius ſacramenti effectus, quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & mẽbris eius vnitur, conſequens eſt, quòd per hoc ſacramentum in ſumentibus dignè gratia augeatur: omnémque effectum, quem materialis cibus & potus, quo ad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando & delectando, ſacramentũ hoc quo ad vitam operatur ſpiritualem: In quo gratã Saluatoris noſtri recenſemus memoriã, à malo retrahimur, cõfortamur in bono, & ad virtutum & gratiarũ proficimus incrementum.

3. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaquinta in Ioannem, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum, vt ſuprà quæſtione prima, B. teſtimonio quinto.

4. HILARIVS libro octauo de Trinitate, ibidem teſtimonio decimoquarto.

5. LEO ſermone decimoquarto de paſſione Domini: Non aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm vt in id quod ſumimus, trãſeamus: & in quo mortui, & ſepulti, & cõreſuſcitati ſumus, ipſum per omnia & ſpiritu & carne geſtemus, dicente Apoſtolo: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum Chriſto apparebitis in gloria.

In id quod ſumimus, trãſimus.

Coloſſ. 3.

6. CYRILLVS libro vndecimo in Ioannem, capite vigeſimoſexto: Item libro decimo, capite decimotertio: Et libro quarto, capite decimoſeptimo: vt ſuprà quæſtione prima, B. teſtimonio nono & ſequentibus.

7. GREGORIVS Nyſſenus in oratione catechetica quæ dicitur Magna, capite trigeſimoſeptimo: Quoniam homo eſt duplex, vt qui ſit compoſitus ac contemperatus ex anima & corpore, neceſsè eſt vt qui ſeruantur, ſequãtur eum qui ducit ad vitam. Ergò anima quidem cum ipſo contemperata per fidẽ, hinc ſalutis habet occaſionem. Nam vnio cum vita, vitæ habet ſocietatẽ. Corpus autẽ alio modo venit ad participationem & contemperationẽ eius quod dat ſalutem. Quo modo enim qui venenũ ſumpſerunt dolo & ex inſidijs, alio medicamento extinguunt vim quæ affert interitũ. Oportet autem ſicut exitiale, ità etiam ſalutare medicamentũ admitti intra viſcera hominis, vt per illa diſtribuatur in vniuerſum corpus virtus eius quod fert opem. Ità cùm id guſtauerimus quod noſtram diſſoluit naturã, rurſus neceſsè eſt vt opus habeamus eo quod cogit ac conciliat id quod erat diſſolutũ: vt cùm intra nos fuerit hoc ſalutare medicamentũ, veneni damnũ, quod corpori fuerat inditũ, per contrariã repellat affectionem. Quid hoc ergò eſt? Nihil aliud quàm illud corpus, quod & morte oſtenſum fuit eſſe potentius, & noſtræ vitæ fuit initiũ. Quomodò autem parum fermenti, vt dicit Apoſtolus, ſibi aſſimilat totam conſperſionẽ, ità corpus à Deo morte affectũ, cùm fuerit intra noſtrum, totum ad ſe transmutat & transfert. Quomodò enim cùm quod eſt exitiale miſtum fuerit cum ſano, quidquid eſt contemperatum, ſimul redditur inutile: ità etiam corpus immortale, cùm fuerit intra eũ qui ſumpſit, vniuerſum quoquè transmutat in ſuã naturam. Sed fieri non poteſt vt ſit aliquid aliter intra corpus, niſi per eſum & potionem miſceatur viſceribus. Cùm autem ſolum illud corpus quod Deum ſuſcepit, hanc gratiam acceperit, oſtenſum ſit autem aliter fieri non poſſe, vt noſtrum corpus ſit in immortalitate, niſi per communionem cum immortali factum ſit particeps incorruptionis: oportet conſiderare, quomodò fieri potuerit, vt vnum illud corpus, quod tam multis fidelium millibus in vniuerſo orbe terrarum ſemper diſtribuitur, totum per partem ſit in vnoquoque, & ipſum in ſe totum maneat. &c.

Corpus per Euchariſtiam quomodò veniat ad contẽperationẽ cum eo quod dat ſalutem.

Medicamentum expellẽs veneni damnũ eſt Euchariſtia.

1. Cor. 5.

Corpus Chriſti cùm fuerit intra noſtrũ, illud totum ad ſe tranſmutat.

Corpus noſtrum per cõmunionem cum immortali Chriſti corpore, fit particeps incorruptionis.

8. IOANNES ſexto: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

1. D. CONCILIVM Nicenum primum, canone duodecimo: De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc, ità vt ſi fortè quis recedat ex corpore, vltimo & neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur. Quòd ſi deſperatus aliquis, accepta communione ſuperuixerit, ſit inter eos qui ſola oratione communicant, donec ſtatutum tempus compleatur. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, & Euchariſtiam poſtulant, in tradenda eis communione cura & probatio ſit Epiſcopi.

Viaticũ morientium.

2. CONCILIVM Arelatenſe ſecundum, canone duodecimo: De his qui in pœnitentia poſiti vitam exceſſerunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti, ſed pro eo, quòd honorauit pœnitentiã, oblatio illius recipiatur.

3. CONCILIVM Aurelianenſe tertium, canone vigeſimoquarto: Si quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta ad ſecularem habitum militiámque reuerti præſumpſerit, viatico conceſſo, vſque ad exitum excommunicatione plectatur.

4. CHRYSOSTOMVS libro ſexto de Sacerdotio: Quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe & audijſſet, quòd qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi, ab angelis, illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptum illud ſacrum hinc rectà in cælum abducuntur.

5. PAVLINVS in vita B. Ambroſij, vt ſuprà in præcedenti quæſtione, D. teſtimonio quinto.

6. EVSEBIVS hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſexto capite trigeſimoſexto, ex epiſtola Dionyſij Alexandrini ad Fabium Antiochenum, hanc habet hiſtoriam: Erat quidam Serapion &c. vt ſuprà quæſtione octaua, D. teſtimonio primo.

7. NICEPHORVS libro octauæ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite triceſimoprimo: De Luciano martyre illud eſt decantatum: moriturũ eum, quum vis tyrannica neq; templi neq; ſacrarij copiam faceret, & vincula quoquè atq; plagæ motum prorſus denegarent, in ſuo ipſius pectore diſcumbentem, horrendo illo operatum eſſe myſterio, ad eumq; modum & ipſum participàſſe de immaculato ſacrificio, & alijs vt itidèm communicarent, ſuaſorem fuiſſe. Sacrum id in carcere perficiebatur, & eccleſiæ ſpecimen ſacer ille chorus, qui eum iam morientem ſtipabat, repræſentabat.

Lucianus martyr moriturus, in carcere Euchariſtiam immolato ſacrificio communicat, & reliquos ad cõmunionem hortatur.

8. IDEM libro decimotertio capite trigeſimoſeptimo, ſcribens de exilio S. Ioannis Chryſoſtomi: Pityuntem, inquit, cùm duceretur, & iam ad Deum migraturus eſſet, noctũ ei oranti, qui vitæ eius duces fuerant, & Petrus & Ioannes aſſiſtentes, perquàm amicè cum eo ſunt colloquuti: eiq; cùm aduersùs dæmones victoriam, tum poſtremò migrationem ad Deum, & quæ eum exceptura eſſent bonorum perceptionem cum lætitia annunciãrunt. Dein cæleſti & ineffabili eum eſca pauerunt: ex quo tempore nihil poſteà cibi ſumpſit. Dicta hæc ab eis ſunt, quibus ille ea ſecum verſantibus cõcredidit. Ad Comanenos autẽ Armeniæ quum veniſſet, ad templum Baſiliſci martyris ductus eſt, qui epiſcopus fuiſſe, & ſub Maximino Nicomediæ martyrij certamen obijſſe dicitur. Ibi in ſomnis ei apparens martyr: Bono, inquit, animo eſto, Ioannes frater, vtrunq; craſtina dies coniunget. Ille etiam cuſtodi templi vt locum Ioanni pararet, præcepit. Ex eo loco cùm triginta ſtadiorum iter confeciſſent, præter opinionem recta via excidentes, errabundi ad martyris ædem reuerſi ſunt. Itaq; cùm res ſuas diſpoſuiſſet, linguã ad docendum mouiſſet, lætiùs ſe ità vt calceos quoq; indueret,

Chryſoſtomo morituro, & noctũ oranti SS. Petrus & Ioannes apparet, eumq; cæleſti cibo paſcunt.

S. Baſiliſcus eidem appàret, mortemq; prædicit.

Digitized by Google

Per cõmunionẽ diuinam Chryſoſtomus moriturus ſanctificationẽ percepit.

duceret, veſtibus ſuis ornâſſet, & per communionem diuinã ſanctificationem percepiſſet: Gloria tibi, inquit, Domine de rebus omnibus. Et ſeipſo ſigno crucis, ſub qua vixerat, obſignato, beatam illam ingreſſus eſt profectionem, cum Chriſto viuens & regnans, pro quo labores longos pertulit, ſuo quidem nomine per migrationem talem felix & beatus: eis autem qui eum cognouerunt, & vel mediocriter mellitam eius doctrinam deguſtârunt, deplorandus.

9. GEORGIVS Cedrenus in hiſtoriarũ compendio deſcribẽns imperium Mauritij: Experrectus Mauritius, ſtatim accubitorem ſuum miſit, qui Philippicum adduceret. Qui deſperata ob id vita, priùs communionem ſacram expetijt, eaq; percepta ad Imperatorẽ abijt, vxorẽ relinquens, quæ ſaccum induta & cinere conſperſa eiulabat.

Philippicus deſperata vita communionemſacram percepit.

10. ET in imperio Phocæ: Fama obtinet, Theodoſium Mauritij F. ad Choſroen legatum, miſſis à Phoca miniſtris Niceæ captum, iuſſumq; necari, cùm ad locum, cui nomen eſt Leucactæ, perueniſſet. Theodoſium porrò petiuiſſe, vt priùs, quàm necaretur, diuinis impertiri poſſet myſterijs. Quod poſtquàm impetrauerit, actis Deo gratijs, lapidem à terra ſuſtuliſſe, eoq; ter pectus ſuũ percuſſiſſe, ità orantem: Domine Ieſu Chriſte, tu ſcis me nulli hominum iniuriam feciſſe. nunc ergò mihi eueniat, vt tua iubet potentia. Hæc fato, caput fuiſſe amputatum.

Theodoſij Mauritij filius necandus priùs ſacram petit, & impetrat cõmunionem.

11. GREGORIVS homilia quadrageſima in Euangelia: Romula ea, quam Grȩco vocabulo paralyſim medici vocãt, moleſtia corporali percuſſa eſt, multiſq; annis in lectulo decumbens, penè omnium iacebat membrorum officio deſtituta, nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatientiã flagella perduxerant. Nam ipſa ei detrimenta membrorũ facta fuerant incrementa virtutum. Et nonnullis interiectis: Nocte igitur quarta Redemptã magiſtram ſuã vocauit, qua veniente, viaticum petijt & accepit. Necdùm verò eadẽ Redempta vel alia eius diſcipula à lectulo iacentis diſceſſerat, & eccè ſubitò in platea ante cellulæ eiuſdem oſtium duo chori pſallentium conſtiterunt, & ſicut ſe dicebant ſexus ex vocibus diſcreuiſſe, pſalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ reſpõdebant. Cumq; ante fores cellulæ exhiberentur cæleſtes exequiæ, ſancta illa anima carne ſoluta eſt.

Eademhabet libro quarto dialogorum capite decimoquinto.

S. Romula moritura viaticum petijt & accepit.

12. EXODI decimoſexto: Veſpere comedetis carnes, & manè ſaturabimini panibus, &c. Manè quoq; ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cumq; operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutũ, & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cùm vidiſſent filij Iſraal, dixerunt ad inuicem, Man hu. (quod ſignificat, Quid eſt hoc?) Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis quem dedit Dominus vobis ad veſcendum. Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus: Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, iuxta numerum animarũ veſtrarum quȩ habitant in tabernaculo, ſic tolletis. Feceruntque ità filij Iſraël: & collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Et paulò pòſt: Appellauitque domus Iſraël nomen eius Man. quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſq; eius quaſi ſimilæ cum melle. Filij autem Iſrael comederunt Man quadraginta annis, donèc venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt, vſquequò tangerent fines terræ Chanaan. Gomor autem, decima pars eſt ephi.

2. Cor. 8.

13. DEVTERONOMII octauo: Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet tibi quòd non in ſolo pane viuat homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.

14. SAPIENTIAE decimoſexto: Angelorum eſca nutrîſti populum tuum, & paratum panẽ de cȩlo pr̄ȩſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas: & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur.

15. IOANNIS ſexto: Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.

16. ALCIMVS Auitus libro quinto, capite viceſimo:

Sic longæua fuit, ſed non damnoſa vetuſtas,
Dum ſacrum populo victum, candentia mãna
Ferrent, & cæli frugem terrena viderent.
Myſtica quæ longè prædiceret antè figura,
Virgineo ex vtero, purum ſine ſemine, Chriſti
Edendum, nobiſq; aliquando corpus edendũ:
Quas caperet paſcẽdus homo, de ſe de ſuperna
Illabente Deo, ſanctis altaribus eſcas.

Manna figura fuit Euchariſtiæ.

1. B. BERNARDVS in ſermone de cœna Domini: Cecidimus ſuper aceruum lapidum, & in luto: vndè non ſolùm inquinati, ſed etiam vulnerati, & grauiter quaſſati ſumus. Lauari quidem citò poſſumus, ad ſanandum verò opùs eſt curatione multa. Lauamur igitur in baptiſmo, quia deletur chirographum damnationis noſtræ: & gratia hæc nobis confertur, nè iam nobis concupiſcentia noceat, ſi tamen à conſenſu abſtineamus: atque ità tanquàm ſanies inueterati vlceris remouetur, dum tollitur damnatio, & reſponſum mortis, quod priùs indè manabat. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite quia & in hoc gratia ſubuenit, & vt ſecuri ſitis, ſacramenti Dominici corporis & ſanguinis precioſi inueſtituram habetis. Duo enim illud ſacramentum operatur in nobis: vt videlicet & ſenſum minuat in minimis, &c.

Baptiſmo ſordes peccati abluuntur.

Euchariſtiæ virtute concupiſcentiæ motus minuuntur.

2. CYRILLVS libro quarto in Ioannẽ, capite decimoſeptimo: Pias quæſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſè ſancteq; viuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem ſolùm, verùm etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cùm in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit. Ibid. Sicut parum fermenti (vt Paulus ait) totam maſſam fermentat, ſic paruula benedictio totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto.

Morbos depellit, concupiſcentiã ſedat, pietatem corroborat &c.

1. Cor. 5.

Totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet.

3. IDEM libro tertio in Ioannẽ, capite trigeſimoſeptimo: Sciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ participes facti, ſi rariùs in Eccleſiam proficiſcantur, & longo temporum ſpatio propter ſimulatam religionem myſticè cõmunicare Chriſto recuſent, ab æterna ſe vita procùl depellere: quippe recuſatio huiuſmodi quanuìs ex religione proficiſci videatur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtruit: quare oportet omnibus viribus à peccato mundari, & rectè viuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad ſumendam vitam concurrere. Sed variæ ſunt diaboli multipliceſq; ad decipiendum inſidiæ. Nam primùm ad viuendum turpiter inducit: deindè cùm malis onerati fuerint, tunc abhorrere à Chriſti gloria perſuadet, qua poſſent à turpitudine voluptatis, quaſi ab ebrietate reuocari. Quare demus operam, oro, vt vinculis eius abruptis, & iugo ſeruitutis peccatorum excuſſo, in timore Domino ſeruiamus. Et vt carnis voluptate per continentiam ſuperata, ad cæleſtem gratiam accedamus, corporiſq; Chriſti participes efficiamur. Sic enim, ſic inquam, diabolum fugabimus, & diuinæ naturæ participes, ad vitam

Incommoda & damna rarò communicantium.

ad vitam

Digitized by Google

ad vitam & incorruptibilitatem aſcendemus.

4. CASSIANVS Collatione viceſimaſecunda, quæ altera Abbatis Theonæ, capite ſexto: Nouimus fratrem, qui cùm caſtimoniam cordis & corporis ſumma circumſpectione atque humilitate promeritã, iugiter poſſideret, ac nequaquàm nocturnis ludificationibus tẽtaretur, quoties tamen ſe ad percipiendam cõmunionem Dominicã præparaſſet, immundo fluxu dormiens fœdabatur. Qui cùm multo ſe tempore à ſacroſanctis myſterijs trepidus abſtineret, tandem hanc ad ſeniores detulit quæſtionem, remediũ impugnationis ac doloris ſui medicabili eorũ conſilio conſecuturum ſe eſſe cõfidens. Sed cùm primã cauſam morbi eius ſpiritaliũ medicorum doctrina diſcuteret, quæ ſolet ex abundanti ciborũ præſumptione deſcendere, eamque memorato fratri deprehenderet non ineſſe, atque hanc illuſionem nequaquàm vitio ſaturitatis cõſtaret emergere, eo quòd nec fratris nota diſtrictione ſolemniũ dierũ quibus illa pollutio contingebat ſpecialis exceptio, hoc illos pateretur opinari: ad ſecundã huius valetudinis cauſam ilicò tranſtulerũt inquiſitionis indaginem, diſcutientes nè animæ forſitan culpa, caro exhauſta ieiunio, impuris illuſionibus vrgeretur, quibus etiam diſtrictiſſimi viri, cùm paululùm elati de ſui corporis fuerint puritate, per ſuperbiæ vitiũ polluuntur; quòd ſcilicet donũ præcipuũ Dei, id eſt, corporis caſtitatẽ, humanis ſe viribus obtinuiſſe crediderint. Interrogatus igitur vtrùm induſtriam ſuam ità capacẽ huius crederet eſſe virtutis, vt ope diuini non egeret auxilij, ſumma hũc impiũ ſenſum execratione deteſtans, cùm ſe humiliter aſtruxiſſet, nec cæteris quidẽ diebus corporis puritatẽ retinere potuiſſe, niſì diuina in omnibus gratia fuiſſet adiutus. Illi confeſtim ad cauſam tertiã recurrentes, occultas diabolicæ factionis inſidias peruiderunt, probanteſque nec animæ culpã eſſe, nec carnis, ſacroſanctis eum epulis debere miſceri confidentiſſimè cenſuerunt, nè ſcilicet ſi in hac* obſtinatione duraſſet, verſutis maligni hoſtis laqueis obligatus, ſanctificationis & corporis Chriſti particeps eſſe non poſſet; & per hanc fraudem medicina remedij ſalutaris in perpetuum fraudaretur. Quo facto, ità omnis diabolicæ factionis ſcena detecta eſt, vt mox virtute Dominici corporis protegente, illa præteritæ illuſionis conſuetudo ceſſaret.

Diabolus pollutiõibus nocturnis conatur impedire communionem.

* abſtinentia

Euchariſtiæ ſumptione liberatur à diaboli illuſionibus.

5. BERNARDVS, teſte D. Thoma Aquinate, in opuſculo quinquageſimo nono capite vel prædicamento quinto: Corpus Chriſti, &c. vt in textu.

6. CHRYSOSTOMVS homilia viceſimaquarta in priorẽ epiſtolam ad Corinthios: Quemadmodùm frigida acceſſio periculoſa eſt, ità nulla myſticæ illius cœnæ participatio, peſtis eſt & interitus. Ipſa namque menſa animæ noſtræ vis eſt, nerui mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. Si hinc hoc ſacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia ſanctum aſcendemus veſtibulum, tanquàm aureis quibuſdam veſtibus vndiquè contecti. Et quid futura cõmemoro? Nam dum in hac vita ſumus, vt terra nobis cælum ſit, facit hoc myſterium.

Communionis intermiſſio.

Per dignam communionem fit vt terra nobis cælum ſit.

7. IDEM homilia quinquageſimaprima in Matthæum: Tangamus ergò etiam nos fimbriam veſtimenti eius, vel potiùs, ſi volumus, ipſum totũ habemus. non enim veſtis ſolùm, ſed corpus ipſius nobis propoſitum eſt, vt non tangamus ſolummodò, ſed vt comedamus & ſaturemur. Adeamus igitur Chriſtum ſinguli ægrotantes magna cum fide. Nam ſi qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt: quanto magìs corroborabimur, ſi totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere, nõ eſt vt tantummodò propoſitum corpus recipias, verumetiam multò magìs, vt mundo corde tangas, vt ſic adeas quemadmodùm ad ipſum Chriſtum. Quid enim ſi vocem eius non audis? nõnne, vides iacentem, immò verò & loquentem per Euangeliſtã ipſum audis? Credite igitur omnes, quia etiam nunc illa cœna celebratur, in qua Chriſtus ipſe recumbebat. Nihil quippe intereſt inter illam & hanc. Non enim hæc ab homine, illa ab ipſo conficitur, ſed & hanc & illam ipſe efficit.

Adhortatio ad communionem.

Matth. 14.

Cœna ipſa in qua Chriſtus recumbebat, etiam nunc celebratur.

8. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo, epiſtola ſecunda contra Petrobruſianos: Non eſt ſuperfluum Chriſti corporis & ſanguinis ſacramentum: quo viuacior memoria excitatur, quo feruentior dilectio prouocatur, quo plenior peccatorum remiſſio comparatur. Non eſt ſuperfluum, quia non tantùm per id quod Deus eſt, ſed etiam per id quod homo eſt, nobiſcum eſt vſque ad conſummationem ſeculi. Non eſt ſuperfluum, quia qui per corpus ſuum redemit nos, per idẽ corpus ſuum reficit nos, vt redempti per corpus eius, & refecti corpore eius, nutriamur & paſcamur humanitate eius, donèc ſatiemur Deitate & gloria eius.

Fructus & effectus Euchariſtiæ.

1. F. IGNATIVS in epiſtola ad Epheſios, vt in textu.

2. BASILIVS ad Cæſariam Patritiam: Communicare per ſingulos dies, & participare de ſacro corpore & ſanguine Chriſti, pulchrum eſt & valdè vtile, ipſo manifeſtè dicente: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternã. Quis enim ambigit, quin frequens vitæ participatio, nihil aliud ſit, quàm pluribus modis viuere? Nos idcircò quater in ſingulis hebdomadis communicamus: in die Dominico, in quarto die hebdomadæ, in Paraſceue, & in Sabbato, ac in alijs diebus, ſi qua memoria fuerit ſancti alicuius. &c. vt ſuprà quæſtione octaua, de Euchariſtia, B. teſtimonio quarto.

Ioan. 6.

Frequens cõmunio quid ſit.

3. AMBROSIVS libro quinto de ſacramentis, capite quarto: Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbì Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergò in oratione Dominica quæ poſteà ſequitur, ait, Panem noſtrum? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Ideò Græcè ἐπιούσιον dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt aduenientẽ. Quia Græci dicunt τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν aduenientem diem. Ergò quod Latinus dixit, & quod Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno ſermone ſignificauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodùm Græci in Oriente facere conſueuerunt? Accipe quotidiè, quod quotidiè tibi proſit. Sic viue, vt quotidiè merearis accipere. Qui non meretur quotidiè accipere, non meretur poſt annum accipere: quomodò Iob ſanctus pro filijs ſuis offerebat quotidiè ſacrificium, nè fortè aliquid vel in corde vel in ſermone peccaſſent. Ergò tu audis quòd quotieſcunquè offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, eleuatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum: & panem iſtum vitæ non quotidianum aſſumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus. Medicina eſt, cæleſte & venerabile ſacramentum. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè. Quotidiè ſi accipis, quotidiè tibi hodiè eſt. Si tibi hodiè eſt Chriſtus, tibi quotidiè reſurgit. Quomodò? Filius meus es tu, ego hodiè genui te.

Eadem habet B. Auguſt. ſer. 28. de verb. Domini.

Panis ſuperſubſtantialis.

Rara communio reprehenditur.

Iob. 1.

Pſal. 2.

4. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimaprima ad populum Antiochenum: In alijs quidem temporibus, cùm puri frequenter ſitis, nõ acceditis: (*ad ſacram ſcilicet communionem, nam de ea loquitur*) in Paſcha verò, licèt ſit aliquid à vobis patratum, acceditis. O conſuetudinem, ô præſumptionem,

Digitized by Google

Sacrificium quotidianũ.

Raro cõmunicantes arguuntur, præſertim Eccleſiaſtici.

ſacrificium fruſtrà quotidianum. Incaſſum aſſiſtimus altari, nullus qui communicetur. Hæc nõ vt temerè communicemini, dico, ſed vt vos dignos reddatis. Non es hoſtia dignus, vel communione, igitur nec oratione. Adſtantem audis præconem, atq; dicentem: Quotquot eſtis in pœnitentia, omnes orate. Quicunq; non participes fiunt, in pœnitentia ſunt. Quid ſtas, ſi es in pœnitentia? ſumere non debes: qui nanq; non communicat, eſt ex pœnitentibus. Cur itaq; dicit, Abite qui non poteſtis orare? Tu verò ſtas impudens. At ex his non es, ſed ex his qui poſſunt eſſe participes, & nihil curas, aut magnum opus cenſes. Conſidera quæſo, menſa regalis eſt appoſita, angeli mẽſæ miniſtrantes, ipſe rex adeſt, & tu adſtas oſcitans. Sordeſcunt tibi veſtimenta, & nihil eſt tibi curæ. At pura ſunt, igitur adora & communica. Per ſingulos dies venit diſcumbentes viſurus, omnes alloquitur. Et nunc in conſciẽtia dicet: Socij, quomodò adeſtis hîc, non habentes veſtem nuptialem? Non dixit, quare diſcubuiſtis? Sed ante reclinationem & ingreſſum ſemetipſum indignum eſſe fatetur. Non enim dixit: Quare recubuiſti? ſed, quid intrâſti? Hæc etiam nunc nobis omnibus loquitur, impudenter & procaciter adſtantibus. Omnis enim qui myſteriorum participio non fruitur, impudens & procax eſt, ſi adſtat. Propterea qui ſunt in peccatis, priores eijciuntur. Sicut enim ad menſam veniente domino ſeruos qui dominum offenderunt adeſſe non oportet, ſed procul arcentur: ità ſcilicet & hîc dum profertur ſacrificium, & Chriſtus immolatur, & ouis Dominica: cùm audieris, oremus omnes communiter: cùm vela videris retrahi, tunc supernè cælum aperiri cogita, & angelos deſcendere. Sicut itaq; prophanorum fas eſt adeſſe neminem, ità nec vllum ſacratorũ quidem ac ſordidorum. Dic mihi, ſi quis in conuiuiũ vocatus, manus ablueret, & recumberet, & menſæ paratus adeſſet, poſtmodùm nihil guſtaret, nõ afficit contumelia vocantem? Nónne melius huiuſmodi nec veniſſe? Ità ſcilicet & tu, veniſti, ceciniſti Deo laudem, cum omnibus es confeſſus de dignis eſſe, cum indignis non ſecedendo: quomodò manſiſti, neq; participas de menſa? Indignus ſum, inquit. Igitur & illa quæ per preces fit communione. Non enim per propoſita tantùm, verùm per illa cantica ſpiritus ſemper deſcendit. Nónne vides miniſtrum ſpõgia menſam circunlinientem, & expurgantem domum, & tabellas ponentem? Hoc per preces efficitur, per præconis vocẽ. Sicut ſpongia circunlinimus Eccleſiam, vt in Eccleſia munda proponantur omnia, nè qua ſit macula, nè qua ruga. Indigni ſunt & oculi peccatorũ hiſce ſpectaculis, indignæ ſunt & aures. Si enim beſtia, inquit, tangat montem, lapidabitur. Ità nec aſcenſũ digni fuerunt, licèt poſt hęc & acceſſerint, & viderint vbi Deus conſtiterat: poſt hæc accedere licèt & videre. Cùm adeſt quidem, abi: non tibi magis adſtare licet, quàm Catechumeno. Alioqui par non eſt, nondùm attigiſſe myſteria: & poſtquàm attigeris, offendiſſe, contempſiſſe, & ſe gratia indignum conſtituiſſe. Poterant & plura terribiliora'q; commemorari, ſed nè mentem veſtram grauemus, hæc quoq; ſufficiant. Qui enim his non emendantur, neq; pluribus. Nè maius itaq; vobis iudicium faciamus, vos exhortamur, non vt accedatis, ſed vt præſentia vos & acceſſu dignos conſtituatis. Dic mihi, ſi quis rex ſtatuiſſet atq; dixiſſet: Si quis hoc facit, mẽſæ meę fit particeps: nónne propter hoc omnia feciſſetis? In cælũ vos vocauit, ad magni regis menſam & admirabilis, & retrocedimus, & ceſſamus, & non feſtinamus, nec ad rem accurrimus: & quæ nobis eſt ſalutis ſpes? Non vacat imbecillitatem accuſare, nõ naturam, ſola nos negligentia facit indignos. Hæc quidem à nobis dicta ſunt. Qui verò corda compungit, qui compunctionis dat ſpiritum, corda noſtra compungat, & in profundo ſemina ponat, & ab ipſo timore concipiat, & pariat ſpiritũ ſalutis, & cum fiducia accedat. ait ei, Filij tui, ſicut nouellę oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Nihil vetus, immite nihil, nihil crudele: tales enim nouellæ ſunt ad fructũ idoneæ, fructum mirabilẽ oliuæ dico. Et fortes, ità vt omnes fiant in circuitu menſæ. Et nec temerè, nec à caſu huc conueniant, ſed cum metu & timore. Sicut autem cibus cùm ſit nutritiuus, ſi à crudo ſumatur, omnia perdit & corrumpit, & fit morbi cauſa: ità ſcilicet & horrenda myſteria.

Menſa regalis appoſita eſt, angeli miniſtrant, ipſe adeſt rex.

Adora & cõmunica.

Matth. 22.

Dum profertur ſacrificiũ, & Chriſtus immolatur, & ouis Dominica, peccatores eijciuntur è loco ſacrificij.

Ceciniſti Deo laudem.

Peccatorum oculi indigni ſunt vidẽre oblatiõnem ſacrificij, item aures &c.

Exod. 19.

Pſal. 127.

Indignè cõmunicantes.

5. CYPRIANVS ſermone ſexto de oratione Dominica: Panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus noſter (qui corpus eius cõtingimus) panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidiè poſtulamus, nè qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiã quotidiè ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti & nõ communicantes à cæleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monente: Ego ſum panis vitæ qui de cælo deſcendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternũ. Panis autem, quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. Quando ergo dicit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane: vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & euchariſtiam iure communicationis accipiunt: ità contrà timendum eſt & orandum, nè, dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente: Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideò panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidiè petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus.

Separari à cõmunione Euchariſtiæ, quàm graue.

Ioan. 6.

Ibidem.

6. HIERONYMVS in epiſtola vigeſima octaua ad Lucinium: De ſabbato quod quæris, vtrùm ieiunandum ſit: & de euchariſtia, an accipienda quotidiè, quod Romanæ eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare perhibentur: ſcripſit quidem & Hippolytus vir diſertiſſimus, & carptim diuerſi ſcriptores è varijs authoribus edidêre. Sed egò illud te breuiter admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiant) ità obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt: Nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti. Atqui vtinàm omni tempore ieiunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico, Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manichęæ hæreſeos accuſandi ſunt, cùm carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali: Euchariſtiam quoquè abſque condemnatione noſtri, & pungente conſcientia, ſemper accipere, & Pſalmiſtam audire dicentem: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: & cum eo canere, Eructauit cor meum verbum bonum.

Quotidiana communio olim in vſu Romæ & in Hiſpanijs fuit.

Act. 13. 20. 27.

Vtinàm poſſimus ſemper Euchariſtiam dignè percipere.

Pſal. 33. & 44.

7. CYRILLVS libro tertio in Ioannem, capite trigeſimoſeptimo, vt ſuprà hac quæſtione, E. teſtimonio tertio.

8. CASSIANVS Collatione viceſimatertia, quæ eſt tertia Abbatis Theonæ, capite viceſimo primo: Nec ex eo debemus nos à Dominica communione ſuſpendere, quia nos agnoſcimus peccatores, ſed ad eã magis ac magis eſt & propter animæ medicinam & purificationem ſpiritus auidè feſtinandum: veruntamen ea humilitate mentis ac fide, vt indignos nos perceptione tãtæ gratię iudicantes, remedia potiùs noſtris vulneribus expetamus. Alioquin nec anniuerſaria quidem dignè eſt præſumenda communio, vt quidam faciunt qui in monaſterijs conſiſtentes, ità ſacramentorũ cæleſtium dignitatem & ſanctificationem ac meritum metiuntur, vt æſtiment ea non niſi ſanctos atq; immaculatos debere præſumere, & non potiùs vt ſanctos mundosq; nos ſua participatione perficiãt. Qui profectò maiorem arrogantiæ præ-

Auidè ad ſacram cõmunionem eſt accedẽdum.

ſum-

Digitized by Google

ſumptionem, quam declinare ſibi videtur, incurrunt, quia vel tunc cùm ea percipiunt dignos ſe eius perceptione dijudicant. Multo enim iuſtius eſt, vt cum hac cordis humilitate qua credimus & fatemur illa ſacroſancta myſteria nunquàm pro merito nos poſſe contingere, ſingulis ea Dominicis diebus ob remedium noſtrarum ægritudinum præſumamus quàm vt vana perſuaſione cordis elati, vel poſt annum dignos eorum participio nos eſſe credamus.

Etiam omni die Dominico.

X.

Quæ nam ad Euchariſtiam dignè ſumendam, eiusque fructus conſequendos requiruntur?

A. Expedita eſt Apoſtoli reſponſio: [a] *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat:* quemadmodùm & Auguſtinus [b] dixit: In Chriſti corpore vita noſtra conſiſtit: mutet ergò vitam, qui vult accipere vitam.

a 1.Corint. 11.f & ibidèm Theophylact. & Anſelmus. Item Greg. in 1.Reg. lib. 2. cap 1. Nyſſen. de perfecti Chriſtia. hominis forma.
b Sermone 1. de temp.

B. Hæc autem probatio ſuî, & vitæ mutatio in quatuor potiſſimùm rebus verſatur, videlicet, vt adſit fides, pœnitentia, mentis attentio, & Chriſtiani hominis habitus decens.

C. Fides hoc poſtulat, nè [c] de his quæ diximus, alijsque ſimilibus ad hoc myſterium pertinentibus, quicquam dubites. Id fiet, ſi ſimpliciter quidem in fide atque ſententia [d] Eccleſiæ, vt eſt ſanè neceſſarium, per omnia acquieſcas.

D. Pœnitentia, [e] de qua mox plura dicemus, peccatorum deteſtationem, & explicatam coram Sacerdote confeſſionem, impetratamque abſolutionem exigit.

E. Animus deindè [f] præſens accedat opùs eſt, qui ſe per meditationes & precationes [g] pias ad hoc tantum Sacramentũ ſeriò conuertat.

F. Poſtremò decens habitus & compoſitio poſtulat, ad ſacram Synaxim neminem, niſi [h] caſtum, [i] ieiunum, modeſtum, humilem, [k] ſupplicem, minimeque ſordidum accedere.

G. Qui verò ſacram Euchariſtiam indignè ſumunt, non vitam, ſed iudicium ſibi ſumunt, & [l] rei ſunt corporis & ſanguinis Domini, Apoſtolo teſte: quales cum Iuda & Iudæis ſanguinarijs Chriſti hoſtibus grauiſſimè condemnabuntur.

c Baſil. quæſt. 172. in regulis breuiorib. ſiue cõpend. explicatis.
d 1. Timoth. 3. d
e Baſil. ſer. 1. de baptiſ. ca. 3. & ſer, 2. cap. 3. Cypria. de lapſis. Concil. Triden. ſeſſ. 13. cap. 7 Heſych. in cap. 26. Leuit. Chryſoſt. hom. 30. in Gen. & hom. 10. in Matth. Petrus Cluniac. lib. 1. mirac. cap. 2. 3. & 5.
f Chryſoſto. homilia 83 in Matth. & 3. ad Epheſ. 60. & 61. ad pop. Antiochenum.
g Ambroſ. in oratione ante Miſſam.
h Auguſt. ſerm. 2. & 252. de temp. Caſſia. Collat. 22. c. 5. lib. 6. inſtit. cap. 8.
i Aug. ad Ianuariũ, epiſt. 118. cap. 6.
k Orig. homil. 5. in diuerſ. euangelij locos. Caſſian. Collat. 22. cap. 7.
l 1. Cor. 11. f Chryſoſt. homil. 45. in Ioã. & 61. ad popul. Antioch. Baſil. ſer. 2. de bapt. cap. 3. Theodoret. in 1. Cor. cap. 11. Caſſia. Collat. 22. cap. 5. Petrus Cluniac. lib 1. mirac. cap. 25.

TESTIMONIA.

1. A. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

2. THEOPHYLACTVS in caput vndecimum prioris ad Corinthios: Non alium tibi iudicem attribuo, verùm teipſum tibi ipſi commendo. Iudica igitur & explora conſcientiam tuam, & ſic accede, non quando fuerint feriæ, ſed quando purum teipſum ac dignum inueneris.

Exploranda conſcientia ante communionem.

3. ANSELMVS in eundem locũ: Nemo præſumat accedere indignus, ſed homo, id eſt, rationabiliter agens, probet, id eſt, diſcutiat & examinet priùs ſeipſum, qui etiã ex eo quòd homo eſt, ſine peccato non eſt. Probet anteà ſeipſum, id eſt, vitam ſuã inſpiciat & conſideret, an dignè poſſit accedere, vel non. Rarò enim poteſt inueniri quiſquam ità magnus & iuſtus, vt in eo per diſcuſſionem non inueniatur aliquid, quod debeat eum à corpore & ſanguine Domini retardare, niſi confeſſus fuerit illud, & per pœnitentiam deleuerit. Probet ſe, & ſic, id eſt, poſtquàm ſe probauerit, edat de pane illo, & bibat de calice, quia tunc ei proderit. Ideò priùs ſe diſcutiat & purget, quia qui manducat & bibit indignè, id eſt, ſine ſuî examinatione, iudicium ſibi manducat & bibit. Indignè manducat & bibit, qui vel aliquod graue peccatum, vel multa leuia commiſit, & non confitetur ea priuſquàm ad communionem accedat.

Probatio quæ fit ante cõmunionem quomodò intelligenda.

Confeſſio & pœnitentia.

Indignè quis communicet

4. GREGORIVS libro ſecũdo, capite primo in librũ primum Regum: Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim eſt hoc loco ſe probare, niſi euacuata peccatorum nequitia, ſe probatũ ad Dominicam menſam, & purũ exhibere? De repletis etiam ſubdit: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. Qui ergò quotidiè delinquimus, quotidiè ad pœnitentiæ lamenta curramus, quia ipſa ſola virtus eſt, quæ euacuat, quod in ventre animæ culpa coadunat. Et tunc verè ſamelici ſaturantur, quia quo ſtudioſiũs mũdamur lamento pœnitentiæ, eo vberiorem diuinę gratiæ fructum recipimus in ſpiritali refectione.

Probatio qualis.

1. Cor. 11.

Pœnitentiæ vis.

5. GREGORIVS Nyſſenus de perfecti Chriſtiani hominis forma ad Olympiũ monachum: Si aliquis etiam ad myſterium reſpiciens dicat cibum & potũ propriè Dominum nominari, ne id quidem à germana ſignificatione receſſerit, verè enim caro ipſius eſt cibus, & ſanguis eius verè eſt potus. Atq; in hac quidẽ ſignificatione omnibus, vt eius participes ſint, facultas datur. ipſa enim talis alimenti & potionis cõmunicatio, ſit accipientium ſine diſcrimine cibus & potus. Cùm tamen Apoſtolus ità definiuerit: Probet autẽ, inquit, ſeipſum quiſq;, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim indignè manducat & bibit, iudiciũ ſibi manducat & bibit. Huc autẽ reſpiciens Euangeliſta planè videtur eandem ſignificationem con-

1. Cor. 10.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Digitized by Google

Matth. 27.

confirmâſſe. Cùm myſticæ paſſionis tẽpore nobilis ille Senator immaculata, mundaq́ꝫ ſindone inuoluens Domini corpus, in nouo & puro monumento poſuit. Quamobrem & Apoſtoli prȩcepto, & Euangeliſtæ obſeruatione cõmonemur, vt ſanctum Domini corpus pura conſcientia ſuſcipiamus. quòd ſi aliqua peccati macula infecta ſit, eam aqua lachrymarũ abluamus & expurgemus.

Pura cõſcientia Chriſti corpus ſumendũ exemplo Ioſeph.

6. AVGVSTINVS ſermone primo de tẽpore: Quantùm poſſumus cum Dei adiutorio laboremus, vt cum ſyncera & pura conſciẽtia, & mundo corde, & caſto corpore ad altare Domini poſſimus accedere, & corpus & ſanguinem eius non ad iudicium, ſed ad remedium animæ noſtrȩ mereamur accipere. In Chriſti enim corpore vita noſtra conſiſtit, ſicut & ipſe dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Mutet ergò vitam, qui vult accipere vitam. Nam ſi non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam; & magìs ex ipſa corrumpitur, quàm ſanetur; magìs occiditur, quàm viuificetur.

Pura cõſcientia accedendum & caſto corpore.

Ioan. 6.

Vitȩ mutatio neceſſaria eſt

1. C. BASILIVS Magnus quȩſtione centeſima ſeptuageſima ſecũda, ex quæſtionibus compendiò explicatis: ſiue, in regulis breuioribus, interrogatione eadem: Quanto cum timore, qualíve cum animi perſuaſione, affectionéve corpus & ſanguinẽ Chriſti communicemus? Reſp. De timore quidem habemus Apoſtolũ, qui dicit, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Fidem autẽ faciunt verba Domini, qui dixit, Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem. & teſtimonium etiam Ioannis, qui cùm gloriá verbi priùs poſuiſſet, pòſt confeſtìm modũ aſſumptæ humanitatis adiecit, cùm dixit, Verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriá eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis. itemq́ꝫ Apoſtoli, apud quem ſcriptum eſt, Quòd cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſqꝫ ad mortem, mortem autẽ crucis. Quotieſcunqꝫ igitur animus, fide his atqꝫ huiuſmodi verbis adhibita, qua quidem in cognitionem venerit maieſtatis tantæ gloriæ, qua verò incredibilem magnitudinem humilitatis & obedientiæ admiratus fuerit, quòd videlicet ille talis ac tantus patri obediens fuerit vſqꝫ ad mortem pro vita noſtra: prorsùs in eo charitatem arbitror excitari erga Deum patrem, qui proprio filio non pepercerit, ſed pro nobis omnibus illum tradiderit: ſimiliterq́ꝫ impelli ad diligẽdum vnigenitum filium, qui obediens fuit vſque ad mortem pro redemptione & ſalute noſtra: atque ità aſſentiri Apoſtolo poteſt, qui quidem ijs qui ſani ſunt, quandam velutì regulam exponit, eam videlicet, quæ in his bona eſt conſcientia, cùm ait, Charitas Chriſti vrget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergò omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Hoc modo animo affectus, & paratus eſſe debet, qui panem & calicem communicat.

1. Cor. 11.

Luc. 22.

Fides de veritate corporis Dñici & maieſtate ac bonitate eius ante communionem eſt in primis neceſſaria.

Ioan. 1.

Philip. 2.

Vndè charitas excitetur.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

2. PRIORIS ad Timotheum tertio: Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

1. D. BASILIVS Magnus ſermone, vel libro primo de baptiſmo, capite tertio: Oportet igitur accedentem ad corpus ac ſanguinem Domini, vt ſuprà quæſtione nona, teſtimonio primo.

2. IDEM ſermone, ſiue libro ſecundo de baptiſmo, capite tertio: Grauiſſimũ ſupplicium in lege Deus aduersùm eos decreuit, qui cũ ſint immũdi, ſancta contingere non verentur. Typicè nanqꝫ illis quidẽ, nobis verò admonitionis gratia, ſcriptum eſt ad hunc modum: Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Dic Aaroni & filijs eius: Abſtineant à ſanctis filiorum Iſrael, nec polluant nomen meum ſanctũ, quæcunqꝫ illi mihi ſanctificant. Ego Dominus: Dic illis, in generationibus ipſorum: Quiſquis hominũ ab omni, veſtro ſemine, ad ſancta, quæcunqꝫ filij Iſrael Domino ſanctificãt, in immunditia ſua cõſtitutus, accedit, exterminabitur anima illius à facie mea. Ego Dominus. Si tales minæ aduersùm eos poſitæ ſunt, qui temerè ad ſacrà accedunt, quæ ab hominibus ſanctificantur: quid dicendum eſt de eo, qui in tantũ ac tale myſterium temerarius eſt? Quanto enim maius aliquid is eſt templo, ſecundùm Domini vocẽ, tanto grauius & terribilius eſt, in animæ impuritate cõſtitutum, corpus Chriſti temerè cõtingere, quàm ſit accedere ad arietes vel tauros, dicẽte Apoſtolo: Itaqꝫ qui edit panẽ aut bibit poculũ Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini: immò vehementius ac terribilius iudiciũ per repetitionem exprimente, cùm dicit: Probet autẽ quiſqꝫ ſeipſum, & ſic de pane hoc edat & de poculo bibat. Qui nanqꝫ manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi manducat & bibit, nõ dijudicans corpus Domini. Quòd ſi in immunditia tantùm conſtitutus (Immunditiæ verò proprietatem typicè ex lege diſcimus) tam terribile iudiciũ habet, quanto magìs, qui cùm in peccato ſit, corpus Domini contingere audet, grauius ſibi accerſit iudicium? Mundemus itaqꝫ nos ab omni inquinamento, (differẽtia verò inquinamenti & immũditiæ, ſapientibus eſt manifeſta) atqꝫ ità ad ſancta accedamus, vt iudicium eorũ qui Dominum occiderunt, effugiamus: proptereà quòd quiſquis ederit panẽ, & biberit poculũ Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Habebimus autẽ vitam ȩternã, ſicut promiſit, qui mẽtiri nequit, Dominus ac Deus noſter Ieſus Chriſtus, ſi edẽtes ac bibentes memores fuerimus eius qui pro nobis eſt mortuus, & ſententiam Apoſtoli ſeruauerimus, dicẽtis: Dilectio nanque Dei nos conſtringit, iudicantes hoc, quòd ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes itaqꝫ mortuos eſſe. Et pro omnibus mortuum eſſe, vt qui viuunt, iam non ampliùs ſibijpſis viuant, ſed ei qui pro nobis eſt mortuus ac reſurrexit, quod & in baptiſmate profeſſi ſumus ac polliciti.

Immũdi qui ad ſancta acceſſerũt, quomodo à Deo puniti ſint.

Leui. 21. & 22.

Quàm periculoſum ſit indignè cõmunicare, & q̃ graue peccatum.

1. Cor. 11.

Iudicium eorum qui Dominum occiderunt, incurritur.

2. Cor. 9.

3. CYPRIANVS in ſermone de lapſis: Contra euangelij vigorem & Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio: irrita & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt ſanitatis patientiam, nec veram de ſatisfactione medicinam. Pœnitentia de pectoribus excuſſa eſt, grauiſſimi extremíque delicti memoria ſublata eſt. Operiuntur morientium vulnera: & plaga letalis altis & profundis viſceribus infixa, diſſimulato dolore contegitur. A diaboli aris reuertentes, ad ſanctum Domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus inuadunt, quando occurrat ſcriptura diuina, & clamet & dicat: Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunqꝫ manducauerit ex carne ſacrificij ſalutaris, quod eſt Domini, & immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo. Apoſtolus item teſtatur & dicit: Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini cõmunicare & menſæ dæmoniorum. Idem contumacibus & peruicacibus cõminatur & denunciat, dicens: Quicunque ederit panem aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Spretis his omnibus atque contemptis, vis infertur corpori eius & ſanguini: & plùs modò in Dominum manibus atqꝫ ore delinquunt, quàm cùm Dominũ negauerunt.

Leuit. 22.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Vis infertur corpori & ſanguini Domini.

Digitized by Google

Ante expiata delicta & exomologeſin factam criminis.

runt. Ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putãt eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant.

Cum reuerẽtia cur accedendum.

4. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimatertia, capite ſeptimo: Si non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſanctè: certè, quo magis ſanctitas & diuinitas cæleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentiùs cauere ille debet, nè abſque magna reuerentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cùm illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum: Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali Cõfeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat. quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſeruandum eſſe decreuit, modò non deſit illis copia confeſſoris. quòd ſi, neceſſitate vrgente, ſacerdos abſque preuia confeſſione celebrauerit, quamprimùm confiteatur. Ibidèm canone vndecimo: Si quis dixerit, ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimę Euchariſtiæ Sacramẽtum, anathema ſit. Et nè tantum Sacramentum indignè, atque ideò in mortem & condemnationem ſumatur, ſtatuit atque declarat ipſa ſancta Synodus, illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunquè etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat.

1. Cor. 11.

Qualis probatio neceſſaria

Notent Sacerdotes.

Sola fides nõ eſt ſufficiens præparatio.

Confeſſio Sacramentalis communioni præmittẽda.

5. HESYCHIVS presbyter Hieroſolymorũ, in caput vigeſimumſextum Leuitici: Sanctuarium Domini paueamus, vt nec corpus noſtrum polluamus, neque ad corpus Chriſti, in quo eſt omnis ſanctificatio, (in ipſo enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis) ſine ſubtili dijudicatione noſtri, temerè accedamus, ſed priùs noſmetipſos probemus, reminiſcentes eius qui dixit: Quicunque comederit panem aut biberit calicem Domini indignè &c. Probet autem &c. Qualem probationem dicit? Id eſt, vt in corde mundo atque conſcientia, & pœnitentiam eorum quæ olìm deliquit, intendenti, participetur ſanctis, ad ablutionem peccatorum ſuorum.

1. Cor. 11. Pœnitẽtia ad probationem pertinet.

6. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſima in Geneſim: Eccè tandèm ad finem ſanctæ Quadrageſimæ venimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, appulimusq́ Dei gratia in portum. Verùm non ideò negligentes ſimus, ſed hac de cauſa iterùm maius ſtudium, maiorem diligentiam, maioremq́ vigilantiam exhibeamus. Et paulò pòſt: Quia in magnam hanc hebdomadã peruenimus Dei gratia, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, & magis continuandæ ſunt preces, faciendaq́ diligens & pura peccatorum confeſſio, & in bonis operibus ſedulitas, eleemoſyna larga, æquitas, manſuetudo, aliæq́ virtutes: vt talibus ornati virtutibus, vbi in diem Dominicum venerimus, Domini liberalitate fruamur.

Inter cæteras præparatiões faciẽda pura peccatorum confeſſio.

7. ITEM homilia decima in Matthæum: Tempus quidem confeſſionis æquè & lotis baptiſmate, & illotis prophaniſq́ incumbit: illis quidem, vt poſt patentia criminum vulnera pœnitentiâ interueniente curentur, & ad ſacra myſteria redire mereãtur: his verò, vt ablutis in baptiſmo maculis, ad Dominicam menſam munda iam conſcientia accedant. Abſiſtamus igitur ab hac fluida diſſolutáque vita.

Cur confeſſio peccatorũ ſacrã communione præcedere debeat.

8. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo de miraculis, capite ſecundo: In Teutonicis partibus Presbyter quidam cùm in luto ſcelerum volutaretur, non verebatur tamen ad altare Domini irreuerenter accedere, & ſacramenta redemptionis noſtræ, Miſſam frequentiùs celebrando, temerare. Quod cùm longo tempore abiecto Dei timore agere non formidaret, iram pariter & miſericordiam Domini, vt ſubiecta declarant, mirabiliter ſenſit. Nam cùm & ſcelus non deſereret, & ſacra diuina impuris manibus (vt ſæpè dictum eſt) attrectaret: contigit quadam die, dum vſque ad perceptionem ſacri corporis Chriſti, totam de more Miſſam explicâſſet, iamq́ ſe ad ſacramenta ipſa ſumenda pararet: repentè caro Chriſti cum ſanguine, tam immũdum vltrà non ferens habitaculum, ab ipſius iam penè tenentis manibus euanuit. Admirans ille & obſtupeſcens, ab altari citiſſimè Miſſa finita receſſit. Cumq́ indignationem Domini, tam euidentis ſigni oſtẽſione, circa ſe commotam agnoſceret, volens tamen hoc certiùs comprobare, ſecundò Miſſam aggreſſus eſt. Cui vniuerſa vt priùs peragenti, cùm ad ſumenda ſacramenta ventum eſſet, ſimul omnia vt priùs ſubtracta ſunt. Iam verò, vt dignum erat, in metum & trepidationem non modicam perductus, vt de toties repetito miraculo iam abſque vlla hæſitatione certiſſimus redderetur; tertiò quoquè, quod iam bis cõtigerat, attentare veritus non eſt. Sed cùm omnibus vt antè peractis, iam ſolicitior quæ appoſita erant oculis obſeruaret, & manibus contrectaret, osq́ ad ſumendum aptaret: ſubitò oculis, manibus, & ori, tertiò inuiſibiliter ſublata diſparuerunt. Tandèm igitur tam euidenti miraculo tremefactus Presbyter, ſe peſſimè egiſſe, ſeq́ terribilem irã Domini incurriſſe abſq́ vlla dubitatione cognoſcens; cor mutauit, & qualiter euadere à tanto periculo poſſet, ſolicitus cogitare cœpit. Vltimum ergò peccantibus remedium pœnitẽtiam eſſe ſciens, ad eam toto corde confugit: & proprium Epiſcopum adiens, ei cuncta quæ fecerat, quæq́ contigerant, cum multis lachrymis patefecit, impoſitumq́ ſibi ab eo laborem pœnitẽdi, toto animi niſu tam deuotè quàm conſtanter exercuit. Longo temporis ſpatio in hac pœnitudine tranſacto, ad Epiſcopum redijt: eiq́ vt patri ſecreto cuncta pandens, vt ſacramentorum eſſe particeps mereretur, humiliter deprecatus eſt. Cuius conuerſionem iam Deo acceptam, tam ex his quæ ab eo audierat, quàm ex his quæ in eo videbat, confidens, vt ſacerdotale officium aggrederetur, aſſenſit. Quod ille, de Domini bonitate & conſcientiæ teſtimonio confiſus, non iam præſumptione ſed deuotione implere curauit. Accedens itaque ad altare, totumq́ ſe lachrymis & contritione cordis immolans Deo, vſque ad perceptionem ſacramentorum, vniuerſa ritè peragens, peruenit. Et eccè nouo & inaudito noſtris duntaxàt ſeculis miraculo, trium antedictarum Miſſarum panes, qui indignè ſumere volenti ſublati fuerant, cœlitùs allati ſunt: eoq́ iam diuino iudicio ad hæc ſumẽda digno facto, ante eum ſuper altare poſiti apparuerunt. Cumq́ etiam oculos in calicem admouiſſet, conſpexit penè vſque ad ſummitatẽ ſanguine repletum, & illarũ Miſſarum detrimenta ad iſtius proueniſſe augmenta. Admirans igitur & toto hominis interioris iubilo Deo gratias agens, ſuamq́ pœnitentiã ſuſceptam ac Domini maieſtatem placatã cognoſcens, certus factus eſt de Domini miſericordia: & qui vnum appoſuerat, quatuor panes, immò vnũ Chriſti corpus & ſanguinẽ cum multa, vt dignũ erat, exultatione percepit. Hoc quoquè præfatus Claremontenſis epiſcopus mihi retulit, in preſentia plurimorum.

Sacerdos eſt peccati conſcientia ſacrificat.

Hoſtia ſacrã è ſacrificãtis cõſpectu euaneſcit ſecundò ac tertiò.

Pœnitẽti ſacerdoti, cùm bona Epiſcopi voluntate ſacrificaret, tres primùm ſublati panes referuntur.

Digitized by Google

9. ET capite tertio: Sed & illud, quod apud eundem locum de re ſimili contigit, ſilẽdum non eſt. Erat ibi iuuenis mundanæ vanitati deditus, & vt in illa ętate homines ſolent, voluptati frena relaxans. Cui cùm diù deſeruiret, contigit eum ſuper quadam maritata muliere infamiæ nota aduri. Cúmque per aliquantum temporis hac ſuſpicione apud vicinos quoſque teneretur, accidit vt incurreret tantam ægritudinem, quæ de vita eius homines cogeret deſperare. Qui cùm lecto decumberet, & iam iamq; morti proximus fieret: inuitatus eſt ad eum more eccleſiaſtico presbyter, vt eius confeſſionem ſuſciperet, & ei morienti viaticum ſalutis humanæ præberet. Cùm verò veniſſet, hortari eum cœpit & commonere inſtanter, vt peccata ſua confiteri non erubeſceret; criménque illud, vndè ſpecialiter infamatus fuerat, ſalubri confeſſione manifeſtaret. Acquieuit ille, & confiteri ſcelera ſua ſtudioſè aggreſſus eſt. Quod dum explêſſet, & rurſus ſuper præfato crimine à presbytero interrogaretur, mentitus eſt, dicens ſe indè nullatenùs reum eſſe. Cúmque presbyter diutina hominis infamia, ſuſpicione actus, ab inquiſitione non deſiſteret, ait ille: Sic (inquit) hoc Domini corpus, quod attuliſti, ad ſalutem ſuſcipere merear, ſicut huius rei, quæ mihi obijcitur, aliquando culpam non incurri. Hac presbyter reſponſione credulus redditus, Dominicam ei communionem iam ſecurus tradidit. Qua ore ſuſcepta, glutiendi virtus ægro protinùs ablata eſt. Nam cùm paulò antè quibuslibet etiam groſſioribus cibis facilis eſſet ad ima deſcenſus: hoc paruiſſimum corporis Chriſti fragmen, non dicam ſtomachum, ſed nec etiam guttur vel paululùm attingere potuit. Hoc ſentiens ille, niti quantum potuit cœpit, vt illud glutire valeret. Quod dum multotiès conaretur, & fruſtrari ſemper ſuos conatus cerneret: coactus ipſa glutiendi impotentia, iuxta lectum, quo decumbebat, illud exſpuendo proiecit. Cuius rei euentu valdè territus, presbyterum, qui diſceſſerat, ad ſe reuocari rogauit. Redijt ergò presbyter; & infirmum reuiſens, cur ſe reuocâſſet quæſiuit. At ille, ſpiritu Dei agente compunctus, confeſſus eſt ſe malè egiſſe; ſe Deo mentitum fuiſſe, verumq; quod antè negauerat eſſe. Quem cum multo gemitu pœnitentem & ſatisfacientem, is qui aduenerat presbyter intuens; compaſſus confitenti & mœrore confecto, eum vt moris eſt abſoluit, atque rurſus Dominico corpore refecit. Quo ſuſcepto, cum tanta illud libertate glutiuit, vt verè tunc appareret, non caſu ſed virtute diuina, nè antè hoc ſuſcipere poſſet, prohibitum fuiſſe. Poſt hanc igitur reatus confeſſionem, & corporis Chriſti perceptionem, paululùm ſuperuiuens, in pace quieuit. Hoc non à duobus tantùm aut tribus teſtibus didici, ſed à Priore iam dicti loci, honeſto & fide digno viro, & fratribus eiuſdem monaſterij ac multis alijs, quorum quidam ſe hoc vidiſſe, alij à presbytero ſe audiſſe teſtati ſunt.

Adoleſcens impuræ vitæ conſcientia Euchariſtiã deglutire nõ poteſt.

10. ITEM capite quinto: Erat penè eodem tempore frater quidam in monaſterio, quod in Francia apud Turrim ſuper Maternam ſub iure noſtro eſt, cui cura eiuſdem loci commiſſa fuerat. Qui diuturnæ ægritudinis neceſſitate coactus, Rodulfum tunc abbatem monaſterij Catalaunenſis, propter medelam tam animæ quàm corporis, quarum ille rerum non ignarus erat, ad ſe venire rogauit. Ad quem ille, charitate prouocatus, venire non diſtulit: & veniens mox ægrum viſitare curauit. Cumq; non mediocriter eum grauari infirmitate cerneret, hortari eum ad confitendum cœpit. Quod ille ſe libenter agere profeſſus, confiteri peccata ſua, ſed non in ſimplicitate ſpiritus, aggreſſus eſt. Nam grauiora & mortifera ſtulto pudore reticens, quotidiana tantùm & quæ leuia videbātur, timore Dei poſtpoſito, fatebatur. Qua palliata confeſſione cõpleta, corpus Dominicum ſibi afferri deprecatus eſt. Quo allato, & præſumptuoſo ore ſuſcepto, cùm diù multumq; illud traijcere conaretur, nec valeret: cum vino quod ſuſceperat, fruſta omnia comminuti corporis Chriſti, in vas quod ori eius ſuppoſitum fuerat, refundere coactus eſt. Hoc caſu, immò diuino iudicio, Abbas qui aduenerat permotus, & ægrum non plenè confeſſione purgatum ratus; rurſus eum admonere cœpit, vt ſi aliquod facinus reticuiſſet, vera ſibi confeſſione reuelare non erubeſceret. Qui & hortatu eius, & diuino inſtinctu compunctus, ad cor reuerſus eſt: & quicquid peſtis intùs latebat euomens, crimina quæ antè letali pudore celauerat, vitali & vera confeſſione, non iam fictè ſed veraciter corde contrito & humiliato patefecit. Cumq; omni fęce iniquitatis per antidotum pœnitentiæ purgatus fuiſſet, & vera confeſſione per Abbatem prædictum abſolutionem meruiſſet: Euchariſtiam, quam priùs reijcere compulſus fuerat, allatam deuotè ſuſcepit, & abſque vlla difficultate vt ſaniſſimus aliquis glutiuit. Et vt de miraculo omnis dubitatio tolleretur, qui particulã corporis Chriſti, quam glutire non potuit, reijcere per fruſta compulſus fuerat, poſt confeſſionem non ſolùm corpus Domini, ſed etiam cibos alios abſq; vllo impedimento ſuſcepit. Sic igitur confeſſione, abſolutione, ſacramenti ſuſceptione, frater ille in Domino confortatus, tribus poſteà tãtùm diebus ſuperuixit, & ſic defunctus eſt. Hoc ab eodẽ Radulpho abbate cognoſcens, cunctis legentibus vel audientibus communicare volui.

Qui peccati conſcientia preſſus Euchariſtiam ſumptã eiectabat, ritè confeſſus eãdem pie conſeruat.

1. E. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimatertia in Matthæum, & in homilia ſexageſima ad populum Antiochenum: Nemo igitur nauſeans accedat, nemo remiſſus, ſed excitati, incenſi ac feruentes omnes accedant. Nam ſi Iudæi ſtantes, calceati, & baculos in manibus habentes cum feſtinatione comedebant, quanto magìs nobis vigilandum eſt? Nam illi ab Aegypto in Palæſtinam erant profecturi, & ideò viatoris habitum habebant: tu de terra in cælum aſcenſurus es. Vigilandum igitur eſt: non enim paruũ ſupplicium indignè communicantes expectat. Et poſt pauca: Qua igitur re mundiorem eſſe non oportet eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares non deberet excedere manus illa, quæ hanc carnẽ pertractat, os quod igne impletur ſpiritali, lingua quæ cruentatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in mentem tibi quo ſis honore honoratus, qua menſe fruaris. Ea nanq; re nos alimur, quam angeli videntes tremunt, nec abſque pauore propter fulgorem, qui indè reſilit, adſpicere poſſunt, & nos in vnã cum illo maſſam reducimur: Chriſti corpus vnum, & caro vna facti ſumus. Quis loquetur potẽtias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? quis paſtor vnquàm membris ſuis oues ſuas nutriuit? Et paucis interiectis: Non videtis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiunt? qua preſſione papillis infigunt labia? Non minore cupiditate nos quoquè ad hanc menſam, & ad huius calicis ſpiritalem accedamus papillam: immò verò maiore deſiderio quaſi lactentes pueri, gratiam ſpiritus ſugamus: vnus ſit nobis dolor, vna mœſtitia, ſi hoc alimento ſpiritali priuamur.

Animo præſenti ad communionẽ accedẽdum, & magno deſiderio.

Pſal. 105.

Similitudo pulchra.

Vnus ſit nobis dolor, ſacra communione priuari.

2. IDEM homilia tertia in epiſtolam ad Epheſios, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum: Quotquot in corpore Chriſti communicamus, quotquot ſanguinem illius deguſtamus, cogitemus quòd illius corpus & ſanguinem guſtamus, qui in cæleſtibus ſedet, qui ab angelis adoratur, qui proximè conſiſtit immortali Dei potentiæ. Et quibuſdam interpoſitis: Adſtat menſa regia, adſunt angeli menſæ huius miniſtri, adeſt rex ipſe, & tu oſcitabundus adſtas? Sordidis indutus es, & nihil curas? Sed veſtibus es mundis? Recũbe itaque & communica. Quotidiè venit, vt diſcumbentes

Quid cogitandum.

bentes

Digitized by Google

bentes videat, omnibus loquitur, & nunc etiam in conſcientijs dicit,&c.

3. AMBROSIVS habet in tomo quarto poſt librum de dignitate ſacerdotali duas precationes ad Miſſam præparantes. Prior ſic incipit, Summe Sacerdos & vere Pontifex Ieſu Chriſte &c. Altera verò, Summa & incomprænſibilis natura &c.

1. F. AVGVSTINVS ſermone ſecundo de tempore: Inuitati ſumus ad menſam, vbi non inuenitur cibus hominum, ſed panis ponitur Angelorum. Et ideò quotieſcunque aut dies natalis Domini, aut reliquæ feſtiuitates adueniunt, ſicut frequenter admonui, ante plures dies non ſolùm ab infelici cõcubinarum conſortio, ſed etiam à proprijs vxoribus abſtinete.

Caſto corpore accedendum.

2. IDEM ſermone ducenteſimo quinquageſimoſecundo de tempore: Qui ad iſtud altare caſto corpore & mundo corde cum munda & ſecura conſcientia venit, ad illud altare quod in cęlis eſt, felici transmigratione perueniet. Ad extremum, fratres chariſſimi, non eſt graue nec laborioſum quod ſuggero: hoc dico quod vos frequenter facere adſpicio. Omnes viri quando communicare deſiderant, lauant manus ſuas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, vbi corpus Chriſti accipiant. Non eſt graue quod dico fratres; quomodò viri lauant aqua manus ſuas, ſic eleemoſynis lauent cõſcientias ſuas. Similiter & mulieres quomodò nitidum exhibent linteolum, vbi corpus Chriſti accipiant: ſic corpus caſtum & cor mundum exhibeant, vt cum bona conſcientia Chriſti ſacramenta ſuſcipiant. Rogo vos fratres, nunquid eſt aliquis, qui in arca ſordibus plena velit mittere veſtem ſuam? Et ſi in arca ſordibus plena veſtis non mittitur precioſa, qua fronte in anima quæ peccatorum ſordibus inquinatur, Chriſti Euchariſtia ſuſcipitur?

Caſto corpore & mundo corde.

Mũditia etiã externa.

3. CASSIANVS Collatione viceſimaſecunda, quæ eſt Theonæ Abbatis ſecunda, capite quinto: Omni quidem induſtria quantum in nobis eſt ſtudere debemus, vt immaculatam caſtimoniæ puritatem illo vel maximè tempore teneamus, quo venerandis aſſiſtere optamus altaribus, & vigilantiſſima circunſpectione præcauendũ eſt, nè carnis integritas præcedẽte tempore cuſtodita, in ea præcipuè in qua nos ad communionẽ ſalutaris conuiuij præparamus nocte fraudetur. Verùm ſi hoſtis ille nequiſſimus vt nobis cæleſtis remedij ſubtrahat medicinam, cuſtodiam ſopitæ mentis illuſerit, ità duntaxàt vt nullo reprehenſibili interueniente prurituſ, nullo contaminetur obleſtationis aſſenſu, ſed egeſtionem aut naturali neceſſitate propulſam, aut certè impugnatione diaboli abſque ſenſu voluptatis elicitam, ad impedimentum noſtrę ſanctificationis obtenderit, poſſumus & debemus ad gratiam ſalutaris cibi confidenter accedere. Sin verò noſtro vitio hæc fuerit egeſta concretio, conuenientes conſcientiam noſtram illud Apoſtolicum formidemus: Qui manducauerit panem & biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini &c.

Caſtè ad Euchariſtiã accedere debemus.

Quę pollutio nocturna impediat, vel nõ impediat cõmunionem.

1. Cor. 11.

4. IDEM libro ſexto de Cœnobiorum inſtitutis, capite octauo: Si agonis mundialis intelleximus diſciplinam, cuius exemplo beatus Apoſtolus nos voluit erudire, docens quãta in illa ſit obſeruatio, quanta diligentia, quanta cuſtodia, quid nos conueniet facere, qua puritate oportebit cuſtodire noſtri corporis atque animæ caſtitatem, quos neceſſe eſt quotidiè ſacroſanctis agni carnibus veſci, quas neminem immundum contingere etiam veteris legis præcepta permittunt. In Leuitico nanque ità præcipitur: Omnis mundus manducabit carnes. Et anima quæcunque comederit de carnibus ſacrificij ſalutaris quod eſt Domini, in qua eſt immunditia, peribit coram Domino.

1. Cor. 9.

Quanta requiratur caſtitas in cõmunicantibus.

5. AVGVSTINVS epiſtola cẽteſima decimaoctaua ad Ianuarium, capite ſexto: Liquidò apparet, quandò primùm acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramẽti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideò per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, proptereà praſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Nanque Saluator quo vehementiùs commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit arctius infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideò non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis, per quos eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locũ. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet.

In vniuerſa eccleſia à ieiunis corpus Chriſti accipitur.

1. Cor. 11. Cur Chriſtus poſt cœnam corpus & ſanguinem Apoſtolis porrexerit.

Ordinem & modum communicãdi reliquit Eccleſiæ & Apoſtolis.

6. ORIGENES in diuerſos euãgelij locos, homilia quinta: Quando ſanctum cibum illudq; incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergò humiliãs temetipſum, imitare hunc Centurionẽ, & dicito: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.

Centurionis verbis vtendum in communione. Matth. 8.

7. CASSIANVS Collatione viceſimaſecũda, quæ eſt Abbatis Theonæ altera, capite ſeptimo: Tanta cor noſtrum humilitatis debemus vallare cuſtodia, vt hanc definitionem perpetua ſenſuum ſtabilitate teneamus, nequaquàm nos poſſe ad tãtum purificationis meritum peruenire, vt ſi hæc quæ ſuprà dixi per Dei gratiam omnia fecerimus, indignos tamen nos communione ſacri corporis eſſe credamus. Primùm quia cæleſtis illius mannę tanta maieſtas eſt, vt nemo hac lutea carne circundatus per ſuum meritum eius edulium, & non ex gratuita Domini largitate percipiat. Deindè quia nullus ità circunſpectus in huius mundi poteſt eſſe conflictu, vt eum ſaltem rara vel leuia peccatorum tela non feriant.

Cur cum humilitate accedẽdum ad Euchariſtiã.

1. G. PRIORIS ad Corinthios vndecimo, vt ſuprà, A. teſtimonio primo.

2. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaquinta in Ioannem, & ſexageſimaprima ad populum Antiochenum: Si purè acceſſeris, ad ſalutem acceſſiſti: ſin praua conſcientia, ad pœnam & ſupplicium. Qui enim manducat & bibit indignè ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Nam ſi qui regiam purpuram coinquinant, haud ſecus, quàm qui ſcindunt, puniuntur: quid mirum ſi qui immunda conſcientia Chriſti corpus accipiunt, idem ſupplicium ſubeãt, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quàm formidandam pœnam his minetur: Paulus Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt?

1. Cor. 11.

Suppliciũ idẽ cum ijs qui cruci Chriſtũ ſuffixerunt. Heb. 10.

3. BASILIVS Magnus ſermone ſeu libro ſecundo de baptiſmo, queſtione vel capite tertio, vt ſuprà, in hac quæſtione, D. teſtimonio ſecundo.

4. THEODORETVS in caput vndecimum prioris ad Corinthios: Illud autem, Reus erit corporis & ſanguinis, hoc ſignificat, quòd quemadmodùm tradidit ipſum Iudas, ipſi autem inſultârunt, & eum probris & conuicijs affecerunt Iudæi, ità eum ignominia & dedecore afficiunt, qui ſanctiſſimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & inceſtum os immittunt.

Iudæ & ſanguinarijs Iudæis comparãtur indignè communicãtes.

5. CASSIA-

Digitized by Google

1. Cor. 11. Explicat Apoſtoli locũ de indignè communicãtibus.

5. CASSIANVS Collatione vigeſimaſecuda, quæ eſt Abbatis Theonæ ſecunda, capite quinto: Illud Apoſtolicum formidemus: Qui manducauerit panem & biberit calicem Domini indignè &c. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus Domini: id eſt, nequaquàm illum cæleſtem cibum à communium eſcarum vilitate ſecernens, nec talem eſſe dijudicans quem non niſi pura liceat mente vel carne præſumere. Denique infert: Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi; ſpiritales ſcilicet infirmitates ac mortes ex hac ſpecialiter dicens præſumptione generari. Multi enim qui * eum illicita vſurpatione præſumunt, infirmantur fide, & imbecilli ſunt mente, paſſionum ſcilicet languoribus inuoluti, & dormiunt ſomno peccati, ab hoc ſopore lethali nequaquàm ſalutari ſolicitudine reſurgentes. Deinde ſequitur: Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur: hoc eſt, ſi noſmetipſos perceptione ſacramentorum quotieſcunque peccati vulnere præuenimur, iudicaremus indignos, impederemus vtique ſtudium, vt per pœnitudinis emendationem ad ea dignè poſſemus accedere, & non tanquàm indigni ſeueriſſimis infirmitatũ flagris caſtigaremur à Domino, vt vel ſic compuncti ad remedia noſtrorum vulnerum recurramus, nè digni præſentis ſeculi breuiſſima correptione non habiti, in futuro ſimul cum huius mundi peccatoribus condemnemur. Quod etiam in Leuitico euidenti denunciatione præcipitur: Omnis mundus manducabit carnes, & anima quæcunque comederit de carnibus ſacrificij ſalutaris quod eſt Domini, in qua eſt immunditia, peribit coram Domino.

* eum

Leuit. 22.

6. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo de miraculis, capite vigeſimoquinto: Apud caſtrum Liziniacum, quod in Pictauenſi pago ſitum eſt, nuper quidam Presbyter erat, qui mundiſſimam atque omnia mundantem Chriſti carnem & ſanguinem in altaris ſacramento frequenter officio non deuotione ſumebat, nec ab immundis tamen carnis operibus ſeſe cohibebat. Cumq; vt ſus immundus multo tempore in cœno luxuriæ verſaretur, & ſuijpſius fœtoribus delectaretur: territus conſcientiæ malo, ſicut aliquando & mali ad horã compunguntur, familiaritatem quorũdam virorum expetijt, & abbati Bonæuallis ac fratribus eiuſdem monaſterij ſe in amicitia ſpecie tenus copulauit. Qui lõgo tempore eum de vitæ emendatione commonentes, & vt ſeculo renunciaret aſſiduè exhortãtes, nihil ab eo impetrare præter inanẽ ſpem aliquando potuerunt. Nam libenter, quę dicebant, audire ſe fingens, & ſemper eos de cõuerſione ſuſpendens, de ſocietate ſanctorum illorum gloriabatur: nec admonitione vel exemplis eorum à malis retrahebatur. In his atq; alijs perditæ atq; perdendę vitæ ſuę actibus perdurans, & obſtinatione impia irã ſibi in die iræ theſaurizans, in morbũ incidit: quo poſt aliquot dies ingraueſcente, ad extrema peruenit. Adierat eum viſitationis gratia Prior iam dicti monaſterij, atq; cum eo per aliquãtum diei ſpatium, ipſo quoquè rogante, permanſerat. Et eccè nocte ſuperueniẽte, cùm cunctis diſcedentibus ſolus lecto eius aſſideret, clamare terribiliter ęger ille ad Priorẽ cœpit: Succurre, ait, ſuccurre. Eccè duo ſupra omnem feritatem expauendi leones in me impetũ faciunt, hiãti ore ac rictu feroci per fruſta diſcerpturi, me totum conſumere volunt. Deprecare citò Dominum, vt ab his eripiar, antequàm morſibus eorum conſumar. Dicebat hæc & tremebat; ac velut deuoraturos fugiens, timore defecto corpori vires addente, retrocedebat. Prior verò vocis illius ac geſtus terrore turbatus, non ſine multo & ipſe timore erat: ad preces tamen ipſa neceſſitate impellente conuerſus, pro miſero illo vt poterat Dominum exorabat. Quo orante, mutata voce æger: Benè, inquit, benè. Receſſerunt crudeles beſtiæ, & per orationes tuas iã vltrà nuſquàm apparent. Et quia vſq; ad vltimum ſpiritum ſemper compos ſui extitit, nec, vt quidã morientium ſolent, vel in modico ſenſu imminutus fuit: cõuerſus ad Priorem, loqui cum eo de quibuſlibet velut ſaniſſimus cœpit. Cumq; tam de his, quàm de alijs multa inter ſe verba conferrent, horæ ferè vnius ſpatio elapſo, rurſum inclamare longè terribiliùs quàm primò exorſus eſt: En, inquit, en ignis de cęlo vt torrẽs inundans deſcendit: & ſuper hunc lectum meũ veniens, iam iamq; me in fauillã vſq; comburet. Feſtina, adiuua, ora: ſi fortè & ab hac morte eripi valeam. Et hæc dicens, manibus & brachijs opertoria ſubleuabat, eaq; velut aliquid iuuare poſſent, inuiſibilibus ignibus turbatus opponebat. Sed nequicquàm. Non enim corporalia tegmina à ſpiritualibus incendijs tegere poterant, quę cæleſti vindictę impia opera exponebant. Prior, adaucto timore, denuò ad orationẽ conuertitur, & quantũ in tali caſu poſſibile erat, Domini miſericordiã deprecatur. Illo vt ſuprà orationi inſtãte, poſt paululum, patiens gratulationis vocibus preces eius interrupit, dicẽs: Quieſce, iã ab igne tutus ſum. Nam dum ſuper me (vt dixi) cum impetu deſcenderet, interpoſitus eſt linteus: vſq; ad quem ignis peruenit, ſed eum tranſire non potuit. Iam & ab iſto periculo ereptus, oro nè à me diſcedas, quouſque quis iſtorùm finis futurus ſit agnoſcas. Tũc Prior, qui tam timore quàm hoſpitandi neceſſitate recedere volebat, ſubſtitit: & ab oratione ſurgens, rurſum ei aſſedit. Cumq; eum tãtis terroribus anxium conſolaretur, & vterq; adinuicẽm vt priùs colloqueretur: ſubitò ęgrotus ad inuiſibilia raptus obmutuit. Prior eum raptum ab humanis intelligens, rei exitum præſtolabatur. Cùm eccè poſt multum noctis ſpatium homo ad ſe redijt, & miſerabiliter ingemiſcens, ait: Ha ha, ad iudicium æternum raptus ſum: & heu miſer æterna morte damnatus ſum. Traditus ſum horrendis tortoribus, igne inextinguibili cum diabolo & angelis eius perpetuò cruciandus. Eccè eccè, ignita ſartago plena bullienti adipe: quam coram me tormentorum miniſtri detulerunt, eamque ad me frigendum vndiquè ſuccenderunt. Et cùm Prior orationi, ſicut iam bis fecerat, tertiò quoquè incubuiſſet, ille ait: Ceſſa, ceſſa pro me orare: nec pro illo vltrà fatigeris, pro quo nullatenùs exaudieris. Priore verò dicente, Frater redi ad cor, & miſericordiam dum adhuc viuis à Deo require; ille adiecit, Putas (ait) me vt inſanum loqui? Non inſanio, ſed ſana mente quæ dixi confirmo. Et cucullam Prioris manu tenens, eum interrogauit; Nonne hoc quod manu teneo, cucullã tua eſt? Quo reſpondente, Eſt: adiunxit, Sicut hæc veſtis cuculla eſt, & ſicut hoc quod ſubſtratum mihi eſt palea eſt: ſic & hoc quod coràm cerno, ignita ſartago eſt. Et dum hæc loqueretur, gutta inuiſibilis ignis de illa quam dicebat ſartagine exiens, in manum eius Priore vidente cecidit; & mirabile dictu, cutem & carnem vſque ad intima oſſis conſumpſit. Tunc ille acri cum gemitu, En (inquit) indubia rei probatio. Nam ſicut iſta, quam vides, de ſartagine prolapſa gutta, carnis partem conſumpſit: ſic confeſtim totum me ignea vorago conſumet. Priore ad iſta ſtupente, iterùm dixit: Eccè ſartaginem ipſam miniſtri infernales propiùs afferunt, & vt me in illam inijciant, iam iámque manus adaptant. Et poſt modicum: Eccè linteum in quo iaceo vndiquè concurrentes accipiunt, & me in ignitam ſartaginem, æternam frixuram proijciunt. Hoc velut vltimum vale mox vt Priori, atque his qui ad hoc horrendum ſpectaculum conuenerant, dixit; ſubtracta voce, ac reflexa ceruice, puniendum ſpiritum condemnatis ſpiritibus tradidit. Tantus verò

Presbyter impuræ vitæ emendationem procraſtinat, & interim ſacrificare non veretur.

Aegro, leonum ſpecie, Dæmones minitantur.

Igni torrẽtis inſtar cælitus prolapſo, infelix ſacerdos terretur.

Horrendum Dei iudiciũ in impœnitentem.

Digitized by Google

Improbá vitam infelix, plerunque, mors ſequitur.

verò terror omnes inuaſit, vt ilicò vniuerſi aufugerent: neque aliqui in domo, vbi cadauer mortis remanſerat, remanere auderent. Facto manè, miſerum cadauer ſepulturæ mandatum eſt. Poſt aliquot autem dies, cùm ad vniuerſos circà poſitos hæc tam terribilis fama perueniſſet: rei veritatem probare volentes, tumulum aperuerunt, atque foſſam illam, quam in manu adhuc viuentis Presbyteri gutta prænuncia damnationis fecerat, in mortui cadauere inuenerunt. Quæ omnia, ſecundùm quod beatus Gregorius dicit, nullo modo propter ſe infelix Presbyter vidit, cui nihil viſio ipſa profecit: ſed quanta cautela ſacerdotale officium adminiſtrandum, quàm reuerenter diuina myſteria tractãda, ſuperna per eum diſpoſitio demonſtrauit.

DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Pœnitentiæ Sacramentum?

EST, in quo Sacerdotalis abſolutio à peccatis, quæ deteſtatus riteque confeſſus quis fuerit, impenditur.

Triden. ſeſſ. 14. cap. 1. & ca. 1. Item ſeſſ. 6. cap. 14. & ca. 29. Floren. & Conſtantiẽſe ſeſſ. 15. Nyſſe. in vita Moyſis. Bernar. in vita Malach.

B. Quam abſoluendi poteſtatem vt in Eccleſia certam haberemus, diuina promiſſio [a] Sacerdotibus facta hæc fuit: [b] *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Tum alio in loco, *Amen dico vobis,* inquit [c] Dominus, *quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.*

a Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. & can. 10. Amb. lib. 1. de pœniten. cap. 2. & 7. Item lib. 2. cap. 2.

b Ioan. 20. f Ibidèm Cyrill. lib. 12. cap. 56. Gregor. homil. 26. in Euang. Chryſoſt. hom. 85. in Ioan.

c Matth. 18. c Cypri. epiſt. 54. ad Cornel. Hilar. ca. 16. in Matth. Pacian. epiſt. 1. ad Sympro. Hiero. ad Heliod. epiſt. 1. cap. 7. Auguſt. lib. 20 de ciuitate Dei, cap. 9. Chryſoſt. hom. 5. de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum.

C. Ex quibus liquidò cernitur, præſtantem & conſolationis plenam Sacramenti huius efficaciam eſſe, vt quo remittantur quæcunque peccata fœd..imè perpetrata, & ſoluantur indiſcriminatìm, qui coram Deo reas habẽt conſcientias: idque Sacerdotum miniſterio ex diuina Chriſti inſtitutione. Quare Sacerdotum poteſtas & authoritas nunc longè quàm [d] olìm, eſt excellentior pluriſque facienda, vt quibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes nõ dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt, [e] Chryſoſtomo teſte. Et Auguſtinus: [f] Quid facit Eccleſia, inquit, cui dictum eſt, quæ ſolueritis, ſoluta erunt? niſi quod ait Dominus ad diſcipulos: [g] *Soluite illum, & ſinite abire?*

d Leuit. 4. e f g 5. b d 6. a 13. a 14. a Matth. 8. a Lucæ 17. d

e Chryſ. li. 3. de Sacerdotio. f Auguſt. de verbis Domini ſermo. 8. c. 1. & 2. Vide etiam ſer. 44. & in Ioan. tract. 49. Itẽ homil. 27. ex 50. & in Pſal. 101. conc. 2. g Ioan. 11. f

TESTIMONIA.

Cur inſtitutũ ſit Pœnitẽtiæ Sacramẽtum.

1. A. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta in doctrina de Sacramento pœnitentię, capite primo: Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam in Baptiſmo ipſius beneficio & gratia ſuſceptam, conſtanter tuerentur, nõ fuiſſet opus, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſſionem eſſe inſtitutum. Quoniam autẽ Deus, diues in miſericordia, cognouit figmẽtum noſtrum, (Pſal. 102.) illis etiam vitæ remedium cõtulit, qui ſeſe poſteà in peccati ſeruitutem, & Dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapſis poſt baptiſmum, beneficium mortis Chriſti applicatur. Fuit quidem Pœnitentia vniuerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tempore ad gratiam & iuſtitiam aſſequendam neceſſaria, illis etiam qui Baptiſmi Sacramento ablui petiuiſſent, vt peruerſitate abiecta & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtarentur. vndè Propheta ait: (Ezech. 18.) Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: (Luc. 13.) Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Et princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus baptiſmo initiandis, pœnitentiam commendans, (Actor. 2.) dicebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũm. Porrò nec ante aduentum Chriſti Pœnitentia erat Sacramẽtum, nec eſt poſt aduentum illius cuiquam ante baptiſmum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc pręcipuè inſtituit, cùm à mortuis excitatus, inſufflauit in diſcipulos ſuos, dicens: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, poſt baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorũ legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Nouatianos, remittendi poteſtatem olìm pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica, tanquàm hæreticos exploſit atque condemnauit. Quare veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium annunciandi, contra huiuſmodi ſacramenti inſtitutionem falsò retorquent.

Pœnitentia ſemper fuit neceſſaria ad gratiam & iuſtitiam aſſequendam.

Quãdo ſacramentum inſtitutum. Ioan. 20.

2. ET canone primo: Si quis dixerit, in catholica eccleſia Pœnitentiam non eſſe verè & propriè Sacramentum, pro fidelibus, quotiès poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.

Verè & propriè ſacramentũ à Chriſto inſtitutũ.

3. ITEM ſeſſione ſexta, capite decimoquarto: Qui verò ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſùs iuſtificari poterunt, çùm excitante Deo per pœnitentię Sacramentum, meri-

Digitized by Google

merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare curauerint. hic enim iuſtificationis modus eſt lapſi reparatio, quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti Patres aptè nuncupârunt. Etenim pro ijs qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit: Accipite ſpiritumſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vndè docendum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum, multò aliam eſſe à baptiſmali, eáque contineri non modò ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum, verùm etiam eorundem ſacramentalem confeſſionem ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem, itémque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto vnà cum culpa remittitur, ſed pro pœna temporali: quæ, vt ſacræ literæ docent, non tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperunt, ingrati ſpiritumſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. De qua ſcriptum eſt: Memor eſto vndè excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterùm: Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rursùs: Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

Secunda poſt naufragium tabula.

Inſtitutum à Chriſto ſacramentum. Ioan. 20.

Pœnitẽtia ante bapti. mũ differt ab ea quæ poſt baptiſmum requiritur.

Satisfactio fit pro pœna tẽporali. Nũ. 14. 2. Re. 12. & 24. Eph. 4. 1. Cor. 3.

Apoc. 2.

2. Cor. 7. Matth. 3. & 4. Luc. 3.

4. ITEM canone vigeſimonono: Si quis dixerit, eum qui poſt baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam reſurgere, aut poſſe quidem, ſed ſola fide amiſſam iuſtitiam recuperare ſine ſacramento Pœnitentiæ, prout ſancta Romana & vniuerſalis Eccleſia, à Chriſto Domino & eius Apoſtolis edocta, hucuſquè profeſſa eſt, ſeruauit, & docuit, anathema ſit.

Sine ſacramento Pœnitentiæ nõ recuperatur amiſſa iuſtitia.

5. CONCILIVM Florentinum: Quartum ſacramentum eſt Pœnitentia, cuius quaſi Materia, &c.

6. CONCILIVM Conſtantienſe ſeſſione decimaquinta, damnat octauum articulum Ioannis Huſs, qui ità habet, Sacerdotes quomodolibèt criminosè viuentes infideliter ſentiunt de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ.

7. GREGORIVS Nyſſenus libro de vita Moyſis, ſiue de vita perfecta: Moyſes rursùs per lapidem inundare aquis eremum fecit: quę res, quantum qualeq́; ſit pœnitentiæ ſacramentum, docet. Nam qui poſtquàm ſemel biberunt è lapide, quanuìs ad ventrem & Aegyptias voluptates lapſi, bonorum priuatione, ac doloris perpeſſione in deſerto condemnentur: poſſunt tamen virtute pœnitentiæ, lapidem, quem dereliquerunt, inuenire, ac fontes quos delinquendo obſerârunt, pœnitendò reſerare.

Pœnitentiæ ſacramentũ.

8. BERNARDVS in vita ſancti Malachię epiſcopi Hyberniæ: Vſum ſaluberrimum confeſſionis, ſacramentum Confirmationis, contractum coniugiorum: quę omnia aut ignorabant, aut negligebant, Malachias de nouo inſtituit.

Trium ſacramentorum vſum reſtituit in Hybernia Malachias.

1. B. CONCILIVM Tridentinum, ſeſſione decimaquarta in doctrina de ſacramento Pœnitentię, capite ſexto: Circa Miniſtrum autem huius ſacramenti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitùs alienas doctrinas oẽs, quæ ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos & ſacerdotes, Clauium miniſterium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini: Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo: & quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo: &, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt: ad omnes Chriſti fideles indifferẽter & promiſcuè, contra inſtitutionem huius ſacramenti, ità fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, cuicunq; factam. Docet quoquè, etiam ſacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem ſpiritusſancti, in ordinatione collatam, tanquàm Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eosq; prauè ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contẽdunt. Quanuìs autem Abſolutio ſacerdotis, alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolùm nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronunciatur, atque ideò non debet pœnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiamſi nulla illi adſit contritio, aut ſacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi, deſit, putet tamen ſe, propter ſuã ſolam fidem, verè & coram Deo eſſe abſolutum. nec enim fides ſine pœnitentia remiſſionem vllam peccatorum pręſtaret: nec is eſſet niſì ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui ſacerdotem ioco ſe abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem, ſedulò requireret.

Miniſter huius ſacramẽti quis ſit.

Matth. 18.

Ioan. 20.

Etiã mali ſacerdotes habent miniſterium Clauiũ.

Actus iudicialis inſtar.

2. IBIDEM canone decimo: Si quis dixerit, ſacerdotes qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluendi non habere, aut non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem duntaxàt, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, anathema ſit.

Matth. 18.

Ioan. 20.

3. AMBROSIVS libro primo de Pœnitentia, capite ſecundo: Sed aiunt ſe Domino deferre reuerentiam, cui ſoli remittendorum criminum poteſtatem reſeruent. Immò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius volunt mandata reſcindere, commiſſum munus refundere. Nam cùm ipſe in Euangelio ſuo dixerit Dominus Ieſus: Accipite ſpiritumſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, detenta erunt: quis eſt ergò qui magìs honorat, vtrùm qui mandatis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroque ſeruat obedientiam, vt peccatum & alliget, & relaxet. Hæreſis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare quod non reſoluat, non vult ſoluere quod ligauit: in quo ſe ſuámque ſententiam ſua damnat ſententia. Dominus enim par ius & ſoluendi eſſe voluit & ligandi, qui vtrunque pari conditione permiſit. Ergò qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi habet. Sicut enim ſecundùm Dominicam ſententiam, qui ligandi ius habet, & ſoluẽdi habet: ità iſtorum aſſertio ſeipſam ſtrangulat, vt quia ſoluendi ſibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodò igitur poteſt alterum licere, alterum non licere? Quibus donatum eſt vtrunque, aut vtrunque licere manifeſtum eſt, aut vtrunque nõ licere certum eſt: Eccleſiæ autem vtrunq; licet, hęreſi vtrunque non licet. Ius enim hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. Rectè igitur hoc Eccleſia vindicat, quę veros Sacerdotes habet: hæreſis vindicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei non habet. Non vindicando autem ipſa de ſe pronunciat, quòd cùm Sacerdotes non habeat, ius ſibi vindicare non debeat ſacerdotale: Ità in impudenti contumacia pudentem cernimus confeſſionem. Spectat etiam illud, quoniam qui ſpiritumſanctum accepit, & ſoluendi peccati poteſtatem, & ligandi accepit. Sic enim ſcriptum eſt: Accipite ſpiritumſanctũ: quorum remiſeritis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, detenta erunt: Ergò qui ſoluere non

Nouatianorũ hæreſim quæ ſacerdotibus adimebat poteſtatẽ remittẽdi crimina, impugnat. Ioan. 20.

Par ius ligãdi & ſoluẽdi ſacerdotibus à Chriſto conceſſum.

Ioan. 20.

poteſt

Digitized by Google

poteſt peccatum, nō habet ſpiritumſanctum. Munus enim ſpiritusſancti eſt officium ſacerdotis: ius autem ſpiritusſancti in ſoluendis ligandíſque criminibus eſt: Quomodò igitur munus eius vindicant, de cuius diffidunt iure & poteſtate? Quid, quòd inſolentiores ſunt? Nam cùm ad miſericordiam promptior, quàm ad ſeueritatem ſit ſpiritus Dei, quod ait ſe velle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt: cùm vindicare iudicis ſit, remittere miſericordis. Tolerabiliùs igitur Nouatiane remitteres, quàm ligares. Aliud enim quaſi delinquendi * parcus vſurpares, aliud quaſi ærumnæ cōpaſſus ignoſceres. Sed aiunt ſe exceptis grauioribus criminibus, relaxare veniā leuioribus. Non hoc quidē author veſtri erroris Nouatianus ait, qui nemini pœnitētiam dandā putauit, ea ſcilicet contemplatione, vt quod ipſe non poſſet ſoluere, non ligaret, nè ligando ſperari à ſe faceret ſolutionem. In eo igitur patrem veſtrū propria damnatis ſententia, qui diſtinctionem peccatorum facitis, quæ ſoluenda à vobis putetis, & quę ſine remedio eſſe arbitremini. Sed Deus diſtinctionem non facit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine vlla exceptione conceſſit. Sed qui culpam exaggerauit, exaggeret & pœnitentiam. Maiora enim crimina, maioribus abluuntur fletibus. Ità nec Nouatianus probatur, qui veniam intercluſit omnibus: nec vos eius diſcipuli, imitatores eiuſdem & condemnatores, qui ibi minuitis ſtudia pœnitentiæ, vbi augeri oportet, quia grauiora peccata maioribus ſuſtentanda fulcris docuit Chriſti miſericordia. Quæ autem iſta peruerſitas eſt, vt vobis vindicetis poſſibilia conceſſu, Deo (vt ipſi dicitis) impoſſibilia reſeruetis? hoc eſt, ſibi eligere cauſas ignoſcendi, Deo materiam ſæuiendi relinquere. Et vbi eſt illud? Sit autem Deus verax, omnis homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris? Vt cognoſcamus igitur Deum miſericordiæ magìs indulgentem eſſe quàm ſeueritatis tenacem, ipſe ait: Miſericordiam mālo, quàm ſacrificium.

* aliàs, parte

Maiora crimina maioribus fletibus abluuntur.

Rom. 3.

Pſal. 50.

Oſeæ 6.

4. ET capite ſeptimo: Vult Dominus plurimùm poſſe diſcipulos ſuos, vult à ſeruulis ſuis ea fieri in nomine ſuo, quæ faciebat ipſe poſitus in terris. Deniquè ait: Et maiora his facietis. Dedit vt mortuos ſuſcitarent. Et cùm ipſe Saulo reddere poſſet vſum videndi, eum tamen ad Ananiam diſcipulum ſuum miſit, vt eius benedictione Saulo refunderentur oculi quos amiſerat. Petrum quoquè ſecum in mari iuſſit ambulare: & quia titubauit, repræhendit ilicò, eò quòd dona gratiarum fidei pauxillitate minuiſſet. Dedit enim diſcipulis, vt lux mundi eſſent per gratiam, qui erat ipſe lux mundi. Et quia deſcenſurus eſſet è cælo & in cælum aſcenſurus, Eliam ad cælum leuauit, indè eum terrris placito redditurus tempore. Baptizaturus quoquè in ſpirituſancto & igni, per Ioannem baptiſmatis ſacramenta præmiſit. Omnia deniquè donauit diſcipulis ſuis, de quibus ait: In nomine meo dæmonia eijcient &c. Omnia ergò dedit: ſed nulla in his hominis poteſtas eſt, vbi diuini muneris gratia viget. Cur ergò manus imponitis, & benedictionis opus creditis, ſi quis fortè reualuerit ægrotus? Cur præſumitis aliquos à colluuione diaboli per vos mundari poſſe? Cur baptizatis, ſi per hominem peccata dimitti non licet? In baptiſmo vtiquè remiſſio peccatorum omnium eſt. Quid intereſt, vtrùm per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius ſibi datum ſacerdotes vindicent? vnum in vtroque miniſterium eſt. Sed dices, quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? nónne Dei nomen operatur? Quid ergò? vbi vultis vindicatis vobis Dei gratiam, vbi vultis repudiatis? Sed hoc inſolentis arrogantiæ, non ſancti timoris eſt, vt faſtidio vobis ſint qui volunt agere pœnitētiam. Perpeti videlicet flentium lachrymas non poteſtis. Non ferunt oculi veſtri vilia veſtimentorum, illuuiem ſordidatorum.

Suā poteſtatem Deus hominibus cōmunicauit.

Ioan. 14.

Actor. 9.

Matth. 14.

Matth. 5.

Ioan. 8.

4. Reg. 2.

Matth. 3.

Mar. 16.

Contra Nouatianos.

Idem ius ſacerdotibus in ſacramento Baptiſmi & pœnitentiæ.

5. IDEM libro ſecundo de pœnitentia, capite ſecundo: Poſſem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc quod ſcribitur ad Hebræos, de pœnitentia dictum putat, quia quæ impoſſibilia ſunt homini, poſſibilia ſunt apud Deum: & potens eſt Deus quando vult donare nobis peccata, etiam quæ putamus nō poſſe concedi. Et ideò quod nobis impoſſibile impetratu videtur, Deo donare poſſibile eſt. Nā & impoſſibile videbatur, vt peccatum ablueret aqua. Deniquè Naaman Syrus lepram ſuam mundari per aquam poſſe non credidit. Sed quod impoſſibile erat, fecit Deus poſſibile eſſe, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter impoſſibile videbatur per pœnitentiam peccata dimitti. Conceſſit hoc Chriſtus Apoſtolis ſuis, quod ab Apoſtolis ad ſacerdotum officia tranſmiſſum eſt. Factum eſt igitur poſſibile, quod impoſſibile videbatur.

Heb. 6.

4. Reg. 5.

Ab Apoſtolis ad ſacerdotū officia tranſmiſſa poteſtas remittendi peccata.

6. IOANNIS vigeſimo: Accipite Spiritū ſanctum, &c. vt in textu.

7. CYRILLVS Alexandrinus libro duodecimo in Ioānem, capite quinquageſimoſexto: Quomodò igitur (dicet quiſquam) ſi tunc aberat Thomas, quando Chriſtus ſufflans dixit, Accipite ſpiritumſanctum, ſpiritus ipſe particeps factus eſt? Dicimus igitur virtutem ſpiritus ex intentione dantis Chriſti, in omnes diſcipulos pertranſiſſe: non enim quibuſdam, ſed omnibus diſcipulis dedit. Quare libertate dantis, non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes Apoſtoli ſpiritumſanctum acceperunt. Quòd autem non violenta, ſed tuta veráque iſta ratio ſit, authoritate ſanctæ ſcripturæ monſtrabimus. Iuſſit Deus quondàm Moyſi ſeptuaginta ſeniores Iudæorum eligere. Dixit autem de ſpiritu, qui erat in Moyſe, ablaturum ſe atque impoſiturum in illis. Quum verò duo Heldad & Medad de ſeptuaginta, &c. Et quibuſdam interiectis: Qua igitur ratione, diuinæ naturæ dignitatem ac poteſtatem diſcipulis ſuis ſaluator largitus eſt? quia certè abſurdum non eſt peccata remitti poſſe ab illis, qui ſpiritumſanctum in ſeipſis habeant. Nam cùm ipſi remittunt aut detinent, ſpiritus qui habitat in eis, per eos remittit & detinet. Erit autem id per eos duobus, vt arbitror, modis: primùm baptiſmo, deindè pœnitentia. Nam aut credentes, & vitæ ſanctimonia probatos homines, ad baptiſmum inducūt, & indignos indè diligenter expellunt: aut eccleſię filios peccantes quidem increpant, pœnitētibus autem indulgent. Sicut Paulus olim fornicantem apud Corinthios, in perniciē carnis tradebat, vt ſpiritus eius ſaluaretur: recepítque rursùs, nè maiore ſubmergeretur dolore. Quum igitur ſpiritus Chriſti habitans in hominibus, veri Dei operationem efficiat, quomodò non erit natura Deus, qui naturaliter poteſtatem diuinæ naturę ac dignitatem poſſidet, quum in diuinam legem eximiam habeat authoritatem?

An B. Thomas etiā abſens acceperit ſpiritum ſanctū & poteſtatē remittēdi peccata.

Num. 11.

Sacerdotes per ſacramētum baptiſmi & pœnitētiæ peccata condonant.

1. Cor. 5.

8. GREGORIVS homilia vigeſimaſexta in Euangelia, in ea verba, Quorum remiſeritis peccata &c. Eccè nō ſolùm de ſemetipſis ſecuri fiunt, ſed etiam alienæ obligationis poteſtatem relaxationis accipiunt: principatúmque ſuperni iudicij ſortiuntur: vt vice Dei, quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent. Sic ſic eos à Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo conſenſerant humiliari. Eccè qui diſtrictum Dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt: & alios damnāt vel liberant, qui ſemetipſos damnari metuebant. Horum profectò nunc in Eccleſia Epiſcopi locum tenent. Ligandi atque ſoluendi authoritatem ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur. Grandis honor, ſed graue pōdus iſtius eſt honoris. Durum

Principatus ſuperni iudicij.

Animarū iudices Apoſtoli & Epiſcopi conſtituti.

Aa quip-

quippe eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex vitæ fiat alienæ.

Ioan. 20.

Poteſtas & gratia ſpiritalis ad remittenda peccata Apoſtolis donata eſt.

9. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimaquinta in Ioannem: Non dixit, Accepiſtis: ſed, Accipite Spiritum ſanctum. Non tamen quiſpiam erraret, ſi tunc Apoſtolos poteſtatem quandam & gratiam ſpiritualem accepiſſe diceret, non tamen vt mortuos ſuſcitarent, & virtutes oſtenderent, ſed vt peccata dimitterent: differentes enim ſunt gratiæ ſpiritus: quare addidit, Quorumcunque remiſeritis peccata, remiſſa ſunt: oſtendens quod virtutis genus largiatur. Poſt quinquaginta autem dies, ſignorum operationem acceperũt, ideò inquit: Accipietis virtutem venientis in vos Spiritus ſancti, & eritis mihi teſtes: Per ſigna ſcilicet. Eſt enim inenarrabilis ſpiritus gratia, & multiplex donum.

Actor. 1.

10. MATTHAEI decimooctauo: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, &c. vt in textu.

Lib. 1. epiſt. 2.

11. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaquarta ad Cornelium: Ipſe legem dedit, vt ligata in terris etiam in cælis ligata eſſent: ſolui autem poſſent illic, quæ hîc priùs in Eccleſia ſoluerentur.

Iudicium terreſtre præcedit cæleſtem ſententiam.

12. HILARIVS canone decimoſexto in Matthæum: O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris aut ligata ſunt aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant & in cælo.

Quod Deus per ſacerdotes ſuos facit, in remiſſione peccatorum, ipſius poteſtas eſt.

Matth. 16.

Nõ ſolis Apoſtolis conceſſa eſt ea poteſtas.

13. PACIANVS Epiſcopus ad Sympronianum Nouatianũ epiſtola prima: Nunquàm Deus non pœnitẽti comminaretur, niſi ignoſceret pœnitenti. Solus hoc, inquit, Deus poterit. Verum eſt: ſed & quod per ſacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas eſt. Nam quid eſt illud quod Apoſtolis dicit: Quæ ligaueritis in terris, ligata erunt & in cęlis: & quęcunq; ſolueritis in terris, ſoluta erunt & in cælis? Cur hoc, ſi ligare hominibus ac ſoluere non licebat? an tantùm hoc ſolis Apoſtolis licet? Ergo & baptizare ſolis licet, & ſpiritum ſanctũ dare ſolis, & ſolis gentium peccata purgare: quia totum hoc non alijs, quàm Apoſtolis, imperatum eſt? Quòd ſi vno in loco, & reſolutio vinculorũ, & ſacramenti poteſtas datur: aut totum ad nos ex Apoſtolorum forma & poteſtate deductum eſt, aut nec illud ex decretis relaxatum eſt. Ego, inquit, fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Hoc ergò ſuperædificamus, quod Apoſtolorum doctrina fundauit. Deniquè & Epiſcopi, Apoſtoli nominantur: ſicut de Epaphrodito Paulus ediſſerit. Fratrem & commilitonem, inquit, meum, veſtrum autẽ Apoſtolum. Si ergò & lauacri, & chriſmatis poteſtas, maiorum longè chariſmatum, ad Epiſcopos indè deſcendit: & ligandi quoquè vis adfuit, atque ſoluendi. Quod etſi nos id ob noſtra peccata temerariè vindicamus, Deus tamen illud, vt ſanctis & Apoſtolorum cathedram tenentibus, nõ negabit, qui Epiſcopis etiam vnici ſui nomen indulſit. Nemo Epiſcopum hominis contemplatione deſpiciat. Recordemur, quòd Petrus Apoſtolus Dominum noſtrum Epiſcopũ nominârit: Sed conuerſi, inquit, modò ad Epiſcopum, & paſtorem animarum veſtrarum. Quid Epiſcopo negabitur, in quo Dei nomen operatur? Reddet quidem ille rationem, ſi quid perperàm fecerit, vel ſi corruptè & impiè iudicârit. Nec præiudicatur Deo, quò minùs mali ædificatoris opera reſcindat: intereà, ſi pia illa adminiſtratio eſt, adiutor Dei operũ perſeuerat. Eccè Apoſtolus ad laicos ſcribit: Si cui quid donatis, & ego. nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vt non poſſideatur à Satana. non enim verſutias eius ignoramus. Si autem quod laici donant, Apoſtolus donâſſe ſe dicit: quod Epiſcopus fecerit, qualiter reſpuetur? Ergò nec chriſma, nec baptiſma, nec criminum remiſſio, nec innouatio corporis ſanctæ poteſtati eius indulta eſt: quia nihil propria vſurpatione mandatum eſt, totumq; id ex Apoſtolico iure defluxit.

1. Cor. 3.

Epiſcopi vocantur Apoſtoli.

Philip. 2.

Chriſmatis poteſtas ab Apoſtolis ad Epiſcopos deſcendit.

Etiam malis Epiſcopis facultas dimittendi peccata eſt cõceſſa.

1. Pet. 2.

2. Cor. 2.

Poteſtas omnis Epiſcoporum ex Apoſtolico iure defluxit.

14. HIERONYMVS epiſtola prima ad Heliodorũ capite ſeptimo: Abſit vt de his quidquam ſiniſtrũ loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos & nos Chriſtiani ſumus. Qui claues regni cælorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant: qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruant.

Sacerdotes ante iudicij diẽ quodammodò iudicant.

15. AVGVSTINVS libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite nono, ea verba Apocalypſis exponens, Et vidi ſedes & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt: Non hoc putandum eſt de vltimo iudicio dici, ſed ſedes præpoſitorum, & ipſi præpoſiti inelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum, nullum meliùs accipiendum videtur, quàm id quod dictum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt & in cęlo: & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo. Vndè Apoſtolus: Quid enim mihi eſt, inquit, de his, qui foris ſunt iudicare? Nónne de his qui intùs ſunt, vos iudicatis?

Apoc. 20.

Iudicium in Eccleſia.

Matth. 18.

1. Cor. 5.

16. CHYSOSTOMVS homilia quinta de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum: Quanquàm nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo obcinctus eſt: tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt, nec vltra poteſtatem hanc prætereà quidquam habet authoritatis. Verùm ſacerdoti thronus in cælis collocatus eſt, & de cæleſtibus negocijs pronunciandi habet authoritatem. Quis hæc dicit? Ipſe cælorum rex: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erũt ſoluta & in cęlis. Quid cum hoc honore conferri poſſit? A terra iudicandi principalem authoritatem ſumit cælum. Nam iudex ſedet in terra, Dominus ſequitur ſeruum, & quidquid hic in inferioribus iudicârit, hoc ille in ſupernis comprobat.

De cęleſtibus prõnũciandi authoritas.

Matth. 18.

Cælum iudicandi authoritatẽ ſumit à terra.

1. C. LEVITICI quarto: Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur: & poſteà intellexerit peccatum ſuum, offeret hoſtiam Domino, hircum de capris immaculatum. Ponetq; manum ſuam ſuper caput eius: cumq; immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtum corã Domino, quia pro peccato eſt, tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquũ fundens ad baſim eius. Adipem verò adolebit ſupra altare, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitq; pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum ſuum, offeret caprã immaculatam. Ponetq; manus ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti. Tolletq; ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tangẽs cornua altaris holocauſti, reliquũ fundet ad baſim eius. Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis Domino: rogabitq; pro eo, & dimittetur ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimã pro peccato, ouem ſcilicet immaculatam: ponet manum ſuper caput eius, & immolabit eam in loco vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ. Sumetq; ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. Omnem quoquè adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis, cremabit ſuper altare incenſum Domini: rogabitq; pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei.

2. DEINDE capite quinto: Anima quę iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel malè quid faceret,

Digitized by Google

ret, vel benè, & idipſum iuramēto & ſermone firmauerit, oblitaq́ poſteà intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam ſiue capram, orabitq́ pro ea ſacerdos & pro peccato eius: ſin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, vnū pro peccato, & alterum in holocauſtum, dabitq́ eos ſacerdoti. Qui primum offerēs pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ità vt collo adhæreat, & non penitùs abrumpatur. Et aſperget de ſanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum eius, quia pro peccato eſt. Alterum verò in holocauſtū adolebit, vt fieri ſolet: rogabitq́ pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Et paulò pòſt: Anima ſi præuaricans cæremonias, per errorem in his quæ Domino ſunt ſanctificata, peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, iuxta pondus ſanctuarij: ipſumq́ quod intulit damni reſtituet, quintam partem ponet ſuprà, tradens ſacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. Anima ſi peccauerit per ignorantiam, feceritq́ vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuā, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram æſtimationemq́ peccati: qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Domino.

3. ITEM capite ſexto: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, calumniam fecerit, ſiue rem perditam inuenerit, & inficians inſupèr peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus ſolent peccare homines, conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintā inſupèr partem domino, cui damnum intulerat. Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum ſacerdoti, iuxta æſtimationem menſuramq́ delicti: qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro ſingulis, quæ faciendo peccauit.

4. ET decimotertio: Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, id eſt, plaga lepræ, adducetur ad Aaron ſacerdotē, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſamq́ ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ eſt, & ad arbitrium eius ſeparabitur. Sin autem lucens candor fuerit, &c. Et poſt pauca: Quòd ſi rurſùm caro verſa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, conſiderabit eum ſacerdos, & mundum eſſe decernet. Iterùm: Porrò ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem ſanatum eſſe, & confidenter eum pronunciet mundum.

5. ITEM capite decimoquarto: Locutusq́ eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt: Adducetur ad ſacerdotem, qui egreſſus de caſtris cùm viderit lepram eſſe mundatam, præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculúmque & hyſſopum. & vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem viuū cùm ligno cedrino & cocco & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo adſperget illum qui mundandus eſt, ſeptiès, vt iure purgetur: & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet, &c. Rogabitq́ pro eo ſacerdos coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato. tunc immolabit holocauſtū, & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur, &c.

6. MATTHAEI octauo: Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

7. LVCAE decimoſeptimo: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt.

8. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Corporis lepram purgare, ſeu veriùs dicam, haud purgare quidem, ſed purgatos probare, Iudæorum ſacerdotibus ſolis licebat: neque neſcis quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt: quare iudicio quidem meo, qui iſtos deſpiciunt, contemnúntque, multo ſceleratiores ac maiori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathan vnà cum ſuis omnibus.

Nō tam probant purgatā animæ leprā Sacerdotes, quàm purgāt.

9. AVGVSTINVS de verbis Domini, ſermone octauo, capite primo: Quis peccatorē mortuum in peccatis reſuſcitabit, niſì qui ſemoto lapide clamauit, dicens: Lazare, prodi foràs? Quid eſt autem foràs prodire, niſì quod occultum erat foràs prodere? Qui confitetur, foràs prodit. Foràs prodire non poſſet, niſì viueret. Viuere non poſſet, niſì reſuſcitatus eſſet. Ergò in confeſſione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. CAPITE ſecundo: Dicit ergò aliquis; Quid prodeſt Eccleſia, ſi iam cōfeſſor voce Dominica reſuſcitatus prodit? Quid prodeſt Eccleſia confitenti, cui Dominus ait, Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo? Ipſum Lazarum attende: cum vinculis prodit. Iam viuebat confitendo, ſed nōdùm liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergò facit Eccleſia, cui dictum eſt, Quæ ſolueritis, ſoluta erunt; niſì quod ait Dominus continuò ad diſcipulos, Soluite illum & ſinite abire?

Ioan. 11.

Comparatur peccator pœnitens cū Lazaro reſuſcitato, & Eccleſia cum Apoſtolis eū ſoluentibus.

Matth. 18.

10. ITEM de verbis Domini, ſermone quadrageſimoquarto, capite ſexto: Opus eſt ergò vt qui reuixit, ſoluatur, & ire permittatur. Hoc officium diſcipulis dedit, quibus ait: Quæ ſolueritis in terra, ſoluta ſunt & in cælo. Matth. 18.

11. ET tractatu quadrageſimonono in Ioānem: Quid eſt procedere, niſì ab occultis velut exeundo manifeſtari? Sed vt confitearis, Deus facit magna voce clamando, id eſt, magna gratia vocando. Ideò cùm proceſſiſſet mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus; vt ſoluerentur peccata eius, miniſtris hoc dixit Dominus, Soluite illum & ſinite abire. Quid eſt, ſoluite & ſinite abire? Quę ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo. Matth. 18.

12. RVRSVM in libro quinquaginta homiliarum, homilia vigeſimaſeptima, capite tertio: Eleuatus eſt Lazarus, proceſſit de tumulo: & ligatus erat, ſicut ſunt homines in confeſſione peccati agentes pœnitentiam. Iam proceſſerunt à morte; nam, non confiterentur, niſì procederent. Ipſum confiteri, ab occulto & tenebroſo procedere eſt. Sed quid Dominus Eccleſiæ ſuæ? Quæ ſolueritis, inquit, in terra, ſoluta erunt & in cælo. Proindè Lazaro procedente, quià impleuit Dominus miſericordiæ ſuæ bonum, perducere ad confeſſionem mortuum latentem, putentem, iam cætera *implet Eccleſiæ miniſteria, Soluite illum & ſinite abire.

Ioan. 11. Matth. 18.

* for. implēt, vel, miniſterio.

13. IDEM in pſalmum centeſimum primum concione ſecunda: Quid prodeſſet Lazaro, quia proceſſit de monumento, niſi diceretur, Soluite eum & ſinite abire? Ipſe quidem voce de ſepulcro ſuſcitauit, ipſe clamando animam reddidit, ipſe terrenam molem terreno ſepulcro impoſitam vicit, & proceſſit ille vinctus. Non ergò pedibus proprijs, ſed virtute producentis: fit hoc in corde pœnitentis. Cùm audis hominem pœnitere peccatorum ſuorum, iam reuixit: cùm audis hominem

Ioan. 11.

Vide etiam Ambroſium lib. 2. de pœnitētia, ca. 7.

Matth. 18.

confitendo proferre conſcientiam, iam de ſepulcro eductus eſt, ſed nondùm ſolutus eſt. Quando ſoluitur? A quibus ſoluitur? Quæ ſolueritis, inquit, in terra, erunt ſoluta & in cælo. Meritò per Eccleſiam dari ſolutio peccatorum poteſt: ſuſcitari autem ipſe mortuus non niſi intùs clamante Domino poteſt. Hæc enim Deus interiùs agit.

14. IOANNIS vndecimo, vt in textu.

II.

Cur opùs eſt Pœnitentiæ Sacramento?

Amb. lib. de pœnitentia 1. & 2. Aug. lib. 1. de adul. côiug. ca. 28. & lib. 2. c. 16. Côcil. Lateran. can. 1. Triden. cap. 2. ſeſſ. 14. Item Floren. Hier. lib. 2. aduersùs Pelag.

A. VT homo poſt baptiſmum relapſus, & inimicus Dei factus, per hoc Sacramentum remiſſione peccatorum accepta, Deo reconcilietur, & ex mortuo viuus, ex impioque iuſtus efficiatur.

a Pacian. epiſt. 1. ad Sympr. Hiero. in cap. 3. Eſa. & epi. 8. ad Demetriad. de ſeruan. virg. cap. 6. Ambroſ. ad virgin. lapſam cap. 8. Triden. ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. câ. 2. Tertull. de pœnitê. cap. 7. Ezechiel. 18. g & 33. c

B. Vndè Patres [a] pœnitentiam non temerè ſecundam poſt naufragium Tabulam vocant, qua ſcilicet ex vortice mortalis peccati tanquàm è naufragio ſubuehi, & in gratiam amicitiamque Dei transferri vnuſquiſque poſſit, quantumlibèt multis magniſque criminibus prægrauatus.

TESTIMONIA.

1. A. AMBROSIVS ſcripſit duos integros libros de pœnitentia, de quibus ità loquitur in pſalmum triceſimumſeptimum ſcribens, in præfatione: De pœnitentia duos iamdudùm ſcripſi libellos: & iterùm ſcribêdum arbitror. Primùm, quia vtile eſt vel quotidiè veniam delictorum precari: deindè, quoniam in illis duobus libellis, adhortatio pœnitentiæ vel profectus eſt, ſi geratur: nunc autem quemadmodùm agi pœnitentia debeat, exprimendum eſt. Nihil enim prodeſt agere, niſi ità agatur vt oportet.

Nihil prodeſt agere pœnitentiam, niſi ità agatur vt oportet.

2. AVGVSTINVS libro primo de adulterinis coniugijs, capite vigeſimooctauo: Quæ autem baptiſmatis, eadem reconciliationis eſt cauſa, ſi fortè pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupauerit. Nec ipſos enim ex hac vita ſine arra ſuæ pacis exire velle debet mater Eccleſia.

Vt non regeneratis baptiſmus, ità lapſis hoc ſacramentum neceſſariû eſt

3. IDEM libro ſecundo, capite decimoſexto: Si autem accuſando adulteram occiderit, hoc peccatum quoniam tranſactum eſt, & in eo non permanetur, & ſi à catechumeno factû eſt, baptiſmate abluitur: & ſi à baptizato, pœnitentia & reconciliatione ſanatur.

Homicidium à baptizato commiſſum, reconciliatione ſanatur, ſicut à nô baptizato per baptiſmum abluitur.

4. CONCILIVM Lateranenſe magnum canone primo: Si poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari.

5. CONCILIVM Tridentinum capite ſecundo, ſeſſione decimaquarta: Cæterùm hoc ſacramentum multis rationibus à baptiſmo differre dignoſcitur. Nam præterquàm quòd materia & forma, quibus ſacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſidet: côſtat certè baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere: cùm eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non priùs in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Quid enim mihi, inquit Apoſtolus, de ijs qui foris ſunt iudicare? Secùs eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus lauacro baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit: nam hos, ſi ſe poſteà crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito baptiſmo ablui, cùm id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat, ſed ante hoc tribunal tanquàm reos ſiſti voluit, vt per ſacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quotiès ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius eſt prætereà baptiſmi, & alius pœnitentiæ fructus, Per baptiſmum enim Chriſtum induentes, noua prorsùs in illo efficimur creatura, plenam & integrâ peccatorum omnium remiſſionem conſequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem, per ſacramentum pœnitentiæ ſine magnis noſtris fletibus & laboribus, diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequaquàm poſſumus, vt meritò pœnitentia, laborioſus quidam baptiſmus à ſanctis patribus dictus fuerit. Eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, vt nondùm regeneratis ipſe baptiſmus.

Pœnitentiæ ſacramentû à baptiſmo quid differat. Prima differentia. Secunda.

1. Cor. 5.

Tertia, ex parte effectus.

Laborioſus baptiſmus pœnitentia. Damaſ. lib. 4. cap. 10.

Lapſis hoc ſacramentum neceſſarium ad ſalutê, vt non regeneratis baptiſmus.

6. CONCILIVM Florentinum: Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio à peccatis.

7. HIERONYMVS libro ſecundo aduersùs Pelagianos, adfert multa ſcripturæ teſtimonia, quibus pœnitentia ab effectu ſuo commendatur.

1. B. PACIANVS epiſtola prima ad Sympronianum Nouatianum: Pigeat ſanè peccare, ſed pœnitere non pigeat: pudeat periclitari, ſed non pudeat liberari. quis naufrago tabulã, nè euadat, eripiet? quis ſanandis vulneribus inuidebit?

Pœnitentia comparatur tabulæ quam naufragus amplectitur.

2. HIERONYMVS in caput tertium Eſaiæ: Secunda enim poſt naufragium tabula, pœnitentia eſt: & conſolatio miſeriarum, impietatem ſuam abſcondere.

Pœnitêtia eſt ſecunda poſt naufragium tabula.

3. IDEM epiſtola octaua ad Demetriadem de ſeruanda virginitate, capite ſexto: Pœnitêtia quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris tabula ſit: in virgine, integra ſeruetur nauis.

Secunda tabula.

4. AMBROSIVS ad virginem lapſam capite octauo: Pœnitudo neceſſaria eſt, ſicut vulneratis ſunt neceſſaria medicamina. Sed quanta putas & qualis neceſſaria pœnitentia, quę aut æquet crimina, aut certè excedat? Pœnitentia non verbis agenda eſt, ſed & actu. Cùm animo conceperis, non aliud remedium conſtitutum eſſe poſt baptiſmum, quàm pœnitentiæ ſolatium, quantamuis afflictionem, quantumuis laborem & indecorem ſubire eſto contenta: dummodò ab æternalibus pœnis libereris. Et poſt pauca: Sed tu quæ iam ingreſſa es agonem pœnitentiæ, inſiſte miſera fortiter, inhære tanquàm naufragus tabulæ, ſperás per ipſam te de profundo criminum liberari

Inhærendum pœnitêtiæ vt naufragus tabulæ.

5. CONCILIVM Tridêtinum ſeſſione ſexta, capite decimoquarto: Lapſi reparationem ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti patres aptè nuncupârunt.

Tabula ſecûda deperditę gratiæ poſt naufragium.

6. ITEM ſeſſione decimaquarta, canone ſecundo: Si quis ſacramenta confundens, ipſum baptiſmum pœnitentiæ ſacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque ideò pœnitentiam non rectè ſecundam poſt naufragium tabulam appellari, anathema ſit.

7. TERTVLLIANVS in libro de pœnitentia capite ſeptimo: Nemo idcircò deterior ſit, quia Deus melior eſt, totiés delinquêdo, quotiés ignoſcitur. Cæterùm finem vtiquè euadendi habebit, cùm offendendi non habebit. Euaſimus ſemel, hactenùs periculoſis noſmetipſos inferamus, etſi iterùm euaſuri videmur. Plerique naufragio liberati, exindè repudium & naui & mari dicunt; & Dei beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterùm diuinæ miſericordiæ

Non ideò peccâdum, quia Deus ad ignoſcendum pœnitêtibus facilis eſt.

oneri

Digitized by Google

onerreſſe; formidant videri inculcare, quod conſecuti ſunt: bona certè ſollicitudine iterùm experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere. Itá modus temeritatis, teſtatio eſt timoris. Timor autem hominis, Dei honor eſt. Sed enim peruicaciſſimus hoſtis ille, nunquàm malitiæ ſuæ ocium facit. Atquin tūc maximè ſæuit, cùm hominem plenè ſentit liberatum; tunc plurimùm accenditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiſcat neceſsè eſt, venia peccatorum permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò ſuæ eraſos. Dolet, quòd ipſum & angelos eius, Chriſti ſeruus ille peccator iudicaturus eſt. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet, ſi qua poſſit aut oculos cōcupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſecularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine euertere, aut à via certa peruerſis traditionibus detorquere: non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena eius prouidens Deus; clauſa licèt ignoſcentiæ ianua, & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patére. Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat; ſed iam ſemel, quia iam ſecundò; ſed ampliùs nunquàm, quia proximè fruſtrà. Non enim & hoc ſemel ſatis eſt? Habes quod iam non merebaris; amiſiſti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia Domini accommodat vndè reſtituas quod amiſeras; iterato beneficio gratus eſto, nedùm ampliato: maius eſt enim reſtituere, quàm dare; quoniam miſerius eſt perdidiſſe, quàm omninò non accepiſſe. Verùm non ſtatim ſuccidendus ac ſubruendus eſt animus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit: pigeat ſanè peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat: pigeat iterùm periclitari, ſed non iterùm liberari. Neminem pudeat. Iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum exiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem.

Poſt baptiſmum ſupereſt pœnitentiæ remediū tanq̃ altera ianua ad indulgentiam.

8. EZECHIELIS decimooctauo: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.

9. ET apud eundem trigeſimotertio: Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à vijs veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſrael? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti nō liberabit eum, in quacunq; die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei, in quacunque die cōuerſus fuerit ab impietate ſua, & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunq; die peccauerit. Etiā ſi dixero iuſto, quòd vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatē: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapināmque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quę peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet.

III.

Quando hoc Sacramentum ritè accipitur, & efficaciter operatur?

A. CVM is, qui remiſſionem peccatorum implorat, tres illas partes ſeu actiones adhibet, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ totam hominis ad Deum conuerſionem, pœnitentis officium, & renouationem complectuntur. De quibus itá Chryſoſtomus: [a] Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre: in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas. Hanc eſſe frugiferam pœnitentiam Chryſoſtomus aſſerit, vt quibus modis Deum offendimus, offendimus autem corde, ore, ac opere, iiſdem reconciliemur Deo, corde quidem per Contritionem, ore per Confeſſionem, ac opere per Satisfactionem.

Concil. Flor. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. & can. 4.

a Sermon. de pœnitentia. 2. Reg. 16. c Pſa. 50. d à 6. b 37. b d 101. a b 2. Reg. 12. d 24. b 3. Reg. 21. g Ionę 3. d

B. Ad Contritionem pertinet illud, [b] *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

b Pſal. 50. d

C. Confeſſionem his verbis Lucas indicat: [c] *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.* Et [d] Iacobus Apoſtolus docet: *Confitemini alterutrùm peccata veſtra.*

c Act. 19. d Num. 5. a
d Iaco. 5. d & ibid. Beda.

D. Ad Satisfactionem porrò ſpectant digni [e] pœnitentiæ fructus, quos Ioannes Baptiſta poſtulat, inter quos & eleemoſynæ. De his autem Daniel propheta: [f] *Peccata tua,* inquit, *Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* Grande ſcelus grandem habet neceſſariam Satisfactionem, ait [g] Ambroſius.

e Matth. 3. b Luc. 3. b Act. 26. f
f Dan. 4. e
g Ambr. ad virg. lapſam cap. cap. 3.

E. Atque eò referendum etiam, quod Paulus ait [h] de Corinthijs deplorandis, quandoquidem ſuper immunditia, fornicatione, & impudicitia quam geſſerant, pœnitentiam necdùm egiſſent.

h 2. Cor. 12. g

TESTIMONIA.

1. A. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Quartum Sacramentum eſt Pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus Pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quo-

Materia huius ſacramēti.

Digitized by Google

rum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundùm arbitrium ſacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium & eleemoſynam.

Forma.

Forma huius ſacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert, cùm dicit: Ego te abſoluo &c.

2. CONCILIVM Tridentinum capite tertio, ſeſſione decimaquarta in doctrina de Sacramento Pœnitentiæ: Sunt autem quaſi materia huius Sacramenti ipſius pœnitentis actus, nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio.

Materia.

Qui quatenùs in pœnitente, ad integritatem ſacramenti, ad plenámque & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione pœnitentiæ partes dicuntur. Et ibidèm: Docet præterea ſancta Synodus, ſacramenti Pœnitentiæ formam, in qua precipuè ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te abſoluo, &c.

Forma.

Quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur, ad ipſius tamen formæ eſſentiam nequaquàm ſpectant, neque ad ipſius Sacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſariæ.

Tres actus in Pœnitẽtẽ requiruntur.

3. IN eadem ſeſſione canone quarto: Si quis negauerit, ad integram & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiam Sacramenti pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur: aut dixerit, duas tantùm eſſe pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit.

4. CHRYSOSTOMVS in ſermone de Pœnitentia: Perfecta pœnitẽtia cogit &c. vt in textu, & infrà quæſtione decima, A. teſtimonio nono.

5. SECVNDI Regum decimoſexto: Venit ergò rex Dauid vſque Bahurim: & eccè egrediebatur indè vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera: procedebatq; egrediens, & maledicebat. Mittebatq; lapides contra Dauid, & contra ſeruos vniuerſos regis Dauid: omnis autem populus & vniuerſi bellatores à dextro & ſiniſtro latere regis incedebant. Ità autẽ loquebatur Semei cùm malediceret regi: Egredere, egredere vir ſanguinum & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul &c. Et paulò pòſt: Dimittite eum, ait rex, vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. Ambulabat itaque Dauid & ſocij eius per viam cum eo: Semei autem per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduerſùm eum, terramq; ſpargens.

6. PSALMO quinquageſimo: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Ibidèm: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris, &c.

7. ET pſalmo ſexto: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

8. ET trigeſimoſeptimo: Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea. &c. Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

9. ITEM pſalmo centeſimo primo: Oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt. Percuſſus ſum vt fœnum, &c. Quia cinerem tanquàm panẽ manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.

10. SECVNDI Regum duodecimo: Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid, Dominus quoquè tranſtulit peccatum tuum: Non morieris. Veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur.

11. ET capite vigeſimoquarto: Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquàm numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valdè in hoc facto: ſed precor Domine, vt trãſferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid manè, & ſermo Domini factus eſt ad Gad prophetam & Videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio: elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Cumq; veniſſet Gad ad Dauid, nunciauit ei, dicens: Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Nunc ergò delibera, & vide quem reſpondeam ei, qui me miſit, ſermonem.

12. TERTII Regum vigeſimoprimo: Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt in tantùm, vt ſequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael. Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq;, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbitem, dicens: Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

13. IONAE tertio capite: Et clamauit & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam: nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

B. PSALMO quinquageſimo, vt in textu, & ſuprà teſtimonio ſexto.

1. C. ACTORVM decimonono: Multi credentium &c. vt in textu.

2. NVMERORVM quinto: Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintámque partem deſupèr ei in quem peccauerint.

3. IACOBI quinto: Confitemini alterutrùm &c. vt in textu.

4. BEDA in caput quintum epiſtolæ D. Iacobi: Grauioris lepræ immunditiam iuxta legem ſacerdoti pandamus, atque ad eius arbitrium qualiter & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus.

1. D. MATTHAEI tertio: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.

2. LVCAE tertio: Facite ergò fructus dignos Pœnitentiæ.

3. ACTORVM viceſimoſexto inquit Paulus: Sed his qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis,

mis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus annunciabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deũ, aliqua Pœnitẽtiæ opera facientes.
4. DANIELIS quarto: Peccata tua eleemoſynis &c. vt in textu.
5. AMBROSIVS in libro ad virginem lapſam capite octauo, vt infrà, quæſtione octaua, D. teſtimonio tertio.
E. SECVNDAE ad Corinthios duodecimo: Timeo ne iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia, quam geſſerunt.

IIII.

Quid eſt Contritio?

A. Est animi dolor, & quæ de peccatis propter Deum offenſum concipitur deteſtatio, cum propoſito vitæ in melius commutandæ coniuncta.

Tridẽt. cap. 4. ſeſſ. 14. Florentin. Auguſt. ſer. 3 in Natali Dominí, & cap. 2. de pœnitentiæ medicina, ſeu homil. 50. ex 50 Ibidẽ cap. 15. Fulg. lib. 1. de remiſſio. peccat cap. 12.

B. Hæc contritio [a] paratur, ſi quis peccatorum ſuorum fœditatem, magnitudinem ac multitudinem ſedulò intueatur: ſi de ſumma bonitate offenſa, de Dei gratia, cæteriſque donis amiſſis ſolicitè cogitet: ſi mortis incertæ ineluctabilem [b] neceſſitatem, futuri iudicij horrendam ſeueritatem, ac paratas etiam peccatoribus pœnas ſempiternas expendat atque pertimeſcat.

a Chryſoſt. in Pſal 50. & de compunct. cord. lib. 1. & 2. Auguſt. de pœniten. medi. cap. 9. Amb. cap. 8. ad virg. lapſam. Trident. ſeſſ. 14. can. 5.
b Heb. 9. g Sophon. 1. d Matth. 25. d Marc. 9. f g

C. Huc pertinet illud Ezechiæ: [c] *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et illud Dauidis: [d] *A iudicijs tuis timui.* Et quod idem gemens orat: [e] *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* Nec multò poſt: [f] *Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.*

c Eſaiæ 38. c
d Pſal. 118. p
e Pſal. 37. b
f Ibidèm d

D. Quin & manifeſta Dei vox eſt ad peccatorem: [g] *Charitatem tuam primam reliquiſti: memor eſto itaque vndè excideris, & age pœnitentiam.* Sed & Chriſtus in Euangelio, [h] *Timete eum,* inquit, *qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: ità dico vobis, hunc timete.* Iam verò contritionis hic dolor ità demùm da remiſſionem peccatorum nos præparat, ſi cum [i] fiducia diuinæ miſericordiæ, votoque præſtandi ea, quæ ad [k] Pœnitentiæ Sacramentum ſpectant, coniungatur.

g Apoc. 2, b 2 ad Cor. 12. g & 7. c
h Luc. 12. a Matth. 10. d
i Amb. lib. 1. de pœnit. c. 1.
k Aug de pœnit. med. c. 11. & in Enchir. c. 65. Ambr. in Pſal. 37. & c. 8. ad virg. lap.

TESTIMONIA.

1. A. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione decimaquarta, capite quarto: Contritio, quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi decæterò. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt Baptiſmũ lapſo ità demùm præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiendũ hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur ſancta Synodus hanc Contritionem, non ſolùm ceſſationem à peccato, & vitæ nouæ propoſitum & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, iuxta illud: Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Et certè qui illos Sanctorum clamores conſiderauerit: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ: & alios huiuſmodi generis: facilè intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi Contritionẽ hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominémque Deo reconciliare, priuſquàm hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominùs reconciliationem ipſi contritioni ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam. Illam verò Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniã vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ, declarat, non ſolùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritûs ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantùm mouẽtis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quanuis ſine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hoc enim timore vtiliter concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus, pœnitentiam egérunt, & miſericordiam à Domino impetrârunt. Quamobrem falsò quidam calumniantur catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam cõferre: quod nunquàm Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit: ſed & falſò docent, Contritionem eſſe extortam & coactam, non liberam & voluntariam.

Contritio generalis quid ſit.
Vt eſt pars huius Sacramenti, quid requirat.
Ezech. 18.
Pſal. 50.
Pſal. 6.
Eſa. 38.
Votũ Sacramenti in Cõtritione includitur.
Attritio donum Dei eſt, diſponens ad gratiã ſuſcipiendam in Sacramento.
Ion. 3.
Matth. 12.
Luc. 11.

2. CONCILIVM Florentinum: Ad cordis contritionem pertinet, vt doleat pœnitens de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.

Ad Contritionẽ quæ pertineant.

3. AVGVSTINVS ſermone tertio in Natali Domini, qui eſt ſeptimus de tempore: Pœnitentiam certam non facit, niſi odium peccati & amor Dei. Quando ſic pœnites, vt tibi amarum ſapiat in animo, quod antè dulce fuit in vita, & quod te priùs oblectabat in corpore, ipſum te cru-

Digitized by Google

Pſal. 50. te cruciat in mente, iam tunc benè ingemiſcis ad Deum, & dicis; Tibi ſoli peccaui, & malũ coram te feci. Benè tibi ſoli peccaui, quia nullus hominum ſine peccato: & ideò tibi ſoli peccaui, quia nullus eſt ſine peccato. Da Domine miſericordiã miſero, qui tam diù pepercisti criminoſo. Inclinet ad remediũ humilitas pœnitentis, quem permouere non potuit diuturnitas peccantis peccatoris. Dic illi in fletu cordis, Adſpice infelicem pietas immẽſa, reſpice crudelem miſericordia publica. Deſperatus ad omnipotentem venio, vulneratus ad medicum curro. Serua pietatem manſuetudinis, qui tam diù ſuſpendiſti gladiũ vltionis: dele numeroſitatem criminum multitudine miſericordiarum. Iſta eſt, filioli, vera pœnitentia, quando ſic conuertitur quis, vt non reuertatur: quando ſic pœnitet, vt non repetat. Et paulò pòſt: Aperiant aures ſuas ad præcepta Chriſti, quæ fortaſsè patuerunt hucuſquè ad audienda ludibria. Aperiant oculos ſuos ad nitorem, qui hucuſquè ad ignominiam patuerunt. Compungat pœnitentia criminum, quos hucuſquè tranſpunxit delectatio voluptatum. Erigat adiuncta virtus, quem vitia proſtrauerunt. Aperiant medicamento pœnitentiæ nares ſuas, quibus illis fœteat conſuetudo peccati.

4. IDEM in libro de Pœnitentiæ medicina, capite ſecundo, ſiue in libro quinquaginta homiliarum, homilia quinquageſima, capite ſecundo: Omnis qui iam arbiter voluntatis ſuæ conſtitutus eſt; cùm accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non poteſt inchoare.

Pœnitentia veteris vitæ neceſſaria eſt.

5. IBIDEM capite decimoquinto, in homilia eſt capite quinto: Quid autem Dauid obtulit Domino, vndè illum propitiaret ſibi? Quoniã ſi voluiſſes, inquit, ſacrificiũ, dediſſem: vtiq; holocauſtis non delectaberis. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Non ſolùm ergò deuotè obtulit, ſed etiam iſta dicendo, quid offerri oporteret, oſtendit. Non enim ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere; niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. Beati enim miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Non enim dictum eſt, vt tantùm abſtineatis à peccatis; ſed & de præteritis, inquit, deprecare Dominum, vt tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Chriſto & alios baptizauerat. Intuere ergò Petrum præſumentem accuſatum, timentem vulneratum, flentem ſanatũ. Iam etiam poſt aduentum de cælo Spiritus ſancti, quidam Simon pecunia voluit eundem Spiritũ ſanctum emere, ſceleratiſſimum & impium mercimonium cogitans, iam baptizatus in Chriſto: & tamen pœnitentiæ conſilium ab ipſo Petro correptus accepit. Dicit etiam Apoſtolus Paulus, qui vtiq; fidelibus mittebat epiſtolas: Nè iterùm cùm venero ad vos, humiliet me Deus: vt lugeã multos ex his qui antè peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & luxuria, & fornicatione quam geſſerunt. Circunſtant ergò nos & præcepta rectè faciendi, & exempla non tantùm rectè facientium, ſed etiam pœnitentium ad recipiendam ſalutem, quæ fuerat amiſſa peccando.

Pſal. 50. — Ad verã pœnitentiã quæ requirantur. — Matth. 5. — Eccli 21. — Matth. 26. — Actor. 7. — 2. Cor. 12.

6. FVLGENTIVS Ruſpenſis Epiſcopus libro primo de remiſſione peccatorum ad Euthymium, capite duodecimo: Nonnulli ſcelerum ſuorum conſideratione perterriti, pro iniquitatibus quidem ſuis in oratione gemunt, nec tamen ab iniqua operatione diſcedunt. Fatentur ſe malè feciſſe, nec vllum finem volunt malis factis ſuis imponere. Accuſant humiliter in conſpectu Dei peccata, quibus tenentur oppreſſi, & eadẽ peccata quæ humilitate ſermonis accuſant, corde peruerſo contumaciter cumulant. Indulgentiam, quam lachrymoſis gemitibus poſcunt, ipſi ſibi prauis operibus adimunt. Medelam poſtulant à medico, & in perniciem ſuam ſubrogant adiutoriũ morbo. Tales nunquàm diluunt gemendo peccatum, quia non deſinunt peccare poſt gemitum.

Non ſatis eſt dolere de malis cõmiſſis, ſed oportet habere propoſitum deinceps ab illis abſtinẽdi in poſterum.

1. B. CHRYSOSTOMVS in Pſalmũ quinquageſimũ duas habet homilias, in quarũ poſteriore ſic ait: Habeto codicẽ conſcientiam tuam, & ſcribe quotidiana peccata. Quando accubueris ſuper ſtratũ tuum, & neminem infeſtum pateris, antequàm veniat tibi ſomnus, profer in mediũ codicem conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata tua, ſi quid in verbo, ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. Hoc enim dicit Propheta: Iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini. Et poſt pauca: Dicito in corde tuo & in anima tua: Expendimus diem, ô anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati ſumus? Et ſi quid boni feciſti, gratias age Deo: ſi quid mali, de cætero nè facias. Et rursùs paulò pòſt: Propone tibi timorem gehennæ, ſuperducito ei ſecturæ ictum non habentem dolorem. Iudicium facito tibimetpſi terribile, leuiorem præpara confeſſionem cogitatuum tuorum, vt non in futuro die ignauior ſis ad perſcrutanda peccata.

Examen conſcientiæ veſpertinum. — Pſal. 4.

2. IDEM in libro primo de Cõpunctione cordis, ſub finem: Quid, dic mihi, corporis viribus opus eſt, cùm cor conterere debeamus? Hoc ſolum eſt, quod expoſcitur à nobis, vt ſemper recordemur & ad animũ reuocemus mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, vt pro his ſupplicemus Deo, vt gehennam ponamus in conſpectibus noſtris, & angelos, qui in die iudicij vbiquè diſcurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos qui trudendi ſunt in gehennam ac ſupplicijs tradendi. Ponamus etiam & illud ante oculos, quanti doloris eſt excludi ac proijci à regno cælorum, quod vt mihi videtur, grauius eſt ipſa gehenna. Nam & ſi ignis ille non arderet, & immortalis illa pœna non eſſet parata, hoc ſolùm quòd alieni efficimur à Chriſto, & excludimur à bonis æternis, nónne omni pœna cruciabilius diceretur? Quòd ſi non ſufficiunt hęc ad erigendas animas, & incitandas ad ſpem: illud ſaltem ad memoriam reuocemus exemplũ, quod de virginibus refertur, quæ excluſæ à thalamo ſponſi ſunt propter olei defectum. Ponamus noſmetipſos in illis, quæ excluduntur, & videamus qui dolor, & quæ pœna ſit, ſi cogitemus eadem poſſe & nos pati, ſi negligimus.

Gehenna ob oculos ponenda. — A regno cælorum ſeparari quàm luctuoſum.

3. ET libro ſecundo circa finem: Tantum boni confert meminiſſe frequentiùs hominem peccati ſui, vt etiam Paulum Apoſtolum videamus, ea quæ abolita iam fuerant & deleta, adducere tamen in medium: & cùm culpam de præſentibus non haberet, tamen quoniam recordationes peccatorum, & luctum gemitúmque ſciebat animæ prodeſſe, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam commiſſa, gratia baptiſmi & confeſſio fidei aboleuerat. Et poſt pauca: Oportet ergò recodari nos priora delicta, etiam ea pro quibus veniam conſecuti ſumus, vt intuentes quàm ingentem modum debiti remiſit nobis Deus, & ampliùs eum diligere poſſimus, & verecundiam pudorem; cõcipere, atq; ex his corde cõpungi: conſiderantes, quòd niſi miſeratio ipſius ſubueniſſet, tantũ illud peccatorũ pondus ſine dubio in imis nos inferni pœnis ſupplicijſq; preſſiſſet. Paulus etiã illa meminerat, quæ peremerat indulgentia: nos verò nec iſta recordamur, quæ poſt baptiſmũ commiſimus, in quibus vtiq; periculũ nobis ſaluum eſt, & reos nos atq; in vinculis poſitos tenet. Quòd ſi aliquando ad recordationem venerimus, & viſi fuerimus paululùm inde cogitare & eſſe

Peccatorum memoria quã fructuoſa ſit. — 1. Tim. 1. — Contra eos qui peccatorum fœdita

eſſe ſoliciti, ſtatim effugit cogitatio, & tranſimus ad alia: & nec integra quidem hora patimur animam noſtram afflictione mœroris huius adſtringi. Hæc igitur cauſa eſt, quòd malis addimus mala, dum priorum memoria non permanet, nec dolor aliquis inuritur pro conſcientia delicti. Hinc eſt, vndè nec ad confeſſionem accedimus. Quomodò enim confitebimur, quorum ne memoriam quidem tenemus? Et ſic conſuetudine contemnendi, dum de præteritis dolor nullus eſt, faciliùs ſuperuenientibus malis locum damus. Quòd ſi omnis ex anima ſtimulus auferatur, & cuncta ei ſecuritatis fræna laxentur: quis eam poſt hæc tenebit, aut quis eam de præcipitijs reuocabit? Quid prohibet vbi nihil metuitur, vbi nihil verecũdiæ, nihil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis foueas demergatur?

[Margin: ſem & diua animæ noluit expendere.]

4. AVGVSTINVS libro de Pœnitentiæ medicina, capite nono, vel quarto capite in homilia quinquageſima: Aſcendat homo aduersùm ſe tribunal mentis ſuæ: exiſtimet illud, quòd oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti, vt illud recipiat vnuſquiſque quod per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: conſtituat ſe ante faciem ſuam, nè hoc ei poſteà fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, dicens: Arguam te, & ſtatuam te ante faciem tuam. Atque ità conſtituto in corde iudicio: adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Indè quidam ſanguis animi confitentis per lachrymas profluat. Poſtremò ab ipſa mente talis ſententia proferatur, vt ſe indignum homo iudicet participatione corporis & ſanguinis Domini: Vt qui ſeparari à regno cælorum timet per vltimam ſententiam ſummi iudicis, per eccleſiaſticam diſciplinam à ſacramento cæleſtis panis interim ſeparetur. Verſetur ante oculos imago futuri iudicij: vt cùm alij accedunt ad altare Dei, quò ipſe non accedit, cogitet quàm ſit contremiſcenda illa pœna, qua percipientibus alijs vitam æternam, alij in mortem præcipitentur æternam.

[Margin: Tribunal mẽtis aſcendendum ad cõparãdam cõpunctionem. 2. Cor. 5. — Pſal. 49. — Accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. — Matth. 25.]

5. AMBROSIVS ad virginem lapſam, capite octauo: Pœnitentia ergò non verbis agenda eſt, ſed actu. Hæc autem ſic agitur: Si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo libro vitæ nomen tuum deletum ſit, & ſi te iam credas propè ipſas poſitam tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & ſtridor dentium ſine fine. Cùm hæc certa fide, ſicut eſt, animo conceperis, quia neceſſè eſt præuaricatricem animam tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium conſtitutum eſſe poſt baptiſmũ, quàm pœnitentię ſolatium, quantamuis afflictionem, quantumuis laborem & indecorem ſubire eſto contenta, dummodò ab æternalibus pœnis libereris. Ergò hæc tu tecum cogitans, & mente retractans, proprij facti tu ipſa iudex eſto crudelior. In primis omnis cura vitæ huius intermittenda tibi eſt, & quaſi mortuam te exiſtimans, ſicut es, quomodò poſſis reuiuiſcere cogita. Deindè lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda. Reliqua vide infrà, quæſtione octaua, D. teſtimonio tertio.

[Margin: Quarũ rerum cogitatione contritio cõparetur. Matth. 8. — Nõ aliud remedium poſt baptiſmum, quàm pœnitentiæ ſolatium. — Contritio quomodò paratur.]

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta, canone quinto: Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorũ grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non eſſe verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam & magis peccatorem, demùm, illam eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium, anathema ſit.

[Margin: Eſa. 38.]

7. AD Hebræos nono capite: Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium.

8. SOPHONIAS primo capite: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos.

9. MATTHAEI vigeſimoquinto: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eis.

10. MARCI nono: Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

1. C. ESAIAE trigeſimooctauo, 2. PSALMO centeſimo decimooctauo, 3. ET trigeſimoſeptimo, vt in textu.

1. D. APOCALYPSIS ſecũdo: Angelo Epheſi eccleſiæ ſcribe, &c. Sed habeo aduersùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vndè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. ſin autem: venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

2. POSTERIORIS ad Corinthios duodecimo: Timeo, nè iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immũditia & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.

3. ET capite ſeptimo: Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur.

4. LVCAE duodecimo, & MATTHAEI decimo: Timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

5. AMBROSIVS libro primo de pœnitentia, capite primo: Nemo poteſt benè agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam.

[Margin: Spes veniæ.]

6. AVGVSTINVS in libro de Pœnitentiæ medicina, capitę vndecimo, vel quarto capite in homilia quinquageſima: Iudicet ergò ſeipſum homo in iſtis voluntate, dum poteſt, & mores conuertat in melius: nè cùm iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur. Et cùm ipſe in ſe protulerit ſeueriſſimæ medicinæ, ſed tamen medicinæ ſententiã, veniat ad antiſtites, per quos illi in Eccleſia claues miniſtrantur: & tanquàm bonus iam incipiens eſſe filius, maternorũ membrorũ ordine cuſtodito, à præpoſitis ſacramentorũ accipiat ſatisfactionis ſuæ modũ: vt in offerendo ſacrificio cordis contribulati deuotus & ſupplex, id tamẽ agat, quod nõ ſolùm illi proſit ad recipiendã ſalutem, ſed etiam cæteris ad exemplum. Vt ſi peccatum eius non ſolùm in graui eius malo, ſed etiam in tanto ſcandalo eſt aliorum, atque hoc expedire vtilitati Eccleſiæ videtur antiſtiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuſet, non reſiſtat, non letali & mortiferæ plagæ per pudorẽ addat tumorem. Meminerit ſemper, quòd ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quid enim eſt infelicius, quid peruerſius, quàm de ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere, & de ligatura eius erubeſcere?

[Margin: Ad claues eccleſiæ poſt cõtritionem cõfugiendũ, & ſatisfactionis modus accipiendus. — Iacob. 4. 1. Pet. 5. Infelices qui de ligatura erubeſcunt, & non de vulnere.]

7. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoquinto: Sed neq; de ipſis criminibus quamlibet magnis remittendis in ſancta Eccleſia, Dei deſperanda eſt miſericordia agentibus pœnitentiã ſecundùm modũ ſui cuiuſq; peccati. In actione autem pœnitentię, vbi tale crimen cõmiſſum eſt, vt is qui commiſit, à Chriſti etiam corpore ſepare-

Pſal. 50.

ſeparetur, nō tam conſideranda eſt menſura temporis, quàm doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Verùm quia plerunque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcunque alia ſigna procedit, cùm ſit coram illo cui dicitur, Gemitus meus à te non eſt abſconditus: rectè conſtituuntur ab ijs qui Eccleſię præſunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam ſatis Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: extra eam quippe non remittuntur. Ipſa nanque propriè Spiritum ſanctum pignus accepit, ſine quo non remittuntur vlla peccata, ità vt quibus dimittũtur, conſequantur vitam æternam.

Pſal. 37. Præſides Eccleſię tempora pœnitentiæ conſtituunt.

8. AMBROSIVS in pſalmum trigeſimumſeptimum: Qui pœnitentiam agit, offerre ſe debet ad pœnam, vt hîc puniatur à Domino, non ad ſupplicia æterna ſeruetur. Ibidèm: Plurimùm ſuffragatur reo verecunda confeſſio, & pœnam quam defenſione euitare non poſſumus, pudore ſubleuamus. Et ſub finem: Vt febres in alto ſitæ non queunt mitigari: cùm foràs eruperint, ſpem adferunt definendi: ità peccatorum morbus dum tegitur, inardeſcit: ſi confeſſionibus proditur, euaporat.

9. IDEM ad virginem lapſam capite octauo, vt ſuprà B. teſtimonio quinto, & infrà quæſtione octaua, D. teſtimonio tertio.

V.

Eſt'ne Confeßio neceſſaria?

A. EST vtiquè: non ſolùm autem, vt quidam falsò autumant, interior illa, quæ coram Deo[a] quotidiè facienda eſt Dauidis exemplo, qui ait: [b] *Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino*: Verùm etiam hæc exterior, quæ apud[c] Sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quæ poſt examinatam ſedulò conſcientiam in mentem homini veniunt.

B. Ità de hominibus Eccleſiæ primitiuæ ſcriptum eſt: [d] *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.*

C. Quam confitendi rationem eſſe neceſſariam, non Eccleſiæ [g] modò ſacra iura & Patrum [f] veneranda ſcripta confirmant, ſed etiam Chriſti diuina verba concludunt, declarantque, cùm ait: [g] *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Atqui remittere, vel retinere peccata (cùm iudicis hęc ſint officia) nullus rectè poteſt Sacerdos, niſi peccantis cauſam, de qua iudicandum eſt, probè anteà cognitam habuerit atque perſpectam. Quæ cauſæ cognitio priùs haberi non poteſt, quàm is, qui expendendum ſe Sacerdoti, vt[h] iudici ac[i] medico ſuo, abſoluendumque tradit, ſpontanea confeſſione vulnera ſua ſigillatìm detegat, atque ità aperiat, vt Sacerdos, vbi peccata ſoluenda & vbi liganda ſint, explicatè cognoſcere queat.

a Chryſoſt. hom. 42. in Matth.

b Pſal. 31. b

c Orig. in pſal. 37 hom. 1. & hom. 2. in Leuitic. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerd. Nyſſen. orat. in eos qui alios acerbiùs iudicant. Petrus Cluniac. lib. 1. mirac. c. 3. 4. 5. 6. & lib. 2. cap. vlt.

d Act. 19. d

g Concil. Lateran. can. 21. Florent. & Trident. ſeſſ. 14. cap. 5.

f Clemens epiſt. 1. ad fratrē Dom. Dionyſ. epiſt. 8. ad Demoph. Tertul. de pœnit. cap. 8. 9. 10. 12. Orig. in pſal. 37. hom. 1. & 2. & hom. 2. in Leuit. Cypr. de lapſ. Pacianus in parænesi ad pœnit. Hieron in ca. 10. Eccleſiaſtæ. Chryſoſt. hom. 30. in Geneſ. & 10. in Matth.

g Ioan. 20. c

h Auguſt. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 9. Greg. hom. 26. in Euā. Chryſoſt. lib. 3. de Sacerd. & hom. 5. de verb. Eſaiæ. Hieron. ad Heliod. epiſt. 1. cap. 7.

i Cōcil. Lateran. can. 21. Vuormatien. cap. 25. Orig. homil. 1. & 2. in pſal. 37.

TESTIMONIA.

1. A. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaſecunda in Matthæum: Tu ipſe tibi iuſtus ſis iudex, exige à teipſo rationem & correctionem, largos lachrymarum effunde fluuios, ingentes compunctionis gemitus redde, humilimus ſis, laboribus ac vigilijs teipſum affiige, peccata tua per ſingulas ſpecies recole. Non paruus eſt hic cruciatus animæ, nec quantus ſit, ab alio cognoſcitur, niſi ab eo qui compunctus eſt, qui non ignorat hac re animam in hac vita maximè torqueri: nec eſt neſcius, quantus dolor ex memoria peccatorum naſcatur. Quas ob res iuſtitiam Deus huic pœnitentiæ in præmium propoſuit, dicens: Dic tu priùs peccata tua, vt iuſtificeris. Non eſt profectò, non eſt inſufficiens ad emendandum via, ſi cùm omnia ſecundùm ſpeciem in vnū peccata collegeris, aſſiduè animo deindè ipſa verſes, ac de ipſis continuè mediteris & cogites.

Peccata per ſpecies ſingulas recolēda.

Eſaiæ 43 ſecundùm lxx.

Omnia peccata ſecundùm ſpeciem in vnum colligere.

2. PSALMO trigeſimoprimo, vt in textu.

3. ORIGENES homilia prima in pſalmum trigeſimumſeptimum: Chriſtus quidem erat archiatros, qui poſſet curare omnem languorem & omnem infirmitatem: Diſcipuli verò eius Petrus vel Paulus, ſed & prophetæ medici ſunt, & hi omnes qui poſt Apoſtolos in Eccleſia poſiti ſunt, quibuſque curādorum vulnerum diſciplina commiſſa eſt, quos voluit Deus in Eccleſia ſua eſſe medicos animarum, quia non vult Deus noſter mortem peccatoris, ſed pœnitentiam & conuerſionem eius expectat.

Medici animarū in Eccleſia.

4. IDEM homilia ſecunda in Leuiticum: Audîſti quanta ſint in lege ſacrificia pro peccatis, audi nunc quantæ ſint remiſſiones peccatorum in Euangelijs. Eſt iſta prima &c. Eſt adhuc & ſeptima, licèt dura & laborioſa, per pœnitentiam remiſſio peccatorum, cùm lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte, & cùm non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum ſuum, & quærere medicinam, ſecundùm eum qui ait: Dixi, pronuntiabo aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Laborioſa per pœnitentiā remiſſio.

Pſal. 6.

Nō erubeſcit ſacerdoti indicare peccatum & quærere medicinam.

Pſal. 31.

5. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio, vt ſuprà quęſt. prima C. teſtimonio octauo.

6. GREGORIVS Nyſſenus oratione ad eos qui duriùs & acerbiùs alios iudicant atque condemnant, quique conuerſione indigent & pœnitentia, ſiue in mulierem peccatricem: Afflictionis participem & ſocium ſume ſacerdotem, vt patrem: quis enim tam falsò nominatur pater, aut tam duro atque adamantino animo præditus eſt, qui non filijs mœrentibus doleat, & gaudentibus lætetur? Sacerdos ità triſtatur ob peccatū illius, quē propter religionem habet loco filij, vt Iacob viſa tunica Ioſeph

Sacerdos cū pater ſit pœnitētium, ob eorū peccatum dolet.

Gene.37. 2.Reg.18. 1.Reg.4. Exod.32.

Ioſeph ſanguine conſperſa querebatur, vt Dauid luxit Abſalonis interitum, vt Heli Ophnim & Phineem, qui in acie ceciderant, vt Moſes impiũ populum, qui rerum nouarũ ſtudioſus vitulum ſibi conflauerat. Quamobrem maior tibi in eo fiducia ſit, qui te in Deo genuit, quàm in illis, à quibus corpore procreatus es. Audacter oſtende illi, quę ſunt recondita: animi arcana tanquàm occulta vulnera medico retege. Ipſe & honoris & valetudinis tuæ rationem habebit. filiorum dedecore magis mouentur parentes, quàm ipſi filij. Nam vt filiorum gloria ad parentes pertinet, ſic etiam dedecus & turpitudo. Incertus eſt, fratres, terminus vitæ. diſceſſum è vita diligentia præuertamus. Abſurdum enim eſt, cùm illi, qui corporis valetudinis rationem habent, ſe ipſos expurgent ante Caniculæ exortum, nè quod humidum in illis eſt, vehementi ipſius ardore corrumpatur, & morbos pariat, eos qui animi curam gerunt, incertum mortis diem non anteuertere, & ardorem excruciantis illius ignis, qui in æternum comburit, & nullum vnquàm refrigerium admittit. Drachmam Euangelicam, quam acceperas, & qua diues effectus fueras, ignauia tua perdidiſti? pœnitentiæ lucernam accende. Inclinare diligenter. Illam in terrenis affectionibus defoſſam conquire, inuentam tolle, atque conſerua, vt nos vicini gratulemur, & eo gaudio afficiamur, quod eſt in Chriſto.

Animi arcana vulnera, ſacerdoti vt medico retegenda.

Idq; ante vitę incertum terminum faciendum.

Luc.15. Pœnitentiæ lucerna.

7. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo de miraculis, capite tertio: 8. ET capite quinto, Vide ſuprà quæſtione decima de Euchariſtia, D. teſtimonio nono & decimo.

9. ITEM capite quarto: Ad monaſteriũ ſancti Ioannis Angeliacẽſis, quod in Xantonenſi pago ſitũ eſt, presbyter quidã Gilbertus nomine ad conuerſionem venit, atq; ibi per aliquantũ temporis quoàd vixit, deuotè conuerſatus eſt. Contigit autem non multo tẽpore elapſo, eum ex infirmitate quam incurrerat ad extrema venire. Cumq; ſicut mos Chriſtianorũ eſt, & maximè monachorũ, in ſubſtrato cilicio & cinere, à fratribus compoſitus, iaceret, atq; horam vocationis ſuę expectaret: fratres monaſterij, vt eius exitum orationibus commendarent, venerũt, & eum vndiq; pſallendo circunſteterunt. Qui cùm vt defungeretur expectarent: eccè ſubitò reſumpto ſpiritu & apertis oculis, acclamare cœpit profeſſionẽ fidei quæ quotidiè decantatur, hoc eſt, Quicunq; vult ſaluus eſſe, & cætera. Et cùm priùs idiota & imperitus literarum fuiſſe ab omnibus agnoſceretur, ità diſtinctè & apertè ſingula proferebat, vt à neſciẽtibus ſi fortè adeſſent, peritiſſimus in talibus extitiſſe crederetur. Qua de cauſa omnes qui aſtabant ſtupefacti, euentum rei admirabãtur. Qui cùm diù admirantes hæſiſſent; tãdèm Prior Gregorius nomine, cui præ cæteris hoc incũbebat, vir bonę religionis, intelligens eũ aliquid in occulto vidiſſe; ad eum ſe inclinauit, & quæ cauſa clamoris eſſet, vel ſi quicquam quod eos lateret vidiſſet, interrogauit. Ad quod ille: Vidi (ait) perſonam reuerendæ formæ, candidi habitus & venerandæ caniciei, paulò antè vas cum aqua afferre, mihiq; dicere: Noueris cauſam aduẽtus mei ad te hanc eſſe, vt pedes tuos qui inquinati ſunt abluam, eis ablutis totum te mundnm reddam. Cumq; admirari me ſuper his quæ dicebat cerneret, adiecit: Non nôſti (ait) ad purgationẽ tuĩ hanc aquam eſſe neceſſariam, qui tale quod ipſe nôſti crimen cõmiſiſti, quod de induſtria celans, nulli hactenùs reuelare voluiſti? Vndè ſcias te nullatenùs poſſe ſaluari, niſi quod pernicioſè celaueras, ſalubriter ſtudeas confitendo manifeſtare. Deus verò multa ſua miſericordia, neque pro tanto etiam reatu te perire permittens, ad ſenſus corporeos te redire permittit: vt de tanto crimine confitendo pœnitere, & pœnitendo ſalutẽ conſequi merearis. Hac igitur de cauſa & à vobis abſui, & ad vos redire permiſſus ſum. His ità dictis, alijs remotis, Priorẽ aduocans, peccatum illud ei confeſſus eſt. A quo huius & omnium peccatorum ſuorum abſolutione ſuſcepta, ſequenti die, prima hora diei, aſtantibus & orantibus fratribus, læto vultu, bono fine quieuit. Hoc non ab alio, ſed à monacho eiuſdem monaſterij, Lecto nomine, qui hæc omnia viderat & audierat, agnoui. Hic enim poſteà Cluniacum gratia deuotionis veniens, ſcriptor noſter & filius in Chriſto chariſſimus fuit.

Chriſtianorũ & Monachorum in primis mos veteris circa moribundos.

Nihil coinquinatum intrabit in regnum cælorum.

10. DEINDE capite ſexto: Addendũ iam mihi videtur, illud non contemnendũ miraculũ, quod ipſe cum pluribus, vt ſequentia docebunt, conſpexi. Cauſa fuit ſatis omnibus illius tẽporis hominibus nota, qua cum pluribus noſtrorũ Romam adij. Rediens indè, Romanas febres ſatis acerbas mecum retuli. Pro quibus curandis, fuit conſiliũ, vt patrium ſolum & natiuum repeterem aërem. Ea de cauſa Celſinanias nobile Cluniacẽſe monaſterium petij: atque ibi totam Quadrageſimam, longè moleſtiorem febrium ardoribus, quàm ieiuniorum laboribus tranſegi. Intereà dum in ſequeſtrata domo, toto illo tempore decumberem: eccè cuiuſdam fratris infirmi in inferiori & proxima domo iacentis clamoribus penè continuis excipior, & de die in diem magis magiſq; moleſtor. Vociferabatur ſanè in primis, quæcunque turbato morbis animo confuſè occurrere poterant. Ad poſtremum verò hoc vnum ſemper & ſolum, abſque aliqua interpolatione, toto anniſu inclamabat: Et ò fratres, quare non ſucurritis? Cur non miſeremini? cur non remouetis à me maximum & terribilem (vt verbo ipſius vtar) runcinum iſtum: qui poſterioribus pedibus contra me verſis, calcibus caput meum conquaſſat, faciem diſſipat, dentes conterit? Remouete domini, remouete eum: rogo vos per Dominum, remouete eum. Et conuerſa voce ad eum, quem in forma equi conſpiciebat dæmonem, cunctis audientibus loquebatur. Verba autem eius, quantum imitari valeo, dicturus ſum: Per Dominam meam ſanctam Mariam matrem Domini, & per ſanctos Apoſtolos adiuro te, nè me torqueas, ſed me in pace dimittas. Fuerat autem idem frater ante conuerſionem miles ſecundùm ſeculum ſtrenuus, mihique in monaſtico ordine per multum temporis ſatis notus; bonæ vir fidei, & inquantùm hominibus notum eſſe poterat, honeſtæ conuerſationis. Pertuli vtcunquè voces has per totam ferè Quadrageſimam: quo toto tempore, nec ipſe à clamore ceſſauit, nec mihi, propter infirmitatis incommoditatem, eum adire facultas fuit. In huius autem clamoris continuatione, Paſchalis aduenit ſolennitas. Qua tranſacta, cùm iam aliquantulùm conualuiſſem; adhuc tamen æger ad ægrum acceſſi, & quid ſibi in tam diuturna vociferatione vellet, requiſiui. Ad quod ille reſpondit: Runcinus ille, ille certè ille, mihi intolerabiliter moleſtus eſt. Vultum meum aſſiduis ictibus conterit. & inter hæc oſtendebat quaſi digito locum, murum ſcilicet, cui ipſe adhærebat. Intereà videntibus quamplurimis qui mecum aſtabant, cœpit caput huc illùcque conuertere: & quaſi à ferientis ictibus ſubducens, nitebatur illud in puluinari vel deſubtùs abſcondere. Miſerebamur hominis anguſtijs, nihil aliud præſtare valentes. Afferri itaque benedictam aquam præcepi: infirmum ipſum, & locum quem oſtendebat, eadem aſperſi: poſt aſperſionem verò, vtrùm dæmonem illũ adhuc videret, quæſiui. Qui ſe illum & videre, & ſolita ab eo pati denunciauit. Sed nè miretur aliquis benedictę aquę aſperſione dæmonẽ non fugatum, agnoſcat, tabe interiùs latente, vnguenta exteriùs adhibita nihil proficere poſſe. Tabem autem voco letale peccatũ: quod quandiù in interioribus cuiusli-

Manente in conſcientia mortali peccato, ſacramenta non proſunt.

iuslibet latuerit, nullius exteriùs ſacramenti perceptio ei prodeſſe poterit. Quod in præcipuis Eccleſiæ ſacramentis, videlicet baptiſmate & corpore Domini, apertè oſtenditur. Si enim malitia interiore manēte ſaluare iſta poſſent: nec Iudas poſt acceptum cum alijs diſcipulis corporis Chriſti ſacramentum laqueo ſe ſuſpēderet, nec Simoni mago iam baptizato Petrus diceret: Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. In felle enim amaritudinis & obligatione peccati, video te eſſe. Sicut enim ſacramenta fidei, ità & opera fidei ſeruari Chriſtus præcepit: vt in hoc eodem baptiſmatis ſacramēto agnoſcere datur, quod inſtitutor eiuſdem ſacramenti declarat. Qui enim dixit, Ite docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: ipſe ſubiunxit; docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Vtrunque ergo mandauit, vtrunque ſeruari voluit: neutrum ſine altero ad ſalutem ſufficere poſſe monſtrauit. Sic æger iſte & aqua ſalutari potuit aſpergi: & tamen propter occultam (vt pòſt apparuit) peccati labem, non potuit à dæmone liberari. Quod ſtatìm vt aduerti, eum vt ſtudioſè præteritam vitam ſuam perſcrutaretur, & ſi quid noxium maximè de grauioribus in ea recognoſceret, confiteretur, hortatus ſum. Hoc poſtquàm conceſſit, remotis alijs & duobus tantùm mihi adhibitis, ante illum conſedi: & cruciculam ligneam cum imagine Domini, vtì magìs ad confitendum animaretur, donèc omnia cōſummata ſunt, manu tenui. Confiteri ergo cœpit, & confitendo aliquandiù proceſſit. Et quia multa infirmitas ordinem verborum eius aliquando perturbabat, iuuabam eum, reducendo ei ad mentem, vt quæque animo occurrere poterant. At ille modico meo adiutorio confeſtìm reſumpto ordine, quod cœperat exequebatur. Cúmque plurima explicuiſſet, & iam ad alia explicanda pergeret: eccè rurſus auertere faciem, & huc illúcque conuertere, atque (vt iam dixi) ſub puluinari aliquando nitebatur abſcondere. Cúmque quærerem, quid ille incompoſitus geſtus ſibi vellet: Eccè, ait, domine: ille qui ſemper mihi adeſt runcinus, ſolito acriùs inſtat, & toto niſu calcibus dentes ac totum caput meum conterit. At ego: Inſta ergò & tu frater: malignus ſpiritus eſt, impedire feſtinans ſalutem tuam: quem, ſi perſtiteris, vinces. Mox ille ad propoſitum confeſſionis reuerſus, deuotiùs quàm cœperat confitebatur: nihil quod occurrere poſſet, tam de ſeculari quàm de monaſtica vita, præteriens. Cùm eccè ſubitò in ipſo narrationis progreſſu, noua querela exoritur, & vox infirmi mecum loquentis ad neſcio quem alterum dirigitur. Quid (inquit) me impedis? Quid verba mea intercidis? Aut dic quod dicere volo, aut me dicere ſine. Cùm verò interrogarem, cui vel quare iſta loqueretur, reſpondit: Aſtat capiti meo vir prorſus incognitus, à quo omnia, quæcunque malè geſſi, narrari audio. Sic tamen illa memorat, vt me illa proferre non ſinat. Vera quidem dicit: ſed me ea volentem loqui impedit. Ego & hunc dæmonem eſſe dicens, nè à propoſito deſiſteret, exhortabar. Ille autem denuò ad priora rediens, ad finem cœpta perducere nitebatur. Sed mirum erat ſpectaculum cernere: quoties ille verba mutare coactus, nunc mihi peccata ſua confitens loquebatur, nunc de dæmonibus aliquando verbis, aliquando verberibus os eius obturare laborantibus, conquerebatur. Quandoque nanque runcinum ſibi calcibus os contundere, quandoque aſſidentem capiti ſuo dæmonem verba intercidere, multo cum gemitu & ſuſpirijs fatebatur. Ferè enim (niſì fallor) quadragiès hæc confeſſionis interruptio à dæmonibus facta eſt. Intantùm pertinax hoſtis, & more ſibi ſolito humanæ perditionis auidus, mecum pariter & cum illo certabat. Productū eſt hoc noſtrum prælium, ab hora diei prima, vſq; ad horam tertiā. Tunc planè hora illa, qua maximè ſe hominibus infundere ſpiritus Dei ſolet, eiuſdem ſpiritus auxilio vicimus. Vicimus nos, inquam: ſed rectiùs ille viciſſe dicitur, ſine quo malus ſpiritus nunquàm vincitur. Vicit certè nequam hoſtem diuina miſeratio: & egregiam præteritæ vitæ ſuæ memoriam, atque animoſitatem proferendi, fratri in extremis iam agenti concedens, perfectam ei purgationem per plenam confeſſionis ſatisfactionem largitus eſt. Et miranda, ſed multò magìs veneranda atque diligenda ſupernæ pietatis erga miſeros affluentia: quæ antè fratrem iſtum mundo excedere nō permiſit, donèc, quod verè obſtare ei ad ſalutē æternam poſſet, per pœnitentiæ & confeſſionis remedia indulſit. Quantæ verò memoriæ in confeſſione fuerit, ibidèm etiam tunc probaui. Dixit enim ſe ante plures annos altare benedictum cuidam fratri commiſiſſe. Vndè hac occaſione vtrùm bené memoria vigeret certificari cupiens, altare illud à fratre, quem nominauerat, perquiri feci. Quod poſt inquiſitionem, ab eodem cui commiſſum fuerat, mihi allatum eſt. Confeſſione ergò completa fratres aduocans, ægrum, vt moris eſt, abſolui: pœnitentiamq; pro eo fratribus, ſi ille defungeretur, indixi. Quam abſolutionem multa cum deuotione frater ille ſuſcipiens, crucem ſibi à me oblatam ſupplex adorauit, atque ſalutiferæ paſſioni Domini animam corpusq; ſuum intentiſſimè commendauit. His omnibus expletis, coram cūctis tam monachis quàm laicis qui aſtabant, interrogo: quid de runcino illo ſæpè nominato, de quo toties queſtus fuerat, diceret, vel ſi eum adhuc vt priùs videret. At ille quaſi cū multo timore eleuans caput, & oculos velut iam iámque feriendus ad locum ſolitum dirigens, indeq; ad alia vicina loca circunducens; ſubito gaudio obortis lachrymis ait, Per animam patris mei, non comparet. Cumq; & de illo peſſimo conſiliario, qui capiti eius tandiù adhæſerat, requirerem: etiam ad eundem locum, vbi antè illum conſpexerat, intuitum reflecten, Et iſte, ait, abſceſſit. Gratias omnes toto corde agimus Deo, qui ſaluat ſperantes in ſe. Exindè verò ſtudioſiùs eum obſeruari, proprijs deputatis cuſtodibus mandaui. Nec fuit qui poſteà eum ſaltem in modico clamātem audiret: cùm anteà fratres in illa domo iacentes, eius fatigati clamoribus, quieſcere non valerent. Interrogatus frequenter à fratribus, & etiam à famulis, vtrùm aliquid illorum videret quæ priùs viderat: nihil triſte ſe videre, nihil prorſus moleſtiæ pati, affirmabat. A me ipſo de iſtis poſteà interrogatus, omnia ſibi læta & pro voluntate eſſe reſpondit. Toto illo die cum ſubſequenti nocte poſteà ſuperuixit, ſequenti circa ſextam in pace vitam finiuit; bonam ſpem ſalutis ſuæ, & exemplum veræ pœnitentiæ nobis derelinquens.

Actor. 8.

Matth. 28.

Diabolus cō fitētem peccata impedire conatur.

Dęmōis pertinacia ad impediendū ſalutem humanam.

Singulatim peccatis expoſitis, abſoluitur Pœnitens.

Conſcientia per confeſſionem expurgata, Diaboli machinationes repellūtur.

11. LIBRO demùm ſecundo, capite vltimo: Regreſſus ab Angliæ partibus, dum Cluniacum tendens per Franciam iter agerem, ad quoddam monaſterium Cluniacenſis ordinis, quod Radolium vocatur, & ad charitatem pertinet, hoſpitādi cauſa diuerti. Prȩſidebat tunc eidem loco more Prioris frater quidam Bernardus nomine, Pictauus natione, iuuenis ætate, elegās moribus, opere ſtrenus, domui ſibi commiſſæ prudenter prouidens. Detinebatur tunc valida febri, tamq; graui, vt lecto aſſiduè decumbere cogeretur. Veni ergò, & tali morbo eum grauatum inueni. Acceſſi ſtatìm facta regulari oratione ad ipſum, & qualiter ſe haberet ſolicitè perquiſiui. Reſpondit ille, quod clarum erat, nec aliquem cernentem latere poterat: multùm ſe incommodo iam dicto grauari. Monui pro officio, vt quandiù compos ſuî erat, conſcientiam ſcrutaretur, peccata confiteretur, nec aliquid ad ſalutem animæ pertinens intermitteret: ſed confeſſione, deuotione, oratione, ad iter peregri-

Digitized by Google

peregrinum ſecurè explendum, ſe toto quo poſſet conamine pararet. Acquieuit monitis libens: & ſemotis alijs me tantùm coram eo reſidente, confiteri deuotè aggreſſus eſt. Expleta prout tunc datum fuit confeſſione, feci quod meum erat, & ægrum confitentem Chriſtiano more abſolui. Iniuncta verò ei congrua, iuxta quod ab ipſo audieram & mihi viſum eſt, pœnitentia, die ſequenti ad ipſum rediturus receſſi. Facto manè, vt propoſueram redij: & remotis aſtantibus, ſecretò eum de ſimilibus, vt priùs feceram, admonebam. At ille vt potuit corpore, totus autem mente ad me conuerſus, Peccaui, ait, domine, & valdè peccaui: quòd de heſterna confeſſione, quam purè facere debuiſſem, de induſtria quædam ſubtraxi. Ea de cauſa ad iudicium hac nocte vocatus, mira & tremenda videre coactus ſum. Adſtabat quodam in loco multitudo hominum tetri coloris, horrendæ formæ, quorum deformitatem vix viſus humanus tolerare poterat. Allatæ ſunt ab eis lances geminæ: in quarum vna animam meam, in alia opera mea cernebam. Accuſabant me vndiquè: & quandoque vera, quandoque falſa plurima more ſuo proferebant. Aeſtuabam conſtitutus in arcto, nec tot, vt videbatur, millibus hominum innumera obijcientibus, præ timore reſpondere poteram. Cumque diù huiuſmodi litibus & accuſationibus me ad omnia ſuſpenſum ac trementem vexâſſent: occurrebat tandem formoſus vt videbatur vir, & in medio aſtans, turbis inſanientibus, immò vt animo conceperam dæmonibus: Quid, inquit, quæritis? Non eſt iſte planè, non eſt iſte de veſtris. Eripuit, eripuit eum certè de manibus veſtris, ea quam heſterno die Abbati ſuo fecit confeſſio. Non ſic eſt, inquiunt: non ſic eſt, vt dicis. Nouimus enim, & benè conſcij ſumus, quid dixerit, & quid retinuerit. Tacuit pro certo quædam, quorum ſibi ipſe conſcius eſt; non obliuione inductus, ſed deliberatione ſeductus. Cùm igitur bonus ille defenſor meus prolatam licèt à mendacibus veritatem negare non poſſet, nec tamen me deſerere vellet: conſumpſi in immenſo labore ac formidine totam hanc noctè. Qua tranſacta, aurora vt credo dante diei principium, expergefactus ad me redij. Nunc quia plenè intelligo multam mihi à Deo hac viſione impenſam miſericordiam, vt fateri me velit quod tacere decreueram: detegam Deo cuncta ex integro, tibíque pater, nec vltrà meam animā parata ſalute fraudabo. His dictis, ad confitendum rurſum conuerſus, quicquid exhauriendum reliquerat, totum per Dei gratiam exhauſit. Expleta veraci & deuota cōfeſſione, abſolui pro officio fratrem: & oleo ſacro inunctum, Chriſti corpore ad æternam vitam obtinendam refectum, Deo & fratrum precibus intentè commendaui: ſicque valefaciens ei, cum ſocijs receſſi.

Confeſſionis non integræ factę punitio.

B. ACTORVM decimonono, vt in textu.

1. C. CONCILIVM Lateranenſe magnū ſub Innocētio tertio, canone vigeſimoprimo: Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum: niſi fortè de conſilio proprij Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vndè hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, nè quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cùm aliter ille ipſum non poſſit ſoluere vel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circunſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum. Caueat autem omninò, nè verbo vel ſigno vel alio quouis modo prodat aliquatenùs peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verumetiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Cōfeſſio annua.

Alienus Sacerdos non poteſt ſoluere aut ligare.

Inquiſitio circunſtantiarū peccati & peccatoris.

Sigilla Confeſſionis.

Pœna reuelantis Confeſſionem.

2. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Ad oris Confeſſionem pertinet, vt peccator omnia peccata quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter &c. Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos habens authoritatem abſoluendi vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris.

Non quiuis Sacerdos huius Sacramenti miniſter eſt.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta, capite quinto: Ex inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam etiam eſſe à Domino integrā peccatorum Confeſſionē, & omnibus poſt baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, è terris aſcenſurus ad cælos, ſacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit, tanquàm præſides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quo pro poteſtate clauium remiſſionis aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient. Conſtat enim, ſacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, nec æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere duntaxat, & non potiùs in ſpecie, ac ſigillatim ſua ipſi peccata declarâſſent. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſuî diſcuſſionem conſcientiam habent, in confeſſione recenſeri, etiam ſi occultiſſima illa ſint, & tantùm aduerſus duo vltima Decalogi præcepta commiſſa, quæ nonnunquàm animum grauiùs ſauciant, & periculoſiora ſunt ijs quæ in manifeſto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quanquàm rectè & vtiliter citráque omnem præſumptionem in confeſſione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque alijs remedijs expiari poſſunt. Verùm cùm vniuerſa mortalia peccata etiam cogitationis, homines iræ filios & Dei inimicos reddant, neceſſum eſt omnium etiam veniam cum aperta & verecunda confeſſione à Deo quærere. Itaque dum omnia quæ memoriæ occurrunt peccata. Chriſti fideles confiteri ſtudent, procul dubio omnia diuinæ miſericordiæ ignoſcenda exponunt. Qui verò ſecùs faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur prætereà etiam eas circunſtantias in confeſſione explicandas eſſe, quę ſpeciem peccati mutant, quòd ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant: & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam quam oportet, pro illis, pœnitentibus imponere. Vndè alienum à ratione eſt, docere circunſtantias has ab hominibus ocioſis excogitatas fuiſſe, aut vnam tantùm circunſtantiam confitendam eſſe, nempe peccâſſe in fratrem. Sed & impium eſt, Confeſſionem quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere,

Integra peccatorum confeſſio à Chriſto inſtituta, & ad ſalutem lapſis neceſſaria.

In ſpecie & ſigillatim peccata confitenda.

Vniuerſa mortalia peccata quę memoriæ poſt diligens examen occurrūt, confitenda, neceſſario.

Circunſtantiarum confeſſio.

Cōfeſſio ſacramentalis non eſt im-

poſſibilis, aut carnificina conſcientiæ.

aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Cõſtat enim, nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quàm vt poſtquàm quiſq; diligentiùs ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum, eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: Ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi Confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecũdia, grauis quidem videri poſſet, niſi tot tantiſq; cõmodis & conſolationibus leuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc ſacramentum accedentibus, per Abſolutionẽ certiſſimè conferuntur.

Pſal. 18.

Cõfeſſio aliquando publica eſſe poteſt.

Cæterùm quo ad modum confitẽdi ſecretò apud ſolum ſacerdotem, etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum & ſuî humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſſit: non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultò humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda.

Secretã Confeſſione Sacramentali vſa eſt ab initio Eccleſia.

Vndè cùm à ſanctiſſimis & antiquiſſimis Patribus, magnò vnanimiq; cõſenſu, ſecreta Cõfeſſio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta vſa eſt, & modò etiam vtitur, fuerit ſemper commendata: manifeſtè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentũ humanum eſſe, atq; à Patribus in Concilio Lateranenſi cõgregatis, initium habuiſſe, docere non verentur. neq; enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, quod iure diuino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerat: ſed vt præceptũ Confeſſionis, ſaltem ſemel in anno, ab omnibus & ſingulis, cùm ad annos diſcretionis perueniſſent, impleretur.

De annua cõfeſſione præceptum Eccleſiæ renouatur.

vndè iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ: quem morem hæc ſancta Synodus maximè probat & amplectitur, tanquàm pium & meritò retinendum.

4. CLEMENS epiſtola prima ad fratrẽ Domini: Quòd ſi fortè alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ ſuperiùs memorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei & conſilium ſalubre curetur, quò poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire.

Nõ erubeſcat confiteri peccator huic qui præeſt.

Et infrà: Inſtruebat B. Petrus actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, & omni loco Deum reſpicere: firmiter ſcire, cogitationes malas, cordi ſuo aduenientes, mox ad Chriſtum allidere, & ſacerdotibus Domini manifeſtare.

Sacerdotibus cogitationes malas patefaciẽdas docuit D. Petrus.

5. DIONYSIVS Areopagita epiſtola octaua ad Demophilum: Tu verò procidentem ſacerdoti impium (vt ais) atque peccatorem neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinem adſtans calce abieciſti ac repuliſti. Cùm ille quidem verecundè (quod oportuit) fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda veniſſe: neque exhorruiſti inſupèr & ſacerdotem optimum lacerare conuicijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium iuſtificâſſet.

Conſuetudo vt peccatores ſacerdoti prociderent ſua peccata confeſſuri.

6. TERTVLLIANVS in libro de pœnitentia, capite octauo: Tantum releuat confeſſio delictorum, quantum diſſimulatio exaggerat. Cõfeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ.

De vtilitate Confeſſionis & ſatisfactionis.

ET capite nono: Huius igitur pœnitentiæ ſecundæ & vnius, quanto in arcto negocium eſt, tanto operoſior probatio eſt; vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequẽtatur, exomologeſis eſt; qua delictũ Domino noſtrum confitemur, nõ quidem vt ignaro, ſed quatenùs ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitẽtia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaq; exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, cõuerſationem iniungẽs miſericordiæ illicem. De ipſo quoq; habitu atq; victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animũ mœroribus deijcere, illa quæ peccauit triſti tractatione mutare: cæterùm, paſtum & potum pura nôſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa: plerumq; verò ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies noctesq; ad Dominũ Deum tuum, presbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere.

Satisfactiõis opera.

Presbyteris aduolui.

Hæc omnia exomologeſis, vt pœnitentiam cõmendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorẽ ipſa pronuncians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expungat. Cùm igitur prouoluit hominem, magis releuat: cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit: cùm accuſat, excuſat: cùm condemnat, abſoluit. Inquantum non peperceris tibi, intantum tibi Deus, crede, parcet.

ITEM capite decimo: Pleroſq; tamẽ hoc opus vt publicationem ſuî aut ſuffugere, aut de die in diem differre, præſumo, pudoris magis memores, quàm ſalutis: velut illi, qui in partibus verecũdioribus corporis contracta vexatione, conſcientiam medentium vitant, & ità cum erubeſcentia ſua pereunt.

Cõtra eos qui ob pudorẽ & verecundiam refugiũt confiteri peccata & ſatisfacere.

Intolerandũ ſcilicet pudori, Domino offenſo ſatisfacere, ſaluti prodactæ reformari. Næ tu verecundia bonus, ad delinquendũ expandens frontẽ, ad deprecãdum verò ſubducens. Ego rubori locũ non facio, cùm plus de detrimento eius acquiro, cùm ipſe hominem quodãmodò exhortatur: Nè me reſpexeris, dicens, pro te mihi melius eſt perire. Certè periculum eius tunc ſi fortè oneroſum eſt, cùm penès inſultaturos in riſiloquio conſiſtit, vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi proſtrato ſuperſcenditur. Cæterùm inter fratres atq; cõſeruos, vbi communis ſpes, metus, gaudium, dolor, paſſio (quia communis ſpiritus de cõmuni Domino & patre) quid tuos aliud quàm te opinaris? Quid conſortes caſuum tuorum, vt plauſores fugis? Nõ poteſt corpus de vnius membri vexatione lætum agere: condoleat vniuerſum, & ad remedium conlaboret, neceſsè eſt. In vno & altero Eccleſia eſt, Eccleſia verò Chriſtus. Ergò cùm te ad fratrum genua protẽdis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras. Aequè illi cùm ſuper te lachrymas agunt, Chriſtus patitur, Chriſtus patrem deprecatur. Facilè impetratur ſemper, quod filius poſtulat. Grande planè emolumentum verecundiæ, occultatio delicti pollicetur. Videlicet ſi quid humanæ notitiæ ſubduxerimus, proindè & Deũ celabimus. Adeóne exiſtimatio hominum & Dei conſcientia comparantur? An melius eſt damnatum latére, quàm palàm abſolui? Miſerum eſt ſic ad exmologeſin peruenire.

ET capite duodecimo: Si de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologeſis extinguet: & pœnæ priùs magnitudinem imaginare, vt de remedij adeptione non dubites.

Exomologeſis gehẽnam extinguit.

Et poſt pauca: Igitur cùm ſcias aduerſùs gehennam poſt prima illa intinctionis Dominicæ monimenta, eſſe adhuc in exomologeſi ſecunda ſubſidia, cur ſalutem tuam deſeris? Cur ceſſas aggredi, quod ſcias mederi tibi?

Poſt baptiſmũ in exomologeſi ſũt ſecunda ſubſidia.

Mutæ quidem animæ & irrationales, medicinas ſibi diuinitùs attributas in tempore agnoſcunt. Ceruus ſagitta transfixus, vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamno medendum. Hirundo ſi excæcauerit pullos, nouit illos oculare rursùs de ſua chelidonia. Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino

A Domino inſtituta exomologeſis.

exomo-

Dan.4.

exomologeſin ſciens, prætteribit illam, quæ Babylonium regem in regna reſtituit? Diù enim pœnitentiam Domino immolârat, ſeptenni ſqualore exomologeſin operatus, vnguium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente. Prò malæ tractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Contrà autem Aegyptius Imperator, qui populum Dei aliquando afflictum diù Domino ſuo denegatum perſecutus, in prælium irruit, poſt tot documenta plagarum, diſcidio maris, quod ſoli populo peruiũ licebat, reuolutis fluctibus perit. Pœnitentiam enim & miniſterium eius exomologeſin abiecerat. Quid ego vltrà de iſtis duobus humanæ ſalutis quaſi Pharis, ſtyli potiùs negocium quàm officium conſcientiæ meæ curans? Peccator enim omnium notarum cùm ſim, nec vlli rei niſi pœnitentiæ natus, non facilè poſſum ſuper illa tacere, quam ipſe quoquè & ſtirpis humanæ & offenſæ in Dominum princeps Adam, exomologeſi reſtitutus in paradiſum ſuum, non tacet.

Exod.14.

7. ORIGENES homilia prima in Pſalmum trigeſimumſeptimum, vide ſuprà hac eadem quęſtione, A. teſtimonio tertio.

8. IDEM homilia ſecunda in Pſalmũ eundem: Omnibus igitur flagellis emendari, verberarique paratus ſum, & nihil horũ recuſo, tantùm vt ſupplicia æterni ignis effugiã. Ego ergò in flagella paratus ſum, & dolor meus corã me eſt ſemper. Ante oculos meos habeo dolorem meũ, vt futuros pœnarum dolores, præſentibus poſſim doloribus compenſare. Quoniam iniquitatem meã pronuncio. Pronunciationem iniquitatis, id eſt, confeſſionem peccati, frequentiùs diximus. Vide ergò quid edocet nos ſcriptura diuina, quia oportet peccatum nõn celare intrinſecùs. Fortaſsis enim ſicut ij, qui habent intùs incluſam eſcam indigeſtam, aut humoris vel phlegmatis ſtomacho grauiter & moleſtè imminentia, ſi vomuerint, releuantur: ità etiam hi qui peccauerunt, ſi quidẽ occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecùs vrgentur, & propemodùm ſuffocãtur à phlegmate, vel humore peccati. Si autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum, & confitetur, ſimul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit cauſam. Tantummodò circunſpice diligentiùs, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba priùs medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiẽdi nouerit diſciplinam: vt ità demùm ſi quid ille dixerit, qui ſe priùs & eruditum medicum oſtenderit & miſericordem, ſi quid conſilij dederit, facias, & ſequaris: ſi intellexerit, & præuiderit talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſsis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facilè ſanari, multa hoc deliberatione, & ſatis perito medici illius conſilio procurandum eſt.

Pſal.37. — Confeſſionis peccatorum neceſſitas. — Egregia ſimilitudo. — Qualis Confeſſarius quærendus ſit. — Confeſſionẽ aliquãdo publicam eſſe conuenit.

9. IDEM homilia ſecunda in Leuiticum, vt ſuprà A. teſtimonio quarto.

10. CYPRIANVS in tractatu vel ſermone de lapſis: Deniquè quanto & fide maiores, & timore meliores ſunt, qui quamuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſin conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis licèt & modicis vulneribus exquirunt, ſcientes ſcriptum eſſe: Deus non deridetur. Iterùm paulò pòſt: Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit, in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt. Conuertamur ad Dominum mente tota, & pœnitentiam criminis, veris doloribus exprimentes, Dei miſericordiam deprecemur.

Confeſſio apud Sacerdotes. — Galat.6. — Remiſſio per Sacerdotes fit in hac vita.

11. PACIANVS in paræneſi ad pœnitentiam, ſiue in libello de pœnitentia & confeſſione: Vos primùm appello fratres, qui criminibus admiſſis, pœnitentiam recuſatis, vos inquam poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecundos: qui peccare non erubeſcitis, & erubeſcitis confiteri. Et paulò pòſt: Eccè iterùm Apoſtolus ad Sacerdotem: Manus citò nulli imponas, nec communices peccatis alienis. Quid facies tu, qui decipis Sacerdotem? qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum ſcientem probandi difficultate confundis? Rogo ergò vos, fratres, etiã pro periculo meo per illum Dominum, quem occulta non fallunt, deſinite vulneratam tegere conſcientã. Prudentes ægri medicos nõ verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam ſecaturos, etiam peruſturos. Meminimus quoſdam, remota etiam & verecunda membrorum non erubeſcentes, in ferro & cauterio, & grauiſſima illa pulueris mordacitate durâſſe, & quantum eſt illud, quod homines præſtiterunt? peccator timebit? peccator erubeſcet perpetuam vitam pręſenti pudore mercari? & offerenti manus Domino vulnera malè tecta ſubducet? & habet aliquid, quod in illo erubeſcat, qui Dominum læſit? An ſic illi melius eſt perire, nè tu, pudore timidus, ſine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras, cui pro te melius eſt perire? Quòd ſi fratrum oculos erubeſcitis, conſortes caſuum veſtrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum ſuorum vexatione lætatur, immò pariter dolet, & ad remedium conlaborat: In vno & altero Eccleſia eſt, Eccleſia verò Chriſtus, atque ideò qui fratribus peccata ſua non tacet, Eccleſiæ lachrymis adiutus Chriſti precibus abſoluitur. Nunc ad eos ſermo fit qui benè ac ſapienter vulnera ſua pœnitentiæ nomine confitentes, nec quid ſit pœnitentia, nec quæ vulnerum medicina, nouerũt: ſimileſq; ſunt illis, qui plagas quidem aperiunt ac tumores, medicisq; etiã adſidentibus confitentur: ſed admoniti, quæ imponenda ſunt, negligunt, & quæ bibenda, faſtidiunt.

Contra eos qui confiteri erubeſcunt. — 1.Tim.5. — In eos qui fictè aut nõ integrè cõfitentur Sacerdoti. — Simile. — Cõtra eos qui rectè quidem confitentur, ſed ſatisfactionem impoſitã refugiũt, aut Sacerdotis conſilia negligunt.

12. HIERONYMVS in caput decimum Eccleſiaſtæ ſuper ea verba, Si momorderit ſerpens in ſilentio: Si quem ſerpens Diabolus occultè momorderit, & nullo conſcio eũ peccati veneno interfecerit: ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

Eccles 10. — Peccati venenum per confeſſionẽ euomendum. — Quod ignorat medicina non curat.

13. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſima in Geneſim, & homilia decima in Matthæum, vt ſuprà, quæſtione decima de Euchariſtia, D. teſtimonio ſexto & ſeptimo.

14. IOANNIS vigeſimo, vt in textu.

15. AVGVSTINVS libro vigeſimo de Ciuitate Dei, capite nono, vt ſuprà, quæſtione prima, B. teſtimonio decimoquinto.

16. GREGORIVS homilia vigeſimaſexta in Euangelia, vt ſuprà, ibidèm, B. teſtimonio octauo.

17. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio, & homilia quinta de verbis Eſaiæ, ibidèm, C. teſtimonio octauo, & B. teſtimonio decimoſexto.

18. HIERONYMVS ad Heliodorum, ibidèm, B. teſtimonio decimoquarto.

19. CONCILIVM Lateranenſe canone vigeſimoprimo, vt ſuprà, hac eadem quæſtione, C. teſtimonio primo.

20. CONCILIVM Vuormatiẽſe capite vigeſimoquinto: Pœnitentibus, ſecundùm differentiam peccatorũ, ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernũtur. Debet itaq; Sacerdos in pœnitentia dan-

Confeſſarij officium.

Digitized by Google

da ſingulorum cauſas ſingulatim cōſiderare, originem quoquè, modumq; culparum, & affectus gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifeſteq; cognoſcere: temporum etiam & perſonarum, locorum quoquè & ætatum qualitates inſpicere, vt etiam pro conſideratione locorum, ætatum vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum atque gemituum vniuſcuiuſque delinquentis, à ſacris regulis oculos non reflectat.

21. ORIGENES homilia prima & ſecunda in Pſalmum trigeſimumſeptimum, vt ſuprà, A. teſtimonio tertio, & C. teſtimonio octauo.

VI.

Quomodò Patres de Confeßione ſcribunt?

A. Hi certè non modò confitendi vtilitatem & vſum, qui ſemper in Eccleſia fuit, ſed ius etiam atque neceſſitatem nobis magno conſenſu commendant comprobantque.

B, Vt verò è plurimis paucos & probatiſſimos illos teſtes producamus, ſic habet in primis Magnus ille Baſilius:[a] Neceſſarium videtur his, quibus diſpenſatio Myſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Sic enim & hi, qui antiquitùs pœnitebant, inueniuntur apud Sanctos confeſſi eſſe peccata ſua.

C. Tum Cyprianus[b], Confiteantur, inquit, ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum, dum adhuc qui delinquit, in ſeculo eſt, dum admitti eius confeſſio poteſt, dum ſatisfactio cuiuſque & remiſſio facta per Sacerdotes apud Dominum grata eſt.

D. Accedit his Auguſtini ſententia, qui docet in hunc modum: Agite pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat, Occultè ago, apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoſcit, quia in corde ago. Ergò ſine cauſa dictum eſt:[c] *Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo?* Ergò ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſię Dei? Fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti? Promittimus vobis quod ille negat? Nónne vos decipimus? Tum alibì,[d] Sunt, inquit, qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubeſcunt ſiue dedignantur ſe oſtendere Sacerdotibus, quos tamen inter lepram[e] & lepram diſcernere per Legiſlatorem conſtituit Dominus. Sed nolo, vt ipſa decipiaris opinione, quatenùs confundaris confiteri coram Domini Vicario, vel tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſus præ indignatione. Nam ipſius ſimiliter ſubeundum eſt iudicium, quem Dominus ſibi non dedignatur Vicarium.

E. Nec minùs eſt euidens, quod Leo ille Magnus ſcriptum reliquit:[f] Multiplex miſericordia Dei ità lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per Pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui Regenerationis donum violâſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent: ſic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim[g] Dei & hominum homo Christus Iesus, hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus ſatisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

a Quæſt. 288. in regulis breuiorib. Vide etiam quæſt. 229. & in epiſ. 3. canonica ad Amphilochiũ, can. 73.

b De lapſis, Vide eundem epiſt. 10. & 55.

Homil. 49. ex 50. c. 3. Item homil. 41. & 50. c. 4. & 5.

c Matth. 18. Ioan. 20. c

d Lib. 2. de viſit. infirmo. cap. 4.

e Leuit. 13. & 14. a Luc. 17. d Matth. 8. a

f Epiſt. 91. ad Theodorum Foroiulieſem Epiſ. Vide eũdem epiſt. 80. ad Epiſcop. Campaniæ.

g 1. Tim. 2. b

TESTIMONIA.

1. B. BASILIVS in regulis breuioribus, ſiue quæſtionibus compendiò explicatis, quæſtione ducenteſima octogeſimaoctaua: Neceſſarium videtur &c. vt in textu.

2. IDEM quæſtione ducenteſima vigeſimanona compendiò explicata: Interrogatio. Nunquid flagitiosè facta, abiecta omni verecundia, enunciari apud omnes debeant, an apud aliquos tãtummodò? & ſi hoc, apud quos, & cuiuſmodi? Reſponſio: Omninò in peccatorum confeſſione eadem ratio eſt, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Vt igitur vitia corporis nequaquàm quibuſuis temerè homines aperiunt, ſed ijs tantũmodò, qui rationem, qua ea curãda ſunt, teneant: eodem modo etiam peccatorũ confeſſio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea poſſint curare: conſentaneum in modum illi, quod ſcriptum eſt, Vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmiorum portate. hoc eſt, tollite diligentia & cura veſtra.

Non quibuſuis confitendum.

Rom. 15.

3. IDEM in epiſtola tertia canonica ad Amphilochium, canone ſeptuageſimotertio: Sin autem vnuſquiſq; eorum qui in prædictis peccatis fuêre, con-

Confeſſio. Matth. 18. Ioan. 20.

confeſſus bonus euaſerit, & is cui à Dei benignitate ligandi & ſoluendi credita eſt poteſtas, ſi ſit clementior, videns ſummam eius qui peccauit confeſſionem ad diminuendum pœnarum tempus, non eſt dignus damnatione, cùm quæ eſt in ſcripturis, nobis hiſtoria ſignificet, quòd qui cum maiori labore confitentur, Dei miſericordiam celeriter appræhendant.

1. C. CYPRIANVS in tractatu vel ſermone de lapſis: Confiteantur ſinguli &c. vt in textu. & ſuprà, quæſtione quinta, C. teſtimonio nono.

Lib. 3. epi. 14. *Precibus & operibus ſatisfacere.* *Exomologeſis.* *1. Cor. 11.*

2. IDEM epiſtola decima ad Presbyteros & Diaconos: Hæc qui ſubtrahit fratribus noſtris, decipit miſeros, vt qui poſſunt agentes pœnitentiam veram Deo patri miſericordi precibus & operibus ſuis ſatisfacere, ſeducantur, vt magis pereant, & qui erigere ſe poſſent, plùs cadant. Nam cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſim veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & cleri, ius communicationis accipiant, nunc crudo tempore perſecutione adhuc perſeuerante, nondùm reſtituta Eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondùm pœnitentia acta, nondùm exomologeſi facta, nondùm manu eis ab Epiſcopo & clero impoſita, Euchariſtia illis datur, cùm ſcriptum ſit: Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Lib. 1. epiſt. 3. *Criminis exomologeſis.* *In Eccleſia exomologeſim criminū facere.* *Satisfacere nolentium caterua.*

3. ET epiſtola quinquageſimaquinta ad Corneliū: Honor ergò datur Deo, quando ſic Dei maieſtas & cenſura contemnitur, vt cùm ſe ille indignari & iraſci ſacrificantibus dicat, & cùm pœnas æternas & ſupplicia perpetua comminetur, proponatur ſacrilegis atque dicatur, nè ira cogitetur Dei, nè timeatur iudicium Domini, nè pulſetur ad Eccleſiam Chriſti, ſed ſublata pœnitentia, nec vlla exomologeſi criminis facta, deſpectis Epiſcopis atque calcatis, pax à presbyteris verbis fallacibus prædicetur, nè lapſi ſurgant, aut foris poſiti ad Eccleſiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam non ſatis fuit ab euangelio receſſiſſe, ſpem lapſis ſatisfactionis & pœnitentiæ ſuſtuliſſe, fraudibus inuolutos, vel adulterijs commaculatos, vel ſacrificiorum funeſta contagione pollutos, nè Deum rogarent, nè in Eccleſia exomologeſin criminum facerent, ab omni & ſenſu & fructu pœnitentiæ remouiſſe, niſi foris ſibi extra Eccleſiam, & contra Eccleſiam conſtituiſſet conuenticulum perditæ factionis, cùm malè ſibi conſciorum & Deum rogare ac ſatisfacere nolentium caterua conflueret.

1. D. AVGVSTINVS homilia quadrageſimanona ex libro quinquaginta homiliarū: Age pœnitentiam &c. vt in textu.

Eadem verba habet Ambr. in exhortatione ad pœnitentiam. Deo ac ſacerdoti peccata confiteri.

2. IDEM homilia quadrageſimaprima: Non ſolùm poſt pœnitentiam ab iſtis vitijs ſe homo ſeruare debet, ſed & ante pœnitentiam, dum ſanus eſt: quia ſi ad vltimum vitæ ſteterit, neſcit ſi ipſam pœnitentiam accipere, ac Deo & ſacerdoti peccata ſua confiteri poterit.

Rom. 2. *Peccatorum vinculis implicatus, ad claues Eccleſiæ confugere debet. Matth. 16.*

3. ET homilia quinquageſima, capite quarto: vel in libro de pœnitentiæ medicina, capite decimo: Quiſquis poſt baptiſmum aliquorum priſtinorum malorum opere obligatus tenetur, vſqueadeóne ſibi inimicus eſt, vt adhuc dubitet vitam mutare, dum tempus eſt, cùm ità peccat & viuit. Nam vtiquè quòd ipſe perſeuerans peccat, theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Quòd autem adhuc viuit, patientia Dei ad pœnitentiam eum adducit. Implicatus ergò quis tam mortiferis vinculis peccatorum detrectat aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claues Eccleſiæ, quibus ſoluatur in terra, vt ſit ſolutus in cælo: & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantùm Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri? Et poſt pauca: Iudicet ergò ſe ipſum homo in iſtis voluntate dum poteſt, & mores conuertat in melius; nè cùm iam non poterit, etiam præter voluntatē à Domino iudicetur, &c. vt ſuprà, quæſtione quarta de pœnitentia, D. teſtimonio ſeptimo.

Matth. 16.

4. ET capite quinto: Sed fac incertum eſſe, vtrùm ignoſcat Deus. Quid perdit, cùm ſupplicat Deo, qui ſalutem perdere non dubitauit, cùm offenderet Deum? Quis enim certus eſt, quòd etiam Imperator ignoſcat? Et tamen pecunia funditur, maria tranſmeantur, procellarum incerta ſubeuntur: & penè vt mors euitetur, mors ipſa ſuſcipitur. Supplicatur deindè per homines homini, ſine dubitatione fiunt iſta, quum ſit dubium quo fine proueniant, & tamen certiores ſunt claues Eccleſiæ, quàm corda regum: quibus clauibus quodcunque in terra ſoluitur, etiam in cælo ſolutum promittitur. Et multo eſt honeſtior humilitas, qua ſe quiſque humiliat Eccleſiæ Dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.

5. MATTHAEI decimooctauo, vt ſuprà quæſtione prima, B. in textu.

6. IOANNIS vigeſimo, ibidèm.

Nō ſoli Deo, ſed & ſacerdoti cōfitendum. *Pſal. 136.* *1. Cor. 10.* *Luc. 17.* *Iaco. 5.* *Malach. 2.* *Modus confitendi.*

7. AVGVSTINVS in libro ſecundo de viſitatione infirmorum, capite quarto: Sunt quidam qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumāt, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina &c. Et quibuſdam interpoſitis: Ergò ad te venire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitùs participem. Non ſeducat te ſomniantium illa ſuperſtitio, quæ in viſitando confirmat, quia ſaluat ſacerdote inconſulto ad Deum peccatorum confeſſio. Nos autem non abnegamus, quin ſit ad Deum frequenter referenda confeſſio peccatorum. Beatus etenim qui tenebit, & allidet paruulos vel maximos ſuos ad petram. Petra autem Chriſtus eſt. Sed teſtamur, & teſtatur illud ſana doctrina, nè tibi applaudentium faueas auribus, quoniam priùs eges ſacerdotis, qui mediator ſit ad Deum tuum, ſalubri iudicio: alioquin & ſub lege, & ſub gratia, Ite, & oſtendite vos ſacerdotibus, reſponſum diuinum quomodò conſummaretur? Confitemini alterutrùm peccata veſtra, quomodò compleretur? Ergò cicatricum tuarum arbiter Dei vice, Dominus adhibeatur presbyter; & reuela ei vias tuas, & ipſe tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Deindè capite quinto ità ſubiungit: Adſtantem coram te ſacerdotem angelum Dei exiſtima. Labia quidem ſacerdotis, ait Malachias, cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius. Angelus enim Domini exercituum eſt. Et cum qua & Deum & angelum eius decet reuerentia Dei miniſtrum affari? Aperi ei penetralium tuorum abditiſſima latibula, conſcientiarum verecundarum penitiora reuela repagula. Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forſitan coram multis & cum multis facere. Nam humanum eſt peccare, Chriſtianum eſt à peccato deſiſtere, diabolicum eſt perſeuerare. Ergò quæ mentem grauiùs exacerbant facinora, Dei angelo manifeſta: nihil obſcurum dicens, culpam nullis ambagibus inuoluens, nullis circumitionibus quod verum eſt operiens. Deſignāda etiam ſunt in quibus peccāſti loca, ſi recordaris & tempora, cum quibus peccāſti perſonis, non nomina ipſarū, etiam vt à peccato deſiſtant ſecretò corrigenda familiaritas, in qua peccāſti labilis ætas, quo gradu iam Eccleſiæ inſeruiebas, vtrùm ſemel, an ex conſuetudine; vtrùm neceſſitate, an ex volūtate cecidiſti. His enim omnibus ſua inſtant iudicia &c. Hæc autem omnia ſi taceantur, vel dicta callidè pallientur, animam iugulant: ſi denudentur, cum pœnitentia euaneſcunt. In nihilum redigenda ordine competenti proſe-

Digitized by Google

quere, ſine circunlocutione ediſſere peccata, pro viribus, immò viriliter extirpare contende. Heu cur erubeſcis confiteri, quod facere nequaquàm erubuiſti? Melius eſt coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quàm in die iudicij coram tot millibus hominum graui compulſa denotatum tabeſcere. Confitere igitur chare mi nominetenus quæ te remordent flagitia, detege ſpecialiter quæ ſcis ſpecialia, quotidiana de quibus non fuiſti mundus, ſaltem cogitatione in collecta generali appone; ſicq; ex indulgentia confide.

8. LEVITICI decimotertio, vt ſuprà quæſt. prima, C. teſtimonio quarto.

9. ET decimoquarto, 10. LVCAE decimoſeptimo, 11. MATTHAEI octauo, ibidèm teſtimonio quinto, & ſequentibus.

1. E. LEO epiſtola nonageſimaprima ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum: Sed vt quoquo modo inſtruatur ambiguitas conſulentis, quid de pœnitentium ſtatu Eccleſiaſtica habeat regula, non tacebo. Multiplex miſericordia Dei, & cætera, vt in textu, per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtiquè operi ipſe Saluator interuenit, nec vnquàm ab his abeſt, quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit, dicens: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: vt ſi quid per ſeruitutem noſtram bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per ſpiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino ſupplicamus, quocunque interceptus obſtaculo, à munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquàm ad conſtituta remedia perueniat, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne, non poterit. Nec neceſsè eſt nobis, eorum, qui ſic obierint, merita actúſque diſcutere, cùm Dominus Deus noſter, cuius iudicia nequeunt compræhendi, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit, ſuæ iuſtitiæ reſeruauerit: ità poteſtatem ſuam timeri volens, vt hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multùm enim vtile ac neceſſarium eſt, vt peccatorum reatus ante vltimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur. His autem qui in tempore neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia, præſidium pœnitentię & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuerſio, dicente ſpiritu Dei per Prophetam: Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibì: Dic tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificeris. Et iterùm: Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe lachrymas, gemitúſque negligere, cùm ipſam * pœnitentiam ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo: Nè fortè det illis Deus pœnitentiam, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius voluntatem. Vndè oportet vnumquenque Chriſtianum conſcientiæ ſuæ habere iudicium, nè conuerti ad Deum de die in diem differat: nè cùm ſatisfactionis ſibi tempus in fine vitæ ſuæ conſtituit, quia periculosè hac ſe conditione fragilitas & ignorantia humana concludit, ad paucarum horarum ſe reſeruet incertum: & cùm poſſit pleniore ſatisfactione indulgentiam promereri, illius temporis anguſtias eligat, quo vix inueniat ſpatium aut confeſſio pœnitentis, vel reconciliatio ſacerdotis. Verùm (vt dixi) etiã talium neceſſitati ità auxiliandum eſt, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam, etiam amiſſo vocis officio per indicium integri ſenſus quærere probentur. Quòd ſi aliqua vi ægritudinis ità fuerint aggrauati, vt quod pauloantè poſcebant, ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant: teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruata tamen regula canonum paternorum circa eorum perſonas, qui in Deum, à fide diſcedendo, peccârunt.

Matth. 27.
Quàm periculosũ, mori ſine abſolutiõe ſacramẽtali.
Satisfactio.
Ezech. 18.
Eſa. 43.
Pſal. 129.
* pœnitendi affectionem.
2. Tim. 2.
Non differenda conuerſio & ſatisfactio.
Recõciliatio ſacerdotis.

2. IDEM epiſtola octogeſima ad Epiſcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum conſtitutos, capite ſecundo: Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nupèr agnoui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri, (de pœnitentia videlicet, quæ ità à fidelibus poſtulatur) nè de ſingulorum peccatorum genere, libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur, cùm reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicari confeſſione ſecreta. Quanuìs enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorẽ apud homines erubeſcere non veretur, tamen quia non omniũ huiuſmodi ſunt peccata, vt ea, qui pœnitentiã poſcunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis conſuetudo, nè multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuũt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſent legũ conſtitutione percelli. Sufficit enim illa confeſſio, quæ primùm Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitẽtium precator accedit. Tunc enim demùm plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

Confeſſio ſecreta apud ſacerdotes ſufficit, nec expedit publicam facere.

VII.

Quid porrò de Satisfactione ſentiendum eſt?

Gregorius in cap. 9. libri 1. Regum. Baſilius quæſt. 12. in regulis breuiorib.
a Hebr. 9. g Ephe. 5. a f 4. g 1. Ioan. 2. a Ioan. 1. d
b Ephe. 2. a 2. Cor. 5. d Cypria. epiſt. 59. & 10. Tertul. de pœnitentia cap. 5. 7. 8. 9. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 8. & 9. de ſacramento Pœnitentiæ.

A. ID videlicet, quòd alia CHRISTI Redemptoris propria, alia fidelium pœnitentium communis ſit ſatisfactio. Illa ſemel [a] in corpore CHRISTI crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit, peracta eſt, vt qui natura ſunt [b] iræ filij, DEO reconcilientur: Hæc verò, quæ ad pœnitentes pertinet, à Chriſti membris in Eccleſia quotidiè peragitur, cùm pœnitentes poſt Confeſſionem ea quæ Sacerdos abſoluens iniunxit, perficimus, aut cùm vltrò quidem dignos pœnitentiæ fructus edimus, quibus anteactæ vitæ errata ſiue commiſſa aliqua ſaltem ex parte compenſemus.

c Exod. 32. g. Nume. 12. d 14. d e f & 20. b d Pſal. 98. b 2. Reg. 12. c d Auguſt. lib. 2. de pecca. meri. cap. 34. & lib. 22. contra Fauſtum cap. 67. Gregor. lib. 9. Moral.

B. Hæc [c] vindicatoria ſimul & emendatoria quædam eſt Satisfactio, & Redemptoris CHRISTI beneficium atque Satisfactionem adeò non obſcurat, vt magìs etiam commendet, illuſtretque. Illa enim præ-

præeunte, ac præcipuè [d] cooperante, iuxta diuinam ſcripturam iudicium [e] facimus & iuſtitiam, delicta noſtra contra noſipſos vindicantes, & reſiduas in nobis peccatorum reliquias diluentes, Deique gratiam nobis pleniorem conciliantes atque promerentes: deniquè hac ratione teſtantes, nos CHRISTI Crucem libẽter amplecti, [f] abnegare nos ipſos, mortificare carnem, veteris nos hominis odio commotos ad perfectiora conniti, dum aduerſùs deprauati animi motus ardenti zelo fortiterque certamus.

c. 27. 2. Reg. 24. b c Prouerb. 11. d Eccli. 5. a August. tract. 124. in Ioan.
d Chryſoſt. homil. 80. ad pop.
e Eſa. 56. a Ezech. 18. e f Hiere. 22. a 2. Corinth. 7. e Pſal. 50. a & Chryſoſt. ibid. & in 3. cap. Matth.
f Luc. 9. c Matth. 16. d Roma. 6. a Epheſ. 4. e Coloſ. 3. b

C. Quo quidem pacto Satisfactioni operam dabant [g] Dauid, Niniuitæ, & alij, quos in cilicio, cinere, gemitu, luctu, ieiunijs, alijsque afflictionibus pœnituiſſe conſtat, qui & hinc Deo grati & approbati fuiſſe leguntur. Quam pœnitentiæ partem Scriptura confirmans, nobiſque commendans clamat: [h] *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* Et alibì: [i] *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Et quidem Paulus [k] docet, triſtitiam quæ ſecundùm Deum eſt, operari vindictam: & generatìm admonet: [l] *Si noſipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur à Domino.*

g 2. Reg. 12. d 1. Paral. 21. e Pſal. 34. b 98. b Ion. 3. b 3. Reg. 21. g 1. Mach. 2. b 3. f 2. Machab. 3. d Matth. 11. e Luc. 10. c Iudith 4. b c d 7. a 8. a 9. a Ioel. 2. c Dan. 9. a Iob 42. b Hier. 6. g 4. e 25. g 48. f 49. a Ezech. 7. e Thren. 2. c
h Ioel. 2. c
i Ezech. 18. g
k 2. Cor. 7. e
l 1. Cor. 11. g

D. Eapropter non eſt, cur de Satisfactionis nomine, quod certè Patribus eſt perquàm familiare, diſceptemus, cùm in Scripturis res ipſa perſpicuè proponatur.

TESTIMONIA.

Preter Chriſti ſatisfactionẽ neceſſaria eſt etiam noſtra ſatisfactio &c.

1. A. GREGORIVS in caput nonum libri primi Regum in illa verba, dixit Samuel coco &c. Non omnia noſtra Chriſtus expleuit. Per crucem quidem ſuam omnes redemit, ſed remãſit, vt qui redimi & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profectò reſiduum viderat, qui dicebat: Si compatimur, & cõregnabimus. Quaſi dicat, quod expleuit Chriſtus, non valet, niſì ei, qui id quod remanſit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apoſtolus dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinqués exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Hinc Paulus ait: Adimpleo ea quę deſunt paſſioni Chriſti in corpore meo.

2. Tim. 2.
1. Pet. 2.
Coloſ. 1.

2. BASILIVS quæſtione duodecima in regulis breuioribus ſeu compendiò explicatis quęſtionibus: Deus pro remiſſione peccatorum noſtrorum demiſſo vnigenito filio ſuo, quantùm in ipſo eſt, ea antè iam omnibus condonauit. Quoniam autem miſericordiam & iudicium ſanctus vir canit, & teſtatur Deum miſericordem eſſe & iuſtum, neceſſe eſt, vt quæ & à prophetis, & ab apoſtolis, ſuis locis de pœnitentia dicta ſunt, ea à nobis præſtentur, vt appareant iudicia iuſtitiæ Dei, & miſericordia eius conſummetur ad condonationem peccatorum.

Deus quantũ in ipſo eſt nobis omnia cõdonauit, ſed tamen pœnitentia noſtra opùs eſt.
Pſal. 100.

3. AD Hebræos nono: Neque vt ſæpè offerat ſemetipſum, quemadmodùm pontifex intrat in ſancta, per ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutiouem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit: Et quemadmodùm ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autẽ iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.

4. AD Epheſios quinto: Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Ibidèm: Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro, &c.

5. ET capite quarto: Donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

6. PRIMAE Ioannis ſecundo: Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

7. IOANNIS primo: Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi.

8. AD Epheſios ſecundo: Eramus natura filij irę ſicut & cæteri: Deus autem (qui diues eſt in miſericordia) propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.

9. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergò legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

10. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimanona ad Fidum presbyterum: Legimus literas tuas, frater chariſſime, quibus ſignificâſti de Victore quodam presbytero: quòd ei antequàm pœnitentiam plenam egiſſet, & Domino Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet, temerè Therapius collega noſter immaturo tempore, & præpropera feſtinatione pacem dederit. Quæ res nos ſatìs mouit, receſſum eſſe à decreti noſtri authoritate, vt ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate vrgente, ac neceſſitate cogente, pax ei concederetur.

Lib. 3. epiſt. 8.
Deo faciẽda ſatisfactio.

11. IDEM epiſtola decima ad Clerum: Agentes pœnitentiam veram, poſſunt Deo Patri miſericordi precibus & operibus ſuis ſatisfacere.

Lib. 3. epi. 14.
Precibus & operibus Deo ſatisfacere.

12. TERTVLLIANVS libro de Pœnitentia capite quinto: Ità qui (loquitur de relapſo) per delictorum pœnitentiam inſtituerat Domino ſatisfacere, diabolo per aliam pœnitentiam pœnitentiæ ſatisfaciet. ET capite ſeptimo: Non ſtatìm ſuccidendus ac ſubruendus eſt animus deſperatione,

Satisfacere Domino.

Digitized by Google

ratione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit: pigeat ſanè peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat; pigeat iterùm periclitari, ſed non iterùm liberari. Neminem pudeat. Iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem. ET capite octauo: Id ſi dubitas, euolue quæ ſpiritus eccleſijs dicat: Deſertam dilectionem Epheſijs imputat; ſtuprum & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat; Sardos non plenorum operum incuſat; Pergamenos docentes peruerſa reprehendit; Laodicenos fidentes diuitijs obiurgat: & tamen omnes ad pœnitētiam commonet, ſub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti. ET capite nono: Satisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Vide plura ſuprà, quæſtione quinta de pœnitentia, C. teſtimonio ſexto.

Satisfactio.
Apoc.2. & 3.
Satisfactio confeſſione diſponitur. Pœnitentia Deus mitigatur.

13. CONCILIVM Tridentium ſeſſione decimaquarta, capite octauo de Pœnitētiæ Sacramento: Demùm, quo ad Satisfactionem, quę ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodùm à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ità vna maximè noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu, impugnatur ab ijs, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegârunt: ſancta Synodus declarat, falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienum, culpā à Domino nūquàm remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim & illuſtra in ſacris literis exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam traditionem, hic error quàm manifeſtiſſimè reuincitur. Sanè & diuinę iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui ſemel à peccati & Dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templum Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, nè ità nobis abſque vlla Satisfactione peccata dimittatur, vt occaſione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij & contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubiò enim magnoperè à peccato reuocāt, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioresq́ & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt, medentur quoquè peccatorum reliquijs, & vitioſos habitus, malè viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquàm exiſtimata fuit ad amouendam imminētem à Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoquè indè arrham habentes, quòd ſi compatimur, & conglorificabimur. Neque verò ità noſtra eſt Satisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. nam qui ex nobis, tanquàm ex nobis, nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos cōfortat, omnia poſſumus: ità nō habet homo, vndè glorietur: ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt: in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus: facientes fructus dignos pœnitētiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergò ſacerdotes Domini, quātùm ſpiritus & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate, ſalutares & conuenientes ſatisfactiones iniungere: nè, ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt Satisfactio, quam imponunt, non ſit tantùm ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & caſtigationem. nam Claues ſacerdotum non ad ſoluendum duntaxàt, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent. nec propterea exiſtimârunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ vel pœnarum, ficut nemo vnquàm Catholicus ſenſit, ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus vim meriti & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ità optimam pœnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim & vſum tollant.

Satisfactio hodiè maximè impugnatur.
Culpa remittitur aliquando ſine vniuerſæ pœnæ cōdonatione.
Num.14.
2.Re.12. & 24
1.Par.21.
1.Cor.3.
Epheſ.4.
Rom.2.
Satisfactoriarum pœnarum vtilitas.
2.Cor.3.
Rom.8.
2.Tim.2.
Philip.4.
1.Cor.11.
2.Cor.10.
Quales ſatisfactiones iniungendæ.
Claues Sacerdotum etiam ad ligandum valent.
Noſtra ſatisfactio nō minuit Chriſti ſatisfactionem.

14. ITEM capite nono: Docet pręterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis ſpontè à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus.

Pœnæ diuinitùs inflictæ, quando vim ſatisfaciendi habeant.

1. B. EXODI trigeſimoſecundo capite: Reuerſuſque (Moyſes videlicet) ad Dominum, ait: Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntq́ ſibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi nō facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cui reſpondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit ergò Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

2. NVMERORVM duodecimo capite: Iratusq́ Dominus contra eos (Aaron ſcilicet & Mariam) abijt: nubes quoquè receſſit, quæ erat ſuper tabernaculum: & eccè Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Cumq́ reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moyſen: Obſecro Domine mi, nè imponas nobis hoc peccatum, quod ſtultè commiſimus, nè fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuæ. eccè iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra. Clamauitq́ Moyſes ad Dominum, dicens: Deus, obſecro, ſana eam. Cui reſpondit Dominus: Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſteà reuocabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo, donec reuocata eſt Maria.

3. ET capite decimoquarto: Et ait Moyſes ad Dominum, Dimitte obſecro peccatum populi tui huius ſecūdùm magnitudinem miſericordiæ tuę, ſicut propitius fuiſti egredientibus de Aegypto, vſque ad locum iſtum. Dixitq́ Dominus, Dimiſi iuxta verbū tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuerſa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto, & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decē vices, nec obedierunt voci meæ, non videbūt terram, pro qua iuraui patribus eorum, nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hāc quam circuiuit, & ſemen eius poſſidebit eā. Quoniam Amalecites & Chananęus habitant in vallibus. Cras mouete caſtra, & reuertimini in ſolitudinem per viam Maris rubri. Locutusq́ eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicēs, Vſquequò multitudo hæc peſſima murmurat contra me? querelas

filiorum

filiorum Iſraël audiui. Dic ergò eis, Viuo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmurâſtis contra me, non intrabitis terram ſuper quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun. Paruulos autem veſtros, de quibus dixiſtis, quòd prædæ hoſtibus forent, introducam: vt videant terram quæ vobis diſplicuit. Veſtra cadauera iacebũt in ſolitudine. Filij veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram, donec conſumantur cadauera patrum in deſerto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus cõſiderâſtis terram: annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam: quoniam ſicut locutus ſum, ità faciã omni multitudini huic peſſimæ quę conſurrexit aduerſùm me: in ſolitudine hac deficiet, & morietur. Igitur omnes viri quos miſerat Moyſes ad contemplandam terram, & qui reuerſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd eſſet mala, mortui ſunt, atque percuſſi in conſpectu Domini. Ioſue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerũt ex omnibus qui perrexerant ad conſiderandã terram. Locutuſq; eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad omnes filios Iſraël, & luxit populus nimìs.

4. ITEM capite viceſimo: Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitq; eis: Audite rebelles & increduli, Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumq; eleuâſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ità vt populus biberet & iumenta. Dixitq; Dominus ad Moyſen & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſraël, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Et paucis interiectis: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram quã dedi filijs Iſraël, eò quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem. Cumq; nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filiũ eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyſes vt præceperat Dominus, & aſcenderũt in montem Hor, coram omni multitudine. Cumq; Aaron ſpoliâſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcẽdit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

5. PSALMO nonageſimooctauo: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabãt Dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Cuſtodiebant teſtimonia eius, & pręceptum quod dedit illis. Domine Deus noſter, tu exaudiebas eos: Deus, tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.

6. SECVNDI Regũ duodecimo capite: Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ego vnxi te in regem ſuper Iſraël, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, dediq; tibi domum Iſraël & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adijciam tibi multo maiora. Quare ergò contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo? Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem eius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eò quòd deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua. Itaque hæc dicit Dominus, Eccè, ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſcondité: ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu Solis huius. Et Dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino, &c. vt infrà hac eadem quæſtione, C. teſtimonio primo.

7. AVGVSTINVS libro ſecundo de peccatorum meritis & remiſſione, capite triceſimoquarto: Sicut primi homines poſteà iuſtè viuendo, vndè meritò creduntur per Domini ſanguinem ab extremo ſupplicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradiſum reuocari: ſic & caro peccati etiamſi remiſſis peccatis homo in ea iuſtè vixerit; non continuò meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis inſinuatum eſt de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem Propheta cùm 2.Reg.12.
miſſus eſſet, eíque propter peccatum quod commiſerat euentura mala ex iracundia Dei comminaretur, confeſſione peccati veniam meruit, reſpondente Propheta, quòd illud ei flagitium facinuſq; remiſſum ſit: & tamen conſecuta ſunt quæ Deus fuerat comminatus, vt ſic humiliaretur à filio.

Dauid etſi cõfeſſione peccati veniam meruit, tamẽ pœnã nõ euaſit.

8. IDEM libro vigeſimoſecundo contra Fauſtum Manichæum, capite ſexageſimoſeptimo: Quid aliud quàm cordis eius (Dauidis nempe) 2.Reg.12.
profunda cernebat ſpiritus Dei, quãdo correptus per Prophetam dixit, Peccaui: continuoq; ad hoc vnum verbum audire meruit, quòd acceperit veniam? Ad quam rem, niſi ad ſempiternam ſalutem? Neque enim prætermiſſa eſt in illo ſecundùm Dei comminationem flagelli paterni diſciplina, vt & confeſſus in æternũ liberaretur, & afflictus tẽporaliter probaretur. Haud verò mediocre fidei robur fuit, aut paruum mitis & obedientis animi indiciũ, cùm audîſſet à Propheta, quòd ſibi Deus ignouiſſet, & tamen quæ fuerat cõminatus, cõſequenter eueniſſent, nõ ſe dicere Prophetæ deceptum eſſe mendacio, nec murmurare aduerſus Deum, quaſi falſam peccatorum eius indulgentiam pronunciauerit. Intelligebat enim vir altè ſanctus, & non contra Deum, ſed ad Deum leuans animam ſuam, niſi Dominus eſſet confitenti pœnitentiq; propitius, quantum pœnarum æternarum eius eſſent digna peccata: pro quibus cùm temporalibus emendationibus vreretur, videbat erga ſe & manere veniam, & non negligi medicinam.

Quare Dauid poſt acceptã veniã peccatorum, adhuc pœnas luerit

Pœna poſt veniam culpæ, emẽdatio eſt, & medicina.

9. GREGORIVS libro nono Moralium in Iob, capite viceſimoſeptimo, tractans ea verba capitis noni, Sciens quòd non parceres delinquenti: Iob 9.
Si delinquenti non parcitur, quis ab æterna morte eripitur, cùm à delicto mundus nemo reperitur? An pœnitenti parcit, & delinquenti non parcit? Quia cùm delicta plangimus, nequaquàm iam delinquentes ſumus. Sed quid eſt quòd Petrus, cùm Lucæ 22.
negat, reſpicitur, & redemptoris negati reſpectu, ad lachrymas vocatur? Quid quòd Paulus cùm Actor. 9.
Redemptoris nomen in terra conaretur extinguere, eius verba de cælo meruit audire? Sed tamen culpa in vtroque punita eſt: quia & de Petro, teſte Euangelio ſcriptum eſt: Recordatus eſt Petrus Lucæ 22.
verbi Ieſu quod dixerat: & egreſſus foràs, fleuit amarè. Et de Paulo hæc eadem, quæ hunc vocauit, veritas dicit: Ego oſtendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Actor. 9.
Delinquenti ergò Dominus nequaquàm parcit, quia delictũ ſine vltione nõ deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitẽs punit, aut hoc Deus cũ homine vindicãs percutit. Nequaquã igitur peccato parcitur, quia nullatenùs ſine vindicta laxatur. Sic Dauid audire poſt confeſſionẽ meruit: Dominus trãſtulit peccatum 2.Reg.12.
tuũ. Et tamẽ multis pòſt cruciatibus afflictus, ac fugiens,

Deus delinquẽti nõ parcit, quia delictum ſine vltione nõ deſerit.

Digitized by Google

Salutis vnda à peccato originali abſoluimur, ſed pœnas adhuc quaſdam luimus.

giens, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos ſalutis vnda à culpa primi parentis abſoluimur, ſed tamen reatum eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoquè adhuc carnaliter obimus. Benè ergò dicitur: Sciens quòd non parceres delinquenti, quia delicta noſtra ſiue per nos, ſiue per ſemetipſum reſecat, etiam cùm relaxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare.

Iob 9.

10. SECVNDI Regum, capite viceſimoquarto: Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquàm numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valdè in hoc facto: ſed precor Domine, vt trãſferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid manè, & ſermo Domini factus eſt ad Gad prophetam, & videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Cúmque veniſſet Gad ad Dauid, nunciauit ei, dicens: Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Nunc ergò delibera, & vide quem reſpondeam ei, qui me miſit, ſermonem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: ſed melius eſt, vt incidam in manus Domini, (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quàm in manus hominum. Immiſitq; Dominus peſtilentiam in Iſraël de manè vſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo à Dan vſq; ad Berſa-bee ſeptuaginta millia virorum. Cumq; extendiſſet manum ſuam angelus Domini ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem, & ait angelo percutienti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam. erat autem angelus Domini iuxta aream Areuna Iebuſæi. Dixitq; Dauid ad Dominum, cùm vidiſſet angelum cædentem populum, Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.

11. PROVERBIORVM vndecimo capite: Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

12. ECCLESIASTICI quinto capite: Nè ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. & nè dixeris, Quomodò potui? aut quis me ſubijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Nè dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum.

13. AVGVSTINVS tractatu centeſimo viceſimoquarto in Euangelium Ioannis: In malis quæ quiſque patitur, nõ in bonis quibus fruitur, opùs eſt patientia. Hanc itaque vitam de qua ſcriptum eſt; Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram? in qua quotidiè clamamus ad Dominum, Libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis; quanuis vt in eam veniret miſeriam, primùm fuerit cauſa peccatum. Productior eſt enim pœna quàm culpa; nè parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demõſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariȩ patientiæ, temporaliter hominem detinet pœna, etiam quem iam ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa.

Iob 7.

Matth. 6.

Productior eſt pœna, q̃ culpa, nè parua putetur culpa.

14. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſima ad populum Antiochenum: Totam vitam in peccatis abſumpſi, & ſi pœnitentiam egero, ſaluabor? & maximè. Vndè conſtat? Ex Domini clementia. Nè tuæ confidas pœnitentiæ: Tua nanque pœnitentia tanta nequit peccata delere. Si ſola foret pœnitentia, iure timeres: ſed poſtquàm cum pœnitentia commiſcetur Dei miſericordia, confide, quoniam tuam vincit nequitiam: multùm enim eſt miſericors Deus, & tantùm clemens, vt neque filio pepercerit, vt ingratos ſeruos redimeret. Nec mihi dicas, Nimiùm peccaui, & quomodò poſſum ſaluari? Tu non potes, tuus poteſt Dominus: & ità delet peccata, vt nec eorum remaneat veſtigium. In corporibus quidem hoc non licet, quin etiam ſi milliès medicus elaboret, & imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit, cicatrix verò permanet, vulneris circunferens argumentum, adſpectus deformitatem. Et licèt in infinitum medicus contendat, non tamen cicatricem delere poteſt. Ipſa nanque naturæ repugnat imbecillitas, & artis impotẽtia, vilitasq; medicamentorum. Deus autem cùm delet peccata, neque cicatricem relinquit, neque permittit remanere veſtigium, ſed cum ſanitate pulchritudinem quoquè reſtituit: cum liberatione à pœna, dat & iuſtitiam, & præuaricatum non præuaricato ſimilem reddit. Si nanque vel infinita quis habẽs vulnera, pœnitentiam egerit, & aliquid fecerit boni, ſic ea Deus delet, vt neque cicatricem, neque veſtigium, neque peccatorum oſtendat indicium.

Pœnitẽtia noſtra Dei miſericordia nititur.

Ità penitùs delentur peccata, vt ne veſtigium quidè remaneat.

15. ESAIAE quinquageſimoſexto: Hæc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam: quia iuxtà eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur.

16. EZECHIELIS decimooctauo: Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. Ibidèm: Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit.

17. HIEREMIAE vigeſimoſecundo: Hæc dicit Dominus: Facite iudicium & iuſtitiam, &c.

18. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo: Nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitẽtiam. Contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitẽtiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Eccè enim hoc ipſum, ſecundùm Deum contriſtari vos, quãtam in vobis operatur ſolicitudinem: ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. in omnibus exhibuiſtis vos, incontaminatos eſſe negocio.

19. PSALMO quinquageſimo: Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm multitudinem miſerationũ tuarum dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris, &c.

20. CHRYSOSTOMVS in Pſalmum quinquageſimum, multa habet de pœnitentia Dauid.

21. ITEM in caput Matthæi tertium ſcribens, homilia decima ſic ait: Agamus pœnitentiam, etiam ſi indulgentiæ modũ peccata excedere videantur, & non modò venia peccatorum, verum etiam præmiorum gloria perfruemur. Pœnitentiam verò dico, non ſolùm vt à malis prioribus deſiſtamus, verumetiã vt bonorum operum fructibus impleamur. Facite, inquit, fructus dignos pœnitentia. Quo autem modo fructificare poterimus? Si vtiquè peccatis aduerſa faciamus. Aliena rapuiſti? incipe donare iam & propria. Longo ea tempore fornicatus? à legitimo quoq; vſu ſuſpendere

Matth. 3.

Digitized by Google

dere coniugij, ac perpetuam continentiam ſæpiùs paucorum dierum caſtitate meditare. Iniuriam vel opere cuiquam, vel ſermone feciſti? refer benedictionis verba conuicijs: & percutientes te, nunc officijs, nunc etiam beneficijs placare contende. Neque enim vulnerato ſufficit ad ſalutem, tantummodò ſpicula de corpore euellere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus. Delicijs antè & temulentia diffluebas? ieiunio & aquæ potu vtrunque compenſa: cura vt detrimentum, quod ex anteactis accepiſti, abigas. Vidiſti impudicis alienum decorem oculis? fœminam iam omninò ne videas, maiore tactus cautione, quo tutior poſt vulnera.

Egregia ſimilitudo.

22. LVCAE nono: Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me.

23. MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

24. AD Romanos ſexto: Qui enim mortui ſumus peccato, quomodò adhuc viuemus in illo? Et paulò poſt: Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

25. AD Epheſios quarto: Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt &c.

26. AD Coloſſenſes tertio: Nolite mentiri inuicèm, expoliãtes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius qui creauit illum, &c.

1. C. SECVNDI Regum duodecimo: Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoquè tranſtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen quia blaſphemare feciſti inimicos Domini: propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoquè Dominus paruulum, quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & deſperatus eſt. Deprecatusq; eſt Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſùm, iacuit ſuper terram. Venerunt autem ſeniores domus eius, cogentes eum, vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

2. PRIMI Paralipomenon vigeſimoprimo: Leuansq; Dauid oculos ſuos, vidit angelum Domini ſtantem inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & verſum cõtra Hieruſalem: & ceciderunt tam ipſe quàm maiores natũ veſtiti cilicijs proni in terram, &c.

3. PSALMO trigeſimoquarto: Ego autẽ, cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. Humiliabã in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar.

4. ET ſexageſimooctauo: Et operui in ieiunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi. Et poſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

5. IONAE tertio: Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniuæ: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

6. TERTII Regum vigeſimoprimo: Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauítque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Heliam Theſbiten, dicens: Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt meî cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

7. PRIMI Machabæorum ſecundo, poſtquàm Mathathias deploràſſet cum filijs ſuis deſolationem Hieruſalem, ſic de eo dicitur: Et ſcidit veſtimenta ſua Mathathias, & filij eius: & operuerunt ſe cilicijs, & planxerunt valdè.

8. EODEM libro, capite tertio: Et congregati ſunt (Iudæi cùm aduersùs eos miſſus eſſet exercitus à Lyſia) & venerunt in Maſpha contra Hieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſraël. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt veſtimenta ſua, &c.

9. SECVNDI Machabæorum capite tertio: Accinctæq; mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant.

10. MATTHAEI capite vndecimo: Væ tibi, Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olìm in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis.

11. LVCAE decimo: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olìm in cilicio & cinere ſedentes pœniterent.

12. IVDITH quarto: Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs & orationibus, ipſi & mulieres eorum. Et induerunt ſe ſacerdotes cilicijs, & infantes proſtrauerunt contra faciẽ templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad Dominum Deum Iſraël vnanimiter, nè darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorũ in diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobriũ Gentibus. Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſraël, allocutusq; eſt eos, dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit: ſic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in hoc opere quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebãt in conſpectu Domini, ità vt etiam hi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti cilicijs offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

13. ITEM capite ſeptimo: Filij autem Iſrael, vt viderunt multitudinem illorum, proſtrauerunt ſe ſuper terram, mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orantes, vt Deus Iſrael miſericordiam ſuam oſtenderet ſuper populum ſuum.

14. CAPI-

Digitized by Google

14. CAPITE octauo: Et in ſuperioribus domus ſuæ (vidua Iudith) fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabbata, & neomenias, & feſta domus Iſrael. Et nonnullis interiectis: Sed quia patiens Dominus eſt, (inquit Iudith ad presbyteros Chabri & Charmi) in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. Non enim quaſi homo, ſic Deus comminabitur: neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideò humiliemus illi animas noſtras: & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſeruientes illi dicamus flentes Domino, vt ſecundùm voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum citò miſericordiam ſuam.

15. ET capite nono: Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum.

16. IOELIS ſecundo: Magnus dies Domini & terribilis valdè: & quis ſuſtinebit eum? Nunc ergò, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum: quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen Domino Deo noſtro? Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum. Congregate populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes: congregate paruulos, & ſugentes hubera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo.

17. DANIELIS nono: Et poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiunijs, ſacco, & cinere.

18. IOB quadrageſimoſecundo: Idcircò ipſe me repræhendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

19. HIEREMIAE ſexto: Filia populi mei, accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.

20. ITEM capite quarto: Accingite vos cilicijs, plangite & vlulate: quia non eſt auerſa ira furoris Domini à vobis.

21. ET capite vigeſimoquinto: Vlulate paſtores & clamate: & aſpergite vos cinere optimates gregis.

22. CAPITE quadrageſimooctauo: Omne enim caput caluitium, & omnis barba raſa erit, in cunctis manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium.

23. ITEM quadrageſimonono: Accingite vos cilicijs, plangite.

24. EZECHIELIS ſeptimo: Accingent ſe cilicijs, & operiet eos formido.

25. THRENORVM ſecundo: Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt cilicijs, abiecerunt in terram capita ſua virgines Hieruſalem.

26. IOELIS ſecundo, vt paulò antè, C. teſtimonio decimoſexto.

27. EZECHIELIS decimooctauo: Conuertimini, & agite pœnitentiam &c. Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nuuum: & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

28. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt ſuprà B. teſtimonio decimooctauo.

29. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Si nos ipſos &c. vt in textu.

VIII.

Profer aliquot Patrum de Satisfactione ſententias.

A. CYPRIANVS ille, ſanctiſſimus Martyr & teſtis grauiſſimus, in hunc modum docet: [a] Deus quantum patris pietate indulgens eſt, tantum iudicis maieſtate metuendus eſt. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit: pœnitentia crimine minor non ſit: orare oportet impenſiùs, diem luctu tranſigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymoſis occupare lamentationibus, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio volutari & ſordibus. Idemque rurſus: [b] Rogandus eſt Deus, & ſatisfactione noſtra placandus, delicta noſtra reputanda, actus noſtri & animi ſecreta voluenda, conſcientiæ merita ponderanda. Nec multò pòſt: Pœnitentiæ iter quod oſtendit antiſtes, amplectamur: remedia vitalia, quæ de ſcripturis cæleſtibus ille depromit, aſſumamus, & ex vulneribus etiam occultis, quorum exomologeſin fecimus, exponentes apud eum conſcientiæ noſtræ pondus, ſalutarem medicinam exquiramus: nec ceſſemus in agenda pœnitētia atque in Domini miſericordia deprecanda, nè quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta ſatisfactione cumuletur.

B. Et [c] Auguſtinus clariſſimè dixit: Non ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his quę facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis.

C. Tum apud Hieronymum [d] legimus in hunc modum: Affligendum corpus, quod multis vacauit delicijs: longus riſus perpeti compenſandus eſt fletu: mollia lintcamina & ſerica precioſiſſima, aſperitate cilicij commutanda.

[a] De lapſis. Idem epiſt. 55 ad Cornelių. & epiſt. 10. ad Clerū.

[b] De lapſis. Vide eundem de eleemoſ.

[c] Homil. 50. ex homilijs 50. cap. 5. Vide etiam in Enchiridio, cap. 70. 71. & 05.

[d] In Epitaphio Paulæ ad Euſtoch. epiſt. 27. c. 7. & Chryſoſto. homi. 10. in Matth.

D. Eo-

D. Eodèm ſpectans Ambroſius:[e] Qui agit pœnitentiam, inquit, non ſolùm diluere lachrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt ei non imputetur peccatum. Atque idem alibì:[f] Grandi plagę alta & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatisfactionem. Ità demùm Gregorius:[g] Cogitandum eſt ſummoperè, vt qui ſe illicita meminit commiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere, quatenùs per hoc conditori ſuo ſatisfaciat.

e Lib. 2. de Pœnitentia, cap. 5. Item lib. 1. cap. 16.

f Ad virg. lap. cap. 8. Similiter lib. 1. de pœnitēt. ca. 2.

g Homil. 34. in Euangelia. Vide Emiſenum ad monachos, hom. 5. & 10. Itē Theodoretum in epitome diuinorū decret. cap. de pœnitentia, & lib. 4. hæreticarum fabularū de Audianis.

TESTIMONIA.

1. A. CYPRIANVS in ſermone vel tractatu quinto de lapſis: Deus quantùm patris pietate indulgens eſt &c. vt in textu.

2. IDEM epiſtola quinquageſimaquinta ad Cornelium loquens de hæreticis: Super hæc non indignabor? dicit Dominus. Et intercedunt, nè rogetur Deus, qui indignari ſe ipſe teſtatur. Intercedunt, nè exoretur precibus & ſatisfactionibus Chriſtus, qui negantem ſe negare profitetur. Nos in ipſo perſecutionibus tempore de hoc ipſo literas miſimus, nec auditi ſumus: concilio frequenter acto, non conſenſione tantùm noſtra, ſed & comminatione decreuimus, vt pœnitentiam fratres agerent, vt pœnitentiam non agentibus nemo temerè pacem daret. Et illi contra Deum ſacrilegi, contra ſacerdotes Dei impio furore temerarij, de Eccleſia recedentes, & contra Eccleſiam parricidalia arma tollentes, elaborant (vt opus ſuum diaboli malitia conſumment) nè vulneratos diuina clementia in Eccleſia ſua curet: miſerorum pœnitētiam mendaciorum ſuorum fraude corrumpunt, nè Deo indignanti ſatisfiat, nè Chriſtum Dominū ſuum, qui Chriſtianus eſſe vel erubuit antè, vel timuit, poſtmodùm quęrat: nè ad Eccleſiam, qui de Eccleſia receſſerat, redeat: Datur opera, nè ſatisfactionibus & lamentationibus iuſtis delicta redimantur, nè vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falſæ pacis mendacio tollitur: ſalutaris ſinus matris, nouerca intercedente, præcluditur, nè de pectore atque ore lapſorum fletus & gemitus audiatur.

Lib. 1. epiſt. 3.

Precibus & ſatisfactionibus exoratur Chriſtus.

Hæretici dāt operam, nè Deo indignāti ſatisfiat.

Nè ſatisfactionibus delicta redimantur.

3. IDEM epiſtola decima ad Clerum, vt in ſuperiori quæſtione, A. teſtimonio vndecimo.

Lib. 3. epi. 14.

4. RVRSVS in ſermone ſeu tractatu de lapſis: Dominus orandus eſt, Dominus noſtra ſatisfactione placandus eſt. Delicta noſtra reputemus, actus noſtros & animi ſecreta reuoluentes, conſcientiæ merita ponderemus. Redeat in cor noſtrum, non ambulâſſe nos in vijs Domini, & abieciſſe legem Dei. Tumens animus & ſuperbus nec quia victus eſt, fractus eſt. Iacens ſtantibus, & integris vulneratus minatur: & quòd non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini ſanguinem bibat, ſacerdotibus ſacrilegus iraſcitur. Atque ô tuam nimiam furioſe dementiam. Iraſceris ei, qui abs te auertere iram Dei nititur: ei minaris, qui pro te Domini miſericordiam deprecatur, qui vulnus tuum ſentit, quod ipſe non ſentis, qui pro te lachrymas fundit, quas forſitan ipſe non fundis. Oneras adhuc crimen & cumulas, & cùm ſis ipſe implacabilis ad Antiſtites & ſacerdotes Dei, putas circa te Dominum poſſe placari? Accipe potiùs & admitte quæ loquimur. Quid ſurdæ aures ſalutaria pręcepta non audiunt, quę monemus? Quid cęci oculi pœnitentiæ iter non vident, quod oſtendimus? Quid perculſa & alienata mens remedia vitalia non percipit, quæ de ſcripturis cæleſtibus & diſcimus & docemus? Et poſt quædam: Quàm multi quotidiè pœnitentiam non agentes, nec delicti ſui conſcientiam confitentes, immundis ſpiritibus adimplentur: quàm multi vſque ad inſaniam mentis excordes, dementiæ furore quatiuntur? Quanto & fide maiores, & timore meliores ſunt, qui quanuìs nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſin conſcientię faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis licèt & modicis vulneribus exquirunt, ſcientes ſcriptum eſſe: Deus non deridetur. Et paulò pòſt: Nec ceſſet in agenda pœnitentia, atque in Domini miſericordia deprecanda, nè quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta ſatisfactione cumuletur.

Noſtra ſatisfactione placandus Dominus.

Galat. 6.

Satisfactio neglecta, cumulat peccata.

5. IDEM in ſermone vel tractatu de opere & eleemoſynis, monet vt peccata noſtra eleemoſynis redimamus: atque inter cætera hos loquendi modos vſurpat: Sordes quaſcunq; cōtrahimus, eleemoſynis abluamus. Sicut lauacro aquæ ſalutaris, gehennæ ignis extinguitur, ità eleemoſynis atque operibus iuſtis delictorū flamma ſopitur. Emundandis purgandíſque peccatis noſtris, medelis ſpiritualibus vulnera noſtra curemus. Dedit Dominus curandis ſanandiſq; vulneribus remedia ſalutaria, Satisfacere pro delictis. Quid deberent facere peccantes, magiſteria diuina docuerunt: operationibus iuſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari.

Eleemoſynis purgantur peccata.

Pro delictis ſatisfacere.

1. B. AVGVSTINVS homilia quinquageſima in libro quinquaginta homiliarum, capite quinto: vel, in libro de Pœnitentiæ medicina, capite decimoquinto: Non ſufficit mores in melius commutare, &c. vt in textu.

2. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimo: Sanè cauendum eſt, nè quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei nō poſſidebunt, quotidiè perpetranda, & eleemoſynis quotidiè redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodammodò, vt ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quanuìs miſerando deleat iam facta peccata, ſi non ſatisfactio congrua negligatur.

Galat. 5. 1. Cor. 6.

Eccli 15.

Si non negligatur cōgrua ſatisfactio.

3. EODEM libro, capite ſeptuageſimoprimo: De quotidianis autem breuibus leuibuſq; peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere, Pater noſter qui es in cælis: qui iam patri tali regenerati ſunt ex aqua & Spirituſancto. Delet omninò hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa, à quibus vita fidelium ſceleratè etiam geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit: ſi quemadmodùm veraciter dicitur, Dimitte nobis debita noſtra: quoniam non deſunt quæ dimittantur, ità veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: id eſt, ſi fiat quod dicitur: quia & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti homini ignoſcere.

Satisfactio pro leuibus peccatis & pœnis dimiſſa culpa reſtantibus.

4. EODEM libro, capite ſexageſimoquinto: Sed neque de ipſis criminibus quamlibèt magnis remittendis in ſancta Eccleſia, Dei deſperanda eſt miſericordia agentibus pœnitentiam &c. vt ſuprà quæſtione quarta, D. teſtimonio ſeptimo.

Digitized by Google

1.C. HIERONYMVS in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium, epiſtola vigeſimaſeptima, capite ſeptimo; Affligendum corpus, quod multis vacauit delicijs, &c. vt in textu.

2. CHRYSOSTOMVS homilia decima in Matthæum, vt in ſuperiori quæſtione, B. teſtimonio vigeſimoquinto.

1.D. AMBROSIVS libro ſecundo de pœnitentia, capite quinto: Qui agit pœnitentiam, &c. vt in textu.

Pœnitentiæ opera.

2. IDEM libro primo de pœnitentia, capite decimoſexto: Volo veniam reus ſperet: petat eàm lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus: vt ignoſcatur, obſecret: & cùm ſecundò & tertiò fuerit dilata eius communio, credat remiſſiùs ſe ſupplicâſſe. fletus augeat miſerabilior, poſteà reuertatur, teneat pedes brachijs, oſculetur oſculis, lauet fletibus, nec dimittat, vt de ipſo dicat Dominus Ieſus: Remiſſa ſunt peccata eius multa, quoniam dilexit multùm. Cognoui quoſdam in pœnitentia ſulcâſſe vultum lachrymis, exarâſſe continuis fletibus genas, ſtrauiſſe corpus ſuum calcandum omnibus, ieiuno ore ſemper & pallido, mortis ſpeciem ſpiranti in corpore prætuliſſe.

Luc. 7.

Opera pœnitentiæ.

3. IDEM ad virginem lapſam capite octauo: Lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula digna caſtigatione punienda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occaſionem luxuriæ præſtiterunt. Defluant oculi lachrymas, qui maſculum ſimpliciter non adſpexerunt. Palleſcat facies, quæ quondàm viruit impudicè. Deniquè totum corpus incuria maceretur: cinere adſperſum & opertum cilicio perhorreſcat, quia malè ſibi de pulchritudine placuit. Cor verò ſit liqueſcens ſicut cera ieiunijs, inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventilans, quare ſit ab inimico ſubuerſum. Senſus etiam crucietur, quia in membra corporis cùm haberet dominationem, malo ceſſit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ ſi fuerit perſeuerans, audebit ſperare etſi non gloriam, certè pœnæ vacuationem. Dicit enim Deus; Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, in planctu: dirumpite corda veſtra, & non veſtimentum, quoniam pius & miſericors ſum. Sic conuerſus magnus ille Dauid, iuſtificatus eſt. Sic Niniue peccatrix illa ciuitas, incumbentem ſibi euaſit interitum. Peccator ergò ſi ſibijpſi non pepercit, à Deo illi parcitur. Et ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ ſpatio compenſauerit, ſeipſum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & prolixa opùs eſt medicina. Grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem. Nam non eſt dubium, leuius eſſe crimen, vbi peccatum ſuum vltrò homo confitetur, & pœnitet. At vbi celans mala ſua, inuitus detegitur, & nolens publicatur, illud grauius ſcelus eſt, quod tibi vtiquè proueniſſe negare non poteris. Et ideò fortiùs eſt dolendum, quia peccatum eſt fortius. Si mente cernerent homines peccatores, quale iudicium imminet mundo, ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſeculari, ſi non infidelitate grauaretur. Quantúmuis & qualémuis cruciatum longior vita duceret optarent, dummodò in illas pœnas ęterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingreſſa es agonem pœnitentiæ, inſiſte miſera fortiter, inhære tanquàm naufragus tabulæ, ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari. Inhære pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ.

Pſal. 118.

Zach. 1. Ioelis 2.

2. Reg. 12. Ionæ 3.

Compenſare pœnas perpetuas.

Grandior ſatisfactio quãdo adhibẽda.

Inhęre pœnitentiæ tanq̃ naufragus tabulæ.

4. ITEM libro primo de pœnitentia, capite ſecundo: Qui culpam exaggerauit, exaggeret etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus.

5. GREGORIVS homilia trigeſimaquarta in Euangelia: Cogitandum eſt ſummoperè &c. vt in textu.

6. EVSEBIVS Emiſenus homilia quinta ad Monachos: Non putemus tam facilè remitti poſſe inuſta ſemel crimina, & profundo vulnere in animæ ipſius impreſſa viſceribus. Multo opùs eſt fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad ſanandos ipſius cordis dolores. Tota incumbẽdum eſt ſpiritus contritione, vt vetuſta mala tanquàm ſagittæ quædam de conſcientia debellentur. Non ſufficit ſummis labijs dicere: Peccaui, parce, remitte. Et Saul dicebat, Peccaui: ſed non obtinuit illam veniam, quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit. & hoc quare? Quia confeſſionem illam nuda magis verba, quàm veri gemitus exprimebant: Quia non compenſabat magnitudinem criminis, lenta humiliatio ſupplicantis. Non leui agendum eſt contritione, vt debita illa redimantur, quibus mors æterna debetur: nec tranſitoria opùs eſt ſatisfactione pro malis illis, propter quæ paratus eſt ignis æternus.

Pœnitẽtia vera quemadmodùm agitur.

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

7. IDEM homilia decima ad monachos: Hæc itaque principalia mala ingenti rugitu, gemitu, & fonte indigent lachrymarum, eiq; pòſt lachrymandum eſt cum propheta: Rugiebam à gemitu cordis mei, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. & iterùm: Ego autem cinerem ſicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Nemo deſpiciat hác humilitatem. Summus rex erat, qui iſta dicebat: ſummus rex erat, qui iſta faciebat. Oportet itaque ſicut ſupra mortuũ conclamatum, ità magnos ſupra extinctam animam dare planctus: & quomodò ſolet mater orba ſuper amiſſione vnici ſui fracto pectore lamentari, ità conuenit ſuper vnicam ſuam, ſed cum ſpe reparationis, affligi. De qua vnica ſermo propheticus dicit: Eripe à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam. Quare vnicam dixit? Siue quia tanquàm vnica diligenda eſt, ſiue quia ipſa ſola & ſingula ante tribunal cæleſte rationem, remotis omnibus ſolatijs, redditura eſt: ità inquam neceſsè eſt ſuper hanc vnicam criminum mucrone confoſſam totum pondus doloris effundi, ſi fortè poſſit lachrymarum viuificata fontibus, calore fidei ſuſcitari. Accondenda eſt compunctio, corroborandę ſunt preces futuri recordatione iudicij, miſericordiarum operibus adiuuandæ. Audienda eſt prophetæ ſententia, ſed audienda obedientiæ aure, dicentis: Accipe (inquit) ô rex conſilium meum, & peccata tua eleemoſynis redime.

Pſal. 37.

Pſal. 6.

Pſal. 101.

Pſal. 21.

Dan. 4.

8. THEODORETVS in Epitome diuinorũ decretorum, capite de Pœnitentia: Sunt ergò medicabilia, etiam quæ poſt baptiſmum fiunt vulnera: medicabilia autem, non vt olìm per ſolam fidem data remiſſione, ſed per multas lachrymas, & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem, facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non ſic affecti ſunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina ſunt eis manu impertienda. Nolite, inquit, dare ſanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet Eccleſia leges de pœnitentia.

Remiſſio poſt baptiſmum laborioſior.

Pœnitentia quantitati peccati commoderata.

Matth. 7.

9. IDEM libro quarto hæreticarum fabularum, de Audianis: Hi ſe iactant peccata remittere. Poſtquàm enim ſacros libros vnà cum adulterinis bipertitò diuiſerint, eos enim mirandum in modum arcanos & myſticos exiſtimant, & hinc & illinc per verſus poſuerint, iubent vnumquenque inter eos tranſire, & quæ à ſe peccata ſunt, confiteri. Deindè confeſſis donant remiſſionem, non tempus ad pœnitentiam, vt iubent leges Eccleſiæ, præſcribentes, ſed ſua poteſtate condonantes. Scientes autem, qui tranſeunt, id quod agitur ludum eſſe, vera quidẽ peccata celant, quædam autẽ parua & ridicula dicunt, quæ etiam dicere vereretur aliquis, niſi eadem qua ipſi, amentia laboraret.

Audiani hæretici remittunt peccata ſine impoſita ſatisfactiõe.

Nota.

Digitized by Google

IX.

Eſt'ne etiam Satisfactioni poſt mortem locus?

A. AD hoc explicandum, varia morientium conditio eſt obſeruanda. Horum enim alij gratiam Dei, vitęque innocentiam ad finem vſque conſeruant. Ad quos pertinet Manaſſis [a] dictum, Iuſtis & ijs qui non peccauerunt, vt Abraham, Iſaac & Iacob, pœnitentiam non eſſe poſitam. Alij peccauerunt quidem, & ex accepta Dei gratia exciderunt, ſed criminum ſordes dignis pœnitentiæ fructibus in hac vita expiârunt: vt [b] Dauid, [c] Ezechias, [d] Petrus, [e] Magdalena. Vtrunque hoc genus nulla poſt mortem eget ſatisfactione, ſed ab ea prorsùs eſt liberum.

a In oratione Manaſſis pœnitentis.
b 2.Reg.12.d Pſal.6.b
c Eſa.38.c
d Matth.26.g
e Luc.7.f

B. At longè plures ſunt homines medij generis morientes, nec valdè mali, vt [f] Auguſtinus indicat, qui peccatorum ſuorum pœnitentiam in vita perfectam non pręſtiterunt: ideoque per ignem [g] ſaluandi, vt quod ſatisfactioni pro hac vita conuenienti defuit, in altero ſeculo iuſtitiæ diuinæ perſoluatur. [h] *Nihil* enim *coinquinatum, intrabit in ſanctam illam ciuitatem.*

f In Enchirid.cap.110. Beda in cap.11. Prouerb.
g 1.Cor.3.c Sic interpretatur eum locum idem Auguſtinus in Pſal.37. lib.21. de ciuit.Dei, cap.26. de fide & operib. cap.16. & in pſal.80. Orige.homil.12. & 13 in Hiere. 25. in Num. & 6. in Exod. Greg. lib.4.dialog. cap.39. Beda in 3.cap.Lucæ.
h Apoc.21.g Pſal.14.a & 23.a

C. Huiuſmodi ergò defunctis, vt ad quæſtionem propoſitam reſpondeamus, ſubeunda eſt quædam & grauis illa profectò poſt mortem ſatisfactio. Quam interìm Deus pro ingenti clementia ſua relaxare [i] conſueuit, pietate viuorum intercedēte, vt defuncti, ſuorum in Eccleſia fratrum, adeoque membrorum adiuti ſuffragijs, à peccatis, horrendisque peccatorum pœnis releuentur. Et huc ſpectat, quod ſacræ ſcripturæ tradit authoritas, [k] *Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Vndè laudatus eſt Iudas ille Machabæus, quòd ſingulari religione ductus, pro mortuorum peccatis, non preces modò, ſed etiam ſacrificium [l] offerri ſolicitè atque ſumptuosè curârit.

i Auguſt. vt ſuprà & lib.21 de ciuit.cap.24. hom.16.ex 50.& ſerm.41.de ſanctis. Greg.4.dialog.cap.39. Bernard. de obitu Humberti. Damaſcen. in orat. de defunctis. Concil. Florent. Trident. ſeſs.6. can.30 & ſeſs.25 part.1.
k 2.Mac.12.g Vide etiam 1.Reg.31.d & ibid.Bedam. Item 2.Reg.2.b 3.f.g Tob.4.c Eccli 7.d 17.c 38.c Hier.16.b 2.Tim.1.d 1.Ioan.5 d.
l Ibidèm.

D. In hanc ſententiam concedunt venerandæ [m] Synodi & Patres, qui veram Eccleſię doctrinam tradiderunt. Ex quibus vt vnus pro multis, idemque fide digniſſimus teſtis [n] Auguſtinus proferatur: In Machabæorum libris (inquit) legimus, oblatū pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquàm omninò in ſcripturis veteribus legeretur, non parua eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas, vbi in precibus ſacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum. Et rursùs alibì: [o] Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum eſt, niſi ante illud vltimum tremendumque iudicium. Et quid illis verbis luculentius? [p] Orationibus ſanctæ Eccleſiæ, & Sacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum (defunctorum) ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm peccata eorum meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia. Sic Auguſtinus ante MCC. annos, vt interìm eo vetuſtiores etiam, [q] Cyprianum, [r] Origenem, [ſ] Dionyſium, [t] Clementem, in hac doctrina maximè conſentientes, prætermittamus.

m Concil.4. Carthag. can.79. & 95. Toleta 11 can.12. Triburienſe can.31. Bracaren.1.can.34 Florent. Tridentin.ſeſs.25 & ſeſs.22. cap.2.& can.3.
n Lib. de cura pro mortuis gerenda, cap.1.
Nota.
o De ciuitate Dei, lib.21.cap.16. Vide Matth.12.c 5.d Malac.3.a Philip.2.b Apoc.5.a d
p Auguſt. de verb. Apoſt. ſerm.32.c.1.2. Similiter Iſidorus lib.1. de officijs Eccleſ.ca.18. Rabanus lib.2.de inſtitutione Cler.cap.44.
q Epiſt 52.& 66.
r Vt ſuprà
ſ De Eccleſ.hierarch.cap.7.
t Epiſt.1. & lib.6. Conſtit. Apoſtol.cap.29.

E. Quocirca [v] Chryſoſtomus palàm hortatur, vt pro viribus & ipſi defunctos iuuemus, & alios qui pro ipſis orent, commonefaciamus. Non enim temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt

v Homil.3. in epiſt. ad Philip. & 41.in 1.Cor.& 69.ad pop. Damaſcen.in orat de defunctis. Athanaſius & Nyſſenus apud Damaſcenum.

Digitized by Google

in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis indè multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Itâ Chryſoſtomus.

x Epiphan. hæreſi 75. & Auguſt. hæreſi 53. Itē Damaſc de hęreſib.
y Trident. ſeſs. 25. & 6. vide & concilium Florentinum.
z In pſal. 37. & lib. 2. de Gen. contra Manich. ca. 20. Greg. in 3. pſal. pœnitential. & lib. 4. dialog. cap. 39. Bernard. ſer. 66. in Cantica.
a In Enchir. cap. 110. Et de cura pro mortuis gerēda, cap. 1. 4. & 18.

F. Hoc eſt demùm, quod aduersùs [x] Aërianos Eccleſia fida Scripturæ interpres vſquè docuit, ignem [y] eſſe quendam purgatorium ſeu emendatorium, vt Auguſtinus [z] appellat, eoque pœnas peccatorum, quas hîc pœnitentia perfectè non diluit, defunctis in CHRISTO fidelibus luendas & expiandas eſſe, niſi, prout Auguſtinus [a] loquitur, viuentium ſuorum pietate illi releuentur.

TESTIMONIA.

1. A. MANASSES rex Iuda in oratione cùm captus teneretur in Babylone: Tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem.

2. SECVNDI Regum duodecimo: Et dixit Dauid (reprehenſus à Nathan ob commiſſum homicidium & adulteriuum) ad Nathan, Peccaui Domino. Dixítque Nathan ad Dauid, Dominus quoquè tranſtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini: propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoquè Dominus paruulum quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & deſperatus eſt. Deprecatúſque eſt Dauid Dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorsùm, iacuit ſuper terram. Venerunt autem ſeniores domus eius, cogentes eum, vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

3. PSALMO ſexto: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo &c.

4. ESAIAE trigeſimooctauo: Recogitabo tibi (inquit Ezechias) omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

5. MATTHAEI vigeſimoſexto: Tunc cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat: Priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foràs, fleuit amarè.

6. LVCAE ſeptimo: Et eccè mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retrò ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiquè quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere, &c. Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minùs diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

1. B. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite centeſimo decimo: Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cùm pro illis ſacrificium Mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiūt. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, vt hæc ſibi poſteà prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat; & eſt rursùs talis in malo, vt nec his valeat, cùm ex hac vita tranſierit, adiuuàri. Quocirca hîc omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. Nemo autem ſe ſperet quod hîc neglexerit, cùm obierit, apud Deum promereri. Non igitur iſta, quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicę ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum eſt, Omnes enim adſtabimus &c. quia etiam hoc meritum ſibi quiſque, cùm in corpore viueret, cōparauit, vt ei poſſent iſta prodeſſe. Non enim omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore? Cùm ergò ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valdè bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valdè malis, propitiationes ſunt: pro valdè malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damnatio. Hæc ibi. Eadem etiam hæc verba omnia & eodem modo citat, & hinc ſe ea deſumpſiſſe affirmat, libro de octo Dulcitij quæſtionibus, quæſtione ſecunda. Habet ſimilia libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite vigeſimoquarto.

Animæ defunctorū ſacrificio Mediatoris & eleemoſynis iuuantur.

Triplex morientium genus.

Rom. 14.
2. Cor. 5.

2. BEDA presbyter in caput vndecimum Prouerbiorum: Notandum autem, quòd etſi impijs poſt mortem ſpes veniæ non eſt: ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui: vel pœnis videlicet caſtigati, vel ſuorum precibus, eleemoſynis, Miſſarum celebrationibus abſoluti: ſed hæc quibuſcunque fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis.

Suorum precibus, eleemoſynis & Miſſarū celebrationibus abſoluuntur.

3. PRIORIS ad Corinthios tertio: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

4. AVGVSTINVS in Pſalmum trigeſimumſeptimum: Domine, nè in indignatione tua arguas me. Non ſim inter illos, quibus dicturus es,

Digitized by Google

Matth.25.

Ite in ignem æternum. Neque in ira tua emendes me, vt in hac vita purges me; & talem me reddas, cui emendatorio igne non opus ſit, propter illos, qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Quare, niſi quia hîc ædificant ſupra fundamentum, ligna, fœnum, ſtipulam? Aedificarent autem aurum, argentum, lapides precioſos, & de vtroque igne ſecuri eſſent: non ſolùm de illo æterno, qui in æternum cruciaturus eſt impios; ſed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem ſalui erunt. Dicitur enim, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Et quia dicitur, ſaluus erit, contemnitur ille ignis. Ità planè quanuìs ſalui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita. Et noſtis, quanta hîc paſſi ſunt mali, & poſſunt pati: tamen tanta paſſi ſunt, quanta potuerunt pati & boni. Quid enim quiſque maleficus, latro, adulter, ſceleratus, ſacrilegus pertulit legibus, quod non pertulit martyr in confeſſione Chriſti? Iſta ergò quæ hîc ſunt mala, multo faciliora ſunt: & tamen videte quemadmodùm ea homines nè patiantur, quicquid iuſſeris faciunt. Quanto melius faciunt quod iubet Deus, nè illa grauiora patiantur?

Ignis emendatorius.
1.Cor.3.
Grauitas ignis purgatorij.

5. IDEM libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite vigeſimoſexto: Verùm qui has neceſſitudines (vxorem, patrem, filios, &c.) ſic amat carnaliter, vt tamen eas Chriſto Domino non præponat, malitq́ ipſis carere, quàm Chriſto, ſi ad hunc fuerit articulum tentationis adductus, per ignem ſaluus erit, quia ex earum amiſſione tantum neceſſè eſt vrat dolor, quantũ hæſerat amor.

Tantum vrit dolor, quantum hæſerat temporaliũ rerum amor.

6. ITEM libro de fide & operibus, capite decimoſexto, exponens illũ locum, Fundamentum aliud &c. Ecce ille qui quæſiuit à magiſtro bono, quid boni faceret, vt haberet vitã æternam, & audiuit, ſi ad vitam venire vellet, ſeruanda ſibi eſſe mandata. Et cùm quæreret, Quæ mandata, dictum eſt ei, Non occides &c. &, Diliges proximum tuum tanquàm teipſum: vt hæc faciens, fidem Chriſti teneret: & proculdubiò fidem, quæ per dilectionem operatur. Porrò ſi faceret etiã, quod Dominus addidit, dicens, Si vis perfectus eſſe &c. ædificaret ſuper illud fundamentum aurum, argentum, lapides precioſos: non enim cogitaret, niſi quæ ſunt Dei, quomodò placeret Deo: & hæ cogitationes ſunt, quantum exiſtimò, aurum, argentum, lapides precioſi. Porrò ſi circa diuitias ſuas quodam carnali teneretur affectu, quanuìs ex eis multas eleemoſynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq́ moliretur, aut earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiúmve laberetur, alioquin iam ſe iſto modo ab illius fundamenti ſtabilitate ſubtraheret: ſed propter carnalem, vt dixi, quem in ijs habebat affectum, quo talibus bonis ſine dolore carere non poſſet, ædificaret ſuper fundamentum illud fœnum, ligna, ſtipulam: maximè ſi & vxorem ſic haberet, vt etiam propter ipſam cogitaret ea quæ ſunt mundi, quomodò placeret vxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali, non ſine dolore amittuntur, propterea qui ſic ea habent, cùm habeant in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, neque huic iſta vlla ratione vel cupiditate præponant, in eorum amiſſione paſſi detrimentum, per ignẽ quendam doloris perueniunt ad ſalutem. A quo dolore atque detrimento tanto eſt quiſque ſecurior, quanto ea vel minùs amauerit, vel tanquàm non habens habuerit. Hæc ibi, quæ eadem ex hoc loco petita repetit de octo Dulcitij quæſtionibus, quæſtione prima.

1.Cor 3.
Matth.19.
Galat.5.
Quid ſit ædificare aurum &c.
1.Cor.7.
1.Cor.3.
Aedificantes fœnum, ſtipulam.
1.Cor.7.

7. ET in Pſalmum octogeſimum: Nemo ſuper fundamentum hoc ædificans adulteria, blaſphemias, ſacrilegia, idololatrias, periuria, putet ſe ſaluum futurum per ignem, quaſi iſta ſint ligna, fœnum, ſtipula: ſed qui ædificat amorem terrenorum ſuper fundamentum regni cælorum, id eſt, ſuper Chriſtum, ardebit amor rerum temporalium, & ipſe ſaluus erit per idoneum fundamentum.

Ardebit amor temporalium.

8. ORIGENES homilia duodecima in Hieremiam: Et vide ſi non vera ſit ratio. Quis peccata non recipit? Nempe ille, qui poſt credulitatem & baptiſmum audierit Dominum dicentem, dimiſſa ſunt tibi peccata, nec vltrà peccauerit. Si autem poſt lauacrum & veniam delictorum, rurſus ad priſtinas ſordes fuerimus reuerſi, & adhuc imperfecto ſenſu ab Apoſtolorum veſtigijs recedentes, aut iniuſta geſſerimus aliqua, aut certè in ipſa iuſtitia ſint aliqua nata peccata, quid nobis fiat conſideremus: vtrum'ne egredientes de præſenti ſeculo ſi habuerimus vitia, vel virtutes, recipiemus pro virtutibus præmia, & dimittentur nobis ea, quæ ſcientes peccauimus: an plectemur pro delictis, neque recipiemus præmia pro virtutibus. Sed neutrum horum verum eſt, quia & pro peccatis torquebimur, & pro iuſtitia recipiemus præmia quæ meremur. Si enim poſt fundamentum Ieſu Chriſti non ſolùm in tuo corde aurum, & argentum, & lapidem precioſum (ſi tamen habes aliquid auri, vel argenti) ſuperędificaueris, verùm & ligna, fœnum, & ſtipulam, quid tibi vis fieri, cùm anima ſeiuncta fuerit à corpore? vtrùmnam ingredi vis in ſancta cum lignis tuis, cum fœno & ſtipula, & polluas regnũ Dei? an propter lignum, fœnum, & ſtipulam foris reſidere, & pro auro, argento, & lapide precioſo nihil mercedis accipere? Sed neque hoc æquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt primùm propter ligna ignis tibi detur, qui conſumat fœnum, lignum, vel ſtipulam? &c. Et paucis interiectis: Primùm quippe propter iniuſtitias tormenta perpetimur; deindè propter iuſtitiam coronamur.

Et pro peccatis torquebimur, & pro iuſtitia recipiemus præmia.
1.Cor.3.
Cum lignis fœno & ſtipula non intrabitur in regnum cælorum.

9. IDEM homilia decimatertia in Hieremiam: Si quis ſeruauerit lauacrum Spiritus ſancti, iſte in reſurrectionis primæ parte communicat. Si quis verò in ſecunda reſurrectione ſeruatur, iſte peccator eſt, qui ignis indiget baptiſmo, qui combuſtione purgatur, vt quicquid habuerit lignorũ, fœni, & ſtipulæ, ignis cõſumat. Quamobrem cùm talia poſt mortem nobis reſidere videamus, ſcripturas diligenter ſimul recitantes, reponamus eas in cordibus noſtris, & iuxta earum viuere præcepta nitamur, vt ante exceſſionis diem, ſi fieri poteſt, peccatorum ſordibus emundati, cum ſanctis valeamus aſſumi.

Apoc.20.
1.Cor.3.
Baptiſmo ignis purgatur.

10. ITEM homilia vigeſimaquinta in Numeros: Tempus igitur belli nobis eſt in hoc mundo, pugna aduerſus Madianitas eſt, ſiue aduerſùm vitia carnis noſtræ, ſiue aduerſùm contrarias poteſtates. Spectat nos angelorum chorus, virtutum cęleſtium pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodò de hoc prælio reuertamur, quid vnuſquiſque noſtrûm manubiarum reportet: & intuentur curioſiùs, ac ſolicitiùs perſcrutantur, quis noſtrûm auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illud pondus exhibeat, quiſve lapides deferat precioſos. Requirunt etiam, ſi quis æs deferat, aut ferrum, aut plumbum, ſed & vas ligneum ſi fortè aliquis, aut fictile, aut aliud huiuſmodi magnæ domus vſibus neceſſariũ. In magna enim domo non ſunt tantummodò vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia. Requiritur ergò diligenter, cùm abierimus illuc, quid vnuſquiſq́ noſtrûm deferat; & ſecundùm ea quæ detulerit, ſecundùm quod labor eius pro contemplatione exuuiarum probatur, etiam manſionis ei meritũ deputabitur. Probantur tamen omnia hęc: quę per ignẽ, per ignem: quę per aquã, per aquam. Vniuſcuiuſque enim opus, quale ſit, ignis probabit. Propterea ergò ait: Hęc eſt iuſtificatio legis, quam conſtituit Dominus Moyſi: pręter aurũ, & argentum,

Poſt mortem diligenter inquiritur quid ſecũ quiſque deferat.
1.Cor.3.
2.Tim.2.
Probãtur per ignẽ & aquã.
1.Cor.3.

Digitized by Google

tum, & æramentum, & ferrum, & plumbum, & ſtannum, & omnis res quæ tranſit per ignem, traducite per ignem, & mundabitur. Sed & in aqua purificationis purificabuntur. Omnia quęcunque non tranſeunt per ignem, tranſibunt per aquam, & lauabitis veſtimēta veſtra die ſeptima, & mundi eritis, & poſt hæc introibitis in caſtra. Vides quomodò purificatione indiget omnis, qui exierit de prælio vitæ huius? &c.

11. ET homilia ſexta in Exodum: Triplex eſt benè agendi via, nihilominùs enim vel opere, vel cogitatione, vel verbo boni aliquid agitur. Hoc

1.Cor.3.

enim ſignificat & Apoſtolus, cùm dicit: Qui autem ædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, triplicem bonorum indicans viam. Subiungit nihilominùs triplicem etiam malorum, cùm dicit, ligna, fœnum, ſtipulam. Et paulò pòſt: Idcircò igitur qui ſaluus fit, per ignē ſaluus fit, vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & reſoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum.

Salui fiūt per ignem, qui aliquid peccati ſecū deferunt.

Quia aurum terræ illius, bonum eſſe dicitur, quam habituri ſunt ſancti, & ſicut fornax probat aurum, ſic homines iuſtos tentatio.

Eccli 27.

Veniendum eſt ergò omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium. Sedet enim Dominus & conflat, & purgat filios Iuda.

Mala.3.

Sed & illuc cùm venitur, ſi quis multa opera bona, & parùm aliquid iniquitatis attulerit, illud parùm tanquàm plumbum, igne reſoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plùs exuritur, vt ampliùs decoquatur, vt etſi parùm aliquid ſit auri, purgatum tamen reſideat.

Qui plus attulerit plumbi, plus vritur.

Quòd ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt: Dermergetur in profundum tanquàm plumbum in aqua validiſſima.

12. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite trigeſimonono, reſpondens ad quæſtionem, An poſt mortem purgatorius ignis ſit: ſic ait, In Euangelio Dominus dicit: Ambulate dum lucem habetis.

Ioan.12. Eſa.49. 2.Cor.6. Eccles 9.

Per prophetam quoquè ait: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Quod Paulus Apoſtolus exponens dicit: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Salomon quoquè ait: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erit apud inferos quò tu properas. Dauid quoquè ait: Quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Pſal.117. Probat B. Gregorius Purgatorium eſſe.

Ex quibus nimirùm ſententijs conſtat, quia qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur. Sed tamen de quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit: Quia ſi quis in ſancto ſpiritu blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſeculo remittetur ei, neque in futuro.

Matth.12.

In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam verò in futuro poſſe laxari. Quod enim de vno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen vt prędixi, hoc de paruis minimiſq; peccatis fieri poſſe credendum eſt: ſicut eſt aſſiduus ocioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt: aut in non grauibus rebus error ignorantiæ: quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minimè fuerint relaxata.

1.Cor.3.

Nam cùm Paulus dicat, Chriſtum eſſe fundamentum, atque ſubiungat: Si quis ſuperædificauerit &c. ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quanuìs hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito poſſit intelligi, tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicitè eſt, quia illum per ignem dixit poſſe ſaluari, non qui ſuper hoc fundamētum ferrum, æs vel plumbum ædificat, id eſt, peccata maiora, & idcircò duriora, atque tunc iam inſolubilia: ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt, peccata minuta atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumat.

Ligna, fœnū, ſtipulæ.

Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis nihil quiſque purgationis obtinebit, niſì bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat, promereatur.

13. BEDA in tertium caput Lucæ, in ea verba: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni: Sunt qui ità exponunt, quòd in præſenti in ſpiritu, & in futuro baptizemur in igni: Vt videlicet ſicut nunc in remiſſione omnium peccatorum, ex aqua & ſpiritu renaſcimur, ità & tunc de leuibus quibuſdam peccatis, quæ hinc nobis euntibus adhæſerint, Purgatorij ignis ante vltimum iudicium baptiſmate permundemur, dicente Apoſtolo:

Purgatorij ignis baptiſma.

1.Cor.3.

Si quis ſuperædificauerit ſuper hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Ex Gregorio

Quod quanuìs & de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito poſſit intelligi, tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicitè eſt, quia illum dixit poſſe per ignem ſaluari, non qui ſuper fundamentum Chriſti, ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt, peccata maiora & duriora, atque tunc iam inſolubilia, ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt, peccata minima atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumat. Hoc tamen ſciendum eſt, quòd illic ſaltem de minimis nihil quiſque purgationis obtinebit, niſì bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat, promereatur.

14. APOCALYPSIS vigeſimoprimo, in fine: Non intrabit in eam (ciuitatem cæleſtem) aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſì qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

15. PSALMO decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, &c.

16. PSALMO vigeſimotertio: Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

1. C. AVGVSTINVS libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite vigeſimoquarto: Nam pro defunctis quibuſdam, vel ipſius Eccleſiæ, vel quorundam piorum exauditur oratio: ſed pro his quorū in Chriſto regeneratorum, nec vſqueadeò vita in corpore malè geſta eſt, vt tali miſericordia iudicentur digni non eſſe; nec vſqueadeò benè, vt talem miſericordiam reperiantur neceſſariam non habere.

Quibus defunctis proſint orationes viuentium.

Sicut etiam facta reſurrectione mortuorum non deerunt, quibus poſt pœnas, quas patiuntur ſpiritus mortuorum, impertiatur miſericordia, vt in ignem non mittantur æternum.

Spiritus patiuntur pœnas temporales.

Neque enim de quibuſdā veraciter diceretur, quòd non eis remittatur neque in hoc ſeculo, neque in futuro, niſì eſſent, quibus etſi non in iſto, tamen remittetur in futuro.

Matth.12.

2. IDEM homilia decimaſexta in libro quinquaginta homiliarum: Hi verò qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus Apoſtolus dicit, Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit; ſic tamen quaſi per ignem: per fluuium igneum, de quo Propheticus ſermo commemorat, Et fluuius igneus currebat ante eum: per fluuium igneum & vada feruentibus globis horrenda trāſibunt. Quanta fuerit peccati materia, tāta & pertrāſeundi mora. Quantum

1.Cor.3. Dan.7.

Quanta pertranſeundi mora.

exege-

Digitized by Google

exegerit culpa, tantum ſibi ex homine vindicabit quędā flammæ rationabilis diſciplina. Et quantum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tantum ſapiẽs pœna deſæuiet. Et quia ſermo diuinus quodam loco æneæ ollæ animam peccatricē comparat, dicens: Pone illam ſuper prunas vacuā, donèc cōcaleſcat æs eius, & omne ſtagnū eius defluat: illic ſermones ocioſi, & cogitationes iniquæ vel ſordidæ, illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant, exundabunt: illic ſtagnum vel plumbum diuerſorum ſubrepentium delictorum, quæ diuinam imaginem obſcurauerant, conſumentur: quæ omnia hîc ab anima ſeparari per eleemoſynas & lachrymas compendioſa tranſactione potuiſſent. Ecce ſic exigere habet ab homine rationem, qui ſeipſum pro homine dedit, & confixus clauis, legis morti ſe iunxit.

Ezech. 24.

Peccata venialia illic expiabuntur.

3. ET ſermone quadrageſimo primo de ſanctis, qui eſt ſermo quartus de animabus defunctorum: Fundamentum enim aliud &c. Multi ſunt, qui lectionem iſtam malè intelligentes, falſa ſecuritate decipiuntur, dum credunt, quòd ſi ſupra fundamentum Chriſti capitalia crimina ædificent, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari, & ipſi poſteà ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iſte, fratres chariſſimi, corrigendus eſt, quia ipſi ſe ſeducunt, qui taliter ſibi blandiuntur. Illo enim trāſitorio igne, de quo dixit Apoſtolus, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: non capitalia, ſed minuta peccata purgantur. Quicunque aliqua de capitalibus peccatis in ſe dominari cognouerit, niſi dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne, de quo dixit Apoſtolus, purgari non poterit, ſed æterna illum flāma ſine vllo remedio cruciabit. Et pòſt: Ità peccata ipſa in hoc ſeculo purgantur, vt in futuro illo ignis purgatorius aut non inueniat, aut certè parùm inueniat, quod exurat. Si autem nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipſi tam diù in illo purgatorio igne moras habebimus, quàm diù ſupradicta peccata minuta tanquàm ligna, fœnum, ſtipula, conſumantur. Sed dicit aliquis; Non pertinet ad me, quandiù moras habeā, ſi tamen ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat, fratres chariſſimi, quia ille purgatorius ignis durior erit, (vt & ſuprà in pſalmum trigeſimumſeptimum) quàm quid poteſt in hoc ſeculo pœnarum videri, aut cogitari, aut ſentiri. Et cùm de die Iudicij ſcriptum ſit, quòd erit dies vnus tāquàm mille anni, & mille anni tanquàm dies vnus, vndè ſcit vnuſquiſq; vtrùm diebus, an menſibus, an fortè etiam & annis per illū ignem ſit tranſiturus? Et qui modò nec vnum digitum ſuum in ignē vult mittere, timeat neceſſe eſt vel tunc paruo tẽpore cum anima & toto corpore cruciari. Et quibuſdā interpoſitis: Et ideò quotiès in lectione Apoſtolica audieritis, Si quis ſupra fundamentū Chriſti ſuperædificat aurum, argentū, lapides precioſos, de ſanctis hoc & perfectis Chriſtianis accipite, qui velut aurum purgatum merebuntur ad æterna præmia peruenire. Illi verò ſuperædificant ligna, fœnum, & ſtipulam, de bonis Chriſtianis, ſed negligentibus minuta peccata purgare, intelligite: quæ peccata ſi nec diuina iuſtitia multis tribulationibus purgauerit, nec vnuſquiſque eleemoſynarum largitate redemerit, non ſine grandi dolore in illis implebitur illud quod dicit Apoſtolus; Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

1. Cor. 3.
Qualia peccata illic expiābūtur, qualia non item.

1. Cor. 3.

Quàm grauis ſit pœna purgatorij.

Mal. 89.

4. GREGORIVM habes ſuprà, in hac quæſtione, B. teſtimonio duodecimo.

5. BERNARDVS in ſermone de obitu Humberti monachi: Illud ſcitote, quia poſt hanc vitā in purgabilibus locis centupliciter, quæ fuerint hîc neglecta, redduntur vſque ad nouiſſimum quadrantem.

Neglecta centupliciter redduntur in locis purgabilibus.

6. DAMASCENVM in oratione de defunctis, ſiue, Quòd ij qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis & beneficijs iuuentur: habes ſuprà in tractatu de Sacramento Euchariſtiæ, quæſtione ſeptima, L. teſtimonio quarto.

7. CONCILIVM Florentinum in literis vnionis: Item definimus, ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari. Et vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta: illorúmque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus (prout ſuperiùs dictum eſt) ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectiùs. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Propter neglectam ſatiſfactionem in hac vita, purgatoriæ pœnæ ſuſtinentur.
Modi quibus releuantur.

Quorum animæ ſtatim ad cēlū euolent, aut in infernum deſcendant.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, canone trigeſimo: Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ità culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ vel in hoc ſeculo, vel in futuro in Purgatorio, antequàm ad regna cælorum aditus patêre poſſit, anathema ſit.

Pœna nōnunquàm reſtat exoluenda in Purgatorio.

9. IDEM Concilium Tridentinum ſeſſione vigeſimaquinta, parte prima, in decreto de Purgatorio: Cùm Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto edocta, ex ſacris literis & antiqua Patrum traditione, in ſacris Concilijs, & nouiſſimè in hac œcumenica ſynodo docuerit, Purgatorium eſſe, animáſque ibi detentas, fidelium ſuffragijs, potiſſimùm verò acceptabili altaris ſacrificio iuuari: præcipit ſancta Synodus epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus & ſacris Concilijs traditam, à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbiquè prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores ac ſubtiliores quæſtiones, quæq; ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerunq; nulla ſit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari ac tractari non permittant. Ea verò quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquàm ſcandala & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliaq; pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta, piè & deuotè fiant, & quæ pro illis ex teſtatorum funndationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à ſacerdotibus & eccleſiæ miniſtris & alijs, qui hoc præſtare tenentur, diligenter & accuratè perſoluantur.

Doctrina Eccleſiæ Catholicæ de Purgatorio & ſuffragijs viuorum.

Opera quibus animæ iuuantur.

10. SECVNDI Machabæorum duodecimo: At verò fortiſſimus Iudas hortabatur populum conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes quæ facta ſunt, pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, benè & religioſè de reſurrectione cogitans. (niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum

Digitized by Google

videretur & vanum orare pro mortuis(& quia conſiderabat, quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitã gratiam. Sancta ergò & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

11. PRIMI Regum capite trigeſimoprimo, eóque vltimo: Cùm audiſſent habitatores Iabes Galaad, quæcunque fecerant Philiſtijm Saul, ſurrexerunt omnes viri fortiſſimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethſan: veneruntq; Iabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi igni: & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

12. BEDA expoſitionum allegoricarum in Samuelem libro quarto, capite decimo, in ea verba vltimi capitis libri primi Regum, Et ieiunauerunt ſeptem diebus: Rectè, inquit, & ad literam pro mortuis, vt ad requiem peruenire valeant, ſeptem diebus ieiunatur.

13. SECVNDI Regum primo: Apprehendens autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omnéſque viri qui erant cum eo: & planxerunt & fleuerunt & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul & ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eò quòd corruiſſent gladio.

14. ET capite tertio: Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid ſequebatur feretrum. Cumq; ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. Plangenſq; rex & lugens Abner, ait: Nequaquàm vt mori ſolent ignaui, mortuus * eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere coram filijs iniquitatis, ſic corruiſti. Congeminanſq; omnis populus fleuit ſuper eũ. Cumq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens: Hęc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quidquam. Omniſq; populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conſpectu totius populi.

al. *es

15. TOBIAE quarto: Panem tuum & vinũ tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

16. ECCLESIASTICI ſeptimo: Gratia *datus in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.

17. ET capite decimoſeptimo: Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipſorum, & conuertet in interiores partes terræ.

18. ITEM capite trigeſimooctauo: In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui.

19. HIEREMIAE decimoſexto: Hæc enim dicit Dominus, Nè ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque conſoleris eos: quia abſtuliſti pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiam & miſerationes. Et morientur grandes & parui in terra iſta: non ſepelientur, neque plangentur, & non ſe incident, neque caluitium fiet pro ijs. Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandũ ſuper mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre.

20. POSTERIORIS ad Timotheum primo: Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui: quia ſæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. ſed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Domino in illa die.

21. PRIMAE Ioannis quinto: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt: & eſt peccatum ad mortem.

1. D. CONCILIVM quartum Carthaginenſe (cui interfuit D. Auguſtinus) canone ſeptuageſimonono: Pœnitentes, qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, vbi eis ſubueniri non poſſit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

Orationes & oblationes pro mortuis.

2. ITEM canone nonageſimoquinto: Qui oblationes defunctorum aut negãt eccleſijs, aut cum difficultate reddunt, tanquàm egentium necatores excommunicentur.

Egentium necatores.

3. CONCILIVM Toletanum vndecimum, canone duodecimo: De his autem, qui accepta pœnitentia, antequàm reconcilientur, ab hac vita receſſerint, placuit nobis, vt & memoria talium in eccleſijs commendetur, & oblatio pro eorum delicto à Presbyteris recipiatur.

Oblatio pro mortuorum delicto.

4. TRIBVRIENSE, canone trigeſimoprimo: Si quis inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare: & eleemoſyna pro eo data, in memoriam nec clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat.

5. CONCILIVM Braccarenſe primum, canone trigeſimoquarto: Placuit, vt qui aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentam ſibiipſis inferunt mortem, nulla pro illis in olatione commemoratio fiat, neque cum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

6. CONCILIVM Florentinum in literis vnionis, vt ſuprà, hac quæſtione, C. teſtimonio ſeptimo.

7. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquinta, vt ſuprà, hac quæſtione, C. teſtimonio nono.

8. IDEM ſeſſione vigeſimaſecunda, capite ſecundo, & canone tertio, vt ſuprà, quæſtione ſeptima de Euchariſtia, M. teſtimonio decimoquinto.

9. AVGVSTINVS libro de cura pro mortuis gerenda, capite primo, volens reſpondere ad quæſtionem, Vtrùm proſit cuiq; quòd poſt mortem corpus eius apud ſancti alicuius memoriam ſepeliatur: Dicis (inquit) videri tibi, non eſſe inanes motus animorum religioſorum atquè fidelium, pro ſuis iſta curantium. Adiungis etiam vacare non poſſe, quòd vniuerſa pro defunctis Eccleſia ſupplicare conſueuit: vt hinc & illud conijci poſſit, homini prodeſſe poſt mortem, ſi fide ſuorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam iſto modo quæſita ſanctorum. Sed cùm hæc ità ſint, quomodò huic opinioni contrariũ non ſit, quod dicit Apoſtolus; Omnes enim adſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; ſecundùm ea quæ corpus geſſit, ſiue bonũ, ſiue malum: non te ſatis videre ſignificas. Hęc quippe Apoſtolica ſententia, ante mortem admonet fieri, quod poſſit prodeſſe poſt mortem: non tunc quando iam recipiendum eſt, quod quiſque geſſerit ante mortem. Verùm hæc ità ſoluitur quæſtio, quoniam quodam vitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos, ac per hoc ſecundùm ea, quæ per corpus geſſerunt, eis quæ poſt corpus religioſè pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim quos nihil omninò

Paulini Epiſcopi ſententia & quęſtio.

2. Cor. 5.

Solutio quæſtionis.

Digitized by Google

Varia morientiũ genera, ex quibus vnum eſt cui proſunt viuorum opera.

omninò adiuuant iſta: ſiue pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, vt neque talibus digni ſint adiuuari: ſiue pro eis, quorũ tam bona, vt talibus non indigeant adiumẽtis. Genere igitur vitę quod geſſit quiſque per corpus, efficitur vt proſint vel non proſint, quæcunq; pro illo piè fiũt, cùm reliquerit corpus. Nam meritũ per quod iſta proſint, ſi nullum comparatũ eſt in hac vita, fruſtrà quæritur poſt hanc vitã. Itã fit, vt neq; inaniter Eccleſia, vel ſuorũ cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat: & tamen ferat vnuſquiſque ſecundùm ea, quæ per corpus geſſit. Vt enim hoc quod impeditur, poſſit ei prodeſſe poſt corpus, in ea vita acquiſitũ eſt, quam geſſit in corpore. (Huuſque hæc citat in libro de octo Dulcitij quæſtionibus, quæſtione ſecũda.) Poterat inquiſitioni tuę ſufficere mea breuis iſta reſponſio: ſed quia alia mouent, quibus reſpondendũ exiſtimo, parumper attende. In Machabæorũ libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquàm in ſcripturis veteribus omninò legeretur, non parua tamen eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas: vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum. Hæc ibi. De cõditione ſepulturæ, & ijs quorum corpora apud memoriam ſanctorum ſepeliuntur, capitibus ſequentibus diſſerit.

2. Mach. 12.

Vniuerſæ Eccleſiæ authoritas.

10. IDEM libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei capite decimoſexto: Tanta eſt Dei miſericordia in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, vt etiam prima hominis ætas, id eſt, infantia, quæ ſine vllo reniſu ſubiacet carni: & ſecunda, quæ pueritia nuncupatur, vbi nondùm ratio ſuſcepit hanc pugnam, & ferè ſub omnibus vitioſis delectationibus iacet, &c. Si ſacramenta mediatoris acceperit, etiamſi hanc in eis annis vitam finiat, tranſlata ſcilicet poteſtate tenebrarum in regnum Chriſti, non ſolùm pœnis non præparetur æternis, ſed ne vlla quidem poſt mortem purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim ſola ſpiritalis regeneratio, nè poſt mortem obſit, quod carnalis generatio cum morte contraxit, &c. Quiſquis igitur cupit pœnas euadere ſempiternas, non ſolùm baptizetur, verùm etiã iuſtificetur in Chriſto, ac ſic verè trãſeat à diabolo ad Chriſtum. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur, niſi ante illud vltimum tremendúmque iudicium.

Rom. 9.

Pueri baptizati ante rationis vſum mortui, ſine purgatorio ſaluantur.

11. MATTHAEI duodecimo: Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

12. ET capite quinto: Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in via cum eo, nè fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies indè, donèc reddas nouiſſimũ quadrantem.

13. MALACHIAE tertio: Ecce venit (Dominator,) dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia.

14. AD Philippenſes ſecundo: Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

15. APOCALYPSIS quinto: Nemo poterat neque in cęlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum, neque reſpicere illum. Ibidèm: Et omnem creaturam quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum.

16. AVGVSTINVS de verbis Apoſtoli, ſermone trigeſimoſecundo, vel ſecundùm alios trigeſimoquarto, capite primo: Põpa funeris, agmina exequiarum, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumentorum opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunq; ſolatia, non adiutoria mortuorum. Et capite ſecũdo immediatè ſubiungit: Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari: vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum, vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur, ac pro illis quoquè id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commendandorum cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omninò ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui ità vixerint ante mortem, vt poſſint eis hæc vtilia eſſe poſt mortem. Nam qui ſine fide quæ per dilectionem operatur, eiuſq; ſacramentis de corporibus exièrunt, fruſtrà illis à ſuis huiuſmodi pietatis impenduntur officia &c. Non ergò mortuis noua merita comparantur, cùm pro eis boni aliquid operàtur ſui, ſed eorum præcedentibus conſequentia iſta redduntur. Non enim dictum eſt, niſi cùm hìc viuerent, vt eos hæc aliquid adiuuarent, cùm hìc viuere deſtitiſſent. Et ideò iſtam finiens quiſque vitam, niſi quod meruit in ipſa, nõ poterit habere poſt ipſam. Permittantur itaque pia corda charorum de ſuorum mortibus contriſtari dolore ſanabili, & conſolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas citò reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles, quando moriuntur, paululùm à nobis abire, & ad meliora tranſire &c. Sit pro viribus cura ſepeliendi, & ſepulcra conſtruendi: quia & hæc in ſcriptis ſanctis inter bona opera deputata ſunt. Nec ſolùm in corporibus Patriarcharum, aliorumq; ſanctorum, & humanis cadaueribus quorumcunq; iacentium, verùm etiam in ipſius Domini corpore prædicati atque collaudati ſunt; qui iſta fecerunt. Impleant hæc homines erga ſuos officia poſtremi muneris, & ſui humani lenimenta mœroris. Verùm illa quæ adiuuant ſpiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obſeruantiùs, inſtantiùs, abundantiùs impendant, qui ſuos carne, non ſpiritu mortuos, non ſolùm carnaliter, ſed etiam ſpiritaliter amant.

Quibus operibus certò iuuetur mortui.

Quibus proſint.

Galat. 5.

Cura ſepulcra conſtruendi.

Gen. 49.

Ioan. 19.

Spiritus defunctorũ vt iuuandi.

17. ISIDORVS libro primo de officijs eccleſiaſticis, capite decimooctauo: Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel pro eis orare, quia per totum hoc orbem cuſtoditur, credimus quòd ab ipſis Apoſtolis traditum ſit. Hoc enim vbiq; Catholica tenet Eccleſia, quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum ſpiritibus vel eleemoſynam faceret, vel Deo ſacrificium offerret. Nam & cùm Dominus dicit, Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro: demonſtrat, quibuſdam illìc dimittenda peccata, & quodam purgatorio igne purganda. Ergò in quodam loco à ſancto Auguſtino dictum eſt, Defunctorum animas ſine dubio pietate ſuorum viuentium releuari, cùm pro illis ſacrificium offertur, vel eleemoſynæ fiunt: ſi tamen aliquod ſibi quiſque meritum præparauit, dum adhuc in corpore viueret, pro quo iſta proſint, quæcunque pro illo fiunt. Nam non omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter diffe-

Traditio Apoſtolica, orare & ſacrificare pro mortuis.

Matth. 12.

Purgatorius ignis.

In enchiridio ad Lauren. cap. 110.

differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore? Nam pro valdè bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valdè malis propitiationes ſunt: pro valdè malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunque conſolationes viuorum ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio peccatorum: aut certè, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

18. RABANVS Maurus libro ſecundo de Inſtitutione Clericorũ, capite quadrageſimoquarto: Sacrificium pro defunctorum fideliũ requie offerre, vel pro eis orare, quia per totum orbem hoc cuſtoditur, credimus quòd ab ipſis Apoſtolis traditum ſit. Hoc enim vbiquè Catholica tenet Eccleſia: quæ niſi crederet, fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum ſpiritibus eleemoſynam faceret, vel ſacrificium Deo offerret. Nam & cùm dicit, Qui peccauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei in hoc ſeculo, neque in futuro: demonſtrat, quibuſdam illic dimittenda peccata, & quodam purgatorio igne purganda. Ergò vt in libris dialogi ſanctus Gregorius narrat, & Beda magiſter in geſtis Anglorum, frequenter exemplo oſtenſum, ſeu viſione reuelatum eſt, animabus defunctorum multùm prodeſſe oblata pro eis ſacrificia. Et in quodam loco dictum eſt à ſancto Auguſtino, defunctorum animas ſine dubio pietate ſuorum viuentium releuari, &c. vt ex eodem refert Iſidorus.

Apoſtolica traditio.
Matth. 12.
Lib. 4. dial. c. 55. & ſequentib. Lib. 5. Angl. hiſt. cap. 13

19. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſecunda, ad Antonianum ſcribens: Floret Eccleſia tot virginibus coronata, & caſtitas ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſeruat: nec quia adultero pœnitentia & venia laxatur, continentiæ vigor frangitur. Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire: aliud, miſſum in carcerem, non exire indè, donèc ſoluat nouiſſimum quadrantem: aliud, ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud, pro peccatis lõgo dolore cruciatum emundari, & purgari diù igne: aliud, peccata omnia paſſione purgâſſe: aliud deniquè, pendére in die iudicij ad ſententiam Domini: aliud, ſtatìm à Domino coronari.

Lib. 4. epiſt. 2.
Matth. 5. Nonnulli nõ exeunt carcere, donèc ſoluerint nouiſſimum quadrantem.
1. Cor. 3.

20. IDEM epiſtola ſexageſimaſexta ad plebem & Clerum Furnitanorum: Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes, cenſuerunt, nè quis frater excedens, ad tutelam vel curam Clericum nominatet: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare. Et ideò Victor cùm contra formam nupèr in Concilio à ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Eccleſia frequentetur, vt ſacerdotum decretum religioſè & neceſſariè factum, ſeruetur à nobis.

Lib. 1. epiſt. 9.
Sacrificij celebratio pro dormitione fidelium.

21. ORIGENEM habes ſuprà in hac quæſtione, B. teſtimonio octauo, & ſequentibus.

22. DIONYSIVS Areopagita in libro de Eccleſiaſtica hierarchia, capite ſeptimo: Coacto ſancto cœtu, venerandus antiſtes (ſi quidem ſacerdotalis ordinis fuerat, qui obdormiuit) ante ſanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat & gratiarum actionem. Si autem aut honeſtiſſimis monachis, aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad venerandum ſacrarium ipſum ante ſacerdotum reclinat ingreſſum, deindè precẽ cum gratiarum actione peragit Præſul. Deincèps verò miniſtri diuinis inſerta eloquijs, veriſſima de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes, conſentanea, tantundémque valentia canunt pſalmorum cantica: deindè miniſtrorum primus dimittit Catechumenos, ſanctóſque iam defunctos concelebrat, cum quibus & nupèr vita functum pari laudatione proſequitur: hortatúrque omnes, vt ſibijpſis identidèm poſtulent beatam in Chriſto conſummationem. Poſteà accedens venerabilis Præſul, precem ſuper eo ſacratiſſimam peragit: & poſt orationem ipſe quoquè Pontifex defunctum ſalutat, & poſt illum qui adſtant omnes. Vbi verò cuncti conſalutauerunt, ſuper defuncto fundit oleum Pontifex, & oratione pro omnibus facta, honeſto in loco ponit corpus cũ æqualibus alijs corporibus ſanctis. Poſteà verò explicans Dionyſius precationem Antiſtitis, inquit: Precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto: eúmque in luce ſtatuat, & regione viuorum, in finibus Abrahæ, Iſaac & Iacob, in loco vndè aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus. Et paulò pòſt: Ac fortaſsè inquies, iſta quidem rectè à nobis dici, verùm ambigere, cuius rei gratia Præſul diuinam precatur clementiam, defuncto peccatorum veniam poſtulans, & æqualem ſanctis ac lucidiſſimam ſortem. Si enim eorum quæ in vita geſſit, bonorum aut malorum à diuina iuſtitia percipiet præmia: perfecit autẽ actiones ſuas in vita iſta defunctus, quænam hunc oratio Præſulis ad aliam (præter illam quam meruit vitæ hìc actæ reſpondentem) transferet requiem? Non ignoro quidem & ego diuinis eloquijs accedens, ſingulis reddendam pro meritis ſortem. Quòd autem & iuſtorum preces etiam in vita iſta, & nedùm poſt mortẽ, (nedùm, id eſt, quanto magis, teſte Damaſceno in ſermone de defunctis) ijs ſolis proſint qui digni ſunt, ſcripturæ nos edocet ſacroſancta traditio. Quid enim Sauli profuit Samuelis oratio? &c. Itaque ſcripturæ ſacræ acquieſcens, vtiles in hac vita eſſe dixerim ſanctorum preces, hoc modo ſcilicet, ſi quis ſanctorum munerum deſiderio incenſus, ad eáque percipienda piè affectus, paruitatis tamen propriæ conſcius, quempiam ſanctorum virorũ adeat, oretq; ſibi adiutorem & precatorem accedere, capiet ex hoc omninò vtilitatem commoda cuncta excedẽtem, &c. Hanc ſi quis ſpernat ſacroſanctam diſciplinã, atq; infelici elatione ſeductus, dignum ſe diuina arbitretur familiaritate, ſanctoſq; deſpiciat: hic certè ſi petitiones indignas Deo, neq; ſacras poſtulârit, intentoq; careat diuinorum deſiderio, ſibiq; ipſi conſentaneo, imperita poſtulatione per ſeipſum nunquàm potietur. Quænam verò de huiuſmodi prece, quam ſuper defuncto peragit Præſul, ex diuinis ducibus noſtris traditio peruenit ad nos, operæpreciũ eſt vt dicamus: Didicit igitur de ſcripturis diuinitùs traditis, vt his qui piè vixerunt, lucidiſſima diuinaq; vita pro merito ab æquiſſimis lancibus redditur, non recordante diuina bonitate per ſummam clementiam maculas, quæ illis ex humana infirmitate adhæſerunt. Nullus enim (inquit) eſt mundus à labe. Iſta quidem nouit Pontifex promiſſa à ſanctis eloquijs: petit autem ea fieri, donariq; eis qui piè vixerunt, præmia ſacra &c. Neque enim vnquàm peteret Pontifex diuinæ iuſtificationis prædicator, quæ Deo ſciret non eſſe gratiſſima, & quæ largiturum ſe ille nequaquàm promiſiſſet. Quocirca prophanis vita functis non iſta imprecatur. Et paulò pòſt: Cæteros verò ità pontificibus oportet animum intendere, quæcunque illi geſſerint, tanquàm à Deo agitatis. Qui enim (inquit) vos ſpernit, me ſpernit.

Ritus ſepeliendi, Dionyſij & Apoſtolorum tempore.
Oratio pro defunctis.
Orat põtifex pro peccatorum remiſſione, & pro quiete æterna.
Obiectionis ſolutio.
Apoſtolos intelligit.
Hierem. 15.
Matth. 16.
Sũma orationis, quã pro mortuo facit præſul.
Iob 14. à iuxta LXX.
Luc. 10.

23. CLEMENS epiſtola prima, ad Iacobum fratrem Domini ſcribens: Inſtruebat D. Petrus actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, &c. mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eiſq; orare, & eleemoſynas facere.

B. Petrus docuit orãdum eſſe pro defũctis & eleemoſynas dandas.

24. IDEM libro ſexto Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite viceſimonono: Sine vlla verò huiuſmodi obſeruatione (ſuperſtitioſa

Gen-

Digitized by Google

Pſalmi cantũtur, & Euchariſtia offertur pro defunctis.

* in gratiarũ ſcilicet actio, item Deo, & ad impetrandam eorum interceſſionem.

Gentilium aut Iudæorum) conuenite in cœmeterijs ad legendum ſacros libros, & canendum Pſalmos ꝓ mortuis martyribus,* & ſanctis omnibus, qui ſunt à ſeculo defuncti, ac pro fratribus veſtris, qui in Domino mortui ſunt; & Euchariſtiam Deo acceptam antitypon, id eſt, ſacramentum regalis corporis Chriſti offerte in Eccleſijs veſtris, & in cœmeterijs; atque etiam cùm excedunt è vita proſequimini cantu Pſalmorum, ſi fuerint fideles: Pretioſa enim in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. & aliàs, Memoria, inquit, iuſti cum laudatione; &, Iuſtorum animæ in manu Domini. Qui enim Deo crediderunt, quamuis iaceant in ſepulcro, non ſunt mortui; ait enim Dominus Sadducæis: De reſurrectione mortuorum non legiſtis quod ſcriptum eſt, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob? non eſt igitur Deus mortuorum, ſed viuorũ Deus, omnes enim ei viuunt. Ergò eorum, qui apud Deum viuunt, ne reliquiæ quidem corporum ſunt inhonoratæ: ſiquidem Eliſæus Propheta poſtquàm defunctus eſt, mortuum ſuſcitauit à piratis Syriæ occiſum, attigit enim corpus eius corpus Eliſæi, & excitatus reuixit; quod quidem nunquàm accidiſſet, niſi corpus Eliſæi ſanctum eſſet.

Pſal. 115. Eccli 45. Sap. 3. Matth. 22. 4. Reg. 13.

1. E. CHRYSOSTOMVS homilia tertia in epiſtolam ad Philippenſes: Lugeamus peccatores non ſolùm mortuos, ſed & viuentes. Gaudeamus propter iuſtos, non ſolùm viuentes, ſed & mortuos. Iterùm poſteà: Deploratò eos, qui in diuitijs mortui ſunt, & nihil conſolationis ſuis ipſorum animabus ex diuitijs ſuis procurârunt: eos qui cùm poteſtatem abluendorum peccatorum habuiſſent, noluerunt. Hos, inquam, non vnum aut alterum deploremus diẽ, ſed omnem noſtram vitam. Non ſunt abſurdi affectus hæ lachrymæ, ſed magni amoris. Defleamus iſtos, iuuemus eos pro viribus: procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuuemus eos. Quomodò, quáve ratione? Precantes. Adhortemur & alios, vt pro illis orent: pauperibuſq; indefinẽter pro illis eleemoſynas demus. Habet res iſta nõnihil conſolationis. Audi quippe, quid Deus dicat: Protegã ciuitatem iſtã propter me, & propter Dauid ſeruum meũ. Si memoria duntaxàt iuſti tantum valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid nõ poterunt? Non fruſtrà ab Apoſtolis ſancitũ eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorũ memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante ſiquidem vniuerſo populo, manus in cęlos extendente, cœtu item ſacerdotali, verendóq; poſito ſacrificio, quomodò Deum non placaremus pro iſtis orantes? Verùm iſtud quidem de illis dicimus, qui in fide abceſſerunt: Catechumenos verò neq; iſto ſolatio dignamur, ſed omni huiuſmodi deſtituti ſunt auxilio, vno quodam dempto. Quónam illo? Pauperibus illorũ nomine dare licet, vnde illis nonnihil refrigerij accedit. Nam ità vult Deus, vt nos inuicèm mutuò iuuemus.

Precibus & eleemoſynis iuuandi defuncti.

4. Reg. 19.

Ab Apoſtolis inſtituta eſt comemoratio mortuorũ ſub Miſſæ ſacrificio.

2. IDEM homilia quadrageſimaprima in priorem epiſtolam ad Corinthios: Abierit peccator ſanè, gaudere &c. vide ſuprà de Sacramento Euchariſtiæ, quæſtione ſeptima, L. teſtimonio ſecundo.

3. IDEM homilia ſexageſimanona ad populum Antiochenum habet eadem quæ paulò antè ex homilia tertia in epiſto. ad Philippenſes allata ſunt.

4. DAMASCENVM in oratione de defunctis, ſiue, Quòd ij, qui cum fide ex hac vita &c. habes in ſeptima quæſtione de Sacramento Euchariſtiæ, L. teſtimonio quarto.

5. ATHANASIVM habes ibidèm, à Damaſceno citatum.

6. GREGORIVS Nyſſenus, teſte Damaſceno in eadem oratione: Nihil, inquit, abſque ratione & vtilitate à prædicatoribus & diſcipulis Chriſti traditum, & in omnibus Eccleſijs Dei prædicatum. Res autem modis omnibus vtilis & Deo in primis grata, in diuinis præclariſque diuinis operationibus eorum qui in recta fide deceſſerunt, facere memoriam.

A Chriſti diſcipulis tradi tum, & vbiq; prædicatum.

1. F. EPIPHANIVS contra hæreſes, hæreſi ſeptuageſimaquinta, vt ſuprà, quæſtione ſeptima, de Sacramento Euchariſtiæ, L. teſtimonio decimo.

2. AVGVSTINVS libro de hæreſibus ad Quoduultdeũ, hæreſi quinquageſimatertia: Fertur Aerius propria quoque dogmata addidiſſe nonnulla, dicens, orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec ſtatuta ſolenniter celebranda eſſe ieiunia.

Aerij hæreſis.

3. DAMASCENVS in libro de hæreſibus, de Aerio ſcribens ſic inquit: Cùm ſibi Epiſcopatum denegatum videret, multa contra Eccleſiam docere inſtituit, Arianorum nulli ſecundus. Adiecit autem quædam de ſuo. Negat enim quicquam offerendum eſſe pro mortuis.

4. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, & vigeſimaquinta, vt ſuprà in hac quæſtione, C. teſtimonio octauo & nono.

5. FLORENTINVM vide ibidèm, C. teſtimonio ſeptimo.

6. AVGVSTINVM in Pſalmũ trigeſimumſeptimum, vide ſuprà in hac quæſtione, B. teſtimonio quarto.

7. IDEM libro ſecundo de Geneſi, contra Manichæos, capite vigeſimo: Qui coluerit agrum ſuum interiùs, & ad panem ſuum quamuis cum labore peruenerit, poteſt vſque ad finem vitæ huius hunc laborem pati: poſt hanc autem vitam non eſt neceſſe vt patiatur. Sed qui fortè agrum non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in vita maledictionem terræ ſuæ in omnibus operibus ſuis, & poſt hanc vitam habebit vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. Ità nemo euadit iſtam ſentẽtiam, quæ prolata eſt in Adamum, Maledicta terra &c. Sed agendum eſt, vt ſaltem in hac tantùm vita ſentiatur.

Ignis purgationis. Geneſ. 3.

8. GREGORIVS in tertium pſalmum pœnitentialem, ſuper primum verſum, Domine nè in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quaſi dicat: Scio futurum eſſe, vt poſt huius vitæ exitum alij flammis expientur purgatorijs, alij ſententiam æternæ ſubeant damnationis. Sed quia illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intolerabiliorem, non ſolùm in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiam in ira tranſeuntis timeo correptionis purgari.

Pſal. 6. 37.

Flãmis purgatorijs nõnulli expiantur.

Acerbitas pœnarũ purgatorij.

9. EVNDEM in libro quarto dialogorum, capite trigeſimonono, habes hac quæſtione, B. teſtimonio duodecimo.

10. BERNARDVS ſermone ſexageſimoſexto ſuper Cantica Canticorum: Videte detractores, videte canes. Irrident nos quia baptizamus infantes, quòd oramus pro mortuis, quòd ſanctorum ſuffragia poſtulamus. In omni genere hominum atque in vtroque ſexu feſtinant proſcribere Chriſtum, in adultis & paruulis, in viuis & mortuis, &c. Mortuos viuentium fraudantes auxilijs: viuẽtes nihilominùs ſanctorum qui deceſſerunt, ſuffragijs ſpoliantes. Et paulò pòſt: Non credunt autem ignem Purgatorium reſtare poſt mortem, ſed ſtatim animam ſolutam à corpore vel ad requiem tranſire, vel ad damnationem. Quærant ergò ab eo qui dixit quoddam peccatũ eſſe, quod neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur: cur hoc dixerit, ſi nulla manet in futuro remiſſio purgatióve peccati?

Catholicos irrident hæretici, quòd pro mortuis orẽt. vide epiſtol. Petri Venerabilis Abbatis Cluniacenſis contra Petrobruſianos hæreticos.

Purgatorium poſt mortem reſtare nõ credebãt antiqui hæretici.

Matth. 12.

11. AVGVSTINVS in Enchiridio, capite centeſimo decimo: Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cùm

cùm pro illis ſacrificium Mediatoris offertur, &c. Reliqua poſita ſunt initio huius quæſtionis, B. teſtimonio primo.

12. IDEM in libro de cura pro mortuis gerenda, capite primo: Nam dicis (alloquitur Paulinum Epiſcopum) videri tibi non eſſe inanes motus animorum religioſorum atque fidelium pro ſuis iſta curantium. Ibidem: Ità ſit, vt neque inaniter Eccleſia vel ſuorum cura pro defunctis, quod potuerit, religionis impendat. &c. Totum hunc locum habes ſuprà, hac quæſtione, D. teſtimonio nono.

13. IN eodem libro, capite quarto: Prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam ſanctorum locus, bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniam ſi nonnulla religio eſt, vt ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando vbi ſepeliantur attenditur. Sed cùm talia viuorum ſolatia requiruntur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non video quę ſint adiumẽta mortuorum: niſi ad hoc, vt dum recolunt, vbi ſint poſita eorum quos diligunt corpora, eiſdem ſanctis illos tanquàm patronis ſuſceptos apud Dominum adiuuandos orando commendent. Quod quidem facere poſſent, etiam ſi talibus locis eos humare non poſſent. Deindè explicans, quare ſepulcra vocentur monumenta, (quòd nimirùm mentem moneant) ſubiungit: Cùm itaque recolit animus vbi ſepultum ſit chariſſimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus. Qui cùm defunctis à fidelibus chariſſimis exhibetur, eum prodeſſe non dubium eſt ijs, qui cùm in corpore viuerent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verùm etſi aliqua neceſſitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus, quorunque ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ ſiunt rectà fide ac pietate pro mortuis, puto quòd nihil prodeſſet ſpiritibus eorum, quamlibèt in locis ſanctis exanima corpora ponerentur.

Sanctis tanquàm patronis mortui commẽdantur.

Commendat animam Martyri.

Supplicandũ pro Spiritibus mortuorum.

14. ET capite decimooctauo eiuſdẽ libri: Quæ cùm ità ſint, non exiſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi quòd pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs ſolenniter ſupplicamus: quanuis non pro quibus ſiunt omnibus proſint, ſed ijs tantùm, quibus, dum viuunt, comparatur vt proſint. Sed quia non diſcernimus, qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. Diligentiùs tamen facit hæc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quòd pro illo ſiat ſimiliter à ſuis.

Sacrificiũ altaris, orationum & eleemoſynarum pro defunctis.

Regeneratis omnibus hęc beneficia cur præſtanda ſunt.

X.

Quæ commendatio ac dignitas eſt Pœnitentiæ?

Matth.3.b 4.c Mar.1.a b Luc.15.b Matth.7.b Matthæi 11.b

A. HAEC eſt Euangelicæ prędicationis exordium, Angelorum in cælis gaudium, via in terris arcta, & anguſta porta, per quam fideles ad vitam contendũt, & violenti rapiunt regnum cælorum.[a] Hæc lapſos erigit, ſaucios curat, imbecilles roborat, mortuos viuificat, perditos reſtituit: omnia demùm quæ peccatum vitiat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac veteris vitæ odium, noſtrique contemptum & omnem ſubmiſſionem teſtamur: hac ipſa duce lugentes[b] conſolationem, ſaucij curationem, humiles verò exaltationem reportamus.

a Lib. de vera & falſa pœnitẽtia, cap.1. Baſil. in homilia de vera pœnitentia. Chryſoſt. in homilijs & ſermone de pœnitentia.

b Matth.5.a

B. Hæc eſt, qua Dæmones & vitiorum peſtes ſuperamus: qua meritas[c] pœnas auertimus, Dei placamus iram, conciliamus gratiam, & gloriam æternam comparamus.

c Hier.18.a Ezech.18.e f g & 33.c d Ionæ 3.b Matt.3.b 2.Cor.7.c Actor.11.c

C. Hinc illæ Chriſti voces in Euangelio:[d] *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*[e] *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.*[f] *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.* At is demùm veram pœnitentiam agit, vt Cypriani verbis hæc omnia concludamus, qui Dei & Sacerdotis præceptis obediens, & obſequijs ſuis & operibus iuſtis Dominum promeretur.

d Matth.4.c

e Luc.5.f

f Luc.13.a

Cyprian. epiſt.14.

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI tertio: In diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudęæ & dicens: Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam prophetam, dicentem: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe autem Ioãnes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eum Hieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum, venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ventura ira? Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ.

2. ET capite quarto: Exindè cœpit Ieſus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.

3. MARCI primo: Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Ibidèm: Venit Ieſus in Galilęam, prędicans Euangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini & credite Euangelio.

4. LVCAE decimoquinto: Dico vobis (inquit Saluator ad Phariſæos & Scribas) quòd ità gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agen-

Digitized by Google

agente, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmā vnam, nónne accendit lucernam, & euertit domum, & quęrit diligenter, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ità, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

5. MATTHAEI ſeptimo: Intrate per anguſtam portam: quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam.

6. ITEM vndecimo: A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. (inquit Saluator ad turbas.)

7. AVGVSTINVS, vel quiſquis author eſt, libro de vera & falſa pœnitentia, capite primo: Pœnitentiæ virtus. Quantùm ſit appetenda gratia pœnitentiæ, omnis authoritas declarat, omnis bonorum vita conatur oſtendere: languores enim ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat, omnia ſatiat, omnia redintegrat, omnia lętificat, ſanitatem auget, quam conſeruat. Claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum. Temperat ſucceſſus, conſtringit impetus, moderatur exceſſus. Ignorans ſe, per hanc ſe recognoſcit: quærens ſe, per hanc ſe inuenit. Hæc eſt, quæ homines ad angelos ducit, & creaturam reddit creatori. Iſta ouem perditam monſtrauit quærenti, & decimam drachmā obtulit anxianti. Hæc diſſipatorem filium ad patrem reduxit, & vulneratum à latronibus cuſtodi curandum reſeruauit. In hâc omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conſeruatur: fugat tenebras, inducit lucē, excoquit omnia ipſa ignis conſumens.

Luc.15. Ibidèm. Luc.10.

8. BASILIVS ſcripſit homiliam vnam de pœnitentia, quæ eſt vltima inter homilias variorum argumentorum ad populum.

9. CHRYSOSTOMVS ſcripſit decē homilias admodùm egregias de Pœnitentia, quæ habentur in Tomo quinto: poſt quas ſequitur ſermo de pœnitentia, vbi ſic habet: O pœnitentia quæ peccatum miſerante Deo remittis, & paradiſum reſeras: quæ contritum ſanas hominem, & triſtem exhilaras: vitam de interitu reuocas, ſtatum reſtauras: honorem renouas, fiduciam das: & reformas vires, gratiamq́ abundantiorem refundis. O pœnitentia, quid de te noui referam? Omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta reſeras, omnia aduerſa tu mitigas: omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas. O pœnitentia rutilantior auro, ſplendidior ſole, quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperat, nec deſperatio delet. Pœnitentia reſpuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorem, calcat ſuperbiam, linguā continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre: ſi violentus quærat quæ habet, non vetat: ſi veſtem dirimat, non refragatur: percutienti maxillam præbet alteram. Iam angariatus vltrò adijcit, caſtigatus gratias agit, prouocatus tacet, exaſperatus blanditur: ſuperiori ſupplex eſt, inferiori ſubiacet: in corde eius contritio eſt, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas. Hæc eſt perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præſtò eſt Deus, eſurienti nutritor, ſitienti potator. Sapienti quod ſtultum putatur, ſapit: quod triſte eſt, placet: quod molle eſt diſplicet: quod fluxum eſt, horret. O pœnitentia miſericordiæ mater, & magiſtra virtutū, magna opera tua, quibus reos reſoluis, ac reficis delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. Per te nobis Chriſtus regnum cælorum appropiatū deſignat, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Ità & baptiſta clamat: Facite fructus dignos pœnitentiæ, quoniam eccè adeſt regnum Dei. Per te ſubitò rapuit latronem Chriſtus ad regnum: per te Dauid poſt flagitium felix iterùm recepit ſpiritum ſanctum: per te Manaſſes poſt cruenta facinora eccè meruit fieri acceptabilis: per te Petro Apoſtolo, poſtquàm ter negauit, data eſt indulgentiæ dextera: per te filius prodigus regreſſus ad patrem, non ſolùm amplexum oſculumq́ paternum, ſed etiam epulum vituli ſaginati, veſtémque inſignem promeruit adipiſci: per te mulier fornicaria vberes ſtillauit lachrymas, fonteq́ ſui baptiſmi protinùs lauit pedes Chriſti, crineq́ detersit: per te Niniue ciuitas magna, populúſque integer barbarorum ſubitò Deum ſapuit, virtutem tuam ſenſit, odorem tuum accepit, ſaporem tuum ſtrinxit, dulcedinem tuam guſtauit, cilicium contraxit, cinerem tuum comedit, ieiunium tuum protraxit, lachrymas tuas profudit, gemitum tuum ſuſpiriúmque perſenſit, fructúſque vbertatis tuæ abundanter exhibuit: & ſic per opera tua non ſolùm decretę mortis diſcrimen euaſit, ſed etiam vitæ incognitæ coronam accepit. Cuius ſimilitudini pœnitentiam comparemus? Sic eſt quomodo ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera: fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia Dei, acceptáque remiſſione pingueſcit in vita.

Ex ſermone de pœnitētia Tomo 5. Pœnitentiæ vis. Matth.4. Matth.3. Luc.23. Mar.14. Matth.26. Luc.15. Lucæ 7. Ionæ 3.

10. MATTHAEI quinto: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

1. B. HIEREMIAE decimooctauo: Ait Dominus, Eccè ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael. Repentè loquar aduerſùm gentem & aduerſùs regnum, vt eradicem & deſtruam & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſùs eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei: Et ſubitò loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud.

2. EZECHIELIS decimooctauo: Si autē impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. Nūquid voluntatis meę eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat? Et paulò pòſt: Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, morietur in eis. In iniuſtitia quam operatus eſt, morietur. Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur. Iterùm ibidèm: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

3. ET capitē trigeſimotertio: Tu ergò fili hominis, dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, dicentes: Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodò ergò viuere poterimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus Deus: Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini, conuertimini à vijs veſtris peſſimis: & quare mo-

Digitized by Google

riemini domus Iſrael? Tu itaque fili hominis,dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti non liberabit eum,in quacunq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Et iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua,in quacunq; die peccauerit.Etiam ſi dixero iuſto,quòd vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem,omnes iuſtitię eius obliuioni tradentur: & in iniquitate ſua,quam operatus eſt,in ipſa morietur.Si autem dixero impio, morte morieris,& egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinámque reddiderit, in mandatis vitę ambulauerit,nec fecerit quicquam iniuſtum : vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei. Iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet.

4. IONAE tertio,vt ſuprà quæſtione ſeptima, de Pœnitentia, C.teſtimonio quinto.

5. MATTHAEI tertio : Progenies viperarũ, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ.

6. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo: Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt,pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur.

7. ACTORVM vndecimo: Glorificauerunt Deum, dicentes: Ergò & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

1.C. MATTHAEI quarto, 2.LVCAE quinto,vt in textu.

3. LVCAE decimotertio: Aderant autem quidam ipſo in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum.Et reſpondens Ieſus,dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilęis peccatores fuerint,quia talia paſſi ſunt? Non,dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis,omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hieruſalem? Non,dico vobis: ſed ſi pœnitentiam nō habueritis, omnes ſimiliter peribitis.Dicebat autē & hanc ſimilitudinem:Arborem fici habebat quidam plantatā in vinea ſua: & venit quærens fructũ in illa,&non inuenit.Dixit autem ad cultorē vineæ: Ecce anni tres ſunt,ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergò illam : vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno,vſq; dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora : & ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam.

4. CYPRIANVS epiſtola decimaquarta ad Clerum : Pœnitentiam autem ille agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & ſacerdotibus Dei obtemperans,obſequijs ſuis & operibus iuſtis Dominum promeretur. Lib.3.epi.14. Operibus Deum promereri.

DE SACRAMENTO
EXTREMÆ VNCTIONIS.
I.

Quid de Sacramento extremæ Vnctionis credendum eſt?

a Concil.Conſtātien.ſeſſ. 15. & Florent.& Trident. ſeſſ.14. Innocētius I.epiſt. 1.ad Decentium Eugub.c. 8. Petrus Damia. ſer.1.in Dedicatione eccleſię. Ber. in vita Mala.epiſcopi.Cōcil.Vuorma.can.72.

ID IPSVM nempe, quod Catholica[a] Eccleſia conſtanter docet, ſignum hoc eſſe ſacrum, in conſecrato oleo inſtitutum, vt per illud cæleſtis virtus ad ſalutem, non animæ ſolùm, ſed & corporis, applicetur ægrotis ex diuina inſtitutione.

Iaco.5.d & ibid.Beda.

B. Cui Sacramento teſtimonium longè clariſſimum præbet Iacobus Apoſtolus,cùm in hæc verba ſcribit: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.*

TESTIMONIA.

1.A. CONCILIVM Conſtantienſe ſeſſione decimaquinta damnat articulum octauum Ioannis Hus, qui ſic habet: Sacerdotes criminosè viuentes,infideliter ſentiunt de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ. Septem Sacramenta.

2. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Quintum ſacramentum eſt extrema Vnctio, cuius Materia eſt oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo,de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis vngendus eſt: in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum,in ore propter guſtum vel locutionem,in manibus propter tactum,in pedibus propter greſſum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius ſacramenti eſt hæc: Per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus,quicquid peccaſti per viſum &c. Et ſimiliter in alijs membris : Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos. Effectus verò eſt mentis ſanatio : inquantùm autem expedit,ipſius etiam corporis. De hoc ſacramento inquit beatus Iacobus Apoſtolus: Infirmatur quis in vobis? &c.

Sacramētum quintum. Materia. Qui ſint inungēdi,& in quibus partibus. Forma. Miniſter. Effectus.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta in doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis: Viſum eſt autem ſanctæ Synodo,præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea quę ſequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis: quod non modò pœnitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à Patribus. Primùm itaque circa illius inſtitutionem, declarat & docet, quòd clementiſſimus Redemptor noſter,qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remedijs aduersùs omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodùm auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros,dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſint: ità extremæ Vnctionis ſacramento finem vitæ tanquàm firmiſſimo quodam præſidio muniuit. Nam etſi aduerſarius noſter occaſiones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementiùs ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitùs, & à fiducia etiam, ſi poſſit, diuinæ miſericordiæ deturbandos, quàm cùm impendere nobis exitum vitæ perſpicit. CAPVT primùm: Inſtituta eſt

Cur inſtitutū ſit hoc Sacramentum.

Digitized by Google

Mat. 6. Apud Marcũ inſinuatũ, & à Iacobo fideli-bus commẽdatũ & promulgatũ: ſed à Chriſto inſtitutum. Iacob. 5.

ta eſt autem ſacra hæc Vnctio infirmorum, tanquàm verè & propriè Sacramentum noui teſtamenti à Chriſto Domino noſtro apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apoſtolica traditione per manus accepta Eccleſia didicit, docet materiam, formam, proprium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris ſacramenti. Intellexit enim

Materia.

Eccleſia materiam eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum. nam vnctio aptiſſimè ſpiritusſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat. Formam deindè eſſe illa verba,

Forma.

Per iſtam vnctionem, &c. CAPVT ſecundum:

Effectus.

Res porrò & effectus huius ſacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Res etenim hæc, gratia eſt ſpiritusſancti, cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando: qua infirmus ſubleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuiùs fert, & tentationibus dæmonis, calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtit, & ſanitatem corporis interdùm, vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur. CAPVT tertium: Iam verò quòd attinet ad præſcriptionem eorum, qui & & ſuſcipere & miniſtrare hoc ſacramentũ debent, haud obſcurè fuit etiam in verbis prædictis traditum. Nam & oſtenditur illic, proprios huius ſacramenti miniſtros eſſe eccleſiæ presbyteros. quo nomine eo loco non ætate ſeniores aut primores in populo intelligendi veniunt, ſed aut epiſcopi, aut ſacerdotes ab ipſis ritè ordinati per impoſitionem manuum presbyteri. Declaratur etiam, eſſe hanc vnctionem infirmis adhibẽdam, illis verò præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur: vndè & ſacramentum exeuntium nuncupatur. Quòd ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint, iterùm huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cùm in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi ſunt, qui contra tam apertam & dilucidam Apoſtoli Iacobi ſententiã, docent hanc Vnctionem, vel figmentum eſſe humanũ, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promiſſionem gratię habentem: & qui illam iam ceſſâſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum duntaxàt in primitiua Eccleſia referenda eſſet: & qui dicunt ritum & vſum, quem ſancta Romana Eccleſia in huius ſacramenti adminiſtratione obſeruat, Iacobi Apoſtoli ſententiæ repugnare, atque ideò in alium commutandum eſſe: & deniquè qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmant. Hæc enim omnia manifeſtiſſimè pugnant cum perſpicuis tanti Apoſtoli verbis. Nec profectò Eccleſia Romana aliarum omnium mater & magiſtra, aliud in hac adminiſtranda Vnctione, quã tùm ad ea quæ huius ſacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quàm quod beatus Iacobus præſcripſit. Nec verò tanti ſacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius ſpiritusſancti iniuria eſſe poſſet. Hæc ſunt quæ de Pœnitentiæ & extremæ Vnctionis ſacramentis hæc ſancta œcumenica Synodus profitetur & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda & tenenda proponit. Sequentes autem Canones inuiolabiliter ſeruandos eſſe tradit, & aſſerentes contrarium, perpetuò damnat & anathematizat. IN eadem ſeſſione canon primus de

Miniſter.

1. Tim. 4. Qui inungendi.

Repetitio huius ſacramenti.

Hæreſes de hoc ſacramento.

Nõ contẽnitur hoc Sacramentũ ſine ſpiritus ſancti iniuria.

extrema Vnctione: Si quis dixerit, extremam Vnctionem non eſſe verè & propriè ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à beato Iacobo Apoſtolo promulgatum, ſed ritum tantùm acceptum à Patribus, aC figmentum humanum, anathema ſit. CANON ſecundus: Si quis dixerit ſacram infirmorum Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, ſed iam ceſsâſſe, quaſi olim tantùm fuerit gratia curationum, anathema ſit. CANON tertius: Si quis dixerit, extremæ Vnctionis ritum & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia, repugnare ſentẽtiæ beati Iacobi Apoſtoli, ideóque eum mutandum, poſſeque à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit. CANON quartus: Si quis dixerit, presbyteros Eccleſiæ, quos beatus Iacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, non eſſe ſacerdotes ab epiſcopo ordinatos, ſed ætate ſeniores in quauis communitate, ob idq; proprium extremæ Vnctionis miniſtrum non eſſe ſolum ſacerdotem, anathema ſit.

Inſtitutum à Chriſto.

Gratiam confert.

Miniſter.

4. INNOCENTIVS primus epiſtola prima ad Decentium Eugubinum epiſcopum, capite octauo: Sanè quoniam de hoc ſicuti de cæteris, conſulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cęleſtinus diaconus in epiſtola ſua, eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: Si infirmus aliquis in vobis eſt, vocet presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit laborantem, & ſuſcitabit illum Dominus: & ſi peccata fecit, remittet ei. Quod non eſt dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quo ab epiſcopo confecto, non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſſitate inungendo. Cæterùm illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere dubium non eſt. Nam idcircò de presbyteris dictum eſt, quia epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum & benedicere & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt Sacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur poſſe concedi?

Iacob. 5.

Exponit loc**ũ** Apoſtoli Iacobi de hoc Sacramento.

Materia.

Qui inungi poſſunt.

Miniſter.

Genus Sacramenti eſt hæc infirmorum vnctio.

5. PETRVS Damianus in ſermone primo in Dedicatione eccleſiæ: Tertium ſacramentum eſt vnctio infirmorum. Infirmantibus nobis & vſque ad mortem mortali peccatorum febre languentibus, ſpiritus pietatis aſſiſtit, & recordatur eſt quoniam puluis ſumus. Ait enim Diuus Iacobus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis eſt, dimittentur ei. Solennis vnctio, liquor excellens, quo ſanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor Domini. Vidéſne qualiter ſacerdotalis manus infirmantis corpus alleuiet, & illecebroſam ſenſuum motionem ſacratiſſima mitiget vnctione? Vndè & ſancti patres hanc vnctionem ſacramentum eſſe ſanxerunt.

Iacob 5.

Effectus extremæ vnctionis.

Sacramentũ.

6. BERNARDVS in vita ſancti Malachiæ Epiſcopi: Habitabat vir nobilis in vicinia Benchorenſis Monaſterij. Cuius vxor cùm infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias vt deſcenderet priuſquàm moreretur, infirmam vncturus oleo: deſcendit, & intrauit ad eam. Quo viſo exultat illa, ſpe animatã ſalutis. Et cùm pararet vngere eam, viſum eſt omnibus differendum potiùs

Digitized by Google

potiùs vſque manè. Erat enim veſpera. Acquieuit Malachias, & data benedictione ſuper ægram, exiuit cum his qui ſecum erant. At verò poſt modicum ſubitò clamor factus eſt, planctus & ſtrepitus multus per totam domum, ſiquidem inſonuit quòd mortua eſſet. Accurrit Malachias tumultu audito: & ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et accedens ad lectum, vt certò comperit expiráſſe, conſternatus eſt animo, ſibi imputans, quòd fraudata gratia ſacramenti obierit. Et eleuatis in cælum manibus, Obſecro Domine, (inquit) inſipienter egi, ego peccaui qui diſtuli, non iſta, quæ voluit. Hæc dicens, conteſtatus eſt in audientia omnium, nullam ſe recepturum conſolationem, nullam daturum requiem ſpiritui ſuo, niſi quam tulerat, liceret reſtituere, gratiam. Et ſtans ſuper eam, tota nocte laborabat in gemitu ſuo: & pro oleo ſancto, largo imbre lachrymarum perfundens mortuam, vicem illi vnctionis, quam poterat, exhibebat. Ipſe quidem ſic. Ad ſuos autem: Vigilate, inquit, & orate. Itaque in pſalmis illi, ille in lachrymis, noctem duxerunt peruigilem. Et manè facto, exaudiuit Dominus ſanctum ſuum, quia ſpiritus Domini erat poſtulans pro eo, qui poſtulat pro ſanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura? Aperit oculos quæ fuerat mortua, & vt ſolent, qui de graui ſomno euigilant, fricans ſibi manibus frontem & tempora, ſuper lectum ſe erigit, & agnito Malachia, inclinans deuotè ſalutat eum. Et verſo luctu in gaudium, ſtupor apprehendit omnes, & qui viderunt, & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agens, benedixit Dominum. Et vnxit eam nihilominùs, ſciens in hoc ſacramento remitti peccata, & quòd oratio fidei ſaluet infirmum. Poſt hæc abijt ille, & illa conualuit, & viuens incolumis tempore aliquanto, vt gloria Domini manifeſtaretur in ea, peracta pœnitentia quam ſibi Malachias iniunxerat, in bona Confeſſione iterùm obdormiuit, & migrauit ad Dominum.

Luget Malachias, quòd mulier fraudata gratia Sacramenti huius expirârit.

Miraculum.

Hoc Sacramento remittuntur peccata.

TANDEM deſcribens mortem Malachiæ, ſic ait: Nec longè aberat dies ipſa, cùm talia loqueretur Malachias. Intereà iubet ſe ſacro oleo vngi. Exeunte conuentu fratrum vt ſolenniter feret, non ſuſtinuit vt ad ſe aſcenderent: ipſe deſcendit ad eos. Iacebat ſiquidem in ſolario, domo ſuperiori. Vngitur, & ſumpto viatico, fratrum ſe orationibus, & fratres commendans Deo, ad lectum reuertitur.

Malachias ſe ſacro oleo inungi iubet.

7. CONCILIVM Vuormatienſe Canone ſeptuageſimoſecundo: Infirmatur quis in vobis? &c. Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere &c. Pœnitentibus iſtud fundi non poteſt, quia genus eſt Sacramenti. nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur concedi?

Ex Innocentio.

Sacramentum eſt.

1. B. IACOBI quinto, vt in textu.

2. BEDA in caput quintum Iacobi, Vngentes eum oleo &c. Hoc & Apoſtolos feciſſe in Euangelio legimus, & nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, vt infirmi oleo conſecrato vngãtur à presbyteris, & oratione comitante ſanentur. Nec ſolùm presbyteris, ſed vt Innocentius Papa ſcribit, etiam omnibus Chriſtianis vti licet eodem oleo in ſua aut ſuorum neceſſitate vngendo. Quod tamen oleũ non niſi ab epiſcopis licet confici. Nam quod ait, oleo in nomine Domini, ſignificat oleum conſecratum in nomine Domini: Vel certè, quia etiam cùm vngunt infirmum, nomen Domini ſuper eum inuocare debent. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Multi propter peccata in anima facta, infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Vndè Apoſtolus Corinthijs, qui corpus Domini percipere indignè ſoliti erant, ait: Ideò inter vos multi & infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Si ergò infirmi in peccatis ſint, & hæc presbyteris eccleſiæ confeſſi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare ſategerint, dimittentur eis. Neque enim ſine confeſſione emendationis peccata queunt dimitti.

Infirmi etiã Bedæ tempore oleo ſacro inungebantur.

Oleum conſecratum.

Peccata remittuntur.

1. Cor. 11.

II.

Quid his verbis docet Apoſtolus?

A. PRIMÙM Sacramenti huius oſtendit elementum, ſeu materiam oleum eſſe, Pontificali benedictione (vt rectè ait [a] Beda) conſecratum. Significat autem [b] hilaritatem animi & confirmationem internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius virtute ab ægroto percipitur.

a In c. 6. Mar. & in 9. Luc. & c. 5. Iacob. Innocen. 1. vt ſup. Concil. Melden. can. 1. apud Burch. li. 4. cap 75. & Iuonem par. 1. cap. 269.

b Theophy. in c. 6. Marci.

B. Deindè per Apoſtolum deſignatur Sacramenti miniſter proprius, nimirùm [c] Sacerdos, qui ſacram hanc vnctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec fruſtrà de Apoſtolis eſt ſcriptum: [d] *Vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabant.*

c Chryſoſt. lib. 3. de ſacerd. & Orig. hom. 2. in Leuitic.

d Marc. 6. b & ibid. Theophyl. & Beda.

C. Prætereà qui ſuſcipiunt hoc Sacramentum, à Iacobo dicti ſunt infirmi: quoniam, vt Eccleſiæ mos eſt, [e] in grauibus & periculoſis infirmitatibus tantùm ſacra iſthæc vnctio celebratur.

e Petrus Cluniacen. lib. 1. miraculo. cap. 20. & lib. 2. cap. 32.

TESTIMONIA.

1. A. BEDA in caput ſextũ Marci ſuper ea verba, Dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur: Dicit Apoſtolus Iacobus, Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper ipſum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Vndè patet, ab ipſis Apoſtolis hunc ſanctum Eccleſiæ morem eſſe traditum, vt energumeni vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pontificali benedictione conſecrato.

Apud Marcũ inſinuatũ fuit hoc Sacramentum.

2. IDEM in caput octauum Lucæ: Quidam vicinus mihi presbyter retulit, ſe quandam ſanctimonialem fœminam à dæmonio curare cœpiſſe, ſed quandiù res latebat, nihil apud eam proficere potuiſſe. Confeſſo autem quo moleſtabatur phantaſmate, mox & ipſum orationibus, cæteriſque quæ oportebat purificationum generibus effugáſſe, & eiuſdem fœminæ corpus ab vlceribus quæ dæmonis tactu contraxerat, medicinali ſtudio, adiuncto ſale benedicto curâſſe. Sed dum vnum de vlceribus, quod altiùs lateri infixum repererat, nullatenùs poſſet quin continuò panderetur obducere, ab eadem ipſa quam ſanare volebat, conſilium quo ſanaretur accepiſſe. Si (inquit) oleum pro infirmis conſecratum, eidem medicamento adſperſeris, ſicq́ me perunxeris, ſtatim ſanitati reſtituar. Nam vidi quondàm per ſpiritum in quadam longiùs poſita ciuitate, quam nunquàm corporalibus oculis vidi, puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter à Sacerdote curatam. Fecit vt illa ſuggeſſerat, ſtatimque vlcus remedium,

Salis benedicti vis.

Oleum pro infirmis conſecratum, & eius vis.

Digitized by Google

quod antè reſpuerat, accipere conſenſit.

3. ET in caput quintum Iacobi, vt ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio ſecundo.

4. INNOCENTIVS primus epiſtola prima ad Decentium Eugubinum capite octauo, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio quarto.

5. CONCILIVM Meldenſe canone primo, teſte Burchardo libro quarto, capite ſeptuageſimoquinto, & Iuone parte prima, capite ducenteſimo ſexageſimonono: Presbyter in Cœna Domini ampullas tres ſecum deferat, vnã ad chriſma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta ſententiam Apoſtolicam, vt quando quis infirmatur, inducat presbyteros Eccleſiæ &c.

Chriſma, oleum catechumenorum, & oleum infirmorum conſecrantur in die cœnæ Domini.

6. THEOPHYLACTVS in caput ſextũ Euangelij ſecundùm Marcum: Quòd vnxerint oleo Apoſtoli, ſolus Marcus narrat, quod & frater Domini Iacobus in catholica epiſtola dicit: Infirmatur quis inter vos? aduocet presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper illum, vngentes eum oleo. Eſt igitur oleum & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, ſignificatq; miſericordiam Dei, & gratiam ſpiritus, per quam à labore liberamur, & lucem, ac gaudium, hilaritatémque ſpiritalem accipimus.

Iacob. 5. — Olei ſignificatio myſtica

1. B. CHRYSOSTOMVS libro tertio de ſacerdotio: Sacerdotes non ſolùm, quum nos regenerant, ſed poſteà etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo &c.

Sacerdotes ſunt huius Vnctionis miniſtri. Iacob. 5.

2. ORIGENES homilià ſecunda in Leuiticum: Audiſti quanta ſint in lege ſacrificia pro peccatis: audi nunc quantæ ſint remiſſiones peccatorum in euangelijs. Eſt iſta prima, qua baptizamur in remiſſionem peccatorum. Secunda remiſſio eſt in paſſione martyrij, &c. Eſt adhuc & ſeptima, licèt dura & laborioſa, per pœnitentiam remiſſio peccatorum, cùm lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte, & quum non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum ſuum, & quærere medicinam, ſecundùm eum qui ait: Dixi, pronunciabo aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. In quo impletur & illud, quod Apoſtolus dicit: Si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Eccleſia &c.

Pſal. 6. Pſal. 41. Pſal. 31.

3. MARCI ſexto, vt in textu.

4. THEOPHYLACTVS, & 5. BEDA in caput ſextum Euangelij ſecundùm Marcum, vt ſuprà A. teſtimonio ſexto, & primo.

1. C. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro primo de miraculis, capite viceſimo, de Benedicto quodam infirmo: Iſte vir Domini ægritudine decumbens, poſtquàm & ſacri olei vnctione, & ſalutari Chriſti corporis perceptione, ad iter cæleſte ſcandendum idoneus factus eſt, aduenit dies laboris vltima.

2. ET libro ſecundo, capite vltimo: Expleta veraci & deuota cõfeſſione, abſolui pro officio fratrem, (infirmum) & oleo ſacro inunctum, Chriſti corpore ad æternam vitam obtinendã refectum; Deo & fratrum precibus intentè commendaui.

III.

Quis eſt Sacramenti huius fructus & effectus?

A. CONFERT primùm ad remiſſionem [a] peccatorum, quę quidem ab ægroto Pœnitentiæ remedijs non ſunt expurgata, vt decumbentis anima peccatorum ſuorum onere ac morbo in primis leuetur.

[a] Bernardus in vita S. Malach. epiſcopi. Concil. Triden. vt ſuprà. Petrus Cluniac. lib. 6. epiſt. 1.

B. Deindè prodeſt ad corporalem infirmitatem vel [b] depellendam, vel alleuiandam, quatenùs expedit eam ægroto recuperare.

[b] Ibid Bernard.

C. Poſtremò ad conſolationem & fiduciam ſubminiſtrandam valet, qua ſanè in ſupremo illo agone exituque animæ opùs eſt maximè, quando & cum doloribus acerbiſſimis, & cum horrendis dæmonibus [c] morituro eſt grauiſſimè confligandum. Vndè licèt ſalus corporis ægroto non reſtituatur, vt qui poſt acceptam hanc vnctionem moritur ſæpè, tamen gratia in hoc Sacramento peculiaris prębetur ad morbi vim, moleſtiasque conſtantiùs perferendas, & ad mortẽ ipſam faciliùs excipiendam. Atque hoc eſt, quod per Apoſtolum ſuum Deus promiſit: *Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.*

[c] Cyril. Alex. in ora. de exitu animæ. Gregor. lib. 2. Moral. c. 17. & 18. hom. 39. in Euang. Climacus gradu 6. Euſeb. Emiſen. hom. 1. ad monach. Seuer. Sulpit. de tranſitu S. Martini.

Iacob. 5.

D. Ad quos quidem deſignandos effectus, etiam olei natura, ſeu natiua vis pulchrè congruit, vt explicat [d] Theophylactus. Quocirca retinendum eſt prorsùs, quod ſaluberrimè monet [e] Auguſtinus: Quotiès aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ægrotat, accipiat, & indè corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt, impleatur in eo: [f] *Infirmatur aliquis? inducat presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

[d] In cap. 6. Marc.

[e] Serm. 215 de Temp. Vide etiam de rect. cath. conuer. Et de viſitat. infirmorũ, lib. 2. cap. 4. item in ſpeculo.

[f] Iacob. 5. d

TESTIMONIA.

1. A. BERNARDVS in vita Malachiæ epiſcopi, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio ſexto.

2. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta in doctrina de hoc Sacramento, capite ſecundo & canone ſecundo, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio tertio.

3. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro ſexto, epiſtola prima ad Theobaldum Abbatem: reddens rationem cur iteretur vnctio infirmorum, cùm non iteretur ea quæ fit in Confirmatione & Ordinatione: Iterari neceſſe eſt infirmorum

Digitized by Google

morum vnctionem: quia iterari neceſſarium eſt peccatorum, propter quam illa fit vnctio, remiſſionem. Iſtud indicant & ipſa verba hoc præcipientis Apoſtoli:

Iacob.5.

Infirmatur (ait) quis in vobis: inducat presbyteros Eccleſię, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Ac ſequitur, Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, * dimittentur ei.

aliàs * remittentur

Cùm igitur certum ſit cauſam vnctionis hanc eſſe, vt oratio fidei ſaluet illum; vt alleuet eum Dominus; vt ſi in peccatis ſit dimittantur ei: cur non iterabitur vnctio, præcedente vnctionis cauſa? Nam ſi æger poſt ſemel redditam ſanitatem, nunquàm deincèps in morbum incideret, ſi nunquàm poſt primam vnctionem in peccata corrueret: fateor quòd nunquàm deincèps vnctionem iam dictam iterari fas eſſet. Quòd ſi rurſum infirmatus fuerit, ſi rurſum peccauerit: quæ ratio, vt rurſum alleuietur, vt rurſum ei peccata dimittantur, denuò eum inungi prohibebit?

Extrema vnctio iterari poteſt.

Nónne & Apoſtolus hoc ſe indicat velle: vt quoties quis infirmatus fuerit, toties inungatur? Nam quid aliud ſonant verba illa illius: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ? Non enim ait, Infirmatur quis in vobis ſemel; aut, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ ſemel: ſed nulla mentione vnius, binæ, vel ternæ vnctionis facta, iubet nullo præfixo numero, induci ad ægrum presbyteros Eccleſiæ, ſi dei orationem fieri, ad alleuationē & peccatorum remiſſionem eum oleo ſacro inungi. Non igitur mihi videtur dicendū eſſe, quod Apoſtolus non dixit; addendum eſſe, quod ipſe non ſcripſit; ſentiendum, quod ipſe, vt verba eius indicant, non ſenſit. Non videtur planè in illis ſuis verbis Apoſtolum, vel ſenſiſſe, vel fieri præcepiſſe ſimplicem vnctionem: cùm ſciret non tantùm ſemel in varios morbos homines incidere, ſed & frequenter in eoſdem, vel diuerſos, poſt adeptam ſoſpitatem recidere: cùm nôſſet, prioribus dimiſſis peccatis, iterùm & iterùm, ac multotiès, miſeros mortales peccare. Nam eiuſdē de quo loquor Apoſtoli, id eſt Iacobi, verba ſunt, In multis offendimus omnes.

Iacob.3.

Qui ergò prioribus morbis ac peccatis medicinalem vnctionem prouidit, nunquìd eam ſequentibus morbis ac peccatis negauit? Non eſt planè hæc Apoſtolica fides, non eſt hęc Apoſtolica prædicatio: vt vel ægro cōgrua miſeratio, vel pœnitenti peccatorū negetur abſolutio. Hæc verò abſolutio, quanuis ſæpiſſimè ſine cuiuslibet vnctionis ſacramēto, tam in ægris quàm in ſanis Eccleſiaſtico miniſterio fiat: non debet tamen ægris cum abſolutione vnctio ſacra ſubtrahi, quibus iuxta intellectum ſuprà ſcriptum, quotieſcunque infirmantur, eam iam dictus Apoſtolus iubet impendi.

1. C. CYRILLVS Alexandrinus in oratione de exitu animæ: Mihi amarulētam timeo gehennam, quippe interminatam. Exhorreo tartarum, vt cui nimium inſit caloris. Paueo tenebras, quoniam nihil admittunt lucis. Formido peſtiferum vermem, quoniam eſt perennis. Vereor angelos in iudicio, quoniam ſunt immiſericordes. Terreor mente, cōcipiens illius diei rigidum & immotum iudicium, horrendum tribunal, iudicem ſeuerum. Conſternit me fluuius igneus ante forum illud incitatus, flammiſq́ furentibus crepitans &c.

Dan.7.

Et poſt interiecta quædam: Quis terror, quis tremor, quod certamen, quæ vis animam manet à corpore ſecedentem?

Tremor & certamen animæ à corpore recedētis.

Quandoquidem nos adeunt cæleſtes exercitus & poteſtates, ex aduerſis verò copijs, tenebrarum rectores, nequitiæ domini, telonarchæ exigendis tributis præfecti, logothetæ, rationum conditores, atq; actionum calculatores, in aëre agentes, necnon homicida diabolus ille princeps improbitatis, cuius lingua perindè quaſi acuta nouacula, de quo propheta: Sagittæ, inquit, potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs, inſidiatur tanquàm leo in ſpelūca ſua, draco magnus, apoſtata, orcus os ſuū expandens, imperator noctis, dominator mortis, & vt vindex animā coercens, cōferens, ſupputansq́ cūctos actus meos, rebus, verbis, ſcientia, ignorantia, cōmiſſos reatus ac flagitia ab adoleſcētia in eam vſq; diem, qua ſum compræhenſus.

Pſal.119. Pſal.9.

Exindè quanta formidine & tremore arbitraris animam die illa percelli horribiles intuentem, atroces, impios, & aduerſos dæmones, æquè atquè æthiopes caliginoſos adſtantes, ità vt forma ipſa quouis tormento ſit grauior.

Aſpectus dæmonum horrendus.

Quos nimirùm adſpiciens anima ſubſultat, conturbatur, affligitur, exterretur, contrahitur, ad cæleſtes angelos confugiens, à quibus excepta ſubit aërem, & ſublime petens offendit telonia, conſcendentes animas obſeruantia & remorantia. Siquidem vnumquodque telonium peculiaria quędam crimina profert.

Reddenda eſt ratio.

Primum quidem loquacitatis, quæcunque per os & linguā ex mendacio, iureiurando, periurio, ocioſos item ſermones, nugaces, vanos, gulæ ingluuies, abuſus vini, profuſiores crapulas, immodicos pariter riſus atque dedecentes, cum ſuauijs impudicis, & fœdis ac meretricijs cantionibus. Cōtrà verò ſacroſancti angeli animam vnà deducentes, proponunt & ipſi quænam bona ore & lingua ſumus locuti, orationes, gratiarum actiones, pſalmos, odas, hymnos, & cantus ſpirituales, ſcripturarumq́ lectiones, & quæcunque bona anteacto tempore ad Deum ore linguaq́ fudimus. Alterum telonium quæcunque viſu commiſimus exigit, adſpectus indecoros, ſuperuacaneos, infrænes, & nutus doloſos. Tertium auditus, & quæcunque per huiuſmodi ſenſum ſpiritus immundos introducunt. Quartum eſt olfactus, ſuaueolētiæ vnguentorum, tetriq; odoratus, quibus mulierculę, mimę & meretrices gaudent. Quintum coarguit quæcunque noxia tactu manuum improbarum ſunt perpetrata. Sunt & alia vitiorum telonia, liuoris, ęmulationis, nimiæ gloriæ, inanis faſtus, crudelitatis, excādeſcentiæ, iracundiæ, furoris, ſcortationis, adulterij, mollitiei, inuidentiæ, veneficij, cęterarúmque deteſtabiluim ac Deo inuiſarum actionum. Breuiter vnumquodque vitium & ſcelus ſuos ità deincèps telonas obtinet, id eſt, publicanos ac portitores. Hæc ergò atque his maiora & plura ſpectans anima, quibus terriculamentis, quanta trepidatione corripi cenſenda, quoad lato iudicio libera euadat?

Animæ terror & trepidatio.

Illa eſt hora doloroſa, periculoſa, luctuoſa, inconſolabilis, donèc ei pateat exitus: Stant nanque ex aduerſo malorum ſpirituum, diuinæ poteſtates, actus ipſius animæ ſtudioſos ac meritorios depromentes, facta, dicta, cogitationes, & conceptus hauriunt. Itaque in medio ſtans anima meticuloſa & trepidans, quouſquè ob actiones, dicta, factáque ſua, vel damnata in vincula conijciatur, vel iuſtificata liberetur. Suorum enim quiſque peccatorum catenis adſtringetur, &c.

Prouer.5.

2. GREGORIVS libro vigeſimoquarto Moralium, capite decimoſeptimo: Sæpè ergò electis etiam nolentibus in cogitatione ſurripitur, quod in ſe quidem ſolerter inſpiciunt, & ante Dei oculos quanti ſit reatus attendūt, & cùm de his omnibus ſemper iudicia diſtricta pertimeſcāt, tunc tamen hæc vehementer metuūt, cùm ad ſoluendum humanæ conditionis debitum venientes, diſtricto iudici appropinquare ſe cernunt.

In hora mortis quomodò etiā iuſti metuant.

Et fit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior. Ante oculos autē cordis nihil inane tunc tranſuolat de phantaſmate cogitationis: quia ſubductis è medio omnibus, ſe & illum tantummodò conſiderant cui appropinquant. Creſcit pauor vicina retributione iuſtitiæ, & vrgente ſolutione carnis, quanto magìs diſtrictum iudicium iamiámque quaſi tangitur, tanto vehementiùs formi-

Digitized by Google

formidatur. Et ſi eã quæ ſciunt, nunquàm ſe prætermiſiſſe meminerunt, formidãt tamen illa quæ neſciunt: quia videlicet ſemetipſos dijudicare & compræhendere omninò non poſſunt, atque vrgente exitu ſubtiliore terrentur metu. Vndè redemptor noſter ſolutioni carnis appropinquans, (Luc.22.) & membrorum ſuorum ſeruans ſpeciem, factus in agonia, cœpit prolixiùs orare. Quid enim pro ſe ille cùm in agonia eſſet, peteret, qui in terra poſitus, cæleſtia cum poteſtate tribuebat? Sed appropinquante morte, noſtræ mẽtis in ſe certamen expreſſit, qui vim quandam terroris ac formidinis patimur, cùm per ſolutionem carnis æterno propinquamus iudicio. Neque enim tunc cuiuslibet anima immeritò terretur, quando poſt puſillum hoc inuenit, quod in æternum mutare non poſſit.

3. ET capite decimooctauo: Cõſideramus quippe, quòd viam vitæ præſentis nequaquàm ſine culpa tranſire potuimus: conſideramus etiam, quia nec hoc quidem ſine aliquo reatu noſtro eſt, quod laudabiliter geſſimus, ſi remota pietate iudicemur. Quis enim noſtrũm vitam præcedentium patrum valeat vel ſuperare, vel aſſequi? Et tamen Dauid dicit: (Pſal. 142.) Nè intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Paulus cùm diceret, (2.Cor.4.) Nihil mihi conſcius ſum: cautè ſubiunxit, Sed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Iacobus dicit: (Iacob.3.) In multis enim offendimus omnes. Ioannes dicit: (1.Ioan.1.) Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quid ergò facient tabulæ, ſi tremunt columnæ? Aut quomodò virgulta immobilia ſtabunt, ſi huius pauoris turbine etiam cedri quatiuntur? (Etiam iuſti anima in morte turbatur.) Solutioni ergò carnis appropinquans, nonnunquàm terrore vindictæ etiam iuſti anima turbatur. Cui etſi quid tranquillum in hac vita ſapere potuit, mortis articulo interueniente concutitur, vt iurè dici debeat: (Iob 33.) Abominabilis fit ei panis in vita ſua, & animæ eius cibus antè deſiderabilis. Vel certè propter pauoris pœnam hoc quod illic ſubditur: Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.

4. IDEM homilia trigeſimanona in Euangelia: (Pauor in hora mortis.) Cogitandum valdè eſt, quantùm nobis erit terribilis hora noſtræ reſolutionis, qui pauor mẽtis, quanta tũc omnium malorum memoria, quæ obliuio tranſactæ felicitatis, quæ formido & conſideratio iudicis. Tunc maligni ſpiritus, egrediente anima, ſua opera requirunt. (Dæmonũ importunitas.) Tunc mala quæ ſuaſerunt, replicant, vt ſociam ad tormenta trahant. Sed cur hoc de peruerſa ſolummodò anima dicimus, cùm ad electos quoquè egredientes veniant, & ſuum in illis, ſi præualeant, aliquid requirant. Vnus autem in hominibus extitit, qui ante (Ioan.14.) paſſionem ſuam libera voce dixit: Iam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quia enim hunc mortalem hominem vidit, ſuum in illo mundi princeps aliquid inuenire poſſe credidit. Et paulò pòſt: Vndè curandum nobis eſt, & cum magnis quotidiè fletibus cogitandum, quàm rabidus, quàm terribilis ſua in nobis opera requirens in die noſtri exitus princeps huius mũdi veniat, ſi etiam ad Deum carne morientem venit, & in illo aliquid quæſiuit, in quo ſuum inuenire nihil potuit. Quid tamen nos miſeri dicturi, quid acturi ſumus, qui innumera mala commiſimus? Quid requirenti aduerſario, & multa ſua in nobis inuenienti dicemus, niſi ſolum quod nobis eſt certum refugium & ſolida ſpes quia vnum cum illo facti ſumus, in quo princeps huius mundi, & ſuum aliquid requiſiuit, & inuenire minimè potuit? Sed quid prodeſt quòd eidem redemptori noſtro per fidem iungimur, ſi ab eo moribus disiungamur? Ipſe enim dicit: (Matth.7.) Non omnis qui dicit, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Recta ergò opera, rectæ fidei iungenda ſunt.

5. IOANNES Climacus, in libro de triginta gradibus, gradu ſeptimo: Stephanus quidam hoc in loco habitans, ſolitariam & quietam vitam adamauerat. Hic cùm annos plurimos in monaſtico certamine egiſſet, ieiunijsq́ maximè & lachrymis eſſet ornatus, alijsq́ prætereà virtutum priuilegijs floreret, cellulam ad radicem montis, in quo ſacram illam, diuinámque viſionem ſpeculatus olim fuerat Helias, ſibi conſtruxerat. Hic igitur tam venerandus moribus, intentione maioris laborioſiorisq́ pœnitentiæ, profectus eſt ad Anachoretarum locum, cui Fides nomen erat. Quo in loco quum annos aliquot arctiſſimo vitæ inſtituto peregiſſet, (erat enim hic locus ab omni conſolatione mortali penitùs remotus, omnibúſque ferè hominibus inuius: ſeptuaginta enim ferè millibus paſſuum, ab omni humana habitatione diſiunctus erat) rursùs extremo vitæ tempore redijt, cupiens in cellula ſua priore ſancti illius montis habitare. Erant enim ibi duo ex Palæſtina diſcipuli admodùm religioſi, qui etiam priùs obſeruabant cellulam ſenis. In qua cùm paucos egiſſet dies, languorem incurrit, ex quo & mortuus eſt. Igitur ante vnũ exitus ſui diem repentè animo obſtupuit, apertisq́ oculis ad dexteram atque ad ſiniſtram partẽ lectuli circunſpiciebat, & quaſi (Ab eremita Stephano iã iam morituro rationem accuratã repoſcunt.) rationem quidam à ſe exigerẽt, cunctis qui adſtabant audientibus, aiebat, aliquando quidem: Ità ſanè: Sic reuerà eſt, ſed pro hoc tot annis ieiunaui. Aliquando verò, Non certè, ſed mentimini, hoc non feci. Deindè rurſus: Ità verè eſt: Hoc ità eſt: ſed fleui, ſed miniſtraui. Ac rurſus: Verè me accuſatis. In quibuſdam etiam aliquando aiebat: Ità ſanè, & quidem ad hæc quid dicam, non habeo, ideò miſericordia opùs eſt. Et erat profectò ſpectaculum horrendum ac terrificum, inuiſibile illud, ſæuiſſimumq́ iudicium, in quo etiam (quod terribilius eſt) & quod non fecerat, illi obijciebãt (Obijciunt dæmones ea quæ non perpetrauimus.) (me miſerum) quietis ac ſolitudinis ſectatori. In nonnullis verò peccatorum ſuorum, quid ad ea reſpondere poſſet, ſe non habere dicebat, qui iam ferè quadraginta annos monachus fuerat, & lachrymarum gratiam habuerat. Quidam verò mihi veraciter affirmauerunt, quòd hic dum eſſet in eremo, leopardum quoquè ex manu ſua nutriebat. Hic ipſe tamen, cùm adeò infeſtè ratio à ſe exigeretur, carne ſolutus eſt.

6. EVSEBIVS Emiſenus homilia prima ad Monachos: Paratos nos inueniat extrema neceſſitas, quæ ſæpè præuenit imparatos. Certam nobis imponat ſolicitudinem incerta conditio: quotidianus ſit illius periculi metus, cuius neſcitur incurſus. Quàm tardè miſera anima malorum ſuorum pœnitebit, cùm die vltimo ſuperueniente, ſeparari ſe à corpore ſuo viderit, cùm ſibi in fine claudenti oculos nigreſcere & horreſcere ſempiterna nox cœperit: cùm iacere ante ſe vacuum ſalutis ac lucis infelicem commilitonem ſuum viderit incentorem pariter ac deceptorem, cum quo de arena mundi huius per flagitium ſuum victa diſceſſit: Cùm cœperit ab eodem iam diuulſa immanes & inanes dare ſuper eum planctus, & dicere: (Anima alloquitur corpus.) Vbi ſunt animoſitates & cupiditates tuæ, quibus hucuſquè impatienter arſiſti, & arſura iugiter congregâſti? Eccè tranſiêrunt illa omnia tanquàm vmbra, abiêrunt oblectamenta, & ſola in perpetuũ opprobria & crimina remanſerunt. Væ mihi ô anima, ad tam perditum vas, velim nolim, reditura ſum, & propter fugitiuas voluptates nunquàm effugiendis cum eo vaporibus concremanda. Quid inter hæc, cùm eam cœperit ad definitam ſententiã & immobili lege defixam, importunus depoſiti exactor abſtrahere, & hincindè inſultare & inſiſtere infernalium diræ facies miniſtrorum? (Diræ facies infernalium miniſtrorum.) Quid erit, cùm ab apparitoribus

Digitized by Google

Diræ facies infernalium miniſtrorum.

toribus mortis per hunc vaſtum aërem ſeparari, & per ſemitas tenebrarum abduci trans diem cœperit, & nequaquàm remeabile iter agere per fines illos vbi ipſa lux deficit, cùm peregrina vbiquè anima, comitante malorum ſuorum triſti agmine, viderit ſe per extremas mundi oras in illud inane ac vacuum cadere de mundo, atque illud magnum chaos, quod vitæ mortiſq; regionem diſcernit, intrare, & vitales auras naturæ ipſius exul amittere? Cùm rebus humanis Vale vltimum dicens, mortem autem ante ſe habens, & vitam poſt ſe relinquens, in illud horrendum & vix oculis attingendum pertrahetur profundum, diuerſis auaritiæ ac malitiæ catenata criminibus, quantum perdidit precium, tantum exceptura ſupplicium?

Martinus videt aſſiſtentẽ dæmonem.

7. SEVERVS Sulpitius de tranſitu ſancti Martini: Hæc locutus, diabolum vidit propè aſſiſtere. Quid hîc, inquit, adſtas cruenta beſtia? Nihil in me funeſte reperies: Abrahæ me ſinus recipiet. Cum hac ergò voce, fatigatum diuinis operibus ſpiritum cælo reddidit.

8. IACOBI quinto, vt in textu.

Olei natiua vis & ſignificatio.

1. D. THEOPHYLACTVS in caput ſextũ Marci: Eſt igitur oleum & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, ſignificatq; miſericordiam Dei, & gratiam ſpiritus, per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium hilaritatemq; ſpiritalem accipimus.

Aegroti inũgendi poſt communionem ſacram.

Iacob. 5.

2. AVGVSTINVS ſermone ducenteſimo decimoquinto de tempore: Quotiès aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ægrotat, accipiat, & indè (ſiue deindè) corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt impleatur in eo: Infirmatur aliquis, inducat presbyteros &c. Videte fratres quia qui in infirmitate ad Eccleſiam cucurrerit, & corporis ſanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.

Aegroti quid agere debeant.

3. IN tractatu de rectitudine Catholicę conuerſationis: Quotiès aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quærantur præcãtatores, non diuini, non ſortilegi, non carcarij, neque per fontes, aut arbores, aut biuia phylacteria exerceãtur: ſed qui ęgrotat, in ſola Dei miſericordia confidat, & Euchariſtiam cum fide & deuotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab Eccleſia petat, vndè corpus ſuum vngatur, & ſecundùm Apoſtolum, Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus. Non ſolùm corporis, ſed & animæ ſanitatem accipiet, complebiturq; in illo, quod Dominus in Euangelio promiſit, dicens: Omnia quæcunque petieritis patrem in nomine meo, in oratione credentes, accipietis.

Iacob. 5.

Matth. 21.

Iacob. 5.

4. ITEM in libro ſecundo de viſitatione infirmorum, capite quarto: Nec prætermittendum eſt illud Apoſtoli Iacobi pręceptum: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſię, vt orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto in nomine Ieſu, & oratio fidei ſaluabit infirmum. Ergò ſic roges de te & pro te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, immò per apoſtolum ſuum Dominus. Ipſa videlicet olei ſacrati delibutio, intelligitur Spiritus ſancti typicalis vnctio. Illud etiam viuificum Dominici corporis ſupplementum, ſuſcipere fili mi non renuas; viaticum tibi erit ſaluberrimum.

Vtrùm omnia quæ in ſacris literis vtriuſque teſtamenti continentur, ad Chriſtianos, & quo modo pertineant.

5. IDEM in Speculo in præfatione: Quis ignorat, in ſcripturis ſanctis, id eſt, legitimis, Propheticis, Euangelicis, & Apoſtolicis, authoritate canonica præditis, quædam ſic eſſe poſita, vt tantùm ſcirentur & crederentur &c. Quædam verò ſic eſſe iuſſa, vt obſeruarentur & fierent, vel prohibita nè fierent? Horum autem quæ iubendo & vetando ſcripta ſunt, alia ſunt Sacramentorum velata myſterijs, quę multa veteris teſtamenti populo illi facienda mandata ſunt: neque à populo Chriſtiano nunc fiunt, ſed tantummodò intelligenda requiruntur atque tractantur. Alia verò etiam nunc facienda ſunt, ſi facienda præcepta ſunt: nec facienda, ſi prohibita. De his igitur quæ ità ſunt poſita in literis ſacris, vel iubendo, vel vetando, vel ſinendo, vt etiam nunc, id eſt, tempore noui Teſtamenti ad vitam piam exexcẽdam moreſq; pertineant, hoc opus quod in manus ſumpſi, componere aggreſſus ſum, vt quantùm me Deus adiuuat, omnia talia de canonicis libris colligam, atque vt facilè inſpici poſſint, in vnum tanquàm ſpeculum congeram. Cùm itaque Auguſtinus paulò ante finem ſpeculi ſui ſententias adferat ex B. Iacobi epiſtola, inter cæteras ponit & iſtã: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, &c.

Iacobi Apoſtoli præceptũ de infirmorum inũctione, ex Auguſti. ſententia ad Chriſtianos oẽs pertinet.

6. IACOBI quinto, vt in textu.

DE ORDINIS SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Ordinis Sacramentum?

Auguſt. lib. 2. contra epiſt. Parme. cap. 13. & de bono coniug. cap. 24. & lib. 1. cont. Donatiſt. cap. 1. Leo epiſt. 81. ad Dioſco. Grego. in cap. 10. & 16. lib. 1. Regum. Nyſſenus Oratione de ſancto Baptiſmate. Conc. Florent. Trident. ſeſ. 23. Ambr. in 12. cap. 1. ad Corint. Theophylac. in cap. 19. Luc. Petrus Ven. abb. Cluniac. lib. 6. epiſt. 1.

a 1. Cor. 4. a Malach. 2. b. 1. Timo. 3. a b 5. c Epheſ. 4. c 1. Corin. 14. a b d & 12. d

EST, quo ſingularis gratia ac poteſtas ſpiritualis quibuſdam traditur, vt munus in Eccleſia ex profeſſo gerant.

B. Hoc eſt Sacramentum per quod, velut oſtium, neceſſariò intrant legitimi diſpenſatores [a] myſteriorum & eloquiorum Dei, miniſtri CHRISTI & Eccleſiæ, Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi, & quotquot demùm in Eccleſiaſticis munijs obeundis ritè & cum authoritate verſantur.

b Heb. 5. b Actor. 1. d Cyprian epiſt. 52. Tertullia. de præſcript. Hæretic. cap. 41. Concil. Lateran. cap. 3. Innoc. 3. ad Metenſes ca. Cùm ex inuncto, tit. de Hæreticis.

C. [b] Nemo enim, vt ſcriptura teſtatur, ſibi ſumit aut ſumere debet honorem, exercendorum videlicet miniſteriorum Eccleſiæ, niſi qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron: hoc eſt, niſi Sacramento viſibilis Ordinationis initiatus, & ab Epiſcopo legitimè ordinatus, miſſuſque [c] fuerit ad opus certi miniſterij, quod in Eccleſia pro ſuo ſtatu gerat iuxta leges diuinę & Apoſtolicæ Traditionis.

c Matth. 10. a Luc. 9. a Mar. vlt. d Ioan. 20. f 17. c Actor. 13. a Tit. 1. b

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA.

1\. A. AVGVSTINVS libro ſecundo cõtra epiſtolã Parmeniani, capite decimotertio: Nam illud quod quidã eorum veritate conuicti dicere cœperãt, Baptiſmum quidẽ non amittit qui recedit ab Eccleſia, ſed ius tamen dandi amittit: multis modis apparet fruſtrà & inaniter dici. Primò, quia nulla oſtẽditur cauſa, cur ille qui ipſum baptiſmũ amittere nõ poteſt, ius dãdi amittere poſſit. Vtrũque enim ſacramentum eſt; & quadã conſecratione vtrunq; homini datur, illud cùm baptizatur, iſtud cùm ordinatur: ideoq; in Catholica vtrunq; non licet iterari. Nam ſi quãdo ex ipſa parte venientes etiã præpoſiti, pro bono pacis correcto ſchiſmatis errore, ſuſcepti ſunt: etſi viſum eſt opus eſſe, vt eadẽ officia gererent quæ gerebãt, non ſunt rurſùs ordinati, ſed ſicut baptiſmus in eis, ità Ordinatio mãſit integra, quia in præciſione fuerat vitiũ, quod vnitatis pace correctũ eſt, nõ in ſacramentis, quæ vbicunq; ſunt, ipſa vera ſunt. Et cùm expedire hoc iudicatur Eccleſiæ, vt præpoſiti eorũ veniẽtes ad Catholicã ſocietatem, honores ſuos ibi non adminiſtrẽt: non eis tamen ipſa Ordinationis ſacramenta detrahuntur, ſed manent ſuper eos. Ideoq; non eis in populo manus imponitur, nè nõ homini, ſed ipſi ſacramẽto fiat iniuria. Et ſi quãdo ignoranter fit, nec animosè defenditur factũ, ſed corrigitur cognitũ, venia facilis impetratur. Deus enim noſter, non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: nec Eccleſiæ eius Sacramenta in eis qui ab Eccleſia receſſerũt, ſed ipſi qui receſſerũt, inimici eius ſunt. Sicut aũt habent in baptiſmo quod per eos dari poſſit: ſic in Ordinatione ius dandi, vtrunq; quidem ad perniciẽ ſuam, quandiù charitatẽ non habent vnitatis. Sed tamẽ aliud eſt prorſùs nõ habere, aliud perniciosè habere, aliud ſalubriter habere. Et paulò pòſt: Sed ſi nos malè facimus, ipſi explicent, quomodò ſacramentũ baptizati nõ poſſit amitti, & Sacramentũ ordinati poſſit amitti: quoniã dicũt, Recedẽs ab Eccleſia baptiſmũ non amittit, ius dãdi tamẽ amittit. Si enim vtrunq; ſacramentũ eſt, qđ nemo dubitat, cur illud nõ amittitur, & illud amittitur? Neutri ſacramento iniuria facienda eſt.

Ordo eſt Sacramentum, quemadmodùm & Baptiſmus: & vtrũque iterare non licet.

Ordinatiõis Sacramentũ.

1. Cor. 14.

Sacramẽtum ordinati, & baptizati.

Vtrunque Sacramentũ eſſe nemo dubitat.

2\. IDEM in libro de bono coniugali, capite vigeſimoquarto: Quemadmodùm ſi fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiã ſi plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamẽ in illis ordinatis ſacramentum Ordinationis; & ſi aliqua culpa quiſquã ab officio remoueatur, ſacramento Domini ſemel impoſito non carebit, quanuis ad iudicium permanente.

In Ordinatis manet Sacramentum Ordinationis.

3\. ET libro primo de baptiſmo contra Donatiſtas, capite primo: Sacramẽtum baptiſmi eſt, quod habet qui baptizatur. Et Sacramentum dandi baptiſmi eſt, quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, ſi ab vnitate receſſerit, ſacramentum baptiſmi non amittit; ſic etiã ordinatus, ſi ab vnitate receſſerit, ſacramentum dandi baptiſmi non amittit. Nulli enim ſacramento iniuria facienda eſt: ſi diſcedit à malis, vtrunque diſcedit; ſi permanet in malis, vtrunque permanet. Sicut ergò acceptatur baptiſmus quem non potuit amittere, qui ab vnitate diſceſſerit; ſic acceptãdus eſt baptiſmus quem dedit ille, qui ſacramẽtum dandi, cùm diſcederet, non amiſerat. Nam ſicut redeuntes qui priuſquàm recederent, baptizati ſunt, nõ rebaptizantur; ità redeuntes qui priuſquàm recederent, ordinati ſunt, non vtiquè rurſùs ordinantur, ſed aut adminiſtrant quod adminiſtrabant, ſi hoc Eccleſiæ vtilitas poſtulat; aut ſi non adminiſtrant, ſacramentum Ordinationis ſuæ tamen gerunt; & ideò eis manus inter laicos non imponitur. Nam neque ſacramentum baptiſmi, neque ſacramentum dandi baptiſmi, quando ab eis cum Maximiniano diſceſſit, Felicianus amiſit. Nunc enim eum ſecum habent cum eiſipſis, quos cùm foris eſſet, in Maximiniani ſchiſmate baptizauit.

Sacramẽtum dandi baptiſmũ ſiue Ordinatiõis nõ amittitur, vt nec Baptiſmi Sacramentũ.

4\. LEO Magnus epiſtola octogeſimaprima ad Dioſcorum Alexãdrinum: Quod ergò à Patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum, à vobis quoq; volumus cuſtodiri, vt nõ paſsim diebus omnibus ſacerdotalis vel leuitica ordinatio celebretur, ſed poſt diẽ ſabbati eius noctis, quæ in prima ſabbati luceſcit, exordia deligãtur, hoc eſt, ſub lege diuini officij ſubſtituantur, in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem obſeruantiæ erit, ſi manè ipſo Dominico die, cõtinuato ſabbati ieiunio celebretur, à quo tẽpore præcedentis noctis initia nõ recedunt: quam ad diem reſurrectionis, ſicut etiã in Paſcha Domini declaratur, pertinere non dubium eſt. Nam præter authoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cùm Apoſtoli Paulum & Barnabã ex præcepto Spiritusſancti ad Euangeliũ gentibus mitterẽt prædicandum, ieiunantes & orantes impoſueruut eis manus, vt intelligamus quanta & dantiũ & accipientium deuotione curandum ſit, nè tantæ benedictionis ſacramentũ negligenter videatur impletũ. Et ideò piè & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis, ſi hanc ordinandorũ ſacerdotum formã per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiã ipſe ſeruaueris, vt his qui conſecrandi ſunt, nũquàm benedictiones, niſi in die reſurrectionis Dominicæ tribuantur, cui à veſpera ſabbati initium conſtat aſſcribi, & tantis diuinarum diſpoſitionum myſterijs eſt conſecrata, vt quicquid eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mũdus ſumpſit exordium, in hac per reſurrectionẽ Chriſti & mors interitũ, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli à Domino prædicãdi omnibus gẽtibus euangelij tubã ſumunt, & inferendum vniuerſo mundo ſacramentũ regenerationis accipiunt. In hac (ſicut beatus Ioannes Euangeliſta teſtatur) congregatis in vnum diſcipulis, ianuis clauſis, quũ ad eos Dominus introijſſet, inſufflauit & dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum: quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ detinueritis, detenta erunt. In hac deniq; promiſſus à Domino Apoſtolis ſpiritusſanctus, aduenit: vt cæleſti quadam regula inſinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebrãda nobis eſſe myſteria ſacerdotalium benedictionũ, in qua collata ſunt omnia dona gratiarũ.

Ordinatio ſacerdotalis & leuitica fieri nõ debet quouis tempore.

Ieiuni conſecrandi.

Actor. 13.

Sacramentũ benedictionis ſacerdotalis.

Ioan. 20.

Ioan. 14. & 16

5\. GREGORIVS in caput decimum libri primi Regum: Samuel Saul in principem vnxit, Deus autem ei cor aliud immutauit: quia ſacrorũ Ordinum ſacramenta ab Eccleſiæ doctoribus foris accipimus, ſed ſacramentorum virtute ab omnipotente Deo interiùs roboramur. Virtus verò ſacramenti, gratia eſt ſpiritus ſeptiformis. Quam certè gratiam qui accipiunt, quaſi alio accepto corde immutãtur: quia quos gratia ſua ſanctus ſpiritus roborat, eſſe eos facit protinùs quod non erant.

1. Reg. 10.

Sacrorũ Ordinum Sacramenta.

Virtus Sacramenti Ordinis.

6\. ET in caput decimumſextum libri primi Regum: Dauid in medio fratrum vngitur: quia electus doctor de eo, quòd ſingulari ſublimitate ſuſtollitur, ſingulari amore nequaquã gloriatur. Et quia per miniſterium hominũ ſpiritualia in electis rectoribus dona cumulantur, adiunctum eſt: Et directus eſt ſpiritus Domini in Dauid à die illa, & in reliquum. Spiritus quippe Domini poſt vnctionem dirigitur, quia foris Sacramenta percipimus, vt intùs ſancti ſpiritus gratia repleamur. Foris nanq; homo, intùs Deus operatur, & nõ homo. Foris nanq; homo ſurgit, intùs ſe ſpiritus dirigit: quia ordinem religionis homo homini præbet, ſed in eũ cui ordo datur, ſpiritus dirigitur, vt foris ſublimitatẽ ſuſcipiat ordinis, & intùs robur ſancti ſpiritus. Foris ordo cõmittitur, vt quę Dei ſunt, agere debeat: intùs dirigitur ſpiritus, vt quod iniungitur, potenter agat. Magnum quippe eſt onus ordi-

1. Reg. 16.

Sacramentã foris percipimus, vt intùs Spiritus ſancti gratia repleamur.

Foris committitur ordo, vt quę Dei ſunt agat: intùs datur ſpiritus, vt quod iniũgitur, potenter agat.

Digitized by Google

ordinis, magna fragilitas carnis. Onus ergo tantum quia debili committitur, dirigitur ſpiritus, vt debilis roboretur, & magnum onus tanto gratius ferat, quanto ipſum omnipotens ſpiritus fortiùs ad ferendum iuuat.

Benedictio facit ſacerdotem, per quam anima eius inuiſibili gratia in melius mutatur.

7. GREGORIVS Nyſſenus in oratione de ſancto Baptiſmate: Eadem item verbi vis etiam ſacerdotem auguſtum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate vulgi ſegregatum. Quum enim herì ac tempore ſuperiori vnus è multitudine ac plebe eſſet, repentè redditur præceptor, præſes, doctor pietatis, myſteriorum latentium præſul, eaq; contingunt ei, cùm nihil vel corpore, vel forma mutatus, ſed quòd ad ſpeciem externam attinet, ille ſit, qui erat, inuiſibili quadam vi ac gratia, inuiſibilem animam in melius transformatam gerens.

Sacramentũ Ordinis, & eius materia

8. CONCILIVM Florentinum in doctrina de Sacramentis: Sextum ſacramentum eſt Ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo, ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus, per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem. Et ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem.

Forma Sacerdotij.

Forma ſacerdotij, talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificiũ in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. & ſic de aliorũ Ordinum formis.

Miniſter.

Ordinarius miniſter huius ſacramenti, eſt epiſcopus.

9. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione vigeſimatertia, capite primo. Sacrificiũ & ſacerdotiũ ità Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrunque in omni lege extiterit. Cùm igitur in nouo teſtamento ſanctum Euchariſtiæ ſacrificiũ viſibile ex Domini inſtitutione catholica Eccleſia acceperit, fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile & externum ſacerdotium, in quod vetus translatũ eſt.

Sacerdotium externũ noui teſtamẽti.
Luc.22.

Hoc aũt ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atq; Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus in ſacerdotio, poteſtatem traditã conſecrãdi, offerendi, & miniſtrandi corpus & ſanguinẽ eius, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, ſacræ literæ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

Ioan.20.

CAPITE ſecundo: Cùm autem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, conſentaneũ fuit, quo digniùs & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures & diuerſi eſſent miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent, ità diſtributi, vt, qui iã clerici tonſura inſigniti eſſent, per minores ad maiores aſcenderent.

Diuerſi miniſtrorum Ordines.

Nam non ſolùm de ſacerdotibus, ſed & de Diaconis ſacræ literæ apertam mentionẽ faciunt, & quę maximè in illorũ Ordinatione attendenda ſunt, grauiſſimis verbis docẽt: & ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium ordinum nomina, atq; vniuſcuiuſq; eorũ propria miniſteria, Subdiaconi ſcilicet, Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij in vſu fuiſſe cognoſcuntur, quanuis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & ſacris concilijs refertur, in quibus & de alijs inferioribus frequentiſſimè legimus.

1.Tim.3.
Actor.6.
Minores Ordines.
1.Tim.4.

CAPITE tertio: Cùm ſcripturę teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacrã Ordinationem, quæ verbis & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri: dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè & propriè vnum ex ſeptẽ ſanctæ Eccleſiæ ſacramentis. inquit enim Apoſtolus: Admoneo te, vt reſuſcites gratiã Dei, quę eſt in te per impoſitionẽ manuum mearũ. non enim dedit nobis Deus ſpiritũ timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

Ordo vnum eſt ex VII. Sacramentis.
2.Tim.1.

CAPITE quarto: Quoniam verò in Sacramento Ordinis, ſicut & in Baptiſmo & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, meritò ſancta Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui Teſtamenti ſacerdotes temporariã tantummodò poteſtatẽ habere, & ſemel ritè ordinatos, iterùm Laicos effici poſſe, ſi verbi Dei miniſteriũ non exerceant.

Characterem imprimit: & idcircò repeti ſacramentum non poteſt.

Non omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes.

Quòd ſi quis omnes Chriſtianos promiſcuè noui Teſtamenti ſacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm Eccleſiaſticã hierarchiam, quæ eſt vt caſtrorũ acies ordinata, confundere, perindè àc ſi contra beati Pauli doctrinã, omnes Apoſtoli, oẽs Prophetæ, omnes Euãgeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint Doctores.

1.Cor.12.
Epheſ.4.
Epiſcopi presbyteris ſuperiores in hierarchia Eccleſiaſtica.

Proindè ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locũ ſucceſſerunt, ad hũc hierarchicum Ordinẽ præcipuè pertinere, & poſitos, ſicut idem Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto, regere Eccleſiã Dei, eoſq; presbyteris ſuperiores eſſe, ac Sacramentum Confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipſos poſſe: quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris Ordinis nullã habent.

Actor.20.

Docet inſuper ſacroſancta Synodus, in Ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & cæterorũ Ordinum nec populi, nec cuiuſuis ſecularis poteſtatis & magiſtratus cõſenſum, ſiue vocationem ſiue authoritatẽ ità requiri, vt ſine ea irrita ſit ordinatio: quin potiùs decernit, eos qui tãtummodò à populo, aut ſeculari poteſtate, ac magiſtratu vocati & inſtituti, ad hęc miniſteria exercenda aſcendunt, & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtros, ſed fures & latrones, per oſtium non ingreſſos, habendos eſſe.

A ſeculari poteſtate aut à populo ordinati, fures & latrones habendi.
Ioan.10.

Hæc ſunt, quæ generatìm ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria certis & proprijs canonibus in hunc, qui ſequitur, modum damnare conſtituit, vt omnes, adiuuante Chriſto, fidei regula vtentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatẽ faciliùs agnoſcere & tenere poſſint.

Sacerdotium externum & viſibile noui teſtamenti.

CANON primus: Si quis dixerit, non eſſe in nouo teſtamento ſacerdotium viſibile & externum: vel non eſſe poteſtatem aliquã conſecrãdi & offerendi verum corpus & ſanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi: ſed officium tantùm & nudum miniſterium prædicandi Euangelium: vel eos qui non prædicant, prorſus non eſſe ſacerdotes, anathema ſit.

Ordinum diſtinctio & gradus diuerſi.

CANON ſecundus: Si quis dixerit, præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines, & maiores & minores, per quos, velut per gradus quoſdam, in ſacerdotium tendatur, anathema ſit.

Propriè Sacramentũ eſt ordinatio ſacra.

CANON tertius: Si quis dixerit, Ordinem ſiue ſacram ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum: vel eſſe figmẽtum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe tantùm ritum quendam eligendi miniſtrorum verbi Dei & Sacramentorum, anathema ſit.

Effectus.

CANON quartus: Si quis dixerit, per ſacram Ordinationem non dari ſpiritum ſanctum, ac proindè fruſtrà Epiſcopos dicere, Accipite Spiritum ſanctum: aut per eam non imprimi characterem: vel eum, qui Sacerdos ſemel fuit, Laicum rurſus fieri poſſe, anathema ſit.

Character.
Vnctio ſacra quæ in hoc ſacramento adhibetur.

CANON quintus: Si quis dixerit, ſacram vnctionem, qua Eccleſia in ſancta Ordinatione vtitur, nõ tantùm non requiri, ſed contemnendam & pernicioſam eſſe, ſimiliter & alias Ordinis cęremonias, anathema ſit.

Cæremoniæ.
Hierarchia Eccleſiaſtica.

CANON ſextus: Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex epiſcopis, presbyteris, & miniſtris, anathema ſit.

Epiſcopi presbyteris ſuperiores.

CANON ſeptimus: Si quis dixerit, Epiſcopos non eſſe presbyteris ſuperiores: vel non habere poteſtatem Confirmandi & Ordinandi: vel eam quam habent, illis eſſe cum presbyteris communem: vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi vel poteſtatis ſecularis cõſenſu aut vocatione, irritos eſſe: aut eos, qui nec

Miſſi à ſeculari poteſtate

ab

Digitized by Google

ab eccleſiaſtica & canonica poteſtate ritè ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliundè veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros, anathema ſit. CANON octauus: Si quis dixerit, Epiſcopos qui authoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, anathema ſit.

10. AMBROSIVS in duodecimũ caput prioris ad Corinthios, ſuper ea verba, Diuiſiones gratiarum ſunt: In loco Ordinis officij Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualiſuis ſit, non vtiquè propriam, ſed Ordinis per efficaciam ſpiritus-ſancti.

Gratia ordinatorum.

11. THEOPHYLACTVS in caput decimũnonum Lucæ: Dominus dedit ſeruis decem minas. Serui autem illi ſunt hi, quibus in Eccleſia miniſterium concreditum eſt, decemuirique dicuntur eſſe, propter perfectionem Eccleſiaſticæ præſidentiæ. Ordo enim in Eccleſia perfectam præſidentium diſpoſitionem habet, & neque plures oportebat eſſe, neque pauciores: vt exempli gratia: Tria hęc videmus eſſe in Eccleſia, purgationem, illuminationem, & perfectionem. Operationes enim illas tres ſortiti ſunt Ordines. Diaconi purgant per inſtructionem & doctrinam, presbyteri illuminant per baptiſmum, epiſcopi ſacerdotales Ordines conſtituunt & perficiunt, hoc eſt, ordinant. Vides Ordines cum operationibus, & neque plures, neque pauciores præſidentium Ordines. Illis igitur ſeruis diſtribuit decem minas, hoc eſt, dona, quæ vnicuique data ſunt in vtilitatem. Omnis enim cuicunque concredita eſt præſidentia, etiamſi indignus fuerit, donum habet ex vnctione ſua, id quod magnũ diuinæ miſericordiæ ſacramentum eſt.

Hierarchia ordinis eccleſiaſtici tribus potiſsimis partibus conſtat. Vide Dionyſ. Areopag. in Eccleſiaſt. hierarch. cap. 5. & 6.

Donum ex vnctione.

12. PETRVS Venerabilis Abbas Cluniacenſis libro ſexto, epiſtola prima ad Theobaldum Abbatem: Cur non iteratur & illa, (vnctio) qua ſacerdoti cęleſtia ſacrificia ſacraturo & tractaturo, manus inunguntur; illaque qua pontificis caput dum ordinatur, largiore chriſmatis inundatione perfunditur? Sed nulla eſt cauſa hoc rurſum agendi; nulla ratio ſacerdoti vel pontifici, iterùm manus vel caput vngendi. Sacramentum enim quod ſemel à ſpiritu Dei accipiunt, etiam iudicio Eccleſiæ ab officio ſuſpẽſi vel depoſiti, nullo pacto perdere, nulla ratione amittere poſſunt. Indicat hoc ipſe communis & publicus Eccleſiæ vſus, quæ nec Presbyteros poſt quantumlibet prolixum degradationis tempus officio reſtituens, iterùm conſecrat: nec in Epiſcopis de primis ſedibus ad alias quandoquè translatis vnctionis ſacramẽta iterat.

Sacerdoti manus, Epiſcopo caput in ordinatione vngitur.

Sacramentũ hoc, ſemel collatum, nõ amittitur, nec iteratur.

1. B. PRIORIS ad Corinthios quarto: Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

2. MALACHIAE ſecundo: Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.

3. PRIORIS ad Timotheum tertio: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopum irrepræhenſibilem eſſe, & Diaconos ſimiliter pudicos &c.

4. ET capite quinto: Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.

5. AD Epheſios quarto: Ipſe dedit quoſdã quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris &c.

6. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur myſteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationẽ, & conſolationem, &c. Et paulò pòſt: Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam: quàm decem millia verborum in lingua. Ibidèm: Mulieres in eccleſijs taceant.

7. ET capite duodecimo: Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? &c. Nunquid omnes interpretantur?

1. C. AD Hebræos quinto: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron.

2. ACTORVM primo: Tu Domine qui corda nôſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum miniſterij huius & Apoſtolatus, de quo pręuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.

3. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſecunda ad Antonianũ. Vide infrà quæſtione quinta, D. in textu. *Lib. 4. epiſt. 2.*

4. TERTVLLIANVS de præſcriptionibus hęreticorum capite quadrageſimoprimo, vt infrà quæſtione ſeptima, C. in textu.

5. LATERANENSE Concilium ſub Innocentio tertio, capite tertio: Quia nonnulli ſub ſpecie pietatis virtutem eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes, authoritatem ſibi vendicant prædicandi, cùm idem Apoſtolus dicat: Quomodò prædicabunt niſi mittantur? omnes qui prohibiti vel non miſſi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publicè vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur. Et niſi quãtocyùs reſipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Tit. 1.

Rom. 10.

Nullus prædicare audeat, niſi mittatur, & authoritatem à ſede Apoſtolica, vel epiſcopo habeat.

6. INNOCENTIVS tertius in epiſtola ad vniuerſos Chriſti fideles, tã in vrbe Metenſi quàm in eius diœceſi conſtitutos, titulo de hæreticis, capite Cùm ex iniuncto: Cùm ex iniũcto nobis Apoſtolatus officio, ſumus ſecundùm Apoſtolum ſapientibus & inſipientibus debitores: pro vniuerſorum ſalute nos oportet eſſe ſolicitos, vt & malos retrahamus à vitijs, & bonos in virtutibus foueamus. Tunc autem opùs eſt diſcretione maiori, cùm vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubintrent, & angelus Sathanæ ſe in angelum lucis ſimulat & transformat. Sanè ſignificauit nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus Metenſis per literas ſuas, quòd tam in vrbe Metenſi, quàm in diœceſi laicorum & mulierum multitudo non modica, tracta quodammodò deſiderio Scripturarum, Euangelia, Epiſtolas Pauli, Pſalteriũ, moralia Iob, & plures alios libros ſibi fecit in Gallico ſermone conuerti: translationi huiuſmodi adeò libenter, vtinàm autem & tã prudenter, intendens, vt ſecretis conuẽtionibus talia inter ſe laici & mulieres eructare præſumant, & ſibi inuicèm prædicare: qui etiam eorũ aſpernantur cõſortium, qui ſe talibus non immiſcent, & à ſe reputant alienos, qui aures & animos talibus nõ apponunt. Quos cùm aliqui parochialium ſacerdotũ ſuper his corripere voluiſſent, ipſi eis in faciem reſtiterunt, conantes rationes inducere de Scripturis, quòd non ab his debèt penitùs inhiberi. Quidam etiã ex eis ſimplicitatẽ ſacerdotum ſuorũ faſtidiunt, & cùm ipſis per eos verbũ ſalutis proponitur, ſe meliùs habere in libris ſuis, & prudẽtiùs ſe poſſe id eloqui ſubmurmurant in occulto. Licèt autem deſideriũ intelligendi

Rom. 1.

2. Cor. 11.

Laici prędicare prǽſumentes arguũtur.

Sacerdotũ ſuorum ſimplicitatem faſtidientes.

gendi diuinas ſcripturas, & ſecundùm eas ſtudium adhortandi repræhendendum non ſit, ſed potiùs commendandum: in eo tamen apparent quidàm laici meritò arguendi, quòd occulta conuen-

Nõ in occultis conuẽticulis hæreticorũ, ſed in Eccleſijs prædicandum eſt.

ticula celebrant, officium prædicationis Chriſti ſibi vſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem eludũt, & eorum conſortium aſpernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera, quæ omnem

Ioan. 1.

hominem venientem in hunc mundum illuminat: in tantum odit opera tenebrarum, vt Apo-

Mar. vlt.

ſtolos ſuos in mundum vniuerſum prædicaturos Euangelium omni creaturæ miſſurus, eis pręcepe-

Matth. 10.

rit apertè dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lucem: & quod in aure auditis, ſuper tecta prædicate. Per hoc manifeſtè denuncians, quòd Euangelica prædicatio, non in occultis conuenticulis, ſicut hæretici faciunt, ſed in Eccleſijs iuxta morem Catholicum eſt publicè proponẽda. Nam

Ioan. 3.

iuxta teſtimonium veritatis, omnis qui malè agit, odit lucem, & ad lucem non venit, nè eius opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in

Ioan. 18.

Deo ſunt facta. Propter quod cùm pontifex interrogâſſet Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius, reſpondit: Ego palàm locutus ſum mundo, ego ſemper docebam in ſynagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Porrò ſi quis obijciat quòd ſecun-

Matth. 7.

dùm pręceptum Dominicum, non ſit ſanctũ dandum canibus, neq; margaritæ mittendæ ſunt ante porcos: cùm & ipſe Chriſtus non omnibus, ſed ſo-

Matth. 13.

lis Apoſtolis dixerit: Vobis datũ eſt noſcere myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: In-

Canes & porci qui vocentur à Chriſto.

telligat canes & porcos non eos qui gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant, ſed illos qui ſanctũ dilacerant, & margaritas contemnunt: quales ſunt qui Euangelica verba, & eccleſiaſtica ſacramenta, non vt Catholici venerantur, ſed abominantur potiùs, vt hęretici, oblatrantes ſemper

Tit. 3.

& blaſphemãtes, quos Paulus Apoſtolus, poſt primam & ſecundam admonitionem docet eſſe vi-

Arcana fidei non paſſim omnibus exponenda ſunt.

tandos. Arcana verò fidei ſacramenta non ſunt paſſim omnibus exponenda, cùm non paſſim ab omnibus poſſint intelligi: ſed eis tantùm, qui ea fideliter poſſint cõcipere intellectu: propter quod

1. Cor. 3.

ſimplicioribus inquit Apoſtolus, quaſi paruulis in Chriſto, lac potum dedi vobis, non eſcam. Ma-

Hebr. 5.

iorum enim eſt ſolidus cibus, ſicut alijs ipſe dice-

1. Cor. 2.

bat: Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autẽ nihil iudicaui me ſcire niſì Ieſum Chri-

Sacra ſcriptura difficilis ad intelligendũ etiã doctis

ſtum, & hunc crucifixum. Tanta eſt enim diuinæ Scripturæ profunditas, vt non ſolùm ſimplices & illiterati, ſed etiam prudentes & docti non plenè ſufficiant ad illius intelligentiam indagandam.

Pſal. 63.

Propter quod dicit Scriptura, quia multi defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Vndè rectè fuit olìm in

Exodi 19.

lege diuina ſtatutum, vt beſtia quæ montem tetigerit, lapidetur: nè videlicet ſimplex aliquis & indoctus præſumat ad ſubtilitatem ſacræ Scripturæ

Eccli 3.

pertingere. Scriptum eſt enim: Altiora te nè quæ-

Rom. 12.

ſieris. propter quod dicit Apoſtolus: Non plùs ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrieta-

1. Cor. 12.

tem. Sicut enim multa ſunt membra corporis, omnia verò non eundem actum habent: ità multi

Multi ſunt ordines in Eccleſia.

ſunt ordines in Eccleſia, ſed non omnes idem habent officium: quia ſecundùm Apoſtolum alios

Epheſ. 3.

Dominus dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios autem Doctores. Cùm igitur Doctorum ordo ſit

* for. quiſque

quaſi præcipuus in Eccleſia, non debet ſibi * quiſ-

Prædicare ſolùm debent, qui mittũtur.

quã indifferenter prædicationis officium vſurpare. Nam ſecundùm Apoſtolum, Quomodò prædi-

Rom. 10.

cabunt, niſì mittantur? Et veritas ipſa præcepit

Matth. 9.

Apoſtolis: Rogate Dominũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quòd ſi fortè quis argutè

Viſibili opùs eſt miſſione. nec ſufficit inuiſibilis.

reſpondeat, quia tales inuiſibiliter mittuntur à Deo, etſi non viſibiliter mittãtur ab homine, cùm inuiſibilis miſſio multò ſit dignior, quàm viſibilis: & diuina longè ſit melior, quàm humana. poteſt rationabiliter reſponderi, quòd cùm interior illa miſſio ſit occulta, non ſufficit cuiquam nudè tãtùm aſſerere, quòd ipſe ſit miſſus à Deo, cùm hoc

Hæretici oẽs ſe à Deo miſſos eſſe dicũt.

quilibet hæreticus adſeueret: ſed oportet, quòd adſtruat illam inuiſibilem miſſionem per operationem miraculi, vel Scripturę teſtimoniũ ſpeciale. Vndè cùm Dominus vellet mittere Moyſen in

Exodi 4.

Aegyptum ad filios Iſrael, vt crederent ei, quòd mitteretur ab ipſo, dedit ei ſignum, vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterùm reformaret. Ioannes quoquè Baptiſta ſpeciale ſuæ miſ-

Ioan. 1.

ſionis teſtimonium protulit de Scriptura, dicens: Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Do-

Cap. 40.

mino, ſicut ait Eſaias propheta. Non eſt ergò cre-

* for. cùm nõ ſit

dendũ ei, qui dicit ſe miſſum à Deo, * cùm ſit miſſus ab homine, niſì de ſe ſpeciale proferat teſtimonium de Scripturis, & eiuſdẽ miraculum operetur. Nam de his qui miſſi leguntur à Deo, Euange-

Marci vlt.

liſta teſtatur, quòd ipſi profecti prædicauerũt vbiquè Domino cooperante & ſermonẽ confirman-

Sacerdotibus etiã imperitis, nõ eſt detrahendum.

te ſequentibus ſignis. Licèt autem ſcientia ſit valdè neceſſaria ſacerdotibus ad doctrinã, quia iuxta

Malach. 2.

verbum propheticum: Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus etiã ſcholaſticis detrahendum, cùm in eis ſacerdotale officiũ debeat honorari: propter quod Dominus in lege

Exodi 22.

Sacerdotes Dij vocantur.

præcepit: Dijs nõ detrahes: ſacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem deorum nomine nuncupantur. Iuxta quod

Exodi 21.

alibì dicit de ſeruo volẽte apud dominum remanere, vt dominus offerat eũ dijs. Cùm enim iux-

Roma. 14.

ta verbum Apoſtoli ſeruus ſuo domino ſtet aut

Sacerdos ab Epiſcopo, nõ à populo debet repręhendi.

cadat, profectò ſacerdos ab Epiſcopo, cuius correctioni eſt ſubiectus, debet in manſuetudinis ſpiritu caſtigari, non autem à populo, cuius eſt correctioni præpoſitus, in ſpiritu ſuperbiæ repræhendi,

Exodi 21.

cùm iuxta verbum Dominicũ pater & mater non debet maledici, ſed potiùs honorari; quod de ſpirituali patre multò fortiùs debet intelligi, quàm carnali. Nec quiſquam ſuæ præſumptionis auda-

Nume. 22.

ciam illo defendat exemplo, quòd aſina legitur repræhendiſſe Prophetã: vel quod Dominus ait:

Ioan. 8.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Cùm aliud ſit fratrem in ſe peccantẽ occultè corripere, (quod

Matth. 18.

quiſque tenetur efficere ſecundùm regulã Euangelicam, in quo caſu ſanè poteſt intelligi, quòd Balaam fuit correptus ab aſina) & aliud eſt fratrem ſuum delinquentẽ repręhendere manifeſtè, quod vtiquè nulli licet, ſecundùm Euangelicam veri-

Matth. 5.

tatem. nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehennæ ignis. Rurſùs aliud eſt, quòd prǽlatus ſpontè de ſua confiſus innocentia ſubditorum ſe accuſationi ſupponit, (in quo caſu præmiſſum Domini verbum debet intelligi) & aliud eſt, quòd ſubditus non tam animo repræhendendi, quàm detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cùm ei potiùs incumbat neceſſitas obſequendi. Quòd ſi

Ad officium epiſcopi tam inſtitutio, quàm deſtitutio ſacerdotũ pertinet.

fortè neceſſitas poſtularet, vt ſacerdos tanquàm inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendum eſt ordinatè apud Epiſcopum, ad cuius officium, tam inſtitutio, quàm deſtitutio ſacerdotum noſcitur pertinere.

5. MATTHAEI decimo: Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatẽ ſpirituum immũdorum, &c. Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis, dicens: In viam gentium nè abieritis, & in ciuitates Samaritanorum nè intraueritis, ſed potiùs ite ad oues, quæ periẽrunt, domus Iſrael. Euntes autem prædicate, dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum. Infirmos curate &c.

6. LVCAE nono: Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos.

7. MAR-

7. MARCI vltimo: Euntes in mūdum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.
8. IOANNIS vigeſimo: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.
9. ET capite decimoſeptimo: Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum.
10. ACTORVM decimotertio: Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq́ eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abiērunt Seleuciam, & indè nauigauerunt Cyprum.
11. AD Titum primo: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, &c.

II.

Nónne omnes Chriſtiani ex æquo ſunt Sacerdotes?

A. DICI quidem [a] itá poſſunt hactenùs, quòd ſicut Sacerdotes externa quædam ſacrificia & miniſteria ſacra exercére ſolent, ſic quotquot ſint in Chriſto renati, ſpiritualia quædam [b] Sacrificia, nimirùm orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationem, & id genus alia quotidiè poſſint ac debeant offerre, ſeduloque exercitare: Vt hinc ſpirituales coram Deo Sacerdotes, & ſpirituales offerre hoſtias in ſcriptura dicantur.

a Apoc. 1.b 5.c 1.Pet.2.b

b 1.Pet.2.a b Roma.12.a Pſal.49.d 50.d Philip.4.d Heb.13.c Vide Baſil.ſer.2. de Baptiſ.cap.8. Auguſt.20. de ciuit.cap.10. Leo.ſer.3. in anniuer.Pōtificatus. Ambro.lib.4.de Sacramēt.c.1.

B. Verùm ſi propriè nomen hoc ſacerdotij accipimus, non ſunt promiſcuè Sacerdotes omnes, ſed hi duntaxàt, quibus authoritas Eccleſiæ, vt Sacramentorum [c] proprij ſint miniſtri, demandauit, atque ad conſecrandum, offerendum, diſpenſandumq́ue ſacram Euchariſtiam, & ad peccata hominum tum remittenda, tum retinenda ius contulit.

c Ignatius ad Heronem. Chryſoſt lib.3. & 6. de ſacerd. & homil. 60.ad pop. Hiero.ad Heliodorū epiſt. 1.cap.7. & aduersùs Luciferianos cap.8. Idem ad Euagrium epiſt 85. Victor lib.2.de perſecutione Vvādalica. Cypria.epiſt.54.

C. Ac de his quidem nouæ legis ſacerdotibus ſeu presbyteris ità Paulus: *Qui benè [d] præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Id quòd certè congruere non poteſt mulieribus, [e] quas in Eccleſia idem Apoſtolus docere vetat, ac tacere iubet: neque omninò [f] plebeijs conuenit, quorum eſt ouium more paſci, non [g] paſcere: regi, non regere: nec ſe pręferre, ſed ſubijcere & ſubiacere præpoſitis, & quæcunque hi, ſiue boni, ſiue mali, in Cathedra ſedentes dixerint, audire, ſeruare, & facere, vt verbo Dei præceptum legimus.

d 1.Timoth.5.e

e 1.Timoth.2.c 1.Cor.14.f Tertul.de pręſcript.cap.41. Epiphan.hæreſi 42. & 40.

f Leo epiſt.62.ad Maximū Antiochenum.

g Ioan.10.b c 21.e 1.Pet.5.a & 2.c d Hebr.13.c Roma.13.a Matth.23.a Luc.10.c 1.Ioan.4.b

D. Quapropter ſicut in Eccleſia triumphante Angeli ſunt [h] ordine ac poteſtate differentes, qui iniuncta ſibi munia decenti quadam obſeruata diſpoſitione obeunt, ac fideliter exequuntur: ſic militans etiam Eccleſia, [i] quæ domus Dei, & velut caſtrorum acies quædam ordinata eſt, miniſtros habet ſibi peculiares, à reliquis Chriſtianis ſeiunctos, & pulchro ordine inter ſe diſpoſitos ad publica & communia Eccleſiæ miniſteria in terris peragenda: nimirùm vt pro Chriſtiano populo in his, [k] quæ ad Deum ſalutemq́ue animarum ſpectant, ſuas illi operas ex profeſſo ac pro dignitate præſtent.

h Epheſ.1.d Coloſſ.1.e Daniel.7.c Dionyſ.de cæleſti hierar.c.10.

i 1.Timoth.3.d Cant.6.c Anaclet.epiſt.1.2.& 3. Iſidor.lib.2. de Eccleſ. offic. cap.5.& ſequentibus.

k Hebr.5.a 8.a & 13.c 2. Corinth.5.d

TESTIMONIA.

1.A. APOCALYPSIS primo: Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & Sacerdotes Deo & Patri ſuo.
2. ET capite quinto: Feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram.
3. PRIORIS Petri ſecundo: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.
4. IBIDEM: Et ipſi tanquàm lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.
5. AD Romanos duodecimo: Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.
6. PSALMO quadrageſimonono: Sacrificium laudis honorificabit me.
7. ET quinquageſimo: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.
8. AD Philippenſes quarto: Habeo autē omnia, & abundo: repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placentem Deo.
9. AD Hebræos decimotertio: Per ipſum ergò offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo: id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus.
10. BASILIVS ſermone vel libro ſecundo de Baptiſmo, capite octauo: Si verò quiſquam objiciat, Quid igitur eſt quod Apoſtolus dixit: Volo viros 1.Tim.2.

ros precari in quouis loco, ob id quòd Dominus ipſe poteſtatem dedit adorandi Deum in omni loco, vbi dixit: Neque Hieroſolymis poſthàc, neque in monte iſto adorabitur pater? Hoc dicendum eſt, quòd illud, in omni loco, non compræhendit eos locos, qui humanis vſibus, rebusq́ immundis & prophanis deputati ſunt: ſed dilatat ac diducit adorationem Dei ab arcto Hieroſolymæ ambitu in omnem totius orbis locum. Et ſecundùm prophetiam hoſtiæ, eum qui diligenter ac ſtudioſè ad ſacerdotium glorioſi myſterij obeundum propenſus eſt, Deo dicare oportet. Nam etiamſi audiamus prophetam dicentem, Vos autem omnes ſacerdotes Dei vocabimini: neque tamen omnes mox huiuſce ſacerdotij ac miniſterij poteſtatem vſurpamus, neque alius alij datam gratiam licitè poteſt ad ſe rapere, ſed quiſquis fidelium proprijs doni Dei terminis contentus manet, docente nos Apoſtolo, dum ad omnes quidem dicit: Obſecro autem vos fratres per miſerationes Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c. Et per mutuam illam membrorum corporis rectam diſpoſitionem, quam inter ſe ad decentem venuſtatem pariter & ſecuritatem neceſſariam habet, normam nobis præſcribit, quàm commodè ac decenter inter nos ad beneplacitum Dei, in dilectione Chriſti Ieſu & chariſmatum differentia diſpoſiti eſſe debeamus.

Ioan. 4.
Nõ quiuis locus orationi accommodatus eſt.
Malach. 1.
Eſaiæ 61.
Nõ omnes ſumus ſacerdotes proprij nominis.
Rom. 12.

11. AVGVSTINVS libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite decimo, exponens illud Apocalypſis: Sed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cũ eo mille annis: Non vtiquè de ſolis Epiſcopis & presbyteris dictum eſt, qui propriè iam vocantur in Eccleſia ſacerdotes, ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter myſticũ Chriſma: ſic omnes ſacerdotes, quoniam membra ſunt vnius ſacerdotis. De quibus Apoſtolus Petrus: Plebs, inquit, ſancta, regale ſacerdotium.

Apoc. 20.
Nõ eadem ſignificatione dicuntur Epiſcopi & presbyteri ſacerdotes qua oẽs Chriſtiani.
1. Pet. 2.

12. LEO Papa ſermone tertio in anniuerſario die aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum: Licèt vniuerſa Eccleſia Dei diſtinctis ordinata ſit gradibus, vt ex diuerſis membris ſacrati corporis ſubſiſtat integritas: nos tamen omnes, ſicut ait Apoſtolus, in Chriſto Ieſu vnum ſumus, nec quiſquam ab alterius ità eſt diuiſus officio, vt non ad connexionem pertineat capitis, cuiuslibet humilitas portionis. In vnitate igitur fidei atque baptiſmatis, indiſcreta nobis ſocietas, dilectiſſimi, & generalis eſt dignitas, ſecundùm illud beatiſſimi Petri Apoſtoli, ſacratiſſima voce dicentis: Et ipſi tanquàm lapides viui ſuperædificamini in domos ſpiritales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Et infrà: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Omnes enim in Chriſto regeneratos, crucis ſignum efficit reges: ſancti verò ſpiritus vnctio conſecrat ſacerdotes, vt præter iſtam ſpecialem noſtri miniſterij ſeruitutẽ, vniuerſi ſpiritales & rationabiles Chriſtiani agnoſcant, ſe regij generis & Sacerdotalis officij eſſe conſortes. Quid enim tã regium, quàm ſubditum Deo animum, corporis ſui eſſe rectorem? Et quid tam ſacerdotale, quàm vouere Domino conſcientiam puram, & immaculatas pietatis hoſtias de altari cordis offerre? Quod cùm omnibus per Dei gratiam commune ſit factum, religioſum tamen nobis atque laudabile eſt, de die prouectionis noſtræ quaſi de proprio honore gaudere, vt vnum celebretur in toto Eccleſiæ corpore Pontificij ſacramentum, quod effuſo benedictionis vnguento, copioſiùs quidem in ſuperiora profluxit, ſed non parcè etiam in inferiora deſcendit.

1. Cor. 12.
1. Pet. 2.
Oẽs Chriſtiani ſunt quadã ratione reges & ſacerdotes
In quo conſiſtat Sacerdotiũ Chriſtianorum.
Pſal. 132.

13. AMBROSIVS libro quarto de Sacramentis, capite primo: Sed fortè dicas: Quid hoc ad populum, ſi virga Sacerdotis aruerat & refloruit? Populus ipſe quid eſt niſi ſacerdotalis? Quibus dictum eſt: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, vt ait Apoſtolus Petrus. Vnuſquiſque vngitur in ſacerdotium, vngitur in regnum. Sed ſpiritale regnum eſt, & ſaaerdotium ſpiritale. In ſecundo quoquè tabernaculo eſt thymiamaterium. Thymiamaterium eſt quod bonum odorem fragrare conſueuit. Ità & vos iam bonus odor Chriſti eſtis, iam nullæ in vobis ſordes delictorum, nullus odor grauioris erroris.

Num. 17.
1. Pet. 2.
Spirituale eſt regnũ & ſacerdotium Chriſtianorum.
2. Cor. 2.

1.B. IGNATIVS in epiſtola ad Heronem Eccleſiæ Antiochenæ diaconum: Sine epiſcopis nihil agas. ſacerdotes enim ſunt, tu verò miniſter ſacerdotum. illi enim baptizant, ſacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt: tu verò eis miniſtras, ſicut ſanctus Stephanus Iacobo & cæteris presbyteris in Hieroſolymis.

2. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio, vt inferiùs, quæſtione ſexta, teſtimonio ſecundo.

3. ITEM libro ſexto de Sacerdotio: Eum qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? immò verò pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorq́ eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modò, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat: qualem quæſo eſſe oportet? &c. Quum autem ille & Spiritum ſanctum inuocauerit, ſacrificiumq́ illud horrore ac reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſiduè pertractato: quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus? quantam autẽ ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? conſidera enim, quales manus illas adminiſtrantes eſſe oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat: qua deniquè re non puriorem ſanctiorémve eſſe cõueniat animam, quæ tantum illum, tamq́ dignum ſpiritum receperit. Per id tempus & angeli ſacerdoti aſſident, & cæleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, angelorum choris plenus eſt. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo ſacrificio, quod tum peragitur, &c. vt ſuperiùs quæſtione ſexta de Euchariſtia, C. teſtimonio duodecimo.

Sacerdos pro mortuorum peccatis orat
Sacrificiũ tremendum adminiſtrat.

4. IDEM homilia ſexageſima ad populum Antiochenum, & octogeſimatertia in Matthæum: Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoquè facit. Nos miniſtrorum tenemus locum: qui verò ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. Nullus itaquè Iudas aſſiſtat, nullus auarus, &c. Hæc ad communicantes dico, & ad vos miniſtrantes. Nam & ad vos ſermonem conuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hæc dona diſtribuatis. Et paulò pòſt: Verùm & tu laice, (quæ etiam habet homilia quinquageſimaprima in Matthæum) cùm ſacerdotem videris offerentem, nè vt ſacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam. Sicut enim cùm baptizaris, ipſe te non baptizat, ſed Deus eſt, qui tuum caput inuiſibili potentia cõtinet; & nec angelus, nec archangelus, nec vllus alius accedere & tangere audet: ità nunc quoquè cùm Deus regenerat, ipſius eſt ſolius donum.

Sacerdotes ſunt miniſtri cõſecrationis & communionis: Chriſtus verò præcipua omniũ cauſa eſt.
Sacerdotes offerunt, tanquàm miniſtri, & baptizant vt miniſtri.

5. HIERONYMVS in epiſtola prima ad Heliodorũ capite ſeptimo: Abſit vt de his quicquam ſiniſtrum loquar: qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claues regni cœlorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant.

Chriſti corpus ſacro ore conficiunt.
Matt. 16. & 18.

6. IDEM in dialogo contra Luciferianos capite octauo: Hilarius cùm diaconus de eccleſia receſſerit, ſolusq́ vt putat, turba ſit mundi, neque Euchariſtiam cõficere poteſt, epiſcopos & presbyteros non habens, neque baptiſma ſine Euchariſtia tradere. Et cùm iam homo mortuus ſit, cũ homine pariter interijt & ſecta: quia poſt ſe nullum cle-

Diaconus Euchariſtiã cõficere non poteſt, nec ordinariè baptiſma tradere, aut ordinare clericos.

ricum

Digitized by Google

ritum diaconus potuit ordinare. Eccleſia autem non eſt, quæ nõ habet ſacerdotes. Sed omiſſis paucis homunculis, qui ipſi ſibi & laici ſunt & epiſcopi, auſculta quid de omni Eccleſia ſentiendum ſit &c.

Ad ſacerdotũ preces Chriſti corpus & ſanguis conficitur.

7. IDEM in epiſtola octogeſimaquinta ad Euagrium: Quis patiatur, menſarum & viduarũ miniſter vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus ſanguisq; conficitur?

8. VICTOR Aphricanus libro ſecũdo de perſecutione Vuandalica: Quantæ tunc multitudines de diuerſis regionibus & ciuitatibus, ad viſendos Dei Martyres occurrerint populorum, teſtantur viæ vel ſemitæ: quæ cùm agmina venientium nequaquàm caperent, per vertices montium & vallium concurrens turba fidelium inæſtimabilis deſcendebat, cereos manibus geſtantes: ſuosq; infantulos veſtigijs martyrum proijcientes, iſta voce clamabant: Quibus nos miſeros relinquitis, dum pergitis ad coronas? qui hos baptizaturi ſunt paruulos fontibus aquæ perennis? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi ſunt, & reconciliationis indulgentia obſtrictos peccatorum vinculis ſoluturi? quia vobis dictum eſt, Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Qui nos ſolennibus orationibus ſepulturi ſunt morientes? à quibus diuini ſacrificij ritus exhibendus eſt conſuetus? vobiſcũ & nos licebat pergere, ſi liceret vt tali modo filios à patribus nulla neceſſitas ſepararet.

Presbyteri & ſacerdotes ſunt miniſtri Sacramentorum.
Matth. 18.

Lib. 1. epiſt. 2.
Sacerdotes ſacrificia Dei quotidiè celebrant.

9. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaquarta ad Cornelium: Epiſcopatus noſtri honor grandis & gloria eſt, pacem dediſſe martyribus, vt ſacerdotes qui ſacrificia Dei quotidiè celebramus, hoſtias Deo & victimas præparemus.

1. C. PRIORIS ad Timotheum quinto: Qui benè præſunt, &c. vt in textu.

2. ET capite ſecundo: Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autẽ mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.

3. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Mulieres in eccleſijs taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domì viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri, loqui in eccleſia. An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruénit?

4. TERTVLLIANVS de præſcriptionibus aduersùs hæreticos capite quadrageſimoprimo, vt infrà, quæſtione ſeptima, C. in textu.

Mulieres apud Marcioniſtas baptizant.

5. EPIPHANIVS hereſi quadrageſimaſecunda, cõtra Marcioniſtas: Dat (Marcion) permiſſionem mulieribus, vt bapsiſmum dent. Apud ipſos enim omnia ſunt ludibrio plena, & nihil aliud, quàm etiam myſteria coram his qui inſtituuntur atque initiantur in ſacris, perficere audeant.

Apud hæreticos Pepuzianos obeunt mulieres epiſcoporum & presbyterorũ munia.
Galat. 3.

6. ITEM quadrageſimanona, contra Pepuzianos: Epiſcopi quoquè apud ipſos ſunt mulieres, & presbyteri mulieres, & alia quæ nihil differre dicunt. In Chriſto enim Ieſu neque maſculus, neque fœmina.

Officium docendi & prædicandi quibus commiſſum ſit.

7. LEO epiſtola ſexageſimaſecunda ad Maximum epiſcopum Antiochenum: Illud quoquè dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi ius docendi & prædicandi audeat vendicare, ſiue ſit ille monachus, ſiue ſit laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur. Quia etſi optandũ eſt, vt omnes Eccleſiæ filij, quæ recta & ſana ſunt, ſapiant: non tamen permittendum eſt, vt quiſquam extra ſacerdotalem ordinem cõſtitutus, gradum ſibi prædicatoris aſſumat, quum in Eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conueniat, vt in vno Chriſti corpore & excellentiora membra ſuum officium impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent.

1. Cor. 14.

8. IOANNIS decimo: Ego ſum Paſtor bonus: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum Ouile, & vnus paſtor.

9. ET capite vigeſimoprimo: Paſce agnos meos. Paſce oues meas.

10. PRIORIS Petri quinto capite: Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, &c. Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ cororam.

11. ET capite ſecundo: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquàm ab eo miſſis, &c. Omnes honorate, fraternitatem diligite, &c. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Et poſt pauca: Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.

12. AD Hebræos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

13. AD Romanos decimotertio: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſì à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Et poſt pauca: Ideò neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

14. MATTHAEI vigeſimotertio: Super Cathedrá Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.

15. LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

16. PRIMAE Ioannis quarto: Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris.

1. D. AD Epheſios primo: Suſcitãs illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & Dominationẽ, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.

2. AD Coloſſenſes primo: Quoniã in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue Dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt.

3. DANIELIS ſeptimo: Millia millium miniſtrabant ei, & deciès milliès centena millia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Et paulò antè: Adſpiciebã donèc throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.

Hierarchia angelorum in cælo.

4. DIONYSIVS Areopagita de cæleſti hierarchia, capite decimo: Sunt autẽ & angeli omnes ità inſtituti, vt inferiores ſuperioribus obaudiant, eorúmque nutus enuncient: ac primi illi quidem vt ſummi Dei ſe monentis, conſilia & voces exponant: reliqui verò proportione debita, eorum qui à Deo monentur, exprimant voces. Intantùm enim ſumma illa omnium & ſupereminens congruentia, quorumlibet rationalium ac ſpiritalium ſacro decori & ordinatiſſimo inſtituto proſpexit, vt ipſis quoquè diſtinctionibus ſacris ordines decentiſſimos poneret. Deniquè hierarchiam omnem cernimus in primas & medias, extremasq; virtutes diſtributam, immò & ipſas quoquè ſingulas (vt propriè dixerim) diſtinctiones ità diſcreuit, vt in eiſdem conuenientiæ pulchritudo ſeruetur. Quocirca & ipſa ſacratiſſima Seraphim, alterum ad alterum clamâſſe Theolo-

Digitized by Google

gi aiunt, apertiſſimè per hoc (vt reor) indicantes, quòd diuinarum rerum notiones prima ſequentibus tradunt.

5. PRIORIS ad Timotheum tertio: Vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

6. CANTICORVM ſexto: Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

Epiſtola 1. ad fratrem Domini.

7. ANACLETVS Pontifex & martyr in epiſtola prima ad omnes epiſcopos & omnes fideles: Nam (vt ait B. Clemens anteceſſor noſter) ſimilis eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per vndoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergò nauis author huius, Dominus ipſe omnipotens Deus: gubernator verò ſit Chriſtus: tum deindè proretæ officium Epiſcopus impleat: Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: Epibatis autem, totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis. Ipſum quoquè mare hic mundus habeatur.

Eccleſia naui cōparatur, & eius miniſtri miniſtris nauticis.

Sediū epiſcopalium in eccleſia diſtinctio vndè profecta ſit.

8. IDEM epiſtola ſecunda ad vniuerſos epiſcopos in Italia conſtitutos, capite quarto: Prouinciæ autem multo ante Chriſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſteà ab Apoſtolis & beato Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum, vbi dudùm primates legis ſeculi erant, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris vel regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum non erat, confugiebant prò oppreſſionibus vel iniuſtitijs ſuis: ipſosq; appellabant, quotiès opùs erat, ſicut in lege eorum præceptum erat: ipſis quoquè in ciuitatibus vel locis noſtris, Patriarchas vel Primates, qui vnam formam tenent, licèt diuerſa ſint nomina, leges diuinæ & Eccleſiaſticæ poni & eſſe iuſſerunt, ad quos epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) confugerent, eosq; appellarent, & ipſi Primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, (licèt maiores comitibus eſſent) haberent Metropolitanos ſuos, qui prędictis * iuſtè obedirent Primatibus, ſicut & in legibus ſeculi olìm ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur. Et licèt ſingulæ Metropoles ciuitates ſuas prouincias habeant, & ſuos Metropolitanos iudices habere debeant Epiſcopos, ſicut priùs Metropolitanos iudices habebant ſeculares, Primates tamen (vt præfixum eſt) & tunc, & nūc habere iuſſæ ſunt, ad quos poſt ſedem Apoſtolicam ſumma negocia conueniant, vt ibidèm quibus neceſſe fuerit, releuentur & iuſtè reſtituātur, & hi qui iniuſtè opprimuntur, iuſtè reformentur atque fulciantur, Epiſcoporumq; cauſę, & ſummorum negociorum iudicia (ſalua Apoſtolicæ Sedis authoritate) iuſtiſſimè terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab Apoſtolis, hæc à ſanctis Patribus accepimus, vobisq; (vt poſtulâſtis) rimanda, & futuris tenenda temporibus mittimus, & reliquis fratribus prędicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus.

Patriarchæ vel Primates.

Metropolitani ſeu Archiepiſcopi.

* iure

Sedes Apoſtolica.

Ab Apoſtolis accepta.

9. ITEM epiſtola tertia ad omnes Epiſcopos ac reliquos Chriſti ſacerdotes, capite tertio: Epiſcoporum verò ordo vnus eſt, licèt ſint primates illi qui primas ciuitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem, qui in Metropoli à beato Petro Apoſtolo ordinante Domino, & à prædeceſſore noſtro prædicto ſancto Clemente, ſeu à nobis conſtituti ſunt, non omnes primates vel Patriarchæ eſſe poſſunt, ſed illæ vrbes, quæ præfatis & priſcis temporibus primatum tenuêre, Patriarcharū aut Primatum nomine fruantur: reliquæ verò Metropoles, Archiepiſcoporum aut Metropolitanorum & non Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus: quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus: aliæ autē primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam tomo mittimus, à ſanctis Apoſtolis, & à beato Clemēte, ſiue à nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc verò ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, &c. vt ſuprà, quæſtione nona de Præceptis Eccleſiæ, E. teſtimonio decimo.

Primates vel Patriarchę inſtituti ab Apoſtolis, ordinante Domino.

Metropolitani ſeu Archiepiſcopi.

10. ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus, libro ſecundo de eccleſiaſticis officijs, capite quinto: Veniamus nūc ad ſacratiſſimos ordines clericorum, eorumq; originem ſingulariter demonſtremus, quod eſt ſacerdotij fundamētum, vel quo authore Pontificalis ordo adoleuit in ſeculo. Initium quidem ſacerdotij Aaron fuit, quanquàm & Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium, & poſt hūc Abraham, Iſaac, & Iacob. Sed iſti ſpontanea voluntate, non ſacerdotali authoritate iſta fecerunt. Cæterùm Aaron primus in lege ſacerdotale nomen accepit, primúsque pontificali ſtola indutus, victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moyſen: Accipe, inquit, Aaron & filios eius, & applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij: cúmque láueris patrem cum filijs, indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt, linea & tunica, & ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringes baltèo, & pones tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur. Filios quoquè illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingéſque balteo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; Sacerdotes mei lege perpetua. Quo loco contemplari oportet Aaron ſummum ſacerdotem, id eſt, Epiſcopum fuiſſe. Nam filios eius, presbyterorum figuram præmonſtrâſſe. Fuerunt enim filij Aaron, & ipſi ſacerdotes, quibus meritò adſtare debuiſſent Leuitæ, ſicut ſummo ſacerdoti. Sed hoc fuit inter ſummum ſacerdotem Aaron, & filios eiuſdem Aaron, qui & ipſi ſacerdotes fuerunt, quòd Aaron ſuper tunicam accipiebat podérem, ſtolam ſanctam, coronam auream, mitram, & zonam auream, & ſuperhumerale, & cætera quæ ſuprà memorata ſunt. Filij autem Aaron ſuper tunicas lineas cincti tantummodò & tiarati ità adſtabant ſacrificio Dei. Sed forſan quæritur de hoc, cuius figuram faciebat Moyſes? Si enim filij Aaron presbyterorum figuram faciebant, & Aaron ſummi ſacerdotis, id eſt, Epiſcopi, Moyſes cuius? indubitanter Chriſti. Et verè per omnia Chriſti, quoniam ſimilitudo fuit mediatoris Dei, qui eſt inter Deum & hominem, Ieſus Chriſtus, qui eſt dux populorum, verus princeps ſacerdotum, & Dominus Pontificum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Hactenùs de primordijs ſacerdotalibus in veteri teſtamēto. In nouo autem teſtamento poſt Chriſtum Sacerdotalis ordo à Petro Apoſtolo cœpit, ipſi enim primus datus eſt pontificatus in Eccleſia Chriſti. Sic enim loquitur ad eum Dominus: Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergò ligandi ſoluendíque poteſtatem primus accepit, primúſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit: ſiquidem & cæteri Apoſtoli cum Petro par conſortium honoris & poteſtatis acceperunt, qui etiam in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt, quibusq; decedentibus ſucceſſerunt Epiſcopi, qui ſunt conſtituti per totum mundum in ſedibus Apoſtolorum: qui iam non ex genere carnis & ſanguinis eliguntur, ſicut priùs, ſecundùm ordinem Aaron, ſed pro vniuſcuiuſque

Sacerdotium vndè cœperit.

Gen. 14. 22. 26. & 35.

Exodi 29.

Aarō Epiſcopi formam referebat: Filij Aaronis, presbyterorum.

Moyſes Chriſti figuram geſſit. 1. Tim. 2.

Petrus primus pōtifex & ſummus ſacerdos noui teſtamenti. Matth. 16.

Apoſtolis Epiſcopi ſucceſſerunt.

Digitized by Google

que vita meritóque, quomodò in eum Dei gratia contulerit, ſicut ad Heli Dominus pronunciauit, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dixi, domus tua & domus patris tui permanebunt coram me vſque in æternum: & nunc dicit Dominus: Nequaquàm, ſed glorificantes me glorificabo: & qui me ſpernit, ſpernetur. Quatuor autem genera ſunt Apoſtolorum: Vnum à Deo tantùm, vt Moyſes: alterum per hominem & Deum, vt Ioſue: tertium tantùm per hominem, ſicut his temporibus fauore populi & poteſtatum in ſacerdotium ſubrogantur. Quartum autē genus ex ſe eſt, ſicut pſeudoprophetæ & pſeudoapoſtoli. Quid ſit autē nomen Apoſtolorū, Apoſtoli in Latina lingua miſſi interpretantur, quia ipſos miſit Chriſtus euangelizare ad illuminationem omnium populorum. Epiſcopatus autem, vt quidam prudentium ait, nomen eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim, atque indè ductum vocabulum, quòd ille qui ſuperefficitur, ſuperintendit, curam ſcilicet ſubditorum gerens. Scopus quidem intentio eſt. Ergò epiſcopos Latinè ſuperintendentes poſſumus dicere, vt intelligat, non ſe eſſe Epiſcopum, qui non prodeſſe, ſed præeſſe dilexerit. Quòd verò per manus impoſitionē à præceſſoribus Dei ſacerdotibus Epiſcopi ordinantur, antiqua inſtitutio eſt. Iſaac enim patriarcha ſanctus, ponens manum ſuam ſuper caput Iacob, benedixit ei: ſimiliter & Iacob filijs ſuis, ſed & Moyſes ſuper caput Ioſue manum ſuam imponens, dedit ei ſpiritum virtutis & ducatus in populo Iſrael. Sic & ſuperimpletor legis & prophetarum, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per manus impoſitionem Apoſtolis ſuis benedixit, ſicut in Euangelio Lucæ ſcriptum eſt, Et perduxit eos trans Bethaniam, & eleuauit manus ſuper eos, & benedixit eos. Et in Actibus Apoſtolorum ex præcepto ſpiritusſancti Paulo & Barnabæ ab Apoſtolis manus impoſita eſt in Epiſcopatum, & ſic miſſi ſunt ad euangelizandum.

[Margin: 1.Reg.2. — Manus impoſitio. — Gen.27.48. — Num.27. — Lucæ vltimo. — Actor.13.]

11. CAPITE autem ſexto agit de Chorepiſcopis: ſeptimo, de presbyteris: octauo, de Diaconibus: nono, de cuſtodibus ſacrorum: decimo, de Subdiaconibus: vndecimo, de lectoribus: duodecimo, de Pſalmiſtis: decimotertio de Exorciſtis: & decimoquarto capite, de Oſtiarijs. Vide horum nonnulla inferiùs, in quæſtione quarta, D. teſtimonio ſecundo & ſequentibus, & E. teſtimonio ſecundo & ſequentibus.

12. AD Hebræos quinto: Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

13. ET capite octauo: Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur.

14. ITEM capite decimotertio: Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris redituri.

15. SECVNDAE ad Corinthios quinto: Pro Chriſto legatione fungimur, tāquàm Deo exhortante per nos. Et paulò antè: Omnia autē ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis.

III.

Quo loco Scriptura teſtimonium huic Sacramento præbet?

A. ILLIC ſcilicet, vbi de Apoſtolis docet, quòd in Eccleſiæ miniſtris deligendis, inſtituendis atque ordinandis, vſi ſunt [a] manuum impoſitione. Hoc enim velutì ſymbolo certo & efficaci præſentis gratiæ, quæ in Ordinum collatione exhibetur & [b] accipitur, Sacramentum illud nobis eſt commendatum.

B. Quare Paulus ad Timotheum à ſe creatum Epiſcopum ſcribens, & acceptæ in hoc Sacramento gratiæ illum admonens, [c] *Noli*, inquit, *negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij.* Et rurſus ad eundem: [d] *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.*

C. Quoniam verò permagni [e] refert, quales in Eccleſia quibuſcunque munijs præficiantur, & Eccleſiaſticam poteſtatem ex hoc Sacramento accipiant, ad omnem Epiſcopum dicitur: [f] *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.*

[Margin: Tit.1.b — a Actor.6.c & 13.a 14.d 1.Timoth.4.d 5.d 2.Timoth.1.b — b Ambroſ.lib.de digni.ſacerd.cap.5. Niceph.lib.12. cap.14. — c 1.Timoth.4. & ibidèm Theophyl.& Haymo. — d 2.Timoth.1.b & ibidèm Theophylactus. — e Leo in epiſt.87. ad epiſcopos Mauritaniæ. Syno. Roman. ſub Syluestro, cap. 11. Trident. ſeſſ.23. cap.7. & 12. Reformationis. — f 1.Timoth.5.d]

TESTIMONIA.

1. A. AD Titum primo: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.

2. ACTORVM ſexto: Et elegerunt Stephanū, &c. Hos ſtatuerunt ante conſpectū Apoſtolorum: & orantes, impoſuerunt eis manus.

3. ITEM decimotertio: Tunc ieiunantes & orantes, imponenteſq; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi (Saulus & Barnabas) à ſpiritusancto, abiêrunt Seleuciam.

4. ET capite decimoquarto: Et cùm conſtituiſſent illis (Paulus ſcilicet & Barnabas) per ſingulas Eccleſias presbyteros (vbi Græcè dicitur χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους,) & orâſſent cum ieiunijs, cōmendauerunt eos Domino in quē crediderunt.

5. PRIORIS ad Timotheum quarto: Noli negligere &c. vt in textu, B.

6. ET capite quinto: Manus citò nemini impoſueris.

7. POSTERIORIS ad Timotheum primo: Admoneo te &c. vt in textu, B.

8. AMBROSIVS libro de dignitate ſacerdotali, capite quinto: Quis dat, frater, epiſcopalem gratiam? Deus, an homo? Reſpondes, ſine dubio, Deus: ſed tamen per hominem dat Deus: Homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit ſupplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera: Epiſcopus initiat Ordinem, & Deus tribuit dignitatem.

[Margin: Gratia confertur per impoſitionem manuū in ordinatione.]

9. NICEPHORVS libro duodecimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoquarto: Martyrius porrò: At tu vir beate, ait, (ad Nectarium) nupèr admodùm per baptiſmum omnē labem abluiſti, cùm etiam epiſcopalem dignitatem es conſequutus. Vtrunque verò, & ſacrum lauacrum, & munus epiſcopale, delictorum eſſe remedium & expiationem ex ſacris nouimus conſtitutionibus. Ac tu quidem nunc nihil mihi differre vidéris à recèns genito infante. Ego verò iamdudùm diui-

[Margin: In ordinatione Epiſcopali confertur remiſſio peccatorum.]

Digitized by Google

no purgatus lauacro, eundem per libidinem vitæ curſum tenere perſeueraui. His dictis, ſacerdotij non ſubijt iugum.

1. B. PRIORIS ad Timotheum quarto, vt in textu.

2. THEOPHYLACTVS in prioris epiſtolæ ad Timotheum capitis quarti illa verba, Nè negligas donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam: Doctrinæ donum hîc intelligit, quod accepit Epiſcopus factus per prophetiam, hoc eſt, imperante ſpiritu, vt ſuprà commemoratum eſt. Cum impoſitione manuum presbyterij:

Impoſitio manuum Epiſcopalium in ordinatiõe quid efficiat.

Hoc eſt, Epiſcoporum. non enim presbyteri Epiſcopum ordinabant. Vide autem horrendum, quantum poſſit impoſitio ſacerdotaliũ manuum.

3. HAYMO Epiſcopus Halberſtattenſis in eadem verba: Noli negligere gratiam &c. Gratiam appellat hîc fidem, & ſapientiam, atque remiſſionem peccatorum, & gratiam epiſcopatus, quæ per prophetiam data eſt illi, quia prophetiæ ſpiritu reuelante cognouit beatus Paulus Timotheũ dignum eſſe epiſcopali honore.

Effectus ſacramenti Ordinis.

4. POSTERIORIS ad Timotheum primo, vt in textu.

5. THEOPHYLACTVS in poſterioris epiſtolæ ad Timotheum caput primum: ea verba exponens, Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei: Quia, inquit Apoſtolus, nóui te non ſimulatam habere fidem, excito te, vt gratiam ſpiritus quam accepiſti ad præfecturam eccleſiæ, ad ſignorum operationem, & ſimpliciter ad omnem quæ epiſcopum deceat virtutem, vt hanc ſemper exuſcites, ac virentem & floridam facias. Quemadmodùm enim ignis lignis indiget, hunc ad modum gratia ſpiritus opùs habet promptitudine, & attentione, & ſobria mente, vt ſemper ferueat. nam niſi hæc præſtò ſint, extinguitur. quemadmodùm & alio in loco dicit, Spiritum nolite extinguere. Quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum: In te quidem habitat ipſa gratia, quam accepiſti cùm imponerem ego tibi manus, quãdo epiſcopum te ſeligebam & cõſecrabam. Atquì ignem iſtum vehementiorem & maiorem effice: quod accepiſti verbum, fiducia libertateq́ imple ac fortitudine, ſtaq́ ingenuè.

Gratia ſpiritusſancti in ordinatione accepta.

1. Theſſ. 5.

1. C. LEO Magnus in epiſtola octogeſimaſeptima ad Epiſcopos Aphricanos per Mauritaniam Cæſareenſem conſtitutos, capite primo: Quid eſt citò manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt cõmunicare peccatis alienis, niſi talem effici Ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit Ordinari? Sicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo ſacerdote iudicium: ità graui ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuę dignitatis collegium ſublimat indignum. Non enim in cuiuſquam perſona prætermittendum eſt, quod inſtitutis generalibus continetur, nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit de prę̨uaricatione collatus. Et paulò pòſt: Meritò beatorum patrum venerabiles ſanctiones, cùm de ſacerdotum electione loquerentur, eos demùm idoneos ſacris adminiſtrationibus cenſuêre, quorum omnis ætas, à puerilibus exordijs vſque ad prouectiores annos per diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtipẽdia cucurriſſet, vt vnicuique teſtimonium prior vita præberet: nec poſſet de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci prę̨mium deberetur. Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris, indignum eſt peruenire, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adiuuant: quàm diligens & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum & cæleſtium dignitatum, nè in aliquo Apoſtolica & canonica decreta violentur?

Manus citò imponere quid ſit.

Quales Ordinandi ſint.

2. SYNODVS Romana ſub Syluestro, capite vndecimo: Vt nullus ex laica perſona ad honorem acolyti vſque ad Epiſcopatum ſubleuaretur, niſi priùs fuiſſet lector annis triginta, deindè vno die exorciſta, & poſteà caperet onus acolyti, & faceret in eodem ordine acolyti annos decem, vt acciperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annos quinque. Deindè ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus triginta presbyteris examen, vt eſſet ſubdiaconus cardinalis: quia à prima ſede erat conſtitutum, vt ſeruiret annos ſeptem. Hoc enim quòd ſi quis deſideraret Ordinem presbyterij, ità exigeretur, vt in ſeptem annis à cuncto clero Romano probaretur doctrinæ, natiuitatis, generoſitatis, & conſilio non expetens prædam à quoquam opinione clara, firmarent omnes presbyteri, declararent & firmarent, & ſic ad Ordinem presbyterij accederet, & faceret in eodem ordine annos tres.

Olim quãdiu in minoribus Ordinibus probabantur.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimatertia, capite ſeptimo reformationis: Quando epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quãdo Epiſcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Epiſcopus autẽ ſacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget & examinet.

Examen Ordinandorum.

4. ITEM capite duodecimo: Nullus in poſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimumſecundum, ad diaconatus ante vigeſimumtertium, ad presbyteratus ante vigeſimumquintum ætatis ſuę annum promoueatur. Sciant tamen epiſcopi non ſingulos, in ea ætate conſtitutos debere ad hos ordines aſſumi, ſed dignos dũtaxàt, & quorum probata vita ſenectus ſit. Regulares quoquè nec in minori ætate, nec ſine diligenti epiſcopi examine ordinentur: priuilegijs quibuſcunque, quo ad hoc, penitùs excluſis.

Aetas ordinandorum & qualitas.

5. PRIORIS ad Timotheum quinto, vt in textu.

IIII.

Quot gradus in ſe continet hoc Sacramentum?

A. GENERATIM quidem minores Ordines, maioreſque continet: minores ſcilicet [a] quatuor, Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarum, & Acolytorum: maiores verò tres, nempe Subdiaconorum, Diaconorum, ac Presbyterorum. Ex Presbyteris porrò alij maiores, alij minores à [b] Chriſto inſtituti inueniuntur.

B. Maiores enim presbyteri, Apoſtoli ſunt, eorumq́ue ſucceſſores [c] Epiſcopi, magna ſanè poteſtatẽ & reuerenda dignitatis prærogatiua excel-

a Concil. Carthag. 4. can. 6. & ſequẽ. itẽ Laod. cã. 24. & Trident. ſeſſ. 23. Ignat. ad Antioch. Dion. eccleſ hierar. cap. 3. Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 35. ex epiſtola Cornelij ad Fabium.
b Luc. 9. a. 10. a & ibidèm Beda. Clemens epiſto. 1. Anaclet. epiſt. 2. & 3.
c Hieron. ad Marcellam epiſt 54. Cyprian. epiſt. 69.

Digitized by Google

excellentes. Nam horum eſt,([d] Scriptura teſte) attendere ſibi & vniuerſo gregi, quem à Spiritu ſancto curandum paſcendumque accipiunt, regere Eccleſiam, ea quæ deſunt corrigere, per ciuitates item presbyteros conſtituere.

& 65. Ignat. ad Phila. Aug. in Pſal. 44.
d Act. 20 f 1. Pet. 5. a Heb. 3. c. ad Tit. 1. b Actor. 14. d

C. Minores verò presbyteri ſub Epiſcopis, ſicut ſeptuagintaduo [e] illi diſcipuli ſub Apoſtolis, in Eccleſiæ miniſterio deſeruiunt, dona & ſacrificia [f] pro peccatis offerunt, atque in curanda Dominica meſſe, tanquàm [g] operarij, ſecundùm illos exiſtunt.

e Luc. 10. a Leo epiſt. 88. ad Epiſco. Gall. & Germa. Innoc. 3. lib. 1. de myſte. alta. cap. 6.
f Hebr. 5. a 8. a
g Matth. 9. d Lucæ 10. a

D. Ac minorum quidem quatuor ordinum Clerici hoc proprium habeant [h] munus, vt ſacerdotibus & epiſcopis multis in rebus præſtò ſint, vt ad ſacra conuenientem populum ordinent, vtque paulatìm ipſi velut quibuſdam gradibus ad maiora munia in Eccleſia obeunda ritè inſtituantur atque præparentur.

h 4. Carthag. can. 6. & ſequent. Iſido. lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 11. & ſequent. & lib. 7. Etymo. c. 12. Rabanus lib. 1. de inſtitutione cleric. cap. 9. & ſequent. Concil. Aquiſgran. 1. ſub Ludouico Pio, cap. 2. & ſequen. Rom. ſub Sylueſt. cap. 3. 6. & 9.

E. Cæteri verò maiores [i] tres ordines, cùm in alijs, tum in ſacris Euchariſtiæ myſterijs maiorem conferunt poteſtatem. Igitur Subdiaconus & Diaconus dictis iam myſterijs tanquàm adminiſtri adeſſe, ipſiſque ſacerdotibus proximi eſſe poſſunt. Et quanquàm quòd ad Ordinis Sacramentum ac ſacrificandi authoritatem attinet, diſcrimen inter Epiſcopos & Sacerdotes non ſit, [k] tamen ſunt illi ſacerdotibus multo excellentiores, ſi Eccleſiæ gubernandæ, ſi paſcendarum animarum ius, tum baptizatos confirmandi, & Clericos ordinandi poteſtatem conſideremus.

i 4. Carthag. can. 3. & ſeq. Iſido. lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 7. & ſeq. Raban. lib. 1. cap. 6. & ſeq. Aquiſgran. cap. 6. & ſequent. Arator lib. 1. in Acta. c. 13.
k Damaſus epiſtola 4. Iſido. lib. 2. de offic. eccl. cap. 7. Hieron. contra Luciferianos cap. 4. Leo epiſt. 88. ad epiſcop. Galliæ & Germaniæ. Concil. Hiſpal. 2. cap. 7. Epiphan. hæreſ. 75. Aerianor.

F. Verùm præſentis inſtituti non eſt, quæ ſingulis Ordinibus functiones & leges præſcriptæ ſint, enucleare. Illud ſanè conſtat, magno in precio cunctos Ordines habendos, ac ſedulò retinendos eſſe. Firmum enim teſtimonium illi præbet ſacra Traditionis Apoſtolicæ, [l] Eccleſiaſticæque obſeruationis diſciplina, quæ ad nos vſque tranſmiſſa perdurat.

l Ambroſ. in cap. 4. epiſt. ad Epheſ.

TESTIMONIA.

Acolytus quomodò ordinatur.

1. A. CONCILIVM Cathaginenſe quartum, cui beatus Auguſtinus interfuit, canone ſexto: Acolytus quum ordinatur, ab Epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti.

Exorciſta quomodò ordinatur.

2. ET canone ſeptimo: Exorciſta quum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellũ, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum ſiue catechumenum.

Lector.

3. CANON octauus ſic habet: Lector quum ordinatur, faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem ac vitam atque ingenium. Poſt hæc ſpectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto lector verbi Dei, habiturus ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei miniſtrauerunt.

Oſtiarij Ordinatio.

4. CANON nonus: Oſtiarius quum ordinatur, poſtquàm ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi, tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altario, dicens: Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur.

5. LAODICENVM Concilium canone vigeſimoquarto: Quòd non oportet ſacratum à presbytero vſque ad Diaconum, & deinceps quemlibet Eccleſiaſtici ordinis vſque ad miniſtros, vel lectores, vel cantores, vel exorciſtas, vel oſtiarios, vel exercitatorum ordinis in cauponam ingredi.

Lectores, Exorciſtæ, Oſtiarij.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimatertia, capite & canone ſecundo, vt ſuprà, quæſtione prima, A. teſtimonio nono.

Ordines Minores tempore Ignatij.

7. IGNATIVS in epiſtola ad Antiochenſes: Saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Oſtiarios, Laborantes, Exorciſtas, atque Confeſſores.

Cleri diſtinctio, Dionyſij ætate.

8. DIONYSIVS Areopagita libro Eccleſiaſticæ hierarchiæ, capite tertio: Porrò miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi foribus adſtant, alij proprij aliquid muneris agunt. Qui verò ipſius Ordinis præcipui ſunt, vnà cum ſacerdotibus ſanctum panem & benedictionis calicem ſacroſanctis altaribus imponunt, cùm antè præceſſerit ab omni clero vniuerſalis laus atque Confeſſio.

Eccleſiæ Romanæ presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & minorum ordinum clerici temporè Cornelij & Cypriani.

9. CORNELIVS Pontifex & Martyr in epiſtola ad Fabium Antiochenum Epiſcopum, teſte Euſebio libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimoquinto: Iſtum igitur lepidum Euangelij patronum, Nouatum, omninò præterijt, ſcilicet vnum ſolùm Epiſcopum oportere eſſe in hac Eccleſia catholica: in qua tamen non ignorabat (quo modo enim poterat?) Presbyteros eſſe quadragintaſex, Diaconos ſeptem, Subdiaconos ſeptem, Acolytos quadragintaduos, Exorciſtas & Lectores vnà cum Oſtiarijs quinquagintaduos, viduas & alios morbo atque egeſtate afflictatos mille & quingentos: quos omnes Domini gratia & benignitas abundè ſuſtentat.

10. LVCAE nono: Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſta-

Digitized by Google

tem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et miſit illos prędicare regnum Dei, & ſanare infirmos.

11. ET capite decimo: Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuagintaduos: Et miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus.

12. BEDA in caput decimum Lucæ: Sicut duodecim Apoſtolos formam Epiſcoporum exhibere ſimul & pręmonſtrare nemo eſt qui dubitet, ſic & hos ſeptuagintaduos figuram presbyterorum, id eſt, ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt. Tametſi primis Eccleſiæ temporibus, vt Apoſtolica ſcriptura teſtis eſt, vtrique presbyteri, vtrique vocabantur Epiſcopi. Quorum vnum ſapientiæ maturitatem, alterum induſtriam curæ paſtoralis ſignificat.

Epiſcopi locū tenēt Apoſtolorum & Presbyteri 72. diſcipulorum.

13. CLEMENS Pontifex & Martyr epiſtola prima ad fratrem Domini: Epiſcopos vicē Apoſtolorum gerere, S. Petrus Dominum docuiſſe dicebat, reliquorum diſcipulorum vicem tenere presbyteros debere inſinuabat.

Chriſtus teſte D. Petro idem docuit.

14. ANACLETVS Pontifex & Martyr epiſtola ſecunda ad vniuerſos Epiſcopos Italiæ, capite ſecundo: In nouo teſtamento, poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum: Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam: & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergò ligandi atque ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populum virtute ſuę prædicationis adduxit. Cęteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe voluērunt. Qui etiam, iubente Domino, in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt: Ipſis quoque decedentibus, in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, quorum ordinatio prætacto fieri debet ordine & modo: quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem eos ſpernit, eum à quo miſſi ſunt, & cuius funguntur legatione, ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogauerunt Dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam. Indè electi ſunt ab eis ſeptuagintaduo diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in Eccleſia.

Matth. 16.
Matth. 10.
Marci vltimo
Epiſcopi apoſtolis ſucceſſêre.
Luc. 10.
Matth. 9.
Luc. 10.
Septuagintaduorū diſcipulorum locum tenent presbyteri.

15. IDEM epiſtola tertia ad omnes Epiſcopos & Sacerdotes, capite primo: Sacerdotum ordo bipartitus eſt, & ſicut Dominus illum conſtituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos & conſtitutos, & poſteà per diuerſas prouincias ad prędicandum diſperſos. Cùm verò meſſis cœpiſſet creſcere, videns paucos eſſe operarios, ad eorum adiumentum ſeptuagintaduos eligi præcepit diſcipulos. Epiſcopi verò, Domini Apoſtolorum: Presbyteri quoquè, ſeptuagintaduorum diſcipulorum locum tenent.

Bipartitus ordo Sacerdotum.
Luc. 10.

1. B. HIERONYMVS in epiſtola quinquageſimaquarta ad Marcellā aduerſùs Montanum: Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent: apud eos Epiſcopus tertius eſt.

Apoſtolorum locū Epiſcopi tenent.
Lib. 4. epi. 9.

2. CYPRIANVS epiſtola ſexageſimanona ad Florentium ſeu Puppianum: Chriſtus dicit ad Apoſtolos, ac per hoc ad omnes præpoſitos, qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui vos audit, me audit &c. Indè enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur, dum Epiſcopus qui vnus eſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur &c.

Luc. 10.
Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt Epiſcopi.

3. ITEM epiſtola ſexageſimaquinta ad Rogatianum: Meminiſſe Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit: poſſunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt.

Lib. 3. epiſt. 9.
Epiſcopi in Apoſtolis electi.
Actor. 6.

4. IGNATIVS in epiſtola ad Philadelphienſes: Principes ſubditi eſtote Cæſari, milites principibus, Diaconi presbyteris, vt ſacrorum adminiſtratoribus. Presbyteri verò & diaconi, atque omnis clerus ſimul cum omni populo, & militibus atque principibus, ſed & Cæſares, obediant Epiſcopo. Epiſcopus verò Chriſto, ſicut Patri Chriſtus: & ità vnitas per omnia ſeruatur.

Epiſcopo omnes obediant.

5. AVGVSTINVS in pſalmum quadrageſimumquartum: Quid eſt, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli; pro apoſtolis filij nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodiè enim Epiſcopi qui ſunt per totum mundum, vndè nati ſunt? Ipſa Eccleſia patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum. Non ergò te putes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es: De prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus nati ſunt tibi filij.

Pro Apoſtolis cōſtituti ſunt Epiſcopi.
Pſal. 44.

6. ACTORVM vigeſimo: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritusſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

7. PRIORIS epiſtolæ Petri quinto: Seniores ergò qui in vobis ſunt, obſecro &c. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundùm Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo: & cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

8. AD Hebręos decimotertio: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

9. AD Titum primo: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.

10. ACTORVM decimoquarto: Et cùm conſtituiſſent illis (Paulus & Barnabas) per ſingulas Eccleſias presbyteros, & oràſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino.

1. C. LVCAE decimo, vt ſuprà hac eadem quęſtione, A. teſtimonio octauo.

2. LEO epiſtola octogeſimaoctaua ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, enumeratis officijs Epiſcoporum: Hæc, inquit, omnia illicita ſunt Chorepiſcopis, qui ad exemplū & formā ſeptuaginta diſcipulorum eſſe noſcuntur, vel presbyteris qui eandem geſtant figuram: quoniā quanquàm conſecrationem habeant, pontificatus tamen apicem nō habent. Quæ omnia ſolis deberi ſummis pontificibus authoritate canonum præcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Pontificis demonſtretur.

Presbyteri formam habent 70. diſcipulorum.

3. INNOCENTIVS tertius libro primo de myſterio altaris ſiue de myſterijs Euāgelicæ legis ac ſacramēti Euchariſtię, capite ſexto: In nouo teſtamento Chriſtus ipſe maiores & minores ſacerdotes inſtituit, ſcilicet duodecim Apoſtolos, & ſeptuagintaduos diſcipulos, quos præmittebat binos in omnē ciuitatem & locū quò erat ipſe venturus. Sicut enim Pōtifices ſummos Moyſes regendis populis in lege præfecit, ſed ad eorū ſocietatis & operis adiutorium, ſequentis ordinis viros & ſecūdę dignitatis elegit. (Nam in Eleazaro & Ithamar filijs Aaron paternæ transfudit plenitudinis abundantiam, vt ad hoſtias ſalutares & frequentioris officij ſacramenta, miniſterium ſufficeret

Maiorum & minorum ſacerdotum inſtitutio.
Exo. 28. & 29.

Digitized by Google

(Num.11.) ficeret ſacerdotum. Et in eremo per ſeptuaginta virorum prudentium mentes Moyſi ſpiritũ propagauit. Quibus ille vſus in populo, innumerabiles multitudines facilè gubernaret) Sic & Chriſtus Apoſtolis ſuis diſcipulos addidit, quibus illi ſuis prædicationibus totum orbẽ impleuerunt. Apoſtolorum itaque vices, maiores obtinent ſacerdotes, id eſt, Epiſcopi: Diſcipulorum verò, minores, id eſt, Presbyteri.

4. AD Hebræos quinto: Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

5. ET octauo capite: Omnis Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur.

6. MATTHAEI nono, 7. ET Lucę decimo: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergò Dominum meſſis, vt emittat operarios in meſſem ſuam.

1. D. CONCILIVM Carthaginenſe quartum, canone ſexto & ſequentibus, vt ſuprà, hac quæſtione, A. teſtimonio primo.

2. ISIDORVS Hiſpalenſis libro ſecundo de (Lectores.) Officijs Eccleſiaſticis, capite vndecimo: Lectorum Ordo formam & initiũ à Prophetis accepit. Sunt lectores qui verbum Dei prædicant, quibus dici- (Eſa.58.) tur: Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Iſti quippe dum ordinantur, primùm de eorum conuerſatione Epiſcopus verbum facit ad populum. Deniquè coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorum ad Dei verbum annunciandum. Qui autem ad huiuſmodi promouetur gradum, iſte erit doctrina & libris imbutus, ſenſuúmque ac verborum ſcientia ornatus, ità vt in diſtinctionibus ſententiarum intelligat vbi finiatur iunctura, vbi adhuc pendeat oratio, vbi ſententia extrema claudatur &c.

(Exorciſtæ.) 3. IBIDEM capite decimotertio: In primo ordine & miniſterio Eccleſiæ eſſe Exorciſtas ſecundùm officia, quæ in templo Salomonis erant diſ- (1. Eſdræ 2.) poſita, quæq; poſteriùs ſunt ab Eſdra diſpartita, inuenimus: eoſq; quos Eſdras actores memorat templi, nunc eſſe Exorciſtas in Eccleſia Dei &c. Hi (4. Carth. c. 7.) cùm ordinantur, ſicut ait Canon, accipiũt de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, accipientes poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos ſiue catechumenos,

(Oſtiarij.) 4. ITEM capite decimoquarto: Oſtiarij ſunt, qui in veteri teſtamento ianitores templi vocabantur, qui præerant portis templi Hieruſalem, quiq; ordinati per vices ſuas omnia interiora (1. Paral. 23. & 2. Par. 8. & 23.) templi vel exteriora cuſtodiebãt. Hi deniq; inter ſanctum & iniquum diſcernentes, eos tantùm in eccleſia, qui ſunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum niſi per eos non poſſumus: habent enim in poteſtate tam bonos recipiendi, quàm reijciendi indignos.

5. IDEM libro ſeptimo Etymologiarum, ca- (Acolyti.) pite duodecimo: Acolyti Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum eſt Euangelium aut ſacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum ſol eo tempore rutilet, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis, illa lux (Ioan.1.) oſtendatur, de qua in Euangelio legitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

6. RABANVS Maurus Archiepiſcopus Moguntinus libro primo de inſtitutione Clericorũ, (Acolyti.) capite nono: ἀκόλυθοι Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur à deportandis cereis &c, vt Iſidorus: Quo- (Leuit.24.) rum typum præferebant illi, qui Domini mandato in tabernaculo lucernas quotidiè accendebant ſuper candelabrum poſitas.

(Exorciſtæ.) 7. IDEM capite decimo: ἐξορκισταί, ex Græco in Latinum, Adiurantes ſeu increpantes vocantur. Inuocant ſuper Catechumenos, vel ſuper eos qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini IESV, adiurantes per eum vt egrediatur ab eis. Refert Ioſephus regem Salomonem excogitâſſe, (Lib. 8. antiquit. Iudaic. cap. 2.) ſuamq; gentem docuiſſe modos exorciſmi, id eſt, adiurationis, quibus immundi ſpiritus expulſi ab homine, vlteriùs reuerti non ſunt auſi. Teſtatur & de eis liber Actus Apoſtolorum, ità dicens: Tentauerunt autem quidam & de circumeunti- (Actor.19.) bus Iudæis exorciſtis inuocare nomen Domini IESV, & cætera, vt Iſidorus.

8. ITEM capite vndecimo: Lectores à legendo, Pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati. Illi prædicant populis quid ſequantur: iſti canunt, vt excitent ad compunctiones animos audientium. Et paulò pòſt: Lectorum ordo formam & initium (Lectores.) à Prophetis ſumpſit. Sunt ergò lectores qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur: Clama, nè (Eſaiæ 58.) ceſſes, &c. vt Iſidorus.

9. ET capite duodecimo: Oſtiarij ſunt, qui & (Oſtiarij.) æditui & Ianitores in lege dicebantur. Hi apud (2. Paral. 8.) Hebræos in Veteri Teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi, quique ordinati per vices ſuas omnia interiora templi vel exteriora cuſtodiebant, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem Oſtiarij, quòd præſint oſtijs templi: ipſi enim tenentes clauem, omnia intùs ex vtraque parte cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, reſpuunt infideles.

10. CONCILIVM Aquiſgranenſe primum ſub Ludouico Pio, capite ſecundo: Oſtiarij ſunt, &c. vt Iſidorus capite decimoquarto, vt ſuprà hac quæſtione, D. teſtim. quarto. CAPITE tertio: Lectorum ordo, &c. vt Iſidorus capite vndecimo. CAPITE quarto: de Exorciſtis, vt Iſidorus capite decimotertio. CAPITE quinto: Acolyti Græcè, vt Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarum, capite duodecimo, vt ſuprà D. teſtimonio quinto.

11. CONCILIVM Romanum ſub Syluestro, capite primo: Syluester Epiſcopus Vrbis Romæ, congregans fratres compresbyteros & Coëpiſcopos vel Diaconos ſuos ciues Romanos, collegit in gremio ſedis ſuæ ducentos octogintaquatuor Epiſcopos, quibus Auguſtus Conſtantinus vehicula & annonas præſtari pręcepit, & alij quinquagintaſeptem Epiſcopi partis Rinocoruris, quorum chirographus in eorum concilio declaratur, centum quadragintaduo Presbyteri Vrbis (Presbyteri, Diacõi, Subdiaconi, Acolyti, Exorciſtę, Lectores.) Romæ, & diacones ſex, Subdiacones ſex, Acolyti eius concilio facti quadragintaquinque, Exorciſtæ vigintiduo, Lectores vrbis Romæ nonaginta, quorum præſentes parentes audiebant. Notarij Eccleſiæ quatuordecim, qui geſta diuerſorum martyrum ſuſcipientes, * ordinatè narrabant. (* vel, ordine renarrabant.)

12. CAPITE tertio: Poſteà autem fecit gradus in medio ſynodi, vt non Presbyter aduersùs Epiſcopum, non Diaconus aduersùs Presbyterum, non Subdiaconus aduersùs Diaconum, non Acolytus aduersùs Subdiaconum, non Exorciſta aduersùs Acolytum, non Lector aduersùs Exorci- (Oſtiarius reliquis annumeratur.) ſtam, non Oſtiarius aduersùs Lectorem, non Laicus det accuſationem aliquam. Et paulò pòſt: Subdiaconus, Acolytus, Exorciſta, Lector, niſi &c.

13. DEINDE capite ſeptimo: Ità tamen Syluester clara voce dicebat ad coëpiſcopos, vt à (Diaconus Cardinalis vrbis Romæ. Subdiaconi, Acolyti, Exorciſtæ, Lectores,) Subdiacono vſque ad Lectorem, omnes ſubditi eſſent Diacono Cardinali vrbis Romæ, in Eccleſia repræſentantes tantùm: Pontifici verò Presbyteri, Diaconi, Subdiacones, Acolyti, Exorciſtas Lectori in omni loco repræſentantes obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio Eccleſiæ tantùm Pontifici.

14. CA-

Lector, Oſtiarius, Acolytus.

14. CAPITE nono: Nullus Lector vel Oſtiarius vaſa ſacrata contingeret, nullus acolytus rem ſacratam à presbytero iam alio porrigeret, niſi tantùm ſupportaret, quod ei ſacerdos imponeret ſuo ore benedictum.

Presbyteri ordinatio quomodò fiebat ætate Auguſtini.

1. E. CONCILIVM quartum Carthaginenſe canone tertio: Presbyter quum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant.

Diaconus quomodo ordinatur.

2. QVARTO: Diaconus quum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat: quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Subdiaconus

3. QVINTO: Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de Epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò Archidiaconi, vrceolum cum aqua & mantile & manutergium.

Presbyterorũ ordo & officium.

4. ISIDORVS libro ſecundo de Officijs eccleſiaſticis, capite ſeptimo: Presbyterorum Ordo exordium ſumpſit à filijs Aaron, vt dictum eſt: qui enim ſacerdotes vocabantur in veteri teſtamento, hi ſunt qui nunc appellantur presbyteri: & qui nuncupabantur principes ſacerdotũ, nunc Epiſcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur ſeniores, quia ſeniores ætate, Græci presbyteros vocant. His enim ſicut Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt. Præſunt enim Eccleſijs Chriſti, & in confectione diuina corporis & ſanguinis, conſortes cum Epiſcopis ſunt, ſimiliter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi. Sed ſola propter authoritatem ſummo Sacerdoti Clericorum Ordinatio & Conſecratio reſeruata eſt, nè à multis Eccleſiæ diſciplina vendicata, concordiam ſolueret, ſcandala generaret. Nam Paulus Apoſtolus eoſdem presbyteros vt verè Sacerdotes, ſub nomine Epiſcoporũ ità aſſeuérat, loquens ad Titum: Huius rei (inquit) gratia relíqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, quemadmodùm ego tibi diſpoſui. Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. Qua ſententia oſtendit presbyterum etiam ſub Epiſcopi nomine taxari. Vndè & ad Timotheum de ordinatione Epiſcopi & Diaconi ſcribens, de presbyteris omninò tacuit, quia eos in Epiſcopi nomine comprehendit. Secundus enim & penè coniũctus gradus eſt, ſicut ad Philippenſes epiſcopis & Diaconibus ſcribit, cùm vna ciuitas plures Epiſcopos habere non poſſit. Et in Actibus Apoſtolorum presbyteros Eccleſiæ, Hieroſolymam iturus, congregauit, quibus inter cætera: Videte, inquit, gregem, in quo vos ſpiritus ſanctus Epiſcopos ordinauit. Vndè etiam tales in Eccleſia presbyteros conſtituendos eſſe ſicut Epiſcopos, & Apoſtolus ad Titum loquitur, & canones ipſi teſtantur. Presbyteros autem merito & ſapientia dicit, non ætate. Nam & Moyſi præcepit Deus, vt eligat presbyteros. Vndè & in Prouerbijs dicitur: Gloria ſenum canicies. Quæ eſt hæc canicies? haud dubiè quin Sapientia, de qua ſcriptum eſt: Canicies hominum prudentia eſt. Cúmque nongentos & ampliùs annos ab Adam vſque ad Abraham vixiſſe homines legerimus, nullus alius primus appellatus eſt presbyter, id eſt, ſenior, niſi Abraham: qui multo paucioribus annis vixiſſe conuincitur. Non ergò propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur. Quod ſi ità eſt, miror cur inſipientes conſtituantur.

Quomodò cũ Epiſcopis cõueniant, & quomodò ab ijs differant. — Tit. 1. — 1. Tim. 3. — Philip. 1. — Actor. 20. — Presbyteri vocabulum. — Num. 11. — Prouer. 20. — Sapien. 4.

Ordo Diaconorum. — Num. 3. & 8.

5. ET capite octauo: Diaconorum ordo à Leui tribu accepit exordium. Præcepit enim Dominus Moyſi, vt poſt ordinationem Aaron ſacerdotis, & filiorum eius, rursùs Leui tribus in diuini cultus miniſterijs ordinarentur & conſecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, & ſeruirẽt pro Iſrael coram Aaron & filijs eius in tabernaculo Domini, excubantes in templo die ac nocte, ipſíque geſtarent arcam & tabernaculum & omnia vaſa eius, & in circuitu tabernaculi caſtra ipſi conſtituerent, & in promouendo tabernaculo ipſi deponerent, rursùs ipſi componerent. A vigintiquinque annis & ſupra, in tabernaculo ſeruire mandatum eſt: quam regulam conſtituerunt ſancti Patres & in nouo teſtamento. In Euangelio autem primordia eorum in Actibus Apoſtolorum ità leguntur: Conuocãtes autem duodecim Apoſtoli multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non placet, nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, &c. Ex hinc iam decreuerunt Apoſtoli, vel ſucceſſores Apoſtolorum, vt per omnes Eccleſias ſeptem Diaconi, qui ſublimiore gradu eſſent cæteris, circa aram Chriſti, quaſi columbæ altaris aſſiſterent, & non ſine aliquo ſeptenarij numeri myſterio. Hi ſunt enim, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli tubis canentes: hi ſunt ſeptem candelabra aurea: hi voces tonitruorum. Ipſi enim clara voce in modum præconis admonent cunctos, ſiue in orando, ſiue in flectendo genua, ſiue in pſallendo, ſiue in lectionibus audiendis: ipſi etiam, vt aures habeamus ad Dominum, clamant: ipſi quoquè euãgelizant: ſine ipſis Sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam ſicut in Sacerdote conſecratio, ità in miniſtro diſpenſatio Sacramenti eſt: illi orare, huic pſallere mandatur: ille oblata ſanctificat, hic ſanctificata diſpenſat. Ipſis etiam Sacerdotibus propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem, niſi eis traditus ſit à Diacono. Leuitæ inferunt oblationes in altaria, Leuitæ componunt menſam Domini, Leuitæ operiunt arcam teſtamenti. Non enim omnes vident alta myſteriorum, quæ operiuntur à Leuitis, nè videant qui videre non debent, & ſumant qui ſeruare non poſſunt: quíſque propterea altari albis induti aſſiſtunt, vt cæleſtem vitam habeant, candidíque ad hoſtias immaculati accedant, mundi ſcilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere miniſtros, qui nullo carnis corrumpantur contagio, ſed potiùs eminentia caſtitatis ſplendeant. Quales enim Diaconi ordinentur, Apoſtolus Paulus pleniſſimè ſcribit ad Timotheum. Nam cùm præmiſiſſet de Sacerdotum electione, continuò ſubiunxit: Diaconi ſimiliter irrepræhenſibiles, hoc eſt, ſine macula, ſicut Epiſcopi, pudici vtiquè, id eſt, à libidine continentes: non bilingues, ſcilicet, nè conturbent habentes pacem: non multo vino dediti, quia vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor: non turpe lucrum ſectantes, nè de cæleſti miniſterio lucra terrena ſectentur. Eſt quoquè turpis lucri appetitio, plùs quàm de æternis, de præſentibus cogitare. Poſt hæc autem ſubiecit: Hi autem probẽtur primùm, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Hi vtiquè ſicut Epiſcopi ante ordinationem probari debent, ſi digni ſunt, & ſic miniſtrare.

Cõcil. 3. Arel. can. 1. — Actor. 6. — Diaconi altari aſſiſtunt. — Apoc. 1. & 8. — Officia reliqua Diaconi. — Habitus indicat quales eſſe debeant, caſti ſcilicet &c. — 1. Tim. 3.

Subdiaconi & eorum officium. — 1. Eſd. 8. — Ioan. 1. — Continentia ſubdiaconorum.

6. CAPITE decimo: Subdiaconi, qui apud Græcos Hypodiaconi vocantur, in Eſdra inueniuntur, appellantúrque ibi Nathinnæi, id eſt, in humilitate Deo ſeruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in Euangelio Ioannis diuina proditione cõmonitus, Saluatorem meruit confiteri: quia etiam ad primum diuinitatis indicium fidelis enituit, proteſtante Domino ac dicẽte: Eccè verè Iſraẽlita, in quo dolus non eſt. Deniquè iſti oblationes in templo Domini ſuſcipiunt à populis, iſti obediũt officijs Leuitarũ, iſti quoque vaſa corporis & ſanguinis Chriſti, Diaconibus ad altarium offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, vt quia ſacra myſteria contrectant, caſti ſint, & continentes ab vxoribus, & ab omni carnali

immun-

Digitized by Google

immunditia ſint liberi, iuxta quod illis, Propheta dicente, iubetur: Mundamini qui fertis vaſa Domini. Hi igitur cùm ordinantur, ſicut Sacerdotes & Leuitæ, manus impoſitionem non ſuſcipiunt, ſed patenam tantùm & calicem de manu Epiſcopi, & ab Archidiacono ſcyphum aquæ cum aquamanili & manutergium accipiunt.

Eſa.52. 4.Carthag. can.5.

7. RABANVS capite ſexto libri primi de inſtitutione Clericorum: Presbyterorum ordo exordium ſumpſit à filijs Aaron &c. vt ſuprà Iſidorus hac quæſtione, E. teſtimonio quinto.

8. ET capite ſeptimo: Leuitæ ex nomine authoris vocati, de nomine Leui Leuitæ exorti ſunt, à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti myſteria explebantur. Præcepit enim Dominus &c. vt Iſidorus ibidèm teſtimonio quinto.

9. CAPITE octauo: Hypodiacones Græcè, quos nos Subdiacones dicimus, qui ideò ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis & officijs Leuitarum: Oblationes in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſupponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos Nathinnęi vocantur, vt liber Paralipomenon & Eſdræ teſtatur: quod interpretatur, in humilitate Domino ſeruientes &c. vt Iſidorus ibidèm teſtimonio ſexto.

Exod.29.

10. CONCILIVM Aquiſgranenſe capite ſexto: Subdiaconi, qui apud Græcos Hypodiaconi vocatur, vt paulò antè Iſidorus. Capite ſeptimo: Diaconorũ ordo à tribu Leui accepit exordium, vt ſuprà Iſidorus. Capite octauo: Presbyterorum ordo exordium ſumpſit, vt idem ſuprà.

11. ARATOR libro primo in Acta Apoſtolorum, capite decimotertio:

Apoſtoli miniſtros altaris ordinauerunt. Actor.6. Diaconi ſanguinem agni porrigunt.

Iura miniſterij, ſacris altaribus apti,
In ſeptem ſecuêre viros, quos vndiquè lectos
Leuitas vocitare placet: quàm ſplẽdida cœpit
Eccleſiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat, & latices cum ſanguine porrigat agni.
Huic numero delatus honor, ſublimia ſecum
Sacramenta gerit, per quæ nunc longiùs ire
Non patitur menſura viæ, nè plura locutus,
Inueniar dixiſſe minus, ſit cura miniſtris
Officium librare ſuum, quo laudis amictu
Hũc deceat lucere chorũ, quem myſticus ordo
Cõſecrat in numero, cui dant cæleſtia formã.

12. DAMASVS Pontifex epiſtola quarta de Chorepiſcopis, vbi cùm dixiſſet Chorepiſcopos ſeptuaginta diſcipulorum vice fungi, ità poſtmodùm ſubiungit: Quòd verò eis non liceat ſacerdotes conſecrare, nec Diaconos aut Subdiacones, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut ſacrare, nec Eccleſias dedicare, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare; nec publicè quidem in Miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epiſtolas mittere, nec populũ benedicere, nec ante epiſcopum in baptiſterio aut in ſacrario introire, nec pręſente Epiſcopo infantem tingere aut ſignare, nec pœnitentem ſine præceptione Epiſcopi ſui reconciliare, necnon præſente, niſi illo iubente, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo coràm poſito populum docere aut ſaluare, nec plebem exhortari: quæ omnia ſolis pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus quàm ex alijs patrum conſtitutis, aut ſacris canonibus edocti eſtis.

Epiſcoporũ officia alijs ſacerdotibus non communia.

13. ISIDORVS libro ſecundo de Officijs Eccleſiaſticis, capite ſeptimo: Presbyteris ſicut Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt. Præſunt enim Eccleſijs Chriſti, & in confectione diuina corporis & ſanguinis conſortes cum Epiſcopis ſunt: ſimiliter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi, &c. vt ſuprà, E. teſtimonio quarto.

14. HIERONYMVS in dialogo aduersùs Luciferianos, vt ſuprà de Confirmatione, quæſtione ſecunda, B. teſtimonio primo.

15. LEO Magnus epiſtola octogeſimaoctaua ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, eadem habet quæ Damaſus, inter cætera ità ſcribens: Quanuis cum Epiſcopis plurima illis (Chorepiſcopis & presbyteris) miniſteriorum communis ſit diſpenſatio, quædam tamen authoritate veteris legis, quędam nouellis & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint, ſicut Presbyterorum & Diaconorum aut Virginum conſecratio, ſicut conſtitutio altaris, ac benedictio vel vnctio, &c.

16. CONCILIVM Hiſpalenſe ſecundum canone ſeptimo, de Chorepiſcopis & presbyteris agens: Quanuis cum Epiſcopis plurima illis &c. vt Leo Pontifex.

17. EPIPHANIVS hęreſi ſeptuageſimaquinta contra Aërium, hæreſim eiuſdem exponens: Erat autem ipſi ſermo furioſus magis quàm humanæ conditionis, & dicebat: Quid eſt Epiſcopus ad presbyterum? nihil differt hic ab illo: vnus enim eſt ordo, & vnus (inquit) honor & vna dignitas. Imponit manus Epiſcopus, ità etiam presbyter. Lauacrum dat Epiſcopus, ſimilitet & presbyter: diſpenſationem cultus diuini facit Epiſcopus, & presbyter ſimiliter. Paulopòſt confutans, ità ait: Dicere, ipſum epiſcopum & presbyterum æqualem eſſe, quomodò erit poſſibile? Epiſcoporum enim ordo patrum generator eſt: Patres enim generat eccleſiæ: Presbyterorum verò non potens generare patres, per lauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ, non tamen patres aut Doctores. Et quomodò poſſibile erat, presbyterum conſtituere non habentem manuum impoſitionem ad eligẽdum, aut dicere ipſum æqualem eſſe Epiſcopo? Decepit autem prædictum Aërium nugacitas ipſius & æmulatio. Profert autem ad errorem ſuum & eorum qui ipſum audiunt, quòd Apoſtolus ſcribit presbyteris & Diaconis, & non ſcribit Epiſcopis. Et ad Epiſcopum dicit: Nè neglexeris donum quod in te eſt, quod accepiſti per manus presbyterij. Et rursùs in alio loco Epiſcopis & Diaconis ſcribit. Quare eſt, inquit, idem Epiſcopus & Presbyter. Et non nouit ille qui conſequentiæ veritatis ignarus eſt, & hiſtorias profundiſſimas non legit, quòd cùm recens eſſet prædicatio, ſanctus Apoſtolus pro re nata, velut habebat, ſcripſit. Vbi enim Epiſcopi erant iam conſtituti, ſcripſit Epiſcopis & Diaconis. Non enim omnia ſtatim potuerunt Apoſtoli conſtituere: Presbyteris enim opùs erat & Diaconis. per hos enim duos Eccleſiaſtica compleri poſſunt. Vbi verò non inuentus eſt quis dignus epiſcopatu, permanſit locus ſine Epiſcopo. Vbi autem opùs fuit, & erant digni Epiſcopatu, conſtituti ſunt Epiſcopi. Quum autem multitudo non eſſet, non inuenti ſunt inter ipſos qui presbyteri conſtituerentur, & contenti fuerũt ſolo Epiſcopo in loco conſtituto. Verùm ſine Diacono impoſſibile eſt eſſe Epiſcopum. Et curam adhibuit ſanctus Apoſtolus, vt Diaconi eſſent Epiſcopo propter miniſterium. Sic Eccleſia accepit complementa diſpenſationis, ſic illo tempore erant loci. Nam ſingulæ res non ab initio omnia habuerunt, ſed progreſſu temporis ea quæ ad neceſſariorum perfectionem requiruntur, parabantur, &c.

Presbyterum ab Epiſcopo non diſtingui, hæreſis eſt Aërij. Confutatio huius erroris. Argumenta Aërij refutantur. 1.Tim.4. Philip.1. Nota.

F. AMBROSIVS in caput quartum epiſtolæ ad Epheſios, in ea verba: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos &c. Apoſtoli, epiſcopi ſunt. Prophetæ verò, explanatores ſunt ſcripturarum, quanuis inter ipſa primodia fuerint Prophetæ, ſicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, ſicut continetur in Actis Apoſtolorum, ſed propter rudimenta fidei commendanda: Nunc autem interpretes Prophetæ dicuntur. Euangeliſtę, Diaconi ſunt, ſicut fuit Philippus. Nam quanuis non ſint ſacerdotes, euangelizare tamen poſſunt ſine cathedra, quemadmodùm & Stephanus & Philippus memoratus. Paſtores poſſunt eſſe

Accõmodat locum Pauli ad miniſtros diuerſorum ordinum. Actor.21. Acto.6.& 8. Actor.7.

Lectores,

Digitized by Google

Lectores, qui lectione ſaginent populum audientem: quia non in pane tantùm viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Magiſtri verò Exorciſtæ ſunt, quia in Eccleſia ipſi compeſcunt & verberant inquietos: ſiue ij qui lectionibus imbuendos infantes ſolebant imbuere, ſicut mos Iudæorum eſt, quorum traditio ad nos tranſitum fecit, quæ per negligentiam obſoleuit. Inter iſtos poſt epiſcopum plus eſſe intelligitur, qui propter reſeratum occultum ſcripturarum ſenſum prophetare dicitur, præſertim quia futuræ ſpei verba depromit. Qui ordo nunc poteſt eſſe presbyteri. Nam in Epiſcopo omnes ordines ſunt: quia primus ſacerdos eſt, hoc eſt, princeps eſt Sacerdotum, & Propheta & Euangeliſta, & cætera adimplenda officia Eccleſiæ in miniſterio fidelium. Tamen poſtquàm omnibus locis Eccleſię ſunt conſtitutę, & officia ordinata: aliter compoſita res eſt, quàm cœperat. Primũ enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuſcunque diebus vel temporibus fuiſſet occaſio. Nec enim Philippus tempus quæſiuit aut diem quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interpoſuit. Neque Paulus & Silas tempus diſtulerunt, quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quæſiuit quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit, nec ipſe, ſed iuſſit fratribus qui cum illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter ſeptem diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergò creſceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt, & euangelizare, & baptizare, & ſcripturas in Eccleſia explanare. At vbi autem omnia loca circumplexa eſt Eccleſia, conuenticula conſtituta ſunt, & rectores, & cætera officia in Eccleſijs ſunt ordinata, vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, præſumere officium, quod ſciret non ſibi creditum vel conceſſum: & cœpit alio ordine & prouidentia gubernari Eccleſia: quia ſi omnes eadem poſſent, irrationabile eſſet, & vulgaris res & viliſſima videretur. Hinc ergò eſt, vndè nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque Clerici vel Laici baptizant, neque quocunque die credentes tinguntur, niſi ægri. Ideò non per omnia conueniunt ſcripta Apoſtoli, ordinationi quæ nunc in Eccleſia eſt, quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta.

Margin: Matth 4. — Differentia naſcentis & iam propagatæ Eccleſiæ. — Actor. 8. — Actor. 16. — Actor. 10. — Nota.

V.

Quomodò veteres Patres de hoc Sacramento ſcribunt?

A. De hoc Auguſtinus Doctor verè Catholicus, ſuam & Eccleſiæ ſententiam [a] his verbis manifeſtè declarat: Quòd inſufflâſſe in diſcipulos Dominus legitur poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe, [b] *Accipite Spiritũ ſanctum*, Eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe. Quia enim omnia in Traditione Dominica per Spiritum ſanctum aguntur, idcircò cùm regula eis & forma traditur huius diſciplinæ, dicitur eis: *Accipite Spiritum ſanctum.* Et quia verè ad ius Eccleſiaſticum pertinet, ſtatìm ſubiecit, dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiſeritis, remittentur ei. Inſpiratio ergò hæc, gratia quædam eſt, quæ per traditionem infunditur Ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vndè Apoſtolus dicit ad Timotheum: [c] *Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyteri.* Semel ergò fieri oportuit, vt de cætero Traditio iſta non ſine dono Spiritus ſancti eſſe crederetur. Hucuſquè Auguſtinus.

a Lib. quæſt. veteris & noui Teſtamenti, quæſt. 93. Vide & lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, cap. 13.
b Ioan. 20. f
c 1. Tim. 4. d

B. Extant & Apoſtolorum Canones, in quibus hoc modo [d] ſtatuitur: Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur: Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur: ità Diaconus & reliqui Cleri. Tum [e] infrà: Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor ſacram Quadrageſimam non ieiunauerit, aut quartam feriam, aut paraſceuen, (hanc ſextam feriam nunc dicimus) Ordine mouetor, niſi fortè infirmitas corporis impediat.

d Can. 1. & 2.
e Cano. 61.
Vide inſignes canones diſtinctione 59. & ſequentib.

C. Caius [f] verò ante annos M.CCC. Pontifex & Martyr illuſtris, hos ipſos gradus & Ordines ſigillatìm recenſet, quum ait: Si quis Epiſcopus eſſe meruerit, primò Oſtiarius, deindè Lector, pòſt Exorciſta, deindè ſacretur Acolytus: dehinc verò Subdiaconus, Diaconus, & poſteà Presbyter: exindè, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

f in epiſt. ad Felicē. Vide & Damaſum in Pontificali de eod. Caio.

D. Laudat igitur [g] Cyprianus Cornelium Epiſcopum, ac bonis omnibus tum in Clero, tum in populo eundem laudabili prædicatione commendari ſcribit: quia non ad Epiſcopatum ſubitò peruénit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in diuinis adminiſtrationibus Dominum ſæpè promeritus, ad Sacerdotij ſublime faſtigium cunctis Religionis gradibus aſcendit: tum deindè Epiſcopatum ipſum nec poſtulauit, nec voluit, nec vi inuaſit: ſed quietus, modeſtus, caſtus, humilis, verecundus, demùm & coactus excepit.

g Epiſt. 52. Sozimus epiſt. 1. ad Heſychium.

E. Quos

Digitized by Google

E. Quos igitur Ordines vetus & Apoſtolica probauit Eccleſia, ſicut [h] Dionyſij, [i] Anacleti, [k] Ignatijque ſcripta declarant, quos ætas etiam omnis complexa poſterior, eos præſens Eccleſia non poteſt non conſeruare atque defendere.

h De Eccleſ. hierarch. c. 5. & ad Demophilum.
i Epiſtola 2.
k Ad Antiochenſes.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, quæſtione nonageſimatertia: Quòd inſufflâſſe in diſcipulos Dominus legitur, &c. vt in textu.

2. IDEM libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani, capite decimotertio, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio primo.

1. B. CANON primus Apoſtolorum: Epiſcopus à duobus &c. vt in textu.

2. CANON ſecundus: Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici.

3. CANON ſexageſimusoctauus: Si quis epiſcopus, aut presbyter, &c. vt in textu.

4. APVD Gratianum diſtinctione quinquageſimanona citatur VRBANVS Papa, qui ſtatuit vt ad ſacerdotale officium nullus, niſi per ſingulos gradus approbatus, accedat. Item GREGORIVS: Nè cuiuslibet meriti laicus ad ſummum ſacerdotium adſpiret. Prætereà CAELESTINVS primus epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Galliæ: Vt non adſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui Eccleſiaſticis diſciplinis non ſit imbutus.

Quò & qui ad Eccleſiaſticos Ordines promouendi.

5. ET diſtinctione ſexageſima adducitur Concilium Vrbani Papæ celebratum Aluerniæ: vbi ſtatuitur, vt Archipresbyter, vel Decanus, vel Diaconus, aut Archidiaconus non niſi qui Diaconus aut Presbyter ſit, ordinetur. Deindè citatur CALIXTVS Papa, à quo decretum eſt, vt nullus in Præpoſitum vel Archiepiſcopum, vel Archipresbyterum, vel Archidiaconum, niſi Presbyter vel Diaconus ordinetur. Vtrunque teſtimonio Innocentij ſecundi etiam confirmatur. Citatur & VRBANI Papę decretum, vt non eligatur in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus.

6. DISTINCTIONE ſexageſimaprima citatur Gregorius Magnus in epiſtola ad Brunichildem Reginam Francorum, quæ habetur libro ſeptimo, capite centeſimo decimotertio, quo declaratur, Sacerdotes ex laicis ſubitò non ordinandos. ITEM Hormiſda in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ: Quales debeant eſſe qui ordinantur, & quibus gubernacula Eccleſiæ committuntur. Citatur etiam INNOCENTIVS primus ex epiſtola duodecima ad Aurelium, vbi ſic ait: Miſerum eſt, eum fieri magiſtrum qui nunquàm fuit diſcipulus: eúmque ſummum ſacerdotem fieri, qui in nullo gradu vnquàm obſequutus fuerit ſacerdoti. Item LEO Magnus in epiſtola ad epiſcopos Aphricæ, vt ſuprà quæſtione tertia, C. teſtimonio primo. Item CONCILIVM Laodicenſe canone duodecimo, non eſſe eligendos ad epiſcopatum, niſi quos probabilis vita commendat. Prætereà CAELESTINVS primus epiſtola tertia, capite ſecundo, ad omnes orthodoxos: Rurſùs ex Leone, rudibus & imperitis gubernacula Eccleſiæ committenda non eſſe. Vide ibidèm plura.

7. DISTINCTIONE ſexageſimaſecunda & ſexageſimatertia agitur de electione Eccleſiaſticorum.

8. DISTINCTIONE verò ſexageſimaquarta, ſexageſimaquinta, & ſequentibus agitur de eorum ordinatione.

1. C. CAIVS Pontifex & Martyr in epiſtola ad Felicem Epiſcopum: De Epiſcoporũ verò & Presbyterorum, Diaconorumq́; & ſequentium clericorum ordinationibus, ſanctos Apoſtolos & ſucceſſores eorum, & præcipuè Anacletum & prætereà alios, ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus, & idcircò non eſt neceſsè, nunc replicari, niſi quod illi non ſtatuerunt. Illud tamen nos ſtatuentes, vobis & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines eccleſiaſticos ſic aſcendant in eccleſia, qui ordinari merentur, id eſt, ſi quis epiſcopus eſſe meretur, ſit primò Oſtiarius, deindè lector, &c. vt in textu.

2. DAMASVS in Pontificali: Caius conſtituit, vt omnes ordines in Eccleſia ſic aſcenderent: Si quis Epiſcopus fieri meretur, &c. vt in textu.

1. D. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſecunda ad Antonianum, vt in textu. Lib. 4. epi. 2.

2. SOZIMVS Pontifex epiſtola prima ad Heſychium epiſcopum Salonitanum: Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nupèr à nobis interdictum conſtat, nè quis penitùs contra patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquàm ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium adſpirare præſumeret: & non ſolùm in eo ambitio inefficax haberetur, verumetiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum. Et paulò pòſt: Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbię & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta patrũ, tecum Apoſtolicæ ſedis authoritas. Si enim officia ſecularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cæleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cùm tyro antè non fuerit: & priùs velit docere, quàm diſcere. Aſſueſcat in Domini caſtris, in Lectorum primitùs gradu diuini rudimenta ſeruitij: nec illi vile ſit, Exorciſtam, Acolytum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad Presbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Iure indè ſummi pontificis locum ſperare debebit. Et paulò pòſt: Hæc autem in ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora. Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter Lectores vſque ad viceſimum ætatis annum, continuata obſeruatione perduret: Si maior iam & grandæuus acceſſerit, ità tamen, vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter Lectores, ſiue inter Exorciſtas quinquennio teneatur: exindè Acolytus, vel Subdiaconus quatuor annis: & ſic ad benedictionem diaconatus (ſi meretur) accedat: in quo ordine quinque annis, ſi inculpâtè ſe geſſerit, hærere debebit. Exindè ſuffragantibus ſtipendijs per tot gradus datis propriæ fidei documẽtis, Presbyterij ſacerdotium poterit promereri. De quo loco (ſi eò illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum pontificatum ſperare debebit. Hac tamen lege ſeruata, vt neque digamus, neque pœnitens, neque viduæ maritus, ad hos gradus poſſit admitti. Sanè, vt etiam defenſores eccleſiæ qui ex laicis fiunt, ſuprà dicta obſeruatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine clericatus.

Vide & Syricium epiſt. 1. ad Hymeriũ Tarraconenſem cap. 9. & ſeq.

Paulatim ad altiores gradus aſcendendum.

Ordinum gradus.

Quot annis olim in ſingulis ordinibus hærebatur.

Bigami. aut viduarũ mariti, non ſunt promouẽdi.

1. E. DIONYSIVS Areopagita libro de Eccleſiaſtica hierarchia, capite quinto: Pręſul igitur, vbi ſacrandus offertur, vtroque genu poſito ante altare,

Modus conſecrandi epiſcopos, ſacerdotes &

Digitized by Google

reliquos miniſtros tēpore Dionyſij.

altare, ſupra caput habet à Deo tradita Euangelia, manumq́ pontificis: atque hoc modo à conſecrante pontifice caſtiſſimis imprecationibus conſummatur. Sacerdos verò coram ſancto altari ponens vtrunque genu, in capite habet pontificis dexteram, & in hunc modum à ſacrante præſule ſanctiſſimis inuocationibus conſecratur. At verò miniſter altero tantùm coram ſanctis altaribus poſito genu, ſacrantis ſe pontificis dexteram in capite præfert, atque ab eo perficitur precationibus ad eam rem accommodatis. Culibet autem ipſorum à benedicente pontifice crucis imprimitur ſignum, & per ſingulos ſacra prædicatio nominis, conſummansq́ conſalutatio fit, cunctis ſacri ordinis viris, ipſoq́ ſacratore pontifice, eum ſalutantibus, qui ad aliquem ſacrorum (quos diximus) ordinum ea fuerit conſecratione promotus.

Ordines eccleſiaſtici.

2. IDEM epiſtola octaua ad Demophilū monachum: Neque enim ſancta ſanctorum ſimpliciter omnibus ſunt inacceſſa: verùm his appropinquat magis pontificum ſacra diſtinctio, deindè ſacerdotum ordo, quos deincèps & miniſtrorum ſequitur gradus. Porrò ijs qui cultores ſunt ordinati, adytorum portæ ſegregatæ ſunt, iuxta quas & initiantur & adſtant, non ad cuſtodiam, ſed vt ordinem recognoſcant ſuum, ſuntq́ ipſi populo propinquiores, quàm hi qui ſacra adminiſtrant, & quàm populus ipſis quoquè ſacerdotibus magis accedentes. Vndè & ſacrorum ſanctus ordo, ſacerq́ principatus, eos diuina percipere ſacrè inſtituit: alijs quidem qui intra adytorum valuas ſunt, ſacrorum adminiſtrationem concedens. Nam hi qui diuinum (vt expreſſiùs dixerim) altare circunſtant, diuina intuentur, atque audiunt apertè ſibi reuelata: procedentesq́ benigniſſimè ad exteriora ſacrorum velaminum, ſubiectis cultoribus & ſacro populo, & ijs qui purgantur ordinibus, ſacra myſteria pro meritis pandunt.

3. ANACLETVS Pontifex & martyr epiſtola ſecunda ad omnes Epiſcopos ac reliquos Chriſti ſacerdotes, ſcribit de bipartito ordine ſacerdotum: de ordinatione & conſtitutione Epiſcoporum ac presbyterorum: de diſcretione Epiſcoporum & ciuitatum, quæ aliqua ex parte ſuprà annotata ſunt, quæſtione ſecunda, D. teſtimonio octauo, &c.

4. IGNATIVS in epiſtola ad Antiochenos, vt ſuprà quæſtione quarta, A teſtimonio quarto.

VI.

Quis eſt ordo in Eccleſia magis celebratus?

PRESBYTERORVM Ordo, ſiue Sacerdotium: de cuius ingenti ſemperq́ue reuerenda dignitate Chryſoſtomus & Ambroſius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignatius,[a] Sacerdotium, inquit, ſumma eſt omnium honorum, qui in hominibus conſiſtunt: quod ſi quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum IESVM Chriſtum primogenitū totius creaturæ, & ſolum natura principem Sacerdotem Dei. Sic ille. Quin & dilucidè teſtatur Diuinum oraculum:[b] *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Et rursùs:[c] *Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctusq́ue populus audiens timebit, vt nullus deincèps intumeſcat ſuperbia.* Hinc & Apoſtolus iubet:[d] *Aduersùs presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Idque ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum ſcribitur, ſicut & illud iam antè citatum:[e] *Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.*

a Epiſt. ad Smyrnenſes. Vide & Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdo. Item homil. 4. & 5. de verbis Eſa. Vidi Dominum.

b Malach. 2. b Aggæi 2. b Greg. curæ paſt. par. 2. c. 4.

c Deut. 17. c Et Cypr. epiſt. 55. & 65. Greg. lib. 12. epi. 31. ad Felicem.

d 1. Tim. 5. d Vide 2. epiſt. Fabiani.

e 1. Timoth. 5. c

TESTIMONIA.

1. IGNATIVS in epiſtola ad Smyrnenſes, vt in textu. & ſuprà de præceptis Eccleſ. quæſtione duodecima, A. teſtimonio quarto.

Sacerdotij dignitas.

2. CHRYSOSTOMVS libro tertio de Sacerdotio: Sacerdotium ipſum in terra quidem peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem ordinemq́ referendum eſt. Atque id perquàm meritò: quippe non mortalis quiſquam, non Angelus, non Archangelus, nō alia quæuis creata potentia, ſed ipſe paracletus ordinem huiuſmodi diſpoſuit: qui mortalibus hominibus etiamnùm in carne manentibus author fuit, vt angelorum miniſterium animo conciperent. Idcircò neceſſè eſt Sacerdotem ſic eſſe purum, vt ſi in ipſis cælis collocatus inter cæleſtes illas virtutes medius ſtaret. Et paulò pòſt: Nam ſi quis conſideret, quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnùm conſtans, ijsq́ inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tum probè intelliget, quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate ſpiritusſancti gratia dignata fuerit: operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturq́: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutisq́ noſtræ rationem ſpectant. Etenim qui terram incolunt atque in ea verſantur, ijs cōmiſſum eſt, vt ea quæ in cælis ſunt, diſpenſent: ijs datum eſt vt poteſtatem habeant, quam Deus Opt. neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit: neque enim ad illos dictum eſt, Quæcunque alligaueris in terra, erunt alligata & in cælo: & quæcunq́ ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cęlo. Habet quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm. Id autē quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiā animam contingit, atque ad cælos vſque peruadit: vſqueadeò, vt quæcunque infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cæleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quorumcunque enim, ait, peccata retinueritis, retenta ſunt. Quænam, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariam filio poteſtatem dedit: cæterùm video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à Deo filio illis traditam. Nam quaſi iam

Matt. 16. & 18. c

Ioan. 20.

Matth. 28.

iam in cælum tranſlati, aç ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris ab affectibus exempti, ſic illi ad principatum iſtum perducti ſunt. Et paulò pòſt: Inſania enim manifeſtaria, deſpicere tantum iſtum principatum, ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſimus. Nam ſi non pòteſt quis in regnum cælorum ingredi, niſì per aquam & ſpiritum regeneratus fuerit: &, Qui non manducat carnem Domini, & ſanguinem eius non bibit, æterna vita priuatur: omnia aũt hęc haud aliter quàm per ſacroſanctas illas manus perficiuntur, manus, inquam, Sacerdotum: quî fiet, vt citra illarum opem aut gehennæ ignem euitare quis poſſit, aut repoſitæ in cęlo coronę prȩmia aſſequi? Hi enim ſunt, hi ſunt, inquam, quibus tum concreditæ ſunt ſpirituales parturigines, tum etiam baptiſmatis partus à Deo eſt cõmiſſus: per hos ipſos Chriſtum induimus, vnà cum Dei filio ſepelimur, beatæ carnis illius membra efficimur: quo nomine ſacerdotes meritò non modò plùs vereri debemus, quàm vel Principes vel Reges, verumetiam maiori honore quàm parentes proprios honeſtare. Hi enim ex ſanguinibus & voluntate carnis nos genuerunt: illi verò authores nobis ſunt natiuitatis eius quam à Deo habemus, beatæ regenerationis illius, libertatis veræ, atq; adeò adoptionis eius, qua nos per gratiam filij Dei ſumus effecti. Corporis lepram purgare, ſeu veriùs dicam, haud purgare quidem, ſed purgatos probare, Iudæorum ſacerdotibus ſolis licebat: neque neſcis, quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorsùs conceſſum eſt. quare iudicio quidem meo, qui iſtos deſpiciunt, contemnúntque, multò ſceleratiores ac maiori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathan vnà cum ſuis omnibus. Et paucis interiectis: Neque in puniendo ſolùm, ſed & in benè merendo maiorem Deus poteſtatem ſacerdotibus largitus eſt, quàm naturalibus noſtris parentibus: quos inter vtroſque tantum eſt ſanè interiectum interuallum, quantum vitam inter præſentem & æternam. Parentes enim nos in præſentem, ſacerdotes in vitam æternam generant: &c.

Ioan. 3. — Ioan. 6. — Rom. 6. — Sacerdotes magis honorandi quàm principes aut parentes.

3. IDEM in homilia quarta de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum: Alij ſunt termini regni, alij termini ſacerdotij: Hoc regnum illo maius eſt. Neque enim ex his quæ videntur hic declaratur rex, neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus eſt, debet æſtimari rex. Ille quidem ea quæ ſunt in terris, ſortitus erat adminiſtranda: cæterùm ſacerdotij ius è ſupernis deſcendit: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælo. Regi ea quæ hîc ſunt, commiſſa ſunt, mihi cæleſtia: mihi quum dico, ſacerdotem intelligo. Itaque cùm videris ſacerdotem indignum, nè traducas ſacerdotium. Non enim oportet damnare res, ſed eum qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, verùm non ob id accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt ſacerdotij, ſed malum animi. Et tu igitur nè ſacerdotium vituperes, ſed ſacerdotem malè re bona vtentem. Et paulò pòſt: Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, ſacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille neceſſitate, hic conſilio. Ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum eſt aduersùs dæmones. Maior hic principatus, propterea rex caput ſubmittit manui ſacerdotis: & vbiquè in veteri ſcriptura, ſacerdotes inungebant Reges.

Sacerdotes regibus dignitate præſtant. — Matth. 16. — Propter malos ſacerdotes non eſt traducẽdum Sacerdotiũ.

4. ET homilia quinta: Sacerdotium, principatus eſt, ipſo etiam regnò venerabilius ac maius. Nè mihi narres purpuram, neque diadema, neque veſtes aureas. vmbræ ſunt iſthæc omnia, vernisq; floſculis leuiora. Omnis enim, inquit, gloria flos graminis, etiam ſi ipſam gloriam regalem dixeris. Nè, inquam, mihi narres iſta, ſed ſi vis videre diſcrimen, quantùm abſit rex à ſacerdote, expende modum poteſtatis vtriq; traditæ: videbis ſacerdotem multò ſublimiùs Rege ſedentem. Quanquàm enim nobis admirãdus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo obcinctus eſt: tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt, nec vltra poteſtatẽ hanc præterea quicquam habet authoritatis. Verùm ſacerdoti thronus in cælis collocatus eſt, & de cæleſtibus negocijs pronunciandi habet authoritatem. Quis hæc dicit? Ipſe cælorum Rex: Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Quid cum hoc honore conferri poſſit? A terra iudicandi principalem authoritatem ſumit cælum. Nam iudex ſedet in terra. Dominus ſequitur ſeruum: & quicquid hic in inferioribus iudicârit, hoc ille in ſupernis comprobat. Itaq; medius ſtat ſacerdos inter Deum & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferens, Dominum iratum reconcilians vtriq; naturæ, nos qui offendimus, eripiens ex illius manibus. Eoq; Deus ipſum regale caput ſacerdotis manibus ſubiecit, nos erudiens, quòd hic princeps eſt illo maior. Siquidem id quod minus eſt, benedictionem accipit ab eo quod præſtantius eſt.

Sacerdotij principatus regno maior & præſtantior. — 1. Pet. 1. — Matth. 18. — Heb. 7.

6. MALACHIAE ſecundo: Labia ſacerdotis &c. vt in textu.

7. AGGAEI ſecundo: Interroga ſacerdotes legem.

8. GREGORIVS curæ Paſtoralis parte ſecunda, capite quarto, docens ex ſacris literis quomodò ſacerdos & concionator loqui & prædicare debeat cum diſcretione, inter cętera ſic ait: Prȩconis officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit.

9. DEVTERONOMII decimoſeptimo, vt in textu.

10. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaquinta ad Cornelium: Quo modo poſſunt cenſuram Domini vltoris euadere, qui talia ingerunt non ſolùm fratribus, ſed & ſacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis ſacerdoti eius, & ad tempus hîc iudicanti non obtemperet, ſtatim necaretur? In Deuteronomio loquitur Dominus Deus, dicens: Et homo quicunque fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat ſacerdotem aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cùm audierit, timebit, & non agent impiè etiam nunc. Et quæ fuſiùs ſequuntur ſuprà De præceptis Eccleſiæ, quæſtione vndecima, B. teſtimonio vndecimo.

Lib. 1. epiſt. 3. Sacerdotes honorandi. — Deut. 17.

11. ET epiſtola ſexageſimaquinta ad Rogatianum: Dominus Deus in Deuteronomio dicit: Et homo quicunque fuerit in ſuperbia, vt non exaudiat Sacerdotem aut Iudicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cùm audierit, timebit, & non agent impiè etiam nunc. Et vt ſciamus hanc Dei vocem, cum vera & ſumma maieſtate proceſſiſſe ad honorandos ac vindicandos ſacerdotes ſuos, cùm aduersùs Aaron ſacerdotem tres de miniſtris Chore, Dathan & Abiron, auſi ſunt ſuperbiſſe, & ceruicem ſuam extollere, & ſacerdoti præpoſito ſe adæquare, hiatu terræ abſorpti ac deuorati, pœnas ſtatim ſacrilegæ audaciæ perſoluerunt. Nec ſoli illi, ſed & cæteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpente à Domino igne conſumpti ſunt: vt probare-

Lib. 3. epiſt. 9. Deut. 17. Sacerdotum veneratio Scripturæ teſtimonijs & exemplis cõprobatur. — Num. 16.

Sacerdotum iniuriã vindicat Deus. baretur, ſacerdotes Dei ab eo qui ſacerdotes facit, vindicari. In libro quoquè Regnorum cùm Samuel ſacerdos à Iudæorum populo ob ſenectutem, ſicut tu modò, contemneretur: exclamauit iratus Dominus, & dixit: Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt. Et vt hoc vlciſceretur, excitauit eis Saul regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas ſuperbũ populum calcaret & premeret, vt contemptus ſacerdos, de ſuperbo populo vltione diuina vindicaretur. Sed & Salomon in ſpiritu ſancto conſtitutus, teſtatur & docet, quæ ſit ſacerdotalis authoritas & poteſtas, dicens: Ex tota anima tua time Deum, & ſacerdotes eius ſanctifica. Et iterùm: Honora Deũ ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes eius. Quorum præceptorum memor beatus Apoſtolus Paulus, ſecundùm quod in Actibus Apoſtolorum legimus, cùm ei diceretur: Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo? reſpondit, & dixit: Neſciebam fratres quia pontifex eſt: ſcriptum eſt enim, Principem populi tui non maledices. Dominus etiam noſter ipſe Ieſus Christus Rex & Iudex & Deus noſter, vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus & ſacerdotibus, quãuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cùm leproſum emundaſſet, dixit ei: Vade, & monſtra te ſacerdoti, & offer donum. Humilitate ea qua nos quoq; eſſe humiles docuit, Sacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegũ. Item ſub ictu paſſionis cùm alapam accepiſſet, & ei diceretur: Sic reſpondes pontifici? nil ille contumelioſè locutus eſt in perſonam pontificis, ſed magìs innocentiam ſuã tuitus eſt, dicens: Si malè locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem benè, quid me cædis? Quæ omnia ab eo ideò facta ſunt humiliter atque patienter, vt nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim ſacerdotes veros legitimè & plenè honorari, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit. Et paulò pòſt: Hæc ſunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus ſchiſmaticorum malè cogitantium, vt ſibi placeant, vt Præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur.

1. Reg. 8.

Eccli 7.

Actor. 23.

Exod. 22.

Matth. 8.

Ioan. 18.

12. GREGORIVS libro duodecimo epiſtolarum, epiſtola trigeſimaprima ad Felicem Epiſcopum Siciliæ: Si Dauid Regum iuſtiſſimus in Saul, quem conſtabat iam à Domino reprobatum & abiectum eſſe, manum mittere nõ præſumpſit: quanto magìs cauendum eſt, nè manum detractionis aut vituperationis, ſiue indiſcretionis aut dehonorationis, quidam mittant in vnctum Domini, vel in prædicatores ſanctæ Eccleſiæ? quia eorum vexatio, ſiue detractio ad Chriſtum pertinet, cuius vice in Eccleſia legatione funguntur. Vndè ſummoperè cauendum omnibus fidelibus, nè clanculò aut publicè Epiſcopum ſuum, id eſt, vnctum Domini detractionibus aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia pro eo quòd Moyſi famulo Dei propter Aethiopiſſam detraxit, immunditia lepræ mulctata ſit, & illud Pſalmiſtæ: Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Dijs non detrahes, & populi tui principi non maledices. Vndè valdè prouidendũ eſt ſubditis, tam Clericis quàm laicis, nè Epiſcoporum, nè præpoſitorum vitam temerè reprehendant, ſi quid eos fortaſsè agere reprehenſibiliter vident: nè vndè mala redarguiunt, indè per elationis impulſum in profundiora mergantur. Admonendi ſunt etiã, nè cùm culpas præpoſitorum ſuorũ conſiderant, contra eos audaciores fiant. Sed ſic eorum praua apud ſemetipſos conſiderent, vt diuino timore conſtricti, ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent, quoniam facta ſuorum Epiſcoporum vel præpoſitorum oris gladio non ſunt ferienda, etiam cùm rectè reprehendenda videntur.

1. Reg. 24. & 26.

Sacerdotum vexatio & detractio ad Chriſtũ pertinet.

Num. 12.

Pſal. 104.

Exod. 22.

13. PRIORIS ad Timotheum quinto, vt in textu.

14. FABIANVS Pontifex & martyr in epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales: In omni iudicio quatuor perſonas neceſsè eſt ſemper adeſſe, id eſt, iudices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. Similiter ſtatuentes, Apoſtolica authoritate iubemus, nè paſtorem ſuum oues, quæ ei commiſſæ fuerant, niſi in fide errauerit, reprehendere audeant: quia facta prępoſitorum, oris gladio ferienda non ſunt, neque poteſt eſſe diſcipulus ſuper magiſtrum, dicente veritatis voce: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Et paulò pòſt: Exemplo Cham filij Noë, damnantur qui patrum ſuorum culpas in publicum produnt, aut eos accuſare vel detrahere præſumunt. Si enim à fide deuiauerit Epiſcopus, erit corrigendus priùs ſecretè à ſubditis ſuis. Quòd ſi incorrigibilis (quod abſit) apparuerit, tunc erit accuſandus ad primates ſuos, aut ad ſedem Apoſtolicam. Pro alijs verò actibus ſuis, magìs eſt tolerandus ab ouibus & ſubditis ſuis, quàm accuſandus, aut publicè derogandus: quia quum in eis à ſubditis delinquitur, eius ordinationi obuiatur, qui eos eis prætulit, dicente Apoſtolo: Dei ordinationi reſiſtit, qui poteſtati reſiſtit. &c.

Contra obtrectatores ſuorum prælatorum.

Vide factum Conſtantini Magni Imperat. apud Ruffinũ lib. 1. hiſtor. Eccle. c. 2. Theodore. lib. 1. ca. 11. Et Niceph. lib. 8. cap. 16.

Matth. 10.

Luc. 16.

Geneſ. 9.

Rom. 13.

VIDE ſimilia in prima, ſecunda, & tertia epiſtola Anacleti, & in epiſtola Teleſphori ad omnes Epiſcopos.

VII.

Quid verò de malis Sacerdotibus eſt ſentiendum?

A. DIVINA iſthæc eſt ordinatio, quæ non poteſt aboleri, vt non boni modò, ſed mali quoquè Sacerdotes in Eccleſia [a] honorentur. Vult enim in ſuis miniſtris agnoſci, recipi, audiri atque obſeruari ille qui dixit: [b] *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm autem eorum opera nolite facere. dicunt enim, & non faciunt.*

B. Cæterùm inter malos delectus quidam habendus eſt, vt quod ad munus authoritatemque docendi ſpectat, illis tantùm fidem obedientiamque deberi intelligamus, qui ab Epiſcopis legitimè ordinati ac miſſi, ſanam Eccleſiæ doctrinam profitentur: ab alijs verò vt hoſtibus & peſtibus ſedulò caueamus.

C. Qua de re ſapientiſſimè monet, atque hunc in modum docet antiquiſſimus Irenęus: [c] Ijs qui in Eccleſia ſunt presbyteris obaudire oportet, & qui ſucceſ-

a Eccli 7. d Matth. 10 d Luc. 10. c. Ioã. 13. c Chryſoſ. homi. 2. in 2. Tim. & 65. in Geneſ. Orig. homil. 7. in Ezech. Bern. ſer. 66. in can. Aug. epi. 137. Euſeb. apud Damaſc. lib. 3. Parall. c. 45. b Matth. 23. a Aug. ſer. 49. de verbis Domini, ca. 5. & ſeq. Chryſo. homil. 85. in Ioan. c Lib. 4. c. 43. Vide eundem lib. 3. c. 2. & 3.

Digitized by Google

ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, & qui cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos. Nec multò [d] pòſt: Ab omnibus talibus abſiſtere oportet: adhærere verò his qui Apoſtolicam, ſicut prædiximus, doctrinam cuſtodiunt, & cum presbyterij Ordine ſermonem ſanum, & conuerſationem ſine offenſa præſtant, ad confirmationem & correctionem reliquorum. Hæc Irenæus ille, qui ſancti Ioannis Euangeliſtæ diſcipulum Polycarpum præceptorem audiuit. Nec aliter Tertullianus [e] docet, qui hæreticis hoc exprobrat, dicens: Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc Neophytos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nūc Apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquàm faciliùs proficitur, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaque alius hodiè Epiſcopus, cràs alius: hodiè Diaconus, qui cràs Lector: hodiè Presbyter, qui cràs laicus. Nam & laicis [f] ſacerdotalia munera iniungunt. Hucuſquè Tertullianus, pèrpulchrè nobis depingens non ſuæ tantùm, ſed huius etiam ætatis præpoſteros mores, & prophanos in turbandis ſacris ordinandiſque miniſtris conatus ſectariorum oſtendens.

d ca. 44. li. 4.

e Lib. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos ca. 41.

f Vide & Epiphan. hæreſ. 24. & 49.

TESTIMONIA.

1. A. ECCLESIASTICI ſeptimo: In tota anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & miniſtros eius nè derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes.

2. MATTHAEI decimo: Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.

3. LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

4. IOANNIS decimotertio: Amen amen dico vobis, qui accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.

5. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in epiſtolam ſecundam ad Timotheum: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubditi eſtote illis, ſcientes quoniam ipſi vigilant pro animabus veſtris quaſi rationem reddituri. Nam dic, oro, ipſe tanto periculo tuî gratia ſubditus eſt: tu illi obtemperare detrectes in his quę tibi vtilia ſunt? Etſi enim ille ſua omnia ritè diſponat, quandiù tu minùs rectè vales, angoris vacuus eſſe non poteſt, cùm duplex ab eo ratio ſit exigenda. Iam verò conſidera, quantum periculi ſit, per ſingulos ſubditorum diſcuti, rationemq́ pro omnibus reddere. Quantumuis illi honoris impendas, quantumlibet obſequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etſi animam ponas, ipſe hoc pro te iugiter facit: etſi id minùs hac in vita facit, quòd perſecutionis non adſit tempus, eam tamen periculo æternę mortis exponit. Tu contrà, neque ad verba vſque illi ſubijci vis. Hoc nempe eſt malorum omnium cauſa, quòd rectorum authoritas perijt, nulla ijs reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Obaudite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubditi eſtote illis. At nunc peruerſa & confuſa ſunt omnia. Neque iſtud præpoſitorum gratia dico. Quid enim illi de noſtro honore lucrantur, niſi inquantùm obtemperantes habebūt, idq́ pro vtilitate noſtra? Hi enim licèt honorentur, nihil ex eo honore in futurum lucrantur, maioremq́ damnationem indè ſuſcipiunt. Etſi patiantur iniurias, nihil ex eis detrimenti in futurum acquirunt: immò & meritorum illis accedit cumulus, atq́ defenſio. Noſtri deniq́ cauſa cuncta illi faciūt. Nam ſiue honorantur à ſubditis, & hoc illis fieri iubet, quemadmodùm dicebat Heli: Aſſumpſi te de domo patris tui: Siue iniurijs afficiantur, hoc in ſe Deus ipſe perpetitur, ſicut ad Samuelem ait: Non te ſpreuerunt, ſed me. Itaq́ illis contumelia lucrū, honor verò onus eſt: non ergò hæc illorum gratia, ſed veſtrî cauſa dico. Qui honorat ſacerdotem, Deū quoquè honorat: qui verò ſacerdotem ſpérnit, ad id ſenſim prolabitur, vt in Deum ipſum aliquando contumelioſus euadat. Qui vos, inquit, ſuſcipit, me ſuſcipit. Et ſacerdotes, ait, eius in honore habete. Hinc Iudæi Deum ſpernere didicerunt, quia Moyſen contempſêre, quia lapidibus illum impetebant. Nam qui piè ſacerdoti afficitur, longè maiore pietate Deum reuerebitur. Etſi enim malus fuerit ſacerdos quiſpiam, attendit Deus, quòd ſuî gratia illum etiam, qui dignus honore non eſt, obſequijs foues, ipſeq́ tibi præmia exoluet. Si enim qui prophetam in nomine prophetæ ſuſcipit, mercedem prophetæ accipiet: profectò & qui cedit & obtemperat ſacerdoti, mercede ſua non deſtituetur. Nam ſi vbi de hoſpitalitate agitur tantùm, vbi quem ſuſcipis ignoras, tantum præmiorum accipis: ſi ei ſubijciaris, cui imperat Deus, non multò magìs mercede donaberis? Super Cathedram, inquit, Moyſi, ſederūt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis facere, facite, ſecundùm autem opera eorum nè faciatis. An ignoras quid ſit ſacerdos? Angelus vtiq́ Domini eſt. Non ex ſeipſo loquitur: ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum qui illum ordinauit. Sed vndè, inquies, conſtat Deū fuiſſe illius ordinationis authorē? Nempe niſi tu hanc habeas opinionem, ſpes tua inanis facta eſt. Nam ſi nihil per illum operatur Deus, neque lauacrum habes, neque myſteriorum particeps es, neque benedictionibus frueris. Non ergò Chriſtianus es. Quid ergò? Deus omnes ordinat, etiam indignos? Non omnes quidem ille ordinat, per omnes tamen ipſe operatur, ſalutē populi moliens, non illorū intuens merita. Nam ſi per aſinæ os, ſi per Balaam ſceleſtū hominem, populi cauſa locutus eſt: multò magìs loquitur per ſacerdotem, plebis ſuæ gratia. Quid enim non agit Deus ſalutis noſtrę cauſa? quid non loquitur? per quem nō operatur? Si enim per Iudā operatus eſt, & per prophetas quibus dicturus eſt, Nō noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatē: perq́ illos qui dęmones in nomine ſuo eiecerunt: nō magìs

Heb. 13.

Cōtra eos qui obedire Sacerdotibus quamuis malis, recuſant.

1. Reg. 2.

Matth. 10.

Num. 16.

Matth. 10.

Matth. 23.

Malach. 2.

Num. 22.

Pſal. 6.

Matth. 7.

Digitized by Google

gis per ſacerdotes diuino miniſterio famulantes operabitur? Nanq; ſi præpoſitorum vitas diſcutere pergimus, ipſi doctores noſtros ordinare contendimus, peruerſoq; ordine naturali, quæ ſuprà ſunt, infrà eſſe volumus, vt ſuperiùs pedes, inferiùs verò ſit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. & iterùm, Tu quid iudicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare non expedit, quanto minùs magiſtrum? Nam ſi quidem hoc ſtatuit Deus, benè facis, peccáſque nî facias: ſin verò contraria præcepit, noli præſumere, neq; ea coneris quæ ſuper te ſunt. Inſurrexerunt aduersùs Aaron poſt vituli formatam effigiem Chore, Dathan, & Abiron. Quid ergò: Nónne illi periêre? Quilibet, quę ad ſe pertinent, ſolicitè curet. Nam ſi quidem fidei dogma peruertat, etiamſi Angelus ſit, obaudire noli: ſin verò rectè docet, noli vitæ, ſed verbis intendere. Habes Paulum verbis te operibúsque moderantem. Non diſtribuit pauperibus, inquies, non benè diſpenſat Eccleſiæ res. Vndè tibi id conſtat? Noli illum culpare, antequàm diſcas. Reatum caue. Plurima quippe ex ſimplici ſuſpicione iudicantur. Imitare Deum tuum, audi ipſum dicentē: Deſcendens videbo, ſi ſecundùm clamorem ſuum conſummantur: ſin autem, vt ſciam. Quod etſi didiciſti, & examinâſti, & vidiſti, iudicem ſuſtine. Noli præripere Chriſti iudicis ordinem: illius eſt munus iſta diſcutere, non tuum. Tu ſeruus vltimus, non Dominus es. Ouis ipſe es, paſtorē noli curioſè diſcutere, nè eius quoq; criminis reus tenearis, quo illū accuſare præſumis. Et quomodò, inquies, id mihi dicit, quod ipſe non facit? Non tibi ipſe dicit: nam ſi illi obtemperas, mercede priuaris. Chriſtus hęc admonet. Plus aliquid dicam, ne Paulo quidem obedire oportet, ſi quid dixerit propriū, ſi quid humanum, ſed Apoſtolo Chriſtum in ſe loquentē circunferenti. Non igitur aliena iudicemus, ſua quiſque diſcutiat, vitamq; dijudicet ſuam. At debet ille, inquies, melior eſſe quàm ego. Cur, te obſecro? Quia ſacerdos eſt. Et quid non habet ille ampliùs, quàm tu? non labores, non angores, non ærumnas? Debet eſſe te melior? Quid ergò? Niſi ſit melior, teipſum perdis ac perimis? Sunt verba iſta plena arrogantiæ. Vndè enim nôſti illum te non eſſe meliorem? Furatur, inquies, & ſacrilegus eſt. Vndè hoc nôſti, ô homo? cur teipſum per pręcipitia impellis? Nempe ſi quis dixerit, ille purpuram habet, quanuis id ſcias, aurē obruis: etſi arguere poſſis, protinùs reſilis, teq; ſcire diſſimulas, nolens gratis ſubire periculum. Quid ergò hoc in loco periculum minimè neceſſarium ſuſcipis? Non carent reatu hæc verba. Audi quid dixerit Chriſtus: Dico autem vobis, quòd omne verbum ocioſum quodcunq; loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Cur teipſum quouis arbitraris eſſe meliorem? Cur non ingemiſcis magis, ac pectus tundis, atq; in humum reſpicis, imitando felicem publicanum? Etſi enim melior ſis, hac fœda exiſtimatione tua cuncta perdidiſti. Melior es? tace, vt perſiſtas eſſe melior: quòd ſi loquaris, omnia exinaniſti. Si te putas eſſe, deſiſti: ſi non putas, multùm ſanè profeciſti. Si enim qui peccator aduenerat, vbi confeſſus eſt, iuſtificatus deſcendere meruit: qui peccator non eſt, & eſſe ſe putat, quid (oro) non lucrabitur? quantum ex ea humilitate ſuis adijciet commodis? Vitam tuam diligentiùs diſcute. Audi quid dicat admonens Paulus: Opus autem ſuū probet vnuſquiſque, & tuuc in ſemetipſo tantùm habebit gloriam, & non in altero. Nam dic, oro, ſi ſaucius proficiſcaris ad medicum, num omiſſa cura vulneris tui, ſtudioſè medicum percontaris, vulnus ille habeat nécne? An verò & ſi ille ſit ſaucius, vulnus tuum idcircò non curas, dicisque ſanum illum eſſe oportuit, medicus cùm ſit? Quando verò ſanus medicus non eſt, abſcedo, vulnus mecum inſanabile referens? Nunquid enim ſi ſacerdos malus ſit, indè ſolatium capiet ſubditus? Nihil minùs. Cæterùm dabit ille quidem ſcelerum ſuorum debitas pœnas: dabis autem & tu tuorum criminum pœnas. Reuereamur diem illā, qua illuminati ab illis ſumus. Patrem qui habet, etſi mille patiatur incommoda, omnia patris reuerentia conteget. Noli enim, inquit, gloriari in ignominia patris tui: neque enim tibi tam gloria quàm probrum eſt. Etſi ſenſum amiſerit, veniam habe: longè hæc magis in patre ſpirituali dicenda ſunt. Reuerere illū, quòd tibi diebus ſingulis diuina miniſtrat, ſcripturas relegi facit, tuî gratia exornat domum, propter te vigilat, propter te vota perſoluit, pro te Deum precaturus adſtat, tuî cauſa preces exoluit, pro te apud illum religio cultusq; & obſequium eſt, pro te iſta omnia. Reuerere hæc ergò, atque conſidera, accede ad ea ſumma cum reuerentia. At malus ille eſt, & hoc ad te quid? Nunquid enim qui malus non eſt, ipſe tibi magna iſta & diuina largitur? Abſit. Fides enim tua ad omnia valet, neque tibi iuſtus quiſpiam proderit, niſi ipſe fidelis ſis: neq; nocebit malus, ſi fueris ipſe fidelis. Per vaccas in arca operatus eſt Deus, cùm populum ſaluare vellet: num enim ſacerdotis vita, num virtus tantum conferre potuiſſet? Non poſſunt quæ Deus ipſe largitur, veluti ſacerdotali virtute perfici: omnia quippe diuinæ ſunt gratiæ. Huius tantùm munus eſt aperire os, cæterùm cuncta Deus operatur: ſymbolum iſte tantummodò implet. Intuere quantum inter Ioannem & Ieſum intereſt, & audi dicentem Ioannem: Ego opùs habeo à te baptizari. &, Non ſum dignus ſoluere ipſius corrigiam calceamenti. Sed tamen cùm tantùm intereſt, deſcendit ſpiritus, quem non habebat Ioannes. De plenitudine enim, inquit, ipſius nos omnes accepimus. Priùs tamen quàm baptizaretur, non ille deſcendit, neque Ioannes illum deſcendere fecit. Cur ergò iſtud fit? Vt ſcias ſacerdotem ſymbolum implere tantummodò. Nemo homo tantum diſtat ab homiue, quantum à Chriſto Ioannes. Deſcendit tamē ſpiritus, vt diſcas Deū omnia operari, Deum omnia facere. Volo quiddam adijcere planè mirabile, & nolite mirari, neq; turbemini. Quid verò iſtud eſt? Sacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quamq; ſacerdotes modò quoquè conficiunt. Nihil habet iſta quàm illa minus. Cur id? Quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus qui illam antè ſacrauerat. Quemadmodùm enim verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoquè pronunciant: ità & oblatio eadem eſt, eadémque baptiſmi ratio eſt: adeò omnia in fide conſiſtunt. Cornelium ſpiritus repentè repleuit, quia priùs ipſe alacritatem voluntatis oſtenderat, fidémque pleniſſimæ deuotionis obtulerat. Et hoc igitur Chriſti corpus, & illud eſt: qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Chriſtum eſſe, qui nunc etiam adeſt atque operatur.

6. IDEM homilia ſexageſimaquinta in Geneſim: Hoc mandatum poſuit Aegyptijs Ioſep, vt ità tributum penderent Pharaoni, excepta ſola Sacerdotum terra. Audiant qui nunc viuunt, quantam olìm ſacerdotum Idolorum curam habuerint, & diſcant, vt vel ſaltem parem habeant honorem his, quibus * omnium Dei miniſterium creditum, & ſacerdótio inſigniti ſunt. Si enim errantes illi, & tantam idolorum curam habentes, quia ex hoc putabant idola magis coli, ſi ità eorum miniſtros colerent: quanta non condemnatione digni, qui nunc imminuunt, quod ad illorum ſpectat cultum? An neſcitis, quòd honor ad Deum ipſum pertinet? Nè igitur reſpicias eum cui honor confertur. Non

Marginalia (left): 1.Cor.4. — Rom.14. — Num.16. — Si fidei dogma peruertant, non audiendi. — Obtrectatoribus reſpondet. — Geneſ.18. — Matth.12. — Galat.6. — Egregia ſimilitudo.

Marginalia (right): Eccli 3. — Deus per malos etiā operatur. — Nota. — 1.Reg.6. — Matth.3. Luc.3. Ioan.1. — Ioan.1. — Actor.10. — Geneſ.46. — Idololatræ quantum honorem detulêre ſacerdotibus ſuis. — ſor. * omne

Non enim propter illum debes quod tuum eſt facere, ſed propter illũ cuius ſacerdos eſt, vt & ab illo retributiones vbertim accipias. Et paulò pòſt: Nè igitur ſimus deteriores infidelibus, qui propter idolorum errorem adhuc tantum cultum exhibent illorum famulis: ſed quantum diſtat error & veritas, tantum diſtant & illorum, & Dei ſacerdotes. Tam excellẽtem igitur & honorem impendere debemus, vt multò plures è ſupernis nobis retributiones accreſcant.

Cur diaboli opera tantoperè impugnentur illi, qui alijs præſunt & populum docent.

7. ORIGENES homilia ſeptima in Ezechielem: Plùs hi qui ſunt in medio, oppugnantur ab inimico, vt per ruinam vnius hominis, quę celari non poteſt, omnibus ſcandalum fiat, & impediatur fides per conuerſationem peſſimam clericorum. Omnia, vt diximus, Diabolus operatur, & ea quæ videntur eſſe bona, nec ſunt, & ea quæ per naturam ſuam mala ſunt; omnia aduersùm humanam commentatur animam. Vndè qui curam habet vitæ ſuæ, neque manſuetudine hæreticorũ capitur, ad conſentiendum doctrinæ eorum, neque meis delictis qui videor in Eccleſia prædicare, ſcandalizabitur: ſed ipſum dogma conſiderans, & pertractans Eccleſiæ fidem, à me quidem auerſabitur, doctrinam verò ſuſcipiet ſecundùm præceptum Domini, qui ait: Super Cathedrã Moyſi ſederunt Scribę & Phariſæi. Omnia quæcunq; vobis dicunt, audite, & facite, iuxta opera autẽ illorum nolite facere: dicunt quippe & non faciunt. Iſte ſermo de me eſt, qui bona doceo, & contraria gero, & ſum ſedens ſuper Cathedram Moyſi quaſi ſcriba & phariſæus. Præceptum tibi eſt, ò popule, ſi non habueris accuſationem doctrinæ peſſimæ, & alienorum ab Eccleſia dogmatum, conſpexeris verò meam culpabilem vitam, atque peccata, vt non habeas iuxta dicentis vitam tuam inſtituere, ſed ea facere quæ loquor. Nullum imitemur, & ſi volumus imitari quempiam, propoſitus eſt nobis ad imitandum Chriſtus Ieſus. Deſcripti ſunt Actus Apoſtolorum, & prophetarum geſta de ſacris voluminibus agnoſcimus: illud exemplar firmum eſt, illud propoſitum ſolidum, quod qui ſequi cupit, ſecurus ingreditur. Si verò quærimus nobis culpabiles ad æmulandum, vt cùm dicamus, ille docet, & his quæ docet, facit ipſe contraria: aduersùm præceptum Domini facimus, qui mandauit doctrinas magiſtrorum magìs conſiderari debere, quàm vitas.

Matth.23.

Malæ vitæ doctores audiendi, nõ imitãdi ſunt, ſed Chriſtus & ſancti.

8. BERNARDVS ſermone ſexageſimoſexto in Cantica: Iam verò qui Eccleſiam non agnoſcunt, non eſt mirum ſi ordinibus Eccleſiæ detrahunt, ſi inſtituta non recipiunt, ſi ſacramenta contemnunt, ſi mandatis non obediunt. Peccatores, inquiunt, ſunt Apoſtolici, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Presbyteri, ac per hoc nec dandis nec accipiendis idonei ſacramentis. Nunquàm verò duo iſta conuenient, Epiſcopum eſſe, & peccatorem? Falſum eſt. Epiſcopus erat Caiphas, & tamen quãtus peccator, qui in Dominum mortis dictabat ſententiam? Si neges Epiſcopum, arguet te teſtimonium Ioannis, qui eum in teſtimonium ſui pontificatus etiam prophetâſſe refert. Apoſtolus erat Iudas, & licèt auarus & ſceleratus, electus à Domino. An tu de illius Apoſtolatu dubitas quem Dominus elegit? Nónne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Audis eundem electum Apoſtolum, & extitiſſe diabolum, & negas poſſe eſſe Epiſcopum qui peccator eſt? Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, & qui non obedièrunt eis tanquàm Epiſcopis, inobedientiæ rei fuerunt etiam in ipſum Dominum præcipientem & dicentem: Quæ dicunt, facite. Patet, quanuìs ſcribæ, quanuìs phariſæi, quanuis videlicet maximi peccatores, propter Cathedram tamen Moyſi ad eos quoquè nihilominùs pertinere quod item dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.

Epiſcopi & presbyteri mali ſuã authoritatem & dignitatẽ retinent.

Ioan.11. Actor.1. Ioan.6. Matth.23. Luc.10.

9. AVGVSTINVS epiſtola centeſima trigeſimaſeptima ad Hipponenſes: Ad quid enim aliud ſedent iſti, & quid aliud captant, niſi vt quiſquis Epiſcopus vel clericus vel monachus vel ſanctimonialis ceciderit, omnes tales eſſe credãt, iactent, contendant, ſed non omnes poſſe manifeſtari? Et tamen etiam ipſi, cùm aliqua maritata inuenitur adultera, nec proijciunt vxores ſuas, nec accuſant matres ſuas. Cùm autẽ de aliquibus qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Et poſt pauca: Hæretici non habendo quod in cauſa ſuæ diuiſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſſimè iactant: vt quia ipſam diuinæ ſcripturæ veritatem, qua vbiquè diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur, criminari & obſcurare non poſſunt, homines per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus & fingere quicquid in mẽtem venerit, poſſunt. Vos autem non ità didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audîſtis, & in illo docti eſtis. Ipſe quippe fideles ſuos ſecuros fecit etiam de diſpenſatoribus malis, mala ſua facientibus, & bona eius loquentibus, vbi ait: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciũt, facere nolite: dicunt enim, & nõ faciunt. Orate quidem pro me, nè fortè alijs prædicans, ipſe reprobus inueniar. Veruntamen cùm gloriamini, non in me, ſed in Domino glorieminì: quantumlibèt enim vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noë, vbi tamen inter octo homines, reprobus vnus inuentus eſt. Aut melior ſit quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt, Eijce ancillam & filium eius: Aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui: Aut melior ſit quàm domus ipſius Iacob, vbi lectum patris filius inceſtauit: Aut melior ſit quàm domus ipſius Dauid, cuius filius cum ſorore concubuit; cuius alter filius contra patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: Aut melior quàm cohabitatio Pauli Apoſtoli, qui tamẽ ſi inter omnes bonos habitaret, non diceret quod ſuperiùs commemoraui, Foris pugnæ, intùs timores: nec diceret, cùm de ſanctitate & fide Timothei loqueretur: Neminem habeo, qui germanè de vobis ſolicitus ſit. Omnes enim ſua quærunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti: Aut melior quàm cohabitatio ipſius Domini Chriſti, in qua vndecim boni, perfidum & furem Iudam tolerauerunt: Aut melior ſit poſtremò quàm cælum, vndè angeli ceciderunt.

Quia aliqui Epiſcopi, clerici, monachi aut ſanctimoniales mali ſunt, oẽs tales eſſe credi volunt maleuoli homines

Nota veterẽ Hæreticorum artem diligenter.

Chriſtus ſuos fecit ſecuros de malis diſpẽſatoribus.

Matth.23. 1.Cor.9.

Vbiquè mali cum bonis coniuncti.

Gen.9. Geneſ.21. Malach.1. Gen.49. 2.Reg.13. & 15 2.Cor.7. Philip.2. Ioan.12. Eſaiæ 14. Apoc.12.

10. EVSEBIVS apud Damaſcenum libro tertio Parallelorum, capite quadrageſimoquinto: Multi peccatores, cùm Presbyteri ſint, ſacris operantur, nec Deus eos auerſatur: verùm per Spiritum ſanctum propoſita dona conſecrat. Ac panis quidem pretioſum Domini corpus efficitur, poculum autem pretioſus Domini ſanguis. Sunt igitur, qui ſe rem æquam ac rationi conſentaneam facere putent, cùm ab ipſis epulo ſacro excipi recuſant, neſcientes videlicet hinc ſe grauiùs condemnari. Quis enim es tu, qui præfectum tuum atque antiſtitem iudicas? An non Apoſtolum dicentem audîſti, Principi populi tui non maledices? Ac rurſum, Tu quis es qui alienum ſeruum iudicas? Domino ſuo ſtat, aut cadit. Ecquando nôſti ouem paſtori ſalutem attuliſſe? Túne aduerſus paſtorem accuſationem inſtituis? Certè quemadmodùm pecus rationis expers dentes aduersùs paſtorem acuere non poteſt: ſic nec ratione præditam ouem ad accuſandum paſtorem linguam acuere conuenit. Tu qui ab eo erudiris ac velut manu duceris, ipſum arguendi ac iudicandi poteſtatem nõ habes: quemadmodùm dixit Apoſtolus, Nolite ante tempus iudicare, donèc veniat Dominus, qui & illuminabit

Etſi peccator ſit ſacerdos, per Spiritum conſecrantur dona.

Actor.23. Exod.22. Rom.14. 1.Cor.4.

Digitized by Google

minabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Penès ipſum de te ſententiam ferendi poteſtas eſt. Qui autem ipſum iudicat, Dominus eſt. Matth.7. Ac rurſum: Nolite iudicare: & non iudicabimini. Tu, quem debes, honorem ac venerationem Rom.13. redde, velut his verbis Paulus te admonet, Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui honorem honorem. Fac, quæ regula poſcit, expleas. Primitias frugum tuarum Eccleſiæ offer, non curioſiùs inquirens quonam pacto expendantur.

11. MATTHAEI vigeſimotertio: Super Cathedram Moyſi, &c. vt in textu.

12. AVGVSTINVS quadrageſimonono ſermone de verbis Domini, capite quinto: Diligendus eſt paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro. Sunt homines in Eccleſia, de quibus Philip.1. dicit Apoſtolus, Qui ex occaſione euangelizant, quærentes ab hominibus commoda ſua, ſiue pecuniaria, ſiue honorum vel laudis humanæ: Quomodolibèt volentes accipere munera euangelizant, & non tam ſalutem eius quærunt cui annunciant, quàm commodum ſuum. Ille autem qui audit ſalutem ab eo, qui non habet ſalutem, ſi ei crediderit quem ille annunciat, neque in illo ſpem poſuerit, per quem illi annunciatur ſalus: qui annunciat, habebit detrimentum; cui annunciatur, habebit lucrũ. Et capite ſexto: Habes Dominum Matth.23. dicentem de Phariſæis, Cathedram Moyſi ſedent. Cathedram Moyſi qui tenere dicatur. Non eos ſolos ſignificabat Dominus: quaſi verò eos qui crederẽt in Chriſtum, ad Iudæorum ſcholam mitteret, vt ibi diſcerẽt, quemadmodùm iter ſit ad regnum cælorum. Nónne ideò Dominus venit, vt inſtrueret Eccleſiam, ipſosq; Iudæos benè credentes, & benè ſperantes, & benè diligentes ſegregaret, tanquàm frumenta à paleis, & faceret Epheſ.2. vnum parietem circuncisionis, cui coniungeretur alius paries ex præputio gentium, quibus duobus parietibus de diuerſo venientibus eſſet ipſe lapis angularis? Sed nomine Phariſæorum & ſcribarum ſignificauit quoſdam in Eccleſia ſua futuros, qui dicerent, & non facerent: ſe autem figurauerat in perſona Moyſi. Etenim perſonam eius gerebat Moyſes. Boni laici officium. Item capite ſeptimo: Laicus qui vult benè viuere, cùm attẽderit clericum malum, quid ſibi dicit? Dominus dixit, Quæ dicunt, facite; quę faciunt, facere nolite. Ambulabo viam Domini, non ſequar iſtius mores. Audiam ab illo, nõ verba ipſius, ſed Dei. Sequar Deum, ſequatur ille cupiditatem ſuam. Quia ſi voluero apud Deum ſic me defendere, vt dicam, Domine, vidi malè viuentem illum Clericum tuum, & ideò malè vixi: nónne mihi dicturus eſt, Serue nequam, non à me Matth.23. audieras, Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, Malorũ laicorum conſuetudo. facere nolite? Malus autẽ laicus, infidelis, non pertinens ad gregem Chriſti, non pertinens ad frumentum Chriſti, qui tanquàm palea in area toleratur, quid ſibi dicit, quãdo cœperit illum arguere verbum Dei? Exi: quid mihi loqueris? Ipſi Epiſcopi, ipſi Clerici non illud faciunt, & me cogis, vt faciam? Quærit ſibi non patronum ad cauſam malam, ſed comitem ad pœnam. Nam nunquàm eum ille defenſurus eſt in die iudicij, quemcunque malum voluerit imitari. Quomodò enim Diabolus omnes quos ſeducit, non ſeducit cum quibus regnet, ſed cum quibus damnetur: ſic oẽs qui ſequuntur malos, comites ſibi ad gehennam quærunt, non patrocinia ad regna cælorum.

13. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimaquinta in Ioannem: Magna dignitas Sacerdotum. Quorumcunque remiſeritis, inquit, remiſſa Ioan.20. ſunt peccata. Quamobrèm Paulus dicebat, Obedite Hebr.13. Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, vt maximum ipſis habeatis honorem. Tu enim rem tuam curas: quam ſi benè ordinâris, nulla tibi alia ſolicitudo impendet. Sacerdos ſi vitam diſpoſuerit, tuam Sacerdotum dignitas cum periculo coniuncta. autem non diligenter curauerit, cum impijs in gehennam detrudetur: & nonnunquàm non proprijs actionibus, ſed noſtris damnatur, niſì omnia quæ ad ſe ſpectant, efficiat. Cùm igitur periculi magnitudinem videatis, multa eos beneuolentia proſequamini: quod & Paulus ſignificauit, dicens: Ipſi peruigilant, quaſi rationem pro Ibidèm. animabus veſtris reddituri: idcircò maximè colendi ſunt. Quòd ſi eis inſultabitis, neque veſtra benè diſponetis. Intellige quid de Iudæis inquit Chriſtus: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scri- Matth.23. bæ & Phariſęi: omnia quæcunque dixerint vobis vt faciatis, facite. Nunc non eſt dicendum, ſuper Cathedram Moyſi, ſed ſuper Cathedram Chriſti Super Cathedram Chriſti ſedent Sacerdotes, & audiẽdi, quãuis ſint mali. ſederũt ſacerdotes. Eius enim acceperunt doctrinam. Quare Paulus inquit: Pro Chriſto legatione fungimur, tanquàm Chriſto exhortante per nos. Nónne videtis ſeculi principibus omnes ſubeſſe, 2.Cor.5. & ſæpè genere, vita, & prudentia potioribus deteriores præponi? Nihilominùs principis, qui eos præpoſuit reuerentiâ, nihil, quales illi ſint, cogitant. Quòd ſi homo aliquem conſtituerit, tantus ſubit metus: ſi Deus quem conſtituit, deſpicimus, maledicimus, innumeris afficimus cõtumelijs: & cùm fratres noſtros iudicare prohibeamur, cõtra Sacerdotes linguam acuimus. Quánam hæc digna excuſatione, cùm in oculo noſtro trabẽ non vide- Matt.7. Lu.6. mus, feſtucã in proximi oculo acriùs cẽſemus? Neſcis grauius te tibi iudiciũ pręſcribere, cùm ità alium iudicas? Hæc dico, nõ quòd indignos ad Sacerdotiũ aſſumi probem; ſed miſereſcens, & lachrymans. Non tamen propterea à ſubditis iudicandi ſunt, etiamſi malè & vitioſè viuant. Tu autẽ ſi tibi conſules, nihil in his quæ illis à Deo cõmiſſa ſunt, damni accipies. Nam ſi aſinũ loqui fecit, & per va- Num.22. & ſequent. tem benedictiones ſpiritales largitus eſt, & in muto ore, & lingua immunda Balaam, propter offendentes Iudæos operatus eſt: multò magìs propter vos fideles, etiam ſi praui ſint ſacerdotes, Deus omnia per eos perficiet, & mittet Spiritum ſanctũ.

1. C. IRENAEVS contra hæreſes libro quarto, capite quadrageſimotertio: Eis qui in Eccleſia ſunt Presbyteris &c. vt in textu.

2. IDEM libro tertio, capite ſecundo: Cùm autem ad eam iterùm traditionem quæ ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones presbyterorum in Eccleſijs cuſtoditur, prouocamus eos qui aduerſantur Traditioni, dicent ſe non ſolùm presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inueniſſe veritatem.

3. ET capite tertio, vt ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio tertio.

4. ITEM libro quarto, capite quadrageſimoquarto: Ab omnibus igitur talibus abſiſtere oportet &c. vt in textu.

6. TERTVLLIANVS de præſcriptionibus hæreticorum capite quadrageſimoprimo: Ordinationes eorum, &c. in textu.

6. EPIPHANIVS hęreſi quadrageſimaſecunda & quadrageſimanona, vt ſuprà, quæſtione ſecunda, C. teſtimonio quinto & ſexto.

VIII.

Quæ virtus eſt huius Sacramenti, & quis effectus?

A. EXIMIA certè virtus eſt, & effectus multiplex. Nam qui ſeptem his Ordinibus, quos diximus, ritè initiãtur, Dei cõſequuntur gratiam [a] & poteſtatem ſpiritualem, vt quæ ad Ordinum ipſorum functiones propria s

[a] Concil. Florent. & Trident. & Auguſt. lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani,

propriasꝑtinent,ſalubriter exequantur, ac inter Deum Deique populum idonei miniſtri ſint conſtituti. Vndè Ambroſius:[b] In loco Ordinis officij Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualiſuis ſit, non vtiquè propriam, ſed Ordinis per efficaciam Spiritus ſancti.

cap.13. & Gregor. in cap. 10. lib. 1. Reg.
b In cap. 12. 1. ad Corinth.

B. Habent prætereà ijdem [c] ordinati certum ex eo & illuſtre teſtimonium, quo ſe miniſteriaque ſua commendent, & comprobent alijs. Ità fit, vt ijs Ordinibus inſigniti, & in miniſterium Eccleſiæ ſegregati, rectè cognoſcantur, & ſuo in loco habeantur, meritoque honorentur. Væ autem [d] ijs, quos non Aaronis à Deo vocati exemplum impellit, ſed nouandarum rerum ſtudium ac animi tumor ad inſtar Oziæ Regis, ad Sacerdotalis dignitatis munera quomodocunquè occupanda ac arripienda præcipitat. In quos Diuinus ille ſermo rectè competit:[e] *Non mittebam prophetas, & ipſi currebant non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.*

c Acto. 6. b c 13. a 14. d 15. a g 1. Timoth. 4. d Tit. 1. b Cyprian. epiſt. 76.
d Numer. 16. c Hebr. 5. b 1. Paralip. 13. c 2. Reg. 6. a b 2. Par. 26. c d
e Hierem. 23. d 14. c 27. e 29. b

C. Et hos non Eccleſiæ miniſtros habendos, ſed vtì [f] fures, latrones, vulpes, canes & lupos cauendos eſſe Scriptura monet: quoniam illi non per oſtium ingrediuntur, ſed aut propria temeritate, aut propter [g] magiſtratus duntaxàt ciuilis vel turbæ [h] popularis fauorem, eccleſiaſtica munia ſibi ſumunt, abſque legitima quidem vocatione & ordinatione in ſacra illa munia inuolantes.* *Quomodò autem prædicabunt, niſi mittantur?* vt [i] ſegregatus ille in miniſterium Paulus inquit.

f Ioan. 10. a Cantic. 2. d Actor. 20. f Matth. 7. c
g Trident. ſeſſ. 23. cap. 4.
h Laod. can. 13.
* Rom. 10. c
i Actor. 13. a

D. Certè Ordine [k] confuſo, & ſublato Sacerdotio, Eccleſiaſtica corrueret Hierarchia, quæ tum ex Presbyteris & alijs miniſtris, tum verò ex Epiſcopis rectè ordinatis conſtat: nec eſſet Eccleſia, quod dicitur, caſtrorum acies [l] ordinata, nec veri & legitimi Eccleſiæ miniſtri internoſcerentur: prætereà docendi munus & authoritas vileſceret, Sacramentorũ diſpenſatio infidè præpoſtereque curaretur, ac vana etiam foret: functiones demùm Eccleſiaſticę perturbarentur, atque ſicut res nunc ipſa nimiùm docet, nouæ falſæque doctrinæ per nouos iſtos falſosque ſponſæ miniſtros gliſcerent: vndè grauibus etiam & exitialibus motibus, quos experimur, identidèm Eccleſia concuteretur. Quapropter Apoſtolus Paulus [m] non modò gradus miniſtrorum in Eccleſia diuerſos poſuit, verùm etiam quàm ſalutares ac neceſſarij eſſent, adiunxit, vt affirmet [n] diuinitùs eos eſſe datos Eccleſiæ, quemadmodùm anteà dictum fuit, *Ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, & vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris.*

k Vide Leonem epiſt. 87. ad epiſcopos Africanos, & Gregorium lib. 4. epiſt. 32. Dionyſ. in lib. de eccl. hierarch. cap. 5.
l. Cant. 6. a
m 1. Cor. 12. d
n Epheſ. 4. c

E. Et eſt profectò illuſtris hæc nota Eccleſiæ, multoque certiſſima, quòd videmus perpetuam illam, nullaq; hactenùs ætate interruptam Epiſcoporum ac legitimorum in ea ordinum ſucceſſionem, quos Deus in ea ad huius regni ſui gubernationem integram collocauit. Eoque magìs miniſtrorum iſthæc inſtitutio, tanquàm nexus firmiſſimus [o] Eccleſiæ, & conſeruandæ vnitatis pulcherrimum vinculum, ſedulò retinenda, & in malis etiam Eccleſię miniſtris (vt diximus) propter Diuinã ordinationẽ eſt vſquè honoranda. Quod Auguſtinus intelligens,[p] In illum, inquit, ordinẽ Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro vſq; ad Anaſtaſiũ, qui nunc eandem Cathedrã ſedet, ſi quiſquam traditor per illa tẽpora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis: quibus Dominus prouidens, ait de Prępoſitis malis:[q] *Quæ dicũt, facite: quæ aũt faciunt, facere nolite.* Hęc Auguſtinus.

o Iren. lib. 3. c. 3. & lib. 4. ca. 43. Optatus lib. 2. cõtra Donat. Auguſt. epiſt. 165. & 42. Item contra epiſt. Fundamen. cap. 4. Et in Pſal. contra partẽ Donati. Tertullian. de præſcrip. hęret. cap. 30.
p. Epiſt. 165. Vide eundem lib. 2. contra literas Petiliani, cap 51.
q Matth. 23. a

TESTI-

TESTIMONIA.

1.A. CONCILIVM Florentinum: Effectus Sacramenti Ordinis, eſt augmẽtum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter.

2. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimatertia, capite tertio & canone tertio, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio nono.

3. AVGVSTINVS libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani, vt ſuprà ibidèm, teſtimonio primo.

4. GREGORIVS Magnus in caput decimum libri primi regum.

5. ET Ambroſius in duodecimum prioris ad Corinthios, vt ſuprà, quæſtione prima, A. teſtimonio quinto & decimo.

1.B. ACTORVM ſexto: Elegerunt Stephanũ virum plenum fide & Spiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum: & orantes, impoſuerunt eis manus. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna multa in populo. Surrexerunt autem quidam de ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexãdrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur.

2. ET capite decimotertio: Miniſtrantibus autem illis Domino & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abiẽrunt Seleuciam, & indè nauigauerunt Cyprum, & cùm veniſſent Salaminam, prędicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum.

3. ITEM decimoquarto: Reuerſi ſunt (Paulus & Barnabas ſcilicet) Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animos diſcipulorum. Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presbyteros, & oràſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino.

4. ET decimoquinto: Facta ergò ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduersùs illos, ſtatuerunt vt aſcenderẽt Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs, ad Apoſtolos & Presbyteros in Ieruſalem ſuper hac quæſtione. Ibidèm: Perambulabat autem (Paulus) Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſias, præcipiens cuſtodire pręcepta Apoſtolorum & ſeniorum.

5. PRIORIS ad Timotheum quarto: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.

6. AD Titum primo: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.

Lib. 1. epiſt. 6. 7. CYPRIANVS epiſtola ſeptuageſimaſexta ad Magnum: Si apud Nouatianum eſt Eccleſia, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano Epiſcopo legitima ordinatione ſucceſſit, & quem præter ſacerdotij honorem, martyrio quoquè Dominus glorificauit, Nouatianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica & Apoſtolica traditione contempta nemini ſuccedens, à ſeipſo ortus eſt: habere nanque aut tenere Eccleſiã nullo modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non eſt. Foris enim non eſſe Eccleſiam, nec ſcindi aduersùm ſe, aut diuidi poſſe, ſed inſeparabilis atque indiuiduæ domus vnitatem tenere, manifeſtat ſcripturę diuinæ fides, cùm de ſacramento paſchæ & agni, qui agnus Chriſtum deſignabat, ſcriptum ſit: In domo vna comedetur, non eijcietis de domo carnem foràs. Quod item circa Raab, quæ ipſa quoquè typum portabat Eccleſiæ, expreſſum videmus, cui mandatur & dicitur: Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipſam in domum tuam; & omnis qui exierit oſtium domus tuæ foràs, reus ſibi erit. Quo ſacramento declaratur, in vnam domum ſolam, id eſt, in Eccleſiam, victuros, & ab interitu mundi euaſuros, colligi oportere. Quiſquis autem de collectis foràs exierit, id eſt, ſi quis quamuis in Eccleſia gratiam conſecutus receſſerit, & ab Eccleſia exierit, reum ſibi futurum, id eſt, ipſum ſibi quòd pereat imputaturũ. Quod Apoſtolus Paulus explanat, docens & præcipiens hæreticum vitandum eſſe, vt peruerſum & peccatorem, & à ſemetipſo damnatum. Hic eſt enim qui reus ſibi erit, nõ ab Epiſcopo eiectus, ſed ſponte de Eccleſia profugus, & hæretica præſumptione à ſemetipſo damnatus. Et idcircò Dominus inſinuans nobis vnitatem, de Diuina authoritate venientem ponit & dicit: Ego & pater vnum ſumus: ad quam vnitatem redigens Eccleſiam ſuam, denuò dicit: Et erunt vnus grex & vnus paſtor. Si autem grex vnus eſt, quomodò poteſt gregi annumerari, qui in numero gregis non eſt? aut paſtor haberi quomodò poteſt, qui (manente vero paſtore, & in Eccleſia Dei ordinatione ſuccidanea præſidente) nemini ſuccedens, & à ſeipſo incipiens, alienus fit & prophanus, Dominicæ pacis ac diuinæ vnitatis inimicus, non habitans in domo Dei, id eſt, in Eccleſia Dei, in qua non niſi concordes atque vnanimes habitant? loquente in Pſalmis Spiritu ſancto & dicente: Deus qui habitare facit vnanimes in domo. Ibidèm: Quòd verò eundem quem nos Deum Patrem, eundem Filium Chriſtum, eũdem Spiritum ſanctum nõſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nã & Chore & Dathan & Abiron cũ ſacerdote Aaron & Moyſe eundem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant. Tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vindicauerunt, diuinitùs percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus penderunt, nec potuerunt rata eſſe & proficere ſacrificia, irreligiosè & illicitè contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoquè ipſa, in quibus incenſum illicitè fuerat oblatum, nè in vſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potiùs indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu Domini conflata, atque igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecũdùm quod loquitur ſcriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Iſrael, vt non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non fit ſicut Chore. Et tamen illi ſchiſma non fecerãt, nec foràs egreſſi contra Dei ſacerdotes imprudenter atque hoſtiliter rebellauerant, quod nunc hi Eccleſiam ſcindentes, & contra pacem atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi atq; offerendi licentiam vendicare conantur. Quo modo perficere, quæ agũt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo poſſunt, qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? &c. Atque vt magis intelligi poſſet contra huiuſmodi audaciam, quæ ſit cenſura diuina, inuenimus in tali facinore nõ ſolùm duces & authores, ſed & participes pœnis deſtinari, niſi ſe à communione malorum ſeparauerint, præcipiente per Moyſen Domino & dicente: Separamini à tabernaculis hominũ iſtorum duriſſimorũ, & nolite tangere ab omnibus quæ ſunt eis

Nemini ſuccedẽs Nouatus à ſeipſo ortus eſt.

Exod. 12.

Ioſue 2.

Tit. 3.

Ioan. 10.

Ibidèm.

Ordinatio ſuccidanea.

Pſal. 67.

Non eſt ſatis de Deo idem ſentire quod Eccleſia.

Num. 16.

Alieno officio ſeſe immiſcentes.

Exod. 28.

Num. 16.

Digitized by Google

eis, nè ſimul pereatis in peccato eorum, & quod comminatus per Moyſen Dominus fuerat, impleuit, vt quiſquis ſe à Chore & Dathan & Abiron non ſeparâſſet, pœnas ſtatìm pro impia communione perſolueret. Quo exẽplo oſtenditur & probatur, obnoxios omnes & culpæ & pœnæ futuros, qui ſe ſchiſmaticis contra præpoſitos & ſacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint. Sicut etiam per Oſee Prophetam Spiritus ſanctus conteſtatur & dicit: Sacrificia eorum tanquàm panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Docens ſcilicet & oſtendens, omnes omninò cum authoribus ſupplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergò apud eos merita eſſe circa Deum poſſunt, quibus ſupplicia diuinitùs irrogantur? Oſee 9.

8. NVMERORVM decimoſexto, de ſeditione Chore loquens: Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum. deſcenderuntq; viui in infernum, operti humo. & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſrael qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Nè fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incenſum.

9. AD Hebræos quinto: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

10. PRIMI Paralipomenon decimotertio: Cõgregauit Dauid cunctum Iſrael, à Sihor Aegypti vſque dum ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim. Et aſcendit Dauid & omnis vir Iſrael ad collem Cariathiarim, qui eſt in Iuda, vt afferret indè arcam Domini Dei ſedentis ſuper Cherubim, vbi inuocatum eſt nomen eius. Impoſueruntq; arcam Dei ſuper plauſtrum nouum, de domo Abinadab: Oza autem & fratres eius minabãt plauſtrum. Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael ludebant coram Deo omni virtute, in canticis & in citharis, & Pſalterijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis. Cùm autẽ perueniſſent ad aream Chidon, tetendit Oza manum ſuam, vt ſuſtentaret arcam: bos quippe laſciuiens, paululùm inclinauerat eam. Iratus eſt itaque Dominus contra Ozam, & percuſſit eum, eò quòd tetigiſſet arcam: & mortuus eſt ibi coram Domino.

11. SECVNDI Regum ſexto: Poſtquàm autem venerunt ad aream Nachor, extẽdit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniã calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusq; eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei.

12. SECVNDI Paralipomenon vigeſimoſexto: Cùm roboratus eſſet (Ozias) eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominũ Deum ſuum: ingreſſusq; templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. ſtatímque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi, reſtiterunt regi, & dixerunt: Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino: ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium: egredere de ſanctuario, nè contempſeris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Iratusq; Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statimq; orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis. Cúmque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eò quòd ſenſiſſet ilicò plagam Domini. Fuit igitur Ozias rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini.

13. IEREMIAE vigeſimotertio, vt in textu.

14. ET capite decimoquarto: Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.

15. ITEM vigeſimoſeptimo: Non miſi eos: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, vt pereatis tam vos quàm prophetæ qui vaticinantur vobis.

16. IDEM capite vigeſimonono: Falsò ipſi prophetant vobis in nomine meo, & non miſi eos, dicit Dominus.

1. C. IOANNIS decimo: Amen, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliundè: ille fur eſt & latro. Fur non venit, niſi vt furetur & mactet & perdat. Lupus rapit & diſpergit oues.

2. CANTICORVM ſecundo: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.

3. ACTORVM vigeſimo: Ego ſcio (inquit Paulus ad maiores natu Eccleſiæ Epheſinæ) quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.

4. MATTHAEI ſeptimo: Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

5. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimatertia, capite quarto, vt ſuprà quæſtio. prima, A. teſtimonio nono.

6. CONCILIVM Laodicenum canone decimotertio: Turbis non eſſe permittendum, eorum qui ſunt in ſacerdotio conſtituendi, electionem facere.

7. AD Romanos decimo: Quomodò audient ſine prædicante? Quomodò verò prædicabunt, niſi mittantur?

8. ACTORVM decimotertio: Segregate mihi Saulum & Barnabam &c.

1. D. LEO Magnus in epiſtola octogeſimaſeptima ad Epiſcopos Aphricanos, per Mauritaniam Cæſarcenſem conſtitutos: Quòd ſi in quibuslibet Eccleſiæ gradibus prouidenter ſcienterq; curandum eſt, vt in Dei domo nihil ſit inordinatum, nihilq; præpoſterum: quanto magìs elaborãdum eſt, vt in electione eius qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur? nam totius familię Domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.

2. GREGORIVS Magnus libro quarto epiſtola quinquageſimaſecunda ad Epiſcopos Galliarum: Ad hoc diuinę diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent: vna concordiæ fieret ex diuerſitate cõtextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum: Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eã differentiæ ordo ſeruaret. Quia verò creatura in vna eademq; qualitate, gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarũ exemplar nos inſtruit: quia dum ſint Angeli, ſint Archãgeli, liquet quòd non æquales ſunt: ſed in poteſtate & ordine, ſicut nôſtis, differt vnus ab altero. Hierarchia eccleſiæ.

3. DIONYSIVS Areopagita in libro de Eccleſiaſtica hierarchia, capite quinto in initio, vbi de ſacris ordinibus tractationem inſtituit: Tempus iam admonet, poſt diuina iſtiuſmodi munia, ipſos exponere ſacros Ordines, ac diſtributiones, virtutesq; ipſorum, & actiones atque conſummationes, ſubiectamq; illis trinitatem excellentium

Digitized by Google

tium ordinum: vt oſtendatur ſacerdotij noſtri perfunctio, inordinata omnia & incompoſita atque confuſa ab ſe arcere ſemper atque cohibere: ornatum verò atque ordinem & grauitatem, in proportionibus ſanctorum ordinum ſuorum exhibere. Et quidem hierarchiam omnem cur in trinitatis diſtribuerimus numerum, in libro de cæleſti hierarchia congruè ſatis (reor) expoſuimus, dicentes, (vt habet ſacra noſtra traditio) omnem ſacrorum ordinum functionem, in ſanctiſſimas teletas diuidi, & in eos qui diuina probè callent, aliosq́ ſacratiùs imbuunt, inq́ eos qui ab his ſanctiſſimè promouentur. ET quibuſdam interiectis: Oſtenſum eſt igitur, Antiſtitum ordinem perficientem eſſe, & perfectionis authorem: ſacerdotum verò, illuminantem atque ad lucem promouentem: porrò miniſtrorum, purgantem atque diſcernentem. Videlicet pontificalis ordo non perficere ſolùm, verùm & illuminare & purgare nouit. Sacerdotum verò virtus, in ſe cum illuminante habet purgantem quoquè ſcientiam. Verùm quæ inferiores ſunt, ad præſtantiora trãſire nequeunt, propterea quòd fas illis non eſt, ad iſtiuſmodi proſilire ſuperbiam. Porrò ſacratiores virtutes vnà cum ſuis, inferiores quoquè ſua ipſa perfectione ſcientias ſacras nequaquàm ignorant. Quia tamen diuinarum actionum imagines ſunt ſacerdotales diſtinctiones, ornatiſſimi atque inconfuſi diuinarum operationum ordinis inſitos ſibi fulgores indicantes: in primas, ac medias, & vltimas ſanctas actiones atque ordines pontificali diſcretione diſtributæ ſunt, inſinuantes (vt dixi) in ſeipſis diuinas actiones ordinatas eſſe atque impermixtas. Quia enim ſumma illa diuinitas, eos (quibus ſe inſinuat) ſpiritus purgat primò, conſequenter illuminat, & illuminatos ad diuinam effigiem perficit: meritò ſacerdotalis diuinas imagines præ ſe ferens æmulatio, diſcretos ſeipſam in ordines, virtutesq́ diſtribuit, apertè indicans, diuinas actiones in caſtiſſimis puriſſimisq́ ordinibus conſtanter atque inconfuſè perſiſtere.

Inordinata & incompoſita arcet Sacerdotium Chriſtianæ legis.

Ordinata graduum in Eccleſia diſtinctio quid deſignet.

4. CANTICORVM ſexto: Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

5. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Quoſdam quidẽ poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquìd omnes Apoſtoli? nunquìd omnes Prophetę? nunquìd omnes Doctores? nunquìd omnes virtutes? nunquìd omnes gratiã habent curationum? nunquìd omnes linguis loquuntur? nunquìd omnes interpretantur?

6. AD Epheſios quarto: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum, &c.

1. E. IRENAEVS aduersùs hæreſes libro tertio, capite tertio: Sed quoniam valdè longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquàm oportet colligunt, &c. vt ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio tertio.

2. ET libro quarto, capite quadrageſimotertio, vt ſuprà, quæſtione ſeptima, C. teſtimo. primo.

3. OPTATVS Mileuitanus libro ſecundo contra Donatiſtas, vt ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio quinto.

4. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſexageſimaquinta ad Generoſum, vt ibidèm, teſtimonio ſexto.

5. IDEM epiſtola quadrageſimaſecunda ad Madaurenſes, ibidèm teſtimonio ſeptimo.

6. ITEM contra epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, capite quarto, vt ſuprà de fide & Symbolo, quæſtione decimaoctaua, D. teſtimonio nono.

7. IDEM Auguſtinus in pſalmo contra partem Donati, vt ſuprà de Præceptis Eccleſiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio octauo.

8. TERTVLLIANVS de præſcriptionibus aduersùs hęreticos capite triceſimoſexto, vt ſuprà ibidèm, E. teſtimonio ſecundo.

9. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſexageſimaquinta: In illum ordinem Epiſcoporum &c. vt in textu.

10. IDEM libro ſecundo contra literas Petiliani, capite quinquageſimoprimo, vt ſuprà de Præceptis Eccleſiæ, quæſt. nona, B. teſtimo. nono.

11. MATTHAEI vigeſimotertio, vt in textu.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Matrimonium?

MATRIMONIVM [a] eſt legitima viri fœminæq; coniunctio, ad conſuetudinem vitæ indiuiduam inter ipſos coniuges tranſigendam diuinitùs inſtituta.

B. Legitima, inquam, vt mutuus amborum [b] conſenſus accedat, & gradus, quos vocant, [c] conſanguinitatis & affinitatis, aliaque id genns matrimonium vel prohibentia, vel dirimentia, minimè intercedant.

C. Cuius quidem coniugalis coniunctionis ſi primarium authorem quæris, [d] Deus eſt Opt. Max. qui primos coniuges & humani generis parentes in ipſo paradiſo coniunxit, ſuaque benedictione cohoneſtauit. Sin finem inſtitutionis ſpectas, eſt humani generis [e] ad Dei gloriam propagatio, & coniu-

a Aug. in lib. de fide & operib. cap. 7. & lib. 1. de nupt. & concu. cap. 10. & 21. Lib. de bono coniu. cap. 24. Ambroſ. in cap. 5. Epheſ. Petrus Damia ſer. 1. de dedicat. Lucius 3. in 5. decretal. tit. 7. c. 9. Conſtantien. Concil. ſeſſ. 15. artic. 8. Trident. ſeſſ. 24. can. 1.

b Gen. 24. g Tob. 7. c d Ambroſ. de inſtit. virginis, cap. 6.

c Calixtus 1. epiſt. 2. Lateran. can 50. Trident. ſeſſ. 24. can. 3. & 4. & de refor. matrimon. cap. 2. & ſequent.

d Gen. 2. d Matth. 19. a 1. Corinth. 7. a Epheſ. 5. e f g

e Geneſ. 2. d Fulgent epiſt. 1. cap. 3. Iſidorus lib. 2. offic. eccleſiaſt. cap. 19.

Digitized by Google

coniugum inter ſe familiaris fidusque [f] conuictus, ac præterea [g] fornicationis in hac naturæ corruptæ imbecillitate deuitatio.

f Chryſoſt. hom. 20. in epiſt. ad Epheſ. in morali exhortat. hom. 5. in 1. ad Theſſal. Baſilius de vera virginitate.
g 1. Cor. 7. a Aug lib. 9. de Gene. ad lit. cap. 7. Chryſoſt. in Pſal. 43. & hom. 3. de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS in libro de fide & operibus, capite ſeptimo: Quid ſi, inquiunt, virgo neſciens viro nupſerit alieno? Hoc ſi ſemper neſciat, nunquàm ex hoc erit adultera: ſi autem ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubauerit. Sicut in iure prædiorum, tam diù quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quàm diù ſe poſſidere ignorat alienum: cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei perhibebitur, tunc iuſtè iniuſtus vocatur. Abſit ergò vt ſenſu non humano, ſed planè vano ſic doleamus cùm flagitia corriguntur, tanquàm connubia dirimantur: maximè in ciuitate Domini, in monte ſancto eius, hoc eſt, in Eccleſia, vbi nuptiarum nō ſolùm vinculum, verumetiam ſacramentum ità commendatur, vt non liceat viro vxorem ſuam alteri tradere: quod in republica tunc Romana, non ſolùm minimè culpabiliter, verumetiam laudabiliter Cato feciſſe perhibetur.

Vinculum & ſacramentū nuptiarum.

2. IDEM libro primo de nuptijs & concupiſcentia, capite decimo: Quoniam ſanè non tantùm fœcunditas, cuius fructus in prole eſt; nec tantùm pudicitia, cuius vinculum eſt fides; verumetiam quoddam ſacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, vndè dicit Apoſtolus; Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam: huius proculdubiò ſacramenti res eſt, vt mas & fœmina cōnubio copulati, quandiù viuunt, inſeparabiliter perſeuerent, nec liceat excepta cauſa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi. Hoc enim cuſtoditur in Chriſto & Eccleſia, vt viuens cum viuente in æternum nullo diuortio ſeparetur. Cuius ſacramenti tanta obſeruatio eſt in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, hoc eſt, in Eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus coniugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, vt cùm filiorum procreandorum cauſa vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec ſterilem coniugem fas ſit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam fecerit, non lege huius ſeculi, vbi interueniente repudio, ſine crimine conceditur cum alijs alia copulare connubia: quod etiam ſanctum Moyſen Dominus propter duritiam cordis illorum, Iſraëlitis permiſiſſe teſtatur: ſed lege Euangelij reus eſt adulterij; ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit. Vſqueadeò manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum, vt potiùs ſint inter ſe coniuges, qui ab alterutro ſeparati ſunt; quàm cum his, quibus alijs adhæſerunt. Cum alijs quippe adulteri non eſſent, niſi ad alterutrum coniuges permanerent. Deniquè mortuo viro cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium poteſt, cum quo priùs adulterium fuit. Ità inter viuētes manet quoddam vinculum cōiugale, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſſit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: ſicut apoſtatę anima velut de coniugio Chriſti recedens, etiam fide perdita, ſacramētum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit: redderetur enim proculdubiò redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet autem hoc qui receſſerit, ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmij.

Sacramentū nuptiarum. Epheſ. 5. Col. 3.

Pſal. 47.

Matth. 19.

Lege Euangelij adulterij rei ſunt, qui coniuge viuente contrahunt cum alia perſona.

Vinculū coniugale ſeparatio auferre nequit.

3. ITEM capite vigeſimoprimo eiuſdem libri: Reſpondebit etiam connubij ſacramentum, De me ante peccatum dictum eſt in paradiſo, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod magnum ſacramentum dicit Apoſtolus in Chriſto & in Eccleſia. Quod ergò eſt in Chriſto & in Eccleſia magnum, hoc in ſingulis quibuſque viris atque vxoribus minimum, ſed tamen coniunctionis inſeparabilis ſacramentum.

Connubij ſacramentum. Gen. 2.

Epheſ. 5.

Coniunctionis inſeparabilis Sacramentum.

4. IDEM de bono coniugali, capite vigeſimoquarto: Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in cauſa generandi eſt, & in fide caſtitatis. Quòd autem ad populum Dei pertinet, etiam in ſanctitate ſacramenti, per quam nefas eſt, etiam repudio intercedente, alteri nubere dum vir eius viuit, nec ſaltem ipſa cauſa pariendi. Quæ cùm ſola ſit qua nuptiæ fiunt, nec ea re non ſubſequente propter quam fiunt, ſoluitur vinculum nuptiale niſi coniugis morte. Quemadmodùm ſi fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiam ſi plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamen in illis ordinatis ſacramentum ordinationis; & ſi aliqua culpa quiſquam ab officio remoueatur, Sacramento Domini ſemel impoſito non carebit, quanuis ad iudicium permanente. Generationis itaque cauſa fieri nuptias, Apoſtolus ità teſtis eſt: Volo, inquit, iuniores nubere. Et quaſi ei diceretur, Vt quid? continuò ſubiecit, filios procreare, matresfamiliâs eſſe. Ad fidem autem caſtitatis illud pertinet, Vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir. Similiter & vir nō habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier. Ad ſacramenti ſanctitatem illud, Vxorem à viro non diſcedere; quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo recōciliari, & vir vxorem non dimittat. Hæc omnia bona ſunt, propter quæ nuptiæ bonæ ſunt, proles, fides, ſacramentum. Nec prolem autem carnalem iam hoc tempore quærere, ac per hoc ab omni tali opere immunitatem quandam perpetuam retinere, atq; vni viro Chriſto ſpiritaliter ſubdi, melius eſt vtiquè & ſanctius: ſi tamen ea vacatione ſic vtantur homines quomodò ſcriptum eſt; Vt cogitet quæ ſunt Dei, quomodò placeant Deo.

Sanctitas Sacramenti facit, vt nec interueniente repudio, liceat alteri nubere.

Confertur cum Sacramento Ordinis.

Proles.

1. Tim. 5.

Fides.

1. Cor. 7.

Sacramentū.

Cælibatus matrimonio præſtat.

1. Cor. 7.

5. AMBROSIVS in caput quintum epiſtolæ ad Epheſios: Myſterij ſacramentum grande in vnitate viri & fœminæ eſſe ſignificat. Nec hoc prodit, ſed aliam cauſam quæ non diſcordet à memorato myſterio, flagitat, quam ſcit ad profectum humani generis pertinere, hoc eſt, Eccleſiæ & Saluatoris, vt ſicut relictis parentibus, homo vxori ſuæ adhæret, ità & relicto omni errore, Eccleſia adhæreat & ſubijciatur capiti ſuo, quod eſt Chriſtus.

6. PETRVS Damianus in ſermone primo de dedicatione, agens de nuptiarum ſacramento, ità ait: Hoc magnum eſt, ait Apoſtolus, & Dominus in Euangelio: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quid magis vnum, quàm illi, quibus eſt vna caro, vna menſa, vnus torus, hæreditas vna? Honorabile coniugium (dicit vas electionis) torus immaculatus. Hoc deſtruuntur inceſtuoſa coniugia, & legitimorum hæredum digna progenies propagatur.

Matth. 19.

Heb. 3.

7. LVCIVS tertius libro quinto decretalium Gregorij, titulo ſeptimo de hęreticis, capite nono, Ad abolendam: Vniuerſos qui de ſacramēto corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, Matrimonio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire aut docere non metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat: & generaliter quoſcunque eadem Romana Eccleſia vel ſinguli epiſcopi per diœceſes ſuas, cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante, cum conſilio (ſi oportuerit) vicinorū Epiſcopo-

Sacramento baptiſmi, Cōfeſſionis, & cæteris annumeratur Matrimonij ſacramentum.

Romanæ Eccleſiæ doctrina de Sacramentis, amplectēda eſt.

ſcoporum hæreticos iudicauerint: vinculo perpetui anathematis innodamus.

8. CONCILIVM Conſtantienſe ſeſſione decimaquinta damnat hunc articulum octauum Ioannis Huſs: Sacerdotes criminosè viuentes, infideliter ſentiunt de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, &c.

9. TRIDENTINVM ſeſſione vigeſimaquarta, canone primo: Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in * Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit.

alia * in Eccleſiam inuectum,

1. B. GENESIS vigeſimoquarto: Et dixerunt Laban & Bathuel: Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem. Cumq; vocata (Rebecca) veniſſet, ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quæ ait, Vadam.

2. TOBIAE ſeptimo: Et apprehendens (Raguel) dexteram filiæ ſuæ (Saræ,) dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleatq; benedictionem ſuã in vobis. Et accepta charta, fecerunt conſcriptionem coniugij. Et poſt hæc epulati ſunt, benedicentes Deum.

3. AMBROSIVS de inſtitutione virginis, capite ſexto: Cùm initiatur coniugium, tunc coniugij nomen aſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit cõiugium, ſed pactio coniugalis. Deniquè cùm iungitur puella, coniugium eſt, non cùm virili admixtione cognoſcitur.

Pactio coniugalis facit coniugium.

4. CALIXTVS primus epiſtola ſecunda, capite quarto: Coniunctiones conſanguineorũ fieri prohibentur, quando has & diuinæ & ſeculi prohibent leges. Leges ergò diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non ſolùm eijciunt, ſed & maledictos appellant. Leges ergò ſeculi, infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos verò ſequentes Patres noſtros, & eorum veſtigijs inhærentes, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia infamiæ maculis ſunt adſperſi. Nec eos viros, nec accuſationes eorum, quos leges ſeculi reijciunt, ſuſcipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas, rationi & honeſtati non repugnantes, eſſe amplectendas, præſertim vbi vel publicæ conſulunt vtilitati, vel Eccleſiaſticæ dignitatis authoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur? Eos autem conſanguineos dicimus, quos diuinæ & Imperatorum ac Romanorum atque Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditatem ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt.

Sanguine iũctorum coniugia prohibentur.

5. CONCILIVM Lateranenſe magnum ſub Innocentio tertio, capite quinquageſimo: Non debet repræhenſibile iudicari, ſi ſecundùm varietatem temporum, ſtatuta quandoquè varientur humana, præſertim cùm vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. Cùm igitur prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs, cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic contrahentes decæterò liberè copulentur. Prohibitio quoquè copulæ coniugalis, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum decæterò non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus, iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius enim numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apoſtolus, quòd vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis. Cùm ergò iam vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ità eſſe volumus perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudùm editis, vel ab alijs vel à nobis, vt ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum: cùm diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantòque grauiora ſint crimina, quanto diutiùs infelicem detinent animam alligatam.

Quartum cõſanguinitatis & affinitatis gradũ nè excedat prohibitio coniugalis.

6. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta, canone tertio: Si quis dixerit, eos tantùm conſanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum: nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant & dirimant, anathema ſit.

Leuit. 18. Diſpenſatio Eccleſiæ circa gradus cõſanguinitatis

7. ITEM Canone quarto: Si quis dixerit, Eccleſiã non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs conſtituendis erràſſe, anathema ſit.

Impedimenta matrimoniũ dirimentia.

8. IN eadem ſeſſione in decreto de Reformatione Matrimonij, capite ſecundo: Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multotiès in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimũtur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritalis impedimento incipiens, ſtatuit vt vnus tãtùm, ſiue vir ſiue mulier, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus & vna, baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant: inter quos ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem ac matrem, tantùm ſpiritualis cognatio cõtrahatur. Parochus antequàm ad Baptiſmum cõferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro eorum nomina deſcribat: doceatq; eos, quam cognationem contraxerint, nè ignorantia vlla excuſari valeant. Quòd ſi alij, vltra deſignatos, baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant: conſtitutionibus in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa vel negligentia ſecùs factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoq; cognatio quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illius patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimẽtis omninò ſublatis.

Spiritualis cognatio inter quos contrahatur.

9. ITEM capite tertio: Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, vbi ſponſalia quacunque ratione valida non erunt, ſancta Synodus prorſùs tollit: vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedant: quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpendio obſeruari.

Sponſalia.

10. ET capite quarto: Prætereà ſancta ſynodus, iiſdem & alijs grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſteà factum dirimit: ad eos tantùm, qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringit. In vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà contractum non dirimere.

Affinitas ex fornicatione contracta.

11. ITEM quinto: Si quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequen-

Intra gradus prohibitos contrahẽtes.

dæ

Digitized by Google

dæ careat: idq; in eo multò magìs locum habeat, qui non tantùm matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quòd ſi ignoranter id fecerit, ſi quidem ſolennitates requiſitas in contrahẽdo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis: non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatẽ facilè experiatur, cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. Si verò ſolennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſteà ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc faciliùs cum eo & gratìs diſpenſari poterit. In contrahendis matrimonijs vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel raròː idq; ex cauſa, & gratìs concedatur. In ſecundo gradu nunquàm diſpenſetur, nisì inter magnos principes, & ob publicam cauſam.

1. C. GENESIS ſecundo capite: Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cumq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea: hęc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

2. MATTHAEI decimonono: Acceſſerunt ad eum Phariſæi, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa? Qui reſpondens, ait: Non legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna: itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergò Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.

3. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autẽ & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicèm, nisì fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterùm reuertimini in idipſum, nè tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, nõ ſecundùm imperium. Et poſt pauca: Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

4. AD Epheſios quinto: Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: quoniam vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſię. Ipſe, ſaluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ità & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illã ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ità & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

5. GENESIS ſecundo, vt paulò antè, C. teſtimonio primo.

6. FVLGENTIVS epiſtola prima de coniugali debito, & voto cõtinentiæ à coniugibus emiſſo, capite tertio: Iuſtitia vtendi coniugij hęc eſt, vt non explendæ libidinis, ſed ſubſtituendæ prolis obtentu, ſibi coniuges congruo tempore miſceantur. In illis nanque bonis quæ fecit Deus, inuenitur caſta copulatio vxoris & viri, in quibus Dei operibus libido non poteſt inueniri: nec aliquando iuſtitiæ congruit, quæ non hominibus ex dono conditionis, ſed peccatoribus ex vitio primæ præuaricationis acceſſit. Sed quia ſine illa in corpore mortis huius proles humana nõ ſeritur, non eam affectant coniugia caſta, ſed tolerant, eiq; imponit nuptialis honeſtas modum, ſine qua non poteſt in carne peccati, naturalis explere fœcunditatis officium. Sic ergò quæri debet ex nuptijs fructus, vt cohibendus ſit lubricæ voluptatis exceſſus. Quocircà ſi coniugalis vſus eatenùs temperetur, vt non æſtuanti libidini animus ſeruiat, ſed prouentum naſcituræ prolis attendat: & cùm nata fuerit, diluendam celeriùs ſpiritali generatione non negligat: non deputatur fidelibus coniugibus ad peccatum carnis indulta commixtio: quia & coniugalis ſeruat confœderatio caſtitatem, & verecundia cuſtodit modeſta temperiem, & Deo dicandam coniugalis exhibet fœcunditas prolem, vt & redemptoris ope homo iam natus, reformetur baptiſmatis Sacramento, cuius opere priùs formatur in vtero: & illum habeat humana natura beneficio ſecũdæ natiuitatis patrem, quem in prima natiuitate ſuæ conditionis agnoſcit authorem. Coniugatus ergò ſi fornicetur, damnabiliter peccat: ſi verò thori fidem non deſerat, ſed in vxore ſua naturali duntaxàt vſu aliquantulùm intemperatus excedat, non ſolùm ſcilicet generationem quærens, ſed aliquando libidini carnis obediens, hoc equidem ſine culpa non facit. Talis autem culpa citiùs benè operanti atque oranti remittitur, quia ipſi coniugi ſeruat maritalis charitas fidem, in qua non poteſt maritalis infirmitas cuſtodire temperiem. Etſi nuptialis in vxore modeſtia non tenetur, à nuptiali tamen fide nulla immoderatione diſceditur.

Iuſtitia vtendi cõiugij eſt propter prolem eo vti.

Libidinẽ caſta coniugia non affectãt, ſed tolerant.

Prolem citò curent baptizari.

Sine culpa in fidelibus cõiugibus poteſt eſſe carnalis cõmixtio.

Libido cõiugalis per fidẽ thori ſeruatã, quomodo diluatur: præſertim ſi adſint opera miſericordię, vt cap. 4. docet.

7. ISIDORVS libro ſecundo de eccleſiaſticis officijs, capite decimonono: Illę ſunt certę nuptię, quæ in coniugio non libidinem, ſed prolem requirunt: neque enim ſic inſtitutæ ſunt, vt carnis voluptatibus ſeruiant, ſed tãtùm vt fructum propaginis quærant. Nam & ipſæ dotales tabulæ cauſam indicant procreandorum liberorum. Quando ergò quiſque luxurioſè ampliùs viuit, quàm neceſſitas procreandorum liberorum cogit, iam peccatum eſt. Vndè neceſſum eſt, vt quotidianis eleemoſynis ac precibus intercedant, qui thori coniugalis pudicitiam frequentiùs per incontinentiam commaculant.

In nuptijs nõ libido, ſed proles quærenda.

8. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſima in epiſtolam Pauli ad Epheſios, in morali exhortatione, multa pulchra habet de pacifico coniugum conuictu.

9. IDEM homilia quinta in priorẽ epiſtolam ad Theſſalonicenſes: Propter vitæ cõmunionem & liberorum procreationem puella adiuncta viro eſt, non turpitudinis riſusq; gratia, vt domum adminiſtret, vt & virum ad honeſtatem & caſtitatem erudiat, non vt illi fornicationis incitamenta porrigat.

Propter vitæ communionem & prolium procreationem inſtitutum eſt matrimonium.

10. BASILIVS in libro de vera atq; integerrima virginitate: Tunc legitimum conſtat eſſe connubium, & ſecũdùm diuina iura inſtitutum, cùm non voluptatis affectus legis ſcita præceſſerit, ſed adiumenti neceſſarij, proliſq; cauſa fuerit huiuſmodi facta coniunctio. Ità fiunt honorabiles nu-

Secundũ diuina iura eſt inſtitutũ connubium, cùm cauſa adiumenti & prolis ſit cõiunctio.

Heb. 13.

ptiæ, quando rationem coniugij non præit obſcœna voluptas: ſed iacto ſecundùm leges diuinas ſancto fundamento, matrimonium neceſſariò ſequi voluptas ipſa concubitus, vnamq; carnem duas facere deprehenditur. Quia enim præcedens animæ ratio, animas apertè neceſſitatis ratione cõiunxit, meritò ità vnitas carnis quoquè, cui alligatæ ſunt, vnitas ſequitur. Porrò ſi animæ initio aliud proponant, & caro poſtmodùm ad voluptatem prona, naturali feratur impetu, atq; animas ſibi alligatas, vt affectioni ſuæ obſequantur, inducat: carnis tunc vitium ſecutæ animæ huiuſmodi congreſſum execrabilem reddunt. Quod enim opus neque ratio, quæ animæ ineſt, neque lex iuſta præceſſit, id profectò vt iniquum à conſcientia damnatur. Idcircò mulier, inquit, alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: ſin verò mortuus fuerit, libera eſt, cui vult nubat, tantùm in Domino. Vide quòd non ſimpliciter dixerit, nubat, ſed adiecit, in Domino tantùm. Nam & quæ per mortem viri, liberam conſequitur nubendi facultatem, non tamen ea libertate potita, vtcunquè nubere debet: ſed tantùm in Domino. Quid eſt autem in Domino nubere? Non vt vile mancipium voluptatibus carnis ad concubitum pertrahi, ſed iudicio, & commodioris vitæ ratione nuptias eligere. Ideò enim & matrimonij neceſſitatem creator in natura conſtituit.

Alium ſibi finem proponentes, congreſſum reddunt execrabilem.

1. Cor. 7.

Nubere in Domino, eſt non voluptate carnis, ſed iudicio & cõmodioris vitæ ratione cò pertrahi.

11. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt ſuperiùs C. teſtimonio tertio.

12. AVGVSTINVS libro nono de Geneſi ad literam, capite ſeptimo: Deniquè vtriuſque ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officium, ſit ægrotis remedium. Neq; enim quia incontinentia malum eſt, ideò connubium, vel quo incontinentes copulantur, non eſt bonum: immò verò non propter illud malum culpabile eſt hoc bonũ, ſed propter hoc bonum, veniale eſt illud malum: quoniã id quod bonum habent nuptiæ, & * quòd bonæ ſunt nuptiæ, peccatum eſſe nunquàm poteſt. Hoc autem tripertitum eſt, fides, proles, ſacramentum: in fide attenditur, nè præter vinculũ coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole, vt amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſè educetur. In ſacramento autem, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis alteri coniungatur. Hæc eſt tanquàm regula nuptiarũ, qua vel naturæ decoratur fœcunditas, vel incontinentiæ * regitur prauitas. Vndè quia ſatìs diſſeruimus in eo libro, quem de bono coniugali nupèr edidimus, vbi & continentiam vidualem, & excellentiam virginalem pro ſuorum graduum dignitate diſtinximus, diutiùs hîc noſter ſtylus non eſt occupandus.

Matrimoniũ remediũ infirmitatis.

* al. quo

Tripertitum bonum Matrimonij. Fides, Proles, Sacramentũ. Coniugij indiſſolubilis nexus.

* al. reijcitur

13. CHRYSOSTOMVS in pſalmũ quadrageſimumtertium: Qui Dei opus tanta affecit ignominia, quid tandèm patietur? & maximè quando qui hæc facit, habet vxorẽ. Nè mihi enim dixeris naturæ cupiditatẽ. Propterea enim permiſſum fuit matrimoniũ, nè vltra proprios terminos progredereris. Vide enim quanto dignus eris ſupplicio. Nam Deus tuæ quieti & honori proſpexit, vt & naturæ rabiem per vxorẽ compeſceres, & hoc abſq; vllo periculo faceres, & ab omni turpitudine & dedecore liberareris. Tu autem eum, qui tantam tuî curam gerit, ex redundanti quadam & exuberanti copia, iniuria afficis.

Ad euitandã fornicationẽ permiſſum matrimoniũ.

14. IDEM homilia tertia de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum &c. Si quis templũ Dei violat, perdet hunc Deus. Hîc non eſt probrum aut repræhenſio, ſed pœna grauiſſima. Nouit & Salomon peccatorum diſcrimen, qui furtum cum adulterio conferens, ſic alicubì loquitur: Non eſt mirum ſi quis depræhendatur in furto, furatur enim, vt animam expleat eſurientem: Sed adulter, ob inopiam ſenſus, exitium animæ ſuæ conciliat. Et illud, inquit, peccatum eſt, ſed alterum minus, alterum maius: quòd alteri præbuerit occaſionem peccandi fames, alteri omnis adempta ſit excuſatio. Verùm hic quoquè, dixerit aliquis, compellitur naturali concupiſcentia. At non permittit elabi vxor quæ illi ſorte obtigit, ſed inſtat eripiens illi veniam. Ob id enim matrimonium & huius legitimus vſus permittitur, nè quid horum excuſare poſſit maritus. Hanc ob cauſam data eſt illi mulier adiutrix, vt efferueſcentem naturam coerceat, vt concupiſcentiæ fluctus ſedet. Itaque quemadmodùm gubernator in portu faciens naufragium, haudquaquàm vllam impetraret veniam: ſic nec is cui quum per coniugium conceſſum ſit quô lapſum effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia, aut qui quamcunque fœminam curioſis aſpicit oculis, habere quicquam poſſet quo ſemet excuſet, nec apud homines, nec apud Deum, etiamſi deciès milliès allegârit naturæ voluptatem.

1. Cor. 3.

Prouer. 6.

Adulter omnĩ caret excuſatione.

Matrimonij legitimus vſus permittitur, vt vitetur fornicatio.

II.

Qua ratione Matrimonium eſt Sacramentum?

A. QVATENVS [a] ea coniunctio, quæ inter virum & vxorem arctiſſima intercedit, congruum & ſacrum eſt ſignum diuinitùs inſtitutum, quo Chriſti ſponſi & Eccleſiæ ſponſæ coniunctio ſanctiſſima firmiſſimaque deſignatur.

a Ambr. in c. 5. Ephe. Aug. vt ſuprà. Iſidor. lib. 2. offic. Eccleſiaſt. cap. 19. Cõc. Florent. Triden. ſeſſ. 24. in doctrin. de Sacramẽto Matrimonij.

B. Hoc ipſum ſignum Chriſtianis coniugibus, quando Matrimonium ritè [b] auſpicantur, ad gratiam Dei prodeſt accipiendam. Quæ gratia coniugibus naturalem [c] perficit amorem, & indiſſolubilẽ vnitatem confirmat, eoſque ſanctificat, vt non modò duo ſint [d] maneantque in carne vna ſecundùm ſuam vocationem, verùm etiam vt mutuam inter ſe fidem, pacem, dilectionem & conſenſionem maximam vſquè conſeruent. Atque ità in eis efficitur, quod Apoſtolus docet, [e] *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus.*

b Tob. 3. c 6. c 8. b Euariſtus epiſt. 1. Trident. cap. 1. reform. matrimon.

c Chryſ. hom. 20. in epiſt. ad Ephe. Amb. 1. de Abraham. cap. 7.

d Geneſ. 2. d

e Heb. 13. a Fulgent. epiſt. 2. cap. 5.

C. Proindè Paulus [f] idem, vbi coniunctionis eiuſmodi tractat myſterium, perſpicuè dixit: SACRAMENTVM HOC MAGNVM EST, *ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Sic & Auguſtinus: Non tantùm, [g] inquit, fœcunditas, cuius fructus in prole eſt; nec tantùm pudicitia, cuius

f Ephe. 5. Ambro ibid. Leo epiſt. 92. ad Ruſticũ Narbo.

g Lib. 1. de nuptijs & concupiſc. c. 10. & 21.

Digitized by Google

cuius vinculum eſt fides; verùm etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vndè dicit Apoſtolus: [h] *Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Et [i] rurſùs: In nuptijs plùs valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas vteri.

h Epheſ.5.f
i Aug.lib.de bono coniugali,cap.18.

TESTIMONIA.

1. A. AMBROSIVS in caput quintum ad Epheſios, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio quinto.

2. AVGVSTINVS, vt in priore quæſtione, A. teſtimonio primo & ſequentib.

Bona coniugij tria, fides, proles, & ſacramentum.
Cur matrimonium ſit ſacramentū.
Epheſ.5.
1.Cor.7.

3. ISIDORVS libro ſecundo de Eccleſiaſticis officijs, capite decimonono: Nuptialia bona tria ſunt, proles, fides, ſacramentum. In fide attenditur, nè præter vinculum coniugale cum altero vel altera concumbatur: in prole, vt amanter ſuſcipiatur, pudicè nutriatur: in Sacramento, vt coniugium nō ſeparetur, neque cauſa prolis alteri coniungatur. Sacramentum autem ideò inter coniugatos dictum eſt, quia ſicut non poteſt Eccleſia diuidi à Chriſto, ità nec vxor à viro. Quod ergò in Chriſto & in Eccleſia, hoc in ſingulis quibuſque viris atque vxoribus coniunctionis inſeparabile Sacramentum eſt. Vndè & Apoſtolus: Præcipio, inquit, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere &c. vt infrà quæſtione tertia, B. teſtimonio ſexto.

Cauſa efficiens matrimonij.
Triplex Matrimonij bonum.
Matrimonij indiuiſibilitas.

4. CONCILIVM Florentinum: Septimum eſt ſacramentum Matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundùm Apoſtolum dicentem, Sacramentum hoc magnū eſt &c. Cauſa efficiens Matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonū Matrimonij. Primum, proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum eſt fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet. Tertium indiuiſibilitas Matrimonij, propter hoc quòd ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ.

Indiſſolubilis nexus Matrimonij.
Geneſ.2.
Matrimoniū inter duos tantùm contrahitur.
Matth.19.
Gratia huius ſacramenti.
Epheſ.5.
Inter Sacramenta nouæ legis numerandum.

5. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta in doctrina de ſacramento Matrimonij: Matrimonij perpetuum indiſſolubilemq; nexum primus humani generis parens diuini ſpiritus inſtinctu pronunciauit, cùm dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hoc autem vinculo duos tantummodò copulari & coniungi, Chriſtus Dominus apertiùs docuit, cùm poſtrema illa verba, tanquàm à Deo prolata, referens dixit: Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. ſtatimq; eiuſdem nexus firmitatem ab Adamo tanto antè pronunciatam, his verbis confirmauit: Quod ergò Deus coniunxit, homo non ſeparet. Gratiam verò, quæ naturalem illū amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugesq; ſanctificaret, ipſe Chriſtus, venerabilium Sacramentorum inſtitutor atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit, quod Paulus Apoſtolus innuit, dicēs: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: mox ſubiungens, Sacramentum hoc magnū eſt: ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Cùm igitur matrimonium in lege Euangelica veteribus cōnubijs per Chriſtum gratia præſtet, meritò inter nouę legis Sacramenta annumerandum ſancti Patres noſtri, Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt: aduerſùs quam impij homines huius ſeculi inſanientes, non ſolùm perperàm de hoc venerabili ſacramento ſenſerunt, ſed de more ſuo, prætextu Euangelij, libertatem carnis introducentes, multa ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorum tēporibus probata conſuetudine aliena ſcripto & verbo aſſeruerunt, non ſine magna Chriſti fidelium iactura: quorū temeritati ſancta & vniuerſalis Synodus cupiens occurrere, inſigniores prædictorum ſchiſmaticorum hæreſes & errores, nè plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipſos hæreticos, eorumq; errores decernens anathematiſmos.

1. B. TOBIAE tertio: Tu ſcis Domine (inquit Sara filia Raguelis) quia nunquàm concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia. Nunquàm cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea, conſenſi ſuſcipere.

2. ET capite ſexto: Tunc angelus Raphael dixit Tobiæ: Audi me, & oſtendam tibi, qui ſunt quibus præualere poteſt dæmonium. Hi nanque qui coniugium ità ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ità vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cùm acceperis eam, &c. accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magìs quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris.

3. ITEM octauo capite: Dixitq; Tobias: Et nūc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorum.

Quomodò inchoandum ſit piè matrimonium.
Benedictio ſacerdotalis.

4. EVARISTVS Pontifex & martyr epiſtola prima ad omnes Epiſcopos Aphricanos: Similiter cuſtoditum & traditum habemus ab Apoſtolis, vt vxor legitimè viro iungatur. Aliter enim legitimū (vt à patribus accepimus, & à ſanctis Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus traditū inuenimus) non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus & oblationibus, à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis (vt conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata, à proximis tempore congruo petita, legibus dotetur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios, ſed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij chariſſimi & merito illuſtres, fide catholica ſuffragante, ità peracta, legitima ſcitote eſſe connubia.

Hactenùs fuerunt Clandeſtina, vera matrimonia.

5. CONCILIVM Tridentinum in decreto de reformatione matrimonij, capite primo: Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quandiù Eccleſia ea irrita non fecit: & proindè iure damnādi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant, quiq; falsò affirmant, matrimonia à filijs familiâs ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit. Verùm cùm ſancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam

Digitized by Google

entiam iam non prodeſſe: & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugijs ortum habent: præſertim verò eorum qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clàm contraxerant, relicta, cum alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cùm ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri non poſſit, niſì efficacius aliquod remedium adhibeatur: idcircò ſacri Lateranenſis concilij ſub Innocentio tertio celebrati veſtigijs inhærendo præcipit, vt in poſterum, antequàm matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolennia publicè denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur: vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum. Quòd ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantùm denunciatio fiat, vel ſaltem parocho, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur: Deindè ante illius conſummationé denunciationes in Eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs detegantur: niſì Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictę denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit. Qui aliter quàm pręſente parocho vel alio ſacerdote, de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit: & huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Inſupèr Parochum, vel alium ſacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine parocho, vel ſacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, necnon ipſos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Prætereà eadem ſancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent: ſtatuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam niſì ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prędictam benedictionem faciendam alij ſacerdoti concedi poſſe: quacunque conſuetudine, etiã immemorabili, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, vel priuilegio, non obſtante. Quòd ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſiue regularis, ſiue ſecularis ſit, etiãſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius parochię ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere auſus fuerit: ipſo iure tam diù ſuſpenſus maneat, quàm diù ab ordinario eius parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. Habeat parochus librum, in quo coniugum & teſtium nomina, diemque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligẽter apud ſe cuſtodiat. Poſtremò ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequàm contrahant, vel ſaltem triduò ante matrimonij conſummationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs, vltra prędictas, laudabilibus conſuetudinibus & cæremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta Synodus vehementer optat. Nè verò hæc tam ſalubria præcepta quenquã lateant, ordinarijs omnibus præcipit, vt cùm primùm poterunt, curent hoc decretũ populo publicari, ac explicari in ſingulis ſuarum diœceſum parochialibus Eccleſijs, idque in primo anno quàm ſæpiſſimè fiat, deindè verò quotiès expedire viderint. Decernit inſupèr, vt huiuſmodi decretum in vnaquaque parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

Cap. 51.

Matrimoniũ contracturi denunciari publicè debent.

Parochi præſentia dũ matrimonio cõiunguntur

Clandeſtina matrimonia deincèps irrita facit Cõcilium Tridentinum.

Benedictio ſacerdotalis.

Confeſſio & Cõmunio ſacra ante matrimonij cõtractum præcedant.

Promulgatio huius noui decreti.

6. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſima in epiſtolam ad Epheſios: Reuerà nanque, reuerà inquam, myſterium eſt, & magnum myſterium, relicto parente eo qui genuit, eo qui aluit, etiam ea quæ peperit, quę miſerè & cum labore parturiuit, illis videlicet deſertis qui tanta beneficia præſtiterunt, quibuscum conſuetudo tracta eſt, adhærere virum illi, quæ anteà neque viſa ſit, neque aliquid commercij cum illo habuerit, atque hanc etiam omnibus præferre. Verè myſterium eſt. Et parentes quidem, etiam cùm iſta fiunt, non offenduntur, ſed magìs offenduntur ac dolent cùm non fiunt, expenſis quoquè pecunijs ac ſumptu facto lætantur. Magnum reuerà myſterium, & ineffabilem quandam ſapientiam habens. Iſtud ſuprà præfatus dixit, in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen non propter ipſum ſolum ità dictum eſt. Sed quid? vt vxorem ſcilicet tanquàm propriam carnem foueat, quemadmodùm & Chriſtus Eccleſiam, vxor verò vt reuereatur virum.

Amor coniugum.

Epheſ. 5.

7. AMBROSIVS libro primo de Abraham, capite ſeptimo: Nulli licet ſcire mulierem præter vxorem. Ideò coniugij tibi datum eſt ius, nè in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Iunctus es vxori? noli quærere ſolutionem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere: nam & aliam quęrere, cùm habeas tuam, crimen eſt adulterij. Et paulò pòſt: Cognoſcimus velut præſulem cuſtodemque coniugij eſſe Deum, qui non patiatur alienum torum pollui. Et ſi qui fecerit, peccare eum in Deum, cuius legem violet, gratiam ſoluat. Et ideò quia in Deum peccat, ſacramenti cæleſtis amittit conſortium.

1. Cor. 7.

Marc. 6.

Præſul cuſtosque coniugij Deus.

8. GENESEOS ſecundo, vt ſuprà quæſtione præcedenti, C. teſtimonio primo.

9. AD Hebræos decimotertio: Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

10. FVLGENTIVS epiſtola ſecunda ad Gallam de ſtatu viduali, capite quinto: Sancta ſunt Chriſtianorum coniugia, quia & coniugalis ibi caſtitas cuſtoditur in corpore, & puritas fidei ſeruatur in corde. Nam & Apoſtolica dicit authoritas, Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Non eſt ergò connubium ex colluuione peccati, ſed ex inſtitutione Dei: & in eo quod ſibi coniuges inuicèm carnis debitum reddunt, in quantum id modeſtè faciunt, Chriſti pręcepta cuſtodiunt: quia nullatenùs à coniugali charitate & caſtitate diſcedunt. Execratur autem adulterinos concubitus caſtitas coniugalis, & honeſtatis verecundiæ tenax, ab vna vnus, & ab vno vna expetit, quod vterque ſe vni tantùm legitimè debere cognoſcit.

Matrimoniũ Chriſtianorũ cur ſit ſanctũ.

Heb. 13.

1. C. AD Epheſios quinto, vt ſuprà quæſtione præcedenti, C. teſtimonio quarto.

2. AMBROSIVS in caput quintũ ad Epheſios, vt ſuprà quæſt. præcedenti, A. teſtimo. quinto.

3. LEO Magnus epiſtola nonageſimaſecunda ad inquiſitiones Ruſtici epiſcopi Narbonenſis, capite quarto: Non omnis mulier iuncta viro, vxor eſt viri: quia nec omnis filius hæres eſt patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuòs ſunt legitima, & inter æquales, multò priùs hoc ipſum Domino conſtituente quàm initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor, aliud concubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiã Apoſtolus ad manifeſtandã harum perſonarum diſcretionem, teſtimonium ponit ex Geneſi, vbi dicitur Abrahæ: Eijce ancillã & filium

Galat. 4.

Gen. 21.

eius

Digitized by Google

eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Vndè quum ſocietas nuptiarum ità ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum: dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe miniſterium.

Habet in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum.

4. AVGVSTINVS libro primo de nuptijs & concupiſcentia, capite decimo & vigeſimoprimo, vt in quæſtione præcedenti, A. teſtimonio ſecundo & tertio.

5. IDEM libro de bono coniugali, capite decimooctauo, vt in textu, & in quæſtione ſequenti, B. teſtimonio tertio.

III.

An dirimi vnquàm poteſt Matrimonium?

A. Matrimonivm dirimi non poſſe, ſed illius nexum indiſſolubilem eſſe, primi hominis verba illa demonſtrant, [a] *Relinquet homo patrem ſuum & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Quam rem [b] Chriſtus quoquè confirmauit, cùm Adæ verba veluti diuina repeteret, illud etiam adiungens, *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Atque alibi docet, [c] *Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.* Hanc porrò Dei legem & inuiolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus illuſtrans, *His*, ait, [d] *qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.* Ac poſteà [e] ſubijcit: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit.*

a Geneſ. 2. d

b Matth. 19. a Marc. 10. b Orig. tract. 7. in Matth.

c Luc. 16. d Marc. 10. b Rom. 7. a Can. Apoſt. 48. Ambr. in cap. 16. Luc.

d 1. Cor. 7. b Auguſt. de adult. coniug. lib. 2. ca. 5. & 9. Item homil. 49. ex 50. c. 2. Concil. Mileuit. can. 17.

e Ibid. g & Rom. 7. a

B. Etſi igitur nulla etiam ſperetur [f] proles, & quælibet vitæ incommoda, duriſſimique caſus accedant, tamen contractum ſemel matrimonium valet, adeoque ratum & firmum eſt, ſi prę ſertim ſit conſummatum, vt vſque indiſſolubile in omni vita perſeueret. Vndè non poteſt alter coniugum ab altero in vniuerſum diuertere, niſi fortè priuſquàm inter coniuges carnale commercium interceſſerit, religioſæ vitæ * inſtitutum ſuſcipiatur. Vbi verò cauſæ quædam offerunt ſeſe, ob quas aliquando coniuges ſeparentur, non idcircò vinculum ſoluitur, [g] ſed tori & cohabitationis communitas, quæ anteà fuit, impeditur.

f Auguſt. de bono coniuga. c. 7. 15. 18. 24. Hier. in Epitaph. Fabiolæ ad Oceanum epiſt. 30. cap. 1. Iſidor. lib. 2. offic. Eccleſiaſt. cap. 19.

* Decre. lib. 3. tit. 32. c. 2. & 14. Triden. ſeſſ. 24. can. 6.

g Cōcil. Floren. Trid. ſeſſ. 24. can. 7. & 8. Auguſt. lib. 2. de adulter. coniug. cap. 15.

C. Cuius rei cauſam in Chriſto ipſo ſtatuemus, qui ſumma, perpetua & inſeparabili prorſus vnione [h] Eccleſiam, ſponſam illam vnicam, ſemperque chariſſimam, ſibi adiunxit atque copulauit. Neque ſolùm hæc ipſa, quę inter virum & vxorem eſt, coniunctio, vinculi coniugalis habet firmitatem, verùm etiam omnem indè polygamiam, [i] nè vni videlicet viro plures nubant, aut vna pluribus detur maritis, penitùs excludit. Quarè Chriſtus, vt Matrimonium & certiùs confirmaret, & ad puriorem primæuumque illum ſtatum reuocaret, ſignificanter dixit: [k] *Erunt duo in carne vna.* Et rursùm: *Iam non ſunt duo, ſed vna caro.*

h Epheſ. 5. f g Cant. 5. a b c

i Iſido. lib. 3. de Offi. Eccle. cap. 19. Tridentin. ſeſſ. 24. can. 2.

k Gene. 2. d Matth. 19. a Marc. 10. b

TESTIMONIA.

1. A. GENESEOS ſecundo, vt ſuprà quæſtione prima, C. teſtimonio primo.

2. MATTHAEI decimonono: Non legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò Deus coniunxit, homo non ſeparet.

3. MARCI decimo: Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò Deus coniunxit, homo non ſeparet.

4. ORIGENES in tractatu ſeptimo in Matthæum: Scio quoſdā, qui præſunt Eccleſijs, extra ſcripturā permiſiſſe aliquam nubere viro priori viuente: & contra ſcripturam quidem fecerunt dicentem, Mulier ligata eſt quanto tempore viuit vir eius. Item viuente viro adultera vocabitur, ſi facta fuerit alteri viro. Et nonnullis interiectis: Qua enim ratione adultera eſt mulier, quanuìs legitimè nubere videatur, viro viuente: eadem ratione & vir quanuìs legitimè accipere videatur dimiſſam ab aliquo viro, non accipit legitimè ſecundùm ſententiam Chriſti, ſed magìs mœchatur, quaſi alienam accipiens.

Scripturę aduerſatur, cōtrahere Matrimonium viuente coniuge.

Rom. 7.

Non accipit ſecundùm ſententiam Chriſti.

5. LVCAE decimoſexto: Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

6. MARCI decimo: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.

7. AD Romanos ſeptimo: Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur

Digitized by Google

viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.

8. CANON Apoſtolorũ quadrageſimusoctauus: Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

9. AMBROSIVS in caput decimumſextum Lucæ: Noli vxorem dimittere, nè Deum tuæ copulæ diffitearis authorẽ. Etenim ſi alienos, multò magìs vxorios debes tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Dominus: Qui dimittit vxorem, facit eam mœchari. Etenim cui non licet viuente viro mutare coniugium, poteſt obrepere libido peccandi. Itaque qui author erroris, etiam reus culpæ eſt. Quò cum paruulis fœta dimittitur? quò titubanti veſtigio grandæua detruditur? Durum, ſi excludas parentem, pignora teneas: vt ad contumeliam charitatis, addas etiam pietatis iniuriam. Durius, ſi propter matrem etiam filios ſimul pellas, cùm magìs redimere à patre liberi debeant culpam parentis. Quàm periculoſum, ſi fragilem adoleſcentulæ ætatem errori offeras? Quàm impium, ſi eius deſtituas ſenectutem, cuius defloraueris iuuentutem? Ergò inhonoratum ſtipendijs, & veteranum Imperator dimittat inglorium, atque imperij ſui poſſeſſione detrudat, & ruſticum laboris effœtum agro ſuo propulſet agricola? An quod in ſubditos nefas eſt, in comparem fas eſt? Dimittis ergò vxorem quaſi iure ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, ſed diuina prohibet. Qui hominibus obſequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obſequuntur etiam qui leges ferunt: Quæ Deus coniunxit, homo non ſeparet. Sed non ſolùm hîc cæleſte præceptum, ſed quoddam etiam opus Dei ſoluitur. Paterisne, oro, liberos tuos viuente te eſſe ſub vitrico? aut incolumi matre, degere ſub nouerca? Pone, ſi repudiata non nubat: & hæc viuo viro tibi debuit diſplicere, cui adultero fidem ſeruat? Pone, ſi nubat, neceſſitas illius tuum crimen eſt: & coniugium quod putas, adulterium eſt. Quid enim refert, vtrùm id aperta criminis confeſſione, an mariti ſpecie adulter admittas? niſi quòd grauius eſt legem criminis feciſſe, quàm furtum.

Luc. 16.

Lex diuina prohibet dimiſſionem vxoris. Matth. 19.

Vxoris dimiſſæ cõiugium, adulteriũ eſt.

10. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt in textu.

11. AVGVSTINVS de adulterinis coniugijs libro ſecundo, capite quinto: Sicut manente in ſe Sacramento regenerationis, excõmunicatur cuiuſpiam reus criminis, nec illo ſacramento caret, etiamſi nunquàm reconcilietur Deo: ità manente in ſe vinculo fœderis coniugalis, vxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamſi nunquàm reconcilietur viro, carebit autem, ſi mortuus fuerit vir eius. Reus verò excommunicatus ideò nunquàm carebit regenerationis ſacramento, etiam non reconciliatus, quoniam nunquàm moritur Deus. Remanet itaque, vt ſi ſapere ſecundùm Apoſtolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideò licere vxori eius alteri nubere. Quanuìs enim ſit mors adulterium, non corporis, ſed quod peius eſt, animæ: non tamen de iſta morte loquebatur Apoſtolus, cùm dicebat, Quòd ſi mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat: ſed de illa ſola, qua de corpore exitur. Quoniam ſi per coniugis adulterium coniugale ſoluitur vinculum, ſequitur illa peruerſitas, quam cauendam eſſe monſtraui, vt & mulier per impudicitiam ſoluatur hoc vinculo: quæ ſi ſoluitur, libera erit à lege viri. Et ideò quod inſipientiſſimè dicitur, non erit adultera, ſi fuerit cum altero viro, quia per adulterium liberata eſt à priori viro. Quod ſi ità eſt à veritate deuium, vt nullus id, non dico Chriſtianus, ſed humanus ſenſus admittat, profeſtò mulier alligata eſt, quandiù vir eius viuit. Quod vt apertiùs dicam, quandiù vir eius in corpore eſt. Pari ergò forma & vir illigatus eſt, quandiù mulier eius in corpore eſt. Vndè ſi vult dimittere adulteram, non ducat alteram, nè quod in illa culpat, ipſe committat. Similiter & mulier ſi dimittit adulterum, non ſibi copulet alterum: alligata eſt enim quandiù vir eius viuit, nec à lege viri niſì mortui liberatur, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.

In dimiſſa vxore propter fornicationem, manet adhuc vinculum fœderis cõiugalis.

Mors corporis tantũ diſſoluit matrimonij vinculum. 1. Cor. 7.

Ei qui dimittit adulterã, non licet aliam ducere.

12. ET capite nono: Et quid ad nos, ſi nec ſaltem diuina miſeratione mundata, marito reconcilietur à Deo adultera, dum tamen non reconciliatis adulteris, non alia fiant quaſi connubia, quę conuincuntur eſſe adulteria? Mulier enim alligata eſt, quandiù vir eius viuit, Ergò conſequenter & vir alligatus eſt, quandiù mulier eius viuit. Hæc alligatio facit, vt alijs coniungi ſine adulterina copulatione non poſſint. Vndè neceſsè eſt ex duobus coniugibus, quatuor adulteros fieri, ſi & illa adultero nupſerit, & ille adulteram duxerit. Quanuìs enim ſceleratiùs mœchatur, qui nõ cauſa fornicationis vxore dimiſſa alteram duxerit: quod genus adulterij commemorauit Matthæus: tamen non ſolùm ipſe mœchatur, ſed ſicutì eſt apud Marcum; Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur: & ſicutì eſt apud Lucam, Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. De quibus teſtimonijs iam ſatìs in libro ſuperiore diſſerui.

1. Cor. 7.

Ex duobus cõiugibus fiunt quatuor adulteri, ſi cũ alijs contrahant.

Matth. 19.

Etiã mœchatur, qui adulteram dimittens contrahit.

Mar. 10. Luc. 16.

13. IDEM in libro quinquaginta homiliarum, homilia quadrageſimanona, capite ſecũdo: Non vobis licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fœminæ habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina ſunt iſta coniugia, non iure fori, ſed iure cæli. Nec eam fœminam quæ per repudium diſceſſit à marito, licet vobis ducere viuo marito. Solius fornicationis cauſa licet vxorem adulterã dimittere, ſed illa viuente non licet alterã ducere. Et vobis fœminæ nec illos viros, à quibus per repudium diſceſſerunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria ſunt, non coniugia. Contemnitur Auguſtinus, timeatur vel Chriſtus.

Adulterina coniugia non iure fori, ſed cæli.

Adultera viuente, non licet aliam ducere. Matth. 5.

14. CONCILIVM Mileuitanum Canone decimoſeptimo: Placuit, vt ſecundùm Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungantur: ſed ità maneant, aut ſibimet reconçilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

Nec dimiſſus nec dimiſſa alteri cõiungi poteſt.

15. AD Romanos ſeptimo, vt in textu.

1. B. AVGVSTINVS in libro de bono coniugali, capite ſeptimo: Vſqueadeò fœdus illud initum nuptiale, cuiuſdam Sacramenti res eſt, vt nec ipſa ſeparatione irritum fiat: quandoquidem viuente viro, à quo relicta eſt, mœchatur, ſi alteri nupſerit; & ille huius mali cauſa eſt qui reliquit. Et paulò pòſt: Tantum valet illud ſociale vinculum coniugum, vt cùm cauſa procreandi colligetur, nec ipſa cauſa procreandi ſoluatur. Poſſet enim homo dimittere ſterilẽ vxorẽ, & ducere de qua filios habeat: & tamen nõ licet & noſtris quidem iam tẽporibus, ac more Romano nec ſuperducere, vt ampliùs habeat quàm vnam viuam: & vtiq; relicta adultera, vel relicto adultero poſſent plures naſci homines, ſi vel illa alteri nuberet, vel ille alterã duceret. Quod tamen ſi nõ licet, ſicut diuina regula pręſcribere videtur, quem non faciat intentũ, quid ſibi velit tãta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquàm puto tãtum valere potuiſſe,

Nec ipſa quidem ſeparatione ſoluitur vinculũ.

Nec prolium cauſa viuo altero licet contrahere.

Cur hoc vinculum indiſſolubile.

Digitized by Google

fuiſſe, niſi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam ſacramentum adhiberetur, quod deſerentibus hominibus atq; id diſſoluere cupientibus, inconcuſſum illis maneret ad pœnam. Siquidem interueniente diuortio, non aboletur illa confœderatio nuptialis: ità vt ſibi coniuges ſint etiam ſeparati, cum illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati, vel illa viro. vel ille mulieri: nec tamen niſi in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, talis eſt cauſa cum vxore.

Solũ in Eccleſia locum habet.

2. IDEM capite decimoquinto: Semel initum connubium in ciuitate Dei noſtri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam ſacramentum nuptiæ gerũt, nullo modo poteſt niſi alicuius eorum morte diſſolui. Manet enim vinculum nuptiarum, etiam ſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur: ità vt iam ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen vel ipſa cauſa filiorum, atque alijs copulare, non liceat,

Indiſſolubile vinculum.

3. IBIDEM capite decimooctauo: Sicut duobus pluribúſve ſeruire, ſic à viro viuo in alterius tranſire connubium, nec tunc licuit, nec nunc licet, nec vnquàm licebit. Apoſtatare quippe ab vno Deo, & ire in alterius adulterinam ſuperſtitionem, ſemper eſt malum. Nec cauſa ergò numeroſioris prolis fecerunt ſancti noſtri, quod Cato dicitur feciſſe Romanus, vt traderet viuus vxorem etiam alterius domum filijs impleturam. In noſtrarum quippe nuptijs, plùs valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas vteri.

Non licet ad ſecundũ coniugium trãſire ſuperſtite coniuge.

Sanctitas Sacramenti.

4. ET capite vigeſimoquarto: Bonum igitur. Vide ſuprà quæſtione prima, A. teſtimo. quarto.

5. HIERONYMVS in Epitaphio Fabiolę ad Oceanum epiſtola trigeſima, capite primo: Præcepit Dominus vxorem non debere dimitti, excepta cauſa fornicationis: &, ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris iubetur, hoc conſequenter redundat in fœminas. Neq; enim adultera vxor dimittenda eſt, & vir mœchus retinendus. Si qui meretrici iungitur, vnum corpus facit: ergò & quæ ſcortatori, impuroq; ſociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Aliæ ſunt leges Cęſarum, aliæ Chriſti: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur: & ſolo ſtupro atque adulterio condemnato, paſsìm per lupanaria & ancillulas libido permittitur: quaſi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos quod non licet fœminis, æquè non licet viris: & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur. Et paulò pòſt: Igitur & Fabiola, quia perſuaſerat ſibi, & putabat à ſe virum iure dimiſſum: nec Euangelij vigorem nouerat, in quo nubendi vniuerſa cauſatio, viuentibus viris, fœminis amputatur: dum multa diaboli vitat vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excuſare culpam, cuius pœnitentiam ipſa confeſſa eſt? Quis hoc crederet, vt poſt mortem ſecundi viri in ſemetipſam reuerſa, quo tempore ſolent viduæ negligentes, iugo ſeruitutis excuſſo, agere ſe liberiùs, adire balneas, volitare per plateas, vultus circunferre meretricis: ſaccum indueret, vt errorem publicè fateretur: & tota vrbe ſpectante Romana, ante diem Paſchæ in baſilica quondàm Laterani, qui Cæſareano truncatus eſt gladio, ſtaret in ordine pœnitentium, Epiſcopo, Presbyteris, & omni populo collachrymantibus, ſparſum crinem, ora lurida, ſqualidas manus, ſordida colla ſubmitteret?

Matth.5. 1.Cor.7. Idẽ eſt de viro & vxore iudicium in matrimonij negocio. 1.Cor.6.

Aliæ leges Chriſti, aliæ Cæſarum.

Fabiola ex ignorãtia vigoris Euangelij viuente viro dimiſſo, alteri nupſerat.

Publica eiuſdem pro eo peccato pœnitentia.

6. ISIDORVS libro ſecundo de Eccleſiaſticis officijs, capite decimonono: Præcipio, inquit Apoſtolus, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Prohibet enim dimitti quacunque ex cauſa, nè alijs coniungantur ſecundùm conſuetudinem Iudæorũ, quam Dominus interdixit, dicens: Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, excepta fornicationis cauſa, & aliam duxerit, mœchatur. Solum (vt ait Hieronymus) adulteriũ eſt quod vxoris vincat affectũ. Et paucis interiectis: Quid ergò ſi ſterilis eſt, ſi deformis, ſi ętate vetula, ſi temulenta, ſi iracunda, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi guloſa, ſi fatua, ſi vaga, ſi iurgatrix, & maledica? tenenda eſt, velis nolis, & qualiſcunque accepta eſt, habenda: Cùm enim eſſes liber, ſpontè te ſeruituti ſubiecisti, cumq; habet quis vxorẽ, (vt ait Lactantius) neque ſeruam, neque liberam habere poterit, vt matrimonij fidem ſeruet: neque enim vt iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ virum habens, ab altero polluitur, & maritus ſi alteram habeat, à crimine adulterij alienus habetur, dum diuina lex duos in vnum matrimonij corpus coniunxerit, vt adulter ſit, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxerit.

1.Cor.7.

Matth.5.& 19.

In caput 19. Matth. ſcribens.

Tenenda eſt, velis nolis, & qualiſcunque accepta eſt vxor, habẽda.

Lib. ſexto Inſtitu. diuinar. cap.23.

7. IN decretalibus Gregorij libro tertio, titulo trigeſimoſecũdo de conuerſione coniugatorum, capite ſecundo, Verùm. Alexander tertius Salernitano Archiepiſcopo ſcribens, inquit: Verùm poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere monaſterium, (ſicut quidam ſancti de nuptijs vocati fuerunt) dummodò carnalis commiſtio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti, ſi cõmonitus continentiã ſeruare noluerit, licitum eſt ad ſecunda vota tranſire. Quia cùm non fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deũ tranſire, & alter in ſeculo remanere. Vide ibidèm capite ſeptimo, Ex publico, eundem Alexandrum III. ſcribentem ad Epiſcopum Brixienſem.

Ante cõſummatũ matrimoniũ licet Religionem etiã ſine coniugis conſenſu ingredi.

Licet alteri in ſeculo manenti rursùm cũ alio contrahere.

8. IBIDEM capite decimoquartò, Ex parte tua. Innocẽtius tertius Lugdunenſi Archiepiſcopo ità ſcribit: Etſi poſſit non inconſultè videri, quòd ex quo matrimoniũ inter legitimas perſonas per verba de præſenti contrahitur, illis viuentibus in nullo caſu poſſit diſſolui, vt viuente reliquo, alter ad ſecunda vota tranſmigret, etiam ſi vnus fidelium, inter quos eſt ratum coniugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero ſine cõtumelia creatoris: niſi fortè ſecùs fieret ex reuelatione diuina, quæ ſuperat omnem legem, ſicut à quibuſdam ſanctis legitur eſſe factum: Nos tamen nolentes à prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs declinare, qui reſpõdère conſulti, antequàm matrimonium ſit per carnalẽ copulam conſummatum, licere alteri coniugum, reliquo inconſulto, ad religionem tranſire, ità quòd reliquus extunc legitimè poterit alteri copulari: hoc ipſum tibi conſulimus obſeruandum in articulo prænotato.

Ex diuina reuelatione aliquando facta diſceſſio poſt conſummationem.

Ad religionẽ tranſire vni cõiugum, alteri verò rurſùm contrahere licet ante cõſummationem.

9. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta, canone ſexto: Si quis dixerit Matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolennem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit.

Per ſolẽnem Religionis profeſſionẽ dirimitur matrimoniũ ratũ, non conſummatum.

10. CONCILIVM Florentinũ: Tertium bonũ Matrimonij eſt indiuiſibilitas, propter hoc q; ſignificat indiuiſibilem coniunctionẽ Chriſti & Eccleſiæ. Quamuis autẽ ex cauſa fornicationis liceat tori ſeparationem facere, non tamen aliud Matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit.

Ex cauſa fornicationis licet tori ſeparationem facere, ſed non inire aliud matrimoniũ. Vinculũ perpetuum.

11. TRIDENTINVM ſeſſione vigeſimaquarta, canone ſeptimo: Si quis dixerit Eccleſiam errare, cùm docuit & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui: & vtrunque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuẽte, aliud matrimonium contrahere: mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, anathema ſit.

Vinculũ matrimonij diſſolui nequit etiam ob fornicationem.

Poſt ſeparationem tori, neutri licet aliud coniugium contrahere.

12. CANONE octauo: Si quis dixerit Eccleſi-

am

Digitized by Google

Separatio quo ad torũ & cohabitationem.

am errare, cùm ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges quo ad torum, ſeu quo ad cohabitationem ad certum, incertúmve tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit.

Chriſti verba apud Matth. quomodò intelligenda, quando cauſam fornicationis excipit.

13. AVGVSTINVS de adulterinis coniugijs libro primo, capite vndecimo: Reſtat vt Matthęum intelligamus à parte totum ſignificare voluiſſe; eandem tamen tenuiſſe ſententiã, non quidem vt dimittens vxorem & alteram ducens, quidam mœchetur, id eſt, qui pręter fornicationem dimiſerit; quidam verò nõ mœchetur, id eſt, qui propter fornicationem dimiſerit, ſed omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram, mœchari minimè dubitetur. Nam capite nono eiuſdem libri his verbis eam difficultatẽ explicauerat. Cur ergò, inquis, interpoſuit Dominus cauſam fornicationis, & non potiùs generaliter ait: Quicunque dimiſerit vxorem &c. ſi & ille mœchus eſt, qui dimiſſa fornicante muliere, alteram ducit? Credo, quia illud quod maius eſt, hoc Dominus commemorare voluit. Maius enim adulterium eſſe quis negat, vxore non fornicante dimiſſa alteram ducere, quàm ſi fornicantem quis dimiſerit, & tunc alterã duxerit: non quia & hoc adulterium non eſt, ſed quia minus eſt, vbi fornicante dimiſſa, altera ducitur. Nã ſimili locutione vſus eſt etiam Apoſtolus Iacobus: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Nunquid ideò non peccatum eſt illi, qui neſcit bonum facere, & ideò non facit? Vtiquè peccatum eſt, ſed hoc grauius, ſi etiam ſciat & non faciat. Nec illud ideò nullum, quia minus.

Matth. 19.

Iacob. 4.

1. C. AD Epheſios quinto, vt ſuprà quæſtione prima, C. teſtimonio quarto.

2. CANTICORVM quinto: Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea &c. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuràſti nos?

3. ISIDORVS libro ſecundo de officijs Eccleſiaſticis, capite decimonono: Quòd non vnus & multæ, ſed vnus & vna copulantur, ipſa prima diuinitùs facta coniunctio in exemplum eſt. Nam cùm Dominus hominem figuràſſet, eiq; parẽ neceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mutuatus, vnam illi fœminã finxit, ſicq; Adam & mulier Eua, vnà inter ſe nuptijs iuncti, formam hominibus de originis authoritate & prima Dei voluntate ſanxerunt. Item ſecundùm ſpiritùales nuptias ſicut vnus Chriſtus & vna Eccleſia, ità & vnus vir & vnus vxor, tam ſecũdùm generis documentum, quàm ſecundùm Chriſti ſacramentum. Numerus autem matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in vnã carnem effecit. Sed dicit aliquis, quòd & Patriarchæ ſimul pluribus vxoribus vſi ſunt: Ergò proptereà licebit nobis plures ducere. Sanè licebit, ſed ſi qui adhuc typi alicuius futuri ſacramẽti ſuperſunt, quibus plures nuptiæ figurentur. Secundas autem nuptias propter incontinentiam iubet Apoſtolus. Melius eſt enim denuò vni viro nubere, quàm explendæ libidinis cauſa cum pluribus fornicari: Sæpiùs autem nubendi licentia, iam non eſt religionis, ſed criminis.

Geneſ. 2.

Contra Polygamiam.

Geneſ. 4.

Cur patriarchę plures ſimul vxores habuerint.

Secundæ nuptię poſt mortem prioris coniugis.

1. Cor. 7.

Plures vxores ſimul habere, criminis eſt.

4. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione vigeſimaquarta, canone ſecundo: Si quis dixerit, licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, anathema ſit.

Diuina lege prohibitũ, vt Chriſtiani ſimul plures vxores habeant.

5. GENESEOS ſecundo, vt ſuprà quæſtione prima, C. teſtimonio primo.

6. MATTHAEI decimonono, 7. MARCI decimo, vt ſuprà hac eadem quęſtione, A. teſtimonio ſecundo & tertio.

IIII.

Eſt'ne permiſſum omnibus Matrimonium?

A. MINIMÈ. Tradiderunt enim ſancti Apoſtoli, vt [a] Epiphanius inquit, peccatum eſſe, poſt decretam votoque firmatam virginitatem, ad nuptias conuerti. Idque tale ac tantum eſſe peccatum aſſerit Hieronymus, [b] vt dicat, Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteras, quàm inceſtas eſſe. Et Auguſtinus [c] ait: Virgo, quæ ſi nuberet, non peccaret, ſanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur. Reſpexit enim retrò de loco, quò acceſſerat.

B. Proindè quod Apoſtolus habet, [d] *Melius eſt nubere quàm vri*, prout [e] Ambroſius disertè pronunciat, ad non pollicitam, ad nondùm velatam pertinet. Cæterùm quæ ſe ſpopondit Deo, & ſanctum velamen accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro: & ſi iam voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambroſius. Vndè ſemper laudatum fuit Iouiniani [f] Imperatoris Reſcriptum, & à Iuſtiniano Imperatore in Codicem relatum, [g] quod ſic habet: Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantùm iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

C. Iam de [h] Monachis, & [i] ſacris Ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium eſt proruſùs: damnationem enim habent, ſi laxatis libidini habenis, primam fidem Deo & Eccleſiæ daram fefellerint, ſeu (vt Apoſtolus [k] loquitur) irritam fecerint. Qui vltrò ſe abdicàrunt coniugio, dum ſeruandum perpe-

c Epiphan. Hæreſi 61. contra Apoſtolicos.

b Hieron. lib. 2. contra Iouinianũ ca. 7. Baſil. de virginitate, & epiſto. ad virginem elapſam.

c In pſal. 83. Vide eundem in pſal. 75. & de bono viduit. cap. 8. 9. & 11. Oecu. in 1. Cor. 7. Cypr. epiſt. 62. Chryſoſt. de virginita. c. 39. Fulgent. epiſt. 1. c. 6. & 7.

d 1. Corinth. 7. b

e Lib. ad virgin. lapſam, cap. 5. Hieron. lib. 1 in Iouinia. cap. 7. Auguſt. lib. 1. de adult. coniug. cap. 15. & cap. 8. de bono viduitatis. Oecu. in 1. Cor. 7. Iſidor. lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 17. Leo epiſt. 92. ad Ruſt. cap. 14.

f Sozom. lib. 6. hiſt. c. 3. & Niceph. lib. 10. cap. 39.

g L. ſi quis. C. de Epiſco. & Cler. 2. Turon. can. 21.

h Baſil. quæſt. 14. diff. expl. Item ſermo. 1. de inſtit. Monachorum, & Conſtitutionum monaſticarum cap. 22. & epiſt. ad monach. elapſum. Chryſoſt. epiſt. 6. ad Theodorum lapſum. Leo epiſt. 92 ad Ruſt. cap. 13. 14. & 15. Auguſt. in pſal. 75. & ſerm. 1. de communi vita Cler. cap. 4. Chalced. ſynod. cap. 16.

i Epiphan. hæreſi 59. & in compend. doctrin. Hieron. lib. 1. cõtra Iouinian cap. 19. & aduerſùs Vigilantium cap. 1. Auguſt. lib. 2. de coniug. cap. 20. Fulgent. de fide ad Petrum, cap. 3. Gregor. lib. 3. epiſt. 34. Leo epiſt. 92. ad Ruſt. cap 3. & epiſt. 84. cap. 4. Bernard. ſerm. 65. in Cantic. Trident. ſeſſ. 24. can. 9.

k 1. Tim. 5. b Carthag. 4. can. 104. Auguſt. de bono viduit. cap. 8. & 9. Iſidor. lib. 2. officior. eccleſ. cap. 18.

Digitized by Google

perpetuò Cœlibatum aut voto expreſsè nuncupata firmârunt, aut ſacrorum Ordinum ſuſceptione ſaltem tacitè [l] comprobârunt, atque teſtati ſunt.

l 6.decretal. lib.3.tit.15.

D. Audiant igitur verbum Dei: [m] *Si quid vouiſti Deo, nè moreris reddere.* Et, [n] *Quodcunque voueris, redde.* Tum alibi: [o] *Vouete & reddite Domino Deo veſtro.* Quin & Chriſtus ipſe docet: [p] *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.*

m Eccles 5.a
n Ibidèm, & Deut.23.d 4
o Pſal.75.b
p Luc.9.g Bern. epiſt.2. ad Fulconem. Anſelmus epiſtola 4.

TESTIMONIA

1. A. EPIPHANIVS hæreſi ſexageſimaprima contra Apoſtolicos: Aliqua in ſcripturis, aliqua in Traditionibus ſancti Apoſtoli tradiderunt: quemadmodùm dicit ſanctus Apoſtolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & ſic tradidi in eccleſijs. Et, ſi continetis, niſi fruſtrà credidiſtis. Tradiderunt itaque ſancti Dei apoſtoli, peccatum eſſe poſt decretam virginitatem, ad nuptias conuerti. Et ſcripſit Apoſtolus: Si nupſerit virgo, non peccauit. Quomodò igitur hoc cum illo concordat? Immò etiam illam virginem dicit quæ non eſt dedicata Deo, ſed propter penuriam raritatis in illo tempore eorum qui in Chriſtum credebant, neceſſariò ſic fiebat. Et quòd hæc ſic ſe habeant, docet nos idem Apoſtolus, dicens: Iuniores viduas reijce: poſtquàm enim laſciuiêrunt contra Chriſtum, nubere volunt: habentes iudicium, quòd primam fidem reiecerunt. Si itaque & ea quæ poſt mundi experientiam vidua fuit, atque Deo dicata, & poſteà nupſit, iudicium & condemnationem habebit, quòd primam fidem reiecit: quanto magìs quæ citra mundi experientiam Deo dicata virgo fuit & nupſit, contra Chriſtum laſciuijt, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit, velut quæ proprium erga Deum propoſitum relaxauit?

1.Cor.11.14. & 15. — Peccatum eſt ad nuptias cōuerti poſt virginitatē decretam. — 1.Cor.7. — Paulus virgini nō dedicatæ Deo, tantū permittit nuptias. — 1.Tim.5. — Nota argumentum Epiphanij.

2. HIERONYMVS libro primo contra Iouinianum, capite ſeptimo: Si nupſerit virgo, non peccauit. Non illa virgo quæ ſemel Dei cultui dedicauit: harum enim ſiqua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit: quanto magis de virginibus præualebit; cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ.

Virgines ſacrę ſi nubant, damnationē habent. — 1.Tim.5. — Nō tam adulteræ, quàm inceſtæ. — 1.Cor.5.

3. BASILIVS Magnus in libro de vera virginitate: Cùm virginitatem Domino profeſſę ſint, carnali poſtmodùm voluptate malè blanda delinitæ ac deuictæ, ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiunt. Non ignorant huiuſmodi, quanuìs ignorantiam ſimulent: quæ ſponſi dexteram & fœdera præuaricata ſit, eam nec illius vltrà eſſe ſponſam, quem, nequitiæ dans manus, dereliquit: neque eius vxorem per vllas leges dici poſſe, cui ſe, deſerto ſponſo, libidine incitata coniunxit. Tunc enim legitimum conſtat eſſe connubium, & ſecundùm diuina iura inſtitutum, cùm non voluptatis affectus legis ſcita præceſſerit, ſed adiumenti neceſſarij, proliſque cauſa fuerit huiuſmodi facta coniunctio. Et paulò pòſt: Non ſe fallat qui à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Coniugium quippe illi in peccatum reputabitur: primùm quidem, quia peſſimum coniunctionis huius fundamentum voluptatem iecit, præuaricationiſque malum: deindè, quia cauſa non eſſet libera: neque enim eſt mortuus vir eius, vt cui vult nubat, viuente immortali viro, meritò cenſetur adultera, quæ mortalem hominem, ob carnis vitia, Domini thalamis intulit.

Virginitatem profeſſæ, ſtupri ſcelus honeſto cōiugij nomine obtegere cupiunt. — Coniugium illis in peccatum reputabitur. — Adultera cenſetur.

4. IDEM epiſtola ad virginem elapſam, quæ alijs eſt centeſima octogeſimaquinta: Reuoca in memoriam honeſtam profeſſionem, quam profeſſa es coram Deo & Angelis ac hominibus. Reuoca in memoriâ venerandam congregationem, & ſacrum virginum chorum, & conſilium Domini, &c. Ob hæc quis non luctu commotus dixerit? Quomodò facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion? Quomodò autem non ipſe Dominus ad aliquem ex his, qui nunc in ſpiritu Hieremiæ obambulant, dixerit? Vidiſti quæ fecit mihi virgo Iſrael? Ego deſpondi ipſam mihijpſi in fide & integritate, in iuſtitia & in iudicio, & in miſericordia & miſerationibus, quemadmodùm per Oſeam Prophetam ipſi promiſi. Ipſa autem dilexit alienos, & viuente me viro immortali adultera appellatur, & non timet alteri viro commiſceri, &c. Sublatis membris Chriſti, feciſti membra meretricis, &c. Expediret ipſi, vt mola aſinaria circa collum ipſius appenſa eſſet, & in mare proiectus eſſet, potiùs quàm virginem vitiâſſet. Quis ſeruus contumax ad tantam inſaniam deuenit, vt herili cubili ſeipſum inijceret? Quis prædo ad tantam dementiam perductus eſt, vt ipſa Dei donaria contingeret, non ſupellectilem inanimatam, ſed corpora viuentia, & animam inhabitantem habentia, factam ad imaginem Dei? Quis ab æterno auditus eſt in media ciuitate, & ſerena meridie, imagini regiæ formas immundorum porcorum inſcribere auſus eſſe? Si quis humanas nuptias ignominia affecit, citra miſerationem coram duobus aut tribus teſtibus moritur: Quanto peiore ſupplicio dignus cenſebitur, qui filium Dei conculcauit, & deſponſatam ipſi ſponſam adulterio contaminauit, & ſpiritum virginitatis contumelia affecit?

Profeſſio virginitatis facta corā Deo, angelis & hominibus. — Eſa.1. — Hiere.18. — Oſee 2. — In corruptorem ſacrę virginis. — 1.Cor.6. — Matth.18.

5. AVGVSTINVS in pſalmum octogeſimumtertium? Vnuſquiſque autem, fratres chariſſimi, de loco itineris ſui, ad quem proficiendo peruenit, & quem vouit Deo, indè reſpicit retrò, cùm ipſum dimiſerit. Verbi gratia, ſtatuit caſtitatem coniugalem ſeruare (indè enim incipit iuſtitia) receſſit à fornicationibus & ab illicita immūditia: quando ſe ad fornicationes conuerterit, retrò reſpexit. Alius ex munere Dei maius aliquid vouit, ſtatuit nec nuptias pati. Qui non damnaretur, ſi duxiſſet vxorem, poſt votum quod Deo promiſit, ſi duxerit, damnabitur, cùm hoc faciat quod ille qui non promiſerat: tamen ille non damnatur, iſte damnatur. Quare, niſi quia iſte reſpexit retrò? Iam enim ille antè erat, iſte autem illuc nondùm peruenerat. Sic virgo, quæ ſi nuberet, non peccaret: ſanctimonialis ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur. Reſpexit enim retrò de loco quò acceſſerat.

Qui dicantur retrò reſpicere. — Luc.9. — Votum caſtitatis. — Damnabūtur votifragi. — 1.Cor.7. — Sanctimonialis ſi nubat, Chriſti adultera efficitur.

5. IDEM in pſalmum ſeptuageſimūquintum, ſuper illud, Vouete & reddite Domino Deo veſtro: Quiſque quod poteſt voueat, & reddat. Nè voueatis, & non reddatis; ſed quiſque quod poteſt voueat, & reddat. Non ſitis pigri ad vouendum: non enim viribus veſtris implebitis. Deficietis, ſi de vobis præſumitis: ſi autem de illo cui vouetis, vouete, ſecuri reddetis. Eſt quidam modus communis omnibus. Furtum non facere, non caſtimoniali præcipitur, & nuptæ non præcipitur, adulterium non facere, omnibus præcipitur &c. Hoc totum omnes vouere debemus. Sunt etiam vota propria ſingulorum, alius vouet Deo caſtitatem coniugalem, vt præter vxorem ſuam,

Non ſitis pigri ad vouendum. — Vota quędam communia, quędam propria ſingulorum.

non

Votũ caſtitatis cõiugalis, & vidualis.

non nouerit aliam: ſic & fœmina, vt præter virum ſuum non nouerit alium. Alij etiam vouent, & ſi experti tale coniugium, vltrà nihil tale pati, nihil tale concupiſcere aut ſuſtinere: & ipſi vouerunt aliquid maius quàm illi.

Votum virginitatis.

Alij virginitatem ipſam ab ineunte ætate vouent, vt nihil tale vel experiantur, quale illi experti ſunt & reliquerũt: & iſti vouerunt plurimum. Alij vouent domum ſuam eſſe hoſpitalem omnibus ſanctis aduenientibus, magnum votum vouent.

Votum paupertatis & religionis.

Alius vouet relinquere omnia ſua diſtribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, in ſocietatem ſanctorum, magnum votum vouit. Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Quiſque quod vouere voluerit, voueat: illud attendat, vt quod vouerit, reddat. Vnuſquiſque Deo quod vouet, ſi reſpicit retrorſum, malum eſt. Neſcio quæ caſtimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. Quid voluit? Quod & mater ipſius. Aliquid mali voluit? Mali planè. Quare? Quia iam vouerat Domino Deo ſuo. Quid enim dicit de talibus Apoſtolus Paulus, cùm dicat viduas adoleſcentulas nubere ſi velint?

1. Tim. 5.
1. Cor. 7.

Sed tamen ait quodam loco, Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium. Oſtendit beatiorem, ſi ſic permanſerit: non tamen damnandam, ſi nubere voluerit. Quid autem ait de quibuſdam quæ vouerunt, & non reddiderunt?

1. Tim. 5.
Primã fidem irritam faciũt votifragi.

Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid eſt, primam fidem irritam fecerunt? Vouerunt, & non reddiderunt. Nemo ergò poſitus in monaſterio frater, dicat: Recedo de monaſterio: neq; enim ſoli qui ſunt in monaſterio, peruenturi ſunt ad regnum cælorum; & illi qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent.

Monachi fugitiui.

Reſpondetur ei: Sed illi non vouerunt, tu vouiſti, tu retrò reſpexiſti. Et poſt pauca: Quæ autem reſpexit ad nuptias, non quia voluit nubere, damnatur; ſed quia iam antè receſſerat, & fit vxor Loth reſpiciendo retrorſum.

Virgines poſt votũ nubẽtes, comparantur vxori Loth.
Luc. 17.
Adhortatio ad vouendũ.

Non ſitis pigri qui poteſtis, quibus adſpirat Deus apprehendere gradus meliores; quia non iſta ideò loquimur, vt non voueatis, ſed vt voueatis & reddatis. Iam quia iſta tractauimus, fortè volebas vouere, & modò non vis vouere. Sed quid tibi dixerit Pſalmus, attende. Non dixit, nolite vouere: ſed, Vouete & reddite.

Pſal. 75.

Quia audiſti, Reddite, non vis vouere? Ergò vouere volebas, & non reddere? Immò vtrunque fac. Vnum fit ex profeſſione tua, aliud ex adiutorio Dei perficietur.

Reddere votũ, eſt ex adiutorio Dei.

Adſpice eum qui te ducit, & non reſpicies retrò, vndè te educit. Qui te ducit, ante te ambulat; vndè te eduxit, poſt te eſt. Ama ducentem, & non te damnat retrò reſpicientem.

Nubẽtes poſt profeſſionem continentiæ, damnantur.

7. ITEM de bono viduitatis, capite octauo: Proindè quæ ſe non continent, nubant antequàm continentiam profiteantur, antequàm Deo voueant: quod niſi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit Apoſtolus: Cùm enim in delicijs egerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt; id eſt, voluntatem ad nuptias à propoſito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem qua priùs vouerant, quod perſeuerantia implere noluerunt.

1. Tim. 5.
Primã fidem irritam fecerũt, id eſt, voluntatem ad nuptias à propoſito continentiæ deflexerunt.

8. ET capite nono: Quæ poteſt ergò capere, capiat: quæ ſe non continet, nubat: quæ non cœpit, deliberet: quæ aggreſſa eſt, perſeueret: nulla aduerſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio.

Adhortatio ad caſtitatis oblationem.

In coniugali quippe vinculo ſi pudicitia conſeruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita & electa, & voti debito oblata, iam non ſolùm non capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle damnabile eſt. Nam vt hoc demonſtraret Apoſtolus, non ait, cùm in delicijs egerint, in Chriſto nubunt: ſed, nubere volunt: habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etſi non nubendo, ſed tamen volendo.

Poſt voto nũcupatã caſtitatẽ nõ tãtum nubere, ſed etiã velle nubere, damnabile eſt.
1. Tim. 5.

9. ITEM capite vndecimo: Planè non dubitauerim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs eſſe peiores.

Adulterijs peior eſt lapſus à voto caſtitatis.

Si enim, quod nullo modo dubitandum eſt, ad offenſionem Chriſti pertinet, cùm membrum eius fidem non ſeruat marito; quanto grauiùs offenditur, cùm illi ipſi non ſeruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Et paulò poſt: Poſt voti profeſſionem perſeueranter frænandum & vincendum eſt quod libet, quia iam non licet.

10. OECVMENIVS in ſeptimi capitis prioris ad Corinthios, hæc verba: Si nupſerit virgo, non peccauit: Virginem hoc loco appellat, non eam quæ Deo conſecrata eſt, ſed innuptam puellam. Nam quæ Deo cõſecrata eſt, ſi nupſerit, Chriſto reddit adulterum eum cui nubit.

11. CYPRIANVS epiſtola ſexageſima ſecunda ad Pomponium: Si ſuperueniẽs maritus ſponſam ſuam iacentem cum altero videat, nónne indignatur & fremit?

Lib. 1. epiſt. 11.

Quid? Chriſtus Dominus & iudex noſter, cùm virginem ſuam ſibi dicatam & ſanctitati ſuæ deſtinatam iacere cum altero cernit, quàm indignatur & iraſcitur? Et quas pœnas inceſtis eiuſmodi coniunctionibus comminatur?

Inceſtæ coniunctiones.

Et paulò pòſt: Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprænſa, agat pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt.

Chriſti adultera.

12. CHRYSOSTOMVS in libro de Virginitate, capite trigeſimo nono. Cùm capite præcedenti citâſſet illud prioris ad Timoth. quinto, Cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto, & nubere voluerint, damnationem habebunt &c. Deindè attuliſſet & iſtud prioris ad Corinthios ſeptimo, Dico autem innuptis, & viduis, Bonũ eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut & ego: quòd ſi ſe non continent, nubant &c. ſubijcit ſtatim capite citato: Sed quamobrem in eam, quam liberam dimiſerat, pœnam deindè conſtituit, &, quod in Domino eſſe inquit connubium, id quaſi contra legem conciliatum condemnat?

1. Cor. 7.

nè vereatis: non enim id de his ipſis, ſed de alteris vult intelligi nuptijs. Vt enim, cùm dixit virginem, quia nupſerit, non peccare, de ea non eſt locutus, quæ coniugium renunciârit, quippe quam deliquiſſe, & intolerabili ſcelere ſe aſtrinxiſſe perſpicuum eſt omnibus,

Virgo quę renũciauit coniugio, nubens intolerabili ſe aſtringit peccato.

ſed de illa, quæ expers adhuc nuptiarum, nihil dum ſtatutum habet, verùm etiam nunc inter vtrunque ancipiti cogitandi cura diſtrahitur: ſic & viduam: hoc enim loco de ea omninò loquitur, cui, viro amiſſo, neque dum deliberatum ſit nubere, & integrum, vtrum mâlit, optare:

1. Cor. 7.
1. Tim. 5.

illic verò eam ſignificat, cui, cùm iam in certamen continentię deſcenderit, non ampliùs liberum eſt nubere cum aliquo: licet enim, quàm diù id non elegerit, viduam eſſe, neque in viduarum ordinem referri: itaque, inquit ipſe, Vidua deligatur non minùs ſexaginta annorum.

Ibid.

nam viduæ omninò, ſi voluerit, poteſtatem nubendi facit: at eam, quæ coniuge mortuo, ſe in reliquum tempus Deo caſtam forè profeſſa ſit, ſi poſteà nupſerit, vehementer accuſat, vt quæ pacta, quæ cum Deo fecerat, tanquàm oblita neglexerit. non his ergò, ſed illis dixit, Si ſe non continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri.

Quæ ſe caſtã fore profeſſa eſt, nõ poteſt nubere.
1. Cor. 7.

13. FVLGENTIVS Epiſtola prima de coniugali debito, capite ſexto: Licitarum rerum vſus licitè cum temperantia geritur, donec rei licitæ renunciatio non mouetur, & quandiù non tenetur ex vtriuſque, id eſt, ex mariti vxoriſq; conſenſu, perpetua continentiæ promiſſio, non eſt illicita coniugalis admixtio. Scriptum eſt enim: Si duxeris vxorem, non peccâſti: & ſi nupſerit virgo, non peccauit. Veruntamen non peccet virgo quæ nubit:

1. Cor. 7.

Digitized by Google

Quę virgo nubens, nō peccat: quæ verò peccet.
1. Cor.7.

nubit: inuenitur aliqua virgo peccare ſi nupſerit. Non enim peccat virgo nubens, ſi virginitatem Deo priuſquàm nuberet in corde non vouit. Cæterùm ſi, quemadmodùm dixit Apoſtolus, ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginitatem ſuam, grauiter poſtmodùm peccat, ſi poſt dicatam virginitatem Deo, voluerit humano ſeruire connubio. Nam & viduas quaſdam beatus Paulus vinculo pronunciat damnationis obſtrictas, quia ſcilicet poſt continentiæ profeſſionem, nubendi receptam non abijciunt voluntatem. De quibus euitandis Timotheum ſic inſtruit, Adoleſcentiores autem viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Adimit igitur concumbendi licentiam continentiæ promiſſio, nec ſola talibus fornicatio interdicitur, ſed etiam maritalis admixtio prohibetur, & præuaricatricem voluntatem tenet culpabilis nexus, etiam ſi nullus in opere conſequatur effectus. Neque enim fruſtrà ſcriptum eſt: Quia concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum.

Poſt dicatam Deo virginitatem, volēs humano ſeruire cōnubio, grauiter peccat.
1.Tim.5.
Voluntas etiam ſola culpabilis eſt.
Iacob.1.
Poſt votū continentiæ, nec virginibus nubere, nec cōiugibus debitum cōiugale reddere licet.

14. ET capite ſeptimo: Quocircà non ſolùm à virginibus integritas, verùm etiam à viduis atque coniugibus debet Deo dicata continentia cum timore & tremore ſeruari. Quia priuſquàm ſit aliquis voti reus, non condemnatur, ſiue virgo licitè nubat, ſiue maritus & vxor coniugale ſibi debitum reddant: Poſtquàm verò quiſque meliora conſectans, profeſſione ſeipſum continentiæ ſiue integritatis obſtrinxerit, grauiſſimè delinquit, ſi ſibi deincèps licere putat, quod antè licitum fuerat. In talibus quippe rebus quod vouens Deo ſibi adimit voluntas, nulla deincèps impunè permittitur vſurpare neceſſitas: nec temerator voti excuſationem iuſtam ſuæ præuaricationis inueniet, quem nemo compulit vt voueret.

1.B. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Dico autem non nuptis & viduis: Bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quòd ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri. Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, &c.

Velatio & cōſecratio virginū quanta ſolennitate fieri ſoleat.
Pſal.44.
Seruāda fides quā ſub tantis teſtibus pollicemur.

2. AMBROSIVS in libro ad virginē lapſam, capite quinto: Non es memorata diei ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis, in quo diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaq; ſolenni conuentu Eccleſiæ Dei, inter lumina illa ſplendida, inter candidatos regni cæleſtis quaſi regina regi nuptura proceſſeras. Non es memorata qualis allocutio facta eſt illa die ad te: Adſpice filia, & intuere, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus? Reminiſcere ergò, quantus ad ſponſi tui & Domini nuptias conuenerit populus. Seruare te oportuit fidem, quam ſub tantis teſtibus pollicita es, ſemper cogitare cui virginitatem ſpoponderis. Faciliùs te oportuit ſanguinem cum ſpiritu fundere, quàm perdere caſtitatem tuam. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis, & multis ſupra caſtitatem tuam præconijs, ſacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuam ſubſcribens, non atramento, ſed ſpiritu, pariter clamauit, Amen. Vincor lachrymis, cùm hęc recordor: compungor ſtimulis, cùm hęc exempla conſidero. Nam ſi inter decē teſtes confectis ſponſalijs, nuptijs conſummatis, quæuis viro coniuncta mortali, non ſine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore, ſi inter innumerabiles teſtes Eccleſiæ, coram angelis, exercitibus cæli facta copula ſpiritalis per adulterium ſoluitur? Neſcio an poſſit digna mors, an pœna cogitari. Dicit aliquis: Melius eſt nubere quàm vri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondùm velatam. Cæterùm quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit: iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro. Et iam ſi voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita eſt, quid de illa dicendum eſt, quę occulta & furtiua turpitudine conſtupratur, & fingit ſe eſſe quod non eſt? Habitu virgo, facto non virgo. Bis adultera, & in actu & in adſpectu.

Adulterium ſpirituale.
1.Cor.7.
Melius eſt nubere &c. ad quam virginē pertineat.

3. HIERONYMVS libro primo aduerſus Iouinianum, vt ſuprà hac quæſtione, A. teſtimonio ſecundo.

4. AVGVSTINVS libro primo de adulterinis coniugijs, capite decimoquinto: Illis qui ſe non continent, vtiquè expedit nubere, & quod licet, expedit. Quæ autem vouerunt continentiam, nec licet, nec expedit. Porrò diſcedere ab infideli coniuge licet, ſed non expedit.

Poſt votū nec licet, nec expedit nubere.

5. IDEM in libro de bono viduitatis, capite octauo, vt ſuprà, A. teſtimonio ſeptimo.

6. OECVMENIVS in prioris ad Corinthios ſeptimum caput, vt ſuprà, A. teſtimonio decimo.

7. ISIDORVS libro ſecundo de officijs eccleſiaſticis, capite decimoſeptimo: Illos dicit Apoſtolus non peccare, ſi nubant, quæ nondùm vouerunt Deo caſtitatem. Cæterùm vel quæ in corde ſuo promiſit, ſi aliud fecerit, habet damnationem, quia primam fidem, ſicut ait idem Apoſtolus, irritam fecit. Quod enim erat per naturam licitum, per votum ſibi fecit illicitum, ſicut Ananias & Saphira, quibus de precio poſſeſſionis ſuæ retinere nihil licuit, ob quam cauſam & ſubita morte proſtrati ſunt.

1.Cor.7.
1.Tim.5.
Per votum fit illicitū, quod antè erat licitum.
Actor.5.

8. LEO epiſtola nonageſimaſecunda ad Ruſticum, capite decimoquarto, vt inferiùs, C. teſtimonio ſeptimo.

9. IN Codice Iuſtiniani tit. de Epiſcopis & Clericis, lege quinta, quæ eſt Iouiniani Imperatoris: Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodò iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

Pœna capitis in eos conſtituta, qui matrimonio ſibi iungere conantur virgines ſacras.

10. EIVSDEM legis mentionem facit SOZOMENVS libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite tertio. Et NICEPHORVS libro decimo, capite trigeſimonono.

11. CONCILIVM ſecundum Turonicum canone viceſimoprimo: Quia in ſententia Papæ Innocentij ad Victriciū Epiſcopum Rothomagenſem lata, legitur ſcriptū de virginibus, quę Chriſto ſpiritaliter nupſerunt, & velari à ſacerdote meruerunt, ſi poſteà nupſerint, quòd vix etiam ad agendam pœnitentiam mereantur accedere, quia ſic dicit: Si enim de omnibus hęc ratio cuſtoditur, vt quæcunque (viuente viro) alteri nupſerit, habeatur adultera: quantò magìs & illa damnanda eſt, quæ antè immortali ſponſo ſe coniunxerat, & poſteà ad humanas nuptias tranſmigrauit? Et adiecit: Hæ verò quæ necdùm ſacro velamine tectæ ſunt, tamen in propoſito virginali ſemper ſe manere ſimulauerant, licèt velatæ non ſint, ſi poſteà nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earū à Deo tenebatur. Nam ſi inter homines ſolent bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quanto magìs iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolui ſine vindicta non debet? Poſt hoc de viduis adiunxit: Nam ſi Paulus Apoſtolus, ſi à propoſito viduitatis diſceſſerunt, dixit eas habere damnationem, vbi ait, quia primam fidem irritam fecerunt &c. quis ſacerdotum contra decreta taliá, quæ à ſede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? vel quis (quod peius eſt) contra ſententiam, quam vas electionis Paulus Apoſtolus (ſpiritu ſancto miniſtrante) promulgauit, aliud conſcribere vlla ratione præſumat, cùm dicat ipſe per ſpiritum ſanctum, Qui prædicauerit præter id, quod prædicaui, anathema ſit? Et quorum authorum

Cap.12.
Virginitatem profeſſæ vix merentur ad pœnitentiam admitti, ſi nupſerint.
Cap.13.
Pollicitatio quā cum Deo pepigerunt, ſolui non debet.
1.Tim.5.
Gal.1.

Illorum tantùm valere debet prædicatio, quos ſedes Apoſtolica mittit.

rum valere poſſit prędicatio, niſi quos ſedes Apoſtolica ſemper aut intromiſit, aut apocryphos fecit? Et patres noſtri hoc ſemper cuſtodiêrũt, quod eorum pręcepit authoritas. Nos ergò hoc ſequentes, quod vel Apoſtolus Paulus, vel Papa Innocentius ſtatuit, in canonibus noſtris inſerentes ſtatuamus obſeruandum, vt nullus ſacratam Deo virginem, quæ in honorem Chriſti veſtem mutauit, aut rapere, aut competere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat: quia etiam lex Romana conſtituit, vt quicunque ſacratam Deo virginem, vel viduam fortaſsè rapuerit, ſi poſteà eis de coniunctione conuenerit, capitis ſententia feriatur. Item ſi quis non dicam rapere, ſed attentare matrimonij iungendi cauſa, ſacram virginem auſus fuerit, capitis ſententia feriatur. Cùm etiam in Chronicis habeatur de virginibus Gentilium tempore, quæ ſe deæ Veſtæ ſacrauerant, poſtmiſſo propoſito & corrupta virginali gratia, legali ſententia viuas in terra fuiſſe defoſſas. Si prophana colentes, tali ſunt ſententia condemnatæ: quantò magis, quæ in honorem Redemptoris ſui ſe veſte mutauerint, & perſeuerare noluerint, vtiquè grauem debent expectare ſententiam? ſicut in Arelatenſi ſynodo habetur inſertum: De puellis quæ ſe vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt 25. præſertim ætatis ſuæ annum ad terrenas nuptias ſpontè tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus, vt cum his, quibus ſe alligauerunt, communione priuentur, ità vt eis poſtulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur, cùm etiam id in antiquis Mileuitanis canonibus fuerit ſtatutum. Item placuit, vt quicunq; Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculoſo compuncta fuerit, nè non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, ſeu velabit intra 25. annos ætatis, non ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt. Nos verò quos lex perimi iubet, (ſi cupiunt audire præcones) volumus vt conuertantur ad vitam. Nam perimendi ſunt oris gladio, & à communione priuandi, ſi relicta ſibi decreta ſeniorum obſeruare noluerint, & paſtorem ſuum audire deſpexerint, & eſſe ſeparati noluerint. Qui ergò in hac pertinacia perdurare voluerint, & pluis in volutabro malæ conuerſationis permanere, quàm ſe de vetito cõiugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicunque Epiſcoporum, aut presbyterorum, vel diaconorum, aut ſubdiaconorum, eos communicare præſumpſerit, vſque ad ſynodum ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur.

Nemo ſacratam Deo virginem cõiugem ſibi ſociare præſumat

L. ſi quis. C. de epiſc. & clericis.

Tales excommunicandæ ſunt.

Can. 26.

Votifragi Religioſi quales habendi.

1. C. BASILIVS Magnus quæſtione vel regula decimaquarta fuſiùs explicata: Cæterùm horum vnuſquiſque, ſi poſteà quàm intra reliquorum fratrum ſocietatẽ adſcriptus fuerit, factam iam ab ſe profeſſionem reſciderit, is perindè adſpici debet, vt qui in Deum peccauerit, quem videlicet profeſſionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuiq; ſolenni ſe voto obligârit. Si verò in Deum quis peccauerit, inquit, & quis orabit pro eo? Etenim qui ſeipſum Deo ſemel deuouit, hic ſi ad aliud deindè vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſum Deo, qui ſe conſecrauerat, veluti ſubterfuratus ſit. Porrò huiuſcemodi hominibus rationi quidem conſentaneum fuerit vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ, ne ſi prætereuntes quidem ea re modò, vt tecto recipiantur, ad ipſos diuerterint.

1. Reg. 2.

Sacrilegij ſcelus.

2. IDEM ſermone primo de Inſtitutionibus monachorum, ſeu ſecundùm alios ſermone quarto exercitamentorũ pietatis: Danda omninò nobis ſedulò opera eſt, nè quid quoquo pacto profeſſione noſtra indignũ faciamus, nève ſimili atquè Ananias iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim initiò Ananię poſſeſſiunculã ſuam Deo non polliceri ac vouere: ſed poſtquàm humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat, per profeſſionem Deo conſecrauit, quò videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret: de precio autem callidè poſteà neſcio quid interuertit, eiuſmodi aduerſum ſe indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quocircà ante religioſæ iſtius vitæ profeſſionem liberum eſt vnicuiq; quatenùs per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morẽ ſequi, ſibiq; vxorem adiungere. Vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſeipſum debet, veluti eorum aliquid, quæ dicata ſunt Deo, nè ſacrilegij iudicium incurrat, cùm videlicet corpus, quod ſemel Deo conſecrauit, miniſterio rurſùm communis vitæ contaminet.

Ananias votum paupertatis fecit. Actor. 7.

Poſt profeſſionem & votum nõ licet vxorem ducere: alioqui ſacrilegium committitur.

3. ITEM in Conſtitutionibus monaſticis capite viceſimoſecũdo, ſiue in conſtitutionibus exercitatorijs capite vigeſimoprimo: Quẽadmodùm igitur membra corporis naturę vinculo coniugata, à corpore auelli non poſſint, aut ſi auellantur, quæ auulſa ſint, ea emortua ſint neceſsè eſt: * item quoquè monachus, quotieſcunq; reliquorum fratrum corpori coniunctus eſt, & firmiore, quàm ſit vinculũ naturæ, compage vinctus teneatur, nempe ex pacto quod is cum ſancto ſpiritu contraxit, nullo modo putandus eſt ab ijs ſe poſſe diuellere, quibuſcum copulatus ſit. Alioquì ſi hoc facit, & animæ vitam amittit, & vnà cum ea gratiam ſpiritusſancti, vtpotè qui initum ipſo authore fœdus violauerit. Si verò aliquis dicat, in fratribus aliquos eſſe vitioſos, (neque enim vniuerſos opinor culpabit. Neque enim propterea vt vitioſi eſſent, ſocietatem illi coierunt, vt vnanimiter cuncti improbi eſſent) ſed ſi quis improbos quoſdam reperiri inter fratres dicat, eiuſmodi, qui & temerè officia cuncta peruertant, & honeſtatem negligant, & conuenientem ordini illi contemptim imminuant diſciplinam, ac propterea huiuſcemodi hominum ſocietatem relinqui oportere, nequaquàm is idoneam recedendi cauſam commentus eſt. Siquidem neque Petrus, neq; Andreas, Ioannéſve propter Iudæ improbitatem ſe à reliquorum Apoſtolorum choro ſubmouerunt, neq; alius de Apoſtolorũ numero quiſpiam hanc ad recedendum anſam arripuit, neque quominùs Chriſto obtemperãs eſſet, vlla in re illius vitijs retardatus eſt: ſed cõtrà potiùs relicta illius peruerſitate, Dominicæ diſciplinæ ſeruientes ac morigeri, pietatẽ virtutemq; magno ipſi ſtudio ſectabantur. Et poſteà: Omnis igitur prætextus excuſandi ſui, nimirùm vt rationi diſſentaneus, præciſus ei eſt & ademptus, qui à ſpirituali cœtu ſegregare ſe velit: demonſtratumq;, originẽ iſtiuſmodi conſilij, nihil aliud eſſe, quàm vitiorum intemperantiam, & laborandi fugam, & iudicij corruptelam, inſtabilitatémque. &c.

* ità

Pactũ eſt ſpiritu contractum, facit vt Religioſo nõ liceat vitę ſuę inſtitutũ deſerere.

Excuſatio profugorum Religioſorũ.

Reſponſio.

Cauſam aperit, cur à religionis inſtituto ferè deficiant.

4. ET epiſtola priori, quæ eſt ad monachũ elapſum ac profugum, quę eſt alijs centeſima octogeſimatertia: Gaudiũ & ſalutem non pręſcribimus, quòd in impijs neq; gaudium ſit, neq; ſalus. Admiror quomodò tanta ſapientia abſorpta eſt, quomodò tanta ſinceritas diſſoluta eſt, vndè tãta cęcitas circũfuſa eſt, quomodò nulla in totũ conſideratione habita, talem ac tantã animarum perniciem induxiſti. Si enim verum hoc eſt, tradidiſti & animam tuam in profundum, & omnium hanc impietatem audientiũ robur exoluiſti, fidẽ ignominia affeciſti, à certamine bono aberrâſti. Quapropter doleo tuî gratia. Quis enim ſacerdos propter te non lamentabitur? Quis eccleſiaſticus non plangit? quis laicus non triſtis eſt? quis pietatis

Deplorat apoſtatæ monachi lapſum.

Tradidit animam ſuã in profundum. Fidem ignominia affecit

exer-

Digitized by Google

exercitator non luget? ferè etiam ſol ipſe ob ruinam tuam obſcuratus eſt, & virtutes cæli ob interitum tuum commotæ ſunt. Lachrymas effuderunt etiam lapides ſenſus expertes ob tuam inſaniam. Plorârunt etiam inimici propter exceſſum iniquitatis tuæ. O ingentem ſtupiditatem. O vehementē crudelitatem. Non Deum timuiſti? Non homines reueritus es? non homines curâſti, ſed ſimul omnia naufragio amiſiſti, omnibus ſimul ſpoliatus es, &c. Vide igitur nè fortè dum vis pacta aliquorum ſeruare, tranſgrediaris pacta erga Deum, quæ profeſſus es coram multis teſtibus.

Inſania. Exceſſus iniquitatis. Stupiditas, crudelitas.

Vota Deo nūcupata, violanda non ſunt.

5. IDEM in epiſtola altera ad aliū monachum lapſum, quæ eſt alijs centeſima octogeſimaquarta: Reuoca in memoriam, quot ora ſanctorum oſculo excepiſti, &c. Itaque ſimul etiam periurij pernicioſi ſponſor fuiſti, & corrupto exercitationis charactere, vſque ad Apoſtolos & ipſum Dominum turpitudinem tranſmiſiſti. Dedecore affeciſti caſtitatis gloriationem. Vituperâſti temperantiæ profeſſionem, facti ſumus captiuorum tragœdia, &c.

Periurij pernicioſi ſpōſor.

6. CHRYSOSTOMVS epiſtola ſexta ad Theodorum lapſum: Bonum quidem nuptias & ipſe confiteor. Honorabiles, inquit, nuptiæ & cubile immaculatum: Fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sed te iam ſeruare non conuenit priuilegia nuptiarum: Angelorum enim ſocietati ſemel iunctum, illam relinquere & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt: quanuis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior ac melior mortalibus angelus. Neque vllus tibi fortè perſuaſerit, dicens: Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixit, non nuptias vetuit: verùm in te adulterij nomen accipiet, ſi volueris vnquàm, quod abſit, nuptias cogitare, &c. Atque vt illud repetam, quod in principio poſui epiſtolæ, ſi militiæ vincula non tenerent, quis tibi deſertionis crimen obijceret? Nunc autem nihil in te penitùs tui iuris eſt, quippe qui tanto Imperatori militare cœpiſti. Nam ſi mulier proprij corporis non habet poteſtatem, ſed vir: multò magìs hi qui Chriſto potiùs quàm ſibi viuunt, conditionem corporis ſui habere non poſſunt.

Heb. 13.

Adulterij crimen. Nuptiæ monachorū adulterio peiores.

Obiectio.

Solutio.

1. Cor. 7.

7. LEO Magnus epiſtola nonageſimaſecunda ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, capite decimotertio: Propoſitum monachi proprio arbitrio aut voluntate ſuſceptum, deſeri non poteſt abſque peccato. Quod enim quis vouit Deo, debet & reddere. Vndè qui relicta ſingularitatis profeſſione, ad militiam vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt: quia etſi innocens militia, & honeſtum poteſt eſſe coniugium, electionem tamen meliorem deſeruiſſe, tranſgreſſio eſt.

Monachi an propoſitum & inſtitutum ſuū deſerere poſſint. Deut. 23. Pſal. 49. & 115. Eccles 5. Ionæ 2.

8. ET capite decimoquarto: Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo iudicio, virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperunt, ſi poſteà nuptias eligunt, præuaricantur, etiamſi conſecratio non acceſſit, cuius vtiquè non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.

Puellæ virginitatis propoſitum abijcientes.

9. ITEM decimoquinto: Ambigi verò non poteſt crimen magnum admitti, vbi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana pacta non poſſunt impunè calcari, quid de eis manebit, qui corruperint fœdera diuini ſacramenti.

Crimen magnum admitti, cùm violatur cōſecratio & propoſitum deſeritur.

10. AVGVSTINVS in pſalmum ſeptuageſimumquintum ſuper illud, Vouete & reddite: Quiſq; quod poteſt voueat, & reddat, &c. vt ſuperiùs in hac quæſtione, A. teſtimonio ſexto. Nemo ergo poſitus in monaſterio frater, dicat: Recedo de monaſterio: neq; enim ſoli qui ſunt in monaſterio, peruenturi ſunt ad regnum cælorū; & illi qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent. Reſpondetur ei: Sed illi non vouerunt, tu vouiſti, tu retrò reſpexiſti. De die iudicij cùm Dominus minaretur, quid ait? Mementote vxoris Loth. Omnibus dixit: Quid enim fecit vxor Loth? Liberata eſt à Sodomis, & in via poſita, retrorsùm reſpexit. Vbi reſpexit, ibi remanſit. Facta eſt autem ſtatua ſalis, vt illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non ſint fatui, non retrò reſpiciant. Obijcimus illis quoſdam qui retrò reſpexerunt. Illi fatui ſunt in ſe, ſed alios condiunt, quando commemorantur, vt illorum exemplum timentes iſti, retrò nè reſpiciant.

Excuſatio fugitiuorū monachorum.

Lucæ 17. Geneſ. 19.

Fatui ſunt, qui reſpiciūt retrò.

11. IDEM ſermone primo de cōmuni vita clericorum, qui eſt quadrageſimusnonus de diuerſis, capite quarto: Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum, deſerit, à voto ſuo cadit, & à profeſſione ſancta cadit. Obſeruet iudicem ſcilicet Deum, non me. Ego ſcio quantum mali ſit profiteri ſanctum aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Domino Deo veſtro. Et, Melius eſt non vouere, quàm vouere & nō reddere. Virgo & ſi nunquàm fuit in monaſterio, & virgo ſacra eſt, illi nubere non licet, quanuis eſſe in monaſterio non compellitur. Si autem cœpit eſſe in monaſterio, & deſeruit, & tamen virgo eſt; dimidia ruit. Sic & clericus duas res profeſſus eſt, & ſanctitatem, & clericatum. Profeſſus eſt ſanctitatē, profeſſus eſt communiter viuēdi ſocietatem: & profeſſus eſt quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito ceciderit, & extrà manens clericus fuerit; dimidius & ipſe cecidit.

Habetur hic ſermo in editiōe Pariſienſi tō. 10. ſub fi. & in Concil. Aquiſgra. ſub Ludouico celebrato anno 816. cap. 112. Act 2 & 4. Deſerētes vitā religioſam & communē. Pſal. 75. Eccles 5. Virgini ſacræ nubere non licet. Clerici religioſi & in cōmuni viuentes. Pſal. 132.

12. CHALCEDONENSIS ſynodus generalis canone decimoſexto: Si qua virgo ſe dedicauerit Deo, ſimiliter & monachus, non licere eis iungi nuptijs. Si verò inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus verò poſſe eis fieri humanitatem, ſi ità probauerit loci Epiſcopus.

Nec monachis nec virginibus Deo dicatis licet nuptijs iungi. Reliqua teſtimonia de hoc negocio habes quæſt. ſequenti.

DE CAELIBATV SACERDOTVM ET CLERICORVM.

1. EPIPHANIVS hæreſi quinquageſimanona contra Catharos: Reuerà non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum eos, qui à nuptijs, mortua ipſorum vxore, ſecundis nuptijs coniuncti ſunt, propter excellentem ſacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certò ſancta Dei Eccleſia cum ſinceritate obſeruat. Sed & adhuc viuentem, & liberos gignentem vnius vxoris virum non ſuſcipit, ſed eum qui ſe ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum & presbyterum, & epiſcopum, & hypodiaconum: maximè vbi ſinceri ſunt canones Eccleſiaſtici. At, dices mihi, omninò in quibuſdam locis adhuc liberos gignere & presbyteros & diaconos & hypodiaconos. At hoc non eſt iuxta canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, quum non inueniretur miniſterium. Nam quod decentius eſt, id ſemper Eccleſia per ſpiritum ſanctum benè diſpoſita vidēs, ſtatuit apparare, vt cultus diuini indiſtracti Deo perficerentur, & ſpirituales neceſſitates cum omni beneuola conſcientia peragerentur. Dico autem quòd decorum eſt propter repentina miniſteria ac neceſſitates, vt presbyter & diaconus & Epiſcopus Deo deditus ſit. Si enim etiam populo præcipit ſanctus Apoſtolus, dicens: Vt ad tempus vacent orationi: quanto magìs ſacerdoti idem præcipit, vt indiſtractus ſit, inquam, ad vacandum ſecundùm Deum ſacerdotio, quod in ſpiritualibus neceſſitatibus ac vſibus perficitur.

Qui ſecundò contraxerant matrimoniū, non ſunt ad ſacerdotium promouēdi. Matrimonio antè cōtracto vtētes, nō ſuſcipiuntur ab Eccleſia ad presbyteratū, diaconatum, aut ſubdiaconatum. Vbi ſinceri ſunt canōes. Non ſecundū canonē eccleſiaſticū agūt, qui matrimonio antè contracto, vtuntur, in prædictis ordinibus cōſtituti.

1. Cor. 7.

14. IDEM in Compendiaria vera doctrina fidei Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ: Horū vertex eſt ſanctum ſacerdotium ex virginibus quidem vt plurimùm procedens: Si verò non ex virgini-

Ad ſacerdotium ferè non niſi virgines promouētur:

Digitized by Google

aut,vt minimum continẽtes aut exlibes.
for.*ſolitariam vitam degentes.
Bigami non ordinantur.

ginibus,at ex ſolitariam vitam degentibus. Si verò non ſuffecerint ad miniſterium*ad ſolitariam vitam degentibus, de his qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptijs viduitatem ſeruantibus. Nam eum qui ſecundas nuptias contraxit, non licet in ipſa ad ſacerdotium ſuſcipere: etiamſi is qui ab initio continens viduus fuerit, poſſit habere locum epiſcopi & presbyteri,& diaconi & ſubdiaconi.

1.Tim.3.
Epiſcopus qui vxoratus ad Epiſcopatum venit,ſi vtatur matrimonio,vt adulter damnabitur.
Sacerdoti ſemper carendum matrimonio.

15. HIERONYMVS libro primo contra Iouinianum,capite decimonono: Non dicit Paulus, Eligatur Epiſcopus qui vnam ducat vxorem & filios faciat: ſed qui vnam habuerit vxorem & filios in omni ſubditos diſciplina. Certè confiteris non poſſe eſſe Epiſcopum,qui in epiſcopatu filios faciat. Alioquin ſi depræhenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter dãnabitur. Sed & hoc inferendum,ſi laicus,& quicunq; fidelis orare non poteſt,niſi careat officio coniugali: ſacerdoti,cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia,ſemper orandum eſt.Si ſemper orandum eſt,ergò ſemper carendum matrimonio.

16. IDEM aduersùs Vigilantium capite primo: Proh nefas, Epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt,qui non ordinant Diaconos, niſi priùs vxores duxerint. Nulli cælibi credentes pudicitiam, immò oſtendentes, quàm ſanctè viuant, qui malè de omnibus ſuſpicantur, & niſi prægnantes vxores viderint clericorum, infanteſq; de vlnis matrum vagientes,Chriſti ſacramenta non tribuunt.Quid facient Orientis Eccleſiæ? quid Aegypti & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt?

Eccleſiæ Orientis,Aegypti, & ſedis Apoſtolicæ clericos,non niſi virgines, cælibes, aut continentes admittunt.

17. AVGVSTINVS libro ſecundo de adulterinis coniugijs, capite viceſimo: Iſtos qui virilem excellentiam non putant,niſi peccandi licentiam, quando terremus nè adulterinis coniugijs hærendo pereant in æternum,ſolemus eis proponere etiam continentiam Clericorum: qui plerunquè ad eandem ſarcinam ſubeundam capiuntur inuiti, eamq; ſuſceptam vſq; ad debitũ finem, Domino adiuuante, perducunt. Dicimus ergò eis,Quid ſi & vos ad hoc ſubeundum populorum violentia caperemini, nónne ſuſceptum caſtè cuſtodiretis officium, repentè conuerſi ad impetrandas vires à Domino, de quibus nunquàm anteà cogitâſtis? Sed illos, inquiunt, honor plurimùm conſolatur. Reſpondemus, & vos timor amplior moderetur. Si enim hoc multi Dei miniſtri repentè atque inopinanter impoſitum ſuſceperunt, ſperantes ſe illuſtriùs in Chriſti hæreditate fulgere: quantò magìs vos adulteria cauendo viuere continenter debetis,metuentes non in regno Dei minùs lucere, ſed in gehennæ ignibus ardere?

Qui ad Clericatum inuiti rapiebantur, continẽtiam etiam ſeruabant.
Oratione impetratur donum continentiæ.

18. FVLGENTIVS de fide ad Petrum Diaconum, capite tertio: Coniugium in primis hominibus Deus inſtituit & benedixit. Propter quod Apoſtolus ait: Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Ideoq; ſerui Dei in eo quòd à carnibus,& à vino abſtinent, non tanquàm res immundas refugiunt, ſed mundioris vitæ inſtituta ſectantur. Et in eo quòd coniugia non habent, non nuptiarum bonum, crimen eſſe exiſtimant, ſed continentiam iugem bonis nuptijs meliorem eſſe non dubitant, iſto quammaximè tempore, quando dicitur de continentia: Qui poteſt capere,capiat. De nuptijs verò dicitur: Qui ſe non continet,nubat.In vna enim ratione virtus exoritur, in altera, infirmitas remedio ſubleuatur. Vndè quia ægritudini ſemper eſt conſulendum, proptereà ſi cui primo contigerit priuari coniugio, ſi voluerit ſecundas vel tertias inire nuptias,nullum de illis peccatum habebit,ſi eas caſtè ſeruauerit: id eſt, ſi vnus & vna legitimè duntaxàt coniuncti,fidem ſeruent,vt nec ille mulieri præter vxorem,nec illa viro præter maritum vllatenùs miſceatur. In talibus etſi fuerit aliquis coniugalis exceſſus, qui tamen legitimum non violet torum, habebit nonnullum, ſed veniale peccatum. Sed hæc illorum ſunt qui nullam vouerunt continentiam Deo. Cæterùm quiſquis ſeipſum caſtrauerit propter regnum cælorum,& in corde ſuo continentiam Deo vouerit,non ſolùm ſi mortifero fornicationis crimine maculetur, verùm etiam ſi aut vir vxorem accipere,aut mulier nubere voluerit, ſecundùm Apoſtoli ſententiam,damnationem habebit,quia primam fidem irritam fecit. Sicut ergò ſecundùm Apoſtoli ſententiam, dignum eſt, vt vxori vir debitum reddat,ſimiliter & vxor viro, quia ſi quis acceperit vxorem,non peccat: & ſi nupſerit virgo,non peccat: ità ſecundùm eiuſdem Apoſtoli dictum, qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & vouerit continentiam Deo,debet eam vſque in finem tota mentis ſolicitudine cuſtodire,nè dãnationem habeat, ſi primam fidem irritam fecerit. Similiter & coniugati viri,& coniugatę mulieres, ſi ex conſenſu perennem Deo vouerint continentiam,nouerint ſe ſui voti obnoxios detineri: nec iam ſibi debere commixtionẽ carnis, quam primitùs licitam habuerunt, ſed Deo ſe debere continentiam quam vouerunt. Tunc enim vnuſquiſque regnum cælorum, quod ſanctis promittitur,poſſidebit, ſi obliuiſcens quæ retrò ſunt, & in anteriora extendens ſeipſum, ſecundùm quod in pſalmis dicitur, Vouete & reddite Domino Deo veſtro: quod ſcit eſſe licitum, & ad profectum melioris vitæ pertinere cognoſcit, & libenter voueat,& celeriter reddat, & in hoc quòd votum reddit, meliore ſemper conatu proficiat. Omni enim vouenti Deo, & reddenti quod vouit, ipſe quoquè Deus reddet cæleſtis regni præmia quæ promiſit.

Hebr.13.
Serui Dei à carnibus, vino, & coniugio abſtinentes,iſta non damnant,ſed mũdioris vitæ inſtituta ſectantur.
Matth.19.
1.Cor.7.
Matth.19.
Quiſquis Deo vouit cõtinentiam, non ſolùm ſi fornicetur, verùm etiam ſi velit cõtrahere matrimoniũ,habebit damnationem.
1.Tim.5.
1.Cor.7.
Ibid.
Semel Deo vouens caſtitatem, debet illam vſq; in finẽ ſeruare, nè habeat damnationem, &c.
1.Tim.5.
Philip.3.
Pſal.75.
Vouere quid oporteat.

19. GREGORIVS libro tertio epiſtolarum, epiſtola trigeſimaquarta: Multorum relatione comperimus hanc apud vos olìm cõſuetudinem tenuiſſe, vt ſubdiaconi ſuis licitè miſcerentur coniugibus. Quod nè denuò quiſquam præſumeret, à ſeruo Dei, ſedis noſtræ diaconò ex authoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, vt eodem tempore ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent, id eſt, à ſuis vxoribus abſtinerent, aut certè nulla ratione miniſtrare præſumerent. Et poſt pauca: De cętero verò fraternitas tua ſit omninò ſolicita, & quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quàm maximè diligenter inſpiciat, nè ſi vxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur: ſed ad ſimilitudinem ſedis Apoſtolicæ, eos cuncta obſeruare ſua nihilominùs diſtrictione conſtituat.

Subdiaconis interdictus vſus coniugij.

20. LEO Magnus epiſtola nonageſimaſecunda ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, capite tertio: Lex continentiæ eadem eſt miniſtris altaris, quæ epiſcopis atque presbyteris: qui cùm eſſent laici ſiue lectores,licitè & vxores ducere,& filios procreare potuerunt. Sed cùm ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vndè vt de carnali fiat ſpirituale coniugium, oporteret eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant, ſic habere, quò & ſalua ſit charitas coniugiorum, & ceſſent opera nuptiarum.

Ad continentiam adſtringuntur nõ minùs diaconi & ſubdiaconi quàm epiſcopi & presbyteri.
1.Cor.7.

21. IDEM in epiſtola octogeſimaquarta ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, capite quarto: Quum extra Clericorum ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum,ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem,nec Subdiaconis quidem carnale connubium conceditur, vt & qui habent, ſint tanquàm non habentes: & qui

Subdiaconorum & ſuperiorum ordinũ continẽtia
1.Cor.7.

non

Digitized by Google

non habent, permaneant ſingulares. Quod ſi in hoc ordine, qui quartus à capite eſt, dignum eſt cuſtodiri: quantò magìs in primo aut ſecundo tertioq́; ſeruandum eſt, nè aut Leuitico miniſterio, aut presbyterali honori, aut Epiſcopali excellentiæ quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate vxoria necdùm frænâſſe detegitur?

22. BERNARDVS ſermone ſexageſimoquinto in Cantica, de hæreticis loquens: Mulieres relictis viris, & item viri dimiſſis vxoribus ad iſtos ſe conferunt. Clerici & ſacerdotes populis eccleſijsq́; relictis, intonſi & barbati, apud eos inter textores & textrices plerunquè inuenti ſunt. Interrogo vnumquempiam horum: Heus tu bone vir, quę nam hęc mulier, & vndè hęc tibi? Vxórne tua? Non, inquit, nam voto meo iſtud non conuenit. Filia ergo? Non. Quid? Non ſoror, non neptis, non aliquo ſaltem propinquitatis vel affinitatis gradu attinens tibi? Nullo prorsùs. Et quomodò tuta tibi cum iſta continentia tua? Sanè nec licet tibi iſtud. Cohabitationem (ſi neſcis) virorum & fœminarum in ijs qui vouêre continentiam, Eccleſia vetat. Si non vis ſcandalizare Eccleſiam, eijce fœminam.

Clericis & Sacerdotibus, quia vouerũt continẽtiam, vetat cõhabitationem mulierum.

23. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta, canone nono: Si quis dixerit, clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium cõtrahere, contractumq́; validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto: & oppoſitum nihil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium: poſſeq́; omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit: cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari.

Clericorũ in ſacris cõſtitutorum & religioſorum matrimoniũ vtrùm validum ſit.

Donum caſtitatis vndè cõquiratur.

24. PRIORIS ad Timotheum quinto: Adoleſcentiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: ſimul autem & ocioſæ diſcunt circuire domos: non ſolùm ocioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

25. CONCILIVM quartum Carthaginenſe canone centeſimo quarto: Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ità & maiori obſeruantia & præceptione cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibèt adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate, à viro relictæ, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſteà verò ad nuptias ſeculares tranſiêrunt, ſecundùm Apoſtolum, damnationem habebunt. quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergò perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ, quanto magìs viduæ quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſpontè, non coactę, obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, atque ad * ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ etſi violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſteà delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio, raptori vel violento viro conſenſerint, damnationi ſuperiùs compræhenſæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: Quum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Caſtitatis præmium.

Viduæ quæ ſe Deo deuouerunt, & veſtẽ religioſam aſſumpſerũt, habebunt damnationem ſi nubãt, quia fidem caſtitatis fregerunt

1.Tim.5.

Crimine adulterij notãtur.

* ſeculares

1.Tim.5.

26. AVGVSTINVS de bono viduitatis, capite octau o & nono, vt ſuprà hac eadem quæſtione, A. teſtimonio ſeptimo & octauo.

27. ISIDORVS libro ſecundo de officijs Eccleſiaſticis, capite decimooctauo: Prædicat Apoſtolus damnationẽ habere viduas, quæ poſt propoſitum continentiæ nubere cupiunt: Cùm enim, inquit, luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt, id eſt, quia in eo quod honeſtè primò vouerunt, non ſteterunt. Nec tamen, ait, nubunt, ſed nubere volunt. multas enim earum reuocat à nubendo, ſi non amor præclari propoſiti, vel aperti dedecoris timor. Igitur quæ nubere volunt, & ideò non nubunt, quia impunè nõ poſſunt, hæ meliùs non vouerent, & nuberent, quàm vrerentur, id eſt, quàm occulta flamma concupiſcentiæ vaſtarentur, quas pœnituiſſe profeſſionis forma declarat, ſed piget confuſionis, quæ niſi correctæ cor dirigant, & Dei timore rursùm libidinem vincant, in mortuis deputandæ ſunt, ſi in delicijs agant, (vndè dicit Apoſtolus: Quæ autem in delicijs eſt, viuens mortua eſt) ſiue in laboribus atq; ieiunijs nulla cordis correctione, ſed magìs oſtentationi quàm emendationi ſeruientes.

1.Tim.5.

Primã fidem irritam fecerunt, id eſt, votum non ſeruauerunt.

Quibus melius ſit nubere quàm vri.

1.Cor.7.

1.Tim.5.

28. IN ſexto decretalium, libro tertio, titulo decimoquinto de Voto & voti redemptione: Bonifacius octauus Biterenſi Epiſcopo: Nos attendentes, quòd voti ſolennitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta: matrimonij verò vinculum ab ipſo Eccleſiæ capite rerum omnium conditore, ipſum in paradiſo & in ſtatu innocentiæ inſtituente, vnionem & indiſſolubilitatem acceperit: præſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis, illud ſolum votum debere dici ſolenne, quantùm ad pòſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolennizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis, aut per profeſſionem expreſſam vel tacitam factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis. Reliqua verò vota etſi quandoquè matrimonium impediant contrahendum, & quanto manifeſtiùs ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcandalum & exemplum durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur, non tamen reſcindere poſſunt matrimonia pòſt contracta.

Votũ ſolenne in quo conſiſtat, & quod dirimat matrimoniũ contrahendum.

Redditur ſolẽne per ſuſceptionẽ Ordinis ſacri & profeſſionẽ factam in approbata Religione.

1. D. ECCLESIASTIS quinto: Si quid vouiſti Deo, nè moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quodcunq; voueris redde. multoq́; melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.

2. DEVTERONOMII vigeſimotertio: Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.

3. PSALMO ſeptuageſimoquinto: Vouete &c. vt in textu.

4. LVCAE nono: Factũ eſt autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunq; iêris. Dixit illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire & ſepelire patrem meum. Dixitq́; ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeliãt mortuos ſuos: tu autem vade & annuncia regnũ Dei. Et ait alter: Sequar te Domine: ſed permitte mihi primùm renunciare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.

5. BERNARDVS epiſtola ſecunda ad Fulconem: Cur ergò, inquis, ſinuglariter me reprehendis, cùm & in alijs videas quod iuſtiùs forſitan reprehendere poſſis? Ad quod ego: propter ſingularitatem erroris tui, propter immanitatem peccati tui. Nam etſi plerique alij perditè viuunt, etſi inordinati & indiſciplinati ſunt, nondùm tamen ordinem aut diſciplinam profeſſi ſunt. Sunt quidem peccatores, ſed non præuaricatores. Tu

Votifragi quātumuis benè viuant, Deo tamen non placent.

verò quantumlibet modeſtè & honeſtè viuas: ſi caſtè, ſi ſobriè, ſi omninò religiosè te habeas: Deo tamen minùs accepta eſt tua religio, quam deturpat voti prævaricatio.

6. ANSELMVS epiſtola quarta ad quandam Dominam: Si doles, adhuc ſalutem tuam ſpero: ſi autem non doles, quid niſi damnationem tuam expectare queo? Impoſſibile nanque eſt te vllo modo poſſe ſaluari, niſi ad habitum & propoſitum abiectum redieris.

Niſi ad habitum & propoſitum abiectum redeant, non ſaluabuntur.

V.

Cogit igitur ad Cælibatum quoſdam Eccleſia?

a Beda li. 2. de taber. & vaſis eius ca. 9. & in Lucę c. 1. Hieron. in cap. 1. ad Titum. & in Apol. pro lib. contra Iouinia. cap. 3. & 8. Orig. hom. 23. in Numer. Ambr. epiſt. 82. & lib. 1. offic. cap. 50. Euſe. 1. demonſt. Euan. cap. 9. Vide Canones diſtinct. 28. & 82.

b 1. Cor. 7. g

c Theophyl. ibid. Hiero. lib. 1. contra Iouinia. cap. 7. Grego. in cap. 15. lib. 1. Reg. Epiphan. hæreſ. 61.

d Ibidèm a

e Matth. 19. b

f Eſaię 56. b & ibidèm Hiero. Baſil. lib. de virginit. Auguſt. de ſancta virginit. cap. 24. & 25.

g Libro 1. ad vxorem ca. 6.

h 1. Cor. 7. f

A. NON cogit ſanè pia prouidaque mater, quę legem Cęlibatus nemini imponit: ab ijs verò qui legem eam, vtì dictum eſt, vltrò receperunt, exigit,[a] nè ſoluant religionem, néve conuentionem, quam cum Chriſto & eius Eccleſia ſanctè iniuerunt, violent atque reſcindant.

B. Meritò igitur vrgentur illi ſtare promiſſis, & ſeruare quod ſemel firmiter amplexi ſunt, conſilium Euangelicum: de quo Paulus:[b] *Et qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit:* (quandiù ſcilicet voto cęlibatus[c] adſtricta non eſt) *& qui non iungit, meliùs facit.*[d] Ac rursùs: *Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Quocircà laudantur à[e] Chriſto, & in Eccleſia ſemper apprimè laudati fuerunt[f] Eunuchi Euangelici, ſiue, vtì Tertullianus[g] vocat, ſpadones voluntarij, qui ſeipſos propter Dei regnum caſtrauerunt, vt ſint ſancti[h] corpore & ſpiritu, Deo in carne ſine carne militantes.

i Hieron. lib. 1. in Iouinia. cap. 2. Auguſt. hæreſi 82.

k Trident. ſeſs. 24. cap. 10.

l 1 Cor. 7. g

C. Vbi duplex error nobis eſt valdè cauendus: alter eorum, qui cum Iouiniano Matrimonium ſic extollunt, vt aut[i] æquent, aut[k] anteponant hunc ſtatum cælibatui ſeu virginitati, cùm Paulus[l] quidem & Patres omnes apertè reclament: alter eorum qui fingunt continentiam & cælibatum ab hominibus Chriſtianis vix poſſe præſtari, ideóque nulli eum facilè ſuſcipiendum, aut ſanctè promittendū eſſe contendunt. Nec intelligunt iſti Euangelicæ gratiæ vbertatem, quæ talis ac tanta per Chriſtū tot ſeculis data eſt, & quotidiè datur credentibus,[m] petentibus, quærentibus, pulſantibus, vt hi iugum Domini ſuaue & continentiæ viā non minùs ſibi commodā, quàm ſalutarem experiantur. Inter quos erat & Paulus, palàm affirmans:[n] *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Quamobrem Auguſtinus,[o] vbi locum illum, Vouete & reddite Domino Deo veſtro: explicat, ità ſcriptum reliquit: Non ſitis pigri ad vouendum. Non enim viribus veſtris implebitis. Deficietis, ſi de vobis præſumitis: Si autem de illo, cui vouetis, vouete, ſecuri reddetis. Et idem alibì:[p] Felix neceſſitas quæ ad meliora compellit.

m Aug. lib. 6. & 8. Confeſſ. ca. 11. Orig. Hiero. Chryſo. in Matth. cap. 19.

n 1. Cor. 10. c

o Auguſt. in Pſal. 75.

p Epiſtol. 45.

TESTIMONIA.

DE CAELIBATV SACERDOTVM ET RELIQVORVM ECCLESIASTICORVM.

Reliqua teſtimonia habes quæſt. præcedenti.

1. A. BEDA libro tertio de tabernaculo & vaſis eius ac veſtibus ſacerdotum, capite nono: Sine illa caſtimoniæ portione, quæ ab appetitu copulæ coniugalis cohibet, nemo vel ſacerdotium ſuſcipere, vel ad altaris poteſt miniſterium conſecrari, id eſt, ſi non aut virgo permanſerit, aut contrà vxoriæ coniunctionis fœdera ſoluerit. Quod videlicet genus virtutis nulli per legem Dei neceſſariò imperatum, ſed voluntaria eſt deuotione Domino offerendum, dicente ipſo de hoc: Non omnes capiunt verbum iſtud. Ad quam tamen benigna mox exhortatione eos qui poſſint, inuitat, dicens: Qui poteſt capere, capiat. Et paulò pòſt eiſdem qui vel vxorem, vel alios cognatos & implicamenta mundi huius propter ipſum reliquerint, centuplum promittit in hac vita præmium, & in ſeculo futuro vitam æternam. Vndè certè gratia diſtinctionis non Moyſes hoc indumento veſtiri Aaron & filios eius iubetur, ſicut de prioribus dicitur; Veſtieſq; his omnibus Aaron fratrem tuū, & filios eius cum eo. Sed facies, inquit, feminalia linea, vt operiant carnē. Ipſi, inquit, operiant carnē turpitudinis ſuæ, tu feminalia pōtifici & filijs eius facies, tu caſtitatis regulam docebis, tu abſtinendū ab vxorio complexu eis, qui ſacerdotio functuri ſunt intimabis. Nulli tamen violentū huiuſmodi continentiæ iugum impones: ſed quicunq; ſacerdotes fieri ac miniſterio ſeruire altaris volunt, ipſi ſua ſponte vxorū ſerui eſſe deſiſtent. Quod vbì perfecerint, & ſuſcepto ſemel continentię propoſito miniſtros ſe ſanctuarij atq; altaris fore conſentiūt, aderit lex diuina, quæ velut cęterū illius habitū ſacerdotibus congruum imponens, quomodò viuere vel docere debeant, abundāter inſtituat, congaudensq; ſpōtaneę ipſorum deuotioni, dignū ſacerdotio decus ſapiētiæ, patientiæ, manſuetudinis, miſericordię, zeli ſpiritalis, humilitatis, timoris Domini, cęterorumq; huiuſmodi ornamentorum ſuperaddat. Alioquì iniquitatis rei moriuntur. Mortem nanq; certiſſimam incurrit animæ, ſi quis luxuriosè viuens, ſacerdotalem ſibi vſurpare gradum præſumit.

Non niſi cęlibes aut cōtinētes ad altaris miniſterium conſecrandi.

Nemo inuitus cogitur ad cęlibatum amplectendum.

Matth. 19.

Ibidèm.

Nulli violētū continentiæ iugum imponendum: ſed cùm ſpontè ſuſceperint, ferre deincèps debent.

Certiſſimam animæ mortē incurrunt incontinentes ſacerdotes.

2. IDEM in primum caput Lucæ, in ea verba, Et fa-

Digitized by Google

Et factum eſt vt implerentur dies officij eius, abijt in domum ſuam: Hoc eſt quod dixi, quòd vicis ſuę tẽpore pontifices, templi tantùm officijs mancipati, nõ ſolùm à complexu vxorum, ſed ab ipſo quoquè domorum ſuarum abſtinerent ingreſſu.

Exemplum datur Sacerdotibus noſtris perpetuę caſtitatis.

Vbi noſtri temporis ſacerdotibus, quibus ſemper altari ſeruire iubetur, perpetuò ſeruandæ caſtitatis exemplum datur. Quia enim tunc ſacerdotalis ex ſtirpe Aaron ſucceſſio quærebatur, neceſſariò tempus ſubſtituẽdæ ſoboli procurabatur. At quia nunc non carnalis ſucceſſio, ſed perfectio ſpiritalis inquiritur: conſequenter ſacerdotibus, vt ſemper altari queant aſſiſtere, ſemper ab vxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur.

Semper caſtitas obſeruanda præcipitur.

3. HIERONYMVS in caput primum epiſtolæ ad Titum: Si Laicis imperatur, vt propter orationem abſtineant ſe ab vxorum coitu: quid de epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidiè pro ſuis populiq́ peccatis, illibatas Deo oblaturus eſt victimas? Relegamus libros Regum, & inueniemus ſacerdotem Abimelech de panibus propoſitionis noluiſſe priùs dare Dauid & pueris eius, niſi interrogaret, vtrùm mundi eſſent pueri à muliere, non vtiquè aliena, ſed coniuge. Et niſi eos audiſſet ab herì & nudiuſtertiùs vacâſſe ab opere coniugali, nequaquàm panes, quos priùs negauerat, conceſſiſſet. Tantum intereſt inter propoſitionis panes & corpus Chriſti, quantum inter vmbram & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exemplaria præfigurabãtur. Quomodò itaque manſuetudo, patientia, ſobrietas, moderatio, abſtinentia lucri, hoſpitalitas quoquè & benignitas, præcipuè eſſe debent in Epiſcopo, & inter cunctos laicos eminentia: ſic & caſtitas propria & (vt ità dixerim) pudicitia ſacerdotalis, vt non ſolùm ab opere ſe immundo abſtineat, ſed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore mens Chriſti corpus confectura ſit libera.

1.Cor.7.
Argumẽta B. Hieronymi pro cælibatu miniſtrorum altaris.
3.Reg.21.
Panum propoſitionis & corporis Chriſti differentia.
1.Tim.3.
Tit.1.
Sacerdotalis pudicitia qualis in epiſcopo.

4. IDEM in apologia pro libris aduerſùs Iouinianum capite tertio: Eccè perſpicuè nuptias diximus concedi in Euangelio, ſed tamen eaſdem in ſuo officio permanentes, præmia caſtitatis capere non poſſe. Quod ſi, indignè accipiunt mariti, non mihi iraſcantur, ſed ſcripturis ſanctis, immò epiſcopis & presbyteris & diaconis & vniuerſo choro ſacerdotali & Leuitico, qui ſe nouerunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi ſeruiant coniugali. ET capite octauo: Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes: Epiſcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici.

Continentia Sacerdotum & miniſtrorũ altaris.
Non eliguntur niſi poſt Sacerdotium in æternum pudici.

5. ORIGENES homilia vigeſimatertia in librum Numerorum: Si oratio iuſti ſicut incẽſum offertur in conſpectu Domini, & eleuatio manuum eius ſacrificium eſt veſpertinum; dicit autem Apoſtolus ijs qui in coniugijs ſunt: Nolite fraudare inuicèm, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterùm in id ipſum ſitis: certum eſt quia impeditur ſacrificium indeſinens ijs, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt. Vndè videtur mihi, quòd illius eſt ſolius offerre ſacrificium indeſinens, qui indeſinenti & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati.

Pſal.140.
1.Cor.7.
Caſtitati perpetuæ ſe deuouẽtes, apti ſunt ad ſacrificandum.

6. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaſecunda ad Vercellenſem Eccleſiam: Vnius vxoris virum præcipit eſſe, non quò exortem excludat coniugij, (nam hoc ſupra legem præcepti eſt) ſed vt coniugali caſtimonia ſeruet ablutionis ſuæ gratiam. Neque iterùm, vt filios in ſacerdotio creare Apoſtolica inuitetur authoritate. Habẽtem enim dixit filios, non facientem: neque coniugium iterare. Quod ideò non prætermiſi, quia plerique ità argumentantur, vnius vxoris virum dici poſt Baptiſmum habitæ, eò quòd Baptiſmo vitium ſit ablutum, quo adferebatur impedimentum. Et vitia quidem atque peccata diluuntur omnia, vt ſi quis contaminauerit ſuum corpus cum plurimis, quas nulla coniugij lege ſociauerit, remittantur ei omnia, ſed coniugia non reſoluuntur ſi quis iterauerit. Culpa enim lauacro, non lex, ſoluitur. Nulla enim culpa coniugij, ſed lex eſt. Quod legis eſt igitur, non remittitur quaſi culpa, ſed tenetur quaſi lex. Ideò Apoſtolus legem poſuit, dicens: Si quis ſine crimine eſt vnius vxoris vir. Ergò quia ſine crimine eſt vnius vxoris vir, tenetur ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis. Diximus quid legis eſt: dicamus etiã quid rationis. Sed priùs cognoſcamus non ſolùm hoc Apoſtolum de epiſcopo & presbytero ſtatuiſſe, ſed etiã Patres in Concilio Niceni tractatûs addidiſſe: Neque clericum quenquam debere eſſe, qui ſecunda cõiugia ſortitus ſit. Quomodò enim poteſt conſolari viduam, honorare, cohortari ad cuſtodiendam viduitatem, ſeruandam marito fidem, quam ipſe priori coniugio non reſeruauerit? Aut quid intereſſet inter populum & ſacerdotem, ſi ijſdem adſtringerentur legibus? Debet præpõderare vita ſacerdotis, ſicut præponderat gratia.

1.Tim.3.
Matrimonio vti in Epiſcopatu non licet.
Baptiſmi vis.
Bigamus ad ſacerdotium inhabilis.
Tit.1.
Vita Sacerdotis præpõderare debet.

7. IDEM libro primo officiorum, capite quinquageſimo, eoq́ vltimo, loquens de miniſtris altaris: Inoffenſum autem exhibendum & immaculatum miniſterium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoſcitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipſo conſortio coniugali, ſacri miniſterij gratiã recepiſtis. Quod eô non præterij, quia in pleriſque abditioribus locis cùm miniſterium gererent, vel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt, & id tanquàm vſu veteri defendunt, quando per interualla dierum ſacrificium deferebatur, & tamen caſtificabatur etiam populus per biduum aut per triduum, vt ad ſacrificium purus accederet, vt in veteri teſtamento legimus: Et lauabant veſtimenta ſua. Si in figura tanta obſeruantia, quanta in veritate? Diſce ſacerdos atque Leuita, quid ſit lauare veſtimenta tua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas ſacramentis.

Sacerdotibus & miniſtris altaris quãuis coniugatis, ſeruandã eſt continentia.
Exod.19.

8. EVSEBIVS Pamphili libro primo de demonſtratione euangelica, capite nono: Meritò aliquis quæſierit, quænam cauſa ſit, cur priſci in nuptijs & procreatione liberorum plurimum ſtudij poſuerint: nos verò hanc partem negligamus. Aduerſùs hæc talẽ licèt ex ipſis Hebræorum oraculis rationem colligere. Quicunq́ ante Moyſen de laude pietatis nomen adepti ſunt, hi tunc initium habente, tuncq́ primùm exiſtente vita, fuiſſe memorantur: quæ verò ad nos pertinent, tendere ad finem. Quare illos magna cum cura ſobolis incrementum quæſiuiſſe, quum per illud tempus & numerus hominum augeſceret, & multiplicaretur, atque indiès robur acciperet genus humanum: nobis verò non admodùm curæ eſſe hoc, vtpotè cùm res iam interire ac deſinere, atque ad extremum finem tendere credantur, quando planè dicitur, ante vitæ cõſummationem, Euangelicam in foribus adeſſe doctrinam, & renouatio ac generatio alterius ſeculi, quod breuì inſtet futurum, denunciatur. Vna igitur defenſio hæc, altera autẽ erit huiuſmodi: Priſcis illis qui remiſſiorem ac liberiorem vitã agebant, nihil erat impedimento, nè domui liberiſq́ præeſſent, ac pariter diuinæ quoquè rei vacarent, quando vnà cum vxoribus, & liberis, & domo, religioni aſſiduam dare operam poterãt, & nuſquàm ob vllas res externas à meliore propoſito auellebantur. Res verò noſtræ innumerabilia habent, quæ extrinſecùs premant, & quæ in alienas curas vndiquè trahant, & ab earum rerum ſtudio quæ Deo placent, abducant. Hanc igitur cauſam eſſe, cur nubendi

Cur in veteri lege maior habebatur cura nuptiarum & procreationis liberorum q̃ in noua lege.
Prima cauſa.
Secunda.

Digitized by Google

1. Cor. 7.

ratio contrahatur, Euangelicæ doctrinæ verbum demonſtrat, vbi ait: Hoc autem dico, fratres, tempus breue eſt: Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquàm non habentes ſint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquàm non gaudentes; & qui emunt, tanquàm non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non vtentes. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt de ijs quæ Domini ſunt, quomodò placeat Domino. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt de ijs quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori. & diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt placeat Domino, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodò placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. Palàm igitur in his cauſam, cur à nuptijs ſit abſtinendum, proponit, vbi temporum, rerumq; extrinſecùs ingruentium ſtoliditatem repræhendit, quorum nihil priſcis illis accidebat.

Tertia, eaque efficacior ratio.

Ad hæc tertia quoquè ratio adiũgi poteſt, propter quam veteres illi Dei cultores, in procreatione liberorum plurimum ſtudij collocarent. Quum reliqui homines in morum peruerſitate maius indiès incrementum accepiſſent, atque in immanem, & ab omni humanitate alienam, & planè ferinam vitam relapſi eſſent, & impium prorſùs omníque religioni inimicum morem facilè corruiſſent: valdè pauci, & facilè numerabiles, qui ſupererant, ea ſectantes, quæ priùs à nobis dicta ſunt, à multorum conſuetudine, & à communi cum reliquis hominibus victu, ſe amouebant. Porrò autem cùm ſeorsùm ab alijs gentibus, ſingularíque more viuerent, nouam quandam reip. rationem, vitamq; ſtudioſam Sapientiæ, veréque ipſius Dei cultricem, & reliquis hominibus impermiſcuam, inſtituerunt. Vt igitur poſteris quoquè illorum propriæ religionis, tanquàm ſcintilla quædam reparandi ignis, ità aliquod ſemen ſeruaretur, neque vnà cum ipſorum deceſſu ipſorum pietas deficeret atque interiret, meritò & generandæ & alendæ ſobolis curam introduxêre, vt ſic Doctores atque Magiſtri propriorum liberorum exiſterent, quippe qui poſteris ſucceſſores pietatis, propriæq; virtutis hæredes relinquere, pulchrum atque honeſtum iudicarent. Hinc ſanè Prophetæ innumerabiles & viri iuſti, quin ipſe quoquè Saluator ac Dominus noſter, eiusq; diſcipuli atque Apoſtoli, ab illorum diſciplina profecti ſunt. Quòd ſi qui etiam vitioſi ab eiſdem prodiêrunt, quaſi paleæ ſimul cum tritico ſubnaſcentes, non ob id tamen culpãdi qui genuerint, aut qui enutrierint, quando etiam de diſcipulis Saluatoris aliquos nouimus libertate voluntatis auerſos, à recto aberrâſſe.

...ua lege ...ductæ ... locum ...habent.

Cauſa igitur ob quam viri ſancti priſcis temporibus magno cum ſtudio liberos ſuſciperent, reddita eſt: quæ non ampliùs in nobis locum habere dicenda eſt, quippe quum, Deo fauente, per Euangelicam Saluatoris noſtri doctrinam, innumerabiles gentes & populos, in vrbibus & regionibus & agris liceat nobis oculis intueri, eodem animo feſtinantes & ad ſancta Euangelicæ doctrinæ præcepta concurrentes: quibus quidem ſatis ſuperq; ſit, ſi doctores ac prædicatores diuini verbi omnibus & vitæ vinculis, & ſolicitudinibus liberati, poſſint ſufficere. His autem ipſis maximè in præſentia, vt melioribus ſtudijs vacent liberiùs, ſeiunctus à re vxoria victus adamatur, velutì ijs qui diuina & incorporea ſobole propaganda, occupati teneantur, & non vnius, neque duorum liberorum, ſed aceruatìm innumerabilis multitudinis educationem, ſanctámq; diſciplinam, ac reliquæ inſtituendæ vitæ curam ſuſceperint. Poſtremùm omnium ſi quis priſcorum illorum vitas, de quibus nunc loquimur, diligenter exploret, inueniet eos initio quidem ætatis, ſoboli augendæ, coniugioq; vacantes, maturè autem abſtinentes atque ceſſantes.

Continentia Patriarcharũ veteris teſtamenti.

Scriptũ eſt enim, quòd placuerit Enoch Deo poſtquàm genuit Mathuſala. Vbi ſcriptura planè poſt genitum filium Deo placuiſſe illum, de quo loquitur, memorat, neque illi poſthàc alios genitos filios prodit.

Enoch. Geneſ. 5. Eccli 44.

Noë.

Noë quoq; vir iuſtus poſt ſuſceptionem liberorum, ſolus cum familia, quum reliqua omnia quæcunq; eſſent in terra perijſſent, incolumis conſeruatus, plurimis poſthàc ſuperfuiſſe annis inducitur, neq; tamen vſquàm genuiſſe alios filios.

Iſaac.

Dicitur & Iſaac poſtquàm ex vna vxore geminæ prolis pater factus eſt, deſijſſe cum illa conſueſcere.

Ioſeph.

Et Ioſeph, quum præſertim apud Aegyptios verſatus ſit, non plùs quàm duorum filiorum pater extitiſſe inuenitur, quorum matrem vnam duntaxàt in matrimonio habuerit.

Moyſes & Aaron.

Ipſe etiam Moyſes atq; eius frater Aaron, antequàm ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe memoràtur: poſtquàm autem diuina oracula acceperunt, non ampliùs genitos ab illis filios inuenias.

Melchiſedech.

Ioſue.

quid porrò de Melchiſedech eſt dicendum, cuius omninò non filius, non genus, non ſucceſſio refertur? neque item Ieſu, qui in Moyſi locum ſucceſſit, neq; plurimorum aliorum prophetarum. Quum autẽ de Abraham & Iacob queri ſoleat, qui multiplicem ſobolem propagauerunt, alibì nos ocioſiùs huiuſce rei rationem reddidimus: vbi de ſanctorum veterum virorum multiplici coniugio, multiplicíq; ſobole diſſeruimus. Ad quæ ſcripta noſtra in præſenti ſtudioſos lectores remittimus: hoc vnum admonentes, ne noui quidem teſtamenti legibus, quæ ad ſuſceptionem liberorum pertinent, omninò interdici, ſed in hoc quoquè ijs conſentanea quæ de priſcis illis ſanctis viris memorantur, inſtituta haberi.

1. Tim. 3. Tit. 1.

Oportet enim, dicit ſermo Diuinus, epiſcopum vnius vxoris virum eſſe. Veruntamen eos qui ſacrati ſint, atque in Dei miniſterio cultuq; occupati, cõtinere deincèps ſeipſos à commercio vxoris decet: qui autem non ad tantum aſſumpti ſint ſacerdotij munus, ijs idem ſermo diuinus indulget.

Epiſcoporum continentia.

9. APVD Gratianum diſtinctione vigeſimaoctaua ſequentes canones & decreta citantur Gregorij & cæterorum.

Ex Gratiano.

10. GREGORIVS Magnus in epiſtola ad Petrum Subdiaconum: Nullũ facere Subdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurũ promiſerit, quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

Habetur lib. 1. epiſtol. 42. Subdiaconorum cõtinentia.

11. INNOCENTIVS ſecundus: Decernimus vt hi qui in ordine Subdiaconatus & ſupra vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque eccleſiaſtico beneficio careant. Cùm enim ipſi templum & vaſa Domini, & ſacrarium Spiritus ſancti debeant eſſe & dici, indignum eſt eos cubilibus & immunditijs deſeruire.

12. CONCILIVM Toletanũ quintum: Quando Presbyteri & Diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos profeſſionem ſuo epiſcopo facere, vt caſtè & purè viuant ſub timore Dei: vt dum eos talis profeſſio obligat, vitæ ſanctæ diſciplinam retineant.

Habes in 4. Tole. can. 26. Presbyterorũ & Diaconorũ profeſſio de ſeruãda continentia.

13. CONCILIVM Toletanum ſecundum: De his quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatus officio mancipauerit, id ſtatuimus obſeruandum, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorum traditi, in domo Eccleſię ſub Epiſcopali præſentia à præpoſito ſibi debeât erudiri. At vbi octauumdecimum ætatis ſuæ cõpleuerint annum, corã totius cleri plebisq; conſpectu volũtas eorũ de expetẽdo cõiugio ab Epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirãte placuerit, & promiſſionẽ caſtimoniæ ſuæ abſq; cõiugali neceſ-

Habetur in Conc. 2. Toletan. can. 1.

Caſtimoniæ profeſſio

apud Clericos ante ſubdiaconatum.

Sacrilegij rei

1. Cor. 7.

neceſſitate ſeſe ſpoponderint ſeruaturos: hi tanquàm appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſub dantur: ac primùm Subdiaconi miniſterium, habita probatione profeſſionis ſuæ, à viceſimo anno ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter ac inoffensè vigintiquinque annos peregerint, ad Diaconi officiũ (ſi adimplere id poſſe ab Epiſcopo probantur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, nè quando ſuę ſponſionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltrò concurrant. Quod ſi fortè fecerint, vt ſacrilegij rei, ab Eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre non poſſumus: ità vt cùm prouectæ ætatis in coniugio poſiti renunciaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines adſpirent.

Eſt Canon 2. ſecundi Arelatenſ. Cõcil. Cõiugati nõ promouendi ad ſacerdotium, niſi promiſſa continentia. Nec diaconi.

14. CONCILIVM Arelatenſe tertium: Aſſumi aliquem ad ſacerdotium in coniugij vinculo conſtitutum nõ oportet, niſì fuerit promiſſa conuerſio. Ex eodem tertio citat & hunc canonem: Præstereà placuit, vt deincèps non ordinentur diaconi coniugati, niſì qui priùs conuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtitatem.

Ex epiſt. 1. Siricij Papæ ad Himerium Tarraconenſem epiſcopũ cap. 7. Excuſatio incontinentiũ Sacerdotum.

Continentia Sacerdotum veteris legis. Leuit. 20. Luc. 1.

Cur vxores habebant.

Matth. 5. Cant. 4. Pſal. 44. Chriſtus voluit ſacerdotes & Leuítas noui teſtamenti eſſe continentes. Epheſ. 5.

Rom. 8.

1. Cor. 3. Ibidèm 6. 2. Cor. 6. Sapien. 1.

Pœna incontinentis clerici.

15. APVD eundem Gratianum diſtinctione octogeſimaſecunda, citatur Siricius Papa: Plurimos ſacerdotes Chriſti atque Leuítas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de cõiugijs proprijs, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreâſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptor vitiorum, ſi exiſtimat quòd in lege Moyſi paſsìm ſacris ordinibus à Deo noſtro relaxata ſunt fræna luxuriæ: cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, pręmonet, dicens: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter? Cur etiam procùl à ſuis domibus, anno vicis ſuæ, in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, nè vel cum vxoribus poſſent carnale exercere commerciũ, vt conſcientię integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam, expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxoris ſuæ vſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus: quia non ex alia niſì ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti. Vndè & Dominus Ieſus cùm nos ſuo illuſtrâſſet aduentu, in euangelio proteſtatur, quia legem venerit implere, non ſoluere. Et ideò eccleſiam, cuius ſponſus eſt ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare, vt in die iudicij, cùm rursùs aduenerit, ſine macula & ruga eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atque Leuitæ indiſſolubili lege conſtringimur, vt à die ordinationis noſtræ, ſobrietati ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora, dummodò per omnia Deo noſtro in his, quæ quotidiè offerimus, ſacrificijs placeamus. Qui autem in carne ſunt, dicente electionis vaſe, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Et vbi poterit, niſì in corporibus (ſicut legimus) ſanctis, Dei ſpiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur, vt tua ſanctitas retulit, ignorantia lapſos ſe eſſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento in hoc quo deiecti ſunt, quandiù vixerint, officio perſeuerent, ſi tamen poſt hoc continentes ſe ſtuduerint exhibere. hi verò qui illiciti priuilegij excuſatione vtuntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum: nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore (quo indignè vſi ſunt) Apoſtolicæ ſedis authoritate deiectos, nec vnquàm poſſe veneranda tractare myſteria, à quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præſentia cauere nos præmonent in futurum, ſi quilibet Epiſcopus, presbyter, aut diaconus (quod non optamus) fuerit talis inuentus: iam nunc ſibi omnem per nos indulgentię aditum intelligat obſeratum: quia ferro neceſsè eſt vt abſcindantur vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam. VIDE eundem in epiſtola quarta ad Epiſcopos Aphricæ, capite nono: Præstereà quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus, vt ſacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis non coëant, quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus occupantur. Ad Corinthios nanque ſic Paulus ſcribit, dicens: Abſtinete vos, vt vacetis orationi. Si ergò laicis abſtinentia imperatur, vt poſſint deprecantes audiri, quantò magìs ſacerdos vtiquè omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, nè aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? Excuſabit? Quo pudore, qua mente vſurpabit? Qua conſcientia, quo merito hic exaudiri ſe credit, quum dictum ſit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobriũ, quod poteſt iure etiam gentilitas accuſare. * Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum. Non * permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admiſit, qui ait: Vellem autem omnes homines ſic eſſe, ſicutì & ego. Et apertiùs declarat, dicens: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.

Ex epiſt. ad Epiſcopos Africę, à Gratiano non citata. Continentiã Sacerdotum & Leuitarũ. 1. Cor. 7.

Hæc iiſdẽ verbis ab Innocẽtio 1. repetita ſunt in epiſt. 2. ad Victricium Rothomagẽſem.

Tit. 1.

* Sed fortè licere hoc creditur, 1. Tim. 1. Tit. 1. * permanente 1. Cor. 7.

Rom. 8.

Rursùm ex Gratiano.

Habetur in epiſt. 3. ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum.

Siricij decretum renouatur.

Luc. 1. 1. Par. 24.

Leu. 11. & 20.

Num. 18.

Continentia ſacerdotum.

1. Cor. 7.

Tit. 1.

1. Tim. 3. Tit. 1.

1. Cor. 7.

16. IN eadem diſtinctione octogeſimaſecunda citatur Innocentius primus, capite primo: Propoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe aut fuiſſe, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricij epiſcopi monita euidentia commeârunt, vt incontinentes, in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admitterentur accedere ad miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodùm ſacræ legis authoritas, iam indè ab initio cuſtodita, quòd in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos, ſibi vendicent diuina miniſteria: neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. Quibus vtiquè propter ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quantò magìs hi ſacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi beatus Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcribit, dicens: Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi: & hoc vtiquè laicis pręcepit: multò magìs ſacerdotes, quibus & orãdi & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi cõtaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia, quóve merito exaudiri ſe credit, quũ dictum ſit, Omnia munda mũdis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundũ? Sed fortaſsè hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum. Non de permanente in concupiſcentia generandi hoc dixit, ſed propter continẽtiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait: Vellem autem

omnes

omnes ſic eſſe, ſicut & ego. Quod & apertiùs declarat, dicens: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: & habentem filios, non generantem, dixit. Sed ea planè diſpar & diuerſa ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab Epiſcopo Siricio ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe, his ignorationis venia remittitur, ità vt de cætero penitùs incipiant abſtinere. Et ità gradus, in quibus inuenti fuerint, ſic retentent, vt eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinēt, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam viuendi miſſam à Siricio detegentur, neque ſtatìm cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitionē cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

Rom. 8.

17. CONCILIVM Agathenſe, quod Innocentij & Siricij decretum approbauit, capite nono ſic habet: Placuit etiam, vt ſi Presbyteri vel Diaconi coniugati, ad torum vxorum ſuarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio, vel Siricij Epiſcopi authoritas, quæ eſt his canonibus inſerta, ſeruetur. Quòd ſi ad aliquos formula illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ à Siricio Epiſcopo ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe, eis ignorationis venia remittitur, ità vt de cætero penitùs incipiant abſtinere. Et ità gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint, ſic retineant, vt ad potiora eis non liceat aſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, &c. vt Innocentius dixit.

Non habet Gratianus.

Siricij & Innocentij decretum renouatur.

1. B. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt in textu.

2. THEOPHYLACTVS in caput ſeptimū prioris ad Corinthios: Honor itaque eius eſt, ſeruare filiam virginem, eamq́ ob rem laudatur. Benè enim, inquit, facit. Porrò qui elocat nuptum virginem, & ipſe benè facit: non enim peccatum eſt elocare. Omne autem quod non eſt peccatum, benè fit. Melius verò eſt non elocare, virtus enim eſt. Et paulò antè: Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Virginem hic dicit, non eam quæ Deo conſecrata ſit, (ea enim ſi nupſerit, peccauit omninò, vtpotè quæ mœchum ſuperinduxerit ſponſo ſuo Chriſto) ſed innuptam dum puellam. Ea enim ſi nupſerit, non peccauit: nec enim res impura eſt Matrimonium.

1. Cor. 7.

Virgini quæ Deo cōſecrata eſt, nubere non licet.

3. HIERONYMVS libro primo contra Iouinianum, vt ſuprà, quæſtione quarta, A. teſtimonio ſecundo.

4. GREGORIVS in caput decimumquintū libri primi Regum: Nonnulli continentiam profeſſi, dum à carnis concupiſcentia ſuperantur, in coniugali vita ſaluari poſſe confidunt. Quidam & dum Apoſtoli licentiam audiunt, Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virum: ſine diſcretione perſonarum, omnes in hoc præcepto concludi, & ſacrorum ordinum viros coniugali copula vti poſſe fatentur. Huiuſmodi enim ſenſus, Amalechita camelus eſt: quia quaſi ex ratione incipit, ſed ad irrationabilem vitam trahit.

Excuſationes & argumēta incontinentium Religioſorum & Sacerdotum.

1. Cor. 7.

5. EPIPHANIVS hæreſi ſexageſimaprima contra Apoſtolicos, agens de ijs verbis Pauli: Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ità oportet fieri: quod vult faciat, non peccat ſi nubat. Nunquid Apoſtolus eam quæ ſemel virginitatem Deo ſeruare decreuit, à proprio curſu detrahere volens, hæc præcepit? Non enim de his ſermo eſt, ſed de virginibus quæ nubendi tempus exceſſerunt, quæ non ob virginitatem in vigore permanſerunt, ſed quòd viros non habuerunt, qui eas ad nuptias petiuiſſent.

1. Cor. 7.

Paulus quibus virginibus permittat matrimoniū.

6. MATTHAEI decimonono: Dicunt ei diſcipuli eius: Si ità eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datū eſt. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.

7. ESAIAE quinquageſimoſexto: Et non dicat Eunuchus, Eccè ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.

8. HIERONYMVS in caput quinquageſimumſextum Eſaiæ: In Eunuchis intelligēdi ſunt, de quibus Dominus in Euangelio loquitur, Qui ſe caſtrauerunt propter regna cælorum: quales erant & Apoſtoli, quibus admirantibus, & pro rei difficultate dicentibus, Quis ergò poteſt ſaluus fieri? Reſpondit Saluator: Qui poteſt capere, capiat. Vndè & Apoſtolus de huiuſmodi Eunuchis, id eſt, de virginibus, præceptum Domini ſe non habere teſtatur: ſed dat conſilium, quaſi miſericordiam conſecutus à Domino, volens omnes eſſe ſicut ſeipſum. Tempus enim, ait, in collecto eſt: ſupereſt, vt qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habeant. Qui enim liber vocatus eſt à ſeruitute & officio coniugali, iſte verus eſt ſeruus Chriſti. Et poſt pauca: Qui ſint Eunuchi, ſuprà diximus, qui ſoliciti ſunt ad ea quæ Dei ſunt: de quibus loquitur & ſapientia, Beata ſterilis immaculata, quæ non cognouit ſtratum in delicto, habebit fructum in viſitatione animarum. Et Eunuchus qui non eſt operatus manu iniquitatem, neque cogitauit contra Dominum mala. Dabitur enim fidei eius electa gratia, & pars in templo Domini delectabilis. Hæc ſterilis virginitate fœcunda eſt: Hic Eunuchus regno cælorum vim facit, & violēter diripit illud. Iſte cuſtos eſt Sabbatorum, vt nunquàm faciat opera nuptiarum. Iſte elegit quæ Dominus voluit, vt plus offerat quàm præceptum eſt: vt non indulgentiam Apoſtoli eius, ſed voluntatem conſideret. Iſte tenet fœdus Domini ſempiternum, vt non ad tempus vacet orationi, & iterùm ad idipſum reuertatur: ſed accepturum eſſe ſe nouerit in domo Domini, quæ eſt Eccleſia eius, locum optimum. Multæ enim māſiones ſunt apud patrem. Et qui Eunuchus fuerit, ac fecerit vniuerſa quæ ſcripta ſunt, habebit in muris eius locum optimum, vt ſcilicet turris Domini efficiatur, & in ſacerdotali conſiſtat gradu: & pro carnis filijs, multos habeat filios ſpirituales. Talem fuiſſe Eunuchum quem Ieſus amauit plurimùm, euangeliſtam Ioannem, Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ, qui recubuit ſuper pectus Ieſu, qui Petro tardiùs ambulante, elatus virginitatis alis cucurrit ad Dominum: qui in ſecreta diuinæ ſe Natiuitatis immergens, auſus eſt dicere, quod cuncta ſecula neſciebant: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum.

Eunuchi euāgelici commendantur.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Sapien. 3.

Plus offerunt quàm præceptum eſt.

1. Cor. 7.

Ioan. 14.

In Sacerdotali gradu cōſtituti Eunuchi euangelici filios habent ſpirituales.

Ioan. 13. & 21.

Ioan. 20.

Ioan. 1.

9. BASILIVS in libro de vera virginitate: Et ſunt ſpadones, qui ſeipſos abſciderunt propter regnum cælorum: qui etiam cæteris præſtantiores ſunt, quia quum neque naturę ad caſtitatem tuendam nitātur auxilio, neq; ab hominibus, quorum ſub ditione ſunt, ſpe præmij alliciantur, ipſi ſemet propter regna cælorum ad virginitatis præclarum certamen exercent, coniugiúmque & ſimul omne ſeculum eius ſeruandæ cauſa contemnunt, regnumq́ cæleſte cum ſudore, glorioſisq́ laboribus capeſſunt, &c. Qui ſeipſum inſtinctu gratiæ ſpiritalis abſcidit, præcipuumq́ ac ſingulare opus per continentiam, & ardens ad cūcta exercitium, munus ſuum fecit, hic ſuis, non alienis rectè factis, in cæleſti regno honeſtus & clarus eſt. Eodem in loco

Matth. 19.

Spadonum euangelicorum laus.

Digitized by Google

Eſaiæ 56.
Virginitatis cõmendatio.

loco interpretatur verba Eſaiæ de iiſdem. Et in principio libri hanc habet ſententiam: Magnum reuerà quiddam ac præclarum virginitas eſt: quę (vt totum ſimul explicem) hominem incorruptibili Deo ſimilimum facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat: ſed cùm incorporalis animæ propria & præcipua ſit, eius precioſiſſima integritate corpora quoquè incorrupta ſeruantur.

Eunuchi euãgelici.
Eſa. 56.
Matth. 19.

10. AVGVSTINVS de ſancta Virginitate, capite vigeſimoquarto: De quibus autem ſpadonibus loquitur Deus per Eſaiam prophetã, quibus ſe dicit daturum in domo ſua & in muro ſuo locum nominatum, meliorem multò quàm filiorum atque filiarum: niſi de iis qui ſeipſos caſtrãt propter regnum cælorũ? Nam illis quibus ipſum virile membrum debilitatur, vt generare nõ poſſint, ſicut ſunt Eunuchi diuitum & regum, ſufficit vtiquè cùm Chriſtiani fiunt, & Dei præcepta cuſtodiunt, eo tamen propoſito ſunt, vt coniuges ſi poſſint, haberent: cæteris in domo Dei coniugatis fidelibus adæquari, qui prolem licitè pudicèq; ſuſceptam in Dei timore nutriunt, docentes filios ſuos, vt ponant in Deo ſpem ſuam, non autem accipere meliorem locum, quàm eſt filiorum atque filiarum. Neque enim vxores animi virtute, ſed carnis neceſſitate non ducunt.

Pſal. 77.
Eſaiæ 56.
Eſaiæ 56.

11. ET capite vigeſimoquinto: Cùm dixiſſet de ſpadonibus; Dabo eis in domo mea, & in muro meo locũ nominatum, meliorem multò quàm filiorum atq; filiarũ: nè quis nimiùm carnalis exiſtimaret, in his verbis aliquid temporale ſperandum, continuò ſubiecit: Nomen æternum dabo eis, nec vnquàm deerit. Aeternũ hoc nomen, quicquid illud eſt, ſpadonibus Dei, quod vtiquè gloriam quandam propriam excellentemq; ſignificat, non erit commune cum multis, quanuis in eodem regno & in eàdem domo conſtitutis. Nam ideò fortaſsis & nomen dictum eſt, quod eos quibus datur, diſtinguit à cæteris.

Propria quædam gloria in cælo promittitur Spadonibus euangelicis.

12. TERTVLLIANVS libro primo ad vxorem, capite ſexto: Voluntariis ſpadonibus pro cupiditate cæleſti, ſaluo matrimonio, abſtinentia toleratur, quantò magis adempto? &c

13. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori. & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomodò placeat viro. Ibidem: Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit: &c. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat, tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

Iouinianus æquabat virginitatẽ matrimonio.

1. C. HIERONYMVS aduersùs Iouinianum libro primo, capite ſecundo: Dicit (Iouinianus) virgines, viduas, & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent cæteris operibus, eiuſdem eſt meriti. Quam eius hæreſim eodem libro copioſiſſimè confutat.

Hæreſis Iouiniani.

2. AVGVSTINVS de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæreſi octogeſimaſecunda: A Iouiniano quodam monacho iſta hæreſis Iouinianiſtarum orta eſt ætate noſtra, cùm adhuc iuuenes eſſemus. Hic omnia peccata, ſicut Stoici Philoſophi, paria eſſe dicebat, nec poſſe peccare hominem lauacro regenerationis accepto, nec aliquid prodeſſe ieiunia, vel à cibis aliquibus abſtinentiam. Virginitatem Mariæ deſtruebat, dicens eam pariendo fuiſſe corruptam. Virginitatem etiam ſanctimonialium, & continentiam ſexus virilis in ſanctis eligentibus cælibem vitam, coniugiorum caſtorum atque fidelium meritis adæquabat: ità vt quædam virgines ſacræ prouectæ iam ætatis in vrbe Roma, vbi hæc docebat, eo audito nupſiſſe dicantur. Non ſanè ipſe vel habebat, vel habere volebat vxorem, quod nõ propter aliquod apud Deum maius meritum in regno vitæ perpetuæ profuturum, ſed propter præſentem prodeſſe neceſſitatem, hoc eſt, nè homo coniugales patiatur moleſtias, diſputabat. Citò tamen iſta hæreſis oppreſſa & extincta eſt, nec vſque ad deceptionem aliquorum ſacerdotum potuit peruenire.

Continentiã virginum ſacrarum caſtitati coniugali ęquabat: & idcirco quædam Sanctimoniales nupſerunt.

Melius eſt in virginitate manere aut in cælibatu, quàm matrimonio iungi.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta, Canone decimo: Si quis dixerit, ſtatum cõiugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cælibatus, & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate aut cælibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit.

4. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt ſuprà hac quæſtione, B. teſtimonio primo.

5. AVGVSTINVS libro ſexto Confeſſionum, capite vndecimo: Putabam me miſerum fore nimìs, ſi fœminæ priuarer amplexibus, & medicinam miſericordiæ tuæ ad eandem infirmitatem ſanandam non cogitabam: quia expertus non eram, & propriarum virium credebam eſſe continentiam, quarum mihi non eram conſcius, cùm tam ſtultus eſſem vt neſcirem, ſicut ſcriptum eſt: Neminem poſſe eſſe continentem, niſi tu dederis. Vtiquè dares, ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolida in te iactarem curam meam.

Sapien. 8.
Donum continẽtię petentibus largitur Deus & in eum ſperantibus.

6. ET libro octauo, capite vndecimo: Aperiebatur ab ea parte, qua intenderam faciem, & quò tranſire trepidabam, caſta dignitas Continentiæ, ſerena & non diſſolutè hilaris, honeſtè blandiens vt venirem, neq; dubitarem, & extendens ad me ſuſcipiendum & amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus, & in omnibus ipſa Continentia nequaquàm ſterilis, ſed fœcũda mater filiorum gaudiorum de marito te Domine. Et irridebat me irriſione exhortatoria, quaſi diceret: Tu non poteris quod iſti & iſtæ? An verò iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo? Dominus Deus eorũ me dedit eis. Quid iu te ſtas, & non ſtas? Proiice te ſecurus in eum, noli metuere, non ſe ſubtrahet vt cadas. Proiice te ſecurus, excipiet te, & ſanabit te.

Caſtitas inuitãs Auguſt.

Caſtitatẽ ſeruare poſſumus, nõ tam in nobiſipſis, q̃ in Domino Deo noſtro.

7. ORIGENES in caput decimumnonum Matthæi tractatu ſeptimo: Non omnes capiunt hoc verbum, ſed quibus datum eſt. Quoniam autem quidam calumniantur quod Chriſtus ait; Quibus datum eſt, quaſi excuſationem habentes, & volentes quidem eſſe in caſtitate, non autem præualentes. Quibus eſt reſpondendum: Si quidem accipimus ſimpliciter, quod dictum eſt, Sed quibus datum eſt: non autem attendimus quod alibi dicit: Petite, & dabitur vobis: & omnis qui petit, accipit: aut fideles non ſumus, aut ſcientes ſcripturas; qui enim vult capax eſſe verbi, quod de caſtitate poſitum eſt, petat credens dicenti, & accipiet, non dubitans de illo quod dictum eſt: Omnis qui petit, accipit. Quis eſt ergò qui petit? qui credit Chriſto dicenti: Si ſteteritis orantes, credite quoniam accipietis. Debet autem qui petit, omnia facere quantùm ad ſe, vt oret ſpiritu, oret & mente, memor Apoſtolici verbi quod ait: Sine intermiſſione orantes. Vtile eſt autem ſcire quid debeat petere quis, vt mereatur accipere. Et quod ait: Dico vobis, etſi non dabit ei ſurgens propterea quòd amicus eſt eius, tamen propter importunitatem eius dabit ei quantos voluerit. Et addit: Et ego vobis dico; Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui quærit, inuenit; & pulſanti aperietur.

Contra eos qui dicunt, quoſdam caſtitatem ſeruare nõ poſſe.

Matth. 7.
Mar. 11.
Petenda eſt à Domino caſtitas ardẽter & perſeuerantet.
Ibidem.

1. Theſſ. 5.

Luc. 11.

8. HIE-

Digitized by Google

Quibus datur continentiæ donum. Matth.7. Luc.11.

8. HIERONYMVS in decimumnonum caput Matthæi: Non omnes capiunt verbum iſtud. Nemo putet ſub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci: quòd hi ſint virgines, quibus à Deo datum ſit: aut quos quidam ad hoc caſus adduxerit: ſed his datum eſt, qui petiêrunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur. Ibidèm: Quaſi hortantis vox Domini eſt, & milites ſuos ad pudicitię præmiũ concitantis: Qui poteſt capere, capiat: qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet ac triumphet.

Qui poteſt capere, capiat, quid ſignificet.

9. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimatertia in caput decimumnonum Matthęi: Qui poteſt capere, capiat. Ità magìs animat atq; incendit, vel quia magnitudinem virtutis oſtẽdit, vel quia inæſtimabili miſericordia ſua noluit rem in neceſſitatem legis concludere. Et ad hæc poſſibile id eſſe monſtrat, vt eligendi cupiditas creſcere poſſit. Sed ſi electionis opus eſt id, inquies, quomodò incipiens ſtatìm dixit: Non omnes capiunt, ſed quibus datum eſt? Vt ſingulare id eſſe certamen perdiſcas, non vt ſorte datam neceſſitatem ſuſpiceris. His enim datum eſt, qui ſpontè id eligunt: quod ideò dixit, vt oſtenderet ſuperiori nobis auxilio eſſe opùs, (quod quidem omnibus illud expetentibus paratum eſt) ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere. Solitus quippe eſt, quãdocunquè res ardua proponitur, hoc vti modo dicendi: Vt etiam quando dicebat, Vobis eſt datum nôſſe myſteria regni cælorum, quod maximè ità eſſe, præſenti loco approbatur. Nam ſi ſupernæ ſolummodò donationis iſtud eſt, ac nihil penitùs qui ſe in perpetua virginitate conſeruant, conferre videntur: ſuperfluè ipſis regnum cælorum pollicetur, nec meritò à cæteris ipſos Eunuchis diſtinguit.

Quibus datũ ſit hoc verbũ. Luc.8. Matth.13. Caſtitatis cõſeruatio non eſt à ſolo Deo.

10. PRIORIS ad Corinthios decimo: Fidelis Deus &c. ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

11. AVGVSTINVS in Pſalmum ſeptuageſimumquintum: Non ſitis pigri ad vouendum &c. vt in textu.

Ad eos quos pœnitet vouiſſe.

12. IDEM in epiſtola quadrageſimaquinta ad Armentarium & Paulinam vxorem eius: Priùs quàm eſſes voti reus, liberum fuit quo eſſes inferior: quanuìs non ſit gratulanda libertas, qua fit vt non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum ſponſio tua, non te ad magnam iuſtitiam inuito, ſed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, ſi non feceris quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes. Minor enim tunc eſſes, non peior. Modò autem tanto (quod abſit) miſerior, ſi fidem Deo fregeris; quanto beatior, ſi perſolueris. Nec ideò te vouiſſe pœniteat, immò gaude iam tibi ſic non licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipſe adiuuabit, qui vota tua expetit. Felix eſt neceſſitas, quæ in meliora compellit.

VI.

Quæ eſt ſummaria doctrina ſuperiorum?

A. QVAE pro inſtituta dicta ſunt hactenùs breuitate, eò ſunt demùm referenda, vt habeant ſimplices aſſertionem Catholicam de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Quæ duplicis quidem eſſe generis inueniuntur.[a] Alia enim, vt priora quinque, ſingularem vniuſcuiuſque fidelis ſalutem promouent: alia verò, duo videlicet poſteriora, multiplicando Dei populo, & Eccleſiæ propagandæ deſeruiunt. Vtrunque autem illud ex diuina, nobiſque neceſſaria inſtitutione efficiunt.

B. Enimuerò Baptiſmus[b] ad ſpiritualem vitam, quæ in Chriſto eſt, regenerat. Confirmatio[c] vires porrò ac robur addit regenerato. Euchariſtia[d] cibus, potus ac viaticum eſt peregrinanti. Pœnitentia[e] præſens aduerſùs omnes animi morbos pharmacum, lapſum hominem erigit, curatq; vulneratum. Succedit extrema[f] Vnctio, quæ in poſtrema cum morte lucta munit atq; conſolatur emigrantem.[g] Ordo deindè miniſtros præbet Eccleſiæ, qui ſacris pręſint, ac ſuperiora omnia ritè procurent, diſpenſent, conſeruent & applicent. Deniquè Matrimonium[h] Chriſtianam gentem propagat, & humanæ prouidet incontinentiæ.

C. Vbi etiã iſtud diſcrimen retinendũ eſt, quòd Baptiſmus, Confirmatio & Ordo ſemel collata, nunquàm[i] iterentur. Baptiſmus item neceſſariò ſuſcipitur[k] ab omnibus. Euchariſtia à[l] ratione vtentibus, & à relapſis[m] Pœnitentia. At eſt arbitrarium vti reliquis, modò nullum contemnas, aut cùm ità fert tempus, contra ius & æquum negligas.

D. Hæc ſunt igitur antidota, diuinaque remedia, quæ miſericordia plenus ille[n] Samaritanus inſtituit, & Eccleſiæ præpoſitis diſpenſanda concredidit, nimirùm ad probè curandos ægros, id eſt, peccatores omnes in Eccleſia, quoàd illi, ſi velint, veram perfectamque ſanitatem adipiſcantur. Quæ quidem remedia ritè cognoſcere, ſalubriter accipere, atque fideliter etiam alijs applicare, non artis profectò humanæ, ſed Chriſtianæ eſt Sapientiæ. De qua cùm ſatis dictum ſit hactenùs

a Concil. Florent.
b Ioan.3.b Tit.3.b
c Actor.8.c
d Ioan.6.f
e Ioan.20.f Ezech.18.g
f Iacob.5.d
g Tit.1.b 1.Cor.4.a
h Epheſ.5.f g 1.Cor.7.a
i Concil. Florent. Trident. ſeſſ.7.can.9. de Sacram. in genere. Aug.2. cõtra epiſt. Parmen. cap.13.
k Ioan.3.b
l Trident. ſeſſ.21.cap.4.
m Apoc.2.b
n Luc.10.f 1.Cor.4.a Ioan.20.e

Digitized by Google

nùs, quemadmodùm præſentis inſtituti ratio tulit, reliquum eſt, vt Chriſto duce ad alteram huius operis partem, quæ CHRISTIANAM IVSTITIAM continet, porrò tranſeamus.

ECCLESIASTICI IIII.

SAPIENTIA filijs ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in via IVSTITIAE: & qui illam diligit, diligit vitam.

TESTIMONIA

Septē Sacramenta in quē finem ſint inſtituta.

A. CONCILIVM Florentinū: Sacramentorum quinq; prima, ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima, ad totius Eccleſiæ regimē multiplicationemq; ordinata ſunt. Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur: per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide: Renati autē & roborati, nutrimur Diuina Euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per Pœnitentiā ſpiritualiter ſanamur: ſpiritualiter etiam & corporaliter (prout animæ expedit) per extremam Vnctionem: per Ordinem verò Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter, per Matrimonium corporaliter augetur.

1. B. IOANNIS tertio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c.

2. AD Titum tertio: Saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti.

3. ACTORVM octauo: Tūc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

4. IOANNIS ſexto: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, &c.

5. ET capite vigeſimo: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.

7. EZECHIELIS decimooctauo: Cōuertimini, & agite pœnitentiā ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum, &c.

7. IACOBI quinto: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

8. AD Titum primo: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.

9. PRIORIS ad Corinthios quarto: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriornm Dei. Hîc iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.

10. AD Epheſios quinto: Sacramentū hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

11. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.

1. C. CONCILIVM Florentinū: Inter hęc Sacramenta, tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterē, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum, à cęteris diſtinctiuum, imprimunt in anima indelebile. Vndè in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Character quid ſit, & à quot Sacramentis imprimatur.

2. TRIDENTINVM Conciliū ſeſſione ſeptima, canone nono, de Sacramētis in genere: Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, vndè ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

Tria Sacramenta imprimunt characterem.

3. AVGVSTINVS libro ſecundo cōtra Epiſtolam Parmeniani, capite decimotertio, docet de Sacramento Baptiſmi & Ordinis, quòd non repetantur. Vide ſuprà de ſacramento Ordinis, quæſtione prima, A. teſtimonio primo.

Ordo & Baptiſmus non repetuntur.

4. IOANNIS tertio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.

5. TRIDENTINVM Conciliū ſeſſione vigeſimaprima, capite quarto: Deniq; ea dē ſancta Synodus docet, paruulos, vſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalē Euchariſtiæ communionē: ſiquidem per Baptiſmi lauacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt. Neq; ideò tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit. Vt enim ſanctiſſimi illi patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt: ità certè, eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controuerſia credendum eſt.

Paruuli ſine communione S. Euchariſtię ſaluari poſſunt.

6. APOCALYPSIS ſecūdo: Memor eſto itaq; vndè excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem: venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

1. D. LVCAE decimo: Samaritanus autē quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.

2. PRIORIS ad Corinthios quarto, 3. ET Ioannis vigeſimo, vt ſuprà, B. teſti. quinto & nono.

CAPVT QVINTVM DE IVSTITIA CHRISTIANA.

I.

Quænam pertinent ad Iuſtitiam Chriſtianam?

SVMMATIM duo, quæ his verbis continentur:[a] *Declina à malo, & fac bonum*: ſicut & Eſaias docet:[b] *Quieſcite agere perverſè, & diſcite benè facere.* Hoc eſt, quod Paulus[c] monet, veterem cum actibus ſuis exuendum, & nouum hominem in iuſtitia & ſanctitate veritatis induendum eſſe. Prius eſt in cognoſcendis fugien-

Auguſt. ſerm. 19. de temp. Chryſoſt. in pſal. 4. & hom. 16. in epiſt. ad Eph. Proſper ſenten. 98. ex Auguſt.
a Pſal. 36. e 33. c 1. Pet. 3. b Tob. 4. d
b Eſa. 1. c Eccli 3. d Rō. 12. c
c Coloſſ. 3. b. Ephe. 4. e f g

Digitized by Google

diſque peccatis poſitum, quoniam ea ipſa maxima ſunt mala mortalibus: poſterius verò in bonis expetendis atque conſectandis verſatur.

d Bernar. ſer. 1. de Pentecoſte.

B. Vt autem Iuſtitiæ hoc officium vtrunque [d] præſtemus, Dei gratia per Ieſum Chriſtum nobis parta & promiſſa, ſemperque neceſſaria eſt. Ea verò præeunte [e] atque cooperante, efficitur id in nobis, quod Ioannes affirmat: [f] *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille* (Deus) *iuſtus eſt.* Addit porrò: *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.*

e Aug. de gratia & lib. arb. ca. 9. 15. & 16. Ite in Enchirid. ca. 32. Hier. lib. 2. in Ioui. cap. 2. Concil. Trident. ſeſſ. 6. can. 2.

f 1. Ioan. 3. b

TESTIMONIA.

Iuſtitia in quo cōſiſtat.

1. A. AVGVSTINVS ſermone quinquageſimonono de tempore: Iuſtitia non aliud eſt, quàm non peccare: non peccare autē, legis præcepta ſeruare. Præceptorum autem obſeruatio duplici genere continetur, vt nihil eorum quæ prohibentur facias, & omnia quæ iubentur, implere cōtendas. Hoc eſt enim quod Pſalmiſta dicit; Recede à malo, & fac bonum. Si à malo receſſeris, & non feceris bonum, tranſgreſſor es legis; quæ non tantùm in malorum actuū abominatione, ſed in bonorum perfectione completur. Neque hoc ſolùm tibi præcipitur, vt veſtitum ſuis non ſpolies indumentis, ſed vt ſpoliatos operias tuis.

Pſal. 33.

Non ſatis eſt à malo abſtinere.

2 CHRYSOSTOMVS in pſalmū quartum, ſuper eum verſum, Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ: Non ſufficit ſi à malis abſtineamus, ſed oportet etiam bonorum accedere actiones. Quocircà etiam progrediens admonet, dicens; Declina à malo, & fac bonum. Non ſolùm enim improbitatis actio, ſed etiam à virtute ceſſatio, vt puniamur, efficit. Nam & qui eſurientem non pauerunt, & ſitienti potum non dederunt, & qui nudum non veſtiêrunt, non furati ſunt, nec auari fuerūt, nec bona aliena ceperunt: ſed quia non fecerunt eleemoſynam, propterea pœnæ immortali dati ſunt & ſupplicio, cuius nullus eſt finis. Ex quo intelligimus, quòd abſtinere à malis, non ſatis eſt nobis ad ſalutem, niſi adſit etiam bonorum poſſeſſio & virtutis actio. Propterea ergò etiā Propheta, cùm & ab improbitate per compunctionem abduxiſſet, & ad virtutis actionem aptiorem feciſſet, & duritiam mentis emollijſſet, & eam per compunctionem teneram reddidiſſet, incipit verba facere de iuſtitia, & dicit: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino. Iuſtitiam autem hîc, non ſingularem aliquam dicit virtutē, ſed vniuerſam: quemadmodùm etiam virum iuſtum vocamus, qui omnem in ſe virtutem continet.

Pſal. 36.

Matth. 25.

Pſal. 4.

Iuſtitiæ nomē generale.

Non ſufficit à malo abſtinere.

3. IDEM homilia decimaſexta in epiſtolā ad Epheſios: Nō eſt ſatis à malitia liberari, ſi quidem conſequendum ſit regnum cælorum: ſed & multo virtutum lucro ac prouentu opus eſt. Nam ad hoc quidem vt à gehenna liberemur, opus eſt vt abſtineamus à malitia: vt verò regnum conſequamur, amplectenda & vſurpanda eſt virtus. Niſi quiſquam illud dixerit, quòd & bonum non facere, malitiæ pars quædam ſit. Nam ocij iſtud eſt & ſegnitiei: ocium verò, malitiæ pars eſt: immò verò non pars, ſed cauſa & mala radix. Omnem quippe malitiam docuit ocium. Itaque cauendum, nè ſtultè quæſtiones iſtas indagemus & inquiramus: nempe, quem ſit habiturus locum, qui nihil boni fecit. Nihil enim boni facere, hoc ipſum eſt malum facere. Dicas enim velim, ſi famulum quempiam haberes, qui etſi nec furaretur, nec conuiciaretur, nec contradiceret, immò nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quicquam deſignaret: ſederet tamen perpetuò ocioſus, nec aliquid eorum quæ ſeruus hero ſuo præſtare debet, faceret: non flagellares illum? non vt peruerſum caſtigares? Dic quæſo. Atqui nihil dum mali operatus eſſet. Itaque hoc ipſum malum eſt. Producamus autem & ad reliqua vitæ genera ſermonem. Sit agricola quiſquam, qui nulla in parte lædat noſtra bona, nec illis inſidietur, nec furtum intentet: duntaxàt conſertis domì manibus ocioſè ſedeat, nec ſeminans, nec ſulcum proſcindens, nec boues ſubiugans, nec vitem colens, nec alium quēquam eorum laborum faciens, qui ad terræ culturam pertinent. An huiuſmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriæ intulit, nè culpare talem poſſimus. Verùm hoc ipſo quòd ocioſus fuit, iniuriam intulit. Iniuriam enim committit communi ratione, qui, quam debet, vtilitatem ſuam non præſtat. Itaque ſi & in domeſticis, & in opificibus, & in toto corpore magna eſt iniuria, non ſolùm mali quicquam facere, ſed & bona omittere, multò magìs iſtud vtiquè in corpore Chriſti erit.

Eccli 33.

Nihil boni facere, eſt malè facere.

4. IN libro ſententiarum Proſperi ex Auguſtino, ſententia nonageſimaoctaua: Tota iuſtitiæ ratio eſt, vt declinētur mala, & fiant bona: cuius obſeruantiæ inter quaslibet aduerſitates forma ſeruanda eſt: quia hoc ſolùm nunquàm amittitur, quod operi pietatis impenditur.

Iuſtitiæ tota ratio in quo ſit poſita.

5. PSALMO trigeſimoſexto: Declina à malo, & fac bonum.

6. ET trigeſimotertio: Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam.

7. PRIORIS Petri tertio: Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos: coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius nè loquantur dolum: Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam.

8. TOBIAE quarto capite: Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus benè.

9. ESAIAE primo, vt in textu.

10. ECCLESIASTICI tertio: Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.

11. AD Romanos duodecimo: Odientes malum, adhærentes bono.

12. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm: expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum.

13. AD Epheſios quarto: Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicèm membra. Iraſcimini, & nolite peccare: Sol non occidat ſuper iracūdiam veſtram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magìs autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vndè tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritū ſanctum Dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inui-

Digitized by Google

inuicèm benigni, miſericordes, donãtes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

1. B. BERNARDVS ſermone primo in feſto Pentecoſtes: Quia mandatum accepimus, vt declinantes à malo, faciamus quod bonum eſt, vide quemadmodùm ſpiritus in vtroque adiuuat infirmitatem noſtram. Nam diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Propterea ad declinandum à malo, tria operatur in nobis, compunctionem, ſupplicationem, remiſſionem. Porrò ad faciendum bonum quid in nobis ſpiritus bonus operatur? Profectò monet, & mouet, & docet. Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatem.

Pſal. 36. 1. Cor. 12. Ad declinandũ à malo, & faciendũ bonum, quæ in nobis operetur Spiritus ſanctus.

2. AVGVSTINVS libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum, capite nono: Quia ipſa bona opera ille in nobis operatur, de quo dictum eſt; Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate, ideò dixit Pſalmus; Coronat te in miſeratione & miſericordia: quia eius miſeratione bona operamur, quibus corona redditur. Non enim, quia dixit, Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate; ideò liberum arbitrium abſtuliſſe putandus eſt. Quod ſi ità eſſet, non ſuperiùs dixiſſet; Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini. Quando enim iubetur vt operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium: ſed ideò cùm timore & tremore, nè ſibi tribuendo quòd benè operantur, de bonis tanquàm ſuis extollantur operibus.

Philip. 2. Pſal. 102. Liberũ arbitrium cooperatur gratiæ Dei.

3. ET capite decimoquinto eiuſdem libri: Nè putetur, nihil ibi facere ipſos homines per liberum arbitrium, ideò in Pſalmo dicitur; Nolite obdurare corda veſtra. Et per ipſum Ezechielem; Proijcite à vobis omnes impietates veſtras, quas impiè egiſtis in me, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum, & facite omnia mandata mea. Vt quid moriemini domus Iſrael, dicit Dominus, quia nolo mortem morientis, dicit Adonai Dominus, ſed conuertimini, & viuetis. Meminerimus Deum dicere, ſed conuertimini, & viuetis: cui dicitur, Conuerte nos Deus. Meminerimus Deum dicere: Proijcite à vobis omnes impietates veſtras; cùm ipſe iuſtificet impium. Meminerimus ipſum dicere, Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: qui dicit, Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in vobis. Quomodò ergò quod dicit, Facite vobis; hoc dicit, Dabo vobis? Quare iubet, ſi ipſe daturus eſt? Quare dat, ſi homo facturus eſt; niſi quia dat quod iubet, cùm adiuuat vt faciat cui iubet? Semper eſt autem in nobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona. Aut enim à iuſtitia libera eſt, quãdo ſeruit peccato, & tũc eſt mala: aut à peccato libera eſt, quando ſeruit iuſtitiæ, & tunc eſt bona. Gratia verò Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit, vt ſit homo bonæ voluntatis, qui priùs fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit, vt ipſa bona voluntas, quę iam eſſe cœpit, augeatur: & tam magna fiat, vt poſſit implere diuina mandata quæ voluerit, cùm valdè perfectèq; voluerit. Ad hoc enim valet, quod ſcriptum eſt: Si volueris, conſeruabis mandata: vt homo qui voluerit & non potuerit, nondùm ſe plenè velle cognoſcat, & oret vt habeat tantam voluntatem, quanta ſufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur vt faciat quod iubetur: tunc enim vtile eſt velle, cùm poſſumus; & tunc vtile eſt poſſe, cùm volumus: nam quid prodeſt, ſi quod non poſſumus, volumus; aut ſi quod poſſumus, nolumus?

Scripturis probatur gratiæ & liberi arbitrij concurſus. Pſal. 94. Ezech. 18. Pſal. 84. Ezech. 18. Volũtas ſemper libera eſt, etſi non ſemper bona. Gratia Dei facit vt bona ſit voluntas, & poſſit implere mandata. Eccli 15.

4. ITEM capite decimoſexto: Certũ eſt enim, nos mandata ſeruare ſi volumus; ſed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt vt tantum velimus, quantum ſufficit vt volendo faciamus. Certum eſt nos velle cùm volumus, ſed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum eſt, quod paulò antè poſui, Præparatur voluntas à Domino; de quo dictum eſt; A Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet: de quo dictum eſt, Deus eſt qui operatur in vobis & velle. Certum eſt nos facere cùm facimus, ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati, qui dixit; Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Cùm dicit; Faciam vt faciatis: quid aliud dicit, niſi, Auferam à vobis cor lapideum, vndè non faciebatis; & dabo cor carneum, vndè faciatis? & hoc quid eſt, niſi, Auferam cor durum, vndè non faciebatis: & dabo cor obediens, vndè faciatis? Ille facit vt faciamus, cui dicit homo: Pone Domine cuſtodiam ori meo: hoc eſt enim dicere, Fac vt ponam cuſtodiam ori meo: quod beneficium Dei iam fuerat conſecutus, qui dixit, Poſui ori meo cuſtodiam.

Seruamus mandata ſi volumus. Pſal. 36. Philip. 2. Deus facit vt faciamus. Ezech. 36. Pſal. 140. Pſal. 38.

5. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite trigeſimoſecundo: Reſtat vt propterea rectè dictum intelligatur, non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam. Præcedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, ſed non omnia: quæ autem non præcedit ipſa, in eis eſt & ipſa. Nam vtrunque legitur in ſanctis eloquijs: Et miſericordia eius præueniet me, & miſericordia eius ſubſequetur me. Nolentem præuenit, vt velit; volentem ſubſequitur, nè fruſtrà velit.

Rom. 9. Pſal. 58. Pſal. 22. Matth. 6. Gratia præueniens & ſubſequens.

6. HIERONYMVS libro ſecundo aduerſùs Iouinianum, capite ſecundo: Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin, vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus: non eſt enim volentis neque currentis, ſed miſerentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem: ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt, incentiua & perfectio diaboli.

Liberi arbitrij ſumus. Rom. 9.

7. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, canone ſecundo: Si quis dixerit, ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt faciliùs homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrunque, ſed ęgrè tamen & difficulter poſſit, anathema ſit.

Gratia Dei ad quid neceſſaria ſit.

8. PRIMAE Ioannis tertio, vt in textu.

II.

Quid eſt Peccatum?

AVGVSTINO[a] teſte, Peccatum voluntas eſt retinendi vel conſequendi quod Iuſtitia vetat, & vndè liberum eſt abſtinere. Et alibì docet,[b] Peccatum eſſe dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Ambroſius[c] verò, Quid eſt peccatum, inquit, niſì legis diuinæ præuaricatio, & cæleſtium inobedientia præceptorum.

a Lib. de duabus animab. c. 11. & lib. 1. Retract. ca. 15. & 13. Lib. de Gene. ad lit. imperfec cap. 1.
b Lib. 22. cont. Fauſt. c. 27. lib. 2. cõt. 2. epiſt. Pela. c. 13.
c Lib de Paradiſo, cap 8. Aug lib. 2. de cõſenſu Euãgeliſt. cap. 4. Beda in cap. 3. epiſt. 1. Ioannis.

TESTIMONIA.

1. AVGVSTINVS libro de duabus animabus contra Manichæos, capite vndecimo: Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat, & vndè liberum eſt abſtinere.

Peccati definitio.

Digitized by Google

2. IDEM libro primo retractationum, capite decimoquinto: Definitio peccati qua diximus, (ſcilicet in libro iam citato) Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat, & vndè liberum eſt abſtinere: propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodò peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati. Cur igitur inquiunt (Pelagiani) peccatum dicitis paruulorum, quorum voluntatem nō tenetis ream? Reſpondetur, non eos proprietate voluntatis, ſed origine reos teneri. Porrò autem Adam habebat vtiquè voluntatem, qua voluntate cùm peccâſſet, peccatum per eum intrauit in mundum. Et poſt pauca: Propterea non perturbat de paruulis quæſtio, quia ex illius origine rei tenentur, qui voluntate peccauit.

Originale peccatũ quomodò voluntarium ſit.

3. CAPITE verò decimotertio ſic ait: Illud quod in paruulis dicitur originale peccatũ, cùm adhuc non vtantur arbitrio voluntatis, non abſurdè vocatur etiam voluntarium, quia ex primi hominis mala voluntate contractum, factum eſt quodammodò * hæreditarium. Non itaque falſum eſt quod dixi (ſcilicet in libro de vera religione, capite decimoquarto) Vſqueadeò peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.

* al. voluntarium.

4. ITEM in libro de Geneſi ad literam imperfecto, capite primo: Catholica fides eſt, omne quod dicitur malum, aut peccatum eſſe, aut pœnam peccati. Nec eſſe peccatum, niſi prauum liberæ voluntatis aſſenſum, cùm inclinamur ad ea, quæ iuſtitia vetat, & vndè liberum eſt abſtinere; id eſt, non in rebus iſtis, ſed in vſu earum legitimo. Vſus autem rerum eſt legitimus, vt anima in lege Dei maneat, & vni Deo pleniſſima dilectione ſubiecta ſit, & cætera ſibi ſubiecta ſine cupiditate aut libidine miniſtret, id eſt, ſecundùm præceptum Dei.

5. RVRSVS libro vigeſimoſecundo contra Fauſtum Manichæum, capite vigeſimoſeptimo: Peccatum eſt, factum vel dictum vel concupitum aliquid contra æternam legem. Lex verò æterna eſt, ratio diuina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans.

Peccatũ quid ſit.

6. ET libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite decimotertio: Peccata ſunt, quæ ſecundùm carnis concupiſcentiam vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur; quæ tranſacta etiam reos tenent, ſi non remittantur.

7. AMBROSIVS in libro de Paradiſo, capite octauo: Quid eſt peccatum, niſi præuaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum? Peccatũ quid

8. AVGVSTINVS libro ſecundo de conſenſu Euangeliſtarum, capite quarto: Denarius tanquàm iuſtitiæ numerus, in decem præceptis legis oſtenditur. Porrò peccatum eſt legis tranſgreſſio.

9. VENERABILIS Beda in caput tertiũ epiſtolæ primæ Ioannis ſuper ea verba, Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatẽ facit: Nemo dicat, aliud eſt peccatum, aliud iniquitas. Nemo dicat, ego peccator ſum, ſed iniquus non ſum. Omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Virtus huius ſententiæ faciliùs in lingua Græcorum, qua edita eſt epiſtola, compræhenditur. Siquidem apud eos iniquitas ἀνομία vocatur, quod ſignificat, quaſi contra legem vel ſine lege factum. Siquidem lex Græcè νόμος appellatur. Cùm ergò dicit Ioannes, Quia omnis qui facit peccatum, & iniquitatẽ facit, hoc eſt, ἀνομίαν, & peccatum eſt iniquitas, manifeſtè inſinuat, quia omne quicquid peccamus, contra legem Dei facimus, iuxta illud Pſalmiſtæ: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Omnes enim qui peccant, præuaricationis rei ſunt, hoc eſt, non ſolùm illi qui data ſibi ſcriptæ legis ſcita contẽnunt, ſed & illi qui innocentiam legis naturalis, quam in protoplaſto omnes accepimus, ſiue infirmitate, ſiue negligentia, ſiue etiam ignorantia corrumpunt. Sed & Latinum nomen eidem rationi congruit, quòd iniquitas quaſi æquitati aduerſa nuncupatur, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Quia quicunq; peccat, contrarius nimirùm æquitati diuinæ legis peccando exiſtit.

Omne peccatum ſit cõtra legem Dei. Pſal. 118.

III.

Quotuplex verò Peccatum eſt?

a Aug. in enchir. cap. 64. A. TRIPLEX, [a] Originale, Mortale, ac Veniale.

b Tridẽt. cõc. ſeſſ. 5. B. Primùm, Originale vocamus, [b] quod à primo humani generis parente

c Pſal. 50. b Adam transfuſum, nobiſq; in ipſa [c] conceptione contractũ, per Baptiſmum

d Rom. 5. b in Chriſto tollitur. De quo Paulus in hunc modũ: [d] *Per vnum hominem*, inquit, *peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.* Et rursùs ad baptizatos loquens, vt vim Chriſtiani baptiſmi ad hoc quoquè peccatum expiandum porrigi oſtende-

e 1. Cor. 6. c ret, apertè teſtatur: [e] *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.*

C. Mortale verò, eſt peccatum (vt vocant) actuale, quod vitam ſpiritualem

f 1. Cor. 6. b Gal. 5. d Apocal. 21. c eripit, ac mortem adfert animæ peccantis: quæ mors & à Deo Deique [f] regno ſeparat, & ſupplicio æterno dignum facit. Vndè ſcriptum eſt, [g] *Stipendia*

g Rom. 6. d h Sapien. 1. d *peccati mors.* [h] *Iniuſtitia, mortis eſt acquiſitio: Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam.*

D. Demùm, Veniale peccatum eſt actuale quidem, ſed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiuſque à Deo venia fidelibus facilè impetratur. De

i 1. Ioan. 1. d Aug. lib. 3. cõtra duas epi. Pelagianorũ cap. 3. hoc Ioannes dixit: [i] *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Nam & Iacobus apertè fatetur, [k] *In multis offendimus*

k Iacobi 3. a l Prou. 20. b Eccles 7. c *omnes.* Et ſi Sapienti credimus, [l] *Septiès cadit iuſtus in die, & reſurgit.*

m Ioan. 19. b E. Iam verò peccatum vnum altero eſſe [m] grauius conſtat: & quidem grauiori

Digitized by Google

uiori pœnam [n] maiorem deberi, non ſolùm humanæ, ſed etiam diuinæ eſt iuſtitiæ conſentaneum. Proindè Chriſtus inter culpam pœnamque ſcienter ac ignoranter peccantis ità diſcreuit: [o] *Ille ſeruus*, inquit, *qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Alibi verò idem de peccato iræ eiuſque gradibus loquens, hanc tulit ſententiam: [p] *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Vbi per gradus culpæ creuit ordo ſententiæ, vt [q] Gregorij verbis vtamur, dum ira ſine voce, Iudicio: ira in voce, Concilio, vbi cauſæ ſententia definitur: ira verò in voce atque ſermone, Gehennæ ignibus mancipatur.

n Aug. li. 21. de ciuita. Dei cap. 16. & ſer. 18. de verbis Apoſtoli. c. 4.
o Luc. 12. f
p Matth. 5. c
q Gregor. 21. Moral. cap. 5. Aug. in lib. 1. de ſermone Domini in mõte, cap. 9.

TESTIMONIA.

A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoquarto: Per remiſſionem peccatorum ſtat Eccleſia, quę in terris eſt, per hanc non perit quod perierat, & inuentum eſt. (Lucæ 15.) Excepto quippe baptiſmatis munere, quod contra originale peccatum donatum eſt, vt quod generatione attractum eſt, regeneratione detrahatur, & tamen actiua quoquè peccata quęcunque corde, ore, opere commiſſa inuenerit, tollit. (Originale peccatum. Actiuum peccatum.) Hac ergò excepta magna indulgentia, vndè incipit hominis renouatio, in qua ſoluitur omnis reatus & ingeneratus & additus, ipſa etiã vita cætera iam ratione vtentis ætatis, quantalibet pręполleat fœcunditate iuſtitiæ, ſine remiſſione peccatorũ non agitur. (Veniale peccatum.) Quoniam filij Dei quandiù mortaliter viuũt, cum morte confligunt. Et quanuis de illis ſit veraciter dictum, Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei: (Rom. 8.) ſic tamen ſpiritu Dei excitantur, & tanquàm filij Dei proficiũt ad Deũ, vt etiam ſpiritu ſuo, maximè aggrauante corruptibili corpore, (Sapient. 9.) tanquàm filij hominum quibuſdam motibus humanis deficiant ad ſeipſos, & ideò peccent. Intereſt tamen quantum. Neque enim quia peccatum eſt omne crimen, ideò crimen eſt etiam omne peccatum. (Non omne peccatum eſt crimen.) Itaque ſanctorum hominum vitam, quandiù in hac morte viuitur, inueniri poſſe dicimus ſine crimine: peccatum autem ſi dixerimus quia non habemus, vt ait ſanctus Apoſtolus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. (1. Ioan. 1.)

1. B. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione quinta, vt infrà in appendice Catechiſmi de hominis lapſu & iuſtificatione ſecũdùm doctrinam Concilij Tridentini, capite ſecundo & tertio.

2. PSALMO quinquageſimo: Eccè enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

3. AD Romanos quinto, vt in textu.

4. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Et hęc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

1. C. IBIDEM: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

2. AD Galatas quinto: Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, &c. & his ſimilia. Quæ prędico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

3. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Timidis & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

4. AD Romanos ſexto, vt in textu.

5. SAPIENTIAE primo, ibidèm.

1. D. PRIMAE Ioannis primo capite: Si dixerimus &c. vt in textu. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.

2. AVGVSTINVS libro tertio contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite tertio: Quanuìs Diabolus ſit author & princeps omnium peccatorum; non tamen filios diaboli faciunt quæcunque peccata. (Peccata venialia.) Peccant enim & filij Dei: quoniam ſi dixerint ſe non habere peccatum, ſeipſos ſeducunt, & veritas in eis non eſt. (1. Ioan. 1.) Sed ea conditione peccant, qua ſunt filij adhuc huius ſeculi: qua verò gratia ſunt filij Dei, non vtiquè peccant, quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. (1. Ioan. 3.)

3. IACOBI tertio, 4. PROVERBIORVM vigeſimoquarto, vt in textu.

5. ECCLESIASTIS ſeptimo: Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet.

1. E. IOANNIS decimonono: Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

2. AVGVSTINVS libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite decimoſexto: Nequaquàm negandum eſt, etiam ipſum æternum ignem pro diuerſitate meritorum quãuìs malorum, alijs leuiorem, alijs futurum eſſe grauiorem, ſiue ipſius vis atque ardor pro pœna digna cuiuſque varietur, ſiue ipſe æqualiter ardeat, ſed non æquali moleſtia ſentiatur. (Inæqualitas pœnarum in inferno.)

3. IDEM ſermone decimooctauo de verbis Apoſtoli, capite quarto: Duæ habitationes ſunt; vna in igne æterno, alia in regno æterno. (Alij magìs, alij minus torquentur.) Putà quia in igne æterno aliter ille, aliter ille torquebuntur; ibi erunt, tamen ibi omnes cruciabuntur; minùs ille, plùs ille. (Alij magìs, alij minùs cruciabũtur.) Quia tolerabilius erit Sodomæ in die iudicij, quàm alteri ciuitati: (Matth. 10.) & quidam circumeunt mare & terram, facere vnum proſelytum; quem cùm fecerint, faciunt eũ filium gehennæ duplo quàm ſunt ipſi. (Matth. 23.) Putà quia alij duplo, alij ſimplo: putà quia alij plùs, alij minùs. Non eſt regio vbi tibi eligas locum. Quæcunque ibi mitiora tormenta ſunt, peiora ſunt, quàm quę formidas in iſto ſeculo.

4. LVCAE duodecimo, 5. MATTHAEI quinto, vt in textu.

6. GREGORIVS libro vigeſimoprimo Moralium, capite quinto: Racha in Hebræo eloquio vox indignãtis eſt, quæ quidem animum iraſcentis oſtendit, nec tamen plenũ verbum iracundiæ exprimit. (Gradus irę & pœnarum debitarum.) Priùs ergò ira reprahenditur ſine voce, poſtmodùm verò ira cum voce, ſed necdùm pleno verbo formata: ad extremum quoque cùm dicitur, fatue, ira redarguitur, quæ cum exceſſu vocis expletur etiã perfectione ſermonis. Et notandum, quòd in ira perhibet reum eſſe iudicio: in voce iræ, quod eſt Racha, reum concilio: in verbo (Matth. 5.)

vocis, quod eſt, Fatue, reũ gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ, creuit ordo ſẽtẽtiæ, quia in iudicio adhuc cauſa diſcutitur, in concilio aũt iam cauſę ſententia definitur: in gehenna verò ignis, ea quæ de concilio egreditur, ſententia expletur.

7. AVGVSTINVS libro primo de ſermone Domini in monte, capite nono: Quid intereſt inter reum iudicio, & reum cõcilio, & reum gehennæ ignis? [Matth. 5.] Nam hoc poſtremum grauiſſimum ſonat, & admonet quoſdam gradus factos à leuioribus ad grauiora, donèc ad gehennam ignis veniretur. [Gradus à leuioribus ad grauiora.] Non enim reatus ipſe haberet gradus, niſì gradatìm etiam peccata commemorarentur. Et paulò pòſt: Gradus itaque ſunt in iſtis peccatis, vt primò quiſq; iraſcatur, & eum motum retineat corde conceptum. [Iræ gradus.] Iam ſi extorſerit vocem indignantis ipſa commotio, non ſignificantem aliquid, ſed illum animi motum ipſa eruptione teſtãtem, qua feriatur ille cui iraſcitur, plus eſt vtiquè quàm ſi ſurgens ira ſilentio premeretur. Si verò non ſolùm vox indignantis audiatur, ſed etiam verbum quo iam certam eius vituperationem in quem profertur deſignet & notet, quis dubitet amplius hoc eſſe, quàm ſi ſolus indignationis ſonus ederetur? Itaque in primo vnum eſt; id eſt, ira ſola: in ſecundo duo, & ira, & vox quæ iram ſignificat: in tertio tria, & ira, & vox quæ iram ſignificat, & in voce ipſa certæ vituperationis expreſſio. Vide nunc etiam tres reatus, iudicij, concilij, & gehẽnæ ignis. [Tres gradus reatus.] Nam in iudicio adhuc defenſioni datur locus. In concilio autem quanquàm & iudicium eſſe ſoleat, tamẽ quia intereſſe aliquid hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, videtur ad concilium pertinere ſententiæ prolatio: quando non iam cum ipſo reo agitur, vtrùm damnandus ſit, ſed inter ſe, qui iudicant, cõferunt, quo ſupplicio damnari oporteat, quem conſtat eſſe damnandum. Gehenna verò ignis nec damnationem habet dubiam, ſicut iudicium; nec damnati pœnam, ſicut concilium: in gehenna quippe ignis, certa eſt & damnatio & pœna damnati. Videntur ergò aliqui gradus in peccatis & in reatu, ſed quibus modis inuiſibiliter exhibeantur pœnæ meritis animarum, quis poteſt dicere? [Pœnæ ſecundùm merita animarum.]

IIII.

Quare peccatum eſt fugiendum?

[Eccleſiaſtici 15.d]
[a Pſal. 5.a Eccli. 2.b Sap. 14.b Prouer. 15.b Exò. 23.a]
[b Sapien. 11.d]
[c Eſaiæ 14.c 2. Pet. 2.a]
[d Leuit. 26.c Deute. 28.b]

A. PRIMVM, quia *Deus nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi*, ſed [a] *Odit omnes qui operantur iniquitatem*, vt apertè ſcriptura teſtatur. Nec eſt quicquam Deo magìs inuiſum ac exoſum, qui diligit [b] alioquin omnia quæ ſunt, & præter peccatum nihil odio atque ſupplicio perſequitur, illudque nec [c] in cælo, nec [d] in terra ſinit impunitum abire.

[e 1. Pet. 2.d]
[f Bernard. ſer. 3. de natiuit. Domini.]
[g Eſaiæ 53.b]
[h 1. Ioan. 2.a]
[i Apoc. 1.b]
[k Rom. 6.a]
[l 1. Pet. 2.d]
[m Rom. 6.a]
[n Hebr. 10.e]
[o 2. Pet. 2.d]
[p 1. Cor. 10.c Luc. 11.d Matth. 12.d]

B. Deindè peccatum, nè parùm execrandum videatur, CHRISTO Domino, qui alioquin [e] peccatum non fecit, [f] cauſam præbuit ſubeundę crucis, & acerbiſſimæ mortis perferendæ. Etenim, [g] *ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: poſuit Dominus in eo iniquitatẽ omnium noſtrûm.* [h] *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* Ac properteà quidem lauit [i] nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, vt quotquot cum ipſo per baptiſmum [k] in mortem conſepeliũtur, hi peccatis [l] mortui, iuſtitiæ viuant, ac in [m] nouitate vitæ per ipſius gratiam ambulent continenter. Cæterùm qui poſt acceptam in baptiſmo CHRISTI gratiam, iterùm voluntariè peccant, in Chriſtum peccant, Chriſtum perſequuntur, Chriſtũ denuò crucifigunt, quos Chriſto iuſto iudici pœnas non minores quàm ſceleratos ethnicos, dare oportebit. Sic enim Paulus docet: [n] *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij.* De quibus & Apoſtolus Petrus dixit: [o] *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorsùm conuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato.* Quare qui ſtat, videat [p] nè cadat: nam cadendo, poſteriora prioribus deteriora fiunt.

[q Tobiæ 12.c]
[r Sapien. 16.b]
[ſ Ezech. 18.a Iaco. 1.b Pſalm. 33.d Rom. 6.d]
[t Matth. 7.d 25.d Luc. 13.f Pſal. 6.b Chryſ. hom. 24. in Matth. & 48. ad pop. Antiochenum. Item epiſt. 5. ad Theodorum lapſum.]

C. Præterea, [q] *qui faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ*, ſi Raphaeli credimus. Nam [r] *homo per malitiam occidit animam ſuam. Anima* [ſ] *quæ peccauerit, ipſa morietur.* Nihil autem ea morte infelicius, qua homo à Sanctorum omnium conſortio, ab Angelorum & cælitum gaudio, atque [t] ab ipſo deniquè ſummo & æterno bono, in cuius cognitione ac fruitione ſanè omnis ſalus & perfecta hominis beatitudo conſiſtit, in æternum ſeparatur.

[v Ezech. 18.e f 33.c d]

D. Adhæc, ea peccati natura eſt atque malignitas, vt non ſolùm à Deo Deique gratia & gloria homines etiam [v] iuſtos abducat: ſed præter-

Digitized by Google

præterea ſummis æterniſque malis cùm corporis, tum animę ſubijcit: nec[x] ſolùm in hac, ſed etiam in futura vita infeliciſſimos reddit, vt in poteſtatem dæmonum redacti, ſupplicijs grauiſſimis & malis omnibus perpetuò addicantur.

x Iudith 5.c Exod.32.f Num.14.d e Eccli 21.a Pſal.10.b Luc.16.f

E. Hinc notanda ſunt in ſcripturis ſacris, quę paſsìm de reprehenſis ac punitis peccatoribus exempla proferũtur, vt de [y] Cain, [z] Pharaone, [a] Nabuchodonoſore, [b] Sodomitis, [c] Aegyptijs, [d] Iſraëlitis, & cæteris, quorum ſcelera iuſtus DEVS miris ac horrendis modis eſt perſequutus. Obſeruandæ quoquè ſententiæ, quæ peccatorũ peſtes fugiendas & execrandas docent. Vt, [e] *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Odio [f] ſunt Deo impius & impietas eius.* [g] *Miſeros facit populos peccatum. Quaſi à [h] facie colubri fuge peccata.* [i] *Non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Qui [k] in vno peccauerit, multa bona perdet.* [l] *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue nè aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri.*

y Gene.4.b
z Exod.14.g
a Daniel.4.f
b Gene.19.e Ezech.16.f
c Exod.7.8.9.10.12.14.
d Deut 32.c d Num.16.e
e Ioan.8.d
f Sapięn.14.b
g Prouerb.14.b
h Eccli 21.a
i Pſalm.5.a
k Eccles 9.d
l Tob.4.a
Vide Chryſ. hom.8. ad pop. Antioch. 17. in Gene. 51. & 37. in Ioan. 28. in epiſtol. ad Rom. 41. in Acta. & hom. de Iona proph. Baſil. hom. in pſal.33. Aug. propoſ.42. ex epiſto. ad Rom.

F. Hæc eò ſpectant, vt ęquiſſimũ peccatorum vindicem Deũ homo cognoſcat, cognoſcendo timeat, timendo caueat ſaluti ſuę, & cauendo pœnas euadat horribiles peccatorum. [m] *Multa enim flagella peccatoris.*

m Pſal.31.e

TESTIMONIA.

1. A. ECCLESIASTICI decimoquinto: vt in textu.

2. PSALMO quinto: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.

3. ECCLESIASTICI duodecimo: Altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam.

4. SAPIENTIAE decimoquarto: Similiter odio ſunt Deo impius & impietas eius.

5. PROVERBIORVM decimoquinto: Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iuſtorum placabilia. Abominatio eſt Domino via impij: qui ſequitur iuſtitiam, diligetur ab eo.

6. EXODI vigeſimotertio: Inſontem & iuſtum non occídes, quia auerſor impium.

7. SAPIENTIAE vndecimo: Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti.

8. ESAIAE decimoquarto: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, cóncidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodò cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam: ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad infernum detrahéris in profundum laci.

9. SECVNDAE Petri ſecundo: Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos in iudicium reſeruari: Et originali mundo non pepercit, ſed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæornm in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt, ponens: & iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq́ contemnunt, audaces, ſibi placentes: ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm ſint maiores, non portant aduerſùm ſe execrabile iudicium.

10. LEVITICI vigeſimoſexto: Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoquè hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtrà ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos. Fugietis nemine perſequente. Sin autem nec ſic obediéritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplùm propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cælum deſupèr ſicut ferrum, & terram æneam. Conſumetur incaſsùm labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis exaduersò mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſque in ſeptuplum propter peccata veſtra: immittámque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæq; fiant viæ veſtræ. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed & ambulaueritis exaduersò mihi: ego quoquè contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſeptiès propter peccata veſtra, inducámque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquàm confregero baculum panis veſtri: ità vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audiéritis me, ſed ambulaueritis contra me: & ego incedam aduersùs vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, ità vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum: deſtruam excelſa veſtra, & ſimulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea intantùm, vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorem ſuauiſſimum. Diſperdámque terram ve-

Digitized by Google

ſtram, & ſtupebũt ſuper ea inimici veſtri, cùm habitatores illius fuerint. Vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritq́ terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ.

11. DEVTERONOMII vigeſimooctauo: Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius, & cæremonias quas ego præcipio tibi hodiè, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & appræhendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquię tuę. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donèc conterat te, & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me. Adiungat tibi Dominus peſtilentiam, donèc conſumat te de terra. Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine, & perſequatur donèc pereas. Sit cęlum quod ſupra te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea &c.

1. B. PRIORIS Petri ſecundo: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. cuius liuore ſanati eſtis.

2. BERNARDVS ſermone tertio in Natali Domini: Agnoſce ô homo quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſsè eſt Dominum Chriſtum vulnerari. Si non eſſent hæc ad mortem, & ad mortem ſempiternam, nunquàm pro eorum remedio Dei filius moreretur.

Peccati grauitas ex difficultate remedij colligitur.

3. ESAIAE quinquageſimotertio, 4. PRIMAE Ioannis ſecundo, vt in textu.

5. APOCALYPSIS primo: Chriſtus dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

8. AD Romanos ſexto: Qui mortui ſumus peccato, quomodò adhuc viuemus in illo? An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.

7. PRIORIS Petri ſecundo: Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus.

8. AD Romanos ſexto: Vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus.

9. AD Hebræos decimo, 10. POSTERIORIS Petri ſecundo, vt in textu.

11. PRIORIS ad Corinthios decimo: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat.

12. LVCAE vndecimo: Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

13. MATTHAEI duodecimo: Tunc vadit, & aſſumit, &c. vt apud Lucam.

1. C. TOBIAE duodecimo, 2. SAPIENTIAE decimoſexto, 3. EZECHIELIS decimooctauo, vt in textu.

4. IACOBI primo: Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

5. PSALMO trigeſimotertio: Mors peccatorum peſſima.

6. AD Romanos ſexto: Stipendia peccati mors.

7. MATTHAEI ſeptimo: Diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

8. ET capite vigeſimoquinto: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

9. LVCAE decimotertio: Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis.

10. PSALMO ſexto: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

11. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaquarta in Matthæum: Qui in gehenna vritur, cælorum etiam regnum prorſus amittit: quæ certè pœna maior eſt, quàm cruciatus ille flammarum. Noui autem quòd plurimi pertimeſcant tantùm gehennam, egò tamen illius gloriæ amiſſionem multò amarius, quàm ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Si verò id nõ poſſum ſermone monſtrare, nihil eſt omninò mirandum. Neque enim nouimus illorum beatitudinem præmiorum, vt infelicitatem quoquè de eorum amiſſione perſpicuè ſcire poſſimus. Cæterùm Paulus qui iſta cognita habebat, certiſſimè nouit, quoniam excidere à Dei gratia, omnium ſit profectò miſerrimum. Et poſt pauca: Intolerabilis quidem res eſt etiam gehenna: quis neſciat? & ſupplicium illud horribile: tamen ſi mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore repelli, exoſumq́ eſſe Chriſto, & audire ab illo, Non noui vos: atq; argui, quòd eſurienti & ſitienti negauerimus cibum & potũ. Eſt enim ſatius, mille fulmina ſuſtinere, quàm vultum illum manſuetudinis pietatisq́ plenum, nos tamen auerſantem, videre, & illos placidiſſimos oculos nequaquàm nos adſpicere ſuſtinentes.

Intolerabilior amiſſio glorię, quàm gehennę ſupplicium.

A beata gloria repelli. Matt. 7. & 25.

12. IDEM homilia quadrageſimaoctaua ad populum Antiochenum: Intolerabilis gehenna, confiteor, & multùm intolerabilis: tamen intolerabilior regni amiſſio, hoc cogitate.

Regni amiſſio.

13. ITEM epiſtola quinta ad Theodorum lapſum: Sunt quidam abſurdi iudicij, ij duntaxàt amant effugiſſe gehennam: contrà ego multò durius eſſe tormentum quoddam aſſero, quàm gehenna eſt: hoc eſt, non aſſecutum eſſe tantam gloriam, & illinc elapſum eſſe. Nec opinor equidem tanto dolore lugendum de malis gehennæ, quanto neceſsè eſt caſum deplorare, quòd de cælis excidimus, qui eſt nimirùm cruciatus omnium duriſſimus.

De cælis excidere.

1. D. EZECHIELIS decimooctauo: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundùm omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione, qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et dixiſtis: Non eſt æqua via Domini. Audite ergò domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniuſtitia, quam operatus eſt, morietur.

2. ET capite trigeſimotertio: Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunque die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto, quòd vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur.

3. IVDITH quinto: Quotieſcunquè (ait dux Achior ad Holophernem) præter ipſum Deum ſuum alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. Quotieſcunquè autem pœnituerunt ſe receſſiſſe à cultura Dei ſui, dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtendi. Deniquè Chananæum regem, & Iebuſæum, & Pherezęum, & Hethęum, & Heuęum, & Amor-

Digitized by Google

Amorrhæum, & omnes potentes in Heſebon proſtrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipſi poſſederunt: & vſquedùm non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cùm receſſiſſent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati ſunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti ſunt in terram non ſuam. Nuper autem reuerſi ad Dominum Deum ſuum ex diſperſione qua diſperſi fuerant, adunati ſunt, & aſcenderunt montana hæc omnia, & iterùm poſſident Hieruſalem, vbi ſunt ſancta ſanctorum.

4. EXODI trigeſimoſecundo: Reſpondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.

5. NVMERORVM decimoquarto: Omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obediêrunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua iuraui Patribus eorum: nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Querelas filiorum Iſrael audiui: Dic ergò eis, Viuo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra.

6. ECCLESIASTICI vigeſimoprimo: Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.

7. PSALMO decimo: Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

8. LVCAE decimoſexto: Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere meî, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

1. E. GENESIS quarto: Dixit Dominus ad Cain: Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram.

2. EXODI decimoquarto: Fugientibus Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.

3. DANIELIS quarto: Vox de cælo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonoſor rex, Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te: donèc ſcias, quòd dominetur excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud. Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum eſt: donèc capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi auium.

4. GENESIS decimonono: Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circà regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.

5. EZECHIELIS decimoſexto: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas, ſicut vidiſti.

6. EXODI ſeptimo, octauo, nono, decimo, duodecimo, & decimoquarto, horrendæ atque grauiſſimæ recenſentur plagæ decem, quibus Dominus Aegyptios affecit, eò quòd non paruerit Pharao rex Aegypti Domino, vt populum Iſraël abire ſineret ex Aegypto.

7. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Ignis ſucceſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabítque terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo: dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium. Foris vaſtabit eos gladius, & intùs pauor, iuuenem ſimul ac virginem, lactentem cum homine ſene. Et dixi, Vbinàm ſunt? ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum.

8. NVMERORVM decimoſexto: Sufficiat vobis, (inquit Core cum ſuis numero 250.) quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus. Cur eleuamini ſuper populum Domini? Locutúsque Dominus ad Moyſen & Aaron, ait: Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè diſperdam. Et paulò pòſt: Surrexítque Moyſes, & abijt ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſraël, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, nè inuoluamini in peccatis eorum. Et poſt pauca: Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum. Deſcenderúntque viui in infernum, operti humo, & periêrunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſraël qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Nè fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incenſum. Et quibuſdam interpoſitis: Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſraël, ſequenti die contra Moyſen & Aaron dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. Cúmque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod poſtquàm ingreſſi ſunt, operuit nubes tabernaculum, & apparuit gloria Domini. Dixítque Dominus ad Moyſen: Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cúmque iacerent in terra, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incenſum deſupèr, pergens citò ad populum, vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Quod cùm feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama: & ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. Fuerunt autem qui percuſſi ſunt, quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti, abſque his qui periêrant in ſeditione Core.

9. IOANNIS octauo, 10. SAPIENTIAE decimoquarto, 11. PROVERBIORVM decimoquarto, 12. ECCLESIASTICI vigeſimoprimo, 13. PSALMO quinto, 14. ECCLESIASTIS nono, 15. TOBIAE quarto, vt in textu.

16. CHRYSOSTOMVS homilia octaua ad populum Antiochenum: Talis eſt peccantium conſuetudo: omnia ſuſpecta habent, vmbras tremunt, omnem ſtrepitum timent, & quenque putant contra ſe venire: & alijs alia inter ſe differentibus, peccati ſibijpſis conſcij, putant illos de ſe ſermocinari. Talis res peccatum eſt, nullo

Peccatum affert metum magnum.

nullo prodit arguente, nullo condemnat accuſante, pauidum facit & timidum peccatorem, ſicut iuſtitia contrarium. Audi igitur, quo modo & huius pauorem, & illius libertatem ſcriptura deſignauit: Fugit impius perſequente nemine, inquit. Quo modo perſequente nemine fugit? Intùs habet agentem conſcientiæ accuſatorem, & hunc vbiquè circunfert: & ſicut ſeipſum non poteſt fugere, ſic nec intrinſecùs ipſum agitantem: ſed quocunquè abeat, flagellatur, & vulnus habet immedicabile. At non talia iuſtus: ſed qualis, audi: Iuſtus tanquàm Leo, inquit, confidit.

Prouer. 28. Conſcientia accuſans. Ibid.

17. PRAETEREA homilia decimaſeptima in Geneſim: Nihil peccato peius. Ipſum enim vt introiërit, non ſolùm confuſione totos nos replet, ſed & inſipientes facit eos, qui anteà intellectu & ſapientia multa præditi fuerant.

Peccatũ inſipientes facit.

18. ET homilia quinquageſimaprima in Ioannem: Nihil peccato ſordidius, nihil immundius, cuius naturam Propheta interpretatus, clamabat: Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ.

Peccato nihil immundius. Pſal. 37.

19. ITEM homilia trigeſimaſeptima in Ioannem ſuper ea verba, Eccè ſanus factus es, iam noli peccare, nè deterius aliquid tibi contingat: Res profectò grauis eſt peccatum, grauis inquam res, & animi pernicies, vt nonnunquàm vi & exuperantia ſua corpora quoquè inficiat. Breuì peccatum patratur, morbi tormenta diuturna ſunt. Si grauem priorum ſcelerum pœnam dedimus, deindè in eadem inciderimus, dabimus longè maiorem: & meritò ſanè. Qui enim ſupplicio non fit melior, tanquàm ſtupidus quidem & contemptor, grauiorem ſibi pœnam præparat. Ipſum nanque peccatum, ſemel lapſum, ſatìs ſupérque cohibere, & ſapientiorem reddere debebat, nè iterùm in idem prolaberetur. Quòd ſi poſt datas pœnas in eadem iterùm crimina prolapſi, grauiori pœna afficimur: quid his ſperandum eſt, * qui in ipſo ſupplicio in iiſdem ſceleribus pertinaciter perſeuerant? Et qua gratia, inquies, non omnes puniuntur? Etenim multos videmus, & quidem ſceleſtiſſimos, bona corporis valetudine, & proſpera fortuna laſciuientes: nolimus propterea eos admirari, ſed deplorare potiùs: quòd enim in hac vita nihil aduerſi patiuntur, maioris in futura ſupplicij eſt argumentum. Hoc & Paulus his verbis ſignificauit: Dum iudicamur à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Hîc enim correctio eſt, illic ſupplicium.

Ioan. 5. Peccatũ etiã corpora inficit. * nullo affecti ſupplicio. Peccantium in hac vita proſperitas, cuius argumentum ſit. 1. Cor. 11.

20. IDEM homilia vigeſimaoctaua in epiſtolam ad Romanos: Peccatum dæmone peius eijciamus. Dæmon ſiquidem non omninò ſpoliat regno cælorum; ſed ſubindè fit, vt & proſit modeſto ac vigilanti: Peccatum verò omninò excludit: Voluntarius quippe dæmon eſt peccatum, ſpontaneaq; inſania.

Peccatum dæmone peius. Peccatum eſt voluntarius dæmon.

21. RVRSVS homilia quadrageſimaprima in Acta Apoſtolorum: Non eſtità magnum, à dæmone liberari, vt eripi à peccato. Dæmon non prohibet regnum cælorum aſſequi, licèt cooperetur, inuitus quidem.

22. ITEM homilia de Iona Propheta: Nihil graue æquè & oneroſum inuenies, quàm peccatum. Et ideò Zacharias plumbo peccatum figurauit: & Dauid naturam eius deſcribens, ait: Iniquitates meæ ſuperauerunt caput meum, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Peccati grauitas. Zach. 5. Pſal. 37.

23. BASILIVS homilia in Pſalmum trigeſimumtertium: Omni in Chriſtum credenti angelus aſſiſtit, niſì illum à nobis per improbas actiones profligauerimus. Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: ſic angelum vitæ noſtræ cuſtodem abigit multa lachrymarum adſpergine dignum ac graueolens peccatum.

Peccatũ abigit cuſtodem angelum.

24. AVGVSTINVS in libro expoſitionis quarundam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos, propoſitione quadrageſimaſecũda: Quòd autem ait, Venundatus ſub peccato: intelligendum eſt, quòd vnuſquiſque peccando animam ſuam diabolo vendit, accepto tanquàm precio dulcedine temporalis voluptatis. Vndè & Dominus redemptor noſter dictus eſt, quia hoc modo quo dictum eſt, venditi eramus.

Rom. 7. Peccãtes diabolo animã vendũt viliſſimo precio.

F. PSALMO trigeſimoprimo, vt in textu.

V.

Quæ via ad peccati foueam ducit?

A. TRIBVS præcipuè [a] gradibus ad peccatum peruenitur: Suggeſtione, delectatione, conſenſu.

B. Suggeſtione quidem hoſtis, dum nobis praua ingeritur cogitatio, ſiue tentatio à mundo, carne vel Satana: delectatione autem noſtra, dum animo iam nimiùm adlubeſcit, quod praua ſuggeſſit tentatio: demùm, & proprio conſenſu, dum in peccatum ipſum voluntas allecta conſentit deliberatè: Ex quo ſanè conſenſu peccatum iam [b] conſummatur, vt hominem non modò immundum, iniquumque faciat, & ſpiritualiter occidat, verumetiam coram Deo gehennæ obnoxium reddat, etiamſi non ſemper opere perpetretur. Vndè non temerè dictum [c] eſt illud: In ſuggeſtione ſemen, in delectatione nutrimentum, in conſenſu perfectionem ineſſe peccati.

C. Quòd ſi exactiùs conſideremus, qui ſoleant gradus eſſe peccati, inprimìs oritur [d] ex ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex peccati defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Hæc eſt demùm longa illa & horrenda peccatorum catena: hi [e] funes atque compedes, quibus adſtrictum hominem Satanas nunc in omne genus malorum, ac tandèm in tartaream abyſſum præcipitat infeliciſſimè. Atque idcircò plurimùm refert, peccatorum gradus eiuſmodi atque propagines, nè fallamur atque periclitemur, ſtudioſè diſcernere & obſeruare.

a Aug. li. 1. de ſerm. Dñi in mõte cap. 12. & lib. 12. de Trinit. ca. 12. Grego. hõ. 16. in euãg. & li. 4. mora. c. 27.

b Iacob. 1. b & ibidèm Beda. Tob. 4. a Rõ. 6 b Matt. 5. d

c Greg. ad interrogationẽ 11. Auguſtini Cantuar.

d Vide Gregoriũ Magnũ lib. 4. moralium, cap 27. & Iſidorũ lib. 2. de ſummo bono, cap. 23.

e Prouer 5. d Pſal. 118. h 2. Reg. 22. a Vide Aug. li. 8. confeſſionum, cap. 5. Gregor li. 25 Moral. ca. 12.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro primo de ſermone Domini in monte, capite duodecimo: Sanè
Matth. 5.
conſiderandum eſt, quòd non dixit, Omnis qui concupiuerit mulierem: ſed, Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam: id eſt, hoc fine & hoc animo attenderit, vt eam concupiſcat: quod iam non eſt titillari delectatione carnis, ſed plenè conſentire libidini, ità vt non refrænetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit, ſatietur.
Tribus impletur peccatū.
Nam tria ſunt, quibus impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſione. Suggeſtio, ſiue per memoriam fit, ſiue per corporis ſenſus, cùm aliquid videmus aut audimus, vel olfacimus, vel guſtamus, vel tangimus. Quo ſi frui delectauerit, delectatio illicita refrenanda eſt. Velut cùm ieiunamus, & viſis cibis palati appetitus aſſurgit, non fit niſi delectatione: ſed huic tamen non conſentimus, ſi eam dominantis rationis iure cohibemus. Si autem conſenſio facta fuerit, plenum peccatum erit. Notum autem Deo in corde noſtro, etiam ſi facto non innoteſcat hominibus. Ità ergò ſunt iſti gradus, quaſi à ſerpente ſuggeſtio fiat, id eſt, lubrico & volubili, hoc eſt, temporali corporum motu: quia & ſi qua talia phantaſmata intùs verſantur in anima, de corpore forinſecùs tracta ſunt: & ſi quis occultus præter iſtos quinque ſenſus, motúſque corporis animum tangit, eſt etiam ipſe temporalis & lubricus: & ideò quanto illabitur occultiùs vt cogitationem contingat, tanto conuenientiùs ſerpenti comparatur.
Suggeſtio cōparatur ſerpēti, delectatio mulieri, conſenſus viro. Gen. 3.
Tria ergò hæc, vt dicere cœperam, ſimilia ſunt illi geſtæ rei, quæ in Geneſi ſcripta eſt, vt quaſi à ſerpente fiat ſuggeſtio & quædam ſuaſio. In appetitu autem carnali, tanquàm in Eua, delectatio. In ratione verò, tanquàm in viro, conſenſio: quibus peractis, tanquàm de paradiſo, hoc eſt, de beatiſſima luce iuſtitiæ, in mortem homo expellitur, iuſtiſſimè omninò. Non enim cogit qui ſuadet. Et omnes naturæ in ordine ſuo gradibus ſuis pulchræ ſunt, ſed de ſuperioribus, in quibus rationalis animus ordinatus eſt, ad inferiora non eſt declinandum. Nec quiſquam hoc facere cogitur, & ideò ſi fecerit, ſine iuſta defenſione punitur. Non enim hoc committit inuitus. Veruntamen delectatio ante conſenſionem vel nulla eſt, vel tam
Illicitæ delectationi conſentire, magnum peccatum eſt.
tenuis vt propè nulla ſit, cui conſentire, magnum peccatum eſt, cùm illicita eſt. Cùm autem quiſque conſenſerit, committit peccatum in corde ſuo. Si autem etiam in factum proceſſerit, videtur ſatiari, & extingui cupiditas. Sed poſteà cùm ſuggeſtio repetitur, maior accenditur delectatio: quæ tamen adhuc multò minor eſt, quàm illa quæ aſſiduis factis in conſuetudinē vertitur. Hanc enim vincere difficilimum eſt: & tamen etiam ipſam conſuetudinem, ſi ſe quiſque non deſerat, & Chriſtianam militiam non reformidet, illo duce atque adiutore ſuperabit: ac ſic in priſtinam* poteſtatem atque ordinem & vir Chriſto, & mulier viro ſubijcitur.
al.* pacem
Sicut ergò tribus gradibus ad peccatum peruenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione: ità ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, in conſuetudine, tanquàm tres mortes. Vna quaſi in domo, id eſt, cùm in corde conſentitur libidini: altera iam prolata quaſi extra portam, cùm in factum procedit aſſenſio: tertia, cùm vi conſuetudinis malæ tanquàm mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulcro iam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum reſuſcitaſſe, quiſquis Euangeliū legit, agnoſcit. Et fortaſsè cōſiderat, quas differentias habeat etiam
Matth. 9. Luc. 7. Ioan 11.
ipſa vox reſuſcitātis, cùm alibì dicit: Puella, ſurge. Et alibì: Iuuenis, dico tibi, ſurge. Alibì, Infremuit in ſpiritu, & fleuit, & rursùs fremuit, & pòſt deindè voce magna exclamauit; Lazare, veni forâs.

2. IDEM libro duodecimo de Trinitate, capite duodecimo: Cùm huic intētione mentis, quę in rebus temporalibus & corporalibus propter actionis officiū ratiocinandi viuacitate verſatur, carnalis ille ſenſus vel animalis ingerit quandā illecebram fruendi ſe, id eſt, tanquàm bono quodam priuato & proprio, non tanquàm publico atque communi, quod eſt incommutabile bonum, tunc velut ſerpens alloquitur fœminā: huic aūt illecebræ cōſentire, de ligno prohibito manducare eſt.
Serpens quādo alloquitur fœminam. Mādūcare de ligno vetito.
Sed iſte conſenſus ſi ſola cogitationis delectatione contentus eſt, ſuperioris verò authoritate conſilij ità mēbra retinentur, vt non exhibeantur iniquitatis arma peccato, ſic habendum exiſtimo, velut cibum vetitū mulier ſola comederit. Si aūt in conſenſionem malè vtendi rebus quæ per ſenſum corporis ſentiūtur, ità decernitur quodcunq; peccatum, vt ſi poteſtas ſit, etiam corpore cōpleatur, intelligenda eſt illa mulier dediſſe viro ſuo ſecum ſimul edendum illicitū cibum.
Date viro ſimul edendū.
Neq; enim poteſt peccatum non ſolùm cogitandum ſuauiter, verùm etiam efficaciter perpetrandum mente decerni, niſi & illa mentis intentio, penès quam ſumma poteſtas eſt, membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat & ſeruiat.
Voluntaria oblectatio in cogitatione illicita peccatum eſt.
Nec ſanè cùm ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenens tamen & voluens libenter, quæ ſtatìm vt attigerunt animum reſpui debuerunt, negandum eſt eſſe peccatum, ſed longè minùs, quàm & ſi opere ſtatuatur implendum. Et ideò de talibus quoquè cogitationibus venia petēda eſt, pectuſq; percutiendum, atque dicendum, Dimitte nobis debita noſtra:
Matth. 6.
faciendum quoquè quod ſequitur, atque in oratione iungendum, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Neque enim ſicut in illis duobus primis hominibus perſonam ſuam quiſque portabat, & ideò ſi ſola mulier cibum ediſſet illicitum, ſola vtiquè mortis ſupplicio plecteretur. Ità dici poteſt in homine vno, ſi delectationibus illicitis, à quibus ſe continuò deberet auertere cogitatio, libenter ſola paſcatur, nec facienda decernantur mala, ſed tantùm ſuauiter in recordatione teneantur, quaſi mulierem ſine viro poſſe damnari: abſit hoc credere.
Propter ſolā voluntatem oblectandi ſe illicitis cogitationibus, damnamur.
Hæc quippe vna perſona eſt, vnus homo eſt, totúſque damnabitur, niſi hæc quæ ſine voluntate operandi, ſed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, ſolius cogitationis ſentiuntur eſſe peccata, per mediatoris gratiam remittantur.
Vide S. Thō. 12. q. 74. art. 8

3. GREGORIVS homilia decimaſexta in Euangelia: Sciendum nobis eſt, quia tribus modis tentatio agitur, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu.
Tribus modis peragitur tentatio.
Et nos cùm tentamur, plerunquè in delectationem aut etiam in conſenſum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobiſipſis etiam gerimus vndè certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus, in mundum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat.
Matth. 4.
Tentari ergò per ſuggeſtionem potuit, ſed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideò omnis diabolica illa tentatio forìs, non intùs, fuit.

4. IDEM libro quarto Moraliū, capite vigeſimoſeptimo: Quatuor modis peccatū perpetratur in corde, quatuor cōſummatur in opere. In corde nanq; ſuggeſtione, delectatione, cōſenſu, & defenſionis audacia perpetratur. Fit enim ſuggeſtio per aduerſarium, delectatio per carnem, cōſenſus per ſpiritum, defenſionis audacia per elationē. Culpa enim quæ terrere mentem debuit, extollit, & deijciendo eleuat, ſed grauiùs eleuando ſupplantat. Vndè & illam primi hominis rectitudinem antiquus hoſtis his quatuor ictibus fregit. Nam ſerpens ſuaſit, Eua delectata eſt, Adam conſenſit: qui etiam requiſitus, confiteri culpam per audaciam noluit.

Digitized by Google

noluit. Hoc verò in humano genere quotidiè agitur, quod actum in primo parente noſtri generis non ignoratur.
Serpēs ſuadet
Serpens ſuadet, quia occultus hoſtis mala cordibus hominum latenter ſuggerit:
Eua delectatur.
Eua delectata eſt, quia carnalis ſenſus, ad verba ſerpentis mox ſe delectationi ſubſternit:
Adam conſentit.
Conſenſum verò Adam mulieri præpoſitus præbuit: quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à ſua rectitudine ſpiritus infirmatus inclinatur. Et requiſitus Adam, confiteri culpam noluit: quia videlicet ſpiritus, quo peccando à veritate diſiungitur, eo in ruinæ ſuæ audacia nequiùs obduratur,
Gradus per quos deſcendit peccator ad profundū.
Eiſdem etiam quatuor modis, peccatum conſummatur in opere. Priùs nanque latens culpa agitur: poſtmodùm verò etiam ante oculos hominum ſine confuſione reatus aperitur: dehinc & in conſuetudinem ducitur: ad extremum verò vel falſæ ſpei ſeductionibus, vel obſtinatione miſeræ deſperationis enutritur.

1. B. IACOBI primo: Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deindè concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

Tribus modis agitur tentatio.
2. BEDA in primum caput Iacobi: Tribus modis tētatio agitur: ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtione hoſtis, delectatione autem, vel etiam conſenſu, noſtræ fragilitatis. Quòd ſi hoſte ſuggerente delectari aut conſentire peccato nolumus, tentatio ipſa nobis ad victoriam prouenit, qua coronam vitæ mereamur accipere. Si verò & hoſtis ſuggeſtione paulatìm à recta intentione abſtrahimur, & vitio incipimus illici, delectando quidem offendimus, ſed necdùm lapſum mortis incurrimus. At ſi delectationem concepti corde facinoris, etiam partus prauæ ſequitur actionis, nobis iam mortis reis, victor hoſtis abſcedit. Quod vt adſtruamus exemplis,
Gen. 39.
tētatus eſt Ioſeph verbis Dominæ, ſed quia concupiſcentiam libidinis non habuit, ſuggeſtione tantùm, non etiam delectatione vel conſenſu, tentari potuit: ideò
2. Reg. 11.
victor euaſit. Tentatus eſt Dauid viſu vxoris alienæ, & quia necdùm carnis appetitum vicerat, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus eſt. Atque vbi conceptum ſcelus perfecit, reatum mortis etiam
2. Reg. 12.
proprio ore iudicatus incidit, quam tamen pœnitendo euaſit. Tentatus eſt Iudas per philar-
Matth. 26.
gyriam, & quia erat auarus, ab ipſa ſua concupiſcentia abſtractus & illectus, ad interitum conſen-
Iob 1. & 2.
tiendo decidit. Tentatus eſt Iob multipliciter: ſed quia nec poſſeſſiones, nec ſalutem corporis diuino amori præpoſuerat, tentari quidem ſuggeſtione hoſtili potuit, ſed conſentire vel ſaltem delectari peccato nullatenùs valuit. Quod ergò dici-
Iacob. 1.
tur, Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem: reſpicit econtrariò ad hoc, quod ſuprà dictum eſt de eo qui ſuffert tentationem, quia cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Sicut enim ille qui tentatus ſuperat, præmia vitæ meretur: ità nimirùm qui concupiſcentijs ſuis illectus, à tentatione ſuperatur, meritò ruinam mortis incurrit.

3. TOBIAE quarto: Caue nè aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Domini Dei noſtri.

4. AD Romanos ſexto: Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.

5. MATTHAEI quinto: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

6. GREGORIVS Magnus in reſponſione ad vndecimam interrogationem Auguſtini Cantuarienſis Archiepiſcopi:
Tribus modis impletur peccatum.
Tribus modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum: quia cùm primam culpam ſerpens ſuggeſſit, Eua velut caro delectata eſt, Adam velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem, delectationē, & conſenſum iudex ſui animus præſideat. Cùm enim malignus ſpiritus peccatū ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatū omnimodò perpetratum non eſt. Cùm verò caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. Conſenſione perficitur peccatum. In ſuggeſtione igitur peccati ſemē eſt, In delectatione fit nutrimentum, In conſenſu perfectio. Et ſæpè contingit, vt hoc quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. Et cùm caro ſine anima delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Vndè & ille cæleſtis exercitûs præcipuus miles gemebat, dicens: Video aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Rom. 7. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus non erat, & pugnabat. Igitur legi mentis, lex quæ in membris eſt, repugnabat. Pugnabat autem, quapropter captiuus non erat. Eccè itaque homo eſt, vt ità dixerim, & captiuus, & liber. Liber, ex iuſtitia quam diligit: captiuus, ex delectatione quam portat inuitus.

1. C. GREGORIVS Magnus libro quarto Moralium, capite vigeſimoſeptimo, vt ſuprà hac eadem quæſtione, A. teſtimonio quarto.

2. ISIDORVS Epiſcopus, libro ſecundo de ſummo bono, capite vigeſimotertio: Iſtis fomitibus quaſi quibuſdam gradibus coaleſcit omne peccatum. Gradus peccatorum. Cogitatio nanque praua delectationem parit, delectatio conſenſionem, conſenſio actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem: ſicq; his vinculis homo implicatus, Catena vitiorum. quadam catena vitiorum tenetur adſtrictus: ità vt ab ea euelli nequaquàm valeat, niſi diuina gratia manum iacentis apprehendat. Peccatum admittere, cadere eſt in puteum: conſuetudinem verò peccandi facere, os putei eſt coanguſtare, nè is qui cecidit, valeat exire. Sed interdùm etiam tales Deus liberat, dum eorum deſperationem ad conuerſionem libertatis commutat. Ipſo enim miſerante peccata dimittuntur: quo protegente fit, nè in deterius peccando eatur. Peccādi conſuetudo. Nequiſſimum eſt peccare, peius eſt peccandi conſuetudinem facere. Ab illo facilè, ab hoc cum magno labore reſurgitur, dum malæ conſuetudini repugnatur. Malè agendi conſuetudinem, receſſum eſſe Propheta aſſerit in profundum, cuius vſu quaſi quadam lege homo tenetur adſtrictus, vt etiā quando non vult, peccatum admittat. A lapſu verò citò reſurgere, non eſt in profundum ire. Apoſtolus legem peccati dicit eſſe in membris ſuis, quæ lex conſuetudo eſt, quam peccando concipimus, & non ab ea cùm volumus diſcedimus: quia iam neceſſitatis vinculo per conſuetudinem retinemur.

3. PROVERBIORVM quinto: Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.

4. PSALMO centeſimo decimooctauo: Funes peccatorum circumplexi ſunt me.

5. SECVNDI Regum viceſimoſecundo: Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

6. AVGVSTINVS libro octauo confeſſionum, capite quinto: Cui rei ego ſuſpirabam ligatus,

Digitized by Google

Catena peccatorum.

gatus,non ferro alieno,ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & indè mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate peruerſa,facta eſt libido; & dum ſeruitur libidini,facta eſt conſuetudo; & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, vndè catenam appellaui,tenebat me obſtrictum dura ſeruitus. Et poſt nonnulla: Fruſtrà condelectabar legi tuæ ſecundùm interiorem hominem, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum me duceret in lege peccati,quæ in membris meis erat.Lex enim peccati, eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam inuitus animus,eo merito, quo in eam volens illabitur.

Rom.7.

Lex peccati eſt violentia conſuetudinis.

7. GREGORIVS libro vigeſimoquinto Moralium, capite duodecimo: Omne peccatũ quod tamen citiùs pœnitendo non tergitur, aut peccatum eſt & cauſa peccati, aut peccatum & pœna peccati: Peccatum nanque quod pœnitentia non diluit, ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit.

Peccatũ vnũ trahit ad aliud.

VI.

Quomodò peccata facilè deuitantur?

A. Primùm quidem, ſi quæ peccatis mala & pericula ſuccedant, prouideamus: deindè, ſi illorum initijs prauiſque ſuggeſtionibus, quibus ad peccandum facilè ſolicitamur, ſtatìm [a] occurramus atque repugnemus fortiter: poſtremò, ſi [b] virtutes peccatis contrarias exercitare nitamur, Christo in his omnibus auxiliante.

B. Monet igitur Eccleſiaſticus: [c] *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Vndè diuinum etiam oraculum pronunciat: [d] *Nónne ſi benè egeris, recipies? ſi autem malè, ſtatìm in foribus peccatum aderit: ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Atque hîc locum habet armatura [e] ſpiritualis, qua vult Paulus Christi milites aduersùs peccatum & inſidias omnes diaboli eſſe munitos, vt peccato repugnare, in die malo reſiſtere, & omnia tela nequiſſimi extinguere poſſint.

a Pſal.136.b Iacob.4.b 1.Pet.5.c Bernard ſer.5.de Quadrageſi. 29.ex paruis, & 49.in Cantica.
b Rõ.12.a b c Eph.4.a e f g Philip.4.b
c Eccli 18.d
d Geneſ.4.a
e Epheſ.6.b c Heb.12.b

TESTIMONIA.

1. A. PSALMO centeſimo trigeſimoſexto: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.

2. IACOBI quarto: Subditi eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis.

3. PRIORIS Petri quinto: Aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem ei quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri.

4. BERNARDVS in ſermone quinto de quadrageſima: Magnum diſcrimen aduersùs diabolicæ fraudis aſtutias, tam crebros, imò continuos habere conflictus: quem nec videre quidem poſſumus,& quem nimis aſtutum fecerit tam natura ſubtilis,quàm longa exercitatio malitiæ eius. Veruntamen in nobis eſt ſi vinci nolumus, & nemo noſtrum in hoc certamine deijcitur inuitus. Sub te eſt ô homo appetitus tuus,& tu dominaberis illius.Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi volueris dare ſeu negare conſenſum. In tua facultate eſt ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum,vt omnia tibi cooperentur in bonum. Eccè enim inflammat inimicus deſiderium cibi, vanitatis aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum: tu ſolummodò nè conſenſeris: & quotiens reſtiteris, totiens coronaberis. Veruntamen negare non poſſumus,fratres,moleſta ſunt hæc,& periculoſa,ſed & in ipſo certamine ſi viriliter reſiſtimus, quædam pia tranquillitas de conſcientia bona naſcitur. Credo etiam,ſi cogitationes iſtas quàm citò in nobis aduertimus,non patimur remorari,ſed in ſpiritu vehementi animus aduersùs illas excitatur: quoniam inimicus confuſus abſcedet à nobis: non tam libenter ilicò reuertetur.

In nobis eſt ſi vinci à diabolo nolumus. Geneſ.4.

Quoties reſiſtimus ſuggeſtionibus dæmonis,toties coronamur.

Si ſtatìm repellãtur,non tã cito reuertetur.

5. ET ſermone vigeſimonono ex paruis ſermonibus: Tribus modis prouidentur bona coram Deo, cogitatione, affectione, intentione. Nam & cogitatio debet eſſe ſancta,vndè ſcriptum eſt: Cogitatio ſancta ſeruabit te,& affectio pura,& intentio recta.Sunt autem tria iſta,id eſt,cogitatio,affectio,intentio,in anima: ſed in ea quoquè proprijs ſingula locis diſtinctis videntur.Nam cogitatio in memoria,affectio in voluntate, intentio in ratione conſiſtit. Atque vt eorum vſum ac differentiam clariùs videamus,ſumamus nobis exemplum de rebus exterioribus. In corporibus ſi quilibet deformis color cutem tãtùm inficiat, corpus quidem turpius redditur, ſed nihil ei de ſanitate ſua ex hoc adimitur. Si ergò carni putredo aliqua vel liuidus tumor inſederit,iam nõ ſolùm decor corporis,ſed ſalus quoquè turbatur. Quòd ſi languor forſitan inualeſcens, cum ipſa carne oſſa quoquè medullitùs occupârit, tunc demùm de vita non immeritò poterit deſperari.Eodem modo in anima ſi peccatũ ſuggeritur memoriæ per cogitationem,nullum tamen præbuerit aut voluntas affectum,aut deliberatio ipſa conſenſum: fateor quidem,deformitas eſt,nec audire interìm anima illa meretur: Tota pulchra es amica mea. Cæterùm & ſi næuus eſt,ſed non morbus. Quòd ſi voluntas quoq; ipſa iam ſenſu delectationis afficitur, reſiſtit tamen adhuc deliberatio rationis,infirmatur quidem, ſed necdùm moritur anima: clamet tamen neceſsè eſt: Sana me Domine,& ſanabor.Tũc enim mori dicitur,quando & ipſa ratio ad peccatum per intentionẽ curuatur. Hoc nempe eſt peccatum,de quo dicitur:Anima quę peccauerit,ipſa morietur. Hunc triplicem gradum deplorat Dauid, ex perſona peccatoris,dicẽs Domino,Expellendo de paradiſo in latam huius ſeculi euagationem, Confirmâſti ſuper me manũ tuam. Et quoniam carnalia deſideria ſunt peccati pœna: Non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ. Iam verò vbi robur deeſt rationis, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.Qui rurſùm eoſdem gradus ex perſona iuſti decantat dicens: Memor fui Dei, & delectatus ſum,& exercitatus ſum. Delectatus enim dicit per voluntatem, exercitatus per rationem.Nè ergò à memoria expellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, quę ſolent effluere tanquàm vilis plebs in atrium: ponatur

Tribus modis prouidentur bona coram Deo.

Suggeſtio.

Canticor.4. Delectatio.

Hiere.17. Intentio.

Ezech.18.

Pſal.37. Ibidèm.

Pſal.76.

Quomodò reſiſtendũ ſuggerenti peccatum.

Digitized by Google

natur ad eius portam ianitor cuius nomen eſt recordatio propriæ profeſſionis, vt cùm turpibus ſeſe cogitationibus ſenſerit animus prægrauari, increpet ſe, & dicat ſibi: Túne hęc debes cogitare, qui ſacerdos es, qui clericus es, qui monachus es? Cultor iuſtitiæ debet in ſe huiuſmodi quicquam admittere? decet ſeruum Chriſti, amatorem Dei, tale aliquid vel ad modicum meditari? Hæc dicendo excludes fluxum illicitæ cogitationis per recordationem propriæ profeſſionis. Similiter ad portam voluntatis, in qua ſolent manere carnalia deſideria tanquàm in domo domeſtica familia, ſtatuatur oſtiarius qui vocatur recordatio cęleſtis patrię. Hic enim poteſt prauum deſiderium quaſi cuneus cuneum expellere, & ipſum qui ait: Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſine cunctatione recipere. Iam verò ad thalamum rationis talis & tam ferox adhibendus eſt cuſtos qui nemini parcat, ſed quicunq; hoſtis ſiue clàm ſiue palàm ingredi præſumpſerit, procùl eũ arceat: & hic ſit recordatio gehennæ. In cæteris ſiquidem, id eſt, memoria & voluntate, non ità eſt intolerabile, ſi vel memoria recipiat quandoquè vagam cogitationem, vel voluntas impuram affectionem. Hoc verò grauiſſimũ eſt & omninò damnoſum, ſi vnquàm ratio perdiderit intentionis rectitudinem.

Contra delectationem peccati. *Apoc.3.* *Contra intentionem malam.*

6. ITEM ſermone quadrageſimonono in Cantica: Et quomodo (ais) ego proficere poſſum, qui fratri proficienti inuideo? Si doles quòd inuides, ſentis, ſed non conſentis. Paſſio eſt quandoq; ſananda, non actio condẽnanda. Tantùm non illic reſideas iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, ſatisfacias peſti, perſequaris inſontem, benè ab illo geſta calumniando, deprimendo, peruertendo, atq; impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti & extendenti ſe ad meliora quod iam non ipſe operatur, ſed quod habitat in eo peccatum. Non eſt ergò damnatio illi qui non dat membra ſua arma iniquitati, non linguam ad detrahendum, non quicquam reliqui corporis ad lædendum nocendúmve aliquo modo, magìs autem confunditur ſic ſe eſſe malè affectum: & inolitum ex longo vitium, confitendo, flendo, orando conatur expellere: & cùm non præualet, mitior indè ad omnes, atque apud ſe humilior inuenitur. Quis ſanè ſapiens hominem damnet, qui à Domino didicit mitis eſſe, & humilis corde? Abſit vt inueniatur expers ſalutis imitator Saluatoris ſponſi Eccleſiæ Domini noſtri.

Non ſentire, ſed cõſentire peccatũ eſt. *Rom.6.* *Matth.11.*

7. AD Romanos duodecimo: Obſecro itaq; vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacẽs, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Odientes malum, adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicèm diligentes. Honore inuicèm præuenientes, Solicitudine non pigri. Spiritu feruentes, Domino ſeruientes. Spe gaudentes, In tribulatione patientes. Orationi inſtantes. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes. Hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, & flere cũ flentibus. Idipſum inuicèm ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quòd ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Deut.32.
Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, Prou.25.
potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

8. AD Epheſios quarto: Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicèm membra. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magìs autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vndè tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

9. AD Philippenſes quarto: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. De cætero fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſiqua virtus, ſiqua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me.

1. B. ECCLESIASTICI decimooctauo,
2. GENESIS quarto, vt in textu.
3. AD Epheſios ſexto: De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduersùs inſidias diaboli. quoniam non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem & ſanguinem: ſed aduersùs principes & poteſtates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergò ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricã iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. & galeam ſalutis aſſumite, & gladiũ ſpiritus, (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis: & pro me.
4. AD Hebræos duodecimo: Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùm ſemetipſum contradictionem: vt nè fatigemini, animis veſtris deficientes. Nondùm enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduersùs peccatum repugnantes.

DE SE-

Digitized by Google

DE SEPTEM PECCATIS CAPITALIBVS.

I.

Quæ ſunt peccata præcipuè animaduertenda?

EA nimirùm, quæ dicuntur Capitalia, quòd ſint veluti fontes vel capita reliquorum, & è quibus velut ex corrupta radice, peſtiferi planè fructus naſcuntur, & longa quaſi ſtirpe omnis generis vitia, turpitudines, ſcandala, damna, corruptelæ, ac peſtes humani generis deſcendunt, & vi magna profluunt.

II.

Quot ſunt peccata eiuſmodi Capitalia?

SEPTEM, quæ ſic numerantur: Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Acedia. Sed vt hæc maximo ſemper odio perſequenda fugiendaque, ſic Virtutes ſeptem, quæ peccatis illis opponuntur, ſummo quidem ſtudio & amore, ſi vitam animæ quærimus, ſunt conſectandæ. Superbiæ contraria eſt [a] Humilitas, Auaritiæ [b] Liberalitas, Luxuriæ [c] Caſtitas: cum Inuidia pugnat [d] Charitas, Gulæ opponitur [e] Abſtinentia, Iræ [f] Patientia: demùm Acediæ Deuotio, [g] ſeu pia ſedulitas, ſedulaque pietas aduerſatur.

De his Greg. lib. 3. Moral. ca 31. & Caſſianus Collatione 5. Item lib. 5. & ſequentib.
a Coloſſ. 3. b
b 2. Cor. 9. b
c Act. 24 g
d 1. Cor. 13. b
e Eccli 31. b d
f Heb. 10. g
g 1. Cor. 15. g

TESTIMONIA.

1. AD Coloſſenſes tertio: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem &c.

2. POSTERIORIS ad Corinthios nono: Neceſſarium exiſtimaui rogare fratres, vt perueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic quaſi benedictionem, non tanquàm auaritiam. Hoc autem dico, Qui parcè ſeminat, parcè & metet. & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia aut ex neceſſitate. hilarem enim datorem diligit Deus.

3. ACTORVM vigeſimoquarto: Diſputante autem illo (Paulo) de iuſtitia & caſtitate &c.

4. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c.

5. ECCLESIASTICI trigeſimoprimo: Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur, vt non cùm manducas multùm, odio habearis. Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe, nè fortè offendas. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis nè extendas manum tuam: nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem. Ignis probat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum. Aequa vita hominibus vinum in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Vinum multùm potatum, iritationem & iram & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multùm potatum. Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minorans virtutem, & faciens vulnera.

6. AD Hebræos decimo: Patientia vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

7. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

III.

Quid eſt Superbia, & quas gignit filias?

A. SVPERBIA [a] eſt inordinatus appetitus excellentiæ, ſiue intùs lateat in animo, ſiue extrinſecùs etiam ſeſe prodat.

B. Hæc vitiorum quidem omnium mater, princeps ac [b] regina eſt: quæ præcipuè infelicem hanc ſobolem gignit, [c] Inobedientiam, iactantiam, hypocriſim, contentionem, pertinaciam, diſcordiam, curioſitatem.

C. Vt autem delictum hoc maximum caueatur, Tobias in hunc modum admonet: [d] *Superbiam nunquàm in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipſa enim* [e] *initium ſumpſit omnis perditio.* Hinc Apoſtolica illa doctrina: [f] *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Immò ſi Eccleſiaſtico credimus, [g] *Odibilis eſt coram Deo & hominibus ſuperbia. Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus. Quid ergò ſuperbis terra & cinis?*

a Vide Chryſ. hõ. 43. ad po. Antioch. Bernar. de grad. humil. Greg. 34. Moral. ca. 17. & ſeq. & lib. 23. cap. 7. Proſp. ad Demet. Iſido. de ſummo bono, lib. 2. cap. 38. Fulgẽt. epiſt. 3. cap. 16. & 17.
b Greg. li. 31. Moral. cap. 31. Proſper lib. 3. de vita contemp. cap. 2. Auguſt. epiſt. 56. Bernar. ſer. 3. ex paruis, & ſer. 4. de aduentu.
c Deuter. 17. c Sapient. 5 b Matt. 23. c d Prou. 13. b Gen. 49. a Prou. 6. c 1. Tim. 5. b
d Tob. 4. c
e Eccli 10. b Chryſoſt. homil. 8. in Ioannem.
f Iacob. 4. b 1. Pet. 5. b
g Eccli 10. a
Ibidèm c
Ibidèm b

TESTIMONIA.

1\. A. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimatertia ad populum Antiochenum: Quemadmodùm ſæui quidem venti, in tranquillum mare delati, totum ab imo ſubruunt, vt & arena cum vndis miſceatur: ſic & ambitio & turpis quęſtus animam ſubeuntes, omnia ſubuertunt. Excæcat mentis intuitum, pręſertim glorię furor: nam pecunias quidem contemnere, volenti ſatis eſt facilè: honorem autem à multis collatum deſpicere, multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, angelicæ cuiuſdam animæ, ipſum cæleſtis teſtudinis verticem tangentis. Cogita, cùm gloriam concupiſcis, quòd eam ſis aſſecutus, & diſce finem, & nihil inuenies. Cogita, quantam ea res habeat iacturam, quot & qualibus bonis priuet. Labores quidem ſuſtinebit atque pericula, fructibus autem priuabitur & certaminum præmijs. Cùm aliquid boni faciens cogites, quòd & hominibus oportet oſtendere, & ſolicitus ſis vt videatur: cogita quòd Deus videt, & omnem illam extingues concupiſcentiam. De terra recede, & ad illud cæleſte reſpicias theatrum. Homines licèt laudauerint, mox tamen accuſant vel inuident, vel carpunt: vel ſi hoc non fecerint, nihil tamen omninò laudato proſunt. Deus tamen non ità, ſed gaudet noſtra laudans merita. Dixiſti rectè, plauſuſq; conſecutus eſt? Si adiuti quidem ſunt plaudentes, & mutati, & meliores effecti, prioribus abſtinuêre malis, verè gaudendum eſt, non iam collatis laudibus, ſed bona mirabilíque mutatione: ſi verò laudantes quidem & tumultuantes perſeuêrant, nullum autem ex plauſibus fructum reportant, dolendum magìs eſt, quoniam hæc eis in iudicium cedunt & damnationem. Sed in pietate gloriam habes? Si verè quidem ſis pius, & tibi nihil conſcius ſis mali, oportet gaudere, non quoniam videris, ſed quoniã es. Si cùm ſis, multorum quidem gloriam concupiſcis, cogita quòd non hi nobis iudices erunt in illa die, ſed qui latentia perfectè nouit. Si verò tibi peccatorum conſcius, apud omnes mundus eſſe ſuſpicaris, non tantùm gaudere non oportet, verùm & dolere, & amarè gemere, diem continuè cogitantem, in quo omnia reuelantur, in quo abſcõdita tenebrarum illuminantur. Honore delectaris? hunc repelle, ſciens quòd te debitorem conſtituit. Honorem tibi prębet nemo? & in hoc gaudendum eſt. Nõ enim cum alijs & hoc tibi Deus improperabit, quòd honore delectatus es. Hoc ſaltem lucraris, quòd maiori ſupplicio nõ eris obnoxius. Anima nanq; cupiens honorem & glorificari, non videbit regnũ cælorum. Non meus eſt hic ſermo, ſed ſpiritus ſancti. Non videbit, licèt virtutem operetur. ait enim: Receperunt mercedem ſuam. Non prohibeo optare gloriam, ſed veram volo gloriam, quæ eſt à Deo: cuius laus eſt, inquit, non ex hominibus, ſed ex Deo. In abſcondito ſimus pij, non multo circundati faſtu, & oſtentatione, & ſimulatione. Ouis pellem abijciamus, ſed potiùs oues efficiamur. Nihil hominum gloria vilius. Dic enim mihi, ſi paruulorum videas puerorũ multitudinem, lactentium dico, nunquid ab eis gloriam concupiſces? ſic erga cunctos homines diſponaris propter gloriã. Idcircò cenodoxia dicitur. Nõnne vides perſonas, quas in ſcena verſantes induuntur, quàm ſint pulchræ quidem, quàm verò ſplendidæ, quàm ad extremam pulchritudinis perfectionem effictæ? Potes mihi talem adſpectum in veritate monſtrare? Nequaquàm. Quia vacuæ ſunt, & imitantur pulchritudinem: pulchritudo tamen non ſunt. Similiter & gloria inanis. Cùm nolis gloriam contemnere, dic: Par Deo fio, ſi contempſero: & ſtatim contemnes. Non enim poteſt gloriæ ſeruus homo, non omnium ſeruus eſſe, & ipſis ſeruilior mancipijs. Sicut eſt modeſtiæ principium ieiuniũ, id eſt, fundamentũ & conſtitutio: ſic & peccati ſuperbia: & ab ea omne peccatũ inchoatur. Ex ſuperbia naſcitur pauperũ deſpectus, pecuniarum concupiſcentia, amor principatus, multæ deſiderium gloriæ. Elatus, etiam nec à maioribus, nedùm ab inferioribus, contumeliam pati ſuſtinet: qui verò contumelia non tolerat affici, neq; malè pati ſuſtinebit. Qui nouit quòd Dei filius ſe tantum humiliauit, nõ extollitur. Si Deus contritum diligit ſpiritum, econtrà ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam: nullum itaq; malũ par elationi: hominem reddit dęmonem, contumeliatorẽ, blaſphemum, periurũ: cædes facit, & homicidia cupere. Elatus, ſemper in doloribus viuit, ſemper indignatur, ſemper mœret. Nihil eſt quod eius poſſit explere libidinẽ: ſi vel regem viderit ſupplicantem & adorantem, nõ eſt ſatiatus, ſed magìs accenſus. Sicut enim auari quanto plura ceperint, tanto pluribus egent: itidèm & ſuperbi, quanto maiori funguntur honore, tanto plus concupiſcunt. Iam naturæ terminos tranſcenderunt curioſi, & ſuperflua ſatagentes, quantumcunq; paſſi fuerint, non ſiſtunt. Igitur quomodò ſuperbiã extinguere poſſumus? Si Deũ agnoſcamus. Nam ſi ex ignorantia Dei naſcitur, cùm ipſum agnouerimus, expellitur omnis inſolentia. Cogita gehennam, cogita multo meliores te: cogita quòd Deo pœnas debeas. Sed non potes iſta facere, es imbecillior: cogita pręſentia, ipſam humanam naturam, quàm nihil ſit homo. Cùm videris in foro mortuum efferri, orphanos ſequentes filios, vxorem viduam plangentẽ, præſentium rerum vilitatem cogita, & quòd ab vmbra ſomnijſq; nihil differunt. Sed non vis hoc: at cogita prædiuites in bellis temerè pereuntes: magnarum & illuſtrium domos conſidera nunc ſolo proſtratas: conſidera quantũ potuerunt, & nunc nec eorũ quidem memoria remanet. Per ſingulos enim dies, ſi velis, horũ exẽpla reperies, magiſtratuũ ſucceſſiones, proſcriptiones diuitum. Cogita cùm dormis, quo ſis dignus: nónne vel minima beſtia te poſſet interimere? Multis enim à tecto frequẽter illata breuis beſtiola vel oculum eruit, vel alicuius alterius periculi cauſam attulit

2\. BERNARDVS in tractatu de gradibus humilitatis, hos duodecim enumerat ſuperbiæ gradus: Curioſitatem, Leuitatem animi, Ineptam lętitiam, Iactantiam, Singularitatem, Arrogantiam, Præſumptionem, Defenſionem peccatorum, Simulatam confeſſionem, Rebellionem, Libertatem peccandi, Conſuetudinem peccandi.

3\. GREGORIVS libro trigeſimoquarto Moralium, capite decimoſeptimo: Notandum quòd Leuiathan iſte, qui per corpoream beſtiam deſignatur, ſublimè videre deſcribitur: quia videlicet cordis ſuperbia cùm exteriùs vſque ad corpus extenditur, priùs per oculos iudicatur. Ipſi quippe per faſtũ tumoris inflati, quaſi ex ſublimi reſpiciunt, & quo ſe deprimunt, altiùs extollunt. Niſi enim ſuperbia per oculos quaſi per quaſdam ſe feneſtras oſtenderet, nequaquàm Deo Pſalmiſta dixiſſet: Populum humilem ſaluũ facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Et paulò pòſt: Vt Leuiathan iſte in cunctis quæ ſuperiùs dicta ſunt, caderet: ſola ſe ſuperbia perculit. Neq; enim per tot illos vitiorum ramos areſceret, niſi per hanc priùs in radice putruiſſet. Scriptũ eſt nanque: Omnis peccati initium ſuperbia. Per hanc enim ipſe ſuccubuit, per hanc ſe ſequentem hominem ſtrauit. Et poſt pauca: Sicut enim inferiùs radix tegitur, ſed ab illa rami extrinſecùs expanduntur: ità ſe ſuperbia extrinſecùs celat, ſed ab illa protinùs aperta vitia pullulant. Nulla quippe mala ad publicum prodirent, niſi hæc mentem in occulto conſtringeret. Hęc eſt quę Leuiathan iſtiùs ſenſum ferueſcere ſicut ollã facit. Vndè & humanas mentes in quodam feruore inſaniæ concutit, ſed per aperta opera qualiter concuſſi animam euertat, oſten-

Modus & ratio vanæ glorię cupiditatẽ reſtringendi.

Matth. 6.

Rom. 2.

Nihil hominum gloria vilius.

Omne genus peccati ex ſuperbia naſcitur.

Pſal. 50.

1. Pet. 5.

Hominẽ reddit dæmonẽ.

Superbia quomodo comprimatur.

Iob 41.

Pſal. 17.

Eccli 10.

Vitiorum radix ſuperbia.

Digitized by Google

oſtendit. Intùs nanque priùs ebullit in elatione, quod foris poſtmodùm ſpumat in opere.

4. ET capite decimooctauo: Alia vitia eas ſolummodò virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruuntur: vt videlicet ira patientiam, gaſtrimargia abſtinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquàm vnius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animæ membra ſe erigit, & quaſi generalis ac peſtifer morbus corpus omne corrumpit. Et paulò pòſt: Quiſquis verò eius in ſe tyrannidem captiua mente ſuſceperit, hoc primum damnum patitur, quòd clauſo cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab alijs benè geruntur, diſplicent: & ſola ei quæ ipſe vel prauè egerit, placent. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur quæ ipſe facit.

Sup̄bia omnibus virtutibus aduerſatur.

Iudicij æquitatem peruertit.

5. ITEM capite vigeſimo: Cūctis ſuperba apud ſe cogitatione tumentibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rācor in reſponſione. Horum mens ſemper eſt ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad laceſſendos verò alios importuna: ad ea quæ facere & debet & præualet, ignaua: ad ea autem quæ facere nec debet, nec præualet, parata. Hæc in eo quod ſpontè non appetit, nulla exhortatione flectitur: ad hoc autem, quod latenter deſiderat, quærit vt cogatur: quia dum metuit ex deſiderio ſuo vileſcere, optat vim in ipſa ſua voluntate tolerare.

Externi mores & geſtus ſuperborum.

6. CAPITE vigeſimoſecundo: Ad hoc vnigenitus Dei filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit, ad hoc inuiſibilis, non ſolùm viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionumq́; tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus.

7. CAPITE vigeſimotertio: Quia igitur redemptor noſter corda regit humilium, & Leuiathan iſte rex dicitur ſuperborum, apertè cognoſcimus quòd euidentiſſimum reproborū ſignum, ſuperbia eſt: at contrà, humilitas, electorū. Cùm ergò quam quiſque habeat, cognoſcitur: ſub quo rege militet, inuenitur.

Iob 41.
Euidentiſſimum reproborum ſignū eſt ſuperbia.

8. IDEM libro vigeſimotertio Moralium, capite ſeptimo: Quatuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cùm bonum aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant, aut ſi ſibi datum deſupèr credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant: aut certè cùm iactant ſe habere quod non habēt, aut deſpectis cęteris ſingulariter videri appetunt habere quod habent. A ſemetipſo enim bonum ſe habere iactabat, cui per Apoſtolum dicitur: Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Rursùm, nè dari nobis bonum gratiæ pro noſtris præcedentibus meritis crederemus, idē Apoſtolus admonet, dicens: Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donū eſt, non ex operibus, vt nè quis glorietur. Qui etiā de ſemetipſo ait: Qui priùs fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiam conſecutus ſum. Quibus verbis apertè declarat, quòd gratia non pro meritis tribuatur, dum ex ſeipſo docuit, & quid de malitia meruit, & quid de beneuolentia accepit. Rursùm nonnulli iactant ſe habere, quod non habent, ſicut diuina voce per Prophetam de Moab dicitur: Superbiam eius & arrogantiam eius ego nóui, & quòd non ſit iuxta eum virtus eius. Et ſicut Angelo Eccleſię Laodicęæ dicitur: Quia dicis quòd diues ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Rursùm nonnulli, deſpectis cæteris, videri appetunt ſingulariter bonum habere quod habent. Vndè & Phariſæus idcircò de templo abſque iuſtificatione deſcendit: quia bonorum operum meritum ſibi quaſi ſingulariter tribuens, oranti publicano ſe prætulit. Sancti quoquè Apoſtoli ab hoc elationis vitio reuocantur, qui de prædicatione redeuntes, cùm elati dicerent: Domine, in nomine tuo etiam dæmonia nobis ſubiecta ſunt: nè de hac miraculorum ſingularitate gauderent, ilicò eis reſpondit Dominus, dicens: Videbam Satanam velut fulgur de cælo cadentem. Ipſe quippe ſingulariter elatus dixerat: Super aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis: ſimilis ero Altiſſimo. Et mirè Dominus vt in diſcipulorum cordibus elationem premeret, mox iudiciū ruinæ retulit, quod ipſe magiſter elationis accepit: vt in authore ſuperbiæ diſcerent, quid de elationis vitio formidarent. In hac itaque arrogantię quarta ſpecie crebrò humanus animus labitur: vt id quod habet, habere ſe ſingulariter glorietur. In qua tamen ſimilitudini diabolicæ viciniùs appropinquat: quia quiſquis bonum ſe habere ſingulariter gaudet, quiſquis videri ſublimior cæteris quærit, illū videlicet imitatur, qui deſpecto bono ſocietatis angelorum, ſedem ſuam ad Aquilonem ponens, & Altiſſimi ſimilitudinem ſuperbè appetens, per iniquum deſiderium quaſi ad quoddam culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere.

Species ſuperbiæ quatuor.
Prima.
1. Cor. 4.
Secunda.
Epheſ. 2.
1. Tim. 1.
Tertia.
Hierem. 48.
Apoc. 3.
Quarta.
Lucæ 18.
Lucæ 10.
Eſaiæ 14.
Superbiæ quarta ſpecies hominem diabolo ſimilem facit.

9. PROSPER Regienſis Epiſcopus in epiſtola ad virginem Demetriadem: Si quis eſt, qui aliqua ſe habere exiſtimat bona, quorum non Deus largitor ſit, ſed ipſe ſibi author exiſtat: manifeſtum eſt, hunc non Dei ſpiritum habere, ſed mundi, & de illa ſecularis ſapientię tumere doctrina, de qua dicit Dominus: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Inter omnes lapſus hominum, inter omnia commiſſa peccantium, nulla eſt grauior quàm ſuperborum ruina, maximè cùm ipſa elatio in Dei tendit iniuriam. Nam aliter inflantur, qui cupiditate extollentiæ ſingularis omnibus appetunt anteferri: aliter verò intumeſcunt, qui Dei auxilium refutantes, quæ fieri ſine ipſius opere non poſſunt, ex ſua perfici virtute contendunt, & ſpem ſuam à Domino auferunt, atq; ad ſe transferunt, vt adimpleatur in eis quod ſcriptum eſt: Maledictus homo, qui ſpem habet in homine, & firmat carnem brachij ſui, & à Domino diſcedit cor eius. Hæc ſuperbia à diabolo ſumpſit exordium: qui quoniam ſua quam à creatore acceperat, potentia & dignitate ſibi placuit, ſeq; authoris ſui gloriæ comparauit, cum ijs angelis, quos in conſenſu impietatis ſuæ traxerat, à cæleſti ſublimitate deiectus eſt. Et ideò primis hominibus nocere potuit: quia illis malè credulis per mendacia venenata perſuaſit, vt meliores ſe futuros putarent, ſi in libertate ſui arbitrij proſilirent, quàm ſi in legis datæ cuſtodia permanerent. Siue itaque in lapſu diaboli, ſiue in præuaricatione hominis, initiū peccati ſuperbia eſt: quæ congruenter & auaritia nominatur, quia vtraque appellatio eum ſignificat appetitum, qui & ſuam menſuram cōcupiſcat excedere, & non dignetur diues eſſe niſì proprijs: tanquàm habeat hoc ſimile Deo, vt bonorum ſuorum ipſe ſibi fons, ipſe ſibi ſit copia. Et paulò pòſt: Quia inter vitia aut nulla eſt, aut rara iactantia, & facilè ſpernitur qui de opprobrio gloriatur: malum ſuperbiæ maximè virtutibus eſt cauendū, quia nullis opportuniùs inſidiatur, quàm quibus laus iuſta debetur. Multi enim ſeruientes Deo, & in lege eius die ac nocte meditantes, crucifixerunt carnem ſuam cum deſiderijs & concupiſcentijs, omniumq́; illecebrarū incentiua domuerunt, non damnis victi, non perſecutionibus fracti, non proſperitatibus deprauati, mundū iſtum nec dilexêre obſequētem, nec timuêre terrentem. Tantam itaq; firmitatem, & tam ſublime propo-

Omnis boni author Deus agnoſcēdus.
1. Cor. 1.
Iſa. 29. & 33. iuxta LXX.
Nulla grauior q̄ ſuperborum ruina.
Hierem. 17.
Eſaiæ 14.
Geneſ. 3.
Superbia virtutibus & ijs qui virtute præditi ſunt, maximè inſidiatur.

Digitized by Google

ſitum qua impugnatione diabolus poſſet adoriri, niſi vt quibus non potuerat perſuadere vitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem: & indè nouiſſimè inſtrueretur tentatio, vndè nocuit prima deceptio? Non itaque deſidioſis & tepidis, neque inertibus & incultis, ſed magis quibuſdam animis ſedulis & bonorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepſit humanam: & quos impulſione non mouit, elatione deiecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores ſuis inuenit inſidijs. Sed ſolicitudo nos Apoſtoli contra hoc periculum monet, dicens: Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quanto ergò excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto maiores habent cauſas formidinis & tremoris: nè de ipſis probitatis augmentis mens ſibi conſcia, & laudis auida, in ſuperbiæ rapiatur exceſſus, & fiat immunda vanitate, dum ſibi videtur clara virtute. Si ergò omnia quæ ad vitã & pietatem pertinent, Deus nobis diuina ſua virtute donauit: nihil magìs fugiendum eſt, quàm appetitus huius concupiſcentiæ: quæ virtutem negat diuini operis, amore propriæ dignitatis. Et cùm aliæ cupiditates ea tantùm bona, quibus aduerſantur, imminuant: hæc dum omnia ad ſe trahit, ſimul vniuerſa corrumpit. Cùm itaque totius ſuperbiæ generale nomen odioſum ſit, ſiue illa de honore ſuo, ſeu de nobilitate, vel de immodicis opibus intumeſcat: hæc pars ipſius omnibus tentationibus nocentior inuenitur, quæ videtur ijs, quas perditas cupit, amica eſſe virtutibus. Sed quia ſublimiora quæque grauiùs corruunt, gaudet princeps ſuperbiæ, eos quos potuerit ſua impulſione proſternere, ad celſiora creuiſſe. Et poſt pauca: Inflatio & ambitio, & propriorum bonorum ſuperba defenſio, poſſunt deſtruere eleemoſynas, poſſunt euacuare martyria: ſi & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat, & ſæua ſupplicia non ea fortitudine quam Deus tribuit, ſed ea quam de ſe præſumpſit, excipiat.

Philip. 2.

Superbia omnia bona corrumpit.

10. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite trigeſimooctauo: Omnis peccans ſuperbus eſt, eò quòd faciendo vitia, contemptui habeat diuina præcepta. Rectè ergò initium omnis peccati, ſuperbia: quia niſi præceſſerit mandatorum Dei inobedientia, tranſgreſſionis non ſequitur culpa. Omnis ſuperbia tanto in imo iacet, quanto in altum ſe erigit: tantóque profundiùs labitur, quanto excelſiùs eleuatur. Qui enim per propriam attollitur ſuperbiam, per Dei iuſtitiam inclinatur. Qui inflantur ſuperbia, vento paſcuntur. vndè & Propheta: Omnes, inquit, paſtores tuos paſcet ventus, hoc eſt, ſuperbus ſpiritus. Qui de ſuis virtutibus ſuperbiunt, ex ipſis iudicandi ſunt operibus, quibus pro virtutibus vtũtur: quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam reuerà ſine humilitate virtus quælibet & ſine charitate, in vitio deputatur. Superbia ſicut origo eſt omnium criminum, ità ruina cunctarum virtutũ. Ipſa eſt enim in peccato prima, ipſa in cõflictu poſtrema. Hæc enim prima aut in exordio mentem per peccatum proſternit, aut nouiſſimè de virtutibus eijcit. Indè & omnium peccatorum eſt maxima, quia tam per virtutes, quàm per vitia humanam mentem exterminat. Ibi cadit ſuperbia, vbi & naſcitur, vt non ſit ſuperbis aliud culpa, aliud pœna, ſed ipſa culpa ſit illis & pœna. De ſuperbia naſcitur arrogantia, non de arrogantia naſcitur ſuperbia. Nam niſi præceſſerit occulta elatio mentis, non ſequitur aperta iactantia laudis. Ità ergò in culpa præponitur ſuperbia arrogantiæ, ſicut præfertur ex origine. Vtilius eſt arroganti in quocunque vitio labi, & humilem, poſt caſum, Deo fieri, quàm per elationem ſuperbire, grauioremq; ruinam & damnationem per ſuperbiam ſumere.

Omnis peccans ſuperbus eſt. Eccli 10.

Hierem. 22.

Ruina eſt omnium virtutum, ſuperbia.

11. FVLGENTIVS Epiſtola tertia ad Probam de virginitate, capite decimoſexto: Superbia ideò initium omnis peccati dicitur, vt omne peccatum de ipſa tanquàm de radice pullulare monſtretur: quæ multiplici modo miſeris inferens mortem, publico certamine carnales deijcit: ſpiritales verò, ſi quos incautos inuenerit, occultiore conflictu proſternit. Quis enim neſciat fornicarios, idolis ſeruientes, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrios, maledicos, rapaces, ſuperbas aduersùs Deum ceruices erigere, & nequiſſimis operibus magìs diabolo militare? Sunt alij, quos in conſpectu hominum ſuperbia tanquàm ſuos demonſtrat hoſtes, & intrinſecùs habet nequiſſimos milites. Ab his iniquitas callidè geritur, vt humanis obtutibus iuſtitia fallaciter oſtendatur. Hos Dominus noſter ſic increpat: Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra. Quos vt ſuperbos euidenter oſtenderet, ſequutus adiunxit: Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Dominum. Ad eos etiam qui ſub Chriſtiana profeſſione viuunt, & Chriſti præcepta manifeſtè peccando contemnunt, ſic ipſe Chriſtus loquitur: Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Tales gentium quoque doctor his verbis obiurgat: Confitentur ſe nôſſe Deum, factis autem negant: cùm ſint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Nam & beatus Iacobus dicit: Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poteſt fides ſaluare eum? Humilitas ergò (quam docuit Chriſtus, dicens: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.) non in ſola conſiſtit fide, ſed in fide ſimul & opere. Nam ſcriptum eſt: Quia & dæmones credunt & contremiſcunt, qui tamen Deo humiles non ſunt. Vndè etiam Apoſtolus Paulus aſſerit, quia ſapientia carnis inimica eſt Deo. Legi enim Dei non ſubijcitur, nec enim poteſt. Quæ ſapientia, ſecundùm Iacobi ſententiam, non eſt deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.

Eccli 10.

Superbia cur dicatur omis peccati initium.

Hypocritarũ ſuperbia.

Lucæ 16.

Lucæ 6.

Tit. 1.

Iacob. 2.

Humilitas non in ſola fide conſiſtit. Matth. 11.

Iacob. 2.

Rom. 8.

Iacob. 3.

12. ET capite decimoſeptimo: Manifeſta igitur ſuperbia depræhenditur, cùm manifeſtè peccatur. Attamen cùm fuco iuſtitiæ iniquitas tegitur, illa ſuperbiæ peſtilentia venenoſiùs ſerpit, illa periculoſiùs irrepit: cùm ab his qui iuſtitiæ ſtudium gerunt, vel aliorum vita tanquàm indigna deſpicitur, vel in operibus bonis aliquid humanis viribus aſſignatur. Illa deniquè ſuperbia, qua cæteri ab his qui ſibi iuſti videntur, velut peccatores deſpiciuntur, in Phariſæo condemnatur. Sicut enim ſanctus Euangeliſta teſtatur, dicens: Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquàm iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtã: Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſæus, & alter publicanus &c. In conſpectu iudicis miſericordis & iuſti, non eſt accepta ſuperba iactatio bonorum operum, ſed humilis confeſſio peccatorum. Illi etiam qui virtutem bonæ voluntatis aut bonæ operationis ſuis nituntur ſuperbè viribus aſſignare, ab Apoſtolo taliter denotantur: Quia ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuã quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. In ſua igitur iniuſtitia profectò deficit, qui iuſtitiæ Dei ſuperba colla non ſubijcit. In his itaque quatuor ſuperbiæ generibus, quibus diabolus velut quadrigis vehitur, & ad gehennam miſerorũ quibus inſidet, mortifero curſu raptatur, duobus animas opprimit, quas in carne iacentes perſpicit, alijs duobus animas deijcit, quas de carne volare cognoſcit. Iſtas captiuat delectatione vitiorum: illas circumuenit elatione virtutum. Illarum ſic virginitatem præripit, vt ſe fornicari non dubitent: iſtas ſic conſtuprat & maculat, vt ſe conculcari non æſtiment.

Manifeſta & occulta ſuperbia.

Lucæ 18.

Rom. 10.

Quatuor ſuperbiæ genera.

I. B. GRE-

Digitized by Google

1. B. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: Ipſa vitiorum regina ſuperbia cùm deuictum plenè cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitijs, quaſi quibuſdam ſuis ducibus deuaſtandum tradit. Quos videlicet duces exercitus ſequitur: quia ex eis proculdubiò importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod meliùs oſtendimus, ſi ipſos duces atque exercitum ſpecialiter, vt poſſumus, enumerando proferamus. Radix quippe cuncti mali, ſuperbia eſt: de qua, ſcriptura atteſtante, dicitur: Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Primæ autem eius ſoboles, ſeptem nimirùm principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur: ſcilicet inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Nam quia his ſuperbiæ vitijs nos captos doluit, idcircò redemptor noſter ad ſpiritale liberationis prælium, ſpiritu ſeptiformis gratiæ plenus venit. Sed habent contra nos hæc ſingula exercitum ſuum. Nam de inani gloria, inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentiones, pertinaciæ, diſcordiæ, & nouitatum præſumptiones oriuntur. De inuidia odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio autem in proſperis naſcitur. De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur. De triſtitia malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita naſcitur. De auaritia proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluuie inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam propagantur. De luxuria cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, horror autem vel deſperatio futuri generantur. Quia ergò ſeptem principalia vitia tantam de ſe vitiorùm multitudinem proferunt, cùm ad cor veniunt, quaſi ſubſequentis exercitus cateruas trahunt. Ex quibus videlicet ſeptem, quinque ſpiritalia, duóque carnalia ſunt. Sed vnumquodque eorum tanta ſibi cognatione iungitur, vt non niſi vnum de altero proferatur. Prima nanque ſuperbiæ ſoboles, inanis eſt gloria, quæ dum oppreſſam mentem corruperit, mox inuidiam gignit: quia nimirùm dum vani nominis potentiam appetit, nè quis hanc alius adipiſci valeat, tabeſcit. Inuidia quoquè iram generat, quia quantò interno liuoris vulnere animus ſauciatur, tantò etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur: & quia quaſi dolens membrum tangitur, idcircò oppoſitæ actionis manus velut grauiùs preſſa ſentitur. Ex ira quoquè triſtitia oritur: quia turbata mens quo ſe inordinatè concutit, eo addicendo confundit: & cùm dulcedinem tranquillitatis amiſerit, nihil hanc niſi ex perturbatione ſubſequens mœror paſcit. Triſtitia quoquè ad auaritiam deriuatur: quia dum confuſum cor, bonum lætitiæ in ſemetipſo intùs amiſerit, vndè conſolari debeat, foris quærit: & tantò magìs exteriora bona adipiſci deſiderat, quantò gaudium non habet, ad quod intrinſecùs recurrat. Poſt hæc verò duo carnalia vitia, id eſt, ventris ingluuies & luxuria, ſuperſunt. Sed cunctis liquet quòd de ventris ingluuie luxuria naſcitur.

Vitiorum regina ſuperbia.
Radix cuncti mali ſupbia.
Eccli 10.
Omnia capitalia vitia oriuntur ex ſuperbia.
Filiæ inanis gloriæ ſiue ſuperbiæ ſpeciatim acceptæ.
Filiæ inuidiæ.
Iræ filiæ.
Acediæ filiæ.
Auaritię filię.
Gulæ filiæ.
Luxuriæ filiæ.
Inter capitalia vitia quædam ſunt carnalia, quædã ſpiritalia.
Quo ordine ex ſe mutuò generentur.

2. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite ſecundo: Scriptura diuina immobilem ſententiam protulit, dicens: Initium, inquit, omnis peccati ſuperbia. Quid poteſt apertiùs, quid probabiliùs dici? Initium, inquit, non alicuius, ſed omnis peccati, ſuperbia: vt euidenter oſtenderet, quòd ipſa ſit peccatorum omnium cauſa: quoniam non ſolùm peccatum eſt ipſa, ſed etiam nullum peccatum fieri potuit, poteſt, aut poterit ſine ipſa. Siquidem nihil aliud omne peccatum, niſi Dei contemptus eſt, quo eius præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia perſuadet hominibus, niſi ſuperbia, quæ etiam in ipſo diabolo, vt diabolus ex angelo fieret, æternæ perditionis extitit cauſa. Denique & ipſe ſciens ſe per ſuperbiam de cæleſtibus corruiſſe, & in hunc caliginoſi aëris carcerem truſum, homini ſubuertendo, quem Deus fecerat ſine vllo peccato, vitium perſuaſit ſerpentina calliditate ſuperbiæ: certus, quòd recepta ſuperbia, quæ eſt malorum omnium cauſa, facilè iam peccata omnia, quæ non niſi ſuperbo concipiuntur animo, perpetraret. Hinc eſt, quòd idem primus homo ſuperbi ſpiritus elatione corruptus, omnem poſteritatem ſuam, quæ in illo radicaliter fuit, neceſſitati corruptionis ac mortalitatis addixit: vt corruptibilis & mortalis effectus, corruptibiles mortaléſque generaret, atque ità quod in illo egerat punienda ſuperbia, in omnibus ex illo natis peccati fieret pœna. Et propterea non eo modo iam poſſumus peccato reſiſtere, ſicut ille potuit.

Eccli 10.
Superbia, omnium peccatorũ cauſa.
Eſaiæ 14.
Lucæ 10.
Geneſ. 3.

3. AVGVSTINVS epiſtola quinquageſimaſexta ad Dioſcorum: Niſi humilitas omnia quæcunque benè facimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit, & propoſita quam intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, iã nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu ſuperbia: vitia quippe cætera in peccatis, ſuperbia verò etiam in rectè factis timenda eſt, nè illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur.

Humilitas quàm neceſſaria ſit.

4. BERNARDVS ſermone tertio ex paruis ſermonibus: Eſt ſuperbia cordis, ſuperbia oris, ſuperbia operis, ſuperbia habitus. Superbia cordis eſt, quando homo in oculis ſuis magnus eſt. Contra quam ſapiens orat, dicens: Extollentiam oculorum meorum nè dederis mihi. Et alibì: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. Superbia oris vel linguæ, quæ & iactantia dicitur, eſt quando homo non ſolùm magna de ſe ſentit, ſed etiam loquitur. Vndè pſalmiſta: Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Superbia operis eſt, quando homo exteriori quadam ſuperbia, vt magnus appareat, agit. De qua idem pſalmiſta ait: Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Superbia habitus eſt, quando homo, vt glorioſus videatur, precioſis ſe ornat veſtibus. Vndè Paulus: Non in veſte precioſa. Et Dominus: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, vbi ſuperbia abundat. Sunt autem quinque, quæ ad remedium tam mortiferæ peſtis, à Domino rationali animæ ſunt poſita, locus, corpus, tentatio diaboli, prædicatio Chriſti, & eius conuerſatio. Locus, quia exilium: corpus, quia oneroſum: tentatio, quia inquietat: Chriſti prædicatio, quia ædificat: & eius conuerſatio, quia informat. His quaſi quinque ſenſibus Deus humilitatem operatur in anima. Sicut enim anima vita eſt corporis, ità Deus vita eſt animę: & ſicut corpus mortuum eſt, quod per quinque ſenſus ab anima nõ vegetatur, ità anima mortua eſt, quæ per hæc à Domino non humiliatur.

Quadruplex ſuperbia.
Cordis.
Eccli 23.
Eſaiæ 5.
Oris.
Pſal. 11.
Operis.
Pſal. 100.
Superbia habitus.
1. Tim. 2.
Matth. 11.
Quinque remedia cõtra ſuperbiam.

5. IDEM ſermone quarto de aduentu Domini: Vtile eſt abſcondere magis quàm oſtentare, ſi quid habemus boni: ſicut & mendici cùm eleemoſynam petunt, non precioſas veſtes oſtendunt, ſed ſeminuda membra aut vlcera, ſi habuerint, vt citiùs ad miſericordiam videntis animus inclinetur. Quam regulam Publicanus ille ſeruauit multò meliùs Phariſæo: & ideò deſcendit iuſtificatus ab illo, id eſt, prę illo. Et poſt pauca: Propter quod & dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Conſidera ſanè in his verbis, quoniã humilitas duplex eſt: altera cognitionis, altera affectionis, quæ hîc dicitur cordis. Priore cognoſcimus

Pulchra ſimilitudo.
Lucæ 18.
Matth. 11.
Duplex humilitas.

Digitized by Google

ſcimus quòd nihil ſumus: & hanc diſcimus à nobiſipſis & ab infirmitate propria: poſteriore calcamus gloriam mundi: & hanc ab illo diſcimus, qui exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens: qui etiam quæſitus in regnum, fugit: quæſitus ad tanta opprobria, & ignominioſum ſupplicium crucis, ſpontè obtulit ſemetipſum.

Philip. 2. Ioan. 6. & 18.

6. DEVTERONOMII decimoſeptimo: Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël: cunctúſque populus audiens, timebit, vt nullus deincèps intumeſcat ſuperbia.

7. SAPIENTIAE quinto: Quid profuit nobis ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſîerunt omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm nuncius præcurrens, &c.

8. MATTHAEI vigeſimotertio: Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes. propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. ſic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intùs autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

9. PROVERBIORVM decimotertio: Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.

10. GENESIS quadrageſimonono: Maledictus furor eorum, quia pertinax.

11. PROVERBIORVM ſexto: Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius: Oculos ſublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium ſanguinem, Cor machinans cogitationes peſſimas, Pedes veloces ad currendum in malum, Proferentem mendacia teſtem fallacem, Et eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

12. PRIORIS ad Timotheum quinto, reprehendens Apoſtolus viduas quaſdam adoleſcentiores: Non ſolùm (inquit) ocioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

1. C. TOBIAE quarto, 2. ECCLESIASTICI decimo, vt in textu.

3. CHRYSOSTOMVS homilia octaua in Ioannem: Cùm Domino eiuſdem ſis reus criminis, eúmque offenderis, alienis commodis doles & ſuperbis, tanquàm tibi ſoli ſit obnoxius cui gratiam largiatur: hoc profectò non inuidiæ tantùm & arrogantiæ, ſed vltimæ dementiæ eſt, & quantumuis grauiſſimis dignum ſupplicijs. Superbiam nanque malorum omnium in te plantâſti radicem. Idcircò ſapiens principium eam peccati, hoc eſt, radicem fontémque & matrem appellauit. Per hanc primus homo à beata illa paradiſi ſede deiectus eſt, per hanc qui eum decepit diabolus à tantæ dignitatis faſtigio décidit. Quare cùm verſutus ipſe atque ſceleſtus huius peccati naturam vímque intelligat, quòd ex ipſo etiam cælo poſſit creaturam deijcere, hanc viam aggreſſus eſt. Cùm Adam è tanta gloria deturbauit, quippe cùm Deo ſimilem eum futurum polliceretur, ſuperbia extulit, & ad ima præcipitem deuoluit. Nihil enim tam alienum à diuino amore hominem reddit. Nihil tam facilè in gehennam intrudit quàm ſuperbiæ inſania, ſub qua omnis noſtra vita immunda eſt, quanuis pudicitia, virginitate, ieiunio, orationibus, eleemoſyna, quanuis omni denique virtute præſtemus. Immundus, inquit, apud Deum omnis ſuperbus. Coërceamus ergo hanc animi elationem, hunc faſtum penitùs tollamus, ſi mundi eſſe, & eo, quod diabolo paratum eſt, ſupplicio volumus liberari. Quòd enim ſuperbus, eodem quo diabolus cruciatu damnetur: audi Paulum, Non neophytum, nè in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Quod in iudicium? quem in laqueum? in eandem damnationem, & in idem ſupplicium. Quonam igitur pacto hoc euitare diſcrimen poteris? ſi tecum eius naturam, multitudinem ſcelerum, tormentorum magnitudinem, & eorũ, quæ in hac vita pulchra videntur, fluxum, imbecillitatémque nihil à fœno differentem & vernis floribus languidiorem reputabis. Si hæ frequenter animo inſederint cogitationes, & eorum qui rectè vixerint, meminerimus: nullo nos conatu, nullis viribus diabolus inflare poterit, neque occaſionem vllam, aut cauſam qua nos oppugnet, inuenerit.

Eccli 10. Eſaiæ 14. Geneſ. 3. Nil tam alienum à Dei amore hominem reddit atquè ſuperbia. 1. Tim. 3. Superbia quomodò vitari poſſit.

4. IACOBI quarto, 5. PRIORIS Petri quinto, 6. ECCLESIASTICI decimo, vt in textu.

IIII.

Quid eſt Auaritia, & quarum filiarum mater?

A. AVARITIA [a] eſt habendi appetitus inordinatus. Auarus enim rectè iudicatur, non ſolùm qui rapit, ſed etiam qui concupiſcit aliena, vel cupidè ſeruat ſua.

B. Filiæ [b] ſunt huius peſſimæ matris, Proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, immiſericordia, ſeu inhumanitas, & cordis durities.

C. Damnat hoc vitium Apoſtolus, [c] vt Idolorum ſeruitutem dixerit: ac prætereà ità ſcribit: [d] *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & deſideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.* Et alibì ſcriptum habemus: [e] *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* Item, *Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic & animam ſuam venalem habet.* Et CHRISTVS ipſe teſtatur: [f] *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.* Et iterùm: *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum.* Quod Paulus etiam explicatiùs reddens, ità monet: [g] *Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim dixit, Non te deſeram neque derelinquam: ità vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor.* [h] *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.*

a Cõſule Baſil. in diteſcẽtes & auaros, homil. 6. & 7. Proſper. lib. 2. de vita contempl. c. 15. & 16. Iſidor. de ſummo bono lib. 2. cap. 41. Aug. lib. 3. de libero arb. c. 17. & ſermo. 196. de temp. Ambro. in lib. de Nabuthe Iezraelita. lib. 1. de Cain & Abel. cap. 5.
b Greg. lib. 31. Moral. ca. 31 2. Timo. 3. a 1. Corinth. 6. b Eccli 11. d Zachar. 8. c Matth. 6. d Prou. 22. d 21. b
c Col. 3. a Epheſ. 5. b
d 1. Tim. 6. b Eſa. 5. b Marc. 10. d Abac. 2. b Iaco. 5. a Eccli 31. a Baruch 3. b Pſal. 48. c d b
e Eccli 10. b Ibidèm.
f Matth. 6. e Chryſoſt. homil. 7. in Ioan. Ibidèm. d
g Hebr. 13. a Lucæ 12. b
h 1. Timo. 6. b

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA.

Lucæ 12
Totam hanc homiliã Baſilij D. Ambroſius etiã trãſtulit: eſtq; inter ſermones eius octogeſimus primus.

1. A. BASILIVS homilia in dictum illud Euangelij, Deſtruam horrea mea, & maiora ædificabo: quæ eſt ſexta inter homilias Baſilij variorum argumentorum: Exemplum accuſati diuitis tibi vbiquè occurrat: qui quidem præſentia cuſtodiens, & de futurorum ſpe anxiè ſolicitus, & incertus num eſſet victurus craſtinò, hodiè peccando diem anteuertit craſtinum. Nondùm collegit fructus, & iam auaritiæ iudicium & condemnationem accepit. Quando terrena ſapis, & Deum habes ventrem, totus quoquè caro effectus, vitioſis affectibus obſequeris, audi te dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, ſed ipſe Dominus indidit: Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent: quæ autem præparâſti, cuius erunt? Habes, ſi vis, apothecas ventres pauperum, theſauriza tibi theſauros in cælo. Quæ illic reconduntur, ea neutiquàm depaſcuntur tineæ, nulla depopulatur caries aut erodit, nulli ſuppilant prædones. Dixeris: Atquì tũ in indigos diſpartiar, quum horrea ſecunda compleuero. Longa tibi vitæ tempora præfixiſti: vide nè te illud tempus quod certo ac præſtituto termino accelerare ſolet, fortè corripiat. Et profectò vitam ſibi hoc modo confidentiùs polliceri, non bonitatis, ſed malitiæ eſt indicium. Vitam nanque tibi polliceris, non vt poſthàc ſis liberalior, aut tribuas: ſed vt inſtantem mendicum à te propulſes. Eſuriens fame abſumitur, nudus frigore rigeſcit: Qui repetitur debitum, vinculis obtorto collo adſtringitur: & tu eleemoſynam in craſtinum differs? Audi Salomonem: Nè dicas, regreſſus reuertere, & cràs dabo. Ignoras enim quid ſequens pariet dies. Quantam te Deo beneficentiſſimo gratiam habere, quàm hilarem eſſe te ſimul & in inopes munificum atque liberalem oportebat, quòd non ipſe pro foribus alienis cogeris obſtreperus eſſe & querulus, ſed tuas alij occupant? Nunc autem triſtis es, & rogatu difficilis. Vnam tantùm nôſti vocem: Non habeo, non dabo: nam & pauper ego quoquè ſum. Pauper es profectò, pauper & omniũ egens bonorum. Pauper, inquam, charitate pauper, benignitate in indigos pauper, fide erga Deum pauper, pauper ęterna ſpe. Dixeris: Cui facio iniuriam, ſi mea retineo, conſeruóque? Quæ illa, dic mihi, tua? Vndè accepta hæc ad traducendam præſentem hanc vitam inuexiſti? Perindè enim facis, àc ſi quis in theatro locum ſpectandi mox vt anteuertit alijs arripere, cæteros abarceat ingreſſu, ſuo vnius vſui adiudicans, quod ad omnium communem vſum proponitur. Tales & diuites exiſtunt. Communia nanque quum priores obtinuerint, propria faciũt occupando. Nónne nudus ex vtero matris excidiſti? nudusq́ rursùs reuertéris ad humum? Hæc tibi præſentia bona vndè? Si à caſu dixeris, impius es, eum non agnoſcens qui te condidit, neq; ei, qui dedit, rependens gratiam. Quòd ſi ex Deo te illa habere fateris, dic mihi quamobrem hæc ſortitus es? Non enim iniuſtus eſt Deus, qui ea quæ ſunt ad victum, inæqualiter nobis diuiſerit. Cur tu diues es, ille pauper? Profectò non ob aliam cauſam, niſì vt tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille verò patientiæ maximis præmijs honoretur. Tu verò inſatiabilis auaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis priuans, neminem te lædere putas. Quis, quæſo, eſt auarus? Ille, qui eo quod ſatìs eſſe debet, non eſt contẽtus. Quis verò peculator? Ille, qui ad ſe vnum transfert, quæ ſingulorum ſunt. Tu ergò non auarus? Non tu peculator, cùm ea quæ ad diſpenſandum diſtribuendumq́ receperis, tibi propria facis? Eſurientis eſt panis, quem tu retines: nudi eſt veſtis, quam in arca cuſtodis: diſcalceati calceus, qui apud te marceſcit: egentis argentum, quod tu terræ infoſſum poſſides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre. O quanto dignum precio tibi cenſebitur die iudicij verbum illud, Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum vobis paratum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Quanta rursùs trepidatio ac ſudor, quantæ ob oculos tenebræ ſe tibi circunfundent, condemnationem audienti? Ite maledicti in tenebras exteriores, paratas diabolo & angelis eius. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Non ibi rapax accuſatur, ſed qui ſubſtantiam non communicauerit, condemnatur.

Stulti nomine quínam appellentur.

Matth. 6.

Eleemoſyna non differenda in craſtinum.

Prouerb. 3.

Auarorum vox, Non habeo, non dabo.

Cur hic diues, ille pauper.

Diuitum bona, ſunt pauperũ: intellige, quantùm ad vſum, non autẽ quãtùm ad proprietatem, vt ait S. Thom. 22. q. 32. art. 5.

Matth. 25.

Ibidèm.

2. IDEM in homilia in diuites auaros, quæ eſt ſeptima inter homilias variorum argumentorum: Incertum eſt, inquis, quid futurum ſit: neceſſitati, quæ nos quãdoquè vrgere poſſet, prouidendum eſt. At longè incertior defoſſi theſauri vſus: nec tamen pœna incerta, quæ tuorum morũ manet inhumanitatem. Vidi ego multos ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia ſuſpirantes, omnem deniquè ſine ſumptu pietatem oſtendentes, egentibus verò ne obolum quidem præbentes. Quid his cætera virtutum diligentia prodeſt? Non propterèa regnum Dei conſequentur. Idcircò inquit Dominus: Difficilius eſt diuitem intrare in regnum cælorum, quàm camelum per foramen acus. Quid miſer iudici reſpondebis? Parietes veſtis, homines non veſtis? Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris amictum pannis, aſpernaris? frumentum retinendo perdis, eſurientes non reſpicis? Aurum in terram condis, & oppreſſum non curas? Quanquàm ad tuas veniunt fores, miſeram rogando vocem emittentes, tu tamen negas, affirmans rogantibus cunctis non poſſe ſufficere. Et cùm lingua deieres, manu periurus efficeris. Licèt enim illa taceat, mendacium tamen tuũ deprædicat, annulo quem in digito habes, conſpicua & illuſtris. Annulus inquam tuus, quantum æris alieni poſſit exoluere? Vna tantùm tuarũ veſtium arcula, totũ populum frigore rigentẽ amicire poſſet. Verùm ſuſtines inexoratus abs te pauperẽ reijcere, nec metuis iudicis minas, ac ea quę ſe ille pollicitus eſt hominibus huiuſmodi redditurum. Non te miſeret? miſericordiam non inuenies. Non aperuiſti domum tuam? à regno Dei excludéris. Non dediſti panem? non vitam recipies æternam. Sed & pauperem teipſum dicis. Et ego tecum ſentio. Pauper profectò eſt, qui multis indiget. Pauperes, inquam, inſatiabiles concupiſcentia reddit. Decem talentis totidem addere contendis, deindè viginti coactis etiam totidem. Nec ſolùm creſcendo non expletur, ſed ardentior redditur appetitus. Ex quo anima curis continuò premitur, dum alios ſuperare contendunt. Oportebat illos gaudere, & gratos eſſe, quòd tam multis ſint opulentiores: illi verò mœrent ac lugent, quòd ab vno & altero opulentioribus vincuntur. Vbì ditiorẽ aliquem adæquârunt, mox & alterum à quo ſuperantur, adæquare ſtudent: & vbì iſtũ quoquè tranſiêrunt, erga alium vltrà adæquãdum rapiuntur. Tu te ſpontè inſatiabilem animo reddens, multis profectò damnum facis. Quando miſer iam partîs vtéris? Quando fruéris, aut à curis habẽdi ceſſabis? Vęh qui domui vicinam domum, & agrum agro coniungitis, vt aliquid proximo auferatis. Tu verò quid facis? Non innumera cauſaris, vt quæ proximi ſunt auferatis? Domus, inquis, proximi ædes meas obſcurat, turbas excitat, aut errones ſuſcipit, aut tale quid aliud quodcunque prætexis, quo vexes & agites, vellas ac laceres vicinum: nec priùs ceſſas, quàm ille neceſſitate coactus, aliò migret. Quam ob cauſam Nabuthas Iezraëlita occiſus eſt? An non propter concupiſcentiam Achab vineam ipſius auferre volentis? Mare terminos habet,

Matth. 19.

Auari ſunt pauperes, quia ſemper egẽt, & nunquàm ſatiantur.

Eſaiæ 5.

3. Reg. 21.

nox

nox item leges antiquas non egreditur. Solus auarus nullum circunſcribit tempus, non terminum noſcit. Potentiæ incrementum, fit auaris ſceleris occaſio maioris. Qui enim mala ſub ipſis patiuntur, ijſdem quoquè auxilia ferre inuiti in aliorum iniurias coguntur. O miſer, parumpèr quæſo à tuo ſcelere reſpira, & tuæ conſcientiæ receſſus aliquantulùm perſcrutare, tecúmque conſidera. Habes terræ partìm aratro, partìm arboribus vtilis tot iugera: præthereà vineas, montes, campos, ſaltus, flumina, loca amœna. Quid ergò poſt hæc? Nónne telluris tres tantùm cubiti te expectant? Nónne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit? Quibus verbis te curabo? Regnum Dei non curas, gehennam non times. Infelix homo, pecuniæ naturam aliquantùm inſpice. Quid attonitus aurum miraris? Lapis eſt aurum, lapis argentum, lapis margarita, lapides ſunt chryſolitus, beryllus, achates, hyacinthus, amethyſtus, iaſpis. Hæc ſumma, hi flores opum magnarum. Hos partìm, cùm ſint clariſſimi, in tenebris abſcondis: partìm in digitis micantibus, alijſq; in ornatibus circunfers. Quis pulchritudini formæq; fingendæ ſtudens, vnam vitæ diem ſibi prorogare poterit? aut cui mors ob diuitias parcit? à quo morbus ob pecuniam abſtinet? Quouſquè igitur opes erunt animarum laqueus, mortis hamus, peccati eſca? Ad ſubſidium vitæ, non malorum incitamentum, pecunia data eſt: animæ redemptio eſt, non exitij occaſio Sed, inquis, ob filios neceſſaria eſt. Plauſibilis eſt iſta auaritiæ excuſatio: liberos prætexitis, ac intereà cordibus veſtris ſatisfacitis. Dic, quæſo, cùm Deum orâſti, & pro fœcunditate cùm precatus es, vt fieres liberorum pater, addidiſtíne illud: Da liberos, vt cauſa ſint nè præceptis tui obediam? Da mihi liberos, nè veniam in regnum cælorum? Prætereà quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit voluntate ac ingenio, vt rectè datis relictiſq; vtantur? Nam multis diuitiæ luxuriæ ſunt cauſa. An non audîſtis Eccleſiaſten dicentem? Vidi ſtultitiã multam & grauem, Diuitias in malum cuſtodientibus ipſas conuerti. Et rursùs: Relinquo ego homini poſt me, & quis nouit ſi ſapiens erit aut ſtultus? Conſidera itaque, nè cum multis ærumnis opes cumulatas, peccatorum materiã alijs tradas, duplicíq; plectaris poſtmodùm pœna, & tuorum criminum cauſa, & aliorum quibus cauſam dederis. Nónne cunctis liberis coniunctior eſt tibi anima tua? Huic tu primas da partes diuitis hæreditatis, vitæ videlicet æternæ diuitem materiam, deindè filijs victum tribue. Qui verò liberis carent, quam parſimoniæ cauſam obijciunt? Nolo, inquiunt, vendere, nolo pauperibus dare, ob vitę neceſſarios vſus. Non ergò Dominus tibi præceptor erit, nec euangelium formam vitę dabit, ſed tu tibijpſi iura dices ac ſtatues. Sed inquis, ego quidem bonis, dum vixero, frui volo: poſt mortem verò in teſtamento hęredes facultatum mearum ac dominos pauperes aſſcribam. Scilicet magna dignus eris liberalitatis laude, magnus tibi honor debebitur & gratia, ſi in ſepulcro iacens, & in terram conuerſus, magnificus ac ſumptuoſus apparebis. Dic cuius mercedem temporis potiſſimùm expoſces? vitæ'ne, an mortis? Nam ſi tempore, quod ad promerendum datur, in voluptatibus ac delicijs abſumpto, pauperes nequaquàm reſpexiſti: mortuus, cuiúſnam actionis aut operis mercedem petiturus es? Sed quis exitus tui tempus nunciabit? Quis de mortis genere ſponſor? Quot videmus repentinò, ac vi caſúve extingui, qui præ doloris ac ſpiritus anguſtia ne vocem quidem emittere potuerunt? Quot etiam febris à ſenſu alienos facit? Quid igitur tempus expectas, in quo ſæpè rationis compos non eris? Enimuerò nox profunda, morbus grauis, nullus circà adiutor: Immò potiùs qui hęreditati inſidiatur, paratus aderit. Et ſub finem: Omnibus tuis ornatus hinc diſcede, fac ornent te tuæ diuitiæ. Habe illas penès te. Crede optimè conſulenti, teq; amanti Ieſu Chriſto, qui ob noſtram ſalutem egere voluit, vt ex eius paupertate nos diuites eſſemus: qui etiam ſeſe pro nobis redimendis precium obtulit æternæ vitæ.

Cur opes diuitibus datæ. Prouer. 13.

Excuſatio auaritiæ ſtudẽtium propter liberos ſuos.

Eccles 5.

In eos qui liberis carent, & tamẽ opibus congregandis ſtudent.

3. PROSPER libro ſecuudo de vita contemplatiua, capite decimoquinto: Iubet, eccè, nobis imperioſa cupiditas, vt diuina paruipendentes, poſſeſſionum terreſtrium damnoſa compendia cogitemus: vt in eis totam ſolicitudinem curamq; ponamus, vt indè nos morbida vanitate iactemus, vt amplitudine patrimonij diffuſioris elati, fieri pauperes ſpiritu negligamus. O facinus inauditum: Suaui Chriſti iugo contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione ſuſcipimus, & Domini noſtri leui onere, quod ſubiectos non onerat, ſed ſubleuat, poſthabito, plumbeum pondus noſtris ceruicibus aggeramus, quod citiùs poteſt deponi, quàm ferri: quia & ipſa cupiditas, quæ nobis ſubijci vltrò volentibus hoc pondus imponit, cõtemni poteſt faciliùs, quàm expleri: & ideò qui ſe illi volentes dederint oppugnanti, voluntatem reſiſtendi vlteriùs non habebunt tyrãnicè dominanti. Et hoc fit iuſto Dei iudicio, vt qui cupiditati reſiſtere noluimus ingreſſuræ, iã reſiſtere nequeamus ingreſſæ. O intolerandum dæmoniacæ cupiditatis imperium, vt ex hoſtibus ſuis quos poteſt vincere, victores faciat ſuos: promittit ingentia, & bonorum temporaliũ pollicitatione deceptos, impellit iam miſeros, & miſerandos in turpia. Tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium catenis addictos, & in ſua ditione captiuos: nec trahit inuitos, ſed quod eſt deterius, quocunquè voluërit, volentes ducit. Vaſtat in nobis quicquid verecundię aut pudoris inuenerit: & quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquàm reſipiſcendi ſuſpectos omnibus viribus honeſtatis exarmat, nè quando contra eam, qui bellare noluimus, rebellemus. Rapit nos, ac paſsìm per omnia acquiſitionum genera cupidos acquirendi diſpergit.

Ferreum cupiditatis imperium.

4. ET capite decimoſexto libri eiuſdem: Quem poſſidendi delectat ambitio, Deum qui poſſidet omnia quæ creauit, expedita mente poſſideat, & in eo habebit quæcunque in eo ſanctè habere deſiderat. Sed quoniam nemo poſſidet Deum, niſì qui poſſidetur à Deo, ſit ipſe primitùs Dei poſſeſſio, & efficietur ei Deus poſſeſſor & portio. Et quid poteſt eo eſſe felicius, cui efficitur conditor cenſus, & hæreditas eius dignatur eſſe ipſa diuinitas: ſi modò eam ſanctis operibus colat, omnes fructus ex illo percipiat: in illo & de illo iugiter viuat, & nihil terrenum cum illo poſſideat? Quia omnium conditor, cui nihil eorum quæ fecit, valet æquari, non dedignatur cum his quæ condidit, poſſideri. Deniquè quid vltrà quęrit, cui omnia ſuus conditor ſit? aut quid ei ſufficit, cui ipſe non ſufficit? Hunc poſſidebat, & ab illo poſſidebatur ille qui dicebat in ſpiritu: Portio mea Dominus, dixi cuſtodire legem tuam. Et, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.

Dãda eſt opera, vt Deum ipſum poſſideamus.

Pſal. 118.

Pſal. 15.

5. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite quadrageſimoprimo: Omni peccato peior eſt auaritia & amor pecuniarum. Vndè & per Salomonem dicitur, Nihil eſt ſceleſtius quàm amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem facit, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Cupiditas omnium crimum materia eſt. Vndè & Apoſtolus ait: Radix omnium malorum cupiditas eſt: quam quidam appetentes, errauerunt à fide. Si ergò ſucciditur radix criminũ, non pullulant cæteræ ſoboles peccatorum. Multi cauſa cupiditatis terrenæ etiam ipſam fidem abnegauerunt. Cupiditas enim Chriſtum vendidit. Nam & pleriſque tantum in rebus alienis eſt deſiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur:

Omni peccato peior auaritia.

Eccli 10.

Omnium criminũ materia eſt cupiditas.

1. Tim. 6.

Digitized by Google

3.Reg.21.

antur: ſicut Achab qui appetitu cupiditatis ſuæ, ſanguinis expleuit effuſionem. Sæpè iniqui mala quæ concupiſcunt, aſſequuntur, quatenùs de affectu mali deſiderij fortiùs puniantur. Electos autem ſuos Deus non dimittit ire in deſideriorum malorum perfectionem, ſed in dolorem mentem conuertit eorum, pro eo quod in ſeculo nequiter appetunt, vt hac experientia reſipiſcant, & conuertantur ad Deum, à quo mente receſſerunt. Deum ergò ſibi propitium nouerit aduerſari, qui quod temporaliter concupiſcit, non permittitur adimplere. Secreto autem Dei iudicio fieri creditur, vt duriùs pereant hi, quorum cupiditatem effectus ſtatim ſequitur actionis.

Nunquàm ſatiari nouit.

Nunquàm ſatiari nouit cupiditas. Semper enim auarus eget, quantóque magìs acquirit, tantò plus quærit: nec ſolùm deſiderio augendi excruciatur, ſed etiam amittendi metu afficitur. Inopes naſcimur in hac vita, inopes receſſuri ſumus de hac vita. Si bona mundi huius peritura credimus, cur peritura tanto amore cupimus? Plerique potentes tanta cupiditatis rabie inflammantur, vt de confinijs ſuis pauperes excludāt, nec habitare permittant. Quibus rectè per Prophetam dicitur:

Eſaiæ 5.

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum copulatis vſque ad terminum loci. Nunquìd ſoli vos habitabitis in medio terræ? Tales quippe homines infernum, id eſt, diabolum rapere ad perditionem, idem Propheta conſequenter annunciat, dicens:

Ibidèm.

Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcendent fortes eius & ſublimes glorioſiq; eius ad eum. Nec mirum quòd morientes inferni ignibus deputentur, qui viuentes flammam cupiditatis ſuæ minimè extinxerunt. Qui deſiderio cupiditatis exæſtuant, flatu diabolicæ inſpirationis vruntur.

Auaritiæ nomen generale eſt.

6. AVGVSTINVS libro tertio de libero arbitrio, capite decimoſeptimo: Auaritia, quæ Græcè φιλαργυρία dicitur, non in ſolo argento vel in nummis, vndè magìs nomen duxiſſe reſonat: argento enim nummi, vel mixto argento frequentiùs apud veteres fiebant: ſed in omnibus rebus quę immoderatè cupiuntur, intelligenda eſt, vbicunquè omninò plus vult quiſque quàm ſat eſt.

7. IDEM ſermone centeſimo nonageſimoſexto de tempore, qui eſt vigeſimusoctauus de diuerſis, capite primo: Præcipit nobis veritas quæ nec fallit, nec fallitur: audiamus, timeamus, caueamus.

Lucæ 12.

Dico, inquit, vobis, abſtinete ab omni auaritia. Quid eſt, ab omni? Quare addidit, ab omni? Poſſet enim ſic dicere, Cauete ab auaritia. Quare hoc dixerit, velut occaſio ipſa vndè natus eſt ſermo, apparet nobis in ſancto Euangelio. Interpellauit enim eum quidam contra fratrem ſuum, qui totum patrimonium abſtulerat; & fratri ſuo partem ſuā non reddebat. Non rapere quærebat aliena, ſed ſua à parentibus ſibi derelicta quærebat. Cauſa iuſta, cauſa breuis. Et capite ſecundo: Sed audiamus & iudicantem, & docentem. Homo ait homo. Qui enim pro magno habes iſtam hæreditatem, quid es niſi homo? Quis me conſtituit diuiſorem inter vos? Qui noluit eſſe diuiſor, quis me, inquit, conſtituit diuiſorem inter vos? Petis beneficium: audi conſilium. Ego dico vobis, Cauete ab omni cupiditate. Item capite tertio: Fortè, inquit, tu auarum & cupidum diceres, ſi quæreret aliena: ego autem dico: Cupidè & auarè non appetas nec tua. Hoc eſt ab omni. Non leuiter habendum eſt, fratres mei, quando Dominus noſter, Redemptor noſter, Saluator noſter, qui mortuus eſt pro nobis, qui ſanguinem ſuum precium dedit, vt redimeret nos, aduocatus & iudex noſter; non eſt leue, quando dicit, Cauete. Nouit ille quantum mali ſit; nos non nouimus, illi credamus. Cauete, inquit. Quid? Vndè? Ab omni auaritia. Meum ſeruo, alienum non tollo. Cauete ab omni auaritia. Non ſolùm auarus eſt, qui rapit aliena; ſed & ille auarus eſt, qui cupidè ſeruat ſua. Sed ſi ſic culpatur, qui cupidè conſeruat ſua; quomodò damnatur qui rapit aliena?

Auarus eſt etiam qui cupidè ſeruat ſua.

8. AMBROSIVS toto libro de Nabuthe Iezraelita, diſſerit contra diuites auaros: in cuius capite primo inter cętera ſic ait:

Inuehitur in auaros.

Quouſquè extenditis diuites inſanas cupiditates? Nunquid ſoli habitabitis ſuper terram? Cur eijcitis conſortem naturæ, & vindicatis poſſeſſionem naturæ? In commune omnibus diuitibus atque pauperibus terra fundata eſt. Cur vobis ius proprium ſoli diuites arrogatis? Neſcit natura diuites, quæ pauperes omnes generauit. Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos edidit, neſcit fines poſſeſſionum ſepulcro includere. Omnes ſimiles creat, omnes ſimili gremio claudit ſepulcri. Quis diſcernat ſpecies mortuorum? Redoperi terram, & ſi cognoſcis diuitem, depræhende. Eruderato paulopòſt tumulum, & ſi cognoſcis egentem, argue: niſi fortè hoc ſolum, quòd cum diuite plura pereunt. Sericæ veſtes & auro intexta velamina, quibus diuitis corpus ambitur, damna viuentium, non ſubſidia defunctorum ſunt. Hæredes relinques qui litigent cum hęredibus. Si frugi hæredes ſunt, cuſtodiunt: ſi luxurioſi, exhauriunt. Itaque aut bonos hæredes perpetua condēnas ſolicitudine, aut malos dimittis, qui tua facta condemnent.

9. CAPITE ſecundo: O diues, neſcis quàm pauper ſis, quàm inops tibiipſi videaris, qui te diuitem dicis? Quanto plus habueris, plus requiris: & quicquid acquiſieris, tamen tibi adhuc indiges.

Quo pluś habent, eo plus appetunt.

Inflammatur lucro auaritia, non reſtinguitur. Rex Achab ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus.

3.Reg. 21.

Quis igitur tibi pauper videtur? qui contentus eſt ſuo, an qui concupiſcit alienum? Alter certè pauper cenſu videtur, alter pauper eſt affectu. Affectus diues, egere non nouit: cenſus abundans, nequit auari pectus explere. Quę vox alia ſtipem publicam poſtulātis, niſi, Da mihi? Hoc eſt, da mihi, quia egeo. Da mihi, quia aliud viuendi ſubſidium habere non poſſum.

Da mihi, mēdicātium eſt.

Hæc quàm abiecta, quàm vilia? Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium.

9. CAPITE tertio: Auis auibus ſe aſſociat: pecus pecori adiūgitur, piſcis piſcibus: nec damnum ducunt, ſed commercium viuendi*, cùm plurimum comitatum capeſſunt, & quoddam munimentum ſolatio frequētioris ſocietatis affectant. Solus tu homo cōſortem excludis, includis feras, ſtruis habitacula beſtiarū, deſtruis hominum. Inducis mare intra prædia tua, nè deſint beluæ: producis fines terræ, nè poſſis habere finitimum.

* cum plurimum comitatū

Alienum panem auari diuites manducant.

10. CAPITE quarto: Diuites magìs alienum panem quàm ſuum manducant, qui raptu viuūt, & rapinis ſumptum exercent ſuum. Diuites eripitis quidem pauperibus vniuerſa: pœnam tamen pauperum vos potiùs diuites ſuſtinetis. Pauperes quidem non habent quo vtantur, vos autem nec ipſi vtimini, nec alios vti ſinitis. Noui ego diuitem in agrum proficiſcentem panes breuiores vrbe delatos numerare ſolere, vt pro numero panis æſtimaretur quot dies in agro futurus eſſet. Nolebat obſignatum aperire horreū, nè quid de condito minueretur. Panis vnus ſingulis diebus deputabatur, qui tenacem vix ſatiare poſſet. Comperi etiam viri fidem, ſi quando ei ouum eſſet appoſitū, queri quòd pullus eſſet occiſus. Hoc ideò ſcribo, vt cognoſcatis vindicem eſſe Dei iuſtitiam, quæ lachrymas pauperum veſtro vlciſcatur ieiunio.

11. CAPITE ſexto: Quis artifex vnum diem vitæ hominis potuit adiungere? Quem diuitiæ eius ab inferis reuocārunt? Cuius ęgritudinem pecunia mitigauit? Non in abundantia diuitiarum,

Luc. 12.

inquit, vita eius. Et alibi: Nihil proſunt theſauri iniu-

Prouerb. 10.

Digitized by Google

iniuſti, iuſtitia autem liberat à morte. Meritò clamat Propheta: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quid enim mihi proſunt, ſi me à morte liberare non poſſunt? Quid mihi proſunt, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt? Hic acquiruntur, hîc relinquuntur. Somnium igitur loquimur, non patrimonium. Vndè benè ait idem Propheta de diuitibus: Dormièrunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Hoc eſt dicere: Nihil inuenerunt in operibus ſuis diuites, qui nihil pauperibus contulerunt. Quid eſt diues, niſi quidam inexplebilis gurges diuitiarum? Sic Propheta admonet: Qui diligit argentum, non ſatiabitur argento. Et infrà idem: Equidem hic peſſimus languor. Sicut enim fuit, ità & abijt, & abundantia eius laborat in ventum. Equidem omnes dies eius in tenebris & luctu, & iracundia multa, & lãguore & ira. Tolerabilior conditio ſeruulorum. Semper in laqueis, ſemper in vinculis eſt: nunquàm liber à compedibus, quia ſemper in criminibus. Naturæ ipſius neſcit munia, nec ſomni ipſius nouit vices, aut cibi fungitur ſuauitate, cuius nullum eſt immune ſeruitium. Excitat eum cupiditas, exagitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora vexat, ſterilitas prouentuum infœcunda perturbat, ſolicitat abundantia.

Pſal. 61.

Pſal. 75.

Eccles 5. iuxta LXX.

12. CAPITE ſeptimo: Neſcit auarus bona, niſi ea quæ quæſtuoſa ſunt, nominare. Sed acquieſco ei, vt bona dicantur quæ ſunt pecuniaria. Cur ergò de bonis facitis mala, cùm de malis bona facere debeatis? Scriptũ eſt enim: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ei ergò qui vti ſciat, multa bona ſunt: ei qui vti neſciat, rectè mala. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Quid hoc melius bono, ſi pauperibus largiaris, in quo tibi debitorem Deum quadam pietatis fœneratione conſtituas? Bona ſunt, ſi aperias horrea iuſtitiæ tuæ, vt ſis panis pauperum, vita egentium, oculus cæcorum, orbatorum infantium pater. Tu verò, quod multis naſci voluit, tibi ſoli reſeruas, immò tibi ipſi adimis. Magìs enim ſeruares tibi, ſi diſpertires alijs. Bonorum enim fructus munerum, in eos ipſos qui contulerunt, conuertuntur: & gratia liberalitatis in authorem boni operis redit. CAPITE octauo: Adhuc tibi tempora viuendi longa meditaris? Stulte, hac nocte repetunt animam tuam à te. Benè ait, nocte: Nocte enim anima auari repoſcitur, quæ à tenebris incipit, & in tenebrs perſeuérat. Auaro ſemper nox eſt.

Luc. 16.

Pſal. 111.

Debitorem Deum conſtituimus.

Iob 29.

13. IDEM libro primo de Cain & Abel, capite quinto: Quid de auaritia dicam, inſatiabili pecuniæ cupiditate, & quadam æris libidine, quæ quo plura abſtulerit, eo magìs inopem eſſe ſe credit? Omnibus inuida, ſibi vilis, in ſummis diuitijs inops, affectu extenuat quod cẽſu abundat. Nullus rapiendi modus, vbi nulla menſura cupiendi. Sic inflammat animum, ſic igne ſuo paſcit animum, vt hoc ſolo diſtet, quòd illa formarum adultera ſit, iſta terrarum. Elementa concutit, mare ſulcat, terram effodit, cœlum votis fatigat, nec ſereno grata nec nubilo, condemnat prouentus annuos, fœtusq; terrarum arguit. Sed hęc ægritudo eſt animæ, non ſanitas. Deniquè Eccleſiaſtes dicit: Eſt languor malus quem vidi ſub ſole, diuitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas. Et ſuprà: Qui diligit argentum, non ſatiabitur argento, nec eſt finis acquiſitionis eorum. Si quæris theſauros, accipe inuiſibiles & occultos, quos in cæli altiſſimis, non quos in terrarum venis requiras. Eſto pauper ſpiritu, & eris diues qualicunq; cenſu; quia non in abundantia diuitiarum vita eſt hominis, ſed in virtute ac fide. Iſtæ te diuitiæ verum diuitem facient, ſi ſis in Deum diues.

Auaritiæ malum deſcribitur.

Eccles 5.

1. B. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: De auaritia proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur.

2. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſcel eſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatũ amatores magìs quàm Dei: habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes: Et hos deuita.

3. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neq; idolis ſeruientes, &c. neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.

4. ECCLESIASTICI vndecimo: Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. A ſcintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo verò peccator, ſanguini inſidiatur.

5. ZACHARIAE octauo: Vnuſquiſque malum contra amicum ſuum nè cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentum mendax nè diligatis: omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus.

6. MATTHAEI ſexto: Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Ideò dico vobis, nè ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nónne anima plus eſt quàm eſca? & corpus plus quàm veſtimentum? Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neq; congregant in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nónne vos magìs plures eſtis illis? Quis autem veſtrûm cogitãs, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimẽto quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, &c. Nolite ergò ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo cooperiemur? Hęc enim omnia gentes inquirũt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergò primùm regnum Dei & iuſtitiam eius: & hęc omnia adijcientur vobis. Nolite ergò ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibijpſi: ſufficit diei malitia ſua.

7. PROVERBIORVM vigeſimoſecundo: Non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.

8. ET capite vigeſimoprimo: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. Ibidèm: Qui cõgregat theſauros lingua mendacij, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis.

1. C. AD Coloſſenſes tertio: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, &c. concupiſcentiam malam & auaritiam, quę eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.

2. AD Epheſios quinto: Hoc ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

3. PRIORIS ad Timotheũ ſexto, vt in textu.

4. ESAIAE quinto: Væ qui cõiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum, &c.

5. MARCI decimo: Filioli, quàm difficile eſt confidentes in pecunijs in regnum Dei introire. Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire,

ire,

Digitized by Google

ire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

6. ABACVC ſecundo: Væ ei qui multiplicat non ſua. Vſquequò & aggrauat contra ſe denſum lutum? Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, &c.

7. IACOBI quinto: Agitè nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizâſtis vobis iram in nouiſſimis diebus.

8. ECCLESIASTICI trigeſimoprimo: Qui aurum diligit, non iuſtificabitur. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus illum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Quis probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria æterna? qui potuit tráſgredi, & nō eſt tranſgreſſus: ideò ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.

9. BARVCH tertio: Vbi ſunt principes gentium, qui argentum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt.

10. PSALMO quadrageſimooctauo: Nè timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia: neq; deſcendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi cùm benefeceris ei. Introibit vſque in progenies patrum ſuorum: & vſque in æternum non videbit lumen. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Ibidèm: Et relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulcra eorum domus illorum in æternum.

11. ECCLESIASTICI decimo, 12. MATTHAEI ſexto, vt in textu.

13. CHRYSOSTOMVS homilia ſeptima in Ioannem: Nullo pacto fieri poteſt, vt qui omnia ad præſentis vitæ voluptatem refert, is cæleſtibus bonis fruatur: ſed neceſſarium eſt, qui terrenis rebus inhiat, à cæleſtibus decidat. Non poteſtis, inquit, Deo ſeruire & mammonæ: vnum teneamus, alterum odio habeamus oportet. (Luc.16.) Hoc quoque ipſa rerum clamat experientia. Quippe qui pecuniarum derident cupiditatem, hi maximè ſunt qui Dei flagrant deſiderio: at contrà qui illas præcipuè admirantur, hi maximè ſunt qui in Deum amorem habent remiſſiorem. (Amor pecuniæ, Dei amorem tollit.) Animus enim qui pecuniarum cupiditate diſtrahitur, non facilè ab his abſtinet, quæ Deum ad iram prouocant: vtpotè qui alterius ſeruus fit domini, omnia ipſi contra diuinas leges præcipientis. Sobrij igitur ſitis aliquando, & excitemini, & cui noſtrum debeamus ſeruitium, intelligamus: eiuſq; duntaxàt regnum deſideremus, clamemus, præterita defleamus tempora, quibus mammonæ ſeruiuimus, cuius graui & intolerabili iugo abiecto, Chriſti iugum & leue & facile ſubeamus. Nihil enim eorum quæ mâmona, nobis Chriſtus præcipit: ſiquidem illud omnium inimicitias, hic contrà omnium amorem, omnibus ſalutem dicere. (Mammonæ & Chriſti præcepta contraria.) Illud nos luto & terræ affigens, neq; enim aliud aurum eſt, ne noctu quidem vel minimùm reſpirare nos ſinit: hic nos inani & ſuperuacanea cura liberat, iubetq; vt in cælo theſauros ſine cuiuſquam iniuria, propria iuſtitia recondamus. Illud poſt innumeros ſudores atq; miſerias, neque nobis adeſſe, neque auxilium in neceſſitatibus præſtare poteſt, quãuis multa, & grauia perpeſſi ſimus, vt eius legibus pareamus, immò vehementiore afficit ſupplicio: hic etſi nobis iniungat vt calicem aquæ frigidæ demus, (Matth.10.) nunquàm tamen nos ſine mercede dimittit, ſed incredibili liberalitate nos donat. Nónne ſummæ profectò dementiæ eſt tam leue, tam gratum imperium, & tantis redundans bonis, vt ingrato & fœdiſſimo ſeruias tyranno, contemnere: cùm nihil neq; in hac, neque in æterna illa vita his qui ipſi parent & ſeruiunt, afferre poſſit vtilitatis? Neque id ſolùm graue eſt & moleſtum, quòd nullum laborum præmium reddat, verùm quòd innumeris ſibi obſequentes, vt iam diximus, malis accumulat: plurimi ex his qui illic cruciantur, eò quòd pecunijs ſeruiêrunt, earumq; cupiditati indigentibus nihil erogârunt, pœnas luunt. (Auari plurimi in inferno.) Quod nè nobis accidat, diſpergamus, demus pauperibus, & noxijs huius vitæ curis, ſolicitudinibus, & eo quod illic nobis impendet ſupplicio, animum liberemus, & pro terrenis pecunijs iuſtitiam cælo recondamus: perpetuos colligamus theſauros, qui vnà in cælum nobiſcum euadere, & proſilire, & nobis periclitantibus præſtò adeſſe, & iudicem conciliare poſſint: quem ſi nobis propitium, vt optamus, & in hac vita, & in die illa habuerimus, fidenter his bonis fruemur, quæ in cælis diligentibus ſe præparauit: quæ vtinàm omnes conſequamur.

14. AD Hebræos decimotertio, vt in textu.

15. LVCAE duodecimo: Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinē ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parâſti, cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

16. PRIORIS ad Timotheũ ſexto, vt in textu.

V.

Quid eſt Luxuria, qualemque ſobolem gignit?

A. LVXVRIA [a] eſt appetitus inordinatus impuræ ac libidinoſæ voluptatis. [b] Gignit autem ex ſe mentis cæcitatem, inconſiderationem, inconſtantiam, præcipitationem, amorem ſuî, odium Dei, deſiderium huius vitæ nimium, mortis futuríque iudicij horrorem, ac felicitatis æternæ deſperationem.

B. Aduersùs hoc peccatum, quod [c] ſapientes amentes, & homines penè pecudes facit, ità Paulus: [d] *Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Quamobrèm & alibì in hunc modum ſcribit:

a Videatur Proſper de vita contemp. lib. 3. c. 6. Iſidor. de ſummo bono, lib. 2. cap 39.

b Greg. lib. 31. Moral. c. 31. Oſeæ 4. c 2. Reg. 11. c Dan. 13. g Prou. 13. a Sapient. 4. c Pſal. 51. a 2. Timoth 3. a Pſal. 20. b Iaco. 4. b Epheſ. 4. e

c 3. Reg. 1. a Eccli 19. a Hieron. in c. 4. Oſeæ. Amb. lib. 1. de Cain & Abel, ca. 5. & lib. de Noë & arca, cap. 9.

d 1. Cor. 6. d & ibidèm Chryſoſt. Aug. de decem chordis, cap. 10. & ſer. 16. de verbis Domini, cap. 10.

[c] Forni-

Digitized by Google

e Epheſ. 5. a & ibidèm Hieron. Vide ſextum præceptũ Decalogi. f Amb. in ca. 4. Luc. Greg. 16. Moral. cap. 31. g 1. Cor. 3. d 2. Cor. 6. d h 1. Cor. 6. d i Ibidèm. k Ibidèm. l Hebr. 13. a 1. Corint 6. b Epheſ. 5. a Galat. 5. d Apoc. 21. c

[e] *Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio.* Ac mirum eſt ſanè, ingenti [f] pudore non affici Chriſtianos, qui coram Deo & angelis eius fœda ſe libidine polluunt, cùm corpora membráque ſua Spiritui ſancto & Chriſto Domino velutì [g] templa pura in baptiſmate conſecrârint. Hinc iterùm Paulus: [h] *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?* Tum rurſùs: [i] *Neſcitis, quoniam corpora veſtra, membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis?* Ac demùm ità concludit: [k] *Empti eſtis precio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro:* [l] *Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.*

TESTIMONIA.

1. A. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite ſexto: Pleroſque gula & abundantia vini turpiter in luxuriam ſoluunt: alios in iniuriam pudicitiæ ſordidæ cogitationes incendũt: nonnullos de propoſito caſtitatis occaſiones oblatæ deijciunt: quoſdam ſub impudicitiæ iugum exempla perditè viuentium mittunt. Sunt alij, quorum vitam lingua turpis inflammat, aut turpem conſcientiam manifeſtat: qui priùs inuerecundos ſermones aut proferunt libenter, aut audiunt: ac deindè paulatìm morbo creſcente, ab honeſtate deficiunt, attritóq; pudore viles effecti, dum indecenter elegantes videri volunt, paſſim iam turpibus verbis impudenter inſaniunt. Hoc enim loquuntur quique, quod diligunt: & delectabiliter audiunt, quod aſſiduis cogitationibus voluunt. Et in fine: Hæc & his ſimilia de mulieribus colloquentes ſuggerunt concupiſcentiæ ſuæ materiam. Hæc tamen ideò concupiſcunt, quia aut loquuntur libenter, aut audiunt. Qui niſì concupiſcenciæ morbo corrupti eſſent, nunquàm vel loquerentur talia, vel audirent: quia non eos iſta corrumpunt, ſed corruptos oſtendunt. Ac nè me iſta veraciter arguentem quiſquam iudicet arguẽdum, nouerit propter hoc fortè ab antiquis fuiſſe decretum, nè qui adoleſcentium legerent Geneſeos librum, ac partem pariter Ezechielis prophetæ, vel Canticum canticorum, & cætera talia, in quibus & generationes, & actus, & nomina quarundam ſcripta ſunt mulierum. Quas licèt ſecundùm hiſtoriam fuiſſe credamus, earum tamẽ nominibus virtutes figuratas accipimus: quoniam ſicut illæ non ſolùm viris ſuis per ſanctos mores, ſed etiam extraneis ſine diſpendio ſui pudoris ob nimiam pulchritudinem placuerunt, ità ſanctę virtutes & ſuos mirabiles omnibus reddũt, & extraneos quadam admiratione ſuî perſtringunt. Hinc eſt quòd & ipſi qui vitioſè viuunt, virtutes vitijs anteponunt: quia aliud eſt quod faciunt morbo, aliud quod coguntur probare iudicio. Sed nè fortè hæc ſpiritualia ſecundùm carnem adhuc carnales acciperent, nec virtutes cogitarẽt, quas mulieres illæ ſignificant, ſed ipſas cogitando carnaliter deperirent, cõſultò iuniores legere ſunt illa prohibiti, quæ ſicut ſpiritualiter accepta viuificant, ità carnaliter intelligentibus ipſa carnalis intelligentia occaſiones carnalis concupiſcentiæ ſubminiſtrat. Earum quiſque nomina frequenter habet in ore, quarum deſideria vulnerato geſtat in corde: aut turpitudinem quam exercere verecundatur in facto, tenet in animo, reus non humano iudicio, ſed diuino.

Iunioribus cur quorundã ſacrę Scripturæ librorũ lectio non permiſſa fuerit. Vide hac de re Hiero. lib. 1. Cõment. in Ezechielem.

2. ISIDORVS de ſummo bono libro ſecundo, capite trigeſimonono: Vnuſquiſque ſuæ deputet culpæ quòd cecidit quotiès libidine vincitur: quia niſì præceſſiſſet latens ſuperbia, non ſequeretur libidinis manifeſta ruina. Luxurioſis atque ſuperbis dæmones plùs fautores exiſtunt, dumq; in cæteris vitijs ſpiritus maligni deſeruiant, his tamen maiori familiaritate iunguntur, ijsq; ampliùs iuxta eorum deſiderium famulantur. Principaliter his duobus vitijs diabolus humano generi dominatur, id eſt, ſuperbia mentis, & luxuria carnis. Qui delectationem refrænat libidinoſæ ſuggeſtionis, non tranſit ad conſenſum libidinis. Citò enim reſiſtit operi, qui titillanti conſenſum non accommodat delectationi. Antequàm perficiatur adulterium in opere, iam extat adulterium in cogitatione. Ex corde enim primùm fornicationes ſunt auferendæ, & non prorumpunt poſteà in opere. Hinc eſt quòd per Prophetã dicitur: Accingite lumbos veſtros ſuper vbera veſtra, hoc eſt, in corde libidines reſecate, quæ ad lumbos pertinent. Nam cor ſub vberibus eſt, non in lumbis. Libidinis immoderata licentia neſcit habere modum. Nam dum ſe vitioſus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante laxauerit, nihilominùs ad alia nefanda ſcelera ſuadentibus dæmonibus tranſit: Deniquè cùm immoderatè metas pudoris exceſſerit, crimen criminibus adijcit, paulatimq; ad deteriora procedit. Non ità ſuauis eſt amantium, immò amentium incerta carnis libido, ſicut experta: nec ità delectat fornicatio, dum primùm committitur: nam repetita, maiorem delectationem ingerit. Iam verò ſi in vſum venerit, tanto perditis dulcior fit, vt ſeparare difficile ſit. Vndè & ſæpè ex conſuetudine delinquendi, quaſi captiui ad peccandum cum quadam violentia trahimur: ſenſúsque noſtros contra rectam voluntatem in nobis rebellare ſentimus. Inter cætera ſeptem vitia, fornicatio maximi eſt ſceleris: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti, facit membrum meretricis. Maximè per carnis luxuriam humanum genus ſubditur diabolo, quàm per cætera vitia. Dæmones ſcientes pulchritudinem eſſe animæ caſtitatem, & per hanc hominem angelicis meritis, è quibus illi lapſi ſunt, coæquari: liuore percuſſi inuidiæ, inijciunt per ſenſus corporis opus deſideriúmque libidinis, quatenùs à cæleſtibus deorsùm deiectam animam pertrahant, ſecumq; quos vicerint, gloriantes ad tartara ducant. Quando impulſu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, & æterni tormenta incendij ante oculos proponantur, quia nimirùm omnis pœna, grauioris ſupplicij formidine ſuperatur. Sicut enim clauus clauum expellit, ità ſæpè recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ.

Dęmones ſũt maximè familiares luxurioſis & ſuperbis.

Eſaiæ 32.

Vſu creſcit libido.

Maximi ſceleris eſt fornicatio. 1. Cor. 6.

Remediũ cõtra tẽtationes luxuriæ.

3. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: De luxuria cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſuî, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, horror autem vel deſperatio futuri, generantur.

Filiæ Luxuriæ.

4. OSEAE quarto: Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

5. SE-

5. SECVNDI Regum vndecimo: Factum eſt ergò manè, & ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, miſitq; per manum Vriæ, ſcribens in epiſtola: Ponite Vriam exaduersò belli, vbi fortiſſimum eſt prælium: & derelinquite eum, vt percuſſus intereat.
6. DANIELIS decimotertio: Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum.
7. PROVERBIORVM decimotertio: Qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala.
8. SAPIENTIAE quarto: Inconſtantia concupiſcentiæ transuertit ſenſum.
9. PSALMO quinquageſimoprimo: Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa.
10. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Hoc autem ſcito, quòd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erũt homines ſeipſos amantes, cupidi &c. incontinentes &c. & voluptatum amatores magis, quàm Dei.
11. PSALMO vigeſimo: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala &c.
12. IACOBI quarto: Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicunque ergò voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.
13. AD Epheſios quarto: Deſperantes tradiderunt ſemetipſos impudicitię, in operationem immunditiæ omnis.
1.B. TERTII Regum vndecimo: Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoquè Pharaonis &c. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore. Fueruntq; ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & cõcubinæ trecentę: & auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iam ſenex eſſet, deprauatum eſt cor eius, vt ſequeretur deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum. Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab, in monte qui eſt contra Hieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon &c.
2. ECCLESIASTICI decimonono: Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos: & qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam: putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.
3. HIERONYMVS in caput quartum Oſeæ: Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor: Sicut enim vinum & ebrietas eum qui biberit, mentis ſuæ impotem facit: ità & fornicatio ac voluptas peruertit ſenſum, animumq; debilitat, & de rationabili homine, brutum efficit animal, vt ganeas & lupanaria & libidinum luſtra ſectetur. *Luxuria facit ex hominibus beſtias.*
4. AMBROSIVS libro primo de Cain & Abel, capite quinto: Vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viſcera, animus ignescit, anima exuritur. Sæuus criminum ſtimulus, libido eſt, quæ nunquàm manere quietum patitur affectũ. Nocte feruet, die anhelat, de ſomno excitat, à negocio abducit, à ratione reuocat, aufert conſilium, amentes inquietat, lapſos inclinat, caſtis inſidiatur, potiendo inflammat, vſúque accenditur. Nullus peccandi modus, & inexplebilis ſcelerum ſitis, niſi morte amantis extingui non poteſt. Et ideò ait Apoſtolus: Fugite fornicationem, vt veloci fuga tanquàm furioſæ dominæ declinare ſæuitiam, & tetro ſeruitio exire poſſimus. *Libidinis fomes ebrietas. Libidinis mala. 1. Cor. 9. Gen. 39.*
5. IDEM de Noë & arca, capite nono: Nihil eſt quod tam miſerè ſeruituti ſubijciat hominem, quàm libido, atque eiuſmodi cupiditates quæ iugo quodam criminum graui deprimũt miſeram conſcientiam, vt ſe nequeat attollere, vtpotè quæ libertatem innocentiæ amiſerit. *Seruituti miſerrimæ ſubijcit hominẽ.*
6. PRIORIS ad Corinthios ſexto, vt in textu.
7. CHRYSOSTOMVS in priorem epiſtolam ad Corinthios, homilia decimaoctaua: Membra Chriſti eſtis, inquit Apoſtolus, templum eſtis ſpiritus. Quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori veſtro contumeliam facitis, quia non veſtrum corpus eſt, ſed Chriſti. Hæc autem dixit, ſimul & humanitatem oſtendens, quòd eius corpus noſtrum eſt, & à malorum licẽtia nos auertens. Nam ſi alienum corpus eſt, non habetis poteſtatem, vt alienum corpus iniuria afficiatis, inquit, & maximè cùm ſit Domini, neque ſpiritus ſancti templum maculandum eſt. Nam ſi quiſpiam priuatam domum ingreſſus, & illam ignominia afficiens, vltimum dabit ſupplicium: qui Regis templum, ſpeluncam latronum fecerit, intelligas velim, quot mala perpetietur? His igitur conſideratis, eũ qui in nobis habitat reuereare, quippe qui conſolator eſt, & tibi coniunctum & inhærentem timeas. *1. Cor. 6.*
8. AVGVSTINVS in libro de decem chordis, capite decimo: Noli dicere tibi, quando fortè aliquid luxurianter vis agere, vxorem nõ habeo, facio quod volo; non enim poſt vxorem meam pecco. Iam nôſti precium tuum, iam nôſti quò accedis, quid manduces, quid bibas, immò quem manduces, quem bibas. Abſtine te à fornicationibus. Nè fortè mihi dicas, ad fornicem vado, ad meretricem pergo, ad proſtitutam eo; nec illud præceptum violo quo dictum eſt, Non mœchaberis, quia vxorem nondũm habeo, nec poſt illam aliquid facio. Nec illud præceptum violo, vbi dictum eſt, Non concupiſces vxorem proximi tui. Qui ad publicam vado, in quod præceptum incurro? Et poſt pauca: Charior factus eſt tibi homo quàm Deus? Ergò quomodò iniuriam facio, inquis, ipſi Deo? Corrumpis teipſum. Et vndè iniuriam facio Deo, quia corrumpo meipſum? Vndè facit tibi iniuriam, qui voluerit fortè lapidare tuam tabulam pictam, in qua tabula imago tua eſt in domo tua inaniter poſita ad vanum honorem tuum, nec ſentiẽs, nec loquens, nec videns? Si quis illam lapidet, nónne in te eſſe contumeliam factam attendis? Cùm verò imaginem Dei, quod es tu, corrumpis in te per fornicationes & per diffluentias libidinis, attendis quia ad nullius vxorẽ acceſſiſti, attendis quia poſt vxorem tuam nihil feciſti, quia vxorem non habes: & non attendis, per libidines & illicitas fornicationes cuius imaginem violâſti. Et infrà: Hoc iuſſit, hoc pręcepit Dominus, nè per illicitas voluptates corruat templum eius quod eſſe cœpiſti. Nunquid hoc ego dico? Apoſtolum audite, Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Videtis quomodò minatur? Non vis corrumpi domum tuam, quare corrumpis domum Dei? *Fornicatio ſimplex eſt peccatum. Exod. 20. 1. Cor. 3. & 6.*
9. IDEM ſermone decimoſexto de verbis Domini, capite decimo: Iam vide quid facias de templo Dei. Si eligeres in Eccleſia facere adulterium intra iſtos parietes, quid te eſſet ſceleratius? Modò autem tu ipſe es templum Dei. Templum intras, templum exis, templum in domo tua manes, templum ſurgis. Vide quid agas, vide nè offendas templi habitatorem, nè deſerat te, & in ruinam vertaris. Neſcitis, inquit, quia corpora veſtra (& hoc de fornicatione loquebatur Apoſtolus, nè contemnerent corporalia peccata) templum, *1. Cor. 6.*

Digitized by Google

plum in vobis eſt ſpiritus ſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. Si contemnis corpus tuum, conſidera pretium tuum.

10. AD Epheſios quinto, vt in textu.

11. HIERONYMVS in caput quintum epiſtolæ ad Epheſios, ſuper ea verba: Fornicatio autem & omnis immunditia &c. Niſi Philoſophorum quidã Cynicus extitiſſet, qui doceret omnem titillationem carnis, & fluxum ſeminis ex qualicunque attritu tactúque venientem, in tempore non vitandũ, & nonnulli ſapientes ſeculi in hanc turpem & erubeſcendam hæreſim conſenſiſſent; nunquàm ſanctus Apoſtolus ſcribens ad Epheſios, ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulâſſet, & ad immunditiam iunxiſſet auaritiam, non hanc qua pecuniam cupimus congregare, ſed illam de qua ſuprà diximus, nè ſupergrediatur, & auarus fraudet in negocio fratrem ſuum: Quòd ſcilicet inſatiabilis & inexpletus, per omnia turpitudinum genera laſciuiæq; diſcurrat. Sicut decet, inquit, ſanctos. Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunque extra fornicationem in aliqua immunditia & auaritia voluptatum, quæ ſe delectauerint, inuenitur. Porrò ſtultiloquium eſſe exiſtimo non ſolùm eorum, qui aliqua narrant turpia, vt riſum moueant, & fatuitate ſimulata magìs illudant eis, quibus placere deſiderant.

Mollitiei peccatum approbant Ethnici Philoſophi.

Epheſ.5.

Immunditia & auaritia.

Stultiloquiũ.

12. AMBROSIVS in caput quartum Lucæ: Febre libido flagrantior eſt, grauiuſq; præcipitat & inflammat: ſed vbi quis reſipuerit à furore, tunc conſcientiæ interioris viſus aperitur, factiq; ſuccedit pœnitentia, & pudenda ſui vnuſquiſque facinoris erubeſcit. Tunc Deus timetur, & peccator cupit ſe celare, ſed non poteſt. Tunc caro arguitur, diabolus accuſatur: Hæc quaſi lerna vitiorum, ille quaſi author erroris. Pateſcit deformitas: nudum eſt enim Deo omne ſecretum, nec illius ficus folijs, hoc eſt, tegmine corporali & iactantia ſeculari flagitiorum ſecreta velantur. Et vnuſquiſque diuinum peccati conſcia formidat mente iudicium, dicens: Qui ſuper me montes cadant, in quibus me abſcondam fiſſuris petrarum, cùm venerit confringere terram? Tunc tribulos & ſpinas animo caro, hoc eſt, curarum morſus ſolicitudinumq; generat, æſtuſq; quos ſibi per concupiſcentiam carnis animus ipſe circundedit. Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporeis voluptatibus, & cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficilè in altũ poteſt, vndè deſcẽdit, ſine Dei fauore reuolare. Actuum enim ſuorum vincta laqueis, & deliciarum ſecularium illecebris obnoxia iam tenetur.

Febre libido flagrantior.

Pudor ſuccedit.

Apoc.6. Eſa.24.

Quàm tenax ſit carnalis voluptas.

13. GREGORIVS libro decimoſexto Moralium, capite trigeſimoprimo: Poteſt quoquè apertiùs vermis nomine caro deſignari: vndè & ſuperiùs dicitur, Homo putredo, & filius hominis vermis. Luxurioſi igitur cuiuslibet, atque carnis voluptatibus dediti quanta ſit cæcitas, demonſtratur, cùm dicitur: Dulcedo illius vermis. Quid nanque caro, niſi putredo ac vermis eſt? Et quiſquis carnalibus deſiderijs anhelat, quid aliud quàm vermem amat? Quæ enim ſit carnis ſubſtantia, teſtantur ſepulcra. Quis parentum, quis amicorum fidelium, quamlibet dilecti ſui tangere carnem ſcaturientem vermibus poteſt? Caro itaque cùm concupiſcitur, penſetur quis ſit exanimis: & intelligitur, quid amatur. Nil quippe ſic ad edomandum deſideriorũ carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſque hoc quod viuum diligit, quale ſit mortuum, pẽſet. Conſiderata enim corruptione carnali, citiùs cognoſcitur, quia cùm illicitè caro concupiſcitur, tabes deſideratur. Benè ergò de luxurioſi mente dicitur, Dulcedo illius vermis: quia is qui in deſiderio carnalis corruptionis æſtuat, ad fœtorem putredinis anhelat.

Iob 25.

Cęcitas luxurioſorum.

Iob 24.

14. PRIORIS ad Corinthios tertio: Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos.

15. POSTERIORIS ad Corinthios ſexto: Vos enim eſtis templũ Dei viui: ſicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo, & ero illorum Deus: & ipſi erunt mihi populus.

Leuit.26.

16. PRIORIS ad Corinthios ſexto, 17. AD Hebræos decimotertio, vt in textu.

18. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt.

19. AD Epheſios quinto: Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

20. AD Galatas quinto: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

21. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

VI.

Quid eſt Inuidia, & quas procreat filias?

A. INVIDIA [a] eſt triſtitia de bono alterius, & odium alienæ felicitatis reſpectu ſuperiorum, quia eis non æquatur: & reſpectu inferiorum, nè ſibi æquentur: & reſpectu parium, quia ſibi æquantur, vt Auguſtinus [b] inquit. Filias [c] verò procreat, odium, ſuſurrationem, detractionem, in aduerſis aliorum rebus exultationem, in proſperis afflictionem.

B. Certè Cain [d] Abel germano fratri, & Saul [e] Dauidi deſtinato regi generoque ſuo legitur inuidiſſe. Hoc [f] execrandum crimen, præterquàm quòd ab omni eſt charitate & humanitate remotum, homines etiam Dæmonibus perſimiles reddit. [g] *Inuidiâ* enim *Diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.* Rectè igitur Apoſtolus monet: [h] *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicèm prouocantes, inuicèm inuidentes.*

a De hoc peccato ſcribit Cypr. ſer. de zelo & liuore. Baſil. homil. 11. de Inuidia, & 21. in aliquot ſcripturæ locos. Chryſoſt. ad pop. hom. 44. & 45. Proſper lib. 3 de vita cõtemp. cap. 5. & 9. Iſido. de ſummo bono lib. 3. cap. 25.

b Aug. lib. 11. de Gene. ad lit. cap. 14. Proſper ſentent. 292.

c Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. 1. Ioan. 3. c Rom. 1. d Prou. 17. a 24. b 28. d Eccles 4. a

d Gen. 4. a Iudæ c

e 1. Reg. 18. b

f Nyſſenus in vita Moyſi. Hier. in c. 5. ad Gal. Gre. 3. par. curę paſt. admon. 11. Aug. ſer. 83 de temp. Bernard. ſerm. 24. & 49. in Cant. & in ſer. de triplici cuſtodia.

g Sap. 2. d Chryſoſt. homil. 41. in Matth. Greg. 5. Moral. ca. 33. & 34 & lib. 29. Moral. cap. 3. Auguſt. de ſancta virg. cap. 31.

h Galat. 5. d

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA.

Nihil magis Chriſtiano cauendum quàm inuidia.

1. A. CYPRIANVS in ſermone de zelo & liuore: Nihil magis Chriſtiano cauendum, nihil cautiùs prouidendum, quàm nè quis inuidia & liuore capiatur, nè quis dum zelo in fratris odia conuertitur, gladio ſuo neſcius ipſe perimatur. Quale malum eſt, fratres dilectiſſimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri & ſubuerti alta illa & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt is qui decepit? Exindè inuidia graſſatur in terris, dum liuore periturus magiſtro perditionis obſequitur, dum diabolum qui zelat, imitatur, ſicut ſcriptum eſt: Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

Sapient. 2.

Mali fructus inuidiæ.

Imitantur ergò illum, qui ſunt ex parte illius. Latè patet zeli multiplex & fœcunda pernicies. Radix eſt malorum omnium, fons cladium, ſeminarium delictorũ, materia culparum. Indè odiũ ſurgit, animoſitas indè procedit. Auaritiam zelus inflammat; dum quis ſuo nõ poteſt eſſe contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat; dum cernit quis alium in honoribus auctiorem. zelo excæcante ſenſus noſtros, atq; in ditionem ſuam mentis arcana redigente, Dei timor ſpernitur, magiſterium Chriſti negligitur, iudicij dies non prouidetur. Inflat ſuperbia, exacerbat ſæuitia, perfidia præuaricatur, impatientia cõcutit, furit diſcordia, ira ferueſcit, nec ſe iam poteſt cohibere vel regere, qui factus eſt poteſtatis alienæ. Hinc Dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, vnitas ſcinditur, ad hæreſes atq; ad ſchiſmata proſilitur, dum obtrectatur ſacerdotibus, dũ epiſcopis inuidetur, dum quis aut queritur non ſe potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſitum. Dumq; ab inuidis nunquàm liuor exponitur, diebus ac noctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione laniatur. Mala cætera habent terminum, & quodcunque delinquitur, delicti conſummatione finitur. In latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prędoni rapacitatem ſtatuit præda poſſeſſa: zelus terminum non habet, permanens iugiter malum & ſine fine peccatũ. Quicunque es inuidus & malignus, videris quàm ſis eis quos odiſti inſidioſus, pernicioſus, infeſtus: nullius magis quàm tuæ ſalutis inimicus es. Quiſquis ille eſt quem zelo perſequeris, ſubterfugere & vitare te poterit: tu te non potes fugere: vbicunquè fuerit aduerſarius tuus, tecum eſt, hoſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies intùs incluſa eſt, ineluctabili catenarum nexu ligatus & vinctus es, zelo dominãte captiuus es, nec ſolatia tibi vlla ſubueniunt. Perſeuerans malum eſt, hominem perſequi ad Dei gratiam pertinentem: calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem. Et idcircò, fratres dilectiſſimi, huic periculo conſulens Dominus, nè quis zelo fratris in laqueũ mortis incurreret, cùm eum diſcipuli interrogarent, quis inter illos maior eſſet: Qui fuerit, inquit, minimus in omnibus vobis, hic erit magnus.

Luc. 9.

Amputauit omnem æmulationem reſpõſo ſuo, omnem cauſam & materiam mordacis inuidiæ eruit & abſcidit. Diſcipulo Chriſti zelare non licet, non licet inuidere.

Diſcipulo Chriſti zelare non licet.

Exaltationis apud nos non poteſt eſſe cõtentio, de humilitate ad ſumma creſcimus, didicimus vndè placeamus. Deniquè & Apoſtolus Paulus inſtruens & monens, vt qui illuminati Chriſti lumine tenebras nocturnæ conuerſationis euaſimus, in factis atque operibus luminis ambulemus, ſcribit & dicit: Nox tranſiuit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquàm in die decenter ambulemus: non in comeſſationibus &c. non in certaminibus & zelo.

Rom. 13.

Si receſſerunt de pectore tuo tenebræ, ſi nox indè diſcuſſa eſt, ſi caligo deterſa eſt, ſi illuminauit ſenſus tuos ſplẽdor diei, ſi homo lucis eſſe cœpiſti: quæ ſunt Chriſti gere, quia lux & dies Chriſtus eſt. Quid in zeli tenebras ruis? quid ad diabolum cui renunciaueras, redis? quid Cain ſimilis exiſtis?

2. BASILIVS in homilia de Inuidia, quæ eſt vndecima inter homilias variorum argumentorum: Nihil mortalium animis inuidiæ perturbatione pernicioſius contingit: quæ ante omnia ipſi nocet authori, alijs verò quàm minimùm.

Inuidia ipſi authori ante omnia nocet

Quemadmodùm enim venenũ ferrum, ſic inuidia hos qui eam poſſident, conſumit atque vaſtat. Magìs autem, ſicutì viperas dicunt abrupto matris ventre naſci: ſic & inuidia concipientem ſe animam corrodere ſimul ac tabefacere ſolet. Eſt enim inuidia dolor de proximi proſperitate ac rerum ſucceſſu conceptus.

Inuidia quid ſit.

Quapropter animo inuido nunquàm triſtitia, nunquàm mœſtitia deeſt. Abundat proximi ager, domus bonis omnibus repletur, ex voto deniquè eueniunt omnia, in roſa & viola viuenti. Cuncta hæc triſtitiæ doloríſque occaſionem inuido præbent. Ex quo nihil ab homine nudo, qui omnium iaculis petitur, differre videtur. Quid hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, peſtis naturæ, aduerſa omnibus bonis ex Deo viuentibus, demùm ipſi Deo contraria. Quid enim principem malorum Dæmonem ad bellum aduersùs hominem internecinum impulit?

Geneſ. 3.

Nónne inuidia, per quam & Deo aduerſari palàm depræhenſus eſt? Dolens enim ob præclara dona homini conceſſa, quando Deo nocere non valuit, ipſum inſidijs petijt hominem. Vidit Cain ex Deo honorem fraternum, & exarſit in inuidiam, atque eum qui honoratus erat à Deo, occídit, vt iritaret Deum, qui illum honorauerat.

Geneſ. 4.

Quamobrem fratres dilectiſſimi, inuidiam fugiamus, pugnæ in Deum magiſtram, homicidij matrem, naturæ confuſionem, amicitiæ ac familiaritatis expertem, calamitatem abſurdiſſimam. Quid miſer homo angeris, nihil mali paſſus? quid cum eo contendis, aut quid eum petis in bonis quibuſdam exiſtentem, qui de tuo nihil detrahit aut minuit? Et nonnullis interiectis: Sapiens profectò fuerit, quicunque cum inuido minimè congreditur aut conuerſatur, nec etiam in eadem eſſe cum eo menſa ſtudet.

Inuidi familiaritas fugienda.

Quoniam ex Salomonis ſententia: Zelus hominis ex ſocio ipſius. Non enim Aegyptio vir Scytha inuidebit, ſed ſuæ genti quilibet: & in eadem gente, non ignotis, ſed familiaribus & vicinis, & eiuſdem artis hominibus, aut alia de cauſa coniunctis, & his deniquè coæuis, cognatis, & fratribus. Et omninò vt ærugo frumenti eſt vaſtatio, ſic inuidia amicitiæ peſtis. Illud autẽ in hoc malo laudauerit quiſquam quòd inuidus quanto in proximum vehementiùs mouetur, tanto ſibimet maius parit incommodum.

Inuidia nocet inuidẽti.

Quemadmodùm ſagittæ magna vi emiſſæ, ſi in durum aliquid ac reſpuens inciderint, in emittentem facilè redeunt, ſic inuidia proximis triſtitiam nequaquàm affert, tantùm inuidenti officit. Quis enim vnquàm in mœrore poſitus aliquod propterea proximo incommodum intulit? Seſe ſolum vaſtat atque cruciat. Malum ſuſcipis, per quod inimicus eorum fias, qui te nihil læſerunt, inimicus prætereà Dei boni, & qui omnis eſt expers inuidiæ. Fugiamus ergò fratres intolerabile malum, Serpentis id eſt præceptum, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni cælorum priuatio.

Vituperatio inuidiæ.

Nam & ipſo fatentur ore hoc vitium inuidi. Adſpectus illis eſt aridus & obſcurus, gena ſubtriſtis, ſupercilium demiſſum, anima ipſo morbo ſuffuſa, prudentiam in dignoſcenda veritate ac rebus agendis minimè habens.

Forma inuidorum hominum.

Quid ergò faciundum, vt hanc animi peſtem ab initio minimè quidem patiamur, aut in ea fortaſsè affecti, facilè liberemur? Primùm quidem, ſi nihil re-

Remedia aduerſus inuidiam.

Digitized by Google

rum humanarum magnum aut ſupra naturam exiſtimemus: non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus,ſed ad ſempiternorum & verorum bonorum participationem vocati ſumus. Itaque nec diues æmulandus eſt propter diuitias,nec potens ob dignitatis ac magiſtratus culmen, nec fortis ob corporis robur,nec eloquens ob dicendi facultatem.Inſtrumēta ſunt hæc virtutis rectè vtentibus,nihil per ſe veræ felicitatis habentia. Miſer eſt qui his abutitur,non aliter quàm qui in pugna contra inimicos enſem corripiens, in ſe ac interitum ſuum conuertit. Omninò autem qui res humanas rationi ſubiecerit, & ad veram pulchritudinem laudémque ſe conuerterit, multùm abfuerit ab eo, vt in rebus terrenis & fluxis quenquam putet eſſe felicem & æmulandum. Qui vero ità fuerit animatus, vt nihil vſquàm humanum admiretur, huic proculdubiò dominari inuidia nullo modo poterit. Si quis verò ità gloriæ cupidus fuerit, vt omnes antecellere cupiat, nec ſecundas facilè patiatur, maximam profectò occaſionem cauſamq́ inuidiæ dabit. Et poſt pauca: Sic demùm teipſum incolumem ſeruabis,& in bonis longè maioribus claritatem habebis. Nam & virtus intra nos eſt, & ab ijs qui ob eam labores ſubeant,aptà poſſideri. Diuitiarum autem copia, forma corporis,potentiæ faſtus intra nos nequaquàm conſiſtit.

Proprium diaboli vitium.

3. IDEM homilia in aliquot ſcripturæ locos, quæ eſt inter variorum argumentorum homilias vigeſimaprima: Inuidia proprium eſt diaboli vitium. Malum hoc eſt, quod ſatis exprimi nequit, quod medicinā ſpernit. Qui caput aut membrum aliquod dolent,medico morbum aperiunt:at qui ægrotat inuidia, quid dicet? angunt me proximi bona? nam veritas hæc eſt: Attamen hæc quiſque verba fateri erubeſcit.Quid quæſo te affligit, proprium malum,an alienum bonum? certè malum tuum incurabile. Canes enim nutriendo manſuetos reddimus: inuidum verò & malignum,beneficio noſtro deuinciendo longè peiorem reddimus.Non enim gaudet in ijs quę recepit bonis: ſed tua triſtatur felicitate, quòd facultas tibi ſit eius vſui ſubueniendi.Noli igitur in diaboli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi, inuidit inquam quum te è paradiſo expulit. Nè ſequere illum,néve cum eo commercium ſuſcipe vllum. Bìs enim te læſit. Primùm,quum te ab initio eiecit: deindè nunc reditum tuum turbare contendit.

4. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaquarta ad populum Antiochenum: Sicut furentes ſæpenumerò gladios in ſe conuertunt, itidèm & inuidi, ſolam inuiſi perniciem intuentes, propriam negligunt ſalutem: hi feris quoquè peiores. Nam illæ quidem eſcæ indigentes, vel à nobis iritatæ,aduerſùs nos armantur: hi verò beneficijs quoq; frequenter allecti, benè meritos maleficijs proſecuti ſunt. Hi quidem peiores feris,dæmonibus autē pares,fortè peiores & iſtis. Hi nanque contra nos bellum exercent impacatum,conſortibus autem generis non inſidiantur. Vndè Iudæis quoq; Chriſtus os occluſit, cùm eum in Beelzebub eijcere dæmonia calumniarentur. Hi verò neque naturæ communionem reueriti ſunt, neq; ſibi pepercerunt. Nam antequàm inuiſos, animas ſuas pœnis afficiunt, tumultus omnis & ignobilitatis eas fruſtrà & incaſsùm implet. Cur enim doles ô homo proximi bonis? Dolere nos oportebat his quæ patimur malis, non in quibus alios probabiles haberi videmus. Propterea omni venia caret iſtud peccatum.Nam fornicator quidē concupiſcentiam prætēdere poteſt, fur paupertatem, homicida furorem,frigidas quidem & irrationabiles,habent tamen quas prætendāt excuſationes. Tu verò quam dices cauſam rogo? Nullam penitùs niſi tantùm intenſam nequitiam. Si enim inimicos diligere iubemur, cùm & diligentes oderimus,quam pœnam luemus? Nam ſi diligens diligentes,nihilo gētibus meliùs affectus eſt: nihil iniuriæ operatos infeſtans, quam habebit veniam? quam excuſationem? audi quid Paulus dicat: Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt.Quòd autem vbi liuor & inuidia, charitatis opera ſublata ſint,cuique patet. Hoc vitiū & fornicatione peius eſt, & adulterio. Hoc enim in operato tantùm ſiſtit: inuidię verò vis totam ſubuertit eccleſiam,& toti nocet terrarum orbi. Hæc homicidij mater eſt: ità fratrem Cain occidit,ità Iacob Eſau,ità Ioſeph fratres,ità cunctos homines diabolus. Sed tu nunc non occidis, ſed multa cæde facis grauiora, fratrem optans confundi, laqueos vndiquè tendens, ſumptos pro virtute diſſoluens labores, dolens quòd mūdi placent Domino. Non illum itaque,ſed ab eo cultum impughas.Illum afficis contumelia,tuum illius præponens honori: & quod eſt omnium grauiſſimum, indifferens peccatum eſſe videtur,cùm ſit omnium atrociſſimum. Siue miſerearis, ſiue vigiles, omnium es ſceleratiſſimus,cùm inuideas fratri,& hoc illinc eſt manifeſtum. Quidam olìm apud Corinthios fornicatus eſt,ſed accuſatus fuit,& breuì correctus. Abeli Cain inuidit, ſed ſanatus non eſt: quin & Deo ſtatim ipſius vlceri curam afferente, magis intumeſcebat, & fluctuabatur, & ad cædem properabat. Ità hoc vitium illo peius eſt,nec medicinæ,quancunque adhibuerimus, facilè cedit. Funditùs igitur eam vndiquè euellamus, illud penſantes, quòd quemadmodùm offendimus Deum alienis tabeſcentes bonis,ità placemus gratulantes,& noſmetipſos participes facimus bonorum benè merenti repoſitorum. Et propterea Paulus dicit: Gaudete cum gaudentibus,& flete cum flentibus. Vtrinquè magnum lucremur emolumentum. Cogitantes itaque, quòd licèt non laboremus, ſed laboranti condelectemur, illius coronarum efficimur participes: omnem eijciamus inuidiam,& in animabus noſtris charitatem plantemus.Graue quid inuidia, graue & ſimulatione plenū. Hoc mundum innumeris repleuit malis. Ex hoc morbo litibus plena ſunt tribunalia, ex hoc liuores & pecuniarum amor, ambitio & inanis gloria. Hinc vrbes obſidentur,& mare piratas habet:hinc per orbem cædes,hinc genus noſtrum diſſipatum eſt. Quodcunque malum videris,ex hac radice producitur: iam enim & in Eccleſias debacchata eſt, & priùs innumera patrauit mala.Hoc auaritiam parit,vitium omnia confundens, & iuſtitiā corrumpens. Et poſt nonnulla: Lugeamus itaque non hos tantùm, verum & inuidos: grauis enim & hic valdè morbus eſt. Nec aberrauerit quis,hanc diaboli filiam appellans,& poſt hæc inanis glorię fructum, quin & radicem.Hæc enim vtraque mala in alterutrum ſeſe producere ſolent.

Feris deteriores ſunt inuidi.

Pares aut peiores dæmonibus.

Matth.12.

Omni venia & excuſatiōe caret hoc peccatum.

Nota.

Matth.5.

1.Cor.13.

Fornicatione & adulterio quomodò peius.

Gen.4.27.37. Sapien.2.

Geneſ.4.

Lucrum eorū qui benè faciunt alijs.

Rom.12.

Inuidia quàm malorū Iliadem inuexit.

Filia diaboli inuidia.

5. IDEM homilia quadrageſimaquinta ad populum Antiochenum: Talis eſt inuidiæ malitia, vt priùs ſe parientem offendat. Et ſicut vermis de ligno naſcens, ipſum priùs abſumit: ſic & inuidia illam priùs quæ ſe peperit, animam corrumpit,& inuiſum contrarijs,àc vellet,afficit. Nam nè mihi conſideres inuiſorum proœmia, ſed finem reſpice: & intellige,quòd hęc inuidentium malitia inuiſos ad maiorem perducit claritatem. Nam hi quidem & Deum in auxilium attrahunt,& cęleſti fruuntur fauore:hoc verò carens,omnibus redditur expugnabilis: & antequàm ab externis hoſtibus, & ab ipſo obſeſſus vitio tantùm non cōſumitur: & tāquam occultis depaſtus dētibus,ità clanculùm, vt ità dicam, abſumptus remanet. Quod ſcientes,huius quæſo vitij peſtem fugiamus,& totis viribus ex noſtris relegemus animis. Omnium enim vitiorū hoc eſt pernicioſiſſimum, & ipſam ſalutem noſtrā ſuper omnia vaſtat: Improbi nanque diaboli eſt inuētum. Et propterea Sapiēs quidam

Comparatur vermi de ligno naſcēti.

Omnium vitiorum pernicioſiſſimum.

Digitized by Google

Sapien.2.

dam dicebat: Inuidia verò diaboli introiuit mors in orbem terrarum.

6. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite quinto: Inuidus certè, qui alienum bonum, ſuum facit inuidendo ſupplicium, nulla videtur ad inuidendum concupiſcentia prouocari, ſed tantùm ſuperbiæ morbo vexari. Sed ſi animi eius peſtem, qua præcipitatur incenſus, ſubtiliter altéq; rimemini, inuenietis eum & perditionis eius cupidine, cuius cupit interitum, & ſuperbiæ malo teneri, quo ſibi iugiter ingemiſcit meliorem cui inuidet, anteferri. Quis facilè poteſt, quale ſit hoc malum, verbis exprimere, quo inuidus odio hominis perſequitur diuinum munus in homine: quum potiùs amari homo debeat, etiam pro ſui meriti ſanctitate? Tantos inuidus habet pœna iuſta tortores, quantos inuidioſus habuerit laudatores. Siquidem inuidioſum facit excellentia meriti, inuidum pœna peccati: nec ei ab homine poteſt remedium adhiberi, cuius eſt vulnus occultum.

Oritur ex ſuperbia.

Inuidioſi & inuidi diſcrimen.

7. ET capite nono: Donante Domino debemus oſtendere, qualiter inuidi ſanctè viuentium merita, ſua faciant inuidendo peccata: & quantum in eis bonum corrumpat inuidia, qui quicquid boni fieri vel dici à ſanctis audierint, aut omninò non credunt, aut res benè geſtas in malum malè interpretando conuertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama iactauerit, ſtatim, tanquàm ſi ipſi viderint, credunt. Feraliter eis qui illud verum non eſſe probare voluerint, contradicunt. Omnia ſuis æmulis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra ſe abſcondunt, & in ſuos cruciatus enutriunt, proficiētibus inuident, peccantibus fauent. De bonorū malis gaudent, de profectibus lugent, de inimicitijs gratuitis ardent, depræhendi pectoris ſui malitiam timent, ſemper amari, nunquàm certi. Amici diaboli, inimici etiam ſui, omnibus odioſi. Ad gaudenda anxij, ad plangenda læti, vtrobiquè diſperſi. Inter amicos diſcordias ſeminant: diſcordantes, ad tempus, ſi poſſunt, in diſſenſione confirmant. Opinionem bonorum mendacijs decolorant: in ſpiritualibus carnalia laudāt, vt ſpiritualia bona eis deeſſe perſuadeant. Amicitias ſimulāt, vt eos, qui ſe incautè ſibi commiſerunt, qua poſſunt arte decipiant. Odiorū ſibi occaſiones prauis ſuſpicionibus coaceruant: dæmones, quorum ſectantur facta, lætificant. Sanctos viros, quibus ſunt noti, contriſtant, velut amici in obſequio, hoſtes in animo. Continentes in verbo, turpes in facto. Prodigi ſecretorum, tenaces malorum: Prompti ſuſpicionum malarum, inanes bonorum. Pleni ſordium, præditi fraudibus. Aduerſarij corde virtutibus, praui moribus, & inſidioſi cunctis ſecum in ſimplicitate viuentibus. Hæc & his ſimilia ſunt, quæ omnes inuidos bonis voto ſiue animo inimicos oſtendunt. Conſiderate, obſecro, qualiter inuidos punitura ſint mala ſua, quos etiam bona puniunt aliena. Vbi iſti fieri poterunt boni, qui ſunt in bono mali: aut quando benè malis vſuri ſunt, qui malè bonis vti non deſinunt? Item bonis vtitur inuidus malè, quia omnibus bonis, quæ miſer execratur abiunctus, animi ſui ſupplicio relinquetur affligendus. Et quis ei poterit ſubuenire, qui ſe ſibi exhibet inuidendo carnificem? Aut vndè ſibi parabit ſalutem, qui de ſalutis materia (bonis malè vtendo) facit perniciem?

Inuidorū ingenium egregiè depingitur.

Inuidus, ſui ipſius carnifex.

8. ISIDORVS de ſummo bono libro tertio, capite vigeſimoquinto: Liuor alieni boni ſuum punit authorem. Nam vndè bonus proficit, indè inuidus contabeſcit. Homines prauè viuentes, ſicut de bonorum lapſibus gratulantur, ità de eorum rectè factis boniq; perſeuerantia confunduntur. Inuidus membrum eſt diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Sicut & ſuperbus membrum eſt diaboli, de quo ſcriptum eſt: Omne ſublime videt, & ipſe rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Nulla eſt virtus quæ non habeat contrarium inuidiæ malum. Sola miſeria caret inuidia: quia nemo inuidet miſero, cui reuerà non liuor obijcitur, ſed ſola miſericordia adhibetur. Multi & bonos imitari volunt, & de bonorum profectibus inuidiæ liuore tabeſcunt. Quo fit vt nec illi corrigantur à malo ſuo: ſed per inuidentiam deteriorentur, & bonos à recto ſtudio, quantùm in ipſis eſt, ſi potuerint, deprauare conentur. Quando malos boni proficere vident, non ſcandalizentur: ſed quem ſint finem habituri, maximè cogitent. Hoc omnis inuidus alienis virtutibus præſtat, quod beato Iob Satan præſtitit. Nam dum æmulatur proſperitatibus, commouit aduerſa. Sed dum credidit eum diabolus poſſe proſternere, indè eius aucta ſunt merita, atque indè claruerunt probabiliora patientiæ documenta. Ità requirunt inuidi aditum malæ famæ, per quam bonorum vitam maculent, ſicut oſtium quærebant Sodomitæ, quo domum Loth nocituri introirent. Illi verò cæcitate erroris percuſſi, parietes videbant, oſtium nō inueniebant. Non aliter inuidi videndo velut parietem, virtutes diſſimulant: vitia verò perquirunt, per quæ eorum conſcientiam vrant.

Sapien.2.

Iob 41.

Nulla virtus caret inuidia.

Sola miſeria caret inuidia.

Iob 1. & 2.

Geneſ.19.

9. AVGVSTINVS libro vndecimo de Geneſi ad literam, capite decimoquarto: Cùm ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, inuidia verò ſit odium felicitatis alienæ, quid vndè naſcatur, ſatis in promptu eſt. Amando enim quiſq; excellentiam ſuam, vel paribus inuidet quòd ei coæquantur: vel inferioribus, nè ſibi coæquentur: vel ſuperioribus, quòd eis non coæquetur. Superbiendo igitur inuidus, non inuidendo quiſque ſuperbus eſt.

Inuidia quid ſit, & quomodò ex ſuperbia naſcatur.

10. PROSPER in ſententijs ex Auguſtino decerptis, ſententia ducenteſima nonageſimaſecunda: Cùm ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, inuidentia verò ſit odium felicitatis alienæ, quod vndè naſcatur, in promptu eſt. Amando enim quiſque excellentiam ſuam, vel paribus inuidet, quòd ei coæquentur: vel inferioribus, nè ſibi coæquentur: vel ſuperioribus, quòd eis non coæquetur. Superbiendo ergò quiſque inuidus, non inuidendo ſuperbus eſt.

11. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: De inuidia odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio autem in proſperis naſcitur.

Inuidiæ filiæ.

12. PRIMAE Ioannis tertio: Hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrùm. Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta. Omnis qui odit fratrem, homicida eſt.

13. AD Romanos primo: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, &c. plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, ſuperbos, &c. Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

14. PROVERBIORVM decimoſeptimo: Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

15. ET capite vigeſimoquarto: Cùm ceciderit inimicus tuus, nè gaudeas, & in ruina eius nè exultet cor tuum: nè fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Et paulò pòſt: Cum detractoribus nè commiſcearis, quoniam repentè conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit?

16. ITEM capite vigeſimooctauo: Vir qui feſti-

Digitized by Google

nat ditari,& alijs inuidet, ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei.

17. ECCLESIASTIS quarto: Contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patére inuidiæ proximi. & in hoc ergò vanitas, & cura ſuperflua eſt.

1. B. GENESIS quarto: Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoquè obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit. Iratúſque eſt Cain vehementer, & cóncidit vultus eius, &c.

2. IVDAS Apoſtolus in epiſtola ſua catholica: Væ illis, qui in via Cain abiêrunt.

3. PRIMI Regum decimooctauo: Præcinebant mulieres, ludentes atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autẽ Saul nimìs, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixítque, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt niſi ſolum regnum? Non rectis ergò oculis Saul adſpiciebat Dauid à die illa & deincẽps. &c. Tenebatq; Saul lanceam, & miſit eam, putans quòd poſſet Dauid configere cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecundò, &c. Factuſq; eſt Saul inimicus Dauid cunctis diebus.

4. GREGORIVS Nyſſenus in vita Moyſi: Inuidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſa, ignominiæ principium. Inuidia nos longè à paradiſo exterminauit: inuidia repulit à ligno vitæ. Inuidia, dico, mortifer ſtimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenoſa, tabes ſpontè adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, inteſtinorum ignis: hanc qui habet, non ſuis malis, ſed alienis bonis infelix eſt, & contrà non ſuo bono, ſed malis proximi felix eſt: inuidus enim felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet. Miluos cadaueribus paſci, & precioſis vnguentis emori aiunt: videtur enim natura ſua ad putridum & putulentum eſſe affinis: quando verò huic morbo ſubiectus eſt aliquis, amicorum commodis quaſi vnguento tabeſcit: & ſi quid calamitoſum incidiſſe proximo intellexerit, ilicò aduolat,* poſito inuadit adunco, quo ſi qua latent, diſtrahit atque diſſipat, & in medium proponit omnibus.

Inuidiæ vituperatio. *Miluis comparantur inuidi.* *for.* roſtro*

5. HIERONYMVS in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: Inuidiam non putemus idem eſſe quod zelum. Quia zelus & in bonam partem accipi poteſt, cùm quis nititur ea quæ meliora ſunt æmulari. Inuidia verò aliena felicitate torquetur, & in duplicem ſcinditur paſſionem; cùm aut ipſe eſt aliquid in eo, in quo alium eſſe non vult; aut alium eſſe videns meliorem, dolet ſe ei non eſſe conſimilem. Pulchrè quidam de Neotericis, Græcum verſum transferens elegiaco metro de inuidia luſit, dicens:

Diſcrimẽ inter inuidiam & zelum. *Inuidia in duas paſſiones ſcinditur.*

Iuſtius inuidia nihil eſt: quæ protinùs ipſum
Authorem rodit, excruciatq; animum.

Scripſit & beatus Cyprianus librum de zelo & liuore, valdè optimum: quem qui legerit, non dubitabit annumerare operibus carnis inuidiam. Inter inuidum autem & inuidioſum hoc intereſt, quòd inuidus feliciori inuidet. Inuidioſus autem is eſt, qui ab alio patitur inuidiam.

Inuidi & inuidioſi diſcrimen.

6. GREGORIVS paſtoralis curæ parte tertia, admonitione vndecima: Admonendi ſunt inuidi, vt perpendant quantæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione tabeſcunt. Quid iſtis infelicius, quos dum conſpecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit. Aliorum verò bona quæ habere non poſſunt, ſi diligerent, ſua facerent. Sic quippe ſunt vniuerſi conſiſtentes in fide, ſicut multa membra vno continentur in hoc corpore, quæ per officium quidem diuerſa ſunt, ſed eo quo ſibi viciſsìm congruunt, vnum fiunt. Vndè fit vt pes per oculum videat, & per pedes oculi gradiantur, ori auditus aurium ſeruiat, & ad vſum ſuum auribus oris lingua concurrat, ſuffragetur venter manibus, ventri operentur manus. Nimìs itaque turpe eſt, non imitari quod ſumus. Noſtra ſunt nimirùm, quæ etſi imitari non poſſumus, amamus in alijs, & amantium fiunt quæque amantur in nobis. Hinc ergò penſent inuidi, charitas quantæ virtutis eſt, quę alieni quoq; laboris opera, noſtra facit ſine labore. Dicendũ eſt inuidis, quia dũ ſe iſta intrinſecùs peſte conſumunt, etiam quicquid in ſe aliud boni habere videntur, interimunt. Vndè ſcriptum eſt: Vita carnium, ſanitas cordis, putredo oſſiũ, inuidia. Quid enim per carnes, niſì infirma quædam ac tenera: & quid per oſſa, niſì fortia acta ſignantur?

Cæcitas & infelicitas inuidorum. *Aliorũ bona quomodò noſtra fiant.* *Prouer. 14.*

7. AVGVSTINVS ſermone octogeſimotertio de tempore: Sicut ærugo ferrum, ità inuidia illam ipſam animam, in qua eſt, interimit & conſumit. Et ſicut aiunt, viperas dilacerato & dirupto illo ipſo materno vtero, in quo conceptæ ſunt, naſci: ità & inuidiæ natura illam ipſam animam, à qua concepta eſt, & conſumit & perdit. Qualis hęc animę tinea eſt? Quę cogitationũ tabes pectoris? Quanta rubigo, zelare in homine donũ Dei, & in malo opprobrio bona aliena conuertere, aliorum gloriam facere pœnam ſuam, velut quoſdam pectori ſuo admouere carnifices, cogitationibus & ſenſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent? Non cibus talibus lætus, non potus poteſt eſſe iucundus. Suſpiratur ſemper & ingemiſcitur ac doletur: diebus ac noctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione laniatur. Et quantum ille cui inuidet ſucceſſu meliore profecerit, tantum inuidus in maius incendium liuoris ignibus exardeſcit: pallor in facie, tremor in labijs, ſtridor in dentibus. Quiſquis ille eſt quem in zelo ſuo perſequitur inuidus, ſubterfugere eum forſitan poterit & vitare: inuidus verò fugere non valebit. Vbicunquè fuerit, aduerſarius ſuus ſecum eſt, hoſtis in pectore ſemper incluſus.

Aerugini cõparatur & viperæ. *Miſeria inuidorum.*

8. BERNARDVS in ſermone vigeſimoquarto ſuper cantica: Non veniat anima mea in concilio detrahentiũ: quoniam Deus odit eos, dicente Apoſtolo: Detractores Deo odibiles. Quam ſententiã Deus ipſe loquens in pſalmo, audi quomodò affirmet: Detrahentem, inquit, ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Nec mirum, cùm id præcipuè vitium charitatem quæ Deus eſt, & quidem cæteris acriùs, impugnare & perſequi cognoſcatur, quemadmodùm vos quoquè poteſtis aduertere. Omnis qui detrahit, primùm quidem ſeipſum prodit vacuum charitate: deindè quid aliud detrahendo intendit, niſì vt is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipſis apud quos detrahit? Ferit ergò charitatem in omnibus qui ſe audiunt, lingua maledica: & quantùm in ſe eſt, necat funditùs & extinguit: non ſolùm autem, ſed & in abſentibus vniuerſis ad quos volans verbum fortè per eos qui præſentes ſunt peruenire contigerit. Vides quàm facilè & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens ſermo tabe malitiæ huius inficere poſſit? Proptereà dicit de talibus propheticus ſpiritus: Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Vtiquè tam veloces, quàm velociter currit ſermo. Vnus eſt qui loquitur, & vnum tantùm verbum profert: & tamen illud vnum verbum vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor ſiquidem felle liuoris amarum, per linguæ inſtrumentum ſpargere niſì amara non poteſt, dicente Domino:

Rom. 1. *Contra detractionem.* *Pſal. 100.* *Pſal. 13.*

Digitized by Google

Matth.12. *Species detractionis.* Ex abundantia cordis os loquitur. Et ſunt ſpecies peſtis huius dum alij quidem nudè atque irreuerenter vtì in buccam venerit, virus euomant detractionis. Alij autem quodam ſimulatę verecundiæ fuco cōceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta ſuſpiria, ſicq; quadam cum grauitate & tarditate, vultu mœſto, demiſſis ſupercilijs, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto perſuaſibiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde inuito, & magìs condolentis affectu, quàm malitioſè proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo quòd diligo eum ſatis, & nunquàm potui de hac re corrigere eum. Et alius, Mihi quidem, ait, benè compertum fuerat de illo iſtud, ſed per me nunquàm innotuiſſet. At quoniam per alterum patefacta eſt res, veritatem negare non poſſum: dolens dico, reuerà ità eſt. Et addit: Grande damnum. Nam aliàs quidem in pluribus valet, cæterùm in hac parte (vt verum fatear) excuſari minimè poteſt.

9. *De primis motibus inuidiæ.* IDEM ſermone quadrageſimonono in Cantica: Mentientes noſmetipſos nobis, ſentimus aliqui noſtrûm pro noſtrę imperfectionis experientia, quàm rara virtus ſit, alienæ non inuidere virtuti, nedùm gaudere ad illam, nedùm etiam tanto plus quàm ad propriam quenque gratulari, quanto ſe perpenderit in virtute ſuperatum. Et quomodò (ais) ego proficere poſſum, qui fratri proficienti inuideo? Si doles quòd inuides, ſentis, ſed non conſentis. Paſſio eſt quandoquè ſananda, non actio condemnanda. Tantùm non illic reſideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, ſatisfacias peſti, perſequaris inſontem, benè ab illo geſta calumniando, deprimendo, peruertendo atque impediendo gerenda. Alioquì non nocet ambulanti & extendenti ſe ad meliora, quod iam non ipſe operatur, ſed quod habitat in eo peccatum. *Rom.6.* Non eſt ergò damnatio illi qui non dat membra ſua arma iniquitati, non linguam ad detrahendum, non quicquam reliqui corporis ad lædendum nocendúmve aliquo modo, magìs autem confunditur ſic ſe eſſe malè affectum: & inolitum ex longo vitium confitendo, flendo, orando conatur expellere: & cùm non præualet, mitior indè ad omnes, atque apud ſe humilior inuenitur.

10. *Contra detractores.* ITEM in ſermone de triplici cuſtodia, manus, linguæ, & cordis: An non amittunt vitam detractores Deo odibiles, odibiles vitæ? Fugit vita quos odit, & quos vita fugit, mori neceſſè eſt. An non & ipſe moritur, qui venenum bibit, quod ei maleſuada detractoris lingua propinat? Siquidè furtìm ei dilectionis vita ſubtrahitur: & dum neſcit, paulatìm in eo fraterna charitas refrigeſcit. Auditurus eſt forſitan ipſe quoq; cui detrahitur: vndiquè enim verba volant, & multorū priùs ora ſermo pertranſiens, difficilè fieri poteſt, quin ſingulorū creuerit linguis, & quaſi iam prouectus referatur ad eū, ad cuius ſpectat offenſam. Itaq; ſcandalizabitur audiens & tabeſcet, eoq; faciliùs extinguetur in eo charitas, quo ampliùs antè viuere videbatur. *Pſal.54.* Si inimicus, ait, meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiquè: & quidem cauet ſibi prudens auditor, cauet & ipſe, ſi non deſipit, qui ſibi nouerit eſſe detractum: ille, nè veneno inficiatur: iſte, nè ſcandalo perturbetur. Sed quod in ſe eſt, tamen lingua maledica, & illius percutiens conſcientiam, & iſtius vulnerans charitatem, ſecum pariter vtrunq; peremit. Nunquid non vipera eſt lingua iſta? Ferociſſima planè, nimirùm quæ tam lethaliter tres inficiat flatu vno. Nūquid non lancea eſt iſta lingua? Profectò & acutiſſima, quæ tres penetrat ictu vno. *Pſal.56.* *Lingua detractoris gladius triceps.* Lingua, inquit, eorum gladius acutus. Gladius equidem anceps, immò triceps eſt lingua detractoris. Nec verò eiuſmodi linguam, ipſo etiam mucrone quo Dominicum latus confoſſum eſt, crudeliorem dicere verearis. Fodit enim hæc quoquè Chriſti corpus, & membrum de membro, nec iam exanimè fodit, ſed facit exanime fodiendo. Ipſis quoquè nocentior eſt ſpinis, quas illi tam ſublimi capiti furor militaris impoſuit: *Matth.27.* ſeu etiam clauis ferreis, quos ſanctiſſimis manibus illis & pedibus conſummatio Iudaicæ iniquitatis infixit. Niſi enim huius quod nunc pungitur & transfoditur, corporis ſui vitam illius vitæ corporis prætuliſſet, nunquàm illud pro iſto mortis iniuriæ, crucis ignominiæ tradidiſſet. Et dicimus, Leuis res ſermo: tenera, mollis & exigua caro lingua hominis: quis ſapiens magni pendat? Leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: leuiter tranſit, ſed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit: Profertur leuiter, ſed non leuiter reuocatur: facilè volat, atque ideò facilè violat charitatem.

11. SAPIENTIAE ſecundo, vt in textu.

12. *Quàm execrabile malum inuidia ſit.* CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaprima in Matthæum: Tale certè malum inuidia eſt, qua nulla vnquàm malignitas peior inuenitur. Nam adulterio inquinati, voluptatis ſaltem iniquæ fructum, vt putant, aliquem capiunt, & breui tempore peccatum committunt. Inuidi autem & multò antè ſeipſos, quàm quibus inuident, perturbant & cruciāt: & ità in agendo ſemper inuidendoq; ſunt, vt nunquàm peccandi afferant finem: ſed quemadmodùm ſues lutoſa immunditia, & dæmones noſtris damnis lætantur, ſic inuidi calamitate proximorū exultant. Cumq; aliquid triſte ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulùm acquieſcit, atq; reſpirat inuidus: alienas enim iacturas ſuos quæſtus exiſtimat, & aliorū felicitatem miſeriam ſuam arbitratur: nec magis conſiderat quid ipſe ſuaue conſequatur, quàm quid proximo calamitoſum inferatur. Nónne igitur tales homines lapidibus petendi? Nónne omni cruciatu torquēdi ſunt? Non aliter profectò quàm canes rabie concitati, infeſtiq; dæmones, atq; furiæ ipſæ. *Nota.* Nam quemadmodùm ſcarabæi alieno ſtercore, ſic inuidi aduerſa aliorum fortuna nutriuntur, cùm ſint communes humano generi hoſtes atq; inimici. Et alij quidem homines ſi animantes rationis expertes crudeliter cędi ac dilaniari viderint, aliquantulùm commiſerantur: tu verò cùm ſalutis beneficium conferri homini cernas, expalles & tremis, & in ferocitatem cædendi benefactoris conſpiras. Et quid hac inſania furioſius vnquàm reperietur? His profectò de cauſis fornicatores ac publicani ad cælos conſcendere potuerunt: inuidiæ autem morbo laborantes, quum intùs eſſent, à regno cælorū exciderunt: filij autem (inquit) regni eijcientur foràs. *Matth.8.* Prætereà omni prauitate illi ex animis expulſa, ea quæ nunquàm ſperârunt, facilè nacti ſunt: Phariſæi autem vel ea quæ retinebant bona, penitùs amiſerunt: neque id iniuria. Nam inuidia peſtiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immaniſſimū conuertit. *Inuidia conuertit homines in dæmones.* Inuidià prima hominis cędes apparuit. Inuidià fraterna charitas contempta eſt. *Gene.4.* Inuidià ſanguine hominis terra primò maculata. Inuidià deniquè factum eſt, vt hiatu ſuo terra Dathan, Chore, Abiron, vniuerſumq; illum populū viuos abſorpſerit. *Num.16.* Et paulò pòſt: Nam vndè Cain fratricida effectus eſt? Vndè verò Eſau fratrē inſectabatur? *Gen.4.27.* Vndè Laban, vndè Iacob filij, vndè Chore, Dathan & Abiron, vndè Maria atque Aaron inquinati fuerunt? *Gen.31.&37.* *Num.16.&12.* Vndè ipſe diabolus calumniæ nōmen ſortitus eſt? Adhæc illud etiam tecum ſemper verte, quia non maiorem illi cui inuides, quàm tibi ipſi facis iniuriam, cùm teipſum verſùs mucronem impellas. Quid enim incommodi Cain fratri ſuo Abel intulit? *Gene.4.* Nónne illum quidem inuitus ad meliorem vitam citiùs tranſmiſit, ac

ſeipſum

Digitized by Google

ſeipſum ærumnis inuoluit? Eſau verò qua in re manſueto Iacob obfuit, cùm ipſe etiam paterna domo excidit, & poſt inſidias illas in aliena vagabatur regione, Iacob verò multis bonis atque diuitijs abundauit? Qua in re fratres ſui Ioſeph peiorem reddiderunt? Nónne quanquàm vſque ad ſanguinem ferè veniſſent, inediæ malo in extremis periculis fuerunt, cùm ille regia poteſtate in Aegypto potiretur? Nam quanto maiore inuidia laboras, tanto maiora illi offers bona, cui inuides. Deus enim qui omnia perſpicit, cùm viderit innocentem iniuria circunuentum, extollit multò magìs, clarumq́; illum facit, inuidentem autem deprimit.

Gen. 27. Gen. 37. & 42.

13. GREGORIVS libro quinto Moralium, capite trigeſimotertio: Et paruulum occidit inuidia. Inuidere enim non poſſumus, niſi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergò eſt qui liuore occíditur, quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quòd eo minor ſit, cuius inuidiâ torquetur. Hinc eſt quòd hoſtis callidus primo homini inuidendo ſurripuit, quia amiſſa beatitudine minorem ſe immortalitate illius agnouit. Hinc eſt quòd Cain ad perpetrandum fratricidium corruit: quia deſpecto ſuo ſacrificio, prælatum ſibi infremuit, cuius Deus hoſtiam accepit, & quem meliorem ſe eſſe exhorruit, nè vtcunque eſſet, amputauit. Hinc Eſau ad perſecutionem fratris exarſit, quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro eſu lenticulæ ipſe vendiderat, minorem ſe eo, quem naſcendo præibat, ingemuit. Hinc Ioſeph fratres ſui Iſmaëlitis tranſeuntibus vendiderunt: quia cognito reuelationis myſterio, nè ſe fieret melior, eius profectibus obuiare conati ſunt. Hinc Saul Dauid ſubditum, lanceam intorquendo perſequitur, quia quem magnis quotidiè augeri virtutum ſucceſſibus ſenſit, vltra ſe excreſcere expauit. Paruulus itaque eſt qui inuidiâ occíditur, quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alterius non doleret.

Iob 5. Inuidemus nō niſi illis, quos nobis meliores arbitramur. Gen. 4. Gen. 27. Gen. 37. 1. Reg. 18.

14. ET capite trigeſimoquarto: Sed inter hæc ſciendum eſt, quia quanuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiqui hoſtis virus infunditur, in hac tamen nequitia, tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ peſtem mouit. De quo nimirùm ſcriptum eſt: Inuidiâ diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam cùm deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipſa quoquè exteriora indicant, quàm grauiter animum veſania inſtigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimũtur, mens accenditur, & membra frigeſcunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor: cumq́; in latebris cordis creſcens abſconditur odium, dolore cæco * tenebrat conſcientiam vulnus incluſum. Nil lætum de proprijs libet, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena: quantóque extranei operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuidæ profundiùs ſuffoditur: vt quo alij ad meliora properant, eo ipſo deteriùs ruant, qua ruina videlicet etiam illud deſtruitur, quod in alijs actibus, perfecto opere, ſurrexiſſe putabatur. Nam inuidia cùm mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit benè geſta, conſumit. Vndè benè per Salomonem dicitur: Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia. Quid enim per vitam carnis, niſi infirma quædam ac tenera: & quid per oſſa, niſi fortia acta ſignantur? Qui ergò liuoris peſte plenè carere deſiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non anguſtat, quæ & omnibus vna eſt, & ſingulis tota: quæ tanto largior eſſe oſtenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Quia autem paruulus eſt, qui terrena diligit: magnus, qui æterna concupiſcit: poteſt etiam ſic non inconuenienter intelligi, Paruulum occidit inuidia, quoniam huius peſtis languore non moritur, niſi qui adhuc in deſiderijs infirmatur.

Diabolicum vitium. Sapient. 2. Exterior ſpecies inuidi hominis. * al. terebrat Prouer. 14. Remedium contra inuidiam. Iob 5.

15. ITEM libro vigeſimonono Moralium, capite tertio: Eccè alius fratri ſuo in corde tacitus inuidet, & ſi occaſionem reperiat, eum ſupplantare contendit. Cuius alterius membrum eſt, niſi eius de quo ſcriptum eſt, Inuidiâ diaboli mors intrauit in orbem terrarum?

Inuidi ſunt membra diaboli. Sapient. 2.

16. AVGVSTINVS in libro de ſancta virginitate, capite trigeſimoprimo: Superbiam ſequitur inuidentia, tanquàm filia pediſſequa. Eam quippe ſuperbia continuò parit, nec vnquàm eſt ſine tali prole atque comite. Quibus duobus malis, hoc eſt, ſuperbiæ & inuidentiæ, diabolus præeſt.

Diabolus præeſt ſuperbiæ & inuidiæ.

17. AD Galatas quinto, vt in textu.

VII.

Quid eſt Gula, & quænam illius filiæ?

A. GVLA eſt cibi ac potus appetitus [a] inordinatus. [b] Filias habet, [c] ineptam lætitiam, multiloquium, ſcurrilitatem, [d] ſpurcitiem, ſenſuum & intellectus hebetudinem.

B. Quid verò fœdius, quàm hominem à beluis naturali quadam frugalitate contentis ſuperari, dum ventris, crapulæ, & vinolentiæ quaſi mancipium agit, dum bona diſſipat, valetudinem lædit, morbos accerſit, ac vitam demùm ipſam abrumpit eripitque ſibi? Nam verè dictum illud, [e] *Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Item, [f] *In multis eſcis erit infirmitas.* Iubet ergò Chriſtus, [g] *Attendite vobis, nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate.* Cęterùm ab ebrietate nos reuocans Paulus, [h] *Nolite*, ait, *inebriari vino, in quo eſt luxuria.* [i] *Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt*: vt idcircò tam grauiter interminetur quoquè Propheta potatoribus: [k] *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.*

a Gregor. 30. Moral. cap. 27. Bernar. lib. de Paſſione Domini, cap. 42.
b Grego. lib. 31. Moral. cap. 31.
c Exod. 32. b Iob 21. b Prou. 10. c Eph. 5. a Greg 3. parte curæ paſtor. admonitione 20. Chryſoſt. homil. 57. ad pop.
d Eſa. 28. b Eccles 10 c. Chryſoſt. hom. 44 in Ioan. & 58. in Matth. Hiero. lib. 2. cont. Iouin. c. 6. & ſequen. & in cap. 44. Ezech. & in ca. 5. ad Gal Legatur be hoc vitio Baſil. hom. in ebrietatem & luxũ. Auguſt. de temp. ſerm. 231. & 232. Chryſoſt. in ſer. contra luxum & crapulam. & hom. 1. ad pop. Antioch. Iſido. lib 2. de ſummo bono, c. 42. & 43. Amb. de Helia & ieiunio, cap. 12 & ſeq.
e Eccli 37. d & 31. b Pſal. 77. d Num. 11 g Deut. 32. c Prouer. 21. c
f Eccli 37. d
g Luc. 15. g Vide Burchard. lib. 14. decret. & Iuonem parte 13. cap. 68. & ſequentib.
h Ephe 5. d Prou 20. a Hier. in cap. 1. ad Tit. & epiſt. 83. ad Oceanum, ca. 4. Amb. lib. 1. de pœnit. cap. 14.
i 1. Cor. 6 b Gal. 5. d Oſeæ 4 c Prouer. 31. a Eccli 19. a
k Eſa. 5. e 22. d Prou. 23. cd Amos 6. b Lucæ 6. d

TESTIMONIA.

1. A. GREGORIVS libro trigeſimo Moralium, capite vigeſimoſeptimo: Sciendum eſt, quia quinque

Digitized by Google

Quinque modis à gula tẽtamur.

quinque nos modis gulæ vitium tentat. Aliquando nanq; indigentiæ tempora præuenit: aliquando verò tempus non præuenit, ſed cibos lautiores quærit: aliquando quælibet ſumenda ſint, præparari accuratiùs expetit. Aliquando autem & qualitati ciborum & tempori congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi, menſuram moderatæ refectionis excedit. Nonnũquàm verò & abiectius eſt quod deſiderat, & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deteriùs peccat. Mortis quippe ſententiã patris ore Ionathas meruit: quia in guſtu mellis cõſtitutum edendi tempus anteceſſit.

1.Reg.14.

Et ex Aegypto populus eductus, in eremo occubuit: quia deſpecto manna, cibos carnium petijt, quos lautiores putauit.

Num.11.

Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quòd ex eorum voto ſacerdotis puer, non antiquo more, coctas vellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accuratiùs exhiberet.

1.Reg.2.

Et cùm ad Hieruſalem dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia: apertè oſtenditur, quòd idcircò ſalutem perdidit, quia cum ſuperbiæ vitio menſuram immoderatæ refectionis exceſſit.

Ezech.16.

Et primogenitorum gloriam Eſau amiſit, quia magno æſtu deſiderij vilem cibum, ſcilicet lenticulam, concupiuit: quam dum vendendis etiã primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret, indicauit. Neq; enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt. Vndè & lautiores cibos plerunquè ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus. Hic quippe, quem diximus, Eſau primatum per lenticulam perdidit: & Helias in eremo per virtutem ſpiritus carnes edendo ſeruauit.

Geneſ.25.

3.Reg.17.

Vndè & antiquus hoſtis quia non cibum, ſed cibi concupiſcentiam, eſſe cauſam damnationis intelligit: & primum ſibi hominem non carne, ſed pomo ſubdidit: & ſecundum non carne, ſed pane tentauit.

Geneſ.3.

Matth.4.

Hinc eſt quòd plerunquè Adam culpa committitur, etiam cùm abiecta & vilia ſumuntur. Neque enim Adam ſolus, vt à vetito ſe pomo ſuſpenderet, præceptum prohibitionis accepit. Nam cùm alimenta quædam ſaluti noſtræ Deus contraria indicat, ab his nos quaſi per ſententiam vetat. Et dum concupiſcentes noxia attingimus, profectò quid aliud quàm vetita deguſtamus? Ea itaque ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſſitas quærit: & non, quæ edendi libido ſuggerit.

2. BERNARDVS in libro de paſſione Domini, capite quadrageſimoſecundo: Si contingat aliquem habere virtutem abſtinentiæ cum Ioanne, ſcilicet vt ipſam mente & opere exerceat: nõ condemnet eum qui abſtinet cum perfectiſſimo Ieſu, id eſt, qui abſtinentiam prout tempora exigunt & perſonæ, pro vtilitate vel proprij corporis vel proximi nunc intendit, nunc remittit, obſeruans tamen in omnibus omnia quæ circa virtutẽ abſtinentiæ ſunt ſeruanda, vt ſemper vitij abſtinentiæ oppoſiti, (id eſt, gulæ) crimen euitet: cuius vitij abuſiones hoc verſu notantur: Præproperè, lautè, nimìs ardenter, ſtudioſè.

Gulæ abuſiones quatuor.

Præproperè.

Præproperè enim comedunt & bibunt, qui tempus comedendi præueniunt: ſola voluptate, nõ neceſſitate coacti. Legimus in vitis Patrum de ſanctis patribus, qui hoſpitum ſpiritualiũ charitate deuincti, tempus conſuetum ciborum anticipauerunt: ſed comedendo in charitate, ſe nequaquàm ſoluiſſe ieiuniũ exiſtimabãt: ità vt etiam aliqui poſt talem refectiunculã Miſſarum celebrare ſolennia non timerent: quod quanuìs nobis non conueniat trahere in exemplum, vt ſimiliter faciamus, quoniam quidem ab eorũ perfectione nimiùm ſeparamur, eos tamen ſine peccato talia feciſſe confidimus, quæ nequaquàm ſpiritu ſancto ipſis veraciter reuelãte feciſſent.

Lautè.

Lautè comedũt, qui delicatis vtũtur cibarijs ſola delectatione attracti, quibus non ſufficit naturalis ſapor carnium ſiue piſcium, quem creator illis impoſuit: ſed modis naturæ contemptis quærunt adulterinos ſapores piperis & ſalſamẽtorum variorum, vt ſibi appetitum faciant comedendi, non metuentes optimum omnium creatorem vituperare in creaturis ſuis, dum alios illis ſapores ipſi faciunt, quàm creator naturæ earum præſtiterit. O quantum huiuſmodi alienos ſapores homo Chriſtianus vitare deberet, ſi aduerteret dulciſſimum & ſapientiſſimum Dominum ſuum feciſſe omnia bona valdè, cuius creaturas verè bonas nullus niſi malus alterare conſueuit. Conſueuit dico, quia quãdoquè lautioribus vti cibarijs pro infirmitate corporis repellenda, palato non allubente, ſed renitente cibarijs, nulla vel parua culpa eſſet.

Lautioribus cibis quando vti licitũ ſit.

Ad eorum igitur confuſionem, quorum (vt Apoſtolus ait) deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, quos idem adſerit flendo inimicos eſſe crucis Chriſti, & imitatores illius pauperrimi & miſerrimi diuitis, qui epulabatur non aliquando pro ſanitatis remedio, ſed pro * volũtate quotidiè ſplendidè, propter quod nec guttam aquæ, cùm in inferno ſepultus eſſet, meruit impetrare vt refrigeraretur lingua eius ardens profectò in flamma, quæ alienis ſemper & ſuperfluis fuerat ſaporibus delectata, nec naturali aquæ frigore meruit refoueri, qui in voluptatibus ſuæ naturæ ſaporem alienauerat: ad horum inquam confuſionem, gentilis hominis memorare ſententiam non grauabor, vt erubeſcat nomine Chriſtianus, cùm à meliore ſeipſum ignorante docetur, qui neque creaturas per creatorem venerari ſciebat, nec aſperos ſciebat pati ſapores pro Chriſto, quẽ vel neſciuit, vel non credidit pro ſe in crucis patibulo vinum myrrhatum bibiſſe cum felle mixtum, ſed ſoli naturæ conſentiens contra voluptuoſos exclamat,

Philip.3.

Lucæ 16.

for.* voluptate

Lucanus libro 4.

O prodiga rerum
Luxuries, nunquàm paruo contenta paratu,
Et quæſitorum terra pelagóque ciborum
Ambitioſa fames, ô lautæ gloria menſæ,
Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.
Non auro gemmiſq; bibunt, ſed gutture puro
Vita redit, ſatis eſt populis fluuiuſq; cereſq;,

id eſt, aqua & panis. Hæc ſatìs concordãt cum illa vſitata ſententia & vera: Panis & aqua, vita hominis. Eccli 29. Nec adhuc cõteruntur hac confuſione duriſſimæ frontes voratorũ, tam ipſius veritatis veriſſimi Ieſu, quàm Apoſtoli eius, immò ne gẽtilis quidem hominis reprǽhẽſione & eruditione percuſſæ, & dicunt, Chriſtiani ſumus. nõ tamen recipiunt vocẽ Chriſti in Apoſtolo loquẽtis & monentis: Curã carnis nè feceritis in deſiderijs. Rom.13. Vndè frequenter euenit, vt cùm adhuc eſcę eorũ ſint in ore eorũ, ira Dei aſcendat ſuper eos: Pſal.77. qui vbi duxerunt in bonis dies ſuos, in puncto ad infernum deſcendunt, Iob 21. vbi vermis comedens ipſos non moritur, & ignis non extinguitur, Eſaiæ 66. Marci 9. pro delicijs breuibus mala recipientes ſempiterna.

Nimìs comedere.

Nimìs comedere quid ſit, omnibus notum eſt. Nimìs enim comedit, qui vltrà quàm naturæ ſuæ ſuſtentandæ poſſit ſufficere, ſumit alimenta, maximè ſi hoc ſcienter fecerit. Euenit enim non raro, vt homo ſuis laboribus conſideratis plus vilium ſumat alimentorum, vt in labore poſſit ſubſiſtere, & timore deficiẽdi cogente menſuram refectionis excedat: à quo peccato vix credo aliquẽ eſſe immunem. Sed talia peccata crebris confeſſionibus intermixtis voluntarijs abſtinentijs ſtatim vt deprẽhendũtur, purganda ſunt. In nullo autem genere ciborum illud vitium ſuperfluitatis ciborum & potuum excuſatur: cùm etiam legatur quòd peccatum Sodomæ fuit abundantia panis: Ezech.16. & diabolus tentaturus Dominum, non de alio aliquo quàm de pane tentauit, Matth.4. ſciens profectò in nimio ſumptu panis peccatum non deeſſe, qui primos parentes, & per ipſos

Geneſ.3. ipſos omnes homines vnius pomi comeſtione
decepit : quanuìs non ità facilè in cibis vilibus
menſura excedatur, vbi ſapor non decipitur, ſicut
in cibarijs lautè præparatis, & ſaporibus alteratis.
Ardenter comedere. Ardenter comedere, eſt cibos vel potus cum ni-
mio deſiderio ſumere: quod tam in vilibus, quàm
in delicatis poteſt cibarijs euenire. Cuius rei ex-
emplum habemus in Eſau, qui vilis cibi delecta-
tione attractus, vltrò vendidit primogenita ſua.
Geneſ.25. Ità enim habet Geneſis, quia veniens Eſau de agro
vidit Iacob fratrem ſuum coquentem lẽticulam,
cui dixit, Da mihi de coctione tua hac rufa, quia
oppidò laſſus ſum. Et facta pactione cum Iacob
de venditione primogenitorum, comedit in vo-
racitate coctionem nimìs deſideratam, & dignita-
tem primogenitorum amiſit. quia enim nimiùm
ardenter deſiderabat lenticulam, En, inquit, mo-
rior : quid mihi proderunt primogenita? non eſt
dubium quin ardenter comederit acceptũ, quod
tam ardenter fuerat deſideratũ. Miſerere Domi-
ne miſericordiſſime IESV, mihi miſerrimo pec-
catori, qui nullam diem ſine peccato huiuſmodi
me ſentio præterire, nè per talem exceſſum fidei
tuæ, qua tibi genitus ſum, merear perdere digni-
tatem. Econtrà & ſanctiſſimos Heliam & Ioan-
nem Baptiſtam carnibus nullis vſos fuiſſe acce-
pimus, & per ſobrietatem temperantiæ eos nul-
Studioſè comedere. lum ex hoc omninò meritum perdidiſſe. Studio-
ſè comedere, eſt in cibis vel in potibus nimìs diù
immorari. De hoc expertis loquimur, & vtinàm
non eſſemus experti, nec vnquàm experturi. Fre-
quenter ſolet accidere, quòd ſumptis cibarijs quę
ſecundùm conſuetudinẽ neceſſitati ſumentis poſ-
ſent & deberent ſufficere, quædã ſurgat noua de-
lectatio : quæ facit hominẽ improuidum & inſi-
dias diaboli non cauentem, illi cibo cum tanto
ſtudio inhærere, tanquàm nihil antè comederit,
vel intra multos dies poſt hoc nil ſit ſumpturus
ciborum. Et quia gulæ ſpeciem in ſe depræhen-
dunt, auxiliante Deo huic facilè poſſunt reſiſtere:
quia impetus eius non longiùs durat, quàm dum
à menſa ſurgatur, & illius quod tanto ſtudio deſi-
deratur, memoria ſubducatur. Sunt autem pluri-
mi qui tale ſtudium comedendi nec peccatum
exiſtimant, nec etiam cuiquam ſuggerenti eſſe
peccatum, fidem adhibeant, habentes in conſue-
tudinè damnabili, nulli deſiderio reſiſtere quod
poſſit à natura aliqua obumbratione defendi: nec
ponunt aliquam metam deſiderio comedendi,
donèc tempore deficiant fatigati. Sed Chriſtianus
homo comedit vt viuat, non viuit vt comedat,
ſicut quidam ait, idq; & illud benè de inutilibus
& voracibus, Nos numerus ſumus, & fruges con-
ſumere nati. Chriſtianus autem non ſic, ſed ſem-
per ità ſurgat de menſa, vt adhuc habeat appeti-
tum plura ſumendi : & eum qui adhuc eſſet im-
plendus cibarijs, Domino Ieſu pro grato munere
conferat appetitum, qui pro noſtra ſalute ſæpiùs
eſurire voluit & ſitire.

3. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Mo-
Filiæ Gulæ. ralium, capite trigeſimoprimo : De ventris inglu-
uie inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, mul-
tiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam
propagantur.

4. EXODI trigeſimoſecundo : Sedit populus
manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.

5. IOB vigeſimoprimo : Tenent tympanum &
citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt
in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcen-
dunt.

6. PROVERBIORVM decimo : In multi-
loquio non deerit peccatum.

7. AD Epheſios quinto : Fornicatio & omnis
immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vo-
bis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultilo-
quium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet:
ſed magìs gratiarum actio.

8. GREGORIVS tertia parte curæ paſtoralis,
admonitione vigeſima : Gulæ deditos ſuperflui- Quæ vitia ex gula naſcantur.
tas locutionis, leuitas operis, atque luxuria comi-
tatur. Niſì enim illos immoderata loquacitas ra- Immoderata loquacitas.
peret, diues ille qui epulatus quotidiè dicitur
ſplendidè, in lingua grauiùs non arderet, dicens :
Pater Abraham, miſerere meĩ, & mitte Lazarum Lucæ 16.
vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt re-
frigeret linguam meam, quia crucior in hac flam-
ma. Quibus profectò verbis oſtenditur, quia epu-
lãdo quotidiè, crebriùs in lingua peccauerat, qui
totus ardens, refrigerari ſe in lingua præcipuè re-
quirebat. Rurſùm quia gulæ deditos leuitas pro- Leuitas operis.
tinùs operis ſequitur, authoritas ſacra teſtatur, di-
cens: Sedit populus manducare & bibere, & ſur- Exod.32.
rexerunt ludere. Quos plerunquè edacitas vſque
ad luxuriam pertrahit : quia dum ſatietate ven- Luxuria.
ter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vndè
& hoſti callido, qui primi hominis ſenſum in
concupiſcentiam pomi aperuit, ſed in peccati la-
queo ſtrinxit, diuina voce dicitur: Pectore & ven- Geneſ.3.
tre repes. àc ſi apertè diceretur : Cogitatione & in-
gluuie ſuper humana corda dominaberis. Quia
gulæ deditos luxuria ſequitur, propheta teſtatur,
qui dum aperta narrat, occulta denunciat, dicẽs :
Princeps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem. Hier.52. iuxta LXX.
Princeps nanque cocorum, venter eſt, cui magna
cura obſequium à cocis impenditur, vt ipſe dele-
ctabiliter cibis impleatur. Muri autem Hieruſa-
lem, virtutes ſunt animæ, ad deſiderium ſupernæ
pacis eleuatæ. Cocorum igitur princeps muros
Hieruſalem deijcit, quia dum venter ingluuie ex-
tenditur, virtutes animæ per luxuriam deſtruun-
tur. Admonendi ergò ſunt gulæ dediti, nè in eo
quòd eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ
ſe mucrone transfigant : & quanta ſibi per eſum
loquacitas, quanta mentis leuitas inſidietur, ad-
ſpiciant: nè, dum ventri molliter ſeruiunt, vitio-
rum laqueis crudeliter adſtringãtur. Tanto enim
longiùs à ſecundo parente receditur, quanto per
immoderatum vſum dum manus ad cibum ten-
ditur, parentis primi lapſus iteratur. Itaque nè aut
gulæ deditos appetitus à mentis ſtatu deijciat, aut
abſtinentes afflicta caro ex elatione ſupplantet,
audiant illi ex ore veritatis: Attendite vobis, nè Lucæ 21.
fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrie-
tate & curis huius mundi. Vbi vtilis quoquè pa-
uor adiungitur : Et ſuperueniat in vos repentinus Ibidèm.
dies ille. Tãquàm laqueus enim veniet in omnes,
qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Audiant
iſti : Non quæ intrant per os, coinquinant homi- Marci 7.
nem : ſed quæ exeunt de ore, illa ſunt quæ coin-
quinant hominem. Audiant illi : Eſca ventri, & 1.Cor 6.
venter eſcis, Deus autem & hunc & hanc deſtruet.
Et rurſùm : Non in comeſſationibus & ebrieta- Rom.13.
tibus. Et rurſùm : Eſca non commendat nos Deo. 1.Cor.8.
Audiant iſti : Quia omnia munda mundis, &c. Tit.1.
Audiant illi : Quorum deus venter eſt, & gloria Philip.3.
in confuſione ipſorum. Audiant iſti : Diſcedent 2.Tim.4.
quidam à fide & veritate. Et paulò pòſt : Prohi-
bentium nubere, præcipientium abſtinere à cibis,
quos Deus creauit ad percipiendum cum gratia-
rum actione fidelibus & his qui cognouerunt ve-
ritatem. Audiant illi : Bonum eſt non manduca- Rom.14.
re carnem, & non bibere vinum, neq; in quo fra-
ter tuus ſcandalizatur. Audiant iſti: Modico vino 1.Tim.5.
vtere propter ſtomachum tuum & frequentes tu-
as infirmitates. Quatenùs illi diſcant cibos carnis
inordinatè non appetere, & iſti creaturam Dei
quam non appetunt, non audeant condemnare.

9. CHRYSOSTOMVS homilia quinqua-
geſimaſeptima ad populum Antiochenum : Vbi Dæmões choreas agunt apud ſcurrilia loquẽtes.
ebrietas, ibi diabolus : vbi turpia verba, vbi ſatu-
ritas, illic dæmones choreas agunt. Talem habe-
bat menſam diues ille, propterea ne guttæ qui- Luc. 16.
dem aquæ dominus fuit.

10. ESAIAE vigeſimooctauo : Verùm hi quo-
què

Digitized by Google

quę præ vino neſciêrunt, & præ ebrietate neſciêrunt. Sacerdos & Propheta neſciêrunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſciêrunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, ità vt non eſſet vltrà locus. Quem docebit ſcientiam?

11. ECCLESIASTICI decimo: Vę tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt. Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

Quam pernicîem adferat gula.

12. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaquarta in Ioannem: Nihil gula pernicioſius, nihil ignominioſius eſt: hæc obtuſum & craſſum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec ſinit, vt quicquam perſpiciat.

Deliciæ & ebrietas, fons mater & origo vitiorum omnium.

Exodi 32.

Ezech. 16.

13. ITEM homilia quinquageſimaoctaua in Matthæum: Sed ſufficit etiam hoc diaboli furorem deprimere, cui nemo magìs amicus eſt, quàm qui delicijs & ebrietate maculatur: hic enim fons, hæc mater, atque origo vitiorum omnium eſt: Hac via olìm Hebręos in cultum diabolus idolorum iniecit, hac iniquos amores Sodomitarum inflammauit: hæc enim, ait, iniquitas eſt Sodomæ, in copia & plenitudine panis luxuriabantur: hac deniquè via mille alij gehênæ traditi, periêre. Quid enim deliciarũ hæc fœditas mali non inducit? Sues ex hominibus facit, immò verò etiã ſuibus multo deteriores.

Sues ex hominibus facit.

Audiui enim multos, cùm inſanæ iſtæ accidunt paſſiones, dicentes: Vtinàm non eſſet vinum. O amentiam ſingularem, ô ſtoliditatem inauditam. Alij delinquũt, & Dei tui dona criminaris: putas'ne à vino hoc factũ malum? Non fecit vinum certè, ſed incontinentia eorum qui vino abuſi ſunt.

Non vinũ, ſed vini abuſus damnandus.

Dicas, vtinàm non eſſet ebrietas, non eſſent deliciæ: ſi verò dicis, vtinàm non eſſet vinum, ordine paulatìm progrediens, optabis nè ſit ferrum propter homicidium, nè ſit nox propter fures, nè ſit lux propter calumniatores, nè ſit fœmina propter adulterium, & ſic omnia Dei opera tibi deſtruentur. Non igitur ità dicas, mentis enim iſtud eſt diabolicæ: nec vinum, ſed ebrietatem crimineris: & ebrio, cùm in ſe fuerit reuerſus, omni dedecore ſuo priùs deſcripto, dicas datũ eſſe vinum ad lætitiam, non ad turpitudinem noſtram: datum eſt vt rideamus, non vt derideamur: vt rectè valeamus, non vt ægrotemus: vt imbecilla corpora reficiamus, non vt robur animi deijciamus: honorauit te hoc munere Deus, cur dehoneſtas propter intemperantiam bibendi teipſum? Audi quid ad Timotheum dicit Paulus: Modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & crebras infirmitates tuas.

1. Tim. 5.

Quòd ſi ſanctus vir ille morbo depreſſus, & alternis ęgritudinibus laborans, quouſq; magiſter permiſit, vino nõ vtebatur: quam veniam nos conſequemur, vino ad ebrietatem ſani abutentes? Et illi quidè dicebat, Pauco vtere vino propter ſtomachum tuũ: ebrioſo verò dicit, Vtaris modico vino propter fornicationes, vt crebra turpiloquia fugias, propter peſtiferas cupiditates quas ebrietas parit.

Cur à nimio vino abſtinendum.

Quòd ſi hæc non perſuadent vobis, vt ab his abſtineatis, ſaltem propter dolores & euerſiones ſtomachi abſtineatis. Non ad mœrorem, nec ad dolorem, ſed ad lætitiam vinum datum eſt. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis: quam eius virtutem vos deijcitis.

Pſal. 103.

Nam quæ lætitia eſt, ſi non es in teipſo, ſi mille doloribus vexaris, ſi omnia tibi circunferri videantur, ſi tenebris detentus quaſi febricitans, hominibus indigeas, qui oleo caput tuum perfundant? Hæc non omnibus dicta eſſe velim, immò verò dicta ſunt omnibus: non quia omnes vino corrũpantur, ſed quia nullam de ebrioſis curã ſobrij habent: idcircò ad ſobrios magìs oratione direxerimus, quoniam & medicus, ęgrotis omiſſis, ſanos qui ipſis aſſident, alloquitur.

Turpiſſima inſania eſt ebrietas.

Vos ergò ſobrios oro, nè hac turpiſſima inſania vnquàm capiamini, & vt eos qui capiuntur, diligenter ſanare curetis. Nolite pati peiores beſtijs homines fieri: nihil enim vltrà quàm opùs eſt, illæ deſiderant: iſti autem mediocritatis terminos excedentes, irrationabiliores illis conſtituuntur.

Aſini & canes ebrioſo homine præſtãtiores ſunt.

Quanto enim melior aſinus ebrioſo eſt, quãto canis præſtantior? Omnes certè animantes, quæ rationis expertes ſunt, cùm bibunt aut comedunt, vltrà quàm ſatìs eſt, etiam ſi mille homines cogerent, nunquàm elabuntur. Peiores igitur irrationabilibus vos eſtis, qui inebriamini, non apud mentis compotes ſolùm, verumetiam apud vos iudices. Indè nanque manifeſtum eſt, canibus atque aſinis veſtro vos iudicio eſſe deteriores, & magìs abiectos, quia nullum brutorum ſupra menſuram comedere aut bibere cogitis.

Seminarium libidinis.

Terent. in Eunucho.

14. HIERONYMVS libro ſecundo aduersùs Iouinianũ, capite ſexto: Eſus carnium & potus vini, ventriſq; ſaturitas, ſeminariũ libidinis eſt. Vndè & Comicus: Sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus. ET capite ſeptimo: Quòd ſi quis exiſtimat, & abundantia ciborũ potionumq; ſe perfrui, & vacare poſſe ſapientiæ, hoc eſt, & verſari in delicijs, & deliciarũ vitijs non teneri, ſeipſum decipit.

Sapientię ſtudiũ impeditur ſaturitate & vinolẽtia.

cùm enim procùl ab his remoti ſæpè capiamur naturæ illecebris, & cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus: quanto magìs, ſi circũdati retibus voluptatum, eſſe nos liberos arbitremur? ET capite octauo: Abſq; guſtu & cibis, impoſſibile eſt humanum corpus ſubſiſtere: adeſſe ergò debet ratio, vt tales ac tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ prægrauetur:

Quantũ cibi ſumendum.

quia & comedendum eſt, & deambulandum, & dormiendum, & digerendum, & poſteà, inflatis venis, incentiua libidinum ſuſtinenda. Luxurioſa res vinũ, & tumultuoſa ebrietas: omnis qui cum his miſcetur, non erit ſapiens.

Prouer. 20.

Qualibus cibis vtendum.

Nè tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſos, magno partos & perditos labore doleamus: Olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus eſt, & arte impendijſq; coquorum non indiget: & ſine cura ſuſtentat humanum corpus, moderateq; ſumptus (quia nec auidè deuoratur, quòd iritamenta gulæ non habet) leuiore digeſtione concoquitur. Nemo enim vno, aut duobus cibis, hiſq; vilibus vſque ad inflationem ventris oneratur, quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cùm varijs nidoribus fumant patinæ, ad eſum ſui, expleta eſurie, quaſi captiuos trahunt, vndè & morbi ex ſaturitate nimia concitantur: multiq; impatientiam gulę, vomitu remediantur: & quod turpiter ingeſſerunt, turpiùs egerunt.

Hippocrates.

Hippocrates in Aphoriſmis docet, craſſa & obeſa corpora, quæ creſcendi menſuram compleuerint, niſi citò ablatione ſanguinis imminuantur, in paralyſim & peſſima morborum genera erumpere, & idcircò neceſſariam eſſe demptionem, vt rurſùm habeant, in quæ poſſint creſcere: non enim manere in vno ſtatu naturam corporum, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere: nec poſſe viuere animal, niſì creſcendi capax ſit.

Galenus.

Vndè & Galenus vir doctiſſimus, Hippocratis interpres, athletas, quorum vita & ars ſagina eſt, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere poſſe diù, nec ſanos eſſe, animáſque eorum ità nimio ſanguine & adipibus, quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus & ructu & ventris ingluuie cogitare.

Nihil cæleſte cogitare poteſt gulæ deditorum animus.

15. IDEM in caput quadrageſimumquartum Ezechielis: Perſpicuum eſt ebrietate & ſicera ſtatum mentis euerti, & non plenè nos ſapere, quando vini ſatietate animus occupatur.

Statũ mentis euertit ebrietas.

16. ITEM in caput quintum ad Galatas: Quartumdecimum locum inter carnis opera, ebrietas tenet. Ebrioſi quippe regnum Dei non poſſidebũt. Et Dominus ad diſcipulos: Cauete, ait, nè fortè grauen-

Galat 5.

1 Cor. 6.

Lucæ 21.

Digitized by Google

Vini immoderatè ſumpti operatio.

grauentur corda veſtra in vino & crapula. Vino, hominis ſenſus euertitur: pedes corruunt, mens vacillat, libido ſuccenditur. Vndè Apoſtolus clamitat: Et vinum in quo eſt luxuria. Habet vnuſquiſque ſuæ ſententiæ poteſtatem. Ego Apoſtolum ſequor: in vino eſſe luxuriã, in vino ebrietatem. Ebrietatem autem & luxuriam inter carnis opera numerari, nec ille poteſt negare, qui eiſdem paſſionibus vincitur. Et licèt me quidam in eo libro, quem de ſeruanda virginitate ſcripſi, repræhendendum putent; quòd dixerim adoleſcentulas ità vinum debere fugere vt venenum, nõ me ſententiæ pœnitebit. Opus quippe ibi magìs vini, quàm Dei à nobis creatura damnata eſt: & licentiã tulimus virgini proprio ætatis calore feruenti, nè ſub occaſione parùm bibendi, plus biberet & periret. Alioquin ſciebamus & in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari, & Timotheo vinum vt biberet, imperatum. Ebrietas autem tam ex vino, quàm ex cæteris bibendi generibus, quæ vario modo conficiuntur, poteſt accidere: ex quo & de ſancto dicitur; Vinum & ſiceram non bibet. Sicera interpretatur, ebrietas. Et nè quis vinum non bibens, aliud ſibi putaret bibendum: excluſa cauſatio eſt, dum omne quod inebriare poteſt, cum vino pariter aufertur. Quintadecima, quæ & extrema inter carnis opera, comeſſatio eſt. Manducauit quippe populus & bibit, & ſurrexerunt ludere. Semper ebrietati iuncta luxuria eſt. Pulchrè quidam non ignobilis orator, cùm ebrium de ſomno deſcriberet excitatum, ait: Nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat. Qua ſententia expreſſit, quodam modò nec mortuũ eum fuiſſe, nec viuum.

Epheſ. 5.

Ad Euſtochiũ epiſt. 22.

Vinũ in Chriſti ſanguinẽ conſecratur. 1. Tim. 5.

Lucæ 2.

Exod. 32. 1. Cor. 10. Semper ebrietati iuncta luxuria. Ebrius de ſomno excitatus, nec viuus nec mortuus eſt.

17. BASILIVS Magnus homilia decimaquarta in ebrietatem & luxum: Ebrietas dæmon eſt voluntarius, ex voluptate animabus noſtris inditus. Ebrietas malitiæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperato facit laſciuum, iuſtitiam ignorat, prudentiam extinguit. Sicut enim aqua igni eſt aduerſa, ſic vinum immodicum rationem ſupprimit. Qua in re, dic homo miſer, à brutis differs? Nónne rationis munere, quam à Deo omnium conditore accepiſti, reliquæ creaturæ omnis factus dominus & imperator? Hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter beſtias ratione carentes annumerari poteris, ſimilisq; illis videri. Nec ſolùm eo peiores brutis, quòd mente inſani aut ebrij, ſed etiam quòd ſenſibus longè infra illa deficere videantur. Quod quæſo animal ità viſu auditúve, atquè ebrius homo, debilitatur? Nónne familiariſſimos interdùm ignorant, alienis verò ſæpè vt domeſticis congrediuntur? An non vmbras ſæpenumerò tanquàm ſulcos aut loca prærupta tranſiliunt? Aures terrifico ſonitu more fluctuantis maris refertas habent: terra interdùm inſurgere, ac in arduum ac rectum erigi, montes verò circummoueri videntur. Quandoquè ab re & præter modum rident: nunc verò ſine conſolationis remedio plorant, nunc item audaces & temerarij, mox timidi & ignaui. Lymphatus & malo dæmone captus, miſericordia quidem dignus: ebrius verò eadem ferè & ipſe patiens, minimè miſericordia dignus, qui ſpontaneo ſeruit dæmoni. Quis eſt qui maledictionem Cain in ſeipſum transfert? An non qui vino tremit & vacillat per omnem vitam? Naturali nanque firmitate deficiente, neceſsè eſt corpus continuò vacillet atque moueatur. Cùm potatione procedente eò veniunt, vt de augenda hac inſania certent, & de ebrietate per ambitionem contendant: cuius authorem legis diabolum habent: victoriæ verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauſerit meri, is præ cæteris laudatur, is victoriam refert. Atque ità gloria in ignominia illorum eſt. Inter ſe nanque contendunt, & vt in iudicio aliquo defenſitant. Ebrietas itaque rationis interitus, fortitudinis pernicies, ſenectus immatura, mors momentanea. Quid, quæſo, ſunt ebrij, quàm gentium idola? Oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt: manus paralyſi affectas habent, pedes infirmos ac facilè offendentes.

Ebrietas, voluntarius dæmon.

Brutis peiores ebrioſi.

Maledictionẽ Cain in ſe transferunt.

Legis ebrioſorũ author diabolus.

Ebrietatis malum.

Ebrij ſunt velut idola gentium.

18. AVGVSTINVS ſermone ducenteſimo trigeſimoprimo de tempore: Cùm, fratres chariſſimi, ebrietatis malum ſit graue vitiũ & Deo odibile, ità per vniuerſum mundũ à pluribus in conſuetudinem miſſum eſt, vt ab illis qui Dei præcepta cognoſcere nolunt, iam nec putetur nec credatur eſſe peccatum: intantùm vt in conuiuijs ſuis irrideant eos qui minùs bibere poſſunt, & per inimicam amicitiam adiurare homines non erubeſcunt, vt potum ampliùs accipiant quàm oportet. Qui enim alterum cogit, vt ſe plùs quàm opùs eſt bibendo inebriet, minùs malum ei erat, ſi carnem eius vulneraret gladio, quàm animam eius per ebrietatem necaret. Omnes ebrioſi tales ſunt, quales paludes eſſe videntur. Quid enim in paludibus naſcatur, non ignorat charitas veſtra: totum quòd ibi naſcitur, nullum fructum habere cognoſcitur. Naſcuntur ibi ſerpentes, ſanguiſugæ: naſcuntur ibi ranæ & diuerſa genera vermium, quæ magìs horrorem poſſunt generare, quàm aliquid, quod ad victum proficiat, exhibere. Iſtæ enim herbæ vel arbores, quæ aut in ipſis paludibus, aut circa ripas earum naſci ſolent, nihil vtilitatis habere videntur, intantùm, vt in annis ſingulis incendio concrementur. Videte quod de ebrietate naſcitur, igni præparatur. Tales enim ſunt, ſicut iam dixi, omnes ebrioſi, quorum prandia ducuntur vſque ad noctem, quorum cœnas lucifer videt, qui ſtare non poſſunt, etiam cùm videntur eſſe ieiuni, quorum ſenſus tardi, graues, obtuſi, & quodammodò iam ſepulti. Deniquè in ipſa frequenter ebrietate nec ſeipſos nec alios recognoſcunt, nec ambulare valent, nec ſtare; dicere aliquid vel audire quod ad rationem pertineat, omninò non poſſunt. Frequenter etiam vſque ad vomitum ingurgitare ſe non erubeſcunt, & ad menſuras ſine menſura bibere. Maiora enim pocula prouidentur, certa bibendi lege contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Indè lites & rixæ naſcuntur; indè diuerſis & horrendis ſaltationibus membra torquentur; indè adulteria & nonnunquàm homicidia perpetrantur. Et quotiès nimium potum accipiunt, tanquàm in paralyſim reſoluti, dum ſuis pedibus ambulare non poſſunt, fœdiſſima latera aliorum manibus portantur ad lectum. Et eſt in illis oculorum caligo, vertigo, fatigatio & dolor capitis, ſuffuſio vultus, membrorum omnium tremor, animæ ac mẽtis ſtupor. In talibus impletur quod ſcriptum eſt: Cui væ? cui tumultus? cui iræ? cui rixæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nónne his qui morantur in vino, & eis qui inueſtigant vbi potus fiunt, & ſtudent calicibus epotandis? Sed illi qui tales eſſe volunt, miſerabiliter ſe excuſare conantur, dicentes: Ingratum habeo amicum meum, ſi quotiès illũ ad conuiuium vocauero, potũ ei quantum voluerit, ipſe non dedero. Et non ſit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus & ſuus eſt inimicus. Si & te & alium inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicũ. Et ideò ſapienter conſidera, ſi iuſtum ſit, vt te à Deo ſepares, dum te ebrioſo coniungis. Ad extremum tu eum noli adiurare, noli cogere; ſed in poteſtate illius dimitte, vt quantum ſibi placuerit bibat; & ſi ſe inebriare voluerit, vel ſolus pereat, & nõ ambo pereatis. O infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur, qui ebrioſos & luxurioſos ampliùs quàm oportet cogunt bibere, & ante oſtium pauperibus petentibus vel vnum calicem diſſimulant dare: nec attendunt, quia illud quod luxurioſis

Propter conſuetudinẽ putatur ebrietas non eſſe peccatum.

Cogentes ad nimium potum.

Ebrioſi paludibus comparantur.

Ebrioſi quales ſint.

Menſuras ſine menſura bibere.

Fructus ebrietatis.

Prouer. 23.

Excuſationes ebrioſorum.

Nemo ad bibendum cogendus.

Nota.

riosis videntur ingerere, Christus in pauperibus

Matth.25.

deberet accipere, qui dixit: Quod feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Sed qui tales ſunt, quando alios in nimio potu ſepeliũt, pauperi eleemoſynam petenti dicunt; Vade vade in ante, & dabit tibi Deus: & vtiq; dum ambulauerit, homo ei daturus eſt. Quid eſt ergò quod dicit, Vade in ante, & dabit tibi Deus: niſi, Vade ad illum hominẽ qui habet Deum, quia daturus eſt Deus? Ac ſic ore ſuo confitetur, apud ſe Deum non eſſe, quo inſpirante, poſſit erogare pauperibus. Rogo, fratres chariſſimi, diligenter attẽdite & videte, quia

Animalia bruta præferũtur ebrioſis.

quando animalia ducuntur ad aquam, vbì ſaturauerunt ſitim ſuam, etiam ſi ſupra aquam ipſam diutiùs teneantur, repleta ſiti, bibere nolũt omninò, nec poſſunt. Conſiderent ebrioſi, ſi non peiores animalibus iudicandi ſunt. Cùm enim animalia ampliùs quàm eis opùs eſt bibere nolunt, illi & duplum & triplum eis quàm expedit, potum accipiunt. Et vndè trium aut quatuor dierum refectionem potuerant rationabilẽ habere, vno die cum grandi peccato contendunt perdere potiùs, quàm expendere, propter inuidiam aut ebrietatem: atq; vtinàm potum tantummodò perderent, & non etiam ipſi perirent. Et nonnullis interiectis ſcripturæ teſtimonijs, ait: Ipſi qui contra coalumnam & amicam ſuam ebrietatem loquentibus iraſcuntur, libera à nobis voce audiant; quia quicunque ebrioſus pœnitentiam de ipſa non egerit, ſed vſq; ad mortem ſuam in ipſa ebrietate permanſerit, in æternum profectò peribit; quia non mentitur

Ebrioſi excluduntur à regno Dei, niſi reſipiſcant.

1.Cor.6.

Spiritus ſanctus per Apoſtolum dicens: Neq; ebrioſi regnum Dei poſſidebũt. Et ideò quicunq; ſunt ebrioſi, meliùs faciunt vt non nobis, ſed ſibi potiùs iraſcantur, & cum Dei adiutorio de luto fæcis ſe excutiant; vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tempus pœnitendi eſt, feſtinent, quanta poſſunt celeritate, Deo auxiliante, conſurgere, & totis animæ viribus cum Propheta ſupplicantes Domino

Pſal.68.

Ibidem.

dicant; Eripe me de luto, vt non inhæream. Et illud: Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Ebrietas enim quaſi inferni puteus, quoſcunq; ſuſceperit, niſi digna ſubuenerit pœnitentia, & emendatio fuerit ſubſecuta, ità fortiter ſibi vendicat, vt eoſdem ipſos de inferni tenebroſo puteo ad charitatis vel ſobrietatis lucẽ redire ſine pœnitentia non permittat. Sed hìc ante omnia intelligere & ſcire debemus, quia non vna die efficiuntur homines ebrioſi; ſed cùm paulatìm adiurantibus & cogentibus crudeliſſimis inimicis potiùs quàm amicis, per ſingulos dies, ſingulos aut binos calices ad potum conſuetudinarium addunt. At vbì hoc in vſum miſerint, ità eos ipſius ardor ebrietatis occupat, vt illos ſemper ſitire compellat.

Ebrietatis vitium vſu paratur.

Conſuetudo potandi quomodò tollenda.

Sed qui ſe de hoc malo deſiderat liberare, quomodò ſibi interuallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ità paulatìm ſubtrahendo ad ſobrietatis lucem redeat. Qui ſi ſemel totum quod ampliùs accipiebat, ſubtraxerit, vbì nimia ſiti cœperit exardeſcere, cum grandi amaritudine clamat & dicit; Mãlle ſe mori, quàm ſibi bibendi vel inebriandi conſuetudinem tollere: nec attendit quòd tolerabilius erat illi in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideò vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam graui malo quod patitur, liberetur, ſicut iam dictum eſt, per interualla dierum ſibi aliquid de nimietate potus ſubtrahat, quouſquè ad rationabilem conſuetudinem redeat. Qui hoc ità, vt diximus, per partes ſubducere voluẽrit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem pœnam non patietur. Ergò, fratres chariſſimi, dum hæc ſuggero, me abſoluo apud Deum. Quicunque me audire contempſerit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio ſuo alios adiurare vel cogere voluẽrit, & pro ſe & pro illis in die iudicij reus erit.

19. IDEM in ſermone duceteſimo trigeſimoſecundo de tempore: Illud verò quale eſt, quòd ipſi infelices ebrioſi, quando ſe nimio vino ingurgitant, rident & vituperant eos, qui rationabiliter hoc tantùm quod ſufficit bibere volunt, dicentes eis: Erubeſcite, & verecundia ſit vobis, quare non poteſtis bibere quantum nos? Dicunt enim eos non eſſe viros. Et videte miſeriam ebrioſorum. Se dicunt eſſe viros, qui in ebrietatis cloaca iacent; & illos non dicunt eſſe viros, qui honeſtè & ſobriè ſtant. Iacent proſtrati, & viri ſunt: ſtant erecti, & viri non ſunt? Victor ebrietatis, vituperatur; & victus ebrietate, laudatur. Irridetur ſobrius, qui & ſe & alios poteſt regere: & non irridetur, immò non plãgitur ebrioſus, qui nec ſe, nec alios poteſt agnoſcere. Solent ebrioſi ità ſe excuſare vt dicãt, Perſona potens me coëgit vt ampliùs bibã, & in conuiuio regis nõ potui aliud facere. Ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus: & quod implere nolumus, non potuiſſe nos dicimus. Nolle, in culpa eſt noſtra, & non poſſe, prætenditur. Etiam ſi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur; Aut bibas, aut morieris: melius erat vt caro tua ſobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur. Sed excuſatio iſta falsò objicitur. Ipſi enim reges, & quicunq; ſunt alij potentes, quia, Deo propicio, & Chriſtiani ſunt, & prudentes, & ſobrij, & toto corde Deum timentes, ſi tè viderent definiſſe, vt eis non acquieſcas pro timòre Dei inebriari, ſi tibi ſub * hora videantur iraſci, poſteà verò te in grandi admiratione ſuſcipiunt, dicẽtes: Quantum cum illo egimus, quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquàm eum à ſobrietate ſeparare potuimus. Nam & Deus qui te videt per eius amorem inebriari nõ velle, ipſe tibi gratiam etiam illorum dabit, qui te, vt ampliùs biberes, videbantur hortari & cogere. Ille qui ebrietati reſiſtit, ſi cum Dei adiutorio perſeuerare voluerit, & pro ipſa ille aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad martyrij gloriam reputabit. Et poſt pauca: Ideò, chariſſimi, tanta infelicitate ſe inebriant homines, quia putant ebrietatem, aut paruum, aut nullum peccatum eſſe. Sed pro iſta ignorantia maximè ſacerdotes in die iudicij reddituri ſunt rationem, ſi commiſſis ſibi populis, quę vel quanta mala de ebrietate naſcuntur, aſſiduè noluerint prædicare. Qui ergò credit ebrietatem eſſe paruum peccatum, ſi ſe nõ emendauerit, & pro ipſa ebrietate pœnitentiã non egerit, cum adulteris & homicidis æterna ſine remedio illum pœna cruciabit, ſecundùm illud, quod ipſi benè nôſtis beatum Apoſtolum prædicãſſe: Neque, inquit, fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt. Videte, ebrioſos cum fornicatoribus & idolis ſeruientibus, & maſculorum concubitoribus & adulteris iunxit.

Sobrios irridentiũ amentia.

Nota.

Excuſatio ebrietati vacantium.

Pſal.140.

Nota.

Reſponſio.

* al. mora

Ignorantia ebrietati magnam cauſam præbet.

1.Cor.6.

20. CHRYSOSTOMVS in ſermone contra luxum & crapulam: Eum qui viuit in delicijs, & ebrietati deditus eſt, & paraſitos alit, & adulatores, & carnium voratione & vini potatione diſrumpitur; ſæpè & inuitum & ſpontè neceſsè eſt peccare, & extra huius loci tempus, & cùm illinc receſſerit. Nam ſicut nauis oneraria, quæ ſupra ſuam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata, ſubmergitur: ità anima & corporis noſtri natura ſi plures acceperit cibos, quàm ferat natura ſua, impletur, & iniectorum grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigantes, & ipſum onus cum hominibus perdit. Sicut igitur non tranquillitas maris, non ſcientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis ſtudium, non anni pars tempeſtiua, non aliud quicquam naui, quæ ſic in tem-

Ventri dediti, ſæpè inuiti peccant.

Nauibus onerarijs comparantur.

tempeſtate eſt, prodeſt: ità & delicatis euenit, neq; cogitationum multitudo, neq; eruditio & admonitio, neq; admonitiones & conſilia, neque aliud quid, neque timor futurorum, neq; pudor, neque accuſatio præſentium, neq; aliud quid ſaluare poteſt ſic periclitantem animã: ſed inualeſcit luxus & amentia per omnia: & ſub aquas nolẽs volens eum qui ægrotat, defert, & graue facit naufragium. Vndè nihil facile, nihil ad futuram vitam &

Ad omnia ſunt inutiles & inepti.

iuſtificationes quæ alibì futuræ, affert. Sed qui talibus vacat, & ad præſentem vitam inutilis fit, ad nihil accõmodus, & vbiquè ridiculus, tam in publicis quàm in priuatis rebus: & ſi in tumultu aliquid opùs eſt fieri, non inuenitur habere aliquid prouidentiæ, vel gubernationis: ab omnibus inimicis capi poteſt, omnibus inutilis, amicis & accedentibus, & non ſolùm periculis & obſidionibus facilè poteſt rapi: nõ in tranquillitate ſolùm eum audire, pauore non caret, ſed & in arduis, ob immodeſtiã morum, ſe accedenti erit inutilis. Nam ipſum illic, in aduerſitatibus loquor, timor & effœminatio, & metus immodicus, & cõſilij inopia appræhendunt: hîc autem in proſperitate, audacia & ignominia, & intẽperantia, & inflatio, & arrogantia plùs inutilẽ, quàm ſuperiora, efficiunt.

Incommoda animi & corporis.

Sanè taliũ non ſolùm corpora ſic effecta, & iniucundis & ſuperfluis & fœtidis, vndiq; plena ſunt, ità vt tolerari nequeãt: ſed & anima corpore multo iniucundior, multo maiores quàm illud morbos in ſe arripit ex delicijs. Nam ſicut corpus non ſolùm ſuperfluitates emittit naturales, ſed multo plures, & vndiquè. Nam & oculi, & aures & os grauedine, muco & corruptione, & his quæ intùs generantur, lutulentis & impuris affectibus ſunt plena: & ipſa natura carnis laxior fit, quàm naturalis proportio: fœtidaq; & inutilis, & ad omne bonum opus inutilis. Etenim & terra, quando à ſua abundantia oppreſſa fuerit, ſuum innatum perdit calorem: perdit autem & ſuas vires, & neque ad opus, neque ad ſuam generationem eſt accommoda. Hinc autem incurabilibus & difficilimis implicantur morbis, qui perpetuò in voluptate viuunt. Nam in tremoribus & palloribus, mirisq; & pedũ & manuũ doloribus, & alijs pluribus, de quibus medici dicunt, irretibiles fiunt.

21. IDEM homilia prima ad populum Antiochenum: Nõ ſimpliciter Apoſtolus Paulus dixit,

1.Tim.5.

Vino vtere: ſed, Vino modico: non quòd hac admonitione & cõſilio Timotheus egeret, ſed quòd nos indigemus. Idcircò ad illum ſcribens, nobis

Quantum bibendum.

bibendi vini menſurã & terminos ſtatuit, tantum bibere iubẽs, quantum valetudinẽ adiuuet, quantum corpori ſanitatem præbeat, & non alterum morbum: non pauciores enim, quàm continuatus aquæ potus, ſed multo plures & difficiliores

Vinolentia quàm malos fructus producat.

animi & corporis morbos immodica vini parit potatio, paſſionum bellum, abſurdarum cogitationum hyemem menti introducens, & corporis vim molliorem & ſolubiliorem efficiens. Non enim ità terræ natura vexata aquarũ ſuperabundantia continuè diſſoluitur, vt corporis vis molleſcit, & diffluit, & exilis redditur vini potu continuò ingurgitata. Fugiamus igitur vtrinquè intemperantiam, tum corporis valetudinem curando, tum ipſius laſciuias recidendo. Vinum enim à Deo datum eſt, non vt inebriemur, ſed vt ſobrij ſimus: vt delectemur, non vt doleamus. Vinum

Pſal.103.

enim lætificat, inquit Dauid, cor hominis: tu verò ipſum triſtitiæ materiam facis. Etenim animo grauato ſunt ſupra modum ebrij, tenebris multis menti offuſis. Medicina optima eſt, quando commenſurationem habet optimã. Simpliciores nonnulli poſtquàm aliquos præ ebrietate ſe deturpãtes viderint, illos vituperare omittentes, fructum à Deo datum calumniantur, dicentes: Non ſit vi-

Non vinum, ſed ebrietas damnanda.

num. Ipſis itaq; dicamus, Non ſit ebrietas. Vinum enim Dei, ebrietas autem diaboli opus eſt: non vinum ebrietatem facit, nè Dei creaturam accuſes, ſed conſerui inſaniam argue. Tu verò peccantem punire & corrigere omittens, benefactorem afficis contumelia. Cùm igitur quoſdam hæc dicentes audierimus, obmuteſcere faciamus. Non

Immodeſtia ebrietatem facit.

enim vſus, ſed immodeſtia ebrietatem facit: ebrietatem, inquam, malorum omnium radicem. Vinum datum eſt, vt corporis imbecillitatem corroboret, non vt animi ſanitatem exterminet. Noli igitur immoderatè Dei munere vtens, ſtultis & impudentioribus hominibus occaſiones præbere. Quid enim ebrietate miſerabilius? Mortuus eſt

Quàm turpis & miſerabilis creatura fit ebrius.

animatus: ebrius, dæmon eſt voluntarius: morbus veniam non habens, ruina excuſatione carẽs, commune generis noſtri opprobrium. Non enim in conuentibus tantùm inutilis ebrius, aut in priuatis & publicis negocijs, ſed etiã ſolo eſt adſpectu omniũ grauiſſimus, fœtores exhalans teterrimòs, eructationes, & oſcitationes, & voces ebriorũ inſuaues atq; moleſtæ, eos qui ſpectant & ſimul ſunt, extremæ abominationis implent. Et quod malorum caput eſt, cælũ ebrijs inuiſum hic morbus efficit, nec ęterna bona aſſequi permittit, ſed poſt vitæ huius opprobriũ, & illic tali morbo laborãtes pœna manet ęterna. Hanc igitur improbã conſuetudinẽ recidamus, & Paulũ audiamus dicentem:

1.Tim.5.

Vino modico vtere. Etenim ipſum modicũ pro-

Temperantia in cibo potúque ſeruanda.

pter infirmitatem permiſit: quòd niſi imbecillitas vexâſſet, neq; modicum admittere diſcipulum coëgiſſet. Neceſſarium enim eſt nobis, traditos cibos & potus temporibus & neceſſitatibus ſemper metiri: & nullatenùs neceſſitatem excedere, neque imprudenter & temerè quid facere oportet.

22. ISIDORVS libro ſecundo de Summo bono, capite quadrageſimoſecundo: Prima eſt luxuriæ materies ſaturitas panis: vndè & Propheta Sodomam de ſatietate panis accuſat, dicens: Hęc fuit

Ezech.16.

iniquitas Sodomorum, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundãtia aquæ. Panem quippe Sodomitę immoderatè ſumẽtes, in turpitudines defluxêre flagitiorum, atq; indè meruerunt, comitante ſuper-

Geneſ.19.

bia, cæleſtibus aduri incendijs, ex quo modũ non tenuerunt edacitatis. Vtile eſt cauere gulam, ciborumq; concupiſcentiã. Quid enim tam noxium, quàm vt animus ſeruiat ventri & eſcæ, quæ ſunt deſtruenda, teſtante Apoſtolo ac dicente: Deus au-

1.Cor.6.

Gula ad luxuriam prouocat.

tem & hunc & hanc deſtruet. Proxima eſt ventri libido, ſicut loco, ſic vitio. Vbi enim ventris cura, ibi & eorum quæ circa ventrem ſunt proxima. In ordine nanq; membrorum, genitalia ventri iunguntur. Dumq; vnum ex his immoderatè reficitur, aliud ad luxuriam excitatur. Non ad luxuriam vel ad ſatietatem, ſed tantummodò vt corpus ſuſtentetur, epulis eſt vtendũ. Nam vt Philoſophi dixerunt, cibandus eſt venter vt contineat animam, non vt corrumpat. Qui nimiùm cibis vtun-

Aciem mẽtis obtundit.

tur, quanto magis ventrem paſcũt, tanto ampliùs ſenſum mentis obtundunt. Nam Græci dixerunt, ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſſe. Nam gulæ ſaturitas nimia aciem mentis obtũdit, ingeniumq; hebeſcere facit. Libidinis ignes ciborum fomite increſcunt. Corpus autẽ quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit. Vndè & tres pueros abſtinentes flãma Babylonij incendij, etſi

Dan.3.

tetigit, non combuſſit, quia nimirùm etſi deſideriorum carnalium ignis abſtinentium mentes inflãmat vſq; ad conſenſum, tamen concupiſcentiæ vel operis, non exurit. Cui abundantia eſt epula-

Lucæ 16.

rum, ardentis diuitis intendat ſupplicium, cuius tanta in inferno inter ignes erat inopia, quãta hic epularum fuerat copia. In hoc enim ſeculo eſurire & ſitire noluit: propterea illic inter flammas ſitiens, ſtillam aquæ quæſiuit, nec meruit. Conſiderandum quàm vehementer arguantur cõmeſſatio & ſumptuoſa conuiuia. Nam per Prophetam comminatur Dominus, ſe non hanc relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiũt. Dicit enim

per

Digitized by Google

Eſaiæ 22.

per Eſaiam Prophetam: Ecce gaudiũ & lętitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinũ. Si dimittitur iniquitas hęc vobis donec moriamini. Sicut omnes carnales cupiditates per abſtinentiã reſecantur, ità omnes animæ virtutes edacitatis vitio deſtruuntur. Indè eſt quòd & princeps cocorũ muros Hieruſalem ſubuertit, quia & venter, cui ſeruitur à cocis, virtutes animæ deſtruit. Neq; enim poſſe quempiam virtutum perfectionem attingere, niſi priùs ventris edomauerit ingluuiem. Nemo poteſt dominari cæteris vitijs, niſi priùs ingluuiem ventris reſtrinxerit. Nec quiſquam facilè poterit à ſemetipſo ſpiritus immundos expellere, niſi per abſtinentiam gulæ. Tunc enim hoſtes qui extra nos ſunt, à nobis fortiùs ſuperantur, quando priùs quæ intra nos ſunt, vitia extinguũtur. Nam fruſtrà foris agit bellum, qui intùs habet periculum. Non qualitatem ciborum, ſed eorum cupiditatem cauendã. Nam ſæpè accuratiùs præparata, ſine gulæ concupiſcentia deguſtantur: & ſæpè abiecta & vilia, edendi cupiditate ſumuntur. Sicq; fit, vt non ſit in culpa ciborum qualitas, ſed illud reputetur in vitio, quod cum deſiderio deguſtatur. Quatuor ſunt genera diſtinctionum in gulæ appetitu, id eſt, quid, quando, quantum, & quo modo appetatur. Quid, ad rem ipſam pertinet, quæ appetitur. Quando, ſi ante legitimum tempus quid appetatur. Quantum verò, ad immoderationem refertur. Quo modo, ad impatientiam feſtinationis aſcribitur. Nullus homini tam importunus exactor eſt quàm venter, qui quotidianam refectionem, quotidianæ famis exactione adimplet. Cum cæteris enim vitijs, etſi interdùm naſcimur, interdùm tamen cum eis non morimur. Plerunquè voluptas veſcendi ità ſub obtentu neceſſitatis ſubrepit, vt dum putatur ſeruiri neceſſitati, voluptatis deſiderio ſeruiatur: nec facilè diſcernitur, vtrùm quod accipiatur, gulæ an indigentiæ deputetur.

Omnes animæ virtutes deſtruit.
Ierem. 52. iuxta LXX.
Non tam ciborum qualitas, quàm cupiditas cauenda.
Quadruplex diſtinctio in appetitu gulæ.
Nimiùm importunus exactor, venter eſt.

23. ET capite quadrageſimotertio libri eiuſdem: Eſca crapulam, potus ebrietatem generat. Ebrietas autem perturbationem gignit mẽtis, furorem cordis, flammã libidinis. Ebrietas ità mentem alienat, vt vbi ſit, neſciat. Vndè etiã & malum non ſentitur, quod per ebrietatem committitur. Verum eſt, quòd iuxta Prophetam, fornicatio & ebrietas aufert cor. Vndè in Prouerbijs: Potentes, inquit, qui iracundi ſunt, vinũ non bibant, nè cùm biberint, obliuiſcantur ſapientiam. Pleriſque laus eſt, multum bibere, & non inebriari. Audiant hi aduerſùm ſe dicentẽ Prophetam: Væ qui potentes eſtis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Vino multo deditos & luxurioſè viuentes, Eſaias ſic arguit, dicens: Væ qui cõſurgitis manè ad ebrietatẽ ſectandam, & potandum vſq; ad veſperũ, vt vino æſtuetis. De talibus & alio loco dicitur: Væ tibi ciuitas, cuius rex iuuenis eſt, & cuius principes manè comedunt. Multi enim à manè vſq; ad ſolis occubitum ebrietati & gulę voluptatibus deſeruiunt, nec intelligũt cur nati ſunt, ſed conſuetudine beluina detenti, luxurię tantùm tota die epuliſq; inſeruiunt. Clamat Ioël Propheta his qui ebrietati deſeruiunt, dicens: Expergiſcimini ebrij & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quo teſtimonio non ait tantùm, Flete omnes qui bibitis vinum, vt bibere omninò non liceat: ſed adiecit, in dulcedine: quod ad voluptuoſam pertinet & prodigam effuſionem. Nam quantum ſatis eſt neceſſitati, edocet Timotheum bibere Apoſtolus, dicens: Vino modico vtere. Non ſolùm ex vino inebriãtur homines, ſed etiam ex cæteris potãdi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vndè & Nazaræis, qui ſe ſanctificabant Domino, præceptũ eſt, Vinum & ſiceram non bibere. Vtraque enim ſtatum mentis euertunt, & ebrios faciunt: luxuriam quoq; carnis vtraque æqualiter gignunt. Quidam continentes ſicut panem cum pondere edunt, ità & aquam cum menſura ſumunt, aſſerentes ad caſtimoniam carnis etiam aquæ abſtinentiam conuenire.

Ebrietatis fructus.
Oſeæ 4.
Prouer. 31.
Multum bibere, nec tamen inebriari.
Eſaiæ 5.
Ibidèm.
Eccles 10.
Conſuetudo beluina.
Ioel. 2.
1. Tim. 5.
Num. 6.
Luxuriã gignit vinum & ſicera.

24. AMBROSIVS in libro de Helia & ieiunio, capite duodecimo: Sicut mater fidei, continentia: ità perfidiæ mater, ebrietas eſt. In quod facinus non iſta præcipitat? Sedentes in foribus tabernarum homines, tunicam non habentes, nec ſumptum ſequentis diei, de imperatoribus & poteſtatibus iudicant, immò regnare ſibi videntur, & exercitibus imperare. Fiunt ebrietate diuites, qui ſunt in veritate inopes. Aurũ donant, diſpenſant pecunias populis, ciuitates ædificant, qui non habent vndè cauponi potus ſui precium ſoluant. Feruet enim vinum in his, & neſciunt quid loquantur. Diuites ſunt dum inebriantur: mox vbi vinum digeſſerint, cernunt ſe eſſe mendicos. Vno die bibunt multorum dierum labores. De ebrietate ad arma conſurgũt, calicibus tela ſuccedunt. Pro vino ſanguis effunditur, & ipſum ſanguinem vina fuderunt. Quàm fortes ſibi homines videntur in vino, quàm ſapientes, quàm diſerti, quàm etiam pulchri ac decori, cùm ſtare non poſſint? Mens titubat, lingua balbutit, pallor & ſanguis ora ſuffundit. Fœtor ebrietatis horrori fit. Barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas. Si quis eorum pugno fuerit percuſſus, videas ora ſauciorum vini lachrymas fundere, miſerabiles epilogos decantare. Habet enim hoc temulentia, vt & molliat, & reſoluat corda temulentorum. Sicut enim ignis probat ferrum durum, ità & vini incendio etiam ſuperborum hominũ cor liqueſcit. Omnes ſibi in vino æquales videntur, nullus inferior. Non pauper diuiti cedit, vtpotè quia pauperem ſe eſſe neſcit. Non infirmus valido, cui omnis in bibendo eſt fortitudo. Non mendicus locupletiori, non ignobilis honorato: ſed cùm bibunt, illum regem habent, qui bibendo ſuperauerit viros. Meritoq; ſcriptum eſt, Aequalis vita hominibus, vinum in ebrietate. Sed vtinàm & quod ſequitur, audires: Bibas illud moderatè, vt ſis ſobrius. Non habes quòd accuſes vinum: in iucunditatem creatum eſt, non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis eſt, ſi illud moderatè bibas. Immoderatio autem potus, in iracundiam concitat, & ruinas multas efficit. Sed fortè dicas, has eſſe potationes vulgarium & leuiſſimorum hominum. Veniamus ergò ad horum potentium & fortiſſimorum conuiuia.

Perfidiæ mater ebrietas.
Ebriorum fatuitas.
Eccli 31. iuxta LXX. aut aliã verſionem.

25. CAPITE decimotertio: Primò minoribus poculis velut velitari pugna præluditur. Verùm hæc non ſobrietatis eſt ſpecies, ſed bibendi eſt diſciplina. Etenim vt tragœdiarum actores primò ſenſim vocem excitant, donèc viuę vocis aperiant iter, vt poſteà magis poſſint clamoribus perſonare: ità iſti quoquè in principio præluſorijs ſe exercent poculis, vt iritent ſitim, nè fortè reſtinguant eam, & ſatiati poſteà, bibere non poſſint. Ergò vbi res calere cœperit, poſcunt maioribus poculis, feruor inardeſcit. Aridus cibus ſiti exæſtuat, & vbi imminui vaſa cœperint, potu meraciore reparantur. Certant pocula cum ferculis, & inter moras ſæpè geminantur. Deindè procedente potu longiùs, contentiones diuerſæ, & magna certamina, quis bibendo præcellat. Nota grauis, ſi quis ſe excuſet, ſi quis temperandum forte vinum putet. Et hæc donèc ad menſas perueniatur ſecundas. At vbi conſummatæ fuerint epulæ, putes iam eſſe ſurgendum: tunc de integro potum inſtaurant ſuum: & cùm conſummauerint, tunc inchoare ſe dicunt: tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres quaſi inſtrumenta bellorum. Ac nè immoderatum hoc arbitreris, menſura proponitur, certatur ſub iudice, ſub lege decernitur. Agonothetes illic furor eſt, ſtipendium debilitas, victoriæ præmium culpa: pendet anceps diù & dubius belli euentus. Furor enim illic eſt præliaris. Et

Compotorũ conſuetudo.
Certamen combibonũ.

ris. Et in fine: Quos manè inſignes armis ſpectaueras, vultu minaces, eoſdem veſperi cernas etiam à puerulis rideri, ſine ferro vulneratos, ſine pugna interfectos, ſine hoſte turbatos, ſine ſenectute tremulos, in ipſo iuuentutis flore arentes.

Reprehenſio eorum qui inuitãt alios ad potum ac cibum immoderatum.

26. RVRSVM capite decimoquarto: Rogas ad iucunditatem, cogis ad mortem. Inuitas ad prandium, efferre vis ad ſepulcrum. Cibos promittis, tormenta irrogas. Vina prætendis, venena ſuffundis. Omne enim quicquid nocet, venenũ eſt. Tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infert, caput vexat. Etiam maior vis vini, quàm veneni eſt. Deniquè venenũ vino excluditur, non veneno vinum. Meritò Deus per Moyſen non ſolùm veneno, ſed etiam draconum veneno vinum comparauit, dicens: Furor draconum vinum eorum, & ira aſpidum inſanabilis. Et pulchrè additur, inſanabilis. Multi enim reliquorum ſerpentium veneno curantur, nemo ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia eſt ebrietas ad corporis ſanitatem, menti etiam crimen adiungit. Aduerte etiam & perfidiæ venenum, vini declaratum nomine. Ait enim ſuprà de alienigenis, qui neſcirent Deum: De vinea enim Sodomorum vinum eorum, & vitis eorum vitis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis in ipſis.

Deut. 32.

Ebrietas animo & corpori nocet.

Ibidẽm.

Ebrietatis deteſtatio, & quantum detrimenti adferat.

27. CAPITE decimoſexto: Sudant vino corpora temulentorum: ſi leuiùs ea tetigeris, exprimis vinum. Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum inſaniæ, ebrietas venenum inſipientiæ. Hæc ſenſus hominum mutat & formas, per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes: Siquidem naturali vapore corporis calidi, & præter naturam vini calore flammati, cohibere ſe non queunt, & in beſtiales libidines excitantur, vt nullũ tempus præſcriptum habeant quod deceat indulgere concubitui. Vocẽ amittunt, colore variantur, oculis igneſcũt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardeſcunt, ſenſu excedunt. Hinc phreneſis periculoſa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens ſemeſas epulas cum internorum viſcerum cruore fundentium. Nam eadem Dominus per Hieremiam locutus eſt, dicẽs: Bibite & inebriamini, & vomite, & cadetis, & non conſurgetis. Hinc etiam vanæ imagines, incerti viſus, inſtabilis greſſus, vmbras ſæpè tranſiliũt ſicut foueas. Nutat his cum facie terra: ſubitò erigi & inclinari videtur, & quaſi vertatur, timentes in faciẽ ruunt, & ſolum manibus appræhendũt, aut concurrentibus montibus ſibi vidẽtur includi. Murmur in auribus tanquàm maris fluctuantis fragor, & reſonantia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij riſu ſoluũtur incondito, alij incõſolabili mœrore deplorant, alij cernũt irrationabiles pauores. Vigilantes ſomniant, dormientes litigant. Vita his ſomniũ eſt: ſomnus his mors eſt: excitari nullis vocibus poſſunt, quantolibet ſtimulando impulſu petas: niſi reſipuerint, euigilare non poſſunt. Vndè benè Hieremias huiuſmodi hominem tanquàm ſuperfluam creaturã deflendum putant. Quid eſt homo ebrius, niſi ſuperflua creatura?

Hierem. 25.

Homo ebrius nihil aliud quàm ſuperflua creatura.

De fœminis temulentis.

28. CAPITE decimooctauo: Sed quid de viris loquamur, quandò etiam fœminæ, quas oportet ſolicitiorem caſtitatis ſobrietatiſq; adhibere cuſtodiam, vſque ad ebrietatem bibunt? Deindè ſurgentes, quas etiam inter ſecreta domũs vel audiri ab alienis non conuenit vel videri, prodire audent in publicum non velato capite, vultu procaci. Apoſtolus mulieres tacere etiam in Eccleſia iubet, domi viros ſuos præcipit interrogare. Illæ in plateis inuerecundos viris ſub conſpectu adoleſcentulorum intemperantium choros ducunt, iactantes comam, trahentes tunicas, ſciſſæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, ſaltantes pedibus, perſonantes vocibus, iritantes in ſe iuuenum libidines motu hiſtrionico, petulanti oculo, dedecoroſo ludibrio. Spectat corona adoleſcentum, & fit miſerabile theatrum. Inter ſaltantium lapſus ocello impuro, & contaminato aſpectu, terra turpi ſaltatione polluitur, quæ obſcœnis cantibus verberatur.

1. Cor. 14.
1. Tim. 2.

Terra turpi ſaltatione polluitur.

1. B. ECCLESIASTICI trigeſimoſeptimo: Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.

2. ET capite trigeſimoprimo: Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur, vt non cùm manducas multùm, odio habearis. Ceſſa prior cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe, nè fortè offendas. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis nè extendas manum tuam, nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.

3. PSALMO ſeptuageſimoſeptimo: Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum, & electos Iſraël impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc.

4. NVMERORVM vndecimo: Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus: & eccè furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. Vocatúſque eſt ille locus, Sepulcra concupiſcentiæ. ibi enim ſepeliẽrunt populum qui deſiderauerat.

5. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

6. PROVERBIORVM vigeſimoprimo: Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.

7. ECCLESIASTICI trigeſimoſeptimo, vt paulò antè, B. teſtimonio primo.

8. LVCAE vigeſimoprimo: Attendite vobis, nè fortè grauẽtur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.

9. BVRCHARDVS Vuormatiẽſis Epiſcopus libro decimoquarto Decretorum, inſtituit tractationem de crapula & ebrietate, & ex canonibus, Patrumq; ac Pontificum ſententijs oſtendit, quæ pœna iniungenda ſit ijs, qui illis vitijs implicantur. Atq; inter reliqua hunc adfert canonem ex pœnitentiali Theodori: Sacerdos quilibet ſi inebrietur per ignorantiam, ſeptem dies pœniteat in pane & aqua: ſi per negligentiam, quindecim dies: ſi per contemptum, quadraginta dies. Diaconus vel monachus, ſecundùm ordinẽ, vt ſcriptum eſt, ceu & reliqui Clerici, & miniſtri iuxta ordinem, iudicio Sacerdotis pœniteãt. Laici velut vota non habentes, ſi inebriantur, arguantur à Sacerdote, quòd ebrioſi regnũ Dei non poſſidebunt, & interitus ſit ebrietas: & cõpellat eos pœnitere. Qui cogit hominem vt inebrietur humanitatis gratia, acerrimè corripiatur, & ſeptem dies pœniteat: ſi per contemptum, triginta dies. Nullus Chriſtianus alium Chriſtianũ plus bibere cogat, quàm naturæ ſufficiat. Quod ſi fecerit, iuxta id quod in pœnitentiali habetur, pœniteat. ET eiuſdẽ libri capite decimotertio ex pœnitẽtiali Romano: Qui per ebrietatem vomitũ facit, ſi presbyter aut diaconus eſt, quadraginta dies pœniteat. Si monachus, triginta dies pœniteat: ſi Clericus, viginti dies: ſi Laicus, quindecim dies. Item capite decimoquarto ex pœnitentiali Bedæ: Laicus ſi per ebrietatem vomitum facit, tres dies à carne & vino & cereui-

Pœnitentia eorum qui ſe inebriant.

1. Cor. 6.

Pœnitentia eorum qui alios ad ebrietatẽ cogunt.

Vomentes ex ebrietate.

cereui-

certuiſſa abſtineat. RVRSVM capite decimoquinto ex eodem: Si quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies pœniteat. Quòd ſi in conſuetudine habuerit, communione priuetur, donèc dignè pœniteat, & emendationem promittat.

Alios inebriantes.

10. IVO Epiſcopus Carnotenſis tertiadecima parte Decretorum, à capite ſexageſimonono vſq; ad octogeſimumſextum, habet omnia quæ Burchardus in libro decimoquarto: & quę ex eo antè adducta ſunt, apud Iuonem capite ſeptuageſimoſexto, octogeſimoprimo, octogeſimoſecundo, & octogeſimotertio reperiuntur.

11. AD Epheſios quinto, vt in textu.

12. PROVERBIORVM vigeſimo: Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens.

13. HIERONYMVS in caput primũ epiſtolæ ad Titum: Quale eſt autem, Epiſcopum videre vinolentum; vt ſenſu occupato, vel exaltet riſum contra grauitatis decorem, & labijs diſſolutis cachinnet: vel ſi paululùm triſtis cuiuſdã rei fuerit recordatus, inter pocula in ſingultus prorumpat & lachrymas. Longum eſt ire per ſingula, & inſanias, quas ebrietas ſuggerit, explicare. Videas alios pocula in tela vertentes, ſcyphum in faciem iacere conuiuę: alios ſciſſis veſtibus in vulnera aliena proruere: alios clamare, alios dormitare: qui plus biberit, fortior computatur: accuſationis occaſio eſt, adiuratum per regem frequentiùs non bibiſſe. Vomunt, vt bibant: bibunt, vt vomant. Digeſtio ventris & guttur, vno occupãtur officio. Hoc nunc dixiſſe ſufficiat, quòd ſecundùm Apoſtolum, in vino luxuria eſt. Et vbicunquè ſaturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominetur. Specta ventrem & genitalia, pro qualitate vitiorum, ordo membrorum. Nunquàm ego ebrium caſtum putabo, qui etſi vino conſopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum.

Quas inſanias ebrietas ſuggerat.

Ephef. 5.

Ebrius nunquàm caſtus.

14. IDEM in epiſtola octogeſimatertia ad Oceanum, capite quarto: Vinolentia ſcurrarum eſt, & commeſſatorũ: venterq; mero æſtuans, citò deſpumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt; ergò qui inebriatur, & mortuus & ſepultus eſt. Noë ad vnius horę ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcẽtos annos ſobrietate contexerat. Loth per temulentiam neſciens libidini miſcet inceſtum: & quem Sodoma nõ vicerat, vina vicerunt.

Vinolentia ſcurrarũ eſt. Luxuriam parit. Qui inebriatur, mortuus & ſepultus eſt. Gen. 9. & 19.

15. AMBROSIVS libro primo de pœnitentia, capite decimoquarto: Paſcitur libido conuiuijs, nutritur delicijs, vino accenditur, ebrietate inflammatur. Grauiora ſunt his fomenta verborum. Vbi caro inebriatur, mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat.

Paſcitur libido cõuiuijs.

16. PRIORIS ad Corinthios ſexto: Nolite errare, neque fornicarij &c. neque ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſſidebunt. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & has deſtruet.

17. AD Galatas quinto: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prędixi, quoniam qui talia agunt, regnũ Dei non cõſequentur.

18. OSEAE quarto: Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor.

19. PROVERBIORVM trigeſimoprimo: Noli regibus ò Lamuël, noli regibus dare vinũ: quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas: nè fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.

20. ECCLESIASTICI decimonono: Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos.

21. ESAIAE quinto: Væ qui potentes &c. vt in textu.

22. ET capite vigeſimoſecundo: Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum ſacci: & eccè gaudiũ & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinũ. Comedamus & bibamus, cràs enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituum, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donèc moriamini: dicit Dominus exercituum.

23. PROVERBIORVM vigeſimotertio: Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum cõferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio. Et paulò pòſt: Cui vę? cuius patri vę? cui rixę? cui fouea? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nónne his qui commorãtur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Nè intuearis vinum quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa. Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo: & dices, Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando euigilabo, & rursùs vina reperiam?

24. AMOS ſexto: Væ qui opulenti eſtis in Sion &c. qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici: Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.

25. LVCAE ſexto: Væ vobis diuitibus, * quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

* qui

VIII.

Quid eſt Ira, & quæ ſoboles ex illa naſcitur?

A. IRA eſt immoderata cupiditas puniendi eius, à quo lęſum ſe quis arbitratur. [a] Naſcuntur ex illa deteſtandæ filiæ, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, atque blaſphemia.

B. Eſt [b] hoc animi virus pernicioſum, omnem iudicij prudentiæque vigorem, & animi ſæpeque corporis ſanitatem labefactans. Quare monuit Eccleſiaſtes: [c] *Nè ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Et gentium Doctor præcepit: [d] *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* Cæterùm aduersùs iracundos, contentioſos, contume-

a Greg. lib. 31. Moral. ca. 31. Prouer. 29. d Iob 15. a Eccli 19. d Epheſ. 4. g

b Lege Baſil. in hõ. 10. de ira. Chryſo. ad pop. hõ. 29. & ſequentib. Itẽ hom. 6. in acta. 4. & 18. in Matt. Greg. lib. 5. Moral. c. 30. & ſequẽt.

c Eccles 7. b Eccli 1. d 28. a b 30. d Prouer. 12. c 15. a c 18. a b 22. d 26. c 27. a Iob 5. a Pſal 4. a & 30. b

d Eph 4. g Col. 3. b Bernard. ſer. 13. in pſal. Qui habitat. Amb. lib. 1. off. ca. 21. Aug. in pſal. 4. Itẽ lib. de vera rel. c. 45. epiſt 87. & 149.

Digitized by Google

Greg.li.8. epi.51.ad Leõt. & p.3.curæ paſt.admon.17. e Matth 5. c Greg.lib.21. Moral.cap.5. Aug. lib.1.de ſerm. Domini in monte c. 19.in Enchirid.cap.79.

tumelioſos iam lata eſt CHRISTI ſententia, valdeque metuenda illa: [e] *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri ſuo, racha, reus erit concilio: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gebennæ ignis.*

TESTIMONIA.

1. A. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur.

2. PROVERBIORVM vigeſimonono: Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior.

3. IOB decimoquinto: Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens, & implebit ardore ſtomachum ſuum? Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid conſilium Dei audiſti, & inferior te erit eius ſapientia? Quid nôſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus? Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores quàm Patres tui. Nunquid grande eſt vt cõſoletur te Deus? ſed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones? Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli nõ ſunt mundi in conſpectu eius. Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem, &c.

4. ECCLESIASTICI decimonono: Eſt correptio mendax in ira contumelioſi: & eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.

5. AD Epheſios quarto: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

1. B. BASILIVS Magnus in homilia de ira, quæ eſt decima inter homilias variorũ argumentorum: Quando ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans, imperium animæ ſumpſerit, hominem penitùs in feram conuertit, nec hominem qui rationis ſit compos, eſſe ſinit. Quod enim venenum virus emittentibus erit, hoc item & furor animo iritatis ac perturbatis. Impetu feruntur, inſiliunt, rabie vt canes afficiuntur, punguntur vt ſcorpij, mordent vt ſerpentes. Nouit & ſcriptura eos qui hoc vitio tenentur, ferarum appellatione vocare, quibus ſeſe ob peruerſitatem ſimiles ac familiares reddiderunt. Nam & canes, & ſerpentes, & genimina viperarum, & his ſimilia nominat. Qui enim ad mutua inter ſe eiuſdem generis parati ſunt inferenda incommoda, iure feris ac venenatis aſſcribi poſſunt, quibus ex natura continuum aduersùs homines odium eſt. Effrenes linguæ, ora incuſtodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accuſationes, verbera, & alia eiuſmodi quæcunque quis enumerare poterit, iræ ſunt ac furoris fructus. Ob iram enſis acuitur, mors homini ex homine venit, fratres inter ſe ignorantur, parentes ac liberi naturæ obliuiſcuntur. Sed & ante omnia ſeipſos haud agnoſcunt irati, deindè neque quotquot habent neceſſarios. Quemadmodùm enim torrẽtes ad curua loca decurrentes, ſecum obuia quęque trahunt: ſic & iratorum impetus violenti & inſtabiles, omnia ſimiliter percurrunt atque obruunt. Non eis ſenectus venerabilis, non vitæ virtus, non generis propinquitas, non acceptę iam gratiæ, non deniquè quicquid aliud, quanuìs æſtimandum, in honore eſt. Momentanea quædam inſania eſt ira. Quin & maximum ſe in malum ſæpiùs conijciunt, & ſtudio vindicandi, ſeipſos negligunt. Eorum nanque memoria quibus læſi ſunt, velut œſtro quodam incitati, & animo exacerbato atque æſtuanti, non priùs deſinunt, quàm incommodum aliquod infeſtanti infligant: vel ipſi (ſi id contingat) accipiant: quemadmodùm ſæpè euenit, vt quæ per vim tentata ſunt, plus accipiant incommodi, quàm inferant. Quis enim in ea ſe mala conijceret, quæ ira feruidi homines, quauis occaſione vociferantes & exaſperati, ſubeunt atque tolerãt? Nam & omni fera venenata impudentiùs ruunt, nec priùs deſiſtunt, quàm aliquo malo magno & intolerabili, ira intumeſcente, æſtuantem exatient animum. Neque enim enſis acies, neque ignis, neq; horrendum aliquid, animum ira intumeſcentem ac furentem ſatis compeſcere valebit: non magis quàm à dæmonibus detenti, à quibus irati nihil nec forma, neque animi affectu differunt. Nam ijs qui ad vindictam anhelant, ità quidem circum præcordia ſanguis feruet, quaſi vi ignis ebulliat & exęſtuet. Supernè verò accenſa facie, alio adſpectu viſendum exhibet iratum, eam formam quæ omnibus conſueta eſt & nota, quaſi larua quadam, vt in ſcena fieri ſolet, prorsùs immutans: oculi conſueti non apparent, ſed ignei micantéſque, dẽtes acuunt, veluti ſues graſſantes: vultu ſunt liuenti ſanguine ſuffuſo. Oris tumore increbeſcente, venæ ob turbati intra viſcera ſpiritus anguſtiam diſruptæ. Vox aſpera & intenſa, ſermo inconſtans & confuſus, ac temerè cadens, nec cõcinnè, nec ſignificanter, ne ex parte quidem prolatus. Poſtquàm verò ira ſicut flamma ſicca materia ſuccenſa iritatos inuaſit, tunc nec ſermone dicenda, neque referenda videre licet ſpectacula. Manus quidem erectas etiam aduersùs cõtribules, & per omnes corporis partes diſtractas, pedes extra omnem ordinem & ab re certatìm diſcurrentes: deniquè partes corporis omnes, inſaniæ inſtrumenta factas. Si autem pariter aliquem exaduersò concurrentem inueniant, iramq; mutuam inter ſe exerceant, ea patiuntur, quæ fas eſt eos pati, qui ſub tali dæmone contendunt ac certant. Membrorum mutilationes, vulnera, mortes præmium pugnæ ferunt. Cœpit qui primus manibus iniuriam intulit: alter vlciſcitur: Hic inſtat, ille nõ cedit: corpus obitèr vulneribus petitur. Ira verò facit, vt dolor & incommodum minimè ſentiantur. Non enim damna corporis aut ſenſum curant, cùm omni ſtudio & omnibus viribus ſint animo ad vlciſcendum commoti & excitati. Nè, fratres dilectiſſimi, malum malo curate, neu contendite inuicèm calamitate mutua vincere. In rixa enim is inferior eſt, qui victor eſt, ac peccatis longè grauior diſcedit. Ira certamen excitat, certamen verò conuicium, conuicium verbera, verbera demùm vulnera, ex quibus & mortes ſæpè ſequuntur. Ille maledixit, tu benedicas. Verberauit, tu patere. Expuit, nihiliq; te exiſtimauit, tu cogita quomodò ex terra es, & in terram reuertéris. His nanq; modis atq; rationibus te confirmans, longè leuiora quàm re vera ſint, inuenies tibi aduerſarij facta iurgiaq;. Sic etiã talionẽ illi ſecuriùs reddes, oſtendeſq; quàm ſis contumelijs inuulnerabilis, ac pręclarã tibi patientiæ coronã comparabis, dum alterius inſaniã, occaſionẽ philoſophiæ ac tuorum feceris meritorum. Quamobrẽ ſi mihi credis, probra cõtumeliaſq; minimè curabis: obſcurũ te & inglorium vocauit, nulliuſq; æſtimationis? terrã te ac cinerẽ eſſe dicas. Nec tu melior es patre noſtro Abrahã, qui ſe eadem vocauit: ignarũ, pauperem, ignobilem nominauit? tu vermem te dicas, & è ſtercore genus ducere, verba Dauid memorãs. His etiã Moſis decus adde. Ille ab Aarõ & Maria verbis petitus probroſis,

Hominẽ ira in feram cõuertit.

Iræ fructus.

Momẽtanea inſania.

A dæmonibus vix irati differunt.

Iratis hominibus quomodò reſiſtendum, & aduersùs iram remedia.

Geneſ.18.

Pſal.21.

Num.12.

broſis, non ad Deum aduerſus illos interpellauit,
ſed pro eis orauit. Quorum tu, dic mihi, cupis eſſe
diſcipulus? beatorum hominum & Deo grato-
rum, an eorum qui ſpiritu referti ſunt maligno?
Quando enim verborum contumelia tentaris,
illud exiſtima, periculum de te fieri, an Deo per
patientiam adhæreas, ſeu per iram in aduerſa-
rij partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad
optimam eligendi partem opportunum. Nam è
duobus alterum proculdubiò conſequêris, aut
inimicum tuæ manſuetudinis exemplo, muniti-
orem reddes: vel certè ſi deſpexeris, acriùs illum
vindicabis. Si enim malum eſt ira, cur malum id
non euitas? Si venia dignum, cur irato ſuccenſes?
Ex quo ſi ſecundus veniſti ad iram, nihil te hoc
iuuabit. Non enim in certaminibus palæſtrâ pri-
ùs prouocans, ſed qui ſuperat, coronatur. Quam-
obrem non ſolùm is qui facinus aliquod graue
priùs tentauerit, ſed qui mali ducis ad ſcelus ex-
emplum fuerit imitatus, omninò mulctatur. Si
enim te pauperem verè appellat, verum reſpuere
nequaquàm debes. Si mentitur, quid ad te dicti
vanitas? Sicut enim ad laudes tuas, ſi veritatem
excedunt, efferri non debes: ità nec ad probra in
te non verè iactata, minimè dolere. Nónne vides,
quemadmodùm ſagittæ ſi duriora offendant, re-
ſultant ac excidunt: in mollibus verò & obedi-
entibus facilè figuntur: ità & in contumelijs eue-
nit: qui eis occurrit ac reſiſtere quærit, illas in ſe
recipit: qui autem manſuetudine ac patientia ar-
matus, ad eas excipiendas ſe præparauerit, omni-
nò excutiet ac euitabit. Quid, miſer, angeris pau-
peris appellatione? Reminiſcere quòd quemad-
Iob 1. modùm nudus in mundum veniſti, nudus etiam
egreſſurus es. Quid enim nudo pauperius? Nihil
profectò graue audiſti, niſi tibi ipſe quæ obiecta
ſunt, agnoſcas. Quis vnquàm ob paupertatem in
carcerem ductus eſt? Nam egére, non turpe qui-
dem aut aliquod probrum fuerit, ſed pauperta-
tem generosè non ferre. Memor ſis Domini noſtri
Lucæ 2. Ieſu Chriſti: qui cùm diues eſſet, noſtri gratia egé-
2.Cor.8. re voluit. Si verò & ſtultus & indoctus appellabe-
ris, reminiſcere eorum quæ à Iudæis iactata ſunt in
Ioan.8. veram ſapientiam: Samaritanus es, & dæmonium
habes. Si enim contra hæc maledicta iraſceris, iam
Nihil ira ſtultius. ea corroboràſti. Quidnam eſt ira ſtultius? Si ve-
rò quietus & immobilis perſiſtas, pudorem ma-
ledicenti magnum intuliſti, cùm re ipſa pruden-
tiam modeſtiamq; oſtenderis. Alapa ſeu pugillo
Matth.26. cæſus es? expuit aliquis in faciem? Eadem & Do-
Eſaiæ 50. minus eſt paſſus. Nec enim ab expuentibus aut
cædentibus faciem auertit. Calumniam pateris?
Matth.27. & Dominus. Tua laceratur veſtis? Et à Domino
Ioan.19. quoquè veſtis per vim extracta, & ſuper eam miſ-
ſæ ſortes. Nondùm condemnatus es, nondùm
cruci affixus. Multa tibi toleranda, vt ad eius imi-
tationem peruenias. Talia igitur, & horum ſimi-
lia tibi ſuccurrant, mentiſq; tuæ impetum ac iram
compeſcant. Similes nanq; præparationes & ani-
mi diſpoſitiones, morſus cordis & impulſus faci-
lè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum
Iræ incómoda quomodò vitari queāt. ſtatum deducent. Quomodò igitur iræ incom-
moda fugiamus? Si eam nullo modo mentem ra-
tionémve occupare ſinamus. Quamobrem ſi for-
tè in cogitationem veniat aut cadat, eam ità reti-
neamus, vt equum iugalem nobis ratione, vt fre-
no quodam obtemperantem, ac ordinem propri-
um nequaquàm excedentem, & via ingredien-
tem, qua à mentis recto cōſilio dirigitur. Et pau-
Ira freno rectæ rationis gubernata, laudabilis eſt lopòſt: Ira, quando oportet & vt oportet, ex ra-
tione diſpenſata, fortitudinem, patientiā, ac con-
ſtantiam parit: præter verò rectam rationem tra-
ctata, furor & inſania efficitur. Idcircò nos Pſal-
Pſal.4. mus admonet: Iraſcimini, & nolite peccare. Ipſe
Matth.5. nanque Dominus in Euangelio illum qui temerè
fratri iratus fuerit, reum iudicij facit. Illum verò
qui tāquàm pharmaco ad ea quæ oportet, ira vti-
tur, minimè condemnat. Dicitur nanque: Ponam Geneſ.3.
inimicitiam inter te & ſerpentem. Et rurſus: Ho- Num.31.
ſtes ſitis Madianitis. Docētis verba ſunt, vt ira ve- Ira veluti ar-
luti armis vtamur. Ideò Moyſes omnium homi- mis vſi ſunt
num māſuetiſſimus, vituli idololatriā damnans, Sancti.
Leuitarum manus in cædem fratrum armauit.
Vnuſquiſque, inquit, veſtrûm, gladium ad latus Exod.32.
teneat, & tranſite à porta in portam, & flectite per
circuitum caſtrorum, & ſuum quiſque fratrem
interimat, & quilibet proximum ſuum. Et pau-
lopòſt Moyſes ait: Veſtras hodiè manus Deo
conſecràſtis, quilibet in filio ſuo, & fratre ſuo,
vt detur vobis benedictio. Quid Phinees iuſtum
reddidit? Nónne iuſta contra fornicantes ira, qui
alioquì mitis ac manſuetus exiſtens, poſtquàm
ſtuprum Zambri & ſcorti Madianitis palàm in Num.25.
populo vidit, adeòq; impudenter admiſſum, vt
nec tam turpe ſpectaculum occultari vellent: mi-
nimè tam indignum facinus paſſus, ira vt oporte-
bat vſus, protinùs vtrunque trucidauit. Samuel
autem Agag regem Amalech, à Saule contra man- 1.Reg.15.
datum Domini ſeruatum, nónne iuſta ira in me-
dium trahens occidit? Sic itaq; fit ira ſæpenumerò Bonarū acti-
bonarum actionum miniſtra. Helias verò zelotes onum mini-
quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis ſtra nonnun-
ſacerdotes, & quadringentos viros ſacrorum ne- quàm eſt ira.
morum, comedentes de menſa Iezabel, iuſta ſapi- 3.Reg.18.
entiq; indignatione, in totius Iſrael vtilitatem, vt
morte mulctarentur, effecit. Tu autem fratri tuo
ſine cauſa iraſceris. Quomodò autem ſine cauſa?
Cùm ſit alius qui inſtigat dæmon, & alius qui in- Iraſcendū nō
ſtigatur homo, cui tui maledicis: ſimile quoddam tam homini
canibus admittēs, qui ſaxa mordere ſolent, quan- q̄ dæmoni, à
do iactantes attingere non valent. Inſtigatus enim quo ille impellitur.
ac incitatus, miſericordia profectò dignus eſt.
Qui verò incitat, odio maximo eſt inſectandus.
In hunc igitur iram transfer hominum interfe-
ctorem, mēdacij patrem, peccati miniſtrum. Fra-
trem verò in te peccantem miſerebere. Nam ſi in
peccato vſque ad extremum durabit, cum ipſo
dæmone æterno tradetur igni. Et iterùm poſt pau-
ca: Si ex Dominico præcepto omnium vltimus eſ-
ſe aſſueueris, quonam modo maledictis præter di-
gnitatem prouocatus, ægrè ferre aut reſpondere
poteris? Nam ſi paruus puer verbis te cōtumelio-
ſis peteret, occaſionem tibi potiùs ridendi daret.
Quòd ſi phreneſi captus & ſenſu excidens, verba
incompoſita & ſtulta minimeq; vera dicat, miſe-
ricordia potiùs quàm odio dignus erit. Nō igitur
verba ſolent triſtitiam mouere, ſed ſuperbia ad- Nō tam alte-
uerſùs eum qui nos vituperat, & vniuſcuiuſque rius verba, q̄
de ſeipſo phantaſia. Quòd ſi horum alterutrum ſuperbia no-
menti tuæ exemeris, inanes quidā ſonorum ſtre- ſtra nos ad
pitus erunt, quæ ab aduerſario dicētur. Quamob- irā prouocat.
rem iram omninò ſedabis indignationemq;, nè
iram illā quæ de cælo ſupra omnem impietatem
& iniuſtitiam hominum reuelabitur, experiare. Si
enim animo ſapienti amaram indignationis ra-
dicem extirpare poteris, multa cum hoc princi-
pio perturbationū ſemina facilè extingues. Nam
& dolus, & ſuſpicio, & infidelitas, & malignitas, Filiæ iræ.
& inſidiæ, & audacia, & omnia his ſimilia, huius
vitij germina ſunt atque appendices. Itaque fra-
tres amantiſſimi, nè obſecro tantum nobis ma- Egregia de-
lum inducamus, animæ morbum, rationis tene- ſcriptio iræ.
bras, à Deo alienationem, obliuionem familiari-
tatis, principium bellorum, plenitudinem cala-
mitatum, dæmonem peſſimum noſtris animis in-
natum, incolam quendam impudētem, noſtra in-
teriora poſſidentem, deniquè ſancti Spiritùs iter
ad nos impedientem. Vbi inimicitiæ ſunt, cōten-
tiones, indignationes, ſectæ, noſtris animabus per-
petuos generantes tumultus, ibi ſpiritus māſuetu-
dinis haud requieſcit. Quamobrē beati Pauli mo-
nitis obtemperantes, omnem à nobis indignatio- Epheſ.4.
nem ac clamorem cum omni malitia abijciamus,
ac inuicèm boni ac miſericordes exiſtamus, ex- Matth.5.
pectan-

Digitized by Google

pectantes beatam ſpem manſuetis omnibus promiſſam.

Hominis iracundi vituperatio.

2. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimanona ad populum Antiochenum: Nihil iracundo homine inſuauius, nihil grauius, nihil infeſtius, turpius nihil: ſicut econtrà, nihil neſcio iraſci iucundius. Feræ potiùs quàm iracundo homini cohabitandum eſt. Nam illa cùm ſemèl manſuefacta fuerit, ſuam ſeruat legem: hunc autem quotieſcũquè mitigaueris, rursùm efferatur, niſi quis in talem habitum ipſum induceret. Sicut enim dies clara & ſerena, & hyems multæ plena triſtitiæ, itidèm & iraſcentis animus, & manſueti. Quis tortor ità laniare latera poterat? quæ ignita tela corpus ità perforarent? quis furor ex naturalibus ità ſenſibus excedere facit, ſicut furor & iræ conſternatio?

Ira corpus lędit, & animũ.

Nôui multos ex ira morbos incurriſſe, & febrium difficilimæ præſertim hæ ſunt. Si verò ità corpora læduntur, animas cogita: nè cogites enim quod non vides, ſed cogita, ſi malitiam ſuſcipiens ità læditur, quantum patiens patietur detrimentum. Multi oculos amiſerunt, in grauiſſimum multi morbum inciderunt: generosè quidem ferens omnia, facilè ſuſtinebit. Veruntamen talia tanquàm grauia imperat, & horum nobis mercedem ſtatuit gehennam, & diabolus eſt, & noſtrę ſalutis inimicus: & magìs huic, quàm Chriſto, paremus, qui ſaluator eſt & benefactor & protector, & talia dicit, quæ iucundiora ſunt & honeſtiora, vtilioraq; ac magìs expediunt, & nobis & neceſſarijs noſtris plurimùm proſunt.

Nihil iracundia peius & intẽpeſtiuius. Acutus morbus.

Nil iracundia peius, chariſſimi, nil ira intempeſtiuius. Non opùs eſt multa dilatione, acutus eſt morbus. Frequenter ex ira verbum aliquis emiſit, ad cuius remedium totius indiget vitæ: & aliquid commiſit, quod omnẽ ipſius vitam ſubuertit. Hoc enim eſt difficile, quod in breui tempore, & per ſolam actionem, & per vnũ duntaxàt verbum æternis nos frequenter excluſit, & multos euacuauit labores. Itaque vos hortor, vt omnia faciatis, vt hanc feram cohibeatis. Pareamus itaque Deo, nec in barathra nos præcipitemus: ſed dum tempus eſt, equum cohibeamus, nè ſeſſorem ſubuertamus: iræ amputemus alas, nè ampliùs malum in altitudinem extollatur. Acutum enim eſt ira vitium, acutum & efficax animas noſtras furari: propterea paſsim oportet ei aditum obſtruere: abſurdum enim eſt, feras quidem manſuefacere poſſe, animam verò noſtram inſoleſcentem deſpicere.

Ignis vehemens omnia deuorans.

Ignis eſt vehemens ira, omnia deuorans: nam & corpus perdit, & animã corrumpit, & reddit inſuauem, & in viſu quenque turpiſſimum. Quòd ſi furoris tempore poſſet iraſcens ſibimetipſi notus fieri, nõ alia foret opùs admonitione. Nihil enim iraſcentis deformius adſpectu. Ebrietas quædã eſt ira, immò verò difficilior ebrietate, & dæmone miſerabilior: ſed ſi modeſtè agere meditemur, optimã philoſophiæ viam inueniemus.

Dæmone miſerabilior.

3. ET homilia trigeſima ad populum Antiochenum: Non habitat Spiritus ſanctus vbi furor: maledictus iracundus. Nihil ſani poteſt emanare, vndè procedit ira.

Intempeſto mari & dæmoniacis cõparantur iracundi.

Sicut enim in maris tempeſtate multus tumultus, clamor magnus, nec ibi quis philoſophandi tempus habet: ità nec in ira. Vide dæmonibus preſſorum vultus, ebriorum & furentium: Quid inter ſe differunt? Nônne furoris totum eſt? Quid enim ſi hoc ad tempus efficitur? Nam furês ad tempus premitur, hoc autem quid peius, quòd & ſe non confunduntur excuſare? Neſciebam, inquit, quid dicerem. Et quare neſciebas hoc, cùm ſis homo rationalis? Rationem habens, irrationalium opera facis, tãquàm effrenis equus furore correptus & impetu? Et excuſatio quidem eſt accuſatione digna. Vtinàm enim ſciſſes quæ dicebas. Iræ ſunt, inquit, verba, non mea. Quomodò ſunt illius? certè vires ira non habet, niſi ſumat

Ira vires non habet, niſi eas à nobis accipiat.

abs te: quale ſi quis dicat: manûs ſunt, non mea, vulnera. Ab hoc igitur dæmone liberemur, eum corripiamus incipientem, ſigillum pectori quaſi quoddam frenum imponamus.

Canis eſt impudens.

Canis eſt impudens, ira: ſed legem audire diſcat. Multò peiùs, preſſis dæmonio ſumus, qui peccamus, diſpoſiti. Sed non ſpumamus, nec oculos contorquemus, nec manus. Vtinàm hoc in corpore pateremur, & non in anima. Vis tibi demonſtrem animam ſpumantem & immundam? cogita iraſcentes & ebrios ex ira.

Dæmoniacis comparantur homines ex ira ebrij.

Qua ſpuma non emittunt immundiora verba? Verè veluti fœtidam ſaliuam emanant, & ſicut illi præſentium nôrunt neminem, ità nec hi, obtenebrata eis mente, & oculis conuerſis, non amicum, non inimicum, non venerabilem, non contemnendum, ſed omnes ſimiliter adſpiciunt. Nônne vides eos trementes, ſicut & illos? at non humì ſternuntur. Sed eorum anima iacet humì, & palpitans cadit. Si nanque recta ſtetiſſet, non paſſa fuiſſet ea quæ paſſa eſt. An nõ eſſe tibi videtur animæ proſtratæ & propria ſpoliatæ ſolertia, quæ faciunt & dicunt ebrij ira? Eſt & alia furoris ſpecies difficilior.

Iram in corde ſuo reſeruantes.

Qualis autem hæc? Cùm nec iram dimittere ſuſtinent, ſed proprium malum apud ſe nutriunt, mali memoriam quaſi quendam tortorem. Ipſos enim primos occidit mali recordatio, vt omittam futura. Quantum eſſe putas tormentum homini præcordia percuſſo, quotidiè, qualiter inimicum vlciſcatur, conſideranti? Priorem ſemetipſum punit & caſtigat, intra ſeipſum tumens, aduersùs ſe pugnãs & exardeſcens. Nam neceſsè ſemper eſt apud te ignem accenſum eſſe. Et paulopòſt: Nec ad veſperã vſque maneat, inquit Paulus: tanquàm enim tabes quædã & tinea mentis noſtræ radicem corrodit.

Epheſ. 4.

Quam tuis viſceribus ferã includis? Satius eſt anguem vel viperam in corde tuo latêre, quàm iram & rancorem.

Satius eſſet ſerpentem in corde latêre.

Illa nanque nos repentè relinquunt, hæc autem ſemper remanet, dentes inſigens, infundẽs venenum, graues adducens cogitationes. Non eſt contemptibilium hominum, ab ira non vinci. Contemptibilium autem eſt, ità timere riſum extrinſecùs, vt propterea capiantur, & proprio ſuccumbant vitio, & Deum offendant, ſetq; vlciſcantur.

Feris cõparãtur iraſcẽtes.

4. IDEM homilia trigeſimaprima ad populum Antiochenum: Beſtiam cùm maximè efferatur, tunc fugimus omnes: ſic & iraſcentem. Hócne honorem eſſe cenſes, quoniam & beſtiam honoramus & furentes, cùm declinamus? Nequaquàm. Nota, magìs hæc eſt contumelia, immò verò neque nota, neque contumelia, ſed miſericordia & humanitas. Non cernis nautas: cùm vehemens ventus ſpirauerit, vela demittentes, nè ſubmergatur nauigium? equos, cùm in campũ delati, ſeſſorem abripuerint, à ſeſſore non retrahi, nè vires incaſsùm exhauriat?

Ignis eſt ira.

Ignis eſt ira, flamma eſt velox, indigens materiæ. Igni fomitem nè præbeas, & ſtatim malum extinxeris. Non habet ex ſe fortitudinem ira, niſi ſit alter qui nutriat eam.

Excuſatione carẽt iracũdi.

Nulla tibi eſt excuſatio. Ille furore tenetur, & neſcit quid agat: tu conſpiciens eum cùm in eadem incideris, nec ex illo fueris correctus, quam veniam ſperabis? Si quem in conuiuio conſtitutus ab initio videris ebrium, & turpiter agentem, Nônne multò magìs poſt illum inebriatus, venia fueris indignus? Itidèm & hîc, quam excuſationem eſſe putamus, dicendo ſcilicet, Ego non cœpi? Hoc contra nos eſt, quòd nec illum conſpicati, ſumus correcti. Vt ſi quis diceret, Ego priùs non interfeci: propterea nanque puniri dignus es, quoniam nec exemplum intuitus, temetipſum coërcuiſti. Si videris vomẽtem ebrium, diſtrahi, diſſipari, oculos habere diſtentos, immunditia menſam implere, omnes eũ fugere, & poſtmodùm in eadem incidas: num eris magìs odioſus?

Vomentibus comparatur.

Talis eſt & iraſcens, immò verò vomentis venas intendit, oculos inflammat, diſtrahit inteſtina, verba multo

illis

Digitized by Google

illis immũdiora tibi eructat, indigeſta loquitur omnia, elaboratum nihil: non enim ira permittit, ſed ſicut illic humorum immoderatio ſtomachum vexans, vt plurimùm omnia eijcit: itidèm & hìc immodicus feruor animam vexans, ea tegere quæ tacere bonum eſt, non permittit. Sed effabilia dicit, & ineffabilia, non audientes, ſed ſeipſum dedecorans. Sicut igitur à vomentibus fugimus, ſic & ab iraſcentibus, puluerem eorum inijciamus vomito. Quid agentes? tacentes, canes vocemus, vt ipſa deuorent vomita. Noui, quòd audientes nauſeam patimini: ſed cùm hęc fieri videtis, hoc volo vos tunc pati, non autem ſuper facto delectari. Cane ſordidior eſt, contumelijs gaudẽs, qui reuertitur ad vomitum ſuum. Nam ſi poſtquàm ſemèl euomuit, deſtitiſſet, non eſſet par illi: ſi verò rurſùm eadem vomit, manifeſtũ eſt quòd eadem comedit. Quid itaque tali magìs abominabile? Quid autem illo ſordidius ore, quod tales cibos manducauit? Atqui hoc eſt opus naturæ, illud verò minimè: immò verò & hoc præter naturam, & illud. Quomodò? Non enim ſecundùm naturam eſt, temerè contumeliam inferre, ſed præter naturam. Nihil igitur vt homo loquitur, ſed hæc quidem vt fera, hæc autem vt furens. Sicut enim corporum morbus eſt pręter naturam, ſimiliter & hoc. Et quoniam præter naturam eſt, ſi in eo moratur diù, paulatim moritur: in eo verò, quod iuxta naturam eſt, diù commorans non perit. Mâllem cum homine cœnum edente menſam communicare, quàm cum talia loquente. Non cernitis porcos ſtercus mandentes? ſic & iſti. Quid enim fœtidius verbis quæ contumelioſi loquuntur? Studium eis eſt, nihil ſanum eloqui, mundũ nihil, ſed ſi quid turpe, ſi quid deforme, hoc tam facere quàm dicere: & quod grauius eſt, alios ſe confundere putant, cùm ſeipſos dedecore magìs afficiant.

Porcis comparantur.

5. ITEM homilia ſexta in Acta Apoſtolorum. Nihil inſuauius homine iracundo, nihil oneroſius, nihil moleſtius, nihil fœdius, quemadmodùm ſcilicet nihil ſuauius eſt eo qui neſcit iraſci: Melius eſt cohabitare beſtiæ, quàm homini tali: nam illa quidem ſi ſemèl cicuretur, ſeruat ſuam legem: illum autem quotiès placaueris, iterùm exaſperatur. Sibi enim habitum quendam talem indidit ſemèl. Quemadmodùm enim dies candidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter ſe multùm diſtant, ità etiam iracundi ac manſueti animæ. Sed nondùm quæ ab illis ad alios veniunt incommoda, ſed ſolùm quæ ſibijpſis inferunt, audiuimus. Quanuìs & hoc non paruum damnum, alium damno affeciſſe. Veruntamen nunc hoc conſideremus: Quis tortor &c. vt ſuprà ex homilia vigeſimanona ad populum Antiochenum, B. teſtimonio ſecundo.

Nihil inſuauius iracũdo.

Melius eſt cũ beſtijs habitare.

6. ET homilia quarta in Matthæum: Ponamus, ſi placet, iram quoquè beſtiam eſſe quandam: quantum igitur ab alijs erga mitigandum leonem ſtudium commodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem atque manſuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur, & dentibus: & niſi illam ſolicitè manſueſeceris, cuncta ſimul diſperdet atque lacerabit. Nullus enim leo, nulla ſic vipera viſcera queunt laniare, vt hominis iracundia ferreis quibuſdam vnguibus vniuerſa confodiens. Neque enim ſolummodò corpori nocet, ſed ipſius etiam corrumpit animæ ſanitatem: cunctas ſiquidem eius omninò vires diſcerpit ac deuorat: eámque ad omnia inutilem facit. Si enim ij qui vermes in interioribus corporis nutriunt, nè reſpirare quidem ſinuntur, vexatis profectò adeſiſq; viſceribus: quo modo nos venenatam hanc in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia interiora hominis depaſcitur: quid vnquàm ſanum aut forte poterimus cogitare aut parere?

Ira velut beſtia mitiganda & mãſuefacienda.

Qualis beſtia ſit.

Corpori animoq; nocet.

7. IDEM homilia decimaoctaua in Matthæum: Medici quando iniurijs & calcibus cæduntur furentum, tunc illorum magìs magìſque miſerentur, tum maximè ad reddendam illis ſanitatem parantur, ſcientes quòd excellentiam morbi ſignificat ea iniuria. Et tu igitur de inimicis eandem teneto ſententiam, ſic tractes iniurios. Illi nanque ſunt maximè ægroti, omnémque violentiam ſuſtinentes. Libera eum à graui iſto dolore, & da operam vt iram remittat. Libera eum à ſæuiſſimo dæmone, propriæ ſcilicet mentis furore. Nam & cùm aliquos à dæmone actos videmus, ſæpè lachrymamur: non autem agimus, vt ipſi quoquè eadem illa patiamur. Hoc igitur etiam in ira percitis ſeruemus: illorum enim ſunt ſimiles iracundi, immò illis longè miſeriores, qui vtiquè ſenſibus adhuc integris inſaniunt. Propter quod veniam non meretur iſtorum dementia. Noli igitur inſultare iacenti, quinimmò miſerere. Etenim ſi videamus aliquem horribiliter à bile vexatum, & vertiginis ſuæ tenebris obtectum, quiq; etiam malignum humorem vrgeatur euomere, porrigimus manum, & ſupportamus, huc illucq; iactatum. Et ſi veſtimenta ille noſtra polluat, non auerſamur, neque abijcimus ægrotum: ſed illud tantummodò vnum requirimus, quemadmodùm à tam grandi hac eum anguſtia liberemus. Hoc igitur etiam erga illos faciamus, vt & ſupportemus vomentes, & confoueamus ægros: nec eos vſpiàm relinquamus, priuſquàm totam prorſùs amaritudinem ponant: & tunc tibi gratiam, qui talis fuerit, exoluet maximam. Quando enim eiuſmodi ęger à paſſione requicuerit, tunc liquidò cognoſcet, à quãta illum conturbatione ſanaueris. & quid dico, ab illo tibi gratiam referendam? Deus te ilicò coronabit, & innumeris remunerabit bonis, quia fratrẽ tuum grauiſſima ægritudine liberâſti: ſed etiam ille te honorabit vt dominum, modeſtiam tuam per cuncta miratus.

Iracundi ægroti tractandi ſunt.

Sæuiſſimus dæmon, mẽtis furor.

Miſeriores iracundi inſanis ſunt.

8. GREGORIVS Magnus libro quinto Moralium in Iob, capite trigeſimo: Virum ſtultũ interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Sciendum nobis magnoperè eſt, quia quotiès turbulentos motus animi ſub manſuetudinis virtute reſtringimus, ad ſimilitudinem conditoris redire conamur. Nam cùm tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quodammodò ſciſſamq; perturbat, vt ſibimetipſi non congruat, ac vim intimæ ſimilitudinis amittat.

Iob 5.

Iræ refrenatio.

9. ET capite trigeſimoprimo: Quanta ergò ſit iracundiæ culpa penſemus, per quam dum manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur. Per irã ſapientia perditur: vt quid, quóve ordine agendum ſit, omninò neſciatur, ſicut ſcriptum eſt: Ira in ſinu ſtulti requieſcit: quia nimirùm intelligentiæ lucem ſubtrahit, cùm mentem permouendo confundit. Per iram vita amittitur, etſi ſapientia teneri videatur, ſicut ſcriptum eſt: Ira perdit etiam prudentes: quia ſcilicet confuſus animus nequaquàm explet, etiam ſi quid intelligere prudẽter valet. Per iram iuſtitia relinquitur, ſicut ſcriptum eſt: Ira viri iuſtitiã Dei non operatur: quia dum perturbata mens, iudicium *ſuæ rationis exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat. Per irã gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcriptum eſt: Noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo, nè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et idem: Quis poterit habitare cũ homine, cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcendum? Quia qui ſe ex humana ratione nõ temperat, neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus viuat. Per irã concordia rumpitur, ſicut ſcriptũ eſt: Vir animoſus parit rixas, & vir iracundus effundit peccata. Iracundus quippe peccata effundit, quia etiam malos quos incautè ad diſcordiam prouocat, peiores

Quãta ſit iracũdiæ culpa.

Sapiẽtia perditur per irã.

Eccles 7.

Iuſtitia per eandem relinquitur. Iacob. 1.

*for. *ſine ratione*

Amittitur humanitas. Prouer. 22.

Concordia rumpitur. Prouer. 16.

Digitized by Google

Lux veritatis amittitur. Epheſ. 4.

iores facit. Per iram lux veritatis amittitur, ſicut ſcriptum eſt: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: quia cùm menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcondit.

Sancti ſpiritus ſplendor excluditur. Eſaiæ 60.

Per iram, ſancti Spiritûs ſplendor excluditur: quo contrà, iuxta vetuſtam tranſlationem, ſcriptum eſt: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos? Cùm enim humilem diceret, quietum protinùs adiunxit. Si ergò ira quietem mentis ſubtrahit, ſuam ſancto ſpiritui habitationem claudit, cuius receſſione animus vacuus, ad apertam mox inſaniam ducitur, & vſque ad ſuperficiem ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur. Nam iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquàm recognoſcuntur noti: Lingua quidem clamorem format, ſed ſenſus, quid loquatur, ignorat.

Abreptitijs iracundi ſimiles.

In quo itaque iſte ab abreptitijs longè eſt, qui actionis ſuæ conſcius non eſt?

Ira aliquãdo vſque ad manus proſilit.

Vndè fit plerunquè, vt vſque ad manus ira proſiliat, & quo ratio longiùs recedit, audacior exurgat: ſeq; ipſum animus retinere non valet, quia factus eſt poteſtatis alienæ, & eo furor membra foris in ictibus exercet, quo intùs ipſam membrorum dominam mentem captiuam tenet.

Ira ad maledicta & imprecationes proſiliens.

Aliquando autem manus non exerit: ſed in maledictionis iaculum linguam vertit. Fratris nanque interitum precibus expoſcit, & hoc Deum perpetrare expetit, quod ipſe peruerſus homo facere vel metuit, vel erubeſcit. Fitq; vt voto & voce homicidium peragat, etiam cùm à læſione proximi manibus ceſſat.

Ira in corde recluſa nec extrinſecùs ſe proferens.

Aliquando ira perturbato animo quaſi ex iudicio ſilentium indicit, & quo ſe foràs per linguam non exprimit, intùs deteriùs igneſcit, vt iratus quiſque collocutionem ſuam proximo ſubtrahat, & nil dicendo, quàm ſit auerſus dicat. Et nonnunquàm hæc ſilentij ſeueritas per diſciplinæ diſpenſationem geritur: ſi tamen ſolicitè in intimis diſcretionis forma teneatur. Nonnunquàm verò dum accenſus animus à conſueta locutione reſtringitur, per acceſſum temporis penitùs à proximi dilectione ſeparatur, & acriores ſtimuli ad mentem veniunt: cauſæq; quę grauiùs exaſperant, oriuntur, atque in irati oculo feſtuca in trabem vertitur, dum ira in odium permutatur. Plerunquè ira per ſilentium clauſa, intra mentem vehementiùs æſtuat, & clamoſas tacita voces format: verba ſibi, quibus exaſperetur, obijcit: & quaſi in cauſæ examine poſita, duriùs exaſperata reſpondet:

Prouer. 11.

quod Salomon breuiter inſinuat, dicens: Præſtolatio impiorũ furor. Sicq; fit, vt perturbatus animus maiorem ſtrepitum ſui ſilentij ſentiat, eumq; grauiùs clauſa iræ flamma conſumat. Vndè benè ante nos quidam ſapiens dixit: Cogitationes iracundi, vipereæ ſunt generationes: mentem comedunt matrem ſuam.

Primũ & ſecundũ genus iraſcentium.

10. CAPITE trigeſimoſecundo: Sciendum verò eſt, quòd nonnullos ira citiùs accendit, faciliùs deſerit. Nonnullos verò tardè quidem commouet, ſed diutiùs tenet. Alij nanque accenſis calamis ſimiles, dum vocibus perſtrepunt, quaſi quoſdam accenſionis ſuæ ſonitus reddunt: citiùs quidem flammam faciunt, ſed protinùs in fauilla frigeſcunt. Alij autem lignis grauioribus durioribusq; non diſpares, accenſionem tardè ſuſcipiunt, tamen accenſi ſemel, difficiliùs extinguuntur: & quia ſe tardiùs in aſperitatem concitant, furoris ſui diutiùs ignem ſeruant.

Tertium & quartum.

Alij autem, quod eſt nequius, & citiùs iracundiæ flammas accipiunt, & tardiùs deponunt. Nonnulli verò has & tardè ſuſcipiunt, & citiùs amittunt.

Comparatio iſtorũ quatuor inter ſe.

In quibus nimirùm quatuor modis liquidò lector agnoſcit, quia & ad trãquillitatis bonum vltimus plùs quàm primus appropinquat, & in malo ſecundum tertius ſuperat. Sed quid prodeſt quòd iracundia quomodò mentem teneat, dicimus, ſi non etiam, qualiter cõpeſci debeat, exprimamus?

Bifariàm ira cõprimitur.

Duobus enim modis fracta poſſidere animum ira deſueſcit. Primus quippe eſt, vt mẽs ſolicita antequàm agere quodlibet incipiat, omnes ſibi quas pati poteſt, contumelias proponat: quatenùs redemptoris ſui probra cogitans, ad aduerſa ſe præparet. Quæ nimirùm venientia tanto fortiùs excipit, quanto ſe cautiùs ex præſcientia armauit. Qui enim improuidus ab aduerſitate depræhenditur, quaſi ab hoſte dormiens inuenitur, eumq; citiùs inimicus necat, quia non repugnãtem perforat. Nam qui mala imminentia per ſolicitudinem prænotat, hoſtiles incurſus quaſi in inſidijs vigilans expectat: & indè ad victoriam valenter accingitur, vndè neſciens depræhendi putabatur. Solerter ergò animus ante actionis ſuę primordia, cuncta debet aduerſa meditari: vt ſemper hæc cogitans, ſemper contra hæc thorace patiẽtię munitus, & quicquid acciderit, prouidus ſuperet: & quicquid non acceſſerit, lucrum putet.

Secundus modus.

Secundus autem ſeruandæ manſuetudinis modus eſt, vt cùm alienos exceſſus adſpicimus, noſtra quibus in alijs exceſſimus, delicta cogitemus. Conſiderata quippe infirmitas propria, mala nobis excuſat aliena. Patiẽter nanque illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit quòd fortaſsè adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari. Et quaſi aqua ignis extinguitur, cùm ſurgente furore animi, ſua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubeſcit ſibi peccata non parcere, qui vel Deo vel proximo ſæpè ſe recolit parcenda peccâſſe.

Ira duplex, alia bona, alia mala: ſiue, ira per vitium, & ira per zelum.

11. ET capite trigeſimotertio: Sed inter hæc ſolerter ſciendum eſt, quòd alia eſt ira quam impatientia excitat, alia quam zelus iuſtitię format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute ſurgeret, diuinæ animaduerſionis impetum Phinees per gladium non placâſſet. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra ſe implacabiliter ſupernę vltionis excitauit. Nam quo contra ſubditorum vitia tepuit, eo contra illum diſtrictio æterni rectoris exarſit.

Pſal. 4.

De hac ira per Pſalmiſtam dicitur: Iraſcimini, & nolite peccare. Quod nimirùm non rectè intelligunt, qui iraſci nos nobis tantummodò, non etiam proximis delinquẽtibus, volunt. Si enim ſic proximos, vt nos, amare præcipimur: reſtat vt ſic eorum erratibus, ſicut noſtris vitijs, iraſcamur.

Eccles 7.

De hac per Salomonem dicitur: Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

Pſal. 6.

De hac iterùm Pſalmiſta ait: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Ira quippe per vitium, oculum mentis excęcat: ira autem per zelum, turbat: quia quum ſaltem recti æmulatione concutitur, ea quę niſi tranquillo corde percipi non poteſt, contemplatio diſſipatur. Ipſe nanque zelus rectitudinis quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obſcurat, vt altiora in commotione non videat, quæ benè priùs tranquilla cernebat. Sed indè ſubtiliùs ad alta reducitur, vndè ad tempus nè videat, reuerberatur. Nam ipſa recti æmulatio, æterna poſt paululùm in tranquillitate largiùs aperit, quæ hîc interìm per commotionem claudit: & vndè mens turbatur nè videat, indè proficit, vt ad videndum veriùs clareſcat, ſicut infirmanti oculo cùm collyrium immittitur, lux penitùs negatur: ſed indè eam poſt paululùm veraciter recipit, vndè hâc ad tempus ſalubriter amittit. Nunquàm verò commotioni contemplatio iungitur, nec præualet mens perturbata conſpicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec ſolis radius cernitur, cùm commotæ nubes cæli faciem obducunt: nec turbatus fons inſpicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriè oſtendit: quia quo eius vnda palpitat, eo in ſe ſpeciem ſimilitudinis obſcurat. Sed cùm per zelum animus mouetur, curandum ſummoperè eſt, nè

Digitized by Google

Ira pediſſequa, non domina, eſſe debet. nè hæc eadem quæ inſtrumento virtutis aſſumitur, menti ira dominetur, nec quaſi domina præeat: ſed velut ancilla ad obſequium parata, à rationis tergo nunquàm recedat. Tunc enim robuſtiùs contra vitia erigitur, cùm ſubdita rationi famulatur. Nam quantumlibèt ira ex zelo rectitudinis ſurgat, ſi immoderata mẽtem vicerit, rationi protinùs ſeruire contemnit, & tanto ſe impudentiùs dilatat, quanto impatientiæ vitium virtutem putat. Vnde neceſsè eſt vt hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, nè ira extra mentis dominium tranſeat, ſed in vltione peccati tempus modumq; conſiderans, ſurgentem animi perturbationem ſubtiliùs retractãdo reſtringat, animoſitatem reprimat, & motus feruidos ſub æquitate diſponat, vt eo fiat iuſtior vltrà alienus, quo priùs extitit victor ſuus, quatenùs ſic culpas delinquentium corrigat, vt antè ipſe qui corrigit, per patientiam creſcat, vt feruorem ſuum tranſcendendo dijudicet, nè intemperanter excitatus ipſo zelo rectitudinis, longè à rectitudine aberret. Quia verò, ſicut diximus, etiam laudanda boni æmula-
Iob 5. tio mentis oculum turbat, rectè nunc dicitur: Virum ſtultum interficit iracundia. Ac ſi apertè diceretur: Ira per zelum, ſapientes turbat: ira verò per vitium, ſtultos trucidat, quia illa ſub ratione reſtringitur, hæc verò irrationabiliter deuictæ menti dominatur.

12. ECCLESIASTIS ſeptimo: Melior eſt patiens arrogante. Nè ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.

13. ECCLESIASTICI octauo: Cum iracũdo non facias rixam, & cum audace non eas in deſertum: quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt adiutorium, elidet te.

14. ET capite vigeſimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? in hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiã, & de peccatis ſuis deprecatur? ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propiciationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorũ, & deſine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamentum altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te à lite, & minues peccata. homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundùm enim ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis, ſic iracundia illius erit: & ſecũdùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem: & lis feſtinans effundit ſanguinem: & lingua teſtificans adducit mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur: vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gẽtes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat.

15. ITEM capite trigeſimo: Zelus & iracundia minuunt dies.

16. PROVERBIORVM duodecimo: Fatuus ſtatim indicat iram ſuam: qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt.

17. ET capite decimoquinto: Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas.

18. RVRSVM capite decimooctauo: Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?

19. ITEM capite vigeſimoſecundo: Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo: nè fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.

20. ITERVM capite vigeſimoſexto: Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.

21. ET capite vigeſimoſeptimo: Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior. Ira non habet miſericotdiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?

22. IOB quinto: Virúm ſtultum interficit iracundia, & paruulum occídit inuidia.

23. PSALMO quarto: Iraſcimini, & nolite peccare.

24. ET trigeſimo: Miſerere meî Domine quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & venter meus.

25. AD Epheſios quarto, vt in textu.

26. AD Coloſſenſes tertio: Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicèm, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſùs aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donauit vobis, ità & vos, &c.

27. BERNARDVS ſermone decimotertio in Pſalmum, Qui habitat in adiutorio: Affectio naturalis ira hominum eſt, ſed abutentibus bono naturæ, grauis perditio eſt, & miſeranda pernicies. Occupemus illam fratres, in quibus expedit, nè fortè ad inutilia illicitaq; prorumpat. Ego vobis dico: non autem ego, ſed veritas: non ego, ſed Dominus: Nolite iraſci eis qui tranſitoria vobis auferunt, qui conuicia inferunt, qui ingerunt fortè ſupplicia, & poſt hoc faciunt nihil. Oſtendam autem vobis cui debeatis iraſci: Iraſcimini ei quæ ſo- Iraſcendum
la vobis nocere poteſt, ſola facere, vt omnia illa eſt iniquitati
non proſint. Vultis ſcire quænam illa ſit? Iniqui- propriæ.
tas propria. Ità dico vobis, huic iraſcimini. Nulla enim nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Qui perfectè huic iraſcitur, cæteris non
mouetur, magis & amplectitur ea. Ego (inquit) in Pſal. 35.
flagella paratus ſum. Sit damnum, ſit conuicium, ſit læſio corporalis: paratus ſum, & non ſum turbatus: quoniã dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quidni exteriora omnia paruipendã in hu-
ius æſtimatione doloris? Filius (inquit) vteri mei 2. Reg. 16.
perſequitur me, & conuicianti ſeruulo indigna-
bor? Cor meum dereliquit me, dereliquit me vir- Pſal. 39.
tus mea, & lumen oculorum meorum: & damna temporalia plãgam, aut incommoda corporalia reputabo? Hinc nimirùm non modò manſuetudo oritur, cui draconis flatus non noceat: ſed etiam magnanimitas, quam rugitus leonis non terreat.

28. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite vigeſimoprimo: Caueatur iracundia: aut
ſi præcaueri non poteſt, cohibeatur. Mala enim De cohibenda ira.
lex peccati, indignatio eſt: quæ ità animum perturbat, vt rationi non relinquat locum. Primum eſt igitur, ſi fieri poteſt, vt morum tranquillitas vſu quodam affectionis propoſito in naturã vertatur. Deindè, quoniam ità plerunquè motus infi-
xus eſt naturæ ac moribus, vt euelli atque * euita- * euinci
ri non queat: ſi præuideri potuerit, ratione reprimatur. Aut ſi priùs occupatus fuerit animus ab indignatione, quàm conſilio proſpici ac prouideri potuerit, nè occuparetur: meditare quomodò motum animi tui vincas, iracundiam temperes. Reſiſte iræ, ſi potes: cede, ſi non potes: quia ſcri-

Digitized by Google

Rom. 12. ptum eſt: Date locum iræ. Iacob fratri indignanti
Geneſ. 27. piè ceſſit: & Rebeccæ, id eſt, patientiæ inſtructus conſilio, abeſſe màluit & peregrinari, quàm excitare fratris indignationem: & tunc redire, cùm fratrem mitigatum putaret. Et ideò tantam apud Deum inuenit gratiam. Quibus deindè obſequijs,
Gen. 32. & 33. quantis muneribus fratrem ipſum reconciliauit ſibi, vt ille præreptæ benedictionis non meminiſſet, meminiſſet delatæ ſatisfactionis? Ergò ſi præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & aſcenderit in te, non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia eſt, locus tuus ſapientia eſt, locus tuus ratio eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt. Aut ſi te contumacia reſpondentis mouerit, & peruerſitas impulerit ad indignationem: ſi non potueris mitigare mentem, reprime
Pſal. 33. linguam tuam. Sic enim ſcriptum eſt: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Deindè inquire pacē, & ſequere eam. Pacem illam ſancti Iacob vide: qua primùm ſedato animum: ſi non præualueris, frænos linguæ impone tuę: deindè reconciliationis ſtudium non prætermittas. Hæc oratores ſeculi de noſtris vſurpata in ſuis poſuêre libris. Sed ille ſenſus huius habet gratiam, qui prior dixit. Vitemus ergò, aut temperemus iracundiam, nè ſit eius aut in laudibus exceptio, aut in vitijs exaggeratio. Non mediocre eſt, mitigare iracundiam: non inferius, quàm omninò non cōmoueri. Hoc noſtrum eſt, naturæ illud. Noli reſpōdere irato ad iracundiam eius, ſiue imprudenti ad imprudentiam eius. Citò culpa culpam excutit. Si lapides teras, nónne ignis erumpit? Ferunt Gentiles, vt in maius omnia verbis ex-
Archytæ Tarentini dictū. tollere ſolent, Archytę Tarentini dictum Philoſophi, quod ad villicum ſuum dixerit: O te infelicem, quàm te afflictarem, niſi iratus eſſem. Sed eti-
1. Reg. 25. am Dauid, & armatam dexteram in indignatione compreſſerat. Et quanto plus eſt non remaledicere, quàm non vindicare? Et bellatores aduerſùs Nabal ad vltionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vndè aduertimus, tempeſtiuis quoquè interceſſionibus nō ſolùm cedere nos, ſed etiam delectari oportere: Euſquè autem delectatus eſt, vt benediceret interueniētem, quòd ab ſtudio vindictæ reuocatus foret. Iam dixerat de inimicis
Pſal. 54. ſuis: Quoniam declinauerūt in me iniquitates, & in ira moleſti erant mihi. Audiamus, turbatus in
Ibidèm. ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Illi ergò ad iracundiam prouocabant, hic tranquillitatem eligebat.
Pſal. 4. Iraſcimini & nolite peccare, variè intelligitur. Iam dixerat: Iraſcimini & nolite peccare. Moralis magiſter, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrinæ, quàm extirpandum nouerat, moralia docet. Hoc eſt: Iraſcimini vbi culpa eſt, cui iraſci debeatis. Non poteſt enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur: alioquìn
* lentitudo non virtus, ſed * lenitudo & remiſſio iudicatur. Iraſcimini ergò ità, vt à culpa abſtineatis. Vel ſic: Si iraſcimini, nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam. Vel certè ſic: Si iraſcimini, vobis iraſcimini, quia cōmoti eſtis, & non peccabitis. Qui enim ſibi iraſcitur, quia citò commotus eſt, deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam iuſtam probare, plùs inflammatur, & citò in culpam ca-
Prouer. 16. dit. Melior eſt autem ſecundùm Salomonem, qui iracundiam cōtinet, quàm qui vrbem capit: quia ira etiam fortes decipit. Cauere igitur debemus, nè in perturbationes priùs incidamus, quàm animos noſtros ratio cōponat. Exanimat enim mentem plerunquè aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiſo percellit ictu. Ideò præuenire pulchrum eſt cogitatione, quæ voluendo mentem exerceat, nè repentinis excitetur commotionibus, ſed iugo quodam rationis & habenis conſtricta miteſcat.

29. AVGVSTINVS in pſalmum quartum:
Pſal. 4. Iraſcimini, inquit, & nolite peccare. Quod duobus modis intelligi poteſt. Aut, etiam ſi iraſcimini, nolite peccare: id eſt, etiam ſi ſurgit motus animi, qui iam propter pœnam peccati non eſt in poteſtate, ſaltem ei non conſentiat ratio & mens, quę intùs regenerata eſt ſecundùm Deum, vt mente ſeruiamus legi Dei, ſi adhuc carne ſeruimus legi peccati. Aut, agite pœnitentiam, id eſt, iraſcimini vobiſipſis de præteritis peccatis, & vlteriùs peccare deſinite. Eiuſdem interpretatio. Rom. 7.

30. IDEM in libro de vera religione, capite quadrageſimoquinto: Inuicti eſſe volumus, & rectè: habet enim hoc animi noſtri natura poſt Deum, à quo ad eius imaginem factus eſt: ſed eius præcepta erāt ſeruanda, quibus ſeruatis, nemo nos vinceret. Nunc verò dum ipſa, cuius verbis turpiter conſenſimus, domatur dolore pariendi, & nos in terra laboramus, & cum magno dedecore ſuperamur ab omnibus, quæ nos commouere ac perturbare potuerint. Itaque nolumus ab hominibus vinci, & irā non poſſumus vincere. Qua turpitudine quid execrabilius dici poteſt? Fatemur hominem hoc eſſe quod nos ſumus, qui tamen & ſi habeat vitia, non eſt tamen ipſe vitium. Quanto igitur honeſtiùs homo nos vincit, quàm vitium? Quis autem dubitet immane vitium eſſe inuidentiam, qua neceſſè eſt torqueatur & ſubijciatur, qui non vult in rebus temporalibus vinci? Melius eſt ergò vt homo nos vincat, quàm inuidentia, vel quodlibet aliud vitium. ET deincèps ſequenti capite: Sed nec ab homine vinci poteſt, qui vitia ſua vicerit. Non enim vincitur, niſi cùm ei eripitur ab aduerſario quod amat. Ab ira vinci turpius quàm ab homine.

31. ITEM epiſtola octogeſimaſeptima ad Felicitatem & Ruſticum: Sicut acetum corrumpit vas, ſi diutiùs ibi fuerit, ſic ira corrumpit cor, ſi in alium diem durauerit. Ira perſeuerans corrumpit cor.

32. ET epiſtola centeſima quadrageſimanona ad Profuturum: Quàm vigilandum ſit, nè cuiuſquam odium cordis intima teneat, neque ſinat vt oremus Deum in cubili noſtro clauſo oſtio, ſed aduerſùs ipſum Deum claudat oſtium, nôſti optime frater: ſubrepit autem, dum nulli iraſcenti ira ſua videtur iniuſta. Ità enim inueteraſcens ira ſit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo, diutiùs eam in vaſe detinet, donèc totum aceſcat, vasq; corrumpat. Quapropter multo meliùs, nec iuſtè cuiquā iraſcimur, quàm velut iuſtè iraſcendo in alicuius odium iræ occulta facilitate dilabimur. In recipiendis enim hoſpitibus ignotis, ſolemus dicere; multo eſſe melius malum hominem perpeti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus nè recipiatur malus. Sed in affectibus animi cōtrà eſt. Nam incomparabiliter ſalubrius eſt etiam iræ iuſtæ pulſanti nō aperire penetrale cordis, quàm admittere non facilè receſſuram, & peruenturam de ſurculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam creſcere citiùs, quàm putatur. Non enim erubeſcit in tenebris, cùm ſuper eam ſol occiderit. Matth. 6. Inueteraſcēs ira ſit odium. Pręſtat etiam iuſtè nemini iraſci.

33. GREGORIVS Magnus libro octauo, epiſtola quinquageſimaprima ad Leontium: Quotiès ira animum inuadit, mentem edoma, vince teipſum. Differ tempus furoris, & cùm tranquilla mens fuerit, quod placet, vindica. Ira enim in vindicta malorum ſequi debet rationem animi, non præire: vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergum veniat, & nō laſciua ante faciem prorumpat. Aliquando verò oſtendenda eſt, & non exhibenda. Aliquando exhibenda eſt, ſed nunquàm ſequenda. Quādo enim in executione iuſtitiæ placata mente iraſcimur, iracundiam & non ſequimur, & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quanta conſideratione cauenda eſt, mōſtratur. De qua ſcriptū eſt: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Hinc rurſùm ſcriptū eſt: Quis poteſt habitare cum homine, Ira refrēnāda & vitanda. Iacob. 1. Prouer. 18.

mine,cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcẽdum? Hinc iterùm dicitur: Noli eſſe cum homine iracundo, neque ambules cum viro furioſo: nè fortè diſcas ſemitas eius,& ſumas ſcandalum animę tuæ. Contra hanc in laude patientiæ dictum eſt: Melior eſt vir qui vincit irã, quàm qui capit ciuitatem magnam. Hinc Dauid perſonam in ſe infirmorum ſumens, ait: Turbatus eſt prę ira oculus meus. Atque ex ipſa perturbatione quid ſequatur, adiunxit, dicens: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Ex ira quippe cùm turbatus fuerit oculus cordis, inter inimicos noſtros ad vetuſtatem reducimur, quia inter malignos ſpiritus ad vetuſti hominis ſimilitudinem reuocamur. Cùm igitur iram quæ cor permouet, ſacra eloquia tot teſtimonijs deteſtentur, perpendamus qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod Deo iudice, in teſtimonio illius totiès reprobatur.

Prouer. 22.
Prouer. 16.
Pſal. 6.

34. IDEM in parte tertia paſtoralis curę, admonitione decimaſeptima: Admonendi ſunt iracundi, vt æmulationi quã ſe habere exiſtimant, manſuetudinem ſubiungãt. Idcircò nanq; ſpiritus ſanctus in columba & in igne monſtratur, quia videlicet omnes quos implet,& columbæ ſimplicitatę manſuetos, & igne zeli ardentes exhibet. Nequaquàm ergò ſancto ſpiritu plenus eſt, qui aut in trãquillitate manſuetudinis feruorem æmulationis deſerit, aut rurſùm in æmulationis ardore virtutem manſuetudinis amittit. Sed longè alia eſt ira quæ ſub æmulationis ſpecie ſurripit, alia quæ turbatum cor & ſine iuſtitiæ prætextu confundit. Illa enim in hoc quod debet, inordinatè extenditur: hæc autem ſemper in ijs quæ nõ debet, inflammatur. Sciendum quippe eſt, quia in hoc ab impatientibus iracundi differunt, quòd illi ab illis illata non tolerant: iſti autem etiam quæ tolerantur, important. Nam iracundi ſæpè etiam ſe declinantes inſequuntur, rixę occaſionem commouent, labore contentionis gaudent: quos tamen meliùs corrigimus, ſi in ipſa iræ ſuæ commotione declinamus. Perturbati quippe quid audiant, ignorãt: ſed ad ſe reducti, tanto libètiùs exhortationis verba recipiunt, quanto ſe tranquilliùs toleratos erubeſcunt. Menti autem furore ebriæ, omne rectum quod dicitur, peruerſum videtur: Vndè & Nabal ebrio culpam ſuam Abigail laudabiliter tacuit, quam, digeſto vino, laudabiliter dixit: & idcircò malum quod fecerat, cognoſcere potuit, quia hoc ebrius non audiuit. Cùm verò ità iracundi alios impetunt, vt declinari omninò non poſſint, non aperta exprobratione, ſed ſub quadam ſunt cautela reuerentiæ parcendo feriendi.

Ira manſuetudine temperanda. Ioan. 1. Actor. 2.
Ira per zelũ, & ira per vitium.
Impatiens & iracundus quomodò differant.
1. Reg. 25.

35. MATTHAEI quinto: Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo &c. vt in textu. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

36. ITEM libro vigeſimoprimo Moraliũ, capite quinto, vt ſuprà de peccatis in genere, quæſtione tertia, E. teſtimonio ſexto.

37. AVGVSTINVS libro primo de ſermone Domini in monte, capite decimonono, vt ſuprà ibidèm, teſtimonio ſeptimo.

38. ET in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimonono: Sunt autem quædam peccata quæ leuiſſima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri ſuo, fatue, reum gehennæ putaret, niſi veritas diceret? Cui tamen vulneri ſubiecit continuò medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adiungens. Mox quippe ait; Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersùm te &c.

Matth. 5.

IX.

Quid eſt Acedia, & quas gignit filias?

A. ACEDIA eſt remiſſi animi languor ad benè operandum, pręſertim verò triſtitia eſt de re ſpirituali. Quæ has gignit [a] filias, Malitiam, rancorem, puſillanimitatem, deſperationem, torporem circa præcepta neceſſaria, mentiſque circa res illicitas euagationem.

B. Huic peccato ſunt obnoxij homines [b] ocioſi, inertes, & quos [c] tepidos Scriptura vocat, ac omnes demùm, qui tempus hoc gratię diemque ſalutis rebus ac ſtudijs vanis tranſigunt. Finis autem huius peccati eſt, quem docet in Euangelio CHRISTVS: [d] *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Tum alibi: [e] *Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores.* Neque tacuit ille, quid interim à nobis, nè torpeamus, fieri velit: [f] *Videte,* inquiens, *vigilate & orate: neſcitis enim quando tempus ſit.* [g] *Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.*

C. Hæc ſummatim perſtrinximus, vt qui iuſtitiæ vias ſunt minùs edocti, præcipuos humani generis morbos, atque execrandas peſtes, quas oſtendimus, non ſolùm cognoſcant & obſeruent, ſed etiam ex præſcripto diuinæ legis, à ſe alijſque depellere & penitùs arcere conentur. *Beatus* verò *vir,* [h] *qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit,* quemadmodùm Pſaltes canit regius, vt primam iuſtitiæ ac beatitudinis partem cantico ſuo primo demonſtret.

Bernard. ſermon. 3. & 6. de Aſcenſ. Domini. Grego. 3. parte curæ paſt. admon. 16.
a Grego. 31. Moral cap. 31. Eccli 33. d Prou. 15. b Eccli 7. a 30. d Prouer. 17. d Pſal. 118. d 39. c
b Matth. 20. a 22. a
c Apocal. 3. c Prou. 6. a b 10. a d 13. a 18. b 19. c d 20. a 21. d 22. b 24. d 25. c 26. b 28. c Eccli 5. b 7. b 14. a c 22. a Pſal. 72. a Hier 48. b Rom. 13. c 2. Corinth. 7. c Galat. 3. a Apocal. 2. a
d Matth 7. c 3. c 21. b Luc. 13. b Ioan. 15. a
e Matth. 25. a Eccli 6. c Eccles 9. c 2. Theſſal. 3. c Gal. 6. c Heb. 12. d Rom. 12. c Philip. 4. a
f Marc. 13. d Matt. 24. d 25. a Ioan. 9. a Eph. 5. d Apo. 3. a
g Luc. 13. e Matth. 7. b 11. b
h Pſal. 1. a Bernard. ſerm. 35. ex paruis ſermonib.

TESTIMONIA.

1. A. BERNARDVS ſermone tertio de Aſcenſione Domini: Non dubito ego intellectũ omnium veſtrûm (qui hìc eſtis) illuminatũ eſſe, ſed non affectum æquè eſſe purgatũ, manifeſtis approbabo coniecturis. Omnes quod bonum eſt nôſtis, & viam per quã incedere, & quomodò in ea incede-

 re de-

Voluntas nõ vna omniũ.

re debeatis, ſed voluntas non vna eſt. Quidã enim ad omnia viæ & vitæ huius exercitia non ſolùm ambulant, ſed & currunt, immò potiùs volant, vt eis & vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni ſuaues, labores non ſolùm tolerabiles, ſed & appetibiles videantur. Alij autem non ſic, ſed corde arido & affectione recalcitrante vix trahuntur ad hæc, vix gehennali timore compelluntur. Quoſdam nec compellimus quidem, quibus frons mulieris meretricis facta eſt, & nolunt erubeſcere. Sunt iterùm multi inter nos qui de vno pane comedunt nobiſcũ, dormiunt nobiſcum, cantant nobiſcum, laborant, miſeri & miſerabiles, vtpotè ſocij tribulationis, ſed conſolationis non ità. Nunquid abbreuiata eſt manus Domini, vt omnibus donare non poſſit, qui aperit manum ſuã, & implet omne animal benedictione? Quid ergò in cauſa eſt? Illud omninò, quia non vident Chriſtũ cùm tollitur ab eis, id eſt, non cogitãt quomodò eos orphanos reliquerit, quòd peregrini & aduenæ ſint ſuper terram, quòd tam diù fæculenti corporis horrido carcere teneantur, & non ſint cum Chriſto. Huiuſmodi autem ſi diù ità permanſerint ſub onere, aut opprimuntur & ſuccumbunt, aut quodammodò in inferno ſunt, vt nunquàm ad plenum reſpirent in luce miſerationum Domini, nec in libertatem ſpiritus, quæ ſola facit iugũ ſuaue, & onus leue.

Pernicioſa tepiditas vndè manet.

Indè autem tam pernicioſa tepiditas emanat, quia affectus, id eſt, voluntas eorum nondùm purgata eſt, nec bonũ ſic volunt ſicut nouerunt, à propria concupiſcentia abſtracti grauiter & illecti.

Tepidi quales ſint.

Amant enim in carne ſua terrenas conſolatiunculas, ſiue in verbo, ſiue in ſigno, ſiue in facto, ſiue in aliquo alio: & ſi hęc interrumpunt aliquãdo, non tamen penitùs rumpunt. Indè eſt, quòd raròaffectiones ſuas dirigunt in Deum, & eorum compunctio non continua, ſed horaria eſt.

Tepiditas impedit Spiritus ſancti aduentũ & præſentiam.

Impleri aũt viſitationibus Domini anima non poteſt, quæ his diſtractionibus ſubiacet: & quanto magis illis euacuabitur, tanto ampliùs iſtis implebitur: ſi multùm, multùm: ſi parùm, parùm. Vel certè ſi magis probas, nunquàm iſtæ illis miſceri poterunt in æternum,

4. Reg. 4. Matth. 9. Marc. 2.

quia vbi vaſa vacua non inuenit, oleum ſtare neceſsè eſt: nec mittunt vinũ nouum niſi in vtres nouos, vt ambo conſeruentur. Neque enim ſpiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur, præſertim cùm tepiditas ipſi Domino

Apoc. 3. Ioan. 16.

ſoleat vomitum prouocare. Si enim Apoſtoli adhuc carni Dominicæ inhærentes, quæ ſola ſancta (quia ſancti ſanctorum) erat, ſpiritu ſancto repleri nequiuerunt donèc tolleretur ab eis: tu carni tuæ (quę ſordidiſſima eſt, & diuerſarum ſpurcitiarum phantaſijs repleta) adſtrictus & conglutinatus, illum meraciſſimum ſpiritum te poſſe putas ſuſcipere, niſi carneis iſtis cõſolationibus funditùs renunciare tentaueris?

Modus profligandi teporem.

Reuerà cùm inceperis, triſtitia implebit cor tuum: ſed ſi perſeueraueris, triſtitia tua conuertetur in gaudiũ. Tunc enim purgabitur affectus, & voluntas renouabitur, vel potiùs noua creabitur: vt omnia quæ primò difficilia, immò impoſſibilia videbãtur, cũ multa percurrãtur dulcedine & auiditate.

Pſal. 103.

Emitte, inquit, ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciẽ terrę. Sicut per faciẽ exterior homo cognoſcitur, ſic per voluntatem demonſtratur interior. Emiſſo ergò ſpiritu, creatur & renouatur facies terræ, id eſt, terrena voluntas fit cæleſtis, parata ad nutum citiùs obedire. Beati qui tales ſunt: quia non ſolùm malum non ſentiunt, ſed in mira quadam cordis dilatatione commorantur. De illis enim quos ſuprà commemorauimus, terribiliter ait Deus:

Geneſ. 6.

Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt, id eſt, carnales, & quicquid in eis ſpiritus fuerat, in carnem euanuit.

2. ET ſermone ſexto: Vtinàm autem hæc vt intellectum admonent, moueant & affectum, nè ſit intùs amariſſima contradictio, & diuiſio moleſtiſſima, dum hinc quidem ſursùm trahimur, ſed retrahimur indè deorsùm.

Religioſi feruentes.

Nimirùm aduertere potes in omnibus ferè religioſis cõgregationibus, viros repletos conſolatione, ſuperabundãtes gaudio, iucundos ſemper & hilares, feruentes ſpiritu, die ac nocte meditãtes in lege Dei, crebrò ſuſpicientes in cælum, & puras manus in oratione leuantes, ſolicitos obſeruatores conſcientiæ, & deuotos ſectatores bonorũ operum, quibus amabilis diſciplina, dulce ieiunium, vigiliæ breues, labor manuum delectabilis, & vniuerſa deniquè conuerſationis huius auſteritas refrigeriũ videatur.

Tepidi.

Contrà ſanè inuenire eſt homines puſillanimes & remiſſos, deficientes ſub onere, virga & calcaribus indigentes, quorum breuis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuerſatio: quorũ obedientia ſine deuotione, ſermo ſine circunſpectione, oratio ſine cordis intẽtione, lectio ſine ædificatione, quos deniquè (vt videmus) vix gehennę metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix diſciplina coërcet. Non tibi horũ vita inferno penitùs appropinquare videtur, dum intellectu affectui, & affectu intellectui repugnante, neceſsè habent mittere manum ad opera fortium, qui cibo fortium minimè ſuſtentantur, ſocij planè tribulationis, ſed nõ conſolationis?

Exhortatio ad tepidos.

Exurgamus, obſecro, quicunq; eiuſmodi ſumus, reſarciamus animas, ſpiritũ recolligamus, abijcientes pernicioſam tepiditatẽ, etſi non quia periculoſa eſt, & Deo ſolet (vt interdùm miſerabiliter plangimus) etiam vomitum prouocare: certè quia moleſtiſſima, plena miſerię & doloris, & inferno planè proxima, vmbra mortis iure cẽſetur.

Inferno proxima, & vmbra mortis tepiditas cenſetur.

Si quærimus quæ ſursùm ſunt, etiã ſapere & prælibare interìm ſtudeamus.

3. GREGORIVS tertia parte curæ paſtoralis, admonitione decimaſexta: Aliter admonẽdi ſunt pigri, atq; aliter præcipites. Illi nanque ſuadendi ſunt, nè agenda bona dum differunt, amittant: iſti verò admonendi ſunt, nè, dum bonorum tempus incautè feſtinando pręueniunt, eorum merita immutent.

Qua de re pigri admonendi ſunt.

Pigris itaq; intimandum, quòd ſæpè dum opportunè agere quę poſſumus, nolumus: paulò pòſt, cùm volumus, nõ valemus. Ipſa quippe mentis deſidia dum congruo feruore nõ accenditur, à bonorum deſiderio funditùs, conualeſcente furtìm torpore, mactatur. Vndè apertè per Salomonem dicitur:

Prouer. 19.

Pigredo immittit ſoporem. Piger enim rectè ſentiendo quaſi vigilat, quanuìs nihil operãdo torpeſcat. Sed pigredo ſoporem immittere dicitur, quia pauliſpèr etiã rectè ſentiendi vigilantia amittitur, dum à benè operãdi ſtudio ceſſatur. Vbi rectè ſubiungitur: Et anima diſſoluta eſuriet. Nam mens quia ſe ad ſuperiora ſtringẽdo non dirigit, neglectam ſe inferiùs per deſideria expandit. Et dum ſtudiorũ ſublimium vigore non conſtringitur, cupiditatis infimæ fame ſauciatur, vt quo ſe per diſciplinam ligare diſſimulat, eo ſe eſuriens per voluptatum deſideria ſpargat. Hinc ab eodem rursùs Salomone ſcribitur:

Ibidèm.

In deſiderijs eſt omnis ocioſus. Hinc ipſa veritate prædicante,

Matth. 12.

vno quidem exeunte ſpiritu munda domus dicitur: ſed multipliciùs redeunte, dum vacat, occupatur. Plerunquè piger dum neceſſaria agere negligit, quædam ſibi difficilia opponit, quædam verò incautè formidat: & dum quaſi inuenit quod velut iuſtè metuat, oſtendit quòd in ocio quaſi non iniuſtè torpeſcat. Cui rectè per Salomonem dicitur:

Prouer. 20.

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergò ęſtate, & non dabitur ei. Propter frigus quippe piger non arat, dum deſidia & torpore conſtrictus, agere quæ debet bona conſiderat, & diſſimulat. Propter frigus quippe piger non arat, dũ parua exaduersò mala metuit, & operari maxima prætermittit. Benè autem dicitur: Mendicabit æſtate, & non dabitur ei. Qui enim nunc in bonis operibus non exudat, cùm ſol iudicij feruentior apparuerit, quia fruſtrà regni aditum poſtulat, nihil acci-

accipiens æſtate mendicat. Bene hinc per eundem Salomonem rurſùm dicitur: Qui obſeruat ventũ, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquàm metit. Quid enim per ventum, niſi malignorum ſpirituum tentatio exprimitur? Et quid per nubes quæ mouentur à vento, niſi aduerſitates prauorũ hominum deſignantur? A ventis quippe impelluntur nubes, quia immundorum ſpirituũ afflatu praui excitantur homines. Qui ergò obſeruat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquàm metit: quia quiſquis tentationem malignorum ſpirituum, quiſquis perſecutionem prauorum hominum metuit, neque nunc grana boni operis ſeminat, neque tunc manipulos ſanctæ retributionis ſecat.

Eccles 11.

4. IDEM libro trigeſimoprimo Moralium, capite trigeſimoprimo: De triſtitia malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita naſcitur.

Triſtitiæ ſeu acediæ filiæ.

5. ECCLESIASTICI trigeſimotertio: Multam malitiam docuit ocioſitas.

6. PROVERBIORVM decimoquinto: Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deijcitur ſpiritus.

7. ECCLESIASTICI ſeptimo: Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.

8. ET trigeſimo: Triſtitiam non des animę tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis, hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & exultatio viri eſt longæuitas. Miſerere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius: & triſtitiam longè expelle à te. Multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.

9. PROVERBIORVM decimoſeptimo: Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa.

10. PSALMO centeſimo decimooctauo: Dormitauit anima mea præ tædio.

11. ET pſalmo trigeſimonono: Cor meum dereliquit me.

1. B. MATTHAEI vigeſimo: Egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam. Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hîc ſtatis tota die ocioſi? &c.

2. ET capite vigeſimoſecundo: Iterùm miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, Eccè prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abièrunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negociationem ſuam.

3. APOCALYPSIS tertio: Et angelo Laodiceæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus, qui eſt principiũ creaturæ Dei: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinàm frigidus eſſes, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

4. PROVERBIORVM ſexto: Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: nè dederis ſomnũ oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruère quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Vſquequò piger dormies? quando conſurges è ſomno tuo? Paululùm dormies, paululùm dormitabis, paululùm conſeres manus vt dormias: & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons meſſis tua, & egeſtas longè fugiet à te.

5. ET capite decimo: Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortiũ, diuitias parat. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his qui miſerunt eum.

6. CAPITE decimotertio: Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

7. ITEM decimooctauo: Pigrũ deijcit timor: animæ autem effœminatorum eſurient. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.

8. ET capite decimonono: Pigredo immittit ſoporem, & anima diſſoluta eſuriet. Qui cuſtodit mandatũ, cuſtodit animam ſuam: qui autẽ negligit viam ſuã, mortificabitur. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuũ applicat eam.

9. CAPITE vigeſimo: Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergò æſtate, & non dabitur illi.

10. ET vigeſimoprimo: Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquã manus eius operari: tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt tribuet, & non ceſſabit.

11. ITEM capite vigeſimoſecundo: Dicit piger, Leo eſt forìs, in medio platearũ occidendus ſum.

12. CAPITE vigeſimoquarto: Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & eccè totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cùm vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Vſquequò piger dormies? vſquequò de ſomno conſurges? Parùm inquam dormies, modicùm dormitabis: paululùm manus conſeres vt quieſcas: & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus.

13. ITEM capite vigeſimoquinto: Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ità triſtitia viri nocet cordi.

14. CAPITE vigeſimoſexto: Dicit piger, Leo eſt in via, & leęna in itineribus: ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ità piger in lectulo ſuo. Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.

15. ET capite vigeſimooctauo: Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur ocium, replebitur egeſtate.

16. ECCLESIASTICI quinto: Non tardes conuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem. ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

17. ET capite ſeptimo: Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab altiſſimo.

18. CAPITE decimoquarto: Felix qui nõ habuit animi ſui triſtitiam, & non ècidit à ſpe ſua.

19. CAPITE vigeſimoſecundo: In lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernationem illius. De ſtercore boum lapidatus eſt piger: & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.

20. PSALMO ſeptuageſimoſecundo: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua &c.

21. HIEREMIAE quadrageſimooctauo: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: vel, vt ſeptuaginta tranſtulerunt, ἀμελῶς, id eſt, negligenter.

22. AD Romanos decimotertio: Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

23. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo: Seculi triſtitia mortem operatur.

24. AD Galatas tertio: Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?

25. APOCALYPSIS ſecundo: Habeo aduerſùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vndè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem: venio

Digitized by Google

nio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

26. MATTHAEI ſeptimo: Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

27. CAPITE tertio: Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

28. ET capite vigeſimoprimo: Manè autem reuertens in ciuitatem, eſurijt. Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantùm: & ait illi: Nunquàm ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuò ficulnea.

29. LVCAE decimotertio: Dicebat autem hāc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergò illam. vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora. & ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam.

30. IOANNIS decimoquinto: Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt: Omnem palmitem in me, non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plùs afferat.

31. MATTHAEI vigeſimoquinto: Serue male & piger, ſciebas quia meto vbi nō ſemino, & congrego vbi non ſparſi: oportuit ergò te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepiſſem vtiquè quod meum eſt, cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & ſtridor dentium.

32. ECCLESIASTICI ſexto: Sapientia doctrinæ ſecundùm nomen eſt eius, & non eſt multis manifeſta: quibus autem cognita eſt, permanet vſque ad conſpectum Dei. Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & nè abijcias conſilium meum, inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subijce humerum tuum, & porta illam, & nè acedieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conſerua vias eius.

33. ECCLESIASTIS nono: Quodcunquè facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec tempus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quò tu properas.

34. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes tertio: Ipſi enim ſcitis quēadmodùm oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panē manducauimus ab aliquo: ſed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, nè quem veſtrûm grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatē, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cùm eſſemus apud vos, hoc denūciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed curioſè agentes. Ijs autem qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benè facientes.

35. AD Galatas ſexto: Bonum autem facientes, nō deficiamus. Tempore enim ſuo metemus non deficiētes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

36. AD Hebræos duodecimo: Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.

37. AD Romanos duodecimo: Solicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino ſeruientes. Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi inſtantes. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes.

38. AD Philippenſes quarto: Gaudete in Domino ſemper: iterùm dico, gaudete.

39. MARCI decimotertio: Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit, &c. Vigilate ergò, (neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſerò, an media nocte, an gallicantu, an manè) nè cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

40. MATTHAEI vigeſimoquarto: Vigilate ergò, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniā ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur vēturus eſſet, vigilaret vtiquè, & non fineret perfodi domum ſuam. Ideò & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora, filius hominis venturus eſt.

41. ET capite vigeſimoquinto: Vigilate, quia neſcitis neque diem, neque horam.

42. IOANNIS nono: Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox quādo nemo poteſt operari.

43. AD Epheſios quinto: Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque fratres, quomodò cautè ambuletis, &c. redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.

44. APOCALYPSIS tertio: Eſto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergò habe, qualiter acceperis & audieris: & ſerua, & pœnitentiam age. Si ergò non vigilaueris, veniam ad te tanquàm fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

45. LVCAE decimotertio: Contendite intrare &c. vt in textu.

46. MATTHAEI ſeptimo: Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam.

47. ET capite vndecimo: A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

1. C. PSALMO primo: Beatus vir qui nō abijt &c. vt in textu.

2. BERNARDVS ſermone trigeſimoquinto ex paruis ſermonibus: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum. Pij ſunt qui in Deum credūt, & ipſum colunt. Eſt enim pietas cultus Dei. Hic autem cultus in tribus conſiſtit, Fide, Spe, & Charitate: quæ ſunt inuiſibilia. His tribus carent impij qui Deum non colunt, & quorum conſilium eſt, viſibilia inuiſibilibus, terrena cæleſtibus præponere. Horum caput & princeps eſt diabolus, qui primus à pietate receſſit, & impius factus, etiam homines in paradiſo poſitos, ab eadem pietate fraude ſua deiecit, volens eos habere ſocios ſui erroris & participes iniquitatis. Ille enim Euam ſeduxit, & illa virum ſibi ſubdidit. Similiter adhuc dæmon ſuggerit carni, caro ſpiritui, & ſit impiorum conſilium. Dicunt enim ſibi inuicèm, Omnium noſtrûm ſit vnum marſupium. Ponunt ergò in memoria quaſi in marſupio quiſque obolum ſuum: Dæmon ſcilicet ſuggeſtionem, caro delectationem, ſpiritus conſenſum. Indè tanquàm de ſymbolo comparant ſibi victum competentem. Caro quidē combuſtionem, ignem,

Pſal. 1.

Impij qui ſint, & quod eorū caput.

Impiorū cōſiliū quod ſit. Prouer. 1.

Digitized by Google

Quatuor modis itur ad impiorum conſilium.

Quibus armis opus ſit ad reſiſtendũ

ignem ſcilicet qui non extinguitur: ſpiritus malã conſcientiam, id eſt, vermem qui non moritur. Dæmon autem emit vtriuſque ſanguinem. Ad hoc conſilium impiorum itur quatuor modis. Quidam enim trahuntur inuiti, alij attrahuntur illecti, alij ſeducuntur ignari, alij ſequuntur ſpontanei. Iſtis neceſſariæ ſunt quatuor virtutes, per quas armati reſiſtant nè in conſilio eant. Inuitis neceſſaria eſt fortitudo qua reſiſtant vſq; ad mortem minis, cruciatibus, & damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent temperantia quę reprimit illicita deſideria, nec cedit promiſſionibus, nec emollitur blanditijs. Illis qui ſeducuntur ignari, eſt opus prudentia, quæ ab vtilibus inutilia diſcernit, & docet quid tenendum, quidve reijciendum ſit. Iuſtitia indigent illi qui ſequuntur ſpontanei. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare, nec peccato conſentire. Iuſtitia & fortitudo ſedem habent voluntatem, quia voluntas iuſta debet eſſe & fortis. Eſt autem iuſtitia ordinata hoc modo, ſcilicet mala reſpuens, bonis meliora præponens. Hanc non videtur habuiſſe Adam, qui malo conſentiens, quod vtile erat, deſeruit. Prudentia & temperantia ſedem habent in ratione, quia ratio prudens debet eſſe & temperata. Eſt quippe prudentia, ratio docta, ſcilicet à gratia, vitare contagia iniuſtitiæ propter iuſtitiam. Vitat quidem non ſolùm iniuſtitiam apertam, ſed etiam illa quæ ſunt aliquo modo contra iuſtitiam, attendens non quod licet, ſed magìs quod expedit: vitans diuitias & quædam alia, non quia illicita, ſed quia iuſtitiæ ſolent eſſe impedimenta. Sed propter quoſdã qui ex hypocriſi hoc faciũt, additur: propter iuſtitiam. Iuſtitia eſt perfectio animæ rationalis. Aliæ virtutes ſunt ad eius acquiſitionem vel conſeruationẽ, fortitudo, temperantia, prudentia, quæ iuſtitiam conſeruãt, nè amittatur aut minuatur. Poſtquàm verò perfecta eſt iuſtitia, & tranſit in affectũ cordis: idem eſt quod illa tria: quia fortis eſt, prudens, temperata. Qui nõ abijt. Abire, pertinet ad illos qui ſunt inconſtãtes, & leuiter poſſunt impelli. Quod quidam volentes euitare, fiunt euidenter obſtinati, nullius conſilio acquieſcentes, propoſitum ſuum immobiliter tenentes: & ideò adiunctum eſt, & non ſtetit, ſcilicet vt nec leuis ſit, nec obſtinatus. Via peccatorũ eſt mundus, vel propria voluntas, quæ eſt Superbia, ex qua omnia mala: ſicut ex cõmuni ſunt bona. Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sedet qui docet, exemplo ſuo faciens peccare alios. Cathedra eſt hęc, & quatuor pedibus ſubſiſtit. Primus pes eſt malitia: ſecundus, contemptus Dei: tertius, irreuerentia: quartus, aſtutia. Malitia eſt, amare malum, & ſaporem mali habere: & malum, quia malum eſt, diligere, ſicut facit diabolus & nonnulli iniqui. Sed quia fit aliquando, vt tales timeant Deum non timore bono, ſed nè incurrant vel damnum rerũ, vel corporis cruciatũ: vt ampliùs fiant mali, contemnunt & ipſum Deum, & fit ſecundus pes contemptus Dei. Item poſſet fieri vt malum amarent, Deum contemnerent, ſed inhiberet eos pudor hominum cum quibus habitant: ideò ad augmentum mali ſequitur tertius pes irreuerentia, vt nec Deum timeant, nec homines reuereantur. Ad conſummationem verò malitiæ adeſt quartus pes aſtutia, vt ſciant vti tribus prædictis, miſcentes oleo venenum, & melli acetum. Eminens pars cathedræ, cui ſedens inhæret, eſt potentia. Si enim potens eſt qui prædicta habet, tunc plurimùm nocet, vel ſi potentem ſibi allicere poteſt, quem cõſilio ſuo ſeducat, & ad malum impellat. Deindè apponitur puluinar vt ſuauiter ſedeat. Puluinar fit de leuibus pennis auium, ſignificans vanam gloriam & fauorem popularem, quibus homines delectati extolluntur. Scabellum pedibus ſupponitur, nè terram tangant. Tales enim nonnulli terrenas actiones non faciunt, ſed ſpirituales ſimulant, vt magìs decipiant. Horum doctrina eſt quaſi peſtilentia, multa loca occupans & vaſtans.

Via peccatorum.

Cathedra peſtilentiæ. Pſal.1.

Cathedræ pedes.

Eminens cathedræ pars.

Puluinar.

Scabellum.

DE PECCATIS ALIENIS.

I.

Quæ peccata dicuntur aliena?

EA, quę licèt aliorum manibus operaque perficiantur, nobis tamen meritò imputantur, noſtraſque conſcientias damnationis coram Deo reas conſtituunt. Quamobrem de his accipi poteſt, quod Scriptura imperat:[a] *Nè communicaueris peccatis alienis.* Et quod orat Propheta Regius:[b] *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Eôdem refert Baſilius[c] Magnus, quod Epheſijs ſcriptum eſt à Paulo,[d] *Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magìs autem redarguite.* Tum illud eiuſdem Apoſtoli:[e] *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.*

a 1.Tim.5.d Vide Baſil. li. de vera virginitate.
b Pſal.18.c & ibidẽ Euthymius. Item Aug. lib. 3. de libero arbit. cap.10.
c Serm.2. de bap.c.9. Aug. ſer.18. de ver. Dom.c.18.
d Epheſ.5.c
e 2.Theſ.3.b

TESTIMONIA.

1. PRIORIS ad Timotheum quinto, vt in textu.

Opera quædã præcedunt, quædã ſequuntur Sanctos.

2. BASILIVS Magnus libro de vera virginitate: Sicut enim ſanctum atque admirabilem Paulum, dum adhuc eſſet in corpore, alia quidem præceſſerunt opera: cùm plurimi ex his, qui propter doctrinam & conuerſationem eius perfecti euaſère, in æternam illum vitam præcedentes, ſudorum præmia, quos pro illis pertulit, apud iuſtum iudicem Deum illi parauerunt: alia verò ſolutum carneis vinculis, & iam cum Chriſto regnantem vſque ad hanc diem conſequuntur, eorum ſcilicet qui per eum in ſacris epiſtolarum eius monitis ſe ad virtutem exercentes, laudes ſemper ac præmia præclaro illi duci & præceptori optimo hinc tranſmittunt: ſic econtrà alia quidem præcedunt peccata eorum, qui peſſimis ſermonibus & operibus læſi, atque impediti à virtutis tramite, in infernum præceſsère, ſupplicia ſuæ damnationis authoribus illic parari: alia verò etiam ſequuntur, eorum, ſcilicet, qui poſt ipſorum mortem per ſummã nequitiam & exempla peſſima quæ mundo reliquêre, dum eos imitari pergunt, maximè læduntur. Nam ſicut hodiè quoquè beatus Dauid ad veram religionem, & Dei cultum prouidentiæq; agnitionem mundo

Malos quædam peccata antecedunt, quædam poſt mortem ſequuntur.

Digitized by Google

perutilis eſt,& qui propter illum in religione proficiunt, huic iam ex rectè factis ſuis cõſequentes ei transſmittunt laudũ voces: ità & Marcion & reliqui hæreticorum dogmatum duces, quia per eam peruerſitatem doctrinæ, quam mundo inuexêre, maximè nocent: cuncti, qui ſalutis ſuæ damna per eos in hac vita perceperunt, authores perditionis ſuæ, etſi dudùm vita functos, atrocioribus illic ſupplicijs tradunt. Si enim qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis huiuſmodi, morte dignus iudicatur: profectò qui tam multos per vitam reprobam, quòd pernicioſorum operum mundo exempla reliquerit, aut in animarum perniciem falſa dogmata ingeſſerit, ſcandalizat: poſt mortem quoq; omnium qui ſua cauſa pereunt, digniſſimè ac iuſtiſſimè mortis reus habebitur: per ſingulos eorum qui ſuî cauſa hîc ſeu vulnerantur, ſeu moriũtur, authore etiã vulnera mortemq; ſuſcipiente. Porrò ſi iuxta hunc ſenſum alij præcedunt actus, alijq; ſubſequuntur: & ſicut qui ex nequitia ſequuntur, maiori ſupplicio huiuſce perditionis authorem per ſingulos eorum qui pernicioſa vel doctrina, vel vita pereunt, tradunt: qui verò à virtute ſubſequuntur, maioribus & dignioribus prẹmijs per ſingulos eorum qui indè ſalutis emolumenta quæſiêrunt, & à ſceleribus conuerſi ſunt, huiuſmodi magiſtrum donãt: & virgo igitur habet in alterutram virtutis vitiorumq; partẽ actus quoſdam partim præcedentes, partim ſubſequentes. Atque infelix illa quidem, quæ præter delicti proprij ſupplicium, ex aliarum etiam ruina, quibus offendiculum ac lubricum poſuit, acrioribus ſemper ſupplicijs traditur. Sed illa ſanè feliciſſima & beatiſſima, quę prẹter coronas proprias, per ſingulas earũ, quæ *quoniam* ex imitatione eius profecêre, coronantur: ipſa quoquè poſt mortem in æterna vita coronis ſemper nouis redimitur.

Hæreſiarcharũ mortuorũ pœnæ quotidiè augẽtur, propter falſa dogmata quę poſt ſe reliquerunt.

Matth. 18.

Rei mortis ſunt omniũ qui per eorũ doctrinam pereunt.

3. PSALMO decimooctauo, vt in textu.

4. EVTHYMIVS in pſalmum decimũoctauum: In alienis peccatis parce mihi, cùm nouerim Reges, Pontifices, parentes, & dominos, obnoxios eſſe ſubditorum, plebium, filiorum & ſeruorum peccatis: quando nimirùm ob illorum negligentiam deliquerint.

Alienis peccatis obnoxij.

5. AVGVSTINVS libro tertio de libero arbitrio, capite decimo: Cùm duæ ſint origines peccatorum, vna ſpontanea cogitatione, altera perſuaſione alterius, quò pertinere arbitror quod Propheta dicit: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Vtrunque voluntarium eſt quidem. Nam ſicut propria cogitatione non peccat inuitus, ità dum conſentit malè ſuadenti, non vtiquè niſì voluntate conſentit. Sed tamen grauius eſt, non ſolùm nullo ſuadente propria cogitatione peccare, ſed etiam peccatum alteri per inuidentiam dolumq; ſuadere, quàm ad peccandum alterius ſuaſione traduci.

Pſal. 18.

Alijs ſuadentes peccatũ, committunt peccatũ alienum.

6. BASILIVS Magnus ſermone vel libro ſecundo de Baptiſmo, capite nono: Cognito itaque, quomodò & ſecundùm quid infrugiferas arbores eſſe contingat, caueamus nè quicquam legitimo diuini beneplaciti ſtudio deſit: ſed in omnibus commẽdemus nos ipſos, tanquàm Dei miniſtros. Non hoc autem ſolùm, ſed neq; communicemus cum talibus, ſicut in Chriſto loquens Apoſtolus determinatè pronunciauit, dicens: Nè communicetis infrugiferis tenebrarum operibus. Quod autem ſubiũgit, quin magis & reprẹhendite, modum docet, quomodò non debeamus illis communicare. Quid verò ſit communicare, & quibus id modis fiat, expendamus. Et primùm occurrit illud in parœmijs, Veni nobiſcum, conſors eſto ſanguinis: deindè & quod Apoſtolus dicit, Omnes vos gratiæ mecum conſortes exiſtentes. Et, communicãtes tribulationi meæ. Et, communicet autem qui in doctrina inſtruitur, ei qui ſe inſtruit, de omnibus bonis. Item: Si videbas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Item, Arguẽdo argues fratrem tuum, nec recipias propter ipſum peccatum. Et, Hæc feciſti, & tacui. Suſpicaris iniquitatẽ, nempe, quòd ſimilis tibi futurus ſim: arguã te, & ſtabo contra faciem tuã. Talium communicationem æſtimo ſecundùm opus quidem, quando mutuã quidam operam ad eundem ſcopũ in operis perpetratione, inter ſe conferunt: ſecundùm animi verò ſententiam, quando quis affectui operantis aſſentitur, & cõdelectatur. Reliqua communicatio, quæ pleroſq; latet, exacta diuinæ ſcripturæ inquiſitione manifeſtatur, quãdo videlicet nec cooperatur quis, nec affectu aſſentitur operanti malũ: cognita verò animi illius malitia, vndè quod malũ eſt facit, obticet, & non arguit: quemadmodùm hoc declarant, cùm quæ ſuprà ſunt ſcripta, tum quod ab Apoſtolo Corinthijs eſt dictum, nempe, quoniam non luxiſtis vt tolleretur è medio veſtrũm qui facinus hoc perpetrauit: quibus ſubiunxit, Modicum fermenti totam conſperſionem corrumpit. Metuamus itaque, & obtemperemus dicenti: Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio. Quòd ſi quis autem cooperatur quidem alicui in bono, idq; omninò bono, ignorat verò affectus illius malitiam, & operis ſcopum, communicationis culpam in eo quòd illi cooperatur, non habebit, ſed propriam mercedem iuxta proprium laborem recipiet: propterea quòd nihil commercij habet cum illius alieno & præpoſtero affectu, & ſeipſum in canone dilectionis erga Deum conſeruat, quemadmodùm nobis à Domino noſtro Ieſu Chriſto in ijs, qui cùm in eodem molendino, tum in eodem lecto cum perituris conſtituti ſeruabuntur, declaratum eſt. Differentia verò inter eos qui fidei meæ concrediti ſunt, & qui non ſunt, in debita ſita eſt cura, non in communicatione peccatorum. Nam cura quidem propriè & peculiariter ijs ſolis à me debetur, qui fidei meæ commiſſi ſunt. Communicatio verò in malo & operibus infrugiferis in omnibus pariter vetita eſt.

Epheſ. 5.

Quibus modis cõmunicatur peccatis alienis.

Prouer. 1.

Rom. 15.

Galat. 6.

Pſal. 49.

Leuit. 19.

Pſal. 49.

Participatio & cõmunicatio cũ malis, multiplex eſt.

1. Cor. 5.

Ibidèm.

Matth. 24.

Epheſ. 5.

7. AVGVSTINVS ſermone decimooctauo de verbis Domini, capite decimooctauo: A malis corde ſemper diſſiũgimini, ad tẽpus cautè corpore copulamini. Nec tamen negligentes ſitis in corrigendis veſtris, ad curã ſcilicet veſtrã quoquo modo pertinentibus, monendo, docendo, hortando, terrẽdo: Quibuſcũq; modis poteſtis agite. Nec cùm inuenitis in ſcripturis & in exemplis ſanctorũ, ſiue qui ante, ſiue qui poſt Domini aduẽtum in hac vita fuerunt, quòd mali bonos in vnitate nõ maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis non te maculat malus: ſi non conſentias, & ſi redarguas: hoc eſt, non communicare, non conſentire. Communicatur quippe, quando facto eius conſortium voluntatis vel approbationis adiungitur. Hoc ergò nos admonens Apoſtolus, ait: Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum; magìs autẽ & redarguite. Et quia parùm erat, non conſentire, ſi ſequeretur negligẽtia diſciplinæ, Magìs autem, inquit, & redarguite. Videte quemadmodùm vtrunq; complexus eſt. Nolite communicare; magìs autem & redarguite. Quid eſt, nolite communicare? Nolite conſentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid eſt, magìs autem & redarguite? Repræhendite, corripite, coërcete. Neque ergò conſentientes ſitis malis, vt approbetis: neque negligentes, vt non arguatis: neque ſuperbientes, vt inſultanter arguatis.

Malorũ conſuetudo quãdo non commaculat.

Epheſ. 5.

Quid ſit non cõmunicare.

Redarguere quid ſit.

8. AD Epheſios quinto, 9. SECVNDAE ad Theſſalonicenſes tertio, vt in textu.

II.

Quot numerantur eiuſmodi peccata aliena?

Cùm

Novem, ſicut nouem ferè modis committuntur, vtpote Conſilio, Iuſſione, Conſenſu, Iritatione, Laudatione ſeu Adulatione, Reticentia culpæ alienæ, Conniuentia vel Indulgentia, Participatione criminis, ac praua Defenſione.

III.

Quando peccatum alienum conſilio perpetratur?

Cùm mali ſcilicet conſilij, quod alij ſequuntur, vel ſequi poſſent, ipſi ſumus authores & adminiſtri. Exemplo ſit Caiphas,[a] qui conſilio ſuo Senatum Iudaicum in mortem Chriſti concitauit atque permouit. Contrà verò laudatur Ioſeph ab Arimathæa, & vir bonus iuſtusque dicitur, quia [b] non conſenſerat conſilio & actibus eorum, Pontificum ſcilicet & Phariſæorum, in Chriſti [c] necem impiè conſpirantium. Eiuſdem claſſis fuit Demetrius [d] ille, qui cum alijs opificibus, vt ſuo ſtuderet quæſtui, totam penè vrbem aduerſus Paulum Paulique doctrinam ingenti ſeditione compleuit. Impegit hîc etiam infamis [e] Herodias, qua rex Herodes per adulterium fœdè abutebatur. Nam illius conſilio & ſuaſu inſtructa ſaltatrix filia, quod crudeliter appetiuit ſanctiſſimi Ioannis obtruncatum caput, nefariè impetrauit.

Eccli 27.d 6.a 8.d 37.a b Iob 5.c 12.c 18.b Eſa.19.b Pſal. 7.c 9.c Prou.26.d Eccles 10.b
a Ioan.11.f
b Luc.23.g Pſal. 1.a Gen.49.a Iob 21.b
c Ioan.11.g Matth. 26.a
d Act.19.e 2.Reg. 10.a 16.d 17.a e f 3.Reg. 12.c 21.g 2.Par.22.a b 25.e f 1.Eſd.4.a Heſt.5.d Dan.6.b 1.Machab.1.b 2.Machab.1.c 4.e f g Actor.14.c
e Marc.6.c Matt. 14.a

TESTIMONIA.

1. ECCLESIASTICI vigeſimoſeptimo: Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vndè adueniat illi.

2. ET capite ſexto: Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & nè facilè credas ei. Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & eſt amicus, qui odium & rixam & conuicia denudabit. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis.

3. CAPITE octauo: Cum fatuis conſiliũ non habeas, non enim poterunt diligere niſi quæ eis placent. Coram extraneo nè facias conſilium: neſcis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifeſtes: nè fortè inferat tibi gratiam falſam, & conuicietur tibi.

4. ET capite trigeſimoſeptimo: Noli conſiliari cum ſocero tuo, & à zelantibus te abſconde conſilium. Omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. A conſiliario ſerua animam tuam: priùs ſcito quæ ſit illius neceſſitas: & ipſe enim animo ſuo cogitabit: nè fortè mittat ſudem in terram, & dicat tibi, bona eſt via tua, & ſtet econtrariò videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum iniuſto de iuſtitia, & cum muliere de his quæ æmulatur: cum timido de bello, cum negociatore de traiectione: cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere, cum operario annuali de cõſummatione anni, cum ſeruo pigro de multa operatione, non attendas his in omni conſilio: Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruantem timorem Dei, cuius anima eſt ſecundùm animam tuam: quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue tecum: non eſt enim tibi aliud pluris illo.

5. IOB quinto: Qui appræhendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat.

6. CAPITE duodecimo: Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, & ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem.

7. ET capite decimooctauo: Nónne lux impij extinguetur &c. Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſiliũ ſuum. Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta eius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.

8. ESAIAE decimonono: Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederũt conſilium inſipiens, quomodò dicitis Pharaoni, Filius ſapientium ego, filius regum antiquorum. Vbi nunc ſunt ſapientes tui? Annuncient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum. Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo ſicut errat ebrius & vomens.

9. PSALMO ſeptimo: Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

10. ET nono: Infixę ſunt gẽtes in interitu quem fecerunt. In laqueo iſto quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum.

11. PROVERBIORVM vigeſimoſexto: Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.

12. ECCLESIASTIS decimo: Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis, & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.

13. IOANNIS vndecimo: Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? &c. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam: nec cogitatis quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat &c. Ab illo ergò die cogitauerunt vt interficerent eum.

14. LVCAE vigeſimotertio: Et ecce vir nomine Io-

Digitized by Google

ne Ioſeph qui erat decurio, vir bonus & iuſtus: hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnum Dei: hic acceſſit ad Pilatum &c.

15. PSALMO primo: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum &c.

16. GENESIS quadrageſimonono: Simon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.

17. IOB vigeſimoprimo: Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longè ſit à me.

18. IOANNIS vndecimo: Ab illo ergò die cogitauerunt vt interficerent eum.

19. MATTHAEI vigeſimoſexto: Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicitur Caiphas: & conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

20. ACTORVM decimonono: Demetrius quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum: quos conuocans, & eos qui huiuſmodi erant opifices, dixit: Viri, ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio: & videtis &c. His auditis, repleti ſunt ira, & exclamauerunt, dicentes, Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas tota confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, &c.

21. SECVNDI Regum decimo: Cùm veniſſent ſerui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerũt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum ſuum: Putas quòd propter honorem patris tui miſerit Dauid ad te conſolatores, & non ideò, vt inueſtigaret & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, miſit Dauid ſeruos tuos ad te? Tulit itaque Hanon ſeruos Dauid, raſitq; dimidiam partẽ barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias vſque ad nates, & dimiſit eos &c. Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam feciſſent Dauid, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & à Rege Maacha mille viros, & ab Iſtob duodecim millia virorum. Quod cùm audiſſet Dauid, miſit Ioab & omnem exercitum bellatorum, &c. Fugeruntq; Syri à facie Iſrael, & occidit Dauid de Syris ſeptingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percuſſit, qui ſtatim mortuus eſt. Videntes autem vniuerſi reges qui erant in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſrael, expauerunt, & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſrael. Et fecerunt pacem cum Iſrael: & ſeruierunt eis, timueruntq; Syri auxilium præbere filijs Ammon.

22. ET capite decimoſexto: Dixit autem Abſalom ad Achitophel: Inite conſilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Abſalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendam domum: vt cùm audierit omnis Iſrael, quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. Tetenderunt ergò Abſalom tabernaculum in ſolario, ingreſſuſq; eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael. Conſilium autẽ Achitophel, quod dabat in diebus illis quaſi ſi quis conſuleret Deum: ſic erat omne conſilium Achitophel, & cùm eſſet cum Dauid, & cùm eſſet cum Abſalom.

23. DEINDE capite decimoſeptimo: Dixit ergò Achitophel ad Abſalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac nocte. Et irruens ſuper eum (quippe qui laſſus eſt, & ſolutis manibus) percutiam eũ: cumq; fugerit omnis populus qui cum eo eſt, percutiam Regem deſolatum. Et reducam vniuerſum populum, quomodò vnus homo reuerti ſolet: vnum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace. Placuitque ſermo eius Abſalom & cunctis maioribus natu Iſrael. Ait autem Abſalom: Vocate Chuſai Arachiten, & audiamus quid etiam ipſe dicat. Cúmque veniſſet Chuſai ad Abſalom, ait Abſalom ad eum: Huiuſmodi ſermonem locutus eſt Achitophel: facere debemus an non? quod das conſilium? Et dixit Chuſai ad Abſalom: Non eſt bonum conſilium quod dedit Achitophel hac vice. Et rursùm intulit Chuſai, Tu noſti patrem tuum &c. Dixitque Abſalom & omnes viri Iſrael: Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel. Domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalom malum. Porrò Achitophel videns quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuum, ſurrexitque, & abijt in domum ſuam & in ciuitatem ſuam: & diſpoſita domo ſua, ſuſpendio interijt.

24. ET tertij Regum duodecimo: Venit ergò Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat Rex, dicens: Reuertimini ad me die tertia. Reſpónditq; Rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundùm conſilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addam iugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. Et non acquieuit rex populo: quoniam auerſatus fuerat eum Dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium Nabath. Videns itaque populus quòd noluiſſet eos audire rex, reſpondit ei, dicens: Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nunc vide domum tuam Dauid. Et abijt Iſrael in tabernacula ſua. Super filios autem Iſrael, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Miſit ergò rex Roboam Aduram, qui erat ſuper tributa: & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuus eſt. Porrò rex Roboam feſtinus aſcendit currum, & fugit in Ieruſalem, receſſitq; Iſrael à domo Dauid, vſque in præſentem diem,

25. ET capite vigeſimoprimo: Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini: cõcitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt, intantùm, vt ſequeretur idola quæ fecerãt Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael.

26. SECVNDI Paralipomenon vigeſimoſecundo: Quadragintaduorum annorũ erat Ochoſias cùm regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. Fecit igitur malum in conſpectu Domini, ſicut domus Achab: ipſi enim fuerunt ei conſiliarij poſt mortem patris ſui, in interitum eius. Ambulauitq; in conſilijs eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Iſrael in bellum contra Hazael regem Syriæ, in Ramoth &c.

27. ET vigeſimoquinto: Amaſias verò poſt cædem Idumæorũ & allatos deos filiorum Seir, ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incenſum. Quamobrẽ iratus Dominus contra Amaſiã, miſit ad illum prophetam qui diceret ei, Cur adoràſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? Cumq; hæc ille loqueretur, reſpondit ei, Num conſiliarius regis es? quieſce, nè interficiam te. Diſcedénſque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occídere te, quia feciſti hoc malum, & inſupèr non acquieuiſti conſilio meo. Igitur Amaſias rex Iuda inito peſſimo conſilio, miſit ad Ioas filium Ioachaz filij Ie-

Digitized by Google

lij Iehu regem Iſrael, dicens: Veni, videamus nos mutuò. At ille remiſit nuncios, dicens: Carduus qui eſt in Libano, miſit ad cedrum Libani, dicens: Dixiſti, percuſſi Edom: & idcircò erigitur cor tuum in ſuperbiam, ſede in domo tua, cur malũ aduerſùm te prouocas, vt cadas & tu & Iuda tecum? Noluit audire Amaſias, eò quòd Domini eſſet voluntas, vt traderetur in manus hoſtium propter Deos Edom. Aſcendit igitur Ioas rex Iſrael, & mutuos ſibi præbuêre conſpectus. Amaſias autem rex Iuda erat in Bethſames Iudæ. Corruitq; Iudas corã Iſrael, & fugit in tabernacula ſua. Porrò Amaſiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz cepit Ioas rex Iſrael in Bethſames, & adduxit in Ieruſalem: deſtruxitq; murum eius à porta Ephraim vſque ad portam Anguli, quadringentis cubitis. Omne quoquè aurum, & argentum, & vniuerſa vaſa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed Edom, in theſauris etiam domus regiæ, necnon & filios obſidum reduxit in Samariam.

28. PRIMI Eſdræ quarto capite: Factum eſt igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ędificando. Conduxerunt autem aduersùs eos conſiliatores, vt deſtruerent conſilium eorum omnibus diebus Cyri regis Perſarum, & vſque ad regnum Darij regis Perſarum.

29. HESTER quinto: Aman diſſimulata ira reuerſus in domum ſuam, conuocauit ad ſe amicos ſuos, & Zares vxorem ſuam: expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorumq; turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes principes & ſeruos ſuos rex eleuâſſet. Et poſt hæc ait, Regina quoquè Heſter nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præter me: apud quam etiam cràs cum rege pranſurus ſum. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiù videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores regias. Reſponderuntq; ei Zares vxor eius, & cæteri amici: Iube parari excelſam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic manè regi vt appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuit ei conſilium, & iuſſit excelſam præparari crucem. ET capite ſeptimo: Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis qui ſtabant in miniſterio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro rege, ſtat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eum in eo. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo.

30. DANIELIS ſexto: Dixerunt ergò viri illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui. Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei: Dari rex, in æternum viue: conſilium iniêrũt omnes principes regni, magiſtratus & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat & edictum, Vt omnis qui petiêrit aliquam petitionem à quocunque deo & homine, vſq; ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leonũ. Nunc itaq; rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: vt non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præuaricari cuiquam liceat. Porrò rex Darius propoſuit edictum & ſtatuit. Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo ſuo, ſicut & antè facere conſueuerat. Viri ergò illi curioſiùs inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum. Et accedentes, locuti ſunt regi ſuper edicto: Rex, nunquìd non conſtituiſti, &c. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacũ leonum, &c. Tunc vehementer rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductuſq; eſt Daniel de lacu, & nulla lęſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. Iubente autem rege, adducti ſunt viri illi qui accuſauerũt Danielem: & in lacum leonum miſſi ſunt ipſi, & filij & vxores eorum: & non peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donèc arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

31. PRIMI Machabæorum primo: In diebus illis exiêrunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerũt multis, dicentes: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de populo, & abiêrunt ad Regem Antiochum: & dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitiam gentium. Et ædificauerunt gymnaſium in Ieroſolymis ſecundùm leges Nationum: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & venundati ſunt vt facerent malum.

32. SECVNDI Machabæorum primo capite: De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipſi, vtpotè qui aduersùs talem regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerunt contra nos & ſanctam ciuitatem. Nam cùm in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo immenſus exercitus, cecidit in templo Naneæ, conſilio deceptus ſacerdotum Naneæ. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cúmque propoſuiſſent eas Sacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitum phani, clauſerunt templum, cùm intrâſſet Antiochus: apertoq; occulto aditu templi, mittentes lapides percuſſerunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiſerunt membratìm, & capitibus amputatis foràs proiecerunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios.

33. ET capite quarto: Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunũ, aurea quędam vaſa è templo furatus, donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. Quod cùm certiſſimè cognouiſſet Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnen. Vndè Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cùm veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quanuìs eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatìm eum peremit, non veritus iuſtitiam. Ob quam cauſam non ſolùm Iudęi, ſed etiam aliæ quoq; nationes indignabantur, & moleſtè ferebant de nece tanti viri iniuſta. Sed regreſſum regem de Ciliciæ locis adiêrunt Iudæi apud Antiochiam, ſimul & Græci conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contriſtatus itaque eſt animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad miſericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam: accenſiſq; animis, Andronicum purpura exutum per totam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam. Multis autem ſacrilegijs in templo à Lyſimacho commiſſis Menelai conſilio, & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduersùs Lyſimachum multo iam auro exportato. Turbis autem inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis ferè tribus millibus, iniquis manibus vti cœpit, duce quodam Tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. Sed vt intellexerunt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuêre: quidam verò cinerem in Lyſimachum iecêre. Et multi quidem vulnerati, quidam autem & proſtrati, omnes verò in fugam conuerſi ſunt: ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt. De his ergò cœpit iudicium aduersùs Menelaum agitari. Et cùm

veniſ

Digitized by Google

veniſſet rex Tyrum, ad ipſum negocium detulerunt miſſi tres viri à ſenioribus. Et cùm ſuperaretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dare ad ſuadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio poſitum, quaſi refrigerandi gratia, regem adijt, & deduxit à ſententia: & Menelaum quidem vniuerſæ malitiæ reum, criminibus abſoluit: miſeros autem qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Citò ergò iniuſtam pœnam dederunt, qui pro ciuitate & populo & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt. Quamobrem Tyrij quoquè indignati, erga ſepulturam eorum liberaliſſimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in poteſtate, creſcens in malitia ad inſidias ciuium.

34. ACTORVM decimoquarto: Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis, lapidantéſque Paulum, traxerunt extra ciuitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

35. MARCI ſexto: Quicquid petiëris, dabo tibi, (ait Herodes ad filiã Herodiadis) licèt dimidium regni mei. Quæ cùm exîſſet, dixit matri ſuę: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ. Cumq; introîſſet statìm cum feſtinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo vt protinùs des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandum & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.

36. MATTHAEI decimoquarto: At illa prę-monita à matre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Ioannis Baptiſtæ &c.

IIII.

Quando Iuſsio eſt peccatum alienum?

1.Reg.22.c Iudith 2.a Heſt. 3.c d Dan.3.a b 6.c 1.Mach. 1.e f g 2.Macha.6 a Mar. 6.d Act.23.c
a 2.Reg.11.c
b Ioan.19.c Lucæ 23.d
c Exod.1.c d
d Matth.2.c
e Eſa.10.a Matth.15.a Marc.7.b

CÙM ex decreto, mandato, imperióve noſtro redit ad proximum iniuria, vel malum quodcunque perpetratur. Sic Dauid Rex innocentem occídit [a] Vriam, non ſuis quidem aut ſeruorum manibus, ſed per literas hoc agens, atque demandans, vt in pręlio ille occíderetur. Et prę ſes [b] Pilatus mortis CHRISTI reus eſt, quòd illum in Iudæorum gratiam cruci affigendum, etſi inuitus quodammodò authoritate ſua adiudicauit ac tradidit. Ità ſummo ſe crimine [c] Pharao & [d] Herodes obligârunt, cùm legem tyrannicam de occidendis Hebræorum infantibus ferrent. *Væ* [e] autem illis *qui condunt leges iniquas.*

TESTIMONIA.

1. PRIMI Regum vigeſimoſecundo: Dixitq; rex (Saul): Morte morieris Achimelech, tu & omnis domus patris tui. Et ait rex emiſſarijs, qui circunſtabant eum: Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid eſt, ſcientes quòd fugiſſet, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes Domini. Et ait rex ad Doëg: Conuertere tu, & irrue in ſacerdotes Domini. Conuerſusq; Doëg Idumæus irruit in ſacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros veſtitos Ephod lineo. Nobe autem ciuitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemq; & aſinum & ouem in ore gladij.

2. IVDITH ſecundo: Anno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, viceſima & ſecũda die menſis primi, factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, vt defenderet ſe: vocauitq; omnes maiores natu, omneſq; duces & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui. Dixítque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. Quod dictum cùm placuiſſet omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuę, & dixit ei: Egredere aduersùm omne regnum Occidentis: & contra eos præcipuè qui contempſerunt imperium meum. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam ſubiugabis mihi.

3. HESTER tertio: Dixit Aman regi Aſſuero: Eſt populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus & cæremonijs, inſupèr & regis ſcita contemnens. Et optimè nôſti, quòd non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licentiam. Si tibi placet, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergò rex annulum quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorum, dixitq; ad eum, Argentum quod tu polliceris, tuum ſit: de populo age quod tibi placet. Vocatiq; ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, tertiadecima die eiuſdem menſis: & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman, ad omnes Satrapas regis, & iudices prouinciarum, diuerſarumq; gentium, vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo, miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias, vt occíderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres, vno die, hoc eſt, tertiodecimo menſis duodecimi qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent. Summa autem Epiſtolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent & pararent ſe ad prædictum diem. Feſtinabant curſores qui miſſi erant, regis imperium explere. Statimq; in Suſan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis qui in vrbe erant, flentibus.

4. DANIELIS tertio: Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus & linguis: In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterij & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatìm vt audiêrunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterij, ſymphoniæ & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, tribus & linguæ, adorauerunt ſtatuam auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statímque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi, accuſauerunt Iudæos &c.

3. ET capite ſexto: Viri ergò illi curioſiùs inquirentes, inuenerunt Danielem, orantem & obſecrantem Deum ſuum. Et accedentes, locuti ſunt regi ſuper edicto: Rex, nunquìd non conſtituiſti, vt omnis homo qui rogaret quenquam de dijs & hominibus vſque ad dies triginta, niſì te rex, mitteretur

Digitized by Google

teretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex, ait: Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorum atque Perſarum, quod præuaricari non licet. Tunc reſpondentes dixerunt coram rege: Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua. Quod verbum cùm audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor vt liberaret eum, & vſque ad occaſum ſolis laborabat vt erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scitò rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, vt omne decretum quod conſtituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum.

6. PRIMI Machabæorum primo: Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus, & relinqueret vnuſquiſque legem ſuam. Et conſenſerunt omnes gentes ſecundùm verbum regis Antiochi: & multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius, & ſacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt ſabbatum. Et miſit rex libros per manus nunciorum in Ieruſalem & in omnes ciuitates Iudæ, vt ſequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocauſta & ſacrificia & placationes fieri in templo Dei, & prohiberent celebrari ſabbatum, & dies ſolennes: & iuſſit coinquinari ſancta, & ſanctum populum Iſrael. Et iuſſit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes ſuillas, & pecora communia, & relinquere filios ſuos incircunciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditijs & abominationibus, ità vt obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes Dei. Et quicunque non feciſſent ſecundùm verbum regis Antiochi, morerentur. Secundùm omnia verba hæc, ſcripſit omni regno ſuo: & præpoſuit principes populo qui hæc fieri cogerent. Et iuſſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare. Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini, & fecerunt mala ſuper terram: & effugauerunt populum Iſrael in abditis, & in abſconditis fugitiuorum locis. Die quintadecima menſis Caſleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuitu ędificauerunt aras: & ante ianuas domorũ, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant: & libros legis Dei combuſſerunt igne, ſcindentes eos: & apud quemcunque inueniebantur libri teſtamenti Domini, & quicunque obſeruabant legem Domini, ſecundùm edictum regis trucidabant eum. In virtute ſua faciebant hæc populo Iſrael, qui inueniebatur in omni menſe & menſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabāt ſuper aram quæ erat contra altare. Et mulieres quæ circuncidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundùm iuſſum regis Antiochi, & ſuſpendebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui circunciderant illos, trucidabant. Et multi de populo Iſrael definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda: & elegerunt magìs mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt. & facta eſt ira magna ſuper populum valdè.

7. SECVNDI Machabæorum ſexto: Sed non poſt multum temporis miſit rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos, vt ſe trāſferrent à patrijs & Dei legibus: contaminare etiam quod in Hieroſolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hoſpitalis. Peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio. nam templum luxuria & comeſſationibus gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratiſq; ædibus mulieres ſe vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare enim plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæũ ſe eſſe quiſquam confitebatur. Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia: & cùm Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. Decretum autem exijt in proximas gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduersùs Iudæos agerent, vt ſacrificarent: eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta gentium, interficerent. Erat ergò videre miſeriam.

8. MARCI ſexto: Herodes miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput Ioannis in diſco, & decollauit eum in carcere.

9. ACTORVM vigeſimotertio: Princeps autem ſacerdotum Ananias præcepit adſtantibus ſibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum &c.

10. SECVNDI Regum vndecimo: Factum eſt ergò manè, & ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab: miſitq; per manum Vriæ, ſcribens in epiſtola: Ponite Vriam ex aduersò belli, vbi fortiſſimum eſt prælium: & derelinquite eum, vt percuſſus intereat. Igitur cùm Ioab obſideret vrbem, poſuit Vriam in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos. Egreſsiq; viri de ciuitate, bellabant aduersùm Ioab, & ceciderunt de populo ſeruorum Dauid, & mortuus eſt etiam Vrias Hethæus.

11. IOANNIS decimonono: Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

12. LVCAE vigeſimotertio: Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant, Ieſum verò tradidit voluntati eorum.

13. EXODI primo: Dixit autem rex Aegypti obſtetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi fœmina, reſeruate. Timuerunt autem obſtetrices Deum, &c. Præcepit ergò Pharao omni populo ſuo, dicens: Quicquid maſculini ſexûs natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reſeruate.

14. MATTHAEI ſecundo capite: Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè: & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, ſecundùm tempus quod exquiſierat à Magis.

15. ESAIAE decimo: Væ qui condunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam veſtram, nè incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

16. MATTHAEI decimoquinto: Ieſus autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem. &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam, & irritum feciſtis mādatum Dei propter traditionem veſtram.

17. MARCI ſeptimo: Et dicebat illis, Benè irritum feciſtis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem: &, Qui maledixerit patri

Digitized by Google

vel matri, morte moriatur: Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri: Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit: & vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis.

V.

Conſenſus quando alieni peccati nos reos facit?

Leuit. 20. a Numer. 16. d Iudith 8. b Heſter 14. c d Lucæ 11. g
a Irenæus lib. 4. cap. 46.
b Actor. 7. g
c Actor. 23. c
d Matth. 27. b Mar. 15. a b
e Actor. 3. c & 2. d
f Rom. 1. d
g Epiſto. 31. quæ eſt Cleri Romani ad Cyprianum.

Cùm, quod ab alijs fit nequiter, à nobis quaſi ſuffragium accipit, & ſaltem tacitè[a] approbatur. Ità peccauit Saulus, in Stephani protomartyris necem[b] conſentiens. Peccârunt & viri ex Iudæis plures quadraginta,[c] qui facta etiam voti nuncupatione in Pauli necem armârunt ſeſe. Peccauerunt demùm & ciues[d] Hieroſolymitani, ſuis Magiſtratibus, quô Chriſtus perderetur, ſuffragantes, vt idcircò Petrus illis exprobrans dixerit:[e] *Authorem vitæ interfeciſtis.* Notanda eſt igitur Pauli ſententia:[f] *Non ſolùm qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte.* Et huc referri poteſt, quod apud Cyprianum[g] legimus, Non eſt immunis à ſcelere, qui vt faceret, imperauit: nec alienus à crimine, cuius conſenſu licèt non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur.

TESTIMONIA.

1. LEVITICI vigeſimo: Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam ſuper hominem illum & cognationē eius, ſuccidamq́ & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei, vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi ſui.

2. NVMERORVM decimoſexto: Locutusq́ Dominus ad Moyſen & Aaron, ait: Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè diſperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortiſſime Deus ſpirituum vniuerſę carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua deſæuiet? Et ait Dominus ad Moyſen: Præcipe vniuerſo populo, vt ſeparetur à tabernaculis Core & Dathā & Abiron. Surrexitq́ Moyſes, & abijt ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſraël, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, nè inuoluamini in peccatis eorum. Cumq́ receſſiſſent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabant in introitu papilionum ſuorum cum vxoribus & liberis, omniq́ frequentia. Et ait Moyſes: In hoc ſcietis quòd Dominus miſerit me vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio corde ea protulerim: Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſolēt, non miſit me Dominus. ſin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum, deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintq́ viuentes in infernum, ſcietis quòd blaſphemauerint Dominum. Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorū: & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum: deſcenderuntq́ viui in infernum operti humo, & periērunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſrael qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Nè fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incenſum.

3. IVDITH octauo: Hæc itaque cùm audiſſet Iudith, quoniam Ozias promiſiſſet quòd tranſacto quinto die traderet ciuitatem, miſit ad presbyteros Chabri & Charmi. Et venerūt ad illam, & dixit illis: Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyrijs, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? & qui eſtis vos qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet: ſed potiùs qui iram excitet & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei? Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus &c.

4. HESTER decimoquarto: Et deprecabatur Heſter Dominum Deum Iſrael, dicens: Domine mi, qui rex noſter es ſolus &c. Tu nôſti quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircunciſorum & omnis alienigenæ. Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei, & quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquàm lætata ſit ancilla tua, ex quo huc trans lata ſum vſque in præſentem diem, niſi in te Domine Deus Abraham, Deus fortis ſuper omnes &c.

5. LVCAE vndecimo: Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem veſtri occiderunt illos: profectò teſtificamini quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulcra.

6. IRENAEVS libro quarto contra hæreſes Valentiniani & ſimiles, capite quadrageſimoſexto: Et habemus præceptum: Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut 1. Cor. 5.
maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et iterùm ait Apoſtolus: Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hoc Epheſ. 5.
enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò fieri participes eorum. Et quemadmodùm ibi peccantium damnatio participabat & reliquos, Peccantium dānatio participat reliquos.
quoniam placebant eis, & vnà cum eis conuerſabantur: ſic & hîc modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

7. ACTORVM ſeptimo: Saulus autem erat conſentiens neci eius.

8. ET vigeſimotertio: Facta autem die, collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donèc occiderent Paulum. Erant autem plus quàm quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant.

9. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populo, vt peterent Barrabam, Ieſum verò perderent.

Digitized by Google

10. MARCI decimoquinto: Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis &c. Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam: & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur.

11. ACTORVM tertio: Deus glorificauit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis & negâſtis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem ſanctum & iuſtum negâſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfeciſtis.

12. ET capite ſecundo: Viri Iſraëlitæ, audite verba hæc, Ieſum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut vos ſcitis: hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes, interemiſtis.

13. AD Romanos primo: Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum: vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

14. CLERVS Romanus in epiſtola ad Cyprianum, quæ apud eundem eſt trigeſimaprima: Sed etiam aduersùs illos qui acta feciſſent, licèt præſentes, cùm fierent, non affuiſſent, cùm præſentiam ſuam vtiquè, vt ſic ſcriberentur, mandando feciſſent. Non eſt enim immunis à ſcelere, qui vt fieret imperauit: nec eſt alienus à crimine, cuius conſenſu, licèt non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur. Eſt lib. 2. epiſt. 7. Et iubētis & conſentiētis eſt peccatū.

VI.

Quando Iritatione nobis peccatum alienum conflatur?

CùM ſcientes alium ad iram, vindictam, blaſphemiam, crudelitatem, aut conſimilia vitia, ſiue dictis id fiat, ſiue factis, aut quacunque ratione alia, prouocamus. Vt cùm [a] vxor Iob patientiſſimo viro petulanter inſultans, quantùm in ſe quidem erat, ſuaſit etiam Deum blaſphemare. Et Tobiæ [b] vxor æquè moroſa, maritum ſuis conuicijs frequenter infeſtans & exaſperans, hoc facit, vt vir anxius domeſticam iniuriam ſuſpirijs, lachrymis & precibus ad Deum fuſis perſequi cogatur. Contrà verò monet [c] Eccleſiaſticus: *Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.* Sic & Salomon [d] dixit: *Semper iurgia quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum.*

1. Reg. 1. b Pſa. 105. c 2. Mach. 14. d Gal. 5. d Eph. 6. a Coloſſ. 3. d
a Iob 2. c
b Tob. 2. d & 3. a b
c Eccli 28. a b Pro. 15. c 2, a 22. b 26. c 29. d 30. d
d Prou. 17. b 3. d Eſa. 33. a

TESTIMONIA.

1. PRIMI Regum primo: Affligebat quoquè Annam æmula eius, & vehementer angebat, intantùm vt exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius: ſicq; faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam.

2. PSALMO centeſimo quinto: Dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum. Et iritauerunt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum Domini.

3. SECVNDI Machabæorum decimoquarto: Morabatur autem Nicanor Hieroſolymis, nihilq; iniquè agebat, gregesq; turbarum quæ congregatæ fuerant, dimiſit. Habebat autem Iudam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorem, filiosq; procreare. Nuptias fecit: quietè egit, comiterq; viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicèm & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis aſſentire, Iudamq; regni inſidiatorem, ſucceſſorem ſibi deſtinâſſe. Itaque rex exaſperatus, & peſſimis huius criminationibus iritatus, ſcripſit Nicanori, dicens grauiter quidem ſe ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citiùs vinctum mittere Antiochiam.

4. AD Galatas quinto: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicèm prouocantes, inuicèm inuidentes.

5. AD Epheſios ſexto: Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.

6. AD Coloſſenſes tertio: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros: vt non puſillo animo fiant.

7. IOB ſecundo capite: Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo, & morere.

8. TOBIAE ſecundo: Sicut beato Iob inſultabant reges, ità iſti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ità loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illā expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquàm mutant ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidiè: & de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi poterat, deferebat. Vndè factum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet domi. Cuius cùm vocem balantis vir eius audiſſet, dixit: Videte nè fortè furtiuus ſit: reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata reſpondit: Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his & alijs huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

9. ET capite tertio: Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens: Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia, & veritas, & iudicium &c. Eadem die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis patris ſui, quoniam tradita fuerat ſeptem viris, & dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos, mox vt ingreſſi fuiſſent ad eam. Ergò cùm pro culpa ſua increparet puellam, reſpondit ei, dicens: Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam ſuper terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, ſicut

Digitized by Google

iam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuę: & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: ſed in oratione perſiſtens cum lachrymis, deprecabatur Deum, vt ab iſto improperio liberaret eam.

10. ECCLESIASTICI vigeſimooctauo: Abſtine te à lite, & minues peccata, &c. vt in textu. Secundùm enim ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem: & lis feſtinans effundit ſanguinem, & lingua teſtificans adducit mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur: vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit &c.

11. PROVERBIORVM decimoquinto: Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas.

12. ET capite decimooctauo: Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat.

13. ITEM vigeſimoſecundo: Eijce deriſorem, & ibit cum eo iurgium, ceſſabuntq́; cauſæ & contumeliæ.

14. ET capite vigeſimoſexto: Sicut qui appræhendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. Sicut noxius eſt, qui mittit ſagittas & lanceas in mortem: ità vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cùm fuerit depræhenſus, dicit, Ludens feci. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia coquieſcunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima ventris.

15. ITEM capite vigeſimonono: Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuis.

16. ET capite trigeſimo: Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem: & qui prouocat rixas, producit diſcordias.

17. PROVERBIORVM decimoſeptimo: Semper iurgia quærit malus &c.

18. ET capite tertio: Nè contendas aduerſus hominem fruſtrà, cùm ipſe tibi nihil mali fecerit. Nè æmuleris hominem iniuſtum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Egeſtas à Domino in domo impij: habitacula autem iuſtorum benedicentur. Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exultatio, ignominia.

19. ESAIAE trigeſimotertio: Væ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernéris? cùm conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus deſieris contemnere, contemnéris.

VII.

Quando per laudationem, vel adulationẽ noſtram peccato alieno fœdamur?

Pro.24.c 27.a 28.d Pſal. 140.a Eſa.5.c Chryſoſt.hõ. 2. de Dauid & Saule. Cyp. de lapſ. Baſil.hom.in pſal. 61. Auguſt. in pſal.134.

CUM aliquem in malefactis, vel de improbitate commendamus, vel tanquàm re benè geſta, calcar addimus malè currenti, vt ille in prauo inſtituto pergat. *Væ* [a] autem *qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas,* vt eſt apud Prophetam. In hoc vitium incidunt nonnunquàm Eccleſiaſtici [b] concionatores, & Magiſtratus malè vulgo blandientes, dum eius licentiæ palàm fauent & applaudunt. Rectè autem Eſaias: [c] *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Vnde Paulus eos iubet vitari Doctores, [d] qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. *Quoniam* enim *laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, exacerbabit Dominum peccator,* vt [e] Regius Propheta teſtatur.

a Ezech.13.c

b Hierem.14.c 23 c d e f 27.b c 28.d 29.b Thren.2.c Mich.3.b d 3.Reg.22.a b c d

c Eſa.3.c 9.c 30.b

d Rom.16.c 2.Pet.2.a d Hieron.lib.1.aduerſùs Pelag.cap.9. & lib.2. aduerſùs Iouinian.cap.19.

e Pſal.9.c 54.d Prou.1.a b 16.d 17.c 29.a Eccle 7.a Hiere.9.a b c

TESTIMONIA.

1. PROVERBIORVM vigeſimoquarto: Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus: qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio. Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſteà ædifices domum tuam. Nè ſis teſtis fruſtrà contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis.

2. ET capite vigeſimoſeptimo: Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

3. ET vigeſimooctauo: Qui corripit hominem, gratiam poſteà inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

4. PSALMO centeſimo quadrageſimo: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

5. ESAIAE quinto: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponẽtes amarum in dulce, & dulce in amarum.

6. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda de Dauid & Saule, cuius titulus eſt, Magnum eſſe bonum non tantùm exercere virtutẽ, verùm etiam laudare &c. Non oportet expetere modò & æmulari virtutẽ, verùm etiam eos qui virtutẽ amplectuntur, laudibus vehere, & admirandos prædicare, nobis fructum aliquem, eumq́; haud vulgarem, adfert. Quemadmodùm ex aduerſo prauitatem non æmulari tantùm, verùm etiam in ea viuentes laudare, ſupplicium haud mediocre nobis conciliat: & ſi fas eſt quiddam nouum & admirandum dicere, grauius ſupplicium, quàm manet illos ipſos qui malè viuunt. Id declarans Paulus, poſteaquàm omnem malitiæ ſpeciem enumerârat, accuſaſſetq́; omnes qui leges Dei conculcant, de illiſipſis mox ſubijcit: Qui cùm Dei iuſtitiam noſſent, quòd qui talia faciunt, digni ſunt

Laudãdi mali non ſunt.

Rom.1.

Digitized by Google

ſunt morte, non ſolùm ea faciunt, ſed & compro-
bant illa facientes: demonſtrans hoc eſſe grauius
Plus eſt peccantes laudare quàm delinquere. illo. Nam collaudare inſupèr delinquentes, quod
ad ſupplicij pertinet æſtimationem, longè plus
eſt quàm delinquere. Idq; iure optimo, propter-
eà quòd hoc ſuffragium proficiſcatur ab animo
planè corrupto, & inſanabili morbo laborante.
Siquidem is qui dum peccat, condemnat interim
peccatum ſuum, poterit aliquando temporis pro-
greſſu ad ſe redire: cæterùm qui laudat malitiam,
is ſeipſum priuauit curatione, quam adfert pœ-
nitentia. Proindè meritò Paulus pronunciauit
hoc illo eſſe grauius. Itaque ſicuti qui praua non
tantùm faciunt, verùm etiam tales collaudant ac
prædicant, eandem aut etiam grauiorem pœnam
Probos laudare, fructuoſum eſt. ſortiuntur: ità qui bonos laudibus vehunt ac ſu-
ſpiciũt, coronarum illis repoſitarum fiunt parti-
cipes. Quod ipſum ità eſſe, è ſcriptura licet perſpi-
Gen. 12. cere. Deus enim ità loquitur Abrahæ: Benedicen-
tibus tibi benedicam, & maledicentibus tibi ma-
ledicam.

7. CYPRIANVS in ſermone de lapſis: Cùm
Eſaiæ 3. ſcriptum ſit: Qui vos felices dicunt, in errorem
vos mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum tur-
bant. Qui peccantem blandimentis adulantibus
Adulatione nutriuntur delicta. palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat: nec com-
primit delicta ille, ſed nutrit. At qui conſilijs for-
tioribus redarguit ſimul atque inſtruit fratrem,
Apoc. 3. promouet ad ſalutem. Quos diligo, inquit Domi-
nus, redarguo & caſtigo. Sic oportet & Dei Sacer-
dotem non obſequijs decipientibus fallere, ſed
Simile de cõtrectatione vulnerum. remedijs ſalutaribus prouidere. Imperitus eſt
medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu
parcente contrectat, & in altis receſſibus viſcerum
virus incluſum, dum ſeruat, exaggerat. Aperien-
dum vulnus eſt & ſecandum, & putraminibus
amputatis, medela fortiore curandum. Vocife-
retur & clamet licet, & conqueratur æger impati-
ens per dolorem: gratias aget poſtmodùm, cùm
ſenſerit ſanitatem.

8. BASILIVS homilia in pſalmum ſexageſi-
Pſal. 61. mumprimum: Ore ſuo benedicebant, & corde
ſuo maledicebant. Multi nanque ſunt qui pro bo-
nis prauas comprobant actiones, & vitia virtuti-
Vitia nõnulla quæ virtutum nomine commẽdantur. bus vicinis honeſtare contendunt. Nam ſcurrilia
loquentem, vrbanum ac lepidum: turpiloquum
verò, politicum: amarulentum & iracundum,
neutiquàm contemnendum prædicant: parcum
verò ac minimè liberalem, vt ſobrium diſpenſa-
torem commendant: prodigum quoquè, vt libe-
ralem: libidinoſum & laſciuum, vt voluptuari-
um & animi ſolutioris virum. Vtq; ſemel omnia,
vitium omne palliant adumbrata nomencla-
tura è vicino ſubiectæ virtutis. Tales ſanè ore
quidem benedicunt, corde autem maledicunt ac
Approbantes vitia ſeſe damnationis obnoxios reddunt. deuouent. In verborum nanque benedictione
omnem execrationem vitæ ſuæ inducunt, ac re-
os æternæ damnationi, ob ea quæ approbant, ſe-
ſe conſtituunt.

9. AVGVSTINVS in pſalmum centeſimum
trigeſimumquartum enarratione prima: Cogi-
tate & videre, quoniam quicquid aliud laudatis,
Inſaniũt, qui laudant quod malum eſt. ideò laudatis, quia bonum eſt. Inſanit, qui laudat
quod non eſt bonum. Si laudes iniquum eo ipſo
quòd iniquus eſt, nónne & tu iniquus eris? Si lau-
des furem eo ipſo quòd fur eſt, nónne & tu parti-
ceps eris? Si laudes iuſtum in eo ipſo quòd iuſtus
eſt, nónne & tu habes in te partem laudando? Non
enim laudares iuſtum, niſi amares: non amares,
ſi nihil indè haberes.

10. EZECHIELIS decimotertio: Et factus eſt
ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, va-
ticinare ad prophetas Iſraël, qui prophetant: &
dices prophetantibus de corde ſuo, Audite ver-
bum Domini. Hæc dicit Dominus Deus: Væ pro-
phetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſu-
um, & nihil vident. Quaſi vulpes in deſertis, pro-
phetæ tui Iſrael erant. Non aſcendiſtis ex aduer-
ſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael:
vt ſtaretis in prælio in die Domini. Vident va-
na, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Domi-
nus: cùm Dominus non miſerit eos: & perſeue-
rauerunt confirmare ſermonem. Nunquid non
viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem men-
dacem locuti eſtis? & dicitis, ait Dominus: cùm
ego non ſim locutus. Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus: Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis men-
dacium, ideò eccè ego ad vos, dicit Dominus De-
us: Et erit manus mea ſuper Prophetas qui vidẽt
vana, & diuinant mendacium: in concilio popu-
li mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non
ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: &
ſcietis quia ego Dominus Deus: eò quòd decepe-
rint populũ meum, dicentes: Pax: & non eſt pax:
& ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant
eum luto abſque paleis. Dic ad eos qui liniũt abſ-
que temperatura, quòd caſurus ſit: erit enim im-
ber inundans, & dabo lapides prægrandes deſu-
per irruentes, & ventum procellæ diſſipantem.
Siquidem eccè cecidit paries: nunquid non dice-
tur vobis, Vbi eſt litura quam liniſtis? Propterea
hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam
ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea: &
imber inundans in furore meo erit, & lapides
grandes in ira in conſumptionem. Et deſtruam
parietem quem liniſtis abſque temperamento: &
adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamen-
tum eius: & cadet, & conſumetur in medio eius:
& ſcietis quia ego ſum Dominus. Et complebo
indignationem meam in pariete, & in his qui li-
niunt eum abſque temperamento, dicámque vo-
bis: Non eſt paries, & non ſunt qui liniunt eum.
Prophetæ Iſrael qui prophetant ad Hieruſalem,
& vident ei viſionem pacis: & non eſt pax, ait
Dominus Deus. Et tu fili hominis, pone faciem
tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de
corde ſuo: & vaticinare ſuper eas, & dic: Hæc di-
cit Dominus Deus, Væ qui conſuunt puluillos ſub
omni cubito manus: & faciunt ceruicalia ſub ca-
pite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas: & cùm
caperent animas populi mei, viuificabant animas
eorum. Et violabant me ad populum meum, pro-
pter pugillum hordei & fragmen panis, vt inter-
ficerent animas quæ non moriuntur, & viuifica-
rent animas quæ non viuunt, mentientes populo
meo credenti mendacijs. Propter hoc hæc dicit
Dominus Deus: Eccè ego ad puluillos veſtros,
quibus vos capitis animas volantes: & dirum-
pam eos de brachijs veſtris, & dimittam animas
quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirum-
pam ceruicalia veſtra, & liberabo populum me-
um de manu veſtra, neque erunt vltrà in mani-
bus veſtris ad prædandum: & ſcietis quia ego
Dominus. Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti
mendaciter, quem ego non contriſtaui, & confor-
taſtis manus impij, vt non reuerteretur à via ſua
mala, & viueret: propterea vana non videbitis, &
diuinationes non diuinabitis ampliùs, & eruam
populum meum de manu veſtra, & ſcietis quia
ego Dominus.

11. HIEREMIAE decimoquarto: Prophetæ
dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non
erit in vobis, ſed pacem veram dabit vobis in lo-
co iſto. Et dixit Dominus ad me: Falsò prophetæ
vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, &
non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos. Viſio-
nem mendacem, & diuinationem fraudulentam,
& ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Id-
circò hæc dicit Dominus de prophetis qui pro-
phetant in nomine meo, quos ego nõ miſi, dicen-
tes: Gladius & fames non erit in terra hac: In gla-
dio & fame conſumentur prophetæ illi. Et popu-
li quibus prophetant, erunt proiecti in vijs Hie-
ruſalem præ fame & gladio, & non erit qui ſepeli-
at eos:

Digitized by Google

at eos: ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam ſuper eos malum ſuum.

12. ET capite vigeſimotertio: Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meũ Iſrael. Et in prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinẽ adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. Hæc dicit Dominus exercituum, Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem cordis loquuntur non de ore Domini. Dicunt his qui blaſphemant me, Locutus eſt Dominus, Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit & audiuit ſermonem eius? Quis conſiderauit verbum illius, & audiuit? Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens, ſuper caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Domini, vſque dum faciat, & vſque dum compleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius. Non mittebam prophetas, & ipſi currebãt: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo: auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis. Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? Nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Somniaui, ſomniaui. Vſquequò iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui? Qui volunt facere, vt obliuiſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum quæ narrat vnuſquiſque ad proximũ ſuum: ſicut obliti ſunt patres nominis mei propter Baal. Propheta qui habet ſomniũ, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè. Quid paleis ad triticum, dicit Domiuus? Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus: & quaſi malleus conterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui aſſumũt linguas ſuas, & aiunt, Dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas ſomniãtes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis, cùm ego nõ miſiſſem eos, nec mandâſſem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicens, Quod eſt onus Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? Proijciam quippe vos, dicit Dominus. Et propheta & ſacerdos, & populus qui dicit, Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. Hæc dicetis vnuſquiſq; ad proximum & ad fratrem ſuum, Quid reſpondit Dominus? Et quid locutus eſt Dominus? Et onus Domini vltrà non memorabitur: quia onus erit vnicuique ſermo ſuus, & peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei noſtri. Hęc dices ad prophetam, Quid reſpondit tibi Dominus? & quid locutus eſt Dominus? Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hęc dicit Dominus, Quia dixiſtis ſermonem iſtum, Onus Domini: & miſi ad vos dicens, Nolite dicere Onus Domini: propterea ecce tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus veſtris, à facie mea. Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquàm obliuione delebitur.

13. ET vigeſimoſeptimo: Vos ergò nolite audire prophetas veſtros, & diuinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis: Non ſeruietis regi Babylonis. Quia mendacium prophetant vobis: vt longè vos faciant de terra veſtra, & eijciant vos, & pereatis &c. Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non ſeruietis regi Babylonis: quia mendaciũ ipſi loquuntur vobis. Quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis tam vos quàm prophetæ qui vaticinantur vobis.

14. ITEM capite vigeſimooctauo: Et dixit Hieremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania, non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio. Idcircò hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: Hoc anno morieris, aduersùm enim Dominum locutus es. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

15. ET vigeſimonono: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non vos ſeducant prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrûm, & diuini veſtri: & nè attendatis ad ſomnia veſtra quæ vos ſomniatis. Quia falsò ipſi prophetant vobis in nomine meo: & non miſi eos, dicit Dominus. Quia hæc dicit Dominus, Cùm cœperint &c.

16. THRENORVM ſecundo: Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebãt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & eiectiones. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem.

17. MICHAEAE tertio: Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populum meũ: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem: & ſi quis non dederit in ore quippiam, ſanctificant ſuper illum prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones. Et paulò pòſt: Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio noſtrûm? non venient ſuper nos mala. Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

18. TERTII Regum vigeſimoſecundo: Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat: Veniéſne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitq; Ioſaphat ad regem Iſrael: Sicut ego ſum, ità & tu: populus meus & populus tuus vnum ſunt: & equites mei, equites tui. Dixitq; Ioſaphat ad regem Iſrael: Quære, oro te, hodiè ſermonem Domini. Congregauit ergò rex Iſrael prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcere? Qui reſponderunt, Aſcende, & dabit eam Dominus in manu regis. Dixit autem Ioſaphat, Non eſt hîc propheta Domini quiſpiã, vt interrogemus per eum? Et ait rex ad Ioſaphat: Remanſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Iemla. Cui Ioſaphat ait, Nè loquaris ità rex. Vocauit ergò rex Iſrael Eunuchum quendam, & dixit ei: Feſtina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo veſtiti cultu regio, in area iuxta oſtium portæ Samariæ, & vniuerſi prophetæ prophetabant in conſpectu eorum. Fecit quoque ſibi Sedecias

filius

Digitized by Google

filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donèc deleas eam. Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabant, dicentes: Aſcende in Ramoth Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus regis. Nuncius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus eſt ad eum, dicens: Eccè ſermones Prophetarum ore vno regi bona prædicant: ſit ergò ſermo tuus ſimilis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an ceſſare? Cui ille reſpondit: Aſcende, & vade proſperè, & tradet Dominus in manus regis. Dixit autē rex ad eum: Iterùm atque iterùm adiuro te, vt non loquaris mihi, niſi quod verum eſt, in nomine Domini. Et ille ait, Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus quaſi oues non habentes paſtorem: & ait Dominus: Non habent iſti Dominum: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. (Dixit ergò rex Iſrael ad Ioſaphat: Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum?) Ille verò addens, ait: Proptereà audi ſermonem Domini: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris: & ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Dominus, In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & præualebis: egredere, & fac ità. Nunc igitur eccè dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hîc ſunt, & Dominus locutus eſt contra te malum. Acceſſit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſſit Michæam in maxillam, & dixit: Me ne ergò dimiſit ſpiritus Domini, & locutus eſt tibi? Et ait Michæas: Viſurus es in die illa, quando ingredieris in cubiculum, intra cubiculum vt abſcondaris. Et ait rex Iſrael: Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amalech, & dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ, donèc reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi omnes. Aſcendit itaque rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, in Ramoth Galaad. Dixit itaque rex Iſrael ad Ioſaphat: Sume arma &c. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum. At ille dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum. Commiſſum eſt ergò prælium in die illa, & rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere: fluebat autém ſanguis plagæ in ſinum currus, & præco inſonuit in vniuerſo exercitu antequàm ſol occumberet, dicens: Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem & in terram ſuam. Mortuus eſt autem rex, & perlatus eſt in Samariam: ſepeliêruntque regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat.

19. ESAIAE tertio: Popule meus, qui te beatum dicunt, &c. vt in textu.

20. ET capite nono: Longæuus & honorabilis, ipſe eſt caput: & propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. Et erunt, qui beatificant populum iſtum, ſeducentes: & qui beatificantur, præcipitati. Propter hoc &c.

21. ITEM trigeſimo: Populus ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt Videntibus, Nolite videre: & adſpicientibus, Nolite adſpicere nobis ea quæ recta ſunt: Loquimini nobis placentia, Videte nobis errores, Auferte à me viam, Declinate à me ſemitam, Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Proptereà hæc dicit ſanctus Iſrael: Pro eo quòd reprobâſtis verbum hoc, & ſperâſtis in calumnia, & in tumultu, & innixi eſtis ſuper eo: proptereà erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubitò, dum non ſperatur, veniet contritio eius. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parùm aquæ de fouea.

22. AD Romanos decimoſexto: Rogo autem vos, fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

23. POSTERIORIS epiſtolæ D. Petri ſecundo capite: Fuerunt verò & pſeudoprophetę in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eũ qui emit eos, Dominum negant: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur: quibus iudicium iam olìm non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Et paulò pòſt: Hi verò vt irrationabilia pecora &c. pellicientes animas inſtabiles &c. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulę turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

24. HIERONYMVS libro primo aduersùs Pelagianos, capite nono: Si ſeruus Dei nihil amarum de ſuo debet ore proferre, ſed ſemper quod dulce & ſuaue eſt: aut ſacerdos & doctor ſerui Dei non erunt, qui fiducialiter debent corripere peccantes, & nulli adulari, ſed audacter omnes increpare: aut, ſi ſacerdos & doctor, non ſolùm ſerui Dei, ſed inter ſeruos eius principalem tenent locum, fruſtrà ſeruis Dei blanditias & dulcedines reſeruâſti: Cùm hoc propriè hæreticorum ſit, & eorum qui decipere cupiunt audientes, dicente Apoſtolo: Huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocẽtium. Semper inſidioſa, callida, blãda eſt adulatio. Pulchrèque adulator apud philoſophos definitur blãdus inimicus. Veritas amara eſt, rugoſæ frontis ac triſtis, offenditque correctos. Vndè & Apoſtolus loquitur: Inimicus vobis factus ſum, veritatem dicens vobis? Et Comicus: Obſequium amicos, veritas odiũ parit. Quapropter & paſcha cum amaritudinibus comedimus: & vas electionis docet paſcha celebrandum in veritate, & ſinceritate. Veritas in nobis ſit & ſinceritas, & amaritudo ilicò conſequetur.

Hęreticorum propriũ, per blãditias decipere.
Rom. 16.
Adulator blandus inimicus.
Galat. 4.
Terent. in And.
Exod. 12.
1. Cor. 5.

25. ET libro ſecundo aduersùs Iouinianum, capite decimonono: Nunc reſtat, vt Epicurum noſtrum, ſubantem in hortulis ſuis inter adoleſcentulos & mulierculas, alloquamur. Fauẽt tibi craſſi, nitidi, dealbati. Adde, ſi vis, iuxta Socraticam irriſionem omnes ſues & canes, & quia carnem amas, vultures quoque, aquilæ, accipitres, & bubones. Nunquàm nos Ariſtippi multitudo terrebit. Quoſcunque formoſos, quoſcunque calamiſtratos, quos crine compoſito, quos rubentibus buccis vide-

Iouinianus hæreticus abſtinentiæ & caſtitatis hoſtis quales diſcipulos habeat.

Digitized by Google

videro, de tuo armento ſunt, immò inter tuos ſues grunniũt. De noſtro grege triſtes, pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſeculi, licèt ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu. Hei mihi, quia peregrinatio mea prolõgata eſt: habitaui cũ habitantibus Cedar, videlicet in tenebris huius mũdi: quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eã non compræhenderunt. Nè glorieris, quòd multos diſcipulos habeas. Filius Dei docuit in Iudæa, & duodecim tantùm illum Apoſtoli ſequebantur. Torcular, inquit, calcaui ſolus, & de gentibus vir non eſt mecum. Ille in paſſione ſolus remanſit, & Petri quoquè erga eum trepidauit conſtantia: phariſæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat, dicens: Crucifige, crucifige talem. Non habemus regem, niſi Cæſarem: id eſt, vitia ſequimur, non virtutes: Epicurum, non Chriſtum: Iouinianum, non Apoſtolum Paulum. Quòd multi acquieſcant ſententiæ tuæ, indicium voluptatis eſt: non enim tam te loquentem probant, quàm ſuis fauent vitijs. In circulis platearum quotidiè fictus hariolus ſtultorum nares verberat, & obtorto fuſte dentes mordentium quatit: nec tamen deeſt, qui ſemper poſſit induci: & pro magna ſapientia deputas, ſi plures porci poſt te currant, quos gehennæ ſuccidiæ nutrias? Poſt præconium tuum & balneas, quæ viros pariter & fœminas lauant, omnis impatientia, quæ ardentem priùs libidinem quaſi verecundiæ veſtibus tegebat, nudata eſt & expoſita: quę antè in occulto erãt, nunc in propatulo ſunt. Oſtendiſti tales diſcipulos, non feciſti. Hoc profecit doctrina tua, vt peccatum ne pœnitentiam quidem habeat. Virgines tuæ, quas prudentiſſimo conſilio, quod nemo vnquàm legerat nec audierat, de Apoſtolo docuiſti, Melius eſt nubere, quàm vri. Occultos adulteros in apertos verterunt maritos. non ſuaſit hoc Apoſtolus, non electionis vas. Virgilianum conſilium eſt: Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Quadringenti fermè anni ſunt, quòd Chriſti prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam illius conſciderunt. Vniuerſus penè error de Chaldæo & Syro, & Græco ſermone proceſſerat. Baſilides, magiſter luxuriæ, & turpiſſimorum complexuum, poſt tot annos ità in Iouinianum, quaſi in Euphorbum transformatus eſt, vt Latina quoquè lingua haberet hæreſim ſuam. Nulla ne fuit alia in toto orbe prouincia, quæ reciperet pręconium voluptatis, in quam coluber tortuoſus irreperet, niſi quam Petri doctrina ſuper petram fundauerat Chriſtum, vexillum crucis & pręedicationis auſteritas, idolorum templa deſtruxerat? E regionè luxuria ventris & gutturis ſubuertere nititur fortitudinem crucis. Vndè per Eſaiam loquitur Deus: Populus meus, qui vos beatificant, ſeducũt vos, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant. Necnon per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis, & ſeruate vnuſquiſque animam ſuam, & nolite credere pſeudoprophetis, qui dicunt, pax, pax, & non eſt pax: qui ſemper ingeminant, templum Domini, templum Domini. Prophetæ tui viderunt tibi falſa & inſipientia. non aperuerunt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: qui deuorant plebem Dei, vt cibum panis, Deum non inuocauerunt. Hieremias, captiuitatem nuncians, lapidatur à populo. Ananias, filius Azur, frangebat ad præſens ligneas torques, & in futurũ ferreas præparabat. Semper Pſeudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara eſt veritas, & qui eam prædicant, replentur amaritudine: in azymis enim veritatis & ſynceritatis, Domini paſcha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur. Egregia ſanè vox, & quam audiat ſponſa Chriſti, inter virgines, & viduas, & cælibes, vndè & ipſum nomen inditum eſt, quòd cælo digni ſint, quia coitu careant. Rarò ieiunate, crebriùs nubite: non enim

Pſal. 119. Ioan. 1. Eſaiæ 63. Lucæ 23. Ioan. 19.

Cur Iouinianus hæreticus multos ſectatores habeat.

Nota. 1. Cor. 7. 4. Aeneid.

Præco voluptatis Iouinianus.

Eſaiæ 3. Hier. 50. 48. Hier. 7. Thren. 2. Pſal. 13. Hier. 28.

Pſeudoprophetæ ſemper dulcia pollicentur.

Amara veritas.

1. Cor. 5. Exod. 12.

Cælibes quaſi cælo digni.

poteſtis implere opera nuptiarum, niſi mulſum & carnes & nucleum ſumpſeritis. Nolite timere fornicationem. Qui ſemel in Chriſto baptizatus eſt, cadere non poteſt: habet enim ad deſpumandas libidines ſolatia nuptiarum. Quòd & ſi cecideritis, redintegrabit vos pœnitentia: & qui in baptiſmate fuiſtis hypocritæ, eritis in pœnitentia ſolidæ fidei. Neque turbemini, putantes inter iuſtum & pœnitẽtem aliquid intereſſe, & humiliorem gradum dare quidem veniam, ſed coronam tollere: vna eſt enim retributio: qui ad dexteram ſteterit, introibit in regna cælorum. His conſilijs ſubulci tui Paſtoribus noſtris ditiores ſunt, & hirci plurimas ſecum capras trahunt. Equi inſanientes in fœminas facti ſunt, ſtatim vt mulieres viderint, adhinniunt, & impatientiam ſuam, prô nefas, ſcripturarum ſolantur exemplis. Sed & ipſæ mulierculæ miſeræ, & non miſerabiles, præceptoris ſui verba cantantes, Quid enim niſi ſemen requirit Deus? non ſolùm pudicitiam, ſed etiam verecundiam perdiderunt: maiorique procacitate defendunt libidinem, quàm exercent. Habes prætereà in exercitu tuo plures ſuccenturiatos: habes ſcurras & velites in præſidijs, craſſos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibúſque defendant. Tibi cedunt de via nobiles: tibi oſculantur diuites caput. Niſi enim tu veniſſes, ebrij atque ructantes paradiſum intrare non poterant. macte virtute, immò vitijs, habes in caſtris tuis, & Amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu, venientes cõtra ſe viros, ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia opulentus paterfamiliâs es, in auiarijs tuis non turtures, ſed vpupæ nutriuntur, quæ tota fœtidæ voluptatis luſtra circunuolent. Me carpe, me diſijce: obijce crimina, quæ volueris: argue luxuriæ & deliciarum: magìs me amabis, ſi talis fuero: ero enim de armento tuo. Sed & ad te loquar, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiam, Chriſti confeſſione deleſti: Vrbs potens, Vrbs orbis domina, Vrbs Apoſtoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma, aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis, iuxta Hebræos. ſerua quod diceris. virtus te excelſam faciat, non voluptas humilem. Maledictionem, quam tibi ſaluator in Apocalypſi comminatus eſt, potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani nomen, quod de idolo deriuatũ eſt. Squalet Capitolium: templa Iouis & cærimoniæ conciderunt, cur vocabulum eius & vitia apud te vigeant? adhuc ſub regibus & ſub Numa Pompilio faciliùs Maiores tui Pythagoræ continentiam, quàm ſub Conſulibus Epicuri luxuriam ſuſceperunt.

Iouiniani doctrina.

Hierem. 5.

Grex Iouinianiſtarum.

Vrbis Romæ cõmendatio. Roma. 1.

Apo. 17. & 18.

Iouiniani nomẽ ab idolo deriuatum.

26. PSALMO nono: Quoniam laudatur peccator &c. vt in textu.

27. ET Pſalmo quinquageſimoquarto: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.

28. PROVERBIORVM primo: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, nè acquieſcas. Si dixerint, Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtrà: deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendẽtem in lacum. Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus: implebimus domos noſtras ſpolijs. Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omnium noſtrũm.

29. ET capite decimoſexto: Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam nõ bonam. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua perficit malum.

30. ET capite decimoſeptimo: Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum.

31. ITEM capite vigeſimonono: Homo qui blandis fictiſq; ſermonibus loquitur amico ſuo, rete

Digitized by Google

rete expandit greſſibus eius. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iuſtus laudabit atque gaudebit.

32. ECCLESIASTIS ſeptimo: Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi.

33. HIEREMIAE nono: Et extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis: confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulẽter incedet. Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt ſcire me, dicit Dominus. Proptereà hęc dicit Dominus exercituum: Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta. in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his nõ viſitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?

VIII.

Quando Reticentiæ noſtræ culpa peccatum alienum in nos redundat?

QVVM intempeſtiuum noſtrum ſilentium ſiue ſubdito, ſiue cuiuis alteri adfert detrimentum. Exempli cauſa, ſi docendi, monendi, corripiendique fratris aut populi nobis munus incumbit, & in eo interim, dum prodeſſe poſſumus, ſine iuſta cauſa ceſſamus. Vndè per Eſaiam teſtatur Dominus omni euangelizanti: [a] *Clama, nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Audi porrò periculum in his, qui non abs re canes [b] muti, latrare non valentes, dicuntur: [c] *Si dicente me ad impium, dicit Dominus, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Adeò neceſſarium eſt obſeruatu, quod Paulus non ſine graui obteſtatione poſtulat, [d] *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Tum idem alibì: [e] *Peccantes, inquit, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*

Bernard. de natiuita. Ioan. Bapt. Gregor. 2. parte curæ paſtoral. cap. 4. Aug. epiſt. 109. & hom. 7. ex 50. Proſp. lib. 1. de vita contemp. cap. 20. Iſidor. de ſummo bono lib. 3. cap. 44. 45. & 46.

a Eſa. 58. a Hier. 23. e 26. a 50. a Ionæ 1. a 1. Cor. 9. c

b Eſaiæ 56. b

c Ezech. 3. d e f & 33. a b & ibidèm Hieronymus. Itẽ Greg. hom. 11. in Ezechiel. Act. 20. e Eſa. 6. b Heſt. 4. d

d 2. Tim. 4. a Tit. 1. c d 2. d. Chryſo. hom. 6. in epiſt. ad Philip.

e 1. Tim. 5. c Leuit. 19. c Auguſt. ſer 15. c. 7. de verb. Domini. & ſer. 16. c. 4. 7. & 8.

TESTIMONIA.

1. BERNARDVS in ſermone de Natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ: Nemo (fratres) vitia palpet: peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Nemo, quòd in ſe eſt, æquanimiter ferat, cùm viderit ordinẽ deperire, minui diſciplinam. Eſt enim conſentire ſilere, cùm arguere poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat & conſentientes.

Geneſ. 4. — Silere, cùm poſſis arguere, conſentire eſt. — Rom. 1.

2. GREGORIVS in ſecunda parte curæ paſtoralis, capite quarto: Sit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo: nè aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem pertrahit: ità indiſcretum ſilentium hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpè nanque rectores improuidi humanã amittere gratiam formidantes, loqui liberè recta pertimeſcunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquàm iam gregis cuſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc nanque eos per Prophetam Dominus increpat, dicens: Canes muti non valentes latrare. Hinc rurſùm queritur, dicens: Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis voce libera huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtori enim recta timuiſſe dicere, quid aliud eſt quàm tacendo terga præbuiſſe? qui nimirùm ſi pro grege ſe objicit, murum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſùm delinquenti populo dicitur: Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperuerunt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in ſacro eloquio nonnunquàm Doctores vocantur, qui dum fugitiua eſſe præſentia indicant, quæ ſunt ventura, manifeſtant. Quos diuinus ſermo falſa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt, incaſsùm delinquentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquàm aperiunt, quia ab increpationis voce conticeſcũt. Clauis quippe apertionis, ſermo correptionis eſt: quia increpatio culpam detegit, quam ſæpè neſcit ipſe etiam qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Hinc per Eſaiam Dominus admonet, dicens: Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad Sacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergò ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt Præco mutus? Hinc eſt enim quòd ſuper paſtores primos in linguarum ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit: quia nimirùm quos repleuerit, de ſe protinùs loquentes facit. Hinc Moyſi præcipitur, vt tabernaculum Sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur: vt videlicet voces prædicationis habeat, nè ſuperni ſpectatoris iudicium ex ſilentio offendat. Scriptum quippe eſt: Audiatur ſonitus, quando ingreditur vel egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini: & non moriatur. Sacerdos nanque ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur: quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit.

Eadem habet lib. 1. epiſt. 24 ad Ioan. Conſtantinop. & reliq. — Diſcretio in ſilentio. — Contra ſilentium Paſtorũ. — Ioan. 10. — Eſaiæ 56. — Ezech. 13. — Thren. 2. — 1. Tim. 1. — Malach. 2. — Eſaiæ 58. — Sacerdotes præconis officium ſuſcipiunt. — Actor. 2. — Exod. 28. — Ibidèm.

3. AVGVSTINVS in epiſtola cẽteſima nona ad Monachas: Si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam

lantiam in aliqua veſtrûm aduerteritis, ſtatìm admonete, nè cœpta progrediantur, ſed ex proximo corrigantur.

Matth. 18.

Si autem & poſt admonitionem iterùm, vel alio quocunque die idipſum eam facere videritis, iam velut vulneratam ſanandam prodat, quæcunque inuenire potuit hoc; priùs tamen & alteri vel tertiæ demõſtratam, vt duarum vel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate coërceri.

Beneuolẽtiæ & charitatis officiũ eſt pec cantes apud Superiorem deferre.

Nec vos iudicetis eſſe maleuolas, quando hoc indicatis. Magìs quippe innocentes non eſtis, ſi ſorores veſtras, quas indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim ſoror tua vulnus haberet in corpore quod vellet occultari, dũ timeret ſecari, nónne crudeliter abs te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quanto ergò potiùs eam debes manifeſtare, nè perniciosiùs putreſcat in corde? Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, vindicãdisq́ peccatis diligẽter obſeruetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum.

Periculũ paſtorum & Eccleſiæ miniſtrorum.

4. IDEM in libro quinquaginta homiliarum, homilia ſeptima: Si diligenter attenditis, chariſſimi, omnes Sacerdotes Domini, non ſolùm Epiſcopos, ſed etiam presbyteros & miniſtros Eccleſiarum, in grandi periculo eſſe cognoſcitis. Ipſis enim conteſtatur ſpiritus ſanctus, dicens: Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

Eſaiæ 58. Ezech. 3.

Et iterùm, Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. De ipſis etiam Apoſtolus dicit: Obaudite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant tanquàm rationem reddituri de animabus veſtris.

Hebr. 13.

Si pro ſe, fratres chariſſimi, vnuſquiſque vix poterit in die iudicij rationem reddere, quid de Sacerdotibus futurum eſt, à quibus ſunt omnium animæ requirendæ? Et ideò conſiderãtes periculum noſtrum, orate pro nobis, vt commiſſis nobis gregibus ità ſpiritalia paſcua ſtudeamus iugiter prouidere, vt pro eis rationem bonam reddere mereamur. Conſiderate ergò, fratres chariſſimi, quid ſit quod volo veſtræ dilectioni ſuggerere: ſi tamen orantibus vobis merear, vt adiuuet me qui terret me. Inter cætera præcepta ſua beatus Apoſtolus hoc etiam ait, Epiſcopum potentem eſſe debere in doctrina ſana, contradicentes redarguere. Magnum * opus, ſed grauis ſarcina.

Tit. 1.
* aliàs, Magnus honor

Sperabo tamen in Deum, quoniam adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, liberabit nos de laqueo venantium, & à verbo aſpero Nulla enim cauſa eſt, quæ magìs faciat diſpenſatorem Dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quàm timor verbi aſperi.

Pſal. 90.
Reticentiæ cauſa, timor humanus eſſe ſolet.

Dum enim timemus detractiones, irriſiones & opprobria hominum ſuperborum, dúmque ab eis in terrena ſubſtantia metuimus prægrauari, timentes perdere temporalia, minùs quàm oportet prædicamus æterna. Et ideò dum per illorum nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum illorum vulnera medicamentis ſpiritalibus curare negligimus. Vndè timendum eſt, nè & pro nobis & pro illis, quibus pro amore terrenarum rerum non loquimur dura, rationem in die iudicij reddere compellamur.

5. PROSPER libro primo de vita contemplatiua, capite vigeſimo: Quod verò dicit Apoſtolus, vt nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, ſi cui vel exhortandi bonos, vel caſtigandi malos cura commiſſa eſt, benè viuendo ſe imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo non corrigat?

1. Pet. 5.

Ad hoc enim, niſì me fallat opinio, ſanctè viuendum eſt ſacerdoti, nè dicta ſua repugnantibus factis euacuet: ſi quod prędicat fieri debere, non faciat: aut ſi quod non facit, prædicare præſumpſerit. Si autem aliter egerit, nihil apud eos qui eius vitam nouęre, proficit: quia ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, vt non ſolùm benè viuendo, alios exemplo ſuæ connerſationis inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicando, ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat: quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes, oſtendat: nullius ſalutẽ deſperando contemnat: animas emendari nolentium plangat, imitatus Apoſtolum, qui ait: Vt lugeam multos ex his qui antè peccauerunt, & non egérunt pœnitentiam.

Cur Eccleſiæ præpoſiti cõſtituti ſunt.
2. Cor. 12.

Et iterùm: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror?

1. Cor. 11.

Quapropter ſciens, quòd ſi quibuslibet diuitibus ac potentibus parcat, malè viuentibus autem faueat, eos perdat ſimul & pereat: & ſanctè viuere debet propter exemplum, & docere propter ſuæ adminiſtrationis officium: certus, quòd ei nihil ſua iuſtitia ſuffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur: quando quicunque alius periërit, quem nulla docendi neceſſitas manet, ſolus pœnas ſceleris ſui dabit: Ille autem cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cũ omnibus, qui eo tacente periẽrunt, perit.

Non ſatis eſt rectè viuere, ſed malè viuentes etiam arguendi.

Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato? Mentior, ſi nõ hoc Dominus per Ezechielem prophetam ſub cuiuſdam terroris denunciatione loquitur, dicens ad eum: Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.

Ezech. 3. & 33

Nec hoc tranſeunter debemus àudire, quòd Sacerdotem ſpeculatorem appellat: vt ſicut ſpeculatoris eſt de loco editiori proſpicere, & plus omnibus contemplari: ità Sacerdos debet propoſita ſublimitate celſior cunctis, & maioris ſcientiæ habere gratiam, qua poſſit ſub ſe viuentes inſtruere.

Sacerdos eſt ſpeculator.

Videamus iam quid diuinus ſermo contineat. Audiens, inquit, ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me: vt hoc dicat Sacerdos, quod ex diuina lectione didicerit: quod illi Deus inſpirauerit, non quod præſumptione humani ſenſus inuenerit. Annunciabis eis, inquit, ex me. Ex me, non ex te, mea verba loquéris. Non eſt quo in eis tanquàm de tuis inflеris, Ex me, inquit, eis annuncia. Sed iam quid annunciet, audiamus. Si me dicente ad impium, Impie morte moriéris: ſi non fueris locutus, vt cuſtodiat ſe impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem verò eius de manu tua requiram.

Ibidèm.

Quid potuit expreſſiùs, quid apertiùs poteſt dici? Si impio, inquit, non locutus fueris, vt ab impietate ſua ſe cuſtodiat, & ille periẽrit, ſanguinem eius de manu tua requiram. Hoc eſt dicere: Si ei peccata ſua non annunciaueris, ſi eum non argueris, vt ab impietate ſua conuertatur, & viuat: & te qui non increpâſti, & ipſum qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdam.

Flãmis tradetur vnà cum peccante, qui peccantẽ non increpat.

Quis, rogo, tam ſaxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem ſententia iſta non terreat? quis tam alienus à fide, qui ſententiæ iſti non credat?

6. ISIDORVS libro tertio de ſummo bono, capite quadrageſimoquarto: Non omnia tempora congruunt doctrinæ, ſecundùm Salomonis ſententiam, dicentis: Tempus tacendi, & tempus loquendi.

Eccles. 3.
Diſcretio in docendo adhibenda.

Non quidem per timorem, ſed per diſcretionem propter malorum incorrigibilem iniquitatem, nonnunquàm electos oportet à doctrina ceſſare. Interdùm Doctores Eccleſiæ calore charitatis ardentes conticeſcunt à docendo, quia non eſt qui audiat, teſtante Própheta, qui ait: Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat.

Hier. 13.

Qui docendi accepit officium, interdùm ad tempus facta proximi taceat, quæ ſtatìm corrigere nequaquàm exiſtimat. Nam ſi corrigere poteſt, & diſſimulat, verum eſt quòd conſenſum alieni erroris habeat.

Qui diſſimulãt corrigere cùm poſſunt, alieno peccato maculãtur.

7. ET capite quadrageſimoquinto: Quibus docendi forma commiſſa eſt, multum ſubeunt periculi, ſi contradicentibus veritati reſiſtere voluerint:

Digitized by Google

rint: dum Propheta Doctorem Eccleſiæ inſtruat, ad ſummum vſque iuſtitiæ peruenire, cùm dicit: Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion, ſcilicet vt ità præemineat merito, ſicut & gradu. Sequenter nè fortè debeat à docendo timore reſtringi, audiat: Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere. Vndè & Hieremiæ ità Dominus ait: Accinge lumbos tuos, & ſurge: loquere ad eos, nè formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Vndè appáret, quia & non timere, donum Dei eſt. Qui perſonam potentis accipit, & veritatem loqui pertimeſcit, grauis culpæ mulctatur ſententia. Multi enim Sacerdotes metu poteſtatis veritatem occultant. Et habentur rei, qui à bono opere vel à iuſtitiæ prædicatione rei alicuius formidine aut poteſtate terrente auertuntur. Sed heu proh dolor indè metuunt, quia vel amore rerum ſecularium implicantur, vel quia aliquo facinoris onere confunduntur. Multi præſules Eccleſiarum timentes nè amicitiam ſecularium perdant, & moleſtiam odiorum incurrant, peccantes non arguunt, & corripere pauperum oppreſſores verentur, non pertimeſcentes quòd de veritate ſint reddituri rationem, pro eo quòd conticeſcunt de plebibus ſibi commiſſis. Quando à potentibus pauperes opprimuntur, ad eripiendos eos boni ſacerdotes protectionis auxilium ferunt: nec verentur cuiuſquam inimicitiarum moleſtias, ſed oppreſſores pauperum palàm arguunt, increpant, excommunicant, minuſq; metuunt eorum nocendi inſidias, etiam ſi nocere valeant. Paſtor enim bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Sicut peruigil paſtor contra beſtias oues cuſtodire ſolet, ità & Dei Sacerdos ſuper gregem Chriſti ſolicitus eſſe debet, nè inimicus vaſtet, nè perſecutor infeſtet, nè potentioris cuiuſquam cupiditas vitam pauperum inquietet. Praui autem paſtores non habent curam de ouibus: ſed ſicut legitur in Euangelio de mercenarijs, vident lupum venientem, & fugiunt. Tunc enim fugiunt, quando potentibus tacent, & malis reſiſtere metuunt.

Metus impedire corripiẽtẽ non debet. Eſaiæ 40. Ibidèm. Hierem. 1. Vndè timor ille proficiſcatur. Bonorũ præſulũ & Sacerdotũ libertas. Ioan. 10. Ibidèm.

8. ET capite quadrageſimoſexto: Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, teſtante Domino ad Prophetam: Speculatorem dedi te domui Iſrael. Si non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ille in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Sic enim Heli Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus eſt: & licèt eos delinquentes admonuerit, ſed tamen non vt oportebat, redarguit. Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & ſagaci ſolicitudine vnumquenque probare, iuxta teſtimonium Domini ad Hieremiam loquentis: Probatorem, inquit, dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis vias eorum. Sacerdotes ſtudio corrigendi, facta perſcrutari debent ſubiectorum, vt emendatos lucrifacere poſſint. Sicut autem peccatorem conuenit argui, ità iuſtum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his qui pereunt, vt eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut ſi incorrigibiles exiſtunt, ab Eccleſia ſeparentur. Atrociter arguuntur, qui decipiendo peccantes non ſolùm quia non arguunt pro peccato, ſed etiam adulanter decipiunt, dicente Propheta: Et erunt qui beatificant populum iſtum, ſeducentes: & qui beatificantur, præcipitati. Qui admonitus ſecretè de peccato, corrigi negligit, publicè arguendus eſt, vt vulnus quod occultè ſanari neſcit, manifeſtè debeat emendari. Manifeſta peccata non ſunt occulta correptione purganda. Palàm enim ſunt arguendi, qui palàm nocent, vt dum aperta objurgatione ſanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum vnus corripitur, plurimi emendantur. Vtilius eſt enim, vt pro multorum ſaluatione vnus cõdemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. Ità contra delinquentes ſermo eſt proferendus, ſicut eius qui corripitur, expoſtulat ſalus. Quòd ſi opùs eſt aliquam medicamenti aſperitatem verborum prædicatione adſpergere, lenitatẽ tamen corde opùs eſt retinere. Doctores nonnunquàm duriùs feriunt increpationibus ſubditos: qui tamen à charitate eorum quos corripiunt, non recedunt. Sæpè Eccleſiæ cenſura arrogantibus videtur eſſe ſuperbia: & quod à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis, qui non diſcernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo.

Damnantur pro iniquitate populi paſtores muti. Ezech. 3. 33. 1. Reg. 4. Heli pro filiorũ iniquitate damnatus. Hier. 6. Corrigẽdi vt emendentur. Eſaiæ 9. Publicè qui corripiendi ſint. Nota. Lenitas ſemper in corde retinenda.

9. ESAIAE quinquageſimooctauo: Clama, nè ceſſes, &c. vt in textu.

10. HIEREMIAE vigeſimotertio: Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo: auertiſſem vtiquè eos à via ſua màla, & à cogitationibus ſuis peſſimis.

11. ET capite vigeſimoſexto: In principio regni Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à Domino, dicens: Hæc dicit Dominus, Sta in atrio domus Domini, & loquéris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuerſos ſermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbum: ſi fortè audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.

12. ITEM capite quinquageſimo: Verbum quod locutus eſt Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Hieremiæ prophetæ: Annunciate in Gentibus, & auditum facite, leuate ſignum: prædicate, & nolite celare: dicite, Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, cõfuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idôla eorum.

13. IONAE primo: Et factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharſis: & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini. Dominus autem miſit ventum magnum in mare, &c.

14. PRIORIS ad Corinthios nono: Nam etſi euangelizauero, non eſt mihi gloria. neceſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.

15. ESAIAE quinquageſimoſexto: Speculatores eius cęci omnes, neſciẽrunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia.

16. EZECIELIS tertio: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua & à via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu aũt animam tuã liberâſti. Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatẽ, ponam offendiculum coram eo: ipſe morietur, quia nõ annunciâſti ei: in peccato ſuo morietur, & nõ erunt in memoria iuſtitię eius quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autẽ tu annunciaueris iuſto, vt non peccet iuſtus, & ille non peccauerit:

Digitized by Google

uerit: viuens viuet, quia annunciâſti ei, & tu animam tuam liberâſti.

17. ET capite trigeſimotertio: Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eũ: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina: & populus ſe non cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergò ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autẽ eius de manu tua requiram. Si autem annunciante te ad impium, vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: Porrò tu animam tuam liberâſti.

Tribus de cauſis Dei ſermones reticẽtur: idq; periculoſè admodùm

Eſaiæ 6.

1.Cor.3.

18. HIERONYMVS in Ezechielis caput tertium, ſuper ea verba, Si dicente me ad impiũ, morte morieris &c. Magnum diſcrimen eſt, Dei tacere ſermones, ob triplicẽ cauſam. Vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem. Vndè & Eſaias: Vę, inquit, mihi miſero, quia tacui. Quodq; ſequitur, Tu autem animam tuam liberâſti: illud Apoſtolicum ſonat: Si cuius opus arſerit, damnum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: vt probet vtrùm ſpeculator externus cauſa ſit mortis eius qui perijt, an reus. Opus enim magiſtri, ſalus diſcipuli eſt. Notandumq; quòd poſſit iuſtus cadere, & ſi habuerit magiſtrum, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent aſſiduo præceptore, nè lapſus ab optimo curſu, retrahat pedem.

Rei ſanguinis ſunt magiſtri qui docere nolunt.

19. ET in caput trigeſimumtertiũ ſuper ea verba, Terra cùm induxero &c. Ex quibus verbis diſcimus, poſſe hominem quanuìs iniquum & impiũ, ſi magiſtri verba audierit, & egerit pœnitentiã, à ſua impietate ſaluari: nec minùs magiſtrum ſubire diſcrimen, ſi docere noluerit, vel timore diſcriminis, vel deſperatione peccantis; dum reus eſt ſanguinis eius qui liberari potuit & de morte erui, niſi magiſtri ſilentio concidiſſet: & in vtroque liberum ſeruari arbitrium, dum & in magiſtri voluntate eſt, vel tacere vel loqui, & in auditoris arbitrio, vel audire & facere atque ſaluari, vel contemnere & proprio perire contemptu. Et paulò pòſt: Speculator terræ Iudææ, vel rex poteſt intelligi, vel propheta: ſpeculator autem Eccleſiæ, vel Epiſcopus, vel presbyter, quia à populo electus eſt, & ſcripturarum lectione cognoſcens, & præuidens quæ futura ſint, annunciet populo, & corrigat delinquentem. Vndè magnoperè formidandum eſt, nè ad hoc officium accedamus indigni, & aſſumpti à populo, negligentiæ nos demus atque deſidiæ; & quod his peius eſt, delicijs ventriq; & ocio ſeruientes, honorem nos accepiſſe putemus, non miniſterium. Siquidem filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; & pedes diſcipulorum lauit, vt oſtenderet omnes ſordes & vitia, à magiſtris in diſcipulis debere dilui atque purgari. Nec ſtatìm reſpõdeamus: quid prodeſt docere, ſi nolit auditor facere quod doceris? Vnuſquiſque enim ex ſuo animo atque officio iudicatur; tu ſi locutus non fueris; ille ſi audire contempſerit. De magiſtris negligentibus Salomon loquitur: Sapientia abſcondita & theſaurus occultus: quæ vtilitas in vtriſque? Tale quid ſignificatur & in Euangelio, quòd qui ſcandalizauerit vnum de minimis Eccleſię, expediat ei vt alligetur ad collum eius mola aſinaria, & abijciatur in profundum: quàm in ſpecula conſtitutus, plurimis noceat.

Matth.20.

Ioan.13.

Dicendũ, etiam ſi auditor non obtemperet.

Eccli 20.

Marci 9.

20. GREGORIVS homilia vndecima ſuper Ezechielem: Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat, & ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. In quibus verbis quid nobis notandum eſt, quid ſolicitè cogitandum, niſi quia nec ſubiectus ex culpa præpoſiti moritur, nec præpoſitus ſine culpa eſt, quando verba vitæ non audiens, ex ſua culpa moritur ſubiectus? Impio etenim mors debetur. Sed & à ſpeculatore via vitæ nuncianda eſt, & eius impietas increpanda. Si verò ſpeculator taceat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur: quia impietatis eius meritum fuit, vt dignus non eſſet ad quem ſpeculatoris ſermo fieret. Sed ſanguinem eius Dominus de manu ſpeculatoris requirit: quia ipſe hunc occidit qui eum tacendo morti prodidit. In quibus vtriſque penſandum eſt, quantum ſibi connexa ſunt peccata ſubditorum atque præpoſitorum: quia vbi ſubiectus ex ſua culpa moritur, ibi is qui præeſt, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Penſate ergò fratres chariſſimi, penſate, quia & quòd nos digni paſtores non ſumus, & iam ex veſtra culpa eſt, quibus tales prælati ſumus. Et ſi quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam ex noſtro hoc reatu eſt, quòd obſiſtentes atque reclamantes in prauis deſiderijs non habetis. Vobis ergò & nobis parcitis, ſi à prauo opere ceſſatis. Vobis & nobis parcimus, quando hoc quod diſplicet, non tacemus. O quàm liberà commiſſorũ ſibi ſanguine fuerat prædicator egregius, qui dicebat: Mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quò minùs annunciarem omne conſilium Dei vobis. Si enim non annunciâſſet, mundus à ſanguine non eſſet. Sed quibus omne conſilium Dei annunciare ſtuduit, ab eorum ſanguine mundus fuit. In qua voce nos conuenimur, nos conſtringimur, nos rei eſſe oſtendimur, qui ſacerdotes vocamur, qui ſuper ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidiè tepidi & tacentes videmus. Cùm verò dicitur, Sanguinem autem eius de manu tua requiram: ſi hoc in loco ſanguinis nomine mors corporis deſignatur, valdè nobis de noſtro ſilentio augetur metus: quia ſi in ſubiectis ſuis is qui prælatus ad ſpeculandum eſt, & de morte corporis quandoquè morituri tam grauiter reus tenetur, quo reatu de morte animæ ſubiecti conſtringitur, quæ potuiſſet ſemper viuere, ſi verba correctionis audiſſet? Sed meliùs poſſunt ſanguinis nomine peccata ſignari. Vndè quidam cùm peccata carnis defleret, dixit: Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ. Sanguis ergò morientis de manu ſpeculatoris requiritur, quia peccatum ſubditi, culpa eſſe præpoſiti, ſi tacuerit, reputatur. Eſt ergò quod faciat, vt etiam moriente ſubdito, ſe liberum reddat. Surgat, inuigilet, malis actibus contradicat, ſicut ſcriptum eſt: Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, nè dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitẽt palpebræ tuæ. Vndè hìc quoquè additur: Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua moritur, tu autem animam tuam liberâſti. Tunc enim ſubiectus moritur ſine te, quando in cauſa mortis contradictorem pertulerit te. Nam morti cui non contradicis, adiungeris. Et notandum quæ ſunt quę debeant à ſpeculatore

Ezech.3.

Cur impius verba Dei nõ audiens, moriatur.

Paſtor tacens reus mortis pereuntium efficitur.

Actor.20.

Sacerdos tacens quot occidat homines.

Sanguis quid ſignificet.

Pſal.50.

Prouer.6.

præ

Duo ſunt à ſpeculatore prædicanda, Fides & bona opera.

prædicari. Nimirùm fides & operatio. Nam ait: Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia. Impietas quippe ad infidelitatem pertinet, via verò impia ad prauam actionem. Et omnis ſpeculator hoc habere debet ſtudij, vt priùs ad pietatẽ fidei, poſtmodùm ad piã viam, id eſt, ad bonam actionem trahat. Sed quia de exhortatione ſermo ſe intulit, innoteſcere breuiter debemus, in ore paſtoris quantus eſſe debeat ordo, atque conſideratio locutionis. Penſare etenim doctor debet, quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Si enim vnũ horum defuerit, locutio apta non erit. Scriptũ quippe eſt: Si rectè offeras, rectè autem nõ diuidas, peccaſti. Rectè autem offerimus, cùm bono ſtudio bonum opus agimus. Sed rectè non diuidimus, ſi habere diſcretionem in bono opere poſtponamus. Sæpè verba quæ hunc ad ſalutem reuocant, alium vulnerant. Vndè Paulus quoquè Apoſtolus, qui Titum admonet, dicens: Argue cum omni imperio: Timotheum exhortatur dicens: Argue, obſecra, increpa cum omni patiẽtia & doctrina. Quid eſt quòd vni imperium, & alij patientiam præcepit, niſi quòd vnum lenioris, alterũ verò feruentioris ſpiritus eſſe conſpexit? Leni per authoritatem imperij iniungenda erat ſeueritas verbi: is autem qui per ſpiritum feruebat, per patientiam temperandus fuerat, nè ſi plùs iuſto inferueſceret, non ad ſalutem vulnerata reduceret, ſed ſana vulneraret.

Diſcretio in docendo.

Leuit. 1.

Tit. 2.
2. Tim. 4.

Cur Timotheo imperium, Tito patientiam præcipiat Paulus.

21. ACTORVM vigeſimo: A Mileto autẽ mittens Paulus Epheſum, vocauit Maiores natu eccleſiæ. Qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum: quomodò nihil ſubtraxerim vtilium, quò minùs annunciarem vobis, & docerem vos publicè & per domos, teſtificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quò minùs annunciarem omne conſilium Dei vobis.

22. ESAIAE ſexto: Væ mihi quia tacui.

23. HESTHER quarto: Mardochæus rurſùm mãdauit Heſther, dicens: Nè putes quòd animam tuam tantùm liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis: ſi enim nunc ſiluèris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi: & tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, vtrùm idcircò ad regnum véneris, vt in tali tempore parareris?

24. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Prædica verbum, &c. vt in textu.

25. AD Titum primo: Oportet Epiſcopum &c. amplectentem eum qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere &c. Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in fide.

26. ET capite ſecundo: Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

27. CHRYSOSTOMVS homilia ſexta in epiſtolam ad Philippenſes: Vellem vobis perpetuò de regno differere, de refocillatione, de aqua refocillationis, de loco viridis paſcuæ. Nam ſuper aquam, inquit, recreationis pauit me, & in loco paſcuæ commorari me fecit. Vellem de loco diſſerere, vbi nec dolor eſt, nec mœſtitia, nec anguſtia. Vellem differere de iucunda Chriſti præſentia. Quanquàm omnem ſuperant ſermonem & omnem intellectum: attamen, vt poſſem, vellem iſta differere. Sed quid faciam? Non poteſt ad febricitantem & malè diſpoſitũ de regno dici. Nam intereà, donèc talis eſt, de ſanitate dicendum fuerit. Non licet ad eum qui obnoxius eſt pœnæ, de honore differere. Nam anteà quærendum eſt, quomodò à pœna & ſupplicio liberetur. Niſi iſtud fuerit, quomodò illud eſſe poterit? Propterea iſta continuè dico, vt ad illa confeſtìm perueniamus. Nam & Deus hoc nomine gehennam minatus eſt, vt nemo in gehennam incidat, vt omnes regnum conſequamur. Et nos ideò continuè gehẽnæ mentionem facimus, vt ad regnum vos impellamus, vt per timorem emollita mente veſtra, quę regno digna ſunt, facere inſtruamus. Nè ſitis igitur ad verborum iſtorũ grauitatem difficiles. Nam iſta verborum grauitas occaſionem animabus veſtris à peccatis fugiendi parit. Nam & ferrum graue eſt, & malleus grauis: verùm parant vaſa vtilia & argentea, & diſtorta dirigũt, ità vt niſi grauia & dura eſſent, diſtortam materiam vtiq; dirigere non poſſent. Ad hunc modũ poteſt & grauis noſter ſermo animum componere. Nè fugiamus itaq; verborum grauitatem, neque illorum verbera. Non inferuntur verbera, vt animum frangãt, aut conterant, ſed vt corrigant. Nouimus enim quo pacto per gratiam Dei percutiamus, quo modo verbera inferamus, ad hoc valentia, vt non conteramus vaſculũ, ſed vt extenuemus, vt dirigamus, vt vtile faciamus Domino, vt offeramus illud ſplendidum, benè excultum in illam diem, in qua fluuius erit igneus, nè opùs habeat ferre flammam illic futuram. Niſi enim igne vos hîc examinauerimus, neceſsè erit omninò, vt illic igne examinemini: nec licet aliter fieri. Dies enim Domini in igne reuelatur. Melius eſt vt ſermonibus noſtris exuramini modico tempore, quàm perpetua illa gehennæ flamma. prorsùs enim manifeſtum eſt ità futurum.

Pſal. 22.
Non expedit ſemper ea quæ auditu iucũda ſunt, docere.

Cur gehennã Chriſtus & concionatores minatur.

Verborũ ſeueritas & grauitas vtilis eſt admodũ.

Dan. 7.

1. Cor. 3.

28. PRIORIS ad Timotheum quinto: Peccantes, coram omnibus argue &c. vt in textu.

29. LEVITICI decimonono: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, nè habeas ſuper illo peccatum.

30. AVGVSTINVS ſermone decimoquinto de verbis Domini, capite ſeptimo: Iam ergò obſecrant pueri indiſciplinati, & nolunt vapulare, qui ſic præſcribunt nobis, quando volumus dare diſciplinam; Peccaui, ignoſce mihi. Eccè ignoui, & iterùm peccat. Ignoſce, ignoui. Peccat tertiò, Ignoſce, tertiò ignoui. Iã quartò vapulet. Et ille, Nunquid ſeptuagiès ſeptiès te fatigaui? Si hac præſcriptione ſeueritas diſciplinæ dormiat, repreſſa diſciplina, ſæuit impunita nequitia. Quid ergò faciendum eſt? Corripiamus verbis, & ſi opùs eſt, & verberibus; ſed delictum dimittamus, culpam de corde abijciamus. Ideò enim Dominus ſubdidit, De cordibus veſtris; vt ſi per charitatem imponitur diſciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pium quàm medicus ferens ferramentum? Plorat ſecandus, & ſecatur: plorat vrendus & vritur. Non eſt illa crudelitas, abſit vt ſæuitia medici dicatur. Sæuit in vulnus, vt homo ſanetur: quia ſi vulnus palpatur, homo perditur. Sic ergò iſta monuerim, fratres mei, vt fratres noſtros qui peccauerint, omnimodò diligamus, de corde noſtro charitatem in eos non dimittamus, & diſciplinam, cùm opùs eſt, demus: nè per ſolutionem diſciplinæ creſcat nequitia, & incipiamus propter Deum accuſari: quia recitatum eſt nobis, Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri timorẽ habeant. Certè ſi quis quod ſolum verum eſt, diſtinguit tempora, & ſoluit quæſtionem, verum eſt. Si peccatum in ſecreto eſt, in ſecreto corripe. Si peccatum publicum eſt & apertum, publicè corripe: vt ille emendetur, & cæteri timeant.

An pueris peccantibus ſit ſeptuagiès ſeptiès ignoſcendum.

Correptio verborum & verberum.
Matth. 18.

Diſciplina & correctio ſit cũ charitate coniuncta.
1. Tim. 5.

Peccata occulta aliter arguenda quàm publica.

31. ET ſermone decimoſexto, capite quarto: Si pecca-

Non negligenda ſunt proximi vulnera.

peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si neglexeris, peior es. Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo, graui ſeipſum vulnere percuſſit. tu vulnus fratris tui cõtemnis? Tu eum vides perire, vel periſſe, & negligis? Peior es tacendo, quàm ille cõuiciando. Quandò ergò in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam, non pro nobis (nam glorioſum eſt iniurias obliuiſci) ſed obliuiſcere iniuriam tuam, nõ vulnus fratris tui. Ergò corripe inter te & ipſum ſolũ, intendens correctioni, parcens pudori. Fortè enim prę verecundia incipit defendere peccatũ ſuum, & quem vis correctiorem, facis peiorem. Corripe ergò inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: quia perierat, niſi faceres. Et capite ſeptimo: Intendite & videte: Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quare? Quia peccauit in te. Quid eſt, In te peccauit? Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in tę peccauit, ſecretum quære, cùm corrigis quod peccauit. Nam ſi ſolus nôſti quia peccauit in te, & ęum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor. Ergò ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa verò corripienda ſunt ſecretiùs, quæ peccantur ſecretiùs. Diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura. Deincèps capite octauo: Sic agamus, & ſic agendũ eſt, non ſolùm quando in nos peccatur, ſed quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur. In ſecreto debemus corripere, in ſecreto arguere; nè volentes publicè arguere, prodamus hominem.

Occulta peccata occultè, publica vero publicè reprehendẽda.

IX.

Quando noſtra Conniuentia alienis criminibus implicamur?

Amb. ſer. 8. in pſal. 118. Origenes homil. 9. in Hierem. Hieron. ad Riparium epi. 53. Aug. in pſal. 50. & ſer. 15. de verb. Do. Chryſoſt. orat. 1. contra Iudæos.

a Ro. 13. b Sap. 6. a b Pſal. 2. c Aug. 2. Retract. cap. 5. Epiſt. 48. & 50. & 204. Item tract. 11. in Euang. Ioannis. Bernard. ſerm. 66. in Cant. b 1. Reg. 15. d Iudic. 20. b g Num. 25. a b

c 3. Reg. 20. g

d 1. Corin. 5. d Exod. 22. c Deuter. 13. a b c d 17. c 18. d 3. Reg. 18. d Hiero. in cap. 5. ad Galat. Grego. lib. 32. epiſto. 31.

e Auguſt. in pſal. 50. Greg. 4. dial. c. 18. Chryſoſt. hom. 9. in 1. ad Timo. Epheſ. 6. a Hebr. 12. b Prou. 13. d 22. c 23. b 29. c Eccli 7. c 22. a 30. a b

f 1. Reg. 3. c 4. d 3. Reg. 1. a

g Prou. 9. b 15. b 24. c 25. b 27. a 28. d 29. a Eccles 7. a Eccli 7. b 10. d 11. a 19. b c 20. a Pſal. 140. a Coloſſ. 1. d 1. Theſſ. 5. c 2. Theſſ. 3. d 1. Timo. 5. d 2. Tim. 2. d 4. a Tit. 1. b c 2. d h Matth. 18. b

A. QVOTIES id, quod facultate vel authoritate noſtra emendari vindicarique poteſt, & debet, nos tamen impunitum & in peius abire ſinimus.

B. Ità peccant Magiſtratus, cùm gladium [a] fruſtrà portant, neq; quod dicuntur, miniſtri Dei ſunt, & vindices in iram his, qui agunt ſceleratè vel ſeditioſè. Hoc modo à Rege Saul [b] peccatum fuit, cùm aduersùs Dei mandatum clementior eſſet, ac parceret hoſtibus Amalechitis. Peccatum idem ab Achab Rege admiſſum eſt, quando Benadab Regem Syriæ in gratiam recepit: vndè nec ſeueram ità comminãtis Prophetæ ſententiam effugit: [c] *Hæc dicit Dominus: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Eodèm referri poteſt, quod [d] Apoſtolus Corinthijs præcipit: *Auferte malum ex vobiſipſis: Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate vetus fermentum.*

C. Secundò hìc peccant [e] Patres & Matres familiâs, Heri & Præceptores, dum ſibi concreditos, nimia diſſimulatione, & indulgentia quadam in educando perdunt, & negligentia ſocordiaque ſua in diſcrimen permittunt adduci. Sic paternæ prorsùs indulgentiæ culpa deprauatos legimus filios [f] Heli, qui idcircò immodicæ lenitatis ſuæ pœnas graues dedit.

D. Hîc etiam addi poteſt peccatum, quod vocari ſolet Omiſſio fraternæ [g] correptionis, admonitionis, vel repræhenſionis. Quandoquidem CHRISTVS quoquè ſemèl atque iterùm & tertiò corripiendum eſſe monuit, vt peccantem illum [h] lucrifaciamus. Quanquàm alij diſtinguunt inter huiuſmodi omiſſionem & priorem, de qua diximus, conniuentiam, vt duos alieni peccati modos ex hiſce conſtituant.

TESTIMONIA.

Miſericordia quædam iniuſta eſt.

Deut. 19.

1. Reg. 15.

Iudicis exemplo.

1. A. AMBROSIVS ſermone octauo in pſalmum centeſimum decimumoctauum, verſu ſecundo: Eſt iuſta miſericordia, eſt etiam iniuſta miſericordia. Deniquè in lege ſcriptũ eſt de quodam: Non miſereberis illius. Et in libris Regnorum legis, quia Saul poſteà contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quẽ prohibuerat ſententia diuina ſeruari. Vt ſi quis latronis filijs deprecantibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus, abſoluendum putet, cui adhuc latrocinandi adſpiret affectus: nónne innocentes tradit exitio, qui multorum liberat exitia cogitantem? Certè ſi gladium reprimit, vincula diſſoluit, cur laxat exilio? Cur latrocinandi, qua poteſt clementiore via, non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deniquè inter duos, hoc eſt, accuſatorem & reum, pari periculo de capite decernentes, alterum ſi non probâſſet, alterum ſi eſſet ab accuſatore conuictus, non id quod iuſtitiæ eſt iudex ſequatur: ſed dum miſeretur rei, damnet probantem: aut dum accuſatori fauet, qui probare non poſſit, addicat innoxium. Non poteſt igitur hæc dici iuſta miſericordia. Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquenti. Hoc ideò dictum eſt, vt ſciamus ſecundùm verbum Dei, ſecundùm rationem diſpenſandam eſſe miſericordiam debitoribus. Medicus ipſe ſi ſerpentis interiùs inueniat vulneris ſicatricem, cùm debeat reſecare vlceris vitium, nè latiùs ſerpat, tamen à ſecandi vrendiq; propoſito lachry-

Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquenti.

Exemplo medici.

Digitized by Google

lachrymis inflexus ægroti, medicamentis tegat quod ferro aperiendum fuit: nónne iſta inutilis miſericordia eſt, ſi propter breuem inciſionis vel exuſtionis dolorem corpus omne tabeſcat, vitæ vſus intereat?

Indulgẽtia & miſericordia crudelis in latronem.

2. ORIGENES homilia nona in Hieremiam: Verbi gratia dictum ſit: Habeat iudex propoſitum, quietem ciuitati, & pacem genti, cui præſidet, prouidere. Huic ſi offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer, ex alio latere mater expanſis crinibus deprecetur, vt ſenectutis ſuæ miſereatur, & ex alio vxor, nè virum ſuum interficiat, lachrymabili voce deploret: circunſtent & paruuli liberi citò orbi futuri, quid faciet iudex? miſerebitur latronis, an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si miſertus fuerit, reuertetur homicida ad priſtinum ſcelus: ſin verò in iudiciaria ſeueritate permanſerit, vnus homo interibit, & vniuerſo populo prouidebitur. Sic Deus ſi pepercerit peccatori, & miſerans eius, noluerit eum punire pro ſcelere, quis non accipiat licentiam? quis malorum qui nunc ſaltem propter ſupplicia terrentur, non inuadet tempus, vt expleat quæcunque voluerit, & præceps feratur in vitia? Hæc autem in Eccleſia ſæpè accidentia poſſumus conſiderare.

In peccãtes.

Peccauit quiſpiam, & poſt peccatum poſtulet communionem. Si ei conceditur quod rogat, in incommodum omnium venia procedit, & laxatis frenis ſceleribus panditur via. Sin verò cum rationabili deliberatione, non vt miſericors, nec rurſum vt crudelis iudex, ſed & quaſi vni prouidens, & de omnium ſalute pertractans, conſiderauerit populi damnum in vnius venia, haud dubium eſt quin faciat eijci vnum de Eccleſia, vt multos ſaluet incolumes.

In ſauciatũ.

Agè nunc, conſidera mihi & medicũ: ſi ceſſauerit à ſectione eius vulneris quod ſecandum eſt, ſi non vſſerit id quod indiget cauterio, videlicet propter dolores qui ex talibus remedijs conſequuntur, quomodò creſcat infirmitas, & in deterius vetus humor exuberet. Si verò (vt ità dicam) temerarius ad vulnus ſector acceſſerit & inuſſerit plagam, curat eum qui ſecatur & vritur, quia paululùm ſeueritatis aſſumpſit, licèt viſus fuerit ægrotanti ad horam non miſereri.

Vtilis quorundam pœna ſaluti aliorum.

Et quomodò vtile fuit peccatum Iſraël in ſalutem Gentium, ſic vtilis eſt quorundam pœna aliorum ſaluti.

In Epiſcopũ tolerantem Vigilantium hæreticum.

3. HIERONYMVS epiſtola quinquageſimatertia ad Riparium aduerſus Vigilantium: Miror ſanctum Epiſcopum in cuius parochia eſſe presbyter dicitur, acquieſcere furori eius, & non virga Apoſtolica, virgáque ferrea confringere vas inutile, & tradere in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat: nec meminerit illius dicti: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et in alio loco: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Et iterùm: Nónne odientes te, Domine, odio habui, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos. Fatebor tibi dolorem meum: ſacrilegiũ tantum patienter audire non poſſum: Legi enim Syromaſten Phinees, auſteritatem Heliæ, zelum Simonis Cananæi, Petri ſeueritatem, Ananiam & Sapphiram trucidantis, Paulíque conſtantiam, qui Elymam magum, vijs Domini reſiſtentem, æterna cæcitate damnauit. Non eſt crudelitas, pro Deo pietas. Vndè & in lege dicitur: Si frater tuus & amicus, & vxor, quę eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinẽ eorum: & auferes malum de medio Iſraël.

1.Cor.5. Pſal.49. Pſal.100. Pſal.138. Num.25. 3.Reg.18. Matth.10. Act.1.5.13.

Pro Deo pietas, non eſt crudelitas. Deut.13.

4. AVGVSTINVS in pſalmum quinquageſimum: Veruntamen chariſſimi in tanta morum diuerſitate, & tam deteſtabili corruptela, regite domos veſtras, regite filios veſtros, regite familias veſtras. Quomodò ad nos pertinet in Eccleſia loqui vobis; ſic ad vos pertinet in domibus veſtris agere, vt bonam rationem reddatis de his qui vobis ſunt ſubditi. Amat Deus diſciplinam. Peruerſa autem & falſa innocentia eſt, habenas laxare peccatis. Valdè inutiliter, valdè pernicioſè ſentiet filius patris lenitatem, vt iuſtè poſteà Dei ſentiat ſeueritatem. Et hoc non ſolus, ſed cum diſſoluto patre ſuo. Quid enim? Si ipſe non peccat, & non facit quod filius eius, ideò non debet ab ipſa nequitia filium prohibere? An fortè vt videatur filio eius, quia & pater talia faceret, niſi ſenuiſſet? Peccatum quod tibi non diſplicet in filio tuo, delectat te; ſed ætas deſeruit, non cupiditas. Maximè fratres mei filios veſtros fideles attendite, quos fidedixiſtis, vt baptizarentur. Sed fortè negligit malus filius vel monita patris, vel obiurgationem, vel ſeueritatem. Tu imple perſonam tuam, Deus de illo exigit ſuam.

Contra indulgentiam parentum.

5. IDEM in ſermone decimoquinto de verbis Domini, vt ſuprà, quæſtione octaua, teſtimonio vigeſimoquarto.

6. CHRYSOSTOMVS in oratione prima contra Iudæos: Verùm quemadmodùm Iudæos culpamus, quòd legem tranſgrediuntur: ità multò magis vos incuſamus, quòd ad tranſgreſſores legis concurritis, nec illos tantùm qui eò concurrunt, verumetiam eos, quibus cùm ſit authoritas prohibendi ſuos, nolint tamen id facere. Nè mihi dixeris: Quid mihi cum illo commercij eſt? Alienus eſt, ignotus eſt. Dummodò ſit fidelis, dum eorundem particeps myſteriorũ, dum eadem iungatur Eccleſia, & fratribus, & cognatis, & neceſſarijs, & cæteris omnibus eſt propinquior. Proindè quemadmodùm non ipſi tantùm fures dant pœnas, verùm etiam eadem pœna plectuntur ij, quibus cùm eſſet poteſtas vetandi, non vetuerunt tamen: ità non ſolùm qui impiè agunt, verùm etiam illi qui cùm poſſint ab impietate reuocare, tamen vel ob pigritiam, vel ob timiditatem id facere nolunt, ſimili cum illis pœna plectuntur. Alioquì talentum illud quod acceperat ac defoderat ſeruus ille, reddidit integrum: attamen dat pœnas, eò quòd non auxerat lucrum: ità tu quidem etiamſi ipſe purus & innocens perſeueres, cæterùm non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad ſalutem, eadem quæ ille patitur, patieris.

Habentes authoritatẽ & poteſtatem prohibendi, culpantur, ſi non prohibeant mala.

Similis eos pœna manet cum peccantibus. Matth.25.

1. B. AD Romanos decimotertio: Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim ſine cauſa gladiũ portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

2. SAPIENTIAE ſexto: Melior eſt ſapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis. Audite ergò reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicâſtis, nec cuſtodîſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulâſtis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniã puſillum & magnũ ipſe fecit, & ęqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergò reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur: & qui didicerint iuſta, inuenient quid reſpondeant.

Digitized by Google

3. PSALMO ſecundo: Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Appræhendite diſciplinam, nè quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta: Cùm exarſerit in breui ira eius.

4. AVGVSTINVS libro ſecundo Retractationum, capite quinto: Sunt duo libri mei, quorum titulus eſt, Contra partē Donati. In quorum primo libro dixi, non mihi placere vllius ſecularis poteſtatis impetu ſchiſmaticos ad cōmunionem violenter arctare. Et verè tunc mihi non placebat, quia nondùm expertus eram, vel quantùm mali eorum auderet impúnitas, vel quantùm eis in melius mutandis conferre poſſet diligentia diſciplinæ.

Auguſtinus nondum expertus putauerat ſchiſmaticos nō eſſe vi cogendos.

5. IDEM epiſtola quadrageſima octaua ad Vincentium: Non inuenitur exemplum in Euangelicis & Apoſtolicis literis, aliquid petitum à regibus terræ pro Eccleſia, contra inimicos Eccleſiæ, quis negat non inueniri? Sed nondùm implebatur illa prophetia: Et nunc reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram; ſeruite Domino in timore. Adhuc enim illud implebatur, quod in eodem Pſalmo paulò ſuperiùs dicitur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſùs Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius. Veruntamen ſi facta præterita in propheticis libris, figuræ fuerunt futurorum, in rege illo qui appellabatur Nabuchodonoſor, vtrunque tempus figuratum eſt, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet eccleſia. Temporibus itaque Apoſtolorum & martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt, quando rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulacra, & recuſantes in flāmas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò pòſt in eodem rege figuratum eſt, cùm conuerſus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno ſuo, vt quicunque blaſphemaret Deum Sidrac, Miſac & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergò tempus illius regis, ſignificabat priora tempora regum infidelium, quos paſſi ſunt Chriſtiani pro impijs. Poſterius verò tempus illius regis, ſignificauit tempora poſteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Chriſtianis. Et infrà: Multas ciuitates videmus fuiſſe Donatiſtas, nunc eſſe catholicas, deteſtari vehementer diabolicam ſeparationem, diligere ardenter vnitatem. Quæ tamen timoris huius, qui tibi diſplicet, occaſionibus catholicæ factæ ſunt per leges imperatorum, à Conſtantino, apud quem primùm veſtri vltrò Cæcilianum accuſauerunt, vſque ad præſentes imperatores, qui iudicium illius quem veſtri elegerunt, quem iudicibus Epiſcopis prætulerunt, iuſtiſſimè contra vos cuſtodiendum eſſe decernunt. His ergò exemplis à collegis meis mihi propoſitis ceſſi. Nam mea primitùs ſententia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, nè fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis: nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cùm tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem catholicam timore legum imperialium conuerſa eſt, quam nunc videmus ità huius veſtræ animoſitatis perniciem deteſtari, vt in ea nunquàm fuiſſe credatur. Ità aliæ multæ &c. Immò verò ſeruiant reges terræ Chriſto, etiam leges ferendo pro Chriſto. Et in principio epiſtolæ: Donatiſtæ nimiùm inquieti ſunt, quos per ordinatas à Deo poteſtates cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorū iam correctione gaudemus &c. Si quiſquam inimicum ſuum periculoſis febribus phreneticum factum, currere videret in præceps, nónne tunc potiùs malum pro malo redderet, ſi eum ſic currere permitteret, quàm ſi corripiēdum ligandúmque curaret, & tamen tunc ei moleſtiſſimus & aduerſiſſimus videretur, quando vtiliſſimus & miſericordiſſimus extitiſſet? Sed planè ſalute reparata, tāto vberiùs ei gratias ageret, quanto ſibi eum minùs pepercíſſe ſenſiſſet. Et poſt pauca: Cùm terrori vtili doctrina ſalutaris adiungitur, vt non ſolùm tenebras erroris lux veritatis expellat, verumetiam malæ conſuetudinis vincula vis timoris abrumpat, de multorum (ſicut dixi) ſalute lætamur, benedicentium nobiſcum, & gratias agentium Deo, quòd ſua pollicitatione completa, qua reges terræ Chriſto ſeruituros eſſe promiſit, ſic curauit morbidos, ſic ſanauit infirmos. Non omnis qui parcit, amicus eſt: nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere.

Cur in Eccleſiæ principio nō inuocabatur cōtra hæreticos brachium ſeculare. Pſal. 2.

In rege Nabuchodonoſor figura naſcētis & iā corroboratæ Eccleſiæ cernitur. Daniel. 2.

Daniel. 3.

Legibus contra hæreticos latis, factum eſt vt multæ ciuitates reſipuerint.

Prior Auguſtini ſententia per vſum rerum & experientiam emendata.

Inquietudo hæreticorum per poteſtatē ſecularem coërcenda.

Nō redditur malū pro malo, quando coërcetur.

Non omnis qui parcit, amicus eſt. Prouer. 27.

6. IDEM epiſtola quinquageſima ad Bonifacium: Moleſtus eſt enim & medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potiùs manſuetudo falſa, crudelis eſt. Imperatores quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perſeuerantes. Quando autem pro veritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrentur ſæuientes, & corriguntur intelligentes. Quicunque ergò legibus imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Quicunque autem legibus imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium. Nam & temporibus Prophetarū, omnes reges qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quæ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur; & qui prohibuerunt & euerterunt, ſuper aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonoſor, cùm ſeruus eſſet idolorum, conſtituit ſacrilegam legem, vt ſimulacrum adoraretur; ſed eius impiæ conſtitutioni qui obedire noluerunt, piè fideliterq́ fecerunt. Idem tamen rex, diuino correctus miraculo, piam & laudabilem legem pro veritate conſtituit, vt quicunque diceret blaſphemiam in Deum verum Sidrac, Miſac, & Abdenago, cum domo ſua penitùs interiret. Et paulò pòſt: Veri autem martyres illi ſunt, de quibus Dominus ait: Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Non ergò qui propter iniquitatem, & propter Chriſtianæ vnitatis impiam diuiſionem, ſed qui propter iuſtitiam perſequutionem patiuntur, hi martyres veri ſunt. Nam & Agar paſſa eſt perſecutionem à Sara, & illa erat ſancta quæ faciebat, illa iniqua quæ patiebatur. Et nonnullis interiectis: Quod enim dicunt qui contra ſuas impietates leges iuſtas conſtitui nolunt, non petiſſe à regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatē leges ferendo ſeruiret, quando adhuc illud propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſùs Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius. Nondùm autem agebatur, quod paulò pòſt in eodem Pſalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodò ergò reges Domino ſeruiunt in timore, niſi ea quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa ſeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiam

Manſuetudo falſa & crudelis.

3. Reg. 15. 4. Reg. 10. 12. 14. 15. 18. 23.

Dan. 3.

Non oēs ſunt beati qui perſecutionem patiuntur. Matth. 5.

Gen. 16.

Obiectionis dilutio de Apoſtolorū tempore.

Pſal. 2.

Reges quomodò ſeruiāt Domino in timore.

rex

Digitized by Google

rex eſt. Quia homo eſt, ei ſeruit viuendo fideliter: quia verò etiam rex eſt, ſeruit leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore ſanciendo. Sicut ſeruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelſa quæ contra præcepta Dei fuerant cõſtructa, deſtruendo. Sicut ſeruiuit Ioſias, talia & ipſe faciendo. Sicut ſeruiuit rex Niniuitarum, vniuerſam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo. Sicut ſeruiuit Darius, idolũ frangendum in poteſtatem Danieli dãdo, & inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut ſeruiuit Nabuchodonoſor, de quo iam diximus, omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergò ſeruiunt Domino reges, inquantùm ſunt reges, cùm ea faciũt ad ſeruiendum illi, quę non poſſunt facere niſi reges. Cùm itaque nondùm reges Domino ſeruirent temporibus Apoſtolorum, ſed adhuc meditarentur inania aduersùs Deum & aduersùs Chriſtum eius, vt prophetarum prædicta omnia complerentur, non vtiquè tunc poſſent impietates legibus prohiberi, ſed potiùs exerceri. Sic enim ordo temporum voluebatur, vt & Iudæi occiderent prædicatores Chriſti, putantes ſe officium Deo facere, ſicut prædixerat Chriſtus, & gentes fremerent aduersùs Chriſtianos, & omnes patientia martyrum vinceret. Poſteà verò quàm cœpit impleri quod ſcriptum eſt; Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient illi: quis mente ſobrius regibus dicat; Nolite curare in regno veſtro, à quo teneatur vel oppugnetur Eccleſia Domini veſtri, non ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit eſſe ſiue religioſus, ſiue ſacrilegus, quibus dici nõ poteſt; non ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit pudicus eſſe, quis impudicus? Cur enim cùm datũ ſit diuinitùs homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & ſacrilegia permittantur? An fidem non ſeruare leuius eſt animam Deo, quàm fœminam viro? Aut ſi ea quæ non contemptu, ſed ignorantia religionis committuntur, mitiùs vindicanda, nunquid ideò negligenda ſunt? Melius eſt quidem, quis dubitauerit, ad Deum colendum doctrina homines duci, quàm pœnæ timore vel dolore compelli. Sed non quia iſti meliores ſunt, ideò illi qui tales non ſunt, negligendi ſunt. Multis enim profuit, (quod experimentis probauimus) priùs timore vel dolore cogi, vt poſteà poſſint doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere ſectari. Et quibuſdam interpoſitis: Vbi eſt quod iſti clamare conſueuerunt; Liberum eſt credere vel non credere? Cui vim Chriſtus intulit? quem coëgit? Eccè habent Paulum Apoſtolum, agnoſcant in eo priùs cogentem Chriſtum, & poſteà docentem; priùs ferientem, & poſteà conſolantem. Mirum eſt autem, quomodò ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plùs illis omnibus qui ſolo verbo vocati ſunt, in Euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foràs miſit timorem. Cur ergò non cogeret Eccleſia perditos filios vt redirent, ſi perditi filij coegerunt alios vt perirent? Et paulò pòſt: Maximianus Epiſcopus Vagienſis auxilium petiuit ab Imperatore Chriſtiano, non tam ſui vlciſcendi cauſa, quàm tuendæ Eccleſiæ ſibi creditæ. Quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patiẽtia, ſed negligentia meritò culpanda. Neque enim & Apoſtolus Paulus vitæ ſuæ tranſitoriæ conſulebat, ſed Eccleſiæ Dei, quando contra illos, qui eum occidere conſpirauerant, conſilium illorum Tribuno vt proderetur, effecit. Vndè factum eſt, vt eum ad locum quò fuerat perducendus, deduceret miles armatus, nè illorum pateretur inſidias. Romanas etiam leges implorare minimè dubitauit, ciuem Romanum ſe eſſe proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemq; nè Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæſaris popoſcit auxilium, Romani quidem principis, ſed nõ Chriſtiani. Vbi ſatis oſtendit quid facere deberent poſteà Chriſti diſpenſatores, quando Imperatores Chriſtianos periclitante Eccleſia reperirent. Et rurſùm: Si aliter non meruit pacem habere domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus, quãuis magna cura mandauerat ſuis, vt eum, quantùm poſſent, viuum ſaluumq; ſeruarent, vt eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret, quid ei reſtitit, niſi perditũ flere, & ſui regni pace acquiſita, ſuam mœſtitiã conſolari? Sic ergò Catholica mater bellantibus aduersùs eam &c. Ibidèm: Cogunt multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum.

[Left margin notes: 4.Reg.18. — 4.Reg.23. — Ionæ 3. — Daniel.14. — Daniel.3. — Ioan.16. — Pſal.71. — Principũ eſt Eccleſiam defendere. — Ad credendũ Paulus quodam modo compulſus. Act.9. — Rectè cogit Eccleſia perditos vt redeant. — Patiẽtia quædam minimè laudanda. — Act.23. — Act.22. — Act.25. Paulus popoſcit auxilium Ethnici Imperatoris. — 2.Reg.18.]

7. IDEM epiſtola ducenteſima quarta ad Donatum presbyterũ Donatiſtam: Diſplicet tibi quia traheris ad ſalutem, cùm tam multos noſtros ad perniciem traxeris. Quis neſciat nec damnari hominem, niſi merito malæ voluntatis, nec liberari, niſi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideò qui diliguntur, malæ ſuæ voluntati impunè & crudeliter permittendi ſunt, ſed vbi poteſtas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam ſi voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare Iſraelitæ recuſantes & murmurantes, tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promiſſionis compellebantur? &c. Nondùm fuerat completa illa prophetia: Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient illi. Quod vtiquè quãto magis impletur, tanto maiore vtitur Eccleſia poteſtate, vt non ſolùm inuitet, ſed etiã cogat ad bonum. Vide quemadmodùm de his, qui priùs venerunt, dictum eſt, Introduc eos: non dictum eſt, Compelle. Ità ſignificata ſunt Eccleſię primordia adhuc creſcentis, vt eſſent vires etiã compellendi. Proindè quia oportebat eius iam viribus & magnitudine roborata etiam compelli homines ad conuiuium ſalutis æternæ, poſteà quàm dictum eſt, Factum eſt quod iuſſiſti, & adhuc eſt locus: Exi, inquit, in vias & ſepes, & compelle intrare. Quapropter quia per multa mala & ſæua quæ in noſtros committitis, tanquàm ſpinis & aſperitate pleni eſtis, vos tanquàm in ſepibus inuenimus, & intrare compellimus.

[Right margin notes: A malo prohibendi & ad bonum cogẽdi ſunt nonnunquàm homines. — Pſal.71. — Eccleſia ad bonũ cogit. — Luc.14. — Duo eccleſiæ tempora, per parabolam euangelicam deſignata. — Hæretici in vijs & ſepibus inueniuntur.]

8. ET tractatu vndecimo in Euangelium Ioannis: Quando vult Deus concitare poteſtates aduersùs hęreticos, aduersùs ſchiſmaticos, aduersùs diſſipatores Eccleſiæ, aduersùs exufflatores Chriſti, aduersùs blaſphematores baptiſmi, non mirentur: quia Deus concitat vt à Sara verberetur Agar. Cognoſcat ſe Agar, & ponat ceruicem: quia cùm humiliata diſcederet à domina ſua, occurrit ei angelus, & dixit: Quid eſt Agar ancilla Saræ? Cùm conqueſta eſſet de domina, quid audiuit ab Angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergò affligitur, vt reuertatur: atque vtinàm reuertatur, quia proles eius ſicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduersùs deteſtandos diſſipatores Eccleſiæ. Non ergò mouerentur? Et quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? Intendat charitas veſtra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges ſeculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam velint matrem ſuã Eccleſiam, vndè ſpiritaliter nati ſunt. Legimus Danielis viſiones & geſta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt Dominum: miratus eſt Nabuchodonoſor rex laudantes Deum pueros, & circa eos ignem non nocentem: Et cùm admiratus eſſet, quid ait Nabuchodonoſor rex, non vel Iudæus, vel circuncisus, ille qui ſtatuam ſuã erexerat, & ad eam adorandam omnes coegerat: tamen laudibus trium puerorum commotus, vbi vidit maieſtatem Dei præſentis in igne, quid ait? Et ego proponam decretum omnibus tribubus & lin-

[Right margin notes: A Deo concitantur poteſtates ſeculi aduersùs hæreticos. — Geneſ.16. — Principes rationẽ reddituri ſunt, ſi nõ moueãtur aduersùs diſſipatores Eccleſiæ. — Daniel.3. Exemplũ Nabuchodonoſor.]

Digitized by Google

guis in omni terra. Quale decretum? Quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Eccè quomodò ſæuit rex alienigena, nè blaſphemetur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt vt ſæuiant reges Chriſtiani, quia Chriſtus exufflatur, à quo non tres pueri, ſed orbis terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberatur? Nam tres illi pueri, fratres mei, liberati ſunt ab igne temporali. Nunquid non ipſe eſt Deus Machabæorum, qui & triũ puerorum? Illos ab igne liberauit; illi in tormentis igneis corpore defecerunt, ſed in legitimis mandatis animo permanſerunt. Illi apertè liberati ſunt, illi occultè coronati ſunt. Plus eſt liberari de flamma gehennarum, quàm de fornace poteſtatis humanæ. Si ergò Nabuchodonoſor rex laudauit & prædicauit, & gloriam dedit Deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantam gloriam dedit, vt decretum mitteret per regnum ſuum; Quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, & Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem: quomodò iſti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, ſed ſeipſos liberatos de gehenna, quando vident Chriſtum, à quo liberati ſunt, exufflari in Chriſtianis, quando audiunt dici Chriſtiano, dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere volunt, & ſaltem talia pati nolunt. Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.

Nota.

2. Mach. 7.

Sempiternas mortes faciũt & de temporali conqueruntur.

9. BERNARDVS ſermone ſexageſimoſexto ſuper Cantica canticorum: Meliùs proculdubiò (hæretici) gladio coercerentur, illius videlicet qui non ſine cauſa gladium portat, quàm in ſuum errorem multos traijcere permittantur. Dei enim miniſter ille eſt, vindex in iram ei qui malè agit. Mirabantur aliqui, quòd non modò patiēter, ſed & læti, vt videbatur, ducerentur ad mortem: ſed qui minùs aduertunt quanta ſit poteſtas diaboli, non modò in corpora hominum, ſed etiã in corda quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nónne plus eſt ſibimet hominem inijcere manus, quàm id libenter ab alio ſuſtinere? Hoc autem in multis potuiſſe diabolum frequenter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerunt, aut ſuſpenderunt. Deniquè Iudas ſuſpendit ſeipſum, diabolo ſine dubio immittente. Ego tamen maius exiſtimo, magiſq; admiror, quòd potuit immiſiſſe in cor eius vt traderet Dominum, quàm vt ſemetipſum ſuſpenderet. Nihil ergò ſimile habent conſtantia martyrum, & pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur.

Gladio coerceri hæreticos expedit. Rom. 13.

Diaboli poteſtas in corda hæreticorum.

Matth. 27.

Conſtantia martyrũ diſſimilis eſt hæreticorum pertinaciæ.

10. PRIMI Regum decimoquinto: Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & vniuerſis quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea. Quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt. Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel, dicēs: Pœnitet me quòd conſtituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Et paulopòſt: Et ait Saul ad Samuelem: Immò audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec: & Amalec interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis. Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ: & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergò quòd abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus nè ſis rex. Dixitq; Saul ad Samuelem: Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem Domini & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum.

11. IVDICVM vigeſimo: Conuenitq; vniuerſus Iſrael ad ciuitatem (Gabaa Beniamin) quaſi homo vnus eadem mente vnóque conſilio; & miſerunt nuncios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitiũ perpetrârunt, vt moriantur, & auferatur malum de Iſrael. Qui noluerunt fratrum ſuorum Iſrael audire mandatum, ſed ex cunctis vrbibus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent. Inuentiq; ſunt vigintiquinque millia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ità ſiniſtra vt dextra præliantes: & ſic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoquè poſſent percutere, & nequaquàm in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoquè Iſrael, abſque filijs Beniamin, inuēta ſunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt, in Silo: conſuluerúntq; Dominum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus reſpondit Dominus, Iudas ſit dux veſter. Statimq; filij Iſrael ſurgentes, manè caſtra metati ſunt iuxta Gabaa: & indè procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem oppugnare cœperunt &c. Ceciderunt atque proſtrati ſunt ad Orientalem plagam vrbis Gabaa. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti ſunt, decē & octo millia virorum, omnes robuſtiſſimi pugnatores. Quod cùm vidiſſent, qui remanſerant de Beniamin, fugerunt in ſolitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum eſt Remmon. In illa quoquè fuga palantes, & in diuerſa tendentes, occiderunt quinque millia viros. Et cùm vltrà tenderent, perſecuti ſunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. Et ſic factum eſt, vt omnes qui ceciderunt de Beniamin in diuerſis locis, eſſent vigintiquinque millia, pugnatores ad bella promptiſſimi. Remanſerunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in ſolitudinem, ſexcenti viri: ſederúntq; in petra Remmon menſibus quatuor. Regreſſi autem filij Iſrael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſque ad iumenta gladio percuſſerunt, cunctaſq; vrbes & viculos Beniamin vorax flamma conſumpſit.

12. NVMERORVM vigeſimoquinto: Morabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earum. Initiatúſque eſt Iſrael Beelphegor, & iratus Dominus ait ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael. Dixitq; Moyſes ad Iudices Iſrael: Occidat vnuſquiſque proximos ſuos qui initiati ſunt Beelphegor. Et eccè vnus de filijs Iſrael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum &c. Quod cùm vidiſſet Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione &c. Ceſſauitq; plaga à filijs Iſrael.

13. TERTII Regum vigeſimo: Tunc vir quidam de filijs prophetarum, dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini: Percute me, &c. Cumq; rex tranſiſſet, clamauit ad Regem, & ait: Seruus tuus egreſſus eſt &c. Hæc dicit Dominus, quia dimiſiſti &c. vt in textu.

14. PRIORIS ad Corinthios quinto: Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?

Digitized by Google

rumpit? Et in fine: Auferte malum ex vobiſipſis.

15. EXODI vigeſimoſecundo: Maleficos non patieris viuere.

16. DEVTERONOMII decimotertio: Si ſurrexerit in medio tuî Prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat vtrùm diligatis eum, an non, in toto corde & in tota anima veſtra. Dominum Deũ veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocẽ eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur: quia locutus eſt vt vos auerteret à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via, quã tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malũ de medio tuî. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuę, aut filius tuus vel filia, ſiue vxor quę eſt in ſinu tuo, aut amicus quẽ diligis vt animam tuam, clàm dicens: Eamus, & ſeruiamus dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui, cunctarum in circuitu gentium quæ iuxtà vel procùl ſunt, ab initio vſque ad finem terræ: non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies: ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Aegypti de domo ſeruitutis: vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquàm vltrà faciat quippiam huius rei ſimile. Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Egreſſi ſunt filij Belial de medio tuî, & auerterunt habitantes vrbis ſuæ, atque dixerunt, Eamus, & ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis, quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque quæ in illa ſunt vſque ad pecora: quicquid etiam ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipſa ciuitate ſuccendes, ità vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus. Non ædificabitur ampliùs, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tuî, multiplicétque te, ſicut iurauit patribus tuis, quando audieris vocem Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodiè, vt facias quod placitum eſt in conſpectu Domini Dei tui.

17. ET capite decimoſeptimo: Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: cunctuſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

18. ITEM capite decimooctauo: Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. Quòd ſi tacita cogitatione reſponderis, Quomodò poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt locutus? hoc habebis ſignum, Quòd in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit, & idcircò non timebis eum.

19. TERTII Regum decimooctauo: Ait Elias ad Achab, Nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetaſq; lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabel. Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Vſquequò claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et nõ reſpondit ei populus verbum. Et ait rurſus Elias ad populum: Ego remanſi propheta Domini ſolus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta viri ſunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: & ego faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam. Inuocate nomina Deorum veſtrorum, & inuocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus, ait: Optima propoſitio &c. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna & lapides, puluerem quoquè & aquam, quæ erat in aquæ ductu, lambens. Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Dixitq; Helias ad eos: Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Helias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.

20. HIERONYMVS in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: Scintilla res parua eſt, & penè dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſuî quanuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regioneſq; conſumit. Fermentũ quoquè, cuius ad aliam partem in euangelio parabola temperata eſt, res modica videtur & nihili, ſed cùm farinæ conſperſum, totam maſſam ſuo vigore corruperit, in illius vim tranſit omne quod mixtum eſt. Ità & doctrina peruerſa ab vno incipiens, vix duos aut tres primùm in exordio reperit auditores, ſed paulatim vt cancer ſerpit in corpore, &, iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies, totam commaculat gregem. Igitur & ſcintilla ſtatìm vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum à maſſæ vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.

Principijs hæreſeõn obſiſtendum. — *Luc. 13.* — *1. Cor. 5.* — *Secandæ putridæ carnes.* — *Arius hæreſiarcha ſcintillæ nõ oppreſſæ cõparatur.*

21. GREGORIVS libro duodecimo, epiſtola trigeſimaprima ad Felicem Epiſcopũ Siciliæ: Melius eſt vt pro multorũ ſalute vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. Nec mirum ſi inter homines hęc ratio cuſtoditur, cùm & inter iumenta hoc fieri perſæpè cognouimus, vt ea quæ ſcabiem aut impetiginem habere videntur, ſeparentur à ſanis, nè illorum morbo ſana damnentur & pereant.

Vnum pro multorũ ſalute condemnari præſtat.

1. C. AVGVSTINVS in pſalmum quinquageſimum, vt ſuprà hac eádem quæſtione, teſtimonio quarto.

2. GREGORIVS libro quarto Dialogorum, capite decimooctauo: Et ſi omnes baptizatos infantes, atq; in eadem infantia morientes ingredi regnum cæleſte credendũ eſt, omnes tamẽ paruulos qui ſcilicet iam loqui poſſunt, regna cæleſtia ingredi credendum non eſt: quia nonnullis paruulis eiuſdẽ regni cęleſtis aditus à parentibus clauditur, ſi malè nutriantur. Nam quidam vir cunctis in hac vrbe notiſſimus ante triennium filium habuit annorum, ſicut arbitror, quinque: quem nimìs carnaliter diligens remiſſè nutriebat: atque idem paruulus, quod dictu graue eſt, mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet, maieſtatem Dei blaſphemare conſueuerat, qui in hac ante

Quibuſdam paruulis clauditur aditus regni cęleſtis à parentibus.

Digitized by Google

trienniū mortalitate percuſſus, venit ad mortem. Cumq́ eū ſuus pater in ſinu teneret, ſicut hi teſtati ſunt qui præſentes fuerunt, malignos ad ſe veniſſe ſpiritus trementibus oculis puer adſpiciens, cœpit clamare: Obſta pater, obſta pater. Qui clamans declinauit faciē, vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet. Quem cùm ille trementem requireret, quid videret: puer adiunxit, dicens: Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Qui cùm hoc dixiſſet, maieſtatis nomen protinùs blaſphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens Deus oſtenderet, pro quo reatu talibus fuiſſet traditus executoribus, vndè viuentem pater ſuus noluit corrigere, hoc morientem permiſit iterare: vt qui diù per diuinitatis patientiā blaſphemus vixerat, quandoquè per diuinitatis iudicium blaſphemaret & moreretur: quatenùs reatum ſuum pater eius agnoſceret, & qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem, gehennæ ignibus nutriſſet.

Terribile exemplum de puero blaſphemo.

3. CHRYSOSTOMVS homilia nona in priorem epiſtolam ad Timotheum: Neque enim parui meriti eſt, indultos nobis à Deo liberos, ad ipſius exercere militiā, eisq́ ab ipſis infantiæ pannis dedicare. Nam ſi eiuſce educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi ſunt præmijs: quemadmodùm ſi neglexerint, grauiſſimis cruciatibus. Nempe enim & Heli propter filios perijt: illos quippe cùm acriùs coercere debuiſſet, verbis tandem lenibus monuit. Quocircà dum illis moleſtus eſſe ſeuera increpatione recuſat, & illos & ſeipſum vnà perdidit. Audite hæc patres, veſtrosq́ filios in diſciplina & correptione Domini erudite ſumma cum diligentia. Eſt enim iuuentus fera; plurimisq́ indiget inſtitutoribus, magiſtris, pædagogis, aſſeclis, atq́ nutritoribus. Votiq́ res eſt, poſt adeò exactam diligentiam, eam continere poſſe, non ſecùs, quàm equus quidam indomitus, velutì fera belua. Huiuſmodi quippe iuuentus eſt. Si igitur illi ab ipſis ſtatim initijs, atq́ à prima ætate leges optimas imponamus, minimùm poſthàc laborabimus: verùm conſuetudo ipſa virtutis in legem tranſiet. Nihil eos agere permittamus ex his quæ noxiè iucunda ſunt, neque illis vt pueris indulgeamus: atque ante omnia illos in pudore & ſobrietate ſeruemus, quippe huic inimica libido omnium maximè huiuſmodi turbat ætatem. Et paulò pòſt: Admoneamus igitur illos, corripiamus, terreamus, minasq́ intentemus, & modò iſtud, modò illud faciamus. Magnum habemus precioſumq́ depoſitum filios: ingenti illos ſeruemus cura, atq́ omnia faciamus, nè fur id nobis aſtutus auferat. At verò nunc contrà penitùs facimus. Nam vt fundus quidem ſit optimus, cuncta molimur, eumq́ fideli viro magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem atq́ mulionem, procuratoremq́ ac diſpenſatorem, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus: cæterùm quod nobis chariſſimum omnium eſt, omninò negligimus: neque curamus, quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittamus, qui ipſius tueri ac ſeruare pudicitiam poſſit? Et certè nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus æquè nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filijs quæruntur. Igitur maior nobis poſſeſſionū cura eſt, quàm eorum, quorum illæ gratia comparantur: quod profectò abſurdiſſimum atque ſtolidiſſimum eſt. Exerceamus igitur ad virtutem atque pietatem molles filiorum animos, cætera omnia ſecundo loco quæramus. Nam ſi quidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt: ſin autem probi, nihil ex paupertate lædentur. Vis filium relinquere diuitem? Bonum illum ac benignum eſſe doce: ità enim etiam rem familiarem auctiorem facere poterit. Quòd ſi tenuis illi ſubſtātia fuerit, nihilo deteriori in loco erit, quàm hi qui plurima poſſident. Quòd ſi malus ille fuerit, etiamſi infinitam illi ſubſtantiam relinquas, non illi cuſtodem reliquiſti, ſed longè deteriore conditione feciſti, quàm ſi ad extremam deueniſſet inopiam. Quippe filijs non ritè inſtitutis præſtat pauperes eſſe, quàm diuites. Paupertas enim vel inuitos coercet, atque intrà virtutis limites continet: opes verò ne volentes quidem pudicè, temperanterq́ viuere ſinunt: verùm exorbitare faciunt, atque peruertunt, malisq́ innumeris ſubijciunt. Matres item, filiarum vobis curam aſſumite: eſt ea cura vobis perfacilis. Curate ſolicitè, vt domi iugiter ſint. Ante omnia pias eſſe, religioſasq́ docete, aſpernari pecunias, exteriorisq́ ornatus contemptrices eſſe, atq́ ità demùm nuptijs tradite: eas ſi ità inſtitueritis, non ipſas modò ſeruabitis, verùm & viros qui illas ducturi ſunt: neque viros tantùm, ſed etiam filios atque nepotes. Quippe ex radice optima ſurculi prodeūt firmiores, ac ſemper in meliora proficiunt, horumq́ omniū merces vobis reddenda eſt. Non igitur tanquàm vnius animæ commodis proſpicientes, ſed vt plurimis per vnam conſulentes, magno cum ſtudio omnia faciamus. Ità nempe paterna domo decet progredi virginem, ac matrimonio iungi, quemadmodùm ex palaſtra luctatorem, vt omnem diligentiſſimè rei familiaris peritiam habeat: ſitq́ velutì fermentum, quod maſſam omnem in ſuam transfert pulchritudinem. Filij quoquè adeò verendi ſint præ morum honeſtate, & ſingulari pudicitiæ laude, vt ab hominibus, & à Deo laudes mereantur. Diſcant continere ventrem, abſtineant à ſuperfluis ſumptibus, & omni magnificentia apparatùs: diſpenſare ſua probè nouerint, pij in parentes ſint: ſubijci, & dicto obtemperantes eſſe diſcant: ità enim & parentibus ipſis ingentes præmiorum adijcient cumulos: atque ità omnia in Dei gloriam, ſalutémque noſtram fient.

Magni meriti eſt, liberos educare Deo.

1. Reg. 2. & 4. Exemplo Heli monentur parentes.

Quomodò inſtituendi filij.

Cōtra parentes, qui cùm aliarum rerum diligentem curam, filiorum ferè nullā habent.

Nota.

Filiarū cura matribus mādata.

Filij quales eſſe debeant.

4. AD Epheſios ſexto: Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.

5. AD Hebræos duodecimo: Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergò adulteri, & non filij eſtis.

6. PROVERBIORVM decimotertio: Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit.

7. ET capite vigeſimoſecundo: Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Et paulò antè: Prouerbium eſt, Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.

8. ITEM vigeſimotertio: Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur: tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.

9. ET capite vigeſimonono: Virga atque correptio tribuit ſapientiā: puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſteà ſentiet eum contumacem.

10. ECCLESIASTICI ſeptimo: Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum, & nō oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.

11. ET capite vigeſimoſecūdo: Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato: filia autem in deminoratione fiet. Filia prudens hæreditas viro ſuo: nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris. Patrem & virum confundit audax, & ab impijs non minorabitur: ab vtriſque autem inhonorabitur.

12. ITEM capite trigeſimo: Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſi-

mo

Digitized by Google

ino ſuo, & non palpet proximorum oſtia. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis: reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius. Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium, & pauentem te faciet: Lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi: nè doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & nè deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: nè fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, nè in turpitudinem illius offendas.

13. PRIMI Regum tertio: Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduersùm Heli omnia, quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam, & complebo. Prædixi enim ei, quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eò quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcircò iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum.

14. ET capite quarto: Quid actum eſt fili mi? Reſpondens autem ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſtijm, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filij tui mortui ſunt Ophni & Phinees, & arca Dei capta eſt. Cumq; ille nominâſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorsùm iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandæuus, & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis.

15. TERTII Regum primo: Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitq; ſibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc feciſti?

1. D. PROVERBIORVM nono: Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem, nè oderit te. Argue ſapientem, & diliget te. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum, & feſtinabit accipere.

2. ET capite decimoquinto: Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. Doctrina mala deſerentium viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur.

3. ET vigeſimoquarto: Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur: & ſuper ipſos veniet benedictio.

4. ITEM vigeſimoquinto: Quæ viderunt oculi tui, nè proferas in iurgio citò: nè poſteà emendare non poſſis, cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurem obedientem.

5. ET vigeſimoſeptimo: Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

6. RVRSVS capite vigeſimooctauo: Qui corripit hominē, gratiā poſteà inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

7. CAPITE vigeſimonono: Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus: & eum ſanitas non ſequetur.

8. ECCLESIASTIS ſeptimo: Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorū adulatione decipi.

9. ECCLESIASTICI ſeptimo: Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.

10. ET capite decimo: Seruo ſenſato liberi ſeruient: & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur.

11. ITEM capite vndecimo: Priuſquàm interroges, nè vituperes quenquam: & cùm interrogaueris, corripe iuſtè.

12. ET capite decimonono: Corripe amicum, nè fortè non intellexerit, & dicat, Non feci: aut ſi fecerit, nè iterùm addat facere. Corripe proximum, nè fortè non dixerit: & ſi dixerit, nè fortè iteret. Corripe amicum: ſæpè enim fit commiſſio. Corripe proximum antequàm commineris.

13. CAPITE item vigeſimo: Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci? & confitentem in oratione non prohibere. Quàm bonum eſt, correptum manifeſtare pœnitentiam? ſic enim effugies voluntarium peccatum.

14. PSALMO cēteſimo quadrageſimo: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleū autem peccatoris non impinguet caput meū.

15. AD Coloſſenſes primo: Quem (Chriſtum) nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

16. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum. Pacē habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.

17. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes tertio: Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate: & nè commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicū exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

18. PRIORIS ad Timotheum quinto: Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.

19. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo: Seruum Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: nè quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

20. ET capite quarto: Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.

21. AD Titum primo capite: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Oportet epiſcopum &c. amplectentem eum qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt: quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

22. ET capite ſecundo: Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

23. MATTHAEI decimooctauo: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc

Digitized by Google

adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

X.

Quid eſt, Participatione alienum peccatum contrahere?

Tob. 2. d Prouer. 1. b 29. d Num. 16. a Eccli 5. a 2. Paral. 20. g Gregor. Turon. in gloriam Confeſſor. ca. 63. & 71. Item lib. 1. de gloria Marty. c. 38. 72. & 79. & lib. 2. cap. 13. 14. 15. 16. 17. & 20. Theod. lib. 3. hiſt. c. 11. & 12. Vict. lib. 1. perſecut. Vãdal. Ioſ. 7. d Dan. 5. a f 2. Machab. 3. a e g 5. c d 9. a b 1. Machab. 6. b

a Pſal. 49. c Auguſt. in pſal. 129.

b Eſaiæ 1. f

c Deut. 23. c

ID maximè fit, quando in partem lucri cum furibus, ſiue raptoribus venímus: cùm itidem bona iniuſtè parta, vel quouis modo aliena nobis vnà cum alijs ſcienter vendicamus aut retinemus: cùm inſupèr ſpolijs alienis diteſcimus. Quò pertinere videtur, quod Pſalmographus dixit,[a] cum furibus ipſis currere, & cum adulteris portionem habere. Sic & Eſaias obijcit populo Iudaico:[b] *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.* Grauiùs adhuc delinquunt, qui lucrum ſibi ex aliena[c] turpitudine apertè parant, vt lenones: quíve latronibus, & notæ turpitudinis vel factionis hominibus præbere audent hoſpitium & locum, quò ſe illi, aut ſua recipiant.

TESTIMONIA.

1. TOBIAE ſecundo capite: Anna vxor eius ibat ad opus textrinum quotidiè: & de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi poterat, deferebat. Vndè factum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet domi. Cuius cùm vocem balantis vir eius audiſſet, dixit: Videte nè fortè furtiuus ſit: reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere.

2. PROVERBIORVM primo capite: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, nè acquieſcas eis. Si dixerint, Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, &c. Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs. Sortem mitte nobiſcum, marſupium ſit vnum omniũ noſtrûm. Fili mi, nè ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.

3. ET capite vigeſimonono: Qui cum fure participat, odit animam ſuam: adiurantem audit, & non indicat.

4. NVMERORVM decimoſexto: Surrexitq; Moyſes, & abijt ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, nè inuoluamini in peccatis eorum. Cumq; receſſiſſent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabãt in introitu papilionum ſuorum cum vxoribus & liberis, omniq; frequentia. Et ait Moyſes: In hoc ſcietis quòd Dominus miſerit me, vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum, deglutiat eos &c.

5. ECCLESIASTICI quinto: Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & nè dixeris, eſt mihi ſufficiens vita. nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.

6. SECVNDI Paralipomenon vigeſimo: Poſt hæc inijt amicitias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael, cuius opera fuerunt impiiſſima. Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharſis: feceruntq; claſſem in Aſion Gaber: Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Mareſa ad Ioſaphat, dicens: Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua, contritæq; ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis.

7. GREGORIVS Turonenſis in libro de gloria Confeſſorum, capite ſexageſimotertio: Leonis Romani Imperatoris filia, cùm ab ſpiritu vexaretur immũdo, & per loca ſancta duceretur, aſſiduè clamabat nequam ſpiritus: Nõ hinc egredior, niſi Archidiaconus Lugdunenſis aduenіat: ac niſi ipſe me de hoc vaſculo quod acquiſiui, eijciat, nullatenùs hinc ſum egreſſurus. Audiens hæc Imperator, dirigit ſuos in Gallias. Quem illi repertum ſuppliciter exorant, vt cum eis ad viſitandam puellam Romam dignaretur accedere. Ille verò contradicens, & ſe indignum, per quem Chriſtus miracula oſtenderet, eſſe vociferans: admonitus Epiſcopi ſui conſilio, cum eiſdem miſſis iter dirigit. Et ad Imperatorem veniens, cum honore ſuſcipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, ſe ad baſilicam beati Petri Apoſtoli confert: ibiq; continuato cum vigilijs & orationibus triduano ieiunio, quarta die per inuocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti & crucis vexillum, immundum ſpiritum à corpore puellæ depellit. Qua ſanata, tria ei centenaria auri Imperator offert: ſed ille vir altioris ſpiritus, caducas diuitias pro nihilo reſpuit, dicens: Si me tuis muneribus locupletare deſideras, illud quod cunctæ proficiat ciuitati, largire: tributum, ait, in tertio circa muros milliario populis cede: hoc vtriſque animabus ſalubre beneficium erit. Aurum verò tuum neceſſarium non habeo: pauperibus pro tua tuorumq; felicitate diſpenſa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, & tributum petitum ciuitati concedit. Vndè vſque hodiè circa muros vrbis illius in tertio milliario tributa non redduntur in publico. Poſt diſceſſum verò beati Archidiaconi, ait Imperator ſuis: Si iſte, inquit, Deum plùs quàm pecuniam diligit, dignè Eccleſia illa cuius nobis miniſter obſequitur, noſtris muneribus illuſtratur. Tunc capſam ad ſancta Euangelia recludenda, patenámque & calicem ex auro puro precioſiſque lapidibus præcepit fabricari. Quod miro perfectum opere, per hominem eruditum dirigit Eccleſiæ: ſed nuncius ille inter Alpes poſitus, qui hæc exhibebat, ad aurificis cuiuſdam domum diuertit. Cumq; ab eo artifex ſciſcitaretur, quid negocij gereret, rem ſecretiùs ac ſimpliciter pandit: & ille, Si, inquit, meo conſilio conniuentiam præbueris, multa hæc nobis ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille diabolo inſtigante ſeductus, & vt fertur inter ruſticos ſermo vulgatus, quòd inhianti auro ac circunuentionis fallacias inferenti ſæpiùs animi coniungũtur, ſtatim huius conſilij effectus eſt ſectator. Tunc ille deceptor fecit ſimiles de argento ſpecies, vt nihil aliud quàm aurum puriſſimum putarentur: & ſic opera quæ cum gemmis filiſq; aureis fuerant ſuperpoſita, ſtudioſiſſimè cum clauis affixit. Veruntamen calicem non comminuit, quia cataclyza in ipſo fuerant ſolidata. Deniquè portitor cum hac fraude Lugdunum aduenit. Oblatíſque muneribus, ab Epiſcopo muneratur: regreſsúſque ad ſocium, aurum de ſpeciebus figuratum recipere flagitat: arti-

artifex verò adhuc non eſſe totum paratum pronunciat: ſed ſub ipſa expliciturum ſe nocte pollicetur. Exacta igitur cœna, cùm in cellula qua hęc operabatur, pariter reſiderent, concuſſa ſubitò à terræ motu ſuper eos diruit. Diſruptaq́ terra ſub pedibus eorum, ipſos pariter cum pecunia deglutiuit: deſcenderuntq́ viuentes ac vociferantes in tartarũ. Vltusq́ eſt Deus velociter de fraude Eccleſiæ ſuæ. Ego verò has ſpecies in Eccleſia Lugdunenſi ſæpiſſimè vidi. Sit hoc populis documentum, vt nullus res Eccleſiæ aut appetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter videbit Dei iudicium ſuper ſe velociter imminere.

Pœna terribilis in ſacrilegos.

8. ET capite ſeptuageſimoprimo: Aquenſibus eſt conceſſus inclytus athleta Metrias, vir in corpore iuxta hiſtoriam actionis magnificæ ſanctitatis: & licèt ditione ſeruus, liber tamen iuſtitia: qui, vt ferunt legentes certaminis eius textũ, peracto curſu boni operis, à ſeculo victor abceſſit, ſępiùs ſe in cęlis degere virtutibus manifeſtis oſtendens. Tempore igitur quodam cùm Franco Epiſcopus huius municipij Eccleſiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sigebertum regem habebatur, villam eius competit, dicens: Quia iniuſtè ab Aquenſi Eccleſia retineretur: & dicto citiùs conuenitur Epiſcopus. Datisq́ fideiuſſoribus, in præſentia regis adſiſtit, clamans & obſecrans, vt rex ad huius cauſæ audientiam præſentiam ſuam auerteret, nè cæleſti iudicio condemnetur: addens, Scio enim virtutem Metriæ viri beati, quòd velociter in peruaſorem ſuum irrogat vltionem. Deniquè coniuncti adiutores cauſam diſcutiunt. Inſurgit Childericus atque improperans criminibus exacerbatum Epiſcopum, quòd res fiſci ditionibus debitas, iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet: & tantùm ablata per iudicium præſentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quiſquam contra voluntatem eius audebat decernere, niſi quod eidem libuiſſet. Deniq; condemnatus ſpoliatusq́ ſacerdos, ad vrbem redijt, atque proſtratus in orationem coram ſepulcro ſancti, dicto pſalmi capitello, ait: Non hîc accendetur lumen, neque pſalmorum modulatio canetur gloriosiſſime ſancte, niſi priùs vlciſcaris ſeruos tuos de inimicis ſuis, resq́ tibi violenter ablatas, Eccleſiæ ſanctæ reſtituas. Hæc cum lachrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulum proiecit. Egreſſusq́ clauſis oſtijs, ſimiliter in ingreſſu alias collocauit. Nec mora, corripitur peruaſor à febre: decumbit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum, profert æſtuans iuge ſuſpirium. Cui etiam ſi ab ardore febris interdùm ſitis accederet, aquam tantùm, nihil aliud, hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum ducit annum: ſed mens praua non flectitur. Intereà labitur cæſaries cuncta cum barba, & ità omne caput remanſit nudum, vt putares eum olìm ſepultum, nupèr eiectum fuiſſe poſt funera de ſepulcro. His & talibus miſer afflictus malis, ſero recogitat, dicens: Peccaui, eò quòd expoliauerim Eccleſiam Dei, atque Epiſcopo ſancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantociùs, & reddita villa, ſexcentos aureos ſuper tumulum ſancti deponite. Eſt enim mihi ſpes, quòd res reddita tribuat ęgrotanti medelam. Quod audientes homines eius, accepta pecunia, fecerũt ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, ſolidosq́ ſuper ſepulcrum ſerui Dei poſuerunt: ſed cùm hoc feciſſent, ſtatim ille in loco quo erat, ſpiritum exhalauit: lucratusq́ eſt detrimentum animæ per adeptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtinuit vltionem de inimico Eccleſiæ, quam promiſerat futuram per athletæ Dei virtutem.

De Metria martyre.

Pœna eius qui prædia Eccleſiæ abſtulit, & Epiſcopo vim intulit.

Reſtitutio.

9. ITEM libro primo de gloria Martyrum, capite trigeſimooctauo: Quia iugiter mens humana turpibus erubeſcẽdisq́ cupiditatibus inhiat, ſubdiaconus quidam viſo per feneſtram argento, cogitat intra ſe, quod poſtero die auaritia impellente compleuit. Nocte enim conſurgens, ingreſſus eſt baſilicam ſanctorum Chryſanthi & Dariæ: Deindè per feneſtram ingrediens cellulam, ac per obſcuritatem noctis palpãs manibus, aliquos de vrceis capit: deindè egredi cum præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquàm potuit aditum vndè ingreſſus fuerat, reperire. Dato verò die, dum opera ſua obtegi conſcius ſceleris voluit, iuxta illud Dominici oraculi dictum, quod, Omnis qui malè agit, odit lucem, vt non manifeſtentur opera eius, occultauit ſe in angulo cellulæ tota die nè videretur. Sequenti verò nocte quæſiuit iterùm aditum, ſed reperire non potuit: ſic per trium noctium curricula fecit. Tertia verò die cùm iam fame cruciaretur, acceſſit coram populo ad feneſtram, & relicto argento confeſſus eſt opus ſuum, egreſſusq́ eſt foràs cum magna verecundia, nec latuit ſcelus quod geſſerat, populis qui aderant.

Sacra vaſa furto ſubtrahere cupiens, punitur diuinitùs.

Ioan. 3.

10. ET capite ſeptuageſimoſecundo: Dionyſius Epiſcopus Pariſiorum vrbi datus eſt martyr: tempore verò quo Sigibertus rex cum exercitu ad vrbem illam venit, & maximam vicorum eius partem incendio concremauit, quidam de primoribus eius, ad baſilicam antedicti martyris properat, non orationis deuotione, ſed tantùm vt aliquid fraudaret ab æde: ilicò vbi reſerata oſtia ac vacuum templum à cuſtodibus repériſſet, pallam holoſericam auroq́ exornatam ex gemmis, quæ ſanctũ tegebat ſepulcrũ, temerario auſu diripuit, ſecumq́ ſuſtulit. Veniens autem ad caſtra, fuit ei neceſſitas nauigandi. Cumq́ puer eius quem tunc creditũ habebat, ſuſpenſis ad collum ducentis aureis, nauem cum eodem aſcendiſſet, ſubitò à nullo tactus, de naui ruit, oppreſſusq́ aquis, nunquàm potuit inueniri. Ille quoquè iudicium Dei in ſe cernens, per pueri amiſſionem & auri, velociter ad littus de quo digreſſus fuerat, remeauit: pallamq́ ſepulcri ſumma velocitate reſtituit. Et licèt hoc fecerit, tamen diem in quo hęc admiſerat, recurrente anni circulo, non attigit.

Pœna in ſpoliatorem Eccleſiæ.

11. CAPITE ſeptuageſimonono: Eccleſia Agathenſis vrbis, quæ ſancti Andreæ Apoſtoli reliquijs plaudit, plerunquè glorioſis illuſtratur miraculis, peruaſores rerum ſuarum ſæpiùs arguit. Deniquè * Gomacharius comes agrum Eccleſiæ ipſius peruadit. Tunc Leo Epiſcopus huius Eccleſiæ valdè mœſtus, concurrit ad eum, dicens: Relinque ô fili, res pauperum quas ordinationi noſtræ Dominus commendauit, nè tibi ſit noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali conſueuerant, eneceris. Ille verò quia erat hæreticus, paruipendens de his quæ ab Epiſcopo dicebantur, rem in ſua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur à febre. Cumq́ non modò ardore corporeo, verumetiam animæ vexaretur incommodo, miſit ad Epiſcopum nuncios, dicens: Dignetur pro me ſacerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valetudine qua grauabatur, cõualuit: factusq́ ſanus, ait ſuis: Quid putatis, quid iſti nũc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuiſſe febre grauatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi iuxta conſuetudinem humani corporis accidit: veruntamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citiùs miſit qui eum iterùm auferret. Quod cùm Epiſcopus comperiſſet, venit ad eum, dicens: Num pœnitet te priùs feciſſe benè, quòd hoc iterùm conaris euertere? nè facias, quæſo, nè vltioni diuinæ ſubiaceas. Qui ait ad Epiſcopum: Sile, ſile decrepite: iam infrænatum te loris, circuire vrbem ſuper aſinum faciam, vt ſis ridiculo omnibus qui te adſpexerint. At ille ſilens ad nota recurrit præſidia: proſternitur in oratione, celebrat vigilias,

* alij, Comitharius.

Catholici ab hæreticis Romani appellantur.

gilias,ac noctem totam in lachrymis & pſallentio ducit. Manè autem facto, accedit ad lychnos qui de camera Eccleſię dependebant,extendensq; virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: Non hîc accendetur lumen, donèc vlciſcatur Deus de inimicis, & reſtituat res domus ſuæ.

Hęreticus eccleſiæ ſpoliator à Deo punitur.

Hæc eo dicente, protinùs hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cumq; in extremis ageret, miſit ad Epiſcopum, dicens, Oret pro me ſacerdos ad Dominum vt viuam, & reſtituam agrum, ac ſimilem eius conferam dominationi. Quibus pontifex reſpondit: Iam oraui ad Dominum, & exaudiuit me. Miſit & alios ac tertios ad eum nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo perſiſtens, non mouebatur ad hęc, vt pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe deprecatur Epiſcopum, dicens: Quia dupla ſatisfactione reſtituo agrum quem iniquè peruaſi, tantùm vt oret pro me ſanctitas tua. Illo quoquè recuſante, compulit eum vi, vt abiret ad Eccleſiam: quo diſcedente, vt Eccleſiam eſt ingreſſus, & hic ſpiritum exhalauit, recepitq; confeſtìm Eccleſia rem ſuam.

12. IDEM libro ſecundo de gloria Martyrum, capite decimotertio: Cùm ob direptionem Aruernorum Theodericus rex feſtinaret, & ingrediens terminum vaſtatione cuncta ſubigeret, pars aliqua ab exercitu ſeparata, ad Briuatenſem vicum infeſta prorupit, fama vulgante quòd in baſilica eſſent incolæ cum multis theſauris adunati. Cumq; perueniſſent ad locum, inueniunt multitudinem promiſcui ſexûs, obſeratis oſtijs in templo ipſo cũ proprijs facultatibus reſidere. Cumq; intrare non poſſent, vnus per effractam ceu fur in altari ſancto feneſtram vitream ingreditur, quia

Ioan. 10.

qui non intrat per ianuam, hic latro eſt: dehinc reſeratis ædis illius valuis, exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum ſupellectilia cum miniſtris ipſius baſilicæ, reliquumq; populum qui infra erat, eductum, foris diuiſerunt haud procùl à vico. Quæ cùm ad regem delata fuiſſent, compræhenſos ex his aliquos diuerſis mortibus

Seuera Dei vltio in Eccleſiæ direptores.

condemnauit. Fugiens verò ille qui irrupta æde caput fuit huius ſceleris, igne de cælo dilapſo conſumptus interijt: ſuper quem cùm multi aceruum lapidum congregâſſent, à tonitruis & coruſcationibus detectus, terrena caruit ſepultura. Qui verò de conſentaneis latentes regem, in patriam ſunt regreſſi, correpti à dęmone, diuerſis exitibus hanc vitã crudeliter finiêrunt. Hæc audiens rex, omnia quæ exindè ſunt ablata, reddidit. Præceperat enim nè in ſeptimo à baſilica milliario quis vim inferret.

13. ET capite decimoquarto: Sigiualdus cum rege præpotens, cum omni familia ſua in Aruernam regionem ex regis iuſſu migrauit: vbi dum multorum res iniuſtè competeret, villam quandam quam glorioſæ memoriæ Tetradius Epiſcopus Biturigenſis, baſilicę ſancti Iuliani reliquerat, ſub ſpecie obumbratæ commutationis auidus

Prædij eccleſiaſtici inuaſor punitur.

peruaſit: ſed menſe tertio poſtquàm aggreſſus eſt, correptus à febre & ſine ſenſu effectus, declinauit caput ad lectulum. Cuius vxor dum de hoc exitu mœſta penderet, à quodam ſacerdote commonita eſt, vt eum ſi videre vellet incolumem, auferret à villa. At illa hæc audiens, præparatis carrucis, compoſitoq; plauſtro, quo eum eueheret, mox vt prædium ſunt egreſſi, protinùs diuina ſunt pariter gratia munerati. nam iſte ſoſpitatem, illa meruit ex huius incolumitate lætitiam.

14. ITEM capite decimoquinto: Paſtor quidam non ſtrenuitate, ſed nomine Ingenuus, dum in multis rebus contra baſilicam ſancti martyris Iuliani iniuſtè ageret, ad hoc leuitas eius inimico ingraſſante conualuit, vt colonias baſilicæ concupiſcens, quæ agro eius erant proximæ, peruadere non timeret. Ad quem ſacerdos loci, cùm aliquos de clericis quaſi legatos mitteret, vt accepta ratione quod malè peruaſerat, relaxaret, ille quaſi contra iniquum hoſtem telis correptis proſiluit, fugatisq; ſagittis clericis, res ſancti in ſua dominatione retinuit. Factum eſt autem vt in proximo adueniret dies paſſionis martyris glorioſi, ad quem ille immemor peruaſionis ſuæ atque iniuriæ quam intulerat clericis, ante quinque dies ſolennitatis ad vicum Briuatenſem aduenit: qui cùm in domo hoſpitalitatis ſuæ conuiuio cum lętitia & exultatione fungeretur, ſubitò coruſcatione facta tonitruum ſonuit. Rurſumq; iterato, iaculo igneo de cælis elapſo percuſſus eſt, nullo tamen de reliquis pereunte. Deindè ad exemplum omnium, tanquàm rogus flammeus ardens, paulatìm conſumebatur. Ad quod miraculum populus qui ad beati feſta conuenerat, hæc cernens cum admiratione, metuebat, ſatisq; illi fuit nè de rebus ſancti aliquid vltrà contingeret. Quod nè fortuitò actum quis putet, cernat inter multos innoxios vnum interiſſe ſacrilegum.

Vltio diuina in ſacrilegũ.

15. CAPITE decimoſexto: Quid etiam ad Becconis comitis confutandam ſuperbiam beatus martyr ſit operatus, euoluam. Hic cùm actiones ageret publicas, & elatus iactantia multos contra iuſtitiam aggrauaret, caſu contigit vt dimiſſum accipitrem diù per diuerſa vagantem perderet. Similiter vt vnus de ſeruientibus baſilicæ ſancti Iuliani, accipitrem alium dum per viam ambularet, quaſi vagum inuenit. Erat enim puer ille pincerna in domo baſilicæ. Quod cùm ad Becconem perueniſſet, quòd ſcilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari cœpit ac dicere: Meus ille erat, inquit, & hic furto eum ſuſtulit. Deindè ſuccedente auaritia, miſit illum vinctum in carcerem, deliberans eum in ſequenti, patibulo condemnare. Tunc ſacerdos mœſtus valdè ad ſepulcrum ſancti properat, reſeratisq; cum gemitu cauſis, appræhenſis decem aureis per fideles amicos Becconi obtulit. Quod ille pro nihilo reſpuens, cum iuramẽto adſeruit, nunquàm ſe puerum dimiſſurum, niſì exindè aureos triginta acciperet. Quod presbyter deſupèr ſepulcro ſancti accipiens, Becconi tranſmiſit: quos acceptos ſatiata auri cupiditate, puerum reſtaurauit incolumem: ſed Deus omnipotens qui permanet ante ſolem, ſecundùm bonitatis ſuæ diuitias, humiliauit calumniatorem: Nam ipſius anni tranſacto curriculo veniens ad ſancti feſtiuitatem cum caterua ſatellitum, ingreſſus eſt limen ſanctum. Procedente verò lectore qui beatæ paſſionis recenſeret hiſtoriam, vt reuoluit librum, & in principio lectionis, ſancti Iuliani protulit nomen, confeſtim Becco voce neſcio qua teterrima, ad terram corruit, cruenteq; ſpumans dare voces diuerſas cœpit: indè inter ſuorum manus ſublatus à baſilica, domum reducitur. Nec fuit dubium pueris eius, hęc ob iniuriã baſilicaris famuli eueniſſe: omnem quoquè ornatum quem ſuper ſe tunc habuit, tam in auro quàm in veſtimentis, baſilicæ contulit, & multa deincèps munera miſit, ſed vſque ad diem obitûs ſui ſine ſenſu durauit.

Propter miniſtrũ baſilicæ martyris iniuria affectum punitus comes.

16. ET capite decimoſeptimo: Fuit etiam quidam Diaconus, qui relicta Eccleſia, fiſco ſe publicè iunxit, acceptaq; à patronis poteſtate, tanta perpetrabat ſcelera, vt vix poſſet à vicinis circumpoſitis ſuſtineri. Accidit autem quadam vice, vt ſaltus montenſes, vbi ad æſtiuandum oues abierant, circumiret, atque paſcuaria quę fiſco debebantur, inquireret. Cumq; diuerſos ſpoliaret iniuſtè, conſpicit eminùs greges, qui tunc ſub nomine martyris tuebantur: ad quos leui curſu euolans, tanquàm lupus rapax diripit arietes. Conturbati atque exterriti paſtores ouium, dicunt ei, Nè quæſumus contingas hos arietes, quia beati martyris Iuliani dominio ſubiugati ſunt. quibus ille hæc

iri-

irridens reſpondiſſe fertur, Putáſne quia Iulianus comedit arietes? Dehinc ipſis verberibus affectis, quæ voluit abſtulit, ignorans miſer, quòd qui de domibus Sanctorum aliquid aufert, ipſis ſanctis iniuriam facit, ipſo ſic Domino proteſtante, Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui recipit iuſtum, mercedem iuſti accipiet. Contigit autem vt poſt dies multos non religione, ſed caſu conferente, ad vicum Briuatenſem properaret, proiectuſq; humo ante ſepulcrum, mox à febre corripitur, & tanta vi caloris opprimitur, vt neque conſurgere, neque puerum euocare poſſet: famuli verò cùm vidiſſent eum extra ſolitum plùs occumbere, accedentes: Quid tu, inquiunt, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam lógus mos erat orandi, aut deuotio. Ferebant autem de eo, quòd quando quidem in Eccleſia fuiſſet ingreſſus, parumpèr immurmurans, nec capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cùm reſponſum reddere non valeret, ablatus manibus è loco, in cellam quæ erat proxima, lectulo collocatur. Igitur inualeſcente febre proclamat ſe miſerum incendi per martyrem, & quod primò ſiluerat, admotis animæ iudicij facibus, crimina confitetur, iactariq; ſuper ſe aquam voce qua poterat deprecabatur. Delatis quoque cum vaſculo lymphis, & in eum ſæpè deiectis, tanquàm de fornace ità fumus egrediebatur è corpore. Intereà miſeri artus, ceu combuſti in nigredinem conuertuntur. Vndè tantus procedebat fœtor, vt vix de adſtantibus poſſent aliquid tolerare. Innuens enim dehinc manu, indicat ſe eſſe leuiorem: mox illis recedentibus, hic ſpiritum exhalauit: de quo haud dubium eſt, qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali diſceſſit iudicio.

Qui de domibus Sanctorũ aliqd aufert, ipſis Sanctis iniuriã facit. Luc 10. Matth. 10.

Nota Dei vindictam in ſacrilegum.

17. ET capite vigeſimo: Aduenerat feſtiuitas ſancti Iuliani, & eccè quidam è populo conſpicatur ornamẽtis immenſis beatam baſilicam effulgere. Concupiſcit iniqua mente, quod adipiſcens non poterat occultare. Igitur diſcedente populo à baſilica, poſt gratiam veſpertinam, hic ſe in angulo baſilicæ reprimens, latitauit: ac dato cũctis nocturnæ quietis ſilentio, operienteq; vmbroſa caligine mundum, conſurgit ab angulo, & nihil dubitans, vtiquè qui à ſatellite Satana impellebatur, ſuper cancellum beati ſepulcri curſu proſilijt rapido, detractamq; à ſummo vnam gemmis coruſcátibus crucem ad terram deiecit, collectiſq; vellulis ac palliolis de circuitu parietũ pendentibus, vnum voluculum facit, impoſuitq; humeris, ac eleuata cruce manu, ad locum vndè diſceſſerat repetit, ac poſita capiti ſarcina, peccati ſopore compreſſus, obdormiuit. Media verò nocte circũeuntes cuſtodes ſanctam baſilicam, adſpiciunt in angulo vnam gemmam crucis, tanquàm iubar cæleſte refulgere: obſtupefacti, accedũt cominùs cum timore, admotóque cereo inueniunt perſonam cum rebus furatis, quas auferre non potuerat, inibì decubare. Deniquè ſub cuſtodia eum illa nocte detentum, manè facto, cuncta quæ fecerat patefecit, aſſerens ſe laſſum obdormiſſe, eò quòd diutiſſimè circumiens cum faſce baſilicam, oſtium vndè egrederetur, reperire non poterat.

Crux coruſcantibus gemmis.

Ornamenta Eccleſiæ furatus deprehenditur.

18. THEODORETVS Eccleſiaſticę hiſtoriæ libro tertio, capite vndecimo: Verùm impij Gentiles, quanquàm hæc ità accidiſſe pro certo cognoſcebant, tamen contra Deum vniuerſarum rerum moderatorẽ, ſe armare cœperunt. Tyrannus item ſacra vaſa in ærarium regiũ inferri, & portas Eccleſiæ, quam Conſtantinus ædificârat, obſerari mandat, quò nullus aditus illis, qui in * eo cõuentus agere ſolent, omninò pateret. Hanc Eccleſiam id temporis occupabant Arriani. In ſacroſanctum autem templum ad vaſa ſacra auferenda ſimul ingrediuntur, Iulianus præfectus Orientis, Felix regij theſauri quæſtor, & Elpidius priuatæ pecuniæ & facultatum Imperatoris procurator, quem Romani Comitem Priuatum appellare conſueuerunt. Felicem verò & Elpidium, cùm eſſent Chriſtiani, quò impio Imperatori gratificarentur, à vera religione ac pietate deſciuiſſe ferunt. Iulianus autem cùm eſſet in templo, aduerſùs ſacram menſam minxiſſe dicitur: atq; Euzoio eum prohibere conanti colaphum infregiſſe, dixiſſeq; res Chriſtianorum diuina cura ac prouidentia prorsùs deſtitutas eſſe. Felix ſacrorum vaſorum magnificentiam conſpicatus, (Conſtantinus enim & Conſtantius ſplendidè & amplè ea conficienda curauerant) Eccè, inquit, quàm ſumptuoſis vaſis filio Mariæ miniſtretur.

Sub Imperio Iuliani apoſtatæ quomodo ſacrilegia commiſſa ſunt.

** ea*

Iulianus auunculus Imperatoris aduerſùs ſacram mẽſam minxit.

Sumptuoſa vaſa ſacra ridentur à Felice.

19. ET capite duodecimo: Sed iſti Tyranni pro his impijs & inſanis facinoribus non diù pòſt pœnas perſoluerunt. Nam Iulianus confeſtìm in grauem morbum delapſus, viſceribus putredine exeſis interijt: atque ſtercus non ampliùs per partes illas corporis, per quas naturaliter egeri ſolet, emiſit, ſed ſceleratum eius os, inſtrumentum blaſphemiæ, partis illius ad ſtercus eijciendum natæ, locum obtinuit. Ferunt eius vxorem, mulierem ob fidei præſtantiam egregiè nobilitatam, hæc ad maritum dixiſſe: Debes meritò mi vir Chriſtum Seruatorem laude prædicare, quòd tibi hac caſtigatione ſuam potentiam oſtenderit. Nam quem oppugnâſſes, planè te prætérijſſet, niſi conſueta ſua lenitate vſus, has plagas diuinitùs tibi inflixiſſet. Miſer igitur partìm coniugis oratione, partìm cruciatu ſibi impoſito morbi cauſam perſpiciens, orat Imperatorem, vt eccleſiam his quibus erat ablata, redderet. Sed neque ei hoc perſuaſit, & ipſe extemplò migrauit è vita. Felix autem derepentè flagello etiam cælitùs impacto oppreſſus, ſanguinem dies noctéſq; ex ore fudit: quippe ſanguis ex omnibus vndiquè corporis, vt ità dicam, vaſis quibùs continebatur, ad eam partem confluxit. Itaque vniuerſo eius ſanguine ad hunc modum exhauſto, ſtatìm extinctus eſt, & æternæ morti traditus. Has quidem pœnas iſti pro ſua impietate dederunt.

Sacrilegi Iuliani pœna diuinitùs inflicta.

Sacrilegi Felicis pœna.

20. VICTOR Epiſcopus libro primo perſecutionis Vuandalicæ: Accenditur propter hæc aduerſùs Dei Eccleſiam Geiſericus. Mittit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum miniſteria diuina vel libros cunctos Domini ſacerdotes, vt primò armis nudaret, & ità faciliùs inermes hoſtis callidus captiuâſſet. Quibus ſe non poſſe tradere clamantibus, ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de pallijs altaris (prò nefas) camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, fruſtatìm ſibi comedẽs linguam, in breui turpiſſima conſumptus eſt morte.

Ex ornamentis altaris camiſias & femoralia faciens, punitur.

21. IOSVE ſeptimo: Reſpondítque Achan Ioſue, & dixit ei: Verè ego peccaui Domino Deo Iſraël, & ſic & ſic feci. Vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulámque auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque foſſa humo operui. Miſit ergò Ioſue miniſtros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abſcondita in eodem loco & argentum ſimul. Auferentéſque de tentorio, tulerunt ad Ioſue, & ad omnes filios Iſraël, proiecerúntque ante Dominum. Tollens itaque Ioſue Achan filium Zaræ, argentúmque & pallium, & auream regulam, filios quoquè & filias eius, boues & aſinos & oues, ipſúmque tabernaculum, & cunctam ſupellectilem: (& omnis Iſraël cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor: vbi dixit Ioſue, Quia turbâſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauítque eum omnis Iſraël, & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt. Congregauerúntque ſuper eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. Et auerſus eſt fu-

Digitized by Google

ror Domini ab eis. Vocatúmque eſt nomen loci illius, Vallis Achor vſque hodiè.

22. DANIELIS quinto: Balſaſar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille: & vnuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem. Præcepit ergò iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea & argentea quæ abſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in Hieruſalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ. Tunc allata ſunt vaſa aurea quæ abſportauerat de templo quod fuerat Hieruſalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneóſque & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & rex adſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicèm collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent magos &c. Et paulò pòſt: Ad quæ reſpondens Daniel, ait coram rege: Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius oſtendam tibi. Quando eleuatum eſt cor Nabuchodonoſor patris tui, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt, & à filijs hominum eiectus eſt, ſed & cor eius cum beſtijs poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoquè vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum eſt: donèc cognoſceret quòd poteſtatē haberet altiſſimus in regno hominum, & quemcunq; voluerit ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoquè filius eius Balſaſar, non humiliâſti cor tuum cùm ſcires hæc omnia: ſed aduerſùm Dominatorem cæli eleuatus es: & vaſa domus eius allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ & concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis: deos quoquè argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneóſque, & lapideos qui non vident neque audiunt, neque ſentiunt, laudâſti: porrò Deum qui habet flatum tuum in manu ſua & omnes vias tuas, non glorificâſti. Idcircò ab eo miſſus eſt articulus manus, qui ſcripſit hoc quod exaratum eſt. Hæc eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt: MANE THECEL PHARES. Et hæc eſt interpretatio ſermonis: MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit iſtud: THECEL: appenſus es in ſtatera, & inuentus es minùs habens: PHARES: diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis. Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſſit in regno, annos natus ſexagintaduos.

23. SECVNDI Machabæorum tertio: Simon præpoſitus templi, cùm vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ & * Phœnicis: & nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ærarium Hieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum: eſſe autem poſſibile, ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cúmque retuliſſet ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum qui erat ſuper negocia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniam tranſportaret. Statímque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & * Phœnicem ciuitates eſſet peragraturus, reuerà autem Regis propoſitum perfecturus. Sed cùm veniſſet Hieroſolymam, & benignè à ſummo Sacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet, aperuit: interrogabat autem, ſi verè hæc ità eſſent. Tunc ſummus Sacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarum & pupillorum: quædam verò eſſe Hyrcani Tobiæ viri valdè eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta: decipi verò eos, qui crediſſent loco & templo, quod per vniuerſum mundum honoratur pro ſui veneratione & ſanctitate, omninò impoſſibile eſſe. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda. Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cælo eum qui &c. Et paulò pòſt: Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium, præſens. Sed ſpiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam, ità vt omnes qui auſi fuerant parère ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: isq; cum impetu Heliodoro priores calces eliſit. qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſíque amictu: qui circumſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus cóncidit in terram, eúmque multa caligine circunfuſum, rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta cognita Dei virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe & ſalute priuatus. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum ſuum, & templum quod paulò antè timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confeſtim Oniam, vt inuocaret Altiſſimum, &c. Heliodorus autem hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis ei qui viuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad Regem. Teſtabatur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magna Dei. Cùm autem rex interrogâſſet Heliodorum, quis eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymam mitti, ait: Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eò quòd in loco ſit verè Dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij cuſtodia ità res ſe habet.

*Phœnices:

*Phœnicen

24. ET capite quinto: Auſus eſt etiam (Antiochus) intrare templum vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor: & ſceleſtis manibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erant poſita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. Ità alienatus mente Antiochus, non conſiderabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicùm Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio, alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus qui miſſus eſt à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic ſtatìm adueniens flagellatus & repulſus vtiquè fuiſſet ab audacia. Verùm non propter locum, gentem: ſed propter gentem, locum Deus elegit. Ideóque & ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, poſteà autem fiet ſocius bonorum. & qui derelictus in ira Dei omnipotentis eſt, iterùm in ma-

in ma-

Digitized by Google

in magni Domini reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, &c.

25. ITEM capite nono: Elatus autem ira (Antiochus) arbitrabatur ſe iniuriam illorum qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retorquere: ideóque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eò quòd ità ſuperbè locutus eſt ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem ſepulcri Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſraël, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, appræhendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta: & quidem ſatis iuſtè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licèt ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negocium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari. Isq; qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatéra appéndere, nunc humiliatus ad terram, in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans: ità vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur: & qui paulò antè ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſuî venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. & cùm nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ità ait: Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Et ciuitatem ad quam feſtinans veniebat, vt eam ad ſolum deduceret, ac ſepulcrum congeſtorum faceret, nunc optat liberam reddere: & Iudæos quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur: templum etiam ſanctum, quod priùs expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum &c.

26. PRIMI Machabæorum ſexto: Et vocauit Antiochus omnes amicos ſuos, & dixit illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, & cóncidi & corrui corde præ ſolicitudine: & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deuéni, & in quos fluctus triſtitiæ in qua nũc ſum, qui iucundus eram & dilectus in poteſtate mea? Nũc verò reminiſcor malorũ quæ feci in Ieruſalem, vndè & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa. Cognoui ergò quia propterea inuenerunt me mala iſta: & eccè pereo triſtitia magna in terra aliena.

27. PSALMO quadrageſimonono: Peccatori autem dixit Deus, &c. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

28. AVGVSTINVS in pſalmum centeſimum vigeſimumnonum: Quando portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipſius. Planè ſi conſentias, iam tua te premunt, non alterius. Quiſquis enim conſenſerit peccatori, non alienis, ſed ſuis grauatur. Conſenſio enim ad peccatum alterius, tuum fit peccatum, & non eſt quare queraris, quòd peccata aliena te premant. Dicitur enim tibi; Premunt te, ſed tua. Vidiſti fu- Pſal. 49.
rem, cucurriſti cum eo. Quid eſt hoc? Pedibus Furtũ alienũ
ambulâſti ad furtum; immò mente coniunxiſti cui cõſentis,
te furto. Quod ipſius ſolum erat, factum eſt & tu- fit tuum.
um; quia placuit tibi.

29. ESAIAE primo: Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & cauſa viduę non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum, fortis Iſraël, Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te, &c.

30. DEVTERONOMII vigeſimotertio: Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod vouerint: quia abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deum tuum.

XI.

Quomodò alienum peccatum noſtra Defenſione committimus?

A. CUM aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius, quanuìs peruerſam & impiam, tuemur vel ſpargimus: quum noſtra itidèm cura vel opera, quod contra fas & æquum inſtituitur, promouere atque propugnare contendimus. Aduersùs hos diuinum intonat oraculum: [a] *Væ qui dicitis malum* a Eſaie 5.c
bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes ama- & 10.a
rum in dulce, & dulce in amarum. Ac rursùs: [b] *Non ſequéris turbam ad faciendum ma-* b Exod. 23.a
lum: nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à verò deuies.

B. Hæc ſatis de peccatis, vt vocant, alienis, quę nunc profectò longè lateque patent, & ſumma quotidiè licentia, à magnatibus pręſertim, perpetrãtur. Adeoque vulgò ea non cauentur, vt plerique peccata non eſſe putent ac flocci pendant, etiam ſi ſuas & aliorum ſæpè conſcientias his criminũ ſordibus conſpurcent, ac perpetuis pœnis obligent. Poſſunt autem dictæ ſpecies omnes in tria ferè genera conijci, breuiterque, vt Magnus Baſilius [c] oſtendit, cõpræhen- c Baſil. ſer.
di. Quòd enim in alieni erroris vel peccati ſocietatem incidimus, id fit aut re 2 de baptiſ.
& opere, aut voluntate certóve animi propoſito tantùm, aut ſupina negligen- cap. 9.
tia, ſi quando admonendi & emendandi officio noſtro alij defraudantur.

C. Sed longè omnium deterrimum peccandi genus eſt, quo delinquitur in Spiritum ſanctum.

Digitized by Google

TESTIMONIA.

1\. A. ESAIAE quinto: Væ qui dicitis &c.vt in textu.

2\. ET capite decimo: Væ qui condunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes,& vim facerent cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduę prędа eorum, & pupillos diriperent.

3\. EXODI vigeſimotertio: Non ſequéris turbam, &c. vt in textu.

B. BASILIVS libro ſiue ſermone ſecundo de baptiſmo,capite nono,vt ſuprà,quæſtione prima de peccatis alienis,teſtimonio ſexto.

DE PECCATIS IN SPIRITVM SANCTVM.

I.

Quid eſt peccatum in Spiritum ſanctum?

Vide S.Thomam in 2.2. quæſt.14.

EST, oblatam Dei munificentiam & gratiam, quæ Spiritui ſancto, ceu fonti bonorum, tribui peculiariter ſolet, ex malitia contemptìm abijcere. Atque hoc eſt peccare inexpiabiliter,vt iuxta CHRISTI verbum,

a Matth.12.c Marc.3.d Lucæ 12.b

[a] nec in hoc ipſo,neque in futuro ſeculo talis tantique peccati remiſſio impetretur. Hac enim lege nobiſcum agit Deus,vt nec gratiam in terris,neque gloriam in cælis tribuat alijs,quàm qui peccatum deteſtantur agnitum, & pręter id bonum ſibi proponunt, rectumque eligunt vitæ inſtitutum. Cæterùm in hiſce peccatis abeſt tum peccati deteſtatio, tum boni quod ſectandum erat, electio, & abijcitur pręttereà id,quo Spiritus ſanctus pro ſua gratia hominem à peccando ſolet reuocare. Hinc fit,vt eiuſmodi peccatis implicati,Dei gratiam aut nunquàm, aut rarò & ægrè admodùm conſequantur. Peccatur enim non ex humana imbecillitate vel fragilitate: quod vocant peccare in Patrem Patriſque potentiam, vt in Petro [b] Apoſtolo CHRISTVM ipſum negante cernimus: neque rursùs ex ignorantia, quod eſt peccare,vt appellant, in Filium Filijque ſapientiam,ſicut [c] Saulo accidit Eccleſiam perſequenti: ſed quod longè grauius eſt, ex malignitate & peruicacia mentis peccatur: vt exemplum præbent peruerſiſſimi & obtinatiſſimi illi Phariſæi.

b Matth.26.g Vide Gregor. li.25. Moral. cap.16.
c 1.Tim.1.c Actor.9.a

II.

Quot ſunt peccata in Spiritum ſanctum?

EIVSMODI ſex recenſentur,vt vulgò quidem recepta ſunt eorum hæc nomina: Præſumptio de miſericordia Dei,vel de impunitate peccati,Deſperatio, Agnitæ veritatis impugnatio, Fraternæ charitatis inuidentia, Obſtinatio,& Impœnitentia. Significantius autem erit,ſi quis ità numeret:

I. Diuina miſericordia confidentet abuti.

II. De gratia Dei vel ſalute ſua prorsùs deſperare.

III. Veritatem Religionis aduersùs ſuam ipſius conſcientiam hoſtiliter oppugnare.

IIII. Pertinaci inuidia concitari grauiter ob alienæ ſalutis & virtutum fraternarum ſucceſſum.

V. Obfirmato animo in crimine ſcienter perſiſtere.

VI. Abſque pœnitentiæ propoſito peruerſæ vitæ finem nullum facere.

TESTIMONIA.

Triplex S.Patrū ſententia de peccato in Spiritum ſanctum.

In caput 12. Matthæi. Prima explicatio.

1\. SANCTVS Thomas Aquinas in ſecunda parte ſecundæ partis ſummæ theologicæ, quæſtione decimaquarta, Articulo primo: De peccato ſeu blaſphemia in Spiritum ſanctum tripliciter aliqui loquuntur. Antiqui enim Doctores,ſcilicet Athanaſius,Hilarius,Ambroſius, Hieronymus & Chryſoſtomus, dicunt eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, quando ad literam aliquid blaſphemum dicitur contra Spiritum ſanctum, ſiue Spiritus ſanctus accipiatur, ſecundùm quod eſt nomen eſſentiale conueniens toti Trinitati: cuius quælibet perſona & Spiritus, & ſanctus eſt: ſiue prout eſt nomen perſonale vnius in Trinitate perſonæ. Et ſecundùm hoc diſtinguitur Matthæi duodecimo, blaſphemia in Spiritum ſanctum, contra blaſphemiam in filium hominis. Chriſtus enim operabatur quædam humanitùs,comedendo,bibendo,& alia huiuſmodi faciendo: & quædam diuinitùs, ſcilicet dæmones eijciendo, mortuos ſuſcitando, & alia huiuſmodi, quæ quidem agebat & per virtutem propriæ diuinitatis,& per operationem Spiritus ſancti, quo ſecundùm humanitatem erat repletus. Iudęi autem primò quidem dixerant blaſphemiam in filium hominis, cùm dicebant eum voracem, potatorem vini, & publicanorū amatorem, vt habetur Matthęi vndeci-

decimo. Poſtmodùm autem blaſphemauerunt in Spiritum ſanctum, dum opera, quæ ipſe operabatur virtute propriæ diuinitatis, & per operationem Spiritus ſancti, attribuebant principi dæmoniorũ. Et propter hoc dicuntur in Spiritum ſanctum blaſphemâſſe. Auguſtinus autem in libro de verbis Domini, * blaſphemiam vel peccatum in Spiritum ſanctum, dicit finalem eſſe impœnitentiam: quando ſcilicet aliquis perſeuerat in peccato mortali vſque ad mortem. Quod quidem nõ ſolùm verbo oris fit, ſed etiam verbo cordis & operis, nõ vno, ſed multis. Hoc autem verbum ſic acceptum, dicitur eſſe contra Spiritum ſanctũ, quia eſt contra remiſſionem peccatorũ, quæ fit per Spiritum ſanctum, qui eſt charitas & Patris & Filij. Nec hoc Dominus dicit Iudæis, quaſi ipſi peccarent in Spiritum ſanctum. Nondùm enim erant finaliter impœnitentes. Sed admonuit eos, nè taliter loquentes ad hoc peruenirent, quòd in Spiritum ſanctũ peccarent. Et ſic intelligendũ eſt quod dicitur Marci tertio, vbi poſtquàm dixerat, Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, ſubiungit Euangeliſta: Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Alij verò aliter accipiunt, dicentes peccatum vel blaſphemiam in Spiritum ſanctũ eſſe, quando aliquis peccat contra appropriatum bonum Spiritus ſancti: Sic enim Spiritui ſancto appropriatur bonitas, ſicut & Patri appropriatur potentia, & Filio ſapientia. Vndè peccatũ in Patrem dicunt eſſe, quando peccatur ex infirmitate: peccatum autem in Filiũ, quando peccatur ex ignorantia: peccatum in Spiritum ſanctum, quando peccatur ex certa malitia, id eſt, ex ipſa electione mali. Quod quidẽ contingit dupliciter: Vno modo ex inclinatione habitus vitioſi, qui malitia dicitur: & ſic non eſt idem, peccare ex malitia, quod peccare in Spiritũ ſanctũ. Alio modo contingit ex eo, quòd per contemptum abijcitur & remouetur id, quod electionem peccati poterat impedire: ſicut ſpes per deſperationem, & timor per præſumptionem: & quædam alia huiuſmodi, vt infrà * dicetur. Hæc autem omnia, quæ peccati electionem impediunt, ſunt effectus Spiritus ſancti in nobis. Et ideò ſic ex malitia peccare, eſt peccare in Spiritum ſanctum.

Secunda. — *Sermo. 11. c. 12. & 13.* — *Tertia interpretatio.* — * *Art. ſequẽt. & q. 20. & 21.*

2. ET articulo ſecundo: Secundùm quod peccatum in Spiritum ſanctum, tertio modo accipitur, conuenienter ſex ſpecies ei aſſignantur: ſcilicet deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gratiæ: quæ diſtinguuntur ſecundùm remotionem vel contemptum eorum, per quæ poteſt homo ab electione peccati impediri. Quę quidem ſunt vel ex parte diuini iudicij, vel ex parte donorum ipſius, vel ex parte ipſius peccati. Auertitur enim homo ab electione peccati ex conſideratione diuini iudicij, quod habet iuſtitiam cum miſericordia: & per ſpem, quæ conſurgit ex conſideratione miſericordiæ remittentis peccata, & præmiantis bona. Et hæc tollitur per deſperationem. Et iterùm per timorẽ, qui conſurgit ex conſideratione diuinæ iuſtitiæ punientis peccata. Et hic tollitur per præſumptionem, dum ſcilicet aliquis præſumit ſe gloriam poſſe adipiſci ſine meritis, vel veniam ſine pœnitentia. Dona autem Dei, quibus retrahimur à peccato, ſunt duo, quorum vnum eſt agnitio veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis agnitæ, dum ſcilicet aliquis veritatem fidei agnitam impugnat, vt licentiùs peccet. Aliud eſt auxilium interioris gratiæ, contra quod ponitur inuidentia fraternæ gratiæ, dum ſcilicet aliquis non ſolùm inuidet perſonæ fratris, ſed etiam inuidet gratiæ Dei creſcenti in mũdo. Ex parte verò peccati duo ſunt, quę hominem à peccato retrahere poſſunt. Quorum vnum eſt inordinatio & turpitudo actus, cuius conſideratio inducere ſolet in homine pœnitentiam de peccato cõmiſſo. Et contra hoc ponitur impœnitentia, nõ quidem eo modo, quo dicit permanentiam in peccato vſque ad mortẽ, ſicut ſuprà impœnitentia accipiebatur: (ſic enim non eſſet ſpeciale peccatum, ſed quædam peccati circunſtantia) ſed accipitur hîc impœnitentia, ſecundùm quod importat propoſitum non pœnitendi. Aliud autem eſt paruitas & breuitas boni, quod quis in peccato quærit: ſecundùm illud Romanorum ſexto: Quem ergò fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Cuius conſideratio inducere ſolet hominem ad hoc, quòd eius voluntas in peccato non firmetur. Et hoc tollitur per obſtinationem, quando ſcilicet homo firmat ſuum propoſitum in hoc, quòd peccato inhæreat. Et de his duobus dicitur Hieremiæ octauo: Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? quantùm ad primum. Omnes conuerſi ſunt ad curſum, quaſi equus impetu vadens ad prælium, quantùm ad ſecundum.

Quomodò diſtinguãtur ſpecies peccati in Spiritum ſanctũ.

3. ITEM articulo tertio: Secundùm diuerſas acceptiones peccati, peccatũ in Spiritum ſanctum, diuerſimodè irremiſſibile dicitur. Si enim dicatur peccatum in Spiritum ſanctum, finalis impœnitentia: ſic dicitur irremiſſibile, quia nullo modo remittitur. Peccatum enim mortale in quo homo perſeuerat vſque ad mortem, quia in hac vita non remittitur per pœnitentiam, nec etiam in futuro dimittetur. Secundùm autem alias duas acceptiones dicitur irremiſſibile: non quòd nullo modo remittatur, ſed quia quantùm eſt de ſe, habet meritum vt non remittatur. Et hoc dupliciter: Vno modo, quantùm ad pœnam. Qui enim ex ignorantia vel infirmitate peccat, minorẽ pœnam meretur. Qui autem ex certa malitia peccat, non habet aliquam excuſationem, vndè eius pœna minuatur. Similiter etiã, qui blaſphemabat in Filium hominis, eius diuinitate nondùm reuelata, poterat habere aliquam excuſationẽ propter infirmitatem carnis, quam in eo adſpiciebat: & ſic minorem pœnam merebatur. Sed qui ipſam diuinitatem blaſphemabat, opera Spiritus ſancti diabolo attribuens, nullam excuſationem habebat, vndè eius pœna diminueretur. Et ideò dicitur, ſecundùm expoſitionem * Chryſoſtomi, Hoc peccatum Iudæis non remitti, neque in hoc ſeculo, neque in futuro: quia pro eo paſſi ſunt pœnam & in præſenti vita per Romanos, & in futura vita in pœna inferni. Sicut etiam Athanaſius * inducit exemplum de eorum parentibus, qui primò quidem contra Moyſen contenderunt propter defectum aquæ & panis: & hoc Dominus ſuſtinuit patienter. Habebant enim excuſationem ex infirmitate carnis. Sed poſtmodùm grauiùs peccauerunt, quaſi blaſphemantes in Spiritum ſanctum, beneficia Dei, qui eos de Aegypto eduxerat, idolo attribuentes, cùm dixerunt: Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et ideò Dominus & temporaliter fecit eos puniri: quia ceciderunt in die illa quaſi trigintatria millia hominum, & in futuro eis pœnam comminatur, dicens: Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Aliò modo poteſt intelligi quo ad culpam: ſicut aliquis dicitur morbus incurabilis ſecundùm naturam morbi per quem tollitur id, per quod morbus poteſt curari, putà cùm morbus tollit virtutem naturæ, vel inducit faſtidium cibi & medicinæ, licèt talem morbum Deus poſſit curare: ità etiam peccatum in Spiritum ſanctum dicitur irremiſſibile ſecundùm ſuam naturam, inquantùm excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum. Per hoc tamen non præcluditur via remittendi & ſanandi omnipotentiæ & miſericordiæ Dei, per quam aliquando tales quaſi miraculosè ſpiritualiter ſanantur.

Quomodò peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile. — * *hom. 43. in Matth.* — * *in Trac. quẽ fecit de hoc dicto Euang.* — *Exo. 16. & 17.* — *Exod. 32.*

4. MATTHAEI duodecimo: Ideò dico vobis: Omne peccatum & blaſphemia remittetur homini-

hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

5. MARCI tertio: Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint: qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.

6. LVCAE duodecimo: Omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.

7. MATTHAEI vigeſimoſexto: Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dicebant Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua te manifeſtum facit. Tunc cœpit deteſtari & iurare quia non nouiſſet hominem.

8. GREGORIVS libro vigeſimoquinto Moralium, capite decimoſexto: Sciendum eſt quòd

Tribus modis peccatur.

peccatum tribus modis committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetratur. Et grauiùs quidem infirmitate quàm ignorantia, ſed multo grauiùs ſtudio quàm in-

Ignorantia. 1. Tim. 1.

firmitate peccatur. Ignorantia Paulus peccauerat, cùm dicebat: Qui priùs fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in in-

Infirmitate. Matth. 26.

credulitate. Petrus verò infirmitate peccauit, quando in eo omne robur fidei quod Domino perhibuit, vna vox puellæ concuſſit, & Deum quem corde tenuit, voce denegauit. Sed quia infirmitatis culpa vel ignorantiæ eò facilius tergitur, quòd nō ſtudio perpetratur, Paulus qui ignorauit, ſciendo correxit: & Petrus motam & quaſi areſcentem iam radicem fidei lachrymando ſoli-

Ex induſtria. Ioan. 15.

dauit. Ex induſtria verò peccauerunt ij, de quibus ipſe per ſe magiſter dicebat: Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Et paulò pòſt: Et viderunt & oderunt me & patrē meum. Aliud eſt enim, bona non facere: aliud, bonorum odiſſe doctorem: ſicut aliud eſt præcipitatione, aliud deliberatione peccare. Sępè enim peccatum præcipitatione committitur, quod tamen conſilio & deliberatione damnatur. Ex infirmitate enim plerunquè ſolet accidere, amare bonum, ſed implere non poſſe. Ex ſtudio verò peccare eſt, bonum nec facere, nec amare. Sicut ergò nonnunquàm grauius eſt, peccatum diligere quàm perpetrare: ità nequius eſt odiſſe iuſtitiam, quàm non feciſſe. Sunt ergò nonnulli in Eccleſia, qui non ſolùm bona non faciunt, ſed etiam perſequuntur: & quæ ipſi facere negligunt, etiam in alijs deteſtantur. Horum peccatum ſcilicet non ex infirmitate vel ignorantia, ſed ex ſolo ſtudio perpetratur, quia videlicet ſi vellent implere bona, nec tamen poſſent, ea quæ in ſe negligunt, ſaltem in alijs amarent. Si enim ea ipſi vel ſolo voto appeterent, facta ab alijs non odiſſent: ſed quia bona eadem audiendo cognoſcunt, viuendo deſpiciunt, animaduertendo perſequuntur, rectè dicitur: Qui ex induſtria receſſerunt ab eo. Vndè & aptè ſubiungitur: Et omnes vias eius intellige- Iob 34.
re noluerunt. Non enim ait, Infirmitatė non intelligunt: ſed, intelligere noluerunt: quia ſæpè quæ facere deſpiciunt, etiam ſcire contemnunt. Quia enim ſcriptum eſt, Seruus neſciens volunta- Lucæ 12.
tem Domini ſui, & faciens digna plagis, vapulabit paucis: & ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens iuxta eam, plagis vapulabit multis: impunitatem peccandi, exiſtimant remedium neſciendi. Qui nimirùm ſola ſuperbiæ caligine tenebreſcunt, atque ideò non diſcernunt, quia aliud eſt, neſciſſe: aliud, ſcire noluiſſe. Neſci-

Aliud eſt neſcire, aliud ſcire noluiſſe.

re enim, ignorantia eſt: ſcire noluiſſe, ſuperbia. Et tanto magìs excuſationem non poſſunt habere quia neſciant, quanto magìs eis etiam nolentibus opponitur quòd cognoſcant.

9. PRIORIS ad Timotheum primo: Qui priùs blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus: ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

10. ACTORVM nono: Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini, acceſſit ad principem Sacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas: vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perducerer in Ieruſalem.

III.

Quænam Præſumptio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

Gregor. in cap. 3 lib. 1. Regum, & lib. 33. Moral. cap. 15. Item lib. 6. epiſt. 22. Fulgent. de fide ad Petrum, cap. 3. Bernar. ſer. 38. ex paruis ſermonibus.

A. EA, quæ hominem ſola Dei miſericordia confidentem, & ad peccandum audacem facit, ſepoſita videlicet ac abiecta omni iuſtitiæ timoriſque diuini ratione.

B. Et ſic ſanè peccāt hodiè complures, qui [a] ſola fide in Chriſtum ſibi blandientes, vel in medijs peccatorum ſordibus, [b] vt iumenta, computreſcunt, nec ſibi ſolùm, ſed alijs itidèm polliceri audent [c] ſecuritatem, modò meritis Chriſti & Dei gratiæ per fidem appræhenſæ fidant, quantunuìs interìm pœnitentiæ [d] fructus negligantur. Horum verò ſingulis acclamat gentium Doctor in fide & veritate Paulus: [e] *An diuitias*, inquit, *bonitati Dei & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quamobrem idem Paulus alibì fidem ſolam [f] adeò iactari non vult, vt etiam credentes omnes iubeat cum metu [g] ac tremore ſalutem ſuam operari: Fidemque commendat, non mortuam & ocioſam, vt [h] Iacobus vocat, ſed viuam & efficacem, quæ per [i] charitatem legitimè operatur.

C. Contra hoc enorme peccatum ſic Eccleſiaſticus clamat:

a Aug. de fide & operibus, cap. 14. & 22. in Enchirid. cap. 67. & hæreſi 54. Hieron. in cap. 4 Oſeæ.

b Ioël. 1. d

c 2. Pet. 2. d Eccles 8. c Concil. Tridēt. ſeſſ. 6. cap 9. & can. 12. 13. & 14. Hieron. in cap. 4. Danielis.

d Lucæ 3. b 13. a Matth. 3. b Actor. 26. c Eccli 2. d

e Rom. 2. a Eccles 8. b Eccli 15. d Auguſt. tract. 33. in Ioan. & hom. 50. ex 50. cap. 4. Iſidor. de ſummo bono, lib. 2. cap. 13.

f 1. Corinth. 13. a

g Philip. 2. b Pſal. 2. c Prouerb. 28. c Rom. 11. c 1. Cor. 4. a 10. c

h Iacobi 2. c d

i Galat. 5. a

k De

[k] *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et nè dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores ira illius reſpicit.* Rectè igitur Propheta: [l] *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Tum alibi: [m] *Honor Regis iudicium diligit.*

k Eccli 5.a b Eccles 9.a Vide Auguſt. de perfectione iuſtitiæ cap.15. Item de correp.& gratia cap.13.& hom.41.ex 50.& ſer.3. de Innocentib. Gregor.lib.16. Moral.cap.31.

l Pſal.100.a Bernar.ſer.52.ex paruis, & ſer.6.in cant. Aug.de vtil.pœnit.ca.vlt.
m Pſal.98.a

TESTIMONIA.

1.Reg.3.

1. A. GREGORIVS in caput tertiũ libri primi Regum, ſuper ea verba: Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. Qui ſimpliciùs quàm debet, iſtam Heli reſponſionem conſiderat, tam rectè hunc reſpondiſſe, quàm humiliter, putat. Sed profectò iſta reſponſionis humilitas ſi ſubtiliter inſpiciatur, vera humilitas non eſt. Verè eſſet humilis, ſi ſeſe ad emendationem culpæ, pro qua arguebatur, obtuliſſet. O quanti ſunt adhuc imitatores Heli, qui cùm minantẽ ſibi omnipotentem Deum quotidiè de ſacro eloquio ſentiant, & tamen hominibus diſplicere trepidant, & diuinæ indignationis minas incurrere nõ formidant: & dum inimicitias hominum velut implacabiles metuunt, de Dei miſericordia etiam peccando confidunt. Sed inordinata fidutia apud omnipotẽtem Deum vindictæ locum habere poteſt, indulgentiam verò obtinere non poteſt. Incorrepto enim peccatori, & in culpæ ſuæ propoſito perduranti, quid eſt de minãti ſibi Deo dicere, Dominus eſt, quod bonum in oculis ſuis, faciat: niſi de ordinatiſſima Dei miſericordia inordinatè confidere? De omnipotentis etenim Dei miſericordia ordinatè confidit, qui hoc quod peccando delinquit, pœnitendo corrigit, flendo tergit. Peccare ergò, & de Dei creatoris clementia præſumere, pelago iuſtitiæ eius exponi eſt. Sic nimirùm peccata perpetrata non tergere pœnitendo, & de Dei miſericordia præſumere, in iudicium diſtrictionis eius offendere eſt. Dum ergò Heli vita in reproborum prædicatorum forma deſcribitur, non ſolùm culpa lapſus oſtenditur, ſed etiã culpę in præcipitatione ſecuritas. Nam qui timore pœnitentiæ, diuinæ indignationis magnitudinẽ placare potuit, dum neglexit quod audiuit, incurrit quod meruit. Omnipotens enim Deus etſi ęquitate iuſtus eſt, abundantiori tamen creditur miſeratione pius. Vndè & per Prophetam dicitur: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Hinc eſt quòd per Ionam prophetã Niniuitis minas ſubuerſionis protulit, & tamen pœnam euertendę ciuitatis pœnitentibus indulſit. Hinc eſt etiã quòd Ezechiæ regi per prophetæ oraculum mortis pœna promittitur: ſed quia rex mori metuẽs, coram Domino ſe pœnitentiæ lachrymis afflixit, mortem qua moreretur, apud eum quem timuit, non inuenit. Et ſuprà quidem ſe Dominũ locutum fuiſſe aſſeruit, vt domus Heli & patris eius in conſpectu ſuo vſque in ſempiternum miniſtraret: ſed qui de bona agente, bona locutus fuerat, de domo reproba iam effecta, ſententiam permutauit, dicens; Nunc autem abſit hoc à me. Si ergò bona promiſſa reuocat omnipotens Deus, quia ij quibus promiſerat, malè permutantur: quanto magis minarum effectus retrahit, cùm benè conuerſos eos adſpicit, quibus pro admiſſis iniquitatibus pœnã animaduerſionis intimauit? Quid ergò ad hæc dicimus, qui quotidiè delinquimus, atque in reatus noſtri obligatione ſecuri ſumus? Hoc igitur ipſum quod diſtrictionem diuinæ iuſtitię non timemus, nobis valdè timendũ eſt: quia eccè, qui diuina indignatione proijcitur, pro culpa perpetratę negligentiæ, nullo timore ſolicitus fuiſſe perhibetur.

Inordinata fidutia vindictæ locũ habet.

1.Reg.3. Inordinatè cõfidentes de Dei miſericordia.

Deus miſericors.

Pſal.144.

Iona 3.

Eſaiæ 38.

2. IDEM libro trigeſimotertio Moraliũ, capite decimoquinto: Pius ac iuſtus eſt cõditor noſter. Sed nemo dicat: quia pius eſt, venialiter pecco. Et nemo qui peccauerit, dicat: quia iuſtus eſt, de peccati remiſſione deſpero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur: ſed perpetrare quiſque timeat, quod ſi dignè deflere poſſit ignorat. Ante culpam ergò iuſtitiam metuat, poſt culpã tamen de pietate præſumat: neque ità iuſtitiam timeat, vt nulla ſpei conſolatione conualeſcat: neque ità confidat de miſericordia, vt adhibere vulneribus ſuis dignæ pœnitentiæ negligat medicinam: ſed quem præſumit ſibi piè parcere, ſemper etiam cogitet & diſtrictè iudicare. Sub pietate itaque eius ſpes peccatoris gaudeat, ſed ſub diſtrictione illius pœnitentis correctio cõtremiſcat. Spes igitur præſumptionis noſtræ habeat etiam morſum timoris: vt ad corrigenda peccata iuſtitia iudicantis terreat, quem ad fidutiam veniæ gratia parcentis inuitat. Hinc enim per quendam ſapientem dicitur: Nè dixeris, miſerationes Domini multę ſunt, peccatorum meorum non memorabitur. Pietatem nanque eius protinùs & iuſtitiam ſubdit, dicens: Miſericordia enim & ira ab illo.

Nec præſumẽdum, nec deſperandũ.

Eccli 5.

3. ITEM libro ſexto Epiſtolarum, epiſtola vigeſimaſecunda, ad Gregoriam cubiculariam Auguſtę: Quod verò dulcedo tua in ſuis epiſtolis ſubiunxit, importunam ſe mihi exiſtere, quoadusquè ſcribam mihi eſſe reuelatum quia peccata tua dimiſſa ſunt: rem & difficilem etiam & inutilem poſtulaſti. Difficilem quidem, quia ego indignus ſum, cui reuelatio fieri debeat. Inutilẽ verò, quia ſecura de peccatis tuis fieri nõ debes, niſi cùm iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quouſquè veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuere culpas debes, atq; eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apoſtolus iam ad tertium cælum aſcenderat: in paradiſum quoquè ductus fuerat, arcana verba audiuerat, quę homini loqui non liceret: & tamen adhuc trepidãs, dicebat: Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubijcio, nè fortè alijs prædicans, ipſe reprobus efficiar. Adhuc timet qui iam ad cęlum ducitur: & iam timere non vult qui adhuc in terra conuerſatur? Perpende dulciſſima filia, quia mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Habere ergò in hac vita non debes ſecuritatem, per quam negligens reddaris. Scriptum eſt enim: Beatus vir qui ſemper eſt pauidus. Et rursùs ſcriptum eſt: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. In pauco ergò huius vitæ tempore mentem veſtram neceſſe eſt vt tremor teneat: quatenùs per ſecuritatis gaudium ſine fine poſtmodùm exultet.

Reuelationẽ expectans de remiſſione peccatorũ, reprehenditur.

Contra ſecuritatẽ de remiſs. peccatorum.

2.Cor.12.

1.Cor.9.

Mater negligentiæ, ſecuritas.

Prouer.28.

Pſal.2.

4. FVLGENTIVS Ruſpenſis Epiſcopus, de fide ad Petrum Diaconum, capite tertio: In quacunque homo ætate veram peccatorum ſuorum pœnitentiam egerit, & vitam ſuã Deo illuminante correxerit, non priuabitur indulgẽtiæ munere: quia Deus, ſicut per Prophetã dicit, non vult mortem peccatoris ſiue morientis, ſed magis vt reuertatur à via ſua mala, & viuat anima eius. Veruntamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei in ſuis diutiùs remanere peccatis, cùm etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutiùs ęgrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligunt, & ſibi de Deo indulgentiam repromittunt, nonnunquàm ità præueniuntur repentino Dei furore, vt nec conuerſio-

Ezech.33.

Sub ſpe miſericordię diuinæ non eſt in peccatis permanendum.

Digitized by Google

uerſionis tempus, nec beneficium remiſſionis inueniant. Ideò vnumquenque noſtrûm ſacra ſcriptura benignè præmonet, dicens: Nè tardaueris conuerti ad Deum, & nè differas de die in diem: ſubitò veniet ira eius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Dicit etiam beatus Dauid: Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Cui beatus quoquè Paulus concordat his verbis: Videte, fratres, nè fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo viuo: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donèc hodiè cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Obduratus igitur viuit, ſiue qui non conuertitur, deſperans de indulgentia peccatotum ſuorum: ſiue qui ſic miſericordiam Dei ſperat, vt vſque in finem vitæ præſentis in ſuorum criminum peruerſitate permaneat. Proindè diligentes miſericordiam Dei, metuentesq́ iuſtitiam, nec de remiſſione peccatorum deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſcientes quia illa omnium hominum debita ſit exactura æquitas iuſtiſſimi iudicis, quæ non dimiſerit miſericordia clementiſſimi redemptoris. Sicut enim miſericordia ſuſcipit abſoluitq́ conuerſos, ità iuſtitia repellet punietq́ obduratos. Ij ſunt qui peccantes in ſpiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remiſſionem accipient peccatorum.

Eccli 5.
Pſal. 94.
Hebr. 3.
Obduratus quis viuat.
Diligēda miſericordia, & metuenda ſeuitia.
Matth. 12.

5. BERNARDVS ſermone trigeſimooctauo ex paruis ſermonibus: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorùm, poſteà accelerauerunt: Quid diſſimulant homines in vita ſua agere pœnitentiam, & extrema de confeſſione præſumunt? Quomodò ſub vnius horæ articulo reuocari poſſe æſtimant omnia animæ membra, cuius concupiſcentiæ & deſideria per totum mundum ſparſa ſunt, & vbiquè terrarum, velut quodam viſco tenentur? Non dico, ait Dominus, quin & talium ſaluē aliquos: potens ſum enim in momento omnia reuocare: ſed non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, id eſt, qui in ſanguine perſeuerant, donèc multiplicatis infirmitatibus deſerantur à peccatis antequàm deſerant ea, non magna talium conuenticula congregabo. Si benè memini, in toto canone ſcripturarū vnum inuenies latronem ſic ſaluatum. Noli ergò huic tam periculoſæ expectationi credere temetipſum. Et quidem ſpiritus non modò vbi vult, ſed quando vult, ſpirat: nec ei difficile eſt de ſubito perfectam dare contritionem cordis, quam vix multo tempore alij conſequuntur: ſed vndè ſcis quòd tunc tibi ità ſubuenire velit, quem tu interìm ſic repellis? Benignus quidem eſt Spiritus ſapientiæ, ſed non liberabit maledictum à labijs ſuis. Audi quis ille ſit: Maledictus qui peccat in ſpe.

Pſal. 15.
Quā periculoſa dilatio cōuerſionis.
Ibidèm.
Nota.
Ioan. 3.
Sapient. 1.

1. B. AVGVSTINVS in libro de fide & operibus, capite decimoquarto: Quare iam illud videamus, quod excutiēdum eſt à cordibus religioſis, nè mala ſecuritate ſalutem ſuam perdant, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putauerint, benè autem viuere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apoſtolorum non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati ſunt dicere, Faciamus mala, vt veniant bona: quia dixerat, Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum; vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. Quod ideò verum eſt, quia legem accipientes homines, qui de ſuis viribus ſuperbiſſimè præſumebant, nec diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiſcentiarum recta fide impetrantes, pluribus grauioribúſque delictis etiam lege præuaricata onerati ſunt. Ac ſic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua miſericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium à Domino qui fecit cęlum & terram: vt diffuſa per Spiritum ſanctum charitate in cordibus ſuis, cum dilectione agerent, quæ contra ſeculi huius concupiſcentias iuberentur, ſecundùm id quod prædictum fuerat in Pſalmo; Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà accelerauerunt. Cùm ergò dicit Apoſtolus, arbitrari ſe iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis: non hoc agit, vt percepta ac profeſſa fide opera iuſtitiæ contemnantur, ſed vt ſciat ſe quiſque per fidem poſſe iuſtificari, etiam ſi legis opera non præceſſerint. Sequuntur enim iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum. Vndè in præſenti opere non opus eſt latiùs diſputare, præſertim quia modò de hac quæſtione prolixum librum edidi, qui inſcribitur, De litera & ſpiritu. Quoniam ergò hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehementer adſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe: ſicut etiam ipſe Paulus, non qualemlibet fidem, qua in Deum creditur, ſed eam ſalubrem planéque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt: Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vndè illam fidem quæ ſufficere ad ſalutem quibuſdam videtur, ità nihil prodeſſe aſſeuerat, vt dicat; Si habeam omnem fidem, ità vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, ſine dubio benè viuitur. Plenitudo enim legis, charitas. Vndè euidenter in ſecunda epiſtola Petrus, cùm ad vitę & morum ſanctitatem hortaretur, mundúmque iſtum tranſiturum prænunciaret, cælos verò nouos & terram nouam expectari, quæ iuſtis inhabitanda tradetur, vt ex hoc attenderent qualiter eos oporteret viuere, vt habitatione illa digni fierent, ſciens de Apoſtoli Pauli quibuſdam ſubobſcuris ſententijs nonnullos iniquos accepiſſe occaſionem, vt tanquàm ſecuri de ſalute, quæ in fide eſt, benè viuere non curarent, commemorauit quædam ad intelligendum difficillima eſſe in Epiſtola eius, quæ homines peruerterent, ſicut & alias ſcripturas, ad proprium ſuum interitum: cùm tamen & ille Apoſtolus de ſalute æterna, quæ niſi benè viuentibus non daretur, eadem ſentiret, quæ cæteri Apoſtoli. Iacobus autem tam vehementer infeſtus eſt eis qui ſapiunt fidem ſine operibus valere ad ſalutem, vt illos etiam dæmonibus comparet, dicens: Tu credis quoniam vnus eſt Deus; benè facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. Quid veriùs, breuiùs, vehementiùs dici potuit, cùm & in Euangelio legamus hoc dixiſſe dæmonia, cùm Chriſtum filium Dei confiterentur, & ab illo corriperentur, quod in Petri confeſſione laudatum eſt? Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Dicit etiam, quia fides ſine operibus mortua eſt. Quouſquè igitur falluntur, qui fide mortua ſibi vitam perpetuam pollicentur?

Cōtra eos qui ex ſola fide ſibi ſalutem pollicentur.
Rom. 3.
Pſal. 120.
Rom. 5.
Pſal. 15.
Rom. 3.
Quomodò iuſtificamur per fidē ſine operibus legis.
Epiſtolæ catholicæ cōtra hæreſim de ſola fide, ſcriptæ ſunt.
De quali fide agat Paulus.
Galat. 5.
1. Cor. 13.
Rom. 13.
2. Pet. 3.
Iaco. 2.
Marci 1.
Matth. 16.
Iaco. 2.

2. ET capite vigeſimoſecundo: Nequaquàm ergò mens incauta fallatur, vt ſe exiſtimet Deum cognouiſſe, ſi eum fide mortua, hoc eſt, ſine bonis operibus confiteatur, more dæmonum: & ideò ſe iam non dubitet ad vitam æternam eſſe venturam, quia Dominus dicit; Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Venire quippe debet etiam illud in mentem, quod ſcriptum eſt; In hoc cognoſcimus eum, ſi mandata eius ſeruauerimus. Qui dicit, quia cognouit eū, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. Et nè quiſquam exiſtimet mandata eius ad ſolam fidem pertinere: quanquàm dicere hoc nullus eſt auſus, præſertim quia mandata dixit, quæ nè multitudine cogitationes parerent, in illis duobus tota lex pendet & Prophetę: licèt rectè dici poſſet ad ſolam fidē pertinere Dei mandata, ſi non mortua,

Ioan. 17.
1. Ioan. 2.
Matth. 22.

ſed

Galat 5. Fides viua ſaluat. 1 Ioan. 3.

ſed viua illa intelligatur fides, quæ per dilectionem operatur: tamen poſteà Ioannes ipſe aperuit quid diceret, cùm ait; Hoc eſt mandatum eius, vt credamus nomini filij eius IESV Chriſti, & diligamus inuicèm. Hoc itaque prodeſt in Deum rectâ fide credere, Deũ colere, Deum nôſſe, vt & benè viuendi ab illo ſit nobis auxilium, & ſi peccauerimus, ab illo indulgentiã mereamur: non in factis quę odit ſecuri perſeuerãtes, ſed ab eis recedentes, eiꝙ dicentes; Ego dixi, Domine miſerere meî, ſana animam meam, quoniam peccaui tibi: quod non habent cui dicant, qui non in eum credunt: & fruſtrà dicunt, qui cùm tam longè ab illo ſint, à gratia mediatoris alieni ſunt. Hinc illa verba ſunt in libro Sapientiæ, quæ neſcio quomodò intelligit pernicioſa ſecuritas, Et ſi peccauerimus, tui ſumus: quoniam ſcilicet bonum & magnum Deum habemus, qui velit atque poſſit pœnitentium peccata ſanare, non qui minimè audeat permanẽtes in malignitate diſperdere. Denique cùm dixiſſet, Tui ſumus: addidit, Scientes potentiam tuam: vtiquè potentiam cui ſe ſubtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoꝙ ſecutus adiũxit; Non peccauimus autem, ſcientes quoniam tui ſumus deputati. Quis enim dignè cogitans habitationem apud Deum in qua omnes prædeſtinatione ſunt deputati, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt, non enitatur ità viuere vt tali habitationi congruat? Quod ergò & Ioannes dicit, Hæc ſcripſi vobis, vt non peccetis, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris: non id ait, vt cum ſecuritate peccemus, ſed vt recedentes à peccato, ſi quod admiſſum eſt, propter illum aduocatum, quem non habent infideles, minimè de indulgentia deſperemus.

Pſal. 40.

Cõtra pernicioſam ſecuritatem. Sapien. 15.

1. Ioan. 2.

3. ITEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoſeptimo: Creduntur autem à quibuſdam etiam ij qui nomen Chriſti non relinquunt, & eius lauacro in Eccleſia baptizantur, nec ab ea vllo ſchiſmate vel hæreſi præciduntur, in quantislibet ſceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemoſynis redimant, ſed in eis vſque ad huius vitæ vltimum diem pertinaciſſimè perſeuerent, ſalui futuri per ignem: licèt pro magnitudine facinorum flagitiorumꝙ diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen Catholici ſunt, humana quadam beneuolentia mihi falli videntur. Nam ſcriptura diuina aliud conſulta reſpondet. Librum autem de hac quæſtione ſcripſi, cuius titulus eſt, De fide & operibus. Vbi ſecundùm ſcripturas ſanctas, quantùm Deo adiuuante potui, demonſtraui eam fidẽ ſaluos facere, quam ſatis euidenter expreſſit Paulus Apoſtolus dicens: In Chriſto enim Ieſu neque circuncifio quicquam valet, neque præputium, ſed fides quæ benè per dilectionem operatur. Si autem malè & non benè operatur, proculdubiò, ſecundùm Apoſtolum Iacobũ, mortua eſt in ſemetipſa. Qui rurſùs ait; Si fidem dicat ſe quiſquam habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum? Porrò autem ſi homo ſceleratus propter fidem ſolam per ignem ſaluabitur, & ſic eſt accipiendum quod ait beatus Paulus Apoſtolus; Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: poterit ergò ſaluare ſine operibus fides, & falſum erit quod dixit eius coapoſtolus Iacobus. Falſum erit & illud quod idem ipſe Paulus dixit. Nolite, inquit, errare, neque fornicatores, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque malédici, neque ebrioſi, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Si enim etiam in iſtis perſeuerantes criminibus, tamen propter fidem Chriſti ſalui erunt, quomodò in regno Dei non erunt?

Cõtra eos qui per purgatorium ignẽ ſaluandos putãt Chriſtianos malos.

Sola fides ſaluat, quæ per charitatem operatur. Galat. 5.

Iaco. 2.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

4. ET in libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæreſi quinquageſimaquarta: Aëtiani ab Aëtio ſunt vocati, ijdemꝙ Eunomiani ab Eunomio Aëtij diſcipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in Dialectica præualens, acutiùs & celebriùs defendit hanc hæreſim, diſſimilem per omnia Patri aſſerẽs Filium, & Filio Spiritum ſanctum. Fertur etiã vſqueadeò fuiſſe bonis moribus inimicus, vt aſſeueraret, quòd nihil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet.

Eunomiana hæreſis de ſola fide.

5. HIERONYMVS in caput quartum Oſeæ: De hæreticis facilis intelligentia eſt, quòd quanto plures fuerint, tanto magis delinquãt Deo, & glorientur in populis, & idcircò decipiant infelices, vt peccata populi comedant, & per dulces ſermones deuorent domus viduarum. Cùm enim viderint aliquos delinquentes, aiunt: Nihil aliud quærit Deus niſi fidei veritatem, quam ſi cuſtodieritis, non curat quid agatis. Hæc enim dicentes, in iniquitatibus eorum ſubleuãt animas eorum: vt non ſolùm non agant pœnitentiam, nec humilientur, ſed gaudeant in ſceleribus ſuis, & erecta ceruice gradiantur. Vndè & populus & ſacerdos, & hi qui docti ſunt, & hi qui docuerunt, pari iudicio conſtringentur.

Lucæ 20. Hæreticorũ vox eſt, Deũ nihil niſi fidem requirere.

6. IOELIS primo: Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ, quoniam confuſum eſt triticum.

7. SECVNDAE Petri ſecundo: Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ, eos qui paululùm effugiunt, qui in errore cõuerſantur, libertatem illis promittentes; cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.

8. ECCLESIASTIS octauo: Sunt impij, qui ità ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant.

9. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, capite nono: Quanuis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa vnquàm fuiſſe peccata, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum: nemini tamen fiduciam & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe, dicendum eſt: cùm apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, immò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omninò dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminémque à peccatis abſolui ac iuſtificari, niſi eum, qui certò credat ſe abſolutum & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici, quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, déque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, déque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: ſic quilibet, dum ſeipſum, ſuámque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare & timere poteſt, cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

Contra certitudinẽ Iuſtificationis.

De propria infirmitate & indiſpoſitione formidamus.

10. IN eadem ſeſſione canone duodecimo: Si quis dixerit, fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum: vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, anathema ſit.

11. ET canone decimotertio: Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hæſitatione proprię infirmitatis & indiſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit.

12. ITEM canone decimoquarto: Si quis dixerit, hominẽ à peccatis abſolui ac iuſtificari ex eo, quòd ſe abſolui ac iuſtificari certò credat: aut neminem

Digitized by Google

minem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe iuſtificatum: & hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici, anathema ſit.

Dan.4.

Temerè quidam promittunt peccatoribus indulgentiam.

13. HIERONYMVS in caput quartum Danielis ſuper ea verba, Forſan ignoſcet Deus delictis tuis &c. Cùm beatus Daniel præſcius futurorum de ſententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen ſciendum, quòd ſi Nabuchodonoſor bona opera facienti venia repromittitur, multò magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiſerunt.

14. LVCAE tertio: Facitè ergò fructus dignos pœnitentiæ. Et nè cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Iam enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis ergò arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

15. ET decimotertio capite: Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.

16. MATTHAEI tertio: Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ &c. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

17. ACTORVM vigeſimoſexto: Sed his qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annunciabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna ogera pœnitentiæ facientes.

18. ECCLESIASTICI ſecundo: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

19. AD Romanos ſecundo: An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius, &c.

20. ECCLESIASTIS octauo: Etenim quia non profertur citò contra malos ſentẽtia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum qui verentur faciem eius. Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vmbra tranſeant, qui non timent faciem Domini.

21. ECCLESIASTICI decimoquinto: Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Deus māſuetus eſt: ſed tamen etiam iuſtus eſt.

22. AVGVSTINVS tractatu trigeſimotertio in Ioannem: Intendant qui amant in Domino manſuetudinem, & timeant veritatem: etenim dulcis & rectus Dominus. Amas quòd dulcis eſt, time quòd rectus eſt. Tanquàm manſuetus dixit, Tacui: ſed tanquàm iuſtus, Nunquid ſemſemper tacebo? Miſericors & miſerator Dominus. Ità planè. Adhuc adde, longanimis; adhuc adde, & multùm miſericors: ſed time quod eſt in nouiſſimo, & verax. Quos enim modò ſuſtinet peccantes, iudicaturus eſt contemnentes. An diuitias longanimitatis & manſuetudinis eius contemnis, ignorans quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecũdùm duritiam cordis tui & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Manſuetus Dominus, longanimis Dominus, miſericors Dominus: ſed & iuſtus Dominus, & verax Dominus. Largitur tibi ſpatiũ correctionis, ſed tu plùs amas dilationem quàm emendationem. Malus fuiſti herì, hodiè bonus eſto: & hodiernum diem in malitia peregiſti, vel cras mutare. Semper expectas, & de miſericordia Dei tibi plurimùm polliceris; quaſi ille qui tibi per * patientiam promiſit indulgentiam, promiſerit tibi etiam prolixiorem vitam. Vndè ſcis quid pariat craſtinus dies? Rectè dicis in corde tuo, Quando me correxero, Deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non poſſumus, quòd correctis atque conuerſis indulgentiam Deus promiſit. Nam in quo Propheta mihi legis, quia promiſit correcto indulgentiam; non mihi legis, quia promiſit tibi Deus longam vitam. Ex vtroque igitur homines periclitantur, & ſperando, & deſperando: contrarijs rebus, contrarijs affectionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit, Bonus eſt Deus, miſericors eſt Deus; faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleam deſideria animæ meæ. Quare hoc? Quia miſericors eſt Deus, bonus eſt Deus, manſuetus eſt Deus. Spe iſti periclitantur. Deſperatione autem, qui cùm inciderint in grauia peccata, putantes ſibi non poſſe iam ignoſci pœnitentibus, & ſtatuentes ſe ad damnationem ſine dubio deſtinatos, dicunt apud ſemetipſos; Iam damnandi ſumus. Quare non quod volumus facimus? animo gladiatorũ ferro deſtinatorum. Ideò moleſti ſunt deſperati: iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi ſunt. Iſtos deſperatio necat, ſpes illos. Inter ſpem & deſperationem fluctuat animus. Metuendum eſt nè te occidat ſpes, & cùm multùm ſperas de miſericordia, incidas in iudiciũ. Metuendum eſt rurſus nè te occidat deſperatio, & cùm putas iam tibi non ignoſci quę grauia commiſiſti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem ſapiẽtiam, quæ dicit; Et ego veſtræ perditioni ſuperridebo. Quid ergò agit Dominus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui ſpe periclitantur, hoc dicit; Nè tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Illis qui deſperatione periclitantur, quid dicit? In quacunque die iniquus conuerſus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiſcar. Propter illos ergò qui deſperatione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitãtur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat vltimus dies, neſcis.

Pſal.24. Eſaiæ 24. Pſal.102. Rom.2. Pſal.102.

*al. pœnitentiam

Deus promiſit pœnitẽtibus indulgẽtiam, ſed non prolixiorem vitam.

Prouerb.23.

Sperãdo quidam decipiuntur.

Deſperatione decipiuntur alij.

Prouer.1. Eccli 5. Ezech.18. Nota.

23. IDEM in libro quinquaginta homiliarum, homilia quinquageſima, capite quarto: Illud quale eſt in quo ſibi blandiuntur, qui ſua ſe vanitate ſeducunt? Perſeuerantes enim in malitijs atque in luxurijs ſuis, cùm audiunt Apoſtolum dicentem; Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Audent ſibi præter regnum Dei ſalutem quam deſiderant, polliceri; atque ità inter ſe loquuntur, dum recuſant agere pœnitentiam pro peccatis ſuis, & perditos mores aliquando in melius commutare. Regnare nolo, ſufficit mihi ſaluum me eſſe. In quo primùm eos fallit, quia eorum nec ſalus vlla eſt, quorum iniquitas perſeuerat. Quod enim ait Dominus, Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum: qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit; ſalutem vtiquè promiſit perſeuerantibus in charitate, non in iniquitate. Et nonnullis interiectis: Quapropter præſumere quis audeat de nomine Chriſtiano, & non cum omni obedientia & timore audiat Apoſtolum dicentem, Hoc enim ſcitote, cognoſcentes quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei? Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite itaque effici participes eorum. Latiùs autem ad Corinthios hęc dicit; Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis ſeruientes &c. regnum Dei poſſidebunt. Sed videte quemadmodum timorem & deſperationem ſalutis abſtulerit eis, qui hæc in vita veteri commiſerunt. Et hæc quidem, inquit,

Galat.5.

Illorũ ſalus nulla eſt quorum iniqtas perſeuerat.

Matth.24. Matth.10. & 24.

Non eſt ſatis eſſe Chriſtianum.

Ephes.5. 1.Cor.6.

Digitized by Google

inquit, fuiſtis; ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritu Dei noſtri. Quiſquis ergò poſt baptiſmum aliquorum priſtinorum malorum opere obligatus tenetur, vſqueadeò ne ſibi inimicus eſt, vt adhuc dubitet vitam mutare, dum tempus eſt, cùm ità peccat & viuit?

Rom. 2.

Nam vtiquè quòd ità perſeueranter peccat; theſaurizat ſibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Quòd autem adhuc viuit, patientia Dei ad pœnitentiam eum adducit.

Confugiendum eſt Chriſtiano peccatori ad claues Eccleſiæ.

Matth. 16.

Implicatus ergò quis tam mortiferis vinculis peccatorum, detrectat aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claues Eccleſiæ, quibus ſoluatur in terra, vt ſit ſolutus in cælo; & audet ſibi poſt hanc vitam, quia tantùm Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri: nec veridicum illud Dominicæ vocis tonitruum contremiſcit,

Matth. 7.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, &c? Quid ad Galatas idem Apoſtolus? Nónne talia enumerans, eodem fine concludit?

Galat. 5.

Manifeſta ſunt, inquit, opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidię, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi; quoniã qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.

Peccator ſi ad pœnitentiam conuertatur, poteſt veniã conſequi.

24. ISIDORVS de ſummo bono libro ſecundo, capite decimotertio: Quanuìs quiſque ſit peccator & impius, ſi ad pœnitentiam conuertatur, conſequi poſſe veniam creditur. Nullus enim de bonitate Dei dubitat, ſed ſola accipientium prauitas conferri ſibi indulgentiam abnegat. In hac vita tantùm pœnitentiæ patet libertas, poſt mortem verò nullam correctionis eſſe licentiam.

Ioan. 9.

Vndè & Dominus dicit, Me oportet operari opera eius qui me miſit donèc dies eſt. Veniet autem nox quando nemo poteſt operari.

Hierem. 3.

Hinc & Propheta, Date, inquit, Domino Deo noſtro gloriam antequàm contenebreſcat, id eſt, antequàm mors æterna præueniat.

Contra procraſtinantes conuerſionẽ ſuam.

In hac vita dum eſtis, Deum per pœnitentiam glorificate. Adhuc in hoc ſeculo pœnitentiam operantibus Dei miſericordia ſubuenit. In futuro autem iam non operamur, ſed rationem noſtrorum operum ponimus. Per id deteriorantur plerunquè iniqui, quòd per patientiam Dei ſpatium accipiunt emendandi: quia illi mora viuendi non vtuntur ad pœnitentiam, ſed ad peccandi vſurpant audaciam. A malo autem in deterius vadit, qui tempus ſibi ad pœnitentiam indultum, ad libertatem praui operis vertit. Feſtinare debet ad Deum pœnitendo vnuſquiſque dum poteſt, nè ſi dum poteſt noluerit, cùm tardè voluerit, omninò non poſſit.

Eſa. 55.

Proindè Propheta ait: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt.

Pſal. 144.

Et vbi inueniri poteſt, niſi in hac vita, in qua etiam propè eſt omnibus inuocantibus ſe?

Matth. 25.

Nam tunc iam longè erit quandò dixerit, Ite in ignem æternum. Modò autem non videtur, & propè eſt: tunc videbitur, & propè non erit: quia & videri poterit, & non poterit inueniri. Si quando quiſque peccare poteſt, pœnitet, vitámque ſuam viuens ab omni crimine corrigit, non dubium quòd moriẽs ad æternam tranſeat requiem.

Pœnitẽtia ad mortẽ vſque dilata, quàm periculoſa ſit

Qui autem prauè viuendo pœnitentiam in mortis agit periculo, ſicut eius damnatio incerta eſt, ſic remiſſio dubia. Qui ergò cupit certus eſſe in morte de indulgentia, ſanus pœniteat, ſanus perpetrata facinora defleat.

Securitatem pœnitẽtibus promittẽtes. Hier. 6.

Sunt qui pœnitentibus ſecuritatem citò pollicentur, quibus benè per Prophetam dicitur, Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, pax, & non erat pax. Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti, & non legitimè pœnitenti promittit ſecuritatem. Vndè & ſequitur, Confuſi ſunt quia abominationem fecerunt, id eſt, confuſi ſunt non pœnitendo, ſed pœnas luendo. Aliter enim confunditur coram iudice reus, dum plectitur: atque aliter qui de malo opere erubeſcens corrigitur. Ille enim, quia repræhenſus eſt, confunditur: iſte, quia ſe malum feciſſe memoratur.

Eccli 5.

Quanuìs per pœnitentiam propitiatio peccatorum fit, ſine metu tamen homo eſſe non debet, quia pœnitentis ſatiſfactio diuino tantùm penſatur iudicio, non humano. Proindè quia miſeratio Dei occulta eſt, ſine intermiſſione flere neceſſè eſt.

Securitas de peccatis nunquàm habenda.

Nequè enim vnquàm oportet pœnitentem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit: negligentia autem ſæpè incautum ad vitia tranſacta reducit. Dum per pœnitentiam expulſa fuerint ab homine vitia, ſi fortè poſt hæc intercedente ſecuritate quælibet culpa ſubrepſerit, confeſtim delectationes priſtinæ vitiorum mentem auidiùs irrepunt: pulſantesq; hominem in conſuetis operibus grauiùs pertrahunt: ità vt ſint nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

25. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnẽ fidem ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. & ſi diſtribuero &c.

26. AD Philippenſes ſecundo: Itaque chariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in præſentia meì tantùm, ſed multo magìs nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

27. PSALMO ſecundo: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

28. PROVERBIORVM vigeſimooctauo: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.

29. AD Romanos vndecimo: Tu autẽ fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. Si enim &c.

30. PRIORIS ad Corinthios quarto: Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum.

31. ET capite decimo: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat.

32. IACOBI ſecundo: Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquìd poterit fides ſaluare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicit quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo. Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus eſt Deus? Benè facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt? Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm? Similiter autem & Rahab meretrix, nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ità & fides ſine operibus mortua eſt.

33. AD Galatas quinto: Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur.

1. C. ECCLESIASTICI quinto: Nè dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim

Digitized by Google

enim eſt patiens redditor. De propiciato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et nè dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes conuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

2. ECCLESIASTIS nono: Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrùm amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, eò quòd vniuerſa æquè eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti: ſicut bonus, ſic & peccator: vt periurus, ità & ille qui verum deierat. Hoc eſt peſſimum inter omnia quæ ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt: vndè & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos deducentur.

3. AVGVSTINVS de perfectione iuſtitiæ cōtra Cæleſtium, capite decimoquinto: Nos autem huic reſpondentes, dicimus ideò ſecutum eſſe, Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, quoniam præcellit, Cùm rex iuſtus ſederit in throno. Quantalibet enim iuſtitia ſit præditus homo; cogitare debet nè aliquid in illo quod ipſe non videt, inueniatur eſſe culpandum, cùm rex iuſtus ſederit in throno, cuius cognitionem fugere delicta nō poſſunt, nec illa de quibus dictum eſt; Delicta quis intelligit? Cùm ergò rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtū ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Niſi fortè iſti qui volunt in ſua iuſtitia, non in ipſius iudicis miſericordia gloriari.

Prouer. 20.

Homo quantumuis iuſtus timere debet.

Pſal. 18.

4. ET libro de correptione & gratia, capite decimotertio: Quis enim ex multitudine fidelium quandiù in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat; quia id occultari opùs eſt in hoc loco, vbi ſic cauenda eſt elatio, vt etiam per ſatanæ angelum, nè extolleretur, tantus colaphizaretur Apoſtolus. Hinc & Apoſtolis dicebatur, Si manſeritis in me; dicente illo, qui illos vtiquè ſciebat eſſe manſuros. Et per Prophetam, Si volueritis & audieritis me; cùm ſciret ipſe in quibus operaretur & velle. Et ſimilia multa dicuntur. Nam propter huius vtilitatem ſecreti, nè fortè quis extollatur, ſed omnes etiam qui benè currunt timeant, dum occultum eſt qui perueniant.

Contra eos qui præſumunt ſe eſſe prædeſtinatos.

2. Cor. 12.

Ioan. 15.

Eſa. 1.

Prædeſtinatio quòd ſit incerta, vtile eſt.

5. IDEM in libro quinquaginta homiliarum, homilia quadrageſimaprima: Qui egerit veraciter pœnitentiam, & ſolutus fuerit à ligamēto quo erat obſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & benè poſt pœnitentiam vixerit, ſicut ante pœnitentiam viuere debuit, poſt reconciliationē quandocunquè defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non priuabitur, à populo diaboli ſeparabitur. Si quis autem poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus quod petit, ſed non præſumimus quia benè hinc exit. Non præſumo, non vos fallo, non præſumo. Fidelis benè viuens, ſecurus hinc exit. Baptizatus ad horam, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam & reconciliatus, cùm ſanus eſt, & poſteà benè viuens, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus. Vndè ſecurus ſum, ſecurus ſum, & do ſecuritatem: vndè non ſum ſecurus, pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Sed dicat aliquis. Bone ſacerdos, tu neſcire & nullam ſecuritatem nobis dare poſſe dicis, ſi ille ſaluatur, & Chriſtum adire meretur, cui morienti pœnitentiã datur; qui dum vixit, dum ſanus fuit, impœnitens fuit. Inſtrue ergò nos, rogo, quomodò benè viuere poſt pœnitentiam debeamus. Dico, abſtinete vos ab ebrietate, à concupiſcentia, à furto, & maliloquio, ab immoderato riſu, à verbo otioſo, vndè reddituri ſunt homines rationem in die iudicij. Eccè quàm leuia dixi. Omnia tamen grauia & peſtifera. Et aliud dico: Non ſolùm poſt pœnitentiam ab iſtis vitijs ſe homo ſeruare debet, ſed & ante pœnitentiam, dum ſanus eſt: quia ſi ad vltimum vitæ ſteterit, neſcit ſi ipſam pœnitentiam accipere, ac Deo & Sacerdoti peccata ſua confiteri poterit. Eccè quare dixi, quia & ante pœnitentiam benè viuendum eſt, & poſt pœnitentiam meliùs. Quod dico, attendite. Debeo illud planiùs exponere, nè me aliquis malè intelligat. Nunquid dico, damnabitur? Non dico. Sed dico etiam, liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? Neſcio: non præſumo, non promitto, neſcio. Vis te de dubio liberare, vis quod incertum eſt, euadere? Age pœnitentiam dum ſanus es. Si enim agis veram pœnitentiam dum ſanus es, & inuenerit te nouiſſimus dies, curre vt reconcilieris: ſi ſic agis, ſecurus es. Quare ſecurus es? Quia egiſti pœnitentiam eo tempore, quo & peccare potuiſti. Si autem tunc vis agere pœnitentiam ipſam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. Sed vndè ſcis, inquis, nè fortè Deus dimittat mihi? Verum dicis. Vndè? Neſcio. Illud ſcio, hoc neſcio. Nam ideò tibi do pœnitentiam, quia neſcio. Nam ſi ſcirem tibi nihil prodeſſe, non tibi darem. Item ſi ſcirem tibi prodeſſe, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res ſunt: aut ignoſcitur tibi, aut non ignoſcitur. Quid horum tibi futurum ſit, neſcio. Ergò tene certum, dimitte incertum.

Periculoſa pœnitentia, quæ ad mortem vſq; differtur.

Matth. 12.

Deo & Sacerdoti peccata confiteri.

Currendum vt reconcilie mur.

6. ITEM ſermone tertio de Innocentibus, qui eſt ſermo decimus de Sanctis: Si diem mortis ſuæ cogitare iugiter vellent, animum ſuum ab omni cupiditate vel malitia cohiberent. Sed quod modò nolūt ſalubriter cogitare, neceſsè habent poſteà ſine vllo remedio ſuſtinere. Veniet enim illis dies nouiſſima, veniet dies iudicij, quando eis nec pœnitentiam licebit agere, nec bonis operibus ſe ab æterna morte poterunt redimere: quia percutitur etiam hac animaduerſione peccator, vt moriens obliniſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.

Moriens obliuiſcitur ſui, qui in vita oblitus eſt Dei.

7. GREGORIVS libro decimoſexto Moralium in Iob, capite trigeſimoprimo ſuper ea verba capitis viceſimiquarti, Et vſque ad inferos peccatum illius. Peccatum vſque ad inferos ducitur, quod ante finem vitæ præſentis per correctionem ac pœnitentiam non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur: Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Peccatum nanque ad mortem, eſt peccatum vſque ad mortem: quia ſcilicet peccatum quod hîc non corrigitur, eius venia fruſtrà poſtulatur. De quo adhuc ſubditur: Obliuiſcatur eius miſericordia. Omnipotentis Dei miſericordia obliuiſci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iuſtitiæ fuerit oblitus: quia quiſquis eum nunc iuſtum non timet, poſteà inuenire non valet miſericordem. Quæ nimirùm ſententia non ſolùm ei intenditur, qui veræ fidei prædicamenta deſerit: ſed etiam qui in fide recta poſitus, carnaliter viuit, quia vltio æternæ animaduerſionis non euaditur, vtrùm in fide, an in opere peccetur. Nam etſi damnationis diſpar eſt qualitas, culpæ tamen quæ nequaquàm per pœnitentiam tergitur, nulla abſolutionis ſuppetit facultas.

1. Ioan. 5.

Peccatum ad mortem.

Iob 24.

Dei miſericordia obliuiſcitur eius, qui iuſtitiam Dei obliuiſcitur.

8. PSALMO centeſimo: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

9. BERNARDVS in paruis ſermonibus, ſermone quinquageſimoſecundo: Tria ſunt oſcula: primum, pedum: ſecundum, manuum: tertium, oris. Cùm primò conuertimur, pedes Domini oſcu-

Digitized by Google

Vtrunque pedem Domini, miſericordiam & veritatem ſcilicet, oſculari debemus.

oſculamur. Duo autem ſunt pedes Domini: miſericordia, & veritas. Hunc vtrunque pedem Deus conuertentium cordibus imprimit, & vtrunque pedem peccator quiſque, ſi verè conuertitur, amplectitur. Si enim ſolam miſericordiam ſine veritate reciperet, per præſumptionem caderet. Rurſus ſi veritatem ſine miſericordia reciperet, nihilominùs per deſperationẽ periret. Sed vt fiat ſaluus, ad vtrunque pedem humiliter prouoluitur, vt per veritatẽ peccata damnet, & per miſericordiam veniam ſperet.

Timor iudicij cum ſpe miſericordiæ iungendus.

10. ITEM ſermone ſexto in Cantica: Felix mens, cui ſemel Dominus Ieſus vtrunque infixeris pedem. A duobus ſignis cognoſcito eam quæ huiuſmodi eſt, quæ ſecum neceſſe eſt referat diuinis impreſſa veſtigijs. Ipſa ſunt timor & ſpes: ille iudicij, iſta miſericordiæ repræſentãs imaginem. Meritò beneplacitum eſt Deo ſuper timẽtes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius: cùm ſapientiæ timor initium ſit, ſpes profectus. Nam conſummationẽ ſibi charitas vendicat. Quæ cùm ita ſint, non paruus fructus eſt in primo hoc oſculo quod ad pedes accipitur: tãtùm curato, vt neutro frauderis illorum. Porrò enim ſi iam dolore peccati & iudicij timore compungeris, veritatis iudicijq; veſtigio labia impreſſiſti. Quòd ſi timorem, doloremq; diuinæ intuitu bonitatis, & ſpe conſequendæ indulgentiæ temperas, etiam miſericordiæ pedem amplecti te nóueris. Alioquin alterum ſine altero oſculari non expedit, quia & recordatio ſolius iudicij in barathrum deſperationis præcipitat, & miſericordiæ fallax aſſentatio peſſimam generat ſecuritatem. Datum eſt & mihi miſero nonnunquàm ſedere ſecus pedes Domini Ieſu: & modò hunc, modò illum tota deuotione amplecti, inquantùm me ſua benignitas dignabatur admittere. At ſi quando miſerationis oblitus ſtimulante conſcientia, iudicio paulò diutiùs inhærerẽ: mox metu incredibili ac miſerabili confuſione deiectus, & tenebroſo circunfuſus horrore, hoc ſolum palpitans de profundis clamabam: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuã dinumerare? Quòd ſi eo relicto pedem miſericordiæ plùs tenere contingeret, tanta econtrariò incuria & negligentia diſſoluebar, vt confeſtim & oratio tepidior, & actio pigrior, & riſus promptior, & ſermo incautior, & omnis deniquè vtriuſque hominis ſtatus inconſtantior apparẽret. Proindè magiſtra inſtructus experientia, non iudicium iam ſolum aut ſolam miſericordiam, ſed miſericordiam pariter & iudicium cãtabo tibi Domine. In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationes iſtas. Cantabiles mihi erunt ambæ pariter in loco peregrinationis meæ: quouſq; miſericordia ſuperexaltatã iudicio, miſeria conticeſcat, ac ſola cantet tibi decæterò gloria mea, & non cõpungar.

Pſal. 146.

Prouer. 1.

Pſal. 89.

Pſal. 100. & 118.

Iacob. 2.

Pſal. 29.

11. AVGVSTINVS in tractatu de vtilitate pœnitentiæ, capite vltimo: Quomodò re vera auget peccata qui deſperauerit, ſic poteſt augere peccata & qui veniam ſperauerit, vt dicat ſibi, Faciam quod volo: Deus bonus eſt: quando me conuertero, ignoſcet mihi. Ità planè dic tibi: Quando me conuertero, ignoſcet mihi, ſi craſtinus dies certus eſt tibi. Nónne ad hoc te admonet ſcriptura, dicens: Nè tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diẽ. ſubitò enim veniet ira eius, & in tẽpore vindictæ diſperdet te? Eccè ad vtrunque vigilauit pro nobis prouidentia Dei: nè deſperando augeamus peccata, propoſitus eſt pœnitentiæ portus: rurſùs, nè ſperando augeamus, datus eſt dies mortis incertus.

Eccli 5.

Cõtra deſperationem inſtitutus pœnitentiæ portus: contra præſumptionem, incerta mortis hora.

12. PSALMO nonageſimooctauo: Honor regis iudicium diligit. Tu paráſti directiones: iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.

IIII.

Quomodò peccatur in Spiritum ſanctum Deſperatione?

A. Cùm præſumptioni, de qua dictum eſt, contrarium prorſùs vitium acceſſerit, vt omnẽ ſpem abijciat homo vel impetrandæ apud Deum veniæ, vel ſalutis æternæ conſequendæ.

Auguſt ſerm 51. de tempore, & in pſal. 50. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 14. Iſidor. lib. 2. de ſummo bono, cap. 14. Chryſoſt. homil. 2. in pſal. 50. Bernar. ſer. 5. de natali Domini.

B. Hoc modo peccauit deſperãdo Cain, vt ſua ipſe voce teſtatur, cùm inquit: [a] *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Peccauit & [b] Iudas Chriſti proditor, cùm ſalutis deſperatione commotus, vitam laqueo ſibi infelix abrupit. Atquì [c] nulla nimìs eſt ſera homini pœnitentia, vtì [d] Latronis exemplo demonſtratur, qui in cruce extremiſque vitæ ſpatijs Chriſti ingentem gratiam & cæleſtem gloriam eſt conſecutus.

a Geneſ. 4. b Bernard. ſerm. 11. in Cantica.
b Matth. 27. a Actor. 1. c Epheſ. 4. d 2. Reg. 2. f
c Ezech. 18. e f g 33. c d 1. Ioan. 1. c d 2. a Hiere. 3. a Eſa. 1. e Pſal. 144. b Eccli 17. d
d Luc. 23. f Aug. lib. 1. retract. cap. 19. Item de correp. & gra. ca. 15. & ſer. 181. de temp. cap. 16. Leo epiſt. 91. ad Theod. Concilium Trident. ſeſſ. 14. cap 7.

TESTIMONIA.

De indulgentia diuina nemo diffidat.

1. A. AVGVSTINVS ſermone quinquageſimooctauo de tempore: Non qui peccauerit, ſed qui in peccatis perſeuerauerit, odibilis & abominabilis Deo erit. Nam vt de indulgentia diuina nemo diffidat, Dominus per Prophetam velut pater pijſſimus conſolatur, dicens: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et illud: Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Sed iſta tam magna miſericordia tunc nobis prodeſt, ſi non tardamus conuerti ad Dominum, nec crimina criminibus ſuperaddimus. Deniquè etiam in ipſis vulneribus vel fracturis corporum, infirmitates cognoſcere poſſumus animarum. Si enim alicui pes frangatur aut manus, cum labore ſolet ad priſtinum officium reuocari. Si verò ſecundò & tertiò, & adhuc frequentiùs in eodem loco membra ipſa frangantur, poteſt intelligere charitas veſtra, cum quantis doloribus vulnera ipſa curanda ſunt: & tamen poſt longas & multas tribulationes vix erit antequàm ad priſtinum ſtatum membra ipſa valeant reuocari. Similis ratio in animarum fracturis ſeu vulneribus eſſe credenda eſt. Si ſemel aliquis vel ſecundò peccauerit, & ſine aliqua diſſimulatione ad pœnitentiæ medicamenta confugerit, priſtinam incolumitatem ſine aliqua mora, & forſitan ſine aliqua fœditate recipiet. Si verò peccatis peccata cœperint addi, & animarum vulnera magìs tegendo vel defendendo putreſcere, quàm confitendo & pœnitendo curari, timendum eſt nè in illo impleatur illud quod Apoſtolus dixit; An ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundùm duritiam cordis tui & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Sed fortè cogitat aliquis tam grauia ſe admiſiſſe peccata, vt iam Dei miſericordiam promereri non poſſit. Abſit hoc à ſenſibus omnium peccatorum. O homo, quicunque illam peccatorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cæle-

Ezec. 33. & 18.

Periculũ eorum qui ſæpiùs relabuntur.

Rom. 2.

Deſperandũ nõ eſt de Dei miſericordia cuiquã peccatori quantuis grauiſſimo.

Digitized by Google

cæleſtis medici non attendis? Cùm enim Deus velit miſereri quia bonus eſt, & poſſit quia omnipotens eſt; ipſe cōtra ſe diuinæ pietatis ianuam claudit, qui Deum ſibi miſereri, aut non velle, aut non poſſe credit, eumq́ aut bonum aut omnipotētem eſſe diffidit. Nemo ergò nec poſt centum peccata, nec poſt mille crimina de miſericordia diuina deſperet. Sic tamen non deſperet, vt ſine vlla mora Deum ſibi repropitiari feſtinet: nè fortè, ſi conſuetudinem peccandi fecerit, etiam ſi velit de diaboli laqueis liberari, non poſſit.

Non eſt deſperandum.

2. ET in Pſalmum quinquageſimum: Si aliquis iam lapſus hæc audit, & aliquid mali in conſcientia tenet: attendat quidem vulneris magnitudinem, ſed non deſperet medici maieſtatem. Peccatum cum deſperatione, certa mors. Nemo ergò dicat; Si iam aliquid mali feci, iam damnandus ſum. Deus malis talibus non ignóſcit; cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc ſeculo in voluptate, in laſciuia, in cupiditate nefaria. Iam perdita ſpe reparationis, vel hoc habeam quod video; ſi non poſſum habere quod credo. Iſte ergò Pſalmus ſicut cautos facit eos qui non ceciderunt; ſic deſperatos eſſe non vult qui ceciderunt.

Deſperatio inferno comparatur. Pſal. 6. Prouer. 18.

3. GREGORIVS libro octauo Moralium in Iob, capite decimoquarto: Poteſt etiam inferni nomine, peccatoris deſperatio deſignari, de qua per Pſalmiſtam dicitur: In inferno autem quis confitebitur tibi? Vndè rurſùm ſcriptum eſt: Impius cùm in profundum venerit peccatorū, contemnit. Quiſquis autem impietati ſuccumbit, vitam profectò iuſtitiæ moriendo derelinquit. Qui verò etiam poſt peccatum mole deſperationis obruitur, quid aliud quàm poſt mortem in inferni ſupplicio ſepelitur? Benè ergò dicitur: Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendet. Quia plerunquè cum perpetratione nequitiæ, etiam in inferno deſperatio ſociatur, & via iam reuerſionis abſcinditur. Rectè autem corda deſperantium nubibus comparantur, quia & caligine erroris obſcura ſunt, & peccatorum multiplicitate condenſa: ſed conſumpta pertranſeunt, quia claritate extremi iudicij irradiata, diſſipantur.

Iob 7.

4. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite decimoquarto: Non per locorum ſpatia, ſed per affectum bonum vel malum itur, recediturve à Deo. Neque enim greſſu pedum, ſed greſſu operum vel morum elongamus vel propinquamus ad Deum. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt: contemnere pœnitentiam & permanere in culpa, deſcendere in infernū poſt mortem eſt. Ergò peccare, ad mortem pertinet: deſperare verò, in infernum deſcendere. Vndè & ſcriptura ait: Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit. Sæpè diabolus eos quos conuerti ad pœnitentiam adſpicit, immanitate ſcelerum percuſſos ad deſperationem deducit: vt ſubtracta ſpe veniæ, trahat in diffidentiam, quos non potuit retinere perſeuerantes in culpa. Sed pœnitens præuidere debet callidas contra ſe hoſtis inſidias, ſicq́ Dei iuſtitiam metuat, vt tamen quanuis in magnis ſceleribus de miſericordia eius confidat. Ampliùs lætatur Deus de anima deſperata, & aliquando conuerſa, quàm de ea quæ nunquàm extitit perdita: ſicut de prodigo filio, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt, de cuius regreſſu magnum fit gaudiū patris. Non aliter coram Deo & angelis copioſius eſt gaudium de eo qui à periculo liberatur, quàm de eo qui nunquàm nouit peccati periculum. Quanto enim contriſtat res perdita, tanto magìs ſi fuerit inuenta, lætificat: ſicut in Euangelio, paſtor ille exultat, qui perditam ouem inuentam humeris ſuis gaudens reportat. Nullus deſperare debet veniam, etiam ſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur. Vnumquenque enim Deus de ſuo fine, non de vita præterita, iudicat. Hoc quippe & legis teſtimonio edocetur, quòd homo de ſuo extremo iuſtificatur, quando Deus pro aſini primogenito ouem iuſſit offerri, hoc eſt, immunditiam vitæ prioris mutandam per innocentiam boni finis. Vndè & cauda iubetur offerri in hoſtiam, id eſt, vita extrema in pœnitentiam. Multi ſuperna reſperſi gratia in extremis ſuis ad Deum reuertuntur per pœnitentiam, & quæcunque mala geſſerunt, quotidianis fletibus purgant, atque in bonis factis mala geſta commutant, quibus iuſtè totum quod deliquerant ignoſcitur, quia ipſi quod malè geſſerunt, pœnitendo cognoſcunt. In vita hominis finis quærendus eſt: quoniam Deus non reſpicit quales anteà viximus, ſed quales circa finem vitæ erimus.

Deſperare eſt ad infernum deſcendere. Prouer. 18.

Pœnitēs Dei iuſtitiā metuere, & nihilominùs de miſericordia eius confidere debet. Lucæ 15.

In fine vitæ cōuerſus, deſperare non debet.

Exod. 34.

Leuit. 7.

5. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in pſalmum quinquageſimum: O grandis miſericordia Domini. Cùm omnis mundus concluſus in peccatis eſſet, venit creator vniuerſitatis, & principia peccantium euacuauit, vt nullus poſtmodùm deſperaret de ſua ſalute. Si impius es, cogita publicanum: ſi immundus es, attende meretricem: ſi homicida es, perſpice latronem: ſi iniquus es, cogita blaſphemum. Conſidera Paulum Apoſtolum priùs perſecutorem, poſteà annunciatorem: priùs peruaſorem, poſteà diſpenſatorem: ante hoc zizania, poſt hoc frumentum: anteà lupum, poſteà paſtorem: anteà plumbum, poſtmodùm aurum: anteà piratā, poſteà gubernatorem: anteà diſperſorem ouium, poſteà diſpenſatorem Eccleſiæ: primò euellentem vineam, poſteà plantantem: priùs diſſipantem, & poſteà ædificantem. Vidiſti multimodam malitiam: ſed perſpice ineffabilem miſericordiam. Vidiſti ſuperbiam ſeruuli: conſidera beneuolentiā Domini. Nolo mihi dicas, blaſphemus ſum: nolo dicas, perſecutor ſum, immundus ſum. Habes omnium oſtenſiones, in quem volueris portum confugito. Vis in nouo, vis in veteri? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excuſationes mihi afferas, nolo mihi ignauiam tuā prætendas. Peccâſti, pœnitere. Millies peccâſti, millies pœnitere. Hæc aſſiduè infundo medicamenta, & timorem intercipio. Nóui enim multum conſcientiæ cruciatum, ſcio quanta eſt deſperatio. Stat diabolus gladium acuens, & dicens in hæc verba: Omnem iuuentutem tuam confudiſti: omnem vitam tuam perdidiſti: Antè eras in theatro cum amicis, in circo cum ſodalibus, in lupanari cum meretricibus: Deindè rapuiſti, auaritiæ ſtuduiſti, periurâſti, blaſphemâſti: quæ iam tibi ſalutis ſpes eſt? Periſti, periſti: fruere ergò iam vel præſentis vitæ voluptatibus, ducito in lætitia cor tuum. Hæc diaboli verba ſunt, iſta inimici conſilia: ſed mea contraria ſunt verba. Si lapſus es, poteris ſurgere: periſti, ſed poteris ſaluari: fornicatus es, ſed poteris continere: mœchatus es, ſed poteris liberari: ad ſpectacula proruebas, ſed poteris reuocare pedem: cum malis hominibus verſabaris, poteris recedere, & cum bonis eſſe. In vtranuis partem liberum habes arbitrium, tantùm vel parua incipiat eſſe conuerſio, paululùm pœnitere. Fundant oculi lachrymam, redi ad conſcientiam tuam, conſidera temetipſum, propone ante oculos iudicij diem, & paradiſi delicias, quæ præparantur ſanctis. Occidiſti, ſed pœnitere: mœchatus es, ſed confitere: cecidiſti, ſed reſurge: vulneratus es, adhibe tibi curam, dum viuis, dum ſpiras, etiam in ipſo lecto poſitus, etiam, ſi dici poteſt, animā efflans, vt iam de hoc mundo exeas, de hac compede libereris. Pœnitere, non impeditur temporis anguſtia miſericordia Dei. Et paulò pòſt: Quid enim eſt peccatum ad Domini miſericordiam? Tela araneę, quę vento flante nuſquàm cōparet. Si Deus voluerit, nullus impediet. Hæc dico, non vt negligentiores

Cōtra deſperationē prodeſt meminiſſe exēpla peccatorum qui in gratiā recepti ſunt. Luc. 18. 7. 23.

1. Tim. 1. Actor. 9. 1. Cor. 4.

2. Reg. 11. Actor. 9.

Diabolus deſperationis author.

Cōtra deſperationem inſtitutio.

Etiam animā efflans nè deſperet.

Dei miſericordia maior eſt quàm peccatum.

Digitized by Google

voſ faciam chariſſimi, ſed vt ad fidem vos ſalutaris expectationis adducam. Nunquàm deſperetis de vobis, ſed de Dei miſericordia cõfidite. Deſperate potiùs de illo, qui de ſe deſperauerit, qui reuocare pedem non vult, qui Dei præcepta contemnit & deſpicit, & non ſe cogitat eſſe moriturum.

2.Cor.1. Pſal.35. Pſal.24. Pſal.100.

6. BERNARDVS ſermone quinto de Natali Domini: Benè dicitur Deus pater miſericordiarum, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Sed fortè quis dicat: Quomodò illi proprium eſt miſereri, cuius iudicia abyſſus multa? Neque enim dicitur, Omnes viæ eius ſola miſericordia, ſed miſericordia & veritas. Non minùs iuſtus quàm miſericors eſt, cui miſericordia & iudicium decantatur. Verum id quidẽ: cui vult miſeretur, & quem vult indurat: ſed quòd miſeretur, proprium illi eſt. ex ſe enim ſumit materiam, & velut quoddam ſeminarium miſerendi. Nam quòd iudicat & condemnat, nos eum quodammodò cogimus, vt longè aliter de corde ipſius miſeratio quàm animaduerſio procedere videatur. Ipſum audi dicentem: Nunquid volũtatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non magis vt conuertatur & viuat? Rectè igitur non pater iudiciorũ vel vltionũ dicitur, ſed pater miſericordiarum: non modò quòd pater videatur miſereri potiùs quàm indignari, & quemadmodùm pater filiorum miſereatur timentiũ ſe: ſed eo magis quòd miſerendi cauſam & originẽ ſumat ex proprio, iudicandi vel vlciſcendi magis ex noſtro.

Rom.9. Deo cur magis propriũ miſereri & iudicare & cõdemnare.

Ezech.18.

Non pater iudiciorum, ſed miſericordiarum Deus.

2.Cor.1.

1.B. GENESIS quarto: Dixitq; Dominus ad Cain: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. Dixítque Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Eccè eijcis me hodiè à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occídet me.

2. BERNARDVS ſermone vndecimo ſuper Cantica: Hoc freno ſi infrenatus fuiſſet Cain, nequaquàm deſperando dixiſſet: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Abſit, abſit. Maior enim eſt eius pietas, quàm quæuis iniquitas.

Geneſ.4. Maior eſt Dei pietas, quàm quæuis iniquitas. Prouer.18.

3. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & ſeniòribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos? Tu víderis. Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.

4. ACTORVM primo: Oportet impleri ſcripturam quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum: qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius, & notum factum eſt omnibus habitantibus Ieruſalem: ità vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldema, hoc eſt, ager ſanguinis.

5. AD Epheſios quarto: Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum: qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ità didiciſtis Chriſtum.

6. SECVNDI Regum ſecundo: Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: An ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio?

7. EZECHIELIS decimooctauo: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat? Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinã iniquitas. Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſraël? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

8. ET trigeſimotertio capite: Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Si dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quę peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet.

9. PRIMAE Ioannis primo: Sanguis IESV Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.

10. ET capite ſecundo: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

11. HIEREMIAE tertio: Vulgò dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltrà: nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cũ amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus.

12. ESAIAE primo: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

13. PSALMO centeſimo quadrageſimoquarto: Miſerator & miſericors Dominus: patiens & multùm miſericors. Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

14. ECCLESIASTICI decimoſeptimo: Pœnitentibus dedit Deus viam iuſtitiæ, &c. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua: precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominũ, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem, &c. Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil, perit confeſſio. Confiteberis viuens, viuus & ſanus cõfiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius. Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad ſe?

15. LVCAE vigeſimotertio: Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum, dicens:

Digitized by Google

cens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum & nos. Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali geſſit. Et dicebat ad IESVM: Domine, memento meî quando veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodiè mecum eris in Paradiſo.

De nullo viuente deſperandum.

16. AVGVSTINVS libro primo Retractationum, capite decimonono: De quocunque peſſimo in hac vita conſtituto, non eſt vtiquè deſperandum, nec pro illo impruděter oratur, de quo non deſperatur.

Excommunicationis pœna.

Non deſperandum ante finem vitæ de quoquam.

17. ITEM in libro de correptione & gratia, capite decimoquinto: Corripiantur itaque à prępoſitis ſuis ſubditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diuerſitate diuerſis, vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipſa quæ damnatio nominatur, quam facit epiſcopale iudicium, qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt, poteſt, ſi Deus voluerit, in correptionem ſaluberrimam cedere atq; proficere. Neque enim ſcimus quid contingat ſequenti die: aut ante finem vitæ huius de aliquo deſperandum eſt, aut contradici Deo poteſt nè recipiat & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati cordiſq; contriti, à reatu quanuis iuſtæ damnationis abſoluat, damnatumq; ipſe non damnet.

Veram pœnitentiam ſemper amplectitur Deus, quanuis breuem.

18. ET in ſermone centeſimo octogeſimoprimo de tempore, capite decimoſexto: Nunquàm Deus ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſyncerè & ſimpliciter offeratur, ſuſcipit, libenter accipit, amplectitur, facit omnia quatenùs eum ad priorem ſtatum reuocet: quódque eſt adhuc præſtantius & eminentius, etiam ſi quis non potuerit explere omnem ſatiſfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen & quamlibet breui geſtam non reſpuit pœnitentiam, ſuſcipit etiam ipſam, nec patitur quanuìs exiguæ conuerſionis perire mercedem. Hoc enim mihi videtur indicare Eſaias, vbi de populo Iudæorum quædam talia ait; Propter peccatum modicè cõtriſtaui te, & percuſſi te, & auerti faciem meam à te, & contriſtatus es, & ambulâſti triſtis, & conſolatus ſum te. Hæc igitur habentes exempla pœnitentię, non perſeueremus in malis, nec deſperemus reconciliationem, ſed dicamus, Etiam nos redeamus ad patrem, & approximemus Deo. Nunquàm, crede mihi, auerſabitur ad ſe conuerſum. Ipſe enim dicit, Deus appropians ego ſum, & non Deus de longè. Et iterùm per eundem Prophetam, Peccata, inquit, ſeparant inter me & vos. Si ergò peccata ſunt quæ nos ſeparant à Deo, auferamus medium iſtud obſtaculum, & nihil eſt quod nos prohibeat coniungi Deo. Propterea enim creauit nos Deus, & eſſe nos fecit qui non eramus, vt æterna in nos conferat bona, & præſtet regna cælorum. Non enim nos ad hoc fecit, vt gehennæ nos tradat, ignique perpetuo. Regnum cælorum propter nos, gehenna propter diabolum facta eſt. Et hæc ità eſſe, ex Euangelijs doceam. Ipſe enim Dominus dicit his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Illis autem qui à ſiniſtris eius erunt, dicet: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Si ergò gehenna ignis propter diabolũ, propter hominem autem regnum cælorum à conſtitutione mundi pręparatum eſt: tantùm eſt, nè noſmetipſos ab ingreſſu bonorum perſiſtendo in malis pertinaciter excludamus. Donèc enim ſumus in hac vita, quãſtacunque nobis acciderint peccata, poſſibile eſt omnia ablui per pœnitentiam. Cùm autem abducti fuerimus ab hoc ſeculo, ibi iam etiam ſi pœnitebit nos: valdè enim nos pœnitebit, ſed nulla erit vtilitas pœnitentiæ, & licèt ſit ſtridor dentium, licèt vlulatus & fletus, licèt fundamus preces, & innumeris obſecrationibus proclamemus, nemo audiet, nemo ſubueniet, nec extremo quidem digito aquam quis infundet linguæ noſtræ poſitæ in flammis: ſed audiemus illud quod diues ille audiuit ab Abraham, Quia chaos magnum firmatum eſt inter nos & vos, & neque hinc illuc tranſire quis poteſt, neque indè huc.

Eſaiæ 54.

Eſaiæ 59.

Creati ſumus ad ſalutem, non ad pœnã æternam.

Matth. 25.

Donec viuimus, ablui peccata quæcunque per pœnitentiã poſſunt.

Lucæ 16.

19. LEO Magnus epiſtola nonageſimaprima ad Theodorum Forojulienſem: Multùm vtile ac neceſſarium eſt, vt peccatorum reatus ante vltimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur. His autem, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuerſio, dicente ſpiritu Dei per Prophetam: Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibì: Dic tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificeris. Et iterùm: Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe lachrymas gemitúſque negligere, cùm ipſam pœnitentiam ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo: Nè fortè det illis Deus pœnitentiam, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius voluntatem.

Iis qui in periculo mortis conſtituti reſipiſcũt, non eſt deneganda recõciliatio.

Vera cõuerſio nullas moras patitur.

Ezech. 33.

Eſaiæ 43.

Pſal. 129.

2. Tim. 2.

20. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta, capite ſeptimo: Hanc delictorum reſeruationem, conſonum eſt diuinæ authoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. veruntamen piè admodùm, nè hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt: extra quem articulum ſacerdotes cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant.

Quiuis ſacerdos quẽlibet pœnitentem poteſt abſoluere in articulo mortis, à quibuſuis peccatis & cenſuris.

V.

Quando veritatem impugnans peccat in Spiritum ſanctum?

Leo epiſt. 10. ad Flauianum ca. 1. Auguſt. de Gen. ad lit. lib. 7. cap. 9. & tract. 18. in Euange. Ioan. Item de vtilitate cred. cap. 1. Et lib. 18. de ciuit. Dei ca. 51. & lib. 21. cap. 25.

A. QVVM de fidei & religionis negocio veritas non ex ignorantia, ſed malitia ſtudioſè oppugnatur, vt hinc veritatis Catholicæ lædatur ſynceritas.

B. Huic peccato Phariſæi [a] obnoxij erant, quibus vel pręcipuè videmus curæ fuiſſe, tam malignè, quàm falsò, blaſphemare Chriſtum, inſectari doctrinam Euangelij, teſtimonium [b] Apoſtolorum ſupprimere, idque contra ſuam ipſorum conſcientiam. His non ſunt abſimiles, qui à Propheta dicuntur ſedentes [c] in cathedra peſtilentiæ: à Petro [d] autem,

a Matth. 12. b 15. a 21. d 22. b Ioan. 7. g 12. b

b Actor. 4. d 5. d

c Pſal. 1. a

Digitized by Google

[d] autem, magiſtri mendaces, qui introducunt ſectas perditionis: à Paulo [e] demùm vocantur Hæretici homines [f] corrupti mente, reprobi circa fidem, [g] attendentes ſpiritibus erroris, ſubuerſi, & ſuo ipſorum [h] iudicio condemnati. Quibus annumerari poteſt ſeductor Elymas, quem Paulus palàm obiurgans, mira cum vehementia dixit: [i] *O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.*

d 2.Pet.2.a
e Tit.3.c
f 2.Tim.3.b
g 1.Tim.4.a
h Tit.3.c
i Actor.13.b

C. Refertur ad hanc quoquè claſſem [k] blaſphemia Spiritus: quod peccatum Chriſtus in Iudæis magnoperè taxat, ac reliquis peccatis deterius facit. Atque vtinàm modò hìc non peccaretur. Nam blaſphemant Spiritum ſanctum & illi, vt ſcribit [l] Damaſus, qui contra ſanctos Patrum canones Spiritus ſancti inſtinctu dictatos, libenter aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſpontè conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemiarum in Spiritum ſanctum: Sic Damaſus.

k Matth.12.c
l Apud Gratianũ 25.q.1. Violatores.

TESTIMONIA.

Contra pertinaciam hęreticorum.

1. A. LEO Magnus epiſtola decima ad Flauianum, capite primo de Eutychete loquens: Quid iniquius, quàm impia ſapere, & ſapiētioribus doctioribusq́; non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui quum ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas literas, nec ad euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt. Sed ideò magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuère. Quam enim eruditionem de ſacris noui & veteris teſtamenti paginis acquiſiuit, qui nec ipſius quidem Symboli initia cōpræhendit? Et quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, iſtius adhuc ſenis corde non capitur.

Cur hæretici fiant homines.

2. AVGVSTINVS de Geneſi ad literam, libro ſeptimo, capite nono: Neque enim nō omnes hæretici ſcripturas catholicas legunt, nec ob aliud ſunt hæretici, niſì quòd eas non rectè intelligentes, ſuas falſaſq; opiniones contra earum veritatem peruicaciter aſſerunt.

Pertinaciter tuentur ſcripturam malè intellectam hæretici.

3. ET tractatu decimooctauo in Euangeliũ Ioannis: Neque enim natæ ſunt hæreſes, & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſì dum ſcripturę bonæ intelliguntur non benè: & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè & audacter aſſeritur. Itaque, chariſſimi, valdè cautè hæc audire debemus, ad quę capienda paruuli ſumus, & corde pio & cum tremore, ſicut ſcriptum eſt, hanc tenentes regulam ſanitatis, vt quod ſecundùm fidem qua imbuti ſumus, intelligere valuerimus, tanquàm de cibo gaudeamus: quod autem ſecundùm ſanam fidei regulam intelligere non potuerimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus: hoc eſt, vt etiam ſi quid neſcimus, bonum tamen & verum eſſe minimè dubitemus.

Quid agendũ circa ea quæ non intelligimus aut capimus in rebus fidei.

4. ITEM de vtilitate credendi, capite primo: Si mihi Honorate, vnum atque idem videretur eſſe, hæreticus, & credens hęreticis homo, tam lingua quàm ſtylo in hac cauſa conquieſcēdum mihi eſſe arbitrarer. Nunc verò cùm inter duo plurimùm interſit: quandoquidem hæreticus eſt, vt mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusq́; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit vel ſequitur: ille autem qui huiuſmodi hominibus credit, homo eſt imaginatione quadam veritatis ac pietatis illuſus. &c.

Hæreticus, & credens hæreticis, differunt.

Hæreticus quis.

5. IDEM libro decimooctauo de ciuitate Dei, capite quinquageſimoprimo: Qui ergò in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, prauumq́; ſapiunt, ſi correpti vt ſanum rectumq́; ſapiant, reſiſtunt contumaciter; ſuaq́; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici fiunt, & foràs exeuntes, habentur in exercentibus inimicis. Etiam ſic quippe veris illis catholicis membris Chriſti malo ſuo proſunt, dum Deus vtitur & malis benè, & diligētibus eum omnia cooperantur in bonum.

Pertinax defenſio erroris facit hæreticum.

Rom.8.

6. ET libro vigeſimoprimo, capite vigeſimoquinto: Debent attendere, quàm ſit intolerabile, atque à ſana doctrina nimìs deuium, vt multi ac penè omnes, qui hæreſes impias condiderunt exeuntes de Catholica Eccleſia, & facti ſunt hæreſiarchæ, meliores habeant cauſas, quàm hi qui nunquàm fuerunt Catholici, cùm in eorum laqueos incidiſſent: ſi illos hæreſiarchas hoc facit liberari à ſupplicio ſempiterno, quòd in Catholica Eccleſia baptizati ſunt, & ſacramentum corporis Chriſti in vero Chriſti corpore primitùs acceperunt: cùm peior vtiquè ſit deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator eius effectus, quàm ille qui non deſeruit, quam nunquàm tenuit.

1. B. MATTHAEI duodecimo: Phariſæi audientes dixerunt: Hic non eijcit dæmones, niſì in Beelzebub principe dæmoniorum.

2. ET capite decimoquinto: Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cùm panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei &c.

3. ET vigeſimoprimo: Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebũtur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et appręhenſum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergò venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerũt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant.

4. ITEM vigeſimoſecundo: Tunc abeũtes Phariſæi, conſilium inièrunt, vt caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, &c. Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus &c.

5. IOANNIS ſeptimo: Alij dicebant, Hic eſt

Digitized by Google

Chriſtus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? Nónne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum &c. Reſponderunt ergò miniſtris Phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis? nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc quę non nouit legem, maledicti ſunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi priùs audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare, & vide quia à Galilæa Propheta non ſurgit.

6. ET capite duodecimo: Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudęis, & credebant in Ieſum &c. Phariſæi ergò dixerunt ad ſemetipſos, Videtis quia nihil proficimus? eccè mundus totus poſt eum abijt.

7. ACTORVM quarto: Quid faciemus hominibus iſtis? Quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus habitantibus Ieruſalem: manifeſtum eſt, & non poſſumus negare. Sed nè ampliùs diuulgetur in populum, cōminemur eis, nè vltrà loquantur in nomine hoc vlli hominum.

8. ET capite quinto: Iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.

9. PSALMO primo: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

10. POSTERIORIS Petri ſecundo: Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. Et in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Quibus iudiciū iam olìm non ceſſat: & perditio eorū non dormitat.

11. AD Titum tertio: Hæreticum hominē poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.

12. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Quemadmodùm autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ità & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidem. Sed vltrà non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit, &c. Mali autē homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.

13. PRIORIS ad Timotheum quarto: Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam &c.

14. AD Titum tertio, vt paulò antè, B. teſtimonio vndecimo.

15. ACTORVM decimotertio: O plene omni dolo, vt in textu.

1. C. MATTHAEI duodecimo: Dico vobis, omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemia nō remittetur.

Contēnentes canones.

2. DAMASVS apud Gratianum cauſa vigeſimaquinta, quæſtione prima, capite Violatores: Violatores canonum voluntariè, grauiter à ſanctis Patribus iudicantur: & à ſancto Spiritu, cuius inſtinctu ac dono dictati ſunt, damnantur: Quoniam blaſphemare in Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros canones, non neceſſitate compulſi, ſed libenter aliquid &c. vt in textu.

VI.

Quomodò Inuidentia fraternæ gratiæ peccatum eſt in Spiritum ſanctum?

Aug. lib. 1. de ſer. Domini in monte, ca. 22. & 1. retract. c. 19.

A. QVANDO dolemus ac triſtamur grauiter de ſplendore augmentóve virtutum donorumque Dei, quibus frater eſt conſpicuus.

a Sap. 2. d
b Apoc. 12. c
c 1. Pet. 5. c
d Actor. 11. a 13. g Gen. 4.

B. Quod crimen non tam hominis videtur eſſe proprium, quàm Satanæ, [a] qui Dei gratiam in homine tum augeri, tum conſeruari fert impatientiſſimè, & idcircò non modò fratrum [b] accuſator, verumetiā Dei & bonorum omnium implacabilis eſt [c] aduerſarius, qui tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Satanæ filij ex Iudæis fuēre, qui naſcentem Euangelij gratiam omninò gentibus inuidebant, vt in [d] Actis Apoſtolicis legimus.

TESTIMONIA.

Peccatum ad mortem.

Inuidētia fraternæ gratiæ.

Luc. 23.

Actor. 7.

1. A. AVGVSTINVS libro primo de ſermone Domini in monte, capite viceſimoſecundo: Peccatum ergò fratris ad mortem puto eſſe, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Domini noſtri IESV Chriſti quiſque oppugnat fraternitatem, & aduersùs ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem eſt, ſi quiſquam non amorem per odium à fratre alienauerit, ſed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter & Dominus in cruce ait: Pater, ignoſce illis, quia neſciūt quid faciunt. Nondùm enim gratiæ Spiritus ſancti participes facti, ſocietatem ſanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apoſtolorum orat pro eis à quibus lapidatur, quia nondùm Chriſto crediderant, neque aduersùs illam communem gratiam dimicabant. Et Apoſtolus Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mortem, id eſt, inuidentiæ facibus fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorem ad mortem, ſed timori ſuccubuerant, orat, vt eis ignoſcatur. Sic enim dicit; Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit; reddet illi Dominus ſecundùm opera eius, quem & tu deuita: valdè enim reſiſtit noſtris ſermonibus. Deindè ſubiungit, pro quibus orat, ità dicens: In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Et poſt pauca: Et hoc eſt fortaſsè peccare in Spiritum ſanctum; id eſt, per malitiam & inuidiam, fraternam oppugnare charitatem poſt acceptam gratiam Spiritus ſancti, quod peccatum Dominus neque hîc, neque in futuro ſeculo dimitti dicit. Vndè quæri poteſt, vtrùm in Spiritum ſanctum Iudæi peccauerint, quando dixerunt, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum, dæmonia Dominus expelleret: vtrùm hoc in ipſum Dominum dictum accipiamus, quia de ſe dicit alio loco:

2. Tim. 4.

Inuidentia fraternæ charitatis.

Matth. 12. & Marci 3.

Digitized by Google

Matth. 10.

loco: Si enim patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? An quoniam de magna inuidentia dixerunt, ingrati tam præſentibus beneficijs, quamuis nondum Chriſtiani fuerint, tamen propter ipſam inuidentiæ magnitudinem in Spiritum ſanctum peccâſſe credendi ſunt? Non enim hoc colligitur de verbis Domini.

Matth. 12.

Quamuis enim in eodem loco dixerit, Quicunque enim dixerit verbum nequam in Filiũ hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit verbum aduerſus Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro: tamen videri poteſt ad hoc eos monuiſſe, vt accedant ad gratiam, & poſt acceptam gratiam non ità peccent vt nunc peccauerunt. Nunc enim in filium hominis dixerunt verbum nequam, & poteſt eis dimitti, ſi conuerſi fuerint, & ei crediderint, & Spiritũ ſanctum acceperint: quo accepto, ſi fraternitati inuidere, & gratiam quam acceperunt, oppugnare voluerint, non eis dimitti, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Nam ſi eos ſic haberet condemnatos, vt nullam ſpem illis reliquiſſet, non adhuc monendos iudicaret, cùm addidit dicens: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Sic itaq;

Matth. 12.

Matth. 5.

accipiatur diligendos inimicos eſſe, & benefaciendum his qui nos oderunt, & orandum pro his qui nos perſequuntur, vt pro quibuſdam etiam fratrum peccatis intelligatur non præceptum eſſe, vt oremus: nè per imperitiam noſtram diuina ſcriptura, quod fieri non poteſt, à ſe diſſentire videatur.

2. IDEM libro primo Retractationum, capite decimonono: Loco alio (nimirùm libro primo de ſermone Domini in monte, capite viceſimoſecundo) Peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioannes Apoſtolus: Non pro illo dico vt roget quis; ità definiui vt dicerem: Peccatum fratris ad mortem puto eſſe, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti quiſque oppugnat fraternitatem, & aduerſùs ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixit; ſed tamen addendum fuit, ſi in hac tam ſcelerata mentis peruerſitate finieris hanc vitam: quoniam de quocunque peſſimo in hac vita conſtituto, non eſt vtiquè deſperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur.

1. Ioan. 5.

Peccatum ad mortẽ, inuidentia fraternę charitatis.

De nullo deſperandũ in hac vita.

1. B. SAPIENTIAE ſecundo: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.

2. APOCALYPSIS duodecimo: Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

3. PRIORIS Petri quinto: Sobrij eſtote & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

4. ACTORVM vndecimo: Cùm autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduerſùs illum qui erant ex circunciſione, dicentes: Quare introîſti ad viros præputium habentes, & manducâſti cum illis?

5. ET capite decimotertio: Sequẽti verò Sabbato penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo: & contradicebant his quę à Paulo dicebantur, blaſphemantes. Tunc conſtanter &c.

6. GENESIS quarto: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem & munera illius non reſpexit: iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.

VII.

Quæ obſtinatio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

A. EA nimirùm, quæ obfirmatum planè animum adfert aduersùs benè monentem, vt nullis quidem rationibus ab inſtituto damnabili ſe deflecti quis patiatur.

Aug. in Enchir. ca. 83. & in pſal. 58. concione 1. Greg. hom. 11 ſuper Ezech. Bernar. lib. 1. de conſidera. c. 2. & in ſer. de cõuerſione ad Clericos, cap. 4.

B. Fuit hoc peccato inſigniter obſtrictus rex [a] Pharao, qui etſi totiès moneretur à Moyſe, & ſubindè flagellis Dei grauiſſimis affligeretur: tamen in propoſito tyrannico perſtitit, & [b] perijt obſtinatus. Nota eſt Iudæorum inuicta [c] pertinacia, quos ſuis veluti coloribus depingens Stephanus, [d] *Dura ceruice*, inquit, *& incircunciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* Nec ſunt diſſimiles hodiè, qui nouis addicti Sectis, ne audire quidem aut legere ſuſtinent Catholicè docentem, quaſi [e] aſpidum inſtàr occluſis illi contra dulcem melodiam, id eſt, ſanam Eccleſiæ doctrinam auribus, dicere videantur: [f] *Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Quod nihil aliud eſt, quàm vt Paulus [g] loquitur, ſecundùm duritiã & impœnitens cor theſaurizare ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Nam vt Salomon [h] quoquè docet, Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur.

a Exo. 7. & deincèps. Auguſt. quæſt. 18. & 24. ſuper Exodum, & ſer. 88. de tempore. Greg. 31. Moral. cap. 11. & lib. 11. cap. 5.
b Exodi 14. g
c Hier. 5. a. 8. b Eſa. 48. a Zach. 7. c Geneſ. 49. a
d Actor. 7. f
e Pſal. 57. a
f Iob 21. b
g Rom. 2. a
h Prouer. 29. a Bernard. ſer. 42. in Cantica.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite octogeſimotertio: Qui in Eccleſia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obſtinatione, mentis diem claudit extremum, reus eſt illo irremiſſibili peccato in Spiritum ſanctũ, in quo Chriſtus peccata dimittit.

Contemnens remiſſionem peccatorum.

2. ET in pſalmum quinquageſimumoctauum, concione prima: Ergò non miſerearis omnium qui operantur iniquitatem. Hoc duobus modis intelligi poteſt. Siue quia omninò nulla peccata impunita relinquit Deus; ſiue quòd eſt quædam iniquitas, quam qui operantur, omninò eorum Deus non miſeretur. Secundùm iſtos duos modos breuiter, quantum temporis ſufficit, aliquid loquamur charitati veſtræ. Iniquitas omnis, parua magnáve ſit, puniatur neceſſe eſt; aut ab ipſo homine pœnitente, aut à Deo vindicante. Nam & quem pœnitet, punit ſeipſum. Ergò fratres puniamus noſtra peccata, ſi quærimus miſericordiam Dei. Non poteſt Deus miſereri omnium operantium iniquitatem quaſi blandiens peccatis, aut

Nulla iniquitas impunita manet.

Digitized by Google

non eradicans peccata. Prorſùs aut punis, aut punit. Vis non puniat? Puni tu. Nam & illud feciſti quod impunitum eſſe non poſſit; ſed à te puniatur potiùs, vt facias quod illo pſalmo ſcriptũ eſt, Præueniamus faciem eius in cõfeſſione. Quid eſt, Præueniamus faciem eius in confeſſione? Antequàm ipſe attendat vt puniat, tu præueni confitẽdo, & puni. Non ille inueniat quod puniat; quia cùm tu punis iniquitatem, facis æquitatẽ. Et ideò tuî miſerebitur Deus, quia iam te operantẽ æquitatem inuenit Deus. Quid eſt, operantem æquitatem? Quia hoc in te odiſti, quod & ille odit; vt incipias placere Deo, dum hoc in te punis quod diſplicet Deo. Nam non poteſt impunitum relinqui peccatum; quia verum eſt: Non miſerearis omnium qui operantur iniquitatem. Sed videamus iam alium modum, quo hæc ſententia poſſit intelligi. Eſt quædam iniquitas, quam qui operatur, non poteſt fieri vt miſereatur ei Deus. Quæritis fortè quęnam illa ſit? Ipſa eſt defenſio peccatorum. Quando quiſque defendit peccata ſua, magnam iniquitatem operatur. Hoc defendit quod Deus odit. Et videte quàm peruersè, quàm iniquè. Si quid boni fecerit, ſibi vult imputari: ſi quid mali, Deo. Nam hoc modo defendunt homines peccata ſua ex Dei perſona, quod peius eſt. Quid eſt hoc? Nemo eſt qui audeat dicere, bonum eſt adulterium, bonum eſt homicidium, bona fraus, bonum periurium: nullus prorſùs hominũ. Nam qui illa etiam faciunt, clamãt mala hæc eſſe quando patiũtur. Omninò ergò non inuenies animam tam peruerſam, tam extorrem à ſocietate generis humani, & à participatione communis ſanguinis ex Adam; cui videatur bonum eſſe adulterium, ſicut dixi, fraus, rapina, periurium. Sed quomodò ea defendunt? Si Deus noluiſſet, non id feciſſem. Quid vis faciam fato meo?

Pſal. 94.

Defendere peccata, quãta ſit iniquitas.

3. GREGORIVS homilia vndecima ſuper Ezechielem: Diſtricta ſunt omnipotentis Dei iudicia. Et qui peccatorem diù expectat vt redeat, non redeunti atq; contemnenti ponit adhuc vbi grauiùs impingat. Peccatũ quippe quod per pœnitentiam citiùs nõ deletur, aut peccatum eſt, aut cauſa peccati, ſimul & pœna peccati. Omne enim quod priùs committitur, peccatum eſt. Sed ſi citiùs pœnitendo non tergitur, iuſto iudicio omnipotens Deus obligatam peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere, vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergò quod pœnitentiæ lamento non diluitur, peccatum ſimul eſt & cauſa peccati: quia ex illo oritur, vndè adhuc peccatoris animus altiùs obligetur. Peccatum verò quod ex peccato ſequitur, peccatum ſimul eſt & pœna peccati: quia excreſcente cæcitate, ex retributione prioris culpæ generatur, vt quaſi iam quædam ſint in peccatore ſupplicia ipſa incrementa vitiorum. Fit verò nonnunquàm, vt vnum idémque peccatum & peccatum ſit, & pœna peccati, ſimul & cauſa peccati. Et paulò pòſt: Hoc autem nobis cum tremore conſiderandum eſt, quomodò iuſtus & omnipotens Deus cùm præcedentibus peccatis iraſcitur, permittit vt cæcata mens etiam in alijs labatur. Vndè Moyſes ait: Nondùm completa ſunt peccata Amorrhæorum. Dauid quoquè ait: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum, vt non intrent in iuſtitia tua. Propheta etiam alius dicit: Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Sanguis enim ſanguinem tangit, quando peccato peccatum additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apoſtolus ait: Vt impleant peccata ſua ſemper. Ioanni quoquè per angelum dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Vndè nunc etiam Dominus dicit: Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ac ſi apertè dicat: Quia videre pœnitendo noluit vbi iam impingit, iuſto eum iudicio deſerens, ponam ei vt & alibì impingat. Quod tamen Domini ponere, eſt nequaquàm ad peccandum premere, ſed nolle à peccato liberare: ſicut de Pharaone dicitur: Ego indurabo cor eius. Non enim cor peccantis Dominus obdurat: ſed obdurare dicitur, cùm ab obduratione non liberat. Miſericors enim Deus tempus nobis ad pœnitẽtiam relaxat, ſed cùm eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipſum tempus quod ad parcendum piè diſpoſuit, diſtrictiùs ad feriendum vertit, vt quia reuerti quis etiam ſpatio temporis accepto noluerit, per hoc mala ſua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, ſi conuerti voluiſſet. Vndè ſcriptum eſt: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit? ſecundùm duritiam autem tuam & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. De benignitate ergò omnipotentis Dei iram ſibi in die iræ reprobus theſaurizat: quia dum ad pœnitentiam tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipſum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ. Vndè & omnipotens Deus qui collata remedia conſpicit ad culpæ augmentum trahi, ipſam benignitatem quam contulit, in iudicij diſtrictionẽ vertit, vt indè pòſt ampliùs feriat, vndè modò ampliùs expectat. Et quia homo deſerere malum non vult vt viuat, auget vndè moriatur.

Quàm pernicioſum ſit, in peccatis perſeuerare.

Geneſ. 15.
Pſal. 68.
Oſeæ 5.
1. Tim. 1.
Apoc. vlt.
Ezech. 3.
Quomodò Deus dicatur offendiculũ ponere.
Exod. 4. & 7.
Quomodò Deus obdurare corda dicitur.
Rom. 2.

4. BERNARDVS libro primo de Conſideratione ad Eugenium Pontificem maximum, capite ſecundo: Nec pergas quærere quod illud ſit: (cor durum videlicet) ſi non expauiſti, tuum hoc eſt. Solum eſt cor durum quod ſemetipſum non exhorret, quia nec ſentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonem. Nemo duri cordis ſalutem vnquàm adeptus eſt, niſì quem fortè miſerans Deus, abſtulit ab eo, iuxta Prophetã, cor lapideum, & dedit cor carneum. Quid ergò cor durũ? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouidens. Ipſum eſt cui præteritorum, præter ſolas iniurias, nihil omninò non præterit, pręſentium nihil non perit, futurorum nulla niſì fortè ad vlciſcendum proſpectio ſeu præparatio eſt. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.

Ezech. 36.
Cordis duri egregia deſcriptio.

5. IDEM in ſermone de conuerſione ad Clericos, capite quarto: At fortè aliquem moueat illud de pſalmo: Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Ego autem dico, odit & carnem. An non odit, cui gehennę cumulos mercatur in dies, & cui ſecundùm duritiam ſuam & cor impœnitens theſaurizat iram in die iræ? Cæterùm hoc odiũ tam carnis, quàm animæ, non in affectu, ſed in effectu potiùs inuenitur. Sic nimirùm odit & phreneticus carnem ſuam, cùm ſibijpſi manus inferre laborat, rationis deliberatione ſopita. An verò grauior vlla phreneſis iudicatur, quàm impœnitentia cordis, & peccandi obſtinata voluntas? Siquidem manus nefarias inijcit ſibijpſi, nec carnem, ſed mentem lacerat & corrodit.

Pſal. 10.
Rom. 2.
Obſtinata peccati voluntas, grauiſſima phreneſis.

1. B. EXODI ſeptimo hæc ſummatìm continentur: Moyſes & Aaron ad Pharaonem loquuntur, virgam vertunt in ſerpentem, & aquam virga percuſſam in ſanguinem, quæ etiam faciũt Magi Pharaonis ſuis incantationibus: quam ob cauſam Pharao magìs induratur.

2. OCTA-

Digitized by Google

2. OCTAVI capitis ſumma hæc eſt: Secunda Aegypti plaga eſt ranarum, pro quarũ ablatione promittit Pharao populum dimittere, nec facit: quare additur tertia ciniphum, & quarta muſcarum, propter quas rurſum promittit Pharao ſe filios Iſrael dimiſſurum, quod non facit.

3. NONI verò capitis hæc eſt: Quinta plaga eſt peſtis in iumentis, ſexta vlcerum, ſeptima grandinis, ad quam promittit Pharao ſe dimiſſurum populum, ſi ceſſet: verùm nec id complet: nullus autem filiorum Iſrael in his malis vllum patitur damnum.

4. ET decimi capitis: Octauum ſignum eſt locuſtarum, quibus ablatis, obduratus Pharao, nec ſic quidem iuxta condictum dimittit populum. quapropter nonum additur, nempe tenebrarum denſiſſimarum, propter quas dimittit Pharao, vt exeant, ſed protinùs idem denegat, Moyſiq́ minatur.

5. DVODECIMI ſumma eſt: Paſchalis agni ritu declarato ac celebrato, eiusq́ ſanguine domorum ſuperliminaribus illito, cæſis omnibus Aegypti primogenitis, Iſraelitæ cum diuitijs Aegypti egrediuntur: de ritu Phaſe ac eſu azymorum, & tempore habitationis Iſrael in Aegypto.

6. AVGVSTINVS quæſtione decimaoctaua ſuper Exodum: Vt ergò tale cor haberet Pharao quod patientia Dei non moueretur ad pietatem, ſed potiùs ad impietatem, vitij proprij fuit. Quòd verò facta ſunt ea, quibus cor ſuo vitio tam malignum reſiſteret iuſſionibus Dei (hoc eſt enim quod dicitur, Induratum; quia non flexibiliter conſentiebat, ſed inflexibiliter reſiſtebat) diſpenſationis fuit diuinæ, qua tali cordi non ſolùm iuſta, ſed euidẽter iuſta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigerentur. Propoſito quippe lucro, verbi gratia, propter quod homicidiũ committatur, aliter auarus, aliter pecuniæ cõtemptor mouetur: ille ſcilicet ad facinus perpetrandum, ille ad cauendum: ipſius tamen lucri propoſitio in alicuius illorum non fuit poteſtate. Ità cauſæ veniunt hominibus malis, quæ non ſunt quidem in eorum poteſtate, ſed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos proprijs vitijs ex præterita volũtate. Videndum ſanè eſt, vtrùm etiam ſic accipi poſſit, Ego indurabo; tanquàm diceret, quàm durum ſit demonſtrabo.

Quomodò cor Pharaonis induratũ dicitur.

Altera expoſitio.

7. ET quæſtione vigeſimaquarta: Et vidit Pharao quoniam facta eſt refrigeratio, & ingrauatum eſt cor eius, & non exaudiuit eos, ſicut dixerat Dominus. Hìc apparet, non illas tantùm fuiſſe cauſas obdurationis cordis Pharaonis, quòd incantatores eius ſimilia faciebant, verumetiam ipſam Dei patientiam qua parcebat patientia Dei ſecundùm corda hominum, quibuſdam vtilis ad pœnitendum, quibuſdam inutilis ad reſiſtendum Deo, & in malo perſeuerandum: non tamen per ſeipſam inutilis eſt, ſed ſecundùm cor malum, ſicut iam diximus. Hoc & Apoſtolus dicit, Ignoras quia patientia Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Secundùm autem duritiã cordis tui & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Nam & alibì cùm diceret, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco: etiam illud adiunxit, Et in ijs qui ſalui fiunt, & in ijs qui pereunt. Non dixit, Chriſti bonum ſe odorem eſſe ijs qui ſalui ſiunt, malum autem ijs qui pereunt, ſed tantùm bonum odorem ſe dixit. Illi verò tales ſunt, vt & bono odore pereant ſecundùm ſui cordis, vt ſæpè dictum eſt, qualitatem, quæ mundanda eſt bona voluntate in Dei gratiã, vt incipiant ei prodeſſe iudicia Dei, quæ malis cordibus nocent.

Exod. 8.

Cauſæ obdurationis Pharaonicæ.

Dei patientia abutentes.

Rom. 2.

2. Cor. 2.

8. ITEM ſermone octogeſimooctauo de tempore: Primò hoc fideliter & firmiter credat dilectio veſtra, quia nunquàm priùs Deus deſerit hominẽ, niſi priùs ab homine deſeratur. Cùm enim & ſemel & ſecũdò & tertiò vnuſquiſq; grauia peccata commiſerit: expectat tamen illum Deus, ſicut per Prophetam dicit, Vt conuertatur & viuat. Cùm verò in peccatis ſuis cœperit permanere, de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio, ex deſperatione obduratio generatur. Dum homines negligentes in primis deſpiciunt peccata ſua, quia parua ſunt, creſcentibus minutis peccatis adduntur etiam crimina, & cumulum faciunt & demergunt. Quod cùm factum fuerit, impletur hoc quod ſcriptum eſt, Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit. De talibus & Apoſtolus dicit, Ignoras, quòd patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundùm duritiam cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ. Et de tali obduratione etiam alibì legimus, Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadit præceps. Et iterùm de corrigendo filio ſcriptura loquitur; vndè ait, Tunde latera filij tui, dum infans eſt, nè induret, & non conſentiat tibi. Iſta enim teſtimonia ſcripturarum ideò charitati veſtræ inſinuare volui, vt intelligatis, quia & obduratio non Dei potentia compellente perficitur, ſed Dei remiſſione vel indulgentia generatur: ac ſic Pharaonem non diuina potentia, ſed diuina patientia credenda eſt obduraſſe. Deniquè quotiẽs eum Dei plaga percuſſit, afflictus pœnituit. At vbi ei remiſſio diuina indulgentiam dedit, iterùm ſe in ſuperbiam elatus erexit. Hoc ergò definitiſſimè credite fratres, & hoc intelligite, quia quotiẽs Dominus dicit, Ego indurabo cor Pharaonis: non aliud intelligi voluit, niſi, ego inquit, ſuſpendo plagas meas & flagella, vndè eum per indulgentiam meam cõtra me obdurari permitto. Sed fortè aliquis dicat, Quare illum Deus parcendo indurari fecerit, & quare flagella remouerit? Hoc loco ſecurus ego reſpondeo: Ideò Deus totiẽs flagella remouit, quia Pharao pro ingenti cumulo peccatorum ſuorum non tanquàm filius ad emendationẽ meruit corripi, ſed tanquàm hoſtis permiſſus eſt indurari. Tantæ enim illius iniquitates præceſſerunt, & Deum totiẽs ſacrilego auſu contempſerunt, vt in illo impleretur quod de talibus Spiritus ſanctus dixit, In labore hominũ non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua: prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Eccè qualiter obduratur, qui ad correctionem caſtigari à Domino non meretur. De illis autem quos indurari Dei miſericordia non permittit, ſcriptũ eſt, Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Et iterùm, Ego quos amo, arguo & caſtigo. Et iterùm, Quem enim diligit Dominus, corripit. De hac obduratione etiam Propheta ex perſona populi ad Dominũ clamat, dicens: Induraſti cor noſtrũ nè timeremus te. Quod vtiquè non eſt aliud, niſi, Deſeruiſti cor noſtrum, nè cõuerteremur ad te. Quam rem multis præcedentibus ſacrilegijs in populo Iudæorum impletam eſſe cognouimus. Nemo ergò cum Paganis aut Manichæis Dei iuſtitiam reprehendere aut culpare præſumat: ſed certiſſimè credat, quòd Pharaonem non Dei violentia, ſed propria iniquitas & indomabilis ſuperbia contra Dei præcepta totiẽs fecerit obdurari. Quid eſt autem quod dixit, Ego indurabo cor eius, niſi, cùm abfuerit gratia mea, obduret illũ nequitia ſua? Et vt hoc euidentiùs poſſit agnoſci, aliquam ſimilitudinem de rebus viſibilibus charitati veſtræ proponimus. Sicut enim quotiẽs nimio frigore aqua conſtringitur, ſolis calore ſuperueniente reſoluitur, & diſcedente eodem ſole iterùm obduratur: ità nimirùm peccatorum frigore refrigeſcit charitas multorum, & velut glacies obdurantur, & cùm eis iterùm calor diuinæ miſericordiæ ſuperuenerit, reſoluuntur: ille vtiquè calor de quo ſcriptum eſt, Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Quod etiam erga Pha-

Deus nunquã deſerit hominem prior.

Ezech. 33.

Prouer. 18.

Rom. 2.

Eccli 30.

Ibidèm.

Pharaonis obduratio vndè.

Exod. 4. & 7.

Iuſtè permiſſus eſt obdurari.

Pſal. 72.

Heb. 12.

Apoc. 3.

Prouer. 3.

Eſaiæ 63.

Exod. 4. & 7.

Similitudo qua Pharaonis obduratio explicatur.

Matth. 24.

Pſal. 18.

Digitized by Google

Pharaonem impletum eſſe cognoſcimus, à quo quotiés flagella remota ſunt, contra Deum ſe obduratus erexit: quotiés verò afflictus eſt, humiliter ſupplicauit.

9. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite vndecimo: Pharaonis cor Dominus obduráſſe deſcribitur, non quòd ipſe duritiam contulit, ſed quòd exigentibus eius meritis, nulla illud deſupèr infuſi timoris ſenſibilitate molliuit.

10. ET libro vndecimo, capite quinto: Ad Moyſen dicitur de Pharaone, Ego obdurabo cor eius. (Exod.4.) Obdurare quippe per iuſtitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit.

11. EXODI decimoquarto capite deſcribitur quomodò Pharao Iſraëlem perſequens, & mare per ſiccum poſt illum ingrediens, cum vniuerſo equitatu ac curribus ſubmerſus fuerit.

12. IEREMIAE quinto: Quòd ſi etiam, viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. Domine, oculi tui reſpiciunt fidem: percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autẽ dixi, Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui. Et eccè, magis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula.

13. ET capite octauo: Et dices ad eos: Hęc dicit Dominus, Nunquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus, non reuertetur? Quare ergò auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Appræhenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium.

14. ESAIAE quadrageſimooctauo: Sciui enim quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.

15. ZACHARIAE ſeptimo: Hęc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate: & miſericordiam & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo. Et viduam & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes: & aures ſuas aggrauauerunt, nè audirent. Et cor ſuum poſuerunt vt adamantem, nè audirent legem, & verba quę miſit Deus exercituum in Spiritu ſuo per manum Prophetarum priorum: & facta eſt indignatio magna à Domino exercituum.

16. GENESIS quadrageſimonono: Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël.

17. ACTORVM ſeptimo: Dura ceruice, vt in textu.

17. PSALMO quinquageſimoſeptimo: Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus.

19. IOB vigeſimoprimo: Quare ergò impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatiq́ue diuitijs? Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerũt Deo, recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum?

20. AD Romanos ſecundo: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius.

21. PROVERBIORVM vigeſimonono: Viro qui corripientem &c. vt in textu.

22. BERNARDVS ſermone quadrageſimoſecundo ſuper Cantica: Quòd ſi arguero & fecero quod meum eſt, illa autem increpatio procedens minimè quod ſuum eſt faciat, neque id ad quod miſi illam, ſed reuertatur ad me vacua, tanquàm iaculum feriens & reſiliens, quid me animi tunc habere putatis fratres? Nónne angor? nónne torqueor? Et vt mihi vſurpem aliquid ex verbis magiſtri, (quia de ſapientia non poſſum) prorſus coarctor è duobus, & quid eligam neſcio, placere'ne mihi in eo quod locutus ſum, quoniam quod debui, feci: an pœnitentiam agere ſuper verbo meo, quia quod volui, non recepi? Volui nimirùm perimere hoſtem, & eripere fratrem: & non feci ſic, magis autem cõtrarium accidit. Nam læſi animam, & culpam auxi. Siquidem acceſſit & contemptus. Nolunt audire te, inquit, quia nolunt audire me. Vides quę maieſtas contemnitur? Non te putes me ſolum ſpreuiſſe, Dominus locutus eſt. Et quod dixit Prophetę, dixit & Apoſtolis: Qui vos ſpernit, ait, me ſpernit. Non ſum Propheta, non ſum Apoſtolus: & Prophetę tamen & Apoſtoli (audeo dicere) vice fungor: & quibus non ęquor meritis, eorũ implicor curis. Etſi ad meam multam confuſionem, etſi ad grande periculum mihi, ſuper cathedram Moyſi ſedeo, cuius tamen non vendico mihi vitam, nec experior gratiam. Quid tamen? Num ideò cathedræ non deferetur, quoniam occupata eſt ab indigno? Etiam ſi Scribæ & Phariſæi in ea ſedeant, inquit, quæ dicunt facite. Plerunquè etiam impatientia contemptui iungitur, ità vt aliquis non ſolùm non curet corrigi obiurgatus, ſed inſupèr obiurganti indignetur more phrenetici, manum medici repellentis. Mira peruerſitas. Medicanti iraſcitur, qui non iraſcitur ſagittanti. Eſt enim qui ſagittat in obſcuro rectos corde, qui & teipſum nunc ſagittauit ad mortem, & in illum non commoueris? Mihi indignaris qui ſanum te fieri cupio? Iraſcimini, inquit, & nolite peccare. Si peccato iraſceris, non ſolùm minimè peccas, ſed & quòd peccàras, exterminas. Nunc verò & peccatum retines medicamentum reſpuendo, & peccare apponis irrationabiliter iraſcendo, & eſt ſupra modum peccans peccatum. Aliquotiès additur & impudentia, vt non modò impatienter ferat quòd corripitur, ſed etiam id vndè repræhenditur, impudenter defendat. Hoc planè deſperatio. Frons, inquit, mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et ait: Receſſit zelus meus à te, vltrà non iraſcar tibi. Solo auditu contremiſco. Sentis'ne, quanti periculi, quantíque horroris & tremoris res ſit peccati defenſio? Dicit iterùm: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Si ergò te zelus deſeruit: & amor. Nec eris amore dignus, qui indignus caſtigatione cenſeris. Vides quia tunc magis iraſcitur Deus, cùm non iraſcitur? Miſereamur impio, inquit, & non diſcet facere iuſtitiam. Miſericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miſeratio iſta, ſepiens mihi vias iuſtitiæ. Satius profectò mihi, iuxta Prophetæ conſilium, apprehendere diſciplinam, nè quando iraſcatur Dominus, & peream de via iuſta. Volo iraſcaris mihi pater miſericordiarum, ſed illa ira qua corrigis deuium, non qua extrudis de via. Illud tua nobis beni-

Margin notes (right column, in order): Correptionis contemptor quibus gradibus in malitia promouetur. — Philip. 1. — Ezech. 3. — Luce 10. — Matth. 23. — Contemptui impatientia iũgitur quandoquè. — Pſal. 10. — Pſal. 4. — Impudentia impatientiæ quandoquè iungitur. — Ierem. 3. — Ezech 16. — Defenſio peccati quàm execrabilis. — Apoc. 3. — Tunc Deus magis iraſcitur, cùm non iraſcitur. — Eſaiæ 26. — Pſal. 2.

Digitized by Google

benigna animaduerſio parit, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio. Non enim cùm neſcio, ſed cùm ſentio te iratum, tunc maximè confido propitium. etenim cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Deus, inquit, tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. Moyſen loquitur & Aaron atque Samuelem, quos modò præmiſerat, & hoc vocat propitiationem, quòd eorum Deus non pepercit exceſſibus. I nunc tu ergò, atque hanc tibi excludito in æternum, defendendo errorem, & accuſando correptionem. An non iſtud eſt malum dicere bonum, & bonum malum? An non ex hac odioſa impudentia, pullulabit mox impœnitentia, mater deſperationis? Quem enim pœniteat ſuper bono quod putat? Vę illis, inquit. Væ illud æternum eſt. Aliud eſt quenque tentari à propria concupiſcentia abſtractum & illectum, & aliud ſponte appetere malum tanquàm bonum, ad mortem quaſi ad vitam malè ſecurum properare.

Pſal. 98. | Eſaiæ 5. | Ex impudentia oritur impœnitentia, mater deſperationis. | Eccli 31. | Iacobi 1.

VIII.

Quando peccatum Impœnitentiæ committitur?

A. Cùm homo peccatorum ſuorum, quæ ſalutari pœnitentia expianda forent, finem modumque nullum facit, ac proponit inſuper ſe nolle vnquàm pœnitentiam agere.

B. Talium certè qui deploratè peccatores ſunt, ac manere volunt, vita iuxtà & mors [a] peſſima eſt, quum illi ſi non verbis, at reipſa dicere videantur: [b] *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Ac de his etiam dictum accipi poteſt, quod Ioannes teſtatur, [c] *Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.*

C. Hæc dicta ſint hactenùs de peccatis in Spiritum ſanctum, grauiſſimis illis quidem, & quæ aut nunquàm, aut ægrè admodùm à Deo homini remittuntur. Quapropter aduersùs ea ſæpè nos ipſos munire, & alios confirmare debemus, vt ſeruetur illud: [d] *Nolite contriſtare, nolite extinguere Spiritum Dei:* [e] *Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Non* [f] *obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Cor* [g] *enim durum habebit malè in nouiſſimo.* Nunc porrò ad peccata, quæ & ipſa non parùm enormia ſunt, & in cælum clamantia dici ſolent, accedamus.

Aug. de verb. Dom. ſer. 11. c. 12. & 13. & epiſto. 50. ad Bonifac. Gelaſ. in tomo de anathematis vinculo. | a Pſal. 33. d | b Eſaiæ 28. d | 3. d Pſal. 51. a | Prouer. 2. c | c 1. Ioan. 5. d | Aug. de correp. & gratia, ca. 12. & 1. Retract. cap. 19. | d Epheſ. 4. g | 1. Theſſ. 5. c | e Pſal. 94. b | f Heb. 3. c | g Eccli 3. d

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS ſermone vndecimo de verbis Domini, capite duodecimo: Contra hoc donum gratuitum, (remiſſionem ſcilicet peccatorum) contra iſtam Dei gratiam loquitur cor impœnitens. Ipſa ergò impœnitentia eſt Spiritus blaſphemia: quæ non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Contra Spiritum enim ſanctum, quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accepit Eccleſia, vt cui dimiſerit peccata, dimittantur ei: verbū valdè malum & nimis impium, ſiue cogitatione, ſiue etiam lingua ſua dicit: quem patientia Dei cùm ad pœnitentiā adducat, ipſe ſecundùm duritiam cordis ſui & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Hæc ergò impœnitentia, ſic enim vno aliquo nomine poſſumus vtcunquè appellare & blaſphemiam, & verbū contra Spiritum ſanctum, quod remiſſionem non habet in æternum: hæc, inquam, impœnitentia, contra quam clamabat & præco, & iudex, dicentes, Pœnitētiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum: contra quam Dominus os Euangelicæ prædicationis aperuit, & contra quam ipſum Euangelium in toto orbe prædicandum eſſe prædixit; vbi poſteaquàm reſurrexit à mortuis, ait diſcipulis; Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remiſſionem peccatorū per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Hæc omninò impœnitentia non habet remiſſionem, neque in hoc ſeculo neque in futuro: quia pœnitentia impetrat remiſſionē in hoc ſeculo, quæ valeat in futuro. Et deincèps capite decimotertio: Sed iſta impœnitētia vel cor impœnitens, quandiù quiſq; in hac carne viuit, non poteſt iudicari. De nullo enim deſperandum eſt, quandiù patientia Dei ad pœnitentiam adducit: nec de hac vita rapit impium, qui non mortem vult impij, quantùm vt reuertatur & viuat. Paganus eſt hodiè: vndè ſcis, vtrùm ſit futurus craſtino Chriſtianus? Iudęus infidelis eſt hodiè: quid ſi cràs credat in Chriſtum? Hæreticus eſt hodiè: quid ſi cràs ſequatur catholicam veritatem? Schiſmaticus eſt hodiè: quid ſi cràs ampleſtatur catholicam pacem? Quid ſi iſti quos in quocunq; genere erroris notas, & tāquàm deſperatiſſimos damnas, antequàm finiant iſtam vitam, agant pœnitentiam, & inueniāt veram vitam in futuro? Proindè, fratres, etiam ad hoc vos admoneat quod ait Apoſtolus, Nolite ante tēpus quicquam iudicare. Hæc enim blaſphemia Spiritus, cui nunquàm eſt vlla remiſſio (quam non omnem, ſed quandam intelleximus, eamq; perſeuerantem duritiam cordis impœnitentis, vel diximus vel inuenimus, vel etiam quantùm exiſtimamus, oſtendimus) non poteſt in quoquam, vt diximus, dum in hac adhuc vita eſt, depræhendi. Et paulò poſt: Non ergò propterea quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur: quia in Trinitate maior eſt Filio Spiritus ſanctus, quod nullus vnquàm vel hæreticus dixit: ſed quoniam quiſquis reſtiterit veritati, & blaſphemauerit veritatem, quod eſt Chriſtus, etiam poſt tantam ſuī prędicationem apud homines, vt verbū caro fieret, & habitaret in nobis, quod eſt filius hominis, idem ipſe Chriſtus, ſi non dixerit verbū illud cordis impœnitentis contra Spiritum ſanctum, de quo dictum eſt; Qui non renatus fuerit ex aqua & Spiritu: & de quo item dictum eſt; Accipite Spiritum ſanctum, ſi cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei: id eſt, ſi pœnituerit eum, accipiet per hoc donū remiſſionem omnium peccatorum, ſimul & huius, quòd verbum dixit contra Filium hominis: quia peccato ignorantię ſiue contumacię vel cuiuſcunque blaſphe-

Impœnitētia eſt peccatum in Spiritum ſanctum. | Ioan. 20. | Rom. 2. | Matt. 3. & 4. | Lucæ 24. | Impœnitentię peccatum non remittitur. | De nullo, quandiù viuit, deſperandum. | Ezech. 18. | 1. Cor. 4. | Occurrit dubitationi. | Cur blaſphemia in Spiritum ſanctum grauior iudicatur, quàm in Patrē aut Filium. | Ioan. 1. | Ioan. 3. | Ioan. 20.

Impœnitẽtia repugnat gratiæ baptiſmi & ſacramenti pœnitentiæ.

blaſphemiæ, non addidit peccatum impœnitentiæ contra donum Dei & gratiam regenerationis vel reconciliationis, quæ fit in Eccleſia Spiritu ſancto.

2. IDEM in epiſtola quinquageſima ad Bonifacium Comitem: Intelligant ergò non omne, ſed aliquod ſignificatum eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, quod omninò non remittetur. Sicut enim cùm dixiſſet; Si non venirem, peccatum non haberent: vtiquè non omne peccatum intelligi voluit, quandoquidem pleni erant multis magniſq; peccatis, ſed aliquod proprium peccatum: quod ſi non haberent, poſſent illis omnia dimitti quæ habebant, id eſt, quòd in eum venientem non crediderunt: hoc enim non haberent peccatum, ſi non veniret: ſic etiam cùm dixit, Qui peccauerit in Spiritum ſanctum, vel qui verbum dixerit aduerſus Spiritum ſanctum, non vtiquè omne quod in Spiritum ſanctum peccatur facto ſiue dicto, ſed aliquod certum & proprium intelligi voluit. Hoc eſt autem duritia cordis vſque ad finem huius vitæ, qua homo recuſat in vnitate corporis Chriſti, quod viuificat Spiritus ſanctus, remiſſionem accipere peccatorum. Cùm enim dixiſſet diſcipulis; Accipite Spiritum ſanctum: continuò ſubiecit, Si cui dimiſeritis peccata, dimittentur ei: ſi cui tenueritis, tenebuntur. Huic ergò dono gratiæ Dei quicunque reſtiterit & repugnauerit, vel quoquo modo fuerit ab eo alienus, vſque in finem huius temporalis vitæ, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo neque in futurò. hoc ſcilicet grande peccatum, vt eo teneantur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo eſſe commiſſum, niſi cùm de corpore exierit. Quandiù verò hìc viuit, eum, ſicut dicit Apoſtolus, patientia Dei ad pœnitentiam adducit. Sed ſi ipſe perſeuerantiſſima iniquitate, ſicut conſequenter adiungit Apoſtolus, ſecundùm duritiam cordis ſui, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in diè iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Iſti autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus, non ſunt deſperandi: adhuc enim ſunt in corpore: ſed non quærant Spiritum ſanctum, niſi in Chriſti corpore.

Ioan. 15. — Matth. 12. Marc. 3. Luc. 12.

Certa quædã blaſphemia in Spiritum ſanctum, non remittetur vnquàm.

Ioan. 20. — Roma. 2.

3. GELASIVS primus in tomo de Anathematis vinculo: Dixit Dominus, quòd in Spiritum ſanctum peccantibus nec hìc eſſet, nec in futuro ſeculo remittendum. Quantos autem cognoſcimus in Spiritum ſanctum delinquentes ſicut hæreticos diuerſos, Arrianos, Eunomianos, Macedonianos, ad fidem catholicam reuertentes, & hìc remiſſionem ſuæ percepiſſe blaſphemiæ, & in futurum ſpem ſumpſiſſe indulgentiæ conſequendę? Nec ideò non vera eſt Domini ſententia, aut putabitur eſſe vllatenùs reſoluta: cùm circa tales, ſi hoc eſſe permaneant, nunquàm omninò ſoluenda perſiſtat, effectis autem non talibus, non irrogata. Sicut etiam eſt conſequenter & illud B. Ioannis Apoſtoli: Eſt peccatum ad mortem: non dico, vt oretur pro eo. Et eſt peccatum non ad mortem: dico, vt oretur pro eo: Eſt peccatũ ad mortem, in eodem peccato manentibus: eſt peccatum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus. Nullum eſt quippe peccatum, pro quo aut non oret Eccleſia remittendo: aut quod, data ſibi diuinitùs poteſtate, deſiſtentibus ab eodem, nõ poſſit abſoluere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur: Quæcunque dimiſeritis ſuper terram, dimiſſa erunt & in cælis: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. In quibuſcunque, omnia ſunt, quantacunque ſint, & qualiacunque ſint: veraci nihilominùs eorum manente ſententia, quæ nunquàm ſoluenda eſſe denunciatur: in eorum tenore conſiſtens, non etiam ab hoc eodem pòſt recedens. Et paulò pòſt: Notandum quòd quolibet genere blaſphemantibus in Spiritum ſanctum, ſi reſipiſcant & corrigant, & hìc eis & in futuro ſeculo remittatur: nec indè poſſit Domini nutare ſententia, quæ circa tales, vtiquè permanentes, permanere dicta eſt, non circa non tales effectos. Quandiù autem in hoc manent, tales ſunt, qualibus non remittendum eſſe præfixum eſt. Cùm autem ab hoc receſſerint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendum eſſe prædictum eſt. Et ideò non talibus effectis poteſt & hìc & in futuro ſeculo iam remitti. Alioquin (quod abſit) fruſtrà videretur Eccleſia huiuſmodi ſua reconciliatione ſuſcipere. Quia autem fruſtrari non poteſt, hoc intellectu modis omnibus, ſalua Domini ſententia, prædicandum eſt, quantùm ad nos pertinet, omninò poſſe.

Matth. 12. Marc. 3.

Quibus remitti poſſit Spiritus blaſphemia, quibus non poſſit.

1. Ioan. 5.

Eccleſia quęuis peccata remittere poteſt pœnitentibus.

Matt. 16. & 18. Ioan. 20.

Blaſphemantibus in Spiritũ ſanctum quando peccatum remittatur.

1. B. PSALMO trigeſimotertio: Mors peccatorum peſſima.

2. ESAIAE vigeſimooctauo: Propter hoc audite verbum Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum qui eſt in Ieruſalem. Dixiſtis enim, percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm tranſierit, non veniet ſuper nos: quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus.

3. ET capite tertio; Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum reſpondit eis: & peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala.

4. PSALMO quinquageſimoprimo: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Proptereà Deus deſtruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium,

5. PROVERBIORVM ſecundo: Conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur: qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur cùm mala fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum.

6. PRIMAE Ioannis quinto: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.

7. AVGVSTINVS in libro de Correptione & gratia, capite duodecimo: Eſt peccatũ ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. De quo peccato quoniam non expreſſum eſt, poſſunt multa & diuerſa ſentiri: ego autem dico id eſſe peccatum, fidem quæ per dilectionem operatur, deſerere vſque ad mortem.

1. Ioan. 5.

Peccatum ad mortem, eſt fidem viuam vſque ad mortẽ deſerere.

8. IDEM libro primo Retractationum, capite decimonono, vt ſuprà quæſtione ſexta, authoritate tertia.

1. C. AD Epheſios quarto: Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

2. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Spiritum nolite extinguere.

3. PSALMO nonageſimoquarto: Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra: ſicut in irritatione ſecundùm diem tentationis in deſerto.

4. AD Hebræos tertio: Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infenſus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in re-

Digitized by Google

in requiem meam. Videte fratres, nè fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum, incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo. ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies donèc hodiè cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus: ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus.

5. ECCLESIASTICI tertio: Cor durum habebit malè in nouiſſimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & prauus corde in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum.

DE PECCATIS IN CÆLVM CLAMANTIBVS.

I.

Quæ dicuntur peccata in cælum clamantia?

EA, quæ præ cęteris inſignem & manifeſtam improbitatem habere noſcuntur, diuinamque iram & vltionem inſigniter accerſunt ijs, à quibus committuntur. — Aug. in Enchi. ca. 80. & lib. annot. in Iob ca. 30. & lib. 1. locutionis de Geneſi. & quæſt. 5. ſuper Exo. Greg. 3. par. curæ paſt. admo. 32. & in 2. pſalm. pœnitentialem.

B. Eiuſcemodi quatuor è Scriptura numerantur,[a] Homicidium voluntarium, Peccatum[b] Sodomiticum, Oppreſſio[c] pauperum, & Merces[d] operariorum defraudata.

a Geneſ. 4. b
b Geneſ. 18. c
c Exod. 22. d
d Deut. 24. c Iacob. 5. a

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite octogeſimo: Peccata, quanuis magna & horrenda, cùm in cõſuetudinem venerint, aut parua, aut nulla eſſe creduntur: vſque adeò vt non ſolùm non occultanda, verùm etiam iam prædicanda ac diffamanda videantur: quando ſicut ſcriptum eſt, Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas clamor vocatur. Sicut habes apud Eſaiam Prophetam de vinea mala: Expectaui, inquit, vt faceret iudiciũ, fecit autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem. Vndè eſt illud in Geneſi, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt. Quia non ſolùm iam apud eos non puniebantur illa flagitia, verùm etiam publicè velut lege frequentabantur. Sic noſtris temporibus ità multa mala, etſi non talia, in apertam conſuetudinem iam venerunt, vt pro his non ſolùm excommunicare aliquem laicum non audeamus, ſed nec Clericum degradare. Vndè cùm exponerem ante aliquot annos Epiſtolam ad Galatas, in eo ipſo loco vbi ait Apoſtolus, Timeo nè fortè ſine cauſa laborauerim in vobis; exclamare cõpulſus ſum; Væ peccatis hominum quæ ſola inuſitata exhorreſcimus, vſitata verò pro quibus abluendis filij Dei ſanguis effuſus eſt, quanuis tam magna ſint, vt omninò claudi contra ſe faciant regnum Dei, ſæpè videndo omnia tolerare, ſæpè tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Atque vtinàm, ô Domine, non omnia quæ non poterimus prohibere, faciamus. Sed videro, vtrùm me immoderatus dolor incautè aliquid compulerit dicere. — Pſal. 9. Clamor in Scripturis quid dicatur. Eſaiæ 5. Geneſ. 18. Galat. 4. Nota.

2. IDEM in libro Annotationum in Iob, ſuper caput trigeſimum: Inſurrexerunt ſuper me fures. quia ad honores indebitos, qui iuſtorũ ſunt proprij, per tenebroſas fallacias peruenerunt. Quorum domus erant cauernæ petrarum; qui concupiſcentias ſuas defendebant, & tegebant quibuſdam obſcuritatibus diuinorum librorum. Et inter arbores clamabant. Manifeſta erant peccata eorum, quanuis ea ſcripturarum obſcuritate quaſi vmbris arborum tegere conarentur. Hinc eſt, Clamor Sodomorum aſcendit ad me. Et plerìſque locis, pro manifeſtis peccatis clamorem ponit ſcriptura, vt verbum ſit, quicquid corde concipitur: clamor, cùm procedit in factum. — Geneſ. 18.

3. ET libro primo locutionis de Geneſi, tractans capitis decimioctaui hęc verba: Dixit autem Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus eſt, & delicta eorum magna valdè. Clamorem ſcriptura ſolet ponere pro tanta impudentia & libertate iniquitatis, vt nec verecundia, nec timore abſcondatur. — Geneſ. 18. Clamor in Scripturis.

4. ITEM quæſtione quinta ſuper Exodum: Et nunc eccè clamor filiorum Iſraël venit ad me, non ſicut clamor Sodomorum, quo iniquitas ſine timore & ſine verecundia ſignificatur. — Exod. 3. Geneſ. 18.

5. GREGORIVS in tertia parte curę paſtoralis, admonitione trigeſimaſecunda: Cùm prauus quiſque impudenter innoteſcit, quo liberiùs omne facinus perpetrat, eo etiam licitum putat: & quod licitũ ſuſpicatur, in hoc proculdubiò multipliciùs mergitur. Vndè ſcriptum eſt: Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt: nec abſconderunt. Peccatum enim ſuum abſconderet Sodoma, ſi adhuc ſub timore peccaret. Sed funditùs frena timoris amiſerat, quæ ad culpam nec tenebras requirebat. Vndè & rursùs ſcriptum eſt: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt. Peccatũ quippe cum voce, eſt culpa cum actione: peccatum verò etiam cum clamore, eſt culpa cum libertate. — Eſaiæ 3. Geneſ. 18. Culpa cum libertate, clamor dicitur.

6. IDEM in pſalmum ſecundum pœnitentialem: Quòd peccatum clamor ſit, teſtatur ſcriptura quæ dicit: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum aſcendit ad me. Et iterùm: Deſcendam videre, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: Peccatum quippe cum voce, culpa eſt in actione: peccatum cum clamore, eſt culpa cum libertate. — Geneſ. 18.

1. B. GENESIS quarto: Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum, Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.

2. ET capite decimooctauo: Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam, & videbo vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ità, vt ſciam.

3. EXODI vigeſimoſecundo: Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi

qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei. Ipſum enim eſt ſolum, quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum.

4. DEVTERONOMII vigeſimoquarto: Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. ſin autem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo. Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadem die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: nè clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

5. IACOBI quinto: Agite nunc diuites &c. Eccè merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

II.

Quomodò Scriptura vindicari docet Homicidium voluntarium?

Vide Cōcil. Ancyr. cap. 21. Epaunenſe cano. 31. Triburienſe can. 54. & ſeq.

a Geneſ. 4. b Ambr. lib. 2. de Cain & Abel, cap. 9.

b Geneſ 9. a Exod. 21. b c Leuit. 24. c Num. 35. b c d Deuter. 19. a b c 1. Ioan. 3. c

c Pſalm. 54. d

d Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 70.

e Matth 26. e & Apoc. 13. c

GRAVITER ſanè, quemadmodùm hiſce verbis Deus oſtendit, quibus Cain primum increpat homicidam:[a] *Quid feciſti? inquit, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Et alibi vox Diuina teſtatur:[b] *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Concinit[c] Pſaltes Regius: *Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.* Summum enim hoc ſcelus eſt, & atrociſſimam proximo iniuriam adfert, qui vitam ei adimit abſque legitima[d] authoritate. Vndè à CHRISTO etiam dictum eſt:[e] *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.*

TESTIMONIA.

Pœna veteris Eccleſiæ in homicidas conſtituta.

1. CONCILIVM Ancyranum capite vigeſimoſecundo: Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſubmittant. Circa exitum autem vitæ, communione digni habeantur. Eos verò, qui non voluntate, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam, communioni ſociauit ſecundùm gradus conſtitutos: Hæc verò humanior definitio, quinquennij tempus tribuit.

2. CONCILIVM Epaunenſe tempore Gelaſij primi celebratum, canone trigeſimoprimo: De pœnitentia homicidarum, qui ſeculi leges euaſerunt, hoc ſumma reuerentia de eis inter eos placuit obſeruari, quod Ancyritani Canones decreuerunt.

3. CONCILIVM Triburienſe canone quinquageſimoquarto: De his qui voluntariè homicidium fecerint, Ancyrano ſancto concilio capite * vigeſimoprimo legitur: Vt pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò, id eſt, communionis Chriſti gratiam, circa exitum conſequantur. Inſtituta canonica & ſanctorum Patrum decreta, noſtro & omnium orthodoxorum iudicio, inuiolabilem habeant firmitatem. Nobis autem, qui paſtores Chriſti ouium ſumus, pro moderni temporis qualitate & hominum fragilitate, bonum & vtile videtur, vt his qui voluntariè homicidium fecerint, authoritate ſynodali & iudicio generali & modum caſtigationis imponamus, & certum ac definitum pœnitentiæ tempus præmonſtremus: nè prolixum tempus pœnitentiæ, generet faſtidium negligentibus: ſed curſim exercitatis, accreſcat opus ſalutis.

*ſecundùm edit. veterē.

Relaxatio pœnæ homicidarum.

Pœnitentia eorum qui voluntariè perpetrârunt homicidium.

4. ET canone quinquageſimoquinto: Si quis ſpontè homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur. Et nihil manducet illis quadraginta diebus, præter ſolum panem & ſalem, neque bibat niſi puram aquam. Nudis pedibus incedat. Lineis non induatur veſtibus, niſi tantùm femoralibus. Secularia arma non portet. Nullo vehiculo vtatur. Ad nullam fœminam, nec ad propriam vxorem, his diebus miſceatur. Nullam communionē illis quadraginta diebus cum alijs Chriſtianis, nec cum alio habeat pœnitente, in cibo vel potu aut vllis rebus. Si verò ſint aliqui vitæ ſuæ inſidiatores, vt præ illis non poſſit dignè pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donèc ab Epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus ſit, vt non poſſit ritè ieiunare, adhibeatur ei miſericordia, quouſquè conualeſcat, & tunc demùm pœniteat. Si verò longo tempore eadem ſit occupatus infirmitate, ad Epiſcopum pertinebit, vt prudenter pertractet, quomodò infirmū peccatorem curare diſponat: quia, vt Gregorius paſtorali commemorat libro, Occultiora ſunt vulnera mentium, quàm corporum: & * ars eſt artium, regimen animarum.

* parte 1. cap. 1.

Abſtinentia homicidæ annua qualis.

5. ET canone quinquageſimoſexto: Poſt illos quadraginta dies, vnum annum integrum ab introitu Eccleſiæ ſuſpendatur. Et abſtineat ſe à carne & caſeo, à vino & medone ac mellita ceruiſia, niſi Dominicis diebus & feſtis, qui per illum Epiſcopatum publicè celebrantur apud cunctum populum: & niſi vel in hoſte, aut in aliquo magno ſit itinere, vel longè aut diù ad Dominicam curtem, vel ſi infirmitate detentus ſit: tunc licitum ſit ei, tertiam feriam & quintam atque Sabbatum redimere vno denario, vel precio denarij, ſiue tres pauperes pro nomine Domini paſcendo: ità duntaxàt, vt vel carne, vel vino, vel medone, id eſt, de tribus vna re vtatur, non omnibus veſcatur. Poſtquàm autem de itinere domum reuertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Completo verò vnius eiuſdemq; anni curriculo, ità caſtigatus ritè & ordinabiliter more pœnitentium, introducatur in Eccleſiam.

6. ITEM canone quinquageſimoſeptimo: Secundum verò & tertium annum ſimili modo pœniteat: excepto, quòd prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicunquè eſt, ſiue in domo, ſiue in itinere. Cætera per omnia obſeruet, vt in primo anno faciebat.

7. ET canone quinquageſimooctauo: Quartum enim annum & quintum, ſextum & ſeptimum, iſto modo obſeruet: Ieiunet autem his ſingulis tres quadrageſimas: Vnam ante Paſcha Domini, à caſeo & pinguibus piſcibus, à vino & medone & mellita ceruiſia. Alteram ante natiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ. Si verò deſunt quadraginta

Digitized by Google

ginta dies ante natiuitatem, impleantur poſt natiuitatem. Tertiam quadrageſimam ante natiuitatem Domini Saluatoris ieiunet, & abſtineat ſe à carne & cæteris rebus prædictis: & in his quatuor annis, tertia feria & quinta ac ſabbato, manducet & bibat quodcunque libeat. Et ſecundam atque quartam feriam denario, aut prædicto denarij precio redimere ius habeat. Sextam verò feriam cautè obſeruet. His ſeptem annis ritè expletis, reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus & ſanctæ communioni reſtituatur, atque perfectionem conſequatur.

Poſt ſeptennem pœnitētiam homicida ad communionem admittitur.

8. GENESIS quarto: Dixitq; Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foràs. Cumq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduersùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Neſcio: nunquìd cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitq; ad eum, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. Dixitq; Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Eccè eijcis me hodiè à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixítque ei Dominus: Nequaquàm ità fiet: ſed omnis qui occíderit Cain, ſeptuplū punietur. Poſuitq; Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. Egreſſusq; Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

Geneſ. 4. Quomodò vox ſanguinis clamare dicitur.

9. AMBROSIVS libro ſecundo de Cain & Abel, capite nono: Et benè ait, Vox ſanguinis fratris tui clamat: non, frater clamat. Hoc innocentia & gratia germanitatis etiam in ipſa morte ſeruat. Nō accuſat frater, nè videatur parricida. Non accuſat vox ipſius, non anima eius: ſed vox ſanguinis accuſat, quem ipſe fudiſti. Tuum te ergò facinus, non frater, accuſat. Simul querela criminoſa adimitur. Non poteſt de alieno teſtimonio queri, qui crimen proprio facinore confitetur. Minor eſt ſermo quàm factum: eſt tamen etiam terra teſtis, quæ cepit ſanguinem. Et benè ait, Vox ſanguinis fratris tui clamat de terra: non dixit, de fratris clamat corpore, ſed de terra clamat. Et ſi frater parcit, terra non parcit. Si frater tacet, terra condemnat. Ipſa eſt in te & teſtis, & iudex. Teſtis acrior, quæ adhuc parricidij tui ſanguine madet: iudex aſperior, quæ tanto ſcelere coinquinata eſt, vt aperiret os ſuum, & exciperet ſanguinem fratris tui de manu tua.

De terra clamare.

10. GENESIS capite nono: Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicúnque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

11. EXODI vigeſimoprimo: Qui percuſſerit hominem volens occídere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occíderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur.

12. LEVITICI vigeſimoquarto: Qui percuſſerit & occíderit hominem, morte moriatur.

13. NVMERORVM trigeſimoquinto: Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt: reus erit homicidij, & ipſe morietur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur. Si ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur. Propinquus occiſi, homicidam interficiet: ſtatìm vt appræhenderit eum, interficietur. Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per inſidias: aut cùm eſſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: percuſſor, homicidij reus erit. Cognatus occiſi ſtatìm vt inuenerit eū, iugulabit. Quòd ſi fortuitù, & abſq; odio & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percuſſorem & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata: liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per ſententiam in vrbē ad quam confugerat, manebitq; ibi, donèc ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur. Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ ſunt, fuerit inuentus, & percuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis: abſque noxa erit qui eum occíderit. Debuerat enim profugus vſque ad mortem pontificis in vrbe reſidere. Poſtquàm autem ille obierit, homicida reuertetur in terram ſuam. Hæc ſempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus veſtris. Homicida ſub teſtibus punietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Non accipietis precium ab eo qui reus eſt ſanguinis: ſtatìm & ipſe morietur. Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt: nè polluatis terram habitationis veſtræ, quæ inſontium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi per eius ſanguinem, qui alterius ſanguinem fuderit. Atque ità emundabitur veſtra poſſeſſio me commorante vobiſcum. Ego enim ſum Dominus qui habito inter filios Iſrael.

14. DEVTERONOMII decimonono: Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita ſeruanda eſt: Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui herì & nudiuſtertiùs nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: ſed abijſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manum, ferrumq; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occíderit: hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet, & viuet: nè forſitan proximus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequatur, & appræhendat eum, ſi longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non eſt reus mortis: quia nullum contra eum qui occiſus eſt, odium priùs habuiſſe monſtratur. Idcircò præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter ſe ſpatij diuidas. Cùm autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus eſt, (ſi tamen cuſtodieris mandata eius, & feceris quæ hodiè præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & ſupradictarum trium vrbium numerum duplicabis: vt non effundatur ſanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendam, nè ſis ſanguinis reus. Si quis autem odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit eum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. Non miſereberis eius, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, vt benè ſit tibi.

15. PRIMAE Ioannis tertio: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.

16. PSALMO quinquageſimoquarto: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

17. AVGVSTINVS libro vigeſimoſecundo contra Fauſtum Manichæū, capite ſeptuageſimo: Hinc erat etiam illud Petri, cùm euaginato gladio volens defendere Dominum, aurem perſecutoris abſcidit,

Matth.26. Quid ſit accipere gladiũ.

abſcidit, quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit, dicens: Reconde gladium: qui enim gladio vſus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate vel iubente, vel concedente in ſanguinem alicuius armatur. Nam vtiquè Dominus iuſſerat, vt ferrũ diſcipuli eius ferrent; ſed nõ iuſſerat, vt ferirent.

18. MATTHAEI vigeſimoſexto: Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

19. APOCALYPSIS decimotertio: Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.

III.

Quid verò de Sodomitico peccato, eiuſque punitione ſcriptum extat?

a Geneſ.13.c b Petr.2.b c c Roma.1.d 1.Timoth.1.b Epheſ.5.b c Iudic.19.e f 20.g d Geneſ.18.c e 2.Petr.2.b f Geneſ.19.c g Ibidem d & Sapient.10.b Deuter.29.d Iudę b Gene. 13 b vide Grego.14.Moral. c.10.Aug.lib. 16. de ciuitat. Dei c.30.Tertul.in Apologetico aduerſus gentes c. 40. & in Sodoma cap.4. h Ezech.16.f

A. HOMINES *Sodomitæ*, inquit[a] Scriptura, *peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Nefandum hoc & flagitioſum peccatum[b] Petrus &[c] Paulus coarguunt: tum natura ipſa execratur: Scriptura verò tanti flagitij magnitudinem his etiam verbis declarat:[d] *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Vndè ad Loth iuſtum, & ab infandis[e] Sodomitarum ſtupris maiorem in modum abhorrentem, ſic angeli loquuntur:[f] *Delebimus locum iſtum, eô quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos, vt perdamus illos.*[g] *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circà regionem.* Neque tacet Scriptura cauſas, quæ ad hoc pergraue peccatum Sodomitas impulerunt, & alios itidèm permouere poſſunt. Sic enim legimus apud[h] Ezechielem: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant.*

i Leuit.18.c Deuter.27.d Vide Chryſo. hô.4.in epiſt. ad Rom. Tertull in lib.de pudicit.ca.4. Aug li.3.Cõfeſſ cap.8. & epiſt.109. k l.Cùm vir nubit. C. ad legem Iul.de adul. l Leui.20.b c Exod.22.c Ioel.3.a m 1.Cor.6.b Rõ.1.d 1.Tim. 1.b Galat.5.d n Geneſ.38.b Hiero.in c.5. epi.ad Epheſ.

B. Huic autem flagitio nunquàm ſatis execrando ſunt obnoxij, qui diuinam, immò & naturalem legem in Leuitico ſcriptam, violare non verentur. Ea ſic habet:[i] *Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo.* Quod ſi fiat, terram ipſam tam tetris ac nefandis libidinibus pollui, ac iram diuinam aduersùs populum maiorem in modum concitari, tum crimen[k] mortis ſupplicio expiandum eſſe, eodem[l] loco monemur. Vndè Paulus non ſemel etiam arguit maſculorum[m] concubitores: damnat prętereà immundos atque molles. E quibus vnus erat Onan[n] Iudæ filius, qui præſentem Dei vltionem effugere non potuit, quòd in terram ſemen funderet, peiorque beſtijs, naturæ honeſtatem ac ordinem vellet perrumpere.

TESTIMONIA.

1. A. GENESIS decimotertio: Homines autem Sodomitæ &c. vt in textu.

2. POSTERIORIS Petri ſecundo: Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt, ponens: & iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. adſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos &c.

3. AD Romanos primo: Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. (Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis) qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt & ſeruiêrunt creaturæ potiùs quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicèm, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c.

4. PRIORIS ad Timotheum primo: Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, &c. fornicarijs, maſculorum concubitoribus &c. Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur.

5. AD Epheſios quinto: Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Quæ in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.

6. IVDICVM decimonono: Illis epulantibus, & poſt laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, id eſt, abſque iugo, & circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominum domûs, atque dicentes, Educ virum qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam: educam

Digitized by Google

cam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantùm, obſecro, nè ſcelus hoc contra naturam operemini in virum. Nolebant acquieſcere ſermonibus illius &c.

7. ET capite vigeſimo: Et ſic factũ eſt vt omnes qui ceciderãt de Beniamin in diuerſis locis, eſſent vigintiquinq; millia, pugnatores ad bella promptiſſimi. Remanſerunt itaq; de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in ſolitudinem, ſexcẽti viri: ſederuntq; in petra Remmon menſibus quatuor. Regreſſi autem filij Iſrael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſque ad iumenta gladio percuſſerunt, cunctáſque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma conſumpſit.

8. GENESIS decimooctauo: Clamor Sodomorum &c. vt in textu.

9. POSTERIORIS Petri ſecundo, vt ſuprà teſtimonio ſecundo.

10. GENESIS decimonono: Delebimus locum iſtum &c. vt in textu.

11. SAPIENTIAE decimo: Sapientia iuſtum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, deſcendente igne in Pentapolim: quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis. Sapientiam enim prætereuntes, non tantùm in hoc lapſi ſunt vt ignorarent bona, ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt, nec latére potuiſſent.

12. DEVTERONOMII vigeſimonono: Dicetq; ſequens generatio, & filij qui naſcentur deinceps, & peregrini qui de longè venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit Dominus, ſulphure & ſolis ardore comburens, ità vt vltrà nõ ſeratur, nec virens quippiàm germinet, in exemplum ſubuerſionis Sodomę & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas ſubuertit Dominus in ira & in furore ſuo.

13. IN epiſtola Catholica Iudæ Apoſtoli: Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant &c.

14. GENESIS decimotertio: Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circà regionẽ Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequàm ſubuerteret Dominus Sodomam & Gomorrhã, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Aegyptus venientibus in Segor.

15. GREGORIVS libro decimoquarto Moralium in Iob, capite decimo: Quia per ſulphur fœtor carnis accipitur, ipſa ſacri eloquij hiſtoria teſtatur, quæ contra Sodomam ignem & ſulphur pluiſſe Dominum narrat. Qui cùm carnis eius ſcelera punire decreuiſſet, in ipſa qualitate vltionis notauit maculam criminis. Sulphur quippe fœtorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad peruerſa deſideria ex carnis fœtore arſerant, dignum fuit vt ſimul igne & ſulphure perirent: quatenùs ex iuſta pœna diſcerent, ex iniuſto deſiderio quid feciſſent.

Geneſ.19. *Pœna Sodomorum accommodata fuit peccato eorum.*

16. AVGVSTINVS libro decimoſexto de ciuitate Dei, capite trigeſimo: Poſt hanc promiſſionem liberato de Sodomis Lot, & veniente igneo imbre de cælo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerem verſa eſt, vbi ſtupra in maſculos, in tantam conſuetudinem conualuerant, quantam leges ſolent aliorum factorum præbere licentiam. Verùm & hoc eorum ſupplicium, ſpecimen futuri iudicij diuini fuit. Nam quò pertinet, quòd prohibiti ſunt qui liberabantur ab angelis, retrò reſpicere, niſi quia non eſt animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regenerationis exuimur, ſi vltimum iudicium euadere cogitamus? Deniquè vxor Lot, vbi reſpexit, remanſit: & in ſalem conuerſa, hominibus fidelibus quoddam præſtitit condimẽtum, quò ſapiant aliquid, vndè illud caueatur exemplum.

Geneſ.19. *Suppliciũ Sodomorũ, ſpecimen diuini iudicij fuit.*

17. TERTVLLIANVS in apologetico aduersùs Gentes, capite quadrageſimo: Nondùm Iudæum ab Aegypto examen Palæſtina ſuſceperat, nec iam illic Chriſtianæ ſectæ origo conſederat, quum regiones ac fines eius Sodoma & Gomorra igneus imber exuſſit. Olet adhuc incendio terra, & ſi qua illic arborum poma conantur, oculis tenus, ceterùm contacta cinereſcunt.

Tertulliani tempore quæ fuerit facies terræ Sodomorum.

18. IDEM in Sodoma capite quarto:

Nuſquam ſunt Sodomi, nuſquam illorum impia lucent
Mœnia; cum dominis domus omnis inops ita nuſquam;
Tota rogus regio eſt, hinc atro horrore fauillæ,
Hincque ſitu cano cineres incendia ſignant.
Occidit illa prior feritas, quam proſpiciẽs Loth.
Nullus arat fruſtrà piceas fuligine glebas.
Semiperempta etiam ſi qua illic iugera, lætas
Autumni conantur opes, facilè optima ſeſe
Promittunt oculis, pira, perſica, & omnia mala,
Donec carpuntur; nam protinus indice tactum
Soluitur in cinerem, fit vana fauillaq; pomum.
Sic igitur cælo pariter terráque ſepultis,
Nec mare viuit ibi, mors eſt maris illa quieti,
Quod nullus animat ꝑ anhela volumina fluctus;
Quodq; etiã patrio nunquam ſuſpirat ab auſtro,
Quodq; nequit proferre aliquã de gurgite gẽtem
Squamigeram, læuive cuti vel cortice ſeptam,
Vel criſpã conchã, aut duplici cõpagine clauſam.
Et paulò pòſt:
Ecce aliud monſtrum pelagi de clade notatur;
Cuncta illic immiſſa natant; natura receſſit
Mergendis data corporibus; ſi denique teſtæ
Luciferam narem inſiſtens, qua ſpiritus igni eſt,
Velificauit apex, flammæ ſic flãma perempta eſt,
Ibit ſubter aquas deſtructio naufraga lucis. (næ,
Hæ Sodomũm & Gomorũ ſignatq; in ſecula pœ-
Gentibus iniuſtis, queis pectora dura timorem
Deſeruere Dei, de cælo iura tueri,
Inq; vnum rerum Dominum ſpectare docebunt.

Deſcriptio punitionis Sodomitarum. *Quales ibi fructus naſcantur.* *Nil ibi viuit.* *Omnia illic quæ inijciuntur natant.* *Ad timorem incutiendam peccatoribus hæc relicta.*

19. EZECHIELIS decimoſexto: Eccè hęc fuit &c. vt in textu.

1. B. LEVITICI decimooctauo: Cum maſculo &c. vt in textu. Mulier non ſuccũbet iumento, nec miſcebitur ei: quia ſcelus eſt. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eijciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos.

2. DEVTERONOMII vigeſimoſeptimo: Maledictus qui dormit cum omni iumento. Et dicet omnis populus, Amen.

3. CHRYSOSTOMVS homilia quarta in epiſtolam ad Romanos, de maſculorum concubitoribus loquẽs: Hos equidem ijs etiam, qui ſibi ipſi mortem conſciſcunt, deteriores eſſe affirmo: præſtiterit enim mori, quàm tanta contumelia accepta viuere. nam qui ſe ipſe interimit, is animam à corpore diſſociat: at hic animam vnà cum corpore perdit. Quodcunq; porrò delictũ nominaueris, nullum huic peccato par dixeris: quia ſi facta ſua ſentirent, qui patiũtur, ſexcentas vtiquè mortes obierint, vt nè hoc paterentur: neq; enim eſt, neq; inquam eſt hac iniuria alia vlla nec grauior, nec rationis minus habens. Nam ſi de ſcortatione Paulus diſſerens dixit, peccatũ omne, quodcunque commiſerit homo, extra corpus eſſe, qui autem ſcortatur, eum in proprium corpus delinquere: quid de inſania hac dixerimus, quæ ipſa tanto eſt ſcortatione deterior, quantum ne verbis quidem exprimere licet? Neque enim hoc ſolùm dico, quòd fœmina effectus ſis, ſed quòd perdideris ipſum hoc, nimirùm virum eſſe, & quòd neque in hanc tranſieris naturam, neq; quam habebeeres aſſeruaueris, ſed communis vtriuſque effectus

Maſculorum concubitores ſunt deteriores homicidis. *Peccatũ grauiſſimum.* *1.Cor.6.* *Inſania.*

Ignis Sodomorum, effigies gehẽnę.

Canibus impudentiores.

ſis proditor, dignus quem tum viri tum fœminæ lapidibus à ſe exigant, tanquàm qui vtrunque genus iniuria affeceris. Et paulò pòſt: Quiſquis ſcortum ſe facit, hoc nihil eſſe queat inutilius. neque enim anima ſolùm, verùm & corpus eius, qui hæc patrat, infame eſt, ac certè dignum quod vndequaquè exterminetur: quot tandèm, obſecro, gehennæ his plectendis ſuffecerint? Quòd ſi audito gehennæ nomine, irrides, ac fidem non habes: illum ignem recordare Sodomorũ. Vidimus enim, vidimus & in præſenti quoq; vita, gehennæ effigiem. quandoquidem enim multi futuri erant, qui ijs fidem minimè habituri eſſent, quæ poſt reſurrectionem futura ſunt, nũc quum ijdem audiant eſſe ignem inextinguibilem, à rebus præſentibus illos Deus erudiuit. tale eſt igitur Sodomorũ incendium, & vaſtatio illa: id quod ſciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cæleſtium fulminum opus oculis ſubiècere. Cogitato quàm graue illud ſit peccatum, vt quod ipſam gehẽnam etiam ante tempus exiſtere coegerit. Nam poſteaquàm permulti verba deſpicerent, illis Deus per ipſa demùm opera, gehennæ effigiem oſtendit, noua quadam ratione: erat enim pręter omnium opinionem pluuia illa, quoniam quidem & præter naturam ipſa coitio: atq; ea quidem pluuia terram exuſſit, quoniam & illorum animos deſiderium, ob quod pluuia eadẽ ferebatur contràquàm ſolita iſta ac quotidiana ferri ſoleat: neq; enim non excitabat modò terræ vterum ad fructuum generationem, ſed & ad ſeminum ſuſceptionem, inutilem efficiebat. Talis enim erat ipſa Sodomorum coitio, eiuſcemodi corpus inutilius reddens. Quid enim viro corpus ſuum meretricio more proſtituente abominabilius? quid autem ſceleſtius? O inſaniam, ô ſtupiditatem. Vndè, malum, hæc debacchata eſt concupiſcentia, humanam naturam hoſtium incommodis, atque adeò tanto grauioribus afficiens, quanto anima corpore præſtantior eſt? O vos & brutis inſipientiores, & canibus impudentiores: nuſquàm enim huiuſmodi congreſſus apud illos: ſed agnoſcit proprios terminos natura. Vos autem genus veſtrum infamius brutorum genere effeciſtis, & in his, quæ dico, iniurij, & per vos inuicèm iniurij. Vndè igitur mala hæc enata ſunt? à delicijs, à Dei ignoratione. quum enim excuſſerit quis Dei timorẽ, protinùs bona omnia peſsùm eunt.

Non ſunt delicta, ſed monſtra.

4. TERTVLLIANVS in libro de pudicitia capite quinto: Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in ſexus vltra iura naturę, nõ modò limine, verùm omni Eccleſiæ tecto ſubmouemus, quia non ſunt delicta, ſed monſtra.

Vitia contra naturá, ſemper deteſtanda ac punienda.

5. AVGVSTINVS libro tertio Cõfeſſionum, capite octauo: Itaque flagitia quæ ſunt contra naturam, vbiquè ac ſemper deteſtanda atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet, cùm eadem natura, cuius ille author eſt, libidinis peruerſitate polluitur.

6. IDEM in epiſtola centeſima nona ad monachas: Non carnalis, ſed ſpiritalis inter vos debet eſſe dilectio: nam quę faciunt pudoris immemores, etiam fœminis fœminæ, iocando turpiter & ludendo, non ſolùm à viduis & intactis ancillis Chriſti in ſancto propoſito conſtitutis, ſed omninò nec à mulieribus nuptis, nec à virginibus ſunt facienda nupturis.

Supplicio afficiendi.

7. IN Codice Iuſtiniani, libro nono, titulo nono: Ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupro, lege trigeſima prima Conſtantij & Conſtantis Imperatorum: Cùm vir nubit, in fœmina viros paritura quid cupiatur, vbi ſexus perdidit locum? vbi ſcelus eſt id, quod non proficit ſcire? vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quęritur, nec videtur? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore: vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.

8. LEVITICI vigeſimo: Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas: morte moriantur: ſit ſanguis eorũ ſuper eos. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoquè occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Et paulò pòſt: Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt: & abominatus ſum eas.

9. EXODI vigeſimoſecundo: Qui coierit cum iumento, morte moriatur.

10. IOELIS tertio: Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditatę mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt. Et ſuper populum meum miſerunt ſortem: & poſuerunt puerum in proſtibulum, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.

11. PRIORIS ad Corinthios ſexto: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, &c. regnum Dei poſſidebunt.

12. AD Romanos, & 13. PRIORIS ad Timotheum primo, vt ſuprà A. teſtimonio ſecundo & tertio.

14. AD Galatas quinto: Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Et his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniá qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

15. GENESIS decimooctauo: Dixit Iudas ad Onan filium ſuum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxoré fratris ſui, ſemen fundebat in terram: nè liberi, fratris nomine naſcerentur. Et idcircò percuſſit eum Dominus, eò quòd rem deteſtabilem faceret.

16. HIERONYMVS in caput quintum epiſtolæ D. Pauli ad Epheſios: Niſi philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, &c. vt ſuprà de peccatis capitalibus, quæſt. quinta, B. teſtim. vndecimo.

IIII.

Quid Scriptura de pauperum Oppreſſione proponit?

a Exod. 22. d Deu. 15. b 24. c Eccli 35. c Ierem. 21. d & 22. a Malach. 3. a 2. Reg. 12. a b

b Exod. 7. & deinceps.

c Exod. 1. c

d Exo. 14. f g

ADVENAM non contriſtabis, dicit Dominus, [a] *neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis: ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.* Quapropter Aegyptij tot plagis [b] attriti, & cum ſuo Rege crudeliſſimoque tyranno Pharaone, qui ne à paruulis [c] quidem Hebręorum occidendis ſibi temperauit, ſubmerſi [d] demùm fuêre, videlicet ob ſuam in Iſraelitas pluſquàm barbaricam immanitatem. *Vidi*, in-

Digitized by Google

di, inquit [e] Dominus, *afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præſunt operibus: & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorum.* Hinc apud Eſaiam quoquè interminatur Dominus: [f] *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.* Et apud eundem Prophetã de inhumanis & iniquis Magiſtratibus extat hęc querimonia: *Principes* [g] *tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* Item, *Populum* [h] *meum exactores ſui ſpoliauerunt.* Nec dubium quin ciuitates & prouinciæ hoc execrando peccato, quod à tyrannicis Magiſtratibus perpetratur, in ſummum ſæpè diſcrimen adducantur.

e Exod. 3. b
f Eſa. 10. a Deut. 27. c Iob 24. a Matth. 23. b
g Eſaiæ 1. c Ierem. 5. g Zach. 7. c Pſal. 93. a Amos 5. e
h Eſa. 3. e

TESTIMONIA.

1. EXODI vigeſimoſecundo: Aduenam &c. vt in textu. Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimẽtum, ante ſolis occaſum reddes ei. Ipſum enim eſt ſolum quo operitur indumentũ carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiã eum, quia miſericors ſum.

2. DEVTERONOMII decimoquinto: Si vnus de fratribus tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris. Caue nè fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat, mutuum commodare: nè clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miſeris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum verſatur in terra.

3. ET capite vigeſimoquarto: Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin autem pauper eſt, nõ pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum.

4. ECCLESIASTICI trigeſimoquinto: Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemitûs. Nónne lachrymæ viduę ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? à maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis.

5. IEREMIAE vigeſimoprimo: Domus Dauid, hęc dicit Dominus, iudicate manè iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis: nè fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.

6. ET capite vigeſimoſecũdo: Hæc dicit Dominus, facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite cõtriſtare, neque opprimatis iniquè, & ſanguinem innocentem nè effundatis in loco iſto. Si enim facientes feceritis verbum iſtud, ingredientur per portas domus huius reges ſedentes de genere Dauid ſuper thronum eius, & aſcendentes currus & equos, ipſi & ſerui, & populus eorum. Quòd ſi non audieritis verba hæc, in memetipſo iuraui, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.

7. MALACHIAE tertio capite: Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniãtur mercedem mercenarij, & humiliãt viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerũt me, dicit Dominus exercituum.

8. SECVNDI Regum duodecimo: Miſit ergò Dominus Nathan ad Dauid: qui cùm veniſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diuẽs habebat oues & boues plurimos valdè, pauper autem nihil habebat omninò præter ouem vnam paruulam, quam emerat & nutriuerat, & quæ creuerat apud eum cum filijs eius ſimul, de pane illius comedẽs, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens: eratq́ illi ſicut filia. Cùm autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere de ouibus & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad ſe. Iratus autẽ indignatione Dauid aduersùs hominem illum nimìs, dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum iſtud, & non pepercerit.

9. EXODI ſeptimo, & ſequentibus, vt ſuprà de peccatis in Spiritum ſanctum, quæſtione ſeptima, B. teſtimonio primo & ſequent.

10. ITEM primo capite: Surrexit intereà rex nouus ſuper Aegyptum qui ignorabat Ioſeph, & ait ad populum ſuum: Eccè populus filiorũ Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite, ſapienter opprimamus eum, nè fortè multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatisq́ nobis, egrediatur de terra. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus: ędificaueruntq́ vrbes tabernaculorum Pharaoni Phiton & Rameſſes. Quantoq́ opprimebant eos, tanto magìs multiplicabantur & creſcebant: oderantq́ filios Iſrael Aegyptij, & affligebant, illudentes eis: Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omniq́ famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autẽ rex Aegypti obſtetricibus Hæbræorũ, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, pręcipiẽs eis: Quando obſtetricabitis Hebręas, & partus tẽpus aduenerit: ſi maſculus fuerit, interficite eum: ſi fœmina, reſeruate. Et poſt pauca: Pręcepit ergò Pharao omni populo ſuo, dicens: Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reſeruate.

11. ET capite decimoquarto: Cùm extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibusq́ Aegy-

ptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes, ingreſſi fuerãt mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.

12. ET capite tertio: Vidi afflictionem &c. vt in textu.

13. ESAIAE decimo: Væ qui condunt &c. vt in textu. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium: & vbi derelinquetis gloriam veſtram, nè incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.

14. DEVTERONOMII vigeſimoſeptimo: Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. Et dicet omnis populus, Amen.

15. IOB vigeſimoquarto: Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui aũt nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & pauerũt eos. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerũt pariter mãſuetos terræ. Vim fecerũt deprædantes pupillos, & vulgũ pauperem ſpoliauerunt. Nudis & incedẽtibus abſq; veſtitu & eſurientibus tulerunt ſpicas. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorũ clamauit, & Deus inultum abire non patitur.

16. MATTHAEI vigeſimotertio: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes lõgas orantes. Propter hoc ampliùs accipietis iudicium.

17. ESAIAE primo: Principes tui &c. vt in textu.

18. IEREMIAE quinto: Incraſſati ſunt & impinguati: & prçterierunt ſermones meos peſſimè. Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum nõ iudicauerunt. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentẽ huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?

19. ZACHARIAE ſeptimo: Et factum eſt verbum Domini ad Zachariã, dicens: Iudiciũ verum iudicate, & miſericordiam & miſerationes facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo. Et viduã & pupillum, & aduenam, & pauperẽ nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes: & aures ſuás aggrauauerunt, nè audirent.

20. PSALMO nonageſimotertio: Vſquequò peccatores Domine, vſquequò peccatores gloriabuntur? Populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Et dixerũt, Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?

21. AMOS quinto: Idcircò, pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amãtiſſimas, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortiá peccata veſtra: hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.

22. ESAIAE tertio: Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius: vos enim depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

V.

Quid poſtremò Scriptura docet de mercede operarijs retenta vel imminuta?

A. APVD Iacobum Apoſtolum legimus, quàm is grauiter diuitibus exprobret crudelem tenacitatem, ſummamque in defraudandis operarijs iniquitatem.[a] *Eccè merces*, inquit, *operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Eccleſiaſticus [b] verò in hunc modum, *Panis egentium*, ait, *vita pauperis eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt.*

a Iacob. 5. a

b Eccli 34. d 7. c

B. Itaque lege diuina ſancitum eſt, [c] *Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadem die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: nè clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.*

c Deut. 24. c Leuit. 19. c Tob. 4. c Malach. 3. a

TESTIMONIA.

1. A. IACOBI quinto: Eccè merces &c. vt in textu.

2. ECCLESIASTICI trigeſimoquarto: Panis egentium &c. vt in textu.

3. ET capite ſeptimo: Non lædas ſeruum in veritate operantem, neque mercenarium dantẽ animam ſuam. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

1. B. DEVTERONOMII vigeſimoquarto: Non negabis &c. vt in textu.

2. LEVITICI decimonono: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè.

3. TOBIAE quarto: Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedẽ reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omninò nõ remaneat.

4. MALACHIAE tertio: Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

VI.

Quò referenda eſt omnis hæc de peccatis tractatio, & quis illius vſus?

A. HAEC tractatio ad priorem ſpectat Chriſtianæ Iuſtitiæ partem, quæ in malis cognoſcendis & fugiendis eſt poſita. Vſus autem ac fructus tractationis eſt,

Digitized by Google

eſt, ea quę verè mala, Deo contraria, hominibus pernicioſa ſunt, ritè diſcernere, diſcreta prorſus cauere, & ſi quid horum admiſſum ſit, ſedulò expiare.

B. Hinc etiam diſcimus, quo modo ſapiens à ſtulto, iuſtus ab impio differat. [a] *Sapiens* enim *timet, & declinat à malo: Stultus verò tráſilit, & confidit.* [b] *Non* enim *recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius,* teſte Salomone, qui hoc etiam ſcriptum reliquit: [c] *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruant.* Plerique certè peccata quæ indicauimus, pernicioſas illas animorum peſtes, turpiter [d] ignorant: alij vt nôrint maximè, non fugiunt tamen, neque deteſtantur. Peſſimi verò illi ſunt, qui peccati conſuetudine [e] obduruerunt: de quorum genere dictum eſt illud: [f] *Impius cùm in profundũ venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.* Ea verò in primìs contemnit, quę Chriſtiana Iuſtitia non ſolùm ad vitiorum obſeruationem ſeu differentiam cognoſcendam, ſed etiam ad eorum deuitationem & expiationem adhibendam poſtulat.

a Prou.14.b
b Prou.18.a
c Prou.4.e
d Aug de gratia & lib.arb. ca.3.&li.3.de libe.arb c.22. Bernar. epiſt. 77 ad Hugonem. Chryſo. homil.26.in epiſt.ad Rom.
e Vide ſup.de obſtinatione & Aug.in Enchrid cap.80.
f Prouer.18.a

TESTIMONIA.

1. B. PROVERBIORVM decimoquarto, 2. DECIMOOCTAVO, & 3. QVARTO capite, vt in textu.

4. AVGVSTINVS de gratia & libero arbitrio, capite tertio: Nec ipſi ſine pœna erunt qui legem Dei neſciunt. Qui enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt: qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non videtur Apoſtolus ità dixiſſe, tãquàm peius aliquid ſignificauerit eſſe paſſuros, qui legem neſciunt in peccatis ſuis, quàm illos qui ſciunt. Peius enim videtur eſſe perire, quàm iudicari. Sed cùm hoc de gentibus & de Iudæis loqueretur, quia illi ſine lege ſunt, iſti autem legem acceperunt; quis audeat dicere, Iudæos qui in lege peccant, nõ eſſe perituros, cùm in Chriſtum non crediderunt, quandoquidem de illis dictum eſt, per legem iudicabuntur? Sine fide enim Chriſti nemo liberari poteſt, ac per hoc ità iudicabuntur vt pereant. Nam ſi peior eſt conditio neſcientium, quàm ſciẽtium legem Dei, quomodò verum erit quod Dominus in Euangelio ait, Seruus qui neſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: ſeruus autem qui ſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit multa. Eccè vbi oſtẽdit grauiùs peccare hominem ſcientẽ quàm neſcientem; nec tamen ideò confugiendum eſt ad ignorantiæ tenebras, vt in eis quiſq; requirat excuſationem. Aliud eſt enim neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur, Noluit intelligere vt benè ageret. Sed & illa ignorantia quæ non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed eorum qui tanquàm ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, vt ſempiterno igne nõ ardeat: ſi propterèa non credidit, quia non audiuit omninò quod crederet; ſed fortaſsìs vt mitiùs ardeat: non enim ſine cauſa dictum eſt, Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt. Et illud quod ait Apoſtolus; Cùm venerit in flamma ignis dare vindictam in eos, qui ignorant Deum. Veruntamen vt habeamus & ipſam ſcientiam, nè dicat vnuſquiſque, neſciui, non audiui, non intellexi, voluntas conuenitur humana, vbi dicitur; Nolite eſſe ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: quãuis peior appareat, de quo dictum eſt; Verbis non emendabitur ſeruus durus: ſi enim & intellexerit, non obaudiet. Quando autem dicit homo; Non poſſum facere quod præcipitur, quoniam concupiſcentia mea vincor, iam quidem de ignorantia non habet excuſationem, nec Deum cauſatur in corde ſuo; ſed malum ſuum in ſe cognoſcit & dolet: cui tamen dicit Apoſtolus, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Et vtiquè cui dicitur, Noli vinci, arbitrium ſine dubio voluntatis eius conuenitur: velle enim & nolle proprię voluntatis eſt.

Ignorãtia legis diuinæ an excuſet.
Rom.2.
Luc.12.
Aliud eſt neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe
Pſal.35.
Pſal.78.
2.Theſſ.1.
Pſal.31.
Prouer.29.
Rom.12.

5. IDEM libro tertio de libero arbitrio, capite vigeſimoſecundo: Non enim quod naturaliter neſcit, & naturaliter non poteſt, hoc animæ deputatur in reatũ: ſed quod ſcire non ſtuduit, & quòd dignam faultati comparandę ad rectè faciendum operam non dedit.

6. BERNARDVS epiſtola ſeptuageſima ſeptima ad Hugonem de ſancto Victore: Is forſitan qui aſſerit non poſſe peccari per ignorantiam, nunquàm pro ſuis ignorantijs deprecatur, ſed potiùs prophetã irrideat deprecantem & dicentem: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas nè memineris. Forſitan & repræhendet Deũ exigentem pro peccato ignorantiæ ſatisfactionem. Loquitur enim in Leuitico ad Moyſen, dicẽs: Anima ſi peccauerit per ignorantiã, feceritq; vnum ex his quæ lege Domini prohibẽtur, & peccati rea intellexerit iniquitatẽ ſuam, offeret arietẽ immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram ęſtimationemq; peccati. Et rursùm: Qui orabit pro eo quod neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Domino. Si ignorantia nunquàm peccatum eſt, cur dictum eſt in epiſtola ad Hebræos, quia in ſecundo tabernaculo ſemel in anno ſolus pontifex intraret non ſine ſanguine, quẽ offerret pro ſua & populi ignorantia? Si peccatũ ignorantię nullũ eſt, non ergò peccauit Saulus quòd perſecutus eſt Eccleſiã Dei, quoniam quidem ignorans hoc fecit, manẽs in incredulitate. Benè itaq; faciebat quòd erat blaſphemus & perſecutor, & contumelioſus, quòd erat ſpirans minarũ & cædis in diſcipulos Domni, in hoc ipſo quippe abundanter æmulator exiſtens paternarum ſuarum traditionum. Non ergò debuit dicere, Miſericordiã conſequutus ſum: ſed, mercedẽ recepi, quippe quem ignorãtia à peccato reddebat immunem, inſupèr & æmulatio remunerabilẽ iudicabat. Si, inquam, ignorãtia nũquàm peccatur, quid ergò cauſamur aduersùs occiſores Apoſtolorum, quoniam quidem non ſolùm malum eſſe neſciẽrunt interficere illos, ſed inſupèr quoquè id faciẽdo arbitrati ſunt obſequium ſe præſtare Deo? Sed & fruſtrà in cruce Saluator pro ſuis orabat crucifixoribus, quippe neſcientibus (ipſo teſte) quid facerent, & ità nequaquàm peccantibus. Neque enim fas eſt, vllatenùs ſuſpicari mẽtitum fuiſſe Dominum Ieſum, apertè perhibentem eos ignorare quid facerent: & ſi fortè de Apoſtolo dubitet quis, quòd carnem ſuam æmulans, ſicut homo mentiri potuerit, vbi ait: Si enim cognouiſſent, nunquàm Dominũ gloriæ

Per ignorantiam etiam peccari.
Pſal.24.
Leuit.4.
Ibidem.
Hebr.9.
1.Tim.1.
Galat.1.
1.Tim.1.
Ioan.16.
Luc.23.
1.Cor.2.

riæ crucifixiſſent. Nunquìd non ex his ſatis appáret, in quâtis iaceat ignorantiæ tenebris, qui ignorat peccari poſſe interdùm per ignorantiam?

7. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaſexta in epiſtolam ad Romanos: Stadium, pręſens hæc vita eſt, & innumeros oculos, quos circũquaquè dirigamus, habere oportet: neque putandum, ad apologiam ſufficere ignorantiam: erit enim, erit inquam, quando & ignorantiæ pœnas dabimus, quando ſcilicet & ipſa ignorantia veniã non habebit. Nam & Iudæi ignorârunt, ſed ea ignorârunt quorum ignorantia veniam non meretur: & Græci ignorârunt, ſed excuſationem non habent. Quòd ſi ea ignoraueris quæ ſciri non poſſunt, præter culpam eris: ſi verò quę ſcitu & poſſibilia ſunt & facilia, extremas pœnas meritò dabis. Nisì enim vehementer pigri negligentesq; fuerimus, ſed quæcunque ad nos pertinent, ſimul attulerimus, & in his quæ ignoramus, manum porriget Deus, id quod & Philippenſibus ſcribit Paulus: Et ſi quid aliter, inquit, ſentitis, hoc quoquè vobis Deus reuelabit. Si verò nihil eorum quæ noſtræ ſunt poteſtatis, expedire voluẽrimus, neque illius potiemur auxilio.

Quæ ignorãtia excuſationem non habeat.

Deus adiuuat ignorantes, cùm faciunt quod poſsũt.

Philip. 3.

8. AVGVSTINVS in Enchiridio, capite octuageſimo: Peccata quanuis magna & horrenda cùm in conſuetudinẽ venerint, aut parua aut nulla eſſe creduntur: vſqueadeò vt non ſolùm nõ occultanda, verumetiam iam prædicanda ac diffamanda videantur: quando ſicut ſcriptum eſt, Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas clamor vocatur. Sicut habes apud Eſaiam Prophetam de vinea mala: Expectaui, inquit, vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem, & non iuſtitiam, ſed clamorem. Vndè eſt illud in Geneſi, Clamor Sodomorum & Gommorrhæorũ multiplicatus eſt. Quia non ſolùm iam apud eos non puniebantur illa flagitia, verumetiam publicè velut lege frequentabantur. Sic noſtris temporibus ità multa mala, etſi non talia, in apertam conſuetudinem iam venerunt, vt pro his non ſolùm excommunicare aliquem laicũ non audeamus, ſed nec clericũ degradare. Vndè cùm exponerem ante aliquot annos Epiſtolã ad Galatas, in eo ipſo loco vbi ait Apoſtolus, Timeo vos nè fortè ſine cauſa laborauerim in vobis; exclamare cõpulſus ſum; Væ peccatis hominũ, quæ ſola inuſitata exhorreſcimus, vſitata verò pro quibus abluẽdis filij Dei ſanguis effuſus eſt, quanuìs tã magna ſint, vt omninò claudi cõtra ſeſe faciant regnũ Dei, ſæpè videndo omnia tolerare, ſæpè tolerando nõnulla etiam facere cogimur. Atque vtinàm, ô Domine, non omnia quæ non poterimus prohibere, faciamus.

Conſuetudo peccandi facit vt de peccato homo etiam glorietur.

Pſal 9.

Eſaiæ 5.

Geneſ. 18.

Galat. 4.

Sola inuſitata peccata exhorreſcimus.

9. PROVERBIORVM decimooctauo, vt in textu.

DE PECCATORVM EXPIATIONE.

I.

Quibus verò modis peccata expiantur?

Concil. Trident. ſeſs. 5. ca. 3. & ſeſs. 6 cap. 2. & 7.
a Ro. 3. d 1. Ioan. 2. a 4. b 1. c
b Ioan. 1. d Mat. 1. d 1. Cor. 5. d 1. Tim. 2. a Heb. 1. a 9. c Actor. 4. b

HIC inprimìs eſt extra controuerſiam, Chriſtũ nobis eſſe [a] propitiatorem, & illũ Dei [b] agnum, qui tollit peccata mundi, quique ſolus remiſſionem peccatorum nobis potuerit promereri, & purgationem eorum facere.

c Act. 15. b Heb. 11. a b Gal. 2. c 3. a Rom. 3. d Lucæ 7. g Eph. 2. b Trid. ſeſs. 6. cap. 8.

B. Deindè certum eſt, Deum fide purificare corda, vt Petrus [c] inquit, quòd citra fidem (humanæ ſalutis oſtium ac fundamentum) nullus peccatorum remiſſionem aut expiationem conſequi aut ſperare poſſit. Fide verò [d] deſtituuntur, qui cum Eccleſię fide non conſentientes, vana quadam [e] fiducia peccati remiſſionem & iuſtificationis gratiam propter Chriſtum ſibi alijſque pollicentur.

d Auguſt. tract. 67. in Ioan. Leo ſer. 4. de Natiu. Dom.
e Vide ſuprà de præſumptione.

C. Qui verò in Eccleſiæ fide & eius vnitate perſiſtẽtes, à peccatis cupiunt liberari, multos illi modos [f] ad peccatorum ſuorũ expiationem in Scriptura propoſitos habent, inter quos principem tenet locũ Pœnitentiæ Sacramentum, quo neglecto, [g] fruſtrà de reliquis lethalium peccatorum remedijs adhibendis agitur. Hoc enim vt præſens, ità neceſſarium pharmacum Chriſtus animarum medicus inſtituit, contra omnem peccati lepram valiturum, idque commendans dixit ſacerdotibus: [h] *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.*

f Orig. homil. 2. in Leuit. Augu. lib. 2. cont. Creſc. ca. 12. Chryſoſt. concione 4. de Lazaro in fin. & homil. 6. in Ioan.

I.

g Vide ſup. de Sacramento pœnitentiæ.

h Ioan. 20. e

II.

D. Secundò purgantur & expiãtur eleemoſyna: quia ſcriptum eſt, [i] *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Monet igitur Propheta: [k] *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.*

i Tob. 4. b 12. b Eccli 3. b d Prou. 13. b 15. d 16. a Luc. 11. f
k Dan. 4. e Eſaiæ 1. e Hebr. 13. c Vide inferiùs de eleemoſyna.

III.

E. Tertiò remittuntur peccata, dum quantumuìs lęſi, fratri offenſam condonamus, dicente Domino: [l] *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater cæleſtis delicta veſtra.*

l Matt. 6. b Lucæ 6. e Marc. 11. c Eccli 28. a

IIII.

F. Quartò idem fit, cùm peccantem fratrem corripiendo emendamus ac lucrifacimus, ſicutì ſcriptum eſt: [m] *Qui conuerti fecerit peccatorem ab*

m Iaco. 5. d

Digitized by Google

ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

V.

G. Quintò huc pertinet abundantia ſynceræ charitatis, ad impetranda & conficienda bona omnia prępotentis: ob quam de Magdalena dicitur: [a] *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* [o] *Charitas* enim *operit multitudinem peccatorum.*

a Lucæ 7.g
o Pro.10.b 1.Pet.4.b

VI.

H. Sextò ad idem valet [p] contriti cordis ſacrificium, quod nũquàm deſpicit Deus, & humilis cognitio ſuî, confeſſioque peccatorum. [q] Reſpicit enim Dominus in orationem humilium, & non deſpicit preces eorum. Vt hinc etiam Dauid de ſeipſo teſtetur: [r] *Dixi, confitebor aduersùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* At Ioannes generatìm omnibus verè confitentibus hanc gratiã pollicetur: [ſ] *Si confiteamur,* inquit, *peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Igitur [t] Niniuitæ cùm humilitatis & pœnitentiæ operibus ſedulò inſiſterent, præſentem Dei iram placauerunt, & iamiam imminens vrbi ac patriæ exitium auerterunt. Quare ſic de illis ſcriptum legimus: [v] *Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.*

p Pſal.50.d Lucæ 18.e Matth.18.d Eccli 21.a
q Pſal.101.e
r Pſal.31.b
ſ 1.Ioan.1.d
t Ionæ 3.b c Matth.12.d Lucæ 11.d 3.Reg.21.g Sap.11.d Cypr.epi.40.8.& 26.
v Ionæ 3.d Nume.25.e d Pſal.105.e

I. Sic demùm Scriptura teſte diſcimus, his [x] alijsq; modis & officijs verę pietatis Chriſti gratia editis, hoc effici, vt credentiũ & pœnitentium in Eccleſia, ſicut diximus, peccata expientur. Eoq; ſpectans Apoſtolus monet: [y] *Has habentes promiſſiones, chariſſimi, mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ in timore Dei.* Nec minùs grauiter Iacobus: *Emundate,* [z] inquit, *manus peccatores, & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctũ conuertatur, & gaudiũ in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.* Etenim non ſufficit mores in melius cõmutare, & à factis malis recedere, vt Auguſtini verbis [a] iterùm vtamur, niſì etiã de his quę facta ſunt, ſatiſfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis.

x Prouerb.10.a Actor.8.d 2.Cor 7.c
y 2.Cor.7.a 2.Tim.2.d
z Iaco.4.e Ezech.18.f
a Homil.56. ex 50. cap.5. Et in Enchir cap.70.& Cyprian. de lapſis in fine. & alij vt ſuprà de Satisfact.

K. Alioquin quiſquis de peccatis lethalibus in ſe aliqua dominari cognouerit, vt idem [b] Auguſtinus eſt author, niſì dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis abſtinuerit, illo trãſitorio igne, de quo dixit [c] Apoſtolus, purgari non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciabit. Non enim capitalia poſt hanc vitam, ſed minuta peccata purgantur expianturque.

b Serm.41.de Sanctis.
c 1.Cor 3.c Idem Auguſt. hom.16, ex 50. In Enchir.c.67. Item de fide & operibus, cap 16. & quæſt.1. ad Dulcitium.

TESTIMONIA.

1.A. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione quinta, canone tertio: Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus, ineſt vnicuiq; proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritũ vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio & redemptio: aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum, per Baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatũ, tam adultis quàm paruulis applicari: anathema ſit, quia non eſt aliud nomen ſub cęlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vndè illa vox, Eccè agnus Dei, Eccè qui tollit peccata mundi. Et illa: Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Peccata tolluntur merito Chriſti mediatoris per Sacramenta applicato.
1.Tim.2.
Rom.5.
1.Cor.1.
Actor.4.
Ioan.1.
Galat.3.

2. ET ſeſſione ſexta, capite ſecũdo: Quo factum eſt, vt cæleſtis pater, pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum, filium ſuum, & ante legem, & legis tempore multis ſanctis patribus declaratum ac promiſſum, cùm venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miſerit: vt & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret: & gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidẽ in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

2.Cor.1.
Galat.4.
Rom.9.
Galat.4.
Rom.3.
1.Ioan.2.

3. ET capite ſeptimo eiuſdem ſeſſionis: Meritoria cauſa iuſtificationis, eſt dilectiſſimus vnigenitus ſuus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui cùm eſſemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit.

Chriſtus meruit nobis iuſtificationem.

4. AD

4. AD Romanos tertio: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergò gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.

5. PRIMAE Ioannis ſecundo: Si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

6. ET capite quarto: In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

7. ITEM capite primo eiuſdem epiſtolę: Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

8. IOANNIS primo: Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

9. MATTHAEI primo: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

10. PRIORIS ad Corinthios primo: Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio, vt quemadmodùm ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

11. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionẽ ſemetipſum pro omnibus: cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

12. AD Hebræos primo: Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.

13. ET capite nono: Chriſtus autẽ aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ adſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?

14. ACTORVM quartò: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

1. B. ACTORVM decimoquinto: Cùm autẽ magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quoniã ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meũ audire Gentes verbum Euãgelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

2. AD Hebræos vndecimo: Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo.

3. AD Galatas ſecundo: Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & nõ ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

4. ET capite tertio: Prouidens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes.

5. AD Romanos tertio, vt ſuprà A. teſtimonio quarto.

6. LVCAE ſeptimo: Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

7. AD Epheſios ſecundo: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, (& hoc nõ ex vobis, Dei enim donum eſt) non ex operibus, vt nè quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, capite octauo: Cùm verò Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit: vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis: ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire: gratis autem iuſtificari ideò dicamur, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur: ſi enim gratia eſt, iam non ex operibus: alioquin, vt idem Apoſtolus inquit, gratia iam non eſt gratia.

Rom. 3.

Quomodò per fidem iuſtificari dicamur.

Rom. 11. Epheſ. 2.

9. AVGVSTINVS tractatu ſexageſimoſeptimo in Euangelium Ioannis: Proindè reſpuendi ſunt à corde Chriſtiano, qui putant ideò dictum multas eſſe manſiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid, vbi maneant beati innocentes, qui ſine baptiſmo ex hac vita emigrârunt, quia ſine illo in regnum cælorum intrare non potuerũt. Hæc fides non eſt fides; quoniam non eſt vera & Catholica fides.

Sola Catholica fides, eſt fides.

10. LEO Magnus ſermone quarto de natiuitate Domini: Magnum præſidium eſt fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllo quicquam, nec minui poteſt: quia niſi vna eſt, fides non eſt, dicente Apoſtolo, Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus & Pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Huic vnitati (dilectiſſimi) inconcuſſis mentibus inhærete, & in hac omnem ſectamini ſanctitatem, & in hac præceptis Domini deſeruite: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & nihil ſine illa ſanctum, nihil caſtum eſt, nihil viuum. Iuſtus enim ex fide viuit. Quam qui diabolo decipiente perdiderit, viuens mortuus eſt. Quia ſicut per fidem iuſtitia, ità etiam per fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Saluatore: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Fides niſi integra & vna ſit, fides non eſt.

Epheſ. 4.

Hebr. 11.

Abac. 2.

Ioan. 17.

1. C. ORIGENES homilia ſecunda in Leuiticum: Audiſti quanta ſint in lege ſacrificia pro peccatis; audi nunc quantæ ſint remiſſiones peccatorum in Euangelijs. Eſt iſta prima, qua baptizamur in remiſſionem peccatorum. Secunda remiſſio eſt in paſſione martyrij. Tertia eſt, quæ pro eleemoſyna datur. Dicit enim Saluator: Veruntamen date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Quarta nobis fit remiſſio peccatorum, per hoc quòd & nos remittimus peccata fratribus noſtris. Sic enim dicit ipſe Dominus & Saluator noſter: Quia ſi dimiſeritis fratribus veſtris ex corde peccata ipſorum, & vobis remittet pater veſter peccata veſtra: quòd ſi non remiſeritis fratribus veſtris ex corde, nec vobis remittet pater veſter: & ſicut in oratione nos dicere docuit: Remitte no-

Varijs modis in noua lege peccata remittuntur. Baptiſmo, martyrio, eleemoſyna.

Lucæ 12.

Cõdonando offenſam.

Matth. 6. Marc. 11.

Matth. 6.

te nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Quinta remiſſio peccatorum eſt, quum conuerterit quis peccatorem ab errore viæ ſuæ. Ità enim dicit ſcriptura diuina: Quia qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluat animam eius à morte, & cooperit multitudinem peccatorū. Sexta quoquè fit remiſſio per abundantiam charitatis, ſicut & ipſe Dominus dicit: Amen dico tibi, remittūtur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Et Apoſtolus dicit: Quoniam charitas cooperit multitudinem peccatorum. Eſt adhuc & ſeptima, licèt dura & laborioſa, per pœnitentiam remiſſio peccatorū, quum lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte, & quum non erubeſcit Sacerdoti Domini indicare peccatum ſuum, & quærere medicinā, ſecundùm eum qui ait: Dixi, pronunciabo aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. In quo impletur & illud, quod Apoſtolus dicit: Si quis autem infirmatur, vocet preſbyteros Eccleſię, & imponant ei manus, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Et tu ergò quum veneris ad gratiam Baptiſmi, vitulum obtuliſti, quia in morte Chriſti baptizaris. Cùm verò ad martyriū duceris, hircum obtuliſti, quia authorem peccati diabolum iugulâſti. Quum autem eleemoſynam feceris, & erga indigentes affectum miſericordiæ ſolicita pietate dependeris, altare ſacrum hœdis pinguibus onerâſti. Nam ſi ex corde remiſeris peccatum fratri tuo, & iracundiæ tumore depoſito, mitem intra te & ſimplicem recollegeris animum, immolâſſe te arietem, vel agnum in ſacrificiū obtuliſſe confide. Porrò autē ſi diuinis lectionibus inſtructus, meditando ſicut columba, & in lege Domini vigilādo die ac nocte, ab errore ſuo conuerteris peccatorem, & abiecta nequitia ad ſimplicitatē eum columbæ reuocaueris, atque adhærendo ſanctis, feceris eum ſocietatem turturis imitari, par turturum aut duos pullos columbarū Domino obtuliſti. Quòd ſi illa quæ & ſpe & fide maior eſt charitas, abundauerit in corde tuo, ità vt diligas proximum tuum, non ſolùm ſicut teipſum, ſed ſicut oſtendit ille qui dicebat; Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; panes ſimilagineos in charitatis oleo ſubactos, ſine vllo fermento malitiæ & nequitię, in azymis ſynceritatis & veritatis te obtuliſſe cognoſce. Si autem in amaritudine fletus fueris, luctu, lachrymis & lamentatione confectus, ſi carnem tuam maceraueris, & ieiunijs ac multa abſtinentia aridam feceris, & dixeris; quia ſicut frixorium cōfrixa ſunt oſſa mea, tunc ſacrificium ſimilā à ſartagine, vel à craticula obtuliſſe te noueris. Et hoc modo inuenieris tu veriùs & perfectiùs ſecundùm Euangeliū offerre ſacrificia, quæ ſecundùm legē iam offerre non poteſt Iſraël.

(Margin: Cōuertendo proximum. — Iacob. 5. — Charitatis abundantia. Lucæ 7. — 1. Pet. 4. — Pœnitentia & cōfeſſione Sacramētali. Pſal. 9. 40. & 31. — Extrema vnctione. Iacob. 5. — Prædicti modi comparantur cū ſacrificijs, & oblationibus veteris teſtamenti, quorū mentio fit in Leuitico. — 1. Cor. 13. — Ioan. 15. — 1. Cor. 5. — Pſal. 101.)

2. AVGVSTINVS libro ſecundo cōtra Creſconium Grammaticum, capite duodecimo: Ideò vobis non videntur mundari, cùm ad nos à vobis tranſeunt, quia non denuò baptizantur: quaſi ſolo baptiſmo quem repeti non oportet, cùm idem atque vnus eſt, homines ab errore mundentur. Mundantur & verbo veritatis ab illo qui ait, Iam vos mundi eſtis, propter verbum quod locutus ſum vobis. Mundantur & ſacrificio contriti cordis ab illo de quo dictum eſt: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor cōtritum & humiliatum Deus non ſpernit. Mundantur & eleemoſynis ab illo qui ait: Date eleemoſynā, & eccè omnia munda ſunt vobis. Mundantur ipſa quæ ſupereminet omnibus charitate ab illo, qui per Apoſtolum Petrum dixit, Charitas cooperit multitudinem peccatorum: quę vna ſi adſit, omnia illa rectè fiunt: ſi autem deſit illa, omnia fruſtrà fiunt.

(Margin: Nō ſolùm baptiſmo à peccatis mundamur. — Verbo. Ioan. 15. — Corde contrito. Pſal. 50. — Eleemoſynis Lucæ 11. — Charitate. 1. Pet. 4.)

3. CHRYSOSTOMVS concione quarta de Lazaro, in fine: Vt igitur neque puniamur, neque pœnas demus, in ſuam quiſque conſcientiam ingrediatur, vitamq́ explicet: cunctisq́ commiſſis diligenter excuſſis, condemnet animam quæ hæc patrauit, puniatq́ cogitationem, affligat, cruciétque ſuam ipſius mentem, ſupplicium à ſeipſo exigat pro peccatis, per condemnationem, per diligenter actam pœnitentiam, per lachrymas, per confeſſionem, per ieiunium, per eleemoſynam, per continentiā ac charitatem, vt poſſimus omnes omni modo hìc depoſitis peccatis, multa cum fiducia illuc proficiſci.

(Margin: Quibus modis expiamus peccata.)

4. ET homilia ſexta in Ioannem: Hac igitur pernicioſa inquirendi cura abiecta, noſtra conteramus corda, peccata deploremus, vt à Chriſto nobis præceptum eſt, & eorum gratia quæ perperàm & iniquè egimus, compungamur: & ſumma cum diligentia, quicquid ſuperiori tempore auſi ſumus, quicquid malignè cōmiſimus, animo repetamus, atq́ abijciamus. Ad quod multas nobis Deus vias aperuit. Dic enim tu primus iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et iterùm: Dixi, Pronunciabo aduerſùm me iniquitatem meā Domino, & tu remiſiſti impietatē cordis mei. Neque enim parùm nobis confert ad magnitudinem peccatorum imminuendam frequens eorum memoria & accuſatio. Eſt & alia operoſior, vt nemini qui nos offendit ſuccenſeamus, ſed iniurias omnes magno & generoſo animo obliuioni mādemus. Vis & tertiam? audi Danielem: Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Accedit & alia, iugis ſcilicet oratio, & in deprecationibus ad Deum cū puritate perſeuerantia, quæ non paruam nobis affert conſolationem, & à peccatis nos abluit. Ieiunium ad hæc cum proximi charitate, maiorem in modum diuinam in nos iram extinguit. Ignem nanque ardentem extinguit aqua, & eleemoſynis purgantur peccata. Decurſis igitur his vijs omnibus & repetitis, in eiſdem aſſiduè perſeueremus: Hoc pacto non modò præterita abluemus peccata, ſed in poſterum maximum conſequemur emolumētum: quippe qui nullam dabimus diabolo occaſionem, vt nos in vitæ deſidiam, vel in exitialem aliquem affectum pelliciat.

(Margin: Confeſſione delētur peccata. Eſaiæ 43. Pſal. 31. — Cōdonando offenſam. — Eleemoſynis Dan. 4. — Oratione aſſidua. — Ieiunio & charitate. Eccli 3.)

5. IOANNIS vigeſimo: Hoc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis &c. vt in textu.

1. D. TOBIAE quarto: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libēter impartiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.

2. ET capite duodecimo: Bona eſt oratio cum ieiunio: & eleemoſyna magìs quàm theſauros auri recondere, quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam.

3. ECCLESIASTICI tertio: Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & nè ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tuî: & ſicut in ſereno glacies, ſoluētur peccata tua. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: & Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam.

4. PROVERBIORVM decimotertio: Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ.

5. ET capite decimoquinto: Per miſericordiam & fidem purgantur peccata.

Digitized by Google

6. ITEM decimoſexto: Miſericordia & veritate redimitur iniquitas.
7. LVCAE vndecimo: Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & eccè omnia munda ſunt vobis.
8. DANIELIS quarto: Quamobrem, rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis.
9. ESAIAE primo: Diſcite benefacere: quęrite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.
10. AD Hebręos decimotertio: Beneficentię autem & cõmunionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus.
1. E. MATTHAEI ſexto: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.
2. LVCAE ſexto: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & nõ condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum.
3. MARCI vndecimo: Et cùm ſtabitis ad orandum, dimitite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.
4. ECCLESIASTICI vigeſimooctauo: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.
F. IACOBI quinto: Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit &c. vt in textu.
1. G. LVCAE ſeptimo: Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti: hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minùs dimittitur, minùs diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.
2. PROVERBIORVM decimo: Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit charitas.
3. PRIORIS Petri quarto: Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.
1. H. PSALMO quinquageſimo: Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies.
2. LVCAE decimooctauo: Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.
3. MATTHAEI decimooctauo: Tunc vocauit illũ dominus ſuus, & ait illi: Serueneguã, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.
4. ECCLESIASTICI vigeſimoprimo: Fili, peccaſti? non adijcias iterùm: ſed & de priſtinis deprecare vt tibi dimittantur.
5. PSALMO centeſimo primo: Reſpexit orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum.
6. ET trigeſimoprimo: Dixi, &c. vt in textu.

7. PRIMAE Ioannis primo: Si confiteamur, &c. vt in textu.
8. IONAE tertio: Et crediderunt viri Niniuitę in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniuę: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & cõuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?
9. MATTHAEI duodecimo: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt ad prędicationem Ionæ. Et eccè plus quàm Ionas hic.
10. LVCAE vndecimo: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabũt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et eccè plus quàm Ionas hic.
11. TERTII Regum vigeſimoprimo: Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt, intantùm vt ſequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael. Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq́, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbiten, dicens: Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.
12. SAPIENTIAE vndecimo: Miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
13. CYPRIANVS epiſtola quadrageſima ad plebem de quinq; presbyteris ſchiſmaticis: Nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt, vt ægros, & ſaucios, & ad capienda fortiora conſilia per calamitatem ruinæ ſuæ minùs idoneos, & minùs ſolidos, à medela vulneris ſui auocẽt, & intermiſſis precibus & orationibus, quibus Dominus longa & continua ſatisfactione placandus eſt, ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis inuitent. Et paulò pòſt: Eadem nunc ratio, eadem rurſus euerſio, per quinq; presbyteros Feliciſſimo copulatos, ad ruinam ſalutis inducitur, vt non rogetur Deus, nec qui negauit Chriſtum, eundem Chriſtum quem negauerat, deprecetur: poſt culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per Epiſcopos & ſacerdotes Domino ſatisfiat, ſed relictis Domini ſacerdotibus contra Euangelicam diſciplinam noua traditio ſacrilegæ inſtitutionis exurgat. Lib.1.epiſt.8. Precibus lõga ſatisfactione Dominus placãdus eſt. Per Epiſcopos & Sacerdotes Domino ſatisfaciendum.
14. ET epiſtola octaua ad clerum & plebem: Quanquàm ſciam, fratres chariſſimi, pro timore, quem ſinguli debemus Deo, vos quoquè illic aſſiduis orationibus & enixis precibus inſtanter incumbere: admoneo tamen etiam ipſam religioſam ſolicitudinem veſtram, vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce ſola, ſed & ieiunijs, & lachrymis, & omni genere deprecationis ingemiſcamus. Et paulò pòſt: Virgas igitur & flagella ſentimus, qui Deo nec bonis factis placemus, nec pro peccatis ſatisfacimus. Rogemus de intimo corde & tota mente miſericordiam Dei. Lib.4.epiſt.4. Bonis factis Deo placendum, & pro peccatis ſatisfaciẽdum.
15. ITEM epiſtola vigeſimaſexta, quæ eſt Moyſis & Maximi presbyterorum & aliorum ad Cyprianum: Vbi diuinus metus relinquitur, ſi tam facilè Lib.5.epi.12.

Digitized by Google

facilè peccantibus venia præſtetur? fouendi ſunt ſanè ipſorum animi, & ad maturitatis ſuæ tempus nutriendi, & de ſcripturis ſanctis, quàm ingens, & ſupra omnia peccatum commiſerint, inſtruendi. Nec hoc animentur, quia multi ſunt: ſed hoc ipſo magìs reprimantur, quia non pauci ſunt. Nihil ad extenuationem delicti numerus impudens valere conſueuit, ſed pudor, ſed modeſtia, ſed patientia, ſed diſciplina, ſed humilitas atque ſubiectio: ſed alienum de ſe expectâſſe iudiciũ, ſed alienam de ſuo actu ſuſtinuiſſe ſententiam. Hoc eſt quod pœnitentiam probat, hoc eſt quod impreſſo vulneri inducit cicatricẽ: hoc eſt quod deiectæ mentis ruinas erigit & attollit: quod ardentem delictorum æſtuantium vaporem reſtinguit & finit. Non ea, quæ ſanorum ſunt corporum, medicus ægris dabit: nè importunis cibis tempeſtatem valetudinis ſæuientis nõ reprimat, ſed accendat: ſcilicet, nè quod potuiſſet maturiùs ieiunio attenuante ſanari, videatur per impatientiam longiùs paſta cruditate produci. Eluendæ ſunt igitur, impio ſacrificio manus inquinatæ, operibus bonis: & nefario cibo ora miſera polluta, pœnitentiæ ſunt veræ ſermonibus expianda, & in ſecretis cordis fidelis, nouellandus & conſecrandus eſt animus: crebri pœnitentium gemitus audiantur, & iterùm fideles ex oculis lachrymę profundantur: vt illi ipſi oculi, qui malè ſimulacra conſpexerũt, qui illicita commiſerant, ſatisfacientibus Deo fletibus deleant.

Delicta expiantur & reſtinguuntur operibus bonis.

16. IONAE tertio: Vidit &c. vt in textu.

17. NVMERORVM vigeſimoquinto: Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis, auertit irã meam à filijs Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt nõ ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. Idcircò loquere ad eum: Eccè do ei pacẽ fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum: quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael.

18. PSALMO centeſimo quinto: Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam, in generatione & generationem, vſque in ſempiternum.

1. I. PROVERBIORVM decimo: Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia verò liberabit à morte.

2. ACTORVM octauo: Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe: ait S. Petrus ad Simonem Magum.

3. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo: Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur.

4. IBIDEM: Has habentes &c. vt in textu.

5. POSTERIORIS ad Timotheum ſecũdo: Cognouit Dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. In magna autem domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in cõtumeliam. Si quis ergò emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.

6. IACOBI quarto: Emũdate &c. vt in textu.

7. EZECHIELIS decimooctauo: Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit.

8. AVGVSTINVS in libro quinquaginta homiliarum, homilia quinquageſima, capite quinto: ſiue in libro de pœnitentiæ medicina, capite quinto: Non ſufficit mores &c. vt in textu.

9. ET in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimo: Sanè cauendum eſt, nè quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agũt, regnum Dei non poſſidebunt, quotidiè perpetranda, & eleemoſynis quotidiè redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodam modo, vt ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quanuìs miſerando deleat iam facta peccata, ſi non ſatisfactio cõgrua negligatur.

Galat. 5.

1. Cor. 6.

Per eleemoſynas propitiandus Deus de peccatis.

10. CYPRIANVS de lapſis: Orare oportet impenſiùs & rogare, diem luctu tranſigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymoſis lamentationibus occupare, ſtratos ſolo adhærere cineri, in cilicio & ſordibus volutari: poſt indumentum Chriſti perditum nullum hîc iam velle veſtitum, poſt diaboli cibum mâlle ieiunium: iuſtis operibus incumbere, quibus peccata purgantur: eleemoſynis frequenter inſiſtere, quibus à morte animæ liberantur. Quod aduerſarius auferebat, Chriſtus accipiat: nec teneri iam nec amari patrimonium debet, quo quis & deceptus & victus eſt. Pro hoſte vitanda res, pro latrone fugienda, pro gladio metuenda poſſidentibus & vendenda. Ad hoc tantùm profuerit quod remanſit, vt indè crimen & culpa redimatur. Incunctanter & largiter fiat operatio: cenſus omnis in medelam vulneris erogetur: opibus & facultatibus noſtris qui de nobis iudicaturus eſt Dominus, fœneretur. Sic ſub Apoſtolis fides viguit, ſic primus credentium populus Chriſti mandata ſeruauit. prompti erant, largi erant, diſtribuendum per Apoſtolos totum dabant, & non talia delicta redimebant. Si precem toto corde quis faciat, ſi veris pœnitentiæ lamentationibus & lachrymis ingemiſcat, ſi ad veniam delicti ſui Dominum iuſtis & continuis operibus inflectat, miſereri talium poteſt, qui & miſericordiam ſuam protulit, dicens: Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis, & ſcies vbi fueris. Et iterùm: Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum vt reuertatur & viuat. Et Iohel propheta pietatem Domini, Domino ipſo monẽte, declarat: Reuertimini, inquit, ad Dominum Deum veſtrum, quoniam miſericors & pius eſt, & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat aduerſùs malitias irrogatas. Poteſt ille indulgentiam dare, ſententiam ſuam poteſt ille deflectere. Pœnitenti, operanti, roganti poteſt clementer ignoſcere, poteſt in acceptum referre quicquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint Sacerdotes: vel ſi quis plùs eum ſuis ſatisfactionibus mouerit, ſi eius iram, ſi indignantis offenſam iuſta deprecatione placauerit: dat ille & arma rursùm, quibus victus armetur: reparat & corroborat vires, quibus fides inſtaurata vegetetur. Repetet certamen ſuum miles, iterabit aciem, prouocabit hoſtem, & quidem factus ad præliũ fortior per dolorem. Qui ſic Deo ſatisfecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti, plus & virtutis & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus & adiutus à Domino: quam cõtriſtauerat nupèr, lętam faciet Eccleſiam, nec iam ſolam Dei veniam merebitur, ſed coronam.

Peccata quibus operibus purgentur, & redimantur.

Act. 2. & 4.

Quorum miſereatur Deus, & quibus ignoſcat.

Eze. 18. & 33.

Iohel. 2.

Satisfactionibus mouetur & placatur Deus.

1. K. AVGVSTINVS ſermone quadrageſimoprimo de Sanctis, qui eſt ſermo quartus de animabus fidelium defunctorum: Quicunque aliqua de capitalibus peccatis in ſe dominari cognouerit, niſì dignè &c. vt in textu. Latiùs vide ſuprà de Sacramento pœnitentiæ, quæſtione nona, C. teſtimonio tertio.

2. PRIORIS ad Corinthios tertio: Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnũ, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mer-

cedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimẽtum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

3. AVGVSTINVS in libro quinquaginta homiliarum, homilia decimaſexta, vt ſuprà de Sacramento Pœnitẽtiæ, quæſtione nona, C. teſtimonio ſecundo.

Mali catholici non ſaluabuntur per ignem Purgatorij.

4. ITEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſexageſimoſeptimo: Credũtur autem à quibuſdam etiam ij qui nomen Chriſti non relinquunt, & eius lauacro in Eccleſia baptizantur, nec ab ea vllo ſchiſmate vel hæreſi præciduntur, in quantislibet ſceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemoſynis redimant, ſed in eis vſque ad huius vitæ vltimum diem pertinaciſſimè perſeuerent, (1.Cor.3.) ſalui futuri per ignem: licèt pro magnitudine facinorum flagitiorumq́ diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen Catholici ſunt, humana quadam beneuolentia mihi falli videntur. Nam ſcriptura diuina aliud conſulta reſpondet. Librum autem de hac quæſtione ſcripſi, cuius titulus eſt, De fide & operibus. Vbi ſecundùm ſcripturas ſanctas, quantùm (Sola fides viua ſaluat.) Deo adiuuante potui, demõſtraui eam fidem ſaluos facere, quam ſatis euidenter expreſſit Paulus (Galat.5.) Apoſtolus, dicens: In Chriſto enim Ieſu neque circuncíſio quicquam valet, neque præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Si autem malè & non benè operatur, proculdubiò, ſecundùm (Iaco.2.) Apoſtolũ Iacobum, mortua eſt in ſemetipſa. Qui rurſus ait: Si fidem dicat ſe quiſquam habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare eum? Porrò autem ſi homo ſceleratus propter fidem ſolam per ignem ſaluabitur, & ſic eſt accipiendum (1.Cor.3.) quod ait B. Paulus Apoſtolus; Ipſe enim ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: poterit ergò ſaluare ſine operibus fides, & falſum erit quod dixit eius coapoſtolus Iacobus. (Iaco.2.) Falſum erit & illud (1.Cor.6.) quod idem ipſe Paulus dixit: Nolite, inquit, errare, neque fornicatores, neque idolis ſeruiẽtes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque maledici, neque ebrioſi, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Si enim etiam in iſtis perſeuerantes criminibus, tamen propter fidem Chriſti ſalui erunt, quomodò in regno Dei non erunt?

5. ET in libro de Fide & operibus, capite decimoſexto, vt ſuprà de Sacramẽto Pœnitentiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio ſexto.

6. ITEM in libro de octo quæſtionibus Dulcitij, quæſtione prima, vt ibidèm.

APPENDIX EX IVDOCI RAVESTEYN TILETANI DOCTISSIMI THEOLOGI LOVANIENSIS CONFVTATIONE Catholica prophanæ Confeſſionis Miniſtrorum Antwerpien. Capite VI. vbi confutatur calumnioſiſſima criminatio doctrinæ Ieſuitarum.

HAVD temerè in calce tractatus de iuſtificatione, & fide iuſtificante, acerbiſſimam inuectiuam ſcribunt aduerſus deteſtãdam, ethnicam, & impiam (vt aiunt) Ieſuitarũ doctrinam, quam in Catechiſmo illo iuſſu auguſtiſſimi felicis recordationis Cęſaris Ferdinandi olìm conſcripto, & qui per Belgiam ferè omnium Catholicorum manibus teri ſolebat, tradunt. Sapiunt ſanè, ſed vt homines ſapiũt huius ſeculi, quòd eum libellum vel calumnioſiſſimis mendacijs prorsùs ereptum manibus hominum cupiunt. Optimè enim intelligunt, apud eos, quibus eius Catechiſmi doctrina commendata eſt, nouam ſuam & commentitiam doctrinam, fidem reperire non poſſe. Calumniantur itaq; Ieſuitas, viros religioſos, & inſtaurandæ Eccleſiæ Chriſti ſtudioſiſſimos, dum varios modos expiandi peccatum docent, quod ſummũ eſt religionis & Chriſtianæ ſalutis caput, prorsùs nihil paſſioni Chriſti tribuere, & totã iuſtificationis rationẽ, in operibus ac meritis, homines prorsùs iuſtitiæ Chriſti oblitos, collocare. Animaduerte hîc obſecro, lector, calumnioſiſſimam malitiam. Cùm ſex modos congruos ad expiandum perfectè peccatum collegiſſet author Catechiſmi ex ſcripturis, ac ſingulos illorum per ſubiectam, euidentem & ſolidam ſcripturam probaſſet, tandèm ſubiecit: His, alijsq́ modis & officijs verę pietatis præſtamus in Chriſto Ieſu, quod admonet Paulus: Has habentes promiſſiones chariſſimi, (2.Cor.7.) mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. An qui hoc ſcribit, oblitus tibi prorsùs videtur paſſionis Chriſti, & iuſtitiæ eius, cùm officia pietatis in dictis ſex modis comprehenſa, diſertè ſcribat præſtari in Chriſto Ieſu, ſiue per meritum ac gratiam Ieſu Chriſti, atq; per virtutem ſanguinis eius, qui in ſingulis officijs dictorum modorum operatur, & per eos operatur peccatorũ expiationem, ſicut de ſingulis hoc certiſſimè teſtantur ſcripturæ? Verùm vide calumnioſam malitiam. Cùm tam diſertè faciat author, in ipſa cõcluſione ſermonis de ſex modis expiationis, mentionem Chriſti Ieſu, ſcriptores iſti poſtremam clauſulam (in Chriſto Ieſu) non adſcribunt: ſed dicentes, &c. doloſè eam reticent. Cùm enim recitaſſent verba illa Catechiſmi: his, alijsq́ modis & officijs veræ pietatis comparamus atque præſtamus, adſcribunt &c. nec addunt quod mox ſequitur, etiam in Chriſto Ieſu prȩſtamus: nè ſi illud fideliter, vt debebant, adderent, malitioſæ calumniæ conuincerentur. Solida eſt igitur Catechiſmi doctrina, quæ ex ſcripturis colligit varios modos expiandi peccatum: quorum tamen ſinguli ſanguine Chriſti nitantur, & ſine ſanguinis applicatione ad peccati expiationem inutiles eſſent & inefficaces. Quid enim operari poſſit vel etiã ſacramentum abſolutionis & pœnitentiæ ſine ſanguine Chriſti? Quid contritum cor, & ſpiritus contribulatus, ſi à ſanguine Chriſti ſeparatus, humanũ tantùm opus ſit? Sic & de eleemoſyna, & alijs recitatis modis ſentiendum eſt. Non eſt igitur æquum, vt propter huiuſmodi malitioſas calumnias, patiatur Chriſtiani homines ſyncerã & breuem inſtitutionem Chriſtianæ religionis, ex manibus excuti: ſed ex inſtitutione & doctrina rectè percepta, animos ſuos corroborent, atque confirment aduersùs deceptionum & ſeductionum improbiſſimarum pericula.

ET IN APOLOGIA ſeu defenſione Catholicæ confutationis cõtra inanes cauillationes Illyrici in capite ſexto de Iuſtificatione: Poſtquàm hiſce modis & Sophiſmatibus rectã & ſanam de iuſtificatione, déque operibus iuſtificatorum doctrinam proculcauit, (Illyricus videlicet) atq; ad bonorum operum ſtudium homines languidiores ac frigidiores haud dubiè fecit, eò quòd neque ad ſalutem neceſſaria ea eſſe, neq; ad ſalutis aut iuſtificationis rationẽ pertinere, quin potiùs ab ea excluſa eſſe, mordicùs defendit: Tandèm incipit Ieſuitarum doctrinam, in Catechiſmo traditã oppugnare, meq; aduocatum ſeu patronum eorum, vt ait, acriter inuadit. Cùm Confeſſio mendaciſſimè & acerbiſſimè notaret doctrinam in Catechiſmo traditam de varijs modis expiandi peccata, in capite de expiandis peccatis, tanquàm ethnicam, impiam & deteſtandam, quòd in explicatione ſummi religionis & Chriſtianæ ſalutis capitis, nullam prorsùs Chriſti, aut Chriſti ſanguinis mentionem facerent: ſed totam iuſtificationis & expiationis peccatorum rationem in operibus & meritis hominum collocarẽt, prorsùs verò nihil Chriſti paſſioni tribuere: Prodidi artificioſum mendacium, oſtendẽs illum ſtudioſè ſententiam Catechiſmi mutilãſſe, ea verba, quę de Chriſto Ie-

ſu po-

Digitized by Google

ſu potentiſſimo peccatorum expiatore ſubiecta erant, amputando. quæ ſunt hæc: His, alijſq; modis & officijs veræ pietatis præſtamus in Chriſto Ieſu, quod admonet Paulus: Has habẽtes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Hac fraudulentia ac calumnia patefacta, Illyricus de mẽdacio aperto conuictus, aliò confugit.

2. Cor. 7.

Contentionem mouet de vi & ſignificatione phraſis illius (in Chriſto Ieſu) in ſcripturis, & dicit eam variè in ſcripturis accipi. Nam aliquando ſignificare tantùm baptizatum eſſe, & Chriſtianum vocari. vt cùm Paulus dicit Andronicum aut Iuniam fuiſſe ante ſe in Chriſto: aliquando verò myſtico Chriſti corpori inſitum eſſe. Ipſi ſanè, inquit, Ieſuitæ non exponunt illam phraſim, quid eis eo loco valeat, & quis eius locutionis propriè ſenſus ſit: In Chriſto Ieſu hæc officia præſtamus, aut his modis peccata expiamus. Et rectè, inquit, quis poſſet dicere, Iſraelitas fuiſſe, & ſua religionis myſteria egiſſe in Moyſe. ſicut Apoſtolus dicit omnes in Moyſe baptizatos eſſe: non tamen ſignificatur eius ſanguine ipſorum peccata expiari. Quare hæc locutio non poteſt eſſe pharmacum, venenata illa dicta corrigens, quòd varijs modis ac operibus homines poſſint ſua peccata expiare.

Rom. 16.
2. Cor. 10.

Sed cùm propoſuiſſet Illyricus phraſin illam in ſcripturis diuinis varijs modis accipi, cur vnicum tantùm modum, aut, ſi velit, duos tantùm cõmemorat? Nam alijs prætereà modis vſurpari indubitatum eſt. vt cùm ſcribit Paulus: Gratia Dei eſt vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. rursùs: Ità & gratia regnet per iuſtitiam in vitã æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. rursùs: Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu. rursùs: Omnia poſſum in Chriſto, qui me confortat. rursùs: In Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, hoc eſt, in Chriſto Ieſu, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis, in quo & circuncisi eſtis, in quo & reſurrexiſtis. rursùs: Timeo autem nè ſicut ſerpens Euam ſeduxit in aſtutia ſua, ità corrumpãtur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. & in alijs innumeris ſcripturæ locis. Sanè in his dictis teſtimonijs ſermo ille (In Chriſto Ieſu) non ſignificat eſſe baptizatum, aut eſſe Chriſtianum, aut deniquè eſſe in myſtico corpore Chriſti: ſed deſignat

In Chriſto Ieſu, quid ſignificet in ſcripturis.
Rom. 6.
Ibidem 5.
2. Cor. 2.
Philip. 4.
Coloſ. 2.
2. Cor. 2.

modò meritum, modò virtutem & operationem Chriſti Ieſu in electis. Quam ſignificationem ego intelligens in ſententia Ieſuitarum, expoſui: In Chriſto Ieſu: per meritum, & gratiam, ſiue virtutem Chriſti Ieſu. Et quomodò ipſe ſcriptor Catechiſmi intellexerit, liquidò conſtat ex capite illo, De ſatisfactione pœnitentium quid ſentiendum ſit. Ad quam quæſtionem reſpondetur: Id videlicet ſentiendum eſt, quòd alia ſit ſatisfactio, Chriſto redemptori propria: alia fidelium pœnitentium communis ſatisfactio. Illa ſemel in corpore Chriſti crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit, peracta eſt: vt qui natura ſunt filij iræ, Deo reconcilientur. Hæc verò quæ ad pœnitentes pertinet, à Chriſti membris in Eccleſia quotidiè peragitur, cùm pœnitentes poſt confeſſionem, ea quæ abſoluens Sacerdos iniunxit, faciunt, aut cùm vltrò quidem fructus pœnitentiæ edimus. Quæ vindicatoria ſimul & emendatoria eſt ſatisfactio, & redemptoris Chriſti beneficium, atq; ſatisfactionem adeò nõ obſcurat, vt magis etiam commendet, illuſtrẽtque. Illa enim præeunte, ac præcipuè cooperante, iudicium facimus & iuſtitiam, iuxta diuinã ſcripturam: Delicta noſtra cõtra nos ipſos vindicantes, & reſiduas in nobis peccatorum reliquias diluentes, Deiq; gratiam nobis pleniorem conciliantes, atq; promerentes. quę omnia eodem capite per ſcripturarũ teſtimonia confirmat. Vides Illyrice id quod in capite, quod tu arripis coarguẽdum, minùs expoſitũ eſt, in antecedentibus locis fuiſſe pleniſſimè & clariſſimè dictum? Vides quoquè falſum eſſe, authorem libelli, ſermonẽ illum (In Chriſto Ieſu) per hos modos expiare peccata, nõ accepiſſe pro eſſe vel baptizatũ, vel Chriſtianum, aut corpori Chriſti myſtico inſitũ. quaſi hoc tantùm ſignificatum ſit: Is qui non eſt Chriſtianus, aut baptizatus, poteſt hæc officia præſtare, per ſuã ſcilicet ſufficientiam & poteſtatẽ, & rectè viuere, aut deniq; peccata ſua expiare: ſed intellexiſſe, quòd Chriſti Ieſu paſſione ſeu ſatisfactione velutì præeunte, atque præcipuè cooperante, poſſit homo ea officia præſtare, quibus expientur ſeu mundentur & deleantur peccata. Atque hæc de cauillatione phraſis illius (In Chriſto Ieſu.)

Quæſtione 7. de Sacramẽto pœnitẽtię.
Eſaiæ 16.
Ezech. 18.
2. Cor. 4.
Pſal. 50.

II.

Quid verò de minutis peccatis eſt ſentiendum?

A. ID ſcilicet, quòd eiuſmodi leuiora, vtì mentis euagatio, verbum ocioſum, riſus immoderatus, & conſimilia, quę quotidiana ſeu venialia peccata dicuntur, & ſine quibus hæc vita non ducitur: [a] *In multis enim offendimus omnes*, vt anteà quoquè monuimus, etſi lethalia non ſunt, & in ſpeciem minuta videãtur, tamen haudquaquàm ſunt [b] contemnenda. Siquidem Deo diſplicent, ſeu vt Paulus loquitur, [c] contriſtant Spiritumſanctum, obfuſcant cõſcientiam, Charitatis feruorem imminuunt, virtutumq; profectum remorantur, & ad grauiora ſæpè vitia periculaque pertrahunt. Vndè ſcriptum eſt: [d] *Qui ſpernit modica, paulatim decidet.* [e] *Qui amat periculum, peribit in illo.* [f] *Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.*

B. Cauendæ ſunt igitur, quantùm licet, hæ labes & ſordes animæ: quoniam vt legimus, [g] *non intrabit in cæleſtem Hieruſalem aliquid coinquinatum.* Ac niſi in hac vita illę diluantur, etiam [h] poſt mortem hominem grauant, nec ſine pœnis quidẽ acerbis Purgatorij ignis expiãtur. Qui quidem ignis, etſi perpetuus non ſit, tamen, ſi Auguſtino [i] credimus, grauior eſt, quàm quicquid homo in hac vita poteſt perpeti.

a Aug. in Enchir. cap. 78. 79. & lib. 21. de ciuit. Dei, c. 27. Iſidor. lib. 2. de ſummo bono, cap. 18.
a Iac. 3. a 1. Ioan. 1. d Eccles 7. c Pro. 24. b Pſal. 31. b
b Auguſt. de decem chordis, cap. 11. & in pſal. 129. Sermo. 244. de temp. Item tract. 12. in Ioan.
c Epheſ. 4. g Chryſoſt. homil. 87. in Matth. & 8. in 1. Corinth. & in ſer. de leuiũ peccator. periculis. Bern. ſer. 1. de conuer. Pauli, & in tract. de præcepto & diſpẽſat. cap. 14.
d Eccli 19. a
e Ibidèm 3. c
f Eccles 9. d
g Apocal. 21. g Pſal. 14. a 23. a
h Vide ſuprà de Satisfactione.
i In Pſal. 37. & ſerm. 41. de Sanctis. Gregor. in 3. Pſal. Pœnitentialem.

TESTIMONIA

1. A. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimooctauo: Quæ ſint autem leuia, & quæ grauia peccata, non humano, ſed diuino ſunt penſanda iudicio. Videmus enim quædam ab ipſis quoquè Apoſtolis ignoſcendo fuiſſe conceſſa: quale illud eſt quod venerabilis

Grauiũ & leuium peccatorum diſcri-
men ſubindè difficile.
1. Cor. 7.

Paulus coniugibus ait: Nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterùm ad idipſum reuertimini, nè vos tētet ſatanas propter incontinentiam veſtram. quod putari poſſet non eſſe peccatum; miſceri ſcilicet coniugi non filiorum procreandorum cauſa, quod bonum eſt nuptiale, ſed carnalis etiam voluptatis: vt fornicationis, ſiue adulterij, ſiue cuiuſquam alterius immunditiæ mortiferum malum, quod turpe eſt etiā dicere, quò poteſt tentante ſatana libido pertrahere, incontinētium deuitet infirmitas. Poſſet ergò (vt dixi) hoc putari non eſſe peccatum, niſi addidiſſet: Hoc autē dico ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. Quis autem iam eſſe peccatum neget, cùm dari veniam facientibus Apoſtolica authoritas fateatur? Tale quiddam eſt vbi dicit; Audet quiſquam veſtrûm aduersùs alterum negocium habens, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? Et paulò pòſt, Secularia igitur iudicia ſi habueritis, inquit, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſſit inter fratrem & fratrem iudicare: ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Nam & hîc poſſet putari, iudiciū habere aduersùs alterum, non eſſe peccatum, ſed tantummodò id extra Eccleſiam velle iudicari, niſi ſecutus adiūgeret: Iam quidem omninò delictum eſt inter vos, quia iudicia habetis vobiſcum. Et nè quiſquam hoc ità excuſaret, vt diceret iuſtum ſe habere negocium, ſed iniquitatem ſe pati, quam velit à ſe iudicum ſententia remoueri: continuò talibus cogitationibus vel excuſationibus occurrit, atque ait: Quare nō magìs iniquitatem patimini? Quare non potiùs fraudamini? Vt ad illud redeatur quod Dominus ait: Si quis voluērit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco: Qui abſtulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque ſuos de ſecularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina dicit Apoſtolus eſſe delictum. Tamen cùm ſinit in Eccleſia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra eccleſiam verò terribiliter vetat: manifeſtum eſt etiam hîc, quid ſecundùm veniam concedatur infirmis. Propter hęc atque huiuſmodi peccata, & alia, licèt ijs minora, quæ fiunt verborum & cogitationum offenſionibus, Apoſtolo Iacobo confitente ac dicente; In multis enim offendimus omnes: oportet vt quotidiè crebroq; oremus Dominum, atque dicamus: Dimitte nobis debita noſtra: nec in eo quod ſequitur mentiamur, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

1. Cor. 6. — Matth. 5. — Luce 6. — Iaco. 3. — Matth. 6.

Ex Scriptura quorum peccatorum grauitatē cognoſcamus.

2. ET capite ſeptuageſimonono: Sunt autē quędam, quæ leuiſſima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri ſuo, fatue, reum gehennę putaret, niſi veritas diceret? Cui tamen vulneri ſubiecit continuò medicinam, pręceptum fraternę reconciliationis adiungens. Mox quippe ait: Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersùm te, &c. Aut quis æſtimaret quàm magnum peccatum ſit, dies obſeruare & menſes & annos & tempora; ſicut obſeruant, qui certis diebus ſiue menſibus, ſiue annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eò quòd ſecundùm vanas doctrinas hominum, fauſta vel infauſta exiſtimēt tempora: niſi huius mali magnitudinem ex timore Apoſtoli pēſaremus, qui talibus ait, Timeo vos nè fortè ſine cauſa laborauerim in vobis?

Matth. 5. — Galat. 4. — Ibidèm.

Difficultas in diſtinguēdis peccatis grauibus à leuioribus.

3. IDEM libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite vigeſimoſeptimo: Sed quis iſte ſit modus, & quæ ſint ipſa peccata, quæ ità impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficilimum eſt inuenire, periculoſiſſimum definire. Ego certè vſque ad hoc tempus cùm indè ſatagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortaſsis propterea latent, nè ſtudium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat. Quoniam ſi ſcirētur quæ vel qualia ſint delicta, pro quibus etiam permanentibus, nec profectu vitæ melioris abſumptis interceſſio ſit inquirenda & ſperanda iuſtorum, eis ſecura ſe obuolueret humana ſegnities, nec euolui talibus implicamentis vllius virtutis expeditione curaret, ſed tantummodò quæreret aliorum meritis liberari, quos amicos ſibi de mammona iniquitatis eleemoſynarum largitione feciſſet. Nunc verò dū venialis iniquitatis etiam ſi perſeueret, ignoratur modus, profectò & ſtudium in meliora proficiendi, orationi inſtando vigilantiùs adhibetur, & faciendi de mammona iniquitatis ſanctos amicos cura non ſpernitur.

Aliorum meritis liberari à quibuſdā peccatis. Luc. 16.

Sine crimine, non tamē ſine peccato viuitur.

4. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite decimooctauo: Multi vitam ſine crimine habere poſſunt, ſine peccato non poſſunt. Nam quanuìs in hoc ſeculo magna iuſtitiæ quiſque claritate reſplendeat, nunquàm tamen ad purum peccatorum ſordibus caret, Ioanne Apoſtolo teſtante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quædam ſunt facta ſimilia peccatis: ſed ſi bono animo fiant, non ſunt peccata, vtpotè poteſtas, ſi non ſe vlciſcendi cupiditate, ſed magìs corrigendi ſtudio, vlciſcatur in reum qui delinquit. Item ſunt peccata leuia, quę ab incipientibus quotidiana ſatisfactione purgantur: quæ tamen à perfectis viris velut magna crimina euitantur. Quid autem homines peccatores de magnis ſceleribus agere debent, quando etiam perfecti leuia quoquè delicta quaſi grauiſſima lugent? Non ſolùm grauia, ſed & leuia ſunt cauenda peccata. Multa enim leuia vnum grande efficiunt: ſicut ſolent ex paruiſſimis guttis immenſa flumina creſcere. Numeroſitas enim in vnum coacta, exundantem efficit copiam. Peccata quæ incipientibus leuia ſunt, perfectis viris grauia reputantur. Tāto enim maius cognoſcitur eſſe peccatum, quanto maior qui peccat, habetur. Creſcit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum: & ſæpè quod minoribus ignoſcitur, maioribus imputatur.

1. Ioan. 1.

Leuia peccata cur vitāda etiam ſint.

5. IACOBI tertio: In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.

6. PRIMAE Ioānis primo: Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

7. ECCLESIASTIS ſeptimo: Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.

8. PROVERBIORVM vigeſimoquarto: Septiès in die cadet iuſtus, & reſurget. Impij autem corruent in malum.

9. PSALMO trigeſimoprimo: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, confitebor aduersùm me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno.

Quibus operibus purgantur quotidiana peccata.

10. AVGVSTINVS de decem chordis, capite vndecimo: Si quæ delectationes ſeculi ſubrepunt in animam: exercete vos in miſericordiā, exercete vos in eleemoſynis, in ieiunijs, in orationibus. His enim purgātur quotidiana peccata, quæ non poſſunt, non ſurrepere in animam, propter fragilitatem humanam. Noli illa cōtemnere, quia minora ſunt: ſed time, quia plura ſunt. Attendite fratres mei. Minuta ſunt, non ſunt magna. Non eſt beſtia quaſi leo, vt vno morſu guttur frangat: ſed beſtiæ plerunquè minutæ multæ necant.

Leuia peccata cur non ſpernenda. Vide Thomā 1.2.q.88.&89.

Digitized by Google

necant. Si proijcitur quiſquam in locũ pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non ſunt quidem maiores: ſed infirma eſt natura humana, quę etiam minutiſſimis beſtijs interimi poteſt. Sic & modica peccata attendite, quia modica ſunt: & cauete, quia plura ſunt. Quàm minutiſſima ſunt grana arenæ? Si arenæ amplius in naui mittatur, mergit illam vt pereat. Quàm minutæ ſunt guttæ pluuiæ? Nónne flumina implent, & domos deijciunt? Ergò iſta nolite contemnere. Sed dicturi eſtis; Et quis poteſt ſine iſtis? Nè hoc diceres quæ habere nemo non poteſt, Deus miſericors videns noſtrã fragilitatem, poſuit contrà remedia. Quæ ſunt remedia? Eleemoſynarum, ieiuniorum, orationũ, ipſa ſunt tria. Vt autem verum dicas in oratione, perfectæ implendæ ſunt eleemoſynæ. Quæ ſunt perfectæ eleemoſynæ? Vt ex quo tibi abundat, des ei qui non habet: & cùm te lædit aliquis, ignoſcas illi. Et paulò pòſt: Illa dico quotidiana peccata, quæ aut per linguã facilè committuntur, vt eſt verbum durũ, aut cùm labitur aliquis in riſum immoderatũ, aut in huiuſmodi nugas quotidianas. In ipſis conceſſis peccata ſunt. Cum ipſa vxore ſi exceditur concumbendi modus procreandis liberis debitus, iam peccatum eſt. Ad hoc etenim ducitur vxor. nam id etiã tabulæ indicãt, vbi ſcribitur, liberorum procreandorum cauſa. Quando tu vti vxore ampliùs quàm neceſſitas procreandorum liberorum cogit, voluêris, iam peccatum eſt: & ipſa talia peccata quotidianæ eleemoſynæ mundant. In ipſis alimentis, quæ vtiquè conceſſa ſunt, ſi fortè excedis modum, & ampliùs accipis quàm neceſsè eſt, peccas. Quotidiana ſunt iſta quæ dico: ſed tamen peccata ſunt, & non leuia, quia plura. Quia verò quotidiana & plurima, timenda eſt ruina multitudinis, etſi non magnitudinis. Talia peccata dicimus, fratres, quotidianis eleemoſynis poſſe mundari. Sed facite eleemoſynas, & nolite ceſſare. Attendite vitam veſtram quotidianam, ipſis peccatis ſcaturientem, minutis ipſis dico.

Tria potiſſima remedia contra leuia peccata.

Quotidiana peccata quæ ſunt.

11. IDEM in pſalmum centeſimũ vigeſimumnonum: Si contemnebas minus peccatum, vel pœnæ magnitudine deterrere. Sed dicis; Minora ſunt, minuta ſunt, ſine quibus non poteſt eſſe iſta vita. Congere minuta, & faciunt ingentem aceruum. Nam & grana minuta ſunt, & tamen maſſam faciunt: & guttæ minutæ ſunt, & flumina implent, & moles trahunt.

Minuta peccata vitanda.

12. ET ſermone ducenteſimo quadrageſimoquarto de tempore: Sed dicis, Peccatũ quidem eſt, ſed tamen paruum eſt. Nec nos dicimus quia capitale peccatum eſt: ſed tamen ſi frequentiùs exerceatur, & ieiunijs vel eleemoſynis non redimatur, nimis immundam animam facit. Noli deſpicere peccata tua, quia parua ſunt: nam & pluuiarum guttæ ſunt, ſed flumina implent, & moles trahunt, & arbores cum ſuis radicibus tollunt. Tu qui dicis, quia paruum peccatum eſt: velim ſcire quoties tale peccatum admittis, ſi tot paruulas plagas in corpore, & tot maculas aut ſciſſuras in veſtibus tuis fieri velis? Cùm ergò in corpore tuo plagas, nec in veſte tua ſciſſuras vel maculas fieri acquieſcis, qua conſcientia hoc facere in anima tua non metuis.

Venialia peccata ieiunijs vel eleemoſynis redimenda ſunt, & non paruipendenda.

13. ITEM tractatu duodecimo in Ioannẽ: Minuta plura peccata ſi negligantur, occidunt. Minutæ ſunt guttę quę flumina implent, minuta ſunt grana arenæ: ſed ſi multa arena imponatur, premit, atque opprimit. Hoc facit ſentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatìm per ſentinam intrat, ſed diù intrando, & non exhauriẽdo, mergit nauem. Quid eſt autem exhaurire, niſi bonis operibus agere, vt non obruant peccata; gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoſcendo?

Minuta peccata quomodo occidant etiam animã. Vide S. Thomam in 1.2. q.88. artic.4.

Remedia aduersùs minuta peccata.

14. AD Epheſios quarto: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

15. CHRYSOSTOMVS homilia octogeſimaſeptima in Matthæum: Repellenda igitur malorum initia ſunt. Nam etiam ſi ad maiora prima non progrederentur peccata, non eſſet tamen negligendũ: nunc verò per iſtam incuriã gradatìm ſemper aſcendunt: quapropter omni ſtudio atq; opera funditùs principia peccatorum ſunt euertenda. Non enim vim delicti ſolam cõſideres, nec quia paruum ſit, cogites: ſed illud præcipuè tene, quia ſi radicem non euulſeris, magnum indè peccatum ſuccreſcet. Mirabile quiddam atq; inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquàm, non tanto ſtudio magna videri peccata eſſe euitanda, quanto parua & vilia. illa enim vt auerſemur, ipſa peccati natura efficit: hæc autem hac ipſa re, quia parua ſunt, deſides reddunt: & dum contemnuntur, non poteſt ad expulſionem eorũ animus generosè inſurgere. Vndè citò ex paruis maxima fiunt negligentia noſtra. Nemo enim repentè ad extremam improbitatem inſilijt. Habet quippe inſitum quendam anima pudorem atq; innatum, quem ſubitò calcare atque proijcere non poteſt: ſed ſenſìm atque paulatìm ex negligentia perit. Conſideremus autem, ſi nimiùm quidam ac importunè riſit, repræhenſus à quopiam eſt: reſpondet alius, nihil eſſe id mali. Quid enim eſt riſus, aut quid vnquàm ex riſu mali ſequetur? Orta tamen ex immoderato riſu pauliſpèr ſcurrilitas, à ſcurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta eſt.

Principijs peccatorũ obſtandum.

Peccata parua non paruipendenda, & quam ob cauſam.

Riſus importunus quæ peccata pariat.

16. IDEM in priorem epiſtolã ad Corinthios, homilia octaua: Etenim corpus ſi parùm ab enſe diuidatur, corrũpitur: & ędificium ſi parùm fatiſcat, diſſoluitur: & ſi vel minimũ palmes à radice abſcindatur, inutilis redditur. Itaq; id parùm non eſt, ſed ferè totũ exiſtimandũ. Cùm igitur parùm peccauerimus, vel deſidia torpuerimus, nolimus vt exiguũ deſpicere. Siquidem id neglectũ quamprimùm in immenſum euadet: ſic & veſtis quæ ſcindi cœperit, neglecta tota diſcinditur: & tectum paucarum tegularum caſu contempto, totam domum diruit. Hæc nos reputantes, nunquàm paruum contemnamus, nè procidamus in maiora.

Non negligẽda minuta peccata.

17. ET in ſermone de leuium peccatorum periculis: Neque enim leue dicendum eſt, quod hominem contemnendo occidit, aut contemptorem transgrediendo decepit, cùm ſcriptum ſit: Qui modica ſpernit, paulatìm decidit.

Eccli 19.

18. BERNARDVS ſermone primo de cõuerſione S. Pauli: Ideò Paulus conſecutus eſt miſericordiam, quia ignorãs in incredulitate hoc fecit. Diſcite ex hoc fratres, iuſtum iudicem Deum, non modò quid fiat, ſed & quo animo fiat, conſiderare: & cauete deincèps nè quis parua reputet, quamlibèt parua ſcienter delinquere conuincatur. Nemo dicat in corde ſuo, Leuia ſunt iſta, non curo corrigere: non eſt magnum, ſi in his maneam venialibus minimiſq; peccatis. Hęc eſt enim, dilectiſſimi, impœnitentia: Hæc blaſphemia in ſpiritum ſanctum, blaſphemia irremiſſibilis.

1. Tim. 1.

Contemnere peccata venialia, eſt peccatum in Spiritum ſanctũ.

19. ITEM in tractatu de præcepto & diſpenſatione, capite decimoquarto: Eſto: ſit crimen, cui pœnalis illa gehenna vel gehennalis pœna aſſignatur: quale quæſo illud definiemus eſſe crimen, quod veritate iudice reum tantùm facit iudicio? Nec tamen diffitebimur eſſe reatum, quod vel hactenùs reum ſtatuit. Quòd ſi reatum, & peccatum. Porrò omne peccatum, contra Dei mandatũ præſumitur. Quod autem cõtra mandatum præſumitur, inobediẽtia dicitur. Hinc colligitur quòd iraſci fratri, & inobedientia ſit, & crimen non ſit. En vnum inuentum eſt monacho leue ac veniale peccatum, quod q; nõ humani, ſed diuini mandati ſtatuat transgreſſorẽ. In hoc genere ſunt transgreſſionis nonnulla ſtultiloquia ſeu vaniloquia, & quæque ocioſè dicta, facta, & cogitata.

Venialia peccata transeũt per contemptum & conſuetudinẽ in criminalia.

Huiuſmodi enim nunquàm niſi contra mandatum, & Dei mandatum vſurpantur. Peccata quippe ſunt, & Deus prohibet omne peccatũ, & tamen venialia non criminalia reputantur, excepto cùm per contemptum vertuntur in vſum & conſuetudinem: & tunc non peccati ſpecies, ſed peccantis intentio penſatur. Elatio quippe contemnentis, aut impœnitentis obſtinatio, in minimis quoquè mandatis culpam facit non minimam, & conuertit in crimen grauis rebellionis, næuum ſatis leuem ſimplicis tranſgreſſionis.

20. ECCLESIASTICI decimonono, & 21. TERTIO, & 22. ECCLESIASTIS nono, vt in textu.

1. B. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

2. PSALMO decimoquarto: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

3. ET vigeſimotertio: Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus, & mũdo corde, qui nõ accepit in vano animam ſuã, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

4. AVGVSTINVS in pſalmum trigeſimumſeptimum, vt ſuprà de Sacramento pœnitentiæ, quæſtione nona, B. teſtimonio quarto.

5. ITEM ſermone quadrageſimoprimo de Sanctis, ibid. C. teſtimonio tertio.

6. GREGORIVS in tertium pſalmum Pœnitentialem, ibid. F. teſtimonio octauo.

III.

Quibus autem remedijs peccata leuiora purgantur?

a Auguſt. epiſt. 108. In enchirid. cap. 71. 72. In Ioan. tract. 12. ſer. 41. de ſanctis. lib. 21. de ciuit. ca. 27. & homil. 50. ex 50. c. 13. Concil. Tolet. 4. can. 9.

b Iob 24. Proſper. in ſententijs Auguſt. cap. 210. & Auguſt. in pſal. 58.

c Matth. 12. c

d 1. Pet. 4. d

e Iob 9. c

f Heb. 10. f

g 1. Cor. 11. g

h Prouer. 28. b

VT eiuſmodi animæ ſordes in hac vita diluantur, Eccleſia vetus remedia iſthæc [a] agnouit & in vſu habuit, humilem ſuî accuſationem, Dominicam precationem, pectoris tunſionem, & alias id genus pias in Deum ac etiam erga proximum exercitationes, corporiſque afflictiones ſpontè ac religiosè ſuſceptas. Quæ quidem remedia tanto lubentiùs ac ſtudioſiùs amplectuntur ſapientes, quo rectiùs nôrunt & diligentiùs expendunt diuinæ iuſtitiæ in vindicandis [b] peccatis ſeueritatem. Quod vel ex illa metuenda Chriſti ſententia planum fieri poteſt: [c] *Dico vobis, quoniam omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.* Itemque ex illo dicto Petri, [d] *Iuſtus vix ſaluabitur.* Vt hinc Iob vir alioquin iuſtus & innocens, dixerit: [e] *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.* Et Apoſtolus Paulus: [f] *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* [g] *Quòd ſi nos ipſos dijudicaremus,* vt idem admonet, *non vtiquè iudicaremur. Beatus* [h] igitur *homo qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.*

TESTIMONIA.

Pectoris tunſio, & oratio Dominica pro impetrãda remiſſione venialiũ. Matth. 6.

1. AVGVSTINVS epiſtola centeſima octaua ad Seleucianam: Eſt etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium penè quotidiana, in qua pectora tundimut, dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Neque enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimiſſa non dubitamus in baptiſmo, ſed illa vtiq; quæ humanę fragilitati, quãuis parua, tamen crebra ſubrepunt. Quæ ſi collecta contra nos fuerint, ità nos grauabũt & opprimẽt, ſicut vnũ aliquod grande peccatũ. Quid enim intereſt ad naufragiũ, verùm vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatìm ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta atq; contempta, impleat nauem atq; ſubmergat? Propter hæc ieiunia & eleemoſynæ & orationes inuigilant, in quibus cùm dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus; manifeſtamus habere nos quod nobis dimittatur; atquè in ijs verbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodò agere pœnitentiam non ceſſamus.

Remedia quibus purgãtur quotidiana peccata. Matth. 6.

Oratio Dominica ſatisfacit de leuibus peccatis. Matth. 6.

2. ITEM in Enchiridio ad Laurentiũ, capite ſeptuageſimoprimo: De quotidianis autẽ breuibus leuibuſq; peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere, Pater noſter qui es in cælis: qui iam patri tali regenerati ſunt ex aqua & Spiritu ſancto. Delet omninò hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa, à quibus vita fidelium ſceleratè etiam geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit; ſi quemadmodùm veraciter dicitur, Dimitte nobis debita noſtra; quoniam non deſunt quæ dimittantur, ità veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, id eſt, ſi fiat quod dicitur: quia & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti homini ignoſcere.

Oratio Dominica delet peccata.

Eleemoſynis dimittuntur peccata.

3. ET capite ſeptuageſimoſecundo: Multa ſunt genera eleemoſynarum, quæ cùm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata.

4. IDEM in tractatu duodecimo in Ioannem, vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio decimotertio.

5. SERMONE quadrageſimoprimo de Sanctis, vt ſuprà de Sacramento pœnitentiæ, quæſtione nona, C. teſtimonio tertio.

6. IDEM libro vigeſimoprimo de ciuitate Dei, capite vigeſimoſeptimo, vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio tertio.

7. ITEM libro quinquaginta homiliarum, homilia quinquageſima, capite tertio, & libro de pœnitentiæ medicina, capite ſecundo: Piget cuncta colligere, quæ quiſque in ſeipſo certiùs compręhendit, atque repręhendit, ſi diuinarum ſcripturarum ſpeculum non negligenter attendat. Quæ quanuis ſingula non lethali vulnere ferire ſentiantur, ſicuti homicidium & adulterium, vel cętera huiuſmodi; tamen omnia ſimul congregata velut ſcabies, quo plura ſunt necant, & noſtrum decus ità exterminant, vt ab illius ſponſi ſpecioſi forma præ filijs hominum caſtiſſimis amplexibus ſeparent, niſi medicamento quotidianæ pœnitentię deſecentur. Quod ſi falſum eſt, vnde quotidiè tũdimus pectora? Quod nos quoq; antiſtites ad altare aſſiſtentes cum omnibus facimus. Vndè etiam orantes dicimus, quod in tota iſta vita oportet vt dicamus: Dimitte nobis debita noſtrá, ſicut

Lethali vulnere ſingula non feriunt. Pſal. 44.

Peccata venialia contaminant etiam: Vide S. Thomam in 1. 2. q. 89. art. 2.

Quibus modis expientur

Digitized by Google

Vide etiā D. Thom. in 3. par. q. 87. Matth. 6.

ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Non enim ea dimitti precamur, quæ iam in baptiſmo dimiſſa ſunt, & niſi dimiſſa credimus, de ipſa fide dubitamus: ſed vtiquè de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam ſacrificia eleemoſynarum, ieiuniorum, & ipſarum orationum ac ſupplicationum quiſque pro ſuis viribus offerre non ceſſat.

8. CONCILIVM Toletanum quartum Canone nono: Sanctus Auguſtinus dicit: De quotidianis autem, &c. vt ſuprà teſtimonio ſecundo huius quæſtionis, ex Enchiridio eius.

9. IOB vigeſimoquarto: De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.

10. PROSPER in ſententijs Auguſtini, ſententia vel capite ducenteſimo decimo: Peccata ſiue parua, ſiue magna, impunita eſſe nō poſſunt: quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta diuina, ſi conuerſio præcurrat humana. Amat enim Deus confitentibus parcere, & eos, qui ſemetipſos iudicant, non iudicare.

Peccata ſiue minuta, ſiue magna, impunita eſſe non poſſunt. 1. Cor. 11.

11. AVGVSTINVS in pſalmum quinquageſimumoctauum, vt ſuprà de peccatis in Spiritum ſanctum, quæſtione ſeptima, A. teſtimonio ſecundo.

12. MATTHAEI duodecimo, 13. PRIORIS Petri quarto, 14. IOB nono, 15. HEBRAEORVM decimo, 16. PRIORIS ad Corinthios vndecimo, & 17. PROVERBIORVM vigeſimooctauo, vt in textu.

IIII.

An'ne ſatis eſt à peccatis abſtinere?

A. IVSTITIA quidem Chriſtiana, de qua hucuſquè diximus, duas partes proponit, & velut æquè neceſſarias nobis commendat hiſce verbis: [a] *DECLINA A MALO, ET FAC BONVM.* Sic & Paulus docet: [b] *ODIENTES MALVM, ET ADHAERENTES BONO.* Non ſufficit igitur, quod [c] Auguſtinus perſpicuè dixit, abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: & parùm eſt nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe.

Bern. ſer. 34. ex paruis ſermonib. Chryſoſt. in pſal. 4. & homil. 16. in Epiſt. ad Epheſ. Auguſt. ſerm. 59. de temp.

a Pſal. 36. e & 33. c & ibid. Auguſt.

b Rom. 12. c 1. Pet. 3. b Tob. 4. d Eſaiæ 1. c Eccli. 3. d Coloſſ. 3. d Epheſ. 4. e & Iac. 4. d Matth. 3. c 7. c

c In ſententijs Proſp. cap. 86. Auguſt. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 14.

B. Quapropter abſoluta vtcunquè Iuſtitiæ priore parte, quæ mala prohibet, conſequens eſt, vt fauente Chriſto, de altera porrò, quæ in bonis conſectandis eſt poſita, dicere pergamus.

TESTIMONIA.

1. A. BERNARDVS ſermone trigeſimoquarto ex paruis ſermonibus: Integra & perfecta moralitas in duobus præcipuè conſiſtit, in euitandis vitijs, & appetendis virtutibus, quoniam non ſufficit à malo abſtinere, ſi non & bonum faciamus. Indè Pſalmiſta: Declina à malo, & fac bonum. Fugiamus ergò vitia, amplectamur virtutes.

Perfecta moralitas in duobus eſt poſita. Pſal. 36.

2. CHRYSOSTOMVS in pſalmum quartum, 3. ET homilia decimaſexta in epiſtolam ad Epheſios, 4. AVGVSTINVS item ſermone quinquageſimonono de tempore, vt ſuprà de peccatis, quæſtione prima, A. teſtimonio ſecundo, tertio, & primo.

5. PSALMO trigeſimoſexto, & 6. TRIGESIMOTERTIO, vt ſuprà quæſtione prima de peccatis, A. teſtimonio quinto & ſexto.

7. AVGVSTINVS in pſalmum trigeſimumſextum, concione tertia ſuper illum verſum: Declina à malo, & fac bonum: Noli tibi putare ſufficere, ſi non expoliaſti veſtitum. Non expoliandò enim veſtitum, declinaſti à malo. ſed noli areſcere, & ſterilis eſſe. Sic noli ſpoliare veſtitum, vt veſtias nudum. Hoc eſt enim declinare à malo, & facere bonum. Et quid indè habebo, dicturus es? Iam tibi commendauit ille quem fœneras. Quid tibi dabit? Vitam æternam dabit tibi, da illi ſecurus. Audi & id quod ſequitur; Declina à malo, & fac bonum: Et inhabita in ſecula ſeculorum.

Pſal. 36. Non ſufficit à malo abſtinere.

8. ET in pſalmum trigeſimumtertium ſuper verſum, Diuerte (ſiue vt ipſe legit, Declina) à malo: Parùm eſt, nulli noceas, nullum occidas, non fureris, non adulteres, non fraudem facias, non falſum teſtimonium dicas, declina à malo. Cùm declinaueris, dicis, ſecurus ſum, perfeci omnia, habebo vitam, videbo dies bonos. Non ſolùm declina à malo: ſed, Et fac bonum. Parùm eſt vt non expolies, veſti nudum. Si non expoliaueris, declinaſti à malo: ſed non facies bonum, niſi cùm peregrinum ſuſceperis in domum tuam. Ergò ſic declina à malo, vt facias bonum.

Parùm eſt à malo abſtinere.

9. AD Romanos duodecimo, 10. PRIORIS Petri tertio, 11. TOBIAE quarto, 12. ESAIAE primo, 13. ECCLESIASTICI tertio, 14. AD Coloſſenſes tertio, 15. AD Epheſios quarto, vt ſuprà quæſtione prima de peccatis, teſtimonio ſeptimo & ſequentibus.

16. IACOBI quarto: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

17. MATTHAEI tertio: Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

18. ET capite ſeptimo: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

19. PROSPER ſententia octogeſimaſexta ex ſententijs decerptis ex Auguſtino: Non ſufficit &c. vt in textu.

20. AVGVSTINVS libro decimonono de ciuitate Dei, capite decimoquarto: Ordinatæ concordiæ hic ordo eſt: primùm, vt nulli noceat; deindè, vt etiam profit cui poterit.

Nulli noceas & proſis cui potes.

DE TRI-

Digitized by Google

DE TRIPLICI GENERE BONORVM OPERVM.

I.

Iuſtitia Chriſtiana circa quæ bona verſatur?

a Chryſoſto. in pſal. 4. & 14. & homil. 23. in Geneſ.
b Coloſſ. 1. b
c Rom. 12 d 2. Cor. 8. d Matth. 5. b 1. Pet. 2. c d
d 1. Pet. 2. d
e Tit. 2. d Vide Berna. ſer. 2. de reſurrec. Domini.
f Luc. 1. g
g Tit. 2. d
h Epheſ. 2. b

HAEC Iuſtitia tam latè[a] patet, vt omnia bona, quæ honeſtè, iuſtè ac piè fiunt, in ſe contineat, nobiſque expetenda & conſectanda proponat. Vndè ità fideles Apoſtolus commonefacit: [b] *Ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes;* [c] *prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Hic enim noſtræ vocationis, & Chriſtianæ iuſtitiæ per Chriſtum partæ verus eſt vſus, ac fructus proprius, Petro teſte,[d] *vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus:* hoc eſt, quemadmodùm à Paulo explicatum eſt,[e] *Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo.* In eundem ſenſum nobis proponitur Euangelicum illud: [f] *Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Nam idcircò redemit nos Chriſtus,[g] *ab omni iniquitate, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* [h] *Ipſius enim* Dei *ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis: quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.*

i. 1. Ioan. 3. b
k Iac. 2. d Auguſt. in præfa. in pſal. 31. Itē de fide & operib, cap. 14. Chryſoſt. homil. 2. in Geneſim.
l Iacob. 1. d
m Rom. 2. b

B. Ità conſtanter Paulus ſcribit, omneſque admonet de obſeruanda & colenda ſemper Iuſtitia Chriſtiana. Proindè Ioannes etiam prudenter admonet, & abſolutè definit: [i] *Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt: qui facit peccatum, ex diabolo eſt.* Et Iacobus conſtanter docet: [k] *Ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ità & fides ſine operibus mortua eſt.* Tum idem rursùs,[l] *Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis,* (ſiue in legem perfectam quę eſt libertatis) *& permanſerit, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.* Nec aliud ſanè voluit Paulus, cùm diceret: [m] *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.*

TESTIMONIA.

1. A. CHRYSOSTOMVS in pſalmum quartum, vt ſuprà de peccatis, quæſtione prima, A. teſtimonio ſecundo.

Iuſtitia conſtatur ex multis virtutibus

2. IDEM in pſalmū decimumquartū: Iuſtitia cōſtatur ex multis virtutibus, & vna virtus actiua non facit iuſtitiam, quemadmodùm nec vna tabula perficit nauigium, nec vnus lapis domum.

Iuſtus dicitur qui omnigenam virtutē exercet.

3. ITEM homilia vigeſimatertia in Geneſim ſuper ea verba, Noë homo iuſtus: Eccè & aliam maximam præconij ſpeciem, iuſtus: hac appellatione omnem virtutem complectitur. Hoc enim nomen, iuſtus, conſueuimus dicere de his, qui omnigenam exercent virtutem.

4. AD Coloſſenſes primo: Ideò & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali: vt ambuletis dignè Deo, per omnia placētes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei, in omni virtute confortati ſecundùm potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo & Patri.

5. AD Romanos duodecimo, vt in textu.

6. POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Prouidemus enim bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.

7. MATTHAEI quinto: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

8. PRIORIS Petri ſecundo: Conuerſationem veſtrā inter Gentes habentes bonā, vt in eo de quo detrectant de vobis tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Quia ſic eſt volūtas Dei, vt benè facientes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. qui peccata noſtra noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. cuius liuore ſanati eſtis.

9. AD Titum ſecundo: Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiēs nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

10. BERNARDVS ſermone ſecundo de reſurrectione Domini: Apoſtolus ait: Sobriè, & iuſtè, & Tit. 2.
piè viuamus. Hæc enim tria ſunt conuerſationi noſtræ maximè neceſſaria: quoniam primum debemus nobis, ſecundum proximo, tertiū Deo. Nam qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, ma- 1. Cor. 6.

gno

gno illud priuans honore, & pauendo addicens, pudendóque dedecori: tollens membrum Chriſti, & faciens membrum meretricis. Ego autem non ab ea tantùm quæ tam abominabilis eſt, ſed ab omni voluptate carnis continédum dico. Ante omnia igitur perfectam hanc continentiam quære, quam debes tibijpſi. Nemo enim tibi propinquior eſt. Dehinc adde miſericordiam, quam debes proximo: quia cum eo ſaluandus es. Omnes enim qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Vide ergò nè per impatientiam pereas: ſed vniuerſa pro eo ſuſtine, qui prior pro te maiora ſuſtinuit: & apud quem infructuoſa patientia non erit, ſicut ait Propheta: Patientia pauperum non peribit in finem.

2. Tim. 3. Actor. 14. Pſal. 9.

11. LVCAE primo: Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius: Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos: Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis: Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.

12. AD Titū ſecūdo, vt paulò antè teſtim. nono.

13. AD Epheſios ſecūdo: Ipſius enim, vt in textu.

1. B. PRIMAE Ioannis tertio, 2. IACOBI ſecundo, vt in textu.

3. AVGVSTINVS in pręfatione in pſalmum trigeſimumprimum: Quid enim ſcriptura dicit? Id eſt, vndè dicit ſcriptura iuſtificatum Abraham? Credidit autem Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ergò ex fide iuſtificatus eſt Abraham. Iam qui audit, non ex operibus, ſed, ex fide: obſeruet illam voraginem, de qua locutus ſum. Vides ergò quia ex fide, non ex operibus, iuſtificatus eſt Abraham? Faciam ergò quicquid volo, quia & ſi bona opera non habuero, & tantùm credidero in Deum, deputabitur mihi ad iuſtitiam. Si dixit & decreuit, lapſus demerſus eſt: ſi adhuc cogitat & fluctuat, periclitatur. Scriptura autem Dei veruſq; intellectus, non ſolùm periclitantem à periculo liberat, ſed & demerſum à profundo eleuat. Reſpondeo ergò tanquàm contra Apoſtolum, & dico de ipſo Abraham, quòd inuenimus etiam in epiſtola alterius Apoſtoli; qui volebat corrigere homines, qui malè intellexerant iſtum Apoſtolum. Iacobus enim in epiſtola ſua, contra eos qui nolebant benè operari, de ſola fide præſumentes, ipſius Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem. Et non ſunt ſibi aduerſi Apoſtoli. Dicit autem opus omnibus notum, Abraham filium ſuum immolandum Deo obtulit. Magnum opus, ſed ex fide. Laudo ſuperædificationem operis, ſed video fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodeſſet, qualecunque illud opus eſſet. Rurſùm ſi ſic teneret fidem Abraham, vt cùm ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filiū ſuum, diceret apud ſemetipſum, Non facio, & tamē credo, quia me etiam contemnentem iuſſa ſua liberat Deus: Fides ſine operibus mortua eſſet, & tanquàm radix ſine fructu ſterilis atq; arida remaneret. Quid ergò? Debemus nulla opera præponere fidei, id eſt, vt ante fidem quiſquam dicatur benè operatus. Ea enim ipſa opera quæ dicuntur ante fidem, quanuis videantur hominibus laudabilia, inania ſunt. Ità mihi videntur eſſe, vt magnæ vires & curſus celerrimus præter viam. Nemo ergò computet bona opera ſua ante fidem: vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonū enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit.

Geneſ. 15. Rom. 4. Galat. 3.

In voraginē incidunt, qui ſolam fidem ſufficere colligunt ex Paulo.

Iacobus Apoſtolus ſcripſit cōtra eos qui Paulum malè intelligebāt. Iacob. 2.

Rom. 4. Nō aduerſantur Paulus & Iacobus Apoſtoli.

Iacob. 2.

Bona opera, ante fidem, ſunt veluti curſus extra viam.

4. IDEM in libro de fide & operibus, capite decimoquarto, vt ſuprà de peccatis in Spiritum ſanctum, quæſtione tertia, B. teſtimonio primo.

5. CHRYSOSTOMVS homilia ſecunda in Geneſim: Cum rectæ fidei dogmatibus vitā quoquè veſtram diligenter curate. Fides enim ſine operibus mortua eſt, & opera ſine fide mortua ſunt. Quantũuis enim teneamus dogmata, ſi vitam negligamus, nihil nobis ea proderunt. Rurſùs ſi vitæ curam diligentem geſſerimus, in fidei autem placitis claudicauerimus, neque ſic nobis aliquid lucri fuerit.

Fides ſine operibus mortua eſt, & contrà.

6. IACOBI primo, 7. AD Romanos ſecundo, vt in textu.

II.

Quem fructum pariunt opera Iuſtitiæ Chriſtianæ?

A. PRAECLARVM ſanè atque multiplicem, cùm in hac, tum in futura vita. Huc enim ſpectat Pauli ſententia, [a] *Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Tum alibi ſcriptum legimus, [b] *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus.*

a 1. Timot. 4. c Prouer. 11. c 2. Paral. 15. b Matt. 10. d 19. d Gene. 12. a 15. a Eccli 12. a 36. c Hier. 31. c
b Sap. 3. d 10. d Malac. 3. d 1. Cor. 15. g Hebr. 6. b

B. Primùm enim hæc opera ex viua fide, id eſt, per charitatem [c] operante profecta, non modò ſigna ſunt Chriſtianæ vocationis, ſed eandem nobis quoquè confirmant, certamq́ue faciunt. Quamobrem Petrus Apoſtolus, qui ad opera bona nuſquàm non cohortatur, hoc etiam adiecit: [d] *Fratres, magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.*

c Galat. 5. a
d 2. Pet. 1. b Cypr. epiſto. 57. ad Cornelium in fine.

C. Secundò gratiam credentibus [e] augent, atque [f] ſanctificationem perficiunt, Apoſtolo teſte: vt hinc etiam Iacobus affirmet, quòd Fides, quæ operibus cooperatur, [g] ex ijſdem quoquè conſummetur.

e 2. Corin. 9. c Coloſſ. 1. b 1. Pet. 2. a
f 2. Cor. 7. a Rom. 6. d Apocal. 22 c Eccli 18. c Tridēt. ſeſſ. 6. cap. 10.
g Iacob. 2. d

D. Tertiò [h] fiduciam bonæ conſcientiæ pariunt, magiſq́ue ad orandum & quidlibet à Deo impetrandum animant. Scriptum eſt enim: [i] *Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.* Et rurſùs: [k] *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non repræhenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.* Exemplum extat in Eze-

h Ioan 3 c 1. Ioan 4. c Iacob. 1. d Galat. 6. a
i Tob. 4. b
k 1. Ioan. 3. d Iob. 15. a Auguſt. in præfat. in pſal. 31.

Digitized by Google

in Ezechia rege, qui bona conſcientia fretus, ac Dei voce in hoc ipſo comprobatus, dixit: [l] *Obſecro Domine, memento quæſo, quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim.*

E. Demùm id efficiunt, vt laborantes in vinea Chriſti, [m] denarium diurnum accipiamus, hoc eſt, promiſſam æternæ vitæ mercedem, iuſtitiæque [n] coronam, quam in Eccleſia Dei [o] mandata ſeruantes, [p] in Chriſto promeremur. Ait igitur Dominus, [r] *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Ait Dauid, [ſ] *Seruus tuus cuſtodit ea,* diuina ſcilicet præcepta: *in cuſtodiendis illis retributio multa.* Ac iterùm, [t] *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.* Ait & Paulus: [v] *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* Ait deniquè & ipſe Chriſtus: [x] *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et iterùm: [y] *Procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Tum alibì: [z] *Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.*

F. Ex quibus fit perſpicuum, quanti noſtra omnium referat, ſi vitam æternam cupimus, Diuinas obſeruare voces. [a] *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere* [b] *vnicuique ſecundùm opera ſua.* [c] *Bonum igitur facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes.*

l Eſaiæ 38.a 4. Reg.20.a Pſal.7.b 16.a d 17.b c 25.a c 34.d 131.a

m Matt.20.a Aug.tract.67. in Ioan. & Gregor.lib.4. dialog.cap 35.

n 2.Timo.4 .b Iac.1.b

o Matth.19.c

p Ioan.3.c 15.a

q Eccli 16.b Heb.13.c Sap. 3.a 2.Theſſ.1.b Apo.3.a Triden.ſeſſ. 6.cap.16.Cypr.de vnitate Eccle.Aug.epi.105. & lib de moribus eccl.cathol.cap.25.

r Matth.20.a Sapien.5.c

ſ Pſal.18.c Heb.11 b c Luc. 14.c Col.3.d Eph.6.b 2.Corin 4.d Aug.in pſal.93.

t Pſal.118 a Mat.19.b Aug. in pſal.120.

v 2.Tim 4.b Aug.hom.14. ex 50.c.2. Item in pſal.83. & 100. & tract. 3.in Ioan. 2.Conc.Arauſic.c.38.Matt. 5.b 6.a b 10.d Apoc.2.b c & 3.c d 14 c

x Matth.19.c

y Ioan.5 c Matth.25.b c d Aug. in pſal.49.

z Matth.7.c

a Apoc 22.c Eccli 18.c

b Pſal.61.b Mat.16.d Roma.2.b c 1.Cor.3.b c

c Gal.6.b Eccli 51.d Aug. in pſal.111. & quæſt.4 ad Dulcitium.

TESTIMONIA.

1. A. PRIORIS ad Timotheum quarto: Pietas &c. vt in textu.

2. PROVERBIORVM vndecimo: Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis.

3. SECVNDI Paralipomenon decimoquinto: Azarias autem filius Obed, facto in ſe ſpiritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei: Audite me Aſa & omnis Iuda & Beniamin, Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Vos ergò confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

4. MATTHAEI decimo: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

5. ET decimonono: Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

6. GENESIS duodecimo: Dixit Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi. Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eríſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.

7. ET decimoquinto: His tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.

8. ECCLESIASTICI duodecimo: Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino.

9. ET trigeſimoſexto: Da mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: & exaudi orationes ſeruorum tuorum.

10. HIEREMIAE trigeſimoprimo: Hęc dicit Dominus, Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici.

11. SAPIENTIAE tertio: Bonorum laborum &c. vt in textu.

12. ET capite decimo: Sapientia reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem.

13. MALACHIAE tertio: Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus. Et dixiſtis, Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis, vanus eſt qui ſeruit Deo: & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertemini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

14. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

15. AD Hebræos ſexto: Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtrâſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autem vnumquenque veſtrûm eandem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem: vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide

Digitized by Google

fide & patientia hæreditabunt promiſſiones. Abrahæ nanque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum, &c.

1. B. AD Galatas quinto: Nos enim ſpiritu, ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur.

2. POSTERIORIS Petri primo: Fratres &c. vt in textu.

Lib. 1. epiſt. 1. 3. CYPRIANVS epiſtola quinquageſimaſeptima ad Cornelium Pontificem Romanũ: Hortamur planè quantùm poſſumus frater chariſſime pro charitate mutua, qua nobis inuicèm cohæremus, vt (quoniam prouidentia Domini monentis inſtruimur, & diuinæ miſericordiæ conſilijs ſalubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis noſtri diem) ieiunijs, vigilijs, orationibus inſiſtere cum omni plebe non deſinamus, incumbamus gemitibus aſſiduis & deprecationibus crebris. Hæc ſunt enim nobis arma cæleſtia, quæ ſtare & perſeuerare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritualia, & tela diuina, quæ protegunt.

Aſſiduitas bonorum operũ quid præſtet Chriſtianis.

1. C. POSTERIORIS ad Corinthios nono: Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ: vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam miniſterium huius officij non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem miniſterij huius, glorificantes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ in Euangeliũm Chriſti, & ſimplicitate communicationis in illos, & in omnes, & in ipſorum obſecratione pro vobis, deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

2. AD Coloſſenſes primo: Vt ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei, in omni virtute confortati ſecundùm potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio.

3. PRIORIS Petri ſecũdo: Deponẽtes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

4. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo: Has habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

5. AD Romanos ſexto: Nunc liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.

6. APOCALYPSIS vigeſimoſecundo: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc.

7. ECCLESIASTICI decimooctauo: Nè vereris vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum.

8. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, capite decimo: Sic ergò iuſtificati, & amici Dei ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem: hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem, per obſeruationem mandatorum Dei & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterùm: Nè verearis vſque ad mortem iuſtificari. Et rurſùs: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm? Hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia, cùm orat: Da nobis Domine fidei, ſpei & charitatis augmentum.

Epheſ. 2. Pſal. 83. 2. Cor. 4. Coloſſ. 3. Rom. 6.

Acceptæ iuſtificationis incrementũ.

Apocal. vlt. Eccli 18. Iacob. 2.

9. IACOBI ſecundo: Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt? Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt?

1. D. IOANNIS tertio: Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

2. PRIMAE Ioannis quarto: In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo.

3. IACOBI primo: Similiter & Rahab meretrix, nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens?

4. AD Galatas ſexto: Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit.

5. TOBIAE quarto, & 6. PRIMAE Ioannis tertio, vt in textu.

7. IOANNIS decimoquinto: Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.

8. AVGVSTINVS in præfatione in pſalmum trigeſimumprimum: Finis, inquit, præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Pro ſpe bonam conſcientiam poſuit. Ille enim ſperat, qui bonã conſcientiã gerit. Quem verò pungit mala conſcientia, retrahit ſe à ſpe, & non ſibi ſperat niſi damnationem. Vt ergò ſperet regnum, habeat bonam conſcientiam; & vt habeat bonam conſcientiam, credat & operetur: quia quod credit, fidei eſt; quod operatur, charitatis eſt. Illo ergò loco à fide cœpit Apoſtolus, Fides, ſpes, charitas: alio loco ab ipſa charitate cœpit: Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Modò nos à medio cœpimus, ab ipſa conſcientia & ſpe. Qui vult, inquam, habere bonam ſpem, habeat bonam conſcientiam: vt autem habeat bonam conſcientiam, credat & operetur. A medio imus ad initium & finem, credat & operetur. Quod credit, fidei eſt: quod operatur, charitatis eſt.

1. Tim. 1.

Fiduciam bonæ conſcientiæ parit fides, operans per charitatem.

1. Cor. 13.

1. Tim. 1.

9. ESAIAE trigeſimooctauo: In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & introiuit ad eum Eſaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus, Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietẽ, & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, memento quæſo quomodò ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonũ eſt in oculis tuis, fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factũ eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens: Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. eccè ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam, & protegam eam. Hoc autem tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus eſt: Eccè ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole, retrorsùm decem lineis. Et reuerſus eſt ſol decem lineis per gradus quos deſcenderat.

10. QVARTI Regum vigeſimo: In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, &c. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Do-

Digitized by Google

minum, dicens: Obſecro Domine, memento quæſo, quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim, &c.

11. PSALMO ſeptimo: Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.

12. ITEM decimoſexto: Exaudi Domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meam. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

13. ET decimoſeptimo: Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo: Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatẽ manuum mearum in conſpectu oculorum eius.

14. ET vigeſimoquinto: Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in Domino ſperans, non infirmabor. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te Domine.

15. ET trigeſimoquarto pſalmo: Exurge & intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam. Iudica me ſecundùm iuſtitiam tuam Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi.

16. ET centeſimo trigeſimoprimo: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

1. E. MATTHAEI vigeſimo: Simile eſt regnũ cælorum homini patrifamiliâs, qui exijt primo manè conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt, &c. Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Cùm veniſſent ergò qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

2. AVGVSTINVS tractatu ſexageſimoſeptimo in Euangelium Ioannis: Cùm audiunt, In domo patris mei manſiones multæ ſunt: Si quo minùs, dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. A perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam poſt pericula tentationum ſe apud Deum, cum Chriſto eſſe manſuros. Quia etſi alius eſt alio fortior, alius alio ſapientior, alius alio iuſtior, alius alio ſanctior, in domo patris mei manſiones multę ſunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi manſionem pro ſuo quiſque accepturus eſt merito. Denarius quidem ille æqualis eſt omnibus, quem paterfamiliâs eis qui operati ſunt in vinea, iubet dari omnibus, non in eo diſcernens, qui minùs, & qui ampliùs laborârunt: quo vtique denario vita ſignificatur æterna, vbi ampliùs alio nemo viuit, quoniam viuendi non eſt diuerſa in æternitate menſura. Sed multæ manſiones diuerſas meritorum in vna vita æterna ſignificant dignitates. Alia eſt enim gloria ſolis, alia gloria lunę, alia gloria ſtellarum: ſtella enim ab ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Tanquàm ſtellę ſancti, diuerſas mãſiones, diuerſas claritates, tanquàm in cælo ſortiuntur in regno, ſed propter vnũ denariũ nullus ſeparatur à regno: atque ità Deus erit omnia in omnibus, vt quoniã Deus charitas eſt, per charitatẽ fiat, vt quod habent ſinguli, commune ſit omnibus. Sic enim quiſque etiam ipſe habet, cùm amat in altero quod ipſe non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniã regnabit in omnibus vnitas charitatis.

Ioan.14.

Manſionem pro ſuo quiſque merito in vita æterna recipiet.

Matth.20.

Denarius ſignificat vitã æternam, in qua tamẽ diuerſæ ſunt meritorum dignitates.

1.Cor.15.

1.Ioan.4.

Per charitatẽ omnia fiunt communia.

3. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite trigeſimoquinto: Ipſe propter electos in Euangelio dicit: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si enim diſpar retributio in illa æterna beatitudine non eſſet, vna potiùs manſio quàm multæ eſſent. Multæ ergò manſiones ſunt, in quibus & diſtincti bonorum ordines, & propter meritorum conſortia communiter lætantur: & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt. Qui multis manſionibus diſtinguuntur: quia & vna eſt beatitudo quam illic percipiunt, diſpar retributionis qualitas, quam per opera diuerſa conſequuntur.

Ioan.14.

Diſpar retributio in vna vita æterna.

Diſpar retributiõis qualitas per opera diuerſa.

4. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

5. IACOBI primo: Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

6. MATTHAEI decimonono: Et ecce vnus accedẽs, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

7. IOANNIS tertio: Qui facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

8. ET decimoquinto: Ego ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plùs afferat. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

9. ECCLESIASTICI decimoſexto: Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundùm meritum operum ſuorum, & ſecundùm intellectum peregrinationis ipſius.

10. AD Hebræos decimotertio: Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

11. SAPIENTIAE tertio: In paucis vexati, in multis benè diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tanquàm aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum.

12. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes primo: Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres, ità vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrûm in inuicèm: ità vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. ſi tamen iuſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cælo cum angelis virtutis eius.

13. APOCALYPSIS tertio: Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius.

14. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione ſexta, capite decimoſexto: Hac igitur ratione iuſtificatis homi-

Digitized by Google

1.Cor.15.

Heb.6.

Heb.10.

homminibus, ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, proponenda ſunt Apoſtoli verba: Abundate in omni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Et, Nolite amittere confidentiam veſtram, quę magnam habet remunerationem.

Vita æterna benè operantibus & gratia & merces eſt, eorū meritis reddenda.

Atq; ideò benè operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita æterna, & tanquàm gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tāquàm merces ex ipſius Dei promiſſione, bonis ipſorū operibus & meritis fideliter reddenda.

2.Tim.4.

Cur & quomodò opera iuſtorum ſunt meritoria.

Ioan.15.

Hæc eſt illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuū certamen & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam: & non ſolùm ſibi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Cùm enim ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquàm caput in membra, & tanquàm vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata & meritoria eſſe poſſent: nihil ipſis iuſtificatis ampliùs deeſſe credendum eſt,

Ioan.3.

Diuinæ legi ſatis faciunt iuſti & verè merentur vitā æternam.

Ioan.4.

quo minùs plenè illis quidem operibus quæ in Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam æternam ſuo etiā tempore, ſi tamen in gratia deceſſerint, conſequēdam, verè promeruiſſe cenſeantur, cùm Chriſtus Saluator noſter dicat: Si quis biberit ex aqua quam egò dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternam. Itaq; neq; propria noſtra iuſtitia, tanquàm ex nobis propria, ſtatuitur, neque ignoratur aut repudiatur iuſtitia Dei.

Eadem iuſtitia & Dei & noſtra quomodò dicatur.

Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.

Retributio bonis operibus promiſſa.

Matth.10.

2.Cor.4.

Neque verò illud omittendum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris literis vſqueadeò tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede cariturum: & Apoſtolus teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis:

Merita noſtra ſunt Dei dona.

Iacob.3.

abſit tamen vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat, vel glorietur, & non in Domino, cuius tanta eſt erga homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et quia in multis offendimus omnes,

Dei ſeueritas & iuſtitia etiam ante oculos habenda.

1.Cor.4.

Matth.16.

Rom.2.

vnuſquiſque ſicut miſericordiam & bonitatem, ità ſeueritatem & iudicium ante oculos habere debet: neque ſeipſum aliquis, etiamſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio examinanda & iudicanda eſt, ſed Dei qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui, vt ſcriptum eſt, Reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.

Iuſtitia promeremus Deum iudicem.

Merita noſtra mercedē accipient.

15. CYPRIANVS de vnitate eccleſiæ, ſiue in tractatu de ſimplicitate prelatorum: Iuſtitia opus eſt, vt promereri quis poſſit Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem.

Merita iuſtorum.

Rom.3.

Omne bonū meritum noſtrū à gratia proficiſcitur.

16. AVGVSTINVS in epiſtola cēteſima quinta ad Sixtum presbyterum: Quę igitur ſua merita iactaturus eſt liberatus, cui ſi digna ſuis meritis redderentur, non eſſet niſi damnatus? Nullàne igitur ſunt merita iuſtorum? Sunt planè, quia iuſti ſunt. Sed vt iuſti fierent, merita non fuerūt. Iuſti enim facti ſunt, cùm iuſtificati ſunt: ſed ſicut dicit Apoſtolus; Iuſtificati gratìs per gratiā ipſius. Et nonnullis interpoſitis: Quod eſt ergò meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cùm omne bonum meritū noſtrum, non in nobis faciat niſi gratia: & cùm Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronet quàm munera ſua? Sicut enim ab initio fidei miſericordiā conſecuti ſumus, non quia fideles eramus, ſed vt eſſemus: ſic in fine quod erit in vita æterna, coronabit nos, ſicut ſcriptum eſt, In miſeratione & miſericordia. Non itaq; fruſtrà Deo cantatur; Et miſericordia eius præueniet me: & Miſericordia eius ſubſequetur me.

Coronantur Dei dona, cùm merita coronantur.

Pſal.102.

Pſal.58.& 22.

Vita æterna præcedentibus meritis redditur, & tamen gratia vocatur.

Vndè & ipſa vita æterna quæ vtiquè in fine ſine fine habebitur, & ideò meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadē merita quibus redditur, non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiā, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud niſi quia gratis datur: nec ideò quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur.

Nō ideò gratis datur vita æterna, quia meritis non datur.

Rom.6.

Vbi autem inuenimus etiam vitam æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificum defenſorem Apoſtolū Paulum: Stipendium, inquit, peccati mors eſt, gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Vide obſecro te, in quanta breuitate quàm vigilanter verba poſuerit, quibus diligenter conſideratis quæſtionis huius aliquantulùm diluceſcat obſcuritas. Cùm enim dixiſſet; Stipendiū peccati mors: quis non congruentiſſimè & conſequenter addere iudicaret, Stipendium autem iuſtitiæ vita æterna? Et verū eſt, quia ſicut merito peccati tanquàm ſtipendiū redditur mors, ità merito iuſtitię tanquàm ſtipendium vita æterna.

Merito iuſtitiæ redditur vita æterna tanquàm ſtipendium.

Iacob.1.

1.Cor.4.

Vita æterna iuſtitiæ ſtipendium eſt atque etiam gratia.

Et paulò pòſt: Cui debetur vita ęterna, vera iuſtitia eſt. Si autem vera iuſtitia eſt, ex te non eſt, deſursùm eſt deſcendens à patre luminum, vt habeas eam: ſi tamen habes eam, profectò accepiſti. Quid enim habes quod non accepiſti? Quapropter ô homo, ſi accepturus es vitam æternam, iuſtitiæ quidē ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt & ipſa iuſtitia. Tibi enim tanquàm debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia cui debetur. Nunc ergò de plenitudine eius accepimus non ſolùm gratiam, qua nunc iuſtè in laboribus vſque in finem viuimus, ſed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie poſteà ſine fine viuamus.

Matth.22.

Luc 10.

Vita æterna eſt totū præmiū promiſſum, nec datur niſi dignis & pro meritis.

Non poſcendum præmiū ante meritū.

17. ET in libro de moribus Eccleſię catholicę, capite vigeſimoquinto: Diligamus igitur Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente; quicunque ad vitam æternam peruenire propoſuimus. Vita enim æterna eſt totum præmium, cuius promiſſione gaudemus: nec præmium poteſt præcedere merita, & priùs homini dari, quàm dignus eſt. Quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius Deo? Non ergò debemus poſcere præmium antequàm mereamur accipere.

18. MATTHAEI vigeſimo, vt ſuprà, E. teſtimonio primo.

19. SAPIENTIAE quinto: Iuſti autē in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum: Ideò accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua reget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos.

20. PSALMO decimooctauo: Seruus tuus &c. vt in textu.

21. AD Hebræos vndecimo: Sine fide autē impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Fide, Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: magìs eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans, theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti. adſpiciebat enim in remunerationem.

22. LVCAE decimoquarto: Dicebat autem & ei qui ſe inuitauerat: Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: nè fortè te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent

Digitized by Google

habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

23. AD Coloſſenſes tertio: Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis.

24. AD Epheſios ſexto: Cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino & non hominibus, ſcientes quoniam vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

25. POSTERIORIS ad Corinthios quarto: Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

26. AVGVSTINVS in pſalmum nonageſimumtertium: Attendis te hîc habere laborē, ſed attende qualem ille requiem pollicetur. Nunquid cogitare poteris? Si illam poſſes cogitare, videres te nihil laborare ad compenſationem. Audi eum, qui illud ex parte cernebat, qui dixit; Nunc ſcio ex parte. Quid ait Apoſtolus? Etenim quod eſt ad præſens temporale, & leue tribulationis noſtræ, iuxta incredibilem modum, & in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis. Quid eſt, æternum gloriæ pondus operatur nobis? Quibus operatur? Non reſpicientibus quę videntur, ſed quę non videntur. Quę enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Noli eſſe piger in labore breuiter, & gaudebis inceſſabiliter. Aeternam vitam tibi daturus eſt Deus, cogita quanto labore emenda ſit. Intendite fratres, venale eſt. Venale eſt quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habet venale? Requiem venalem habeo, eme illam. De labore intendite, vt ſimus in nomine Chriſti fortes Chriſtiani. Attendite, quodammodò Deus propoſuit venale regnum cælorum. Dicis illi, Quantum valet? Precium ipſius labor eſt: quomodò ſi diceret, precium illius aurum eſt. Non ſufficeret hoc ſolùm dicere, ſed quæreres quantum aurum. Nam ſi ſolidus aurum eſt, & ſemuncia, & libra, & tale aliquid: ideò dixit precium, nè laborares quærere quandiù huius rei precium labor eſt. Quantus labor eſt? Iam quære tu, quantùm laborandum ſit. Nondùm dicitur tibi, quantus futurus ſit labor iſte, vel quantum laboris de te exigatur, illud tibi dicit Deus, Ego oſtendo quanta ſit illa requies, tu iudica quanto labore emenda ſit. Dicat ergò Deus, quanta futura ſit ipſa requies. Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabūt te. Hæc eſt requies ſempiterna: ſine fine erit requies iſta, ſine fine erit gaudiū hoc, ſine fine erit incorruptio. Vitam æternam habebis, requiē quæ non habet finem. Quanto labore digna eſt requies quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc eſt; ſed noli timere, miſericors eſt Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunquàm peruenires ad æternam quietem. Semper laborans, quando perueunturus eras ad illud, quod dignè quidem poteſt emi ſempiterno labore? Quia ſempiterna requies eſt, æqua precium: æterno certè labore digna eſt æterna quies comparari. Sed ſi ſemper laborares, nunquàm ad requiem peruenires. Ergò vt aliquandò peruenias ad id quod emis, non in æternum laborandum eſt: non quia non valet tanti, ſed vt poſſideatur quod emitur. Digna eſt quidem emi labore perpetuo, ſed neceſſe eſt, vt labore temporali ematur. Certè tantus debuit eſſe, id eſt, ſempiternus labor pro requie ſempiterna. Deciès centena millia annorum in labore quid valent? Deciès centena millia annorum habent finem, quod tibi dabo, dicit Dominus, non habebit finem. Qualis miſericordia Dei? Nec dicit, deciès centena millia annorum labora, non dicit, vel mille annos labora, non dicit, quingentos annos labora: cùm viuis labora in paucis annis. Indè iam requies erit, & finem non habebit.

1. Cor. 13.
2. Cor. 4.

Vita & requies æterna venalis eſt, & labore tāquàm precio comparatur.

Pſal. 83.

Labore non æterno, ſed tēporali emitur ſempiterna requies.

27. PSALMO centeſimo decimooctauo: Inclinaui, vt in textu.

28. MATTHAEI decimonono: Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum.

29. AVGVSTINVS in pſalmū centeſimum vigeſimum: Quid eſt, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua? Id eſt, quando facis bonū opus, propter vitam æternam fac. Nam ſi opus bonum in terra propterea feceris, vt terrena tibi abundent, ſcit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, miſcuiſti dexteram ſiniſtræ. Noli facere niſi propter vitam æternam. Si ideò facis, ſecurus facies: hoc enim mandauit Deus. Si propter ſolas res humanas, & ſolam vitam iſtam facis quod facis, ſiniſtra ſola operatur. Si autem propter vitam æternam operaris, dextera ſola operatur. Si autem habes intentionem ad vitam æternam, ſed ſurrepit tibi cupiditas vitæ temporalis, vt attendas etiam iſta quando facis opus bonum, vt hîc tibi aliquid retribuatur: miſcet ſe ſiniſtra operibus dexteræ. Hoc vetat Deus.

Matth. 6.
Propter vitā æternam bona opera facienda.

30. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Bonum certamen &c. vt in textu.

31. AVGVSTINVS in libro quinquaginta homiliarū, homilia decimaquarta, capite ſecundo: Nunc ergò audiamus Paulum Apoſtolum dicentem, cùm paſſioni appropinquaret, de corona ſibi parata præſumentem: Bonum, inquit, certamen certaui, curſum cōſummaui, fidem ſeruaui. De cætero ſupereſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt manifeſtationem eius. Reddet, inquit, mihi Dominus coronā iuſtus iudex. Debet ergò, quod reddit. Reddet ergò iuſtus iudex. Non enim opere inſpecto poteſt negare mercedem, qui opus inſpicit. Bonum certamen certaui, opus eſt: Curſum conſummaui, opus eſt: Fidem ſeruaui, opus eſt: Supereſt mihi corona iuſtitiæ, merces eſt. Sed in mercede tu nihil agis, in opere non ſolus agis. Corona tibi eſt ab ipſo, opus autem abs te; ſed non niſi ipſo adiuuante.

2. Tim. 4.

Non poteſt negare mercedem, qui opus inſpicit.

Opera bona vndè ſint.

32. ET in pſalmum octogeſimumtertium ſuper ea verba: Miſericordiā & veritatem diligit Deus: Primò Dominus miſericordiā in Apoſtolū Paulum prærogauit, poſt miſericordiam veritatem. Audi illum iam exigentem veritatem. Primò ergò, inquit, miſericordiā conſecutus ſum, qui priùs fui blaſphemus & perſecutor & iniurioſus: ſed gratia Dei ſum id quod ſum. Poſteà dicit cùm paſſioni propinquaret: Bonum agonem certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, ſupereſt mihi corona iuſtitiæ. Ille qui tribuit miſericordiā, ſeruat veritatem. Vndè ſeruat veritatem? Quam reddet mihi Dominus in illo die iuſtus iudex. Indulgentiam donauit, coronam reddet: donator eſt indulgentiæ, debitor coronæ. Vndè debitor? accepit aliquid? cui debet aliquid Deus? Eccè videmus quia tenet eum debitorem Paulus. Conſecutus eſt miſericordiam, exigens veritatem. Reddet mihi, inquit, Dominus in illo die. Quid tibi reddet, niſi quod tibi debet? Vndè tibi debet? quid ei dediſti? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Debitorem Dominus ipſe fecit ſe, non accipiendo, ſed promittendo. Non ei dicitur, Redde quod accepiſti: ſed, redde quod promiſiſti.

1. Tim. 1.
1. Cor. 15.
2. Tim. 4.

Deus donator eſt indulgētię, ſed debitor coronę.

Deus eſt debitor noſter, nō accipiendo, ſed promittendo.
Rom. 11.

33. ITEM in pſalmum centeſimum: Audi quia ille cui donauit, tenet Dominum etiam debitorem. Inuenit eum donatorē tempore miſericordiæ,

Paulus tenet Dominū debitorem tem-

pore iudicij. 2.Tim.4.

diæ, tenet debitorem tempore iudicij. Quomodò hoc dicit, videte. Ego enim iam immolor, dixit, & tempus reſolutionis meæ proximũ eſt. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui. Hoc tẽpore miſericordiæ. Audi de iudicio; De cætero ſupereſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.

Tanquàm iudex reddet.

Non dixit, donat; ſed, reddet. Quando donabat, miſericors erat; quando reddet, iudex erit: quia miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Sed donando delicta fecit ſe debitorem coronæ, ibi miſericordiam conſecutus ſum. Miſericors ergò Dominus primò, hic autem reddet mihi coronam iuſtitiæ. Vndè reddet? Quia iuſtus iudex eſt. Quare iuſtus iudex? Quia bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Ideò iuſtus non poteſt niſi coronare iſta. Inuenit enim iſta quæ coronaret.

34. IDEM tractatu tertio in Euangelium Ioannis:

Promeremur Deum viuendo ex fide.

Cùm promerueris Deum viuendo ex fide, accipis præmium immortalitatem, & vitam æternam: & illa gratia eſt. Nam pro quo merito accipis vitam æternam? Pro gratia.

Vita æterna fideli debetur, quia promeruit illam per fidem, viuam ſcilicet.

Si enim ipſa fides gratia eſt, & vita æterna quaſi merces eſt fidei; videtur quidem Deus vitam æternam tanquàm debitam reddere. Cui debitam? Fideli, quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipſa fides gratia eſt; & vita æterna gratia eſt pro gratia. Audi Paulum Apoſtolum confitentem gratiam, & poſteà debitum expetentem. Confeſſio gratiæ quæ eſt in Paulo?

1.Tim.1.

Qui priùs fui blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam, inquit, conſecutus ſum. Indignum ſe dixit qui conſequeretur: conſecutum tamen non per merita ſua, ſed per miſericordiam Dei.

Paulus debitum flagitat à iuſto iudice. 2.Tim.4.

Audi illum iam flagitantem debitum, qui primò indebitam ſuſceperat gratiam. Ego enim, inquit, iam immolor: & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Iam debitum flagitat, iam debitum exigit. Nam vide verba ſequentia: Quam mihi reddet Dominus in illa die, iuſtus iudex. Vt antè ſuſciperet gratiam, miſericordem Patrem opùs habebat: vt præmium gratiæ, iudicem iuſtum.

35. CONCILIVM Arauſicanum ſecundum, circa tempora Leonis Papæ celebratum, capite vel canone decimooctauo:

Bonis operibus merces debetur.

Debetur merces bonis operibus, ſi fiant, ſed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.

36. MATTHAEI quinto: Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùm vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.

37. ET ſexto capite: Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: nè videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

38. ITEM capite decimo: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet &c.

39. APOCALYPSIS ſecundo: Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei. Nihil horum timeas quæ paſſurus es. Eccè miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Et qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

40. ET capite tertio: Eccè venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foràs non egredietur ampliùs: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius.

41. ET capite decimoquarto: Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illis.

42. MATTHAEI decimonono, 43. IOANNIS quinto, vt in textu.

44. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c.

45. AVGVSTINVS in pſalmum quadrageſimumnonnum: Congregate illi iuſtos eius. Quos iuſtos, niſi viuentes ex fide, facientes opera miſericordiæ? Etenim opera illa, iuſtitiæ opera ſunt. Habes Euangelium: Cauete iuſtitiam veſtram facere coram hominibus, vt videamini ab eis. Matth.6. Et quaſi quæreretur, quam iuſtitiam? cùm ergò facis eleemoſynam, inquit. Ergò eleemoſynas opera iuſtitiæ eſſe ſignificauit.

Eleemoſynæ ſunt opera iuſtitiæ. Pſal.49.& 40.

Ipſos congregate iuſtos eius: eos congregate qui compaſſi ſunt inopi, qui intellexerunt ſuper egenum & pauperem. Congregate illos, conſeruet eos Dominus, & viuificet eos. Congregate illi iuſtos eius. Qui diſponunt teſtamẽtum eius ſuper ſacrificia. Id eſt, qui cogitant de promiſſis eius, ſuper illa quæ operantur. Ipſa enim ſunt ſacrificia, Deo dicente; Miſericordiam volo plus quàm ſacrificium. Oſeæ 6. Matth.9. Qui diſponunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Et annunciabunt cæli iuſtitiam eius. Verè hanc iuſtitiam Dei, cæli nobis annunciauerunt, Euangeliſtæ prædixerunt. Per illos audiuimus futuros quoſdam ad dexteram, quibus dicit paterfamiliâs: Venite benedicti Patris mei, percipite. Matth. 25. Quid percipite? Regnum. Pro qua re? Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.

Iuſti percipient regnum pro operibus miſericordię.

Quid tam vile, quid tam terrenum, quàm frangere panem eſurienti? Tanti valet regnum cælorum. Frange eſurienti panem tuum, & egenum ſine tecto induc in domum tuam. Eſaiæ 58. Si víderis nudum, veſti. Si non habes facultatem frangendi panem, non habes domum quò inducas, non habes veſtem qua cooperias; da calicem aquæ frigidæ, Matth.10. mitte duo minuta in gazophylacium. Marc.12. Tantum emit vidua duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens retia, Matth.4. quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. Lucæ 19. Tanti valet, quantum habueris.

Regnum Dei tanti valet quantum habes.

46. MATTHAEI ſeptimo: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.

1. F. APOCALYPSIS vigeſimoſecũdo: Qui iuſtus eſt, vt in textu.

2. ECCLESIASTICI decimooctauo: Nè veréris vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum.

3. PSALMO ſexageſimoprimo: Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

4. MATTHAEI decimoſexto: Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.

Digitized by Google

5. AD Romanos ſecundo: Qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitã æternam. ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum: quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt: & quicunque in lege pèccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

6. PRIORIS ad Corinthios tertio: Qui autem plantat & qui rigat, vnum ſunt. Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem: Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis. Vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

7. AD Galatas ſexto: Nolite errare: Deus non irridetur: quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.

8. ECCLESIASTICI quinquageſimoprimo: Operamini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo.

9. AVGVSTINVS in pſalmum centeſimum vndecimum, ſuper ea verba: Potens in terra erit ſemen eius: Semen futuræ meſſis, opera eſſe miſericordiæ, Apoſtolus teſtis eſt, qui dicit; Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. & iterùm; Hoc autem, inquit, dico: qui parcè ſeminat, parcè & metet. Quid autem fratres potentius, quàm vt regnum cęlorum, non ſolùm Zachæus emat dimidio rerũ ſuarum, ſed & vidua duobus minutis, & tantundem ibi vterque poſſideant? Quid potentius, quàm vt idem regnum & theſauris diuiti, & calice aquæ frigidæ pauperi valeat?

Opera miſericordiæ ſeminis vim habent.
Galat. 6.
2. Cor. 9.
Regnũ cælorum quo precio ematur.
Lucæ 19.
Marc. 12.
Marc. 10.

10. ET de octo Dulcitij quæſtionibus, quæſtione quarta, eadem ex hoc loco deſumpta repetit.

III.

Quot ſunt genera bonorum operum, in quibus Iuſtitia Chriſtiana præcipuè cernitur & exercetur?

Petrus Chryſologus ſer. 43. Leo ſer. 1. & 4. de ieiunio 10. mẽſis. Bernardus in ſententijs, ſectione 11.
a Aug. de perfec. iuſtitiæ c. 8. reſponſ. 17.
b Tobię 12. b
c In pſal. 42.

A. EIVSMODI ſunt triplicia, ſicut ſacris è literis accipimus, videlicet Oratio, Ieiunium & Eleemoſyna. Nam reliqua ferè benefacta, quæ ex fide viua proficiſcuntur, & Iuſtitiam Chriſtianam commendant, augent atque conſummant, ad hoſce tres fontes facilè [a] referuntur. Hinc illa præclara vox Angeli Raphaëlis, [b] *Bona eſt Oratio cum Ieiunio, & Eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere.* Auguſtinus verò dilucidè [c] dixit: Hęc iuſtitia hominis in hac vita, Ieiunium, Eleemoſyna, Oratio.

d Matth. 6. a
e Aug. ſer. 60. de tempo.
f Matth. 6. a
g Matth. 5. c
h Ibidèm b
i Epheſ. 2. b
k Matth. 25. d Ioan. 5. e

B. De quibus Chriſtus [d] apud Matthæum ſingulatìm docet, additque promiſſiones de parata cæleſti mercede ijs, qui in Eccleſia citra [e] hypocriſin ſyncerè ieiunant, orant, ac eleemoſynam tribuunt. Hinc fidelis illa ſponſio totiès repetita: [f] *Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Et hęc ipſa ſunt, in quibus Chriſtus, vt benè beateque viuamus, [g] abundare vult noſtram iuſtitiam, & ità lucere [h] coram hominibus, vt videant opera noſtra bona, & glorificent Patrem. Ad hæc præſtanda in Chriſto [i] creati & deſtinati ſumus, quæ nimirùm præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Propter [k] hæc è charitate præſtita, iuſti in regnum adſciſcentur æternum: ob eadem verò neglecta, iniuſti in gehennam ignis præcipitabuntur.

l Lucæ 18. b
m Rom. 10. a Tridèt. Cõci. ſeſſ. 6. cap. 16.
n 1. Cor. 1. d 2. Cor. 10. d
o Philip. 2. b

C. Vt verò [l] Phariſaicum ac vanum eſt, cum aliorum contemptu ſeipſum iuſtificare, & [m] ſuis operibus fidere: ità Chriſtianum eſt atque legitimum, hominem cum ſuî ſubmiſſione operibus bonis operam ſedulam dare, & ſi quando gloriari velit, [n] in Domino gloriari, vt qui operatur in nobis velle & perficere, [o] Apoſtolo teſte.

TESTIMONIA.

Tria bonorũ genera, Oratio, Ieiunium & Miſericordia, quid præſtent.

1. A. PETRVS Chryſologus Rauennenſis Epiſcopus in ſermone quadrageſimotertio: Tria ſunt, tria fratres, per quæ ſtat fides, conſtat deuotio, manet virtus: Oratio, Ieiunium, Miſericordia. Quod oratio pulſat, impetrat ieiunium, miſericordia accipit. Oratio, Miſericordia, Ieiunium, ſunt hæc tria vnum, dant hæc ſibi inuicèm vitam. Eſt nanque orationis anima, ieiunium: ieiunij vita, miſericordia eſt. Hæc nemo reſcindat: neſciunt ſeparari. Horum qui vnum habet, iſta qui ſimul non habet, nihil habet. Ergò qui orat, ieiunet: qui ieiunat, miſereatur: audiat petẽtem, qui petens optat audiri: auditum Dei aperit ſibi, qui ſuum ſupplicanti non claudit auditum. Ieiunium ieiunator intelligat, eſurientem ſentiat, qui vult Deum ſentire quod eſurit: miſereatur, qui miſericordiam ſperat: pietatem qui quærit, faciat: qui præſtari ſibi vult, præſtet. Improbus petitor eſt, qui quod alijs negat, ſibi poſtulat. Homo, eſto tibi miſericordiæ forma, ſic quomodò vis, quantum vis, quàm citò vis, miſericordiam tibi fieri: tam citò alij, tantum, taliter, ipſe miſerere.

Hæc tria coniungi debẽt.

Digitized by Google

Patrocinium pro nobis ad Deum ſunt.

Ergò oratio, miſericordia, ieiunium ſint vnum patrocinium pro nobis ad Deum, pro nobis hæc aduocatio ſit vna, vna hęc pro nobis oratio ſit triformis. Hæc ſunt, fratres, hæc ſunt quæ tenent cæli arcem, quæ ſecretum Dei iudicis pulſant, quæ ante tribunal Chriſti cauſas humani generis exequuntur, quæ iniuſtorum petunt indulgentiam, reorum veniam promerentur. Hæc cui in cæleſtibus non aſſiſtunt, ipſe non ſubſiſtit in terris: hæc cùm teneant in cæleſtibus principatum, in terris rerum ſummam moderantur, hæc regunt proſpera, hæc aduerſa propellunt, vitia extinguunt iſta, virtutes iſta ſuccendunt, hęc reddunt caſta corpora, corda pura, hæc pacē membris, mentibus dant quietē, humanos iſta ſenſus, ſcholam faciūt diſciplinę: per hęc in templū Dei pectora humana conſurgunt, hæc hominem præſtant angelum, homini Deitatis deferunt hæc honorem. Hinc eſt, quòd ſit horū ſuffragio Moyſes Deus, & ad triumphos ſuos militare ſibi omnia mandat elementa: iubet mare diſcedere, durari vndas, profunda ſiccari, cælum pluere dat frumenta, ventos ſpargere cogit carnes, noctem ſplendore ſolis illuſtrat, ſolem nubis temperat velamento, petram percutit, vt de recenti vulnere frigida ſitientibus det fluenta: primus dat terris legem cęli, ſcribit vitę normam, figit terminos diſciplinæ. Per hæc Helias neſcit mortem, relinquit terras, cælos intrat, commoratur angelis, cōuiuit Deo: & terrenus hoſpes ſupernas poſſidet manſiones. Per iſta Ioannes fit angelus in carne, cæleſtis in terra, & auditu, viſu, tactu totam ſolus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos fratres, ſi volumus Moyſi gloriæ, Heliæ vitæ, Ioannis virtutibus, omnium ſanctorum meritis applicari, inſiſtamus orationi, vacemus ieiunio, miſericordiæ ſeruiamus: qui in his vixerit, qui per iſta fuerit communitus, iacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, vitiorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos, arma mortis, Chriſtianus armiger, bellator Dominicus non timebit: ſed nos qui ad incerta conſurgimus, qui inter inſidias diem ducimus, qui horarum varietates, momentorum motus, verborum lapſus, actuum pericula ſuſtinemus, quid eſt quod eccleſiam manè nolumus intrare? quid eſt quod matutina prece totius diei cuſtodiam nolumus poſtulare? quid eſt quod homini adſtare toto tempore libet, & Deo aſſiſtere nec puncto libet? Non eſt noſtrum, fratres, non eſt noſtrum: inimici eſt iſta ſurreptio: decipere parat, quos non patitur orationibus communiri. Quid de aduerſis queritur, qui ſibi proſpera non precatur? Audiamus vocem Dei monentem: Orate, nè intretis in tentationem. In tentationem vadit, qui ad orationem non vadit. Hoc ſciens Propheta, cantabat: Venite, adoremus, & procidamus ante Deum, & ploremus coram Domino qui fecit nos. Putas'ne ante Deum lachrymas fundere dignatur, qui verba non dignatur expromere? Manicemus, oremus vel humano timore, ſi non amore diuino, ſi non inuitati bonis, vel coacti malis. Mala tempora facit nobis contemptus Dei, temporum curſus non facit. Quod ergò contemptu perdidimus, ieiunijs conquiramus, animas noſtras ieiunijs immolemus: quia nihil eſt quod Deo præſtantiùs offerre poſſimus, probante Propheta, cùm dicit, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Homo, offer Deo animam tuam, & offer oblationem ieiunij: vt ſit pura hoſtia, ſacrificium ſanctum, viuens victima, quæ & tibi maneat, & data ſit Deo. Hoc qui non dederit Deo, excuſatus nō erit: quia daturus, ſe non poteſt non habere. Sed accepta vt ſint iſta, miſericordia ſubſequatur: ieiunium non germinat, ſi de miſericordia nō rigetur: ſiccatur ieiuniū miſericordiæ ſiccitate: quod imber terris, hoc ieiunio miſericordia eſt. Quanuis cor excolat, carnem mundet, eradicet vitia, virtutes ſerat, ſi miſericordiæ fluenta non dederit, fructum non colligit ieiunator. Ieiunator, ager tuus miſericordia ieiunāte ieiunat: ieiunator, quod tu in miſericordia fuderis, tibi in horreo hoc redundat. Homo ergò, nè ſeruando perdas, collige prorogando: homo, dando pauperi, da tibi: quia quod tu alteri reliqueris, non habebis.

Reorum veniam promerentur.

Vitia extinguunt, & reddunt corda pura.

Exod. 7.

Exod. 14.

Exod. 16. 13.

Num. 20.

Exod. 24.

4. Reg. 2.

Marci 1.

Sanctorum meritis applicamur per orationem, ieiunium & miſericordiam.

Diabolus impedit orationem.

Matth. 26.

Pſal. 94.

Ieiunijs perdita recuperanda.

Pſal. 50.

Miſericordia iungenda ieiunio.

2. LEO ſermone primo de ieiunio decimi mēſis: Tria verò ſunt, quę maximè ad religioſas pertinent actiones, oratio ſcilicet, ieiunium, & eleemoſyna: quibus exercendis omne quidem tempus acceptum, ſed illud eſt ſtudioſiùs obſeruandum, quod Apoſtolicis accipimus traditionibus conſecratum, ſicut etiam decimus hic menſis morem refert veteris inſtituti, vt tria illa, de quibus locutus ſum, diligentiùs exequamur. Oratione enim propitiatio Dei quæritur, ieiunio concupiſcentia carnis extinguitur, eleemoſynis peccata redimuntur: ſimulq́ per omnia Dei in nobis imago renouatur, ſi & in laudem eius ſemper parati, & ad purificationem noſtram ſine ceſſatione ſoliciti, & ad ſuſtentationem proximi indefinenter ſimus intenti. Hæc triplex obſeruantia, dilectiſſimi, omnium virtutum compræhendit effectus. Hęc ad imaginem & ſimilitudinem Dei peruenit, & à Spiritu ſancto inſeparabiles facit: Quia in orationibus permanet fides recta, in ieiunio innocens vita, in eleemoſynis mens benigna. Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autē apud beatiſſimum Apoſtolum Petrū vigilias celebremus: qui & orationes, & ieiunia, & eleemoſynas noſtras, precibus ſuis dignabitur adiuuare per Dominum noſtrum.

Ad religioſas actiones hæc tria maximè pertinent.

Ieiuniū Decembris ex Apoſtolica traditione manat.

Fructus horū trium bonorum operum.

Quotiès ieiunatur in ieiunio 4. temporum.

Sanctorum preces.

3. ET ſermone quarto de ieiunio decimi menſis: Curandis læſionibus &c. vt infrà quæſtione ſequenti, B. teſtimonio trigeſimo.

4. BERNARDVS in ſententijs ſectione vndecima: Et quidem tria ſunt, à quibus abſtinere debent, quicunque iuſtificari deſiderant. Primò vtiquè ab operibus prauis, ſecundò à carnalibus deſiderijs, tertiò à curis ſeculi. Item tria ſunt quibus debent inſiſtere, quæ etiam continet ſermo Domini in monte, eleemoſyna, ieiunium, oratio. Sic enim adimpletur iuſtificatio, dum ab interdictis vitijs abſtinent, & bona quæ præcepta ſunt, fideliter exercent. Opponantur ergò prauis operibus opera miſericordiæ, contra carnalia deſideria adhibeantur ieiunia, & pro curis ſeculi, ſuccedat amor Dei, & frequentia orationis.

Matth. 6.

Ad iuſtificationem tria hæc bonorū operum genera pertinent.

5. AVGVSTINVS de perfectione iuſtitię, capite octauo ad ratiocinationem decimamſeptimam: Poſt hanc autem vitā merces perficiens redditur, ſed eis tantùm, à quibus in hac vita eiuſdem mercedis meritum comparatur. Non enim ad ſaturitatem iuſtitiæ, cùm hinc exierit quiſque perueniet, niſi ad eam cùm hîc eſt, eſuriendo & ſitiendo cucurrerit. Beati quippe qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Quandiù ergò peregrinantes à Domino per fidem ambulamus, non per ſpeciem (vndè dictū eſt, Iuſtus ex fide viuit) hæc eſt noſtra in ipſa peregrinatione iuſtitia, vt ad illā perfectionem plenitudinemq́ iuſtitiæ, vbi in ſpecie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, nūc ipſius curſûs rectitudine & perfectione tendamus, caſtigādo corpus noſtrum & ſeruituti ſubijciendo, & eleemoſynas in dandis beneficijs, & dimittēdis quæ in nos ſunt commiſſa peccatis, hilariter & ex corde faciēdo, & orationibus indeſinenter inſiſtendo; & hoc faciendo in doctrina ſana, qua ædificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura. Hæc eſt nunc noſtra iuſtitia qua currimus, eſurientes & ſitientes ad perfectionem plenitudinemq́ iuſtitiæ, vt ea poſteà ſaturemur. Vndè Dominus in Euangelio cùm dixiſſet, Nolite facere iuſtitiā veſtram corā hominibus vt videamini ab eis; nè iſtum noſtrū curſum ſine humanę gloriæ

Merces poſt hanc vitā nō datur, niſi promeritis.

Matth. 5.

2. Cor. 5.

Abac. 2.

Iuſtitia Chriſtiani hominis in bonorum operum, quę ex fide fiunt, exercitatione cōſiſtit.

Matth. 6.

Iuſtitia de qua ſaluator ait, in tribus conſiſtit.

gloriæ metiremur; non eſt in expoſitione iuſtitiæ ipſius executus, niſi tria iſta, ieiunium, eleemoſynas, orationes: Ieiunio ſcilicet vniuerſam corporis caſtigationem ſignificās: eleemoſynis omnem beneuolentiam & beneficentiam vel dandi, vel ignoſcendi: oratione inſinuans omnes regulas ſancti deſiderij &c.

Ad hæc tria omnia alia bona opera reuocantur.

6. TOBIAE duodecimo, vt in textu.

7. AVGVSTINVS in pſalmum quadrageſimumſecundum: Hæc iuſtitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemoſyna, oratio. Vis orationem tuam volare ad Deum? Fac illi duas alas, ieiunium, & eleemoſynam.

1. B. MATTHAEI ſexto: Attendite nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquìn mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cælis eſt. Cùm ergò facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritę, qui amant in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tù autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. exterminant enim facies ſuas, vt pareāt hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, nè videaris hominibus ieiunās, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

2. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimo de tempore: Qui ideò facit eleemoſynam, vt ab hominibus ſe laudari deſideret, etiamſi occultè fecerit, publicè facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui verò eleemoſynam pro ſolo amore Dei facit, vt ad opus bonum illum reliqui imitentur, & non ipſe, ſed Dominus collaudetur, etiam ſi publicè faciat eleemoſynam, abſconsè facit; quia pro eleemoſyna illa non hoc quod videtur, ſed quod non videtur deſiderat, nec ab hominibus laudem, ſed mercedem à Deo optat accipere. Hoc etiam & de ieiunio debemus accipere. Cùm enim ipſe Dominus dicat, Vnge caput tuum, & faciem tuam laua, nè videaris ieiunans hominibus: ergò contra Chriſti præcepta facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipſo ieiunamus? Et in hoc ſenſu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, ſed pro peccatorum indulgentia, vel pro miſericordia diuina ieiunet: & vnuſquiſque interroget conſcientiam ſuam, & ſi pro ſolo Deo facit eleemoſynam, ſecurus & publicè faciat, vt quicunque viderint, imitentur. Nam & illud quod dicit Dominus; Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: ad hoc quod ſuprà diximus, pertinere cognoſcitur. In dextera enim intelligitur amor Dei, in ſiniſtra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemoſynam, totum ſiniſtra facit, dextera omninò nihil facit. Si verò pro remiſſione peccatorum & amore vitæ æternæ eleemoſynam dederis, totum dextera facit. Quid eſt ergò, Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua; niſi, quod facit amor Dei, non corrumpat aut perdat vanitas vel cupiditas mundi? Et paulò pòſt: Si quando oras Deum, & hoc ab illo petis quod videtur, publicè & aperto oſtio oras, quia hoc à Deo vis accipere quod videtur. Si verò pro indulgentia peccatorum & pro vita æterna voluèris ſupplicare, etiam ſi publicè oraueris, clauſo oſtio oras, quia non petis quod videtur, ſed quod nō videtur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem nō videntur, æterna ſunt.

Eleemoſynā quis coram hominibus faciat, & quis in abſcondito.

Matth. 6.

Ieiunium publicè indictū.

Ieiunandum pro peccatorum indulgentia, vel pro miſericordia diuina.

Neſciat ſiniſtra quid faciat dextera, quomodò intelligendum.

Eleemoſyna danda pro remiſſione peccatorum.

Orare clauſo oſtio & aperto, quando dicamur.

2. Cor. 4.

3. MATTHAEI quinto: Dico vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.

4. AD Epheſios ſecundo: Ipſius ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

5. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnū à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & viſitāſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me, &c. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erūt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus, & in carcere: & non viſitāſtis me, &c. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

6. IOANNIS quinto: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumētis ſunt, audient vocem eius: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egérunt, in reſurrectionem iudicij.

1. C. LVCAE decimooctauo: Duo homines aſcendebant in templum vt orarent: vnus Phariſęus, & alter Publicanus. Phariſęus ſtans, hęc apud ſe orabat: Deus, gratias ago tibi, quia nō ſum ſicut cęteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus, &c. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuā ab illo. quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

2. AD Romanos decimo: Teſtimonium perhibeo illis quòd æmulationem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.

3. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione ſexta, capite decimoſexto: Neque illud omittendum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris literis vſqueadeò tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidę dederit, &c. abſit tamen, vt Chriſtianus homo in ſeipſo confidat vel glorietur, & non in Domino: cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, &c. vt ſuprà quæſtione ſecunda, E. teſtimonio decimo.

Matth. 10.

Chriſtianus non in ſe, ſed in Domino gloriari debet.

4. PRIORIS ad Corinthios primo: Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt quemadmodùm ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

5. POSTERIORIS ad Corinthios decimo: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat.

6. AD Philippenſes ſecundo: Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

IIII.

IIII.

Quid eſt Ieiunium?

A. NON ſimplex huius nominis eſt acceptio. Magnum & generale ieiunium [a] Auguſtinus vocat, abſtinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus ſeculi. Deindè [b] Philoſophicum, vt quidam vocant, ieiunium, eſt parſimonia illa cibi ac potûs, moraliſque ſobrietas, qua temperatè etiam ab Ethnicis ſecundùm rectam rationem viuitur. Tertiò [c] Eccleſiaſticũ eſt Ieiunium, vtpotè cùm iuxta certum Eccleſiæ morem atque præſcriptum, certis diebus & carnium eſum nobis ſubtrahimus, & vnica duntaxàt refectione contenti ſumus.

B. Cuiuſcemodi Ieiunium piè & Chriſtianè [d] ſuſcipitur ad cultum diuinum religioſiùs exhibendum, ad carnem edomãdam ſpirituique ſubijciendam, ad fructus pœnitentiæ dignos præſtãdos, ad obedientiam exercendam, ac demùm ad quamlibet Dei gratiam conſequendam.

a Auguſt. tract. 17. in Ioan. & lib. 2. quæſt. Euang. cap. 18.
b Hieron. lib. 2 aduerſùs Iouinianum cap. 9.
c Clémens Conſtit. Apoſt. lib. 5. cap. 12. 14. 17. 18. & 19. Iſidor. lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 36. & ſequen. Rabanus de inſtitut. cleric. lib. 2. cap. 17. & ſequent. Iuo parte 4. ca. 25. & ſequent. Burchar. lib. 13.
d Cypr. de ieiunio & tentationibus Chriſti. Athanaſius de virg. Chryſoſt. hom. 1. & 2. in Geneſ. & ſer. 1. & 2. de ieiun. Baſil. orat. 1. & 2. de ieiun. Auguſt. de vtil. ieiunij. c. 2. & 3. Amb. in lib. 1. de Helia & ieiunio, & epiſt. 82. Leo in ſer. de ieiunio 7. & 10. mẽſis pentecoſtes & quadrageſimæ.

TESTIMONIA.

Ieiuniũ magnum & generale quod ſit.

1. A. AVGVSTINVS tractatu decimoſeptimo in Euangelium Ioannis: Ieiunium magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus ſeculi, quod eſt perfectum ieiunium; vt abnegantes impietatem & ſeculares cupiditates, temperàter & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo. *Tit. 2.* Huic ieiunio quam mercedem addit Apoſtolus? Sequitur & dicit; Expectantes illam beatam ſpem, & manifeſtationem gloriæ beati Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. In hoc ergò ſeculo quaſi quadrageſimam abſtinentię celebramus, cùm benè viuimus, cùm ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus abſtinemus.

2. IDEM libro ſecundo quæſtionum Euangelicarum, capite decimooctauo: Scriptura docet generale ieiunium, non à cõcupiſcentia ciborum tantùm, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum.

Abſtinentia Ethnicorum qualis fuerit.

3. HIERONYMVS libro ſecundo aduerſùs Iouinianum, capite nono: Dicæarchus in libris antiquitatum, & deſcriptione Græciæ, refert, ſub Saturno, id eſt, aureo ſeculo, cùm omnia humus funderet, nullum comediſſe carnes, ſed vniuerſos vixiſſe frugibus & pomis, quæ ſpontè terra gignebat. *Perſarum.* Perſarum regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat, polenta & cardamo & ſale ac pane cibario eos aſſerens victitare. *Lacedæmoniorum.* Lacedæmoniorũ menſæ frugalitatiſque & ſupraſcriptus Xenophon, & Theophraſtus, & omnes penè ſcriptores Græciæ, teſtes ſunt. *Sacerdotum Aegyptiorũ.* Cheræmon Stoicus, vir eloquentiſſimus narrat de vita antiquorum Aegypti ſacerdotum, quòd omnibus mundi negocijs curiſque poſtpoſitis, ſemper in templo fuerint: & rerum naturas, cauſàſque ac rationes ſiderum contemplati ſint: nunquàm mulieribus ſe miſcuerint, nunquàm cognatos & propinquos, ne liberos quidem viderint: ex eo tempore, quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire, carnibus & vino ſe ſemper abſtinuerint, propter tenuitatem ſenſûs, & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis & ex hac potione naſcuntur. Pane rarò veſcebantur, nè onerarent ſtomachum: &, ſi quando comedebant, tuſum pariter hyſopum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorem illius calore decoquerent: oleum tantùm in oleribus nouerant, verùm & ipſum parùm propter nauſeam & aſperitatem guſtûs leniendam. Quid loquar, inquit, de volatilibus, cùm ouum quoquè pro carnibus vitauerint, & lac? quorum alterum, carnes liquidas: alterum, ſanguinem eſſe dicebant, colore mutato. Cubile eis, de folijs palmarum, quas baias vocant, contextum erat: ſcabellum accliue, & ex vna parte obliquum, in terra pro puluillo capiti ſupponebant, bidui triduique inediam ſuſtinentes. Humores corporis, qui naſcuntur ex ocio, & ex manſione vnius loci, nimia victûs caſtigatione ſiccabant. Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria, & in octauodecimo antiquitatum libro, & contra Appionem duobus voluminibus, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Sadducæos, Eſſænos: *Eſſænorum.* quorum nouiſſimos miris effert laudibus, quòd & ab vxoribus, & vino, & carnibus ſemper abſtinuerint, & quotidianum ieiunium verterint in naturam. Super quorum vita & Philo, vir doctiſſimus, proprium volumen edidit. *Orientalium.* Eanthes Cizycenus, Aſclepiades Cyprius, ætate, qua Pygmaleon in Oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium non fuiſſe. Eubulus quoquè qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Perſas tria genera Magorum: *Magorum.* quorum primos, qui ſint doctiſſimi & eloquentiſſimi, excepta farina & olere, nihil ampliùs in cibo ſumere. *Eleuſinorum.* Apud Eleuſinam etiam volucribus, & piſcibus, & quibuſdam pomis abſtinere, ſolenne eſt. Bardeſanes, vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit: *Gymnoſophiſtarum.* quorum alterum appellat Bragmanas, alterum Samanæos, qui tantæ continẽtiæ ſint, vt vel pomis arborum iuxta Gangen fluuium, vel publico orizæ, vel farinæ alantur cibo: &, cùm rex ad eos venerit, adorare illos ſolitus ſit, pacemq́ſuæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari ſitam. *Prophetarum Iouis.* Euripides, in Creta Iouis prophetas non ſolùm carnibus, ſed & coctis cibis abſtinuiſſe refert. *Eſus carniũ prohibitus apud Ethnicos.* Xenocrates philoſophus de Triptolemi legibus apud Atheniẽſes tria tantùm pręcepta in templo Eleuſinæ reſidere ſcribit, honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non veſcendum. Orpheus in carmine ſuo eſum carnium deteſtatur. Pythagoræ, Socratis, Antiſthenis & reliquorum frugalitatem referrem in confuſionem noſtram, niſi & longum eſſet, & proprij operis indigeret.

Quadrageſimæ ieiunium Apoſtolorũ tempore.

4. CLEMENS Pontifex & martyr Conſtitutionum Apoſtolicarum libro quinto, capite duodecimo: Poſt dies Epiphaniæ ſeruandum vobis eſt ieiunium Quadrageſimæ, quod vitæ Chriſti, & legis latæ recordationem continet. Celebretur verò ieiunium hoc ante ieiunium Paſchæ, incipiens quidem à ſecunda feria, deſinens

verò

Digitized by Google

verò in ſextam. Deindè dimiſſo ieiunio, incipite ſanctam hebdomadam Paſchæ, ieiunatéque omnes cum timore & tremore, facientes per eos dies precationem pro pereuntibus.

Ieiunium ante Paſcha magnæ hebdomadæ.
Lucæ 19.

5. ET capite decimoquarto: Itaque præcepit nobis ieiunare his ſex diebus, propter impietatem & ſcelus Iudæorum, hortatus ad deflendū & lamentādum interitum eorum, ſiquidē & ipſe illachrymatus eſt illis, quòd ignoráſſent tempus viſitationis. Quarta verò feria, & ſexta iuſſit nobis ieiunare, illa quidem propter proditionem, hac verò propter paſſionem; ieiunium verò ſoluere præcepit ſeptima die poſt gallicantum, ipſo autem ſabbato ieiunare.

Quomodò ieiunandum in hebdomada ſancta ſiue magna.

6. CAPITE item decimoſeptimo: Ieiunate diebus Paſchæ, incipientes à ſecunda feria vſque ad ſextam, & ſabbatum ſex diebus pane tantùm, ſale, oleribus, & aqua menſæ adhibitis. Abſtinete his diebus vino, & carne, dies quippe luctus, & non feſti ſunt; ſexta tamen feria, & ſabbato ex toto manete ieiuni, qui itá firmis viribus eſtis, vt ferre poſſitis, nihil prorſùs guſtantes vſque ad nocturnum gallicantum. Si quis verò propter imbecillitatem vtrunque diem coniungere non potuerit, ſaltem ſabbatum ſeruet; ait enim Dominus de ſe; Quando ablatus fuerit eis ſponſus, tum ieiunabunt in diebus illis. His itaque diebus ablatus fuit nobis Dominus à Iudæis, quos ſic falsò vocant, & in crucem actus, & cum maleficis deputatus.

Matth 9.
Lucæ 22.

7. ITEM capite decimooctauo: Quamobrem monemus vos, vt his diebus ieiuni maneatis vſque ad veſperá, ſicut & nos ieiuni manſimus, cùm ablatus fuit nobis; reliquis verò diebus ante ſextam feriam, edite hora nona, aut veſpere, aut pro ratione virium, vt quis poteſt.

Apoſtoli ieiunàrunt.

8. DEMVM capite decimonono: Poſt celebratam Pentecoſten celebrate hebdomadam vnam, & poſt illam ieiunate item vnam; æquum enim eſt tum lætitiam de dono Dei capere, tum poſt relaxationem corporis rurſùs ieiunare; ſiquidem & Moyſes, & Elias quadraginta diebus ieiunàrūt, & Daniel tribus hebdomadis dierum panem deſideriorum non comedit, & caro ac vinum non ingreſſa ſunt in os eius. & beata Anna cùm à Deo peteret Samuelem; Vinum, inquit, & temetum non bibi, & effundam animam meam coram Domino. Item Niniuitæ facto ieiunio triū dierum, & totidem noctium impendens diuinæ iræ periculum effugerunt. Item Eſther & Mardochæus, & Iudith ieiunio facto malum, quod impij Holofernes, & Aman Iudæis moliebátur, declinàrunt. & Dauid ait: Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. Igitur & vos quæ à Deo petitis, ieiunando petite. Poſt totam verò iſtam ieiunij hebdomadam præcipimus vobis quartis, & ſextis ferijs ieiunare; & quæ ex ieiunio vobis redundant egentibus largiri.

Ieiunantium exempla.
Exo. 24. & 34.
3. Reg. 19.
Daniel. 10.
1. Reg. 1.
Ionæ 3.
Eſther 4.
Iudith 9.
Pſal. 108.
Omni 4. & 6. feria olim ieiunabatur.

9. ISIDORVS Hiſpalenſis libro primo de Eccleſiaſticis Officijs, capite trigeſimoſexto: Ieiuniorum tempora ſecundùm ſcripturas ſacras, quatuor ſunt, in quibus per abſtinentiam & lamentum pœnitentiæ, Domino ſupplicandum eſt: & licèt omnibus diebus orare & abſtinere conueniat, his tamen temporibus ampliùs ieiunijs & pœnitentiæ ſeruire oportet. Primum ieiunium quadrageſimarum eſt, quod à veteribus libris cœpit ex ieiunio Moyſis & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, monſtrans Euangelium non diſſentire à lege & Prophetis. In perſona quippe Moyſis, lex: in perſona Heliæ, Prophetæ accipiuntur, inter quos in monte Chriſtus glorioſus apparuit, vt euidentiùs emineret quod de illo dicit Apoſtolus: Teſtimonium habens ex lege & Prophetis. In qua ergò parte anni congruentiùs obſeruatio quadrageſimę conſtitueretur, niſi confinis atque contigua Dominicæ paſſionis, quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui etiam opùs eſt continentia, vt ab ipſius mundi illecebris ieiunemus, in ſolo manna viuentes, id eſt, cæleſtibus ſpiritualibúſque præceptis? In numero autem quadraſ genario vita iſta propterea figuratur, quia denarius eſt perfectio beatitudinis noſtræ: creatura autem ſeptenario figuratur, quæ adhæret creatori, in quo declaratur vnitas Trinitatis per vniuerſum mundum temporaliter annunciata. Et quia mundus à quatuor ventis * delineatur, & à quatuor elementis erigitur, & à quatuor anni temporum vicibus variatur, denarius quater ductus, in quadraginta conſummatur: quo numero oſtenditur, ab omni temporum delectatione abſtinendum ac ieiunandum eſſe, & caſtè continentérque viuendum. Licèt & aliud Sacramenti myſterium exprimitur, quòd quadraginta diebus eadem ieiunia celebrantur. Lege enim Moſaica vniuerſo populo generaliter eſt præceptum, decimas & primitias Domino Deo offerre. Itaque dum in hac ſententia principia voluntatum conſummationéſque operum noſtrorum referre ad Dei gratiam admonemur, in ſupputatione tamen quadrageſimæ, ſumma iſta legalium decimarum expletur. Totum enim anni tempus triginta ſex numero dierum decimatur. ſubtractis enim à quadrageſima diebus Dominicis, quibus ieiunia reſoluuntur, his diebus quaſi pro totius anni decimis ad Eccleſiam concurrimus, actuúmque noſtrorum operationem Deo in hoſtiam iubilationis offerimus. Cuius quidem quadrageſimæ legibus, ſicut ait * noſter Caſſianus, quique perfecti ſunt, non tenentur, nec exigui huius canonis ſubiectione contenti ſunt. Quem profectò illis, qui per totum anni ſpatium delicijs ac negocijs ſecularibus implicantur, Eccleſiarum principes ſtatuerunt, vt vel hac legali quodammodò neceſſitate cōſtricti, his ſaltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vitæ ſuæ, quos totos quaſi quoſdam fructus fuerant voraturi, vel decimas Domino dedicarent.

Ieiuniorum tempora.
Ieiunium quadrageſimæ
Exod. 24.
3. Reg. 19.
Matth. 4.
Rom. 3.
Congruo anni tempore obſeruatur.
Ex B. Auguſt. epiſt. 119. ad Ianuarium, cap. 15.
Myſterium quadragenarij ieiunij.
* delimatur
Aliud myſterium.
Leuit. 27.
Num. 5.
Vide B. Greg. homil. 16. in euangelia.
In Quadrageſima dantur totius anni decimæ.
* Collat. 21. cap. 29.
Pro quibus potiſſimùm ſit inſtitutum ieiuniū Quadrageſimæ.

10. CAPITE trigeſimoſeptimo: Secundum ieiunium eſt, quod iuxta canones poſt Pentecoſten alio die inchoatur, ſecundùm quod & Moyſes ait, Initio menſis hordearij facietis vobis hebdomadas ſeptem &c.

Deut. 16.

11. CAPITE trigeſimooctauo agit de ieiunio ſeptimi menſis.

12. CAPITE trigeſimonono & quadrageſimo, de ieiunio calendarum Nouembrium & Ianuariarum.

13. CAPITE quadrageſimoprimo: Triduanis autem diebus ieiunare, dè exemplo ſumptum eſt Niniuitarum, qui damnatis priſtinis vitijs, totos ſe tribus diebus ieiunio ac pœnitentiæ contulerunt, & operti ſaccis, Deum ad miſericordiā prouocauerunt.

Ionæ 3.

14. CAPITE quadrageſimoſecundo: Præter hæc autem legitima tempora ieiuniorum, omni ſexta feria propter paſſionem Domini à quibuſdam ieiunatur, ſed & ſabbati dies à plериſque, propter quod in eo Chriſtus iacuit in ſepulcro, ieiunio conſecratus habetur, ſcilicet nè Iudęis exultando præbeatur, quod Chriſtus ſuſtulit moriendo. Die autem Dominico ſemper eſſe reficiendum, vt reſurrectionem Chriſti & gaudium noſtrum gentibus prędicemus, præſertim cùm Apoſtolica ſedes hanc regulam ſeruet. Poſt Paſcha autem vſque ad Pentecoſten licèt traditio Eccleſiarum abſtinentię rigorem prandijs relaxauerit, tamen ſi qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non ſunt prohibendi, quia Antonius & Paulus & cęteri patres antiqui, etiam his diebus in eremo leguntur abſtinuiſſe, neque ſoluiſſe abſtinentiam, niſi tantùm die Dominico.

Ieiunium feriæ 6.
Sabbati ieiunium.
Ieiunia extraordinaria non prohibentur.

Quis

Digitized by Google

Ieiunij laus eximia ab effectu.

Quis enim parſimoniam non laudet, ieiunium non prædicet? Ieiunium res ſancta eſt, opus cæleſte, ianua regni, forma futuri, quod qui ſanctè agit, Deo iungitur, alienatur mundo, ſpiritualis efficitur. Per hoc enim proſternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur.

Ex D. Auguſt. epiſt. 118. ad Ianuarium, cap. 1. & 2.

15. CAPITE quadrageſimotertio: Hæc & alia multa ſunt, quæ in Eccleſijs Chriſti geruntur, ex quibus tamen quædam ſunt, quæ in ſcripturis canonicis commendantur, quædã quę non quidem ſcripta, ſed tamen tradita cuſtodiuntur. Sed illa quidem quæ toto terrarum orbe ſeruantur, vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab authoritate principali Conciliorum inſtituta intelliguntur: ſicut Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cælum, & aduentus Spiritus ſancti, quæ reuoluto die anni ob memoriam celebrantur: ſed & ſi quid aliud eſt, quod ſeruatur ab vniuerſis, quacunque ſe diffundit Eccleſia. Alia verò quæ variè per diuerſa loca obſeruantur, ſicuti eſt, quòd aliqui ieiunant ſabbato, alij non: alij quotidiè communicant, alij certis diebus: alijs nullus dies prætermittitur, quo non offeratur ſacrificium: alijs ſabbato tantùm offertur & Dominico, alijs tantùm Dominico: & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum, vt quibuſcunque placuit ſacerdotibus Eccleſiæ, vel regionis cui præerant, inſtituerunt: nec diſciplina in his melior eſt graui prudentique Chriſtiano, niſi vt eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quã fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra mores bonos habetur, indifferenter ſequendum, & propter eorum inter quos viuitur, ſocietatem ſeruandum eſt, nè per diuerſitatem obſeruationum ſchiſmata generentur.

Traditiones apoſtolicæ, & vniuerſales.

De vario eccleſiarum vſu tum in ieiunijs, tum in alijs.

Conformare nos Eccleſiæ debemus, ad quam venimus.

16. RABANVS Maurus de inſtitutione Clericorum libro ſecundo, capite decimoſeptimo: Ieiunium res eſt ſancta, &c. ex Iſidoro libro primo, capite quadrageſimoſecundo, vt ſuprà teſtimonio decimoquarto.

Ieiunij & ſtationis diſcrimen iuxta nonnullos.

17. CAPITE decimooctauo aſſignat differentiam inter ieiunium & ſtationem. Diſcernũt quidam, inquit, inter ieiunium & ſtationem. Nam ieiunium indifferenter cuiuslibet diei eſt abſtinentia, non per legem, ſed ſecundùm propriam voluntatem: Statio, obſeruatio ſtatutorum dierum vel temporum: dierum, vt quartæ feriæ & ſextæ feriæ ieiunium, ex vetere lege præceptum, de qua ſtatione in Euangelio dixit ille: Ieiuno bis in ſabbato, id eſt, in quarta & ſexta ſabbati: Temporum autem, quæ legalibus aut propheticis inſtitutionibus, terminatis temporibus ſtatuta ſunt, vt ieiunium quarti, ieiunium quinti, ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi: vel ſicut in Euangelio dies illi, in quibus ablatus eſt ſponſus: vel ſicut obſeruatio quadrageſimæ, quæ in vniuerſo orbe inſtitutione Apoſtolica obſeruatur circa confinium Dominicæ paſſionis.

Luc. 18. — Zachar. 8. — Matth. 9.

Quadrageſima obſeruatur in toto orbe ex inſtitutione Apoſtolica.

18. CAPITE decimonono agit de ieiunio quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis, ex Hieronymi Commentarijs in Zachariam prophetam: Sed quia, inquit, hæc ieiunia magis in veteri teſtamento, quàm in nouo celebrata ſunt, nè penitùs illa prætermiſiſſe videremur, (quia in propheta Zacharia commemorata ſunt) breuiter adnotauimus, ad noui teſtamenti ieiunia exponenda tranſeuntes.

In caput 8. — Zachar. 8.

19. CAPITE vigeſimo: Primum enim ieiunium quadrageſimæ eſt, quod à veteribus libris cœpit, &c. ad verbum, vt ſuprà teſtimonio nono, Iſidorus libro primo, capite trigeſimoſexto.

20. CAPITE vigeſimoprimo & vigeſimoſecundo agitur de ieiunio Pentecoſtes, & noni ac decimi menſis.

Ieiunium 6. feriæ & ſabbati.

21. CAPITE vigeſimotertio: Præter hæc autem & alia legitima tempora ieiuniorum ſunt: ſicut eſt omnis ſexta feria, in qua propter paſſionem Domini à fidelibus ieiunatur: & ſabbati dies, qui à pleriſque, propter quod in eo Chriſtus iacuit in ſepulcro, ieiunio conſecratus habetur, ſicut in decretis Innocentij Papæ conſtitutum inuenimus: ſcilicet nè Iudęis exultãdo præbeatur, quod Chriſtus ſuſtulit moriendo. Nam vtiquè conſtat, Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudęorum ſe occuluiſſe, quod vtiquè non dubium eſt, & ieiunâſſe eos biduo memorato, quæ forma vtiquè per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id quòd commemoratio illius diei ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant, ſemel atque vno tantùm ſabbato ieiunandum, ergò & Dominicum, & ſexta feria, ſemel in Paſcha erit vtiquè celebrandum.

Innocent. I. epi. 1. ad Decentiũ, cap. 4. — Ioan. 20.

De ieiunio 4. ſabbatorũ in quatuor temporibus.

22. CAPITE vigeſimoquarto: Sunt quoquè & quatuor ſabbata, in quatuor mẽſibus, ſingula per ſingulos, in quibus ſpecialia ieiunia ſunt conſtituta, & officia his diebus maiora orationum & lectionum in Eccleſia celebrantur, id eſt, in Martio menſe, primo ſabbato, & in ſecũdo ſabbato quarti menſis, id eſt, Iunij. In ſeptimi quoquè menſis, id eſt, Septembris, tertio ſabbato, & in quarto ſabbato decimi menſis, id eſt, Decembris. Quorum primum iuxta obſeruationẽ quadrageſimæ verno tempore celebratur, quando menſis nouorum apud Iudæos habebatur. Secundum autem in Iunio poſt Pentecoſten æſtatis tempore, quando apud Iudæos dies primitiarum ex legis præcepto cuſtodiebantur, id eſt, de frugibus primi panes Deo offerebãtur, & ocium legitimum ipſius diei colebatur. Tertium eſt in ſeptimo menſe, Autumni videlicet tempore, qui totus in lege varijs ſolennitatibus Deo dicatus erat, in quo dies expiationum erat, dicente Domino ad Moyſen: Decima die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus, affligetiſque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus nõ facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis ſuis, & reliqua. In quo & dies ſcenopegiæ fuerant, id eſt, tabernaculorum. Nam quintadecima die menſis huius veteres ſolennitates Tabernaculorum celebrabant, ſeptem diebus eandem ſolennitatem exigentes. Quo quidem ieiunio vſos fuiſſe antiquos, Eſdræ liber meminit. Poſtquàm enim redierunt, inquit, filij Iſrael in Hieruſalem, & fecerunt ſibi tabernaculorum lætitiam magnam, dehinc conuenerunt in ieiunio, in ſaccis, & humus ſuper eos, & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua & iniquitates patrum ſuorum, & conſurrexerunt ad ſtandum, & legerunt in volumine legis Domini Dei ſui quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabãt Dominum Deum ſuum. Quartum verò eſt ieiunium ſabbati in decimo menſe ante diem Natalis Domini, quãdo venturi Saluatoris ſalubris in ſacris lectionibus prædicatur aduentus, vt fideles quique hac religione inſtructi, & medicamine ſanctarum orationum ſimul cum ſacro ieiunio confirmati, natiuitatem redemptoris læti expectent. Ante hęc videlicet quatuor ſabbata in eadem hebdomada, ſemper quarta & ſexta feria legitima ieiunia fieri, & canon orationum & lectionum in ijſdem ferijs ad ſacrarum Miſſarum ſolennia conſtitutus indicat, & exempla præcedentium Patrũ confirmant. Sacras autem ordinationes his diebus oportere fieri, decreta Gelaſij Papæ * teſtantur, in quibus ità ſcriptum cõtinetur: Ordinationes autem presbyterorum diaconorúmque, niſi certis temporibus & diebus exercere non debeant, id eſt, in quarti menſis ieiunio, ſeptimi, & decimi, ſed & etiã quadrageſimalis initij: ac mediana quadrageſimę die, ſabbati ieiunio circa veſperã nouerint celebrandas. Officia autem horum quatuor ſabbatorum, vulgò

Primum. — Leuit. 23. — Secundum. — Tertium. — Leuit. 23. — 2. Eſd. 9. — Quartum.

Quarta & ſexta feria præcedẽti etiam ieiunatur.

Ordinatiões miniſtrorum Eccleſiæ in ſabbatis 4. temporum.

* In epiſt. ad epiſcopos per Lucaniã & Brutios & Siciliam conſtitutos, ca. 13

Officia 4 ſabbatorum cæteris lõgiora.

Digitized by Google

vulgò duodecim lectiones vocãtur, eô quòd cum lectionibus quæ leguntur, & cum pſalmis qui canuntur, duodenarius numerus adimpletur, qui benè lectiones poſſunt vocari, eô quòd inter canonicas ſcripturas connumerantur.

De priuatis ieiunijs.

Ieiunia ſtata Eccleſiæ ante omnia ſeruãda ſunt.

Itẽ ab Epiſcopo indicta.

23. CAPITE vigeſimoquinto: Præterea vnicuique licet, vt libet, ieiuniorum modum habere, ſeu inediam extendere, ſeruata præ omnibus conſtitutione legitimorum ieiuniorum, quæ ſuprà memorauimus, quę generaliter ſancta & Apoſtolica ſeruat Eccleſia. Necnon & illa omnimodò cuſtodire oportet vnumquenque, quæ communiter omnibus facere, ſiue pro tribulatione, ſiue pro gratiarum actione proprius Eccleſiæ mandat Epiſcopus: quia qui conſtituta atque demandata ieiunia ſeruare neglexerit, peccat: qui autem expletis legitimis, priuata ſuperexpenderit, propriam mercedem habebit. Nam leguntur aliqui Sanctorum per biduanas ſiue per triduanas, ſiue etiam per totam hebdomadam ieiunium extendere: plerique quòd nec vinum nec ſiceram biberint, nec aliquid manducauerint, præter panem ſiccum & olera: alij, quòd ab omni carne ſe abſtinuerint: alij, quòd intantùm ſe abſtinuerint, quòd nec pane in cibo vſi ſunt, ſed paucis carycis corpus ſuum ſuſtentauerint. Et alia plurima ſunt genera abſtinentiæ: Sed ante omnia cauere debet, qui ſe abſtinere vult ab aliquo cibo vel potu, nè mens eius occulta cogitatione polluatur, ità vt aliquam creaturam Dei damnet, Iudaica ſuperſtitione ſeductus, dicens, hoc licere, illud autem non: hoc mundum, illud autem immundum eſſe, cogitet: Quem huiuſmodi cogitatio pulſat, videat Apoſtolum dixiſſe, Omnis creatura Dei munda eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. &, Malum eſt homini qui per offendiculum manducat.

Peccãt qui Eccleſiaſtica ieiunia violãt.

Pro priuatis ieiunijs merces accipitur.

Admiranda quorundam ieiunia.

Ciborũ delectus & abſtinentia mira.

Nõ abſtinendũ à cibo ex ſuperſtitione Iudaica, vel hæreticè.

1. Tim. 4.

Rom. 14.

Ieiuniũ quadrageſimale accuratiùs à Clero obſeruandum.

Abſtinentia à carnibus.

24. IVO Carnotenſis Epiſcopus, parte quarta decretorum, capite vigeſimoquinto ex Teleſphoro ſeptimo à Petro, in primo decreto ſuo ad omnes Epiſcopos, hæc verba citat: Cognoſcite à nobis & cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede congregatis ſtatutum eſſe, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctũ Paſcha, omnes Clerici in ſorte Domini vocati, à carne ieiunent: quia ſicut diſcreta debet eſſe vita Clericorum à laicorum cõuerſatione, ità & in ieiunio fieri debet diſcretio. Has ergò ſeptem hebdomadas omnes Clerici à carne & delicijs ieiunent, & hymnis & vigilijs atque orationibus Domino inhærere die noctuq́ ſtudeant.

Apud Grat. diſt. 76. cap. Ieiunium.

Ieiunium 4. temporum.

25. CAPITE vigeſimoſexto ex Calixto Papa & Martyre, qui fuit decimusquintus à Petro, ad Benedictum fratrem ſuum & coëpiſcopum: Ieiunium quod ter in anno apud nos celebrari didiciſti, conuenientiùs nũc per quatuor tempora fieri decernimus: vt ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium, per quatuor anni tempora.

de cõſec. diſt. 3. c. Sabbato.

Ieiuniũ ſabbati, vndè noſtra ſabbatina abſtinentia profecta videtur.

Ieiuniũ ſextæ feriæ.

26. CAPITE vigeſimooctauo ex Innocentio primo ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, capite quarto: Sabbato verò ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem Dominicum, ob venerabilem reſurrectionẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, non ſolùm in Paſcha celebramus, verumetiam per circulos hebdomadarum, ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſicut ſexta feria propter paſſionẽ Domini ieiunamus, Sabbatum prætermittere non debemus, quia inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtiquè conſtat, Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtiquè non dubium eſt intantùm eos ieiunâſſe biduo memorato, vt traditio Eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitùs non celebrari. Quæ vtiquè forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id commemoratio illius diei ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant ſemel atque vno ſabbato ieiunandum, ergò & Dominica & ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtiquè celebrandum.

Ioan. 20.

Biduo ante paſcha nõ celebrantur ſacra myſteria. Nam officiũ ſabbati paſchalis ad noctem ſequentem pertinet potiùs.

Cap. Deniquè ſacerdotes. diſt. 4.

Eccleſiaſticorum ieiuniũ quadrageſimale citiùs inchoatur.

27. CAPITE vigeſimonono ex Gregorio ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum: Deniquè ſacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes quos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat, à quinquageſima propoſitum ieiunandi ſuſcipiant, quo & aliquid ad penſum ſanctæ inſtitutionis adijciãt, & eorum qui in laicali ordine conſiſtunt, obſeruãtiam, ſicut loco, ità & religione præcellant. Et poſt pauca: Par autem eſt, vt qui his diebus à carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoquè quæ ſementiuam carnis trahunt originem, ieiunemus, à lacte videlicet, caſeo, & ouis.

In Quadrageſima ab ouis & lacticinijs abſtinẽdum.

28. CAPITE trigeſimoprimo ex Elibertino concilio, capite vigeſimotertio: Ieiunia ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum mẽſium Iulio & Auguſto, & hoc ob eorundem infirmitatem.

Ieiunium 4. & 6. feriæ.

Quantũ crimen violantium ieiunia eccleſiaſtica.

29. CAPITE trigeſimoſecundo ex dictis ſancti Apollonij: Ieiunia verò legitima, id eſt, quarta & ſexta feria, non ſunt ſoluenda, niſì grandis aliqua neceſſitas fuerit, quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & ſexta feria crucifixus eſt Saluator. Videbitur ergò qui in his diebus ſine aliqua neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere.

30. CAPITE trigeſimotertio ex concilio Salegunſtadienſi, vt ſuprà de Præceptis Eccleſiæ, quæſtione decimaquarta, teſtimonio ſexto de ieiunio.

Cap. Quadrageſima. de conſec. diſt. 5.

Quadrageſimalis ieiunij obſeruatio.

Infirmitas excuſat.

Cur ante Dominicã primã Quadrageſimæ inchoamus Quadrageſimale ieiunium.

31. CAPITE trigeſimoquarto ex epiſtola Gregorij Papæ, vel libro quadraginta homiliarum, homilia decimaſexta: Quadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, vt ieiunium in ea præter dies Dominicos qui de abſtinentia ſubtracti ſunt, niſì quem infirmitas impediërit, nullatenùs tollatur, quia ipſi dies, decimæ ſunt anni. A prima igitur Dominica quadrageſimæ vſque in Paſcha Domini, ſex hebdomadæ computantur: quarum videlicet dies quadragintaduo fiunt. Ex quibus dum ſex Dominici dies ſubtrahuntur abſtinentiæ, non plùs in abſtinentia quàm triginta & ſex dies remanent. Verbi gratia: Si per trecentos ſexagintaquinque dies annus ducitur, & nos per trigintaſex dies affligimur, quaſi anni decimas Deo damus: & vt ſacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noſter ſuo ſacro ieiunio conſecrauit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad ſupplementum quadraginta dierũ tolluntur, id eſt, quarta feria, quæ caput ieiunij ſubnotatur, & quinta feria ſequens, & ſexta, & ſabbatum. Niſì quatuor iſtos dies ſuperioribus triginta & ſex adiũxerimus, quadraginta dies in abſtinentia non habemus. Iubemur etiam ab omnipotente Deo omnium bonorum noſtrorũ decimas dare. Quapropter vt omnis decima à nobis ritè perſoluatur, tollamus decimam anni, & in ea peccata noſtra confitendo, corrigendo nos, ieiunando, vigilando, orando, eleemoſynas dando, abſtergamus, & carnem noſtrã decimemus, vt ad ſanctum Paſcha ſecuri peruenire poſſimus.

Decimæ anni dandæ ſunt in quadrageſima.

32. CAPITE trigeſimoquinto & trigeſimoſeptimo ex concilio Moguntino, vt ſuprà de Præceptis Eccleſię, quęſtione decimaquarta, teſtimonio quarto & ſequenti de ieiunio.

Vndè ieiuniũ Rogationum originem habeat.

Vide Gregor. Turon. hiſtoriæ Francorũ lib. 2. cap. 34.

33. CAPITE quadrageſimo ex Aurelianenſi concilio, capite ſexto: Cùm exigentibus peccatis, Galliarum populi, luporum rabie acriter interimerentur, nec illius flagelli aliquod remedium inuenire poſſent: congregati traduntur Galliarũ Epiſcopi apud Viennam vrbem, atq; in commune ſtatuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumq́ Dominus peſtem miſericorditer abſtuliſ-

ſet,

Digitized by Google

ſet, hi dies in conſuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarũ prouincias ante Aſcenſionis Domini diem celebrarẽtur. Agamus & nos hos dies cũ ſumma reuerentia & deuotione, cum abſtinentia carnis, & humilitate mentis & cordis, vt non ſolùm viſibilium luporum rabiem euadamus, ſed vt inuiſibilium, id eſt, ſpirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus veſtimentis precioſis induatur, qui in ſacco & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates & comeſſationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præſumat, ſed diſcalceatis pedibus omnes incedãt. Nequaquàm mulierculæ choros ducant, ſed omnes in commune Kyrieeleiſon decantent, & cum contritione cordis, Dei miſericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peſte, pro conſeruatione frugum, & pro cęteris neceſſitatibus: dies enim ſunt abſtinentiæ, non lætitiæ.

Quomodò Rogationum ieiunia celebrari iuſſa ſunt in Gallia.

Pro quibus rebus orandum in Rogationũ diebus.

34. CAPITE quadrageſimoſecundo ex concilio Arauſico, capite ſecundo: Vt in ſabbato ſancto, hoc eſt, in vigilia Paſchæ, ieiunium ante noctis initium, niſi à paruulis aut infirmis, non ſoluatur.

Ieiuniũ ſabbati paſchalis.

35. CAPITE quadrageſimoquinto ex concilio Cabilonenſi, capite quinto: Solent plures qui ſe ieiunare putant, in quadrageſima mox vt ſignum audierint ad horam nonam, mãducare. Qui nullatenùs ieiunare credendi ſunt, ſi antè manducauerint, quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad Miſſam, & auditis Miſſarum ſolennibus & veſpertinis officijs, largitis eleemoſynis, ad cibum accedendum eſt. Si verò aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad Miſſam venire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua, ieiunium ſoluat.

Burchardus li. 13. c. 12. hæc tribuit Silueſtio Papæ.

Ante veſpertinum officiũ mãducare nõ licebat in quadrageſima.

36. CAPITE quadrageſimonono ex decretis Euſebij Papæ, capite tertio: Vt in Eccleſia à ſacerdotibus ieiunia conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur.

Ieiunia indicta non ſunt ſoluenda.

37. CAPITE quinquageſimo ex eiſdem, capite ſecundo: Si euenerit fames, aut peſtilentia, aut inæqualitas aëris, vel alia qualiſcunque tribulatio, ſtatim ieiunijs & eleemoſynis & obſecrationibus miſericordia Domini deprecetur.

Aduerſitatis tempore quibus modis exorandus & placandus Deus.

38. BVRCHARDVS Vuormatienſis Epiſcopus decretorum libro decimotertio, capite primo ex Gregorio, de obſeruatione quadrageſimæ, vt ſuprà apud Iuonem, capite quadrageſimoquarto.

39. CAPITE ſecundo & quarto, vt apud Iuonem, cap. trigeſimoquinto & trigeſimoſeptimo.

40. CAPITE quinto ex concilio Gangrenſi, vt apud Iuonem, cap. trigeſimooctauo, & infrà quæſtione ſequenti, D. teſtimonio quadrageſimoquarto.

41. CAPITE ſeptimo de ieiunio Rogationũ, ex concilio Aurelianenſi, capite ſexto, vt ſuprà apud Iuonem capite quadrageſimo.

42. CAPITE nono de Sabbato ſancto, ex concilio Arauſico, capite ſecundo, vt ſuprà apud Iuonem capite quadrageſimoſecundo.

43. CAPITE duodecimo ex decretis Siluerij Papę, capite primo: Solẽt plures &c. vt ſuprà apud Iuonem capite quadrageſimoquinto.

44. CAPITE decimoſexto ex concilio Aurelianenſi, capite primo: Presbyteri cùm ſacras feſtiuitates populo annunciant, etiam ieiunium vigiliarum eos omnimodìs ſeruare moneant.

Ieiunium vigiliarum.

45. CAPITE decimoſeptimo ex dictis Euſebij Papæ, vt ſuprà, capite quadrageſimonono apud Iuonem.

46. CAPITE decimooctauo ex decretis Liberij Papæ, capite ſecundo: Si euenerit, &c. vt apud Iuonem capite quinquageſimo.

1. B. CYPRIANVS de ieiunio & tentationibus Chriſti: Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates. Extinguitur ardẽtis Aetnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinſecùs, montes conterminos non adurit. Ieiunium ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulę ſpoliat & exarmat. Ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetitus vagos diſtringit & ligat. Ieiuniũ ſi humilitate ornetur, ſeruos Dei, mundi efficit contemptores. Ieiunium carnes azymas mundat & ſolidat: & putredines quæ ex adipe prodeunt, conſumit & ſiccat. Ieiunium ſcripturarum delicijs paſcitur, cõtemplatione reficitur, gratia ſtabilitur, cęleſti pane nutritur. Danieli interpretatio ſomniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonio illæſi egrediuntur incendio. Moyſes in monte quadraginta diebus cum Domino perſeuerans, & Dei familiare colloquium, & legis miniſterium ieiunio promeretur. Helias quoquè eodem dierum numero abſtinens, in eremo conuerſatur. Vtilitas ieiuniorum temporibus Chriſtianis clariùs patuit, & à multis frequentata, in plurimos ſe effudit. Quotquot viros virtutum vidimus, ſine ieiunio nõ legimus aſcendiſſe: nec aliquid magnum moliti ſunt, niſi priùs abſtinentia præceſſiſſet. Quotiès aliquid à Deo obtinere conati ſunt, ieiunijs incubuère & lachrymis, & pernoctantes in orationibus, cilicijs carni hærentibus ſupplices beneficia poſtulàrunt. Nec defuit prouentus, vbi ad pedes Dei ſacrificiũ contriti cordis offerens ſe proſtrauit humilitas, ſed propè fuit inuocantibus ſe Deus, & porrexit manum naufragis, & ſubuenit afflictis.

Ieiuniorũ vis & efficacitas.

Dan. 2. & 3.

Exod. 24. 34.

3. Reg. 19.

Frequens ieiunium apud Chriſtianos, & quãta eius vtilitas.

2. ATHANASIVS in libro de virginitate ſiue de meditatione: Amplectamur valdè ieiunium. Magnum enim munimentum eſt ieiunium, oratio item & eleemoſyna, quum ex morte hominem liberent. Vt enim ob eſcam & inobedientiam proturbatus eſt Adam ex Paradiſo, ità rurſùm per ieiunium & obedientiam in Paradiſum, qui volet, redibit. In hac virtute cultum corporis tui ornamentaq́ue quære, ô virgo, & placebis cæleſti ſponſo. Nam quæ cum mundo coaleſcunt & conſeruntur, & vnguẽtis, aromatibus, & fragrantijs, & amictu precioſo, & auro venuſtant ſua corpora, vt placeant hominibus, Deo placere nõ poſſunt: Chriſtus autem nihil horum à te requirit, niſi ſolùm cor mundum, & os incontaminatum, ieiunioq́ue liuidum. Quòd ſi accedant aliqui, & dicant tibi, Nè frequenter ieiunes, nè imbecillior fias, nec illis credas, nec auſcultes: Iſtos enim diabolus ſubornauit. Reminiſcere eius quod ſcriptum eſt, quòd quum Daniel & tres pueri capti eſſent à rege Babylonis Nabuchodonoſore, & alij pueruli vnà cum illis, iuſſumq́ue eſſet ab eo, vt de ſua regia menſa comederent, & de ſuo vino biberent, Danielem & tres pueros noluiſſe ſaturari ex menſa regia, & ad eunuchum dixiſſe, qui eos curabat: Da nobis de ſeminibus terræ, & veſcemur. Quibus reſponſum eſt ab eunucho, Timeo ego regem, qui hunc cibum vobis & potum imperauit dari, nè facies veſtræ regi præ cæteris pueris, qui regia menſa aluntur, appareant ſqualidiores, & puniat me. Cui ità reſponderunt, Experire id in ſeruis tuis plùs minùs decem diebus. Et dedit eis legumina ad cibum, & aquam ad potum. Et produxit eos ad regem, & viſæ ſunt ſpecies illorum eximiæ ſuper eos, qui ex regia menſa veſcebantur. Vide igitur quid faciat ieiunium: morbos ſanat, diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malaſq́ue cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius & corpus ſalubrius, & ad thronum Dei hominem ſiſtit. Sed nè putes iſta temerè dici, habes eius rei teſtimonium in Euangelijs, ab ipſo Chriſto prolatum: Sciſcitati ſunt ab eo diſcipuli, dicentes: Domine, declara nobis, quonam pacto immundi ſpiritus propelluntur? Quibus

Tob. 12. & 4.

Per ieiunium reditur in paradiſum.

Diſſuaſores frequentis ieiunij ſubornantur à diabolo.

Daniel. 1.

Ieiunij effectus.

Matth. 17.

Digitized by Google

Marci 9.

bus reſponſum eſt à Domino: Hoc genus non eijcitur niſi ieiunijs & orationibus. Quiſquis igitur ab immundo ſpiritu vexatur, certum habere debet, hoc pharmaco, ieiunio inquã, ſtatim ſpiritus malos afflictos abſcedere, vim ieiunij metuentes. Valdè enim dæmones oblectantur crapula & ocio corporis. Magna vis in ieiunio, & magna & præclara fiunt per illud. Alioqui vndè fieri poſſet, vt homines tam mirifica præſtent, vt Dominus per eos vel ſigna faciat, vel ſanitatem laborantibus donet, niſi planè ob deuotas meditationes, & humilitatem animi, & conuerſationem bonam? Ieiunium enim, angelorum cibus eſt: & qui eo vtitur, ordinis angelici cenſendus eſt. Sed nè, mi dilecta, ſimplex quiddam & promiſcuum ieiunium putes. Non enim qui à cibis ieiunat ſolummodò, probè ſe geſſerit, ſed qui abſtinet ab omni opere malo.

Angelorum cibus.

3. CHRYSOSTOMVS homilia prima in Geneſim: Eapropter & ipſe hodiè ingenti alacritate ſurrexi, vnà vobiſcum lætitiæ illius ſpiritualis particeps futurus, & volens aduentus ſanctæ Quadrageſimæ, remedij, inquam, animarum noſtrarum, vobis annunciator eſſe. Communis enim noſtri omnium Dominus, veluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ vnquàm peccauimus nos abluere, hanc nobis quæ per ieiunium fit, curationem adinuenit. Nullus igitur ſit mœſtus &c. Hæ veræ feriæ ſunt, vbi animarum ſalus, vbi pax & concordia eſt, vbi omnis huius vitæ apparatus abigitur, vbi clamor & tumultus, coquorum diſcurſus, & pecudum mactationes è medio tolluntur, &c. Vellem etiam vos purificata veſtra mente, valéque delicijs & voracitati dicto, matrem omnium bonorum, & pudicitię aliarúmque virtutum omnium magiſtram, ieiunium inquam, explicitis veſtrę mentis finibus ſuſcipere, vt & vos maiori fruamini voluptate, & illud congruam vobis ſuam medicinam conferat. Nam ſi medici, pharmaca dare volentes, vt putridum & corruptum humorem expurgent, à corporali hac voluptate abſtinere præcipiunt, ità vt pharmaci efficaciæ deſit obſtaculum, & operari, ſuamq́; vim illa declarare poſſint: multo magis nobis ſpirituale hoc remedium, hoc eſt, vtilitatem quæ ex ieiunio eſt, ſuſcepturis, tenuitate victus noſtram mentem expurgare, & leuiorem reddere conuenit, vt nè ebrietate demerſa infrugiferam & inutilem vtilitatem quæ ex illo eſt, efficiat. Enimuerò ſicut crapula humano generi innumerorum malorum cauſa eſt & adductrix, ità etiam ieiunium ventriſq́; neglectus omnium nobis bonorum ſemper cauſa fuit. Nam Deus quum ab initio hominem condidiſſet, & ſciret quòd hoc remedio ad animæ ſalutem multùm haberet opus: ſtatim & in principio hoc mandatum protoplaſto dedit, dicens: De omni ligno quod eſt in paradiſo, comedendo comedes, de ligno autem ſcientiæ boni & mali nè comedatis de ipſo. Iam dicere, Hoc comede, hoc nè comedas: ieiunij figura erat. Et adductis exemplis Moyſi, Heliæ, Danielis, Niniuitarum & ipſius Chriſti, ità ſubiungit: Cæterùm quoniam nobis manifeſtum factum eſt, quàm magna ſit ieiunij vis, & quàm multiplex ex illo vtilitas, idq́; per ſeruos ac Dominum eſt oſtenſum: proindè obſecro charitatem veſtram, vt ſcientes, quantum ex illo ſit lucrum, nè vtilitatem tantam quæ ex illo paratur, per deſidiam repellatis: neque contriſtemini propter illius aduentum, ſed gaudete & exultate, iuxta beatum Paulum, dicentem: Quanto externus noſter homo corrumpitur, tanto internus innouatur. Ieiunium enim, animę noſtrę alimentum eſt: & ſicut corporalis iſte cibus impinguat corpus, ità & ieiunium animam habitiorem efficit & valentiorem. Leues ei pennas producit, vt in ſublime feratur, & ſumma contemplari queat, vluptatibúſque

Remediũ animarum Quadrageſima.

Ieiunio curantur peccata.

Pecudum mactationes ceſſant in Quadrageſima.

Ieiuniũ mater omniũ bonorũ, & magiſtra virtutũ

Ieiuniũ omniũ bonorum cauſa.

Remedio ieiunijopus habet homo ad animęſalutẽ. Geneſ. 2.

Ieiunij vtilitas nõ negligẽda, nec cõtriſtandũ propter eius aduentum.

2. Cor. 4.

Animæ cibus ieiunium.

Mentem eleuat.

& omnibus quæ in hoc mundo habentur ſuauia, ipſa ſit ſuperior. Et quemadmodùm leuiores naues maria velociùs tranſeunt, contrà multis oneribus grauatæ ſubmerguntur: ità ieiunium quidem leuiorem reddens mentem, efficit vt faciliùs huius vitæ pelagus tranſmittat, & in cælum ac ea quæ in cælis ſunt reſpiciat, & nihili faciat præſentia, ſed vt vmbras & ſi quid minus, diffugere cenſeat.

4. ET homilia ſecunda in Geneſim: Ieiunium eſt animarum noſtrarum trãquillitas, ſenum decor, adoleſcentum pædagogus, continentium magiſter, quod omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat. Nuſquàm hodiè tumultus, vel clamor, vel carnium conciſiones, vel coquorum diſcurſus: ſed omnia illa abiêrũt, & imitatur hæc ciuitas honeſtam quandam, continentem & ſobriam matremfamiliâs.

Ieiunij laus.

Carnium cõciſiones ceſſant ieiunij tempore.

5. IDEM in ſermone primo de Ieiunio: Propitiationis tempus adeſt, temporis opportunitatem nè contemnamus: abijciendorum peccatorum tempus eſt, gratiam nè negligamus, ſed ieiunemus à cibis, ſed primùm à peccatis. Bonum ieiunij lupatum, his qui diligunt ieiunij vtilitatem. Nè attendas ad ſolum laborem, ſed etiam ad *fructum*. Niſi enim ad vſum ſpectaret, non ſementem faceret qui ſerit, vt nè repoſita diſpergere videretur. Reſpiciens autem in ſpem, ſeminauit quæ habuit, vt quæ non habuit metat. Dolet in ieiunijs caro, ſed epulatur anima. Quid melius in nobis, anima, vel corpus? Hæc accepit vt non doleat. Nutritur autem & hoc pulchriùs & meliùs. Oportet nos eſſe in ieiunio, nec eſt propterea corpori corruptio, ſed medicina & cura. Nam qui ieiunant, & à fluxibus corporis liberantur: & qui ſe pręparant, ſuperfluitatem carniũ liquefaciunt, & animam deficientem nutriunt. Nè putetis paruum quoddam lucrum eſſe ieiunium. Ab vno ligno ſi abſtinuiſſet Adã, ſi ab vno ieiunâſſet, mortua fuiſſet mors, immò non fuiſſet mortua quæ non erat. Vides ſi hoc pharmaco fuiſſet vſus Adam, non fuiſſet mortale noſtrũ genus. Quantæ gratiæ fuit vſus, vt reſoluatur quod inuenit Adã per intemperantiã? Quando vides, quid mali operatũ ſit contrarium, hoc eſt quòd nõ abſtinuit ab vno ligno Adam: cognoſce, quantum bonum ieiunium & abſtinentia ab his, quæ licita ſunt, afferãt. Et adductis exemplis Moyſi, Saluatoris, & Danielis, de propheta verba faciens, qui ad Ieroboam miſſus, contra Dei mandatum manducauerat, & idcircò à leone occiſus fuerat, ità ait: Et videre licebat de hoc triplicia mirabilia. Iacebat propheta, declarãs inobedientiam: aſſidebat leo, declarans obedientiam: adſtabat aſina, neque leonis naturam timens, neque recedens, neque aliquid à leone patiens: vt clarum eſſet, non propter explendum ventrem acceſſiſſe leonem, vt acceſſerat, ſed ideò quia ieiunium non ſeruârat ille cui pręceptum erat. Et paulò pòſt: Ieiunium, Angelorum imitatio eſt pro noſtra virili, cõtemptus præſentium, ſchola precum, alimonia animę, frenum oris: & mitigat concupiſcentias: ſciunt qui ieiunãt: & mitigat voluptates, & non ignorant qui tentârunt: mollit furorem, compeſcit iram, ſedat fluctus naturæ, excitat rationem, claram facit animam, alleuiat carnem, fugat fœdas intemperantias nocturnas, liberat ab ebrietate, tollit capitis dolores, claros affert & colores & adſpectus. Benè compoſiti ieiunis ſunt geſtus, facilis lingua: abeſt riſus ebriorum, recta eſt cogitatio: non enim effunduntur concupiſcentię: hilaris eſt continentia, ſerenitas inualeſcit. Homo enim exterior ocioſus eſt. In ebrietate ea quę patimur, non recordamur: à quibus liberati ſimus, in ieiunijs habemus memoriam. Ieiunium enim & ſeipſum ſcit, & quæ ſibi ſunt aduerſaria: ebrietas autem & ſeipſam ignorat, & bona quæ ex ieiunio proueniunt. Cuius gratia occiſi ſunt filij Aaron ſacerdotes?

Tempus ieiunij eſt tẽpus propitiationis.

Ad ieiunij fructum attendendum.

Magnum ieiunij lucrum.

Geneſ. 3.

3. Reg. 13.

Propheta, quia ieiuniũ violauit, à leone interfectus eſt.

Ieiuniũ angelorũ imitatio

Effectus ieiunij.

Propter guſtatum vini

Digitized by Google

ſilij Aaron interfecti. Leuit. 10. Num. 6. Daniel. 1. Daniel. 10.

tes? Nónne quia in miniſterio vinum guſtârunt? Quæ erat lex Nazaræorum? Nónne abſtinere à vino, & omnibus quæ inebriant? Daniel cùm ſuis legumina comedebat contemnentes menſam tyranni Nabuchodonoſor. Ieiunauit Daniel triginta ſex dierum hebdomadas: & vir ille deſideriorum, quia à concupiſcentijs ſibi temperabat, cognomen ſortitus eſt. Et quomodò ieiunauit non vnum Iudaicum diem & breuem, ſed triginta ſex dierum hebdomadas?

Daniel præfigurauit Eccleſiæ ieiunium.

A carne & vino ieiunat Eccleſia.

Et ipſe præfigurabat Eccleſiæ conſuetudinem. Panem, ait, delicatum non comedebam. Alij autẽ pro voluptate ſua aliquando bibunt. Vinum & caro non intrauit in os meum, à quibus ieiunat Eccleſia. Vide in veteri Chriſtianam vitam. Figuræ enim in his qui infirmi & imperfecti: in prophetis autem iam veritatis veſtigia.

Ieiuniũ ſententiam Dei reuocat. Ionæ 3.

Ieiuniũ peccati remediũ, & quas præterea ob cauſas aſſumatur.

Ieiunium ſententiam Dei reuocauit. Dixit enim Deus, Subuertetur Niniue: & non ſubuerſa eſt. Adhibuerunt enim ieiunium, & effugerunt. Ibidem: Ieiuna, quia peccâſti: ieiuna, vt non pecces: ieiuna, vt accipias: ieiuna, vt & permaneant quæ accepiſti. Hæc enim ieiunij genera ſunt. Peccauit alius, ieiunauit ſeipſum caſtigans, vt effugiat pœnam. Ieiunemus, nè inſurgant in nos concupiſcentiæ. Vides vt ieiunium peccata ſequatur, hoc eſt, quia peccata admiſſa ſunt, fit ipſum propter conuerſionem & pœnam. Aliud ieiunium peccata præcedit, non vt auferat peccatum quod commiſſum ſit, ſed vt tollat quod futurum, ni ieiunaretur.

Deut. 9.

Aliud ieiunium, vt qui legem quærit, legem accipiat. Etenim qui petit, ieiunat vt Moyſes ieiunauit, vt acciperet legem. Iterùm alius ieiunat, vt nè amittat iure quæ aſſecutus fuit.

Eccleſia ob gratiã ieiunat & vt Chriſto cõformetur. Rom. 8. 2. Cor. 1. 2. Tim. 2.

Eccleſia autem ſimul ob gratiam ieiunat, Ieſu opus agnoſces, vtpotè vt cum crucifixo crucifixa, & vt dum patitur cum Domino, & cum Domino glorificetur: non vt Dominum lugeamus: viuit enim viuentis filius, ſed diſpenſationis confiteamur beneficium. & ſi lugemus quòd crucifixerunt ipſum, non propter ipſum, ſed propter audaciam eorum qui auſi fuerunt: ſurrexit ex mortuis, ſtat in gloria, in qua anteà cum patre fuit.

Per ieiunium paſſiõis Chriſti participes efficimur.

Simul erat cum patre, à quo & erat. Non eſt luctu digna victoria Ieſu: ſed ieiunemus, noſipſos curantes, operamq́ dantes, vt paſſionum illius participes ſimus.

6. ITEM ſermone ſecũdo de ieiunio: Cùm igitur ieiuniũ aduerſarijs noſtris obſiſtat, & iugum ſeruitutis expellat, & ingenuitatis ſecuritatem reſtituat: quid argumẽti eſt, omnium bonorum atque beneficiorum cardinem eſſe, niſi ieiuniũ conſtitutum?

Omniũ beneficiorum cardo ieiunium. Geneſ. 2.

Et cùm in paradiſo ieiunium pro magna commoditate indicitur, multò magis extra paradiſum neceſſarium poſtulatur.

Præſtat vulneribus ſanitatem.

Et cùm ante plagam remedium vtiliter demonſtratũ eſt, multò magis ſauciatis appetendum eſt, vt præſtet vulneribus ſanitatem. Et cùm ante conflictum ad reſiſtendum libidinoſis voluptatibus, clypeus nobis abſtinentiæ neceſſarius fuit: multò magis in ipſo noſtro certamine, ieiunij auxilium ad noſtram victoriam flagitandum eſt.

7. BASILIVS Magnus in homilia prima de laudibus ieiunij: Quemadmodùm vermes qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus & amaris excutiuntur, ità peccatum in intimis receſſibus habitans, extinguit, enecátque, ſimulatque in animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quòd inedia purget animæ viſcera.

Ieiunium extinguit peccata.

Quicquid vetuſtate præcellit, idem venerabile eſt. Reuerere igitur ieiunij canitiem. Tam vetus eſt, vt ſimul cum homine condito cœperit. in paradiſo præſcriptum eſt. Primum illud præceptum accepit Adam, nè de ligno ſcientiæ boni ac mali ederet.

Geneſ. 2.

Hoc autem verbum, Non edetis, ieiunij & abſtinentiæ lex eſt. Si à ligno ieiunâſſet Eua, nequaquàm hoc nunc ieiunio opus haberemus. Neque enim qui valent egent medico, ſed qui malè

Matth. 9.

habent. In morbum incidimus per peccatum, ſanemur per pœnitentiam. Sed pœnitẽtia ſine ieiunio ocioſa & infrugifera eſt. Maledicta terra, ſpinas & tribulos progignet tibi. In triſtitia viuere iuſſus es, non indulgerè delicijs. Per ieiunium ſatisfacito Deo.

Pœnitẽtia ſine ieiunio infrugifera eſt. Geneſ. 3.

Per ieiunium ſatisfacimus.

Quoniam nón ieiunauimus, exulamus è paradiſo. Ieiunemus igitur, vt ad illũ poſtliminio reuertamur. Et paulò pòſt, oſtendens ſcripturæ exẽplis ieiunij vim: Ieiunium, inquit, prophetas generat, potentibus addit robur.

Ieiunij effecta.

Ieiunium legumlatoribus ſubminiſtrat ſapientiam, bona animæ cuſtodia, corpori tutus conuictor, armatura fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, ſobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem. Nazaræum ſanctificat, ſacerdotem reddit ſacris idoneum.

Num. 6.

Neque enim fieri poteſt, vt is abſq; ieiunio ſanctum miniſteriũ cum fiducia peragat, non tantùm in myſtico horum temporum veróque cultu, verùm etiam in eo qui iuxta legem in figuris peragebatur.

Leuit. 10.

Atque vt ſemel omnia dicam, reperies quotquot fuêre ſancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dignam fuiſſe inſtitutos.

Per ieiunium ad vitam Deo dignã inſtituti Sancti.

Ieiunium reſtinxit vim ignis, obturauit ora leonum. Ieiunium preces noſtras ſubuehit in cælum, dum illis alarum vice fit, quò ſurſùm ferantur. Ieiunium, familiarum eſt incrementum, ſanitatis mater, iuuentutis pædagogus, ornamentum ſenibus, bonus comes viatori, tutus conuictor coniugatis.

Ad fugienda mala venturi ſeculi vtile.

Adde, quòd non ſolùm ad venturi ſeculi fugienda mala, & aſſequenda bona vtile eſt ieiunium, ſed hìc interim ipſi carni conducibilius eſt. Si cupis mentem reddere validam, fac carnem domes ieiunio. Hoc enim eſt quod ait Apoſtolus, quòd quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renouatur. Item illud: Cùm infirmor, tunc potens ſum.

2. Cor. 4. & 12.

Ieiunium armatura eſt ad cõfligendum cum impijs ſpiritibus. Nam hoc genus non eijcitur niſi per deprecationem ac ieiunium.

Matth. 17. Marc. 9.

Tam multa bona prouẽniunt è ieiunio. Caue tamen, nè ieiunij vtilitatẽm ſola eſcarum abſtinentia metiaris. Verùm enim ieiunium eſt, ab omnibus vitijs eſſe alienum.

Ieiunium ſpirituale.

Solue omne vinculum iniquitatis, cõdona proximo, ſi quid dolet animo, remitte illi debita. Nolite ad contentiones ac lites ieiunare. Carnes nõ edis? ſed comedis fratrem tuum. A vino abſtines, ſed ab iniurijs tibi nõ temperas.

A carnibus & vino abſtinetur.

Ad veſperum vſque ieiunabatur.

Expectas veſperam, vt cibum capias, ſed diem totum abſumis apud tribunalia. Væ his qui ebrij ſunt, non à vino. Ira, mentis eſt temulentia, eámque à ſobrietate excutit, haud aliter quàm vinum, &c.

Eſa. 29.

8. ET homilia ſecunda: Quemadmodùm oleum oblinit athletam, ità ieiunium robur addit ei qui ad pietatem exercet ſeſe.

Roborat ieiunium.

Itaque quantum ſubtraxeris carni, tanto reddes animam habitudine ſpirituali nitidiorem. Nam robur aduerſus inuiſibiles hoſtes non ſuperat corporis diſtẽſione, ſed fortitudine ſpiritus, & erga afflictiones tolerantia. Ità ieiunium per omne quidem tempus vtile eſt ijs, qui illud ſpontè ſuſcipiunt: (Neque enim aſſultus dæmonum quicquam audet aduersùs ieiunantem, ac vitæ noſtræ cuſtodes angeli diligentiùs adſunt ijs, qui ieiunio purgatam habent animam) ſed multo magis hoc tempore, quo per vniuerſum terrarum orbem vndiquè denunciatur ieiunij præconium.

Ieiunio purgatis angeli diligentiùs adſunt.

Vniuerſale ieiuniũ quadrageſimæ.

Nec vlla eſt inſula, nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non ſit auditum ieiunij edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negociatores, omnes pariter audiunt edictum, & ſummo gaudio excipiunt. Nè quis igitur ſemet excludat à numero ieiunantium, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatum formæ cenſentur. Angeli ſunt, qui in ſingulis eccleſijs deſcribunt ac recenſent ieiunantium

Angeli deſcribunt ieiunantes.

Digitized by Google

Ieiunij priuati fructus.

tium capita. Et poſt pauca: Ieiunium ſeruat paruulos, ſobrium reddit iuuenem, venerabilem facit ſenem. Venerabilior enim eſt canities ieiunio decorata. Ieiunium fœminis ornatus eſt congruentiſſimus, ætate ac robore vigentibus, pro freno eſt. Ieiunium, matrimonij cuſtodia eſt, virginitatis nutritius. Atque hæc quidem commoda adfert priuatìm ieiunium, in ſingulis ædibus in quibus colitur. At publicè quomodò vitam noſtram gubernat? Totam ſemel ciuitatem, totumq́ populum ad tranquillitatem cõponit, conſopit clamores, ſedat lites, cõuicijs imponit ſilentium. Excipite hoc pauperes cõtubernale vobis ac menſæ ſociũ. Excipite ſerui, vt reſpirationẽ à perpetuis ſeruitij laboribus. Excipite diuites, quod noxæ è luxu cõtractæ medeatur, quodq́ viciſſitudine & nouitate vobis iucundiora reddat ea, quæ nunc ob aſſuetudinem faſtidiuntur. Excipite malè valentes ſanitatis matrem. Qui bona eſtis habitudine, excipite bonæ habitudinis cuſtodem. Interroga medicos, ac dicent tibi, nihil eſſe periculoſius habitudine corporis extremè bona. Eóque qui peritiſſimi ſunt artis, per ieiunium detrahunt redundantia, nè vis naturæ pondere corpulentiæ fracta ſuccumbat. Attamen ad hoc, vt laudem promereatur ieiunium, non eſt per ſe ſatis temperare à cibis, ſed ieiunium ieiunemus acceptabile, Deo gratum. Verum ieiunium eſt, à vitijs immunem eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiſcentiarum amputatio, obtrectationis, mendacij, periurij. Ab his abſtinere, verum eſt ieiunium.

Publici ieiunij fructus.

Sanitatis mater & bonæ habitudinis cuſtos ieiunium.

Ieiuniũ à vitijs, alteri cõiungendum.

9. AVGVSTINVS in tractatu de vtilitate ieiunij, capite ſecundo: Si caro in terram vergens onus eſt animæ, & ſarcina prægrauans præuolantem: quantum quiſque delectatur ſuperiore vita ſua, tantum deponit de terrena ſarcina ſua. Eccè quod agimus ieiunantes. Deindè proſequitur capite tertio: Non vobis ergò videatur leuis res aut ſuperflua, nec quiſquam fortè hoc faciens Eccleſiæ conſuetudine, cogitet apud ſe, & dicat ſibijpſi, vt ſuggerentem intrinſecùs audiat tentatorem: Quid facis quia ieiunas, defraudas animã tuam, non ei das quod eam delectat, tibijpſi ingeris pœnam, tuus ipſe tortor & cruciator exiſtis. Deo ergò placet, quia te crucias? Ergò crudelis eſt qui delectatur pœnis tuis. Reſponde huiuſmodi tentatori: Excrucio me planè, vt ille parcat: do de me pœnas, vt ille ſubueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem ſuauitatem eius. Nam & victima excruciatur, vt in arã imponatur. Minùs premet mentem meam caro mea. Et tali diſſuaſori malo ſeruo ventris reſponde per hanc ſimilitudinem, & dic: Si iumento fortè inſideres, ſi equo vtereris, qui te geſtiendo poſſet præcipitare; nónne vt ſecurus iter ageres, cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares, quem freno non poſſes? Caro mea iumentum meum eſt: iter ago in Hieruſalem, plerunquè me rapit, & de via conatur * excludere: Via autem mea Chriſtus eſt. Ità exultantem non cohibebo ieiunio? Si quis hoc ſapit, etiam ipſo experimento probat, quàm vtiliter ieiunetur. Nunquìd enim caro iſta, quæ nunc domatur, ſemper domabitur? Dum tẽporaliter fluitat, dum mortalitatis cõditione prægrauatur, habet exultationes ſuas, manifeſtas & periculoſas menti noſtræ. Caro eſt enim adhuc corruptibilis, nondùm reſurrexit. Nam non ſemper ſic erit, nondùm habet ſtatum proprium cæleſtis habitudinis. Nondùm enim facti ſumus æquales angelis eius.

Quid tẽtatori reſpõdendũ, quãdo ieiunij afflictionem exaggerat.

Similitudo.

Nota cur ieiunio carnem affligamus.

* for. excutere

10. AMBROSIVS in libro de Helia & ieiunio, capite ſecundo: Magna virtus eſt ieiunij. Deniquè tam ſpecioſa ea militia eſt, vt ieiunare delectaret & Chriſtum: tam valida, vt ad cælum homines eleuaret. Et vt humanis magìs quàm diuinis vtar exemplis, Heliæ ieiuni ore vox emiſſa cælum clauſit ſacrilego populo Iudæorũ. Quid eius reliqua contexam? Ieiunus filiũ viduæ ab inferis reſuſcitauit. Ieiunus pluuias ore depoſuit, ieiunus ignes de cælo: ieiunus curru raptus eſt ad cælum, & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquiſiuit præſentiam. Tunc deniquè plus meruit, quando plus ieiunauit. Ieiuno ore ſtatuit fluenta Iordanis, & redundantem fluminis alueum repentè ſiccatum, pulueruIento tranſmigrat veſtigio. Meritò illum dignum cælo diuina iudicauit ſententia, vt cum ipſo raperetur corpore, quoniam cæleſtem vitã viuebat in corpore, ac ſupernæ vſum conuerſationis exhibebat in terris.

Ieiunij magna virtus.

Matth. 4.

3. Reg. 17. & 18

4. Reg. 2.

3. Reg. 19.

Elias plus meruit quando plus ieiunauit.

4. Reg. 2.

11. CAPITE tertio: Quid eſt ieiunium, niſì ſubſtantia & imago cæleſtis? Ieiunium, refectio animæ, cibus mentis eſt. Ieiunium, vita eſt angelorum: ieiunium, culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citiùs peruenitur.

Ieiunij commendatio.

Culpæ mors, excidium delictorum.

12. CAPITE quarto: Gula nudos facit, ieiunia operiunt & exutos. Vndè Dominus ait: Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum, quod animam tegit, nè à tẽtatore depræhendatur, nè à tentatore nudetur. Bonum velamen, quod tegit culpam, tegit abſtinentia, tegit gratia. Beati enim quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Tegit gratia, dum remittit, & omnem abolet errorem. Tegit abſtinentia, dum abluit vitium, & mœſto abſcondit affectu, atque extenuat pœnitendo. Etenim ieiunium & eleemoſyna à peccato liberant.

Pſal. 68.

Ieiuniũ culpam tegit.

Pſal. 31.

Abſtinentia abluit vitiũ.

13. CAPITE ſeptimo: Ieiunium virtutẽ ignis extinxit, ieiunium ora obſtruxit leonum, ieiunium maris fluenta ſolidauit, ieiunium petram ſoluit in fontes aquarum. Virtute ieiunij, cõtra ſuam mutata naturam & fluctus obriguit, & petra inundauit.

Daniel. 6.

Exod. 14. 17.

14. CAPITE octauo: Ieiunium, continentiæ magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, charitatis illecebra, ſenilis gratia, cuſtodia iuuentutis. Ieiunium eſt infirmitatis alleuamentum, alimentum ſalutis.

Ieiuniũ purificatio animæ.

Alimentum ſalutis.

15. CAPITE nono: Eſt ergò ieiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores augmento gratiæ.

Recõciliationis ſacrificiũ.

Iudith 8.

Eſther. 4.

16. CAPITE decimo: Myſtica quoquè menſa ieiunio comparatur. Illa menſa, de qua dicit Dauid: Paràſti in conſpectu meo menſam aduersùs eos qui tribulant me. Menſa iſta famis acquiritur precio, & poculum illud inebrians ſobrietate, cæleſtium ſacramentorum ſiti quæritur. Ergò ſi ad menſam illam venerabilem, ieiunia ſancta nos perducunt, ſi hac fame illa quæ ſunt æterna mercamur, quid de ijs dubitamus quæ in vſu humano ſunt, quòd etiam ſuauiora hæc nobis faciat ieiunium? Non autem omnis fames acceptabile ieiunium facit, ſed fames quæ Dei timore ſuſcipitur. Nemo in ieiunio culpã includat, præferat innocentiam. Ieiunium etenim, culpæ interfector eſt.

Pſal. 22.

Mercamur æterna.

Ieiunium culpæ interfector.

17. CAPITE vndecimo: Nemo amarioribus præoptet dulciora. Dulcis voluptas videtur, amarum ieiunium. Hoc amaro illud dulce tollatur. Solent amara etiam ipſis plus prodeſſe corporibus. Sicut enim cùm in intimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt niſì cùm amarior potus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriantur: ità profundum animæ virtus ingreſſa ieiunij, culpam latentem interficit.

Ex D. Baſilio deſumpta ſimilitudo.

Culpã latentẽ interficit.

18. IDEM in epiſtola octogeſimaſecunda ad eccleſiam Vercellenſem, quorundam Iouinianiſtarum errorem cõfutans: Audio homines * qui dicunt,

Abſtinentiæ nullum eſſe meritũ, hæreſis antiqua.

* aliàs, Audio

Digitized by Google

veniſſe ad vos Sarmationem & Barbatianum vaniloquos homines qui dicunt, Confutatio. 1.Cor.9.

cunt, nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æſtimari precio, delirare eos qui ieiunijs caſtigent carnem ſuam, vt menti ſubditam faciant. Quod nunquàm feciſſet, nunquàm ſcripſiſſet ad inſtruendum alios Paulus Apoſtolus, ſi deliramentum putaſſet. Gloriatur itaque, dicens: Sed caſtigo corpus meum, & ſeruituti redigo, nè alijs prædicans, ipſe reprobus inueniar. Ergò qui non caſtigant corpus ſuum, & volunt prædicare alijs, ipſi reprobi habentur. An quicquam tam reprobum, quàm quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad laſciuiam prouocat, quàm incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ iſtos Epicureos noua ſchola miſit, non philoſophorum, vt ipſi aiunt, ſed imperitorum, qui voluptatem prædicent, delicias ſuadeant, caſtimoniam nullius eſſe dicant vtilitatis? Fuerunt nobiſcum, ſed non fuerunt ex nobis. Neque enim pudet dicere quod dicit Euangeliſta Ioannes. Sed hic poſiti, primò ieiunabant, intra monaſterium continebantur: nullus erat luxurię locus, interdicta ludibrioſæ diſputationis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abierunt: deindè volentes redire, nō ſunt recepti. Pleraque enim audieram, quæ deberem cauere. Monueram, nihil profeceram. Efferueſcentes itaq; diſſeminare talia cœperunt, quibus incenſores eſſent vitiorum omnium. Miſerabiles, perdiderunt vtiquè quòd ieiunauerunt: Perdiderunt, quòd ſe aliquo continuerunt tempore. Nunc itaque diabolico ſtudio inuident aliorum operibus bonis, quorum ipſi fructu exciderunt. Et paulò pòſt: Quomodò igitur voluptas ad paradiſum reuocare nos poteſt, quæ ſola nos paradiſo exuit? Vndè & Dominus Ieſus volens nos aduersùs diaboli tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunauit, vt ſciremus quia aliter illecebras mali non poſſemus vincere. Deniquè ipſe diabolus primum tentamentorū ſuorum ſpiculum de voluptate intorſit, dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Vndè ait Dominus: Non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo Dei. & noluit facere, cùm poſſet, vt magìs lectionis ſtudio quàm voluptatis, intendere nos ſalutari præcepto doceret. Et quia iſti ieiunandum negant, qua cauſa Chriſtus ieiunauerit, adſtruant, niſi vt nobis exemplo eſſet eius ieiunium. Deniquè in poſterioribus docuit, non facilè malū poſſe niſi noſtro vinci ieiunio, dicens: Hoc genus non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Quid etiam ſibi vult ſcriptura, quæ docet ieiunaſſe Petrum, & ieiunanti atque oranti de baptizandis Gentibus reuelatum myſterium, niſi vt oſtenderet etiam ipſos ſanctos, cùm ieiunant, tunç fieri pręſtantiores? Deniquè Moyſes cùm ieiunaret, legem accepit. Et ideò Petrus cùm ieiunaret, edoctus eſt noui teſtamenti gratiam. Daniel quoquè ieiunij merito ora clauſit leonum, futurorumq; temporum vidit negocia. Aut quæ nobis ſalus eſſe poteſt, niſi ieiunio eluerimus peccata noſtra: cùm ſcriptura dicat: Ieiuniū & eleemoſyna à peccato liberat? Qui ſunt ergò hi præceptores noui, qui meritum excludant ieiunij? Nónne Gentilium vox iſta eſt, dicentium: Manducemus & bibamus? Quos benè irridet Apoſtolus, dicens: Si ſecundùm hominē pugnaui Epheſi ad beſtias, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Manducemus & bibamus, cràs enim moriemur. Et quibuſdam interiectis: O ſtultum Heliſæum qui ſylueſtribus * ramis & amaris paſcebat prophetas: Immemorem ſcripturarum Eſdram, qui memoria ſcripturas reddidit: Inſipientem Paulum, qui gloriatur ieiunijs, ſi nihil proſunt ieiunia. Sed quomodò non proſunt, quibus vitia purgantur? Quæ ſi deferas cum humilitate, cum miſericordia, vt Eſaias ſpiritu diuino locutus eſt, Oſſa tua pingueſcent, & eris ſicut hortus ebrius. Pingueſcit igitur

Ex Epicureorum ſchola profecti.

1.Ioan.2.

Hæreſis iſta ab apoſtatis monachis initiū cepit.

Ieiunio & abſtinētia redeundū ad paradiſum, non p voluptatē.

Matth.4.

Chriſtus ideò ieiunauit, vt nobis eſſet exemplo.

Matth.17.

Actor.10.

Sancti per ieiuniū præſtātiores fiunt.

Exodi 34.

Daniel.14. 9.& 10.

Tob.4.12.

Gētibus cōparātur ij qui detrahūt merito ieiunij.

1.Cor.15.

* rhamnis

4.Reg.4.

1.Eſd.8.

2.Cor.11.

Ieiunijs vitia purgantur.

Eſaiæ 58.

Pingueſcit anima.

anima tua virtuteſq; eius, ſpirituali adipe ieiunij, & fructus tui multiplicantur vbertate mētis tuæ, vt ſit in te ſobria ebrietas, ſicut illud eſt poculum de quo ait Propheta: Et póculum tuum inebrians quàm præclarum eſt. Pſal.22.

19. LEO Magnus ſermone primo de ieiunio ſeptimi menſis: Obſeruantiam quidem veſtram, dilectiſſimi, ità nouimus eſſe deuotam, vt animas veſtras, non ſolùm legitimis, ſed etiam volūtarijs ieiunijs excolatis. Veruntamen adijciēda eſt huic ſtudio etiam noſtræ admonitionis exhortatio, vt ſi qui ſunt in hoc exercitio tardiores, in his ſaltem diebus communi abſtinentiæ ſe obedienter adiungāt, in quibus nos oportet ſacratiſſimam conſuetudinem attentiùs celebrare, vt per humilitatem ieiunij, cōtra omnes hoſtes noſtros, diuinum mereamur auxilium. Res enim eſt præcipui operis, quam ex authoritate indicimus, & ex charitate ſuademus, vt paululùm edendi libertate compreſſa, caſtigationi corporum & pauperum ſtudeamus alimoniæ. Et ideò, dilectiſſimi, quia ſeptimi menſis ieiunium nos celebrare conuenit, ſanctitatem veſtram monemus, vt quarta & ſexta feria ieiunemus: ſabbato verò apud beatum Petrum Apoſtolum pariter vigilemus, cuius ſuffragantibus meritis, ab omnibus tribulationibus mereamur abſolui per Chriſtum Dominum noſtrum.

Ieiunia quædā volūtaria, ſiue priuata, quædā legitima ſiue indicta & communia.

Per ieiunium cōtra oēs hoſtes diuinum meremur auxilium.

Ex authoritate indicit Pontifex ieiunium.

Ieiuniū quatuor temporum comprę hendit feriam 4.6.& ſabbatum.

Sanctorum merita.

20. SERMONE ſecundo: Miſericordiſſimus rex ſaluberrimæ nos obſeruantiæ ratione informauit, præfiniens nobis per temporum recurſus, quoſdam ieiuniorum dies, in quibus caſtigatione corporum virtus roboraretur animorum. Huius autem remedij munus, dilectiſſimi, etiam in iſto qui ſeptimus eſt, menſe diſpoſitum eſt, quod nos prompta conuenit alacritate ſuſcipere, vt præter abſtinentiam, qua quiſque ſe peculiariter atque priuatìm ſecundùm modū ſuæ poſſibilitatis exercet, hæc ipſa, quæ omnibus ſimul indicitur, animoſiùs celebretur. Nam in omni agone certaminis Chriſtiani, vtilitas continentię plurimùm valet, ità vt quidam ſæuiſſimorum ſpiritus dæmonum, qui ab obſeſſis corporibus nullis exorcizantium fugantur imperijs, ſola ieiuniorum & orationum virtute pellantur, dicente Domino: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi in ieiunio & oratione. Grata ergò eſt Deo, & terribilis diabolo ieiunantis oratio, nec latet quantum acquirit ſuæ ſaluti, quæ tantum præſtat alienæ. In hac ſanè obſeruantia dilectiſſimi, quanuis nos omnes vnanimiter oporteat eſſe deuotos, ſi qui tamen ſunt, quorum voluntati aliqua obſiſtat infirmitas, laborem, qui ſupra vires eſt corporum, redimant impendijs facultatum.

Stati ieiuniorum dies.

Ieiunium 7. mēſis omnibus ſimul indicitur.

Matth.17. Marc.9.

Terribilis diabolo ieiunātis oratio.

21. SERMONE tertio: Ad exorandam, dilectiſſimi, miſericordiam Dei, & ad renouandum ſtatum fragilitatis humanæ, quantum valeant religioſa ieiunia, ſanctorum prophetarum prædicatione cognoſcimus, qui diuinæ iuſtitiæ commotionem, quam frequenter populus Iſrael merito iniquitatis inciderat, non niſi ieiunio proteſtantur poſſe placari. Vndè & Ioel propheta admonet, dicens: Hæc dicit Dominus Deus veſter: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, in fletu, & planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra: & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia miſericors eſt, & patiens, & magnanimus, & multùm miſericors. Et iterùm: Sanctificate ieiunium, prædicate curationem, congregate plebem, ſanctificate Eccleſiam. Quæ cohortatio, dilectiſſimi, noſtris quoquè eſt amplectenda temporibus, quia huius curationis remedia, etiam à nobis ſunt neceſſariè prædicanda, vt in obſeruantia ſanctificationis antiquæ, quod perdidit Iudaica præuaricatio, acquirat Chriſtiana deuotio. Diuinarum nanque reuerentia ſanctionum, inter quælibet ſpontaneæ obſeruantiæ ſtudia, habet ſemper priuilegium ſuum,

Ieiunij vis.

Ioel.2.

Ibidèm.

Ieiunium publicum priuato præſtat.

vt ſacratius ſit, quod publica lege celebratur, quàm quod priuata inſtitutione dependitur. Exercitatio enim continentiæ, quam ſibi quiſq; proprio arbitrio indicit, ad vtilitatẽ cuiuſdam pertinet portionis. Ieiunium verò, quod vniuerſa Eccleſia ſuſcipit, neminem à generali purificatione ſeiungit: & tunc fit potentiſſimus Dei populus, quando in vnitatem ſanctæ obedientiæ, omnium fidelium corda conueniunt, & in caſtris militiæ Chriſtianæ, ſimilis ex omni parte præparatio, & eadem eſt vbiquè munitio. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum pariter vigilias celebremus, cuius meritis & orationibus confidimus nobis per omnia miſericordiam Dei noſtri eſſe præſtandam.

Ieiunium 4. & 6. feriæ ac ſabbati in 4. temporibus. Merita & orationes ſancti Petri.

22. ET ſermone quarto: Prædicationem noſtram, dilectiſſimi, familiaris vobis adiuuat conſuetudo, & ratio temporis commendat officium ſacerdotis, nè aut oneroſum videatur aut arduum, quod & præceptum exigit legis, & deuotio temperat voluntatis. Quæ cùm in vnum, gratia Dei auxiliante, conueniunt, non litera occidit, ſed ſpiritus viuificat. Vbi autem ſpiritus Dei, ibi libertas, quæ legem non timore exequitur, ſed amore. Obedientia enim mollit imperium: nec dura ibi neceſſitate ſeruitur, vbi diligitur, quod iubetur. Cùm ergò vos, dilectiſſimi, ad quædam quæ etiam in veteri teſtamento inſtituta ſunt, cohortamur, non Iudaicæ vos obſeruãtiæ iugo ſubdimus, nec conſuetudinem vobis carnalis populi indicimus. Excellit ſuper illorum ieiunia continentia Chriſtiana, & ſi quid nobis atq; illis commune eſt in temporibus, non concordat in moribus. Habeant illi nudipedalia ſua, & in triſtitia vultum oſtendant ocioſa ieiunia: nos in nullo ad habitûs noſtri honeſtatem diſſimiles, nec à iuſtis & neceſſarijs operibus abſtinentes, edendi licentiam ſimplici parcitate cohibemus, vt in vſu ciborum modus eligatur, nõ creatura damnetur. Quanuìs enim vnicuique noſtrûm liberum ſit, voluntarijs caſtigationibus proprium corpus afficere, & nunc moderatiùs, nunc verò diſtrictiùs, repugnantes ſpiritui carnales cõcupiſcentias edomare, quibuſdã tamen diebus ab omnibus oportet pariter celebrare generale ieiunium, & tunc eſt efficacior ſanctiorq; deuotio, quando in operibus pietatis, totius Eccleſiæ vnus animus & vnus eſt ſenſus. Publica enim præferenda ſunt proprijs: & ibi intelligenda eſt præcipua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura cõmunis. Teneant igitur diligentiam ſuam obſeruantiæ ſingulorum, & contra nequitię ſpiritalis inſidias, implorato diuinæ protectionis auxilio, cęleſtia quiſque arma arripiat. Sed Eccleſiaſticus miles, etiam ſi ſpecialibus prælijs poſſit fortiter facere, tutiùs tamen & feliciùs dimicabit, ſi contra hoſtem palàm in acie ſteterit, vbi non ſuis tantùm viribus certamen ineat, ſed ſub inuicti regis imperio, fraternis conſociatus agminibus, bellum vniuerſale conficiat. Minore enim diſcrimine plures confligunt cum hoſte, quàm ſinguli: nec facilè patet vulneri, quem oppoſito ſcuto fidei, non ſua tantùm, ſed etiam aliorum fortitudo defendit, vt vbi eſt vna omnium cauſa, ſit vna victoria. Et paulò pòſt: Et cùm nos oporteat ſemper ſtudere virtutibus, quidam tamen dies ſunt ad caſtigationem communis obſeruantiæ conſecrati, vt anima, quæ terrenis adhuc deſiderijs implicatur, & curis ſeculi impeditur, ex interuallo ſaltem ad diuina reſpiret, & quia portio diuini agri eſt, dignos cæleſtibus horreis adferat fructus. Ibi enim ſpes eſt metendi, vbi fuerit diligentia ſeminãdi. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: Sabbato verò ad beatiſſimũ Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, ſperãtes nos ità eius orationibus adiuuandos, vt Deus miſericordiarum, ieiunij noſtri ſacrificio placatus exaudiat.

2. Cor. 3. — Obedientia mollit imperium. — Alia Chriſtianorum atq; Iudęorum ieiunia. — Ieiuniũ generale & publicum præfertur priuato. — Cur certa ieiuniorum tẽpora inſtituta. — Quarta & ſexta feria & ſabbatũ ieiunij quatuor temporum. Orationes S. Petri. Ieiunij ſacrificio placatur Deus.

23. SERMONE quinto de eodem ieiunio ſeptimi menſis: Sancitum, dilectiſſimi, in ſeptimo menſe ieiunium, ad communis deuotionis exercitia prædicamus, fidenter vos paternis cohortationibus incitantes, vt quod fuit antè Iudaicum, veſtra fiat obſeruantia Chriſtianũ. Eſt enim omni tempore aptum & teſtamento vtrique conueniens, vt per caſtigationem mentis & corporis, miſericordia diuina quæratur: quia nihil eſt efficacius ad exorandum Deum, quàm vt homo ipſe ſe iudicet, & nunquàm deſinat à venia poſtulanda, qui ſe ſcit nũquàm eſſe ſine culpa. Et in fine: Quod ergò & ſanctificationi corporum, & reparationi proſit animarum, quarta & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, eius orationibus adiuuandi, vt ſanctorum deſideriorum conſequamur effectum.

Ieiunia vtriq; teſtamento congruunt. — Reparationi animarũ prodeſt ieiuniũ. 4. & 6. feriæ ieiuniũ cum ſabbati vigilijs. Orationes S. Petri.

24. SERMONE ſeptimo: Apoſtolica inſtitutio, dilectiſſimi, quæ Dominum Ieſum Chriſtum ad hoc veniſſe in hunc mũdum nouerat, vt legem non ſolueret: ità veteris Teſtamenti ſacramenta diſtinxit, vt quædam ex eis, ſicut erant condita, Euangelicæ eruditioni profutura decerperet, & quæ dudùm fuerant conſuetudinis Iudaicæ, fierẽt obſeruantiæ Chriſtianæ. Quanuìs enim varietates hoſtiarum, differentiæ baptiſmatum, & ocia ſabbatorum, cum ipſa carnis circuncißione ceſſauerint, manent tamen ex ipſis voluminibus, & apud nos præcepta plurima moralia. Quòd igitur, dilectiſſimi, ex veteris prædicatione doctrinæ ad purificationem animarum corporumq; noſtrorum ieiunium ſeptimi menſis adſumimus, non legalibus nos oneribus ſubijcimus, ſed vtilitatem continentiæ, quæ Chriſti Euangelio ſeruit, amplectimur: Quia in hoc poteſt ſuper ſcribas & Phariſęos Chriſtiana abundare iuſtitia, non euacuando legem, ſed intelligentiam refutando carnalem. Nec enim talia noſtra debent eſſe ieiunia, qualia erant illorum, quibus Eſaias propheta, Spiritu ſancto in ſe loquente, dicebat: Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non ſuſtineo, ieiunium & ferias, & dies feſtos veſtros odit anima mea. Vndè Dominus ieiunandi formam diſcipulis tradens: Cùm ieiunatis, inquit, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Et in fine: Quarta & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud beatum Petrum vigilias celebremus, cuius nobis orationes ſuffragabuntur & merita, vt quantumcunque fidelibus tribuitur bonum velle, tantum donetur & poſſe.

Ex veteri lege quęnã Eccleſia obſeruandã retinuerit, quæ non. — Ad purificationem animarum aſſumitur ieiunium. — Matth. 5. — Eſaiæ 1. — Matth. 6. 4. & 6. feriæ ieiuniũ cum vigilijs ſabbati. Orationes & merita D. Petri ſuffragantur nobis.

25. SERMONE octauo: Felicior ſemper parca temperantia, quàm profuſa luxuria: maiorq; eſt lux humilibus, quàm ſuperbis, & ſublimior mẽs, quæ inter prohibita atq; permiſſa certiùs habet ſperare cæleſtia, quàm amare terrena. Vt autem in hoc prouectu animus religioſus excellat, & ius ſuæ dominationis obtineat, ſubigendo corpori caſtigatio eſt adhibenda ieiunij. Quod licèt generali nomine ad omnem continentiam pertinere videatur, propriè tamen ad edendi diminutionem refertur, vt proſit nunc voluntate non ſumere, quod ab initio contra vetitum nocuit vſurpâſſe, vt ſicut illic concupiſcentia vulneri, ità hîc abſtinentia ſit ſaluti. Cui medicinæ, dilectiſſimi, cùm omne tempus ſit congruum, hoc tamen habemus aptiſſimum, quòd Apoſtolicis & legalibus inſtitutis videmus electum, vt ſicut in alijs anni diebus, ità in menſe ſeptimo, ſpiritalibus nos purificationibus emundemus. Conuenientibus autem in vnum propoſitum tribus ſtudijs, oratione ſcilicet & eleemoſyna atque ieiunio, præſtabitur nobis à miſericorde Deo & cohibitio cupiditatum, & exauditio precũ, & remiſſio peccatorum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ieiuniũ propriè ad edendi diminutionẽ refertur. — Ieiunium 4. temporũ ab Apoſtolis inſtitutum. — Remiſſio peccatorũ præſtatur oratione, ieiunio & eleemoſyna.

26. SERMONE nono: Quod dudùm & traditio decreuit, & conſuetudo firmauit, nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit. Sed quia ſacerdotalis

Traditio & conſuetudo ieiunij Septembris.

talis

Digitized by Google

talis officij eſt, erga omnes Eccleſiæ filios curã habere communem, in id quod & rudibus proſit & doctis, quos ſimul diligimus, pariter incitamus, vt ieiunium quod nobis ſeptimi menſis recurſus indicit, fide alacri per caſtigationẽ animi & corporis celebremus. Et poſt pauca: Ideò enim continentiæ obſeruantia, quatuor eſt aſſignata temporibus, vt in idipſum totius anni redeunte decurſu, cognoſceremus nos indeſinenter purificationibus indigere, ſemperq; eſſe nitendum, dum huius vitæ varietate iactamur, vt peccatum, quod fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur, ieiunijs atque eleemoſynis deleatur. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: ſabbato verò apud beatum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, cuius nos meritis & orationibus credimus adiuuandos, vt miſericordi Deo ieiunio noſtro & deuotione placeamus.

Cur 4. tẽporum ieiunia inſtituta.

Ad delendũ peccata.

Feriæ 4. & 6. ſabbati ieiuniũ & vigiliæ. Meritis & orationibus S. Petri adiuuamur.

27. IDEM Leo de ieiunio decimi menſis, ſermone primo: Tria verò ſunt &c. vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio ſecundo.

28. SERMONE ſecundo de ieiunio decimi menſis: Quid poteſt eſſe efficacius ieiunio? cuius obſeruantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus. Semper virtuti cibus, ieiunium fuit. De abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubria conſilia. Et per voluntarias afflictiones caro concupiſcentijs moritur, virtutibus ſpiritus innouatur. Sed quia non ſolo ieiunio animarum noſtrarum ſalus acquiritur, ieiunium noſtrum miſericordijs pauperum ſuppleamus. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum pariter vigilemus, cuius ſuffragantibus meritis, quæ poſcimus, impetrare poſſimus.

Nota ieiunij efficaciam.

Feriæ 4. & 6. ieiuniũ cum ſabbati vigilijs.

Merita S. Petri.

29. SERMONE tertio: Enecato omni ſemine vitiorum, conualeſcat ſeges læta virtutum. Ad quam diligentiam omni quidem nos tempore pietatis magiſter adhortatur: ſed in his diebus, qui huic operi ſunt ſpecialiùs præſtituti, maior animoſitas & cura eſt excitanda feruentior, nè quod pium eſt agere non indictum, impium ſit negligere prędicatum. Decimi itaq; menſis ieiunium, ad quod charitatem veſtram religioſo propoſito nouimus præparatam, vnanimiter auxiliante Chriſto celebrantes, hortamur monentes, vt vnuſquiſq; ſecundùm menſuram poſſibilitatis, quam accepit à Deo, in bonis operibus eniteſcat: quia & inimici noſtri, qui noſtra ſanctificatione torquentur, in his diebus, quos ad maiorem obſeruantiam nobis diſpoſitos eſſe nouerunt, vehementiùs ſæuiunt, & ſubtiliore inſidiantur aſtutia, vt alijs immittendo metum inopiæ de largitatis expenſis, alijs immittendo triſtitiam de labore ieiunij, quàmplurimos à conſortio huius deuotionis abducant.

Pium eſt agere ieiunium nõ indictum, ſed impium negligere prædicatum.

Diabolus benè agentibus magis inſidiatur.

30. SERMONE quarto: Curandis igitur læſionibus, quas ſępè incidunt, qui cum inuiſibili hoſte confligunt, trium maximè remediorum eſt adhibenda medicina: in orationis inſtantia, in caſtigatione ieiunij, in eleemoſynę largitate. Quæ cùm pariter exercentur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur. Et ijs quidem præſidijs ſemper fidelis anima debet accingi, ſed tunc ſtudioſiùs præparari, cùm ij adſunt dies, qui propriè ſunt ad hæc pietatis officia pręſtituti. De quorum ordine eſt etiam decimi huius menſis ſolenne ieiunium: quod non ideò negligendum eſt, quia de obſeruãtia veteris legis adſumptum eſt, tanquàm hoc de illis ſit, quæ inter diſcretiones ciborum, inter baptiſmatum differentias, & auium pecudumq; hoſtias eſſe deſtiterunt. Illa enim quæ rerum futurarum figuras gerebant, impletis quæ ſignificauêre, finita ſunt. Ieiuniorum verò vtilitatem, noui Teſtamenti gratia non remouit, & continentiam corpori atque animæ ſemper profuturam, pia obſeruatione ſuſcepit. Quoniã ſicut permanet apud intelligentiam Chriſtianam, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: &, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, & cætera talium mandatorum: ità quod in eiſdem libris de ieiuniorum ſanctificatione & curatione præceptum eſt, nulla interpretatione vacuatur. In omni enim tempore omniq; vita huius ſeculi, ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores, ieiunia contra concupiſcentias vincunt, tentationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus, ad maturitatem totius virtutis enutriunt: ſi tamen in ſocietatem ſibi beneuolentiam charitatis aſſumant, & in operibus miſericordiæ ſe prudenter exerceant. Hæc itaque, vt adiuuante Deo, pia deuotione curentur, quarta & ſexta feria ieiunemus: ſabbato verò apud beatum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, cuius orationibus adiuti, in omnibus miſericordiam Dei mereamur.

Per ieiuniũ, orationem & eleemoſynã Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur.

Præcepta cæremonialia veteris legis cur abrogata.

Quomodò ieiunium, quauis in veteri lege præceptũ, ad Chriſtianos pertineat.

Ieiunij vis & energia.

Feriæ 4. & 6. ieiuniũ cum vigilijs ſabbati.

Orationibus S. Petri adiuti, miſericordiã Dei mereamur.

31. SERMONE quinto de eodẽ ieiunio: Huic autem operi (eleemoſynarũ) cùm omnia opportuna ſint tempora, hoc nunc præcipuè aptum atque conueniens, in quo ſancti Patres noſtri diuinitùs inſpirati, decimi menſis ſanxêre ieiuniũ, vt omnium fructuum collectione concluſa, rationabilis Deo abſtinẽtia dicaretur, & meminiſſet quiſque ità vti abundantia, vt & circa ſe abſtinentior, & circa pauperes eſſet effuſior. Efficaciſſima enim pro peccatis deprecatio eſt in eleemoſynis atque ieiunijs, & velociter ad diuinas conſcendit aures talibus oratio eleuata ſuffragijs. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud præſentem beatiſſimum Petrum vigilias celebremus: qui ſicut experimur & credimus, pro commendatis ſibi ouibus indeſinenter paſtorales prætendit excubias, exoraturus deprecationibus ſuis, vt Eccleſia Dei, quæ ipſius eſt prædicationibus inſtituta, ab omni errore ſit libera, per Chriſtum Dominum noſtrum.

Efficax vndè fiat pro peccatis oratio.

Feriæ 4. & 6. ieiuniũ cum vigilijs ſabbati.

S. Petri cura & interceſſiõ pro Eccleſia Romana.

32. SERMONE ſexto de ieiunio decimi menſis: Euangelicis ſanctionibus, dilectiſſimi, multùm authoritatis præbet doctrina legalis, cùm quædam de mandato veteri ad nouam obſeruantiam transferuntur, & ex ipſa Eccleſiaſtica deuotione demonſtratur, quòd Dominus Ieſus Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed adimplere. Ceſſantibus enim ſignificationibus, quibus Saluatoris noſtri nunciabatur aduentus: & peractis figuris, quas abſtulit ipſa præſentia veritatis, ea quæ ad regulas morum, vel ad ſimplicem Dei cultum, ratio pietatis inſtituit, in eadẽ apud nos forma, in qua ſunt condita, perſeuerant: & quę vtriq; teſtamento erant congrua, nulla ſunt commutatione variata. Ex ijs autem eſt etiam decimi menſis ſolenne ieiunium, quod à nobis nunc eſt annua conſuetudine celebrandum: Quia plenũ iuſtitiæ eſt atq; pietatis, gratias agere diuinæ largitati pro fructibus, quos in vſus hominũ ſecundùm ſummæ prouidentiæ temperamentum terra produxit. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatiſſimum Apoſtolum Petrum vigilemus, cuius orationibus nobis per omnia obtineatur diuina protectio.

Quæ obſeruationes Iudæorum abrogatæ, & quę nõ.

Ieiunium decembris.

Feriæ 4. & 6. ieiun. cũ vigilijs Sabbati. S. Petri orationes.

33. SERMONE ſeptimo: Subegit luxuriam continentia, humilitas arrogantiam propulſauit: & qui impudicitia ſorduerant, caſtitate nituerũt. His autem cõuerſionibus, dilectiſſimi, prouidente gratia Dei, addita ſunt ſancta ieiunia, quæ in quibuſdam diebus, ab vniuerſa eccleſia deuotionem obſeruantiæ generalis exigerent. Quanuis enim pulchrum ſit atq; laudabile, vt ſingula quæque membra corporis Chriſti, proprijs ornentur officijs, excellentioris tamen eſt actionis ſacratioriſq; virtutis, cùm in vnum propoſitum, piæ plebis corda concurrunt: vt illi cui ſanctificatio noſtra ſupplicium eſt, non ſolum à parte, ſed etiam

Ieiunij generalis maior vis.

à ſoliditate ſuperetur. Cui nūc operi, dilectiſſimi, decimus menſis offertur, admonens quodāmodò pro qualitate temporis ſui, nè quiſquam frigore infidelitatis obtorpeat, ſed potiùs charitatis ſpiritu concaleſcat. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus.

Feriæ 4. & 6. ieiunium.

34. ET ſermone octauo: Eccleſiaſtica ieiunia ex doctrina ſancti Spiritus ità per totius anni circulum diſtributa ſunt, vt lex abſtinētiæ omnibus ſit adſcripta temporibus. Siquidē ieiuniū vernum in quadrageſima, æſtiuū in pentecoſte, autumnale in mēſe ſeptimo, hyemale autem in hoc, qui eſt decimus, celebramus, intelligentes diuinis nihil vacuum eſſe præceptis, & verbo Dei ad eruditionem noſtram, omnia elementa ſeruire, dum per ipſius mundi cardines, quaſi per quatuor Euangelia, inceſſabili tuba diſcimus, quod & prædicemus, & agamus. Cùm ergò vniuerſa vitia per continentiam deſtruantur, & quicquid auaritia ſitit, quicquid ſuperbia ambit, quicquid luxuria concupiſcit, huius virtutis ſoliditate ſuperetur: quis non intelligat, quantum nobis per ieiunia conferatur, in quibus indicitur, vt non ſolùm à cibis, ſed etiā ab omnibus carnalibus deſiderijs temperetur? Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatiſſimum Apoſtolum Petrum vigilias celebremus, qui & orationes & ieiunia & eleemoſynas noſtras precibus ſuis dignabitur adiuuare.

Ieiunia 4. tēporum ex doctrina Spiritus ſancti profecta.

Per continentiā vniuerſa vitia ſuperātur.

4. & 6. feriæ ieiuniū cum vigilijs ſabbati.

S. Petri preces.

35. IDEM de ieiunio Pentecoſtes ſermone primo: Hodiernam, dilectiſſimi, feſtiuitatē deſcenſione Spiritus ſancti conſecratam, ſequitur, vt nōſtis, ſolenne ieiunium, quod animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum, deuota nobis eſt obſeruantia celebrandum. Repletis nanq; Apoſtolis virtute promiſſa, & in corda eorum Spiritu veritatis ingreſſo, non ambigimus inter cætera cęleſtis ſacramenta doctrinæ, hanc ſpiritalis continentiæ diſciplinam de paracleti magiſterio primitùs fuiſſe conceptam, vt ſanctificatæ ieiunio mentes, conferendis ſibi chariſmatibus fierent aptiores. Ij itaque doctores, qui exemplis & traditionibus ſuis omnes Eccleſiæ filios imbuerunt, tyrocinium militiæ Chriſtianæ ſanctis ieiunijs inchoārunt, vt contra ſpiritales nequitias pugnaturi, abſtinentiæ arma raperent, quibus incentiua vitiorum truncarent. Et in fine: Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus, ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolū vigilias celebremus, cuius nos orationibus, & à ſpiritalibus inimicis, & à corporeis hoſtibus confidimus liberari.

Ieiuniū Pentecoſtes ad curādas animas & corpora ſalubriter inſtitutum magiſterio Spiritus ſancti.

Feriæ 4. & 6. ieiuniū cum ſabbatinis vigilijs.

S. Petri orationes.

36. SERMONE ſecundo: Dubitandum non eſt, dilectiſſimi, omnem obſeruantiam Chriſtianam eruditionis eſſe diuinæ, & quicquid ab Eccleſia in conſuetudinem eſt deuotionis receptum, de traditione Apoſtolica & de ſancti Spiritus prodire doctrina, qui nunc quoque cordibus fidelium ſuis præſidet inſtitutis, vt ea omnes & obedienter cuſtodiant, & ſapienter intelligant. Nam cùm in die Pentecoſtes, quem à Paſcha Domini quinquageſimum celebramus, promiſſus à Domino Spiritus ſanctus, expectantium mentes maiori quàm vnquàm copia & clariore præſentia ſuæ maieſtatis impleuerit: manifeſtiſſimè patet inter cętera Dei munera, ieiuniorum quoquè gratiam, quæ hodiernam feſtiuitatem indiuiſa ſubſequitur, tunc fuiſſe donatam, vt ſicut fuit concupiſcentia initium peccatorum, ità ſit continentia origo virtutum.

Ex traditiōe Apoſtolica quęnam proficiſcantur.

Continentia virtutum origo.

37. SERMONE quarto: Inter omnia, dilectiſſimi, Apoſtolicæ inſtituta doctrinæ, quę ex diuinę inſtitutionis fonte manārunt, dubium nō eſt, influente in Eccleſiæ principes Spiritu ſancto, hanc primùm ab eis obſeruantiam fuiſſe conceptam, vt ſancti obſeruatione ieiunij, omnium virtutum regulas inchoarēt, quia multùm ad præcepta Dei exequenda prodeſſet, ſi Chriſtiana militia contra incentiua omnium vitiorum continentiæ ſe ſanctificatione muniret. Et in fine: Vndè charitatem veſtrā ſolerter admonemus, vt per caſtigationem corporis & per opera pietatis, mundari ab omnium peccatorum ſorde cupientes, quarta & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, cuius meritis & orationibus ità nos per omnia credimus adiuuandos, vt miſericordia Dei & ieiunijs noſtris adſit & votis, per Chriſtum Dominum noſtrum.

Ieiunij vis.

Feriæ 4. & 6. ieiuniū cum ſabbatinis vigilijs.

S. Petri meritis & orationibus adiuuamur.

38. IDEM Leo Magnus de quadrageſima ſermone primo: Scientes dæmones agere nos ſacratiſſimos Quadrageſimæ dies, in quorū obſeruantia omnes præteritæ deſidiæ caſtigātur, omnes negligentiæ diluuntur, ad hoc totam vim ſuæ malignitatis intendunt, vt celebraturi ſanctum Paſcha Domini, in aliquo inueniamur indigni: & vndè nobis obtinenda erat propitiatio, indè contrahatur offenſio. Accedētes ergò, dilectiſſimi, ad Quadrageſimæ initiū, id eſt, ad diligentiorem Domini ſeruitutem, quia quaſi ad quendam agonem ſancti operis introimus, ad pugnas tentationum animos præparemus, & intelligamus quanto ſtudioſiores pro noſtra ſalute fuerimus, tanto nos vehementiùs ab aduerſarijs impetendos. Sed fortior eſt, qui in nobis eſt, quàm qui aduersùm nos eſt, & per ipſum validi ſumus, in cuius virtute confidimus: quia ob hoc Dominus ſe tentari à tentatore permiſit, vt cuius munimur auxilio, eiuſdem erudiremur exemplo.

Quadrageſimalis obſeruātia ieiunij diluuntur negligentiæ.

Obtinetur propitiatio.

39. SERMONE ſecūdo: Parùm religioſus alio tēpore demonſtratur, qui in his diebus religioſior nō inuenitur. Vndè opportunè auribus noſtris lectio Apoſtolicę prędicationis inſonuit, dicēs: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Quid enim acceptius hoc tempore? quid ſalubrius his diebus? in quibus, vitijs bellum indicitur, & omnium virtutum profectus augetur.

In quadrageſima religioſiùs viuendū.

2. Cor. 6.

40. SERMONE tertio: Quia dum mortali carne circundamur, non deſinit nobis antiquus hoſtis laqueos peccati vbiquè prætendere, & tunc maximè aduersùs Chriſti membra ſæuire, quando ab eis ſunt celebrāda ſacratiora myſteria, meritò doctrina Spiritus ſancti hac eruditione imbuit populum Chriſtianū, vt ad paſchale feſtum quadraginta dierum continentia ſe præpararet. Cuius purificationis ratio etiam nos ad obſeruantiam ſuæ ſalubritatis inuitat, & diligentiam nobis propoſitæ caſtigationis indicit. Quanto enim ſanctiùs quiſque hos dies inuenietur egiſſe, tanto probabitur Paſcha Domini honorāſſe religioſiùs. In diebus igitur ſanctorum ieiuniorum pietatis opera, quibus ſemper ſtudendum eſt, abundantiùs exequamur.

Quando magis ſæuiat hoſtis.

Obſeruantia religioſa Quadrageſimæ.

41. SERMONE quarto: Prędicaturus vobis (dilectiſſimi) ſacratiſſimum maximumq; ieiunium, quo aptiùs vtar exordio, quàm vt verbis Apoſtoli, in quo Chriſtus loquebatur, incipiā, dicamq; quod lectum eſt: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Quanuis enim nulla ſint tempora, quæ diuinis non ſint plena muneribus, & ſemper nobis ad miſericordiam Dei per ipſius gratiam præſtetur acceſſus: nunc tamen omnium mentes maiori ſtudio ad ſpiritales profectus moueri, & ampliori fiducia oportet animari, quandò ad vniuerſa pietatis officia, illius nos diei, in quo redempti ſumus, recurſus inuitat, vt excellens ſuper omnia paſſionis Dominicæ ſacramentum puritatis & corporibus & animis celebremus. Debebatur quidem tantis myſterijs ità ineffabilis deuotio, & continuata reuerentia, vt tales permaneremus in conſpectu Dei, quales nos in ipſo Paſchali feſto dignum eſt inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorum eſt, & dum carnis fragilitate auſterior obſeruantia relaxatur, dumq; per

2. Cor. 6.

Cur religioſiùs trāſigendum Quadrageſimale tēpus.

Ad reparandam mentiū puritatē corp-

Digitized by Google

ſum hoc ieiunij tẽpus inſtitutum.

que per varias actiones, vitæ huius ſolicitudo diſtenditur, neceſſè eſt de mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere: magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia caſta decoquerent. Ingreſſuri igitur, dilectiſſimi, dies myſticos, & purificandis animis atque corporibus ſacratiùs inſtitutos, præceptis Apoſtolicis obedire curemus, emundantes nos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus. Et in fine: Secunda igitur & quarta & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud S. Petrum vigilias celebremus, qui commendati ſibi gregis curam habere non deſinens, cuſtodiam nobis de ſuis precibus obtinebit, auxiliante Deo nobis per omnia.

Item ad culpas aliorum temporũ redimẽdas per opera pia. 2. Cor. 7.

Feriæ 4. & 6. ieiun. cũ ſabbatinis vigilijs.

Sancti Petri preces.

42. SERMONE quinto: Quando opportuniùs, dilectiſſimi, ad remedia diuina recurrimus, quàm cùm ipſa nobis ſacramenta redemptionis noſtræ temporum lege referuntur? quæ vt digniùs celebremus, ſaluberrimè nos quadraginta dierum ieiunio præparemus. Non enim ij tãtùm, qui per mortis Chriſti reſurrectionisq; myſterium in nouam vitam baptiſmo ſunt regenerante venturi, ſed etiam omnes populi renatorum vtiliter ſibi & neceſſariè præſidium huius ſanctificationis adſumunt: illi, vt quæ nondùm habent, accipiant: iſti, vt accepta cuſtodiant. Dicente nanque Apoſtolo: Qui ſtat, videat nè cadat: nemo eſt tanta firmitate ſuffultus, vt de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. Vtamur igitur, dilectiſſimi, ſaluberrimi temporis venerabilibus inſtitutis, & ſolicitiore cura, cordis noſtri piacula tergamus.

Quadrageſimę ieiunium cur ab omnibus ſuſcipiendum.

1. Cor. 10.

43. SERMONE ſexto: Quod ergò, dilectiſſimi, in omni tempore vnumquenque conuenit facere Chriſtianum, id nunc ſolicitiùs eſt & deuotiùs exequendum, vt apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum ieiunijs impleatur, non ciborum parcitate tantummodò, ſed priuatione maximè vitiorum.

Apoſtolica inſtitutio.

44. SERMONE nono: In omnibus ſolennitatibus Chriſtianis non ignoramus paſchale ſacramentum eſſe præcipuum, cui condignè & congruè ſuſcipiendo totius quidem nos temporis inſtituta reformant, ſed deuotionem noſtram præſentes vel maximè dies exigũt, quos illi ſublimiſſimo diuinæ miſericordiæ ſacramento ſcimus eſſe contiguos. In quibus meritò à ſanctis Apoſtolis per doctrinam Spiritus ſancti maiora ſunt ordinata ieiunia, vt per commune conſortium crucis Chriſti etiam nos aliquid in eo, quod propter nos geſſit, ageremus, ſicut Apoſtolus ait: Si compatimur, & conglorificabimur. Certa atque ſecura eſt expectatio promiſſæ beatitudinis, vbi eſt participatio Dominicæ paſſionis.

A ſanctis Apoſtolis cur ante paſſionem Domini Quadrageſimale ieiunium inſtitutum.

Rom. 8.

Nota.

45. SERMONE decimo: Conſiderantes autem, quid per crucem Domini adepta eſt vniuerſitas mundi, cognoſcimus ad celebrandum paſchę diem, meritò nos quadraginta dierum ieiunio præparari, vt digni poſſimus diuinis intereſſe myſterijs.

46. SERMONE vndecimo de Quadrageſima: Appropinquante autem feſtiuitate paſchali, adeſt maximum ſacratiſſimumq; ieiunium, quod obſeruantiam ſuî vniuerſis fidelibus ſine exceptione denunciat: quia nemo tam ſanctus eſt, vt non ſanctior: nemo tam deuotus, vt non debeat eſſe deuotior.

Quadrageſimę ieiunium vniuerſale.

47. ET ſermone duodecimo: Appropinquante, dilectiſſimi, ſolennitate paſchali, ſic eſt præcurrenda conſuetudo ieiunij, vt nos quadraginta dierum numerus ad ſanctificationem corporis & mentis exerceat. Suſcepturi enim feſtorum omnium maximũ feſtum, ea nos debemus obſeruantia præparare, vt in cuius ſumus reſurrectione cõreſuſcitati, in ipſius inueniamur paſſione cõmortui. Et paulò pòſt: Continẽtia nutriendis atq; ſeruãdis animi & corporis bonis, & incrementa præbet, & roborat. Vndè in cæleſtibus Eccleſiæ diſciplinis, multũ vtilitatis adferunt diuinitùs inſtituta ieiunia, vt dum continentiæ legibus carnalis ſubijcitur appetitus, motus quoq; interior tẽperetur, vt ſicut corpus à cibis, ità mens ab iniquitate ieiunet.

Diuinitùs inſtitutorum ieiuniorum vtilitas.

V.

Quid verò his reſpondendum eſt, qui legem Eccleſiaſtici Ieiunij conuellunt atque contemnunt?

A. PRIMVM admonendi ſunt iſti, nè falsò Catholicis affingant, quod Apoſtolus [a] deteſtatur, & Eccleſia ſemper damnauit in Iudæis, Manichæis & Priſcillianiſtis: quòd videlicet aut ſecundùm legem Moſaicam, aut ex ſuperſtitione à cibis quibuſdam abſtineant. Catholici enim, ſicut Auguſtinus Fauſto Manichęo [b] reſpondet, quòd à carnibus abſtinent, edomandi corporis cauſa id faciunt, propter animam ab irrationabilibus motibus ampliùs humiliandam, nõ quòd carnes eſſe immundas credant. Nec ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicutì pauci, vel certis diebus atque temporibus, ſicutì per Quadrageſimam fermè omnes. Sic Auguſtinus. Atque ante illum idipſum etiam docet Epiphanius: vbi confutat Aërianã [c] hęreſim, quæ ſtata Eccleſię Ieiunia cuiq; libera eſſe vult, atque ad ea neminem obligari.

a 1. Tim. 4. a Coloſſ. 2. c d Deut. 14. a b Can. Apoſt. 50. & 52. Concil. Gangrenſ. can. 2. 1. Tolet. in aſſertione fidei. Bracar. 1. can. 14. & 32.

b lib. 30. contra Fauſt. cap. 5. & de morib. Manich. ca. 13. & 14. Cont. Adimant. cap. 14. Item Theodoret in Epitome diuinorum decret. cap. de abſtinent. Bern. ſerm. 66. in Cantica. Iſidor. lib. 1. de off. Eccl. cap. 44. Gene. 1. d 2. c 9. a Leu. 10. b Num. 6. a Iudic. 13. a c Hier. 35. a b d Dan. 1. b c 10. a Matth. 3. a Marc. 1. a Lucæ 1. b Actor. 15. d e Roma. 14. d 1. Corinth. 8. d 1. Tim. 5. d Sexta ſyn. Conſtantinop. can. 56. Greg. ad Auguſt. Anglor. Epiſc. teſte Grat. diſt. 4. & lu par. 4. c. 29. Athan. in vita Antonij. Hiero. in vita Pauli eremitæ, & Hilarionis. Epiphan. in compen. doct. Eccl. Cathol.

c Hæreſi 75. & Auguſt. hæreſi 53. Item Damaſcenus de hæreſibus.

B. Quòd autem in publicis [d] ieiunijs, ſicut & in precationibus & ferijs, ratio temporis obſeruatur, id ordinem & concordiam publicam in Eccleſia confirmat, illuſtrat ac promouet. Deindè priuata ieiunia non ità multi quidem imponerent ſibi, vtpotè naturali carnis amore ventriſque ſtudio ad ſuſcipienda ea impediti.

d Hieron. in Epiſt. ad Galat. cap. 4. Leo ſerm. 3. & 4. de ieiunio 7. mẽſis, & ſerm. 4. de quadrageſima. Baſil. orat. 2. de ieiunio.

C. Quòd

Digitized by Google

C. Iam quòd magni momenti, & certi meriti ſit, eiuſmodi ieiunia reuerenter amplecti, ſeduloque obſeruare, tam apertè probat Hieronymus[e] contra Iouinianum, hac de re ampliùs vt à nullo poſſit dubitari. Quibus addenda ſunt, quæ ſuprà docuimus de præceptis Eccleſiæ obſeruandis, idque ad ſcandalum[f] euitandum, & ob diſciplinam publicam retinendam, neque modò propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, vt[g] Apoſtolus dixit.

D. Conſtat autem, ſicut omnium ætatum[h] ſcriptores comprobant, Eccleſiæ diſciplinam, conſuetudinem, traditionem, ſanctionem hanc & eſſe conſtantem, & indè ab initio fuiſſe, vt diebus quibuſdam, præſertim[i] Quadrageſimæ, Ieiunium hoc Eccleſiaſticum obſeruaretur. Ità docent Canones[k] Apoſtolorum & Sacroſanctæ[l] Synodi. Gangrenſis quidem[m] Anathemate eos ferit, qui communia totius Eccleſię Ieiunia contemnunt: Toletana[n] verò communione eos priuari iubet, qui ſine ineuitabili neceſſitate & euidenti languore carnibus in Quadrageſima veſcuntur.

E. Et ſingularis Patrum eſt ardor in commendando, vrgendo, & exigendo[o] ieiunio, præſertim Quadrageſimæ, quod quidem ab[p] Apoſtolis inſtitutum videri volunt. Ab hoc Patrum ſpiritu ſunt alieni, qui ieiuniorum legem ſibi alijsque relaxant, & carnis licentiæ, non libertati Euangelicæ, patrocinantur. Hi[q] carnem cum vitijs & concupiſcentijs nolunt crucifigi, ac proindè quæ ſunt[r] ſpiritus, non ſapiunt: ſed ſpiritum[ſ] potiùs extinguunt, aduersùs doctrinam Apoſtolicam. Deindè palàm obſiſtunt Eccleſiæ matri, immò etiam[t] CHRISTO in Eccleſia ſponſa[v] loquenti atque præcipienti: vndè ſibi certam[x] damnationem acquirunt, quando ſanctum & ſalutiferum, & ab Eccleſia nobis vſque commendatum ieiuniorum inſtitutum, abrogant repudiántve.

e Lib. 2. cap. 5. 10. 11. Auguſt. hæreſi 82. & Ambroſ. epiſt. 82.

f Auguſt. epiſt. 118. ad Ianuar. cap. 2.

g Roman. 13. b

h Aug. epiſt. 86. Epiphan. in cōpendiar. doct. Calixt. epiſt. 1. ad Benedictum. Leo ſer. 1. & 2. de pentecoſte. Itē ſer. 8. & 9. de ieiunio 7. menſis, & ſermo. 8 de Ieiunio 10. menſis. Raba. lib. 2. de inſtitut. cleric. cap. 24. Concil. Mogun. cap. 34. Salegunſtad. can. 2. Bernard. in vigil. Andreæ.

i Ignat. ad Phil. Epiphan. in cōpendiar. doct. Theophilus Alex li. 3. Paſchal. Maximus in ſer. de quadrag. Itē Amb. Aug. Leo & Bernar. de eadem. Orig. hom. 10. in Leuit. Iſidor. 1. off. Eccl. ca. 36. Auguſt. epiſt. 119. cap. 15. & in pſal. 110.

k Canon. 68.

l Laodic. ca. 50. 2. Bracar. can. 9. 4. Cartha. can. 63. Tribur. can. 35. Agath. can. 12.

m Can. 19. Item Mogunt. can. 35.

n 8. Tolet can. 9. Vide Teleſph. in epiſt. ad vniuerſos. Theophilum Alexan. lib. 3. Paſchal. Auguſt. ſerm. 64. de tempore. Niceph. lib. 17. cap. 32. Chryſoſt. homil. 6. ad popul. Item 1. & 2. in Geneſ.

o Baſil. homil. 2. de ieiunio. Aug. ſerm. 62. de temp. Ambr. ſer. 23. 25. 34. 36. & 37.

p Hieron. epiſtol. 54. contra Montanū, ad Marcellam.

q Galat. 5. d

r 1. Corinth. 2. d

ſ 1. Theſſ. 5. c Maximus in Litanijs.

t Auguſt. in epiſt. 86. ad Caſulanum.

v Lucæ 10. c Matth. 18. c 1. Corinth. 14. g 2. Theſſal. 2. c Actor. 5. e Hierem. 35. b d 2. Machab. 6. d e f 7. a

x Rom. 13. a Leui. 23. e 1. Reg. 14. d f 3. Regum 13. e Concil. Trident ſeſſ. vlt. Aug. tractat. 73. in Ioan. Ambroſ. ſermo. 25. & 36. Chryſoſt. homil. 12. in 1. ad Timoth. Raba lib. 2. de inſtit. cler. cap. 25.

TESTIMONIA.

1. A. PRIORIS ad Timotheum quarto: Spiritus autē manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentiū nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerūt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.

2. AD Coloſſenſes ſecundo: Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum: quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti. Si ergò mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquàm viuentes in mundo, decernitis? Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis: quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundùm præcepta & doctrinas hominum. quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

3. DEVTERONOMII decimoquarto: Nè comedatis quæ immunda ſunt. Hoc eſt animal quod comedere debetis: Bouem, & ouem, & capram, ceruum & capreā, bubalum & tragelaphū, pygargum, orygem, camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, leporem, chœrogryllum: quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoquè, quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit: carnibus eorum non veſcemini, & cadauera non tangetis. Hęc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis. Quæ habent pinnulas & ſquamas, comedite: quæ abſque pinnulis & ſquamis ſunt, nè comedatis, quia immunda ſunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas nè comedatis: aquilam ſcilicet, & gryphum, & haliæetum, ixon, & vulturem ac miluum iuxta genus ſuum: & omne coruini generis, & ſtruthionem, ac noctuam, & larum, atquę accipitrem iuxta genus ſuum: herodium ac cygnum, & ibin, ac mergulum, porphyrionem, ac nycticoracem, onocrotalum, & charadrium, ſingula in genere ſuo: vpupam quoquè, & veſpertilionem. Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur. Omne quod mundum eſt, comedite. Quicquid autem morticinum eſt, nè veſcamini ex eo.

4. CANONE quinquageſimo Apoſtolorum: Si quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel omninò ex ſacerdotali numero, à nuptijs, carnibus & vino, non propter exercitationem, ſed propter

Abſtinentes à cibis propter abominationem.

pter

pter abominationẽ abſtinet, oblitus quòd omnia valdè bona, & quòd maſculinum & fœmininum fecit Deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex Eccleſia eijciatur. Similiter & laicus.

Geneſ. 1.

5. ET canone quinquageſimoſecundo: Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur: vt qui habeat inuſtam conſcientiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa.

6. CONCILIVM Gangrenſe canone ſecundo: Si quis eum, qui carnem, præter ſanguinem & idolothytum & ſuffocatum, cum pietate & fide comedit, condemnat, tanquàm eò quòd ea veſcatur, ſpem non habeat, ſit anathema.

7. CONCILIVM primum Toletanum in aſſertione fidei: Si quis dixerit vel crediderit, carnes auium ſeu pecudum, quæ ad eſcam datæ ſunt, non tantùm pro caſtigatione hominum abſtinendas, ſed execrandas eſſe, anathema ſit. Si quis in errore Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat, anathema ſit.

8. CONCILIVM primum Braccarenſe canone decimoquarto: Si quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vſum hominum dedit, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed quaſi immunditiam putans, ità abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus prægustet, ſicut Manichæus & Priſcillianus docuerunt, anathema ſit.

9. ET canone trigeſimoſecundo: Item placuit, vt quicunque in clero cibo carnium non vtuntur, pro amputanda ſuſpicione Priſcillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quod ſi contempſerint, ſecundùm quod de talibus ſancti Patres antiquitùs ſtatuerunt, neceſsè eſt pro ſuſpicione hæreſis huius, hos excommunicatos, ab officio omnimodè remoueri.

10. AVGVSTINVS libro trigeſimo contra Fauſtum Manichæum, capite quinto: Audi quod confiteris te non videre, qua mente aut conſilio hoc aduersùm vos capitulum proferamus: non quòd à carnibus abſtineatis: nam hoc à quibuſdam & primi patres noſtri fecerunt, ſicut commemoras: non tamen ea damnandi, ſed ſignificandi gratia, quod non intelligitis: & vndè iam quantùm ſufficere videbatur, in ſuperioribus partibus operis huius locutus ſum: & Chriſtiani, non hæretici, ſed catholici, edomandi corporis cauſa, propter animam in orationibus ampliùs humiliandam, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, ſicut per quadrageſimam ferè omnes, quanto magis quiſque vel minùs ſeu voluerit ſeu potuerit. Vos autem ipſam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis, quòd carnes diabolus operetur fæculentiore materia mali: ac per hoc eas, tanquàm immundiora & truculentiora Dei veſtri vincula, exhorrẽtes abijcitis. Et paulò pòſt: Cùm enim Apoſtolus dixiſſet; Abſtinentes à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, ſecutus, ait: Et iis qui cognouerunt veritatem: quoniam omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc ſunt quæ negatis: hoc animo, hac voluntate, hac opinione ab eſcis huiuſmodi temperatis, quòd non ſignificatione, ſed natura malæ & immundæ ſint. Qua in re creatorem earum ſine dubio blaſphematis, hoc eſt quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum. Nolite ergò mirari hoc de vobis tantò antè à ſancto Spiritu prophetatum.

1. Tim. 4.

Cur Catholici abſtineãt à carnibus &c.

Qua intẽtione Manichæi abſtinent.

1. Tim. 4.

11. IDEM in libro de moribus Manichæorum, capite decimotertio: Niſi fortè quòd non veſcimini carnibus, & vinum non bibitis, ſignaculum oris mirandum & laudãdum putatis. Quod quæro à vobis, quo fine faciatis. Finis enim, quò referuntur ea quæ facimus, id eſt, propter quem facimus quicquid facimus, ſi nõ ſolùm inculpabilis, ſed etiam laudabilis fuerit, tùc demùm etiam facta noſtra laude aliqua digna ſunt: ſin ille iure meritóq; culpatur quem ſpectamus & intuemur, cùm in aliquo verſamur officio, id quoquè officium nemo improbandum vituperandúmq; dubitauerit. De Catilina memoriæ proditum eſt, quòd frigus, ſitim, famem ferre poterat. Hæc erant illi ſpurco ſacrilegóq; etiam cum Apoſtolis noſtris communia. Vndè ergò diſcernitur parricida iſte ab Apoſtolis noſtris, niſi fine illo, quem diuerſiſſimum ſequebatur? Nanque ille iſta tolerabat, vt immoderatiſſimas & immaniſſimas expleret cupiditates: illi econtrà, vt eas premerent, & dominanti rationi ſeruire cogerent. Soletis & vos, cùm Catholicarum vobis virginum multitudo prædicatur, dicere, Etiã mula virgo eſt. Temerè id quidem, propter imperitiam Catholicæ diſciplinæ, ſed tamen ſignificantes vanam eſſe continentiam iſtam, niſi ad aliquem rectiſſimum finem certa ratione referatur. Poſſunt & Catholici Chriſtiani veſtram à vino & carnibus abſtinentiam, iumentis & multis paſſeribus, poſtremò etiam innumerabilibus generibus vermium comparare. Sed nè in veſtram incidam temeritatem, non id præproperè faciam, ſed diſcutiam primò quo iſta fine faciatis. Iam enim conſtat inter vos, vt opinor, huiuſcemodi moribus nihil aliud eſſe quærendum. Si ergò parſimoniæ gratia & coërcendæ libidinis, qua eſcis talibus & potu delectamur & capimur, audio & probo. Sed non ità eſt.

Quo fine quidque fiat, intuendum.

Abſtinentia probatur, quę coercendę libidinis & parſimoniæ cauſa ſuſcipitur.

12. ET capite decimoquarto: Apparet igitur, vt opinor, quo fine à carnibus & à vino ſit abſtinendum. Is finis eſt triplex. Ad comprimendam delectationem, quæ in his maximè cibis haberi ſolet, atque in tali potu vſque ad ebrioſitatem peruenire. Ad tuendam infirmitatem, propter illa quæ ſacrificantur atque libantur. Et quod maximè commendandum eſt, propter charitatem, nè imbecilliorum ab his continentium offendatur infirmitas. Vos autem immunda eſſe obſonia dicitis, cùm dicat Apoſtolus: Omnia munda eſſe, ſed ei malum eſſe, qui per offenſionem manducat. Et prorſùs credo vos iſtis epulis inquinari, eo ipſo quo immunda eſſe arbitramini. Ait enim: Credo & cõfido in Domino Ieſu, quia nihil commune per ſeipſum, ſed ei qui exiſtimat aliquid commune eſſe, illi commune eſt. Cui autem dubium eſt, commune illum immundum & inquinatum vocãſſe?

Ad cõprimendam delectationem cibi aut potus.

Ad tuendam infirmitatẽ.

Propter ſcandalum.

Rom. 14.

13. ET in libro contra Adimantum Manichæi diſcipulum, capite decimoquarto: De carne autem non manducanda, & non bibendo vino, quod ait Apoſtolus, non quia illa immunda arbitratus eſt, hoc præcipit, ſicut iſti exiſtimant, & errantes in errorem præcipitant, quibus talia perſuaſerunt: ſed cùm ipſe poſuerit cauſam, cur hoc dixerit, non eſt nobis hæc interpretanda vel exponenda ſententia. Sufficit enim ipſum de Apoſtoli epiſtola totum locum huic ſermoni contexere, vt & cauſa manifeſtè appareat, cur hoc Apoſtolus dixerit, & iſtorum fraus, qui particulas quaſdam de ſcripturis eligunt, quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ ſuprà & infrà ſcripta ſunt, ex quibus voluntas & intentio ſcriptoris poſſit intelligi. Sic ergò Apoſtolus ait: Infirmum autem in fide recipite, non in diſceptationibus cogitationum &c. Nunquid eget cuiuſquam interpretatione, vt intelligatur cur hoc Apoſtolus dixerit: & quanta illi malitia de ſcripturis certa quæque diſcerpunt, quibus circun-

Rom. 14.

Hæreticorum fraus in citãdis ſcripturis

Rom. 14.

Expoſitio ca. 14. ad Rom.

Digitized by Google

circunueniant imperitos? Nam & munda eſſe omnia dixit Apoſtolus ſecundùm fidem: & ei eſſe immunda, qui putat immunda: & tunc eſſe ab eis temperandum, cùm per offenſionem accipiuntur: id eſt, cùm aliquis infirmus putat ſibi ab omnibus carnibus temperandum, nè incidat in carnem immolatitiam: & ideò eum qui manducat, poteſt arbitrari in honorem idolorum id facere: & ex eo grauiter offendi, cùm ipſa immolatitia caro, ſi ex fide à neſciente accipiatur, neminem maculet. Vndè alio loco idem Apoſtolus interrogari vetat, cùm quid de macello emitur, vel ab aliquo infideli quiſquam vocatus, in menſa eius exhiberi ſibi carnes videt, quas iſti immundas arbitrantur, non propter immolationem, ſed quia carnes ſunt, cùm Apoſtolus clamet omnia munda eſſe, & omnem creaturam Dei bonam eſſe, & omnia ſanctificari per verbum & orationem: & tamen temperandum ab eis, ſi quis fortè infirmus offenditur. Et quodam loco apertiſſimè iſtos ſignificauit, cùm dicit; In nouiſſimis temporibus futuros quoſdam prohibentes nubere, abſtinentes à cibis quos Deus creauit. Hos enim propriè deſignat, qui non proptereà temperant à cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam refrenent, aut infirmitati alterius parcant; ſed quia ipſas carnes immundas putant, & earum creatorem Deum eſſe negant.

1.Cor.10.
Rom.14. Tit.1. 1.Tim.4.
De quibus loquatur Paulus in epiſt. ad Tim.ca.4.

14. THEODORETVS in epitome diuinorum decretorum, capite de Abſtinentia: A vino autem, & ab eſu carnium, & ab alijs eiuſmodi abſtinentiam, non ſimiliter ac hæretici amplectitur Eccleſia. Illi enim ab ijs, tanquàm abominandis, abſtinendum eſſe cenſent. Eccleſia autem nihil horum decernit: neque enim eorum prohibet participationem, & ideò alij quidem permiſſis à lege bonis & voluptatibus ſecuri fruuntur, alij verò ab eis abſtinent: nullus autem qui ſapit, & rectè ſentit, condemnat eum qui comedit. Nam & abſtinentia & eſus participatio, ſunt in mentis poteſtate. Porrò autem vita monaſtica non eſt ex neceſſitate, ſed libera animi volũtate ſuſcepta. Et hoc ex Apoſtolicis legibus didicimus. Qui comedit, inquit, non comedentem non ſpernat: & qui non comedit, comedentem non iudicet. Et rurſùs: Omnia munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum comedit. Itaque ipſos impios in epiſtola ad Timotheum repræhendens, hæc ſcripſit: Spiritus autem manifeſtè dicit, quòd in nouiſſimis temporibus aberrabũt quidam à fide, &c. Et Corinthijs etiam iuſſit, quicquid in macello venditur, comedere, nihil interrogantes propter conſcientiam, & eum qui ab aliquo infideli vocatur ad conuiuium, eorum quę apponuntur, ſecurè participem eſſe iuſſit, niſi fortè aliquis ſignificauerit, aliqua ex obſonijs, fuiſſe immolata. Tantum abſuit vt diuinus ille vir carnibus veſci prohiberet. Iam verò ipſe quoquè Dominus de ſeipſo dixit: Venit filius hominis, comedens & bibens, & dicunt: Eccè homo vorax, & vini potor, publicanorum amicus & peccatorum. Et cùm paſcha perageret, agnum comedit, ſcilicet cum diſcipulis: & ad nuptias vocatus, non ſolùm non prohibuit bibere, ſed etiam conuiuantibus vinum admirabiliter fabricatus eſt. Encratitarum ergò ſeu Abſtinẽtium errorem diuina etiam decreta pulchrè conuincunt. Dei autem Eccleſia aduerſatur quidem fabulis hæreticorum, diuina verò decreta ſequitur.

Qua intentione hæretici Encratitæ, & qua Eccleſia à cibis abſtinet.
Monachorũ abſtinentia ſicut & vita, liberè ſuſcipitur.
Rom.14.
1.Tim.4.
1.Cor.10.
Matth.11.
Matth.26.
Ioan.2.

15. BERNARDVS ſermone ſexageſimoſexto in Cantica: Supereſt vt & de reſiduo Apoſtolicæ prophetiæ iſtos aliquantulùm exagitemus. Abſtinent nanque hi (vt prędixit ille) à cibis quos creauit Deus ad percipiendum cum gratiarum actione: hinc quoque hæreticos ſe probantes, non ſanè quia abſtinent, ſed quia hæreticè abſtinent. Nam & ego interdùm abſtineo, ſed abſtinentia mea ſatisfactio eſt pro peccatis, non ſuperſtitio pro impietate. Num redarguimus Paulum quòd caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit? Abſtineo à vino, quia in vino luxuria eſt: aut ſi infirmus ſum, modico vtor, iuxta conſilium Pauli. Abſtineo à carnibus, nè, dum nimis nutriunt carnem, ſimul & carnis nutriant vitia. Panem ipſum cum menſura ſtudebo ſumere, nè onerato ventre ſtare ad orandum tædeat, & nè improperet etiam mihi propheta quia panem meum comederim in ſaturitate. Sed ne ſimplici quidem aqua ingurgitare me aſſueſcam, nè diſtentio ſanè ventris vſque ad titillationem pertingat libidinis. Hæreticus aliter. Nempe horret lac, & quicquid ex eo conficitur: poſtremò omne quod ex coitu procreatur. Rectè & Chriſtianè, ſi non idcircò quia ex coitu, ſed nè ad coitum prouocent. Cæterùm quid ſibi vult, quòd ità generaliter omne quod ex coitu generatur, vitatur? Suſpicionem generat mihi obſeruatio iſta ciborum tam ſignanter expreſſa. Veruntamen ſi de regula Medicorum hæc profers nobis, non repræhendimus curam carnis, quam nemo vnquàm odio habuit, ſi tamen non nimia fuerit. Si de diſciplina abſtinentium, id eſt, ſpiritualium medicorum ſchola: etiam virtutem approbamus, qua carnem domas, frenas libidinem. At ſi de inſania Manichæi præſcribis beneficentiæ Dei, vt quod ille creauit & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione, tu non modò ingratus, ſed & cenſor temerarius, immundum decernas, & tanquàm à malo abſtineas: non planè abſtinentiam collaudabo, ſed execrabor malitiam & blaſphemiam: te magis immundum dixerim, qui immundum quid putas.

1.Tim.4.
Nõ abſtinere, ſed hæreticè abſtinere, hæreticũ facit. Abſtinet Bernardus, vt ſatisfaciat pro pctcatis.
1.Cor.9. Epheſ.5.
A carnibus cur abſtinebat Diuus Bernardus.
Leuit.16. Eſaiæ 23.
A lacticinijs ouis &c. quomodò Chriſtianè abſtinetur.
Epheſ.5.
Ad domandã carnem & libidinem frenandam.
1.Tim.4.
Manichæi cur abſtineãt à cibis.

16. ISIDORVS Hiſpalenſis libro primo de officijs Eccleſiaſticis, capite quadrageſimoquarto: Carnes autem & vinum poſt diluuium hominibus in vſum cõceſſa ſunt. Nam initiò permiſſum non fuerat, niſi tantùm illud, vt ſcriptum eſt, Lignum fructiferum & herbam ſeminalem dedi vobis in eſcam. Poſteà verò per Noë data ſunt in eſum cuncta animalia, vini quoq; tunc attributa licentia eſt. Sed poſtquàm Chriſtus, qui eſt principium & finis, apparuit, hoc quod in principio ſuſpenderat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per Apoſtolum ſuum: Bonũ eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Et iterùm: Qui infirmus eſt, olera mãducet. Non igitur quia carnes malæ ſunt, ideò prohibentur, ſed quia earum epulæ carnis luxuriam gignunt. fomes enim ac nutrimentum omnium vitiorum ſunt. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & hanc deſtruet. Piſcem ſanè, quia eum poſt reſurrectionem accepit Dominus, poſſumus manducare. Hunc enim nec Saluator nec Apoſtoli prohibuerunt.

Carnis eſus ac vini potus quando cœperit.
Geneſ.1.
Geneſ.9.
Rom.14.
Cur eſus carnium prohibetur ab Eccleſia certis tẽporibus.
1.Cor.6.
Ioan.21.

17. GENESIS primo: Dixitq; Deus, Eccè dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habet in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.

18. ET capite ſecundo: Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autem ſcientiæ boni & mali nè comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.

19. CAPITE nono: Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia, tradidi vobis omnia: Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis.

20. LEVITICI decimo: Dixitq; Dominus ad Aaron: Vinũ & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculũ teſtimonij, nè moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. Et vt habeatis ſciẽtiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: doceatisq; filios Iſraël omnia legitima mea, quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

21. NV-

Digitized by Google

21. NVMERORVM ſexto: Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos: Vir ſiue mulier cùm fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare: à vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex alia qualibet potione, & quicquid ex vua exprimitur, non bibent: vuas recentes ſiccáſque non comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur: quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque ad acinum, non comedent.

22. IVDICVM decimotertio: Erat quidam vir de Saraa & de ſtirpe Dan, nomine Manuë, habens vxorem ſterilem. Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es & abſque liberis: ſed concipies & paries filium. Caue ergò nè bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas. Et paulò pòſt: Dixítque angelus Domini ad Manuë: Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram nō bibat, nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat.

23. HIEREMIAE trigeſimoquinto: Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens: Vade ad domū Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domū Domini in vnam exedrā theſaurorum, & dabis eis bibere vinum. Et aſſumpſi Iozoniam filium Ieremiæ filij Haſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarum. Et introduxi eos in domum Domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filiæ Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxtà gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Selum, qui erat cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino & calices: & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui reſponderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum. Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas nón plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergò voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis: ità vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris: nos & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: & non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum & ſementem non habuimus: ſed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter, &c. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Pro eo quòd obedîſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodîſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

24. DANIELIS primo: Propoſuit autē Daniel in corde ſuo, nè pollueretur de menſa regis, neque de vino potus eius. & rogauit eunuchorum præpoſitum, nè contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dominū meum regem, qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malaſar, quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaëlem & Azariam: Tenta nos, obſecro, ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum: & contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio: & ſicut videris, facies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decem. Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorū meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio. Porrò Malaſar tollebat cibaria, & vinum potûs eorum: dabatq; eis legumina. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia: Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum.

25. ET capite decimo: In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comēdi, & caro & vinum non introiērunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum, donèc complerētur trium hebdomadarum dies.

26. MATTHAEI tertio: Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: Eſca autē eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre.

27. MARCI primo: Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas & mel ſylueſtre edebat.

28. LVCAE primo: Ait autem ad illum angelus, Nè timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eliſabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram non bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.

29. ACTORVM decimoquinto: Propter quod ego iudico (ait Iacobus) non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum: ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Et paulò pòſt: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, benè agetis.

30. AD Romanos decimoquarto: Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, inuicèm cuſtodiamus. Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidem ſunt munda: ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

31. PRIORIS ad Corinthios octauo: Videte autem nè fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem: nónne conſcientia eius cùm ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, nè fratrem meum ſcandalizem.

32. PRIORIS ad Timotheum quinto: Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

33. CANON quinquageſimusſextus ſextæ Synodi Cōſtantinopolitanæ: Accepimus in Armeniorum regione & in alijs locis, in Sabbatis & Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ quoſdam oua & caſeum comedere. Viſum eſt ergò & hoc, vt omnis Dei Eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinem ſequens ieiunium perficiat, & abſtineat ſicut ab omni mactabili, ſic ab ouis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum à quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſeruauerint, ſi ſint quidem Clerici, deponantur:

Abſtinentia ab ouis & caſeo, ſicut ab omni mactabili, cōmunis toti Eccleſiæ in Quadrageſima.

Digitized by Google

tur: ſin autem Laici, ſegregentur.

34. GREGORIVS Magnus ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, teſte Gratiano diſtinctione quarta, & Iuone parte quarta, capite vigeſimonono, vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio vigeſimoſeptimo.

Antonij abſtinentia.

35. ATHANASIVS in vita Diui Antonij: Inediæ autem & vigiliarum intantùm patiens erat, vt credulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione ſæpiſſimè, edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum, nonnunquàm biduo, triduoque ſic permanens, quarta demùm die reficiebatur. Sumebat verò panem & ſal, potumque aquæ perparuum. De carnibus verò & vino melius tacere puto, quàm quidquam dicere, quoniam nec apud plurimos quidem Monachorum iſtiuſmodi eſcæ in vſu habeâtur. Ibidem: Sic Antonio impenetrabilia montiũ, & deſerti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes fratres magnis vix precibus extorſerunt, vt oliuas, & legumen, & oleum, quod poſt menſes aliquot miniſtrabant, dignaretur accipere, & ſenili modicum laxaret ætati.

Delectus ciborum apud antiquos monachos.

36. HIERONYMVS in vita Pauli eremitæ: Cibum & veſtimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impoſſibile videatur, Ieſum teſtor & ſanctos angelos eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe me monachos, de quibus vnus, per triginta annos clauſus, hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit: alter in ciſterna veteri, quam gentili ſermone Syri cubã vocant, quinque caricis per ſingulos dies ſuſtentabatur. Hęc igitur incredibilia eſſe videbũtur ijs, qui non crediderint: quia omnia poſſibilia ſunt credẽtibus.

Admirabilis abſtinentia monachorũ quorundam, eaque incredibilis ijs qui non credunt. Marc. 10.

37. IDEM in vita ſancti Hilarionis: Erat autem tunc annorũ quindecim, &c. Igitur ſacco tantùm membra coopertus & pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagumque ruſticum, inter mare & paludem, vaſta & terribili ſolitudine fruebatur, quindecim tantùm caricas poſt ſolis occaſum comedens. Et paulò pòſt: A viceſimoprimo anno vſque ad viceſimumſeptimum, tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panem aridũ cum ſale & aqua. Porrò à viceſimoſeptimo vſque ad ad triceſimum, herbis agreſtibus, & virgultorum quorũdam radicibus crudis ſuſtentatus eſt. A triceſimo autẽ primo vſque ad triceſimumquintum, ſex vncias hordeacei panis & coctum modicè olus abſque oleo in cibo habuit. Sentiẽs autem caligare oculos ſuos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam ſcabredine contrahi, ad ſuperiorem victũ adiecit oleum: & vſque ad ſexageſimumtertium vitæ ſuæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinſecùs aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei guſtans. Indè cùm ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à ſexageſimoquarto anno vſque ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili feruore mentis, vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutẽ Domini, quo cæteri ſolent remiſſiùs viuere. Fiebant autem ei de farina & comminuto olere ſorbitiunculæ, cibo & potu vix quinque vncias appendentibus: ſicque complens ordinem vitę, nunquàm ante ſolis occaſum, nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima valetudine ſoluit ieiunium.

Hilariõis adhuc adoleſcẽtis abſtinẽtia & delectus ciborum. Poſt annũ 21. Poſt 27. annũ. Poſt 35. annũ. Ab anno ſexageſimoquarto vſque ad octogeſimũ. Nunquàm ante ſolis occaſum ſoluit ieiunium.

38. EPIPHANIVS in compendiaria vera doctrina de fide Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ: Sunt prætereà aliæ præeminentes vitæ conuerſationes, quæ in eadem ſancta Catholica Eccleſia ſeruantur, eorum inquam, qui ab omnibus carnibus abſtinent, quadrupedibusque & volatilibus ac piſcibus, ouo item ac caſeo, & alia diuerſa vitæ inſtituta. Nam vnuſquiſque ſecundùm proprium laborem accipiet mercedem. Et quidã ſanè abſtinent ab omnibus his, aliqui verò à quadrupedibus ſolùm, volatilibus verò & reliquis veſcuntur. Alij verò à volucribus abſtinent, vtuntur autem ouis & piſcibus. Alij neque ouis veſcuntur, alij piſcibus ſolis. Alij etiam à piſcibus abſtinent, caſeo verò veſcuntur. Alij autem neque caſeum ſumunt. Iam verò adhuc alij etiam à pane abſtinent, alij etiam ab arborũ fructibus duris ac nucibus, & à coctis.

Abſtinentia & delectus ciborum in Eccleſia varius. 1. Cor 3.

39. IDEM hæreſi ſeptuageſimaquinta contra Aërium: Erat Aërio ſermo furioſus magis, quàm humanæ conditionis, & dicebat: Quid eſt Epiſcopus ad presbyterum? &c. Sed neque ieiunium, inquit, erit ordinatũ. Hæc enim Iudaica ſunt, & ſub iugo ſeruitutis. Iuſto enim lex non eſt poſita, ſed patricidis ac matricidis & reliquis. Si verò omninò volo ieiunare, qualemcunque eligã diem à meipſo, & ieiunabo propter libertatem. Vndè apud ipſos ſtudium eſt, vt potiùs in die Dominico ieiunent, quarta verò & proſabbato edant. Sæpè verò etiam quarta ieiunant, non ex ſtatuto, ſed ex propria, vt inquit, voluntate. In diebus autem Paſchatis, quando apud nos fiunt humi dormitiones, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones: ipſi à ſummo manè obſonantur, carneque ac vino venas ſuas explentes, cachinnãtur, ridentes ac ſubſannantes eos qui ſanctum hunc cultum hebdomadis Paſchatis perficiunt. Tametſi enim renunciatorium habeant hi vitæ modum, non tamen exercetur apud ipſos, ſed multo plùs carnis eſus & vini potus: niſi fortaſsè rari aliqui in medio ipſorum ex propria voluntate hoc velint, verùm plerique ipſorum magìs vtuntur largis edulijs, carnis eſu & vini potu, velut ſæpè dixi. Hæc ſunt quæ Aërius in mundo euomuit. Et paulò pòſt confutans eius ſententiam, ait Epiphanius: A quo verò non aſſenſum eſt in omnibus orbis terrarum regionibus, quòd quarta & proſabbato ieiunium eſt in Eccleſia decretum? Si verò etiam oportet conſtitutionem Apoſtolorum proferre, quomodò illic decreuerunt quarta & proſabbato ieiunium per omnia, excepta Pentecoſte, & de ſex diebus Paſchatis, quomodò præcipiunt nihil omninò accipere, quàm panem & ſalem & aquam, qualémque diem agere, & quomodò dimittere in illuceſcentem Dominicam, manifeſtum eſt. Quis autem magìs de his nouit? hic'ne ſeductus homo, qui etiam nunc ſupereſt, & hucuſquè in mundo verſatur, aut qui ante nos teſtes fuerunt? Habentes ante nos traditionem in Eccleſia, quíque etiam à patribus traditum acceperunt, quemadmodùm etiam hi à ſuis patribus didicerunt, qui ante ipſos fuerunt, quomodò Eccleſia acceptam à patribus ſuis veram fidem vſque huc continet, itemque traditiones. Deindè verò ſi non de eodem argumento quartarum & proſabbatorum ijdem Apoſtoli in conſtitutione dixiſſent, etiam aliter vndiquè demonſtrare poſſemus. Attamen de hoc exactè ſcribunt. Aſſumpſit autem Eccleſia, & in toto mundo aſſenſus factus eſt, antequàm eſſet Aërius, & qui ab ipſo appellantur Aëriani. Fortaſsis enim & ob hoc iuſtiſſimum nomen accepit: Aërium enim ſpiritum habebat ex immunditia, quod ab aërijs ſpiritibus prauitatis, in ipſo contra Eccleſiam habitauit.

Certos ieiuniorum dies oppugnat Aëriana hæreſis, ijſdem argumentis quibus Luterana &c. Abſtinentia hebdomadæ ſanctæ. Attendant ad patres ſuos, qui in paraſceue curant cutem. Ieiunium feriæ 4. & 6. Citat cõſtitutiones Apoſtolorum lib. 5. cap. 21. Delectus ciborum in hebdomada ſancta. Ca 19. lib. 5. Conſtit. Apoſtol. Traditio Eccleſiaſtica. Ca. 21. lib. 5.

40. AVGVSTINVS in libro de hęreſibus ad Quodvultdeum, hæreſi quinquageſimatertia: Aëriani ab Aërio quodã ſunt nominati, qui cùm eſſet presbyter, doluiſſe fertur, quòd Epiſcopus non potuit ordinari: & in Arrianorum hæreſim lapſus, propria quoquè dogmata addidiſſe nonnulla, dicens; orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere; nec ſtatuta ſolenniter eſſe celebranda ieiunia, ſed cùm quiſque voluerit ieiunandum, nè videatur eſſe ſub lege.

Aëriana hæreſis. Statos ieiuniorum dies abrogat Aëriani, & volunt ieiunia eſſe libera.

41. IOANNES Damaſcenus in libro de hæreſibus: Aëriani ab Aërio Pontico dicti ſunt. Fuit autẽ ſacerdos Euſtachij epiſcopi, eius cui Arianæ hære-

Digitized by Google

Prohibet Aërius ieiuniũ 4. & 6. feriæ, ac Quadrageſimæ.

Abſtinẽtiam à carnibus nihili facit.

Lege teneri non vult hæreticus.

hæreſeos crimen obiectum eſt, filius. Cumq; ſibi epiſcopatum denegatum videret, multa contra Eccleſiam docere inſtituit, Arianorum nulli ſecundus. Adiecit autem quædam de ſuo. Negat enim quicquam offerendum eſſe pro mortuis. Ieiunium feria quarta & ſexta, & quadraginta diebus ſeruari, & paſcha celebrari prohibet. ſtata hęc damnat omnia. Carnibus & cibis omnis generis vſus eſt ſine religione. Quòd ſi quis ieiunium ſeruare velit, id ab eo certis ſtatisq; diebus ſeruari negat oportere, ſed quando volet. Negat enim ſe lege teneri; negat etiam quicquam inter presbyterum & epiſcopum intereſſe.

Argumẽtum cõtra certos ieiuniorum & feriarum dies.

1. B. HIERONYMVS in caput quartum epiſtolæ ad Galatas: Dicat aliquis: Si dies obſeruare non licet, & menſes, & tẽpora, & annos, nos quoq; ſimile crimen incurrimus, quartã ſabbati obſeruantes, & paraſceuen, & diem Dominicam, & ieiunium Quadrageſimæ, & Paſchæ feſtiuitatem, & Pentecoſtes lætitiam, & pro varietate regionum, diuerſa in honore martyrũ tempora conſtituta.

Reſponſio vna.

Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, non eoſdem Iudaicæ obſeruationis dies eſſe, quos noſtros. Nos enim non azymorũ Paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem, iuxta morem Iſraël, numeramus hebdomadas in Pentecoſte: ſed Spiritus ſancti veneramur aduentum. Et nè inordinata congregatio populi fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnũ omnes pariter veniremus. Nõ quo celebrior ſit dies illa, qua conuenimus: ſed quo quacunq; die conueniendum ſit, ex conſpectu mutuo lætitia maior oriatur.

Altera.

Qui verò oppoſitæ quæſtioni acutiùs reſpondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales eſſe; nec per paraſceuen tantùm Chriſtum crucifigi, & die Dominica reſurgere: ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe diem, & ſemper eũ carne veſci Dominica.

Ieiuniorum dies propter quos potiſſimùm inſtituti.

Ieiunia autem & cõgregationes inter dies, propter eos & à viris prudentibus conſtitutos, qui magis ſæculo vacant quàm Deo: nec poſſunt, immò nolũt, toto in Eccleſia vitæ ſuæ tẽpore congregari, & ante humanos actus, Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſq; eſt, qui ſaltem hæc pauca quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi, ſemper exerceat? Itaque ſicut nobis licet vel ieiunare ſemper, vel ſemper orare, & diem Dominicam accepto Domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus: Non ità & Iudæis fas eſt omni tempore immolare agnum, pentecoſten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidiè.

2. LEO ſermone tertio & quarto de ieiunio ſeptimi menſis, vt ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio vigeſimoprimo & ſequenti.

3. ITEM ſermone quarto de quadrageſima, ibidèm B. teſtimonio quadrageſimoprimo.

4. BASILIVS in oratione ſecunda de ieiunio, vt quæſtione præcedenti, B. teſtimonio octauo.

Ieiunia Deo grata eſſe, ex ratione.

1. C. HIERONYMVS libro ſecũdo aduerſus Iouinianum, capite quinto: Sequar ergò veſtigia propoſitionis expoſitæ: & antequàm ad ſcripturas veniam, doceamq; ex eis Deo grata ieiunia, & acceptabilem continentiam, argumentis philoſophorum argumenta componam: & probabo, non Empedoclis & Pythagorę nos dogma ſectari, qui, propter μετεμψύχωσιν, omne quod mouetur & viuit, edendum non putant: & eiuſdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercumq; ſucciderint, cuius parricidæ ſunt & venefici: ſed venerari conditorem noſtrum, qui in vſus hominum cuncta creauit.

Idem ex ſcripturis veteris teſtamenti.

Geneſ. 2.

2. ET capite decimo: Hæc de argumentis Philoſophorum, exemplisq; diſſerui. nunc ad exordium generis humani, id eſt, ad noſtra tranſiens, docebo primum Adam in paradiſo accepiſſe pręceptum, vt cætera poma comedens, ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo paradiſi abſq; abſtinentia ci-
bi non potuit dedicari. Quandiù ieiunauit, in pa-
radiſo fuit: comedit, & eiectus eſt: eiectus, ſtatim Geneſ. 4.
duxit vxorem. Qui ieiunus in paradiſo virgo fu- Geneſ. 1.
erat, ſatur in terra matrimonio copulatur: & ta-
men eiectus, non protinùs accepit licentiam car-
nium veſcendarum: ſed tantùm poma arborum,
& fruges ſegetum, & herbarum olera ei tradun-
tur in cibum: vt exul quoq; paradiſi, non carni-
bus, quæ in paradiſo non erant, ſed ſimilitudine
frugum paradiſi veſceretur. Poſteà verò videns Geneſ. 6.
Deus, quòd diligenter appoſitum eſſet ad maliti-
am cor hominis ab adoleſcentia, & ſpiritus eius
in his permanere non poſſet, quia erant caro, ope-
ra carnis diluuio condemnauit, & auidiſſimam Ibidèm.
hominũ gulam probans, dedit eis licẽtiam come-
dendarum carnium: vt, dum ſibi intelligunt li-
cere omnia, non deſiderent magnoperè quod li-
cebat, nè mandatum in cauſam verterent præua-
ricationis. Quanquàm & tunc ex parte impera-
tum ieiuninm fit. Nam cùm alia mũda dicantur,
alia immunda: & in arca Noë de immundis bi- Geneſ. 7.
na, de mundis introducuntur imparia: & vtiquè
immundorum eſus ablatus ſit, nè ſine cauſa dice-
rentur immunda: ex parte ieiunium dedicatum
eſt, docens abſtinentiam omnium in quorũdam
reciſione. Cur perdidit Eſau primogenita ſua? Geneſ. 25.
Nónne propter cibum? impatientiamq; gulæ la-
chrymis emendare non potuit. Eiectus de Aegy-
pto populus Iſraël, & in terram repromiſſionis
lacte & melle manantem introducendus, Aegy-
ptias carnes, & pepones, aliaq; deſiderat. Vtinàm, Exod. 16.
inquit, obiſſemus percuſſi à Deo in terra Aegypti,
quando ſuper ollas carnium ſedebamus. Et ite-
rùm: Quis nos paſcet carnibus? Venerunt in Num. 11.
mentem nobis piſces, quos in Aegypto comede-
bamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri,
& cepæ, & allia: at nunc anima noſtra arida, nihil
niſi manna oculi noſtri conſpiciunt. Angelorum Pſal. 77.
cibum contemnentes, carnes Aegyptias ſuſpira-
bant. Moyſes quadraginta diebus & noctibus ie- Exod. 24.
iunus in monte Sina, etiam tunc probans non in Deut. 8.
pane ſolo viuere hominem, ſed in omni verbo Matth. 4.
Dei, cum Domino loquitur: populus autem ſa- Exod. 32.
tur idola fabricatur. Ille, vacuo ventre, legem ac-
cipit, ſcriptam digito Dei: iſte, manducans & bi-
bens, conſurgensq; ludere, aurũ conflat in vitulũ,
& Aegyptium bouem præfert Domini maieſtati.
tot dierum labor, vnius horæ ſaturitate perit.
Frangit audacter Moyſes tabulas: ſciebat enim
Dei ſermonem non poſſe audire temulentos. In- Deut. 32.
craſſatus eſt, & pinguefactus, & dilatatus, & recal-
citrauit dilectus, & dereliquit Dominum qui fe-
cerat eum, & abſceſſit à Deo ſalutari ſuo. Vndè &
in eodem Deuteronomio præcipitur: Nè cùm Deut. 8.
manducaueris & biberis, & domos optimas ædi-
ficaueris, ouibus & bubus tuis multiplicatis, & ar-
gento, & auro, extollatur cor tuum, & obliuiſca-
ris Domini tui. Deniquè manducauit populus, &
incraſſatum eſt cor eius, ne videret oculis, & audi- Matth. 13.
ret auribus, & corde conijceret: & vultum ieiu- Exod. 34.
nantis Moyſi, & iuxta Hebraicam veritatem, Dei
confabulatione cornutum, paſtus & pinguior po-
pulus ſuſtinere non potuit. Quamobrem & Do- Matth. 17.
minus noſter atque Saluator, non ob differenti-
am virginitatis & nuptiarum, vt quidam putant,
ſed ob ieiuniorum conſortia, Moyſen & Eliam,
transfiguratus in monte, ſecum oſtendit in glo-
ria. Quanquàm Moyſes & Elias typum propriè
legis prophetarumq; monſtrauerint, ſicut ma-
niſeſtè Euangelij ſcriptura teſtatur: Dicebant ei
exitum, quem completurus erat in Hieruſalem.
paſſionẽ enim Domini non virginitas & nuptiæ,
ſed lex nunciat, & prophetæ. Quòd ſi contentioſè
in Moyſe nuptias, in Elia virginitatem dixerint
demonſtrari: breuiter audiant Moyſen mortu- Deut. 34.
um & ſepultum, Eliam igneo curru raptum, an- 4. Reg. 2.
tè immortalem eſſe cœpiſſe, quàm mortuum.

Digitized by Google

Exod.34. Deut 9. Sed nec ſecunda conſcriptio tabularum abſque ie-
iunio potuit impetrari. quod ebrietas perdide-
Per ieiunium reditur ad paradiſum. rat, inedia reperit. Ex quo oſtenditur, poſſe nos
per ieiunium redire in paradiſum, vndè per ſa-
turitatem fueramus eiecti. In Exodo aduersùs
Exod.17. Amalech, oratione Moyſi & totius populi, vſque
ad veſperam ieiunio dimicatum eſt. Ieſus, filius
Ioſ.10. Naue, ſtationem imperauit ſoli & lunæ: & inedi-
am plùs quàm vnius diei, victoris exercitus pro-
telauit. Saul, ſicut in Regnorum primo libro ſcri-
1.Reg.14. bitur: Maledictus, inquit, qui ederit panem vſque
ad veſperam, donèc vlciſcar me de inimicis meis.
Et non guſtauit omnis populus eius, & tota ter-
ra prandebat. Tantiq; fuit authoritas ſtationis ſe-
mel Domino deſtinatæ, vt Ionathas, qui cauſa vi-
ctoriæ extiterat, deprahenderetur ſorte, & ig no-
rantiæ crimen declinare non poſſet, patriſq; in ſe
concitaret manum, & vix populi precibus ſalua-
3.Reg.19. retur. Elias, quadraginta dierum ieiunio præpa-
ratus, Deum vidit in monte Oreb, & audit ab eo:
Quid tu hîc Elia? Multo familiarior iſta vox,
Geneſ.3. quàm illa in Geneſi: Adam, vbi es? Illa enim pa-
ſtum terrebat & perditum: hæc ieiunanti famu-
1.Reg.7. lo blandiebatur. Congregatum Samuel populum
in Maſphat, indicto ieiunio roborauit, & fecit
2.Para.32. hoſtibus fortiorem. Aſſyriorum impetum & po-
Eſa.37. tentiam Sennacherib, Ezechiæ regis lachrymæ,
ſaccus, & humiliatio victûs, fregit, proſtrauit, &
Ion.3. vicit. Et econtrariò ciuitas Niniue imminentem
iram Domini ieiuniorum miſeratione detorſit:
quam & Sodoma placâſſet, & Gomorrha, ſi vo-
luiſſent agere pœnitentiam, & lachrymas pœni-
tentiæ patrocinante conciliare ieiunio. Achab,
3.Reg.21. rex impiiſſimus, vt ſententiam Dei ſubterfugeret,
& euerſio domûs eius differretur in poſteros, ie-
1.Reg.1. iunio impetrauit & ſacco. Anna, vxor Helcanæ,
inanem cibo ventrem, filio meruit implere. Pe-
Dan.1. riclitantur in Babylone Magi, omnis coniector &
hariolus & haruſpex cæditur. Daniel & tres pue-
eri reuelationem merentur ieiunio: & paſti legu-
minibus, pulchriores ſunt & prudentiores ijs, qui
de menſa regis carnibus veſcebantur. Deindè ſcri-
Dan.10. ptum eſt, quòd Daniel tribus hebdomadibus ie-
iunauerit, panem ſuauem non manducauerit, ca-
ro & vinum non intrauerit in os eius, oleo vnctus
non ſit, & venerit ad eum angelus, dicens: Dani-
el, homo miſerabilis es. Qui Deo miſerabilis ap-
paruerat, poſt ieiunium leonibus in lacu fuit hor-
ribilis. Quàm pulchra res, quæ placat Deum, leo-
nes mitigat, dæmones terret? Mittitur ad eum (li-
Dan.14. cèt hoc in Hebraicis voluminibus non inueneri-
mus) Habacuc, meſſorum prandium portans: ta-
lem enim diſcophorum inedia meruerat hebdo-
2.Reg.12. madis. Dauid, periclitante filio poſt adulterium,
Pſal.101. ἐξομολόγησιν in cinere & ieiunio facit, dicens: Quia
cinerem tanquàm panem manducabam, & po-
Pſal.108. tum meum cum fletu miſcebam. Et infirmata
ſunt in ieiunio genua mea. Et certè iam audierat
à Nathan: Dominus abſtulit à te hoc peccatum.
Iud.13. Samſon & Samuel vinum & ſiceram non bibunt:
1.Reg.1. erant enim filij repromiſſionis, & per abſtinenti-
Leuit.10. am ieiuniúmque concepti. Aaron & cæteri ſacer-
dotes ingreſſuri templum, omne quod poteſt in-
ebriare, non potant, nè moriantur. ex quo intel-
ligimus, mori eos, qui in Eccleſia non ſobrij mini-
Amos 2. ſtrârint. Quamobrem exprobratur Iſraëli: Po-
tum dabatis Nazaræis meis vinum. Ionadab, fili-
us Rechab, præcepit filijs ſuis, vt non biberent vi-
num vſque in æternum. Quibus cùm offerret Hi-
eremias vinum, vt biberent: & illi bibere nolu-
Hiere.35. iſſent: loquitur Dominus per Prophetam: Quia
obedîſtis præcepto Ionadab patris veſtri, non de-
ficiet vir de ſtirpe Ionadab, filij Rechab, ſtans in
conſpectu meo cunctis diebus.

Probat idem noui teſtamẽti ſcripturis. 3. CAPITE vndecimo: In foribus Euangelij
Anna, filia Phanuëlis, vniuira inducitur, ſem-
pérque ieiunans. Et Dominum virginem longa
caſtitas longáque ieiunia ſuſcepêre. Præcurſor Luc. 2.
eius, & præco Ioannes locuſtis alitur, & ſilueſtri Matth.3.
melle, non carnibus: habitatióque deſerti, & in-
cunabula monachorum, talibus inchoantur ali-
mentis. Sed & ipſe Dominus baptiſma ſuum qua-
draginta dierum ieiunio dedicauit, & acriora dæ- Matth.4.
monia docuit non niſì oratione & ieiunijs poſſe Matth.17.
ſuperari. Cornelius centurio, vt Spiritum ſan- Actor.10.
ctum acciperet antè, quàm baptiſma, eleemoſy-
nis meruit, crebriſq; ieiunijs. Paulus Apoſtolus
poſt famem & ſitim, & cæteros labores ſuos, & 2.Cor.11.
pericula latronum, naufragia, ſolitudines, crebra
ieiunia enumerat. Et diſcipulo Timotheo dolen- 1.Tim.5.
ti ſtomachum, & infirmitates plurimas ſuſtinen-
ti, ſuadet vini modicam potionem. Iam noli, in-
quit, aquam bibere. Cui autem dicit, Iam noli Aggreditur
aquam bibere, oſtendit eum aquam antè potâſſe. ſolutionẽ ar-
quod non concederet, niſì crebræ infirmitates, & gumentorum
dolor ſtomachi poſtulâſſent. Reprobat quidem contra ieiunium.
Apoſtolus eos, qui prohibebant nuptias, & iube- 1.Tim.4.
bant cibis abſtinere, quos Deus creauit ad vten- Apoſtolus
dum cum gratiarum actione: ſed Marcionem de- Paulus quos
ſignat, & Tatianum, & cæteros hæreticos, qui abſ- notet de ci-
tinentiam indicunt perpetuam, ad deſtruenda borum abſtinentia.
& contemnenda, & abominanda opera creato-
ris. Nos autem & creaturam omnem laudamus
Dei, & maciem ſaginæ, abſtinentiam luxuriæ, ie-
iunia præferimus ſaturitati. Vir quippe in labo-
ribus laborat ſibi, & vim facit in interitum ſuum.
Et à diebus Ioannis Baptiſtæ, ieiunatoris & virgi- Matth.11.
nis, regnum cælorum vim patitur, & violenti di-
ripiunt illud. Timemus enim nè ab aduentu æter-
ni iudicis, ſicut in diebus diluuij, & euerſionis
Sodomæ & Gomorrhæ, deprahendamur man- Luc.17.
ducantes, & bibentes, & nubentes, & nuptui tra-
dentes. nam & diluuium, & ignis de cælo ſaturi-
tatem pariter & nuptias, quas deleret, inuenit.
Nec mirum, ſi omne quod in macello venditur, 1.Cor.10.
Apoſtolus emi iubeat, & comedi: cùm idolola- Quomodò iu-
tris, adhuc in templis idolorum, quaſi idolothy- beat Apoſto-
ta veſcentibus, pro ſumma abſtinentia fuerit, ci- lus omnia
bis tantùm abſtinere gentilium. Quòd ſi loqui- emi in macello.
tur ad Romanos: Is, qui manducat, non mandu- Rom.14.
cantem non ſpernat: &, qui non manducat, man- Quomodò
ducantem non iudicet: non inter ieiunia & ſatu- manducãtem iudicari vetat
ritatem æqualia merita diſpenſat, ſed contra eos Meritum ie-
loquitur, qui in Chriſtum credentes, adhuc Iu- iunij.
daizabant, & eos, qui ex gentibus crediderant,
monet, vt nè ſcandalizent illos cibo ſuo, qui ad-
huc in fide infirmiores erant. Deniquè & in con-
ſequentibus hoc ipſum ſonat: Scio, & confido in
Domino Ieſu, quòd nihil commune per ſeipſum
eſt, niſì ei, qui exiſtimat quid commnne eſſe, illi
commune eſt. ſi enim propter cibum frater tuus
contriſtatur, iam non ſecundùm charitatem am-
bulas. noli cibo tuo illum perdere, pro quo
Chriſtus mortuus eſt. Non ergò blaſphemetur
bonum noſtrum. Non eſt enim regnum Dei eſca
& potus. Ac, nè quis putaret hoc de ieiunijs dici,
& non de ſuperſtitione Iudaica, ſtatìm ediſſerit:
Alius credit manducari omnia: qui autem infir-
mus eſt, olera manducat. Et rursùm: Alius iudi-
cat diem plùs, quàm diem, alius iudicat omnem
diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſa-
pit diem, Domino ſapit. & qui manducat, Do-
mino manducat: gratias enim agit Deo. &, qui
non manducat, Domino non manducat: & gra-
tias agit Deo. Qui enim adhuc infirmi erant in fi-
de, & alias carnes mundas, alias arbitrabantur
immundas: & inter diem & diem eſſe aliquid
exiſtimabant, verbi gratia, ſanctius eſſe ſabba-
tum, & neomenias, & ſcenopegiam, quàm reli-
quos dies, iubentur olera manducare: quæ in-
differenter comeduntur ab omnibus. qui verò
firmioris erant fidei, omnes carnes & dies omnes,
æquales eſſe credebant. Illud autem, quod pro-
ponere aduerſarius auſus eſt, Dominum vorato- Matth.11.
rem,

Digitized by Google

Ioan.2. rem, & potatorem vini à Phariſæis appellatum:
& quia ad epulas ierit nuptiarum, & conuiuia
Matth.4. non deſpexerit peccatorum: exiſtimo quòd no-
Chriſtus ieiunium quadrageſimale ſanctificauit. biſcum faciat. Iſte eſt Dominus, vt arbitraris, vo-
rator: qui quadraginta diebus Chriſtianorum ie-
iunium ſanctificauit: qui beatos appellat eſuri-
entes & ſitientes: qui eſcam habere ſe dicit, non
Math 5. Ioan.4. quam diſcipuli ſuſpicabantur, ſed quæ in perpe-
Matth.6. tuum non periret: qui de die craſtino cogitare
Matth.26. prohibet: qui cùm eſuriſſe & ſitiſſe dicatur, & iſſe
frequenter ad prandia, excepto myſterio, quod in
typum ſuæ paſſionis expreſſit, & probandi cor-
poris veritate, nec gulæ ſcribitur ſeruiſſe, nec ven-
Luc.16. tri: qui diuitem purpuratum propter epulas nar-
rat in tartaro, & Lazarum pauperem ob inediam
Matth.6. dicit eſſe in ſinu Abrahæ: qui, quando ieiunamus,
vngi caput & lauari faciem præcipit, vt non glo-
riæ hominũ, ſed Domino ieiunemus: qui come-
Luc.24. dit quidem poſt reſurrectionem partem piſcis aſ-
ſi, & fauum, non propter eſuriem, & gutturis ſua-
uitatem, ſed vt veritatem ſui corporis compro-
Marc.5. baret. nam quotieſcunque mortuum ſuſcitauit,
iuſſit ei dare mãducare, nè reſurrectio phantaſma
Ioan.12. putaretur. Et Lazarus, poſt reſurrectionẽ, ob hanc
cauſam ſcribitur cum Domino iniſſe conuiuium.
Nec hoc dicimus, quòd negemus piſces & cætera,
ſi voluntas fuerit, in cibo eſſe ſumenda: ſed quo
modo nuptijs virginitatem, ità ſaturitati & carni-
bus ieiunia ſpiritumq́ præferimus. Si autem Pe-
trus hora ſexta prãſurus aſcendit in cœnaculum,
fortuita eſuries non facit præiudicium ieiunio-
Ioan.4. rum. hoc enim modo & Dominus quia ad pute-
um Samariæ hora ſexta feſſus reſedit, & bibere
voluit: omnibus incumbet neceſſitas, velint no-
lint, hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, vt
vel ſabbatum eſſet, vel dies Dominicus, & poſt bi-
dui, triduiq́ ieiunium hora ſexta eſurierit. nun-
quàm enim crediderim Apoſtolum, ſi ante vnam
diem cœnauerat, epuliſq́ diſtentus fuerat, alteri-
us diei eſuriſſe meridie. quòd ſi cœnauit pridiè, &
ſequenti die eſuriuit ante prandium: non exiſti-
mo, quòd vſque ad ſatietatem comederit, qui tam
citò potuit eſurire. Porrò, ſi per Eſaiam loquitur
Eſa.58. Deus, quòd non tale ieiunium elegerit, dicens, In
diebus ieiuniorum veſtrorum inueniuntur vo-
luntates veſtræ: & ſubiectos percutitis: & in iudi-
cio, & in lites ieiunatis, & cæditis pugnis: non ta-
le ieiunium elegi, dicit Dominus: quale elegerit,
docet: Frange eſurienti panem tuum, & pauperes
ſine tecto, induc in domum tuam. Si videris nu-
dum, veſti: & domeſticos ſeminis tui nè deſpici-
Apud Eſaiam non reprobatur ieiunium. as. Non igitur ieiunium reprobauit, ſed, quale
vellet, oſtendit. Neque enim ventris eſuries acce-
pta eſt Deo, quam lites & rapinæ & luxuria de-
ſtruunt. Si non vult ieiunium Deus, quomodò in
Leuit.16. Leuitico præcipit, vt ſeptimo menſe, decima men-
ſis, omnis populus ieiunet vſque ad veſperam: &
qui non afflixerit animam ſuam, moriatur, &
exterminetur de populo ſuo? Quare ſepulcra
concupiſcentiæ, vbi carnibus deditus populus ru-
it, vſque hodiè in ſolitudine perſeuerant, & craſ-
Num.11. ſus populus ortygometram ſcribitur ad chole-
ram vſque ructâſſe? Cur homo Dei, ad cuius pro-
3.Reg.13. phetiam manus aruerat regis Hieroboam, quia
manducauit contra edictum Dei, ilicò percuſſus
eſt? & leo qui aſinam cuſtodiuit intactam, pro-
phetæ leuanti ſe de prandio non pepercit? Qui ie-
iunus miracula fecerat, pranſus, ilicò ſaturitatis
Iohel.2. pœnas luit. Sed & Iohel clamitat: Sanctificate ie-
Ieiuniũ ſanctificatur cæteris operibus bonis, & curationi peccatorum proficit. iunium: prædicate curationem: vt monſtrare-
tur, ieiuniũ ſanctificari cæteris operibus, & ſancti-
ficatum ieiuniũ curationi proficere peccatorum.
Quo modo autẽ virginitati veræ non præiudicat
imitatio virginum diaboli: ità nec veris ieiunijs
coſſorum Iſidis & Cybeles, & quorundam cibo-
rum in æternum abſtinentia: maximè cùm apud
illos ieiunium panis, ſagina carnium compenſe-
tur. Et, ſicut ſigna quæ faciebat Moyſes, imitaban-
tur ſigna Aegyptiorum, ſed non erant in verita-
te: nam virga Moyſi virgas Magorum deuora- Exod 7.
bat: ità per omnia, quæ in æmulationem Dei fa-
cit diabolus, non religionis noſtræ ſuperſtitio,
ſed noſtra arguitur negligentia, id nolentium fa-
cere, quod bonum eſſe, etiam ſeculi homines non
ignorant.
4. AVGVSTINVS in libro de hæreſibus ad
Quoduultdeum, hæreſi octogeſimaſecunda: A Io-
uiniano quodam monacho hæreſis Iouinianiſta- Iouiniani hæreſis nihil prodeſſe ieiunia vel à cibis aliqubus abſtinentiam.
rum orta eſt ætate noſtra, cùm adhuc iuuenes eſ-
ſemus. Hic omnia peccata, ſicut Stoici philoſo-
phi, paria eſſe dicebat, nec poſſe peccare hominem
lauacro regenerationis accepto, nec aliquid pro-
deſſe ieiunia, vel à cibis aliquibus abſtinentiam.
5. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaſecunda
ad Vercellenſes, vt ſuprà quæſtione præcedenti,
B. teſtimonio decimooctauo.
6. AVGVSTINVS epiſtola centeſima deci-
maoctaua ad Ianuarium, capite ſecundo: Alia ve-
rò quæ per loca terrarũ regioneſq́ variantur &c.
vt ſuprà de Præceptis Eccleſiæ quæſtione ſexta, B,
teſtimonio octauo.
7. AD Romanos decimotertio: Omnis anima
poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt
enim poteſtas niſi à Deo. quæ autem ſunt, à Deo
ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei or-
dinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi da-
mnationem acquirunt. nam principes non ſunt
timori boni operis, ſed mali. Vis autem non ti-
mere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem
ex illa. Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum. Si
autem malum feceris, time. non enim ſine cauſa
gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in
iram ei qui malum agit. Ideò neceſſitate ſubditi
eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam pro-
pter conſcientiam.
1. D. AVGVSTINVS epiſtola octogeſima-
ſexta ad Caſulanũ presbyterum: Quòd ergò me
conſulis, vtrùm ſabbato liceat ieiunare: Reſpon- De ieiunio Sabbati.
deo, ſi nullo modo liceret, profectò quadraginta
continuos dies nec Moyſes, nec Helias, nec ipſe
Dominus ieiunâſſet. Verùm iſta ratione cõcludi-
tur, etiam Dominico die non illicitum eſſe ieiu-
nium. Et quiſquis tamen hũc diem ieiunio decer-
nendũ putauerit, ſicut quidam ieiunantes ſabba-
tum obſeruant, non paruo ſcandalo erit Eccleſię, Conſuetudo Eccleſiæ.
nec immeritò: In his enim rebus de quibus nihil
certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei, vel
inſtituta Maiorum pro lege tenenda ſunt. Et poſt
multa: Si autem quoniam huic, (Vrbico ſcilicet)
quantum potui, ſufficienter reſpondiſſe me puto,
de hac re ſententiã meam quæris, ego in Euangeli-
cis & Apoſtolicis literis, totoq́ inſtrumento quod Ieiunij præceptum in nouo teſtamento.
appellatur Teſtamentum nouũ, animo id reuol-
uens, video præceptũ eſſe ieiuniũ. Quibus autem
diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat,
præcepto Domini vel Apoſtolorum non inuenio
definitum. Et paucis interiectis: Et de die quidem Ieiunium Sabbati.
ſabbati facilior cauſa eſt, quia & Romana ieiunat
Eccleſia, & aliæ nonnullæ, etiamſi paucæ, ſiue illi
proximæ, ſiue longinquæ: die autẽ Dominico ie- Diei Dominicæ ieiunium.
iunare, ſcandalum eſt magnum, maximè poſteà
quàm innotuit deteſtabilis multumq́ fidei Ca-
tholicæ, ſcripturiſq́ diuinis apertiſſimè contraria
hæreſis Manichæorũ, qui ſuis auditoribus ad ie-
iunandũ iſtum tanquàm cõſtituerunt legitimum
diem, per quod factum eſt, vt ieiuniũ diei Domi-
nici horribilius haberetur. Niſi fortè aliquis ido-
neus ſit, nulla refectione interpoſita, vltra hebdo-
madam perpetuare ieiunium, vt ieiunio quadra-
ginta dierum, quantùm potuerit, appropinquet,
ſicut aliquos feciſſe cognouimus. Nã & ad ipſum Ieiunium integrorũ quadraginta dierum.
quadragenarium numerũ perueniſſe quendam, à
fratribus fide digniſſimis nobis aſſeueratum eſt.
Quemadmodùm enim veterum patrum tempo-
ribus,

ribus, Moyſes & Helias nihil contra prandia ſabbatorum fecerunt, cùm diebus quadraginta ieiunauerunt: ità qui potuerit ſeptem dies ieiunando tranſire, non ſibi ad ieiunandum eligit Dominicum diem, ſed in ijs eum inuenit, quos ieiunaturum ſe vouit plurimos dies. Ieiunium tamen etiam continuatum, ſi in hebdomade ſoluendum eſt, nullo congruentiùs quàm Dominico die ſoluitur. Si autem poſt hebdomadem corpus reficitur, non vtiquè ad ieiunandum dies Dominicus eligitur, ſed in numero quem voueri placuit, inuenitur. Rurſùs poſt nonnulla: Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta ſabbati, quam vulgò quartam feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi. Intermiſſo autem vno die, cuius veſpera Dominus Paſcha cum diſcipulis manducauit, qui finis fuit eius diei, quem vocamus quintam ſabbati, deindè traditus eſt ea nocte, quæ iam ad ſextam Sabbati, qui dies paſſionis eius manifeſtus eſt, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit, à veſpera incipiens. Sed Matthæus Euangeliſta quintam ſabbati dicit fuiſſe primam diem azymorum, quia eius veſpera ſequente, futura erat cœna Paſchalis, qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo colligitur, quartam ſabbati fuiſſe, quando ait Dominus: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Ac per hoc dies ipſe ieiunio deputatus eſt, quia ſicut Euangeliſta ſequitur & dicit, Tūc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent & occiderent. Intermiſſo autem vno die, de quo dicit Euangelium: Prima autem azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? Hoc ergò die intermiſſo, paſſus eſt Dominus, quod nullus ambigit, ſexta ſabbati; quapropter & ipſa ſexta rectè ieiunio deputatur: ieiunia quippe humilitatem ſignificant. Vndè dictum eſt: Et humiliabam in ieiunio animam meam. Sequitur ſabbatum, quo die caro Chriſti in monumento requieuit, ſicut in primis operibus mundi requieuit Deus die illo ab omnibus operibus ſuis. Hinc exorta eſt iſta in reginæ illius veſte varietas, vt alij, ſicut maximè populi Orientis, propter requiē ſignificandā mallent relaxare ieiunium; alij propter humilitatem mortis Domini ieiunare, ſicut Romana & nōnullæ Occidentis eccleſiæ. Quod quidē vno die quo Paſcha celebratur, propter renouandam rei geſtæ memoriam, quia diſcipuli humanitùs mortem Domini doluerunt, ſic ab omnibus ieiunatur, vt etiam illi ſabbati ieiunium deuotiſſimè celebrent, qui cæteris per totum annū ſabbatis prandent, vtrunque videlicet ſignificantes, & in vno anniuerſario die luctum diſcipulorum, & cæteris ſabbatis quietis bonum. Duo quippe ſunt, quæ iuſtorum beatitudinēm, & omnis miſeriæ finem ſperari faciunt, mors & reſurrectio mortuorum. Sed quoniam non inuenimus, vt iam ſuprà commemoraui, in Euangelicis & Apoſtolicis literis, quæ ad noui Teſtamenti reuelationem propriè pertinent, certis diebus aliquibus euidenter præceptum obſeruanda eſſe ieiunia; & ideò res quoquè iſta, ſicut aliæ plurimæ, quas enumerare difficile eſt, inuenit in veſte illius filiæ regis, hoc eſt, Eccleſiæ, varietatis locum, indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti reſponderit venerandus Ambroſius, à quo baptizatus ſum, Mediolanenſis Epiſcopus. Nam cùm in eadem ciuitate mater mea mecum eſſet, & nobis adhuc catechumenis parùm iſta curantibus, illa ſolicitudinem gereret, vtrùm ſecundùm morem noſtræ ciuitatis ſibi eſſet ſabbato ieiunandum, an eccleſiæ Mediolanenſis more prandendum, vt hac eam cunctatione liberarem, interrogaui hoc ſupradictum hominem Dei. At ille; Quid poſſum, inquit, hinc docere ampliùs quàm ipſe facio? Vbi ego putaueram nihil eum iſta reſponſione præcepiſſe, niſi vt ſabbato pranderemus. Hoc quippe ipſum facere ſciebam; ſed ille ſecutus adiecit: Quando hîc ſum, non ieiuno ſabbato; quando Romæ ſum, ieiuno ſabbato: & ad quamcunque Eccleſiam veneritis, inquit, eius morem ſeruate, ſi pati ſcandalum non vultis aut facere. Hoc reſponſum retuli ad matrem, eiq; ſuffecit, nec dubitauit eſſe obediendum: hoc etiam nos ſecuti ſumus. Sed quoniam contingit, maximè in Aphrica, vt vna Eccleſia, vel vnius regionis Eccleſiæ, alios habeant ſabbato prandentes, alios ieiunantes; mos eorum mihi ſequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commiſſa eſt.

Votū ieiunij. — *Ieiuniū 4. & 6. feriæ cur vſitatum.* — *Matth. 26.* — *Ioan. 19.* — *Matth. 26.* — *Matth. 26.* — *Pſal. 34.* — *Cur, quędam Eccleſiæ ſabbato ieiunāt, quædam non item.* — *Sabbatū paſchale vbiq; ieiunatur.* — *Ambroſij reſponſio de ieiunio ſabbati, quod etiam refert epiſtola 118. ad Ianuariū cap. 2.*

2. **EPIPHANIVS** in compendiaria vera doctrina de fide Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ: Communiones autem ſiue ſynaxes fieri ordinatæ ſunt ab Apoſtolis quarta, & proſabbato, & Dominica. Quarta verò & proſabbato ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam. Nam illuceſcente quarta, aſſumptus eſt Dominus, & proſabbato crucifixus eſt. Et tradiderunt Apoſtoli, vt in his diebus ieiunia fierent: ità vt impleatur dictum hoc: Quum ablatus fuerit ab ipſis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt: ſed vt confiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit: & vt pro peccatis noſtris, ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia, quarta, inquam, & proſabbato, vſque ad horam nonam, excepta ſola Pentecoſte, per totos quadraginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt. Cæterùm pro communionibus, quæ quarta & proſabbato ad horam nonam fiunt, in die Dominica matutinis horis communiones fiunt. Inſupèr verò, in quinquaginta diebus Pentecoſtes, de quibus dixi, non eſt ieiunium: neque in die Epiphaniorum, hoc eſt, apparitionis & aduentus, quando natus eſt in carne Dominus, ieiunare licet, etiamſi contingat vt ſit quarta aut proſabbatum. Verùm ex bono propoſito, pietatis exercitatores in ipſa Eccleſia ſemper ieiunant, excepta Dominica & Pentecoſte, ſemper item vigilias agunt. At verò Dominicas omnes delicatas ducit ſancta hæc Catholica Eccleſia, & communiones manè perficit, & non ieiunat. Inconſentaneum enim eſt in Dominica ieiunare. Porrò quadrageſimam ante ſeptem dies ſancti Paſchatis, ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia, in ieiunijs perſeuerans, Dominicis verò omninò non, neque in ipſa quadrageſima. Cæterùm per ſex dies ipſius Paſchatis, omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerant, pane, inquam, & ſale & aqua tunc vtentes ad veſperam. Sed & pietatis ſtudioſi duplas & triplas ac quadruplas tranſmittunt, & aliqui totam hebdomadam, vſque ad gallicinium Dominicæ illuceſcentis.

Ieiunium 4. & 6. feriæ ab Apoſtolis inſtitutum. — *Matth. 9. Marc. 2. Lucæ 5.* — *Pro peccatis ſupputantur apud Deum ieiunia.* — *Monachorū ieiunia.* — *Quadrageſimę ieiuniū.* — *Arctior abſtinētia per ſex dies ante paſcha, & ciborū delectus.*

3. **CALIXTVS** primus Pontifex & martyr in epiſtola prima ad Benedictum Epiſcopum, capite primo: Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientiùs nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium, per anni quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta prophetæ Zacharię vocem, qui ait: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

Ieiunium 4. temporum, & cur inſtitutum. — *Ieiunium ad alendas animas conferē.* — *Zach. 8.*

Digitized by Google

cens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocâſſent me patres veſtri, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam Hieruſalem & domui Iuda. Nolite timere. Hęc ſunt verba quę facietis: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum nè cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax nè diligatis. Omnia enim hæc ſunt, quæ odiui, dicit Dominus exercituum. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & in lætitiam, & in ſolennitates præclaras: veritatem tantùm & pacem diligite, dicit Dominus exercituum. In hoc ergò omnes nos vnanimes oportet eſſe, vt ſecundùm Apoſtolicam doctrinã, idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata. Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam eſſe cõſortem. Non decet enim, à capite membra diſſidere: ſed, iuxta ſacrę ſcripturę teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, quòd Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenùs conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris, ſic & vos voluntatem veſtrę impleatis matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput (vt prędictum eſt) Romana exiſtit Eccleſia. Quicquid ergò ſine diſcretione iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

1. Cor. 1. — *1. Cor. 12.* — *Romana Eccleſia omniũ aliarũ mater.*

4. LEO Magnus ſermone primo de Pẽtecoſte: Ipſe enim ſpiritus veritatis, facit domum gloriæ ſuæ luminis ſui nitore fulgere, & in templo ſuo nec tenebroſum aliquid vult eſſe, nec tepidum: De qua ope atque doctrina etiam ieiuniorum nobis atque eleemoſynarum eſt collata purgatio. Nam hunc venerabilem diem ſequitur ſaluberrimæ obſeruantiæ conſuetudo, quam vtiliſſimam ſibi omnes ſancti ſemper experti ſunt, & ad quam ſedulò celebrandam, paſtorali vos ſolicitudine cohortamur, vt ſi quid macularum proximis diebus negligentia incauta contraxerit, id & ieiunij cenſura caſtiget, & deuotio pietatis emẽdet. Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem in idipſum conſueta deuotione vigilias celebremus.

Ieiuniũ poſt Pentecoſten. — *Ieiunij cẽſura caſtigãtur maculæ peccatorum.* — *Feriæ 4. & 6. ieiuniũ cum vigilijs ſabbati.*

5. ET ſermone ſecundo de Pentecoſte: Ad præſentem autem ſolennitatem etiam iſta nobis eſt adſumẽda deuotio, vt ieiuniũ, quod ex Apoſtolica traditione ſubſequitur, ſancta obſeruantia celebremus: quia & hoc inter maxima ſancti Spiritus dona numerandùm eſt, quòd nobis aduersùm illecebras carnis & inſidias diaboli, ieiuniorũ ſunt collata præſidia, quibus omnes tentationes, Deo adiuuante, vincamus. Quarta igitur & ſexta feria ieiunemus: ſabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus, patrocinante eodem ſpiritu orationibus noſtris, vt in omnibus miſericordiam Dei obtinere mereamur.

Ieiuniũ poſt pẽtecoſten ex Apoſtolica traditione obſeruatur. — *Vtilitas ieiuniorum.* — *Feriæ 4. & 6. ieiuniũ cum vigilijs ſabbati.*

6. IDEM ſermone octauo & nono de ieiunio ſeptimi menſis, vt ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio vigeſimoquinto & ſequenti.

7. ITEM ſermone octauo de ieiunio decimi menſis, vt ibidèm, B. teſtimo. trigeſimoquinto.

8. RABANVS Maurus libro ſecundo de inſtitutione clericorum, capite vigeſimoquarto, vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio vigeſimoſecundo.

9. CONCILIVM Moguntinum capite trigeſimoquarto, 10. SALEGVNSTADIENSE canone ſecundo, 11. BERNARDVS in vigilia S. Andreæ, vt ſuprà de præceptis Eccleſiæ, quæſtione decimaquarta, teſtimonio quarto & ſequentibus.

12. IGNATIVS in epiſtola ad Philippenſes: Quadrageſimam verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta verò, & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.

Quadrageſimæ ieiunium D. Ignatij tẽpore. — *Ieiunium hebdomadæ ſanctæ. Item 4. & 6. feriæ.*

13. EPIPHANIVS in compendiaria vera doctrina &c. vt paulò ſuperiùs D. teſtimonio ſecundo.

14. THEOPHILVS Alexandrinus libro tertio Paſchali ad totius Aegypti Epiſcopos: Iuſtum eſt, cũſtos Domini timore purgatos, dignam peragere ſolennitatem, continentijs quoquè ac ieiunijs redimere caſtitatem, & dormientem ſenſum vigili ſuſcitare fide, imitariq́ ſapientiſſimum Danielem, de quo ſcribitur: Eſt vir in regno tuo, in quo eſt Spiritus Dei, & in diebus patris tui vigilantia & ſapientia inuenta ſunt in eo. Qui enim curam ſuî gerunt, vt ad meliora proficiant, habentes legem quaſi fortiſſimum ducem, pàrent imperijs eius, & venientia contra ſe peccata ſubuertunt, ſplendore operum illuſtrantes Paſchæ feſtiuitatem: & ſecuritate conſcientiæ, perturbationum iacula negligentes, ſpe anticipiant victoriam. Qui autem horum imitatores ſunt, antequàm ineant prælium, deſiderio virtutis palmam occupant triumphorum, coronámque victores lubricæ voluptatis in cæleſtibus poſſident reuelata facie, animo contemplantes vociferabuntur & dicent: Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationem, ſuper excelſa ſtatuens me, vt vincam in cãtico eius. Nec putemus, fratres chariſſimi, certamen eſſe perpetuum, vt idcircò laſſemur, ſed ſciamus ſinẽ huius coronam eſſe iuſtitiæ, quam nulla ſeculorum corrumpit ætas. Studium vitæ iſtius & certaminis, temporale eſt: qui autem inoffenſo cucurrerint gradu, & ad calcem venerint præmiorum, nouas inuenient manſiones, victoriam canticis demonſtrantes. Itaque gratia Domini triumphos nobis de ſceleratiſſimis dæmonibus pollicente, ieiunia ritè celebremus, vt ſolennitatis quoquè ritè participes ſimus. Nequaquàm diebus quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus: neque in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſarius, carnium edulio delectemur. Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiunijs, carnium eſum repudiant, & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt. Vndè ad continentes ſcriptura quotidiè clamitat: Vinum & ſiceram non bibent. Et econtrariò Iudæi ob culpam audiunt: Dabatis liberè ſanctis vinum & Prophetis. Non poſſunt ſuſcipere correptionem, qui luxuriæ oblectatione capiuntur, neque ventris ingluuiẽ ratione & conſilijs refrenare amore ieiunij. Qui deſidia & peritura citò voluptate ſtudium virtutis infamant, non erubeſcentes vinum clàm bibere, & auidis faucibus, arbitros declinantes, in cubiculis mulſa porre, vt inediam & ieiunia, quæ vltrò appetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent: neſcientes quòd etiã ſi hominum conſcientiam fugiãt, & clauſis parietibus, veſcantur carnibus, atque aues altiles diebus quadrageſimæ, & propinquante Paſcha, immũdis manibus lacerent, triſti vultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiuſcemodi Dominus, & dicat: Iniquitates magnas faciunt iſti, vt recedant à ſanctis meis. Non decet ieiunantes tempore agonis & prælij veſci carnibus, monente ſcriptura: Affligetis animas veſtras. Neque Phaſides aues ſolicito labore perquirere, & garrulas volucres, earúmque pinguedinem hianti ingerere gulæ. Nec inueſtigare magni precij coquos, qui ventris rabiem iure multiplici, & carnibus cõtuſione mutatis, diuerſoque

Qualis debeat eſſe Quadrageſimæ obſeruatio. — *Daniel. 5.* — *Habacuc 3.* — *A vino & carnibus abſtinebant olim in quadrageſima.* — *Leuit. 10.* — *Amos 2.* — *Inedià q clàm veſcũtur carnibus in diebus ieiuniorum.* — *Non decet ieiunãtes veſci carnibus.* — *Leuit. 23.*

Digitized by Google

ſóque ciborum ſapore demulceant: fumantibus pateris & nidore ſuî, furori gutturis blandientibus, cùm in iniuriam continentiæ diuerſi ſaporis & coloris vina quærantur. Docet nos ſancti Danielis hiſtoria, & trium puerorum virtus, conſona appetere & honorare ieiunia. Et paulò pòſt: Hæc idcircò, fratres chariſſimi, replicauimus, vt Pauli Apoſtoli de Sanctorum virtutibus prædicantis, verba noſcentes, in quibus ait: Quorũ conſiderantes exitum conuerſationis, imitamini fidem: Suademus eis qui tempore ieiuniorum eſu carnium delectantur, imitari Sanctorũ continentiam: qui nulla vi ſuperari potuerunt, vt rigorem virtutis amitterent, vt Babyloniorũ imperia formidantes, captiuam in ſe oſtenderent voluptatem: ſed manſerunt liberi, ventriſq; deſideria ratione ſuperârunt, titillãtem gulæ vicêre luxuriam, nobiſq; ſuę fortitudinis exempla reliquerunt, habitantes in Babylone corporibus, ſed ſenſu & fide cum angelis in cæleſti Hieruſalem morantes, vt omnem deincèps ætatem docerent, ieiuniorum tempore à vino & carnibus abſtinendum, ſumere de terra ſemina, & potandam aquam, quibus comitibus vtitur pudicitia. Quid memorem inſignes Machabæorum victorias? qui nè illicitis carnibus veſcerentur, & communes tangerent cibos, corpora obtulêre cruciatibus: totiuſq; orbis in Eccleſijs Chriſti laudibus prædicantur, fortiores pœnis, ardentiores quibus cõburebantur ignibus. Ergò qui ieiunia, id eſt, conuerſationẽ angelicam imitantur in terris, meminerunt illius dicti: Regnum Dei non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia, & gaudium, & pax, & lætitia. Iſti per continentiam, breui & paruo labore magna ſibi & æterna conciliant prẹmia: & multo plus accipiunt, quàm offerunt, & futuri temporis gloria præſentes anguſtias mitigant.

Daniel. 1. — *Heb. 13.* — *Exemplo Danielis & triũ puerorũ docet abſtinendum à ſupradictis.* — *Machabæorũ exemplo idẽ docet.* — *2. Mach. 7.* — *Conuerſatio angelica in terris, ieiunium.* — *Rom. 14.*

15. MAXIMVS Taurinenſis Epiſcopus ſcripſit homilias quatuor de ieiunio quadrageſimæ, in quibus frequenter monet, vt bonis operibus ſanctificemus quadraginta dierum ieiunium, & non ſolùm à cibis, ſed etiam à vitijs ieiunemus. Inter alia ſic ait homilia tertia: Nos verò, fratres, quibus propugnator inuictus hanc venerabilem quadrageſimam dedicauit, repudiantes carnalia deſideria, ſic caſtigemus membra ieiunijs, vt animas virtutibus ſaginemus. Ieiunet in nobis pernicioſa luxuries. ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odioſa contentio: abſtineamus ab epulis, magìs abſtineamus à vitijs: ſic nos temperemus, ſic ſobrij ſimus à vino, vt nulla nobis voluptatũ dominetur ebrietas. Quid enim prodeſt, obſeruatione quadraginta dierum ieiunandi nos tempora cuſtodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodeſt vobis, vacare à conuiuijs, & diem litibus occupare? Quid prodeſt, proprium non edere panem, & victum diripere miſerorum? Ieiunium Chriſtiani, egentis debet eſſe refectio. Ieiunium Chriſtiani pacẽ debet nutrire, non iurgia. Quale illud eſt autẽ, quòd non veſceris carnibus, & de ore tuo omni eſca ſordidius egreditur maledictũ? Quale eſt, quòd ſanctificatur venter ieiunio, & polluitur lingua mendacijs? Rectè ſanè, frater, frequentabis Eccleſiam, ſi greſſus tuos lethalibus laqueis auida illa nõ implicet & inuoluat vſura. Rectè orabis Dominum tuum, ſi precibus tuis obuia tibi cordis tui nõ obſiſtat inuidia. Rectè contundes manibus pectus, ſi omnem indè furorem malignæ voluntatis excuſſeris. Iuſtè etiam dabis denarium pauperi, ſi alij illud pauperi non tuliſti. Hæc ergò eſt, chariſſimi, religioſa eſuries, hic fidelium paſtus animarum, vt ieiunium noſtrum ſanctificet caſtitas: ornet patientia, benignitas foueat, miſericordia lætificet, commendet humilitas. His quadrageſimã Chriſti, prout poſſumus, virtutibus ſubſequamur, vt gemino quodam corporis animiq; ieiunio, diuinæ nos ſemper gratiæ commendemus.

Quale ieiunium eſſe debeat, & cũ quibus operibus coniunctum. — *Abſtinentia à carnibus.* — *Corporis ieiunio animi ieiuniũ iungendum.*

16. AMBROSIVS agit de quadrageſima ſermone vigeſimotertio & ſequentibus. Quo quidem vigeſimotertio ſermone ſic ait: Sanctæ quadrageſimæ rationem, cuius hodiè initiũ celebramus, frequenter edidimus, & cur tot dierum numero ieiunemus, ſæpè docuimus. Diximus enim quòd Dominus Ieſus Chriſtus hunc eundem numerum ieiunij conſecrauit, & continuatis diebus noctibuſq; non capiens cibum, vnum ieiunij corpus effecerit: hoc eſt, licèt diei ordo noctis interrumperetur aduentu, non tamen interruptus eſt ordo ieiunij. Vndè erant apud eum plura temporum curricula, ſed abſtinentię dies vna, oſtendens nobis ità nos hunc numerum integrum ieiunare debere, vt quia totam quadrageſimam complecti non poſſumus ſolido & vno ieiunio, vel quotidianis eandem ſine intermiſſione ieiunijs celebremus: vt ſi quiſquam vnam diem abſtinendo prætermiſerit, totam quadrageſimã violârit, & propter modici temporis cibum, magni fructum laboris amiſerit. Et poſt pauca: Eodem, inquam, numero Moyſes per manſiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cælum. Ieiunia enim noſtra manſiones quædam ſunt, per quæ iter ſpiritualiter facientes, animæ virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromiſſę nobis terræ viciniores efficimur, ità vt citiùs perueniat qui deuotiùs ieiunârit. Pedes enim quidam animæ pernices ſunt, fides atque ieiunium, qui citò de humilibus ad altiora conſcendunt, citò de terrenis ad cæleſtia gradiuntur.

Cur 40. diebus ieiunent Chriſtiani. — *Matth. 4.* — *In Quadrageſima quotidiè ieiunandũ: alioquin tota violatur.* — *Num. 33.* — *Per ieiunium citiùs peruenitur ad terrã promiſſiõis.*

17. ET ſermone vigeſimoquinto: Sic ergò & nos propoſitum nobis quadraginta dierum iter debemus omni labore conficere, & quibuſdam quaſi caſtris nos ieiuniorum deuotione munire. Caſtra enim nobis ſunt noſtra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Deniquè ſtationes vocantur, quòd ſtantes & commorantes in eis inimicos inſidiãtes repellamus. Caſtra planè ſunt ieiunia Chriſtianis, à quibus ſi quis aberrauerit, à ſpirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorum ſolitudine deuoratur. Peccatorum autem ſolitudinem patitur, qui deſeritur ſocietate ſanctorum. Murus igitur quidam eſt Chriſtiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo, intranſgreſſibilis inimico. Quis enim vnquàm Chriſtianorum ieiunauit, & captus eſt? Quis ſobrius manſit, & victus eſt? Temulentum aggreditur diabolus, luxurioſum oppugnat inimicus. Vbi autem ieiunum viderit, fugit, metuit, pertimeſcit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate proſternitur. Proſternitur, inquam, infirmitate, quia Chriſtiana infirmitas, fortitudo eſt. Vndè ait Apoſtolus: Cùm infirmor, tunc fortior ſum. Sed requirit aliquis, quemadmodùm fortis infirmitas? Tunc eſt fortis infirmitas, quando caro tabeſcit ieiunijs, anima puritate pingueſcit. Quantùm enim illi ciborum ſuccus ſubtrahitur, tantùm huic iuſtitię virtus augetur. Tunc igitur homo imbecillis quidem eſt ad ſecularia, ſed fortis eſt ad diuina opera. Tunc enim magìs de Deo cogitat, tunc iudicium metuit, tũc vincit inimicum. Ait enim ſaluator de diabolo: Hoc genus nõ eijcitur niſi in ieiunio & orationibus. Dicit vtiquè, à diabolo energumenum non niſi ieiunijs poſſe purgari. Videte ergò quæ ieiunij virtus ſit, quantã homini ſuo præſtet gratiam, quòd tantam præſtet alteri medicinã: quemadmodùm proprium ſanctificet hominem, quòd ità purificet alienum. Mira enim res eſt, alter ieiũnat, & alteri prodeſt ieiunantis vtilitas. Ergò, fratres, abſtinentiæ arma minimè deponamus, & quadraginta dierũ ieiunia ſine intermiſſione curemus. Hic eſt enim perfectus numerus ad vincendum. Dominus enim diabolũ poſteà quàm quadraginta dies ieiunauit, euicit: non quòd non & ante ieiunia eum vincere potuiſſet: ſed vt oſtenderet nobis, tunc nos diaboli poſſe eſſe victores, cùm

Caſtris comparantur ieiunia. — *Murus quidã eſt Chriſtiano ieiunium aduerſus diabolum.* — *2. Cor. 12.* — *Matth. 17. Ieiuniũ etiã alijs prodeſt.* — *Cur Chriſtus diabolũ vincere voluit poſt 40 dierum ieiuniũ.*

Digitized by Google

cùm per quadraginta dies victores ieiunando deſideriorum carnalium fuiſſemus. Eum autem qui hunc numerum conſecratum gulæ intemperantia violâſſet, tanquàm imbecillem & miſerum, facilè eum ab inimico poſſe ſuperari. Quomodò enim poteſt in altero diaboli improbitatem vincere, qui gulæ intemperantiam in ſeipſo non vincit? Priùs ergò homo tuî victor eſto, vt poſſis eſſe victor alterius. Sunt enim intra te proprij tibi hoſtes, qui quotidiè te oppugnant. Eccè enim auaritia te diuitiarum ambitione circunuenit, luxuria epularum ſuauitate captiuat, hæreſis ſcientiæ peruerſitate peruertit. Vince ergò inimicos proprios, vt vincere poſſis alienos.

Nõ leue peccatum eſt, indictum à Domino quadrageſimale ieiunium violare.

Non enim fratres leue peccatum eſt, fidelibus indictam quadrageſimam à Domino violare, & ieiunia cõſecrata ventris voracitate diſſoluere. Scriptum eſt, Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

1. Ioan. 2.

Si vis ergò Chriſtianus eſſe, debes, quod Chriſtus, facere. Ille qui peccatum non habebat, Quadrageſimam ieiunauit: tu non vis quadrageſimã ieiunare qui peccas? Ille, inquam, peccatum non habebat, ſed pro noſtris ieiunauit peccatis. Qualis ergò apud cõſcientiam tuã Chriſtianus es, cùm Chriſto pro te eſuriente tu prandes? Cùm Saluatore pro te ieiunante tu reficeris?

Nõ leue peccatum eſſe, indictum ieiuniũ violare, exemplo Ionathæ declarat.

1. Reg. 14.

Non igitur, ſicut dixi, leue peccatum eſt, indictum violare ieiunium. Nam vt hoc exemplis breuiter approbemus, legimus in libris Regnorum, cùm Saul rex Iſrael bellum contra Allophylos gereret, vniuerſo eum exercitui indixiſſe ieiuniũ, & abſtinentibus cunctis, eum cõtra aduerſarios pugnare cœpiſſe. Bonus planè rex, qui hoſtes ſuos non tam armis quàm deuotione vincebat, & plùs dimicabat religione quàm telis. Cùm ergò Saul abſtinentiã diei ſuis omnibus indixiſſet, & Ionathas eius filius præcepti neſcius inter medias hoſtium acies victor incedens fauum mellis intincta ſceptri ſummitate guſtâſſet, tanta indignatio repentè commota eſt, vt & differretur victoria, & diuinitas læderetur. Deniquè nec bello finis imponitur, nec regi reſponſum propheticum datur. Vndè intelligimus, quòd Saul hoſtes non tam virtute militum, quàm militum abſtinentia ſuperabat. Deniquè vnius culpa cunctis confertur ignauia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vbi deficit in obſeruatione ieiunium. Quod vt peccatum Saul ex ipſa diuinitatis offenſione cognouit, ſtatim Ionathæ dixit non eſſe parcendum, ſed peccatum admiſſum effuſione eius ſanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum Deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quãta ſit reſoluti culpa ieiunij, quę nõ niſi ſanguinis effuſione punitur. Et ſi ignorans Ionathas indictum à patre ieiunium quia reſoluerit, morti addicitur: qui ſciens indictum à Chriſto reſoluit ieiuniũ, quid meretur? Ergò fratres ſtatutum nobis cuſtodiamus obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpirituales carnaléſque vincamus. Habemus enim, ſicut nôſtis, carnales hoſtes. Ieiunemus igitur vt eos & exercitus noſter & Saul ſuperet & obtineat. Nec in abſtinentia poſiti declinemus ad fauum. Fauus enim quidam mundi eſt voluptas ſeu vitia, quæ, ſicut ſcriptum eſt, ad tempus quidem impinguant fauces, nouiſſima amariora ſunt felle.

Prouerb. 5.

Ieiunandum vt propitietur nobis Dominus.

18. SERMONE vigeſimoſeptimo in fine: Igitur & nos, fratres dilectiſſimi, ieiunemus continuè & deuotè hoc ſpatio temporis, vt propitietur nobis Dominus, pateant nobis cæli, inferna contra nos non valeant.

19. SERMONE trigeſimotertio: Diximus ſuperiore Dominica hoc eſſe fidei noſtræ opus primum, vt horum quadraginta dierum curriculo deuotiſſimè ieiunemus, & iſtam eſſe cauſam ſalutis noſtræ, ſi hoc tempore abſtinentiæ operam commodemus. Atque ideò fratres dilectiſſimi inſpicere debemus quæ ſit huius forma ieiunij, vt reſpiciamus quanta ſit eius vtilitas. Eſt enim interdùm inutile ieiunium, quod licèt ventrem & omnia viſcera ſucco ſaturitatis exhaurit, non tamen acceptum eſt Deo, quia mentem & intimos ſenſus minimè vinculo iniquitatis euacuat. Et paulò pòſt: Hæc voluntas eſt Domini, vt ieiunemus à cibis pariter & à peccatis.

Ieiunium geminum.

Abſtinentiam indicamus corpori, vt à vitijs magis animam abſtinere poſſimus. Frenum enim quoddam eſt luxuriantis animæ corpus exhauſtum. Et quibuſdam interiectis: Hoc eſt enim ſalutare ieiuniũ, vt ſicut abſtinetur corpus ab epulis, ità & anima refrenetur à vitijs. Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunij tacendum nõ eſt, vt qui abſtinemus & minimè prandemus, hoc tempore prandia noſtra pauperibus prærogemus.

20. SERMONE trigeſimoquarto: Bonum eſt quidem cunctis temporibus ieiunare, ſed melius quadrageſimã ieiunare cum Chriſto. Hanc enim Quadrageſimã nobis Dominus ſuo ieiunio conſecrauit.

Quadrageſimã Chriſtus ſuo ieiunio conſecrauit.

Quod dixi ieiunio, non ieiunijs. Vnum enim ieiuniũ Domini fuit, quia continuatis quadraginta diebus & noctibus cibum omninò non ſumpſit.

Violator ieiunij quadrageſimalis præuaricationis & cõtumaciæ reus tenebitur ob reſciſſam legẽ diuinitùs conſtitutam.

Quiſquis ergò Chriſtianus conſecratam ieiunando non impleuerit Quadrageſimam, præuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quòd legem diuinitùs pro ſalute ſua datam prandendo ipſe reſcindit. Reſcindis enim legem, qui exemplum ieiunij Dominici non cuſtodis. Qualis autem Chriſtianus es, cùm Domino ieiunante tu prandes? Qualis Chriſtianus es, cùm Chriſto eſuriente tu reficeris? Ille pro ſalute tua famem ſuſtinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas?

In quadrageſima olim nõ prandebatur.

Dicite enim mihi, interrogo vos qui in Quadrageſima prandetis, ſi non in conſcientijs veſtris rei eſtis, quòd abſtinente toto populo vos ſoli contra pręceptum Domini deuoratis: ſi non vobis rubor eſt cùm exitis in publicum, nè quis vobis ieiunus occurrat: aut ſi non cogitatis cùm ad Eccleſiã proceditis, quemadmodùm pacem Epiſcopo porrigatis, nè fortè ipſo ſpiritu oſculi veſtri vos reprobet? Quòd ſi hęc non cogitatis forſitan, vehementer erratis. Scire enim debetis, cùm in quadrageſimæ diebus ieiuno pranſus occurrit, non benè de illo iudicat qui ieiunat. Hoc enim ideò dico, quia audio complures, quod grauius eſt, fideles, alternis in quadrageſima hebdomadis abſtinere, & conſecratum illum dierum numerũ gula intemperanti violare, hoc eſt, prandere ſeptem dierum curriculo, & ſeptem dierum ſpatio ieiunare. Quibus hoc dico, cur etiam per illos ſeptem dies fraudem ſibi faciãt ieiunando, cùm illis ieiunium tale non proſit? Quamuis enim abſtineat quis certis diebus, quamuis ciborum dulciora alimenta non ſumat, non tamen illi accepto fertur quadrageſimæ ieiunium, quod non diebus quadraginta ieiunat.

Quadraginta diebus ieiunandum.

Pudet dicere, ſenes & aniculæ quadrageſimam faciunt, iuuenes & iuuenculæ non faciunt. Omni igitur ſolicitudine tempus ſacratiſſimum celebremus, non prætereat nos dies abſque ieiunio, non nos tranſeat vna hebdomada abſque vigilijs. Ille enim facit quadrageſimã, qui ieiunando & vigilando aſcendit ad Paſcha.

Voluntarijs ieiunijs præmium debetur: indicta violãtes peccant.

Nam ſicut reliquo anno ieiunare præmium eſt, ità in quadrageſima non ieiunare peccatum eſt. Illa enim voluntaria ſunt ieiunia, iſta neceſſaria: illa de arbitrio veniunt, iſta de lege: ad illa inuitamur, ad iſta compellimur. Et poſt pauca: Bonus ergò numerus, qui ſemper cælum aperit.

Quadragenarius numerus

Geneſ 7.

Ioſue 5.

Bonus, inquam, numerus, per quem iuſtitia Noë ſaluatur, & Iſrael filij ſaginantur. Vndè & nos obſeruemus hunc numerum, vt aperiantur nobis cæli, quatenùs & pluuia nos gratiæ ſpiritualis irroret, & ſpiritualium ſacramentorum manna reficiat.

21. SERMONE trigeſimoſexto eiuſdem Ambroſij.

Digitized by Google

Diuinitùs cõſecratus numerus quadragenarius & cæleſti maieſtate præceptus.

broſij: Ante dies deuotionem ſanctæ quadrageſimæ prædicantes, ſacrarum literarũ exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitùs conſecratum: nec terrena cogitatione inuentum, ſed cæleſti maieſtate præceptum. Atque ideò qui cõſtitutum numerum vna die manducando præterit, non vt vnius diei violator accuſatur, ſed vt totius quadrageſimæ transgreſſor arguitur. Vndè bonum eſt homini, vt dictum numerum ſine labore ieiunet, & totius quadrageſimæ conſequatur pariter ſanctitatem. Hæc autem non tam ſacerdotum præcepta quàm Dei ſunt. Atque ideò qui ſpernit, nõ ſacerdotem ſpernit, ſed Chriſtum qui in ſuo loquitur ſacerdote. Videamus igitur quo tempore hanc obſeruantiam nobis indixerit Dominus, ſi non velutì per iſtam deuotonem cuncta eleméta voluérit habere profectũ. Eccè enim indicta quadrageſima, conſtricta hyemali gelu terra reſoluitur, & aquarum fluenta meatus ſuos glacie liquefacta recipiunt: ſic quoquè corporum noſtrorũ hoc eodem tempore contracta ſceleribus peccata ſoluuntur, & vitæ noſtræ purior curſus liquefacto rigore diaboli meatum ſuum priſtinum recognoſcit. Terra, inquam, indicta quadrageſima aſperitatem deponit hyemis, ego indicta Quadrageſima aſperitatem reijcio delictorum. Illa terra aratris ſcinditur, vt mundanis ſit congrua frugibus: mea terra ieiunijs exaratur, vt cæleſtibus ſit apta ſeminibus. Sicut enim reditum &c.

Non tam ex Sacerdotum, quàm Dei præcepto quadrageſimam obſeruamus.

Tẽpore quadrageſimę cõtracta ſceleribus peccata ſoluuntur.

22. SERMONE trigeſimoſeptimo: Si benè retinet, fratres, veſtra dilectio, hac ſuperiore Dominica prædicauimus, quòd ſanctam Quadrageſimam abſtinendo ipſe Dominus conſecrauerit, & tot dierum noctiumq; curriculo cibum omninò non capiens, vnum ac ſolidum ieiunij corpus effecerit, quod in totum non obſeruare, ſacrilegum eſt: ex parte violare, peccatum eſt. Hoc enim fecit cauſa ſalutis noſtræ, vt rem vtilem non ſolùm doceret verbis, ſed etiam exemplis inſtrueret, vt iiſdem veſtigijs quibus ad fidem currimus, ad abſtinentiam graderemur. Sed videamus quæ cauſa ſteterit vt ieiunia Saluator indiceret, & ipſe ſibi primùm vt bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculum quod ægro daturus eſt, prior guſtat, vt peritiam artis ſuæ antè in ſe ipſe demonſtret, & experimentum æger accipiens, ſecurus ſit de poculo, ſecurior de ſalute. Deindè, quo loci hoc ipſum tempus ieiunij procurârit. Dicit enim Euangeliſta, abſtinuiſſe Dominum quadraginta diebus & noctibus in deſerto. Arbitror itaque cauſam hanc eſſe ieiunij, vt quia primus Adam in paradiſo conſtitutus per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiſerat, eandem immortalitatẽ ſecundus Adam Chriſtus per abſtinentiam repararet. Et quia contra mandatum Dei guſtans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc ſecundùm mandatum Domini ieiunans, vitæ iuſtitiam mereretur. Hoc enim agit Saluator, vt iiſdem veſtigijs quibus admiſſa fuerint delicta, purgentur, hoc eſt, vt quia homo manducando deliquerat, corrigat abſtinendo: vel quia epulãdo mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando deſpiciat. Adam enim Euam non niſi intemperantia prouocãte cognouit. Quandiù autem mãſit in illis intemerata parcitas, manſit & impolluta virginitas: & quandiù ieiunauerunt ab interdictis epulis, tandiũ & à pudendis ieiunauêre peccatis. Fames enim amica virginitatis eſt, inimica laſciuię. Saturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebram. Igitur, ſicut dixi, hoc agit Dominus, vt ijs præiudicijs quibus homo obnoxius peccato fuerat, liberetur.

Quadrageſimam conſecrauit Dominus.

Sacrilegũ eſt Quadrageſimæ ieiunium in totum non obſeruare, ex parte violare, peccatum.

Matth. 4. Cur in deſerto Chriſtus ieiunauit.

Geneſ. 4.

23. SERMONE trigeſimooctauo: Propitia diuinitate eccè iam penè tranſegimus quadrageſimæ indicta ieiunia, & præcepta Chriſti Domini abſtinentiæ deuotione compleuimus. Supereſt nunc vt quemadmodùm famuli eius Moyſes & Helias hunc ſacratiſſimum numerum obſeruando, gratiam meruerunt: ità & nos hoc ipſum tempus cuſtodiendo mereamur, ſitq; ſimilis remuneratio in perceptione præmij, quorum ſimilis labor eſt in obſeruatione ieiunij.

Indicta Quadrageſimę ieiunia ex Chriſti præcepto.

Deut. 19. 3. Reg. 19. Obſeruatiõe ieiunij quadrageſimalis meremur.

24. SERMONE quadrageſimo: Legimus in Prophetis cùm Niniuæ ciuitati ſubuerſio diuinitùs immineret, & iuxta ſententiam Dei, deſtruendi illam tempus ingrueret, cõſiſtentes in ea aliud non habuiſſe præſidium, niſi vt abiectis crapuloſis epulis, ieiunia continuata ſuſciperent, & diuitiarum ambitione ſepoſita, humilitate ſe paupertatis induerent: ſcilicet vt exindè remedium perciperent, vndè his perditio contingebat, hoc eſt, vt iram diuinitatis quam luxuriãdo prouocauerant, abſtinendo lenirent: & offenſam quã in eos ſuperbia cõtraxerat, humilitas mitigaret. Et paulò pòſt: Solent quidam homines quotieſcunquè neceſſitatem arduam nimìs patiuntur, ad proximas gentes auxilij cauſa deſtinare legatos. Nos, quod eſt melius, legationẽ ad Deũ per ieiunia deſtinemus, ab ipſo imploremus auxilia, ad ipſum nos corde & orationibus conferamus. Auxilium enim illi non aliundè rogando petiuerunt, ſed de ſuis ieiunãdo viſceribus exegerunt. Cur enim petat ab altero, qui intra ſe poteſt inuenire quod quærit? Quanto enim Deo viciniores fuerimus, tanto aduerſarij noſtri à nobis longiùs repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri Deo, quoniam dicit Propheta: Eccè qui elongãt ſe à te, peribunt. Quòd ſi à Deo qui longè ſunt, peribunt: vtiquè, qui ſunt proximi, ſaluabuntur. Aliter ergò proximi Deo eſſe non poſſumus, niſi ad eum ieiunijs & orationibus & eleemoſynis propinquemus. Deus enim ipſe miſericors, ieiunus & ſanctus eſt. Atq; ideò qui vult proximus Deo eſſe, debet imitari hoc eſſe quod eſt Deus. Tota igitur in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Benè dixi, tota: non ſolùm enim ſenes, iuuenes & infantes, ſed etiam pecudes legimus ieiunâſſe. Mira res: ieiunãt pro ciuitatis peccato, quę peccati conditio non cõſtringit. Vndè & nos, fratres, temporum anguſtias ſuſtinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & miſericordiam Dei cunctorum abſtinentia deplorare. Nam quale ſit, hoc Chriſtianum pro ſalute ſua non facere, quod pecudes pro hominum ſalute fecerunt? niſi quòd ſtolidior pecude eſt, qui indicto pro ſe à Sacerdote ieiunio nõ ieiunat. Nónne enim pecus eſt, qui non intelligit quid illi immineat, quid illi incumbat? Et pecus quidem videns declinat foueã, cauet præcipitia: tu autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernis? Deſperationis enim genus eſt, tunc te manducare cùm abſtinere debeas: tunc gaudere, cùm debeas deplorare. De hac deſperatione Apoſtolus dicit, quod à nobis auertat Deus: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Ieiunemus ergò fratres ſine intermiſſione, vt hoſtes noſtros orationibus & abſtinentia ſuperare poſſimus.

Ionæ 3.

Abſtinendo ira Dei lenitur.

Pſal. 72.

Non niſi ieiunijs, orationibus & eleemoſynis Deo propinquamus.

Ionæ 3.

Pro ſalute ſua quiſque ieiunare debet.

1. Cor. 15.

Matth. 17.

25. AVGVSTINVS ſermone quinquageſimoquinto de tempore & multis ſequentibus agit de quadrageſimali ieiunio: eo verò ſermone quinquageſimoquinto ſic ait: Eccè, fratres chariſſimi, Deo propitio, tempus quadrageſimæ venit; & ideò rogo dilectiſſimi, vt dies iſtos corporibus ſalubres & animæ medicinales ità cum Dei adiutorio ſanctè ac ſpiritaliter celebremus; vt obſeruatio ſanctæ Quadrageſimæ non nobis iudiciũ pariat, ſed profectum. Et poſt pauca: Infelix enim voluptas, infelicior cupiditas atq; luxuria, per tranſitoriã dulcedinem præparant ſempiternam amaritudinem. Abſtinentia verò, vigiliæ, orationes atq; ieiuniũ, per breuiſſimas anguſtias perducũt ad paradiſi delicias: quia non mentitur veritas, quę in Euãgelio dicit, Arcta & anguſta via eſt,

Dies quadrageſimæ corporibus ſalubres & animę medicinales.

Abſtinentia, vigilię, & orationes perducunt ad paradiſi delicias. Matth. 7.

Luc. 13. Matth. 6.

eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.

Publicè indicitur ieiuniũ.
Ieiunandum pro peccatorum indulgentia.

26. SERMONE ſexageſimo de tempore: Vnge caput tuũ, & faciem tuam laua, nè videaris ieiunans hominibus: Ergò contra Chriſti præcepta facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipſo ieiunamus? Et in hoc ſenſu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, ſed pro peccatorum indulgentia, vel pro miſericordia diuina ieiunet.

Soli dies Dominici in Quadrageſima excipiuntur à ieiunio.
In Quadrageſima nõ ieiunantes, peccant.
Peccata ieiunando curantur.

27. SERMONE ſexageſimoſecundo de tempore: Rogo vos, fratres chariſſimi, & admoneo, vt in iſto legitimo ac ſacratiſſimo tẽpore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præſumat, niſi fortè ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: quia alijs diebus ieiunare remedium eſt, aut præmium: in Quadrageſima non ieiunare, peccatum eſt. Alio tẽpore qui ieiunat, accipiet indulgentiam: in Quadrageſima qui non ieiunat, ſentiet pœnam: & tamen qui ieiunare non præualet, ſecretiùs ſibi ſoli, aut ſi eſt alius infirmus cum ipſo, in domo ſua præparet quod accipiat, & illos qui ieiunare præualent, ad prandium non inuitet: quia ſi hoc fecerit, non ſolùm Deus, ſed etiam homines poſſunt intelligere, illum non pro infirmitate non poſſe, ſed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat illi, quòd ipſe ieiunare non præualet, & magìs cum gemitu & ſuſpirio & animi dolore manducet, pro eo quòd alijs ieiunãtibus, ille abſtinere non poteſt. Pro eo tamen quòd non poteſt ieiunare, ampliùs debet erogare pauperibus, vt peccata quæ non poteſt ieiunando curare, poſſit in eleemoſynis dando redimere. Bonum eſt ieiunare, fratres, ſed melius eſt eleemoſynam dare. Si aliquis vtrunque poteſt, duo ſunt bona. Si verò non poteſt, melius eſt eleemoſynam dare.

Quadrageſimale ieiuniũ quorũ exemplis cõſecratum ſit.
Exod. 34.
3. Reg. 19.
Matth. 4.
Obſeruãdum à nobis quadrageſimale ieiunium, & quo fructu.
Abſtinentia à carnibus in Quadrageſima & à vino.
Ieiunandũ & à cibis, & à vitijs, vt mereamur operum retributione ſatiari.
Matth. 5.

28. SERMONE ſexageſimoquarto de tempore: Omne vitæ noſtræ tempus, ſtadium quoddam debemus putare virtutum, & ad cæleſte brauium tota virtute contendere. Sed hoc præcipuè in Quadrageſimæ diebus implendum eſt, qui abſtinentiæ ac ieiunijs dedicati, tantùm nobis ad virtutem animi conferunt, quantum & de corpore voluptatem decerpunt. Eſt autem legitimus numerus iſte ieiunij, & qui in ſanctis celebratur exemplis. Moyſes legem accepturus à Deo, quadraginta dies ac noctes abſque cibo potuq́ue tranſegit, & ad ſuſcipiendam Domini voluntatem ieiunus præparatus eſt. Helias poſt quadraginta dierum ieiunia, curru igneo ad ſuperna cęlorum de hoc mundo translatus eſt. Ipſe quoquè Dominus ac ſaluator noſter quadraginta diebus ieiunans, de diaboli tentationibus triumphauit, vt ad prædicationem Euangelij iam victor accederet. Meritò verò etiam nos hunc dierum numerum cuſtodire debemus ieiunijs, quem per talia exempla legimus conſecratum. Celebremus ergò hos dies cum omni alacritate mentis & gaudio, & eos omnibus epulis & corporalibus delicijs præferamus. In his enim præcipuè diebus ad implendã Domini voluntatem accendimur, quando maximè per abſtinentiam voluptas carnis extinguitur. Sed & illa eſt in Quadrageſimæ diebus grandis vtilitas, quòd dum etiam à licitis abſtinemus, magìs ac magìs admonemur illicita vitare. Qui enim abſtinemus nos à carnibus, quibus alijs diebus vti licet: qui nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet: qui ergò iſta vitamus, quæ aliquando licent, inprimìs peccata fugiamus, quæ omninò nunquàm licent. Itaque ſi volumus benè ieiunare à cibis, ante omnia ieiunemus & à vitijs. Sic ergò, vt dixi, ieiunemus à cibis, vt multo magìs ieiunemus à vitijs, vt ſanctorum morum vbertate ſaturemur, vt & in futuro mereamur ipſorum operum retributione ſatiari; ſicut in Euangelio legimus; Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

Medicabile tempus Quadrageſimę ad curanda peccatorum vulnera.
Exemplis oſtendit ieiunij vim & efficaciam.
Exod. 24.
Deut. 9.
Exod. 32.
Geneſ. 3.
Geneſ. 4.
Ieiuniũ reducit ad paradiſum.
3. Reg. 17.
Iaco. 5.
4. Reg. 1.
3. Reg. 19.
Daniel. 14.
Dan. 9. 10.
Matth. 3.
Matth. 17.
Cur à carnibus &c. abſtinendum.

29. SERMONE ſexageſimoquinto de tempore: Adeſt nobis venerabile & medicabile tempus Quadrageſimæ, chariſſimi, per quod ieiunantes, peccatorum noſtrorum vulnera curare debemus. Quantum ſit ergò bonum ieiunij, breui ſermone exemplis additis diſſeramus. Moyſes primus quadraginta diebus ac noctibus cùm ieiunãſſet, legem Domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Impetrauerunt vnius hominis ieiunia, quod totius populi ſaturitas deſperauerat. Aduertamus ergò quanta ſit inter ieiunium & ſaturitatem diſtantia, inter ventrem vacuum & pulmones epulis æſtuantes. Moyſes ergò quia ieiunauit, Dominum vidit: populus quia manducauit & bibit, idola fabricatus eſt. Sed quid de Moyſe & Iſraelitica multitudine loquar? Princeps ille humani generis Adam, quandiù ieiunauit ſeruans mãdatum, in paradiſo fuit. Vbi verò comedit, eiectus eſt de paradiſo. Et qui in paradiſo Dei virgo fuerat, eiectus de paradiſo, cognouit vxorem. Semper enim iuncta eſt ſaturitati laſciuia. Vicina ſibi ſunt venter & genitalia, & pro membrorum ordine, ordo vitiorum intelligitur. Eiecit ergò nos de paradiſo cibus; reducat eſuries, reducat ieiunium. Diximus ergò quid ſanctus Moyſes meruit ieiunando: deindè & cunctos videamus. Sancto Heliæ ieiunanti etiam elementa famulata ſunt. Hic deniquè tribus annis & ſex menſibus cælum clauſit: ad cuius vocem etiam ſupernum deſcendit incendium. Et cùm eum Iezabel regina vellet occidere, & feſſus ſub arbore frondoſa iaceret in ſolitudine, angelus ad eum mittitur, & dicit ei, Sume paululũ panis & aquæ. Videte quanta ſit Dei clementia erga ieiunantes, chariſſimi. Non ſufficiebat, quia angelum ad ieiunantem Dominus miſerat, qui eum vt cibum ſumeret iuberet: ſed etiam præcepit, vt longiùs fugiat perſequentem. Ait ergò, Sume paululum panis & aquæ. Quadraginta enim dierum ieiunio perrecturus erat per deſertum vſque ad montem Sina. Nunquid enim Dominus qui cælum & terram fecerat, cuius omnis eſt creatura, non potuit in eremo per angelum prandium mittere, ſicut Danieli in lacum leonum per Abacuc miſit? Sed ſciebat Deus Prophetam ſuum tentãtem diabolum aliter ſuperare non poſſe, nì ieiunijs eruditus, inſidiantis inimici tentamenta repelleret. Daniel quoquè ille futurorum gnarus, & aduentus Domini conſcius, & euerſionis Ieruſalem maniſeſtiſſimus prædicator, ideò Vir deſideriorum appellatus eſt, quia panem deſiderij non comedit, & potum concupiſcentiæ non bibit, quia magìs Chriſtum quàm epulas deſiderabat. Ioannes quoquè præcurſor Domini locuſtis in eremo & agreſti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum ſuauitatibus paſcitur: poterat vtiquè iuxta Iordanem poſitus, piſcium ſibi exhibere delicias: ſed pœnitentiam prædicaturus, rigorem ieiunij exemplo ſuo magìs debuit & factis oſtendere, quàm voce. In Euangelio quoquè cùm quidam dæmone plenus Domino fuiſſet oblatus, quem Apoſtoli curare nequiuerant, interrogantes audiunt à Domino, iſtiuſmodi genus non poſſe eijci niſi orationibus & ieiunijs. Videte ergò, chariſſimi, quanta ſit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apoſtoli nequiuerant. Omitto cætera; ſed vnuſquiſque conſideret, quanta ſit inter ieiunium & ſaturitatem diſtantia, inter ventrem vacuum & refertum, inter rubentem faciem & ora pallentia, inter os ieiunum & labia crapula diſſoluta, inter oppreſſum epulis & inediæ tenuitate vigilantem. Non dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata ieiunia, ſed vel ſingulos dies abſq́ue ciborum nimietate tranſeamus. Ceſſent lauacra, vina vel carnes, non quòd creaturã Dei iudicemus eſſe damnandam: ſed qui toto anno nobis viximus, ſaltem vel

paucos

Digitized by Google

Ad ſananda peccatorum vulnera conducũt ieiunia eleemoſynis juncta.

2.Cor.9.

Matth.25.

paucos dies viuamus & Domino. Sed ieiunia noſtra vt plena ſint & ſuffarta, miſericordiæ pinguedine ſaginentur, demus eſurientibus prandium noſtrũ. Nec putes ieiunia ſola ſufficere ad ſananda vulnera peccatorum, nî medicaméto eleemoſynæ recreentur. Ieiunium ergò tuum te caſtiget, ſed lætificet alterum; & ità fructuoſæ erunt anguſtiæ tuæ, ſi alteri latitudinem præſtent. Sic ieiuna, vt in alio manducante prandiſſe te gaudeas. Hilarem enim datorem diligit Deus. Nam mãducante paupere de bonis tuis, prandet Chriſtus, qui ſe in paupere eſurire teſtatur.

Ieiunium eſt redẽptio ſalutis, medicina & remedium peccatorum.

Ieiunijs iniquitates redimuntur, & Dei placatur ira.

Quàm ſalutares ſint dies quadrageſimæ.

Quadragenarij numeri myſterium. Geneſ.7.

In quadrageſima diſcernũtur boni à malis, & hæreticus à fideli.

30. SERMONE ſexageſimonono de tempore: Hos ſanctæ Quadrageſimę dies, fratres chariſſimi, debemus omni cum veneratione ſuſcipere, nec longiorem numerum huius temporis faſtidire: quia quanto plures dies ſunt ieiunij, tanto melior eſt cauſa remedij: quanto prolixior abſtinentiæ curſus, tanto redemptio copioſior eſt ſalutis; quanto auſterior cura vulnerum, tanto medicina eſt ſalubrior peccatorum. Deus enim, qui eſt noſtrarum medicus animarum, congruens tempus inſtituit, quod & iuſtis ſatìs ſit ad adorandum, & peccatoribus ſufficiat ad rogandum. Illi requiem poſtulantes, hi veniam deprecantes. Congruens enim tempus eſt Quadrageſimæ, nec breue eſt ad exorandum, nec longum eſt ad promerendum. Quadraginta enim dierũ ieiunijs, quæuis iniquitas peccatoris exorari poteſt, & quantauis ſeueritas iudicis mitigari. Illi longum & faſtidioſum fortè ſit tempus, qui nec orat de culpa, nec ſperat de venia. Deſperatio enim nec confiteri de ſcelere, nec indulgentiam nouit ſperare de iudice. Sanctus igitur & ſalutaris Quadrageſimæ curſus eſt, quò adducitur ad miſericordiã peccator per pœnitentiam, iuſtus ad requiem. His enim diebus ſolito ampliùs & diuinitas miſeretur, & delinquentia deprecatur, & iuſtitia promeretur. Patẽt enim omnia, & cæli ad indulgentiam, & peccator ad confitendum, & lingua ad poſtulandum. Salutaris, inquam, & myſticus eſt quadragenarius numerus. Nam primùm cùm mundi faciem iniquitas hominum poſſideret, tot dierũ curriculo Deus effuſis de cælo imbribus, vniuerſam terram diluuio ſuperfudit. Vides ergò iam illo tẽpore myſterium in figura diſpoſitum. Nam ſicut tunc quadraginta diebus pluit ad purgandum mundum, ità & nunc quadraginta diebus miſeretur ad hominem purificandum. Et paulò pòſt: Per hos quadraginta dies ſeparantur mali à bonis; hoc eſt, luxurioſus à caſto, à ieiuno intemperans, à Chriſtiano gentilis. Separatur, inquam, malus à bono; hoc eſt, peccator à iuſto, diabolus à ſancto, hæreticus à fideli.

31. SERMONE ſeptuageſimoſeptimo de tempore: omnia, vt ſuprà ex ſermone trigeſimoſeptimo Ambroſij, D. teſtimonio vigeſimoprimo.

32. LEO Magnus ſcripſit de Quadrageſima ſermones duodecim. Vide ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio trigeſimooctauo & ſequentibus.

Quaarageſimalis ieiunij obſeruatio ad omnes Chriſtianos pertinet.

33. BERNARDVS habet ſermones ſeptem de Quadrageſima, in quorum primo ſic ait: Hodiè, dilectiſſimi, ſacrum quadrageſimę tempus ingredimur, tempus militiæ Chriſtianæ. Non nobis ſingularis eſt hæc obſeruatio: vna omnium eſt, quicunque in eandem fidei cõueniunt vnitatem. Quidni commune ſit Chriſti ieiunium omnibus Chriſtianis? Quidni caput ſuum membra ſequantur? Si bona ſuſcepimus ab hoc capite, mala autem quare non ſuſtineamus? An reſpuere triſtia volumus, & communicare iucundis? Si ità eſt, indignos nos capitis huius participatione probamus. Omne enim quod patitur ille, pro nobis eſt. Quòd ſi in opere ſalutis noſtræ ei collaborare pigèt, in quo deincèps coadiutores nos exhibebimus illi? Non eſt magnum, ſi ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam patris cum ipſo. Non eſt magnum, ſi compatitur membrũ capiti, cum quo & glorificandum eſt. Et in fine: Eſt ergò ieiunium corporis, capitis vnctio: & carnis inedia, refectio cordis. Quidni dixerim vnctionem, quæ & medetur vulneribus, & exaſperatas conſcientias lenit?

Medetur ieiunium corporis vulneribus.

34. SERMONE tertio de Quadrageſima: Rogo vos, dilectiſſimi, tota deuotione ſuſcipite quadrageſimale ieiunium, quod non ſola abſtinentia commendat, ſed multo magis ſacramẽtum. Nam ſi deuotè vſque modò ieiunauimus, vtiquè ſancto hoc tempore ieiunandum nobis eſt multo deuotiùs. Si quid enim additur ad ſolitum abſtinentiæ modum, nunquìd nõ valdè indignum eſt, vt nobis oneroſum ſit, quod Eccleſia portat vniuerſa nobiſcum? Hactenùs vſque ad nonam ieiunauimus ſoli: nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper. Sed quid de his loquor, quos habemus in hac ieiunij obſeruatione conſortes, quaſi non multo excellentiores habeamus in ea duces, immò & conſecratores? Quanta deuotione ſuſcipiendum eſt nobis, quod à ſancto Moyſe tanquàm hæreditario iure traditur, cui ſpeciali præ cæteris prophetis prærogatiua, facie ad faciem Dominus loquebatur? Quanto feruore amplectendum eſt, quod Helias ille commendat, igneo curru raptus in cælum? Eccè enim quàm multa millia à diebus illis generalis conditio mortis inuaſit: Helias tamen vſque adhuc conſeruante Domino manus eius euaſit. Iam verò ſi commendant ieiuniũ præſens Moyſes & Helias, quanuìs magni, tamen conſerui noſtri: quantùm cõmendat illud Ieſus Dominus noſter, qui & ipſe diebus totidem ieiunauit? Qualis ille eſt, nõ dicam monachus, ſed Chriſtianus, qui minùs deuotè ieiuniũ ſuſcipit, quod ei tradit ipſe Chriſtus? Deniquè tanto deuotiùs imitandũ nobis eſt, dilectiſſimi, Chriſti ieiunantis exemplum, quãto certius eſt, propter nos eum ieiunâſſe, non propter ſeipſum. Et poſt pauca: Ergò quia toto hoc tempore miſericordiæ proximus eſt: quærite Dominum chariſſimi, dum inueniri poteſt, inuocate eum dũ propè eſt. Veruntamen præſenti quadrageſima maiore nobis eſt feruore quęrendus, quæ non ſolùm pars, ſed & ſacramentum eſt totius temporis huius. Propterea ſi fortè diebus cæteris ſtudia veſtra aliquatenùs intepuerant, dignum eſt vt nunc in feruore ſpiritus recaleſcant. Quòd ſi gula ſola peccauit, ſola quoquè ieiunet, & ſufficit. Si verò peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipſa? Ieiunet ergò oculus qui deprædatus eſt animam: ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipſa. Ieiunet oculus à curioſis adſpectibus & omni petulantia, vt benè humiliatus, coerceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens, à fabulis & rumoribus, & quæcunque ocioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis atque ſcurrilibus verbis: interdùm quoquè ob grauitatem ſilentij, & ab ipſis quæ videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab ocioſis ſignis, & ab operibus omnibus, quæcunque non ſunt imperata. Sed & multo magìs anima ipſa ieiunet à vitijs & propria volũtate ſua. Etenim ſine ieinnio hoc, cætera à Domino reprobantur, ſicut ſcriptum eſt: quia in diebus ieiuniorum veſtrorum voluntates veſtræ inueniuntur.

Tẽpore Bernardi in quadrageſima ieiunabant reges & principes, clerus & populus & vniuerſa Eccleſia vſque ad veſperã.

Deut.9. Exod.33. 3.Reg.19.

4.Reg 2.

Moyſes, Helias & Chriſtus commẽdant ieiuniũ Quadrageſimæ.

Matth.4.

Eſa.55.

Quadrageſima deſignat vitæ noſtræ tempus.

Ieiunare debet non ſola gula, ſed cætera mẽbra.

Thren.3.

Eſaiæ 58.

35. SERMONE quarto de Quadrageſima ait idem Bernardus: Quia ieiunij Quadrageſimalis tempus aduenit, quod tota deuotiore ſuſcipere moneo charitatem veſtram: dignum reor aliquatenùs exponere, quo fructu & quemadmodùm oporteat ieiunare. Primùm quidem fratres, pro

Digitized by Google

Condonãtur illicitè perpetrata, per abſtinentiam à licitis. Ieiunio breui ieiunia ſempiterna redimuntur. Lucæ 16. Extirpantur ieiunio vitia, & gratiã promeremur. Delet præterita peccata & repellit ieiuniũ futura. Ieiuniũ quid orationi, & quid viciſſim ieiunio præſtet & conferat oratio. Eccli 35. Gratiam orãdi promeretur ieiunium, & oratio ſanctificat ieiunium.

eo quòd ab ipſis quoque licitis abſtinemus, ea nobis quæ priùs commiſimus illicita condonantur. Quid verò eſt condonari commiſſa, niſi ieiunio breui, ieiunia redimi ſempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquàm cibus eſt, conſolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquæ diues poſtulat, & accipere non meretur. Bonum ergò & ſalutare ieiunium, quo redimuntur æterna ſupplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. Non ſolùm autem abolitio eſt peccatorum, ſed extirpatio vitiorum: non ſolùm obtinet veniam, ſed & promeretur gratiam: non ſolùm delet peccata præterita quæ commiſimus, ſed & repellit futura quæ committere poteramus. Dicam vnum adhuc quod facilè capiatis, ſæpiùs, niſi fallor, experti: Ieiunium orationi deuotionem & fiduciam donat. Et vide quemadmodùm ſibi inuicèm ieiunium & oratio ſocientur, ſicut ſcriptum eſt: Frater adiuuans fratrem, ambo conſolabuntur. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & Domino repræſentat. Quid enim ieiunium nobis proderit, ſi relinquatur in terra? quod abſit. Subleuetur ergò ieiunium penna quadam orationis. Verùm huic nè fortè minùs ſufficiat, alterá quoquè neceſsè eſt ſociari. Oratio iuſti, ait ſcriptura, penetrat cælos. Sint ergò ieiunio noſtro, vt facilè cælos penetret, alæ duæ, orationis ſcilicet atque iuſtitiæ. Iuſtitia verò quæ eſt, niſi quæ cuique reddit quod ſuum eſt? Noli ergò quaſi ſolùm attendere Deum. debitor enim es etiam prælatis, etiã fratribus tuis: nec vult Deus vt parui pendas, quos ipſe minimè paruipendit.

Eccli 35. Alæ ieiunij, oratio & iuſtitia.

1. Tim. 4. Iudaicè abſtinere à cibis, Deo non eſt acceptum. Matth. 9. Habẽt Chriſtiani Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos. Ieiunium 4. & 6. feriæ. Abſtinentiæ Chriſtianæ fructus.

36. ORIGENES homilia decima in Leuiticum: Abſtinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius; quibus ille reſpondit: Quia non poſſunt filij ſponſi ieiunare, quandiù cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergò ieiunent, qui perdiderunt ſponſum; nos habentes nobiſcum ſponſum, ieiunare non poſſumus. Nec hoc tamen ideò dicimus, vt abſtinentiæ Chriſtianæ frena laxemus. Habemus enim quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos. Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolenniter ieiunamus. Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Nam quomodò apud eos caſtitas incorrupta ſeruatur, niſi arctioribus continentiæ fulta ſubſidijs? Quomodò ſcripturis operam dabunt? Quomodò ſcientiæ & ſapientiæ ſtudebunt? Nonne per continentiam ventris & gutturis? Quomodò quis ſeipſum caſtrat propter regnũ cælorum, niſi ciborum affluentiam reſecet, niſi abſtinentia vtatur miniſtra? Hæc ergò Chriſtianis ieiunandi ratio eſt.

37. ISIDORVS Hiſpalẽſis libro primo de officijs Eccleſiaſticis, capite trigeſimoſexto, vt ſuprà quæſtione præcedente, A. teſtimonio nono.

Quadrageſimale ieiuniũ & ex veteribus libris & ex Euangelio authoritatem habet. Matth. 17. Tempus quadrageſimalis ieiunij quàm opportunè conſtitutum.

38. AVGVSTINVS epiſtola centeſima decimanona ad Ianuarium, capite decimoquinto: Quadrageſima ſanè ieiuniorum habet authoritatem & in veteribus libris ex ieiunio Moyſi & Heliæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonſtrans Euangelium non diſſentire à lege & Prophetis. In perſona quippe Moyſi, lex; in perſona Heliæ, Prophetæ accipiuntur, inter quos & in monte glorioſus apparuit; vt euidentiùs emineret, quod de illo dicit Apoſtolus, teſtimonium habens à lege & à Prophetis. In qua ergò parte anni congruentiùs obſeruatio Quadrageſimæ conſtitueretur, niſi confini atque cõtigua Dominicæ paſſioni? quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui opus eſt continentia, vt ab ipſius mundi amicitia ieiunetur, quæ vtiquè fallaciter blandiri, & illecebrarum fucos circumſpergere atque iactare non ceſſat. Numero autem quadragenatio vitam iſtam propterea figurari arbitror, quia denarius &c.

Quadrageſima deſignat vitã præſentẽ.

39. IDEM in pſalmum centeſimum decimum: Sicut dies iſti Paſchales præteritis diebus Quadrageſimæ, quibus ante reſurrectionem Dominici corporis vitæ huius ſignificatur mœror, ſolenniter grata hilaritate ſuccedunt: ſic dies ille qui poſt reſurrectionem dabitur plenario corpori Domini, hoc eſt, ſanctæ Eccleſiæ, cunctis vitæ huius ærumnis atque doloribus excluſis, perpetua beatitudine ſuccedet. Hæc autem vita de nobis exigit continentiam, vt etiam cum labore & luctamine ingemiſcentes grauati, & habitaculum noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui cupientes, à ſecularibus delectationibus temperemus: & ſignificatur quadragenario numero, quo & Moyſes & Helias, & ipſe Dominus ieiunauerunt. Præcipitur enim nobis & ex lege & ex prophetis, & ex ipſo Euangelio, quod teſtimonium habet à lege & prophetis, (vndè etiam in monte & inter vtranque perſonam medius Saluator effulſit) vt ab omnibus mundi illecebris, quibus captiui homines obliuiſcuntur Deum, auiditatem noſtram tanquàm ieiunio temperantiæ refrenemus: quandiù perfectio Decalogi legis, tanquàm pſalterium decem chordarum per quatuor eiuſdem mundi partes, id eſt, toto orbe prædicatur, vt decem quatèr ducta, quadragenarium numerũ ſignent. Quinquagenario verò numero poſt reſurrectionem Domini, quo cantamus halleluia, nõ cuiuſdam temporis finis & tranſitus, ſed beata illa ſignificatur æternitas; quia denarius additus quadragenario, laborãtibus in hac vita fidelibus merces illa perſoluitur, quam & primis & nouiſſimis paterfamiliàs præparauit æqualem.

Vitæ præſentis error per Quadrageſimam ſignificatur. Exod 34. 3. Reg. 19. Matth. 4. Ieiunij Quadrageſimalis præceptũ ex lege, Prophetis & Euãgelio. Matth. 17. Per quinquageſimã, hoc eſt, dies Paſchales, vita æterna deſignatur.

Ieiuniũ Quadrageſimæ & feriæ 4. & 6. violantes.

40. CANON ſexageſimusoctauus Apoſtolorum: Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor ſanctã Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel paraſceuen, præterquàm ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: Si ſit autem laicus, ſegregetur.

Quadrageſima integra ſeruanda. Abſtinentia ſanctæ hebdomadæ.

41. CONCILIVM Laodicenũ canone quinquageſimo: Non oportet in quadrageſimæ quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium diſſolui, & totam quadrageſimam inhonorari, ſed per totos hos dies ieiunare, & eſcis abſtinentiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus vti.

Indictio ieiunij Quadrageſimalis.

42. CONCILIVM Braccarenſe ſecũdum canone nono: Placuit, vt poſtquàm omnia in concilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus modis obſeruetur vt ſuperuenturum ipſius anni Paſcha, quota Kalẽdarum die, vel quota luna debeat ſuſcipi, à Metropolitano epiſcopo nũcietur. Quod cæteri epiſcopi vel clerus reliquus breuiculo ſubnotantes, vnuſquiſque in ſuã eccleſia, aduenientе natalis Domini die, adſtante populo poſt lectionem Euangelicam nuncient. In cuius principio conuenientes in vnum vicinæ Eccleſiæ, per triduum cum Pſalmis, per Sanctorum baſilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona ſiue decima Miſſis, dimiſſo populo, præcipiant Quadrageſimæ ſeruare ieiunia, & mediante Quadrageſima, ex viginti diebus baptizandos infantes, ad exorciſmi purgationem offerre.

Ieiunij violatores.

43. CONCILIVM Carthaginenſe quartum, canone ſexageſimotertio: Clericum qui tempore ieiunij, abſque ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

44. TRIBVRIENSE concilium canone trigeſimoquinto: Secundùm ſanctorum ſtatuta Patrum, in hoc ſancto præiudicamus concilio, vt

Digitized by Google

nullus comes, nullusq; omninò ſecularis, diebus Dominicis vel Sanctorum in feſtis, ſeu Quadrageſimæ aut ieiuniorum, placitũ habere, ſed nec populum illo præſumat coercere: Quia indè iraſcitur Deus, cùm tantùm ſuo ſancto ſeruitio debet populus deſudare, inueniatur lites & contentiones frequẽtare. Diebus Quadrageſimæ & ieiuniorum, ſumma deuotione ieiunandum, & omni intentione eſt orandum, atque vnicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites vel contentiones habendæ.

Quadrageſimale ieiunium quomodò tranſigendum.

45. AGATHENSE conciliũ, canone duodecimo: Placuit etiam, vt omnes Eccleſię filij (exceptis diebus Dominicis) in quadrageſima, etiam die ſabbato, ſacerdotali ordinatione & diſtinctionis comminatione ieiunent.

Omnibus diebus Quadrageſimæ, exceptis Dominicis, cunctis ieiunandum.

46. GANGRENSIS ſynodus canone decimonono: Si quis eorum, qui exercentur, abſque corporali neceſſitate ſe inſolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter ſeruantur ab Eccleſia, diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.

Ieiuniorum eccleſiaſticorum violatores anathemate feriuntur.

47. MOGVNTINVM concilium ſub Carolo Magno celebratum canone trigeſimoquinto: Quòd ſi quis indictum ieiuniũ ſuperbiendo contempſerit, & obſeruare cum cæteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi cõcilio præcipitur, vt anathematizetur, niſi emendare ſe ſtudeat.

Indictum ieiunium violãtes anathematizantur.

48. TOLETANVM concilium octauum canone nono: Nouæ intentionis admonitu detecta eſt ingluuies horrenda voracium, quæ dum freno parſimoniæ non adſtringitur, religioni contraire mõſtratur. Dicente enim ſcriptura, Qui ſpernit minima, paulatìm décidit: illi tanta edacitatis improbitate graſſantur, vt cæleſtia & penè ſumma cõtemnere videantur. Etenim cùm Quadrageſimæ dies, anni totius decimæ deputentur, quæ & in oblatione ieiunij Domino conſecrantur, quibus etiam ſaluberrimè conditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & ex quatuor elementis formatus, propter transgreſſionem decalogi quatèr deciès conuenienter affligitur: illis qui auſu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & (quod peius eſt) Paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione prophanant, ex hoc adeò acerrimè interdicitur, vt quiſquis abſque ineuitabili neceſſitate atque fragilitate, & euidenti languore, ſed etiam impoſſibilitate ætatis, diebus Quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerint attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnã, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblítus eſt diſciplinam. Illi verò, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non antè prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote permiſſum percipiant.

Eccli 19.

Quadrageſima dies totius anni decimæ deputantur.

Contra violatores ieiunij Quadrageſimalis.

Carnibus veſcẽtes in quadrageſima ſine ineuitabili neceſſitate, rei exiſtunt Dominicę reſurrectionis.

Diſpenſatio ſacerdotis eſt neceſſaria ijs qui coguntur vetitis cibis vti.

49. TELESPHORVS Pontifex & martyr in epiſtola ad omnes vniuerſaliter capite primo: Cognoſcite à nobis, & à cunctis epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede congregatis, ſtatutum eſſe, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati, à carne ieiunent: quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum à laicorum conuerſatione, ità & in ieiunio debet fieri diſcretiò. Et ſicut laici & ſeculares homines, nolunt eos recipere in accuſationibus & infamationibus ſuis, ità nec clerici debent eos recipere in impulſationibus ſuis, quoniam in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe & ſegregata vita & conuerſatio clericorum, ac ſecularium laicorum. Et ſicut hi ampliùs ſunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur Saluatoris, ità moribus & conuerſatione atque ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergò ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunent, & hymnis & vigilijs atque orationibus Domino inhærere die noctúque ſtudeant.

Clericorum abſtinentia quadrageſimalis, à laicorum abſtinentia olim diſtincta.

Septẽ hebdomadarum à carnibus abſtinentia.

50. THEOPHILVS Alexandrinus libro tertio Paſchali, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio decimotertio.

51. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoquarto de tempore, vt ſuprà, D. teſtimonio vigeſimoſeptimo.

52. NICEPHORVS Calliſtus libro decimoſeptimo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite trigeſimoſecundo: Et quum fames Byzantij increbuiſſet, rerum neceſſariarum inopia, Imperator Iuſtinianus ſecunda ſtatìm ieiunij hebdomade, carnes in foro venales proponendas promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actum. Populus autem, qui pietatem ſibi conſectandam ſtatuiſſet, neque eas emebat, neque edebat: mortem ſibi potiùs adeundam eſſe cenſens, quàm vt quidquam de patrijs moribus & traditionibus mutaret.

Mortem potiùs adire, q̃ carnibus veſci ſtatuit populus Chriſtianus, etiãſi maxima eſſet annonæ caritas.

53. CHRYSOSTOMVS homilia ſexta ad populum Antiochenum: Conſuetudo res eſt tam facilis & expedita, vt adueniente ieiunio, etſi milliès quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid, ieiunij lege non conceſſum guſtare, omnia quis mâllet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentum.

Chriſtiani olim quiduis pati malebãt, q̃ cibis vetitis vti ieiunij tempore.

54. ITEM homilia prima, 55. ET ſecunda in Geneſim, vt ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio tertio & quarto.

1. E. BASILIVS Magnus homilia ſecunda de ieiunio, vt ſuprà quæſtione præcedenti, B. teſtimonio octauo.

2. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoſecũdo de tempore, vt ſuprà in hac quæſtione, D. teſtimonio vigeſimoſexto.

3. AMBROSIVS ſermone vigeſimotertio, 4. VIGESIMOQVINTO, 5. TRIGESIMOQVARTO, 6. TRIGESIMOSEXTO, 7. ET trigeſimoſeptimo, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio decimoquinto & ſequentibus.

8. HIERONYMVS in epiſtola quinquageſimaquarta ad Marcellam, aduersùs Montanum: Nos vnam quadrageſimam ſecundùm traditionem Apoſtolorũ, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus: illi tres in anno faciunt quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint ſaluatores, non quo & per totum annum, excepta Pentecoſte, ieiunare non liceat: ſed quòd aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre.

Quadrageſimæ ieiunium ex traditione Apoſtolorum obſeruatur.

9. AD Galatas quinto: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.

10. PRIORIS ad Corinthios ſecundo: Animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. ſtultitia enim eſt illi, & nõ poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur.

11. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Spiritum nolite extinguere.

12. MAXIMVS Taurinenſis Epiſcopus in homilia in litanijs & de ieiunijs Niniuitarum, quæ eadem eſt cũ ſermòne quadrageſimo D. Ambroſij, vt ſuprà D. teſtimonio vigeſimotertio.

13. AVGVSTINVS epiſtola octogeſimaſexta ad Caſulanum presbyterum, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio primo.

14. LVCAE decimo: Qui vos audit me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

15. MATTHAEI decimooctauo: Quòd ſi non audiërit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audiërit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amẽ dico vobìs, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo: & quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

16. PRIO-

16. PRIORIS ad Corinthios decimoquarto: Si quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.

17. PRIORIS ad Theſſalonicenſes ſecundo: Ideò & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud nō vt verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui crediditis.

18. ACTORVM decimoquinto: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria, &c.

19. HIEREMIAE trigeſimoquinto, vt ſuprà A. teſtimonio vigeſimotertio.

20. SECVNDI Machabæorum ſexto: Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium. Intuens autem quemadmodùm oporteret accedere, patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autem qui adſtabant, iniqua miſeratione commoti propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecretò, rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducâſſe, ſicut rex imperauerat, de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundùm ſanctæ & à Deo conditę legis conſtituta, reſpondit citò, dicens præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum trāſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiātur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotētis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar.

21. ET capite ſeptimo: Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos, compelli à rege edere contra fas carnes porcinas flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? Parati ſumus mori magis, quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaque rex, iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi. Quibus ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam: & cute capitis abſtracta, ſummas quoquè manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus, &c.

22. AD Romanos decimotertio, vt ſuprà C. teſtimonio quinto.

23. LEVITICI vigeſimotertio: Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetiſq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo.

24. PRIMI Regum decimoquarto: Viri Iſraël ſociati ſunt ſibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donèc vlciſcar de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem: omneq; terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri. Ingreſſus eſt itaque populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nulluſq; applicuit manum ad os ſuum, timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non audierat cùm adiuraret pater eius populum: extenditq; ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius. &c. Et conſuluit Saul Dominum, dicens: Num perſequar Philiſthijm? ſi trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa. Dixitq; Saul: Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte per quem acciderit peccatū hoc hodiè. Viuit Dominus ſaluator Iſrael, quia ſi per Ionathan filium meum factum eſt, abſque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuerſum Iſrael: Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſponditq; populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſraël: Domine Deus Iſrael da indicium, quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodiè? Si in me aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc, da oſtenſionem: aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo, da ſanctitatem. Et depræhenſus eſt Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul: Mittite ſortem inter me, & inter Ionathan filium meum. Et captus eſt Ionathas. Dixit autē Saul ad Ionathan: Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & eccè ego morior? Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitq; populus ad Saul: Ergóne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? Hoc nefas eſt, &c.

25. TERTII Regū decimotertio: Dixitq; (propheta qui habitabat in Bethel) ad virum Dei de Iuda: Veni mecum domum, vt comedas panem. Qui ait, Non poſſum reuerti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: quia locutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertéris per viā qua ieris. Qui ait illi: Et ego propheta ſum ſimilis tuî: & angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. Fefellit eum, & reduxit ſecum: comedit ergò panē in domo eius, & bibit aquam. Cumq; ſederent ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hęc dicit Dominus, Quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum quod pręcepit tibi Dominus Deus tuus: & reuerſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco in quo pręcepit tibi nè comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in ſepulcrum patrum tuorum. Cúmque comediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinum ſuū propheta quem reduxerat. Qui cùm abijſſet, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus autem ſtabat iuxta illum, & leo ſtabat iuxta cadauer.

26. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione vltima, quæ eſt vigeſimaquinta, in decreto de delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis: Inſupèr hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri atque Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tanquàm boni milites, illa omnia, quæ ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarū mater & magiſtra, ſtatuit, necnon ea, quæ tam in hoc cōcilio, quàm in alijs œcumenicis ſta-

Digitized by Google

Ciborum delectus & ieiunia obſeruāda.

tuta ſunt, quibuſcunque fidelibus ſedulò commendent: omniq́ue diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia, vel etiam quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum feſtorum deuota & religioſa celebratio: admonentes populos crebrò obedire prępoſitis ſuis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

Præpoſitis nō obtemperantes, Deū ſentient vltorē.

27. AVGVSTINVS tractatu ſeptuageſimotertio in Euangelium Ioannis: Non eſt malū carne veſci, cùm de hac re loquens Apoſtolus dicat: Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil abijciēdum quod cum gratiarum actione accipitur: ſed quia, ſicut idem ipſe ait, Malum eſt homini qui per offenſionem manducat. Et ſi per hominis offenſionem, quantò magis Dei? Cuius in Iſraelitis non parua erat offenſio, repudiare quod dabat ſapientia, & petere id quò inhiabat concupiſcentia, quanuìs illi nec peterēt, ſed quia deerat, murmurarent. Sed vt ſciremus, non Dei creaturā eſſe culpabilem, ſed inobedientiam contumacem, & inordinatam cupiditatem: non propter porcum, ſed propter pomum mortem primus homo inuenit; & Eſau primatus ſuos non propter gallinam, ſed propter lenticulam perdidit.

1. Tim4.
Rom.14.
Non propter cibum mors incurritur, ſed propter inobedientiā cōtumacem, aut inordinatam cupiditatem.
Gen.3.
Gen.25.

28. AMBROSIVS ſermone vigeſimoquinto, 29. ET trigeſimoſexto, vt ſuprà hac eadem quæſtione, D. teſtimonio decimoſexto, & vigeſimo.

30. CHRYSOSTOMVS homilia duodecima in priorem epiſtolam ad Timotheum, in ea verba ſcribens: Omnis creatura Dei bona eſt, &c. Duo igitur capita ponit: vnum quidem, quòd creatura nulla communis eſt: ſecundò, quòd etſi communis ſit, medicamentum in promptu eſt. Signum illi crucis imprime, gratias age, Deo gloriam refer, & protinùs immūditia omnis abſceſſit. Num verò, inquies, & quod idolis immolatum fuerit, eadem poſſumus ratione mundare? Licet, ſi quidem neſcias idolothytum eſſe: ſin verò ſciens ac prudens illud percipias, immundus iam eris, non ideò quia idolothytū eſt, ſed quòd, cùm tibi imperatum ſit non communicare dæmonijs, per id communicāſſe conuinceris. Itaque neque illud natura huiuſmodi eſt, verùm ex ſententia tua atque inobedientia immundū ſit. Num ſuilla caro immunda eſt? non, ſi cum gratiarum actione percipitur, crucisq́ue ſignaculo: nec aliud quicquam immundum eſt. Sola quippe voluntas erit immunda, quæ gratias non exhibet Deo.

1. Tim.4.
Idolothyta non maculāt per ſe hominem, ſed inobedientia.

31. RABANVS libro ſecundo de inſtitutione clericorum, capite vigeſimoquinto, vt ſuprà quæſtione præcedenti, A. teſtimonio vigeſimotertio.

VI.

Quid de Ieiunio ſacra Scriptura tradit?

Iudic.20.d 1.Reg.7.b 31.d 2.Reg.1.b 3.g 12.d e 3.Reg.21.g 1.Paralip.10.d 2.Paral.20.a e 1.Eſdræ 8.d e 2.Eſd.1.a
a Ioel.2.c & 1.c
b Ibidèm. Gregor. homil.16. in Euangel. Maximus homil.1. de ieiunio Quadrageſimæ.

DIVINA vox eſt, quæ per Ioëlem ad peccatores clamat: [a] *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu & planctu.* Nec multò pòſt: [b] *Canite tuba in Sion,* inquit, *ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum,* vel ſicut alij legunt: Sanctificate ieiunium, prædicate curationem: Vt hinc diſcamus, Ieiunium ſanctificari cæteris bonis operibus, & ſanctificatum curationi proficere [c] peccatorum, vt Hieronymus [d] interpretatur. Nam vt idem è ſacris literis [e] collegit, per ieiunia Daniel [f] vir deſideriorum futura cognouit: & Niniuitæ [g] iram placauerunt Dei: & [h] Elias ac [i] Moyſes quadraginta dierum eſurie, Dei familiaritate ſaturati ſunt: & ipſe [k] Dominus totidem diebus in ſolitudine ieiunauit, vt nobis ſolennes ieiuniorum dies relinqueret: & acriora dæmonia docuit [l] non niſì oratione & ieiunijs poſſe ſuperari: & Apoſtolus frequenter [m] ſe ieiunâſſe dicit, & in Pſalmis pœnitens loquitur: [n] *Manducabam ſicut cinerem panem meum, & potum meū cum fletu miſcebam.* Et, [o] *Cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam.* Demùm quid eo manifeſtius, quàm quòd Chriſtus affirmat [p] fore, vt cùm ipſe ſpōſus, diſcipulis ſuis maximè dilectus, ablatus ſit, tunc illos, licèt [q] Spiritu ſancto plenos, ieiunaturos eſſe? Itaque Paulus fideles omnes hortatur, [r] *Exhibeamus noſmetipſós, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate.* [ſ] *Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.*

c Auguſt. ſer.60. 62. 69. 230. de tempore. Bernar. ſer.4. de quadrag. Hieron. in caput 6. Daniel.
d Lib. 2 aduerſùs Iouinian. cap.11.
e Ibid. Vide & Aug. ſer.65. de tempore, & Chryſoſt in homil. de Iona.
f Daniel.9.a f g 10.b c
g Ionæ 3.d
h 3.Reg. 19.b
i Exod.24 d 34.d; Deut.9.b c
k Matth & Luc.4.a
l Matth 17 c Mar.9.d
m 2.Corinth.11.f
n Pſal.101.b
o Pſal.34.b
p Luc.5.g Mar.2 c Matth.9.b & ibidèm Hieron.
q Actor.13.a 14.d
r 2.Cor.6.a Luc.2.f Matth.6.b Tob.3.b Iudith 4.b c 8.a Eſther 4.a d 14.a Iere.36.b Baruch 1.a 1.Mach 3.f 2.Machab.13.c d
ſ Galat.5.d

TESTIMONIA.

1. IVDICVM vigeſimo: Cúmque filij Iſrael altera die contra filios Beniamin ad pręlium proceſſiſſent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: & occurrentes eis, tanta in illos cæde bacchati ſunt, vt decem & octo millia virorum educentium gladium proſternerēt. Quamobrem omnes filij Iſrael venerunt in domum Dei, & ſedentes, flebant coram Domino: ieiunauerúntque die illo vſque ad veſperam, & obtulerunt ei holocauſta atque pacificas victimas, & ſuper ſtatu ſuo interrogauerunt. Eo tempore erat ibi arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron præpoſitus domus. Conſuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dominus: Aſcendite, cràs enim

tradam

Digitized by Google

tradam eos in manus veſtras.

2. PRIMI Regum ſeptimo: Dixit Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphath, vt orem pro vobis Dominũ. Et conuenerunt in Maſphath: hauſeruntq́ aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iudicauitq́ Samuel filios Iſrael in Maſphath. Factum eſt autem cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſthijm inière prælium contra Iſrael. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſraël. Egreſſiq́ viri Iſrael de Maſphath, perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum qui erat ſubter Bethchar. Et humiliati ſunt Philiſthijm, nec appoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos cunctis diebus Samuelis.

3. ET capite trigeſimoprimo. Quod cùm audiſſent habitatores Iabes Galaad, quæcunque fecerant Philiſthijm Saul, ſurrexerũt omnes viri fortiſſimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethſan: veneruntq́ Iabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi igni: & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

4. SECVNDI Regum primo capite: Apprehendens autẽ Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omnésque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eò quòd corruiſſent gladio.

5. ITEM capite tertio: Dixit Dauid ad Ioab & ad omnem populum qui erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò rex Dauid ſequebatur pheretrum. Cúmque ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus &c. Cumq́ veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens: Hęc faciat mihi Deus, & hęc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quicquam.

6. ET capite duodecimo: Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoque Dominus paruulum quẽ pepererat vxor Vriæ, Dauid, & deſperatus eſt. Deprecatusq́ eſt Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorsùm, iacuit ſuper terram. Venerunt autem ſeniores domûs eius, cogentes eum vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum. Et paulò pòſt: Dixerunt autem ei ſerui ſui; Quis eſt ſermo quem feciſti? propter infantem cùm adhuc viueret, ieiunaſti & flebas: mortuo autem puero, ſurrexiſti & comediſti panem. Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui. dicebã enim; Quis ſcit, ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum ampliùs? ego vadam magis ad eum, ille verò non reuertetur ad me.

7. TERTII Regum vigeſimoprimo: Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & deſcende in occurſum Achab regis Iſrael, qui eſt in Samaria: eccè ad vineã Naboth deſcendit, vt poſſideat eam: & loquéris ad eum, dicens: Hęc dicit Dominus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti. Et poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam: Num inueniſti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni, eò quòd venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini. Eccè ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & vltimum in Iſrael. Et dabo domum tuam ſicut domum Ieroboam filij Nabat, & ſicut domum Baaſa filij Ahia: quia egiſti, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare feciſti Iſrael. Sed & de Iezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cęli. Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret malum in cõſpectu Domini: Concitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt intantùm, vt ſequeretur idola quæ fecerãt Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filiorum Iſrael. Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq́, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Heliam Thesbiten, dicens: Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

8. PRIORIS Paralipomenon decimo: Arma Saul conſecrauerunt in fano Dei ſui, & caput affixerunt in templo Dagon. Hoc cùm audiſſent viri Iabes Galaad, omnia ſcilicet quæ Philiſthijm fecerant ſuper Saul, cõſurrexerunt ſinguli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorũ eius: attuleruntq́ ea in Iabes, & ſepelierunt oſſa eorum ſubter quercum quę erat in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.

9. POSTERIORIS Paralipomenon vigeſimo: Poſt hæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntq́ nuncij, & indicauerunt Ioſaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis quę trãs mare ſunt, & de Syria, & eccè conſiſtunt in Aſaſonthamar, quæ eſt Engaddi. Ioſaphat autem timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda. Congregatusq́ eſt Iudas ad deprecandũ Dominum: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum. Cumq́ ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudæ & Ieruſalem, in domo Domini ante atrium nouum, ait: Dominę Deus patrum noſtrorum, tu es Deus in cælo &c.

10. PRIMI Eſdræ octauo: Et prędicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filijs noſtris, vniuerſæq́ ſubſtantiæ noſtræ. Erubui enim petere regem auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus regi: Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum pro hoc: & euenit nobis proſperè.

11. SECVNDI Eſdræ primo: Verba Nehemiæ filij Helchiæ: Et factum eſt in menſe Caſleu, anno viceſimo, & ego eram in Suſis caſtro. Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipſe, & filij Iuda: & interrogaui eos de Iudæis, qui remanſerant & ſupererant de captiuitate, & Ieruſalem. Et dixerunt mihi; Qui remanſerunt, & derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna ſunt, & in opprobrio: & murus Ieruſalem diſſipatus eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni. Cumq́ audiſſem verba huiuſmodi, ſedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. Et dixi: Quæſo Domine Deus cęli fortis, magne atque terribilis, qui cuſtodis pactũ & miſericordiam cum his qui te diligunt, & cuſtodiunt mandata tua, &c.

Digitized by Google

12. IOELIS ſecundo: Nunc ergò dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra: & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum: quia benignus & miſericors eſt, patiens & multę miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen Domino Deo noſtro? Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes: congregate paruulos, & ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicent, Parce Domine, parce populo tuo: & nè des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis, Vbi eſt Deus eorum? Zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Et reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo: Eccè ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos vltrà opprobrium in gentibus, &c.

13. ET capite primo: Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri: & clamate ad Dominum.

Ioel. 2. *Ieiuniũ quomodò ſanctificatur.*

14. GREGORIVS homilia decimaſexta in Euangelia: Per Iohelem dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe ſanctificare, eſt adiunctis bonis alijs, dignam Deo abſtinentiã carnis oſtendere. Ceſſet ira, ſopiantur iurgia. Incaſſùm enim caro atteritur, ſi à prauis ſuis voluptatibus animus non refrenatur.

Sanctificare ieiunium.

15. MAXIMVS homilia prima de ieiunio Quadrageſimæ: Ieiunia noſtra religioſis ſanctificemus obſequijs. Quid autem eſt aliud, ſanctificare ieiunium, niſi ieiunij cauſa ſancta velle, iuſta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatio potẽtum, amicorum parentúmque gratia, clientum etiam parua magnáve munuſcula, à recti tramite non auertunt. Sanctificat ieiunium ſuum, cuius iuſtitia precio non vileſcit. Sanctificat ille ieiunium, qui flammas ſæuientis iracundiæ, manſuetæ mentis placabilitate reſtinguit. Sanctificat ieiunium, qui laſciuientes oculos turpi ab adſpectu habenis caſtitatis auertit. Sanctificat ieiunium, qui conuiciorum iacula, ſcuto patientiæ repercuſſa, diſpergit. Sanctificat ieiunium, qui litigãtium tumultus pacifici ſanitate ſermonis, & linguæ prudẽtioris arte compeſcit. Sanctificat ieiunium, qui conſurgentes in ſemetipſo vanarum cogitationum ſpinas, euãgelico ſulcante vomere, velut quidam pectoris ſui arator excídit. Sanctificat ieiunium, qui inopias egenorum pro quantitate ſubſtantiæ ſuæ, miſerantis manus humanitate ſolatur. Adprimè ſanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinę legis intentus, diabolica à corde ſuo reſpuit tentamenta. Et ideò, fratres chariſſimi, ſi volumus Deo placita exhibere ieiunia, ſimus in fide fortes, in iudicijs iuſti, in amicitia fideles, in iniurijs patientes, in contentionibus moderati, refugientes turpiloquia, aduerſùs iniqua conſtantes, in conuiuijs ſobrij, in voluptatibus cõtinentes, in charitate ſimplices, inter ſubdolos cauti, condolentes triſtibus, contumacibus reſiſtentes, in ſuſpicionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles coæquales. Si huiuſmodi virtutibus noſtra voluerimus ſanctificare ieiunia: tribuente Domino, ad feſtiuitatem Paſchalis gratiæ, & ad gaudia cæleſtium promiſſionum indubitata fiducia, & conſcientia lætiore veniemus.

16. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimo,
17. SEXAGESIMOSECVNDO, &
18. SEXAGESIMONONO de tempore, vt ſuprà quæſtione præcedenti, D. teſtimonio vigeſimoquinto, vigeſimoſexto & vigeſimonono.

19. ET ſermone ducenteſimo trigeſimo de tempore: Aduerſùs dæmonum nequitiam, quæ nobis Dominus arma oſtendit, debemus vtiquè retinere. Hoc ait, genus in nullo eijcitur, niſi oratione & ieiunio. Hæc cùm plena fide exercentur, pietas eſt. Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ præſentis & futuræ. Inſpiciamus ergò vtiliter orationis fructus & ieiunij, quia ipſa ſunt arma aduerſùs improbas cogitationes. Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit. Ieiunium cor facit contribulatum & humiliatum, quod Deus non ſpernit. Ieiunium concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis verum lumen accendit. Ieiuniũ verboſitatem non amat, diuitias ſuperfluitatem iudicat, ſuperbiam ſpernit, humilitatem commendat, præſtat homini ſeipſum intelligere quod eſt infirmum & fragile: atque dum ità ſe intelligit imbecillem, aptiorem virtutem Dei adiutorem quærit & accipit. Quærit autem per frequentes orationes, & obſecrationes.

Matth. 17. *1. Tim. 4.* *Ieiunij vtil.* *Pſal. 50.*

20. BERNARDVS ſermone quarto in quadrageſima, vt ſuprà quęſtione præcedenti, D. teſtimonio trigeſimoquarto.

21. HIERONYMVS in caput ſextum Danielis, ſuper ea verba: Et abijt rex in domum ſuam, & dormiuit incœnatus. Quanta regis beneuolentia, vt cibum nec die nec nocte caperet, ſomnum oculis non concederet; ſed cum periclitante propheta ipſe penderet affectu. Si autem rex neſciens Deum, hoc facit pro altero, quem vult de diſcrimine liberari: quanto magis nos pro peccatis proprijs inedia & vigilijs debemus Deum ad clementiam flectere?

Dan. 6. *Pro peccatis proprijs inedia &c. Deus ad clementiã flectendus.*

22. IDEM libro ſecũdo aduerſùs Iouinianum capite vndecimo, vt in textu, & ſuprà quæſtione præcedenti, C. teſtimonio tertio.

23. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoquinto de tempore, vt ſuprà quæſtione præcedenti, D. teſtimonio vigeſimooctauo.

24. CHRYSOSTOMVS in homilia de Iona propheta: Ebrietas & luxuria ſtantem euerterunt ciuitatem: commotam, ieiunium ſolidauit. Cum ieiunio Daniel in lacum leonum ingreſſus eſt, & eorum tantam manſuetudinem ſenſit, vt ſimplicitatem ouium arbitraretur. Et paulò pòſt: Mirare igitur ieiunium, & illud cum omni auiditate tuis amplexibus feſtina ſuſcipere. Quando enim & in flamma prodeſt, & in lacu leonũ ſubuenit, & ſpiritus propulſat immundos, & diuinam ſententiam mitigare nouit, & ad libertatem reuocare conſueuit: quis huius inſaniæ reperitur, qui velit ieiunij tantorum bonorum materiam declinare? Sed dicis: Corporibus exindè generatur infirmitas. Sed quantum exterior conteritur, tantum interior renouatur de die in diem. Immò ſi diligenter ſcrutari volueris, inuenies ieiuniò corpora validiùs roborari. Et ſi meũ ſermonem reſpuis, medicorum te doceat diſciplina: qui parcitatem, ſalutis nominant matrem. Nam pedum dolores, capitis vertiginem, ſubitaneas mortes & cætera, quibus febris atque languores corporis comparantur, ex luxurijs atq; voluptatibus aiunt generari, & tanquàm de fonte noxio riuos ad corporum læſionem, & ad animarum perturbationem commeare teſtantur.

Ionæ 3. *Dan. 6. & 14.* *Ieiunij fructus.* *Matth. 17.* *Ionæ 3.* *2. Cor 4.* *Ieiunio non animam tantùm, ſed etiã corpora roborari.* *Ex medicorũ etiam ſententia.*

25. DANIELIS nono: Et poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere. Et oraui Dominũ Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi: Obſecro Domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua, &c. Adhuc me loquente in oratione, eccè vir Gabriel, quem videram in viſione à prin-

Digitized by Google

à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitq́; Daniel, nunc egreſſus ſum, vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarũ egreſſus eſt ſermo: Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es: tu autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Septuagita hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, &c.

26. ET capite decimo: In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem viceſima, &c. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel, vir deſideriorum, intellige verba quę ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cumq́; dixiſſet mihi ſermonẽ iſtum, ſteti tremens. Et ait ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni propter ſermones tuos. Veni autem vt docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies.

27. IONAE tertio: Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquã non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

28. TERTII Regum decimonono: Proiecitq́; ſe (Elias) & obdormiuit in vmbra Iuniperi: & eccè angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede. Reſpexit, & eccè ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ: comedit ergò & bibit: & rursùm obdormiuit. Reuerſúsque eſt angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitq́; illi: Surge, comede. grandis enim tibi reſtat via. Qui cùm ſurrexiſſet, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb.

29. EXODI vigeſimoquarto: Cumq́; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens eum nube ſex diebus: ſeptimo autẽ die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſusq́; Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

30. ET capite trigeſimoquarto: Dixitq́; Dominus ad Moyſen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus. Fuit ergò ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem.

31. DEVTERONOMII nono: Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcum Deus: & perſeueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Deditq́; mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, continentes omnia verba quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quãdo concio populi congregata eſt. Cumq́; tranſiſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis. Cumq́; de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidiſſemq́; vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam eius quam vobis oſtenderat: proieci tabulas de manibus meis, cõfregiq́; eas in conſpectu veſtro. Et procidi ante Dominum ſicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panem nõ comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocaſtis: timui enim indignationem & iram illius, qua aduersùm vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice.

32. MATTHAEI quarto: Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſteà eſurijt.

33. LVCAE quarto: Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in ſpiritu in deſerto, diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & conſummatis illis, eſurijt.

34. MATTHAEI decimoſeptimo: Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem & ieiunium.

35. MARCI nono: Et cùm introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.

36. POSTERIORIS ad Corinthios vndecimo: Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in * profundum *profundo
maris fui, in itineribus ſæpè, periculis fluminum, &c. in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate.

37. PSALMO centeſimo primo: Quia cinerem tanquàm panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.

38. ET trigeſimoquarto, vt in textu.

39. LVCAE quinto: Quibus ipſe ait: Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Venient autem dies: & cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

40. MARCI ſecũdo: Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in illis diebus.

41. MATTHAEI nono: Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiù cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.

42. HIERONYMVS in caput nonũ Matthęi, ſcribens in præcedentia verba: Sponſus, (ait) Chriſtus: ſponſa, eccleſia eſt. De hoc ſancto ſpirituali cõnubio, Apoſtoli ſunt procreati: qui lugere non poſſunt, quandiù ſponſam in thalamo vident, &

Digitized by Google

ſciunt ſponſum eſſe cum ſponſa. Quando verò tranſierint nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis tempus aduenerit, tũc ſponſi filij ieiunabũt. Nonnulli putant idcircò poſt dies quadraginta paſſionis, ieiunia debere cõmitti, licèt ſtatim dies Pentecoſtes & Spiritus ſanctus adueniens, indicent nobis feſtiuitatem. Et ex huius occaſione teſtimonij, Montanus, Priſca, & Maximilla, etiam poſt Pentecoſten faciunt quadrageſimam: quòd ablato ſponſo, filij ſponſi debeant ieiunare. Eccleſiæ autem conſuetudo ad paſſionem Domini, & reſurrectionem per humilitatem carnis venit: vt ſpirituali ſagina, ieiunio corporis præparemur.

Poſt paſſionẽ & reſurrectionẽ filij ſpõſi ieiunabunt.

Montani error.

Ieiuniũ quadrageſimæ cur Eccleſia ante Paſcha ſeruet.

43. ACTORVM decimotertio: Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Miniſtrantibus autem illis Domino & ieiunantibus, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq́; eis manus, dimiſerunt illos. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abiêrunt Seleuciam, & indè nauigauerunt Cyprum.

44. ET capite decimoquarto: Circundantibus autẽ eum diſcipulis, ſurgens intrauit ciuitatem, & poſtera die profectus cũ Barnaba in Derben. Cumq́; euangelizâſſent ciuitati illi, & docuiſſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconiũ, & Antiochiã, confirmantes animas diſcipulorum, exhortantesq́; vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presbyteros, & orâſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt.

45. POSTERIORIS ad Corinthios ſexto, vt in textu.

46. LVCAE ſecundo: Et erat Anna Propheteſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſque ad annos octogintaquatuor: quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

47. MATTHAEI ſexto: Attẽdite nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem veſtrum qui in cælis eſt. Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. exterminant enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: nè videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

48. TOBIAE tertio: Eadem itaq́; die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis patris ſui, quoniam tradita fuerat ſeptem viris, & dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos, mox vt ingreſſi fuiſſent ad eã. Ergò cùm pro culpa ſua increparet puellam, reſpondit ei, dicens: Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam ſuper terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquìd & occidere me vis, ſicut iam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ: & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: ſed in oratione perſiſtens cum lachrymis, deprecabatur Deum, vt ab ipſo improperio liberaret eam.

49. IVDITH quarto: Et fecerunt filij Iſrael ſecundùm quod conſtituerat eis ſacerdos Domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs & orationibus, ipſi & mulieres eorum. Et induerunt ſe ſacerdotes cilicijs, & infantes proſtrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio: Et clamauerunt ad Dominum Deum Iſrael vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium Gentibus. Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſrael, allocutusq́; eſt eos, dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, quia Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. ſic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in hoc opere quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini, ità vt etiam hi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti cilicijs, offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

50. ET capite octauo: Erat Iudith relicta eius vidua iam annis tribus & menſibus ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, pręter Sabbata, & Neomenias, & feſta domus Iſraël.

51. ESTHER quarto: Quæ cùm audîſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui, & hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum ſacco, aulam regis intrare. In omnibus quoquè prouincijs, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, ſacco & cinere multis pro ſtratu vtentibus. Et paulò pòſt: Rurſumq́; Eſther hæc Mardochæo verba mandauit: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensq́; me morti & periculo. Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Eſther præceperat.

52. ET capite decimoquarto: Eſther quoquè regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat. Cúmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis varijs, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs: omniáque loca, in quibus anteà lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur Dominum Deum Iſraël, &c.

53. IEREMIAE trigeſimoſexto: Et fecit Baruch filius Neriæ, iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini. Factum eſt autem in anno quinto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem. Legitq́; Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo.

54. BARVCH primo: Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librum: & ad aures potentium filiorum Regum, &

ad au-

ad aures presbyterorum,& ad aures populi,à minimo vſque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia ad flumen Sodi. Qui audientes,plorabant & ieiunabant,& orabant in conſpectu Domini.

55. PRIMI Machabæorum tertio: Et congregatus eſt conuentus,vt eſſent parati in prælium: & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes. Et Ieruſalem non habitabatur,ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & ſanctum conculcabatur: & filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium: & ablata eſt voluptas à Iacob,& defecit ibi tibia & cithara. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo: & diſciderunt veſtimenta ſua,& expanderunt libros legis,de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulacrorum ſuorum: & attulerunt ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies, & clamauerunt voce magna in cælum, dicentes: Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus? & ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem: & ecce nationes conuenerunt aduerſùm nos, vt nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitant in nos. Quomodò poterimus ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu Deus adiuues nos? ET capite ſequenti: Et exiêrunt de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda.Et congreſſi ſunt,& contritæ ſunt Gentes,& fugerunt in campum.Nouiſſimi autem omnes ceciderunt in gladio, & perſequuti ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos Idumeæ: & Azoti,& Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria millia virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum.

56. SECVNDI Machabæorum decimotertio: Sed rex (Antiochus) mente effrenatus veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Iudæis oſtenſurus. Quibus Iudas cognitis,præcepit populo, vt die ac nocte Dominum inuocarent, quò ſicut ſemper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria,ſanctoq; templo priuari vererentur,ac populum,qui nuper paululùm reſpiràſſet,nè ſineret blaſphemis rursùs nationibus ſubdi. Omnibus itaque ſimul id facientibus, & petentibus à Domino miſericordiam cum fletu & ieiunijs,per triduum continuum proſtratis,hortatus eſt eos Iudas,vt ſe præpararent.Ipſe verò cum ſenioribus cogitauit priùs quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem: exire, & Domini iudicio committere exitum rei. Dans itaque poteſtatem omnium Deo mundi creatori,& hortatus ſuos vt fortiter dimicarent,& vſque ad mortem pro legibus,templo,ciuitate,patria, & ciuibus ſtarent: circa Modin exercitum conſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ,iuuenibus fortiſſimis electis,nocte aggreſſus aulam regiam,in caſtris interfecit viros quatuor millia, & maximum elephantorum cum his qui ſuperpoſiti fuerant. ſummoq; metu ac perturbatione hoſtium caſtra repleuerunt,rebuſq; proſperè geſtis abiêrnnt.

57. AD Galatas quinto, vt in textu.

VII.

Quid eſt Oratio?

A. EST [a] pius noſtræ mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter, quæcunque ſunt nobis aut alijs ſalutaria: quo diuinam quoquè gratiam & virtutem celebramus, aut qualicunque ratione coram ſumma & æterna illa maieſtate nos [b] deuotos teſtamur: Vt huc ſpectet non ſolùm precatio, ſed etiam [c] adoratio, [d] oblatio ſeu ſacrificium, [e] inuocatio, [f] laudatio, [g] gratiarum actio.

B. [h] Modum autem precandi & formulam ſingularem Chriſtus [i] præſcripſit, ſicut ſuprà declarauimus. Et nullum eſt ſanè opus magìs in Scriptura [k] commendatum, nullum pijs ſanctiſque hominibus familiarius, nullum quod à pluribus & ſępiùs, & diligentiùs, magiſque neceſſariò in hac vita ſit exercendum, atquè precatio. Verè dictum illud: [l] *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit.* Item, [m] *Oportet ſemper orare,* ardenti ſcilicet cordis affectu, & citra hypocriſim, & abſque laudis [n] humanæ reſpectu, hoc eſt, in [o] ſpiritu & veritate.

C. Interim orantes, [p] externum corporis geſtū & habitum, rituſque nonnullos adhibent ſępè. Et rectè quidem, vt exempla ſcripturæ cōmonſtrant. Nam & Chriſtus Dominus, nunc [q] ſubleuatis in cælum oculis, nunc [r] elata voce, nunc in terram [ſ] proſtratus Patrem orauit. Tum [t] Danielis ac [v] Niniuitarū precatio, quia non ſine ieiunijs, ſacco & cinere inſtituta fuit, magìs commendatur. Nec fruſtrà de Publicano [x] dictū eſt, quòd humili facie, depreſſis oculis, pectoriſque tunſione ſuam in templo precationem inſtruxit. Quæ quidem licèt externa videantur, & ab impijs etiam fieri ac oſtentari queant, tamen hactenùs laudem illa merentur, quatenùs & piè corpus exercent,

a Damaſc.lib.3.orthod.fidei,c.24. Auguſt.lib.2.de ſerm. Domini in mōte,c.3. & ſerm.230 de temp. Baſil.in Iulittam martyrem. Chryſoſt.hom.30 in Geneſ. Nyſſenus in libro de Oratione.
b Exodi 35.c d 2.Paralip.29.g
c Matth.4.b
d Malach 1.c Eſaiæ 56.e Ioan.4.e
e Roman.10.c
f Pſal.17.a 145.a
g Eſaiæ 56.c 1.Timoth.2.a Auguſtin. epiſt.59 ad Paulinum.
h Aug.tract.73.in Euang.Ioan. Baſil.c.2.conſt.monaſt. Bern.ſer.4.&5.de quadrag.& in ſer.de 4 modis orandi.
i Matth.6.b Lucæ 11.a Vide ſuprà de oratione Dominica.
k Pſal.140 a Tob.12.c Acto.10.a Exod.32.c Pſal.105.d Ierem.7.c 27.d & ibidem Hierony. Item epiſto.12. ad Gaudentium cap.3.
l Eccli 35.d Pſal.105.c 36.a Iudith 9.d
m Lucæ 18.a Eccli 18.c 1.Theſſal.5.c
n Matth.6.a
o Ioan.4.c
p Tertul.in apologetico aduerſùs gentes, cap 30. Aug.in lib.de cura pro mortuis gerenda, cap.5. Hierony. aduerſùs Luciferianos c.6.& in vita Pauli Eremitæ. Item de viris illuſt.in Iacobo.
q Ioan.17.a 11.a
r Matth.27.e Lucæ 23.f
ſ Matth.26.d Mar.14.d Lucæ 22.e
t Daniel.9.a
v Ionæ 3.c d Iudith 4 b c d 9.a 1.Mach.3.f
x Luc.18.c Exod.9.f g 17.e Deut.9.c d Num.20.a Pſal.87.b 140.a 2.Paral.6.b 29.f 3 Reg.8.f Daniel.6.c 1.Eſdræ 9.b Matth.2.b Act.7.g 9.g 20.g 21.a Ephe.3.c 1.Cor.11.a Damaſc.lib.4.orthod.fidei,cap.13. De certis orandi temporibus videatur Auguſt.hæreſi 57. Beda in c.18. Luc. Anſel.in cap.5.epiſto.1.ad Theſſal. Clemen. conſtitut Apoſt.lib.8.cap.40.

Digitized by Google

Tertul. in apologetico cap. 2. Cypr. de orat. Dom. Athan de virgin. Baſil. ſer. 1. de inſtit monach. & cap. 37. in regulis longiorib Chryſ hom. 59. ad pop. Hiero. in c 6. Dan. & ad Euſtoch. epiſt. 22. c. 16. & in epitaph Paulæ epiſt 27. c. 10. Concil. Aquiſgran. cap. 126. & ſeq. Pſal. 118. 5. a 54. c Daniel. 6. c Actor. 3. a 10. b 16. c

ercent, rediguntque in obſequium creatoris, & animum excitant, fulciunt ac promouent in cultu interiore. Prætereà ſunt hæc teſtimonia quædam fidei, humilitatis atque pietatis non negligenda, vt quæ non ſolùm ſpectanti proximo, ſed etiam Eccleſiæ adferunt ædificationem.

TESTIMONIA.

Oratio quid ſit.

1. A. DAMASCENVS libro tertio orthodoxæ fidei, capite vigeſimoquarto: Oratio eſt mentis ad Deum aſcenſus; aut, eorum à Deo poſtulatio, quæ poſtulare conuenit.

In oratione fit mentis ad Deum conuerſio.

2. AVGVSTINVS libro ſecundo de ſermone Domini in monte, capite tertio: Primò hîc reſpondetur, non verbis nos agere debere apud Deum, vt impetremus quod volumus, ſed rebus quas animo gerimus, & intentione cogitationis cum dilectione pura & ſimplici affectu. Sed res ipſas verbis nos docuiſſe Dominum noſtrum, quibus memoriæ mandatis, eas ad tempus orandi recordaremur. Et poſt pauca: Fit ergò in oratione conuerſio cordis ad eum, qui ſemper dare paratus eſt, ſi nos capiamus quod dederit.

Orationis vis & vtilitas.

Oratio quid ſit, & quę bona præſtet.

Pſal. 62.

Ioan. 10.

3. IDEM ſermone ducenteſimo trigeſimo de tempore: Oratio eſt refectio ieiuniorum, aduocat gratiam Spiritus ſancti. Oratio duritiam cordis mollit, auſteritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim ſine potu non eſt plena refectio, ſic & ieiunium ſine oratione non poteſt animam perfectè nutrire. Quid autem oratio, niſi aſcenſio animæ de terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio ſupernorum, inuiſibilium deſiderium? Abeat diſſenſio ſecularium morum, quibus premitur mens humana quotidiè. Oratio coniunctio Spiritus ſancti: ſi tamen orationi intentus ſit animus: ſicut clamat Propheta, Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi & caro mea. Quid autem ſitiendum eſt, ſequitur: Vt videat virtutem. Credite mihi, ſi ad videndam plenam virtutem Dei, plenè ſitiant animæ humanæ ſubſtantiæ, nec faſtidio victa diſſimulet, replebitur adipe & pinguedine ſpiritali. Et ſitiens illam Dei viſitationem ſenſu proprio, cum fide clamabit: Adhęſit anima mea poſt te, ſuſcepit me dextera tua. Ieiuniū inertiam tollit de anima, impedimēta carnalia aufert. Oratio verò perſeuerans iungit Deo; atq; ità gaudens aſſiſtere ſe Domino gloriatur. Adhærens autē anima mea Domino, incipit ſecuritatem habere & libertatem, nec pauores ſuſtinet timoris. Suſcepta anima tanto patrocinio dexteræ Dei, quomodò poterit noceri ab aliqua poteſtate? Sicut ſcriptum eſt, quòd nemo illud rapit de manu patris; hoc præſtat ieiunium, hoc præſtat oratio.

Oratio quid ſit.

Oratio non ſolis verbis cōſtat ac perficitur.

1. Cor. 10. Coloſſ. 3.

Oratiōis frequētatio ante refectionem.

Eccli 31. Prou. 31. 1. Tim. 5.

Manè poſt ſomnum in veſtiendo ſe.

Veſperi ante ſomnum.

Ipſa nocte.

Tota vita oratio quædam eſſe poteſt.

4. BASILIVS Magnus homilia in Martyrem Iulittam, quæ eſt quinta inter homilias variorum argumentorum: Oratio eſt boni cuiuſpiam petitio, quæ ad Deum à pijs effunditur. Sanè eiuſmodi petitionem neutiquàm ſtatuimus in ſola verborum præciſione. Ipſi enim credimus, Deo nihil opùs eſſe verbis, quibus commonefiat noſtræ petitionis: magis verò dicimus eum perſpicaciſſimè ſcire, quæ nobis nec petentibus etiam profutura ſint. Quid ergò, quod ipſi dicimus? Nimirùm, orationem nōn oportere nos plenè in ſyllabis conſtituere, quin potiùs ipſam ſuas vires pleniùs explicare, explereve in animæ orantis libera electione ac propoſito, ſimul & in actionibus quæ per omnem vitam intento ſtudio perficiuntur ad præſcriptum virtutis, iuxta Paulum: Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Accumbens menſę, ora: eſitans panem, largitori gratiam rependito. Suffulciens firmansq; infirmas corporis vires vino, eius fac memineris, qui hoc te dono impartiuit ad inſerendam cordi tuo lætitiam, & ad multipliciū infirmitatum non mediocre ſolamen. Nulla tibi eſt ſumendi edulij neceſſitas? Caue, te prætereat eius memoria, cuius liberali beneficio ventrem expleſti. Tunicam indueris? gratias agito benigno datori. Amiciris pallio? fac, in te augeſcat intentior erga Deum charitas, qui integumenta gratuitò largitus eſt hyemi æſtatiq; accommoda, quibus & vita conſeruetur, & obueletur turpitudo. Tibine dies expletus abijt? Illi referto gratiam, qui ſolem quidem nobis nihil tale commeritis indulſit in diurnæ operationis miniſterium: ignem verò contulit illuſtrandæ nocti, vtq; ſubſeruiat reliquis vitæ commoditatibus. Ipſa rurſus nox alias ad orationem ſuggerere poſſit conciliareve occaſiones. Etenim ſi quando in cælum ſuſpexeris, quum in eximiam ſiderum pulchritudinem oculorum aciem defixeris preſſiùs: horum viſibilium ſupplicia Domino, vniuerſorum longè optimo artifici procide Deo, & cole eum qui cuncta hæc in ſapientia condidit. Sanè ad eum modum indiuulsè & continenter oraueris, non quidem ſi verbis modò orationem expleueris tuam: veriùs vbi omnis prorsùs vitæ tuæ ratio atque inſtitutum diuinæ te conformârit voluntati, ſic vt vita ipſa dici & eſſe promereatur continens quędam & indiuulſa oratio.

Orationis cōmendatio.

Oratio eſt colloquium cum Deo. Pſal. 103.

Cur Deus differat ea dare, quæ poſtulamus.

Cùm denegat poſtulata, beneficium præſtat.

5. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſima in Geneſim: Magna arma ſunt preces, magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, refugij locus, modò ſobrij & vndequaquè mēte noſtra collecta, inimicoq; noſtræ ſalutis nullo aditu permiſſo, Dominum adeamus. Et paulò pôſt: Magnum bonum ſunt preces. Nam ſi homini quis loquatur virtute prædito, non paruum indè fructum percipiet: quantis bonis fruetur is, cui cum Deo colloquium fuerit? Oratio enim colloquium eſt cum Deo. Quod vt ſcias, audi prophetam dicentem: Iucundum ſit Deo eloquium meum: hoc eſt, ſermo meus appareat Deo. An non enim præſtare poteſt priuſquàm petamus? Verùm propter hoc differt & expectat, vt occaſionem accipiat, qua iuſtè nos ſua cura dignos faciat. Siue autem conſequamur quod petimus, ſiue non conſequamur, perſeueremus ſemper in oratione. Et non ſolùm gratias agamus ſi conſequamur, ſed etiam ſi repulſam paſſi fuerimus. Nam cùm Deus aliquid nobis denegat, non minus eſt quàm ſi conceſſiſſet. Neſcimus enim nos, quæ nobis conducant, ſicut ipſe nouit.

Oratiōis neglectio quàm multorū malorū cauſa, in rebus etiam tēporalibus.

6. GREGORIVS Nyſſenus in libro de oratione, circa principium: Et quid attinet ſingulatim exponere, quibus rebus multipliciter, multiſq; modis peccatum humanæ vitę commiſcetur: cuius peccati nulla alia cauſa eſt, quàm quòd ad ea, quæ in manibus habent, & ſtudioſè tractant negocia, diuinum etiam auxilium homines non ſimul adhibent & aſſumunt. Quòd ſi oratio negocium præceſſerit, peccatum aduersùs animam aditum non inueniet. Dei enim memoria in corde fixa atque fundata, irrita conſilia aduerſarij manent, iuſtitia ſeſe mediam vbiquè controuerſijs interponente. Prohibet item agricolam à peccato, oratio in exiguo agri modo fructus multiplicans, nè poſteà ampliùs vnà cum plus habendi cupiditate peccatum ingrediatur. ità viator, ità qui expeditionem vel nuptias parat: ità quicunque animum ad aliquod negocium adiecit, ſi cum oratione quodlibet agat, proſpero

Digitized by Google

proſpero atque felici ſucceſſu negociorũ à peccando abducetur, nullo aduerſario animam ad vitium trahente. ſin autem relicto Deo, negocio totus intētus fuerit, omninò neceſſè eſt, vt à Deo remotus cum aduerſario prorſùs verſetur. recedit autem à Deo, qui per orationem ſeſe Deo nõ coniungit. Ergò hoc priùs oratione docendi eſtis, quòd ſemper orare & non defatigari oporteat. Per orationem enim cum Deo eſſe contingit. at qui cum Deo eſt, ab aduerſario remotus eſt. Oratio pudicitiæ præſidium atq; tutamen eſt, iræ moderatio, ſuperbiæ ſedatio atq; repreſſio, iniuriarum tenacis memoriæ expurgatio: inuidiæ profligatio, iniuſtitiæ ſublatio, impietatis correctio. Oratio corporum robur eſt, abundantia domus, recta iuris ac legum in ciuitate conſtitutio, regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, coniunctorum conſeruatio. Oratio virginitatis ſigillum eſt, matrimonij fides, viatoribus ſcutum, dormientium cuſtos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus. Oratio reorum & cauſam dicentium patrona, nexorum ac vinctorum relaxatio atque ſolutio, fatigatorum requies, mœrentium conſolatio, gaudentium animi delectatio, lugentium ſolatium, nuptias contrahentium corona, natalitij feſti celebratio, morientium funus. Oratio, conuerſatio ſermocinatioq; cum Deo eſt: viſum effugientium contemplatio: eorum, quę concupiſcuntur, certa fides: eiuſdem cum angelis honoris conditio, bonorum progreſſus & incrementum: malorum ſubuerſio, peccatorum emendatio, præſentium fructus, futurorum repræſentatio. Oratio, Ionę quidem cetum domum effecit: Ezechiam verò ex portis mortis ad vitam reduxit: tribus autem adoleſcentibus in ventum rorantem, flammam conuertit: Iſraelitis, aduersùs Amalechitas trophæum erexit, & centum octogintaquinque millia Aſſyriorum vna nocte gladio inuiſibili proſtrauit. Atque ſexcenta præter hæc ex ijs, quæ iam acciderunt, exempla licet inuenire: quibus palàm fit, nihil ex ijs, quæ per hanc vitam coluntur & in precio ſunt, orationi præſtare. Et poſteà: προσευχὴ, id eſt, oratio, eſt petitio bonorum, quæ Deo cum ſupplicatione offertur.

A Deo recedit, qui orare negligit. Lucæ 18.

Orationis laus à fructu & vtilitate multiplici.

Oratio eſt cõuerſatio & collocutio cum Deo.

Ionæ 2. 4.Reg. 20. Dan. 3. Exod. 17. 4.Reg. 19.

Oratio eſt petitio bonorũ, quæ Deo cũ ſupplicatione offertur.

7. EXODI trigeſimoquinto: Egreſſaq; omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi, obtulerunt mente promptiſſima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultum & ad veſtes ſanctas neceſſariũ erat, &c. Et paulò pòſt: Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iuſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt.

8. SECVNDI Paralipomenon vigeſimonono: Ezechias autem etiam hæc addidit, Impleſtis manus veſtras Domino: accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergò vniuerſa multitudo hoſtias, & laudes, & holocauſta, mente deuota.

9. MATTHAEI quarto: Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

10. MALACHIAE primo: Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

11. ESAIAE quinquageſimoſexto, vt infrà teſtimonio decimoſexto.

12. IOANNIS quarto: Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres noſtri in mõte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

13. AD Romanos decimo: Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idẽ Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quomodò ergò inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodò credent ei, quem non audierunt? Quomodò autem audient ſine prædicante.

14. PSALMO decimoſeptimo: Laudans inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis ſaluus ero.

15. ET pſalmo centeſimo quadrageſimoquinto: Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quandiù fuero.

16. ESAIAE quinquageſimoſexto: Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.

17. PRIORIS ad Timotheum ſecundo: Obſecro igitur primùm omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo.

18. AVGVSTINVS epiſtola quinquageſimanona ad Paulinum, quæſtione quinta: Illa planè difficilimè diſcernuntur, vbi ad Timotheũ ſcribens Apoſtolus ait: Obſecro itaq; primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. Secundùm Græcũ enim eloquium diſcernenda ſunt. Et poſt nonnulla: Multa quippe hinc dici poſſunt, quæ improbanda non ſint, ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorũ, antequàm illud quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici: orationes, cùm benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem ferè omnis Eccleſia Dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam verbi Gręci origo nos adiuuat. Nam eam quam dicũt εὐχὴν, rarò ità ſcriptura ponit vt intelligatur oratio, ſed plerunquè & multo vſitatiùs votum appellat εὐχὴν; προσευχὴν verò, quod verbum ità poſitum eſt, vndè tractamus, ſemper orationem vocat. Vndè hanc verbi originem, ſicut ſuperiùs dixi, nonnulli minùs eruditè intuentes, προσευχὴν non orationem, ſed adorationem dicere voluerunt, quæ potiùs προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quę vocatur εὐχὴ, adoratio putata eſt προσευχὴ. Porrò ſi vſitatiùs, vt dixi, in ſcripturis votum appellatur εὐχὴ, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda eſt oratio, quam facimus ad votum, id eſt, πρὸς εὐχήν. Vouentur autem omnia quæ offeruntur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prędicatur noſtrum aliud votum maximum, quo nos vouimus in Chriſto eſſe manſuros, vtiquè in compage corporis Chriſti. Cuius rei ſacramentum eſt, quòd vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Ideò in huius ſanctificatione & diſtributionis præparatione, exiſtimo Apoſtolum iuſſiſſe propriè fieri προσευχὰς, id eſt, orationes: vel (vt nonnulli minùs peritè interpretati ſunt) adora-

1.Tim.2.

Locum Pauli interpretatur Auguſtinus de precibus quæ in Miſſæ ſacrificio ſiunt.

Sacrificium altaris.

1.Cor.10.

Digitized by Google

adorationes: hoc eſt enim ad votum, quod vſitatiùs in ſcripturis nuncupatur εὐχή. Interpellationes autem, ſiue (vt veſtri codices habent) Poſtulationes, fiunt cùm populus benedicitur. Tunc enim antiſtites velut aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſimæ offerunt poteſtati. Quibus peractis, & participato tanto ſacramento, gratiarũ actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit Apoſtolus.

Sacerdotes aduocati.

1. B. AVGVSTINVS tractatu ſeptuageſimotertio in Ioannem: Magnam ſpem Dominus ſuis promiſit* ſperatibus, dicens: Quia ego ad Patrem vado; & quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Sic ergò perrexit ad Patrem, vt non relinqueret indigentes, ſed exaudiret petentes. Sed quid eſt, Quodcunque petieritis, cùm videamus plerunquè fideles eius petere, & non accipere? An fortè propterea quia malè petunt? Nam hoc exprobrauit Apoſtolus Iacobus, dicens: Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Malè ergò vſurus eo quod vult accipere, Deo potiùs miſerante non accipit. Proindè ſi hoc ab illo petitur vndè homo lędatur exauditus, magìs metuendum eſt, nè, quod poſſet non dare propitius, det iratus. An nō vidimus Iſraelitas malo ſuo impetrâſſe, quod culpabili concupiſcentia petiêrunt? Concupierant enim carnibus veſci, quibus pluebatur manna de cælo. Faſtidiebant quippe quod habebant, & quod non habebant, impudenter petebant: quaſi non meliùs peterent, non vt cibus qui deerat indecenti deſiderio pręſtaretur, ſed vt ille qui aderat ſanato faſtidio ſumeretur. Quando enim nos delectant mala, & non delectant bona, rogare debemus potiùs Deum vt delectent bona, quàm vt concedantur mala. Et poſt pauca: Euigila igitur homo fidelis, & vigilanter audi quod illic poſitum eſt, in nomine meo: ipſum enim quodcunque, non ait petieritis vtcunquè, ſed in nomine meo. Qui promiſit ergò tam magnum beneficium, quid vocatur? vtiquè Chriſtus Ieſus. Chriſtus ſignificat regem, Ieſus ſignificat Saluatorem. Non itaque nos ſaluos faciet quicunque rex, ſed rex Saluator: ac per hoc quodcunque petimus aduersùs vtilitatem ſalutis, non petimus in nomine Saluatoris. Et tamen ipſe Saluator eſt, non ſolùm quando facit quod petimus, verumetiam quando non facit: quoniam quod videt peti contra ſalutem, non faciendo potiùs ſe exhibet Saluatorem. Nouit enim medicus, quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutem poſcat ægrotus; & ideò contraria poſcentis non facit voluntatem, vt faciat ſanitatem. Quapropter quando volumus vt faciat quodcunque petimus, non vtcunquè, ſed in nomine eius, hoc eſt, in nomine Saluatoris petamus. Non ergò contra noſtram ſalutem petamus. Quod ſi fecerit, non vt Saluator facit, quod eſt nomen eius, fidelibus eius. Eſt quippe impijs & damnator, qui dignatur fidelibus eſſe Saluator. Qui ergò credit in eum, quodcunque petierit in eo nomine, quod eſt illis qui credunt in eum, hoc facit: quoniam hoc ſicut Saluator facit. Si autem qui in eum credit, aliquid per ignorantiam contra ſuam ſalutem petit, non in nomine Saluatoris petit; quia Saluator ei non erit, ſi quod eius ſalutem impedit, fecerit. Vndè tunc expedit potiùs, vt non faciendo propter quod inuocatur, faciat quod vocatur. Propterea nō ſolùm Saluator, ſed etiam magiſter bonus, vt faciat quodcunq; petierimus, in ipſa oratione quam nobis dedit, docuit quid petamus: vt etiam ſic intelligamus, non petere nos in nomine magiſtri, quod petimus præter regulam ipſius magiſterij. Sanè quędam quamuìs in nomine eius petamus, id eſt, ſecundùm Saluatorem & ſecundùm magiſtrum petamus: non tunc quando petimus facit, ſed tamen facit. Neq; enim quia & illud petimus, vt veniat regnum Dei, propterea non facit quod petimus, quia non ſtatim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quando petimus, nō negatur. Veruntamen orantes tanquàm ſeminantes, non deficiamus, tempore enim proprio metemus. Et ſimul petamus, quando benè petimus, vt non faciat quod non benè petimus: quia & ad hoc pertinet, quod in eadem oratione Dominica dicimus, Nè nos inferas in tentationem. Neque enim parua eſt tentatio, ſi contra tuam ſit cauſam tua poſtulatio.

**al. orātibus Ioan. 14.*

Cur orantes non ſemper exaudiantur.

Iacob. 4.

Præſtat aliquando non exaudiri. Num. 11.

Qui nō petit in nomine Ieſu, id eſt, ſaluatoris.

Nihil contra ſalutem poſtulandum.

Ex Oratione Dominica diſcimus quid petendum ſit.

Differuntur multa quæ petuntur, non negantur.

Orandum vt non tribuatur quod non benè petitur.

2. BASILIVS Magnus conſtitutionum monaſticarum capite ſecundo (vel ſecundùm alios, capite primo: (Duplex eſt orandi modus: quorum alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſſione, cernitur: alter in petitione, qui quidem priori ſubijcitur. Cùm oras igitur, nolito confeſtim ad petitionem accedere: quòd ſi hoc non facis, indicio es ipſe de voluntate tua, te ſcilicet, quòd neceſſitate vrgearis, Deo preces adhibere. Quapropter quandocunquè inſtituis orare, coniugem, liberos, teq; adeò ipſum relinquito, à terraq; procùl abſcedito, cælumq; ſuperato, & naturas omnes tam quæ cerni, quàm quæ cerni non poſſunt, relinquito: & ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit. Cumq; in eo ſatìs fueris commoratus, non mente vaga, neq; huc, illúcve temerè deerrante, neque (vt Græcorũ mos eſt) fabulas garriens, ſed de ſacroſanctis literis carpens, quæ dicas, dic: Gratias ago tibi Domine propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidiè patientia tua ſuſtines, & ad reſipiſcendum omnibus nobis poteſtatem facis. Propter hoc enim taces, & nos ſuſtines Domine, vt tibi gratias agamus, qui ſalutem generis noſtri, modò terrendo, modò leniter exhortando moderaris, quiq; per prophetas primò, poſtremò etiam per aduentum Chriſti tui nos viſitaueris. Tu enim finxiſti nos, non autem ipſi nos. tu es Deus noſter. Vbi verò iam ſatìs gratias egeris, Deumq; petitis è diuina ſcriptura laudibus glorificaueris, tum iterùm adhibita humilitate, ordire, ac dic: Equidem non ſum dignus Domine, qui coram te verbum faciam, quoniam vehementer peccator ſum. & licèt nullius tibi culpæ conſcius ſis, nihilominùs tamen ità te oportet dicere. Etenim cùm multis in rebus offendamus omnes, maiorem tamen offenſarũ partem ne intelligimus quidem. Idcircò Apoſtulus dicebat: Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. quod idem eſt àc ſi diceret, Multa delicta cōmitto, quæ committere me non intelligo. Propter hanc cauſam etiam Propheta ait: Delicta quis intelligit? Vbi verò verbis humilitatem tuam ſatìs oſtenderis, dixeriſque, Gratias ago tibi Domine, quòd peccantem me tam diù patientia tua ſuſtinuiſti, & in hodiernum vſque diem nullas à me peccatorum meorum pœnas expetiſti. Equidem Domine infinita iampridèm commeritus eram ſupplicia, dignusq; eram, qui longiſſimè à conſpectu abſpellerer tuo: verùm tua me patiētiſſima lenitas peccantem clementiſſimè ſuſtinuit. Gratias, inquam, ago tibi, tametſi ad parem tuæ in me clementiæ gratiarum actionem haudquaquàm eſſe me idoneum intelligo. Simulàc verò ambabus hiſce partibus ſatisfeceris, gratiarum actionis videlicet, & humilitatis, tum demùm, quod petere debes, petito: non diuitias, (vt antè dixi) neque terrenam gloriam, non ſanitatem corporis: (Ipſe eſt enim qui te creauit, ipſi curæ eſt incolumitas tua, neque non probè intelligit, quàm è re cuiuſque ſit, vel benè valere, vel malè) ſed quemadmodùm iuſſus es, regnum cælorum pete tantummodò, & neceſſitatibus corporis tui ipſe (vt dixi) prouidebit. Munificentiſſimus eſt enim idem & auguſtiſſimus rex noſter, & indignè fert, quandocunquè quis

Oratio cōſtat Dei glorificatione & petitione.

A gratiarum actione exordiēda oratio.

Modus orādi ex D Baſilij ſententia.

Iacob. 3.

1. Cor. 4.

Pſal. 18.

Quid ſit potiſſimū à Deo poſtulādum.

Magna à ſe peti vult Deus.

Digitized by Google

quis exiguum à ſe aliquid petit, quandocunquè quis noſtrûm de rebus ipſum minimè ipſi conuenientibus rogat. Noli igitur illum tibi oratione tua iratum facere, ſed ea petito tibi, quę digna ſunt & rege & Deo.

Perſeuerátia in orando.

Hæc autem petens ab eo, nè priùs receſſeris, quàm quod petis impetraueris. Hoc enim fieri oportere, in euangelio ſubindicans Dominus dicit: Quis ex vobis habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, &c.

Lucæ 11.

Hoc autem exemplum idcircò nobis proponitur à Domino, vt in fide acres ac pertinaces eſſe nos doceat. Exemplum enim ab homine ad alium hominem ſumit, vt intelligas nulla laboris fatigatione debere te à ſuſcepto propoſito deſiſtere, vt videlicet quandocunquè aliquid petieris, neque impetraueris, tam diù perſeueres, quoàd impetres. Si tamen (vt ſuprà dixi) ea petas, quæ voluntati Dei non repugnent.

Peccatores an etiā exaudiat Deus.

Neque verò tecum tacitus dixeris: Peccator ſum, & proptereà non exaudior. Vt enim diffidentiæ ille tibi cauſam omnem præcideret, illud adiecit: Et ſi non dabit illi ſurgens, eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius dabit illi quotquot habet neceſſarios. Decæterò autem, etſi menſis præterijt, etſi annus, etſi triennium, etſi quadriennium, etſi anni complures, acriter perſeuerato tamen, donèc impetres.

Perſeuerátiæ oratiōis iungenda eſt bonæ vitæ perſeuerantia.

ſed poſtula cum fide, neque intereà rectè vnquàm viuere intermiſeris. Si enim libidinibus ſe quis ex ignauia dediderit, ſéquemet ipſe volens hoſtibus ſuis prodiderit, hunc nullo modo Deus neque adiuuat, neque exaudit, quippe cùm prior ipſe vitio ſuo à Deo ſe alienauerit. Qui enim à Deo ſe optat iuuari, is nunquàm deſerit, quod ſe addecet, officium ſuum: qui autem hoc facit, is diuino auxilio nunquàm deſtituitur. Quapropter danda in eo opera eſt, nè vlla in re conſcientia noſtra nos condemnet: tum, vbi hoc fecerimus, implorandum eſt diuinum auxilium: implorandum autem non lentè, non mente huc illùcque temerè oberrante.

Euagationes & peregrinationes mētis in oratione vitandæ.

Qui enim ſic facit, is (tantum abeſt vt impetraturus ſit, quod petit) perficiet priùs vt ſibi Dominus iraſcatur. Etenim ſi qui coram principe aliquo ſtat, & ipſum alloquitur, magno cum metu ſtat, & cùm corporis extrinſecùs, tum mentis etiam intrinſecùs attentos oculos tenet, periculi metu: quanto tandèm maiore cum metu trepidationeq́ue cenſendum eſt oportere nos ſtare in conſpectu Dei, tota mente in illum vnum intenta, neque vſquàm aliò? cùm ipſe non hominis partem illam modò, quæ foris appáret, vt homines faciunt, ſed illam etiam, quæ intùs occulta oculorum adſpectum fallit, clariſſimè peruideat. Si igitur ſic, quemadmodùm decet, ſteteris coram Deo, & quæ in te ſunt, omnia pro viribus præſtiteris, perſta, donèc omninò tandèm impetres, quod petis. Sin conſcientia te tua condemnat, tanquàm qui negligentiùs rem tractes, & ſi in oratione aliud agens, animo minùs attento ſtes, cùm poſſis omnem abs te repellere diſtractionem, nè præfidentior auſis conſiſtere coram Deo, nè fiat tibi oratio tua in peccatum.

Diſtractio mentis cui pro viribus reſiſtitur, Deum non offendit.

Si verò proptereà, quòd à peccato debilior factus, hoc à teipſo impetrare non potes, quin interim, dum oras, animo & mente diſtrahâre: enitere contrà, quantùm potes, & ipſe tibimetipſi vim affer, & coram Deo ſtare perſeuera, mentémque tuam in illum defixam tene, ipſámque ad ſeipſam aduoca. Si ità feceris, ignoſcet tibi Deus, quoniam non ex contemptione, ſed ex infirmitate, eo modo quo conueniret, coram Deo ſtare non vales. Hoc modo ſi tibimetpſi vim feceris, téque ad omne opus bonum paraueris, nè deſtiteris priùs, quàm illud impetres, quod rogas. Et quibuſdam interiectis:

Quibus de cauſis nonnunquàm nō impetramus quod petimus.

At ſæpè petiui, inquis, neque impetraui tamen. Prorsùs, quia non rectè petiuiſti, videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens, aut quæ tibi vtilia non erant futura. Quòd ſi & quæ tibi erant vtilia, ſæpè petiiſti, at non tamen perſeuerantiam adhibuiſti. Scriptum eſt enim, In perſeuerantia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Luc. 21. Matth. 10. & 24.

Et poſt pauca: Ea re fortaſsè differt quæ daturus eſt, vt hoc modo magis te ad aſſiduitatem vocet, & vt intelligas, quòd ſit donum Dei, & vt datum diligenter cuſtodias.

Cur differat interdū dare.

Siquidem nititur vnuſquiſque, quod magno labore inuenit, id maiore etiam quadam diligentia cuſtodire, nè eo amiſſo, labores etiam vnà cum eo ſuos multos amittat, néve neglecto Dei munere, æterna vita indignus efficiatur.

3. BERNARDVS ſermone quarto de Quadrageſima: Oratio quanto eſt efficacior, ſi fiat vt debet, tanto callidiùs impediri ab aduerſario ſolet.

Orationem maximè impedire conatur Dæmon.

Interdùm enim grauiter impeditur oratio à puſillanimitate ſpiritus & timore immoderato.

Oratio non ſit nimis timida.

Hoc autem tunc ſolet fieri, cùm ſic cogitat homo propriam indignitatem, vt non conuertat oculos ad diuinam benignitatem. Abyſſus enim abyſſum inuocat: abyſſus luminoſa, abyſſum tenebroſam: abyſſus miſericordiæ, abyſſum miſeriæ.

Pſal. 41. Hiere. 17.

Profundum nanque eſt cor hominis, & imperſcrutabile. Sed ſi magna eſt iniquitas mea, multo maior eſt Domine pietas tua. Ideóque cùm ad meipſum turbata fuerit anima mea, memor ſum multitudinis miſericordiæ tuæ, & reſpiro in ea: & cùm introiero in potentias meas, nolo memorari iuſtitiæ tuæ ſolius. Veruntamen ſicut periculum eſt, ſi fuerit oratio nimis timida, ſic in contraria parte non minus, immò & maius periculum eſt, ſi fortè fuerit temeraria.

Nec ſit temeraria.

De his qui ſic orant, audi quid loquatur ad prophetam Dominus: Clama, inquit, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, &c.

Eſa. 58.

Quaſi tuba, inquit, quia in ſpiritu vehementi increpandi ſunt temerarij. Me etenim quærunt, qui ſeipſos nondùm inuenerunt. Nec hoc dico, vt peccatoribus auferam orandi fiduciam, ſed volo eos orare tanquàm gentem quę peccatum fecerit, non iuſtitiam. Orent pro indulgentia peccatorum ſuorum in animo contrito & ſpiritu humilitatis, quemadmodùm publicanus ille: Deus, inquit, propitius eſto mihi peccatori.

Luc. 18.

Temeritatem enim dico, quando is, in cuius conſcientia peccatum adhuc aut vitium aliquod regnat, ambulat in magnis & mirabilibus ſuper ſe: minùs ſolicitus pro periculo animæ ſuæ. Tertium periculum eſt, ſi ſit oratio tepida, & non ex viua affectione procedens.

Non ſit oratio tepida.

Timida quidem oratio cælum non penetrat, quia reſtringit animum timor immoderatus, vt oratio non dicam non aſcendere, ſed nec procedere queat. Tepida verò in aſcenſu langueſcit, & deficit, eò quòd non habeat vigorem. Nam temeraria aſcendit, ſed reſilit: reſiſtitur enim ei: nec tantùm non obtinet gratiam, ſed & meretur offenſam. Quæ verò fidelis & humilis, & feruens oratio fuerit, cælum ſine dubio penetrabit: vndè certum eſt quòd vacua redire non poterit.

Oratio fidelis, humilis & feruens cęlū penetrat.

4. ET ſermone quinto de Quadrageſima: Rogo vos fratres, vt ſemper ad manum habeatis tutiſſimum orationis refugium, de qua etiam memini me paulò antè in fine ſermonis eſſe locutum.

Tutiſſimum orationis refugium.

Veruntamen quotiès de oratione loquor, verba quædam humanæ cogitationis audire mihi videor in corde veſtro, quæ & ab alijs frequenter audiui, & nonnunquàm expertus ſum in corde meo. Quid enim eſt, quòd licèt nunquàm ab oratione ceſſemus, vix vnquàm experiri videatur aliquis noſtrûm, quis ſit orationis ſuæ fructus? Sicut ad orationem accedimus, ſic redire videmur: nemo nobis reſpondet verbum, nemo quicquam donat, ſed laboráſſe videmur incaſſum. Sed quid in Euangelio dicit Dominus? Nolite, ait, iudicare ſecundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Quod eſt autem iuſtum iudi-

Ioan. 7. Rom. 2.

Digitized by Google

cium, niſi iudicium fidei? quoniam iuſtus ex fide viuit. Ergò iudicium fidei ſequere, & non experimentum tuum: quoniam fides quidem verax, ſed experimentum fallax. Quæ eſt ergò veritas fidei, niſi quod promittit ipſe filius Dei?

Marc. 11.

Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Nemo veſtrûm, fratres, paruipendat orationẽ ſuam. Dico enim vobis, quia ipſe ad quem oramus, non paruipẽdit eam.

Scribi iubet Deus orationem noſtram in libro ſuo.

Priuſquàm egreſſa ſit ab ore noſtro, ipſe ſcribi iubet eam in libro ſuo. Et vnum indubitanter è duobus ſperare poſſumus: quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouerit eſſe vtilius.

Rom. 8.

Nos enim quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed miſeretur ille ſuper ignorantiam noſtram: & orationem benignè ſuſcipiens, quod nobis aut omninò nõ eſt vtile, aut non tam citò dari neceſſè eſt, minimè tribuit: oratio tamen infructuoſa non erit. Ità ſanè, ſi fecerimus quod monemur in pſalmo, id eſt, ſi delectemur

Pſal. 36.

in Domino. Ait enim ſanctus Dauid: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

5. IDEM in ſermone de quatuor modis orandi: Propter quod fiducialiter iam poſtulare poteſt qui eiuſmodi eſt, (id eſt, qui in lamentis pœnitentiæ aliquandiù perſeuerans, hilaritatẽ quandam & fiduciã concepit indulgentiæ) tantùm caueat, nè fortè aut poſtulet non poſtulanda, aut minùs poſtulet quæ à Deo ſunt poſtulanda: aut ea tepidè quærat, quę toto affectu & omni tempore ſunt quærenda.

Quæ impediant quo minùs exaudiatur oratio.

Iaco. 4.

Petitis, & non accipitis, ait (Iacobus) eò quòd malè petatis, vtpotè in concupiſcentijs veſtris. Sic agit omnis qui terrena quærit vltra neceſſitatem, qui mundialem gloriã ſectatur aut voluptatẽ. Tale eſt etiam quod ſolent ſeculares homines mortem inimicorum in orationibus poſtulare, cæteraq; ſimilia quæ nõ oportet.

An temporalia in oratione poſtulanda, aut ſpiritualia quę nõ ſunt ad ſalutem neceſſaria.

*Homilia 27. in Euangel.

At verò temporalia ſi defuerint, petenda quidem ſunt, quantùm neceſſitas humana requirit: ſed iuxta beati Gregorij * ſententiam, nõ ſunt hæc nimiùm requirenda. In quo genere etiam illa ſpiritualia ſunt, ſine quibus nihilominùs ſalus conſtare poteſt, vt ſermo ſcientiæ, gratia curationum, omniáque de quibus certum non habemus, quid expediat nobis: vtpotè ſi te fatiget tentatio, ſupplicandum quidem pro ea, vt auferatur à te, ſed non nimìs obnixè, quoniam in talibus meminiſſe ſemper oportet Apoſtolicæ illius ſententiæ:

Rom. 8.

Nos enim quid oremus ſicut oportet, neſcimus: & Deo magìs cõmittere, quàm temerè aliquid apud nos definire.

Quæ ſemper & ſine conditione poſtulanda.

Hæc autem ſunt toto affectu & omni tempore poſtulanda: hæc ſunt, pro quibus inceſſanter & quàm obnixè poterunt, ad Deũ clament deſideria tua, vt habeas gratiam eius bonam, & placere poſſis in oculis pietatis ipſius, & in eo viuas, & moriaris in ipſo, vt gloriam eius videre, & ipſo frui in perpetuum merearis. De his enim dictũ eſt: Sine intermiſſione orate.

1. Theſſ. 5.
Luc. 18.
Pſal. 26.
Ibidèm.

Vndè & Propheta, Exquiſiuit, inquit, te facies mea, faciem tuam Domine requirã. Et alibi: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Quomodò ad orationẽ accedendũ.

Pſal. 41.

Et poſt pauca: Quid aliud cogitare debet frater intrans ad orationem, quàm propheticũ illud: Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis, vſq; ad domum Dei? Omninò ſiquidem oportet nos orationis tempore curiam intrare cæleſtẽ, illam vtiq; curiam, in qua rex regum ſtellato ſedet ſolio, circundante innumerabili & ineffabili beatorũ ſpirituum exercitu. Vndè & ipſe qui viderat, quia maiorem numerum

Dan. 7.

non inuenit, Millia, ait, milliũ miniſtrabant ei, & deciès milliès centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergò cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude ſua procedens & repens ranuncula vilis? Quàm tremebundus, quàm ſupplex, quàm deniq; humilis & ſolicitus, & toto intentus animo maieſtati gloriæ, in præſentia angelorum, in concilio iuſtorũ & congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio?

In oratione præcipue opus eſt animi vigilãtia.

In cunctis igitur actionibus noſtris multa opùs eſt animi vigilãtia, ſed præcipuè in oratione. Etenim ſicut in regula noſtra legimus, *licèt hora omni & omni loco oculi Domini ſuper nos ſpeculentur, maximè tamẽ in oratione.

* In regula S Benedicti cap. 19.
Pſal. 32.
Prouer. 15.

Licèt enim ſemper videamur, ſed nunc etiam præſentamus & oſtendimus nos quaſi facie ad faciem cum Deo loquentes.

Præſentamus nos Deo.

Porrò quanuis vbiquè ſit Deus, in cælo tamen orandus eſt, ibiq; orationis tempore cogitandus: vt mens noſtra non oratorij tecto, non aëris ſpatio, non ipſa retardetur nubium denſitate, iuxta eam formam quæ nobis à Chriſto tradita eſt, vbi ait: Sic orabitis: Pater noſter qui es in cælis.

Matth. 6.

Cælum enim quadam prærogatiua etiam ſedes ſiue thronus Dei vocatur: quia ad eam comparationem qua Deum in cælis angeli ſancti & electorum animæ vident, nos miſeri & peregrini ſuper terram vix ſolum nomen habere videmur. Sic igitur oret qui orat, tanquàm aſſumptus & præſentatus ei qui ſedet ſuper excelſum thronum in angelis qui minimè ceciderunt, & eleuatum in hominibus quos ſuſcitauit de puluere inopes, & erexit de ſtercore pauperes: ſic, inquam, ſemetipſum conſideret, & ſic attendat, tanquàm præſentatum Domino maieſtatis, vt dicat cum Abraham: Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.

Geneſ. 18.

Et quia tuo præcepto commonitus, tua inſtitutione formatus, id præſumo Domine fons pietatis.

6. MATTHAEI ſexto: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multùm loqui, ſicut ethnici. Putãt enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergò aſſimilari eis: ſcit enim pater veſter quid opùs ſit vobis, antequàm petatis eum. Sic ergò vos orabitis: Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodiè. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et nè nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

7. LVCAE vndecimo: Et factum eſt: cùm eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè, & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et nè nos inducas in tentationem.

8. PSALMO centeſimo quadrageſimo: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

9. TOBIAE duodecimo: Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

10. ACTORVM decimo: Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper: is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

11. EXODI trigeſimoſecundo: Rurſumq; ait Dominus ad Moyſen: Cerno quòd populus iſte duræ

Digitized by Google

duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens: Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? &c. Placatuſq; eſt Dominus nè faceret malum quod locutus fuerat aduersùs populum ſuum.

12. PSALMO centeſimo quinto: Et dixit vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.

13. HIEREMIAE ſeptimo: Tu ergò noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te.

14. ET vigeſimoſeptimo: Et ſi prophetę ſunt, & eſt verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, vt non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda & in Ieruſalem, in Babylonem.

15. HIERONYMVS in caput ſeptimum Hieremiæ, in ea verba ſcribens: Tu ergò noli orare, &c. Nè videatur rogans propheta non impetrare quod poſtulat, præcipit Deus, nè pro populo peccatore, & nullam agente pœnitentiam, deprecetur. Quod autem dicit; Et non reſiſtas mihi: illud oſtendit, quòd ſanctorum preces Dei iræ poſſint reſiſtere. Vndè & Dominus loquitur ad Moyſen: Dimitte me vt percutiam populum iſtum, & faciam te in gentem magnam. Et in pſalmis legitur: Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Aaron quoq; arrepto thuribulo, inter ignem arſurúmque populum medius ſtetit, & Dei ira ceſſauit.

Preces Sanctorum Dei iræ reſiſtere poſſunt.
Exod. 32.
Pſal. 105.
Num. 16.

16. ET in caput vigeſimumſeptimū Hieremiæ, ſuper ea verba: Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum: Quod ait; Occurrant mihi, ſiue Domino exercituum: illud oſtendit, verum prophetam poſſe Domino precibus reſiſtere: ſecundùm quod & Moyſes ſtetit in percuſſione contra Dominum, vt auerteret iram furoris eius. Samuel quoquè idem fecit. Et Dominus ad Moyſen: Dimitte me, ait, vt percutiam populum iſtum. Quando autem dicit; Dimitte me, oſtendit ſe precibus ſanctorum poſſe retineri.

Exod. 32.
1. Reg. 8.
Precibus Sanctorum retineri poteſt Deus.

17. IDEM epiſtola duodecima ad Gaudentium de Pacatulæ infantulæ educatione, capite tertio: Legimus Aaron pontificem iſſe obuiàm furentibus flammis, & accenſo thuribulo, Dei iram cohibuiſſe. ſtetit inter mortem & vitam ſacerdos magnus: nec vltra veſtigia eius ignis procedere auſus eſt. Moyſi loquitur Deus: Dimitte me, & delebo populum iſtum. Quando dicit, Dimitte me, oſtendit ſe teneri poſſe, nè faciat quod minatus eſt. Dei enim potentiā ſerui preces impediebant.

Num. 16.
Exod. 32.

18. ECCLESIASTICI trigeſimoquinto: Qui adorat Deum in oblectatione, ſuſcipietur: & deprecatio illius vſque ad nubes propinquabit. Oratio humiliātis ſe, nubes penetrabit: & donèc propinquet, non conſolabitur: & non diſcedet donèc Altiſſimus adſpiciat.

19. PSALMO centeſimo primo: Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum.

20. ET trigeſimoſexto: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam: & iudicium tuum tanquàm meridiem: ſubditus eſto Domino, & ora eum.

21. IVDITH nono: Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

22. LVCAE decimooctauo: Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniā oportet ſemper orare, & non deficere.

23. ECCLESIASTICI decimooctauo: Non impediaris orare ſemper, & nè vereris vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum. Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.

24. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Sine intermiſſione orate: In omnibus gratias agite: Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

25. MATTHAEI ſexto: Attendite nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

26. IOANNIS quarto, vt ſuprà A. teſtimonio duodecimo.

DE EXTERNIS GESTIBVS ORANTIVM

1. C. TERTVLLIANVS in Apologetico aduersùs gentes capite trigeſimo: Illuc (in cælum) ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, deniquè ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt. Hæc ab alio orare non poſſum, quàm à quo me ſcio conſecuturum, quoniam & ipſe eſt qui ſolus præſtat, & ego ſum cui impetrare debetur, famulus eius &c. Sic itaque nos ad Deum expanſos vngulæ fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant, paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani. Hoc agite boni præſides, extorquete animam Deo ſupplicantem pro Imperatore. Hic erit crimen vbi veritas & Dei deuotio eſt.

Veterū Chriſtianorū geſtus & ritus in orando.

2. AVGVSTINVS in libro de cura pro mortuis gerenda, capite quinto: Orantes de membris ſui corporis faciunt quod ſupplicantibus cōgruit, cùm genua figunt, cùm extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quanuìs eorum inuiſibilis voluntas, & cordis intentio Deo nota ſit: nec ille indigeat his indicijs, vt humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandū gementiùſq; humiliùs atque feruentiùs. Et neſcio quomodò, cùm hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rursùs exteriùs viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit; quia facta ſunt, creſcit. Veruntamen ſi eo modo quiſque teneatur, vel etiam ligetur, vt hæc de ſuis membris facere nequeat, non ideò non orat interior homo, & ante oculos Dei in ſecretiſſimo cubili vbi compungitur, ſternitur.

Orantiū geſtus externi.
Externis geſtibus ſeipsū magis excitat homo ad orandum, & augetur deuotio.

3. HIERONYMVS in dialogo aduersùs Luciferianos capite ſexto: Indubitata ad Deum fides arduè reperitur. Verbi gratia dictum ſit, vt quod volumus, perſpicuum fiat: ad orationem aſſiſto: non orarem, ſi non crederē: ſed ſi verè crederem,

Si verè & perfectè crederemus, q. bus externis exercitatio-

 illud

nibus & geſtibus vteremur in oratione.

illud cor, quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderem pectus, genas lachrymis rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eoſq; fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certè trunco crucis, nec priùs amitterem, quàm miſericordiam impetrarem. nunc verò creberrimè in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fœnore computo; aut abductus turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubeſcenda ſunt, gero. Vbi eſt fides? Siccine putamus oráſſe Ionam? ſic tres pueros? ſic Danielem inter leones? ſic certè latronem in cruce.

Ionæ 2. Dan. 5. & 14. Lucæ 23.

4. ET in vita Pauli Eremitæ: Introgreſſus ſpeluncam Antonius, vidit genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primùm & ipſe viuere, eum credens, pariter orabat. Poſtquàm verò nulla, vt ſolebat, ſuſpiria precantis audiuit, in flebile oſculum ruens, intellexit quòd etiam cadauer ſancti, Deum, cui omnia viuunt, officioſo geſtu precabatur.

Mortui Pauli Eremitæ cadauer officioſo geſtu Deum precabatur.

5. IDEM in libro de viris illuſtribus, ſiue in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum, de Iacobo fratre Domini: Hegeſippus vicinus Apoſtolicorum temporũ, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans ait: Suſcepit ecleſiam Hieroſolymæ poſt Apoſtolos frater Domini Iacobus, cognomento Iuſtus. multi ſiquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquàm attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo. Huic ſoli licitum erat ingredi ſancta ſanctorum. Siquidem veſtibus laneis non vtebatur, ſed lineis, ſolúſque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur: intantùm, vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur.

Sancti Iacobi genua camelorum duritiem contraxiſſe videbātur.

6. IOANNIS decimoſeptimo: Hæc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.

7. ET capite vndecimo: Ieſus autem eleuatis ſursùm oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audiſti me.

8. MATTHAEI vigeſimoſeptimo: Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eli, lammaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Ieſus autem iterùm clamans voce magna, emiſit ſpiritum.

9. LVCAE vigeſimotertio: Et clamans voce magna Ieſus, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

10. MATTHAEI vigeſimoſexto: Et progreſſus puſillum, prócidit in faciem ſuam, orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.

11. MARCI decimoquarto: Et cùm proceſſiſſit paululùm, prócidit ſuper terram: & orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.

12. LVCAE vigeſimoſecundo: Et ipſe auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus, orabat, dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.

13. DANIELIS nono: Et poſui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere.

14. IONAE tertio: Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, &c.

15. IVDITH quarto: Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs & orationibus, ipſi & mulieres eorum. Et induerunt ſe ſacerdotes cilicijs, & infantes proſtrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad Dominum Deum Iſrael vnanimiter, nè darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium Gentibus. Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſrael, allocutúſque eſt eos, dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. Sic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeuerauerítis in hoc opere quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini, ità vt etiam hi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti cilicijs offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

16. ET capite nono: Quibus aſcendentibus, Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens: Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alenigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem, &c.

17. PRIMI Machabæorum tertio: Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha, contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo: & diſciderunt veſtimenta ſua.

18. LVCAE decimooctauo: Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare; ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

19. EXODI nono: Orate Dominum, vt deſinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquàm hîc vltrà maneatis. Ait Moyſes: Cùm egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias quia Domini eſt terra. Egreſſúſque Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum, & ceſſauerunt tonitrua & grando, nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram.

20. ET capite decimoſeptimo: Fecit Ioſue vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec; Moyſes autem & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumq; leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis. Fugauitq; Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij.

21. DEV-

21. DEVTERONOMII nono: Et prócidi ante Dominũ ſicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocâſtis. Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, nè deleret vos vt fuerat cõminatus: & orans dixi, &c.

22. NVMERORVM vigeſimo: Ingreſſuſq; Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terrã, clamaueruntq; ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos.

23. PSALMO octogeſimoſeptimo: Clamaui ad te Domine tota die: expãdi ad te manus meas.

24. ET cẽteſimo quadrageſimo: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

25. SECVNDI Paralipomenon ſexto: Stetit ergò coram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael, & extendit manus ſuas. Siquidem fecerat Salomon baſim ęneam, &c. ſtetitq; ſuper eam, & deincèps flexis genibus contra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cælum leuatis, ait, Domine Deus &c.

26. ET capite vigeſimonono: Conſurgenſq; diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & aſcendit in domũ Domini &c. Cumq; finita eſſet oblatio, incuruatus eſt rex, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt.

27. TERTII Regum octauo: Factum eſt autem, cùm complèſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: vtrunque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum.

28. DANIELIS ſexto: Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo, contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectẽbat genua ſua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo ſuo, ſicut & antè facere conſueuerat.

29. PRIMI Eſdrę nono: Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum meum.

30. MATTHAEI ſecundo: Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes, adorauerunt eum.

31. ACTORVM ſeptimo: Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, nè ſtatuas illis hoc peccatum.

32. ET capite nono: Eiectis autem omnibus foràs, Petrus ponens genua orauit: & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit.

33. ET capite vigeſimo: Et cùm hæc dixiſſet (Paulus) poſitis genibus ſuis, orauit cum omnibus illis.

34. ET vigeſimoprimo: Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filijs vſque foràs ciuitatem: & poſitis genibus in littore, orauimus.

35. AD Epheſios tertio: Propter quod peto nè deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

36. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum: vnum enim eſt àc ſi decaluetur. Vos ipſi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? Si quis autem videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.

37. DAMASCENVS libro quarto de orthodoxa fide, capite decimotertio: Non temerè ac ſine cauſa ad Orientem conuerſi, adoramus. Nam quia ex viſibili ſimul & inuiſibili, hoc eſt ex ea natura, quæ intelligentia percipitur, & ex ea, quæ in ſenſum cadit, conſtamus, duplici quoquè proindè adorationis genere illum rerum omnium parentem & architectum afficimus: quemadmodùm videlicet & mente & corporis labijs pſallimus, & aqua ſimul ac Spiritu baptizamur, & duplici modo Domino copulamur, nempè dum ſacramenta, & Spiritus gratiam percipimus. Quoniam igitur Deus ſpirituale eſt lumen, & Sol iuſtitiæ, ac Chriſtus in literis ſacris Oriens appellatur, idcircò nobis faciendum eſt, vt eam partem, qua Sol oritur, ipſi adorationis ergò aſſignemus. Ei ſiquidem omne bonum conſecrare par eſt, à quo quicquid boni eſt, bonitatem accepit. Quin diuus quoquè Dauid his verbis vtitur, Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem. Ac pręterea ad hunc modum loquitur Scriptura, Plantauit Deus paradiſum in Eden ad Orientem, vbi hominem, quem effinxerat, collocauit, eúmque violato precepto expulit, atque è regione paradiſi voluptatis conſtituit, hoc eſt ad Occaſum. Quo fit, vt veteris patriæ deſiderio ad eam defixos oculos habeamus, cùm Deum adoramus. Sed & Moſis tabernaculum, velum & propitiatorium ad Ortum habebat, & tribus Iuda, vt reliquis præſtantior, ad Ortum caſtra metabatur, & in celeberrimo illo Salomonis templo porta Domini ad Ortum ſita erat. Tum etiam Dominus cùm in cruce penderet, ad Occaſum proſpiciebat (eóque nomine ità adoramus, vt eum obtueamur) ac rursùs cùm in cælum reciperetur, ad Ortum efferebatur: ſicq; à diſcipulis adoratus eſt, atque ità venturus eſt, vt eum in cęlum euntem conſpexerũt: quemadmodùm ipſe quoquè Dominus dixit, Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ità erit aduentus filij hominis. Quocircà eius aduentum opperientes, ad Orientem adoramus. Eſt autem Apoſtolorum hoc inſtitutum literis ſacris haudquaquàm proditum. Complura etenim illi, nulla ſcripturæ authoritate nixa, nobis tradiderunt.

Cur Oriẽtem verſus adoramus.

Adorandus Deus animo & corpore.

Zach. 3. & 6. Luc. 1.

Pſal. 67.

Geneſ. 2.

Exo. 27. & 38. Leuit. 16.

Num. 2.

3. Reg. 6.

Chriſtus cruci ſuffixus, Occidentem proſpiciebat.

Actor. 1.

Matth. 24.

Traditio Apoſtolica, adorare verſus Orientem.

DE CERTIS HORIS ORATIONIS.

38. AVGVSTINVS in libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæreſi quinquageſimaſeptima: Pſallianorum poſtremam ponit Epiphanius hæreſim: quod nomen ex lingua Syra eſt, Græcè autem dicitur εὐχῖται, ab orando ſic appellati. Tantum enim orant, vt eis qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Nam cùm Dominus dixerit; Oportet ſemper orare, & non deficere. Et Apoſtolus; Sine intermiſſione orate: quod ſaniſſimè ſic accipitur, vt nullo die intermittantur certa tempora orandi; iſti ità nimis hoc faciunt, vt hinc iudicentur inter hæreticos nominandi.

Luc 18. 1. Theſſ. 5. Semper & ſine intermiſſione orãt, qui ordĩ tempora non intermittunt.

39. BEDA in caput decimumoctauum Lucæ: Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & nõ deficere. Dicit & Apoſtolus: Semper gaudete, ſine intermiſſione orate. Quis autem poteſt ità ſemper orare, & ſine defectu vel intermiſſione precibus inſiſtere, vt nec alimẽtum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergò dicendùm eſt, eum ſemper orare, & non deficere, qui canonicis horis quotidiè iuxta ritum eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs, precibuſq; conſuetis Dominum laudare & rogare non deſiſtit, & hoc eſſe quod Pſalmiſta dicebat: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus

Luc. 18.

1. Theſſ. 5.

Canonicas horas obſeruantes, ſemper orant.

Pſal. 33.

Digitized by Google

eius in ore meo. Aut certè omnia quę iuſtus ſecundùm Deum gerit & dicit, ad orationem eſſe reputanda. Quia enim iuſtus ſine intermiſſione quæ iuſta ſunt agit, per hoc ſine intermiſſione iuſtus orabit, nec vnquàm ab oratione ceſſabit, niſi iuſtus eſſe deſiſtat.

40. ANSELMVS Cantuarien. Archiepiſcopus in caput quintū prioris epiſtolæ D. Pauli ad Theſſalonicenſes: Sine intermiſſione orate, id eſt, vt nullo die intermittatis certa tempora orandi. Sed & cōtinuum cordis deſiderium, continua oratio eſt. Nunquid enim ſine intermiſſione poſſumus genu flectere, corpus proſternere, vel manus leuare, vt de hoc nobis dicatur, ſine intermiſſione orate? Sed qui nunc vult intermittere orare, non intermittat deſiderare. Sic enim orabat Moyſes, cui tacenti dixit Dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quamuis nihil diceret ore. Ità iuge deſiderium & inceſſabilis amor, aſſidua eſt oratio Sanctorum.

Certa orandi tempora non intermittentes, orant ſine intermiſſione.

Exod. 14.

41. CLEMENS Pōtifex & martyr libro octauo conſtitutionum Apoſtolicarum, capite triceſimoquarto: Precationes facite manè, tertia hora, ac ſexta, & nona, & veſpere, atq; ad gallicantum: Manè gratias agentes, quòd illuminauit nos nocte ſublata, & reddito die: Tertia, quòd ea hora Pilatus iudicium aduersùs Dominum pronunciauit: Sexta, quòd ea hora in crucē actus eſt: Nona, quòd tū omnia mota, & tremefacta ſunt Domino crucifixo: quia horrerent audaciam impiorum Iudæorum, & contumeliam Domini ferre non poſſent: Veſpere, quòd noctem dederit ad requieſcendum à diurnis laboribus: Ad gallicantum, quòd ea hora nunciet aduentum diei ad facienda opera lucis.

Ab Apoſtolis quæ diei horę orationi deſtinatæ fuerint, & quibus de cauſis.

42. TERTVLLIANVS in Apologetico aduersùs gentes, capite ſecundo: Plinius Secūdus cùm prouinciam regeret damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid decæterò ageret, conſuluit tunc Traianū Imperatorem, allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum Chriſto & Deo, & ad confœderandam diſciplinam; homicidiū, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera ſcelera prohibentes. Tunc Traianus reſcripſit, hoc genus inquirendos quidē non eſſe, oblatos verò puniri oportere.

Cœtus antelucani ad canendū Deo.

43. CYPRIANVS de Oratione Dominica: In orationibus celebrandis inuenimus obſeruâſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes & in captiuitate victores, horam tertiam, ſextam, nonam, ſacramento ſcilicet Trinitatis: quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit. Itémque ad ſextam quarta procedens, declarat alteram Trinitatem. Et quando à ſeptima nona completur, per ternas horas Trinitas perfecta numeratur: quæ horarum ſpatia iampridèm ſpiritaliter determinantes adoratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant: & manifeſtata poſtmodùm res eſt, ſacramenta olìm fuiſſe, quòd antè ſic iuſti precabantur. Nam ſuper diſcipulos hora tertia deſcendit Spiritus ſanctus, qui gratiam Dominicæ repromiſſionis impleuit. Item Petrus hora ſexta in tectum ſuperius aſcendens, ſigno pariter & voce Dei monentis inſtructus eſt, vt omnes ad gratiam ſalutis admitteret, cùm de emundandis gentilibus antè dubitaret. Et Dominus hora ſexta crucifixus, ad nonam peccata noſtra ſanguine ſuo abluit, & vt redimere & viuificare nos poſſet, tunc victoriam ſuam paſſione perfecit. Sed nobis fratres dilectiſſimi, præter horas antiquitùs obſeruatas, orandi nunc & ſpatia & ſacramenta creuerunt. Nam & manè orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur, quod olim Spiritus ſanctus deſignabat, in pſalmis dicens: Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam: manè aſſiſtam tibi, & contemplabor te. Et iterùm per Prophetam loquitur Dominus: Diluculo vigilabunt ad me, dicentes: Eamus & reuertamur ad Dominum Deum noſtrum. Recedente item ſole ac die ceſſante, neceſſariò rursùs orandum eſt. Nam quia Chriſtus ſol verus, & dies eſt verus, ſole ac die ſeculi recedente, quando oramus & petimus, vt ſuper nos lux denuò veniat, Chriſti precamur aduentum, lucis æternæ gratiam præbiturum.

Daniel. 6. Hora tertia, ſexta & nona iam olìm ad orationē deſtinata, & qua de cauſa.

Actor. 2.

Actor. 10.

Lucæ 23.

In noua lege plures horæ orationis q̃ in veteri.

Mar. 16.

Pſal. 5.

Oſee 6.

44. ATHANASIVS in libro de virginitate ſiue de meditatione: Meditare in ſacris ſcripturis: habe pſalterium, & pſalmos diſce. Oriens ſol videat librum in manibus tuis. Poſt tertiam ſynaxes conficies, quoniam ea hora defixum eſt lignum crucis. Sexta hora abſolues deprecationes cum pſalmis, ploratu, & ſupplicationibus: quoniam hac hora pependit filius Dei in cruce. Nona hora rursùm in hymnis & glorificationibus eris, cum lachrymis & confeſſione peccatorum tuorum Deo ſupplicabis, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit ſpiritum ſuum.

Quæ horæ diei orationi aut pſalmis cōſtitutę ſint, & quibus de cauſis.

45. BASILIVS Magnus ſermone primo de inſtitutione Monachorum: qui alijs eſt ſermo quartus exercitamentorum pietatis: Cùm autem ad orationem nulla non vitæ pars opportuna habenda ſit: quia tamen datis quibuſdam interuallis ab illa pſalmodiæ genuūq; flexionis acri contentione nonnunquàm eſt interquieſcendum, is eſt maximè horarum modus tenendus, qui à veteribus olìm ſanctis viris ad orationem deſcriptus eſt. Etenim eximius ille Dauid ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: quem ſanè Paulus quoq; & Silas ſecuti reperiuntur, cùm in carcere poſiti, circiter mediam noctem Deum ambo collaudarent. Addit deindè idem Propheta: Veſpere, manè, & meridie. Quin & Spiritus ſancti aduentus circiter horam diei tertiam fuit, ſicut ex Actis accepimus, quo tempore cùm propter variam illam linguarum efficacem vim Phariſæi diſcipulos irriderent, negauit Petrus eos ebrios eſſe, qui ea loquerentur: ſiquidem horam illam tertiam fuiſſe. Porrò nona Dominicæ paſſionis memoriam refert, illius quæ vitæ noſtræ cauſa ſuſcepta eſt. Verùm quoniam item hoc eſt apud eundem Dauid, Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: tempora autem illa, quæ diximus, neutiquàm ſeptenarium orationis numerum conficiunt: bipartitò diuidenda meridiana oratio eſt, ità videlicet, vt pars vna cibum præcedat, altera ſubſequatur, quò perpetua hæc nobis formula ſit Deum ſepties per ſingulas dierum conuerſiones laudibus celebrandi.

Horarum canonicarū approbatio.

Hora noctis orationi deſtinata. Pſal. 118.

Actor. 16.

Veſpertina, matutina, & meridiana. Pſal. 54.

Hora tertia. Actor. 2.

Hora nona.

Pſal. 118. Septem horæ canonicæ.

46. ITEM in regulis fuſiùs diſputatis, interrogatione trigeſimaſeptima: Neq; verò tamē, quanquàm hanc aſſiduè, atque adeò omnibus momentis adhiberi oportere gratiarum actionem, & lex ipſa præcepit, & nos eam vitæ noſtræ neceſſariam eſſe, cùm natura, tum ratione docuimus, propterea illæ ſtatis temporibus præſcriptæ orationes negligendæ veniunt, quas obſeruari in conuentibus ſolenne eſt & quotidianum. Siquidem ea re à nobis neceſſariò huiuſmodi tempora delecta ſunt, quòd in eorum ſingulis peculiaris quædam Dei in nos beneficiorum eſt commemoratio. Ac matutinum quidem, vt primi animi ac mentis noſtræ motus conſecrentur Deo, neque vllius rei curæ antè aditum ad nos demus, quàm nos in cogitatione de Deo oblectauerimus, ſicut ſcriptū eſt: Memor fui Dei, & delectatus ſum. Neque corpus priùs ad functionem muneris alicuius moueamus, quàm illud fecerimus, quod dictum eſt:

Cur inſtitutæ certæ orationis horæ.

Matutinę horæ obſeruatio quare ſit.

Pſal. 76.

Orabo

Digitized by Google

Pſal 5. Orabo ad te Domine: manè exaudies vocem me-
Tertiæ. am. Manè adſtabo tibi. Tertia verò hora, vt in ea
ad orationem ſurgatur, fratresq́ omnes in vnum
congregentur, licèt diuerſis in locis, alij in alijs
operibus ſint occupati: idq́ ea re, vt admoniti do-
ni ſpiritus, quod circiter hanc ipſam horam Apo-
Actor. 2. ſtolis datum fuit, vno eodemq́ animo cuncti il-
lum venerentur, ab eoq́ petant, vt & ipſi digni
ſint, qui ſanctificationem ſuſcipiant: ſimulq́ vt
ſalutaris ſibi doctrinæ, & recti itineris dux eſſe, &
author velit, illũ imitantes, qui dixit: Cor mun-
Pſal. 50. dum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innouà
in viſceribus meis: Nè proijcias me à facie tua, &
ſpiritum ſanctum tuum nè auferas à me. Redde
mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali
Pſal. 142. confirma me. Et alio in loco: Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam: atque ità denuò ad
intermiſſa opera redeatur. Quòd ſi fors aliquos
vel propter operum, vel propter locorum natu-
ram eo tempore abeſſe longiùs contigerit, quàm
vt vnà cum reliquis præſtò eſſe poſſint: ij vbicun-
què fuerint, ea neceſſariò ibi exequi debent, quæ
communiter ſtatuta ſunt, nihil hæſitantes omni-
Matth. 18. nò. Quia vbi ſunt duo vel tres congregati in no-
Sextæ horæ obſeruatio. mine meo, inquit Dominus, ibi in medio eorum
ſum. Porrò ſexta hora, ſanctorum exemplo, ne-
ceſſariam eſſe orationẽ iudicauimus, apud quos
Pſal. 54. eſt: Veſpere & manè & meridie narrabo, & annun-
ciabo, & exaudiet vocem meam. In qua quidem,
vt liberemur ab incurſu & dæmonio meridiano,
Pſal 90. nonageſimus etiã pſalmus recitetur. De nona ve-
Nonæ. rò, quòd ea ad orationem nobis neceſſaria ſit, id
Actor. 3. Apoſtoli ipſi declarauerunt in Actis, in quibus eſt,
quòd Petrus & Ioannes aſcendebant in templum
Veſperarum. ad horam orationis nonam. Completo verò iam
die, pro ijs omnibus, quæ in eo data nobis fuerint,
feliciterve nobis euenerint, gratiarum actio ſuc-
cedat: eorumq́ quæ vel per conſenſum, aut ſecùs
contra animi ſententiam prætermiſſa ſint, confeſ-
ſio: ac ſicubì latens delictũ aliquod admiſſum fu-
erit verbis, operibúsve, aut etiam corde, pro his
omnibus oratione adhibita veniam nobis à Deo
comprecabimur. Siquidem ad ſimilia peccata ite-
rùm euitanda, valdè vtilis eſt præteritorum con-
Pſal. 4. ſideratio. Idcircò Dauid dicit: Quæ dicitis in cor-
dibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.
Cõpletorij. Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus
tenebris, ſequetur petitio, vt quies, quam ſumus
capturi, inoffenſa & ab omni perturbatione ac vi-
tio libera ſit: qua hora etiam neceſſariò nonageſi-
Mediæ noctis mus recitari pſalmus debet. De tempore autem
dimidiæ noctis, quòd id ad orationem neceſſari-
um ſit, traditum nobis eſt à Paulo & Sila in Actis.
Actor. 16. Scriptum eſt enim ſic, Circiter autem mediam no-
ctem Paulus & Silas laudabant Deum. Atque hoc
quidem etiam concentor pſalmorum confirmat,
Pſal. 118. ſic dicens: Media nocte ſurgebam ad confitendum
Laudum, vel auroræ. tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Pòſt anteuertẽdum
diluculum eſt, & ad orationem ſurgendum, ca-
uendumq́ nè dies nos in lectulo dormientes op-
Pſal. 118. primat: & ille imitandus, qui dixit: Præuenerunt
oculi mei diluculum, vt meditarer eloquia tua.
Porrò ex his omnibus, quę diximus, ſtatis tempo-
ribus, nullum ab ijs prætermitti debet, quorum
vitæ propoſitum eſt, vt quæ acturi ſunt, omnia ad
laudem Dei & Chriſti eius referant. Atque vtilis
Ad quid præterea cõferat iſta horarum varietas & diſtinctio. etiam, meo quidem iudicio, hæc in orationibus,
& pſalmorum decantationibus, quæ certis tem-
poribus fiunt, diuerſitas eſt atque varietas, ob eam
cauſam, quòd in perpetua ſimilitudine & æquali-
tate rerũ animo neſcio quo modo torpedo quæ-
dam plerunquè oboritur atque tædium, eaq́ re
aliud agens, ad futiles & vagas cogitationes aber-
rat. In viciſſitudine autẽ varietateq́ cùm pſalmo-
diæ, tum ſingularum horarum orationis, & ſtu-
dium ipſum renouatur, & attentio inſtauratur.
47. CHRYSOSTOMVS homilia quinqua-
geſimanona ad populum Antiochenum: Dies lu- Horæ ac tempora oratiõis apud monachos D. Chryſoſtomi tempore diſtributa.
ceſcit, immò verò ante diem gallus cantauit, &
non ſicut domi, ſtertũt ſerui, ianuæ clauſæ, omnes
mortuis ſimiles ſunt dormientes, mulio tintina-
bula concutit. Illic huiuſmodi nihil, ſed omnes
ſtatim cum reuerentia ſomnum deponẽtes exur-
gunt, excitante eos prælato, & conſiſtunt, ſanctum
conſtituentes chorum, & ſtatim manus extenden-
tes, ſacros hymnos decantant. Et poſt pauca: Ne-
que cithara, neq́ fiſtulę, nec vllum aliud muſicum
inſtrumentum talem emittit vocem, qualem au-
dire licet in profunda quiete & ſolitudine, ſanctis
cantantibus illis. At & ipſa cantica commoda, &
in Deum charitate plena. In noctibus, inquit, ex- Pſal. 133.
tollite manus veſtras ad Deum. Et de nocte vigi-
lauit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præ-
cepta tua ſuper terram. Et Dauidica cantica, mul-
tos mouentia fontes lachrymarum. Quippe cùm
cantet, dicens: Laboraui in gemitu meo, lauabo Pſal. 6.
per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis me-
is ſtratum meum rigabo. Et iterùm: Quia cine- Pſal. 101.
rem tanquàm panem manducabam. Et iterùm:
Quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius homi- Pſal. 143.
nis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis fa- Pſal. 48.
ctus eſt, & dies eius ſicut vmbra prętereunt: &, Nè
timueris cùm diues factus fuerit homo, vel cùm
multiplicata fuerit gloria domus eius. Et rur-
ſùm: Qui habitare facit vnius moris in domo: &, Pſal. 67.
Septiès in die laudaui te ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Pſal. 118.
Et iterùm: Media nocte ſurgebam ad cõfitendum Ibidèm.
tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Facto autem die
quiſque noſtrũm alterum vocat, egreſſorum rati-
onem agit, in forum educit, aſſiſtit magiſtratui,
tremiſcit, & pœnas metuit. Alius in tabernaculo,
ad ſuum alius opus. Illi vero cùm rursùm matuti-
nas orationes celebrauerint & hymnos, ad ſcri-
pturarum lectionem conuertuntur. Sunt autem
& qui libros tranſcribere docti, aſſignatum quiſ-
que ſumens habitaculum, ſemper agit quietem,
nugante nemine, nemine quicquam dicente. Ter-
tiam, ſextam, nonam, & veſpertinas orationes ce-
lebrãt. Et in quatuor partes diem diſpartiti, dum
ſingulæ partes implentur, pſalmodijs & hymnis
Deum venerantur.
48. HIERONYMVS in caput ſextum Dani-
elis: Tria autẽ ſunt tempora, quibus Deo flectenda Tertia, ſexta & nona hora orationis ex Eccleſiaſtica traditione.
ſunt genua: tertiam horam, ſextam, & nonam, ec-
cleſiaſtica traditio intelligit. Deniquè tertia hora
deſcendit Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos. Sexta
volens Petrus comedere, ad orationem aſcendit Act. 2. 10. & 3.
in cœnaculum. Nona, Petrus & Ioannes pergebãt
ad templum.
49. IDEM ad Euſtochium de cuſtodia virgini-
tatis, epiſtola vigeſimaſecunda capite decimoſex-
to: Quanquàm Apoſtolus orare nos ſemper iube- 1. Theſſ. 5.
at, & ſanctis etiam ipſe ſit ſomnus oratio: tamen
diuiſas orandi horas debemus habere, vt, ſi fortè Diuiſas orandi horas cur habere debeamus.
aliquo fuerimus opere detenti, ipſum nos ad offi-
cium tempus admoneat. Horam tertiam, ſextam,
nonam, diluculum quoquè & veſperam, nemo
eſt qui neſciat. Nec cibi ſumantur, niſì oratione
præmiſſa: nec recedatur à mẽſa, niſì referatur cre-
atori gratia. Noctibus bìs terq́ ſurgendum, reuol-
uenda, quæ de ſcripturis memoriter retinemus.
Egredientes de hoſpitio, armet oratio: regredien-
tibus de platea, oratio occurrat antequàm ſeſſio:
nec priùs corpuſculum requieſcat, quàm anima
paſcatur. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum
manus pingat crucem.
50. AD eandem in Epitaphio Paulę matris, epi- Horas canonicas decãtabãt ſacræ virgines D. Hieronymi ætate.
ſtola vigeſimaſeptima capite decimo, de mona-
ſterijs virginum, quas illa fundauerat, agens: Ma-
nè, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio,
per ordinem pſalterium cantabant.
51. AQVISGRANENSE Concilium ſub
Ludouico Pio Imperatore primo, capite centeſi-
mo vigeſimoſexto, ex capite decimonono libri
 primi

Digitized by Google

Tertia, ſexta & nona hora orationi conſecrata.
Daniel. 6.

primi de officijs eccleſiaſticis Iſidori: Horam tertiam & ſextam & nonam, Daniel & tres pueri ſupplicationibus deuouerunt, ſcilicet, vt ab ortu diei in tempus ſupplicationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reuerentiam declararent, pariliter à tertia ad ſextam, atque indè ad nonam, per paria lucis interualla ratis dimenſionibus terminata, Trinitas ter in die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis,

Actor. 2.

quòd Spiritus ſanctus hora tertia, hoc eſt, ſuo loco & numero & tempore, deſcendit ad terras, impleturus gratiam, quam Chriſtus promiſit. Nam

Matth. 27.
Lucæ 23.

& ſexta hora Chriſtus paſſus, in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim ſacramento legitimis ad precem temporibus, per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur: & ſi computetur diurna celebritas, per quaternariũ vſque in veſpertinum officium, hoc eſt, quater ternis ſignificatur: quia mundus quadrifariò diuiſus, in Trinitate ſaluatur. Siquidem & in nocte ſtationes & vigiliæ militares, in quatuor partes diuiſæ, ternis horarum ſpatijs ſecernũtur, vt & in ipſis nocturnis mundialibusq́ officijs, Trinitatis myſterium veneretur.

Veſpertina hora orationi cõſecrata.

52. CAPITE centeſimo vigeſimoſeptimo, ex capite vigeſimo eiuſdem libri Iſidori: Veſpertinum diurni finis officium, diurnæ & alternæ lucis occaſus eſt, cuius ex veteri teſtamento ſolennis

Exod. 29.

celebratio eſt. Deniquè hoc tempore veterum ſacrificia offerri, adolerię́ altario aromata & thura, mos erat. Teſtis eſt hymnidicus ille, regio ac

Pſal. 140.

ſacerdotali perfunctus officio, dicens: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum.

Matth. 26.
Marc. 14.
Lucæ 22.

In nouo quoquè teſtamento eo tempore Dominus & Saluator noſter, cœnantibus Apoſtolis myſterium ſui corporis & ſanguinis initiò tradidit, vt tempus ipſum ſacrificij, veſperũ oſtenderet ſeculi. Proindè in honore ac memoria tantorũ ſacramentorum, his temporibus adeſſe nos decet Dei conſpectibus, & perſonare in eius cultibus, orationum noſtrarum illi ſacrificium offerẽtes, atq; in eius laudibus pariter exultãtes. Veſperum autem nominatur à ſidere, quod veſper vocatur, & decidente ſole exoritur. De quo Propheta di-

Iob 38.

cit: Et veſperum ſuper filios hominum conſurgere facis.

53. CAPITE centeſimo vigeſimooctauo, ex vigeſimoprimo capite Iſidori: De Completis au-

Cõpletoriũ.
Pſal. 131.

tem celebrandis, id etiam in patrum inuenitur exemplis. Dauid Propheta dicente: Si aſcendero in lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donèc inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quis non ſtupeat, tantam in Dei amore animi deuotionem, vt ſomnum ſibi, ſine quo vtiquè corpora humana deficiunt, penitùs interdixerit, donèc locum ac templum Domino fabricandum in pectore ſuo rex & Propheta reperiret? Quæ res nos debet fortiter admonere, vt ſi ipſi locus Domini eſſe volumus, & tabernaculum eius aut templum cupimus haberi, inquantùm poſſumus, exempla ſanctorum

Pſal. 75.

imitemur, nè de nobis dicatur, quod legitur: Dormiérunt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

54. CAPITE centeſimo vigeſimonono, ex vigeſimotertio capite eiuſdem libri ſecundi Iſido-

Matutinæ preces.

ri: De matutinorum antiquitate & authoritate, teſtis eſt idem Dauid Propheta, dicens: In matuti-

Pſal. 62.
Pſal. 118.

nis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus. Et alibi: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Diluculo autem proindè oratur, quòd reſurrectio Chriſti celebretur. Matutina autem luce radiante, Dominus & Saluator noſter ab inferis reſurrexit, quando cœpit oriri fidelibus lux, quæ moriente Chriſto occiderat peccatoribus. Siquidem & eo tempore cũctis ſpes futuræ reſurrectionis creditur, cùm iuſti & omnes ab hac temporaria morte, quaſi à ſopore ſomni reſurgentes, euigilabunt.

55. CAPITE centeſimo trigeſimo, ex vigeſimoſecundo capite libri primi Iſidori: Antiqua eſt

Nocturnæ preces.

vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus

Eſaiæ 26.

ſanctis. Eſaias deniquè Propheta exclamat ad Dominum, dicens: De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. Item Dauid & regio & prophético ſanctificatus

Pſal. 118.

vnguẽto, ità canit: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Hoc nanque tempore vaſtator angelus tranſiens, primo-

Exod. 12.

genita Aegyptiorum percuſſit. Vndè & nos vigilare oportet, nè periculo Aegyptiorum admiſceamur. Iiſdem etiam horis venturum ſe eſſe, in Euangelio Saluator aſſeruit: vndè & ad vigilandum

Marc. 13.

auditores ſuos exuſcitans, dicit: Beati ſerui illi, quos, cùm venerit, Dominus inuenerit vigilantes. Et ſi veſpertina (inquit) hora venerit, & ſi media nocte, & ſi in gallicantu, & inuenerit eos vigilantes, beati ſunt ſerui illi. Itaque & vos eſtóte parati, quia neſcitis, qua hora filius hominis venturus eſt. Siquidem nec verbis ſolùm docuit vigilias, ſed etiam confirmauit exemplo. Nam teſtatur

Lucæ 6.
Actor. 16.

Euangelium, quia erat Ieſus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoquè & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, vincti dixiſſe memorantur: vbi repentè terræmotu facto, & concuſſis carceris fundamẽtis, & ianuæ ſpontè apertæ, & omnium vincula ſunt ſoluta. Vndè oportet his horis pſallendi, orandiq; frequentiam nos in ſanctis habere officijs, finemq́ noſtrum, vel ſi aduenerit ſub tali actu, expectare ſecuriùs. Eſt autem quoddam ge-

Hæretici repręhendẽtes nocturnas preces ſiue Chriſtianas vigilias.

nus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali operi infructuoſas, dicentium iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nyctazontes, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur.

56. ET capite centeſimo trigeſimoprimo: Studeant ſummoperè canonici prædictas horas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuotè perſoluere.

57. VIDE de horis Canonicis plura apud Rabanum libro ſecũdo de inſtitutione Clericorum, capite primo & ſequentibus: item apud Rupertum Tuitienſem libro primo de diuinis officijs, capite primo & ſequentibus.

58. PSALMO centeſimo decimooctauo: Memor fui nocte nominis tui Domine, & cuſtodiui legem tuam. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Septiès in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

59. ET quinto: Quoniam ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam: Manè adſtabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

60. ITEM quinquageſimoquarto: Veſperè, & manè, & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam.

61. DANIELIS ſexto, vt ſuprà C. teſtimonio vigeſimooctauo.

62. ACTORVM tertio: Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam.

63. ET capite decimo: Poſtera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam.

64. ITEM capite decimoſexto: Media autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum. Et audiebant eos qui in cuſtodia erant.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Cur in orando ſeduli & aßidui eſſe debemus?

PRIMÙM, ob maximas & infinitas eorum, qui ritè precantur, vtilitates. Deindè, quòd oratio proprium & neceſſarium ſit fidei exercitium. Habet prætereà præceptum in diuinis literis [a] paſsìm: neque modò frequentem, ſed etiam eximiam plenamq́ue conſolationis & ſuauitatis promiſſionem. *Dico vobis*, inquit ipſa veritas [b] Chriſtus: *omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Et rurſùm: [c] *Ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Atque iterùm: [d] *Si vos cùm ſitis mali, nôſtis bona data dare filÿs veſtris: quantò magis Pater veſter qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?* Talibus quidem dictis, vt rectè colligit Chryſoſtomus, [e] ac tali ſpe prouocauit nos ad orandum vniuerſorum Dominus. Nos verò decet obtemperantes Deo, ſemper omnem vitam in laudibus Dei, precibusq́ue tranſigere, maiore ſtudio curam agentes diuini cultus, quàm vitæ noſtræ. Sic enim contigerit ſemper viuere vitam homine dignam. Hæc ille.

Iſidor. de ſummo bon. li. 3. ca. 7. Aug. ſer. 226. & 230. de temp. & epi. 121. ca. 8. & ſequen. Itē ſer. 5. de ver. Do. c. 4. & ſeq. Cypri. de orat. Dom. Amb. lib. 3. de virginib. & ſerm. 93. de Nazario & Celſo.

a Mat. 26. d Mar. 13. d Luc. 18. a 11. a b 21. g Eccli 18. c 21. a Rom. 12. c Phil. 4. b Col. 4. a 1. Petr. 4. b 1. Theſſa. 5. c Eph. 6. c 1. Tim. 5. a Heb. 4. d Iac. 1. a 4. a 5. d

b Mar. 11. c Mat. 21. b 18. c d

c Luc. 11. b Mat. 7. b Ioan. 14. b 15. a 16. d 1. Ioan. 3. d 5. c Pſal. 49 c 144. d Prou. 15. d 2. Par. 7. c Eccli 2. b 3. a 38. a Leuit. 4. f g 5. c d 6. a

d Matth. 7. b Luc. 11. c

e Lib. 1. de orando Deum. Vide etiā lib. 2. Item hom. 5. de incomprehenſib. Dei natura, & ad populum Antioch. hom. 41. & 79. Greg. hom. 27. in Euangel. & in pſalmum 6. pœnitentialē.

TESTIMONIA.

Oratio remedium eſt tentationum.

1. ISIDORVS libro tertio de ſummo bono, capite ſeptimo: Hoc eſt remedium eius, qui vitiorum tentamentis exæſtuat, vt quotiès quolibet tangitur vitio, totiès ſe ad orationem ſubdat, quia frequēs oratio vitiorum impugnationem extinguit.

Perſeuerātia opus eſt.

Tamen perſeueranter intendere oportet animum noſtrum orandò atque pulſandò, quouſquè importunas deſideriorum carnalium ſuggeſtiones, quæ noſtris obſtrepunt ſenſibus, fortiſſima intentione ſuperemus, ac tam diù inſiſtere, quouſquè perſiſtēdo vincamus. Nam negligentes orationes, nec ab ipſo homine impetrare valent quod volunt.

Spiritum ſanctum aduocat feruens oratio.

Quando quiſq; orat, ſanctum ad ſe ſpiritum aduocat: At vbi aduenerit, cōfeſtim tentamenta dæmonum, qui ſe mētibus humanis immergunt, præſentiam eius ferre nō ſuſtinentes effugiunt. Oratio, cordis eſt, non labiorum. Neque enim verba deprecantis Deus intendit, ſed orantis cor adſpicit. Quòd ſi tacitè cor oret, & vox ſileat: quanuìs homines lateat, Deum latére non poteſt, qui conſcientiæ præſens eſt. Melius eſt autem cum ſilentio orare cordè ſine ſono vocis, quàm ſolis verbis ſine intuitu mentis.

Cum gemitu orandum.

Nunquàm eſt ſine gemitu orandum. Nam peccatorum recordatio mœrorem gignit. Dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus, & magis tùnc reos nos eſſe cognoſcimus. Ideoq; cùm Deo aſſiſtimus, gemere & flere debemus, reminiſcētes quàm grauia ſunt ſcelera quę commiſimus, quamq́; dira inferni ſupplicia quæ timemus. Mens qualem ſe in oratione offert, talem poſt orationem ſe conſeruet. Nam nihil proficit oratio, ſi denuò committitur, vndè iam iterū venia poſtuletur. Ille enim precis deſideratum effectum ſine dubio percipit, qui quod orando ablui poſtulat, delinquendo non iterat.

Alienæ curæ & cogitationes arcendæ.

Mens noſtra cæleſtis eſt, & tunc orando Deum benè contemplatur, quādo nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Apta eſt enim ad bonum in ſua natura, in aliena verò turbatur. Pura eſt oratio, quam in ſuo tempore ſeculi non interueniunt curæ: longè autem eſt à Deo animus, qui in oratione cogitationibus ſeculi fuerit occupatus. Tunc ergò veraciter oramus, quando aliundè non cogitamus. Sed valdè pauci ſunt qui tales orationes habeant. Et licèt in quibuſdam ſint, difficile tamen eſt vt ſemper ſint. Mens quæ ante orationem vacans à Deo, in illicitis cogitationibus occupatur, dum in orationem venerit, confeſtim illi imagines rerum, quas nupèr cogitauit, occurrunt, aditumq́; precis obſtruunt, nè ſe mens libera ad cæleſte deſiderium erigat. Purgandus eſt itaque primùm animus, atque à temporalium rerum cogitationibus ſegregandus, vt pura acies cordis ad Deū verè & ſimpliciter dirigatur. Nam reuerà tunc impetranda diuina munera credimus: quando ſimplici affectu aſſiſtimus, cùm oramus. Multis modis interrumpitur orationis intentio, dum ſe per incuriam vana mundi ingerūt in cuiuſcunque orantis animo.

Dæmon orationes noſtras impedire conatur.

Tunc autem diabolus magis cogitationes curarum ſeculariū humanis mentibus ingerit, quando orantem adſpexerit.

Similia habet Gregorius li. 10. Moraliū, cap. 17. & 18.

Geminum orationis impedimentum

Duobus modis oratio impeditur, nè impetrare quiſque valeat poſtulata: hoc eſt, ſi aut quiſque adhuc mala committit, aut ſi delinquēti ſibi debita non dimittit. Quod geminū malum dum quiſque à ſemetipſo abſterſerit: protinùs ſecurus ſtudio orationis incumbit, & ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem liberè erigit. Qui læditur, non deſiſtat orare pro ſe lędentibus: alioquin iuxta Domini ſententiam peccat, qui pro inimicis non orat.

Matth. 5.

Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, ſi adhuc ferrū in eo ſit: ità nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.

Fiducia impetrandi adſit.

Tantus debet eſſe orantis erga Deum affectus, vt non deſperet precis effectum. Inaniter aūt oramus, ſi ſpei fiduciam non habemus.

Iaco. 1.

Petat ergò, vt Apoſtolus ait, vnuſquiſq; in fide nihil dubitans: nam qui dubitat, ſimilis eſt vndæ maris, quæ à vento fertur atq; diſpergitur.

Diffidentiæ cauſa quæ ſit.

Diffidentia naſcitur impetrandi orata, ſi ſe adhuc animus ſentiat circa peccandi affectionem verſari. Non enim poteſt habere precis certam fiduciam, qui adhuc in pręceptis Dei pigritat, & peccandi recordatione delectatur. Qui à præceptis Dei auertitur, quod in oratione poſtulat, accipere nō meretur, nec impetrat ab illo bonū quod poſcit, cuius legi non obedit. Si enim id quod Deus præcepit, facimus: id quod petimus, ſine dubio obtinemus.

Prouer. 28.

Orationi iungenda eſt bona operatio.

Nam ſicut ſcriptum eſt, Qui auertit aurem ſuam nè audiat legem, oratio eius execrabilis erit. Multùm apud Deum vtraque ſibi neceſſariò commendatur, vt oratione operatio, & opere fulciatur oratio.

Thren. 3

Greg. 18. Moral. cap. 3. & Hieron. in c. 3. Thren. idē dicunt.

Vndè etiā Hierémias ait: Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum. Cor enim cum manibus leuat, qui orationē cum opere ſubleuat. Nam quicunque orat & non operatur, cor leuat,

&

Digitized by Google

& manus non leuat. Quiſquis verò operatur, & non orat, leuat manus, & cor non leuat. Sed quia operari neceſsè eſt & orare, benè iuxta vtrunque dictum eſt, Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum, nè de negligentia mandatorũ corde reprehendamur, dum ſalutem noſtram obtinere aut ſola oratione, aut ſola operatione cõtendimus. Poſtquàm bonum opus agimus, lachrymę orationum fundantur, vt meritum actionis humilitas impetret precis.

Iactãtia cuicũda in oratiõdo. Lucæ 18.

Culpabiliter manus ad Deũ expandit, qui facta ſua orando iactanter prodit, ſicut Phariſęus in templo iactãter orabat, ſeq́ magìs quàm Deum de operibus iuſtis laudari volebat.

Pſal. 108.

Quorundam oratio in peccatum conuertitur, ſicut de Iuda proditore ſcribitur. Qui enim iactanter orat, laudẽ appetendo humanam, non ſolùm eius oratio non delet peccatum, ſed etiam ipſa vertitur in peccatum. Sic Iudæi & Hæretici qui licèt ieiunare & orare videantur, eorũ tamen oratio non delet peccatũ, nec ad purgationis proficit meritum, ſed mutatur potiùs in peccatum. Ideò interdùm oratio electorum in preſſuris eorum differtur, vt impiorum peruerſitas augeatur. Verùm dum iuſti temporaliter audiũtur, pro eorum fit ſalute, qui eos affligunt: vt dum illis temporali remedio ſubuenitur, prauorum oculi ad conuerſionem aperiantur. Vndè & trium puerorum frigidus ignis fuit, vt Nabuchodonoſor Deum verum agnoſceret.

Daniel. 3.

Sicut & Propheta in pſalmis ait: Propter inimicos meos eripe me.

Pſal. 68. Cur quidam tardiùs exaudiantur.

Proindè tardiùs exaudiuntur quorundam orationes, vt dum differuntur, fortiùs excitati, maioribus præmijs cumulentur, exemplo pruinarum & repreſſione meſſium, in quibus quanto tardiùs ſata ſemina exeunt, tanto ad frugẽ cumulatiùs creſcunt. Quotiès orantes non citò exaudimur, noſtra nobis facta in oculis proponamus, vt hoc ipſum quod differtur, diuinæ reputetur iuſtitiæ, & culpę noſtræ. Interdùm, quòd perſeuerãter orantes, non citò exaudimur, vtilitatis noſtræ eſt, non aduerſitatis. ſæpè enim multos Deus non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem. Multi orantes non exaudiuntur, quia prouidẽdo illis Deus meliora quàm petunt, reſeruat, ſicut contingere ſolet paruulis, qui nè in ſcholis vapulent, Deũ exorant: ſed non datur illis poſtulationis effectus, quia impeditur talis auditio ad profectũ. Non aliter quibuſdam contingit electis. Deprecantur enim Deum pro nonnullis vitæ huius commodis vel aduerſis. Prouidentia verò diuina temporaliter eorum deſiderio minimè conſulit: quia meliora illis in æternũ promittit.

Orare in abſcondito. Matth. 6.

Oratio priuatis locis opportunis funditur, magisq́ obtentum impetrat, dum Deo tãtùm teſte depromitur. Proprium autem hypocritarum eſt, offerre ſe in oratione videntibus, quorum fructus eſt non Deo placere, ſed gloriam ab hominibus comparare. Non in multiloquio exaudiuntur homines à Deo, quaſi plurimis eum verbis conentur inflectere. Neque enim conciliat eum multiplex orantis ſermo, ſed pura ſinceraq́ orationis intentio.

Oratio vocalis.

Bonũ eſt, corde ſemper orare: bonum etiam, & ſono vocis Deum ſpiritalibus hymnis glorificare. Nihil eſt, ſola voce canere ſine cordis intentione: ſed ſicut ait Apoſtolus, Cantantes in cordibus veſtris, hoc eſt, non ſolùm voce, ſed & corde pſallentes.

Epheſ. 5. 1. Cor. 14.

Vndè & alibì: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Sicut orationibus regimur, ità pſalmorum ſtudijs delectamur.

Pſallendi vtilitas.

Pſallendi enim vtilitas triſtia corda conſolatur, gratiores mentes facit, faſtidioſos oblectat, inertes exuſcitat, peccatores ad lamenta inuitat. Nam quanuìs dura ſint carnaliũ corda, ſtatìm vt pſalmi dulcedo inſonuerit, ad affectum pietatis animum eorum inflectit. Dum Chriſtianũ non vocis modulatio, ſed tantùm verba diuina, quæ ibi dicuntur, debeant cõmouere: neſcio tamen quo pacto modulatione canentis maior naſcitur cõpunctio cordis. Multi enim reperiuntur, qui cantus ſuauitate commoti, ſua crimina plangunt, atq; ex ea parte magìs flectuntur ad lachrymas, ex qua pſallentis inſonuerit dulcedo ſuauiſſima. Oratio in pręſenti tantùm vita pro remedio peccatorum effunditur: pſalmorum autem decantatio, perpetuam Dei laudem demonſtrat in gloriam ſempiternam, ſicut ſcriptum eſt: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te.

Pſal. 83.

Cuius operis miniſterium quicunque fideliter intentaq́ mente exequitur, quodammodò angelis ſociatur.

Oratio iuſti clauis eſt cęlĩ.

2. AVGVSTINVS ſermone ducẽteſimo vigeſimoſexto de tempore: Oratio iuſti, clauis eſt cæli. Aſcendit precatio, & deſcẽdit Dei miſeratio. Licèt alta ſit terra, altũ cælum, audit tamen Deus hominis linguam, ſi mundam habeat conſcientiam.

Ieiunio adeſſe debet oratio.

3. IDEM ſermone ducenteſimo trigeſimo de tempore: Oratio eſt refectio ieiuniorum, aduocat gratiam Spiritus ſancti. Oratio duritiam cordis mollit, auſteritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim ſine potu non eſt plena refectio, ſic & ieiunium ſine oratione nõ poteſt animam perfectè nutrire. Quid autem oratio &c. vt ſuprà quęſtione præcedenti, A. teſtimonio tertio.

Matth. 6.

4. ET epiſtola cẽteſima vigeſimaprima ad Probam, capite octauo: Propter hanc adipiſcendam vitam beatam, ipſa vera vita beata nos orare docuit, non in multiloquio, tanquam eò fiat vt exaudiamur, quo loquaciores ſumus, cùm eum oremus, qui nouit, ſicut ipſe Dominus ait, quid nobis neceſſariũ ſit, priùs quàm petamus ab eo.

An repugnẽt ſemper orare, & in oratione multiloquiũ eſſe. Luc. 18.

Vndè mirum videri poteſt, quanuis multiloquium prohibuerit, cur nos ſic orare adhortatus ſit, qui nouit quid nobis neceſſarium ſit priuſquàm petamus ab eo, vt diceret; Oportet ſemper orare, & non deficere:

Explicatio parabolæ de iniquo iudice.

viduæ cuiuſdam propoſito exẽplo, quę de ſuo aduerſario cupiens vindicari, iudicem iniquum ſæpè interpellando flexit ad audiendum, non iuſtitia nec miſericordia permotum, ſed tędio ſuperatũ: vt hinc admoneremur, quanto certiùs nos exaudiat miſericors & iuſtus Dominus Deus ſine intermiſſione orantes, quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit aſſidua interpellatione contemni: & quàm libens atque placatus bona deſideria impleat eorum, à quibus aliena peccata nouit ignoſci, ſi quò cupiebat illa peruenit, quæ voluit vindicari.

Luc. 11. De amico dormiente, & tribus panibus.

Ille quoquè, cui amicus de via venerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico ſibi tres panes cupiens commodari, quibus fortaſsè ipſa Trinitas vnius ſubſtantiæ figurata eſt, iam cum ſuis ſeruis dormientem petitor inſtantiſſimus & moleſtiſſimus excitauit, vt daret ei quantos volebat, magìs & ipſe vitando tædium quàm beneuolentiam cogitando: vt hinc intelligeremus, ſi dare cogitur, qui cùm dormiat, à petente excitatur inuitus; quanto det benigniùs, qui nec dormire nouit, & dormientes nos excitat vt petamus.

Matth. 7. Lucæ 11.

Hinc eſt & illud: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & quærens inuenit, & pulſanti aperietur:

De pane, piſce & ouo.

aut quis eſt ex vobis homo, à quo filius ſuus panem petit, nunquìd lapidem porrigit ei? aut ſi piſcem petit, nunquìd ſerpentem porrigit illi? aut ſi ouum petit, nunquìd porrigit ei ſcorpium? Si ergò vos, cùm ſitis mali, nôſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magìs pater veſter cæleſtis dabit bona petentibus ſe? Cùm ergò ſecundùm tria illa, quæ commendat Apoſtolus, fides ſignificetur in piſce, vel propter aquam baptiſmi, vel quòd in huius ſeculi fluctibus integra eſt: cui contrarius eſt ille ſerpens, qui vt non crederetur Deo, venenoſa fraude perſuaſit: Spes in ouo, quia vita pulli nondùm eſt, ſed futura eſt, nec iam videtur, ſed adhuc ſperatur: Spes enim quæ videtur, non eſt ſpes: cui contrarius eſt ſcorpius, quoniam

Rom. 8.

qui

Digitized by Google

Philip. 3. qui ſperat æternam vitam, quæ retrò ſunt obliui-
ſcitur, & in anteriora ſe extendit: cui noxium eſt
retrò reſpicere, ſcorpius autem ex ea parte cauen-
dus eſt, qua venenatam & aculeatam caudam re-
1. Cor. 13. trorſùm habet: Charitas, in pane: Maior enim
horum charitas, & in cibis vtiquè vincit cætera
panis vtilitas: cui contrarius eſt lapis, quoniam
dura corda reſpuunt charitatem: ſiue aliud ali-
quid congruentiùs iſta ſignificent, tamen qui no-
Cur Deus orari velit, cū tamē nō ignoret quæ ſint nobis neceſſaria. uit bona data dare filijs ſuis, petere nos & quæ-
rere & pulſare compellit. Quod quare faciat, qui
nouit quid nobis neceſſarium ſit, priùs quàm pe-
tamus ab eo, mouere animum poteſt, niſi intel-
ligamus quòd Dominus & Deus noſter non vo-
luntatem noſtram ſibi velit innoteſcere, quam
non poteſt ignorare; ſed exerceri in orationibus
deſiderium noſtrum, quò poſſimus capere quod
præparat dare. Illud enim valdè magnum eſt, ſed
nos ad capiendum parui & anguſti ſumus. Ideò
2. Cor. 6. nobis dicitur: Dilatamini, nè ſitis iugum ducen-
tes cū infidelibus. Tanto quippe illud quod valdè
1. Cor. 2. magnum eſt, quod nec oculus vidit, quia non eſt
color; nec auris audiuit, quia non eſt ſonus; nec
in cor hominis aſcendit, quia cor hominis illuc
debet aſcendere, ſumemus capaciùs, quanto id &
fideliùs credimus, & ſperamus firmiùs, & deſide-
ramus ardentiùs.

5. CAPITE nono: In ipſa ergò fide & ſpe &
Cur verbis oramus, idq; certis horarū interuallis. charitate continuato deſiderio ſemper oramus.
Sed ideò per certa interualla horarum & tempo-
rum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum
ſignis noſipſos admoneamus; quantúmque in
hoc deſiderio profecerimus, nobiſipſis innoteſca-
mus, & ad hoc augendum noſipſos acriùs excite-
mus. Dignior enim ſequetur effectus, quē feruen-
tior præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait Apo-
1. Theſſ. 5. ſtolus; Sine intermiſſione orate: quid eſt aliud,
quàm beatam vitam, quæ nulla niſi æterna eſt, ab
eo qui eā ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione de-
ſiderate? Semper ergò hanc à Domino Deo deſi-
deremus, & oramus ſemper. Sed ideò ab alijs curis
atque negocijs, quibus ipſum deſideriū quodam
modo tepeſcit, certis horis ad negocium orandi
mentē reuocamus, verbis orationis noſipſos ad-
monentes in id, quod deſideramus, intendere, nè
quod tepeſcere cœperat, omninò frigeſcat, & pe-
nitùs extinguatur, niſi crebriùs inflammetur. Vn-
Coloſſ. 4. dè & illud quod idem Apoſtolus ait: Poſtulatio-
nes veſtræ innoteſcant apud Deum: non ſic accipi-
endum eſt, tanquàm Deo innoteſcant, qui eas &
antequàm eſſent vtiquè nouerat, ſed nobis inno-
teſcant apud Deum per tolerantiā, non apud ho-
Angeli offerūt orationes noſtras Deo. mines per iactantiam. Aut fortè etiam innoteſcāt
angelis, qui ſunt apud Deum, vt quodammodò
eas offerant Deo, & de his conſulāt, & quod eo iu-
bente implendum eſſe cognouerint, ſicut oporte-
re ibi cognouerint, hoc nobis vel euidēter, vel la-
Tob. 12. tenter apportent. Dixit enim angelus homini: Et
nunc quando orabas tu & Sara, ego obtuli oratio-
nem veſtram in conſpectu charitatis Dei.

6. CAPITE decimo: Quæ cùm ità ſint, etiam
cùm diù orare vacat, id eſt, cùm alia bonarum &
neceſſariarum actionum nō impediuntur officia,
quanuis & in eis, vt dixi, deſiderio illo ſemper
orandum ſit, non eſt improbū nec inutile. Neque
Orare in multiloquio, & diù orare, nō idem valent. enim, vt nonnulli putant, hoc eſt orare in multi-
loquio, ſi diutiùs oretur. Aliud eſt ſermo multus,
aliud diuturnus affectus. Nam & de ipſo Domino
Luc. 6. & 22. ſcriptum eſt, quòd pernoctauerit in orando, &
quòd prolixiùs orauerit: vbi quid aliud quàm
nobis præbebat exemplum, in tempore precator
opportunus, cū Patre exauditor æternus? Dicun-
Orationes iaculatoriæ. tur fratres in Aegypto crebras quidē habere ora-
tiones, ſed eas tamen breuiſſimas, & raptim quo-
dammodò iaculatas, nè illa vigilanter erecta, quæ
oranti plurimùm neceſſaria eſt, per productiores
moras euaneſcat atque hebetetur intentio. Ac per
hoc etiam ipſi ſatis oſtendunt, hanc intentionem,
ſicut non eſt obtundenda, ſi perdurare nō poteſt,
ità ſi perdurauerit, non citò eſſe rumpendam. Ab-
ſit enim ab oratione multa locutio, ſed non deſit
multa precatio, ſi feruens perſeuerat intētio. Nam Multū loqui & multū precari, quomodò differant.
multum loqui, eſt in orando rem neceſſariam ſu-
perfluis agere verbis. Multum autem precari, eſt
ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis
excitatione pulſare. Nam plerunquè hoc negoci-
um plùs gemitibus quàm ſermonibus agitur, plùs
fletu quàm afflatu. Ponit autē lachrymas noſtras Pſal. 55. & 37.
in cōſpectu ſuo, & gemitus noſter non eſt abſcon-
ditus ab eo, qui omnia per verbum condidit, &
humana verba non quærit.

7. CAPITE vndecimo: Nobis ergò verba ne-
ceſſaria ſunt, quibus commoneamur, & inſpicia-
mus quid petamus, non quibus Dominū ſeu do-
cendum ſeu flectendum eſſe credamus. Cùm ergò Luc. 11.
dicimus; Sanctificetur nomen tuum: noſipſos ad- Matth. 6.
monemus deſiderare, vt nomē eius quod ſemper Breuis expoſitio Orationis Dominicæ.
ſanctum eſt, etiam apud homines ſanctum habea-
tur, hoc eſt, non contemnatur, quod non Deo, ſed 1. petitio.
hominibus prodeſt. Et in eo quod dicimus; Ad- 2. petitio.
ueniat regnum tuum, quod ſeu velimus, ſeu noli-
mus, vtiquè veniet, deſiderium noſtrum ad illud
regnum excitamus, vt nobis veniat, atq; nos in eo
regnare mereamur. Cùm dicimus; Fiat voluntas 3. petitio.
tua ſicut in cœlo & in terra: nobis ab illo precamur
ipſam obedientiam, vt ſic in nobis fiat voluntas
eius, quemadmodùm fit in cæleſtibus ab angelis
eius. Cùm dicimus; Panem noſtrū quotidianum Quarta.
da nobis hodiè: per id quod dicitur, Hodiè, ſigni-
ficatur hoc tempore, vbi vel illam ſufficientiam
petimus, à parte quæ excellit; id eſt, nomine panis
totam ſignificantes, vel ſacramentum fidelium,
quod in hoc tempore neceſſarium eſt, non tamen
ad huius temporis, ſed ad illam æternam felicita-
tem aſſequendam. Cùm dicimus; Dimitte nobis Quinta.
debita noſtra, ſicut nos dimittimus debitoribus
noſtris: nos admonemus & quid petamus, & quid
faciamus, vt accipere mereamur. Cùm dicimus;
Nè nos inferas in tentationem: nos admonemus Sexta.
hoc petere, nè deſerti eius adiutorio, alicui tenta-
tioni vel conſentiamus decepti, vel cedamus af-
flicti. Cùm dicimus; Libera nos à malo: nos ad- Septima.
monemus cogitare, nondùm nos eſſe in eo bono,
vbi nullum patiemur malum. Et hoc quidem vl-
timum, quod in Dominica oratione poſitum eſt,
tam latè, tamq; euidēter & manifeſtè patet, vt ho-
mo Chriſtianus in qualibet tribulatione cōſtitu-
tus, in hoc gemitus edat, in hoc lachrymas fun-
dat, hinc exordiatur, in hoc immoretur, ad hoc
terminet orationem. His enim verbis res ipſas
memoriæ noſtræ commendari oportebat.

8. CAPITE duodecimo: Nam quanlibet alia Quæcunquē poſtulanda ſunt à Deo, oratione Dominica cōtinentur.
verba dicamus, quæ affectus orantis vel præceden-
do format vt clareat, vel cōſequendo attendit vt
creſcat, nihil aliud dicimus, quàm quod in iſta
Dominica oratione poſitum eſt, ſi rectè & con-
gruenter oramus. Quiſquis autem id dicit, quod
ad iſtam Euangelicam precem pertinere non poſ-
ſit, etiam ſi non non illicitè orat, carnaliter orat:
quod neſcio quemadmodùm non dicatur illici-
tè, quandoquidem ſpiritu renatos non niſi ſpiri-
taliter decet orare. Qui enim dicit, verbi gratia; Ad primā petionē cuiuſmodi preces referantur.
Clarificare in omnibus gentibus, ſicut clarificatus
es in nobis. Et; Prophetæ tui fideles inueniantur:
quid aliud dicit quàm; Sanctificetur nomen tu- Eccli 36.
um? Qui dicit, Deus virtutū conuerte nos, & oſten- Ad ſecundā.
de faciem tuam, & ſalui erimus: quid aliud dicit Pſal. 79.
quàm; Veniat regnum tuum? Qui dicit, Itinera Ad tertiam.
mea dirige ſecundùm verbū tuum, & nè domine- Pſal. 118.
tur mei omnis iniquitas: quid aliud dicit quàm;
Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra? Qui di-
cit; Paupertatem & diuitias nè dederis mihi: quid Ad quartam.
aliud dicit quàm; Panem noſtrū quotidianū da Prouer. 30.
nobis hodiè? Qui dicit; Memēto Domine Dauid & Ad quintam.
omnis Pſal. 131.

Digitized by Google

Pſal 7.

omnis manſuetudinis eius: aut; Domine, ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi retribuẽtibus mihi mala: quid aliud dicit quàm; Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Qui dicit; Aufer à me concupiſcentias ventris, & deſiderium concubitus nè apprahendat me: quid aliud dicit quàm; Nè nos inferas in tentationem? Qui dicit; Erue me de inimicis meis Deus, & ab inſurgentibus ſuper me libera me: quid aliud dicit quàm; Libera nos à malo? Et ſi per omnia precationum ſanctarum verba diſcurras, quantùm exiſtimo, nihil inuenies quod non iſta Dominica contineat & concludat oratio. Vndè liberum eſt, alijs atque alijs verbis, eadem tamen in orando dicere, ſed non debet eſſe liberum alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro noſtris, & pro alienis, atque pro ipſis inimicis ſine fluctu dubitationis oranda ſunt: quanuis alius pro iſto, alius pro illo, ſicut ſe habẽt propinquitates vel longinquitates neceſſitudinũ, in corde orantis oriatur aut excellat affectus. Qui autem dicit in oratione, verbi gratia: Domine, multiplica diuitias meas, aut da mihi tantas quantas illi vel illi dediſti, aut honores meos auge, aut fac me in hoc ſeculo præpotentem atq; clarentem, vel ſi quid huiuſmodi eſt; & hæc dicit, eorum habens concupiſcentiam, non id attendens, vt ex his ſecundùm Deum profit hominibus: puto eum non inuenire in oratione Dominica, quò poſſit hæc vota coaptare. Quamobrem pudeat ſaltẽ petere, quæ non pudet cupere: aut ſi & hoc pudet, ſed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur, vt etiam ab iſto cupiditatis malo liberet, cui dicimus, Libera nos à malo?

Ad ſextam. Eccli 23.

Ad ſeptimã. Pſal. 58.

Non ſunt alia poſtulanda. quanuis alijs atq; alijs verbis vti liceat.

9. CAPITE decimoquarto: Nonnullis impatientibus Dominus Deus quod petebant conceſſit iratus, ſicut contrà Apoſtolo negauit propitius. Nam legimus Iſraelitæ quid & quomodò rogauerint & acceperint; ſed expleta cõcupiſcentia, impatientia eſt grauiter caſtigata. Dedit & regem petentibus ſecundùm cor eorum, ſicut ſcriptum eſt, non ſecundùm cor ſuum. Dedit etiam quod diabolus poſtulauit, vt probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogantes & immundos ſpiritus, vt in multos ſues legio dæmonum mitteretur. Hæc ſcripta ſunt, nè fortè ſe quiſque magni pendat, ſi fuerit exauditus, cùm aliquid impatienter petit, quod non impetrare plùs profit: aut ſe abijciat, & de diuina erga ſe miſeratione deſperet, ſi non exaudiatur, cùm fortè aliquid petit, quo accipiẽdo affligatur atrociùs, vel à proſperitate corruptus penitùs euertatur. In talibus ergò, quid oremus ſicut oportet, neſcimus. Vndè ſi aliquid contrà, quàm oramus, acciderit, patienter ferendò, & in omnibus gratias agẽdo, hoc potiùs oportuiſſe, quod Dei, non quod noſtra voluntas habuit, minimè dubitare debemus. Nam & huiuſmodi exemplum præbuit nobis ille mediator, qui cùm dixiſſet: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, humanam in ſe voluntatem ex hominis ſuſceptione transformans, continuò ſubiecit; Verùm nõ quod ego volo, ſed quod tu vis pater. Vndè non immeritò per vnius obedientiã iuſti conſtituuntur multi.

Impetrare quod petitur nõ eſt ſemper ſalutare. Num. 11.

1.Reg.8.

Iob 1.& 2.

Luc.8.

Rom.8.

Matth.26.

Rom.5.

10. IDEM Auguſtinus ſermone quinto de verbis Domini capite quarto: Si vis habere iuſtitiam, eſto mendicus Dei, qui te paulò antè ex Euangelio vt peteres, quæreres, pulſares, monebat. Mendicum ſuum ſciebat, & eccè paterfamiliâs & magnus diues, diuitiarum ſcilicet ſpiritualium & æternarum, hortatur, & dicit tibi: Pete, quære, pulſa. Qui petit, accipit: quærẽs inuenit, pulſanti aperietur. Hortatur vt petas: negabit quod petis? Attende à cõtrario ſimilitudinem vel comparationem, ſicut de illo diuite iniquo, hortantem nos ad orationem; quando ait Dominus: Erat quidam iudex in ciuitate, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur. Quædam vidua interpellabat eum quotidiè, & dicebat; Vindica me. Et nolebat ille per multum tempus. Illa interpellare non deſinebat, & fecit tædio, quod nolebat beneficio. Sic enim à contrario nos admonuit vt petamus. Et capite quinto: Venit, inquit, ad amicum ſuum, cui hoſpes venerat; & cœpit pulſare & dicere: Hoſpes mihi venit, commoda mihi tres panes: reſpondit ille, Iam requieſco, & mecum ſerui mei requieſcunt. Ille non ceſſat, aſtat, inſtat, pulſat; & tanquàm amicus ab amico mendicat. Et quid ait? Dico vobis, quia ſurgit, & non propter amicitiam eius, ſed propter improbitatem dat illi quantos voluerit. Non propter amicitiam, quia amicus eius ſit, ſed propter improbitatem. Quid eſt, propter improbitatem? Quia pulſare non deſtitit: quia & cùm eſſet negatum, non ſe auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit. Quanto magìs dabit Deus bonus, qui nos hortatur vt petamus: cui diſplicet, ſi non petamus? Sed cùm aliquando tardiùs dat, commendat dona, nõ negat. Diù deſiderata, dulciùs obtinentur; citò autem data, vileſcunt. Pete, quære, inſta. Petendo & quærendo creſcis vt capias. Seruat tibi Deus quod non vult citò dare; vt & tu diſcas magna magnè deſiderare. Indè oportet ſemper orare, & non deficere. Item capite ſeptimo: Sed petitur & à nobis: mendici enim Dei ſumus: Vt agnoſcat ille mendicos ſuos, agnoſcamus nos noſtros.

Deus monet vt petamus. Matth. 7.

Luc.18.

Luc.11.

Cur differat dare nonnũquàm.

Sumus Dei mendici.

11. CYPRIANVS de oratione Dominica: Cùm Chriſtum habeamus apud Patrem aduocatum pro peccatis noſtris: quando peccatores pro delictis noſtris petimus, aduocati noſtri verba promamus. Nam cùm dicat, quia quodcunque petierimus à patre in nomine eius, dabit nobis: quanto efficaciùs impetramus, quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione? Sit autem orantibus ſermo & precatio cum diſciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare: placendum eſt diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis. Et poſt pauca: Qualia autem ſunt, fratres dilectiſſimi, orationis Dominicę ſacramenta: quàm multa, quàm magna, breuiter in ſermone collecta, ſed in virtute ſpiritaliter copioſa? vt nihil omninò prætermiſſum ſit, quod non in precibus atque orationibus noſtris cæleſtis doctrinæ compendio comprehendatur. Ibidèm: Nec verbis tantùm, ſed & factis Dominus orare nos docuit, ipſe orans frequenter & deprecans, & quid facere nos oporteret, exempli ſui conteſtatione demonſtrans, ſicut ſcriptum eſt: Ipſe autem fuit ſecedens in ſolitudinem, & adorans. Et iterùm: Exiuit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. Quòd ſi ille orabat qui ſine peccato erat, quãto magìs peccatores oportet orare? Et ſi ille per totam noctem iugiter vigilans continuis precibus orabat: quanto nos magìs in frequentanda oratione debemus nocte vigilare? Orabat autem Dominus, & rogabat non pro ſe: quid enim pro ſe innocens precaretur? ſed pro delictis noſtris, ſicut & ipſe declarat, cùm dicit ad Petrum: Eccè ſatanas expetiuit, vt vos vexaret quomodò triticum: ego autem rogaui pro te, nè deficiat fides tua. Et poſtmodùm pro omnibus patrem deprecatur, dicens: Non pro his autem rogo ſolis, ſed & pro illis qui credituri ſunt per verbum ipſorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Magna Domini propter ſalutem noſtram benignitas pariter & pietas, vt non contentus quòd nos ſanguine ſuo redimeret, adhuc pro nobis ampliùs & rogaret. Quando autem ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & ſecularis abſcedat, nec quicquam tunc animus, quàm id ſolum cogitet quod preca-

Quantã vim habeat apud Deum patrẽ oratio Dominica

Ioan.16.

Oratione Dominica omnia alia precationum genera comprehenduntur.

Exemplo ſuo ad orandum Saluator nos excitauit.

Mar.1. Luc.6.

Chriſtus non pro ſe, ſed pro nobis orabat. Luc.22.

Ioan.17.

Quàm attẽto animo incũbendum ſit orationi.

Digitized by Google

precatur. Ideò & ſacerdos ante orationem præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes, dicendo:

Surſùm corda.

Surſùm corda: vt dum reſpondet plebs, Habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud ſe quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduerſarium pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei, tempore orationis adire patiatur: obrepit enim frequenter & penetrat, & ſubtiliter fallens, preces noſtras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, & aliud in voce, quando intentione ſyncera Dominum debeat non vocis ſonus, ſed animus & ſenſus orare. Quæ autem ſegnitia eſt, alienari & rapi ineptis cogitationibus & prophanis, cùm Dominum deprecaris, quaſi ſit aliud quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loqueris? Quo modo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tuî cùm rogas, quãdo tu ipſe memor tuî non ſis? Hoc eſt, ab hoſte in totum non cauere: hoc eſt, quando oras Deum, maieſtatem Dei negligentia orationis offendere: hoc eſt, vigilare oculis & corde dormire, cùm debeat Chriſtianus, & cùm dormit oculis, corde vigilare: ſicut ſcriptũ eſt ex perſona Eccleſiæ loquentis in Cantico Canticorum: Ego dormio, & cor meũ vigilat. Quapropter ſolicitè & cautè Apoſtolus admonet, dicens: Inſtate orationi, vigilantes in ea: docens ſcilicet & oſtendens, eos impetrare quod poſtulant de Deo poſſe, quos Deus videat in oratione vigilare. Orantes autem, non infructuoſis, nec nudis precibus ad Deum veniant. inefficax petitio eſt, cùm precatur Deum ſterilis oratiò. Nam cùm omnis arbor non faciens fructum, excidatur & in ignem mittatur: vtiquè & ſermo non habens fructum, promereri Deum nõ poteſt, qui nulla eſt operatione fœcundus. Et ideò ſcriptura diuina inſtruit, dicens: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemoſynis redditurus eſt, hodiè quoquè ad orationem cum operatione venienti benignus auditor eſt. Sic deniquè Cornelius Centurio cùm oraret, meruit audiri: Fuit faciens multas eleemoſynas in plebem, & ſemper orans Deum: huic circa horam nonam oranti aſtitit angelus, teſtimonium reddens ſui operis, & dicens: Corneli, orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt ad memoriam coram Deo. Citò orationes ad Deum aſcendunt, quas ad Deum merita noſtri operis imponunt. Sic & Raphael angelus Tobię orãti ſemper, & ſemper operanti, teſtis fuit, dicens: Opera Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. Nam quando orabas tu & Sara, ego obtuli memoriam orationis veſtræ in conſpectum claritatis Dei.

Inuehitur in eos, qui ſub oratione peregrinantur animo. — Cant. 5. — Coloſſ. 4. — Orationi opera bona iungenda ſunt. Matth. 3. & 7. — Tob. 12. — Actor. 10. — Merita noſtri operis. — Tob. 12.

12. AMBROSIVS libro tertio de virginibus: Oratio quoquè nos Deo crebra commendet. Si enim Propheta dicit, Septies in die laudem dixi tibi: qui regni erat neceſſitatibus occupatus, quid nos facere oportet qui legimus, Vigilate & orate, nè intretis in tentationem? Certè ſolennes orationes cum gratiarum actione ſunt deferendæ, cùm è ſomno ſurgimus, cùm prodimus, cùm cibum paramus ſumere, cùm ſumpſerimus, & hora incenſi, cùm deniquè cubitum pergimus. Sed etiã in ipſo cubili volo pſalmos cum oratione Dominica frequenti contexas vice, vel cùm euigilaueris, vel antequàm corpus ſopor irriget, vt te in ipſo quietis exordio rerum ſecularium cura liberam, diuina meditantem ſomnus inueniat. Deniquè etiam ille philoſophiæ ipſius qui nomen inuenit, quotidiè priuſquàm cubitum iret, tibicinem iubebat molliora canere, vt anxia curis ſecularibus corda mulceret. Sed ille, ſicut is qui laterem lauat, ſecularia ſecularibus fruſtrà cupiebat abolere. Magis enim ſe oblinebat luto, qui remedium à voluptate quærebat. Nos autem terrenorum vitiorum colluuione deterſa, ab omni inquinamento carnis mentium interna

Oratio ſit frequens. — Pſal. 118. — Matth. 26. — Quibus horis quotidiè orãdum.

mundemus. Symbolum quoquè ſpecialiter debemus, tanquàm noſtri ſignaculum cordis, antelucanis horis quotidiè recenſere. Quò etiam, cùm horremus aliquid, animo recurrẽdum eſt. Quando enim ſine militiæ ſacramento miles in tentorio, bellator in prælio?

Symboli quotidiana recitatio.

13. IDEM in ſermone nonageſimotertio in natali ſanctorum martyrum Nazarij & Celſi, (qui alijs eſt nonageſimusſecundus:) Oratio quæ caſtitatis, iuſtitiæ, eleemoſynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat paradiſum, euolat vſque ad ipſum ſummæ maieſtatis, angelo conferente, conſpectum, ſicut quodam loco vox teſtatur angelica: Et cùm tu, inquit, orares, ego obtuli orationem tuã in conſpectu claritatis Dei. Beata anima, chariſſimi, cuius votum, cuius compunctionis incenſum, cuius ſupplicationis holocauſtum, nulla infidelitate fumidum, nullo carnalis illecebræ fœtore pollutum, nulla ſæuitia cruentum, nulla odij ſimultate maculatum, ſed fide igneum, conſcientia nitidum, ſinceritate cordis odoriferum, cõcordia & charitate perfectum, vſque ad Dei vultum per cæleſtium nunciorum defertur obſequia.

Vis orationis operibus bonis coniunctæ. — Tobiæ 12.

14. MATTHAEI vigeſimoſexto: Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.

15. MARCI decimotertio: Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit.

16. LVCAE decimooctauo: Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Etſi Deum non timeò, nec hominem reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, nè in nouiſſimo veniens ſugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem nõ faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum.

17. ET capite vndecimo: Quis veſtrũm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo quod ponam ante illum: & ille deintùs reſpondens, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis, etſi non dabit illi, ſurgens eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergò vos, cùm ſitis mali, nõſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

18. ITEM capite vigeſimoprimo: Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

19. ECCLESIASTICI decimooctauo: Non impediaris orare ſemper, & nè verèris vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum.

20. ET vigeſimoprimo: Fili, peccaſti? non adijcias iterùm: ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.

Digitized by Google

21. AD Romanos duodecimo: Orationi inſtantes.

22. AD Philippenſes quarto: Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

23. AD Coloſſenſes quarto: Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſteriũ Chriſti, (propter quod etiam vinctus ſum) vt manifeſtem illud ità, vt oportet me loqui.

24. PRIORIS Petri quarto: Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

25. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hęc eſt enim volũtas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

26. AD Epheſios ſexto: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis: & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelij.

27. PRIORIS ad Timotheum quinto: Quæ autem verè vidua eſt & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die

28. AD Hebræos quarto: Adeamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

29. IACOBI primo: Si quis autem veſtrũm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur. Non ergò æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

30. CAPITE quarto: Non habetis, propter quod non poſtulatis. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis.

31. ET capite quinto: Confitemini ergò alterutrùm peccata veſtra: & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & mẽſes ſex. Et rursùm orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.

32. MARCI vndecimo: Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduersùs aliquem: vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

33. MATTHAEI vigeſimoprimo: Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

34. ET capite decimooctauo: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis eſt. Et paulò pòſt: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nònne ergò &c.

35. LVCAE vndecimo: vt ſuprà teſtimonio decimoſeptimo, & in textu.

36. MATTHAEI ſeptimo: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei? Si ergò vos, cùm ſitis mali, nòſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter qui in cęlis eſt, dabit bona petentibus ſe?

37. IOANNIS decimoquarto: Et quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

38. ET capite decimoquinto: Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.

39. ITEM capite decimoſexto: Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vſque modò non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenum.

40. PRIMAE Ioannis tertio: Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprahenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ: & quicquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.

41. ET capite quinto: Et hæc eſt fiducia quam habemus ad eum: Quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quicquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo.

42. PSALMO quadrageſimonono: Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.

43. ET centeſimo quadrageſimoquarto: Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.

44. PROVERBIORVM decimoquinto: Longè eſt Dominus ab impijs, & orationes iuſtorum exaudiet.

45. SECVNDI Paralipomenon ſeptimo: Cõpleuitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ diſpoſuerat in corde ſuo vt faceret in domo Domini, & in domo ſua, & proſperatus eſt. Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij. Si clauſero cælum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locuſtæ vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum: conuerſus autẽ populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs ſuis peſſimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum. Oculi quoquè mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco iſto orauerit. Elegi enim, & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneãt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus, &c.

46. ECCLESIASTICI ſecundo: Reſpicite filij nationes hominum: & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt.

47. ET capite tertio: Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

48. ITEM capite trigeſimooctauo: Fili, in tua infirmitate nè deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te.

49. LEVITICI quarto: Adipem verò adolebit ſuprà, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino,

roga-

Digitized by Google

rogabitq́ pro eo, & dimittetur ei. Omnem quoq; adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur pro pacificis, cremabit ſuper altare incenſum Domini: rogabitq́ pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

50. ET capite quinto: Alterum verò in holocauſtum adolebit, vt fieri ſolet: rogabitq́ pro eo ſacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Ipſumq́ quod intulit damni reſtituet, quintam partem ponet ſuprà tradens ſacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

51. CAPITE ſexto: Qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro ſingulis quæ faciendo peccauit.

52. MATTHAEI ſeptimo, 53. LVCAE vndecimo, vt ſuprà teſtimonio trigeſimoſexto, & decimoſeptimo.

Oratio lumẽ eſt animæ.

54. CHRYSOSTOMVS libro primo de orando Deum: Quemadmodùm ſol lucem præbet corpori, ſic animæ lumen eſt precatio. Proindè ſi cæco damnoſum eſt, nõ intueri ſolem: quanto grauius damnum eſt homini Chriſtiano, ſi non aſſiduè deprecetur, neque Chriſti lucem orando in animum ſuum inducat? Iam verò quis non obſtupeſcat & admiretur tantam benignitatem ac beneuolentiam, quam in nos homines declarat Deus? qui mortalibus tantum honoris largiatur, vt dignos nos habuerit, qui cum ipſo colloquamur, noſtraq́ vota apud ipſum deponamus.

Colloqui cũ Deo.

Nam verè profectò cum Deo confabulamur, quotiès vacamus deprecationi: per quam ſimul & angelis copulamur, & ſocietatem, quam cum brutis animantibus habebamus, procùl effugere videmur. Angelorum enim opus eſt deprecatio, ſuperans interim etiam illorum dignitatem, ſi tamen maius eſt angelorum dignitate, colloquium miſcere cum Deo. Atquì quòd id ſublimius ſit, ipſi nos docent, multo quidem cum tremore vota ſua

Quomodò ad orationẽ accedendum.

offerentes, cæterùm nobis exemplum præbentes, vndè ſciamus ac diſcamus, quòd quiſquis Deum adit, multo cum gaudio, multóque rurſùm cum tremore id facere oporteat. Tremore quidem, dum metuimus, nè videamur indigni, qui Deum

Honor quo afficiuntur orantes.

precibus alloquamur: rurſùs gaudio repleamur, reputantes honoris magnitudinem, quòd Deus mortalium genus tanta ac tali ſua cura dignatus ſit, vt aſſiduè diuino colloquio frui liceat: per quod etiam illud aſſequimur, vt & mortales temporarij eſſe deſinamus, natura quidem mortales, ſed colloquio conuictuq́ quem agimus cum Deo, ad immortalem vitam tranſeuntes. Etenim ſi qui cum Cæſare miſcẽt ſermones, familiariterq́ cum eo verſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti, non poſſunt eſſe pauperes: multo minùs fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. Nam mors animæ eſt impietas, ac vita pugnans cum lege diuina. Ex quo conſequitur, animæ vitam eſſe Dei cultum, ac vitam eo cultu dignam. Porrò vitam piam, ac Dei cultu dignam, miris modis oratio conciliat, conciliatam auget, ac ceu theſaurum

Quantum cõferat ad vitã piam oratio.

recondit animis noſtris. Neque enim fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri, vt qui poſtulant à Deo pudicitiam, iuſtitiam, manſuetudinem ac benignitatem, non aſſequantur id quod petunt. Petite

Matth. 7.

enim, inquit Dominus, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Quiſquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pul-

Luc. 11.

ſanti aperietur. Et rurſùs alibì: Quis eſt, inquit, ex vobis, à quo ſi filius petat panem, det illi lapidem? aut ſi piſcem poſtulet ille, porrigat ei ſerpentem? Quòd ſi vos cùm ſitis mali, nôſtis bona munera dare filijs veſtris: quanto magìs pater veſter cæleſtis dabit ſpiritum ſanctum his qui nunc ab ipſo petunt? Talibus quidem dictis, ac tali ſpe prouocauit nos ad orandum vniuerſorum Dominus. Nos verò decet obtemperantes Deo, ſemper omnem vitam in laudibus Dei, precibusq́ tranſigere, maiore ſtudio curam agentes diuini cultus, quàm vitę noſtræ. Sic enim contigerit, ſemper viuere vitam homine dignam. Quiſquis enim non orat Deum, nec diuino colloquio cupit aſſiduè frui, is mortuus eſt, & vita carens, expersq́ ſanæ

Amens eſt, qui orare negligit.

mentis. Nam hoc ipſum euidentiſſimum eſt argumentum amentiæ, non intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare deprecandi ſtudium, nec hoc habere perſuaſum, quòd animę mors ſit, nõ prouolui ad Dei genua.

Morte triſtius eſt ab oratione arceri.

Quin inſupèr quòd oporteat quauis morte triſtius exiſtimare, ſi quis deprecatione priuetur, pulchrè nos docet Daniel ille propheta magnus, qui maluerit emori, quàm triduo duntaxàt arceri ab orando. Nec enim hoc ab eo exigebat rex Perſarum, vt impietatem ad-

Dan. 6.

mitteret: tantùm illud obſeruabat, ſi quis intra triduum quicquam petere deprehenderetur ab vllo deorum aut hominum, præterquàm ab ipſo. Sed propheta ne tantulum quidem temporis ſuſtinuit ab orando ceſſare: propterea quòd niſi Deus propẽſus ſit in nos, nihil omninò bonorum in animas noſtras venire poſſit: Dei verò propenſio ſimul adiuuat labores noſtros, hosq́ pulchrè ſubleuat, ſi conſpexerit nos amare precãdi ſtudium, ſi continenter orare Deum, ſi viderit expectantes omnia bona nobis illinc defluxura.

Iudiciũ Chryſoſtomi de ijs, qui precandi deſiderio non tenentur.

Itaque cùm video quempiam non amãtem orandi ſtudium, nec huius rei feruida vehementique cura teneri: continuò mihi palàm eſt, eum nihil egregiæ dotis in animo poſſidere. Rurſùs vbì quem conſpexero, inſatiabiliter adhærentem cultui diuino, idq́ in ſummis damnis numerantem, ſi non continenter orauerit, coniecto talem omnis virtutis firmum eſſe meditatorem, ac Dei templum.

De ijs qui amant orandi ſtudium.

Eccli 19.

Etenim ſi veſtitus hominis, ſi pedum inceſſus, ſi riſus dentium declarat qualis ſit, quemadmodùm ſapiens dixit Salomon: multo magìs deprecatio cultusq́ Dei, ſignum eſt totius iuſtitiæ, cùm ſit ornatus ſpiritualis ac diuinus, multam pulchritudinem ac decorem cõcilians mentibus noſtris, dum vniuſcuiuſque vitam componit, nec ſinit quicquam ſordidum aut abſurdum dominari noſtro animo, dum perſuadet revereri Deum, & honorem quem illi debemus præſtare, dum docet vniuerſam mali ſpiritus impoſturam reijcere, turpes & abſurdas cogitationes profligans: deniquè dum

Sancta ſuperbia ſeruorum Chriſti.

cuiuſq; mentem conſtabilit in contemptu voluptatũ. Nam hæc ſuperbia ſola decet eos qui Chriſtum venerantur, videlicet, nulli ſeruire turpitudini, ſed mentem ſeruare in libertate morúmque puritate. Arbitror itaq; cunctis eſſe manifeſtum,

Sine orationis præſidio impoſſibile eſt cum virtute degere.

quòd ſimpliciter impoſſibile ſit, abſque precationis præſidio cum virtute degere, cumq́ hac huius vitæ curſum peragere. Etenim quî fiat vt quis virtutem exerceat, niſi continenter adeat, & ſupplex ad genua accidat ei, qui virtutem omnem ſuppeditat ac largitur hominibus? Rurſùm quî fiat, vt aliquis concupiſcat eſſe temperatus ac iuſtus, niſi lubens cum eo conſuetudinem & colloquium habeat, qui cùm hęc, tum his etiam plura exigit à nobis?

Oratio peccatorum remedium eſt.

Quin & illud paucis demonſtrare volo, quòd etiam ſi nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit. Quid itaque maius aut diuinius obtingere poſſit, quàm deprecatio, cùm hanc animis ægrotantibus pharmacum quoddam eſſe liqueat? Et paulò pòſt: Iam verò quòd animam peccatis obnoxiam deprecatio fa-

Luc. 18.

cilè puram reddit, docet nos publicanus ille, qui petijt à Deo remiſſionẽ peccatorum, & impetra-

Matth. 8.

uit. Docet & leproſus, qui ſimul vt procidit ad pedes Dei, mundatus eſt. Quòd ſi Deus corpus morbo corruptum celeriter ſanauit: multò magìs animam, quæ morbo tenetur, humaniter ſanabit. Etenim quãto pretioſior eſt anima corpore, tanto magìs conſentaneum eſt, hanc Deo maiori curę futuram. Quanquàm innumera recenſeri poſſint

Digitized by Google

exempla tum vetera, tũ noua, ſi quis velit omnes enumerare, qui deprecationis beneficio ſeruati ſunt. Verùm aliquis forſitan ex eorum numero qui ſocordiæ ſegnitiæꝗ dediti nolunt attentè ac diligenter orare, perſuaſurus ſit, in hoc Deum illa verba dixiſſe: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt. Atquì ego ſi crederem ſolam precationem ad ſalutem noſtram ſufficere, non iniuria ſermonem hunc nobis obijceret aliquis. Nunc cùm profitear, deprecationem caput eſſe bonorum omnium, baſim ac radicem vitæ frugiferæ, non eſt quòd quiſquam illis verbis abutatur ad excuſationem ſuæ ſocordiæ. Neque enim ſola temperantia poteſt homini ſalutem adferre, ſi cætera deſint bona, neque cura pauperum, neꝗ benignitas, neque quicquam aliorũ quę cum virtute geruntur, ſed oportet vt omnia ſimul concurrant in animas noſtras. Cæterùm precatio, ceu radix & baſis omnibus cæteris ſubſternitur. Neque ſecùs àc nauẽ & domum, ea quæ ſubſtrata ſunt, valida reddunt, ac nè ſoluatur, continent: ità noſtram vitam orandi ſtudium & continet, & vbiquè firmam reddit, adeò vt abſque hoc nihil nobis boni poſſit contingere, neque quod ad ſalutem conducat. His de cauſis Paulus tanto ſtudio non ceſſat huc adhortari nos, dicens: Deprecationi inſtate, vigilantes in ea cum gratiarum actione. Atquì alibì iubet, vt citra intermiſſionem oremus, in omnibus gratias agentes: Hæc eſt enim, inquit, voluntas Dei. Ac rursùs alio in loco: Orate omni tẽpore in ſpiritu, in hoc ipſum vigilantes cum omni inſtantia & obſeruatione. Adeò multis ac diuinis vocibus ad orandum nos aſſiduè prouocat ille Apoſtolorum princeps. Decet igitur nos ab illo doctos, cum precatione vitæ curſum peragere, atque hac mentem aſſiduè rigare: Siquidem hoc omnes homines nõ minùs opùs habemus, quàm arbores aquarũ humore. Neque enim valent illæ fructus producere, niſì bibant humorem radicibus: neque nos precioſis pietatis fructibus poterimus eſſe grauidi, niſì precibus irrigemur. Quapropter oportet, & ſtratis relictis, diuino cultu præuenire Solis exortum, & cùm ad menſam accedimus, & cùm nos ad nocturnam quietem recipimus: Quin potiùs oportet ſingulis horis vnam precationem offerre Deo, vt orandi curſus, diei curſum æquet. Cæterùm hyberno tempore decet etiam noctis maximam partẽ precibus impẽdere, ac flexis genibus, multo cum tremore inſtare deprecationi, hoc ipſo nos beatos exiſtimantes, quòd Dei cultui vacamus. Dic mihi, qua fronte Solem intueberis, niſì priùs adoraueris, qui lumen illud dulciſſimum oculis tuis mittit? Quo pacto fruéris menſa, niſì priùs adoraueris eum, qui tibi tãtum bonorum largitur ac ſuppeditat? Qua ſpe trades teipſum nocturno tempori, qualibus cum inſomnijs putas tibi rem fore, niſì teipſum præmunieris orando, ſed incuſtoditus ad ſomnum acceſſeris? Nimirùm contemptibilem captuꝗ facilem teipſum præbebis ſceleratiſſimis ſpiritibus, qui continenter obambulãt, obſeruantes nos, vt ſi quem depræhenderint nudatum deprecationis præſidio, protinùs abripiant. Si nos conſpexerint deprecatione communitos, ilicò reſiliunt, non aliter quàm prædones ac facinoroſi, vbì conſpiciunt militis gladium in caput ſuum vibrari. Quòd ſi contingat aliquem eſſe nudum precationis præſidio, hic auulſus deportatur à dæmonibus, & in calamitates variaꝗ mala impellitur. Oportet igitur, vt hęc omnia metuentes, precibus & hymnis ſemper noſipſos circunuallemus, vt Deus omnium miſertus dignos efficiat regno cælorum per vnicum filium ſuum.

Matth. 7.
Sola oratio tametſi non ſufficiat ad ſalutem, eſt tamen bonorum omnium caput, & radix bonæ vitę

Coloſſ. 4.

1. Theſſ. 5.

Epheſ. 6.

Similitudo.

Quibus temporibus orãdum quotidiè.

Munit oratio aduerſùs ſpiritus malignos.

55. IDEM libro ſecundo de orãdo Deum, cùm multa ſummatim repetiuiſſet ex ſuperiori libro, inter alia ſic ait: Iam verò ſi quis dicat animæ neruos eſſe deprecationem, mea quidem ſententia videbitur verum dicere: nimirùm quemadmodùm corpus neruis cohæret, currit, viuit, ſtat, & compactum eſt, adeò, vt ſi neruos inciderís, vniuerſam corporis harmoniam diſſolueris: itidèm animę per ſanctas preces ſibi conſtant, & compinguntur, ac pietatis curſum facilè peragunt. Quòd ſi teipſum deſtitueris precatione, perindè feceris, àc ſi piſcem ex aquis extraxeris. Vt enim piſci vita eſt aqua, ità tibi deprecatio: per hanc datur velut ex aquis ſubuolare, cælumꝗ tranſcendere, ac proximum fieri. Itaque quæ hactenùs dicta ſunt, ſufficiunt ad declarandum, quanta ſit vis ſanctæ deprecationis. Sed fortaſſè præſtiterit, vt ad diuinas ſcripturas veniam, vt ex ipſius Chriſti verbis diſcamus opes, quas deprecatio comparat his, qui ſtudent per omnem vitam in ea verſari. Dicebat autem, inquit, eis etiam parabolam huc ſpectantem, quòd oporteat ſemper orare. Si is qui nunquàm cogitârat quicquam humanitatis cuiquam præſtare, ſubitò mutatus, miſertus eſt viduæ rogantis: quantam erga nos Dei ſolicitudinem è cælo deportabit deprecatio? Adhæc quantum valeat ac poſſit ſancta precatio, vel hinc cognoſcas licebit, ſi conſideres, quantum bonorum ſingulis diebus, ac ſingulis horis accipiant hi, qui iugiter Deo ſupplicant. Quem enim fugit, quòd ſolis, lunæ ſtellarumꝗ lumen, quòd cæli temperiem, ac variam alimentorum copiam, quòd opes, quòd vitam, deniquè quòd alia innumera bona cuncta ex æquo mortalibus largitur Deus, iuſtis pariter atque impijs, videlicet ob immenſam ſuam humanitatem, qua afficitur erga nos? Porrò ſi nec rogantes, nec poſtulantes, tanta quotidiè miſericordia proſequitur ac refocillat: quantis bonis probabile eſt fruituros eos, qui omnem vitam precibus & obſecrationibus vacârunt? Agè iam & illud exponamus vobis, quàm multis ſanctis datum ſit, deprecationis pręſidio ſeruare non ſolùm gentes & ciuitates, verumetiam orbem vniuerſum. Deprecatio incendij vim exercuit, leones mites reddidit, hoc quidem in Daniele, illud verò in tribus pueris, per quos nimirùm declaratum eſt omnibus, quòd quoſcunque depræhenderit in periculo cõſtitutos, facilè exurgentibus malis eripiat deprecatio, ſalutis cauſa, immortalitatis animæ conciliatrix, Eccleſiæ murus qui rumpi non poſſit, munimentum inconcuſſum, dæmonibus quidem formidabile, pijs verò, nimirùm nobis, ſalutiferum.

Animæ nerui oratio.

Simile.

Animæ vita oratio.

Luc. 18.

Multa largiri Deũ aſſiduè precantibus.

Matth. 5.

Orationis commendatio ab effectu

Dan. 3. & 6.

56. ITEM homilia quinta de incomprænhenſibili Dei natura contra Anomœos: Aptiſſima arma oratio eſt, theſaurus certè perpetuus, diuitiæ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquillitatis, deniquè author, parens, fons, & radix bonorum omnium & innumerabilium oratio eſt, atque etiam regia ipſa facultate potior & ſuperior. Et paulò pòſt: Vis orationis, vim ignis extinxit, impetum leonum cohibuit, bella compoſuit, prælia remouit, tempeſtates ſuſtulit, dæmonia expulit, cæli fores aperuit, vincula mortis diſrupit, languores eiecit, offenſas repreſſit, vrbes terræmotu nutantes firmauit, plagas cælitùs irruentes, inſidias hominum, mala deniquè omnia deleuit oratio. Orationem autem, vt iterùm dicam, non eam commendo, quæ fruſtrà in ore habeatur, ſed quæ ab imis animi prodeat. Vt enim arbores quæ radicem altiùs miſerint, quanuìs ſummum ventorum excipiant impetum, non frangi aut euelli poſſunt, cùm planta & firmiſſima ſtirpe innitantur: ſic orationes, quas animus de ſuo imo reddiderit, perquàm tutè affixæ, efferunt ſeſe in excelſum, nulloꝗ peruertuntur aggreſſu cogitationũ. Vndè Propheta inſignis ait: De profundis clamaui ad te Domine. Nihil penitùs nos dolore afficere poterit, ſi orationẽ intentam exquiſitamꝗ habeamus; quicquid enim acciderit, facilè per

Orationis laus eximia.

Pſal. 129.

oratio-

orationis facultatem repellemus. Nec mirum ſi caſus humanos tollere vires poſſunt orationis, quando & ipſam peccatorum naturā extinguunt, & compendio excidunt, ac delent.

Peccata extinguit oratio.

57. ET homilia ſeptuageſimaprima ad populum Antiochenum: At ſi fide quidem opùs eſt, quid eſt opùs ieiunio? quoniam & illud cum fide non modicam inducit fortitudinem: multam enim adfert diſciplinam, & angelum ex homine reddit, & cum incorporeis pugnat virtutibus, ſed non per ſe. opùs enim eſt & oratione, & oratione primò. Nam adſpice, quot ex ambobus bona naſcuntur. Orans enim, & vt oportet ieiunans, non multis eget: qui verò multis non eget, nunquàm fiet auarus, & ad eleemoſynam magis eſt aptus. Ieiunans, leuis eſt & alatus, & cum ſolertia orat, & improbas extinguit concupiſcentias, Deum placat, & inſurgentem animum humiliat. Proptereà & Apoſtoli ferè ſemper ieiunabant. Orans cum ieiunio, geminas habet alas, & ipſis quidem ventis leuiores: nec enim oſcitat, & diſtenditur, & orans langueſcit, quod multi patiuntur: ſed eſt igne vehementior, & terra ſuperior: & proptereà talis maximè dæmonibus eſt infeſtus & hoſtis. Nihil enim fortius homine legitimè orante. Nam ſi ſæuum principem quendam, qui neque Deum timebat, nec hominem reuerebatur, placare potuit mulier: multo magis Deum alliciet, qui ei iugiter aſſiſtit, vincit ventrem, & delicias eliminat.

Non ſola fide opùs eſt, ſed etiā ieiunio, ac præterea oratione.

Fructuoſa ieiunantis oratio.

Luc. 18.

58. ITEM homilia ſeptuageſimanona ad populum Antiochenum: Si beatus Dauid cùm eſſet rex, & innumeris immerſus curis, & vndiquè diſtractus, ſeptiès in die Dominum rogabat: quam nos veniam habuerimus & excuſationem, tātum habentes ocij, nec ipſi continuè ſupplicātes, & hæc cùm tantum lucri capere debeamus? Impoſſibile enim, impoſſibile, hominem congruo precantem ſtudio, Deóque continuè ſupplicantem, vnquàm peccare. Et paulò pòſt de Anna Samuelis matre loquens: Nónne poterat & ſine oratione Deus præbere? Nónne ſciebat & ante orationem mulieris deſiderium? Sed ſi ante petitionem dediſſet, non apparuiſſet mulieris ſtudium, non virtus fuiſſet manifeſta, non indè præmium poſſediſſet. Opùs eſt itaque, nos & menſam petentes, & deſiſtentes, Deo gratias agere. Ad hoc enim paratus, nunquàm in ebrietatem decidet aut inſolētiam, nunquàm crapula diſrumpetur: ſed orationis expectationem pro freno ſenſibus habens impoſitam, cum debita modeſtia ex omnibus appoſitis ſumet, & multa quidem animam, multa verò benedictione corpus implebit. Menſa nanque ab oratione ſumens initium, & in orationem deſinens, nunquàm deficiet: ſed fonte largiùs omnia nobis afferet bona. Nè tantum itaque prætermittamus emolumentum. Abſurdum eſt enim, ſeruos quidem noſtros, ſi quam appoſitorum partem à nobis accipiant, nobiſq; gratias agere, & cum benedictione recedere: nos autem tot bonis potiētes, nec tantum honoris Deo rependere. Proptereà nanque multa tam in communibus, quàm in priuatis rebus, præter ſententiam nobis eueniunt: quoniam nō circa ſpiritualia primùm, tum verò circa ſecularia ſtudiū exhibemus. Neque mihi quiſpiam dicat, quòd nequit homo ſecularis, affixus foro, continuè per diem orare, & ad eccleſiā concurrere: poteſt enim & quàm facilimè. Nam licèt in eccleſiam non ſit facile concurrere, illic ante fores conſtitutus, & affixus tribunali, poteſt orarè. Si mentem nanque mundā habeas ab immundis motibus, licèt in foro ſis, ſiue in via, ſiue in foro conſtitutus, ſiue in mari, ſiue in diuerſorio, ſiue in officina poſitus, ſiue ſis vbicunquè, Deo poteris inuocato petitionem obtinere. Et domi quidem orari poteſt: ſic autem vt in eccleſia, nō poteſt, vbi tanta patrum multitudo, vbi clamor ad Deum

Exēplo Dauid ad frequenter precandum incitamur.

Pſal. 118.

Oratio continet hominē à peccatis.

1. Reg. 1.

Oratio ante & poſt refectionem corporis.

Etiam extra eccleſiā orari poteſt, & quod petitur impetrari.

Cōmodiùs & fructuoſiùs oratur in eccleſia.

vnanimiter emittitur. Non ità Dominum per te ſolum orans, audiéris, vt cum fratribus tuis. Hîc enim maius aliquid eſt, putà vnanimitas & cōſonantia, charitatiſq; vinculum, & ſacerdotum orationes. Proptereà nanq; ſacerdotes præpoſiti ſunt, vt multitudinis orationes cùm ſint infirmiores, hiſce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cælum aſcendant. Si nanque Petrum Eccleſiæ adiuuit oratio, & illam ex carcere columnām eduxit, quomodò tu ipſius potentiā contemnis? Sicut enim charitatis virtus interuallo non arcetur, ità nec orationis efficacia: ſed ſicut illa inter ſe diſtantes coniungit, itidèm & hęc, & procùl poſitos plurimùm adiuuare poteſt. Et paulò pòſt: Bonum eſt igitur, ſanctorum oratione frui, ſed cùm & nos ſimus cooperatores: quod ſi nō adfuerit, nihil aliorum prodeſt auxiliū, verùm & cum illo perimus. Quid enim Iudæis profuit Ieremias? Nónne ter ad Deum acceſſit, & ter audiuit: Nè ores, neque petas pro populo iſto, quoniam te non exaudiam? Quid Sauli profuit Samuel ad vltimum vſque diem orans, & pro eo lugens? Quid autem & Iſraelitis profuit? Nónne dicebat, Mihi autē abſit peccare pro vobis orare ceſſanti? Nónne cuncti perierunt? Nam Deum audi dicentem per Prophetam: Si ſteterint Noë, Iob, & Daniel, non liberabunt filios ſuos & filias: quoniam inualuit eorum malitia. Quid ergò? Nihil proſunt orationes? Proſunt, & quàm plurimùm: ſed cùm nos quoquè cooperamur. Et ſi vis diſcere quantum contulerint, cogita mihi Cornelium, & Thabitam: audi quoquè Deum dicentem: Protegam ciuitatem iſtam propter me, & propter Dauid puerum meum. Sed quando? Tempore iuſti Ezechiæ. Alioquìn ſi malorum quoquè valebant preces, quare Nabuchodonoſor regi quoquè Deus hoc non dixit, ſed ciuitatem tradidit? quoniam inualuerat peccatum. Et hic ipſe rursùm Samuel pro Iſraëlitis orauit, & obtinuit: ſed quo tempore? Cùm & ipſi Deo grati fuerunt, tunc hoſtes in fugam verterunt. Et quid eſt, ait ille, mihi opùs alienis orationibus, cùm ego gratus ſim? Quid ais homo? Paulus non dixit, Mihi non eſt opùs oratione, licèt orantes eo digni non eſſent: immò nec ipſi pares, & tu dicis, Quid mihi opùs eſt oratione? Petrus non dixit, Quid mihi opùs eſt oratione? ait enim: Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo: & ſtatim liberauit eum ex vinculis: & tu dicis, Quid mihi eſt opùs oratione? Propter hoc & indiges, quoniam indigere non te credis. Nam ſi Deus noſtrum in orationibus torporem & negligentiam exquirat, & quòd in eius conſpectu poſiti, & orantes, neque tantum ei præbemus honorem, quantum dominis ſerui, quantum ducibus milites, quantum amicis amici: amicum enim alloquens, hoc cum attentione facis: Deo autem pro peccatis occurrens, pro totiſq; criminibus veniam petens, & rogans tibi remiſſionem fieri, torpes, & genibus tuis humì proſtratis, circa forum & domum mentem tuam vagari frequenter dimittis, ore tuo fruſtrà nugante & incaſsùm: nec hoc ſemel & bis, verùm & frequenter patimur. Si hoc tantùm exquirere Deus voluerit, nunquid veniam habebimus? nunquid excuſationem aſſequi poterimus?

Actor. 12.

Sanctorum orationes quibus potiſſimū proſint.

Ierem. 7.

1. Reg. 15.

1. Reg. 12.

Ezech. 14.

Quibus proſint.

Acto. 9. & 10.

4. Re. 19. & 20.

Eſaiæ 37.

4. Reg. 25.

1. Reg. 7.

In eos qui putant ſe nō indigere precibus aliorum.

Rom. 15.

Epheſ. 6.

Coloſſ. 4.

1. Theſſ. 5.

2. Theſſ. 3.

Heb. 13.

Actor. 12.

59. GREGORIVS homilia vigeſimaſeptima in euangelia: Si omne quod petimus in nomine filij, dat nobis pater: quid ergò eſt, quòd Paulus ter Dominum rogauit, & exaudiri non meruit, ſed dictum eſt illi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur? Nunquid ille tam egregius prædicator in filij nomine non petijt? Quare autem non accepit quod petijt? Quomodò ergò verum eſt, quia quicquid petierimus patrem in nomine filij, dat nobis pater, ſi auferri à ſe angelum ſatanæ petijt Apoſtolus in nomine filij, & tamen quod petijt, non accepit? Sed quia

Ioan. 16.

2. Cor. 12.

Digitized by Google

In nomine ſaluatoris qui petere dicantur.

nomen filij Ieſus eſt, Ieſus autem ſaluator vel etiam ſalutaris dicitur: ille ergò in nomine Saluatoris petit, qui illud petit, quod ad veram ſalutem pertinet. Nam ſi id, quod non expedit, petitur, non in nomine IESV petitur pater. Vndè & eiſdem Apoſtolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: Vſque modò non petiſtis quicquam in nomine meo. Ac ſi apertè diceretur: Non petiſtis in nomine Saluatoris, qui neſcitis quærere æternam ſalutem. Hinc eſt quòd & Paulus non exauditur: quia ſi liberaretur à tentatione, ei non prodeſſet ad ſalutem. Eccè vidimus fratres chariſſimi, quàm multi ad ſolennitatem martyris conueniſtis, genua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac confeſſionis emittitis, faciem lachrymis rigatis. Sed penſate, quæſo, petitiones veſtras: videte ſi in nomine Ieſu petitis, id eſt, ſi gaudia ſalutis æternæ poſtulatis. In domo enim Ieſu, Ieſum non quæritis, ſi in æternitatis templo importunè pro temporalibus oratis. Eccè alius in oratione quęrit vxorem, alius petit villam, alius poſtulat veſtē, alius dari ſibi deprecatur alimentum. Et quidem cùm hæc deſunt, ab omnipotente Deo petenda ſunt. Sed meminiſſe continuò debemus, quod ex mandato eiuſdem noſtri redemptoris accepimus: Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et hęc itaque à Ieſu petere, non eſt errare: ſi tamen non nimìs petantur. Sed adhuc, quod eſt grauius, alius poſtulat mortem inimici, eumq́ quem gladio non poteſt perſequi, perſequitur oratione. Et viuit adhuc qui maledicitur, & tamen is qui maledicit, iam de morte illius reus tenetur. Iubet autem Deus vt diligatur inimicus, & tamen rogatur Deus vt occidat inimicum. Quiſquis itaque ſic orat, in ipſis ſuis precibus contra conditorem pugnat. Vndè & ſub Iudæ ſpecie dicitur: Fiat oratio eius in peccatum. Oratio autem in peccatum eſt, illa petere quæ prohibet ipſe qui petitur. Hinc veritas dicit: Cùm ſtatis ad orandum, remittite ſi quid habetis in cordibus veſtris. Quā virtutem remiſſionis apertiùs oſtēdimus, ſi vnum teſtimonium teſtamenti veteris proferamus. Certè cùm Iudæa conditoris ſui iuſtitiam culpis exigentibus offendiſſet, prophetam ſuum ab oratione Dominus prohibet, dicens: Non aſſumas laudem & orationem pro eis. Si Moyſes & Samuel ſteterint coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Quid eſt, quòd intermiſſis relictiſque tot patribus, ſoli Moyſes & Samuel ad medium deducuntur: quorum mira obtinendi virtus oſtenditur, dum nec ipſi poſſe intercedere dicuntur? Ac ſi apertè Dominus dicat: Nec illos audio, quos propter magnum petitionis ſuæ meritum minimè contemno. Quid eſt ergò, quòd Moyſes & Samuel cæteris patribus in poſtulatione præferuntur: niſi quòd hi duo tantummodò in cuncta Teſtamenti veteris ſerie etiam pro inimicis ſuis leguntur exoraſſe? Vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Dominum deprecatur. Alter ex principatu eijcitur, & tamen petitus vt exoraret, fatetur dicens: Abſit à me hoc peccatum in Domino, quo minùs ceſſem orare pro vobis. Si Moyſes & Samuel ſteterint coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Ac ſi apertè dicat: Nec illos modò pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito, orare etiam pro inimicis ſcio. Virtus ergò veræ orationis, eſt celſitudo charitatis. Et tunc quiſque quod rectè petit, adipiſcitur, cùm eius animus in petitione, nec inimici odio fuſcatur.

Ioan. 16. — 2. Cor. 12. — Temporalia quomodò petenda ſint. — Matth. 6. — Poſtulantes inimicorum mortem. — Matth. 5. — Pſal. 108. — Marc. 11. — Hiere. 15. — Orationes Moyſis & Samuelis cur magis efficaces. — Exod. 17. — 1. Reg. 12.

59. IDEM in pſalmum ſextum pœnitētialem: Vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci. Ideò tibi dicit: Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Eſto ergò ſedulus in oratione, eſto in precibus importunus: caue nè ab oratione deficias. Si diſſimulat audire quem rogas, eſto raptor, vt regnum cælorum accipias: eſto violentus, vt vim etiam ipſis inferas cælis. Quid hac rapina locupletius? quid hac glorioſius violentia? Bona violentia, qua Deus non offenditur, ſed placatur: proximus non læditur, ſed iuuatur: peccatum minuitur, non multiplicatur. Bona inquam violentia, qua non quæritur lucrum citò periturum, ſed regnum acquiritur ſine fine manſurum.

Matth. 11. Perſeuerātis oratiōis Deo grata eſt.

IX.

Quibus exemplis vim Orationis & fructum colligemus?

A. IACOBVS Apoſtolus, vt orationis virtutem explicaret exemplo, ità ſcripſit: [a] *Elias homo erat ſimilis nobis, paßibilis: & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rursùm orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.* Pluribus exemplis Auguſtinus [b] rem eandem comprobat: Orante [c] Moyſe & [d] Samuele, vincuntur à Iudęis hoſtes Amalechitę atque Philiſthęi. Orans Hieremias [e] confortatur in carcere. Orans [f] Daniel inter leones exultat. Orantes [g] tres pueri in fornace tripudiant. Orans [h] de cruce Latro inuenit paradiſum. Suſanna [i] per orationem inter ſenes falsò accuſantes defenditur. [k] Stephanus orans, in cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.

a Iacob. 5. d 3. Reg. 17. a d & 18. f g Luc. 4. d Eccli 48. a
b Auguſt. ſerm. 22. ad fratres in eremo.
c Exod. 17. c d Iudith 4 c d
d 1. Reg 7. c d
e Hiere. 32. c d f
f Daniel. 6. c f
g Daniel. 3. c e
h Lucæ 23. f
i Daniel. 13. e
k Acto. 7. g Hieron. contra Vigilantium cap. 3. Auguſt. ſerm. 1. & 4. de ſanctis.

B. Quibus [l] exemplis non modò fructus Orationis oſtenditur, ſed etiam precandi ſtudium ac ſedulitas nobis commendatur. Quare Scriptura quoquè Apoſtolica cohortatur: [m] *Sine intermißione orate, in omnibus gratias agite.* Et rursùs: [n] *Orate pro inuicèm vt ſaluemini: multùm enim valet deprecatio iuſti aßidua.* Item, *Hæc* [o] *eſt fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.* Præterea: [p] *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita.*

l Gen. 25. c Exo. 8. c g 9. g 10. e 14. c d 32. e f Nū. 11. a 12. d 14. c 16. c e g 21. b 1. Reg. 1. b d 12. c 4. Reg. 19. c g 20. a 2. Para. 20. a c e 33. c 1. Eſd. 8. e Tob. 3. a b d Iudit. 9. a d 13. a Pſal. 17. a 119. a Ion. 2. a 1. Mach. 3. f 4. a b Act. 12. a
m 1. Theſſ. 5. c
n Iacob. 5. d
o 1. Ioan. 5. c
p 1. Ioan. 5. d

TESTIMONIA.

1. A. IACOBI quinto: Orate pro inuicèm vt ſaluemini: multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua.

Digitized by Google

aſſidua. Elias homo erat ſimilis nobis, paſſibilis: &c. vt in textu.

2. TERTII Regum decimoſeptimo: Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto: ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba. Ibidèm: Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intrà eum, & reuixit.

3. ET capite decimooctauo: Et accedens Elias propheta, ait: Domine Deus Abraham &c. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum. Et paulò pòſt: Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. Aſcendit Achab vt comederet & biberet. Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, & dixit ad puerum ſuum: Aſcende, & proſpice contra mare. Qui cùm aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait: Non eſt quicquam. Et rursùm ait illi: Reuertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice, eccè nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait: Aſcende, & dic Achab: Iunge currum tuum, & deſcende, nè occupet te pluuia. Cumq; ſe verteret huc atque illuc, eccè cæli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis.

4. LVCAE quarto: In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum annis tribus & menſibus ſex, cùm facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

5. ECCLESIASTICI quadrageſimooctauo: Et ſurrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia ſua, pauci facti ſunt. Non enim poterant ſuſtinere præcepta Domini. Verbo Domini continuit cælum, & deiecit à ſe ignem terræ. ſic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?

6. AVGVSTINVS ſermone vigeſimoſecundo ad fratres in eremo: Valdè ſeruis Dei & ſolitarijs eſt nececeſſaria ipſa oratio, per quam Deus placatur, per quam Deus ad nos inclinatur. Adorauerat enim populus Iudaicus vitulum conflatilem, & ait Dominus Moyſi: Dimitte vt iraſcatur furor meus contra eos. cui Moyſes: Quæſo, ô Domine, quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper malitiam populi tui. Et eccè placatus eſt Dominus. O quàm grandis eſt ipſius orationis cauſa, ô quàm grande myſterium. Eccè Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalech deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paulus, & Doctor gentium, & prædicator orbis terræ. Et poſt pauca: Nec in oratione locutio tantum quæritur, quantum ſenſus. Eccè enim Hieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Iob in ſterquilinio nudus triumphat, paradiſum de cruce latro inuenit, Suſanna inter ſenes defenditur, Stephanus de torrente in cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur. Non eſt igitur locus in quo orare non debeamus, quia Deus vbiquè eſt, vbiquè nos exaudire dignatur. Orate igitur ſemper, & in omni loco, vt ſaluemini. Non ſolùm vnuſquiſque pro ſe, ſed pro omnibus orare debemus. Nam vt ait pater Ambroſius, Si pro te tantùm rogaueris, ſolùm tuum meritum poſſidebis: ſed ſi pro omnibus rogaueris, omnes pro te rogabunt. Oratio ſancta, columna ſanctarum virtutum, Deitatis ſcala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, coniugatarum leuamen. Beatus qui te amat, beatior qui te frequentat. Beatus qui te adſtringit; ſed beatior qui in te perſeuerat. Beatus qui tecum lachrymas fundit, quoniam holocauſtum ſanctum Deo & immaculatum offerre non dubitamus.

Orationis vis per exempla oſtenditur. Exod. 32. — Exod. 17. — 4. Reg. 20. — Actor. 7. 9. — Hiere. 30. — Dan. 3. & 6. — Iob 2. — Lucæ 23. — Daniel. 13. — Actor. 7. — Orationis laus.

7. EXODI decimoſeptimo: Venit autẽ Amalec, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim. Dixitq; Moyſes ad Ioſue: Elige viros: & egreſſus, pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Ioſue, vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec: Moyſes autem & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumq; leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis. Fugauitq; Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo.

8. IVDITH quarto: Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſrael, allocutusq; eſt eos, dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. ſic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeuerauerìtis in hoc opere quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini ità, vt etiam hi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti cilicijs, offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

9. PRIMI Regum ſeptimo: Dixit autẽ Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphath, vt orem pro vobis Dominum. Et conuenerunt in Maſphath: hauſeruntq; aquã, & effuderũt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitq; Samuel filios Iſrael in Maſphath. Et audierunt Philiſthijm quòd congregati eſſent filij Iſrael in Maſphath, & aſcenderunt Satrapæ Philiſthinorum ad Iſrael. Quod cùm audiſſent filij Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem: Nè ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtũ integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. Factum eſt autem cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſthijm iniêre prælium contra Iſrael: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Egreſſiq; viri Iſrael de Maſphath, perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum qui erat ſubter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;, Hucuſquè auxiliatus eſt nobis Dominus. Et humiliati ſunt Philiſthijm, nec appoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis.

10. HIEREMIAE trigeſimoſecundo: Tunc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauſerat

Digitized by Google

enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus, Eccè ego dabo ciuitatem iſtam in manu regis Babylonis, & capiet eã? Et paulò pòſt: Et oraui ad Dominum poſtquàm tradidi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens: Heu, heu, heu Domine Deus: eccè tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum, &c. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens: Eccè ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: nunquìd mihi difficile erit omne verbum? Properteà hæc dicit Dominus &c. Et nunc propter iſta hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis, quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte: Eccè ego congregabo eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, &c.

11. DANIELIS ſexto: Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contrà Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturq́ coram Deo ſuo, ſicut & antè facere conſueuerat. Viri ergò illi curioſiùs inquirentes, &c. Et Daniel regi reſpondens, ait: Rex, in æternum viue. Deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me: ſed & coram te, rex, delictum non feci. Tunc vehementer rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danielem præcepit educi de lacu, eductusq́ eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo.

12. ET capite tertio: Viri autem hi tres, id eſt, Sidrach, Miſach & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino. Stans autem Azarias, orauit ſic, aperiénsque os ſuum in medio ignis, ait: Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula, &c. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore, &c.

13. LVCAE vigeſimotertio: Dicebat ad Ieſum: Domine, memento meî cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, Hodiè mecum eris in paradiſo.

14. DANIELIS decimotertio: Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui nôſti omnia antequàm fiant, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & eccè morior, cùm nihil horum fecerim quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduersùm me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius, &c.

15. ACTORVM ſeptimo: Cùm autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, nè ſtatuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormiuit.

16. HIERONYMVS aduersùs Vigilantium capite tertio: Si Apoſtoli & martyres, adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti: quanto
magìs poſt coronas, victorias & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorũ impetrat à Deo veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur: & poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquàm reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro ijs, qui in toto orbe ad ſuum euangelium crediderunt, mutire non poterit?

Efficacia orationis ſanctorum. Exod. 32. Actor. 7. Actor. 27.

17. AVGVSTINVS ſermone primo de ſanctis, qui eſt etiam primus de ſancto Stephano, capite tertio: Olim quidẽ debui perdere te, ſed Stephanus meus orauit pro te. Saule Saule, quid me perſequeris? Sed quia inſanis contra nomen meum, ego te faciam ſeruum meum. Et proſequitur capite quarto: O Saule lupe rapax, comediſti: expecta paululùm, & digeres. Dicam planè, eliſus eſt filius perditionis, & erectus eſt vas electionis. Nam ſi ſanctus Stephanus ſic non oràſſet, Eccleſia Paulũ nõ haberet. Sed ideò erectus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt Stephanus. Sic ergò exauditus eſt ſanctus Stephanus, vt eius orationibus deleretur peccatum quod commiſerat Saulus. Commendemus ergò nos orationibus eius. Multo magìs enim nunc exaudietur pro veneratoribus ſuis, qui ſic exauditus eſt tunc pro lapidatoribus ſuis.

Actor. 7. Niſi Stephanus oràſſet, Eccleſia Paulum non haberet.

18. ET ſermone quarto de ſanctis, ſiue de ſancto Stephano, capite tertio: Illi lapides mittebant, ille orationes præmittebat: tanquàm dicens; Domine, ſi iſtos modò occíderis inimicos, quos poſteà facies amicos? Deincèps capite quarto: Deniquè fratres, vt noueritis quantũ valuerit oratio ſancti martyris Stephani, recurrite nobiſcum ad illum adoleſcentem nomine Saulum. Qui, cùm ſanctus Stephanus lapidaretur, omnium veſtimenta ſeruabat, & tanquàm manibus omnium lapidabat. Eliſus eſt filius perditionis, erectus eſt vas electionis. Eliſus eſt Saulus, erectus eſt Paulus. Nam ſi martyr Stephanus nõ ſic oràſſet, Eccleſia Paulum hodiè non haberet. Sed ideò de terrà erectus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt Stephanus.

Actor. 7.

1. B. GENESIS vigeſimoquinto: Deprecatusq́ eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

2. EXODI octauo: Egreſſiq́ ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominũ pro ſponſione ranarũ, quam condixerat Pharaoni. Fecitq́ Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. Egreſsúſque Moyſes à Pharaone, orauit Dominum: Qui fecit iuxta verbum illius, & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius: non ſuperfuit ne vna quidem.

3. ET capite nono: Egreſſusq́ Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum, & ceſſauerunt tonitrua & grando, nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram.

4. ITEM capite decimo: Egreſſusq́ eſt Moyſes de conſpectu Pharaonis, & orauit Dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in mare rubrum: non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti.

5. CAPITE decimoquarto: Dixitq́ Dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Iſrael vt proficiſcantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Iſrael in medio mari per ſiccum. Cúmque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum: diuiſáque eſt aqua. Et ingreſſi

ſunt

Digitized by Google

ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læua.

6. CAPITE trigeſimoſecundo: Rurſumq́ ait Dominus ad Moyſen: Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciamq́ te in gentem magnam. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens: Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? Nè, quæſo, dicant Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum: quibus iurâſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper. Placatúsque eſt Dominus nè faceret malum quod locutus fuerat aduerſùs populum ſuum. Et paulopòſt: Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum: Peccâſtis peccatum maximum: aſcendam ad Dominum, ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro. Reuerſúsque ad Dominum, ait: Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntq́ ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cui reſpondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi. angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit ergò Dominus populũ pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

7. NVMERORVM vndecimo: Intereà ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audîſſet Dominus, iratus eſt. Et accenſus in eos ignis Domini, deuorauit extremam caſtrorum partem. Cumq́ clamâſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſorptus eſt ignis.

8. CAPITE duodecimo: Clamauitq́ Moyſes ad Dominum, dicens: Deus, obſecro, ſana eam. Cui reſpondit Dominus: Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſteà reuocabitur. Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo, donèc reuocata eſt Maria.

9. CAPITE decimoquarto: Et dixit Dominus ad Moyſen: Vſquequò detrahet mihi populus iſte? Quouſquè non credet mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſumam: te autem faciam principem ſuper gentem magnam & fortiorem quàm hæc eſt. Et ait Moyſes ad Dominum: Vt audiant Aegyptij, de quorum medio eduxiſti populum iſtum &c. Dimitte, obſecro, peccatum populi tui huius ſecundùm magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de Aegypto vſque ad locum iſtum. Dixitq́ Dominus: Dimiſi iuxta verbum tuum. Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra &c.

10. CAPITE decimoſexto: Iratuſq́ Moyſes valdè, ait ad Dominum: Nè reſpicias ſacrificia eorum: tu ſcis quòd nec aſellum quidem vnquàm acceperim ab eis, nec afflixerim quempiã eorum. Et paulopòſt: Confeſtìm igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum: deſcenderuntq́ viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Ibidèm: Cumq́ iacerent in terra, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulũ, & hauſto igne de altari, mitte incenſum deſupèr, pergens citò ad populum, vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Quod cùm feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediã multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama: & ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.

11. CAPITE vigeſimoprimo: Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti ſumus contra Dominum & te: ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauitq́ Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus adſpexerit eum, viuet.

12. PRIMI Regũ primo: Cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, & votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionẽ famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederis ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula nõ aſcendet ſuper caput eius. Et paulopòſt: Reſpondens Anna, Nequaquàm, inquit, Domine mi: nam mulier infelix nimìs ego ſum, vinumq́ & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini. Nè reputes ancillam tuam quaſi vnã de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei locuta ſum vſque in præſens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſrael det tibi petitionem tuã, quam rogâſti eum. At illa dixit: Vtinàm inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis. Et abijt mulier in viã ſuã, & comedit, vultuſq́ illius nõ ſunt ampliùs in diuerſa mutati.

13. CAPITE duodecimo: Nunquìd non meſſis tritici eſt hodiè? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & ſcietis & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias in illa die.

14. QVARTI Regum decimonono: Itaq́ cùm accepiſſet Ezechias literas de manu nunciorum, & legiſſet eas: aſcendit in domũ Domini, & expandit eas coram Domino: & orauit in cõſpectu eius, dicens: Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feciſti cælum & terram &c. Factum eſt igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centũ octogintaquinque millia. Cúmque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum. Eadem habentur Iſaiæ trigeſimoſeptimo.

15. CAPITE vigeſimo: In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: & venit ad eum Iſaias filius Amos, propheta, dixitq́ ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, dicens: Obſecro Domine, memento quæſo quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitũ eſt coram te, fecerim. Fleuit itaq́ Ezechias fletu magno, & antequàm egrederetur Iſaias mediam partem atrij, factus eſt ſermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam: & eccè, ſanaui te, die tertiò aſcendes templũ Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: ſed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te & ciuitatem hanc, & protegam vrbem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Eadem habentur Iſaiæ trigeſimooctauo.

16. SECVNDI Paralipomenon vigeſimo: Poſt hæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Ioſaphat, vt pugnarent

gnarent contra eum. Ioſaphat autem timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda. Congregatuſq; eſt Iudas ad deprecandum Dominum: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum. Cumq; ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudæ & Ieruſalem, in domo Domini ante atrium nouum, ait: Domine Deus &c. Deus noſter, ergò non iudicabis eos? In nobis quidẽ non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Omnis verò Iuda ſtabat coram Domino cum paruulis & vxoribus & liberis ſuis. cumq; cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egreſſi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt. Nanque filij Ammon & Moab conſurrexerunt aduersùm habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos: cumq; hoc opere perpetràſſent, etiam in ſemetipſos verſi, mutuis concidêre vulneribus.

17. CAPITE trigeſimotertio: Igitur Manaſſes ſeduxit Iudam & habitatores Ieruſalem, vt facerent malum ſuper omnes gentes, quas ſubuerterat Dominus à facie filiorum Iſrael. Locutuſq; eſt Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcircò ſuperinduxit eis principes exercitus regis Aſſyriorum: ceperuntq; Manaſſen, & vinctum catenis atque compedibus, duxerunt in Babylonem. Qui poſtquàm coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum: & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum ſuorum. Deprecatuſq; eſt eum, & obſecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum Ieruſalem in regnum ſuum: & cognouit Manaſſes quòd Dominus ipſe eſt Deus.

18. PRIMI Eſdræ octauo: Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum pro hoc: & euenit nobis proſperè.

19. TOBIAE tertio: Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens: Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia & veritas & iudicium. Et nunc Domine memor eſto mei, & nè vindictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum, &c. Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis patris ſui: Nunquid & occidere me vis, ſicut iam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ: & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: ſed in oratione perſiſtens cum lachrymis, deprecabatur Deum, vt ab iſto improperio liberaret eam. Factum eſt autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum, &c. In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi Dei: & miſſus eſt angelus Domini ſanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore ſunt orationes in conſpectu Domini recitatæ.

20. IVDITH nono: Quibus aſcendentibus, Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens: Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem, &c. Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

21. CAPITE decimotertio: Stetitq; Iudith ante lectum, orans cum lachrymis & labiorum motu in ſilentio, dicens: Confirma me Domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuũ mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas: & hoc, quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiam. Et cùm hęc dixiſſet, acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Cúmque euaginâſſet illum, appræhendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. & percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius, & abſtulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum.

22. PSALMO decimoſeptimo: In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui: Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu eius, introiuit in aures eius.

23. ET centeſimo decimonono: Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui, & exaudiuit me.

24. IONAE ſecundo: Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum: & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui, reddam pro ſalute Domino. Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.

25. PRIMI Machabæorum tertio: Et elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis: & miſit cum eis quadraginta millia virorum, & ſeptem millia equitum: vt venirent in terram Iuda, & diſperderent eam ſecundùm verbum regis. Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute ſua, & venerunt, & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri. Et audièrunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valdè, & pueros: & venerunt in caſtra, vt acciperent filios Iſrael in ſeruos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigenarum. Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorum, & cognouerunt verba regis quæ mandauit populo facere in interitum & conſummationem: & dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, Erigamus deiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro & ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium: & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes. Et Ieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & ſanctum conculcabatur: & filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium: & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt veſtimenta ſua, &c.

26. CAPITE quarto: Et cùm dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantùm: qui tegumenta & gladios non habebant: & viderunt caſtra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas viris qui ſecum erant: Nè timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum nè formidetis. Mementote qualiter

qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cùm ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cælum: & miſerebitur noſtri Dominus,& memor erit teſtamenti patrum noſtrorum,& conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodiè: & ſcient omnes Gentes, quia eſt qui redimat & liberet Iſrael. Et eleuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes exaduersò. Et exiêrunt de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. Et congreſſi ſunt: & contritæ ſunt gentes, & fugerunt in campum. Nouiſſimi autem omnes ceciderunt in gladio ,& perſecuti ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos Idumeæ,& Azoti,& Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria millia virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum. Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum ſexaginta millia & equitum quinque millia, vt debellarent eos. Et venerũt in Iudæam,& caſtra poſuerunt in Bethoron, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. Et viderunt exercitum fortem,& orauit, & dixit: Benedictus es ſaluator Iſrael, qui contriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul & armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael, & confundatur in exercitu ſuo & equitibus.Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione ſua. Deijce illos gladio diligentium te,& collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum, in hymnis. Et commiſerunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum.

27. ACTORVM duodecimo: Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Et eccè angelus Dòmini adſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq́ latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius &c.

28. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto, 29. IACOBI quinto, 30. PRIMAE Ioannis quinto, vt in textu.

DE ELEEMOSYNA ET OPERIBVS MISERICORDIÆ.

X.

Quid eſt Eleemoſyna?

EST beneficium ſeu munus, quo alterius miſeriæ ex noſtro commiſerationis affectu ſubuenitur. Quò ſpectat id, quod apud Tobiam Raphael Angelus teſtatur: [a] *Bona eſt oratio cum Ieiunio & Eleemoſyna:* Vt intelligamus, ſicut [b] Cyprianus admonet, orationes noſtras ac Ieiunia minùs poſſe, niſi Eleemoſynis adiuuentur. Bona miſericordia, inquit [c] Ambroſius, quæ & ipſa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat Chriſtianam animam, quàm miſericordia. Sic ille: [d] *Eſtote ergò miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Ità Chriſtus Saluator & [e] Samaritanus noſter, omni gratia & miſericordia plenus, qui [f] pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.

Vide Chryſoſt. homil. 13 in 2. Cor. & Aug. ſerm. 30. de verbis Domini. c. 3.

a Tob. 12. b

b De Opere & Eleemoſynis. Item Petr. Chryſolog. ſer. 43. Leo ſer. 3. de ieiun. Penteco. Oſeæ 6. c Matth. 9. b 12. a Prou. 21. a Philip. 4. d Hebr. 13. c

c Lib. 1. Offic. c. 11. Chryſ. homil. 36. ad pop. Antioch. Auguſt. ſer. 76. de temp. & hom. 39. ex 50. Leo ſer. 5. & 10. de quadrag. Greg. Nyſſen. de beatitud.

d Luc. 6. d Pſal. 32 a 118. b 144. bc

e Lucæ 10. f

f Actor. 10. f

TESTIMONIA.

1. CHRYSOSTOMVS homilia decimatertia in poſteriorem epiſtolam ad Corinthios: Eleemoſyna eſt, non dare opes, ſed cum miſericordia illas dare.

2. AVGVSTINVS ſermone trigeſimo de verbis Domini, capite tertio: Quid eſt, facite eleemoſynam? Facite miſericordiam. Quid eſt, facere miſericordiam? Si intelligis, à te incipe. Quomodò enim es miſericors alteri, ſi crudelis ſis tibi? Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Facite veram eleemoſynam. Quid eſt vera eleemoſyna? Miſericordia. (Luc. 11.)

3. TOBIAE duodecimo: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna magis, quàm theſauros auri recondere. Secundùm Septuaginta verò: Bonum eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna & iuſtitia. Bonum parùm cum iuſtitia, quàm multum cum iniuſtitia. Bonum, facere eleemoſynã: quàm theſaurizare aurum.

4. CYPRIANVS de opere & eleemoſynis: Raphael quoquè angelus paria teſtatur, & vt eleemoſyna libenter ac largiter fiat, hortatur, dicens: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna: quia (Tob. 12.) eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Oſtendit orationes noſtras ac ieiunia minùs poſſe, niſi eleemoſynis adiuuentur. Deprecationes ſolas parùm ad impetrandum valere, niſi factorum & operum acceſſione farciantur. Reuelat angelus & manifeſtat, & firmat eleemoſynis petitiones noſtras efficaces fieri, eleemoſynis vitam de periculis redimi, eleemoſynis à morte animas liberari.

Orationi & ieiunio eleemoſynę iungendæ ſunt.

5. PETRVS Chryſologus ſermone quadrageſimotertio, vt ſuprà quæſtione tertia de bonis operibus, A. teſtimonio primo.

6. LEO Magnus ſermone tertio de ieiunio Pentecoſtes: Tunc demùm ad animę curationem proficit medicina ieiunij, cùm abſtinentia ieiunantis eſuriem reficit indigentis. Quia ergò ſcimus apud miſericordem Deum ieiunijs præcellere eleemoſynæ largitatem, dicente ipſo Domino: Date eleemoſynã, & omnia munda ſunt vobis: ſi animas noſtras à peccatorum ſordibus cupimus emundari, eleemoſynam pauperibus non negemus, vt in die retributionis ad promerendam Dei miſericordiam, miſericordiæ operibus adiuuemur.

Ieiunium ſi comitem habeat eleemoſynã, ad animę curationẽ proficit. Luc. 11.

7. OSEAE

7. OSEAE ſexto: Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei plùs, quàm holocauſta.

8. MATTHAEI nono: Non eſt opùs valentibus medicus, ſed malè habentibus. Euntes autem, diſcite, quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium.

9. ET capite duodecimo: Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquàm condemnâſſetis innocentes.

10. PROVERBIORVM vigeſimoprimo: Facere miſericordiam & iudicium, magìs placet Domino, quàm victimæ.

11. AD Philippenſes quarto: Habeo autẽ omnia, & abundo: repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placentem Deo.

12. AD Hebræos decimotertio: Beneficientiæ autem & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

Miſericordia perfectos facit.

13. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite vndecimo: Bona etiam miſericordia, quæ & ipſa perfectos facit, quia imitatur perfectum patrem. Nihil tam commendat Chriſtianam animam, quàm miſericordia. Primùm in pauperes, vt communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vſum generat fructus terrarum: vt quod habes, largiaris pauperi, & conſortem & conformem tuum adiuues. Tu nummum largiris, ille vitam accipit. Tu pecuniam das, ille ſubſtantiam ſuam æſtimat. Tuus denarius, cenſus illius eſt. Adhæc plus ille tibi confert, cùm ſit debitor ſalutis. Si nudùm veſtias, teipſum induis iuſtitiam. Si peregrinum ſub tectum inducas tuum, ſi ſuſcipias egentem: ille tibi acquiret ſanctorum amicitias & æterna tabernacula. Non mediocris iſta gratia. Corporalia ſeminas, & recipis ſpiritualia. Miraris iudicium Domini de ſancto Iob? mirare virtutem eius, qui poterat dicere: Oculus eram cæcorum, & pes claudorum. Ego eram infirmorum pater, velleribus agnorum meorum calefacti ſunt humeri eorum. Foris nõ habitabat peregrinus: oſtium meum omni venienti patebat. Beatus planè, de cuius domo nunquàm vacuo ſinu pauper exiuit. Neque enim quiſquam magìs beatus, quàm qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. In die iudicij habebit ſalutem à Domino, quem habebit ſuæ debitorem miſericordiæ.

Iuſtitiam induit ſeipſum, qui nudum veſtit.

1. Cor. 9.

Iob 29.

Pſal. 40.

Miſericrdia reddit nos Deo ſimiles.

14. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſimaſexta ad populum Antiochenum: Non dixit, Si ieiunetis, ſimiles eritis patri veſtro: neque dixit, Si ſuppliciter oraueritis, ſimiles eritis patri veſtro: neque, Si virginitatem illæſam ſeruaueritis, ſimiles eritis patri veſtro. Nihil enim horum eſt circa Deum, nec horum quicquam Deus operatur. Sed quid? Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter qui in cęlis eſt. Hoc Dei eſt opus. Hoc ſi non habeas, quid habes? Miſericordiam volo, inquit, & non ſacrificiũ. Fecit cælum Deus, fecit terram, mare: magna hæc, & ipſius digna ſapientia. Sed horum nullo tantum humanam attraxit naturam, quantũ miſericordia & clementia: ait enim, Hoc quidem opus eſt ſapientiæ & potentiæ, & bonitatis, multo magìs autem quòd ſeruus factus eſt. Nónne magìs in hoc eum admiramur? Non in hoc magìs acceptamur? Nihil ità Deum attrahit ſicut miſericordia. Et multa de hoc paſsìm omnes prophetæ loquuntur.

Luc. 6.

Oſeæ 6.
Ma. 9. & 12.

15. AVGVSTINVS ſermone ſeptuageſimoſexto de tempore: Facilè curatur vulneribus peccatorum, qui neceſſitatem curauerit pauperum: & miſericordiam accipiet, qui proximo pietatis non denegat officia. Deniquè cui dare præcipitur, gaudeat quòd non ea ſorte natus ſit, vt indigeat. Sufficit ad gloriam dantis, quòd alterius miſeria in paupere locuples donando exiſtat, quòd miſericordia fœneret Deum, quòd paſcat in paupere Chriſtum, quòd per alterius inopiam peccatorum accipiat indulgentiam. Obiurgantis Domini vox eſt, Si in alieno mammona fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Talem enim ſe exhibere quis pauperi debet, qualem ſibi alium exhibere vellet, ſi pauper ipſe fuiſſet. Cæterùm diſpendium magnum eſt, ſi Deum de Dei dono promereri nolueris, aut cùm tibi Dominus ad hoc dederit vt diſpenſes, eius delegata non ſerues. Semper enim ſua Dominus tibi diſpenſanda interim commendauit, de re ſua pauperibus te darè præcepit. Cur dantis iuſſa contemnis? Cur pactum deſtituis? Cur Dominum iubentem dare, non audis? Facilè enim poterit pecuniam acceptã amittere, qui quod accepit, in lucrum noluerit erogare. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſertus eſt veſtrî. Similitudinem patris, actus indicent ſobolis. Similitudo operis, ſimilitudinem indicet generis. Actus nomen confirmet, vt nomen genus demonſtret. Quod contulit pater, filius ſeruet, vt & filio pater promiſſa præmia repræſentet. Patrimonium quod habes, ſi operaris, tuum eſt; ſi ceſſas, alienum eſt. Pecunia quæ ſeruatur, caſibus ſeruit: quæ in miſericordia reſeruatur, præmium futurum acquirit. Quid vereris Chriſto committere, quod à latronibus vix poteris reſeruare? Qui dat, inquit, pauperi, non egebit. Diuidis patrimonium tuum hæredi, & Chriſtus eſt indignus de tuo aliquid tecum tollere, aliqua tecum in futura ſecula deportare? Quid hæredi ſeruas, quo ſi vtatur ignoras? Quid ſubſtantiam cumulas, quam fortaſsìs ingrato relinquis? Forſitan illi præſtabis, quicquid miſericordiæ cauſa de eius portione detraxeris. Quare fac primò quod iubetur, vt poſſis accipere quod promittitur. Non poteſt vſuras accipere, qui Dominum noluerit fœnerare. Qui dat, inquit, pauperibus, Deum fœnerat. Nec enim poteſt diuina promiſſa accipere, qui præcepta cæleſtia noluerit obſeruare.

Miſericordia præſtãdo peccatorum accipimus indulgentiam.

Luc. 16.

Deum promeremur de Dei dono.

Adhortatio ad largiẽdas eleemoſynas

Luc. 6.

Prouer. 28.

16. IDEM in libro quinquaginta homiliarũ, homilia trigeſimanona, exponens illud Pſalmi, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ &c. Felix operarius cultor eleemoſynarum, eò quòd ære ſuo comparauerit cælum, & dans panem eſurientibus, delictorum ſuorum preſſerit incendium. Cui Propheta tale exhibet teſtimonium, & patronum habet Spiritum ſanctum, in tali cauſa. Talis operarius felix viuit, & ſecurus iam moritur; cum quo ambulat patrimonium immortale horreum, in quo debitorem fecit Dominum, dum paſcit alterum dando. Accepit ipſe modicum in pera, panes comparauit, vitæ cæleſtis ſe faciens hæredem. In die iudicij nullam poterit incurrere perniciem, qui comparauerit eleemoſynis pietatem. Et poſt pauca: Perfecta eſt ergò miſericordia, fratres chariſſimi, vt antè occurratur eſurientibus, quàm roget mendicus. Non enim eſt perfecta miſericordia quæ precibus extorquetur. Sed ſi tacet mendicus, loquitur pallor in facie, penè laſſus, feſſus & eliſus, nuſquàm ſuſpectus. Feſtina pietate ſuccurrere, nè audias rogãtem, nè quod debetur Domino, vendices tibi. Imitare Deum tuum, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et eccè veniet tibi pluuia antequàm roges, deſcendet vbertas nocte, dum ſtertis; dum adhuc in lecto es, ex præcepto vigilat dies, excubant elementa, fructus te neſciente effunduntur. Iactat cælum & parturit terra; tot cellaria meſſium, dum neſcimus, ſic accipimus, & tantas opes comedimus, antequàm rogemus. Et tu homo, modicus eſt ipſe panis, & precibus vendis? Non rogauerunt quatuor milia Ieſum in deſerto ſeptem panes & paucos piſces, vt infinita agmina pranderent, quo prandio viciſſet ſaltem vſurã menſura. Qui cùm erogarentur, Colligite,

Pſal. 40.
Felicitas eius qui eleemoſynas elargitur.

Miſericordia promptè & citò præſtetur, Dei patris exemplo.

Math. 5.

Math. 15.

ligite, inquit, fragmenta, nè quid depereat: quia ſanctum fuerat totum quod ipſe confecerat. Replentur ſeptem ſportæ buccellarum, ſaturata ſunt tanta milia, & nihil minoratum eſt. Et creuit eis cibus, dum impenditur victus; ſic & eleemoſyna, ſi indigentibus erogetur. Magnum opus eſt eleemoſyna, fratres chariſſimi, vt faciat homo quod fecit Deus; qui hos paucos eſurientes in terra dimiſit; qui vno vaſculo orbem cæli paſcit,

Eleemoſyna eſt veluti ſecundus baptiſmus. per quem & nobis liceat erogare. Sed ſi vbiquè fuiſſet abundans, perierat miſericordia, dedit nobis Deus ſecundum baptiſmum. Quis enim ſine

Eccli 3. peccato? Nam ſicut aqua extinguit ignem, ſic & eleemoſyna extinguit peccatum. In horreis noſtris habemus abundantiam, quæ flammas noſtras oblatione vnius panis extinguat: & ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. Et quicunque miſertus fuerit, miſerebitur ei: & ſi quis non fuerit miſertus, non miſerebitur ei. Da panem, cùm potes; quia nemo eſuriet in inferno quem poſſis paſcere; nec habebis poſt mortem frumentum, nec inuenies illic aliquando mendicum; quia non erit tempus miſerendi. Bonorum enim malorúmque diſcretio & in ſuis actibus permanebit, ipſo Chri-

Matth. 25. ſto Domino noſtro rege ac iudice ſecernēte agnos ab hœdis, & per dexteram ac ſiniſtrā ſequeſtrante; qui eſuriſſe & ſitiſſe ſe dicit, & cætera in ſuis miniſtris perpeſſum fuiſſe ſe aſſerit. Date ergò omnibus, dilectiſſimi fratres, date, & præcipuè domeſticis fidei. Date omnibus, nè cui non dederitis, ipſe ſit Chriſtus; cuíve dederitis, ipſe ſit Chriſtus.

17. LEO ſermone quinto de quadrageſima:

Per largitatē ſit homo ſui authoris imitator. Clementes & mites animos etiam largitas decet. Nihil eſt enim dignius, quàm vt homo ſit ſui authoris imitator, & ſecundùm modum propriȩ facultatis, diuini ſit operis executor. nam cùm aluntur eſurientes, veſtiuntur nudi, fouentur infirmi, nónne auxilium Dei manus explet miniſtri, & benignitas ſerui, munus eſt Domini? Qui cùm ad effectus miſericordiæ ſuæ adiutore non egeat, ità ſuam omnipotentiam temperauit, vt & laboribus hominum per homines ſubueniret, & meritò Deo gratiæ referrentur de pietatis officijs, cuius opera viderentur in famulis. Propter quod

Matth. 5. ipſe Dominus diſcipulis ait: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & magnificent patrem veſtrum qui eſt in cælis.

18. ET ſermone decimo de quadrageſima: In pauperes quoquè & diuerſis debilitatibus impeditos benignior nunc largitas exeratur, vt gratiæ Deo multorum voce referantur, & ieiunijs noſtris egentium refectio ſuffragetur. Nulla enim deuotione fidelium magis Dominus delectatur,

Imago diuinȩ pietatis agnoſcitur in operibus miſericordiæ. quàm iſta, quæ pauperibus eius impenditur, & vbi curam miſericordiæ inuenit, ibi imaginem ſuæ pietatis agnoſcit. Non timeatur in ijs expenſis defectio facultatum, quoniam ipſa benignitas, magna ſubſtantia eſt: nec poteſt largitatis deeſſe materies, vbi Chriſtus & paſcit, & paſcitur. In omni hoc opere illa interuenit manus, quæ panem frangendo auget, erogando multiplicat. Securus & hilaris ſit eleemoſynæ diſtribntor, quia tunc maximum lucrum habebit, quando ſibi minimum reſeruauerit, dicente beato Apoſtolo

2. Cor. 9. Paulo: Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

19. GREGORIVS Nyſſenus in libro de bea-

Matth. 5. titudinibus, exponens illud Chriſti dictum, Beati miſericordes: Scio, inquit, in multis locis diuinæ ſcripturæ, nomine miſericordis ſanctos viros

Pſal. 85. 102. 110. 111. diuinam potentiam appellare: ſic Dauid in Pſalmis: ſic Ionas in ſua prophetia: ità magnus Moy-

ſes in multis locis ſuæ ſanctionis nominat numen diuinum. Si ergò miſericordis appellatio Deum decet: ad quid aliud te ſermo hortatur, niſi vt Deus fias, tanquàm formatus & inſignitus propria nota deitatis? Nam ſi Deus miſericors à diuina ſcriptura nominatur: quod autem verè beatum iudicandum ſit, id deitas eſt: perſpicuum fuerit, quid ex conſequenti intelligatur, videlicet, ſi vel ex hominibus aliquis exiſtat, qui miſericors ſit, beatitudine diuina dignus habeatur, quippe quum id aſſecutus ſit, quo numen diuinum denominatur. Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur. Qui ergò non beatum eſt illud & fieri & vocari hominem, quo Deus ex eo, quod facit, denominatur? Et paulopòſt: Vt igitur ea pars, cui deeſt, ad eandem commoditatem perueniat cum ea, cui quid ſupereſt, & ſuppleatur id quod deeſt, ab eo quod redundat: miſericordiam aduersùs tenuiores & inferiores hominibus præſcribit. Nam niſi miſericordia animum ad eiuſmodi motum emolliuerit, non poterit alioqui quis in animum inducere & impelli, vt in calamitate proximum ſubleuet. ex contrario enim, videlicet, inhumanitate, miſericordia intelligitur. Vt igitur ferus, ſæuus, & immitis appropinquantibus inacceſſus eſt: ità & qui miſericors eſt, quaſi & incommodis proximi condoleſcit, affectione contemperatur cum eo, qui vel rogat, vel aliqua re opus habet, ad id ſeſe dolenti atque ſolicito accommodans, quod mens anxia moleſtijs circunuenta requirit

Ionæ 4. Exod. 34. Deut. 4. Miſericordia deitatis nota eſt, & hominē quodammodo Deū facit.

Pſal. 114.

20. LVCAE ſexto: Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quȩ tua ſunt, nè repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quȩ vobis eſt gratia? nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere: quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos veſtros: benefacite, & mutuum date, nihil indè ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Eſtote ergò miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.

21. PSALMO trigeſimoſecundo: Diligit miſericordiam & iudicium: miſericordia Domini plena eſt terra.

22. ET centeſimo decimooctauo: Miſericordia tua Domine plena eſt terra.

23. PSALMO centeſimo quadrageſimoquarto: Miſerator & miſericors Dominus, patiens & multùm miſericors: Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Oculi omnium in te ſperant, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

24. LVCAE decimo: Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt, &c.

25. ACTORVM decimo: Ait Petrus, Vos ſcitis

Digitized by Google

quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam: incipiens enim à Galilæa, poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes, Ieſum à Nazareth, quomodò vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

XI.

Quo pacto nobis Scriptura commendat Eleemoſynam?

MVLTIS [a] quidem & apertis præceptis, promiſſionibus & exemplis. Quin [b] Cyprianus docet, in Euangelio nihil præcipi frequentiùs, quàm vt inſiſtamus eleemoſynis dandis: nec terrenis poſſeſſionibus incumbamus, ſed cæleſtes theſauros potiùs recondamus. Hinc illæ Chriſti ſententiæ: [c] *Quod ſuper eſt, date eleemoſynam: & eccè [d] omnia munda ſunt vobis.* [e] *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis.* Atque alibì: [f] *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Breuiter: [g] *Date, & dabitur vobis.* Proindè Daniel Propheta impio regi conſulit: [h] *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* Tum alibì legitur: [i] *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Neque hominis verò, ſed Angeli vox ea fuit, [k] *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam.* Quin & Chriſtus ipſe pronunciat: [l] *Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* [m] *Beati* igitur *miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* E contrariò autem, vt Iacobus affirmat, [n] *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam.*

a Deut.15.b 2.Eſd.8.c Tob.4.b Pſal. 40.a Prouerb.11.c 14.c d 19.c 22.b 25.c 28.d Eccli 4.a b d 7.a d 12.a 17.c 29.b Ezech.18.b c Matth.25.d Luc.14.c

b De opere & eleemoſynis. Vide etiam Auguſt.ſer.50.c.8.& ſeq.& 227.de temp. Item homil.18.19.29.c.1.& ſeq. & 47.ex quinquag. Nazianzen.orat.16.de paup. amore. Chryſoſt. homil.32.ad pop. & ſequentib.

c Luc.11.f Hieron ad Hedibiam epiſt. 150.quæſt.1.

d Aug.in Enchir.cap.75.76.& 77.& ſer. 30.de verbis Domini.

e Luc.12.d 3.c Matt.6.a c 19.c d Mar. 10.c d 1.Tim.6.d

f Luc.16.c Auguſt.ſer.25.c.3.& 35.c.1.& ſeq.de verbis Domini.

g Luc.6.f 2.Cor.8.b c 9.b 1.Tim.4.c Rom.12.c d Iaco.1 d

h Dan.4.c Prou.13.b Ambroſ.ſer.30. & 31. Item de Helia & ieiunio, cap.20. Leo in ſermonib. de collectis. Chryſoſt. hom.25.in Act. Apoſtolorum.

i Eccli 3.d Ambro.ſer.15. Chryſ.hom. 34.in Geneſi. Proſper p.2.de promiſſ.& prædictionib.c.7.

k Tob.12.b 4 b Eſa.1.e Prou.15.d 16.a 20.b 1.Pet.4.b Iaco.5.d

l Matth.10.d Greg. hom.5. in Euangelia. Ambroſ. in lib.de Viduis. Leo ſer. 4.& 6.de quadrag. & ſer.6. de ieiun.10. menſ.

m Matth.5.a

n Iac.2 b Prouer.21.b

TESTIMONIA.

1. DEVTERONOMII decimoquinto: Si vnus de fratribus tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris, &c. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in terra.

2. SECVNDI Eſdræ octauo: Et legerunt in libro legis Dei diſtinctè & apertè ad intelligendum: & intellexerunt, cùm legeretur. Dixit autem Nehemias (ipſe eſt Atherſata) & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo, Dies ſanctificatus eſt Domino Deo noſtro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes his qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari. gaudium etenim Domini eſt fortitudo noſtra.

3. TOBIAE quarto: Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ità enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quo modo potueris, ità eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.

4. PSALMO quadrageſimo: Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius versâſti in infirmitate eius.

5. PROVERBIORVM vndecimo: Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium.

6. CAPITE decimoquarto: Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui autem miſeretur pauperis, beatus erit. Qui credit in Domino, miſericordiam diligit. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis.

7. CAPITE decimonono: Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddit ei.

8. CAPITE vigeſimoſecundo: Qui pronus eſt ad miſericordìam, benedicetur: De panibus enim ſuis dedit pauperi.

9. CAPITE vigeſimoquinto: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi.

10. CAPITE vigeſimooctauo: Qui dat pauperi, non indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam.

11. ECCLESIASTICI quarto: Fili, eleemoſynam pauperis nè defraudes, & oculos tuos nè tranſuertas à paupere: Animam eſurientem nè deſpexeris: & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis nè afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Rogationem contribulati nè abijcias: & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab

inope

Digitized by Google

inope nè auertas oculos tuos propter iram : & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam: & magnato humilia caput tuum : declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacificè in manſuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur, de manu ſuperbi: & non acidè feras in anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tuî magis quàm mater. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

12. CAPITE ſeptimo: Exorare, & facere eleemoſynam nè deſpicias. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Gratia datus in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.

13. CAPITE duodecimo: Si benè feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino. Non eſt enim ei benè qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. Da miſericordi, & nè ſuſcipias peccatorem: & impijs & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in diem vindictæ. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dare, nè in ipſis potentior te ſit.

14. CAPITE decimoſeptimo: Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo: & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipſorum, & conuertet in interiores partes terræ.

15. CAPITE vigeſimonono: Conclude eleemoſynam in * corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum.

*ſinu

16. EZECHIELIS decimooctauo: Et vir, ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, &c. Et hominem non contriſtauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus. Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis, &c. Et virum non contriſtauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento: à pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſuram & ſuperabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet.

17. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnū à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & viſitâſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus, & in carcere, & non viſitâſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere: & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

18. LVCAE decimoquarto: Dicebat autem ei qui ſe inuitauerat: Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: nè fortè te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

19. CYPRIANVS de opere & eleemoſynis: Cùm Dominus aduenìens ſanâſſet illa quę Adam portauerat vulnera, & venena antiqui ſerpentis curâſſet, legem dedit ſano, & præcepit nè vltrà iam peccaret, nè quid peccanti grauius eueniret. Coarctati eramus, & in anguſtum innocentię præſcriptione concluſi. Nec haberet quid fragilitatis humanæ infirmitas atque imbecillitas faceret, niſi iterùm pietas diuina ſubueniens, iuſtitiæ & miſericordiæ operibus oſtenſis, viam quandam tuendæ ſalutis aperiret, vt ſordes poſtmodùm quaſcunq; contrahimus, eleemoſynis abluamus. Loquitur in ſcripturis diuinis Spiritus ſanctus & dicit: Eleemoſynis & fide delicta purgantur. Non vtiq; illa delicta, quæ fuerant antè contracta: nam illa Chriſti ſanguine & ſanctificatione purgantur. Item denuò dicit: Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. Hic quoq; oſtenditur & probatur, quia ſicut lauacro aquæ ſalutaris gehennæ ignis extinguitur, ità eleemoſynis atque operibus iuſtis delictorum flamma ſopitur. Et quia ſemel in baptiſmo remiſſio peccatorum datur, aſſidua & iugis operatio, baptiſmi inſtar imitata, Dei rurſùs indulgentiam largitur. Hoc & in Euangelio Dominus docet: nam cùm denotarentur diſcipuli eius quòd ederent, nec priùs manus abluiſſent, reſpondit & dixit: Qui fecit quod intùs eſt, fecit & quod forìs eſt: verùm date eleemoſynam, & ecce vobis munda omnia: docens ſcilicet & oſtendens non manus lauandas eſſe, ſed pectus & ſordes intrinſecùs potiùs quàm extrinſecùs detrahendas: verùm qui purgauerit quod eſt intùs, eum quoquè id quod forìs eſt repurgâſſe, & emundata mente, cute quoq; & corpore mundum eſſe cœpiſſe. Porrò autē monens & oſtendens vndè mūdi & purgati eſſe poſſimus, addidit eleemoſynas eſſe faciendas. Miſericors monet miſericordiā fieri: & quia ſeruare quærit, quos magno precio redemit, poſt baptiſmi gratiam ſordidatos docet denuò poſſe purgari. Agnoſcamus itaque, fratres chariſſimi, diuinæ indulgentiæ munus ſalubre, & emūdandis purgandisq; peccatis noſtris, qui ſine aliquo conſcientiæ vulnere eſſe non poſſumus, medelis ſpiritalibus vulnera noſtra curemus. Nec quiſquam ſic ſibi de puro atque immaculato corde blandiatur, vt innocentia ſua fretus medicinam non putet adhibendam eſſe vulneribus: cùm ſcriptum ſit: Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccatis? Et iterùm in epiſtola ſua Ioannes ponat & di-

Eleemoſynis abluūtur ſordes peccatorum.

Tob.4.

Prouer.15.

Eccli 3.

Eleemoſynis & iuſtis operibus delictorum flamma ſopitur.

Luc.11.

Eleemoſynarum remedio indigent oēs mortales poſt baptiſmum.

Prouer.20.

Digitized by Google

1. Ioan. 1.

& dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Dominus, qui nobis peccata dimittat. Si autem nemo eſſe ſine peccato poteſt, & quiſquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt: quàm neceſſaria, quàm benigna eſt diuina clementia? quę cùm ſciat non deeſſe ſanatis quædam poſtmodùm vulnera, dedit curandis denuò ſanãdiſq; vulneribus remedia ſalutaria.

Eleemoſynarũ pręceptum frequens in diuinis ſcripturis.

Nunquàm deniquè, fratres dilectiſſimi, admonitio diuina ceſſauit, nunquàm & tacuit, quo minùs in ſcripturis ſanctis tam veteribus, quàm nouis ſemper & vbiq; ad miſericordiæ opera Dei populus prouocaretur: & canente atq; exhortante Spiritu ſancto quiſquis ad ſpem regni cæleſtis inſtruitur, facere eleemoſynas iubetur. Mandat & præcipit

Eſa. 58.

Eſaiæ Deus: Exclama, inquit, in fortitudine, & noli parcere: ſicut tuba exalta vocem tuam, & annuncia plebi meæ peccata ipſorum, & domui Iacob facinora eorũ. Et cùm peccata eis ſua exprobrari pręcepiſſet, cumq; eorum facinora pleno indignationis impetu protuliſſet, dixiſſetq; eos, nec ſi orationibus & precibus & ieiunijs vterentur, ſatisfacere pro delictis poſſe, nec ſi in cilicio & cinere voluerẽtur, iram Dei poſſe lenire, in nouiſſima tamen parte demõſtrans ſolis eleemoſynis Deum

Ibidèm.

poſſe placari, addidit dicens: Frange eſurienti panem tuũ, & egenos ſine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, veſti eum, & domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc erũpet temporaneum lumen tuũ, & veſtimenta tua citò orientur, & præibit ante te iuſtitia, & claritas Dei circundabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te: dũ adhuc

Ad propitiandum Deum & ſatisfaciendũ pro peccatis remedia.

loqueris, dicet: eccè adſum. Remedia propitiãdo Deo ipſius Dei verbis data ſunt: quid deberent facere peccantes, magiſteria diuina docuerũt: operationibus iuſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari. Et apud Salomonẽ legimus:

Eccli 29.

Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hęc

Prouer. 21.

pro te exorabit ab omni malo. Et iterùm: Qui obturat aures nè audiat imbecillũ, & ipſe inuocabit Deũ, & non erit qui exaudiat eum. Neq; enim promereri miſericordiã Domini poterit, qui miſericors ipſe non fuerit: aut impetrabit de diuina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod itẽ in pſalmis Spiritus

Pſal. 40.

ſanctus declarat & probat, dicens: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Quorũ præceptorum memor Daniel, cùm rex Nabuchodonoſor aduerſo ſomnio territus ęſtuaret, pro auertendis malis, ad diuinã opem impetrandam remedium dedit, di-

Dan. 4.

cens: Propterea rex, conſiliũ meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniuſtitias tuas miſerationibus pauperum, & erit Deus patiens peccatis tuis. Cui rex non obtemperans, aduerſa quæ viderat & infeſta perpeſſus eſt, quę euadere & vitare potuiſſet, ſi peccata ſua eleemoſynis redemiſſet. Raphael quoq; angelus paria teſtatur, & vt eleemoſyna libenter ac largiter fiat, hortatur, di-

Tob. 12.

cens: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna: quia eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat

Orationes & ieiunia ſine eleemoſynis minus poſſunt.

peccata. Oſtendit orationes noſtras ac ieiunia minùs poſſe, niſi eleemoſynis adiuuentur. Deprecationes ſolas parùm ad impetrandum valere, niſi factorum & operum acceſſione farciantur. Reuelat angelus & manifeſtat, & firmat eleemoſynis petitiones noſtras efficaces fieri, eleemoſynis vitã de periculis redimi, eleemoſynis à morte animas liberari. Nec ſic, fratres chariſſimi, iſta proferimus, vt non quod Raphael angelus dixit, veri-

Actor. 9.

tatis teſtimonio comprobemus. In Actibus Apoſtolorum facti fides poſita eſt, & quòd eleemoſynis non tantùm à ſecunda, ſed à prima morte animæ liberentur, geſtæ & impletæ rei probatione compertum eſt. Tabitha operationibus iuſtis & eleemoſynis præſtãdis plurimùm dedita, cùm infirmata eſſet & mortua, ad cadauer exanime Petrus accitus eſt. Mors ſuſpenditur, & ſpiritus redditur: & mirantibus ac ſtupentibus cũctis, ad hanc mundi denuò lucem rediuiuũ corpus animatur. tantum potuerunt miſericordiæ merita, tantum opera iuſta valuerunt. Quæ laborantibus viduis largita fuerat ſubſidia viuendi, meruit ad vitam viduarum petitione reuocari.

Chriſtus nihil frequentiùs præcipit quàm eleemoſynas.

Itaq; in Euangelio Dominus, doctor vitæ noſtræ, & magiſter ſalutis æternæ, viuificans credentium populum, & viuificatis conſulens in æternum, inter ſua mandata diuina & præcepta cæleſtia nihil crebriùs mandat & præcipit, quàm vt inſiſtamus eleemoſynis dandis: nec terrenis poſſeſſionibus incubemus, ſed cæleſtes theſauros potiùs recondamus. Vendite, inquit, res veſtras, & date eleemoſynam. Et iterùm:

Luc. 12. Matth. 6.

Nolite vobis condere theſauros ſuper terram, vbi tinea & comeſtura exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, vbi neq; tinea, neq; comeſtura exterminat, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim fuerit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Et cùm obſeruata lege perfectũ & conſummatum vellet oſtendere:

Matth. 19.

Si vis, inquit, perfectus eſſe, vade & vende omnia tua, & da egenis, & habebis theſaurũ in cælo, & veni, ſequere me. Item alio loco negociatorẽ cæleſtis gratiæ, & compara-

Matth. 13.

torẽ ſalutis æternæ, diſtractis omnibus rebus ſuis, precioſam margaritam, hoc eſt, vitam æternam Chriſti cruore precioſam, de quantitate patrimonij ſui dicit debere mercari. Simile eſt, inquit, regnum cælorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas. Vbi autẽ inuenit precioſam margaritam, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit illam. Eos deniquè & Abrahæ filios dicit, quos in iuuandis alendiſq; pauperibus operarios cernit. Nam cùm Zachæus dixiſſet, Eccè dimidi-

Luc. 19.

um ex ſubſtãtia mea do egenis: & ſi cui quid fraudaui, quadruplum reddo: reſpondit Ieſus & dixit: Quia ſalus hodiè huic domui facta eſt, quoniã & hic filius eſt Abrahæ. Nam ſi Abraham cre-

Geneſ. 15.

didit Deo, & deputatum eſt ei ad iuſtitiam? vtiq; qui ſecundùm præceptum Dei eleemoſynas facit, Deo credit: & qui habet fidei veritatem, ſeruat Dei timorem: qui autem Dei timorem ſeruat, in miſerationibus pauperum Deum cogitat. Operatur enim ideò, quia credit, quia ſcit vera eſſe quæ prædicta ſunt verbis Dei, nec ſcripturam ſanctam

Matth. 3. Matth. 25.

poſſe mentiri: arbores infructuoſas, id eſt, ſteriles homines excidi, & in ignem mitti, miſericordes autem ad regnum vocari. Qui & alio in loco operarios & fructuoſos, fideles appellat: infructuoſis verò & ſterilibus fidem derogat, dicens: Si

Luc. 16.

in iniuſto mammona fideles non fuiſtis, quod eſt verum, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod eſt veſtrum, quis dabit vobis?

Non timendũ nè eleemoſynarum cauſa, rerum neceſſariarum penuria laboraturi ſimus.

Si vereris & metuis, nè ſi operari plurimùm cœperis, patrimonio tuo larga operatione finito, ad penuriam fortè redigaris: eſto in hac parte intrepidus, eſto ſecurus: finiri non poteſt, vndè in vſus Chiſti impenditur, vndè opus cæleſte celebratur. Nec hoc tibi de meo ſpondeo, ſed de ſanctarum ſcripturarum fide, & diuinæ pollicitationis authoritate promitto. Loquitur per Salomonem

Prouer. 28.

Spiritus ſanctus, & dicit: Qui dat pauperibus, nunquàm egebit: qui autem auertit oculum ſuum, in magna penuria erit: oſtendens miſericordes atq; operantes egere non poſſe: magìs parcos & ſteriles ad inopiam poſtmodùm deuenire. Item beatus Apoſtolus Paulus Dominicæ inſpirationis

2. Cor. 9.

gratia plenus: Qui adminiſtrat, inquit, ſemen ſeminanti, & panem ad edendum præſtabit, & multiplicabit ſeminationem veſtram, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, vt in omnibus locupletemini. Et iterùm: Adminiſtratio huius officij non tantùm ſupplebit ea quæ ſanctis deſunt,

ſunt, ſed & abundabit per multam gratiarũ actionem in Deum. Quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro eleemoſynis atque operationibus noſtris pauperum oratione dirigitur, cenſus operantis, Dei retributione cumulatur. Et Dominus in Euangelio iam tunc eiuſmodi hominum corda conſiderans, & perfidis atque incredulis præſcia voce denuncians, conteſtatur & dicit: Nolite cogitare dicentes: quid edemus, aut quid bibemus, aut quid veſtiemur? hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater veſter quia omnium horum indigetis. Quærite primùm regnum Dei, & omnia iſta apponentur vobis. Eis omnia apponi dicit & tradi, qui regnum & iuſtitiam Dei quærũt. Eos enim Dominus, cùm iudicij dies venerit, ad percipiendum regnum dicit admitti, qui fuerint in Eccleſia eius operati. Metuis nè patrimonium tuum fortè deficiat, ſi operari ex eo largiter cœperis: & neſcis miſer, quia dum times nè res familiaris deficiat, vita ipſa & ſalus deficit: & dum, nè quid de rebus tuis minuatur, attendis, non reſpicis quòd ipſe minuaris: amator magìs mammonæ, quàm animæ tuæ: vt dum times nè pro te patrimonium perdas, ipſe pro patrimonio tuo pereas. Et ideò benè Apoſtolus clamat & dicit: Nihil intulimus in hunc mundum, verùm nec auferre quid poſſumus: habentes itaque exhibitionem & tegumentum, his contenti ſimus. Qui autem volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in muſcipulam, & deſideria multa & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & in interitum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Metuis nè patrimonium tuum fortè deficiat, ſi operari ex eo largiter cœperis? quando enim factum eſt vt iuſto poſſent deeſſe ſubſidia vitæ, cùm ſcriptum ſit: Nõ occidet fame Dominus animam iuſtam. Helias in ſolitudine coruis miniſtrantibus paſcitur: & Danieli in lacu ad leonũ prædam iuſſu regis incluſo, prandium diuinitùs apparatur: & tu metuis nè operanti tibi & Dominũ promerenti deſit alimentum? quando ipſe in Euangelio ad exprobrationem eorum, quibus mens dubia eſt & fides parua, conteſtetur & dicat: Adſpicite volatilia cæli, quoniam non ſeminant, neque metunt, neq; colligunt in horrea, & pater veſter cæleſtis alit illa: nónne vos plures illis eſtis? Volucres Deus paſcit, & paſſeribus alimenta diurna præſtantur, & quibus nullus diuinæ rei ſenſus eſt, eis nec potus, nec cibus deeſt: tu Chriſtiano, tu Dei ſeruo, tu operibus bonis dedito, tu Domino ſuo charo aliquid exiſtimas defuturum? Niſi ſi putas quia qui Chriſtum paſcit, à Chriſto ipſe non paſcitur: aut eis terrena deerunt, quibus cæleſtia & diuina tribuuntur. Vndè hæc incredula cogitatio? vndè impia & ſacrilega iſta meditatio? quid facit in domo fidei perfidum pectus? quid qui Chriſto omninò non credit, appellatur & dicitur Chriſtianus? Phariſæi tibi magìs congruit nomen. Nam cùm Dominus in Euangelio de eleemoſynis diſputaret, & vt nobis amicos de terreſtribus lucris prouida operatione faceremus, qui nos poſtmodùm in tabernacula æterna ſuſciperent, fideliter ac ſalubriter præmoneret, addidit poſt hæc ſcriptura, dicens: Audiebant autem hæc omnia Phariſæi qui erant cupidiſſimi, & irridebant eum. Et paulopòſt: Quid diuitijs tuis ſolus incubas? quid in pœnã tuam patrimonij tui pondus exaggeras, vt quo locupletior ſeculo fueris, pauperior Deo fias? Reditus tuos diuide cum Domino Deo tuo: fructus tuos partire cum Chriſto: fac tibi poſſeſſionum terreſtrium Chriſtum participem, vt & ille te ſibi faciat regnorum cæleſtium cohæredẽ. Et nonnullis interiectis, de vidua loquens quæ Heliam pauit: Et illa, inquit, nõdùm Chriſtum ſciebat, nõdùm præcepta eius audierat: non cruce & paſſione eius redempta, cibum & potum pro ſanguine rependebat: vt ex hoc appareat quantũ in Eccleſia peccet, qui ſe & filios Chriſto anteponens, diuitias ſuas ſeruat, nec patrimonium copioſum cum indigentium paupertate communicat. Sed enim multi ſunt in domo liberi, & retardat te numeroſitas filiorũ, quo minùs largiter bonis operibus inſiſtas: atquin hoc ipſo ampliùs operari debes, quo multorũ pignorũ pater es. Plures ſunt pro quibus Dominum depreceris: multorũ delicta redimenda ſunt, multorum purgandæ conſcientiæ, multorũ animæ liberandæ. Vt in hac vita ſeculari alendis ſuſtinendiſq; pignoribus quo maior eſt numerus, hoc maior & ſumptus eſt: ità & in vita ſpiritali atq; cęleſti, quo amplior fuerit pignorũ copia, eſſe & operum debet maior impenſa. Sic & Iob ſacrificia numeroſa pro liberis offerebat: quantuſq; erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hoſtiarum. Et quoniam quotidiè deeſſe nõ poteſt quod peccetur in conſpectu Dei, ſacrificia quotidiana non deerant, quibus poſſent peccata tergi. Qui ſtudes terreno magìs quàm cæleſti patrimonio, filios tuos diabolo magìs commendare quàm Chriſto, bis delinquis, & geminum ac duplex crimen admittis: & quòd non præparas filijs tuis Dei patris auxilium, & quòd doces filios patrimonium plùs amare quàm Chriſtũ. Eſto potiùs liberis tuis pater talis, qualis Tobias extitit. Et poſt pauca: Quid potuit nobis maius Chriſtus edicere? quo modo magìs potuit iuſtitiæ ac miſericordiæ noſtræ opera prouocare, quàm quòd præſtari dixit ſibi, quicquid egenti præſtetur & pauperi: & ſe dixit offendi, niſi egenti præſtetur & pauperi, vt qui reſpectu fratris in Eccleſia nõ mouetur, vel Chriſti contemplatione moueatur: & qui non cogitat in labore atque egeſtate conſeruum, vel Dominum cogitet in ipſo illo, quem deſpicit, conſtitutum. Et ſub finem: Qui poſſeſſor in terris reditus ac fructus ſuos cum fraternitate partitur, dũ largitionibus gratuitis communis ac iuſtus eſt, Dei patris imitator eſt. Quæ illa erit, fratres chariſſimi, operantium gloria, quàm grandis & ſumma lætitia, cùm populum ſuum Dominus cœperit recenſere: & meritis atque operibus noſtris præmia promiſſa contribuens, pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna, pro modicis magna præſtare: offerre nos patri, cui nos ſua ſanctificatione reſtituit: æternitatem nobis immortalitatemq; largiri, ad quam nos ſanguinis ſui viuificatione reparauit: reduces ad paradiſum denuò facere, regna cælorum fide & veritate ſuæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter ſenſibus noſtris: hæc intelligantur plena fide: hæc corde toto diligantur: hæc indeſinentium operum magnanimitate redimantur. Præclara & diuina res, fratres chariſſimi, ſalutaris operatio, ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati: res poſita in poteſtate facientis, res & grandis & facilis, ſine periculo perſecutionis, corona pacis: verum Dei munus & maximum, infirmis neceſſarium, fortibus glorioſum, quo Chriſtianus adiutus perfert gratiam ſpiritalem, promeretur Chriſtum iudicem, Deum computat debitorem.

20. AVGVSTINVS ſermone quinquageſimo de tẽpore, capite octauo: Quid ſunt pauperes quibus damus, niſi laturarij noſtri, per quos in cælum de terra migramus? Da, laturario tuo das, ad cælum portat quod das. Quomodò, inquis, ad cælum portat? Et video, quia manducando conſumit? Prorſùs nõ tenendo, ſed manducando tranſportat. An excidit tibi, Venite benedicti, percipite regnum; Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: &, Cùm vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis? Et capite decimo: Quàm multa poſſet in im-

Marginal notes (left): Matth.6. — 1.Tim.6. — Prouer.10. — 3.Reg.17. — Dan.14. — Matth.6. — Phariſæis cõparantur qui promiſſionibus diuinis non credunt. — Luc.16. — 3.Reg.17.

Marginal notes (right): Filiorũ multitudo nõ excuſat parentes ab eleemoſynarum largitione. — Iob 1. — Tob.4. — Matth.25. — Liberalitas Dei ſimilem facit. — Retributio bonorũ operum & eleemoſynarum. — Operum bonorum laus. — Pauperes ſunt laturarij noſtri. — Matth.25.

Digitized by Google

pios dicere, ſi quærerent, Quare imus in ignẽ æter-
Cur in die iu- num? quare, quæris adulter, homicida, frauda-
dicij tantùm tor, ſacrilege, blaſphemator, infidelis? Nihil ho-
fiet mentio rum; ſed, Quia eſuriui, & non dediſtis mihi man-
operum mi- ducare. Video vos moueri, ſicut moueor. Et verè
ſericordiæ. mira res. Huius autem admirabilis rei rationem
colligo vt poſſum, quam vos nõ celabo. Scriptum
Eccli 3. eſt: Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna ex-
Eccli 29. tinguit peccatum. Item ſcriptum eſt, Include elee-
moſynam in corde pauperis, & ipſa pro te depre-
Dan. 4. cabitur Dominum. Item ſcriptum eſt, Conſilium
meum audi rex, & peccata tua eleemoſynis redi-
me. Et alia multa ſunt diuini eloquij documenta,
Eleemoſynã quibus oſtenditur, multùm valere eleemoſynam
valere multũ ad extinguenda & delenda peccata. Proindè illis
ad delenda quos damnaturus eſt, immò plus illis quos coro-
peccata ſacræ naturus, ſolas eleemoſynas imputabit, tanquàm
literæ con- dicens: Difficile eſt, vt ſi examinem vos, & appen-
uincunt. dam vos, & ſcruter diligentiſſimè facta veſtra,
non inueniam vndè vos damnem: ſed ite in re-
Matth. 25. gnum, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.
Non ergò itis in regnum, quia non peccâſtis; ſed
quia veſtra peccata eleemoſynis redemiſtis. Rur-
sùs & illis: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt
diabolo & angelis eius. Et illi tanquàm noxij,
olìm rei, ſerò trementes, attendentes peccata ſua,
quando auderent dicere, immeritò ſe damnari,
immeritò in ſe hanc depromi à iudice tam iuſto
ſententiam? Conſiderando conſcientias ſuas, con-
ſiderando omnia vulnera animæ ſuæ, quando au-
derent dicere, Iniuſtè damnamur? De quibus antè
Sapien. 4. in Sapientia dictum eſt: Traducent eos exaduersò
iniquitates eorum. Sine dubio videbunt ſe iuſtè
damnari pro ſceleribus & criminibus ſuis, & qua-
ſi eis diceret, Non indè, vndè putatis: ſed quia
eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Si enim
ab illis omnibus veſtris factis auerſi, & ad me
conuerſi, illa omnia crimina atque peccata elee-
moſynis redemiſſetis, ipſæ eleemoſynæ modò li-
berarent vos, & à reatu tantorum criminum ab-
Matth. 5. ſoluerẽt. Beati enim miſericordes, quoniam ipſis
miſericordia præſtabitur. Modò autem ite in
Iacob. 2. ignem æternum: Iudicium ſine miſericordia ei
qui non fecit miſericordiã. Et capite vndecimo:
Breuiter ergò audiant homines, dignéq; conſide-
rent, quantum ſit meritum, Chriſtum pauiſſe eſu-
rientem; & quale ſit crimen Chriſtum contem-
pſiſſe eſurientem. Mutat quidem homines in me-
Pœnitẽtia ab lius pœnitentia peccatorum; ſed nec ipſa videtur
operibus mi- aliquid profutura, ſi ab operibus miſericordiæ
ſericordiæ, ſterilis fuerit. Teſtatur hoc veritas per Ioannem,
nõ ſit ſterilis.
Luc. 3. qui venientibus ad ſe dicebat: Generatio vipera-
rum, quis vobis oſtendit fugere ab ira ventura?
Facite ergò dignos fructus pœnitẽtiæ, &c. Omnis
enim arbor non faciens fructum bonũ, excidetur,
& in ignem mittetur. De hoc itaq; fructu ſuperiùs
ait, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Item capite
duodecimo: Quiſquis itaque iſtos fructus non fe-
cerit, ſine cauſa putat per ſterilem pœnitentiam ſe
mereri veniam peccatorum. Qui ſint autẽ iſti fru-
Ad pœniten- ctus, ipſe conſequenter oſtendit. Nam poſt hæc
tiæ fructus, eius verba interrogabant eum turbæ, dicentes:
pertinent Quid ergò faciemus? id eſt, qui ſunt iſti fructus,
opera miſe- quos vt faciamus hortaris & terres? Reſpondens
ricordiæ. autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det
vnam non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter
faciat. Quid manifeſtius fratres mei? Quid certi-
us? Quid expreſſius? Quid ergò aliud ſonat, quod
ſuperiùs ait, Omnis arbor non faciens fructum
bonum, excidetur & in ignem mittetur: niſi
Matth. 25. quod ſiniſtri audituri ſunt, Ite in ignem æternum:
Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare?
Parùm eſt itaque recedere à peccatis, ſi præterita
curare neglexeris.

21. ITEM ſermone ducẽteſimo vigeſimoſepti-
mo de tẽpore: Sed dicit aliquis; Pauper ſum, id-
eò eleemoſynam dare non poſſum. Vt nullus ſe
pauper excuſare poſſet, Dominus & Saluator no-
ſter pro calice aquæ frigidæ mercedẽ ſe redditu- Matth. 10.
rum eſſe promiſit. Dicis ergò, Pauper ſum. Si nihil Bona volun-
ampliùs habes in ſubſtantia tua, quàm tibi aut in tas ſufficit,
victu aut veſtitu rationabili aut mediocri ſuffici- cùm faculta-
at, ſola tibi poteſt bona voluntas ſufficere. Sed ro- tes deſunt.
go te, diligenter conſcientiam tuam interroga, nè
fortè aliquotiès per ebrietatem perdas, quod per
eleeemoſynã dare potueras; nè fortè per gulam
ſtudeas in terra conſumere, quod per eleemoſy-
nam debueras in cælũ recondere. Nè fortè delici-
as pręparando, ornamenta ad luxuriã comparan-
do, non habeas quod pro remedio animæ tuę poſ-
ſis pauperibus erogare. Et cùm precioſæ veſtes no-
ſtræ à tineis ſoleant deuorari, pauperes nec vilia
veſtimenta merentur accipere. Si ergò iſta omnia
impedimenta nõ aggrauant animam noſtram, &
hoc ſolum habemus quod nobis vel noſtris ſuffi-
cere poſſit, non apparebimus rei, ſi eleemoſynam
pauperibus non erogamus. Si verò, vt iam dictum
eſt, frequenter luxuria deuorat, quod miſericor-
dia in cælo theſaurizare potuerat; corrigamur
dum tempus eſt: & quod hucuſquè aut non feci-
mus, aut fortè minùs quàm oportuit fecimus,
implere totis viribus ſtudeamus. Et in fine: Quàm Matth. 25.
diù feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis.
Nónne ego quæ accepi, terrena accepi? Cæleſtia
reddam, dabo æternum præmium, & ad partem
dexteram regnum. Non quia non peccâſtis, ſed
quia peccata veſtra eleemoſynis redemiſtis.

22. ET homilia decimaoctaua libri quinqua-
ginta homiliarũ: Nemo tibi dicturus eſt poſt re-
ſurrectionem mortuorũ in regno Dei; Frange eſu- Eſa. 58.
rienti panem tuum, quia nõ inuenies eſurientem.
In iſto autem tempore, vt nouerimus, quantũ no-
bis commendat Deus opera miſericordiæ, etiam
ipſos ſuos ſanctos egere fecit: vt cùm fiũt hìc ami- Luc. 16.
ci de mammona iniquitatis, recipiant & ipſi ami-
cos ſuos in æterna tabernacula: id eſt, vt cùm ſer- Cur aliquã-
ui Dei pij, dum iugiter Deo vacant, aliquotiès in- do probi
digent, illi qui habent mundi diuitias, eleemoſy- egeant.
nas largiantur. Quomodò eos participes faciunt
in terrena ſubſtantia, ſic cum illis partem habere
merebuntur in vita æterna. Videtis nempe, & ma-
nifeſtum eſt, quòd aliquando ſerui Dei ideò non
habent, vt probentur qui habent. Hîc bonorum
operum meſſem cum labore ſerimus, ſed in futu- Retributio
ro fructus illius cum gaudio colligemus: ſecun- eleemoſynę.
dùm illud quod ſcriptum eſt, Euntes ibant & fle- Pſal. 125.
bant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem ve-
nient cum exultatione, portantes manipulos ſu-
os. Illud enim pro ſigno factum eſt, non pro do-
no. Nam ſi vidua illa quòd pauit hominem Dei, 3. Reg. 17.
hìc recepit, non eſt magnum quod ſeminauit;
quia non magnam ſegetem meſſuit. Temporale
eſt enim quod accepit, non deficientem farinam,
nec diminutum oleũ, quouſquè Deus daret plu-
uiam ſuper terram; ac ſic tunc magis cœpit egere,
quãdo dignatus eſt Deus pluere. Tunc enim labo-
ratura erat, expectatura agri fructus & collectu-
ra. Quando autem non pluebat, victus eius facilè
veniebat. Signum hoc ipſum quod Deus illi ad
paucos dies præſtiterat, ſignum erat futuræ vi-
tæ, vbi merces noſtra deficere neſcit, vbi farina
noſtra Deus erit. Quomodò illa per illos non
defecit dies, ſic ille dies non deficiet in æter-
num. Talem mercedem ſperemus quando bo-
na facimus, nè fortè aliquis veſtrûm tentetur ta-
li cogitatione, vt dicat; Paſcam aliquem ſeruo-
rum Dei eſurientem, vt lagena mea non deficiat,
& in cupa mea ſemper vinum inueniam. Noli
hoc hìc quærere. Semina ſecurus, meſſis tua ſeriùs
veniet, tardiùs veniet; ſed cùm venerit, finem
non habebit.

23. ITEM homilia decimanona: Tacuit omnia
mala facta iniquorum, & ſolam ſterilitatem elee- In iudicio ſo-
moſynæ increpandam eſſe iudicauit, non niſi lùm opera
miſericordię
ad

Digitized by Google

quæ cõmemorantur.

ad nos commonendos. Quare hoc? Quia omnia crimina eleemoſynis redimũtur. Ideò illam laudauit fœcunditatem, iſtam culpauit, & damnauit ariditatẽ. Sed audiſtis, omnia malefacta eleemoſynis redimi; nolite ſic intelligere, vt intelligunt quidam peruersè.

Quibus ad delenda peccata proſint eleemoſynæ.

Eleemoſynæ enim poſſunt tibi prodeſſe ad delenda peccata præterita, ſi mores mutaueris. Si autem in eiſdem malis perſeuaueris, eleemoſynis tuis non corrumpes iudiciũ Dei. Ego dico propter illa ſcelera & crimina, quæ omnes modò vitare debent, qui accipiunt corpus Chriſti & ſanguinem.

Eleemoſynæ ſacrificium Chriſtianorum, quo fit Deus peccatis propitius.

24. ET homilia vigeſimanona, capite primo: Sacrificium Chriſtiani, eſt eleemoſyna in pauperem. Hinc enim fit Deus peccatis propitius. Niſi autem peccatis propitius fiat Deus, quis remanet, niſi reus? Ab eis peccatis & delictis, ſine quibus vita iſta non ducitur, mundantur homines per eleemoſynas:

Duo eleemoſynarũ genera.

quæ ſunt duorum generum, erogando & remittendo. Erogando quod habes bonum, remittendo quod pateris malum. Hæc duo genera eleemoſynarum Dominus magiſter bonus, qui verbum breuiauit ſuper terram, vt eſſet fructuoſum, & non oneroſum, quàm breuiter fuerit complexus audite.

Lucæ 6.

Remittite, inquit, & remittetur vobis: pertinet ad ignoſcendum. Date, & dabitur vobis: pertinet ad erogandum. Ex illa eleemoſyna, qua ignoſcis homini, nihil perdis. Eccè ſtatim veniam petit, ignouiſti, nihil amiſiſti. Charitate amplior domum rediſti. Illud aliud genus eleemoſynarum, vbi iubemur erogare indigentibus, graue videtur; quia quod quiſque dederit, hoc ipſum quod dabit, non habebit. Et capite ſecundo: Equidem & hinc ſecuros nos facit Apoſtolus, qui dixit,

2.Cor.8.

Prout quiſque habet, non vt alijs ſit refectio, vobis anguſtia. Metiatur ergò vnuſquiſque vires ſuas, non theſaurizare attendat in terra: det, non perit quod dat.

Quæ nõ dantur, ea ſola pereunt.

Non dico, Hoc non perit: ſed dico, Hoc ſolum non perit. Alia verò quę non dederis, & abundant tibi, aut cùm viuis amittis, aut cùm moreris dimittis. Deindè, fratres mei, tanta promiſſio quem non hortatur?

Lucæ 6.

Dimittite, inquit, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Quando dicit, Date & dabitur vobis, attendite cui dicat. Homini dicis Deus, mortali dicit immortalis, mendico dicit tantus paterfamiliâs. Neque enim hoc reuocaturus eſt quod dedimus. Inuenimus quem fœneremus. Demus in vſuram, ſed Deo, non homini. Ei damus qui abundat, ei damus qui dedit quòd demus: & pro modicis rebus, pro friuolis, pro mortalibus, pro putribilibus, pro terrenis, ęterna, incorruptibilia, ſine fine manentia. Quid multa dicturus ſum? Se promitit, qui promittit. Si amas illum, eme illum ab illo. Et vt noueris te ipſi dare, audi illum dicentem,

Matth.25.

Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi potum. Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me, &c. Et dicent illi, Quando te vidimus in his neceſſitatibus conſtitutum, & miniſtrauimus tibi? Et ille, Quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Dat de cælo, accipit in terra. Ipſe dat, ipſe accipit: quaſi fœnus traiectitium facis. Hic das, ibi recipis. Hic das res perituras, ibi recipis res ſine fine manſuras.

Tobiæ 4.
In die iudicij patrocinatur eleemoſyna.
Iacob.2.

25. HOMILIA quadrageſimaſeptima eiuſdẽ libri: Remedia peccatorum, fratres, medicina eſt eleemoſynarum. Eleemoſyna enim à morte liberat, & non patitur hominem ire in tenebras. Patrocinatur in die iudicij homini, vt flammas ęternas non timeat. Sicut Iacobus in epiſtola ſua dicit, Superexaltat miſericordia iudicium. Et iudicium ſine miſericordia illi, qui nõ fecit miſericordiam. Sed talis debet eſſe ipſa miſericordia, fratres, quæ ſuſcipiatur, non quæ repellatur: quæ peccata purget, non quæ animam grauet.

De iuſto labore & propria facultate dandæ eleemoſynæ.

De bono, de iuſto labore, de propria facultate, non de pauperum egeſtate. Fratres, non vult Deus hominem à miſericordia ceſſare, nec libenter aſpicit Deus quenquam de fraudibus dantem; ſicut Salomon propheta dicit,

Prouer.3.

Honora Dominum Deum tuum de tua ſubſtantia, ac de iuſtis laboribus tuis. De iuſtis laboribus iuſſit dari, de iniuſtis verò rapinis prohibuit dari.

Qui ex rapinis eleemoſynas largiuntur.

Sed cùm iudicare cœperit Deus, dicturi ſunt hi qui de fraudibus viuunt, & de ſpolijs miſerorũ eleemoſynam faciunt:

Matth.25.

Domine, pręcepta tua ſeruauimus, & in nomine tuo miſericordias fecimus, pauperes pauimus, nudos operuimus, & peregrinos hoſpitio recepimus. Quibus dicturus eſt Deus; Quod dediſtis, dicitis; quod rapuiſtis, non dicitis. Quos pauiſtis, memoramini; quare non recordamini quos necâſtis? Quos operuiſtis, gaudent; quos expoliâſtis, plangunt. Quos hoſpitio recepiſtis, retinetis; & obliti eſtis quantos de ſuis habitaculis expuliſtis. Ego miſericordiam fieri iuſſi, fraudes & rapinas exerceri non mandaui. Vnus repletur panibus, quem de rapinis ſatiâſti, & benedicet Dominus non te, ſed eum quem necâſti. Ille miſer necatus ingemuit, & exaudiuit gemitum eius qui vidit quod feceris ei.

In eos qui liberaliter expendunt ſua in cõuiuia & res ſuperfluas.

De malo acquiris & gaudes; rapis, & lætaris; pauper rogat, & contriſtaris; prandium paras, & tales ad tuum prandium vocas, qui tibi vicem rependant. Ornas conuiuium, nè quid deſit, & cum amicis tuis epularis, & ante ianuam tuam rogantem pauperem non audis.

Lucæ 14.

Tu diuerſis bonis repleris, & egenti non misereris. Multis epulis diſtentus, & multo vino madidus, pauperem rogantem contemnis. Oblitus es dictum prophetæ, dicentis:

Prouer.21.

Qui, inquit, auerterit aurem ſuam ab egeno, & ipſe inuocabit Dominum, & non exaudiet eum.

Adhortatur ad eleemoſynas faciendas.

Inclina aurem tuam, audi egentis vocem & fame pereuntis, vt & tuam vocem Deus exaudiat tribulantis. Da, de quo dederit tibi Deus. Ipſe te diuitem fecit, ideò illi redde quod ſuum eſt. Ipſe ſe dicit accipere quod pauperibus datur, ſibi collatum conclamat, quod in corde pauperis fuerit ſeminatum.

Lucæ 16.

Sicut in Euangelio dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui recipiant vos in æterna tabernacula. Eccè habes, Chriſtiane, æternum tabernaculum, ſi dederis pauperibus victum. Si quid das, illuc tranſmittis, tibi in futuro repones; nõ vndè carnaliter ſatureris, ſed vndè ſpiritaliter glorieris: non vndè ventrem repleas, ſed vndè flammas extinguas; quia ſcriptum eſt,

Tobiæ 4.
Miſericordiæ vis.

Eleemoſyna à morte liberat, & non patitur hominẽ ire in tenebras. Miſericordia eſt, fratres, quæ iram Dei auertit, & peccata dimittit, ignes futuros extinguit.

Eccli 3.

Sicut Salomon dicit; Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna reſiſtit peccatis. Da ergò egenti, confer non habenti, ſuccurre fame pereunti. Crudele eſt, vt de quo habes, non des ei quem ſcis non habere. Graue eſt, vt de tua abundantia non ſuſtentes egentis inopiam.

Cur in frugibus flagellamur.

Vndè ſemper flagellamur in frugibus; quia benè egentibus non facimus. Reuerà ſi conſideres homo vndè damna, vndè pericula, vndè calũnię, niſi de ſterilitate noſtra. Tu non das indigenti quod potes, quod te non grauat; venit vna calũnia, & perdes quod non habes. Ventre pleno ambulas, & vacuũ pauperis ventrem non conſideras. Benè eſt tibi de bonis Dei, nihil indiges, honeſtis veſtibus vteris, & nudum & trementem frigore non veſtis.

Charitas in qua re potiſſimùm cernatur.

26. GREGORIVS Nazianzenus oratione decimaſexta, quæ eſt de pauperũ amore: Si ex Pauli atque ipſius etiam Chriſti ſententia & authoritate charitatem, vt Legis & Prophetarũ caput, præceptorum omnium primũ maximumq; cenſendum eſt; huius potiſſimam partem in eo ſitam eſſe comperio, vt pauperes amore ac beneuolentia complectamur, atque eorum, qui nobis cognatione coniuncti ſunt, calamitatibus moueamur, & doleamus.

Miſericordiæ laus.

Neque enim vllus omninò cultus Deo perindè gratus eſt, vt miſericordia (quan-

doquidem nec aliud quicquã eſt, quod Deo magis conueniat, vtpotè quẽ miſericordia & veritas
Pſal. 84. 88. Iacob. 2.
præcedant, & cui miſericordia ante iudicium offerenda ſit:) nec vlli alij rei potiùs, quàm benignitati benignitas ab eo rependitur, qui iuſtè remetitur, atque in pondere & menſura miſericordiam ponit. Et poſt multa: Cura vt proximo tuo idcircò præſtantior ſis, quia benignior.
Benè mereri de alijs, diuinum eſt.
Fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando. Nihil enim tam diuinum homo habet, quàm de alijs benè mereri: tametſi ille maiora,
Pro ſuis quiſque viribus eleemoſynã præſtet qualemcunque.
hic minora beneficia conferat, vterque nimirùm pro ſuis viribus. Egenti paruum aliquid tribue. neque enim paruum eſt ei, qui omnibus rebus caret, immò ne ipſi quidem Deo, ſi viribus par ſit. Summi muneris loco animi promptitudinem dona: ſi nihil habes, illachryma. Magnum calamitoſo remedium eſt miſeratio ex animo collata: ac verè & ſyncerè condolere, calamitatem magna ex parte leuat. Homo apud te iumento vilior non eſt, ô homo, quod cùm in foueam incidit, aut
Deut. 22. Exod. 23.
aberrauit, erigere, ac reducere tibi Lex præſcribit. In quo quidẽ profundiúsne aliquid & magis arcanum occultet (cuiuſmodi pleraque legalis profunditas ſenſuumq; duplicitas habet) non eſt meum noſſe, verùm Spiritus omnia perſcrutantis & cognoſcentis: quantum autem ipſe ratione atque intelligentia conſequi poſſum, hoc ideò ſanxit, vt nos ab humanitate, quam in rebus paruis adhibemus, ad maiorem pleniorémque benignitatem exerceat. Et quibuſdam interiectis: Cæterùm omnium maximè diuino mandato & exemplo moueamur. Quodnam porrò hoc mandatum eſt? ac videte quæſo, quàm conſtans ſit atq; ſyncerum. neque enim hominibus Spiritu ſancto afflatis ſat fuit, ſemel atq; iterùm de pauperibus ſermonem habuiſſe, nec quidam dũtaxàt de his rebus verba fecerunt, reliqui minimè, aut alij copioſiùs, alij parciùs, velut de re non ità magna, nec admodùm
De eleemoſynis cur tam crebra vbiq; mentio in ſacris literis.
neceſſaria; verùm, & omnes in vniuerſum, & ſedulò quiſque, vel primùm, vel in primis ad eam rem nos inhortantur, nunc admonentes, nunc cõminantes, nunc exprobrantes, nonnunquàm etiam eos, qui virtutis huiuſce munere funguntur, laudibus efferẽtes: nimirùm vt per admonitionis aſſiduitatem eò nos adducant, vt hoc mandatum
Pſal. 11.
exequamur. Propter miſeriã inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Quis exurgentem Dominũ non extimeſcat? Et alio loco;
Pſal. 9.
Exurge Domine Deus meus, & exaltetur manus tua, nè obliuiſcaris pauperum. Elationem huiuſmodi deprecemur, nec nobis in mentem veniat, videre velle manum illã aduerſùs inobediẽtes & contumaces ſeſe attollentem, quodq; eo grauius eſt, in duros & pertinaces immiſſam. Et rurſus,
Ibidèm.
Non eſt oblitus clamorem pauperum. Et, Non in finem obliuio erit pauperis. Et, Oculi eius in pauperem reſpiciunt (quod quidem palpebris melius eſt, ac præſtantius) palpebræ autẽ eius interrogant filios hominum, id eſt minor, vt ità dicam, & poſterior inſpectio. Verùm dixerit fortaſsè aliquis, Hæc pro pauperibus illis & inopibus dicta ſunt, qui iniuria afficiuntur. Sit ità ſanè: nã de hoc litem nullam mouebo. At hoc quoquè tamen ad colẽda humanitatis officia te extimulet. Quorum enim, ſi quid eis iniuriæ inferatur, tanta ratio habetur, iiſdem certè beneficio affectis, amplior & vberior eſt gratia. Nam ſi, qui pauperem deſpicit, eum, à quo factus eſt, ad iram concitat, non dubiũ eſt, quin opificem honore afficiat, qui ipſius
Prouer. 22.
opus complectitur. Rurſus cùm audis, Pauper & diues occurrerunt ſibi, vtrunque autem creauit Dominus: ne illum quidẽ pauperem, hunc autem diuitem ab eo creatum intelligas, ex eoq; in pauperem inſurgendi anſam arripias (neq; enim conſtat, an à Deo huiuſmodi diſtinctio profecta ſit) verùm Dei figmentum, inquit, vterque æquè eſt,
tametſi, quod ad res externas attinet, diſpari conditione ſint. Hoc te ad commiſerationem & charitatem inflectat: vt cùm cogitatio illa tibi animos extulerit, hæc eoſdem demittat, teq; moderatiorem efficiat. Quid præterea? Qui miſeretur pauperis, inquit, Deo fœneratur. Quis huiuſmodi debitorem recuſet, debitum in tempore nõ ſine fœnore redditurum? Et rurſus, Per miſericordiam & fidem peccata purgantur. Purgemur itaque per miſericordiæ officia, labeſq; & ſordes animæ pulchra illa herba extergamus; ac dealbemur, alij vt lana, alij vt nix, pro miſericordię videlicet proportione. Atque, vt formidabilius aliquid dicam, ſi nulla eſt tibi confractio, nec liuor, nec plaga tumens, nec vlla animæ lepra, aut ſignificationis tactus, aut candor, quæ à Lege quidẽ exiguè curabantur, medicam autem Chriſti manum requirunt, at eum certè, qui ſalutis noſtræ cauſa vulneribus & languore affectus eſt, venerare. Veneraberis autẽ, ſi te Chriſti membro benignum atq; humanum præbeas. Quòd ſi te fortaſsè animarũ noſtrarum prædo & tyrannus, vel à Hieruſalem in Hiericho deſcendentem, vel alibì vſpiam inermem & imparatum nactus, vſqueadeò ſauciauit, vt meritò his verbis vti queas, Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientię meæ, ſiquidem ità affectus es, vt ne medicinam quidem exquiras, nec morbi curandi rationem intelligas, heu plagam ſanè grauiſſimam, calamitatemq; altiſſimè graſſantem. Sin ſalus tua nondùm prorsùs deplorata eſt, nec immedicabili morbo laboras, ad medicum accede, obſecra, vulneribus per vulnera medere, ſimile per ſimile acquire, vel potiùs minoribus remedijs grauiores morbos depelle. Dicet animę tuę, Salus tua ſum: &, Fides tua te ſaluum fecit: &, Eccè ſanus factus es: atque humaniſſimis quibuſq; verbis te alloquetur: modò te iis, qui in dolore verſantur, benignum & humanum eſſe videat. Beati miſericordes, inquit, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Non in poſtremis beatitudinibus eſt miſericordia. Et, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Ac rurſùs, Benignus homo, qui miſeretur & commodat. Et alio loco, Tota die iuſtus miſeretur, & commodat. Benedictionem arripiamus, intelligentes vocemur, benigni ſimus. Ne nox quidem miſericordię officia tibi interrũpat. Nè dixeris, Rediens redi, & craſtino die dabo tibi: nè quid inter propoſitum tuum & beneficiũ intercedat. Vna enim beneficentia eſt, quæ moram non admittit. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam, idq; læto atque alacri animo. Qui enim miſeretur, inquit ille, in hilaritate: ac beneficij gratia promptitudine & celeritate conduplicatur. nam quod mœſto vel coacto animo defertur, ingratum eſt, minimeq; præclarum. Lætandum eſt autem, non lugendum, cùm beneficium damus. Si vinculum & electionem ſuſtuleris, inquit ille, hoc eſt, tenacitatem & probationem ſiue ambiguitatem, ac verbum murmuris, quid futurum eſt? quàm magnum & admirandum? quantáque huius rei merces? Erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitas tua citò orietur. Quis ergò eſt, qui lucem & ſanitatem non expetat? Quin me quoquè mouet Chriſti crumena, quæ nos ad pauperes alendos exhortatur, Petriq; etiam & Pauli conuentio, qui Euangelij promulgationem ità inter ſe partiti ſunt, vt pauperes interim communi animorum ſtudio complecterentur: ac deniq; iuuenis illius perfectio in eo definita & conſtituta, vt bona ſua pauperibus daret. An tu benignitatem non neceſſariam, ſed tibi liberam eſſe putas? ac non legem, ſed conſilium? Hoc quoquè ipſe magnoperè vellem & exiſtimarem: ſed me ſiniſtra illa manus terret, & hœdi, & probra, quę ab eo, à quo illic collocati ſunt, cõijciuntur, non quia manus alienis bonis attulerunt,

Prouer. 19. — Prouer. 15. — Remedium peccatorum eleemoſyna. — Eſa. 1. — Leuit. 13. — Lucæ 10. — Pſal. 37. — Pſal. 34. — Lucæ 7. — Ioan. 5. — Matth. 5. — Pſal. 40. — Pſal. 111. — Pſal. 36. — Prouer. 3. — Quomodò eleemoſyna danda. — Eſa. 58. — Rom. 12. — 2. Cor. 9. — Eſa. 58. — Alia ad eleemoſynã erogandam incitamenta. — Ioan. 12. — Galat. 2. — Matth. 19.

nec

nec quia templa diripuerunt, aut adulterium perpetrârunt, aut aliud quiddam ex ijs, quæ interdicta ſunt, admiſerunt, hoc ordine mulctati; ſed quia Chriſtum per pauperes minimè curârunt. Quocircà, ſi quid mihi auſcultandum putatis, ſerui Chriſti, & fratres, & cohæredes, Chriſtum, quandiù licèt, viſitemus, Chriſtũ curemus, Chriſtum alamus, Chriſtum induamus, Chriſtum colligamus, Chriſtum honoremus, non menſa ſolùm vt quidam, nec vnguentis, vt Maria, nec ſepulcro duntaxàt, vt Ioſeph Arimathæus, nec rebus ad ſepulturam accommodatis, vt ille dimidia tantùm ex parte Chriſtum amans Nicodemus, nec deniquè auro, thure, & myrrha, vt Magi ante eos omnes, quos diximus: ſed quoniam omnium Dominus miſericordiam vult non ſacrificium, ac pinguium agnorum myriades commiſeratio ſuperat: hanc per pauperes humíque hodierno die prouolutos ipſi conferamus, vt cùm hinc exceſſerimus, in æterna tabernacula nos accipiant.

Adhortatio ad liberalitatis ſtudium in egentes.
Lucæ 7. & 14.
Ioan. 12. & 19.
Matth. 2.
Oſeæ 6.

27. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſimaſecunda ad populum Antiochenum: Vndè verò Deus ità mundum dilexit? Ex nulla quidem alià re, ſed ex charitate ſola. Reuereamur eius itaque charitatem, miſerationis exceſſum erubeſcamus. Ipſe nanque nec vnigenito pepercit propter nos, nos autem & pecunijs parcimus contra noſipſos. Ipſe & legitimum pro nobis filium tradidit: nos verò nec argentum propter eum contemnimus, ſed neque propter nos. Et quid dico pecunias? Nónne ſi innumeras haberemus animas, omnes oportuerat pro eo ponere? Seruis quidem & mulis, & equis, torques aureos circumponentes, Dominum verò nudum circumeuntem, & fores ex foribus mutantem, & ſemper in exitibus morantem, & manus porrigentem deſpicientes, frequenter autem & toruo reſpicientes oculo, licèt & hoc ipſum propter nos patiatur. Libenter enim eſurit, vt tu paſcaris: & nudus circumit, vt incorruptionis indumenti tibi præbeat occaſionem: ſed nec ità veſtrorum aliquid erogatis. Sed veſtimentorum hæc quidem iacent tineis eſca: hæc autem arcæ ſarcina, ſuperfluáque poſſidentibus cura. Qui verò iſta, cæteráque dedit omnia, nudus errat. Sed in arcam ipſa non reponitis, ſed ipſi vos circumamicientes ornamini. Et quid vobis ex his amplius? vt forenſium turba vos ſpectet? Et quid hoc? Non enim his amictum admirabuntur, ſed eum qui indigentibus largitur. Itaque ſi vis in admiratione haberi, alios potiùs induens, infinitos aſſequeris applauſus. Tunc & ipſe Deus te cum hominibus laudabit: nunc autem laudabit quidem nemo, at omnes inuidebunt, corpus quidem cernentes ornatum, animam verò neglectam habentem. Hic & meritorijs mulieribus eſt ornatus, at & precioſiores apud eas frequenter, & pulchriores ſunt veſtes. Animæ verò ornatus penès eos eſt ſolos, qui cum virtute viuunt. Hęc continuè dico, neque dicere deſinam, non tam pauperum, quàm animarum curam gerens veſtrarum.

Dei miſericordia imitanda.
In immiſericordes homines.
In immoderatum veſtitũ

28. ET homilia trigeſimatertia ad populum Antiochenum: eadémque habentur ad verbum homilia quinquageſimatertia in Matthæum: Eià chariſſimi priùs dicta reſumamus, & hodiè oſtendamus qualiter eſt ars omnium artium quæſtuoſiſſima eleemoſyna. Si enim artis eſt proprium, ad aliquam vtilitatem peruenire, eleemoſyna verò nihil eſt vtilius: clarum eſt profectò, quòd & ars, & omnium eſt artium optima. Non enim nobis conficit calceamenta, neque veſtimenta contexit, nec has luteas domos ædificat: verùm & æternam miniſtrat vitam, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & manſiones ædificat in cælis, & æterna parat illa tabernacula. Hæc lampades noſtras non ſinit extingui, nec ſordidis indutos veſtibus in nuptijs videri, ſed lauat, & niue mundiores reddit. Si nanque fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Non ſinit nos eò decidere, vbi diues ille: nec audire verba tremenda, ſed in Abrahæ ſinus deducit. Et artium quidem ſecularium vnaquęque vnum habet, quod accepit, meritum. Verbi gratia, Agricultura paſcit, textoria veſtit, immò verò nec hoc vlla poteſt à ſemetipſa vobis conferre. Et ſi libet, agriculturã examinemus primam. Nam niſi cuſoriã habuerit, à qua ligonem & vomerem, falcem, ſecurim & alia plura mutuetur: & carpentariam, vt aratrum pangat, & iugum paret & plauſtrũ, vt ſpicas excutiat: & coriariam, vt & lorum faciat: & ædificatoriã, vt & arantibus tauris ſtabulũ ædificet, & ferentibus agricolis domum: & ſucciſoriam, vt ligna ſecentur: & piſtoriam: poſt hęc omnia nuſquàm apparebit. Similiter & textoria, cùm aliquid faciat, multas ſecum artes conuocat, vt propoſita ſecum expediant: quòd ſi nõ acceſſerint, & manum porrexerint, hæc quoquè ſimiliter vt illa remanebit inops. Et artium quæq; alterius indiget artis. Cùm autem oporteat miſereri, nihil aliud nobis opùs eſt, ſed ſola voluntas eſt neceſſaria. Quòd ſi dicas, quòd pecunijs opùs eſt, & habitationibus, & veſtimẽtis, & calceamentis: illa lege Chriſti verba, quæ de vidua dixit: & ab anguſtia deſiſte, licèt valdè ſis pauper, & mendicantibus pauperior, ſi duo minuta contuleris, totum explêſti. Et ſi des panem, eum habens ſolum, ad perfectionem artis veniſti. Hanc itaque ſuſcipiamus artem & ſcientiam, & obeamus. Melius enim eſt hàc ſcire, quàm eſſe regem, & diademate coronari. Non enim eſt hæc ſola eius præcellentia, quòd aliarum non indiget, verùm & diuerſarum rerum eſt expeditoria, & multarũ quidem & omnigenarum. Domos enim ædificat in cęlis ſemper manſuras, & qui ſe conſecuti fuerint, docet quemadmodùm immortalem fugiãt mortem: & tibi theſauros donat, qui nunquàm abſumuntur, ſed omne damnum effugiunt, tam à latronibus, quàm à vermibus & tẽpore. Si quis circa frumentorum conſeruationẽ hoc ſolum te docuiſſet: quid non reddidiſſes, vt inabſumptum multos annos poſſes conſeruare frumentum? Eccè aũt hæc non in frumento tantùm, verùm & in omnibus docet, & quomodò parta, & anima & corpus indiminuta cõſeruentur, oſtendit. Et quid opùs eſt omnia particulatìm dicere artis huius merita? Hæc nanq; te docet, quomodò poſſis Deo ſimilis fieri, quod eſt omnium ſumma bonorum. Vides quomodò non vnum huius eſt opus, ſed multa? non alterius indigẽs artis domos ædificat, texit veſtes, inabſumptos parat theſauros, facit vt mors ſuperetur, diabolum cohibet, Deo reddit ſimiles. Quid igitur hac arte fuerit vtilius? Nã aliæ quidem cum dictis, & cum præſenti ſoluuntur vita, & morbo laborãtibus artificibus nuſquàm apparent, & earum opera durare non poſſunt, & laboris indigẽt, & temporis multi, & aliorum mille: hæc autem cùm mundus præterierit, maximè tunc appàret, cùm fuerimus mortui, maximè tũc coruſcat, & opera monſtrat à ſe geſta, nec laboris indiget: nec alterius huiuſmodi cuiuſpiam operationis: verùm & ægrotãte te fructum affert, & annis confecto, & ad futuram tecum vitam emigrat, nec vnquàm te deſerit. Hæc & ſophiſtis & oratoribus te potentiorem efficit. Nam illi quidem in ſuis præcellentes artibus, multos habent æmulos: hac autem pollentes, infinitos habent pro ſe orantes. Et illi quidem hominum aſſiſtunt tribunalibus, iniuriam patientibus exhibentes patrocinium, at & frequenter iniuriam facientibus: hęc autem Chriſti adſtat tribunali, non tantùm patrocinans, verùm & ipſi perſuadens iudici, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſentẽtiam ferat: & licèt milliès peccauerit, coronat, & victorẽ promulgat:

Ars omnium artium quæſtuoſiſſima eleemoſyna.
Vtilitas eleemoſynarum.
Eſa. 1.
Lucæ 16.
Facilitas in conferendis eleemoſynis.
Luc. 21.
Melius eſt hanc artem ſcire, quàm regem eſſe.
Quàm mira operetur eleemoſyna.
Docet hæc ars Deo ſimilem fieri.
Poſt mortem maximè apparet eleemoſynæ vis apud tribunal iudicis.

Digitized by Google

Luc.11.

gat: ait enim, Date eleemoſynam, & omnia erunt munda. Et quid de futuris loquor? In præſenti vita ſi homines interrogemus, quid malint, ſophiſtas ſe eſſe magnos & oratores, an eleemoſynarios & humanos? audies eos ſecundum eligentes: & meritò. Sublata nanque dicendi facultate, vita nihil læditur. Nam & ante hanc multum ſtetit temporis. Sed ſi miſericordiam auferes, omnia tranſibunt & perierint. Et ſicut mare non poteſt nauigari, portubus & ſtationibus obrutis: ità nec hæc vita conſtare, ſi miſericordiam & veniam tollas ac humanitatem. Quamobrem non tantùm eam rationi Deus mādauit, verùm & multas ipſius partes inſperſit naturæ tyrannidi. Sic & filiorum patres miſerentur, ità matres, ità parentum geniti. Nec verò tantùm in hominibus, verùm in omnibus brutis: ità fratrum fratres, & conſanguinei, & neceſſarij, ſic hominis homo. Habemus enim aliquid ad miſericordiam inclinatum & à natura. Et propterea pro patientibus iniuriam indignamur, & iugulatos cernentes flectimur, & lugentes aliquos videntes lachrymas impendimus. Quoniam enim id vult Deus præſtari, naturam ad hoc multum conferre mandauit, oſtendens quòd hoc eſt ſibi valdè gratum. Hæc itaque cogitantes, & noſipſos, & filios, & neceſſarios, in eleemoſynæ diſciplinam ducamus. Et hoc ſuper omnia diſcat homo, quoniam & hoc eſt homo. Magnum enim homo, & precioſum vir miſericors. Itaque niſi hoc habeat, eſſe deſijt homo. Hoc ſapientes præſtat. Et quid admiraris, ſi hoc eſt Deus, & hoc homo? Ait enim: Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter. Diſcamus itaque miſericordes eſſe omnium cauſa, maximè quoniā & nos multæ indigemus miſericordiæ, & neque viuere putemus per id temporis, quo non miſereamur. Eleemoſynam autem dico ab auaritia puram: nam ſi ſuis contentus, & alijs non impertiens, non eſt miſericors: aliena rapiens, quomodò miſericors? Non eſt miſericors profectò, licèt infinita largiatur. Nam ſi proprijs frui ſimpliciter, eſt inhumanitatis: multo magìs alios expilare. IN eadem homilia trigeſimatertia ad populum Antiochenum: Hîc quidem quæcunque dederis, recipere non licet: illic verò cū multo rurſùm honore recipies, & maiora lucraberis, & ſpiritualiora lucra. Hæc quæ hîc erogas, illic ſunt repetitio, mutuum, & fœnus, & debitum. Nam chirographa tibi Deus fecit. Ait enim, Qui miſeretur inopis, fœnerat Deo. Arrhabonem tibi dedit & vades, & hæc cùm Deus ſit. Quem arrhabonem? Præſentis vitæ ſenſibilia, ſpiritualia futurorum primordia. Quid itaque differs & torpes, cùm iam tanta receperis, & tot expectes? Quę nanq; accepiſti, ſunt iſta: Corpus tibi formauit, animam ipſe intulit, honorauit te ratione ſolum ex animalibus terrenis: omnium tibi viſibilium vſum contulit, ſuî pręſtitit ſcientiam, pro te tradidit filium, baptiſma tot plenum bonis donauit, ſacram tibi dedit mēſam, regnum promiſit, & arcana bona. Cùm igitur tot acceperis, tot itidèm accepturus, (iterùm enim idem referam) circa pereuntes pecunias puſillanimiter agis Et quam habebis veniam?

Sine miſericordia vita conſtare nequit.

Innata eſt nobis & inſita miſericordia.

Qui miſericors non eſt, homo eſſe deſijt.

Luc.6.

Eleemoſynarum fructus & vtilitas.

Prouer.19.

Beneficia Dei in hominem.

29. ITEM homilia trigeſimaquarta ad populum Antiochenū, & homilia ſeptuageſimaquarta in Matthæum: Tuarum es ô homo pecuniarum diſpenſator, non minùs quàm qui Eccleſiæ bona diſpenſat. Sicut igitur ille poteſtatem non habet, ea quæ propter pauperes à vobis erogantur, temerè, & vt caſu venit diſpergendi, quoniam in pauperum data ſunt alimentum: ità neque tu tua. Etſi nanque paternā accepiſti hæreditatem, & ità poſſides quæcunque tibi ſunt, ità quoquè tamen Dei ſunt omnia. Poſteà verò tu quod erogāſti quidem, tali vis diſpenſari diligentia: Deum verò ſua non cenſes maiori nos repetiturum vehementia, ſed ea ſimpliciter paſſurum pereuntia? Non ità eſt, nequaquàm. Hæc enim propterea tibi conceſſit, vt dares illis eſcam in tempore opportuno, egenis, eſurientibus: ſicut tu conſeruo diſpenſanda dediſti, itidèm & Deus te vult hæc in congrua erogare. Propterea quoquè cùm auferre poſſet, ea dimiſit, vt exhibendæ virtutis occaſionem habeas, vt alterum alterius indigentem conſtituens, mutuam charitatem redderet feruētiorem. Non enim ad hoc accepiſti, vt in delicias abſumeres, ſed vt in eleemoſynam erogares. Nunquid enim tua poſſides? Res pauperum tibi ſunt creditæ, ſiue ex laboribus iuſtis, ſiue ex hęreditate paterna poſſideas. Nunquid enim non potuit tibi Deus hæc auferre? Verùm hoc non facit, in poteſtate tua ponens liberam in pauperes liberalitatem. Tu verò, quæſo, conſidera quomodò per omnes parabolas non ſuis congruè pecunijs vtentes punit. Nec enim virgines aliena rapuerant, ſed propria non dederunt. Neque qui talentum in terram defodit, iniuſtum vſum ſibi vendicauit, ſed quia non geminauit: nec eſurientem deſpiciētes, quòd aliena rapuerint, puniuntur, ſed quoniam ſua non diſperſerunt, ſicut & hic ſeruus. Audiamus itaque quotquot ventri indulgemus, quotquot in opiparas cœnas expēdimus diuitias, nihil nobis pertinentes, ſed indigentibus debitas: non enim quoniam ex benignitate multa de tuis erogare iuſſus es, hæc ideò putes eſſe tua. Tibi mutuauit, vt laudabilis fieri poſſes: nè tua igitur eſſe putes, ei ſua præbens: nec enim ſic cui tu mutuâſſes, vt abiens aliquas poſſet quæſtuum occaſiones inuenire, illius pecunias eſſe diceres. Igitur & tibi Deus tradidit, vt cælum lucrari poſſes: ergò benignitatis exceſſum nè facias ingratitudinis materiam. Cogita quantis dignum votis poſſe poſt baptiſma viam inuenire peccata lauantem. niſi dixiſſet, Da eleemoſynam: quot dixiſſent, Vtinàm poſſet fieri, vt pecuniæ darentur, & futuris malis abſolueremur? Sed quoniam hoc poſſibile factum eſt, rurſùm redditi ſunt ſupini. Et poſt pauca: Ieiunare quidē, & humi cubare, & exercere virginitatem, & temperanter agere, ſolis hæc obeuntibus vtilitatem afferunt: quæ verò proximis à nobis exhibentur, vt eleemoſyna, doctrina & charitas: hæc & nobiſipſis, & proximis ad quos à nobis tranſeunt, proſunt. Has quæramus virtutes, quæ præter ſalutem noſtrā proximis quoquè plurimùm prodeſſe poſſint: tale quid eſt eleemoſyna, tale oratio, quin potiùs & hæc ab altera fit potēs, & eleuatur: ait enim, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram Deo. Nec verò ſolùm oratio, verùm & ieiunium hinc neruos habet. Et ſi abſque eleemoſyna ieiunes, nec bonum opus ieiunium cenſetur, ſed crapulante & ebrio peior eſt huiuſmodi, & tanto peior, quanto delicijs crudelitas grauior. Et quid dico ieiunium? Et ſi nanque continens degas, ſiue virginitatem ſerues, charitatē non habens, extra ſponſi thalamum remanes. Et quid par virginitati, quæ nec in nouo teſtamento propter excellentiam ſub legis venit neceſſitatem? Et tamen expellitur, ſi eleemoſynam non habeat. Si verò virgines excluduntur, eò quòd hanc congrua non habuerint cum largitate, quis abſque ea veniam aſſequi poterit? Nemo, ſed hanc non habentem omninò perire neceſſarium eſt. Si enim in ſecularibus ſibi viuit nemo, verùm & artifex, & miles, & agricola, & mercator, ad communem & proximorum vtilitatem omnes operantur: multo magìs in ſpiritualibus oportet hoc facere: hoc enim eſt maximè viuere. Qui nanque ſibi viuit ſoli, & omnes negligit, ſuperfluus eſt, & nec homo, nec generis noſtri. IN eadem homilia trigeſimaquarta ad populum Antiochenum, & homilia quinquageſimaquinta in Geneſim de eleemoſyna loquens: Nè ſimpliciter, quæſo, animarum noſtrarum pertranſeamus emolumentum, noſtrorū medicinam vulnerum.

Diſpenſatores pecuniarum ſumus conſtituti à Deo.

Cur non auferat Deus à diuitibus opes quas poſſident.

Matth.25.

Facultates & opes non ſunt noſtræ, ſed pauperū, quod ad vſū ſcilicet attinet.

Via abluendi peccata poſt baptiſmum.

Opera miſericordiæ duplicem adferunt fructū.

Ab eleemoſyna roboratur oratio & ieiunium.

Actor.10.

Quàm ſint neceſſaria opera miſericordiæ.

Qui ſibi ſoli viuit, ſuperfluus eſt, & nec homo, nec generis noſtri.

Digitized by Google

Eleemoſyna talis medicinavulnerum, vt nec cicatricem relinquat.

rum. Hoc enim medicamen, hoc maximè tantum nobis præſtabit remedium, & tantum animarum noſtrarum vulnera delebit, vt neque veſtigium, neque cicatrix relinquatur: quod in corporalibus fieri non poteſt vulneribus. Sed licèt infinita quis medicorum imponat remedia, cicatricem in corpore remanere neceſſarium eſt: & meritò: corpus enim eſt quod curatur. Hìc verò quoniam eſt anima, cùm propriam præ ſe tulerit gratitudinem, validam ſuſcipit in melius mutationem: & ſic omnia tolluntur vlcera, ſicut vento puluis excitatus vehementi. Et his omnibus exemplis plenæ ſunt nobis ſcripturæ. Videamus autem & huius vim mandati, & quantam potentiæ ſuperabundantiam habeat liberalis eleemoſyna, vt lucrum ex ea nobis conflatum agnoſcentes, eam promptè tranſigamus. Nam fortè tanta eſt ipſius facultas, vt non tantùm peccata detergat, verùm & ipſam effuget mortem. At inquies: Quis eleemoſynam exhibens, morte ſuperior factus eſt? omnes enim videmus ſub mortis imperio poſitos. Nè tumultueris amice, ſed ipſis ex rebus diſce, quomodò eleemoſynæ virtus & huius ſuperauit imperium. Tabitha quædam mulier fuit, quæ Dorcas dicitur interpretata &c. Vidiſti medicaminis virtutem? hoc omnes nobis comparemus: nec enim precioſum eſt, licèt tantam habeat potentiam, ſed valdè vili venale, nec multa opùs habet impenſa. Nam eleemoſynę magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, ſed in dantium promptitudine. Et propterea qui calicem aquæ frigidæ dederit, factus eſt acceptabilis: & quæ duo minuta erogauit: vt diſcamus quòd vbiquè mentem Dominus inquirit. Licet & habentem pauca, magnam exhibere largitatem, cùm efficax fuerit promptitudo: & multa poſſidentem, pauca habentibus inferiorem videri propter mētis puſillanimitatem. Et poſt pauca: Et quid dico, quòd ea multiplicās illa manus præbet? Non enim ea ſolùm, verùm & cum his regnum donat cælorum, & prædicat, & coronat, & infinita largitur bona, ſi quid ex rebus ab eo datis paruum erogare velimus. Nunquid enim graue quippiam & oneroſum à nobis inquirit? Neceſſitatem excedentia vult nos facere neceſſaria, & quæ nequicquàm & inutiliter repoſita ſunt, hæc vult benè diſtribui, vt hinc occaſione ſumpta nos coronet: feſtinat enim & properat, & omnia facit, vt nos his quæ pollicitus eſt, dignos conſtituat. Nè nos itaque tot bonis priuemus. Nam ſi circa terram laborantes, horrea exhaurientes, terræ ſemina mandant, & congregata diſpergunt, & hoc faciunt cum voluptate, ſe ampliorum ſpe conſolantes: & hæc cùm ſciant quòd frequenter & aëris inæqualitas, & ſterilitas terræ, & alij multi incurſus, vel locuſtarum exercitus, vel rubiginis impetus ab expectatione decidere facit, bonis tamen ſe paſcentes expectationibus, in horreis congregata terræ committunt: multo magìs nos inaniter repoſita in cibos pauperum diſpergere congruum eſt, vbi nunquàm accidit aberrare, nec infortunium, quod in terra fit, vereri: ait enim, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Breui tempore diſtributionem fecit, & perēni æuo permanet eius iuſtitia. Quid hoc vnquàm poſſit eſſe beatius? Propterea cohortor, per eleemoſynam attrahamus iuſtitiam, vt & de nobis hoc dicatur: Diſperſit, dedit pauperibus. Poſtquàm enim dixit, Diſperſit, nè putares quòd diſperſa perijſſent, propterea ſtatìm intulit, Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ex illis, inquit, diſperſis inconſumpta manet iuſtitia, cum omnibus pariter ſeculis extenſa. Et cum eleemoſyna reliquarum quoquè virtutum multam geramus curam, & carnis vitia corrigamus.

Mortem profligat.

Actor.9.

Eleemoſynæ vis nō ex magnitudine vel multitudine, ſed ex promptitudine iudicatur.

Matth.10.

Luc. 21.

Retributio eleemoſynæ.

Ex ſuperfluis vult Deus eleemoſynā præberi.

Perennis iuſtitia comparatur ex eleemoſyna.

Pſal.111.

30. ET homilia trigeſimaquinta ad populum Antiochenum, & in ſermone de miſericordia: Amabile ſanctorum omne genus, chariſſimi, proptereáque Paulus dicebat: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem. Vides verbi virtutem, & quomodò nos ſemper vult eſſe miſericordes? Non enim dixit, Miſeremini, ſimpliciter: ſed, induite vos, vt ſicut veſtimentum ſemper nobiſcum eſt, ſic & eleemoſyna. Nec ſimpliciter dixit, miſericordiam: ſed, viſcera miſericordiæ, vt naturalem imitemur amorem. At nos contraria facimus, & ſi quis vnum quidem petens obolum accedat, contumelijs & conuicijs inſectamur, ac impoſtorem vocamus. Non horres homo & erubeſcis, impoſtorem propter panem vocans? Si verò talis & impoſturam facit, propterea cui miſericordia tribuatur dignus eſt, quòd ità fame premitur, vt talem ſubeat perſonam. Quin hoc & noſtrę crudelitatis eſt redargutio. Nam quoniam facilè dare non ſuſtinemus, innumeras coguntur artes excogitare, vt inhumanitatem noſtram fallere poſſint, & emollire ſæuitiam.

Coloſſ.3.

In exagitatores pauperum.

31. IDEM homilia trigeſimaſexta ad populum Antiochenum: Magnum eſt & pulchrum & precioſum, eleemoſyna: donum eſt magnum, immò verò magnum bonum. ſi pecunias contemnere diſcamus, alia quoquè diſcemus. Hinc enim intuere quot bona pariantur. Dans eleemoſynam, ſicut oportet dare, diſcit aſpernari diuitias: qui pecunias didicit aſpernari, malorum radicem excidit: itaque non minus accipit quàm præſtat beneficium, non eò ſolùm, quòd debitum & retributio fit eleemoſynæ repoſita, verùm & quòd anima ſapiens & alta fiat, & diues. Qui dat eleemoſynam, diſcit non admirari pecunias, neque aurum. Hoc autem inſtructa mente, maximum in cælum aſcendendi principium accepit, & innumeras contentionis & litis & inuidiæ ac triſtitiæ ſuſtulit occaſiones. Nôſtis enim, nôſtis & vos, quòd omnia propter pecunias, & infinita propter pecunias bella: qui autem has contemnere didicit, ſemetipſum in tranquillitate conſtituit, non ampliùs iacturam formidat, hoc enim dócuit eleemoſyna, non ampliùs res proximi concupiſcit. Quomodò nanque, qui ſua diſpergit, & largitur? Non vltrà locupleti inuidet: quomodò nanque, cùm velit pauper fieri? ſuę purgat oculum animę. Et hęc quidē in hoc ſeculo: quę verò ſunt in illo, nec dicere licet quāta conſequetur bona. Non extrinſecùs cum fatuis manebit virginibus, ſed cum prudentibus ingredietur cum ſponſo, ardentes habens lampadas, & in virginitate tabefactis, qui nec illos quidem guſtauit labores, erit melior. Tanta vis eſt eleemoſynæ, cum multa fiducia ſuos introducit alumnos: eſt enim cæli nota ianitoribus, ſponſalis thalami fores obſeruantibus, quin & venerabilis, & quos ſuî cultores agnouerit, cum multa introducet libertate, & contradicet nemo, ſed omnes cedent. Nam ſi Deum in terram deduxit, & hominem fieri perſuaſit, multo magìs in cælum hominem poterit reducere: magna enim eſt ipſius potentia. Si igitur ex miſericordia & clementia Deus homo factus eſt, & vt ſeruus fieret, perſuaſum: multo magìs ſeruos in ipſius inducet domum. Hanc amemus, hanc diligamus, non vno die vel altero, ſed in omni tempore, vt nos agnoſcat. Si ipſa nos agnouerit, & Dominus agnoſcet: ſi non agnouerit ipſa, ignorabit & Dominus, & dicet: Neſcio vos: ait enim, Magna res, homo: & precioſa, vir miſericors. Hæc maior eſt gratia, quàm mortuos reſuſcitare. Multo nanque maius eſt, quàm in nomine Ieſu mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum. Nam hìc quidem tu de Chriſto benè meteris, illic autem ipſe de te. At merces eſt in benè gerendo, non in benè patiēdo. Hìc enim, in ſignis inquam, ipſe Deo debes, in eleemoſyna verò Deum habes debitorem.

Quàm ſit vtile eleemoſynam dare.

Matth.25.

Eleemoſyna nota eſt cæli ianitoribus.

Matth.25.

Miſericordiā præſtare maius eſt, quàm excitare mortuos.

In eleemoſyna habemus Deum debitorem.

Digitized by Google

debitorem. Eſt autem eleemoſyna, cùm promptè præſtatur cum largitate: cùm non dare, ſed accipere te putaueris: cùm tanquàm beneficium accipiens, & quæſtum faciens, non autem iacturam.

Sine eleemoſyna ſterilis oratio &c.

Et paulò pòſt: Abſque eleemoſyna ſterilis oratio, omnia immunda abſque hac, omnia inutilia, maior virtutis pars eſt amputata. Qui non diligit fratrem ſuum, inquit, Deum non nouit: tu verò quomodò diligis, neque parua hæc & vilia volens ei communicare?

1.Ioan.4.

Eleemoſyna ex rapina, nõ eſt eleemoſyna.

Si propterea rapis vt miſerearis, nihil hac peius eleemoſyna. Cùm enim ex rapina naſcatur, hoc eleemoſyna non eſt: ſæuitia quædam eſt & crudelitas, hoc eſt, in Deum contumelia. Si ſuorum deteriora Cain offerens ſic offendit, aliena offerens quomodò non offendit? Oblatio non aliud eſt quàm ſacrificium, non immunditia.

Geneſ.4.

Et poſt nõnulla: Conſuetudinis vis & in bonis, & in malis magna: ipſa nos trahente, laboris iam non indigebimus. Multi ſunt in ſe ſignandi conſuetudine confirmati, nec iam commonente opùs habent: quin & mente frequenter aliò vagante, tanquàm à quodam animato præceptore manus ſpontè trahitur ad ſignũ faciendum.

Conſuetudo cruce ſe ſignandi.

In conſuetudine quidam ſe conſtituerunt nè iurent, & hoc neq; volentes, nec inuiti patientur. Igitur & in hac eleemoſynæ noſipſos conſuetudine conſtituamus. Quot opùs erat nobis laboribus, vt hoc inueniretur remedium?

Conſuetudo tribuẽdi eleemoſynam paranda eſt.

Dic enim mihi, niſi foret eleemoſynæ ſubſidiũ, cùm multis criminibus admiſſis nos vltionis reos ſtatuiſſemus, nónne multũ doleremus? nónne diceremus, vtinàm per pecunias à peccatis ablui liceret, & omnia daremus? Vtinàm pecunijs Dei liceret iram expellere, neque rebus vllis parceremus. Nam ſi hoc in ægritudine facimus, & in morte dicimus, Si mors redimi poſſet, ille omnia ſua dediſſet: multo magis hoc. Et vide quanta ſit Dei miſericordia: temporalem redimere mortem tibi non conceſſit, ſed conceſſit æternam mortem. Nè breuem, inquit, emas vitam hanc, ſed vitam illam ęternam: illam tibi vendo, non hanc, non illudo tibi.

Mors æterna redimitur eleemoſynis.

32. ITEM homilia trigeſimaſeptima ad populum Antiochenum: Furor eſt, & manifeſta dementia, veſtibus quidem arcas parare, ad Dei verò factum imaginem & ſimilitudinem, nudum & trementem præ gelu, vixq; ſtantem rectum, negligere.

In eos qui cũ veſtibus abũdant, pauperes nudos relinquunt.

At inquies: Simulat tremorem & infirmitatem. Non times nè fulmen ab hoc verbo cælitùs accenſum in te feratur? Diſrumpor enim ab hac indignatione, parcite.

In eos qui dicũt pauperes ſimulare tremorem &c.

Tu quidem ventre tumens & pinguis, & ad profundam potum producens veſperam, & mollibus caleſcens ſtragulis, non te dignum dare pœnas cenſes, cùm tam iniquè Dei muneribus vtaris: (nec enim vt inebriemur, eſt vinum: nec vt crapulemur, eſca fuit facta: nec vt ventrem diſrumpamus, cibi) pauperem verò miſerum, nihilo meliùs mortuo habentem, exquiſitas exigis rationes? Nec Chriſti times tribunal illud horrendum & terribile? Nam & ſi ſimulat, ex neceſſitate ſimulat, & egeſtate, propter ſæuitiam & inhumanitatẽ tuam, quæ talibus perſonis ſupplicantibus ad miſericordiam non flectitur. Quis enim tam miſer & ærumnoſus, vt nulla premente neceſſitate, pro ſolo pane velit ità deturpari & plangere, talemq; pœnam ſuſtinere? Igitur illius ſimulatio fertur inhumanitatis tuæ præco.

Largè, abundanter & copioſè dandũ.

Et poſt pauca: Si parùm argenti dederitis, tanquàm totum exolueritis, ità vos geritis: neſcientes quòd non dare, ſed cum copia dare, præſertim hoc eſt eleemoſyna. Propereáque Propheta non dantes ſimpliciter prædicat, & beatificat, ſed copioſè præbentes. Nec enim ſimpliciter dixit, dedit: ſed quomodò? Diſperſit, dedit pauperibus. Quid enim vtilitatis, cùm tantum abundans dederis, quantum ſi quis ex mari cyathum hauſerit, & neq; generoſum viduæ mulieris animum imitatus ſis? Quomodò verò dices: Miſerere meî Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam, & ſecũdùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam: cùm ſecundùm eius miſericordiam ipſe non miſerearis, fortè verò neque ſecundùm paruam?

Pſal.111.

Luc.21.

Pſal.50.

Excuſatio diuitum.

Sed ſolent dicere, habent communia bona Eccleſiæ. Et quid hoc ad te? Nec enim ſi ego dedero, ſaluaberis ipſe: neque ſi Eccleſia præbuerit, tu peccata tua deleueris. Nam ſi propterea nõ erogas, quòd egenis Eccleſia dare debeat: quoniam orant ſacerdotes, tu nunquàm orabis? Et quoniam alij ieiunant, tu iugiter ebrius eris? Neſcis quòd non tam propter pauperes eleemoſynam Deus, quàm propter ipſos impendentes inſtituit?

Eleemoſynã Deus inſtituit non tã propter pauperes q̃ propter diuites & impendẽtes eã.

33. LVCAE vndecimo: Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini, mundatis: quod autem intùs eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, nónne qui fecit quod deforìs eſt, etiã id quod deintùs eſt, fecit? Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & eccè omnia munda ſunt vobis.

34. HIERONYMVS epiſtola cẽteſima quinquageſima ad Hedibiam quæſtione prima: Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis? fac, quod fecerunt Apoſtoli: vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſaluatorem, & nudam ſolámque crucem nuda ſequaris & ſola.

Ad perfectionem via ſuprema, omnia dare pauperibus.

Non vis eſſe perfecta, ſed ſecundum vis tenere gradum virtutis: dimitte omnia, quæcunque habes, da filijs, da propinquis. Nemo te reprehendit, ſi inferiora ſecteris: dummodò illam ſcias tibi iure prælatam, quæ elegerit prima.

2. via, dare amicis omnia.

Dices: Hoc Apoſtolorum eſt, & virorum: mulierem autem nobilem non poſſe omnia vendere, quæ multis adiumentis huius vitæ indigeat. Audi igitur Apoſtolum commonentem: Non vt alijs refrigerium, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate, veſtra abundantia illorum ſuſtentet inopiam: vt & illorũ abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.

3. eleemoſynas dare de ſuis facultatibus ex eo quod ſupereſt.

2.Cor.8.

Vndè inquit Dominus: Qui habet duas tunicas, det alteram nõ habenti.

Lucæ 3.

Quid ſi Scythiæ frigora ſint, & Alpinæ niues, quæ non duabus & tribus tunicis, ſed vix pecudum pellibus repelluntur? Quidquid ergò corpori noſtro ſufficere poteſt, & humanæ ſuccurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc vna appellanda eſt tunica: & quicquid in præſentibus alimentis neceſſarium eſt, hoc vnius diei victus appellatur. Vndè præceptum eſt: Non cogitetis de craſtino, hoc eſt, de futuro tempore.

Matth.6.

Et Apoſtolus: Habentes, inquit, victum & veſtitum, his contenti ſimus. Si plus habes, quàm tibi ad victum veſtitumq; neceſſarium eſt: illud eroga, & in illo debitricem eſſe te noueris.

1.Tim.6. Vide B. Thomam. 2.2.qſt. 32.arti.5.&6.

35. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimoquinto: Sanè qui ſceleratiſſimè viuunt, nec curant talem vitã moréſque corrigere, & inter ipſa facinora & flagitia ſua eleemoſynas frequentare non ceſſant, fruſtrà ſibi ideò blandiuntur, quoniam Dominus ait: Date eleemoſynam, & eccè omnia munda ſunt vobis.

An ſine fide & baptiſmo vel pœnitentia mundet hominẽ eleemoſyna.

Hoc enim quàm latè pateat, non intelligũt. Sed vt intelligãt, attendant quibus dixerit. Nempe in Euangelio ſic ſcriptum eſt: Cùm loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus, vt pranderet apud ſe, & ingreſſus recubuit.

Lucæ 11.

Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini, mũdatis: quod autem intùs eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti, nónne qui fecit id quod foris eſt, etiam id quod intùs eſt fecit? Videte vt etiam id quod intùs eſt mundũ fiat. Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & eccè omnia munda ſunt vobis. Itáne hoc intellecturi ſumus, vt Phariſæis non habentibus fidem Chriſti, etiam ſi non in eum crediderint, nec renati

Digitized by Google

Ioan.3. nati fuerint ex aqua & Spiritu ſancto, munda ſint
omnia, tantùm ſi eleemoſynas dederint, ſicut iſti
eas dandas putant: cùm ſint immũdi omnes, quos
non mundat fides Chriſti, de qua ſcriptum eſt,
Actor.15. Mundans fide corda eorum: & dicat Apoſtolus;
Tit.1. Immundis autẽ & infidelibus nihil eſt mundum,
ſed polluta ſunt eorum & mens & conſcientia?
Quomodò ergò Phariſæis omnia munda eſſent,
ſi eleemoſynas darent, & fideles non eſſent? Aut
quomodò fideles eſſent, ſi in Chriſtum credere,
atque in eius renaſci gratia noluiſſent? Et tamen
Luc.11. verum eſt quod audierant, Date eleemoſynam, &
ecce omnia munda ſunt vobis.

Nobis ipſis animæq; noſtræ primùm danda eſt eleemoſyna. 36. ET capite ſeptuageſimoſexto: Qui autem
vult eleemoſynam ordinatè dare, à ſeipſo debet
incipere, & eam ſibi primùm dare. Eſt enim eleemoſyna
opus miſericordiæ, veriſſimeq; dictum
Eccli 30. eſt; Miſerere animæ tuę placens Deo. Propter hoc
renaſcimur, vt Deo placeamus, cui meritò diſplicet
quod naſcendo contraximus. Hæc eſt prima
eleemoſyna quam nobis dedimus.

37. ET capite ſeptuageſimoſeptimo: Non ergò
ſe fallant, qui per eleemoſynas quaslibet largiſſimas
fructuum ſuorum vel cuiuſque pecuniæ, impunitatem
ſe emere exiſtimant, in facinorũ ſuorum
immanitate ac flagitiorum nequitia permanendi:
non ſolùm enim hæc faciunt, ſed ità diligunt,
vt in eis ſemper optent tantùm ſi poſſint im-
Pſal.10. punè verſari. Qui autem diligit iniquitatem, odit
animam ſuam: & qui odit animam ſuam, non eſt
in eam miſericors, ſed crudelis. Diligendo eam
quippe ſecundùm ſeculum, odit eam ſecundùm
Deum. Si ergò vellet ei dare eleemoſynam, per
quam mũda illi eſſent omnia, odiſſet eam ſecundùm
ſeculum, & diligeret eam ſecundùm Deum.

38. IDEM ſermone trigeſimo de verbis Domini,
Lucæ 11. capite ſecundo: Quomodò Phariſæis dicit, Date
eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis?
Si audirent illum Phariſæi, & darent eleemoſynas,
iam ſecundùm verbum eius munda illis eſſent
omnia: quid opus eſſet vt crederent in eum? Si
Eleemoſyna non mundat non credentes aut impœnitentes. autem mundari non poſſent, niſi credẽtes in eum
qui fide mundat cor: quid eſt, Date eleemoſynas,
& ecce omnia munda ſunt vobis? Et capite tertio:
Quid eſt, Facite eleemoſynam? Facite miſericordiam.
Quid eſt, facere miſericordiã? Si intelligis,
à te incipe. Quomodò enim es miſericors alteri, ſi
crudelis ſis tibi? Date eleemoſynã, & omnia munda
ſunt vobis. Proſequitur capite quarto: Facite
veram eleemoſynam. Quid eſt eleemoſyna? Mi-
Animæ propriæ primùm dada eſt eleemoſyna. ſericordia. Audi ſcripturam; Miſerere animæ tuæ
placens Deo. Fac eleemoſynam, miſerere animæ
tuæ placens Deo. Mendicat à te anima tua, redi ad
Eccli 30. conſcientiam tuam. Quicunque malè viuis, quicunque
infideliter viuis, redi ad conſcientiam; &
ibi inuenis mendicantem animam tuam, inuenis
egentem, inuenis pauperem, inuenis ęrumnoſam,
inuenis fortè nec egentem, ſed egeſtate obmuteſcentem.
Nam ſi mendicat, eſurit iuſtitiam. Quando
inueneris animam tuam talem, intùs in corde
tuo illam fac priùs eleemoſynam, da illi panem.
Quem panem? Si Phariſæus interrogaret, diceret
illi Dominus: Fac eleemoſynam cum anima tua.
Matth.23. Hoc enim illi dixit; ſed ille non intellexit, quando
illis enarrauit eleemoſynas quas faciebant, &
putabant latére Chriſtum, & ait illis; Noui quid
facitis; decimatis mentam & anethum, cuminum
Iudicium & miſericordiã facere, ad eleemoſynã animæ pertinet. & rutam. Sed ego alias eleemoſynas loquor: contemnitis
iudicium & charitatem. In iudicio &
charitate fac eleemoſynam cum anima tua. Quid
eſt iudicium? Reſpice & inueni; diſplice tibi,
pronuncia in te. Et quid eſt charitas? Dilige Do-
Matth.22. minum Deum in toto corde tuo, & tota anima
tua, & tota mẽte tua: Dilige proximum tanquàm
teipſum, & feciſti miſericordiam priùs cum anima
tua, in conſcientia tua. Hanc autem eleemoſynam
ſi prætermittis, da quantum vis, dona quantum
vis, retrahe de fructibus tuis, non decimas,
ſed dimidias: nouem partes da, & vnam tibi dimitte:
nihil facis, quando tecum non facis, & tecum
pauper es.

39. LVCAE capite duodecimo: Vendite quæ
poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos
qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem
in cælis: quò fur non appropiat, neque tinea
corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi
& cor veſtrum erit.

40. ITEM capite tertio: Et interrogabant eum
(Ioannem) turbæ, dicentes: Quid ergò faciemus?
Reſpondens autem, dicebat illis: Qui habet duas
tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter
faciat.

41. MATTHAEI ſexto: Attendite nè iuſtitiam
veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini
ab eis: alioquin mercedem non habebitis
apud patrem veſtrum qui in cælis eſt. Cùm ergò
facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut
hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur
ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt
mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam,
neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera
tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & pater
tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Nolite
theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi
ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt
& furantur. Theſaurizate antem vobis theſauros
in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur,
& vbi fures non effodiunt nec furantur.
Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor
tuum.

42. CAPITE decimonono: Si vis perfectus eſſe,
vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis
theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. Et
omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores,
aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut
filios, aut agros propter nomen meũ: centuplum
accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

43. MARCI decimo: Ieſus autem intuitus
eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt:
vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus,
& habebis theſaurum in cęlo: & veni, ſequere me.
Reſpondens Ieſus, ait: Amen dico vobis, nemo eſt
qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores,
aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter
me & propter Euangelium: qui non accipiet
centiès tantum nunc in tempore hoc: domos, &
fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum
perſecutionibus: & in ſeculo futuro vitam æternam.

44. PRIORIS ad Timotheum ſexto: Diuitibus
huius ſeculi præcipe, non ſublimè ſapere, neque
ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo,
(qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum)
benè agere, diuites fieri in bonis operibus,
facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi
fundamentum bonum in futurum, vt appræhendant
veram vitam.

45. LVCAE decimoſexto: Facite vobis amicos
de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis,
recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis
eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in
modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si
ergò in iniquo mammona fideles non fuiſtis:
quod verum eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno
fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis
dabit vobis?

46. AVGVSTINVS ſermone vigeſimoquinto
de verbis Domini, capite tertio: Diues & pau- Diues & pauper ſunt ſibi mutuò neceſſaria.
per duo ſibi ſunt contraria; ſed iterùm duo ſibi
ſunt neceſſaria. Nullus indigeret, ſi inuicèm ſe
ſupportarent: & nemo laboraret, ſi ſe ambo iuuarent.
Diues propter pauperem factus eſt, & pauper
propter diuitem factus eſt. Pauperis eſt orare,
& diuitis erogare; Dei eſt pro paruis magna penſare.

Digitized by Google

ſare. De miſericordia eius parua, magna naſcitur copia. Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit dominantibus fructum. Via cæli eſt pauper, per quam venitur ad patrem. Incipe ergò erogare, ſi nō vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, compedem in hac vita reſolue; vt liberè ad cælū poſſis accedere. Abijce abs te diuitiarum onera, abijce vincula voluntaria, abijce anxietates & tædia, quæ te pluribus in annis inquietant. Da petenti, vt poſſis ipſe accipere: tribue pauperi, ſi non vis flammis exuri. Da in terra Chriſto, quod tibi reddat in cælo. Obliuiſcere quod es, & attende quod futurus es. Præſens vita fragilis eſt, & in mortem procliuis. Nemo poteſt ſtare; ſed omnes cogimur tranſire. Nolentes imus, inuiti eximus, quia mali ſumus. Si autem ante nos aliquid mitteremus, nō ad inane hoſpitium veniremus. Quod enim pauperi damus, ante nos præmittimus: quod autem rapimus, hîc totum dimittimus.

Pauper eſt via cæli.

47. SERMONE trigeſimoquinto de verbis Domini, capite primo: Recens euangelica lectio admonuit facere amicos de mammona iniquitatis, vt eos qui faciunt, recipiāt, & ipſi ſint in ęterna tabernacula. Qui ſunt qui habebunt tabernacula æterna, niſi ſancti Dei? Et qui ſunt qui ab ipſis accipiendi ſunt in tabernacula æterna, niſi qui eorum indigentiæ ſeruiunt, & quod eis opùs eſt, hilariter ſubminiſtrant? Quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Minimi ergò qui ſunt Chriſti? Hi illi ſunt, qui omnia ſua dimiſerunt, & ſecuti ſunt eum, & quicquid habuerunt, pauperibus diſtribuerunt; vt Deo ſine ſeculi compede expediti ſeruirent, & ab oneribus mundi liberatos, velut pennatos ſursùm humeros tollerent. Et capite ſecundo: Quod Hebræi dicunt mammona, Latinè diuitię vocantur. Vt ergò Latinè totum dicamus, hoc ait Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Facite vobis amicos de diuitijs iniquitatis. Hoc quidam malè intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid indè pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt. Dicunt enim, rapere res alienas, mammona eſt iniquitatis: erogare indè aliquid, maximè egentibus ſanctis, hoc eſt facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iſte corrigendus eſt, immò de tabuils cordis veſtri omninò delendus eſt. Nolo ſic intelligatis. De iuſtis laboribus facite eleemoſynas; ex eo quod rectè habetis date. Non enim corrupturi eſtis iudicem Chriſtum, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite velle eleemoſynas facere de fœnore & vſuris. Et capite tertio: Ait Zachæus: Dimidium rerum mearum do pauperibus. Eccè quomodò currit, qui currit facere amicos de mammona iniquitatis. Et nè reus aliundè teneretur: Si cui aliquid tuli, ait, quadruplū reddam. Inflixit ſibi condemnationem, nè incurreret damnationem. Ergò qui habetis de malo, facite indè bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus tu qui bonum facis de malo; & cùm cœperis boni aliquid facere de malo, noli remanere tu malus. Nūmi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus? Item capite quarto: Eſt quidē & alius intellectus, nec ipſum tacebo. Mammona iniquitatis, diuitiæ ſunt ſeculi omnes, vndecunquè ſint. Vndecunquè enim congregentur, mammona iniquitatis eſt; id eſt, diuitiæ ſunt iniquitatis. Quid eſt, Diuitiæ ſunt iniquitatis? Pecunia eſt, quā nomine diuitiarum appellat iniquitas. Si enim veras diuitias quæris, aliæ ſunt. Talibus Iob nudus abundabat, quando in Deum cor plenum habebat, & laudes Deo perditis omnibus rebus tanquàm gemmas precioſiſſimas proferebat. Ipſæ ſunt veræ diuitiæ. Iſtæ autē ab iniquitate appellantur diuitię. Habes illas, non repręhēdo: hęreditas venit, pater tuus diues fuit, & dimiſit tibi. Honeſtè acquiſiuiſti: de iuſtis laboribus plenam domum habes, non repræhendo. Tamen etiā ſic noli illas dicere diuitias: nam ſi dicis illas diuitias, amabis illas. Et ſi amaueris illas, peribis cum illis. Perdè, nè pereas; dona, vt acquiras; ſemina, vt metas. Has diuitias noli appellare, quia veræ non ſunt. Paupertate plenę ſunt, & ſemper obnoxiæ caſibus. Quales diuitiæ ſunt, propter quas latronem times, propter quas times ſeruum tuum, nè te occiſo auferat & fugiat? Si verè diuitię eſſent, ſecuritatē tibi darent. Et capite quinto: Ergò illæ ſunt verè diuitiæ, quas cùm habuerimus, perdere non poſſumus. Et nè fortè propter illas furem timeas, ibi erunt, vbi nullus auferat. Audi Dominum tuum: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, quò fur non accedat. Tunc erunt diuitiæ quando eas migraueris. Quandiù in terra ſunt, diuitiæ non ſunt. Sed diuitias vocat illas mundus, iniquitatis vocat Deus. Ideò mammona iniquitatis, quia diuitias illas vocat iniquitas.

Lucæ 16.

Qui nos recipiant in ęterna tabernacula.

Matth. 25.

Minimi qui dicantur.

Lucæ 16.

Mammona iniquitatis.

De iuſtis laboribus eleemoſyna facienda.

Nō de vſuris & iniuſtè acquiſitis eleemoſyna facienda, ſed reſtitutio.

Lucæ 19.

Vide B. Tho. 2. 2. quæſt. 32. artic. 7.

Mammona iniquitatis.

Iob 1. & 2.

Diuitiæ licèt iuſtè acquiſitæ, veræ diuitiæ non ſunt.

Quæ ſint verę diuitiæ.

Matth. 6.

48. LVCAE ſexto: Date, & dabitur vobis. menſuram bonam & confertam, & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.

49. POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc verò & facto perficite, vt quemadmodùm promptus eſt animus voluntatis, ità ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt: ſecundùm id quod habet, accepta eſt, non ſecundùm id quod non habet. Non enim vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia, illorum inopiā ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas.

50. ET capite nono: Neceſſarium ergò exiſtimaui rogare fratres, vt perueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem, non tanquàm auaritiam. Hoc autem dico: Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnē ſufficientiā habentes, abūdetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in æternum. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ: vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam miniſterium huius officij non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino.

51. PRIORIS ad Timotheum quarto: Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autē ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

52. AD Romanos duodecimo: Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, Hoſpitalitatem ſectantes. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.

53. IACOBI primo: Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

54. DANIELIS quarto: Quamobrem, rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs

Digitized by Google

dijs pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis.

55. PROVERBIORVM decimotertio: Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationem non ſuſtinet.

Eccli 3.
Peccatorum remedium eleemoſyna.

56. AMBROSIVS ſermone trigeſimo, & Maximus Epiſcopus ſermone primo de eleemoſynis: Dicit ſcriptura diuina: Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna extinguit peccatum. Magna planè & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus penè iam mortuis, & peccatorũ ſuorum incendio arefactis rediuiuum quoddam beneficium pollicetur, vt interueniente eleemoſyna, ſicut aqua intermortuis, ſuccus refrigerium areſcentibus infundatur, hoc eſt, vt miſeri homines qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam eleemoſynis reuiuiſcant, fitq; illis miſericordia fons ſalutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammas quas ſibi peccando incenderant, largiendo reſtinguãt, atque vtiliore commercio, qui pecuniam quondàm dederat vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget vt adulter eſſe iam deſinat, & emat ſibi quodammodò innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim Dominus ad diſcipulos ſuos: Date eleemoſynam, & eccè omnia munda ſunt vobis. Quanuìs ergò pollutus, quanuìs multis criminibus circũſeptus, ſi eleemoſynas feceris, innocens eſſe cœpiſti. Abſtergit enim eleemoſyna quod auaritia polluebat, & maculam quam res alienas diripiẽdo contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergò quæ ſit miſericordię gratia, quę vna & ſola virtus cunctorum eſt redemptio peccatorum.

Luc. 11.

Miſericordiæ operibus anima purgatur.

57. ITEM ſermone trigeſimoprimo, & Maximus ſermone ſecundo de eleemoſynis: Mundiùs planè miſericordia quàm puteus detergit maculas: quia putei aqua tantùm corporis cutem abluit, miſericordiæ autem bonitas animę interna purificat. Et ſub finem: Ità igitur eleemoſyna extinguit peccata, ſicut aqua baptiſmi gehennæ extinguit incendium. Ergò eleemoſyna quodam modo animarum aliud eſt lauacrum, vt ſi quis fortè poſt baptiſmum humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei vt iterùm eleemoſynis emundetur, ſicut ait Dominus: Date eleemoſynã, & eccè omnia munda ſunt vobis. Niſì quòd, ſalua fide dixerim, indulgentior eſt eleemoſyna, quàm lauacrum. Lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur. Eleemoſynam autem quotiès feceris, totiès veniã promereris. Hi ergò duo miſericordiarum fontes ſunt, qui & vitam tribuunt, & peccata condonant. Qui vtrunque cuſtodierit, regni cæleſtis honore ditabitur. Qui autem maculato fonte viuo, ad miſericordiæ ſe fluenta contulerit, & ipſe miſericordiam conſequetur.

Eleemoſyna aliud quodã modo eſt lauacrum animarum.
Luc. 11.

Eleemoſynis peccata condonantur, & redimuntur.

58. IDEM in libro de Helia & ieiunio, capite vigeſimo: Habemus etiam plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, ſed precioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna, inquit, à peccato liberat. Et alibì dicit: Redemptio viri, diuitiæ eius. Et in Euangelio Dominus dicit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et veneno frequenter antidoton temperatur, hoc eſt, venenum veneno excluditur. Veneno mors repellitur, vita ſeruatur. Fac & tu quaſi bonus diſpenſator de inſtrumẽto auaritiæ ſubſidium miſericordiæ, ſinceritatis gratiam de corruptionis illecebra.

Tob. 12.
Prouer. 13.
Luc. 16.

Eleemoſynarũ vis & meritum.

59. LEO Magnus ſermone primo de collectis: Multis diuinarum ſcripturarum teſtimonijs edocemur, quantum eleemoſynarum meritum, & quãta ſit virtus. Certum eſt enim, vnumquenque noſtrûm animæ ſuæ benefacere, quotiès miſericordia ſua inopiæ ſuccurrit alienæ. Prompta ergò & facilis, dilectiſſimi, apud nos largitas eſſe debet, ſi credimus ſibi vnumquenque id præſtare, quod indigẽtibus tribuit. Theſaurum enim ſuum condit in cælo, qui Chriſtum paſcit in paupere. Benignitatem itaque in hoc & diſpenſationem diuinæ pietatis agnoſce. Idcircò enim te abundare voluit, vt per te alius non egeret, & per miniſterium operis tui, pauperem ab egeſtatis labore, teq; à peccatorũ multitudine liberaret. O mira prouidentia & bonitas creatoris, vt vno facto duobus vellet eſſe ſuccurſum.

Eleemoſyna velut alter baptiſmus eſt.

60. SERMONE ſecundo: Scientes præter illud regenerationis lauacrũ, in quo vniuerſorum ablutæ ſunt maculæ peccatorum, hoc remedium infirmitati humanæ diuinitùs eſſe donatum, vt ſi quid culparum in hac terrena habitatione contrahitur, eleemoſynis deleatur. Eleemoſynę enim opera charitatis ſunt, & ſcimus quòd charitas operit multitudinem peccatorum.

1. Pet. 4.

Largitas fidelium non ex quãtitate muneris æſtimatur.

61. SERMONE tertio: Et ſi non eſt omnium ęqualis facultas, debet eſſe par pietas: quoniam fidelium largitas non de muneris penſatur pondere, ſed de beneuolentiæ quãtitate. Habeant in hoc miſericordiæ commercio etiã pauperes lucrum, & ad ſuſtentationem egentium de quantacunque ſubſtantia aliquid, quod eos non cõtriſtet, excerpãt. Sit diues munere copioſior, dum pauper animo non ſit inferior. Quanuìs enim maior ſperetur reditus de maiore ſemente, poteſt tamen de exigua ſatione multus fructus prouenire iuſtitiæ. Iuſtus enim eſt iudex & verax, qui neminẽ fraudat mercede meritorum.

Mercede meritorũ nemo fraudatur.

Ad eleemoſynam hortatio.

62. SERMONE quarto: Miſereantur pauperum, qui ſibi volunt parcere Chriſtum. Faciles ſint in alimenta miſerorum, qui cupiunt ad ſocietatem peruenire fidelium. Non ſit vilis homini homo, nec in quoquam deſpiciatur illa natura, quam rerum conditor ſuam fecit. Cui enim laborantium licet negare, quod Chriſtus ſibi profitetur impendi? Iuuatur conſeruus, & gratiam refert Dominus. Cibus egeni, regni cæleſtis eſt precium: & largitor temporalium, hæres efficitur æternorum. Vndè autem exigua, iſta impendia, tanta æſtimari taxatione meruerunt, niſì quia pondera operum charitatis lance penſantur, & quum amatur ab homine, quod Deus diligit, meritò in eius aſcenditur regnum, in cuius tranſitur affectum? Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Ad quem intelligendum, dilectiſſimi, ſolicita benignitate vigilandum eſt, vt quem modeſtia tegit, & verecundia præpedit, inuenire poſſimus. Sunt enim qui palàm poſcere ea, quibus indigent, erubeſcunt, & mâlunt miſeria tacitæ egeſtatis affligi, quàm publica petitione confundi. Intelligendi ergò iſti ſunt, & ab occultata neceſſitate ſubleuandi, vt hoc ipſo ampliùs gaudeant, quum & paupertati eorum conſultum fuerit & pudori. Rectè enim in egeno & paupere, ipſius Ieſu Chriſti Domini noſtri perſona ſentitur, qui cùm eſſet diues, ſicut dicit Apoſtolus, inops factus eſt, vt nos ſua paupertate ditaret. Et nè deeſſe nobis ſua præſentia videretur, ità humilitatis & gloriæ ſuę temperauit myſterium, vt quem regem & Dominum in maieſtate patris adoramus, eundem in ſuis pauperibus paſceremus, liberandi ab hoc in die mala à damnatione perpetua, & pro intellecti pauperis cura, regni cæleſtis conſortijs inſerendi.

Operum põdera, charitatis lance penſantur.

Pſal. 40.
Quid ſit intelligere ſuper egenũ & pauperem.

2. Cor. 8.

Facultates diuitibus nõ tã poſſidendas, quàm diſpẽſandas commiſit Deus.

63. SERMONE quinto de collectis: Non ſolùm ſpiritales opes & dona cæleſtia Deo donante capiuntur, ſed etiam terrenæ & corporeæ facultates ex ipſius largitate proueniunt, vt meritò rationem eorum quæſiturus ſit, quæ non magìs poſſidenda tradidit, quàm diſpenſanda commiſit. Muneribus igitur Dei iuſtè & ſapienter vtendum eſt, nè materia boni operis fiat cauſa peccati. Nam diuitiæ quidem, quantum ad ipſas ſpecies earum atque ſubſtantias pertinet, bonæ ſunt,

Diuitiæ per ſe malę nõ ſunt.

& humanæ ſocietati plurimùm proſunt, cùm à beneuolis habentur & largis, nec illas aut luxurioſus prodigit, aut auarus abſtrudit, vt tam pereant malè conditæ, quàm inſipienter. Sed fortè ſunt aliqui diuitum, qui licèt nullis largitionibus pauperes Eccleſiæ ſoleant adiuuare, alia tamen mandata Dei cuſtodiunt, & inter diuerſa fidei & probitatis merita, venialiter ſibi æſtimant vnam deeſſe virtutem. Verùm hæc tanta eſt, vt ſine illa ceteræ, etſi ſint, prodeſſe non poſſint. Quanuis enim quis fidelis ſit, & caſtus, & ſobrius, & alijs moribus ornatus inſignibus, miſericors tamen ſi non eſt, miſericordiam non meretur. Ait enim Dominus: Beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Illo magno ſummoq; iudicio tanti æſtimabitur vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, vt pro plenitudine omnium virtutum, & pro ſumma omniũ commiſſorum, & per vnum bonum iſti introducãtur in regnum, & per vnum malum illi mittantur in ignem æternum. Nemo igitur, dilectiſſimi, de vllis ſibi bonæ vitæ meritis blandiatur, ſi illi defuerint opera charitatis: nec de ſui corporis qualitate ſecurus ſit, qui nulla eleemoſynarum purificatione mundatur. Eleemoſynæ enim peccata delent, mortem perimunt, & pœnam perpetui ignis extinguunt. Sed qui ab earum fructu fuerit vacuus, erit ab indulgentia retribuentis alienus, dicẽte Salomone: Qui obturat aures nè audiat imbecillem, & ipſe vocabit Dominum, & non erit qui exaudiat eum. Vndè & Tobias filium ſuum præceptis pietatis inſtituens: Ex ſubſtantia, inquit, tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ità fiet, vt nec à te auertatur facies Dei. Hęc virtus omnes facit vtiles eſſe virtutes, quæ ipſam quoquè fidem, ex qua iuſtus viuit, & quę ſine operibus mortua nominatur, ſui admixtione viuificat. Quia ſicut in fide operum ratio eſt, ità in operibus fidei fortitudo. Dum ergò tẽpus habemus, ſicut ait Apoſtolus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus. Præſens itaque vita tempus eſt ſationis; & retributionis tempus eſt meſſis, quando vnuſquiſque ſeminum fructus ſecundùm ſationis ſuæ percipiet quantitatem. De prouentu autem iſtius ſegetis nemo falletur, quia animorum ibi magis, quàm impendiorum menſura taxabitur: & tantum reddent exigua de exiguis, quantum magna de magnis.

Sine miſericordiæ virtute cęterę prodeſſe nõ poſſunt. — *Matth. 5.* — *Quanti æſtimabitur miſericordia in die iudicij.* — *Peccata delẽt & pœnã perpetui ignis extinguunt eleemoſynæ.* — *Prouer. 21.* — *Tob. 4.* — *Iacob. 2.* — *Galat. 6.* — *Animorũ magis quàm impendiorum menſura taxabitur.*

63. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaquinta in Acta Apoſtolorum: Nunc autem & nos & pauperes fame laboramus, nam illi quidem neceſſario alimento egent, nos verò rariſſimè miſericordiæ ſumus dediti. Hoc autem alimento nullum magis neceſſariũ. Nihil pulchrius, nihil ſuauius anima quæ ſic paſcitur, omni ſuperior eſt morbo, omni fame, omni intemperie & ægritudine, nullus illã poterit rapere, ſed ſicut adamantinum corpus, nec ferrum cædere valet, nec aliud quiddam, ità & animam ob eleemoſynam confirmatam nihil tollere poteſt. Quid enim, dic oro, hanc rapere vnquàm poſſet? Paupertas? minimè. habitat enim in regalibus promptuarijs. Num latro & fur? ſed illos parietes nullus perfodere valet. Num vermis? ſed etiam hoc incõmodo ſuperiorem habet theſaurum. Num inuidia & odium? ſed neque ab illis capitur. Num calumniæ & inſidię? neq; illæ. Indeprędabilis enim theſaurus eſt, ſed fœdum fuerit, ſi hęc ſola demõſtrâro quæ eleemoſynæ accidunt, & non contraria. Non enim ab inuidentia ſolùm libera eſt, ſed etiam multa benedictione fruitur etiam ab his, quibus non eſt benefactum. Nam quemadmodùm crudeles ac inhumani non eos duntaxàt habent aduerſarios, quos affixerunt, ſed etiam eos qui nihil paſſi illis condolent: nam & iſti accuſant & vituperant: ſic qui multa bona fecerunt, non ſolùm eos quibus benefecerunt, ſed etiam eos quibus nullum beneficium impenderunt, inueniunt laudatores. Quid dicam liberos ab inuidia & inſidiatoribus, & latronibus, & parietum effractoribus? Non hoc ſolum bonum habet, ſed adhuc cum eo quòd non imminuuntur, creſcunt etiam opes, & multiplicantur. Quid Nabuchodonozore turpius? quid deformius? quid iniquius? Impius homo erat, plurima ſigna & iudicia vidit, & noluit reſipiſcere, ſed ſeruos Dei in caminũ iniecit, & poſteà adorauit. Quid igitur propheta? Rex, ait, conſiliũ meum placeat tibi: peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſerationibus pauperum: forſan erit venia delictis tuis. Hoc ſic dixit, non ambigens: valdè enim perſuaſum erat prophetæ. ſed volens illum ampliùs terrere, & cogere vt hoc faciat. Si enim affirmando hoc dixiſſet, negligentior factus eſſet ille. Ità & nos tunc maximè quoſdam vrgemus, quando dicimus, obſecra illum: & non adijcimus omninò auditurum, ſed fortè auditurum. Metus enim à dubitatione profectus, magis impellit: & propter hoc, certum & manifeſtum iſtud non fecit. Quid dicis? tantíſne impietatibus erit venia? Etiam, nõ eſt peccatum quod non poſſit purgare eleemoſyna, quódve non poſſit extinguere. Omne peccatum infra illam ſtat. Remedium eſt ad omne vulnus vtile. Quid publicano deterius? omnis iniuſtitiæ fomes eſt auaritia, ſed hanc omnem abluit Zachæus. Vide quomodò Chriſtus hoc monſtrat, dũ curauit & marſupium habere, & portare ea quæ immittebantur. Paulus autem dicit: Tantùm vt memores pauperum eſſemus. Et per omnem vbiquè ſcripturam ſuper hac re ſermo eſt. Preciũ animæ viri, inquit, diuitiæ propriæ. Et Chriſtus: Si vis perfectus eſſe, vende tuas facultates, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Hæc meritò perfectio eſt.

Anima miſericordi nihil pulchrius & fortius. — *Eleemoſynæ præſtantia.* — *Dan. 4.* — *Cur dixit Daniel, Forſitan Deus ignoſcet delictis tuis.* — *Nõ eſt peccatum quod nõ poſſit purgare eleemoſyna.* — *Luc. 18. & 19.* — *Ioan. 12.* — *Galat. 2.* — *Prouer. 13.* — *Matth. 19.*

65. ECCLESIASTICI tertio: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: & Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. Meminit in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

66. AMBROSIVS ſermone decimoquinto: Si mulierculæ ſolent aliquas ſuſcepturæ, maculas veſtium ſuarum aqua diluere, cur non magis nos accepturi natalem Domini, maculas animarum noſtrarum fletibus abluamus? Et illæ quidem ſi adeò infectæ & obſcuræ ſordibus fuerint, vt maculas ſola aqua non purget, adducunt mollitiem olei, ſaponis etiam acrimoniam: nos quoquè ſi tam graue peccatum fuerit, vt minimè ſolis fletibus abluatur, addamus miſericordię oleum, acrimoniámque ieiunij. Nullum enim tam graue delictum eſt, quod non purgetur abſtinentia, eleemoſynis extinguatur. Ait enim ſanctus Propheta: Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna extinguit peccatum. Magna ergò eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum: vt quanuis offenſus Deus, quanuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodò, dum compellitur pro actibus noſtris mutare ſententiam, & in vno eodemq; homine nunc ſeueritate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis Deus eſt, cùm benè agimus: iudex noſter eſt, cùm peccamus. Compellitur ergò operibus noſtris Dominus, vt nobis ſuam miſericordiam largiatur: atque ideò ipſe in Euangelio ſancto dicit: A diebus Ioannis Baptiſtę regnum cælorum cogitur.

Nullum tam graue delictum quod non purgetur abſtinẽtia, & eleemoſynis extinguatur. — *Eccli 3.* — *Cogitur quodammodò à nobis Deus operibus noſtris.* — *Matth. 11.*

67. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſimaquarta in Geneſin: Hic erudiamur, vt magna in dandis eleemoſynis largitate vtamur, quò datis paruis, adipiſcamur magna. Quomodò enim pa-

Peccatorum remiſſio obtinetur eleemoſynis.

Matth. 25.

ria ſunt, dic obſecro, dare parùm argenti, & obtinere peccatorum remiſſionem? paſcere eſurientem, & in die illa horribili fiduciam aſſequi, & audire verba nulli regno conferenda: Eſuriui, & dediſtis mihi quod comederem? Num qui tibi tantam rerum dedit vbertatem, potuit & illius inopiam leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit illum inopia vexari, vt & ipſe patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidiſti miſericordiam Domini, quomodò propter noſtram ſalutem diſpenſat omnia. Itaque dum cogitas, quòd propter te & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans fame perit, nè abſque miſericordia trãſeas, ſed eſto fidelis eorum, quæ tibi à Domino conceſſa ſunt, bonorum diſpenſator, vt adiutus illius penuria, tibi ſupernam cõcilies gratiam. Et glorifica Dominũ tuum, quòd propter te & propter ſalutem tuam permittat illum in paupertate

Peccata abluendi via.

verſari, vt tibi via pateat, per quam peccata poſſis abluere: & diſpenſatis benè ijs quę à Domino tibi ſunt conceſſa, laudes illas mereare, quæ omnem ſermonem & rationẽ tranſcendunt. Audies enim:

Matth. 25.

Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: ingredere in gaudium Domini tui. Talia animaduertentes, ità reſpi-

Benignitas & clementia in pauperes.

ciamus pauperes, quaſi operarios, qui occaſiones ſalutis dare nobis poſſunt, & eis largiter, hilariq; promptitudine communicemus, nunquàm renuentes dare, ſed magna lenitate cum eis colloquentes, & multam manſuetudinem declarantes.

Eccli 3.

Inclina, inquit, pauperi aurem tuam, & reſponde ei pacificè in mititate, vt & antequàm des, verborum clementia deiectum eius animum erigas. Adeò etiam verbum animam roborare, conſolationemq; multam afferre ſolet. Igitur non tantùm attendentes eum qui accipit, in dandis eleemoſynis ſimus liberales: ſed ratiocinantes potiùs quis ille ſit, qui ea quæ in pauperem collocata vt ſibi facta vindicat, & pro datis ſolutionem pollicetur. Atque ità animo illũ intuentes, magna promptitudine dare ſtudeamus, & largam, dum adhuc tempus eſt, ſemẽtem faciamus, vt & vbertìm me-

2. Cor. 9.

tamus. Nam qui ſeminat parcè, inquit, parcè & metet. Manu igitur minimè parca, ſemina illa bona ſpargamus, vt ſuo tempore multum metamus. Nunc enim ſeminandi tempus eſt, quod nè prætereamus, obſecro: vt in die retributionis pro ijs quę hìc ſeminauimus, fructus percipiamus, & Domini miſericordiam aſſequamur. Nullum enim

Incendiũ peccatorũ reſtinguit eleemoſynæ largitas.

omninò aliud bonum ſic poterit reſtinguere peccatorum noſtrorum incendium, vt eleemoſynæ largitas: iſta & peccatorum noſtrorum abolitionem operatur, & magnam nobis fiduciã conciliat & præparat, vt ineffabilibus illis bonis frui tunc liceat.

68. PROSPER in libro de promiſſionibus & prædictionibus Dei parte ſecũda, capite ſeptimo:

Eleemoſynæ vis.

Lucæ 11.

Scribis & Phariſęis ſingulare ſacrificium oſtendit, dicens: Veruntamen dico vobis, date eleemoſynam, & ecce vobis munda ſunt omnia. O quàm breue compendioſumq; ſacrificium, quod intrinſecùs atq; extrinſecùs totumq; hominem mundat.

Tob. 4.

Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Eleemoſyna munus bonum eſt omnibus facientibus eam coram ſummo Deo. Hæc eſt quæ perpetuos ignes extinguit: hæc eſt quæ reſiſtit pecca-

Matth. 25.

tis. Hæc eſt quæ Chriſtum paſcit eſurientem in paupere. Hæc veſtit nudũ: hæc viſitat infirmum: hæc peregrinũ hoſpitio accipit: hæc, quæ omnem anguſtiam carceris tollit: hæc omnem inopiam finit: hæc diuitibus confert remedia: hæc vitam æternã comparat: hæc fœnerat Deum: hæc continet regnum cælorum: hæc eſt quæ diſcernit agnos ab hœdis: hæc eſt quæ ad dexteram collocat iudicis, hæc angelis ſociat: hæc ex ſeruis filios Dei fieri præſtat. Concurrite omni ex genere peccatores: concurrite omnes ex vitijs erroribúſque leproſi: concurrite omnes quolibet flagitio maculati atque immundi pœnitentes vouenteſq;: concurrite

Magnum, vtile & compendioſum ſacrificium.

ad tam magnum, compendioſum, vtileq; ſacrificium, cum omni lætitia offerentes. Hilarem enim

2. Cor. 9.

datorem diligit Deus. Prout quiſque quod offerat habuerit, hoc offerat munus. Quod ità noſter princeps ſacerdotum inſtituit, acceptúmque præ

Mar. 12.

Matth. 10.

Luc. 2.

omnibus eſſe mandauit, vt vſque ad duo minuta calicemq; aquæ frigidæ menſuras huius perduxerit ſacrificij: pacem promittens, & ſi hæc deſunt, hominibus bonæ voluntatis.

69. TOBIAE duodecimo, vt in textu.

70. ET capite quarto, vt ſuprà teſtimo. tertio.

71. ESAIAE primo: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

72. PROVERBIORVM decimoquinto: Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

73. ET decimoſexto: Miſericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

74. ITEM capite decimo: Odium ſuſcitat rixas: & vniuerſa delicta operit charitas.

75. PRIORIS Petri quarto: Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinẽ peccatorum.

76. IACOBI quinto: Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

77. MATTHAEI decimo, vt in textu.

78. GREGORIVS homilia quinta in Euangelia: Exteriora noſtra Domino quamlibèt parua

Voluntas bona & animus potiùs ſpectatur quàm eleemoſynæ quantitas.

ſufficiunt: cor nanque & non ſubſtantiam penſat. Nec perpendit quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur. Nam ſi exteriorem ſubſtantiam perpendamus, ecce ſancti negociatores noſtri perpetuam angelorum vitam, datis retibus & naui, mercati ſunt. Aeſtimationem quippe precij rectè non habet: ſed tamen regnum Dei tantum valet, quantum habes. Valuit nanque Zachæo dimi-

Luc. 19.

dium ſubſtantiæ: quia dimidium aliud ad hoc quod iniuſtè abſtulit, reſtituendum in quadruplum reſeruauit. Valuit Petro & Andreæ dimiſſis

Matth. 4.

Lucæ 21.

Matth. 10.

Regnum Dei tãtum valet, quantum habes.

retibus & naui. Valuit viduę duobus minutis. Valuit alteri calice aquæ frigidæ. Regnum itaq; Dei, vt diximus, tantum valet, quantum habes. Penſate igitur fratres, quid vilius, cùm emitur: quid carius, cùm poſſidetur? Sed fortaſsè nec calix aquæ frigidæ ſuppetit qui indigenti præbeatur: etiam tunc ſecuritatem nobis promittit ſermo diuinus. Redemptore etenim nato, cæli ciues oſtenſi ſunt,

Lucæ 2.

qui clamarent: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ante Dei nanq; oculos nunquàm eſt vacua manus à munere: ſi fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hinc ete-

Pſal. 55.

nim Pſalmiſta dicit: In me ſunt, Deus, vota tua: quæ reddam laudationes tibi. Ac ſi apertè dicat: Et ſi exteriùs munera offerenda non habeo, intra memetipſum tamen inuenio quod in ara tuę laudis impono: quia qui noſtra datione non paſce-

Nihil ditius bona voluntate offertur Deo.

ris, oblatione cordis meliùs placaris. Nihil quippe offertur Deo ditius voluntate bona.

79. AMBROSIVS in libro de viduis: Non profeſſione, ſed merito videtur vnaquæque præ-

Digitized by Google

ſtare, & hoſpitalitatis apud Deum gratiam non perire, qui potum aquæ frigidæ, ſicut in Euangelio ipſe memorauit, præmio æternitatis remuneret ampliſſimo,& farinæ breuis oleiq́ menſuram indeficienti affluétium copiarum vbertate compenſet. Et poſteà: Liberalitas non cumulo patrimonij, ſed largitatis definitur affectu. Deniquè Dominica voce illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum eſt: Vidua hęc plus omnibus miſit. In qua moraliter Dominus inſtituit vniuerſos,nè quis à collatione miniſterij, paupertatis pudore reuocetur:nec ſibi diuites blandiantur,quòd plus videantur conferre quàm pauperes. Vberior eſt enim nummus è paruo, quàm theſaurus è maximo: quia non quantum detur, ſed quantum reſideat,expenditur.Nemo plus tribuit,quàm qui ſibi nihil relinquit. Quid tu diues egeni comparatione te iactas, & cùm tota onereris auro, precioſam per humum trahens veſtem, quaſi inferior tuis & parua diuitijs,honorari deſideras, quia inopem collatione viciſti? Et flumina ſuperfluunt, cùm redundant: gratior tamen hauſtus è riuulo eſt.Spumant & muſta dum feruent,nec damnum putat agricola quod defluxerit. Gementibus areis,dum cæditur meſſis, frumenta deſolliunt: ſed deficientibus meſſibus non deficit hydria de farina, & plena olei teſta deſudat. Exinaniuit tamen dolia diuitum ſiccitas, cùm viduæ pauxillulum olearium redundaret. Non ergò quid faſtidio expuas, ſed quantum deuotione conferas, æſtimandum eſt. Deniquè nulla plus tribuit, quàm illa quæ de filiorum alimentis pauit Prophetam. Et ideò quia nulla plus contulit, nulla plus meruit.

Matth.10.

Ex affectu & animo iudicatur liberalitas.

Luc.21.

3.Reg 17.

80. LEO Magnus ſermone quarto de Quadrageſima: Non timeatur inter opera miſericordiæ terrenarum diminutio facultatum.Semper diues eſt Chriſtiana paupertas, quia plus eſt quod habet,quàm quod nõ habet. Nec pauet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatũ eſt, in omnium rerum Domino omnia poſſidere. Operantibus ergò quæ bona ſunt,non eſt omninò metuendum, nè eis deſit facultas operandi, quum & in duobus nummis euangelicæ illius viduæ ſit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ præmium habeat gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum, benignitatis menſura taxatur, & nunquàm eum miſerendi efficacia deſerit,in quo miſericordia ipſa non deficit. Experta eſt hoc vidua de Sarepta.

Lucæ 21.
Matth.10.

Ex affectu benignitatis menſura taxatur.

3.Reg.17.

81. ET ſermone ſexto: Rationabilibus ſanctiſq́ ieiunijs nulla vtiliùs,quàm eleemoſynarum,opera copulantur, quæ vno miſericordiæ nomine multas laudabiles pietatis continent actiones, vt omnium fidelium pares animi eſſe poſſint etiam inter impares facultates.Dilectio enim quæ ſimul Deo hominiq́ debetur,nullis vnquàm impeditur obſtaculis, vt nõ ei ſemper benè velle ſit liberum. Dicentibus quippe angelis,Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: non ſolùm virtute beneuolentiæ, ſed etiam pacis bono beatus efficitur, quicunque alijs quacunque miſeria laborantibus, charitate compatitur. Lautiſſima enim ſunt opera pietatis, quæ ipſa ſui varietate id veris conferunt Chriſtianis,vt in diſtributione eleemoſynarum nõ ſolùm diuites & abundantes, ſed etiam mediocres & pauperes, ſuas habeant portiones: & qui largitatis ſunt viribus inæquales, mentis tamen affectione ſint ſimiles. Nam cùm ſub oculis Domini multi in gazophylacio ex opulentia ſua multa conferrent, vidua quædam duos intulit nummos, & tali Ieſu Chriſti teſtimonio meruit coronari, vt in tam paruo muneris modo,omnium fuerit collationi condigna præferri: quia inter magna eorum dona,quibus multa reſidebant, illius quod fuit exiguum, fuit totum. Si verò aliquis tantæ paupertatis coarctatur anguſtijs, vt nec ad duo æra inopi impartienda ſufficiat, habet in præceptis Domini, vndè impleat bonæ voluntatis officium. Siquidem qui ſitienti pauperi calicẽ aquæ frigidæ miniſtrârit,mercedem eſt ſui operis adepturus:tanta ſeruis ſuis Domino ad obtinẽdum regnum ſuum præparante compendia, vt etiam præbitio aquæ, cuius vſus gratuitus atque communis eſt, prẽmio non careret. Quod nè vlla includeret difficultas, de aqua frigida forma eſt propoſita pietatis, nè putaret ſe mercede cariturum,cui de calefactione potus lignorum impendium defuiſſet.De quo tamen calice fruſtrà non admonet Dominus, vt in nomine ipſius prębeatur: quia hęc,quę per ſe ſunt vilia, fides efficit precioſa: & quæ ab infidelibus miniſtrantur, & ſi fuerint ſumptu magna, omni tamen iuſtificatione ſunt vacua.

Bonâ voluntas.
Lucæ 2.

Lucæ 21.
Mar.12.

Matth.10.

Fides efficit precioſa quæ per ſe ſunt vilia.

82. ITEM ſermone ſexto de ieiunio decimi menſis: Efficaciſſima eſt ad exorandũ Deum poſtulatio,cui pietatis opera ſuffragãtur. Quoniam qui ſuum ab inope non auertit animum,citò ad ſe Domini conuertit auditum, dicente Domino: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Dimittite,& dimittetur vobis. Quid hac iuſtitia benignius? Quid hac retributione clementius,vbi ſententia iudicaturi,in poteſtate ponitur iudicandi? date, inquit, & dabitur vobis. Quàm citò diffidentiæ ſolicitudo & auaritię eſt amputata cunctatio,vt quod redditurам ſe promittit veritas,ſecura expendat humanitas. Conſtans eſto Chriſtiane largitor: da quod accipias, ſere quod metas,ſparge quod colligas.Noli metuere diſpendium,noli de dubio ſuſpirare prouentu. Subſtantia tua cùm benè erogatur,augetur: & concupiſcere iuſtum miſericordiæ lucrum,æterni quęſtus eſt ſectari commercium. Munerator tuus vult te eſſe munificum,&qui dat vt habeas,mandat vt tribuas,dicens: Date,& dabitur vobis. Amplectenda eſt tibi promiſſionis iſtius gratulanda cõditio. Quanuis enim non habeas,niſi quod acceperis,non potes tamen non habere, quod dederis. Qui ergò pecunias amat, & multiplicare opes ſuas immodicis optat augmẽtis, hoc potiùs ſanctum fœnus exerceat,& hac vſurarum arte diteſcat.

Lucæ 6.

83. MATTHAEI quinto, 84. IACOBI ſecundo,vt in textu.

85. PROVERBIORVM vigeſimoprimo: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit,& non exaudietur.

XII.

Quibus exemplis Eleemoſynæ virtus & fructus declaratur?

IN ſacris quidem literis Abraham [a] & Lot propter hoſpitalitatem & Deo placuiſſe, & angelos [b] hoſpitio excepiſſe dicuntur. [c] Tobiæ & [d] Centurionis eleemoſynæ tantum valuerunt,vt in memoriam aſcenderint in conſpectu Dei, & non ſolùm teſtes, ſed etiam collaudatores habuerint ſanctos Angelos. Zachęus Chriſti verbis permotus,& ex principe Publicanorum ſpeculum miſericordię factus,dimidium bonorum dat

a Geneſ.18.a 19.a
b Hebr.13.a
c Tob.12.c 1.d
d Act.10.a Exempla Ioannis Eleemoſynarij & aliorum vide apud Leontium in eius vita: Martini apud Sulpitium: Paulæ apud.Hier.epiſt.27.cap.7. Paulini apud Turonenſ.de gloria Confeſ.c.107. & apud Gregor.3.dial.c.1. Tiberij apud Turon.lib.5 hiſt. Frãc.c.19. Bened.apud Grego.2.dial.c.28.& 29. Martyrij apud eundem hom.39 in euangel. Greg.apud Ioan.diac.lib.1.vitæ eius cap.10.& lib.2. c.22.& 23. Oſual.apud Bedam hiſt.Angl. lib.3.cap.6.

Digitized by Google

dat pauperibus,& mox Abrahę filius à Chriſto ipſo [e] pronunciatur. Tabitha, [f] vt plena operibus bonis & eleemoſynis, quas viduis præſertim faciebat, à Luca celebratur. Sic piæ matronæ laudem habent in [g] Euangelio ſingularem, quæ cum Magdalena & Martha Chriſto Domino eiuſque pauperibus diſcipulis liberaliter de ſuis facultatibus inſeruiebant. Et de [h] Laurentio Leuita & martyre iuſtiſſimè canitur: [i] *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.*

e Luc.19.a b
f Act.9.f g Vide etiam Pratum Spirituale Sophronij cap.175.185.195.& 201.
g Luc.8.a & 10.g Ioan.12.a 3.Reg.17.b c d 4.Reg.b c f
h Ambroſ.lib.2.offic.cap.28.
i Pſal.111.b Chryſoſt.hom.55.in Gen.

TESTIMONIA.

1. GENESIS decimooctauo: Apparuit autem ei (Abraham) Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumq́; eleuâſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet,cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui,& adorauit in terram.Et dixit: Domine,ſi inueni gratiam in oculis tuis, nè tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, vt lauentur pedes veſtri,& requieſcite ſub arbore.Ponamq́; buccellam panis,& confortetur cor veſtrum: poſteà tranſibitis: idcircò enim declinâſtis ad ſeruũ veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt loquutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq́; ei: Accelera,tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes, &c.

2. ET capite decimonono: Veneruntq́; duo angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis.Qui cùm vidiſſet eos,ſurrexit,& iuit obuiàm eis: adorauitq́; pronus in terram,& dixit:Obſecro,Domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros,& manè proficiſcemini in viam veſtram.Qui dixerunt: Minimè,ſed in platea manebimus. Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum : ingreſſisq́; domum illius, fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt, &c.

3. AD Hebræos decimotertio: Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis.

4. TOBIAE duodecimo: Quãdo orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum,& mortuos abſcondebas per diem in domo tua,& nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

5. ET capite primo: Tobias quotidiè pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, diuidebatq́; vnicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat, nudisq́; veſtimenta præbebat,& mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.

6. ACTORVM decimo: Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua,faciens eleemoſynas multas plebi,& deprecans Deum ſemper: is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei, &c.

EX PATRIBVS EXEMPLA.

7. LEONTIVS Epiſcopus Neapoleos inſulæ Cypri, in vita S.Ioannis Eleemoſynarij patriarchæ Alexandrini: Humilis Zacharia, (inquit patriarcha ad miniſtrum ſuum) eſto miſericors, & verbum promiſſionis habe ex Deo per infirmitatem meam, quia neque in vita mea, neque poſt mortem deerit tibi Deus, quod ſeruat vſque hodiè. Multas enim benedictiones mittit ei Deus, ſed non dimittit quidquam,quod non ſtatim det pauperibus, propemodùm conſtringens & in nihilum redigens domum ſuam. Multotiès in exultatione inuenerunt eum quidam, dicentem Deo: Sic ſic, aut tu mittendo, aut ego diſpergendo, videbimus quis vincat. Liquet enim quoniam tu diues Domine,& vitæ noſtræ miſerator es. Porrò autem quando iuxta euentum non habet, ad horam aliquid quod det à ſe petenti,contriſtatus,dicit ad tabernarium aut negociatorem, Da mihi vnum tremiſſem,id eſt,tertiam partem ſolidi aurei, & ſeruiam tibi vno menſe vel duobus, vt vis, & vbi vis, quoniam eſuriunt valdè qui in domo mea ſunt. Et ſumens dat egenti, rogans vt nemini dicat. Ibidèm : Non iuſtum eſt (ait ipſe Ioannes in die, cùm in patriarcham electus eſſet) ô fratres, antè alterius cuiuſquam curam habere, quàm Chriſti. Omni verò multitudine quæ conuenerat, audito verbo compuncta ac ſuſtinente, dicit iterùm ille beatus: Euntes ergò per totam ciuitatem, conſcribite mihi vſq; ad vnum omnes dominos meos. Illis autem non intelligentibus qui hi domini eſſent, ſed rogantibus dicere, & mirantibus, quinam patriarchæ domini exiſterent, reſpondit ruſus angelicum illud os, & ait: Quos vos egenos & mendicos vocatis, illos ego dominos & auxiliatores prædico. Ipſi enim nobis verè & auxiliari, & cælorum regnum donare poterunt. Et cùm hoc multa velocitate vidiſſet factum Chriſti imitator, præcepit eis, per ſingulos dies ſtipendia tribui, & per proprium diſpenſatorem præberi eis ſufficientem neceſſitatem : plus autem erant, quàm ſeptem millia quingenti. Tunc quaſi paſtor verus & non mercenarius, cum ſacroſancto ouili, & cum conuenientibus ſanctis viris epiſcopis ad Eccleſiam ſanctam pergens, conſecratus eſt de diuino iudicio. CVM eſſem (inquit patriarcha) adhuc in Cypro iuuenis quaſi annorũ quindecim, vidi vna noctium in ſomnis puellam quandam, cuius ſpecies ſupra Solem ſplendebat, ornatam ſupra omnem humanum ſenſum, quæ venit & ſtetit ante lectum meum, & pulſauit me in lare. Expergefactus verò, vidi eam in veritate ſtantem, & æſtimaui eam eſſe mulierem. Figura igitur crucis ſignatus, dixi ei : Quæ es tu? & quomodò auſa es intrare ad me dùm dormirem? Habebat autem & coronam de oliuarum ramis ſuper caput ſuum. Tunc illa hilari vultu & ſubridendo dicit mihi, Ego ſum prima filiarum Regis. Cùm hæc audiſſem, ſtatim adoraui eam. Tunc dicit mihi: Si me poſſides amicam, ego te ducam in conſpectu Imperatoris. Etenim nemo habet poteſtatem apud eum,ſicut ego.Ego quippe feci eum in terris hominem fieri,& ſaluare homines. Et hæc dicens,diſparuit. Ego verò in memetipſum reuerſus, intellexi viſionem, & dixi: Credo,compaſſio ac eleemoſyna eſt, & ideò habet in capite ex oliuæ folijs coronam. Etenim veraciter compaſſio & benignitas erga homines,Deum carne veſtiri fecit. Statim ergò veſtij me,& nullũ domus meæ excitans, in Eccleſiam abij. Erat enim iam aurora. Et cùm irem obuiàm fratri frigore vexato, expoliaui me indumento caprino, & dedi ei,

Vide authoris cõmendationem in 2. ſynodo Nicena, actione 4.

Zacharię eleemoſynarij exemplum.

Ioannis eleemoſynarij cura & ſolicitudo erga pauperes.

Viſio eius.

di ei, dixiq́ intra me: Ecce in hoc ſciam, ſi vtiquè vera eſt viſio quam vidi, an dæmoniaca. Et veritate teſtante, nondùm Eccleſiam comprehenderam, & ſubitò obuians mihi quidam, albis indutus veſtimentis, dat mihi ligaturam centũ numiſmatum, dicens: Accipe hæc frater, & diſpenſa vt vis. Ego autem præ gaudio ſtatim hæc ſuſcipiens, reuerſus ſum, volens reddere ei ligaturam illam, quaſi nihil indigens, & ampliùs nõ vidi aliquem. Tunc dixi, veraciter non eſſe phantaſiam. Ex illa verò hora ſæpè dabam confratri aliquid, & dicebam: Videbo ſi mittat Deus mihi, vt dixit, centupla. Et cùm tentâſſem Dominum, malè faciens, & ſatisfactum mihi eſſet diuerſis modis per eas res, dixi: Ceſſa miſera anima, tentando intentabilem. Adrione exiſtente eadem populi multitudine in ciuitate, quidam peregrinorum videns tantam compaſſionem eius, voluit tentare eum, & indutus veſtimenta vetera, acceſſit ad eum, euntem ad viſitandos qui in Noſocomio, id eſt, in Infirmario iacebant: (bis enim per hebdomadam vel ter ibat illuc) Et dicit ad eum: Miſerere mei, quoniam captiuus ſum. Dicit datori, da ei ſex numiſmata. Deindè cùm hæc accepiſſet, vadit & mutat habitum, & obuiat ei aliundè, & procidit ei, dicens: Miſerere mei, quia coarctor. Dicit denuò patriarcha datori: Da ei ſex nummos aureos. Cùm verò iſſet, dicit ille diſtributor ad aurem illius patriarchæ: Per orationes tuas Domine, idem ipſe accepit ſecundò. Fecit verò ſeipſum patriarcha tanquàm neſciret. Venit itaq́ tertiò iterùm accipere, & tetigit dator patriarcham qui aurum ferebat, ſignificans quòd ipſe eſſet. Tunc reſpondit ei Dei amicus, ille veraciter miſericors: Da ei duodecim numiſmata, nè fortè Chriſtus meus ſit, & tentet me. Referebat ſemel coram omnibus iſte ſanctus, dicens: Habebam, inquit, quendam miniſtrum in apotheca mea in Cypro, fidelem valdè, & virginem vſq́ ad obitum ſuum. Hic ergo narrabat mihi, quia in Africa exiſtente me, facta eſt res huiuſmodi: Permanebam enim, ait, cum quodã Telonario, diuite vehementer & immiſericordi. Semel ergò pauperibus in hyeme ſedentibus ad ſolem, ſeq́ calefacientibus, cœperunt ſinguli domos Eleemoſynatorum collaudare, & pro eis orare per ſingulos eorum: ſimiliter & domos eleemoſynam non facientium vituperare. Inter quæ venit in medium eorum & nomen ſenioris mei Telonarij, & cœperunt ſinguli interrogare proximum: Verè tu frater accepiſti aliquando de domo illa benedictionem? Et omnibus interrogantibus inuicèm, nullus inuentus eſt accepiſſe aliquando de domo eius aliquid. Dicit ergò vnus ex eis: Quid dabitis mihi, & ego accipiam hodie ex eo benedictionem? Et faciẽtibus cum eo pactum, venit, & ſtat foris portam domus, expectãs quando ad domum ſuam reuerteretur. Ex diſpenſatione Dei peruenerũt ſimul, ipſe ingrediens portam, & animal portãs ſiligines à mancipio cauſa prandij ipſius. Videns igitur egenum, non inueniens lapidem, per furorem arripit ſiliginem de clitella, & iactauit in faciem eius. Ille verò ſuſcepit eam, & abijt vt ſatisfaceret confratribus ſuis, quòd ex eiſdem manibus accepiſſet eam. Itaque poſt duos dies ægrotauit infirmitate ad mortem idem Telonarius, & vidit in ſomnis ſeipſum rationem ponentem, & omnes actus ſuos ſuper ſtateram appendi. In vna quidem acie congregabantur mauri quidam deformes, altera autem acies aliorum quorundam erat candidatorum & terribilium ſpecie. Qui nihil inuenientes boni, vt & ipſi appenderent econtrà aduerſùm mala opera, quæ collecta erant à mauris, in acie ipſorum nimis turbabantur & triſtabantur, & mente conſternabantur ad alterutrum, & dicebant: Ergò nihil nos hîc habemus? Tunc dicit vnus eorum: Verè nihil habemus, niſi vnam * ſiliginem, quam dedit ante duos dies Chriſto, & ipſam non voluntariè. Et mittẽtibus eis ſiliginem, ęqualitas facta non eſt. Tunc dicunt Telonario hi, qui apparuerant ei candidati: Vade, & auge ad ſiliginem hanc: aliàs verò mauri iſti te apprehendent. Euigilans ergò, agnouit, quæ viſa ſunt ab eo, non eſſe mendacia, ſed vera. Omnia verò quæ à iuuentute ſua commiſerat, & quorũ ipſe erat oblitus, videbat Aethiopes illos congregare, & deportare ad libram, & dicebat: Papè, ſi vna ſiligo quam iactaui per furorem, ità profuit: à quantis malis ſe liberat, qui dat in ſimplicitate ſua bona indigentibus? Et decętero ità modeſtus & prudens atque ſummus eleemoſynator factus eſt, vt etiam corpori proprio non parceret. Hæ ſunt beatiſſimi à Deo honorati Ioannis Patriarchæ narrationes. Non ſolùm enim de vita ſua contentus erat volentem proficere ædificare, verùm etiam de Deo acceptis & veracibus relationibus ſuis, & dicebat ſemper hæc audientibus: Si proprio ſanguini non pepercerunt quidam hominum, ſed hunc dederunt in manus fratrum, immò Chriſti, quomodò putas nos cum alacritate & humilitate debemus de facultatibus noſtris dare Chriſto, & egenis atq́ pauperibus, vt recompenſationem recipiamus à iuſto & mercedum redditore Deo, in illa timenda & horrenda retributionis die? Qui nunc ſeminat parcè, parcè & metet: quòd qui ſeminat in benedictionibus, id eſt, largè & magnanimiter, multipliciter & metet, hoc eſt, bona illa hæreditabit, quæ omnem mentem tranſcendunt.

POSTEA de Troilo agens author, qui à Ioanne monitus, inuitus eleemoſynã dederat, & ideò cœperat ægrotare: Igitur (inquit) cùm hoc audiſſet Patriarcha, mox agnouit cauſam, quia propter exitum viginti librarum infirmatus eſt ille inuitus eleemoſynator. Erat enim (vt prædictum eſt) valdè immiſericors, & amator pecuniæ. Non ſufferens ergò beatus ſe quidem ſuper menſam reficere, illum autem ſuper lectum cruciari grauiter, peruenit celeriter ad eum ille verè ſine ſuperbia, & dixit ad eum hilari vultu: Fac charitatem fili Troile. Aeſtimans quòd in veritate dixerim tibi, fratribus huiuſcemodi dare, crede mihi, per iocum dixi tibi dare. Ego enim volui præſtare eis ſingula numiſmata propter ſanctã feſtiuitatem: ſed quia non habebat diſtributor meus ſecũ ſufficientem quantitatẽ, huius rei gratia mutuam dediſti eã mihi, & ecce attuli tibi illas triginta libras. Vt verò vidit quantitatẽ Epiſcopus amator pecuniæ, in honorabili manu ſapientis exiſtentis medici & paſtoris, febris quidem ſubitò diſparebat, frigus etiam recedebat, fortitudo quoque, & corporis eius calor ad eum reuertebantur, vt ex hoc non poſſet latere, hanc eſſe cauſam repentè comprehendentis eum commutationis. Suſcipiens verò aurum ab honorandis manibus Patriarchæ, & nihil omninò contradicens, expectabat ab eo Patriarcha conſcriptionem abrenunciationis mercedis earum, quæ datæ ſunt, triginta auri librarum. Fecit autem hoc cum gaudio Troilus epiſcopus, ſcribens proprijs manibus ità: Deus, Domino meo Ioanni beatiſſimo Patriarchæ huius Alexandrinorum magnæ ciuitatis, da mercedem triginta librarum, quę datę ſunt tibi, quoniam ego recepi mea. Hoc ſcriptum itaque ſanctus accipiens, ſumpſit ſecum & eundem Epiſcopum ad prandium. vt enim iam dictum eſt, ſtatim ſanus factus eſt. Volens ergò mercedis redditor Deus corripere eum, ſimul autem & ad miſerationem contribulatorum & compaſſionem erigere, oſtendit ei eadem die dormienti poſt prandium Patriarchæ in ſomnis, qua mercede priuatus eſſet. Vidit enim (vt ait) domum, cuius pulchritudinem atq́ magnitudinem non poteſt ars hominum imitari, & ianuam huius totam auream & ſuper ianuam titulum conſcriptum, Manſio

Ab aduena quodam tentatur Ioãnes eleemoſynarius.

Hiſtoria de Petro publicano ſiue telonario.

Actus hominum velut in trutina ponderãtur. Vide Damaſcenũ in oratione de defunctis.

* panem

2. Cor. 9.

Troilum epiſcopum auarũ quomodò ab auaritiæ morbo curauit Ioannes.

ſio æterna, & requies Troili epiſcopi. Cumq; hoc, inquit, legiſſem, gauiſus ſum: ſciebam enim donandam mihi ab Imperatore talis domus epulationem. Nondùm autem huiuſmodi tituli ſuperſcriptionem perlegeram, & eccè quidam regius cubicularius, habens ſecum & alios obſequij diuini, & cùm perueniſſet ad talem nitentis domus ianuam, dixit ad proprios officiales: Deponite titulum iſtum. Et cùm depoſuiſſent, iterùm dixit: Mutate eum, & ponite quem miſit orbis terrarum rex. Et attulerunt, & affixerunt aliud, adſpiciente me, ſuperſcriptum ità, Manſio æterna ac requies Archiepiſcopi Alexandriæ, empta libris triginta. Et cùm hoc vidiſſet, ſurrexit à ſomno, & magno ſummoq; paſtori, quæ viſa ſunt ei in ſomnis, enarrauit, proficiens ea de cauſa Troilus epiſcopus, factus extunc eleemoſynator magnificus.

Aliud exemplum.

Ad extremam paupertatẽ peruenienti cuidam de domeſticis miniſtris, propria manu iſte ſanctus, vt nullus ſciret, duas libras auri dedit: & audiens ab accipiente, quoniam hæc accipiens, domine (inquit) vlteriùs non habeo vultum intendendi in honorabilem & angelicam faciem tuam: verè dignum laude, vt ſapiens, locutus eſt verbum: Nondùm, inquiens, ſanguinem meum pro te frater effudi, ſicut mandauit mihi Dominus meus Chriſtus.

Si verò aliquando audiebat ſapientiſſimus quoniam eleemoſynarius eſt talis, adducebat eum in hilaritate ſeorsùm, & dicebat ei: Quomodò factus es eleemoſynator? naturaliter, an te ipſum cogens? Vndè quidam eorum qui ab eo interrogabantur, verecundati, occultabant ſe: quidam autem dicebant ei. Propter quod vnus interrogatus à ſancto, reſpondit ità: Crede mihi Domine, quia nihil do aut facio boni, veruntamen ipſum quod facio & præbeo, ex quibus & orationes tuæ largiuntur, ità facere aſſueui. Eram priùs valdè immiſericors & crudelis, & ſemel damna pertuli, & in ſubtilitatem deueni: Cœpit autem cogitatio mea dicere mihi: Verè ſi eſſes eleemoſynator, non relinqueret te Deus. Statui ergò per ſingulos dies dare quinque æreos nummos pauperibus, & cùm cœpiſſem dare, ſtatìm ſatanas prohibebat me, dicens: Verè quinque nummi ſufficiunt domui tuæ ad olera aut ad balneum percipiendum: & ſtatìm, tanquàm ſicut de faucibus natorum meorum priuarem eos, nihil dabam. Cùm verò vidiſſem quòd ſuperarer à vitio, dico puero meo: Per ſingulos dies furare, me neſciẽte, quinq; nummos, & da eleemoſynam. Sum enim ego trapezita, Domine. Ille verò, benè faciens, cœpit furari denarios. Erat autem aliquando & ſiliqua. Cùm ergò vidiſſet, quia benedicebamur, & diuitijs abundabamus, cœpit & tremiſſes furari & dare. Semel itaque admirans benedictiones Dei, dixi ei: Verè multùm profuerunt fili quinq; nummi illi, volo ergò vt des decem. Tunc dicit mihi & puer ſubridendo: Vade, ora furtis meis. Nam verè hodiè non haberemus quem manducaſſemus panem, ſed ſi eſt fur iuſtus, ego ſum. Tunc ergò dixit, quoniam tremiſſes dabat & ſiliquas, & iam ex fide illius, aſſueui domine ex animo dare. Aedificatus ergò ſanctus valdè, dixit ad eum: Crede mihi, multas conuerſationes patrum legi, tale aliquid non audiui.

Modus quo trapezita quidam tentantẽ de auaritia dæmonem ſuperauit.

8. SEVERVS Sulpitius in vita ſancti Martini: Quodam tempore cùm iam nihil præter arma & ſimplicem militiæ veſtem haberet media hyeme, quæ ſolito aſperior inhorruerat, (adeò vt pleroſque vis algoris extingueret) obuium habuit in porta Ambianenſium ciuitatis pauperem nudum. Qui cùm prætereuntes, vt ſui miſererentur, oraret, omneſq; miſerum præterirent, intellexit vir Deo plenus ſibi illum, alijs miſericordiam non præſtantibus, reſeruari. Quid tamen ageret? Nil præter chlamydem, qua indutus erat, habebat. Iam enim reliquà in opus ſimile conſumpſerat. Arrepto itaq; ferro, quo erat accinctus, mediam diuidit, partemq; eius pauperi tribuit: reliqua rursùs induitur. Intereà de circunſtantibus ridere nonnulli, quia deformis eſſet, & truncatus habitu videretur. Multi tamen quibus erat mens ſanior, altiùs gemere, qui ſimile nihil feciſſent, cùm vtiquè plus habentes, veſtire pauperem ſine ſua nuditate potuiſſent. Nocte igitur inſecuta, cùm ſe ſopori dediſſet, vidit Chriſtum chlamydis ſuæ, qua pauperem texerat, parte veſtitum. Intueri diligentiſſimè Dominum, veſtemq; quam dederat, iubet agnoſcere. Mox ad angelorum circunſtantium multitudinẽ audiuit Ieſum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus hac me veſte contexit. Verè memor Dominus dictorũ ſuorum, qui antè prædixerat: Quandiù feciſtis hæc vni ex minimis iſtis, mihi feciſtis: ſe in paupere profeſſus eſt fuiſſe veſtitum. Et ad confirmandum tam boni operis teſtimonium, in eodem ſe habitu, quem pauper acceperat, eſt dignatus oſtendere. Matth. 25.

Liberalitas S. Martini.

9. HIERONYMVS ad Euſtochium in epitaphio Paulæ, epiſtola vigeſimaſecunda, capite ſeptimo: Si pauperem videbat, ſuſtentabat: ſi diuitem, ad benefaciendũ hortabatur. Liberalitas ſola excedebat modũ. Et vſuras tribuens, verſuram quoq; ſæpiùs faciebat, vt nulli ſtipem rogantium denegaret. Fateor errorẽ meum: Cùm in largiendo eſſet profuſior, arguebam, illud proferens de Apoſtolo: Non vt alijs refrigeriũ, vobis autẽ tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc tẽpore, vt veſtra abundantia ſit ad illorũ inopiam, & illorũ abundantia ſit ad veſtram inopiam. Et hoc de Euangelio Saluatoris: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et prouidendũ eſſe, nè quod libenter faceret, ſemper facere non poſſet: multaq; huiuſcemodi, quę illa mira verecundia & ſermone parciſſimo diſſoluebat, teſtem inuocãs Deum, ſe pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere voti, vt mendicans ipſa moreretur, & vnũ nummum filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur. Ad extremum inferebat: Ego ſi petiero, multos inueniã, qui mihi tribuant: iſte mendicans ſi à me non acceperit, quæ ei poſſum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur? Ego cautiorem in re familiari eſſe cupiebam: ſed illa ardentior fide, toto Saluatori animo iungebatur: & pauperẽ Dominũ pauper ſpiritu ſequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipſo effecta. Deniquè conſecuta eſt quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit: quod hucuſquè debens, non ſuis viribus, ſed Chriſti ſe confidit miſericordia redituram. Solent pleræque matronarum buccinatoribus ſuis dona conferre, & in paucos largitate profuſa, manũ à cęteris retrahere: quo illa omninò carebat vitio. Ita enim ſingulis ſuam pecuniam diuidebat, vt ſingulis neceſſarium erat, non ad luxuriam, ſed ad neceſſitatem. Nemo ab ea pauperum vacuus reuerſus eſt. Quod obtinebat non diuitiarum magnitudine, ſed prudentia diſpenſandi: illud ſemper replicans, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et, Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna extinguit peccatum. Et, Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et, Date eleemoſynam, & eccè omnia munda ſunt vobis. Et verba Danielis, regem Nabuchodonoſor monentis, vt eleemoſynis redimeret peccata ſua.

Paulæ viduæ liberalitas erga pauperes.

2. Cor. 8.

Luc. 3.

Matth. 5.

Eccli 3.

Luc. 16.

Luc. 11.

Dan. 4.

10. GREGORIVS Turonenſis in libro de gloria Confeſſorum, capite centeſimo ſeptimo: Fuit vir venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpe ortus. Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas: & tam in fundorum poſſeſſione, quàm in præſidio domorum

S. Paulini Nolani exemplum.

morum valdè diues erat ac locuples. Sed cùm primùm aures eius euangeliorum lectio illa penetrauit, in qua Dominus adoleſcentem pro diuitijs arguit, dicens: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem introire in regnum Dei: ſtatim venditis omnibus quæ habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus, magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans paradiſi diuitijs locupletari, ſi videretur nihil de tranſitorijs poſſidere. Cui Maieſtas diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter adimplere mereretur per actum. Quadam verò die venit ad eum qui ſtipem peteret, & ait coniugi: Vade, & da ei quod habet neceſſarium: quæ reſpondit, Non eſt nobis ampliùs quàm vnus panis: cui ille, vade, inquit, porrige eum: Dominus enim dabit nobis victum: ſed illa quaſi ſtrenua reſeruari cupiens, nè aliquid deeſſet, porrigere noluit. Intereà aduenerunt quidam, dicentes, miſſos ſe à dominis ſuis, vt illi annonæ ac vini deferrent ſpeciem: ſed per hoc ſe moratos, quòd orta tempeſtas, vnam eis cum tritico abſtulerit nauem. Tunc vir Dei conuerſus ad mulierem, ait: Intellige te nunc pauperi vnum panem fuiſſe furatum: & ideò hanc nauem eſſe merſam. Perrexit ergò cum coniuge quaſi peregrinaturus in aliam regionem, nihil habens præter ſtatum proprium.

Matth. 19.

11. GREGORIVS Magnus libro tertio dialogorum, capite primo: Cùm ſæuientiũ Vuandalorum tempore fuiſſet Italia in Campanię partibus depopulata, multiq́; eſſent de hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus cuncta quæ ad Epiſcopi vſum habere potuit, captiuis indigentibusq́; largitus eſt. Cumq́; iam nihil omninò ſupereſſet quod petentibus dare potuiſſet, quodam die quædam vidua aduenit, quæ à regis Vuandalorum genero ſuum filium in captiuitatem fuiſſe ductum perhibuit, atque à viro Dei eius precium poſtulauit, ſi fortè illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnoperè petenti fœminæ quid dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud niſì ſe inuenit, petentiq́; fœminæ reſpondit, dicens: Mulier, quod poſſim dare non habeo, ſed memetipſum tolle, ſeruũ me iuris tui eſſe profitere, atque vt filium tuum recipias, me vice illius in ſeruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irriſionem potiùs credidit, quàm compaſſionem. At ille vt erat vir eloquentiſſimus, atque apprimè exterioribus quoquè ſtudijs eruditus, dubitanti fœminæ citiùs perſuaſit, vt audita crederet, & pro receptione filij ſui in ſeruitium Epiſcopum tradere nõ dubitaret. Perrexêre igitur vtrique ad Africam. Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura ſe obtulit, ac priùs petijt vt ei filium donare debuiſſet. Quod cùm vir barbarus, typo ſuperbiæ turgidus, gaudio tranſitoriæ proſperitatis inflatus, non ſolùm facere, ſed etiam audire deſpiceret, vidua ſubiunxit, dicens: Eccè hunc hominem pro eo vicarium præbeo, ſolummodò pietatem in me exhibe, mihiq́; vnicũ filium redde. Cumq́; ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet, quam artem nôſſet, inquiſiuit. Cui vir Dei Paulinus reſpondit, dicens: Artem quidem aliquam neſcio, ſed hortum benè excolere ſcio. Quod vir gentilis valdè libenter accepit, cùm in nutriendis oleribus quia peritus eſſet, audiuit. Suſcepit itaq; ſeruum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione diſceſſit. Paulinus verò excolendi horti ſuſcepit curam. Cumq́; idem regis gener crebrò ingrederetur hortum, ſuumq́; hortulanum quædam requireret, & ſapientem valdè hominem videret, amicos cœpit familiares deſerere, & ſæpiùs cum ſuo hortulano colloqui, atque eius ſermonibus delectari. Cui Paulinus quotidiè ad menſam olera, virentesq́; herbas deferre conſueuerat, & accepto pane ad curã horti remeare. Cumq́; hoc diutiùs ageret, quadam die ſuo domino ſecum ſecretiùs loquenti ait: Vide quid agas, & Vuandalorum regnum qualiter diſponi debeat, prouide: quia rex citiùs & ſub omni celeritate eſt moriturus. Quod ille audiens, quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit, ſed quid à ſuo hortulano, ſapienti ſcilicet viro, agnouiſſet, indicauit. Quod dum rex audiſſet, ilicò reſpondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus reſpondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſueuit. Has itaque ad menſam eum deportare facio, vt quis ſit, qui mihi hæc eſt locutus, agnoſcas. Factúmque eſt. Et dum rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quoque & virentia delaturus aduenit. Cúmque hunc rex ſubitò conſpexiſſet, intremuit, atque accerſito eius domino ſibi per filiam propinquo, ei ſecretũ, quod priùs abſconderat, indicauit, dicens: Verũ eſt quod audîſti. Nam nocte hac in ſomnio, ſedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iſte etiam ſimul ſedebat, & flagellum quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percontare quiſnam ſit. nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, vt conſpicitur, eſſe nõ ſuſpicor. Tunc regis gener ſecretò Paulinum tulit, & quiſnam eſſet, inquiſiuit. Cui vir Domini reſpondit: Seruus tuus ſum, quem pro filio viduæ vicarium ſuſcepiſti. Cumq́; inſtanter ille requireret, vt non quis eſſet, ſed quis in terra ſua fuiſſet, indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequẽtis inquiſitionis exigeret, vir Domini conſtrictus magnis coniurationibus, iam non valens negare quid eſſet, Epiſcopum ſe fuiſſe teſtatus eſt. Quod poſſeſſor eius audiens, valdè pertimuit, atq; humiliter obtulit, dicẽs: Pete quod vis, quatenùs ad terram tuam à me cum magno munere reuertaris. Cui vir Domini Paulinus ait: Vnũ eſt, quod mihi impendere beneficium potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinùs in Africana regione requiſiti, cũ onuſtis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini ſatisfactione, in eius comitatu laxati ſunt. Poſt non multos verò dies Vuandalorum rex occubuit, & flagellum quod ad ſuam perniciem diſpenſante Deo pro fidelium diſciplina tenuerat, amiſit. Sicq́; factum eſt, vt omnipotentis Dei famulus Paulinus vera prædiceret: & qui ſe in ſeruitium ſolum tradiderat, cum multis à ſeruitio ad libertatem rediret: illum videlicet imitatus, qui formam ſerui aſſumpſit, nè nos eſſemus ſerui peccati. Cuius ſequens veſtigia Paulinus, ad tempus voluntariè ſeruus factus eſt ſolus, vt eſſet poſtmodùm liber cum multis.

Eiuſdem Paulini exemplũ aliud.

Semetipſum donat.

Paulinus captiuos ſuæ ciuitatis liberauit ſeruitute ſua.

12. GREGORIVS Turonenſis hiſtoriæ Francorum libro quinto, capite decimonono: Cùm Iuſtinus Imperator amiſſo ſenſu amens effectus eſſet, & per ſolam Sophiam Auguſtam eius imperium regeretur, populi Tiberium Cęſarem elegerunt, vtilem, ſtrenuum, atq; ſapientem, eleemoſynarium, inopumq́; optimum defenſorẽ. Qui cùm multa de theſauris quos Iuſtinus aggregauit, pauperibus erogaret, & Auguſta illa eum frequentiùs increparet, quòd rempublicam redegiſſet in paupertatem: diceretq́;, Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodigè diſpergis, aiebat ille: Non deerit fiſco noſtro: tantùm pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic eſt enim magnus theſaurus, dicente Domino: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.

Tiberij erga pauperes clementia.

Matth. 6.

Digitized by Google

Ergò de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cælo, vt Dominus nobis augere dignetur in ſeculo. Et quia, vt diximus, magnus & verus Chriſtianus erat, dum hilari diſtributione pauperibus opem præſtat, magìs ac magìs ei Dominus ſubminiſtrat. Nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat ſculpta, & ait: Cruce tua Domine frontem noſtram munimus & pectora, & eccè crucem ſub pedibus conculcamus. Et dicto citiùs, iuſſit eam auferri, defoſſaq; tabula atque erecta, inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentem. Nunciantéſque iuſſit & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam: iuſſuq; eius & hæc aufertur. Qua ablata, inueniunt magnum theſaurum habentem ſupra mille auri centenaria. Sublatumq; aurum, pauperibus adhuc abundantiùs, vt conſueuerat, ſubminiſtrat: nec ei Dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate ſua. Quid ei in poſterum Dominus tranſmiſerit, non omittam. Narſes ille dux Italiæ, cùm in quadam ciuitate domum magnam haberet,* in Italiam cum multis theſauris egreſſus, ad ſuprà memoratam vrbem aduenit: ibiq; in domo ſua occultè ciſternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorum auri argentiq; repoſuit: ibiq; interfectis cõſcijs, vni tantummodò ſeni per iuramentum condita commendauit. Defunctoq; Narſete, hæc ſub terra latebãt. Cumq; ſupradictus ſenex, huius eleemoſynas aſſiduè cerneret, pergit ad eum, dicens: Si, inquit, mihi aliquid prodeſt, magnam rem tibi Cæſar edicam. Cui ille, dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, ſi quiddam nobis profuturum narraueris. Theſaurũ, inquit, Narſetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ poſitus celare non poſſum. Tunc Cæſar Tiberius gauiſus, mittit vſque ad locum pueros ſuos. Præcedente verò ſene, hi ſequuntur attoniti. Peruenientéſque ad ciſternam, deopertámque ingrediuntur. in qua tantum aurum argentúmque reperiunt, vt per multos dies vix euacuaretur à deportantibus. Ex hoc ille ampliùs hilari erogatione diſpenſauit egenis.

Theſaurum reperit.

* ex Italia cũ

13. GREGORIVS Magnus libro ſecundo dialogorum, in vita ſancti Benedicti, capite vigeſimooctauo: Eo quoq; tempore quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, vir Dei diuerſis indigentibus monaſterij ſui cuncta tribuerat, vt penè nihil in cellario niſi parùm quid olei in vitreo vaſe remaneret: Tunc quidam ſubdiaconus Agapitus nomine, aduenit, magnoperè poſtulans, vt ſibi aliquantulùm olei dari debuiſſet. Vir autem Domini qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cælo omnia reſeruaret, hoc ipſum parùm quod remanſerat olei iuſſit petenti dari. Monachus verò qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, ſed implere diſtulit. Cumq; poſt paululùm, ſi id quod iuſſerat datum eſſet, inquireret, reſpondit monachus ſe minimè dediſſe: quia ſi illud ei tribueret, omninò nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, alijs præcepit vt hoc ipſum vas vitreũ, in quo parùm olei remanſiſſe videbatur, per feneſtram proijcerent, nè in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumq; eſt. Sub feneſtra autem eadem ingens præcipitium patebat ſaxorum molibus aſperũ. Proiectum itaq; vas vitreũ venit in ſaxis, ſed ſic manſit incolume, àc ſi proiectum minimè fuiſſet, ità vt neque frangi, neq; oleum effundi potuiſſet. Quod vir Domini præcepit leuari, atque vt erat integrum petenti tribui. Tunc collectis fratribus, inobedientem monachum de infidelitate ſua & ſuperbia coram omnibus increpauit.

S. Benedicti miſericordia & liberalitas in egentes.

Miraculum.

14. ET capite vigeſimonono: Qua increpatione completa, ſeſe cum eiſdem fratribus in orationem dedit. In eo autẽ loco vbi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cumq; ſanctus vir in oratione perſiſteret, cœpit operimentum eiuſdem dolij oleo excreſcẽte ſubleuari. Quo commoto atq; ſubleuato, oleũ quod excreuerat, ora dolij tranſiens, pauimentum loci in quo incubuerat, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus vt adſpexit, protinùs orationẽ compleuit, atq; in pauimentum oleum defluere ceſſauit. Tunc diffidentem inobedientemq; fratrem latiùs admonuit, vt fidem habere diſceret & humilitatem. Idem verò frater ſalubriter correptus erubuit: quia venerabilis pater virtutem omnipotentis Dei, quam admonitione intimauerat, miraculis oſtendebat, nec erat iam vt quiſquam de eius promiſſionibus dubitare poſſet: qui in vno eodemq; momento pro vitreo vaſe penè vacuo plenum oleo dolium reddidiſſet.

Miraculum.

15. IDEM homilia trigeſimanona in Euangelia: Sed quia ad amorem Dei & proximi plerunq; corda audientium plùs exempla quàm verba excitant, charitati veſtræ indicare ſtudeo, quod is qui præſtò eſt filius meus, Epiphanius Diaconus, Iſauria prouincia exortus, in vicina factum terra Lycaoniæ ſolet narrare miraculum. Ait enim, quòd in ea quidam Martyrius nomine, vitæ valdè venerabilis monachus fuit, qui ex ſuo monaſterio viſitationis gratia ad aliud monaſterium tendebat, cui ſpiritalis pater præerat. Pergens itaque, leproſum quendam, quem denſis vulneribus elephantinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in via, volentem ad ſuum hoſpitium redire, ſed præ laſſitudine non valentem. In ipſo verò itinere ſe habere perhibebat hoſpitium, quò idem Martyrius monachus ire feſtinabat. Vir autem Dei eiuſdem leproſi laſſitudini miſertus, pallium quo veſtiebatur, in terram protinùs proiecit & expãdit, ac deſupèr leproſum poſuit, eumq; ſuo pallio vndiq; conſtrictum ſuper humerũ leuauit, ſecumq; reuertens detulit. Cumq; iam monaſterij foribus propinquaret, ſpiritalis pater eiuſdem monaſterij magnis vocibus clamare cœpit: Currite, ianuas monaſterij citiùs aperite, quià frater Martyrius venit Dominũ portans. Statim verò vt Martyrius ad monaſterij aditũ peruenit, is qui leproſus eſſe putabatur, de collo eius exiliens, & in ſpecie appàrens, qua recognoſci ab hominibus ſolet redemptor humani generis, Deus & homo Chriſtus Ieſus, ad cælum Martyrio adſpiciente redijt, eiq; aſcendens dixit: Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos. Qui ſanctus vir mox vt eſt monaſterium ingreſſus, ei pater monaſterij dixit: Frater Martyri, vbi eſt quem portabas? Cui ille reſpondens dixit: Ego ſi ſciſſem quis eſſet, pedes illius tenuiſſem. Tunc idem Martyrius narrabat: quia cùm eum portâſſet, pondus eius minimè ſenſiſſet. Nec mirum: quomodò enim pondus ſentire poterat, qui portantem portabat?

Martyrij miſericordia erga ægrotos.

Chriſtus in forma leproſi portatur.

16. IOANNES Diaconus in vita Diui Gregorij Papæ, libro primo, capite decimo: Hũc de more quædam ſcribentem angelus Dei reperiens, miſereri ſibi flebiliter ſub habitu naufragi poſtulabat. Cui Gregorius ex intimo corde compatiens, bis ternis numiſmatibus datis, abire pręcepit. Nec multò pòſt eadem die idem naufragus redijt, ſeq; multa perdidiſſe, pauca verò ſuſcepiſſe perhibuit: à quo pari modo ſenis numiſmatibus ſumptis, lætabundus abſceſſit. Sed die tertia rediens, identidèm adiutorium naufragus importunis vocibus inquirebat. Cui liberaliſſimus pater accerſito veſtiario, alia ſex numiſmata dari præcipiens, cognouit in veſtiario nihil numiſmatum, vndè poſſet conſolari naufragum, remanſiſſe. Quid faceret, neſciebat. Aeſtuabat Deo deuoti pectoris pietas, non ſufferens vacuam proximi reliquiſſe miſeriam. Rurſus veſtiarium ſuum, ſi fortè vas quodlibet aut veſtimentum haberet interrogans, audiuit nil penitùs remanſiſſe præter

S. Gregorij eleemoſynæ.

Angelus in forma naufragi eleemoſynã flagitat.

matris

Digitized by Google

matris argenteam, quæ cum infuſis leguminibus mitti ſolita erat, ſcutellam. Mox alacrior factus, Ergò, inquit, frater hanc defer: nè triſtis abeat, qui conſolari quæritur pauper. Itaque delatam ſcutellam Gregorio ſatis hilariter largiente, pauper qui putabatur, lætus amplectitur, non iam ad expetenda, ſed ad conferenda ſuffragia rediturus. A quo videlicet angelicæ viſitationis tempore tantis miraculis, tantis eſt virtutibus publicatus, vt omnibus ſecum viuentibus exemplo fuerit & terrori: quippe qui non ſolus, ſed ſocialiter cum beato Andrea Apoſtolo, ſuo monaſterio ſignis euidentibus ſit præfuiſſe putatus.

17. ET libro ſecundo, capite vigeſimoſecundo: Tantæ hoſpitalitatis Gregorius in ipſo etiam Patriarchio permanſit, vt exceptis his quos tam per diuerſas regiones, quàm Romæ quoquè Longobardorum perfidiæ gladios fugientes, eccleſiaſtica ſtipe miſericorditer nutriebat, ad menſam ſuam quotidiè peregrinos quoslibet inuitaret. Inter quos die quadam vnus acceſſit, in cuius manibus dum ipſe ex humilitatis miniſterio aquam fundere vellet, conuerſus vrceum accepit: ſed repentè eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, inuenire non potuit. Cúmque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte Dominus ei per viſionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti.

Hoſpitalitas Gregorij.

Chriſtus in forma hoſpitis ſuſcipitur.

18. ITEM capite vigeſimotertio: Alio quoquè tempore idem Gregorius iuxta conſuetudinem ſuam præcepit ſacellario, vt duodecim peregrinos inuitaret. Qui pergens iuſſa compleuit, eosq́ ad menſam pariter ordinauit. Dum autem ſimul diſcumberent, intuens Papa tredecim numerauit, & accerſito ſacellario, cur contra iuſſionem ſuam tertiumdecimum inuitare præſumpſerit, inquiſiuit. Ille obſtupefactus, conuiuantes peregrinos curioſiùs numerauit: & duodecim ſolos inueniens, veluti ſecurus reſpondit: Crede mihi honorabilis pater, non ſunt niſi duodecim, ſicut ipſe iuſſiſti. Ergò dum conuictus ſæpiùs duodecim identidèm numeraret, ac tertiumdecimum, quem ſolus Papa videre poterat, nō videret: animaduertit ſpiritualis pater Gregorius virum propiùs diſcumbentem vultus crebrò conuertere, & nunc adoleſcentem, nunc verò ſe vetulum veneranda quadam canitie ſimulare. Finito conuiuio, duodecim quidem abire permiſit: tertiumdecimum verò manu ſuſcipiēs, in cubiculum ſuum induxit, vehementer adiurans, vt ei ſe nomenque ſuum ſimpliciter prodere dignaretur. Qui reſpondens, dixit: Et cur interrogas de nomine meo, quod eſt mirabile? Veruntamen ſcito memoria recognoſcens, quia ego ſum naufragus ille, qui quondàm veni ad te quando ſcribebas in cella monaſterij tui ad cliuum Scauri, cui dediſti duodecim numiſmata, & argenteam ſcutellam, quam tibi miſerat cum infuſis leguminibus beata Syluia mater tua. Et hoc tibi pro certo ſit cognitum, quia ab illo die quo mihi hæc hilari animo tribuiſti, deſtinauit te Dominus fieri præſulem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, pro qua & proprium ſanguinem fudit, & eſſe te ſucceſſorem atque vicarium Apoſtolorum principis Petri, cuius & virtutem imitatus es, cùm ſubſtantiam offerentium diuideret, prout cuiq; opus erat. Hæc audiens Gregorius, dixit: Et tu quomodò nôſti quòd tunc me Dominus præeſſe ſanctæ ſuæ Eccleſiæ deſtinârit? At ille inquit, quoniam ego angelus eius ſum, & tunc ab eo ad tuum inquirendum propoſitum deſtinatus. Tunc Gregorius, quia nondùm manifeſtè viderat angelum, prorsùs expauit: ſibíque hunc taliter dicentem audiuit: Nè timeas neque formides. Eccè enim remiſit me Dominus, vt ſim tibi cuſtos, quandiù fueris in iſto mortali ſeculo: quatenùs quamcunque rem petieris, per me apud eum fiducialiter valeas impetrare. Hicò Gregorius in faciem ſuam corruit, dicens: Si propter meæ paruitatis munuſculum tanta mihi retribuit omnipotentiſſimus Dominus, vt & pontificem me ſanctæ ſuæ Eccleſiæ faceret, & cuſtodem mihi ſuum angelum deputaret: quanta putem mihi reſtitui, ſi in præceptis eius totis viribus permanens, plura ſtuduero de pluribus erogare? Vide etiam ſequentia capita.

Angelus fuit conuiua.

19. BEDA libro tertio Anglicanæ hiſtoriæ, capite ſexto: Huius antiſtitis Aidani doctrina rex Oſuuald cum ea, cui præerat gente Anglorum inſtituitur: & non ſolùm incognita progenitoribus ſuis regna cælorum ſperare didicit, ſed & regna terrarum pluſquàm vllus Maiorum ſuorum, ab eodem vno Deo, qui fecit cælum & terram, conſecutus eſt. Deniquè omnes nationes & prouincias Britanniæ, quæ in quatuor linguas, id eſt, Britonum, Pictorum, Scotorum, & Anglorum diuiſæ ſunt, in ditione accepit. Quo regni culmine ſublimatus, nihilominùs (quod mirum dictu eſt) pauperibus & peregrinis ſemper humilis, benignus, & largus fuit. Deniquè fertur quòd tempore quodam, cùm die ſancto Paſchæ cum præfato epiſcopo conſediſſet ad prandium, poſitusq; eſſet in menſa coram eo diſcus argenteus regalibus epulis refertus, iamq; eſſent manus ad panem benedicendū miſſuri, intrauit ſubitò miniſter ipſius, cui ſuſcipiendorum inopum erat cura delegata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum vndecunquè adueniens maxima, per plateas ſederet, poſtulās aliquid eleemoſynæ à rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibus iuſſit: ſed & diſcum confringi, atque eiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo viſo pontifex qui aſſidebat, delectatus tali facto pietatis, appræhendit dexteram eius, & ait: Nunquàm inueteraſcat hæc manus. Quod & ità iuxta votum benedictionis eius prouenit. Nam cùm interfecto illo in pugna, manus cum brachio à cætero eſſent corpore reſectæ, contigit vt hactenùs incorruptæ perdurent. Deniquè in vrbe Regia, quæ à Regina quadam nomine Debba cognominatur, loculo incluſæ argenteo, in Eccleſia ſancti Petri ſeruantur, ac digno à cunctis honore venerantur.

Regis Oſuual di miſericordia in pauperes.

Manus incorruptę manent.

20. LVCAE decimonono: Et ingreſſus, perambulabat Iericho. Et eccè vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues, &c. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Eccè dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum, Quia hodiè ſalus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe filius ſit Abrahæ.

21. ACTORVM nono: In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemoſynis quas faciebat. Factum eſt autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo. Cùm autem propè eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audientes quia Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogantes: Nè pigriteris venire vſque ad nos. Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cùm aduenisſet, duxerunt illum in cœnaculum: & circunſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autem omnibus forâs, Petrus ponens genua, orauit: & conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocâſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam viuam.

22. IN Prato ſpirituali Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymorum, capite centeſimo ſeptuageſimoquinto: Narrauit nobis quidam patrum de Zenone Imperatore, dicens: quod mulierem quan-

Huius libelli meminit Damaſcenus lib. 1. de imagin. & Synodus 2.

Digitized by Google

Nicena actione 4. & plurés alij.

quandam in filia ipſius iniurioſè tractauerit. Hæc autem vacabat in templo Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genitricis, orans eam & deprecans, & cum lachrymis dicens: Vindica me de Zenone imperatore. Cùm ergò multis diebus hoc faceret, apparuit ei ſancta Dei genitrix, dicens: Crede mihi, mulier, vltionem tuam ſæpè facere volui, ſed manus eius prohibet me. Erat enim valdè miſericors, & eleemoſynas faciens.

Zeno Imperator eleemoſynarius.

23. CAPITE centeſimo octogeſimoquinto: Cùm in Samo inſula eſſemns, narrabat nobis venerabilis pauperum cultrix Maria mater domini Pauli candidati, dicens: Cùm eſſem in ciuitate Niſibe, erat ibi Chriſtiana mulier virũ habens gentilem. Erant autem pauperes, habebãt tamen quinquaginta numiſmata. Die verò quadam ait vir vxori ſuæ: Demus hæc numiſmata fœneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus. Ea enim ſingulatìm conſumimus, & deficiunt. Reſpondens autem illa bona vxor, ait viro: Si placet ea fœnerari: veni, demus illa ſub fœnore Deo Chriſtianorum. Dicit ei vir eius: Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? Ait illa: Ego tibi ipſum oſtendam. Si enim huic dederis illa, non ſolùm non illa perdes, ſed & vſuras tibi perſoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi: Eamus, oſtende mihi illum, & demus ei. Illa verò aſſumens virum ſuum, duxit in ſanctam eccleſiam. Habet autem eccleſia illa quinque magnas ianuas. Cùm ergò induxiſſet illum in eccleſiæ porticum, oſtendit ei pauperes, dicens: Iſtis ſi præbueris, Deus Chriſtianorum ipſa accipit. Iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cum gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus. Reuerſiq́; ſunt in domum ſuam. Cùm verò poſt menſes tres neceſſitate ſumptuum anguſtarentur, ait vir vxori ſuę: Soror, nihil, vt video, daturus eſt nobis Deus Chriſtianorum ex debito illo, & nunc anguſtamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi: Profectò dabit. Vade vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cum omni alacritate. Quo audito, ille currens abijt in ſanctam eccleſiam, veniensq́; in loco, vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circuiens totam eccleſiam, neminem vidit, qui ſibi debitum redderet, niſì ſolos pauperes denuò ſedentes. Cùm ergò cogitaret in ſeipſo, cui diceret aliquid, vel à quo exigeret, adſpexit ante pedes ſuos in marmore iacere numiſma vnum ex illis, quæ pauperibus ipſe erogârat: inclinánſque ſe, & accipiens illud, abijt in domum ſuam, & ait coniugi ſuæ: Eccè profectus ſum in Eccleſiam, & crede mihi, mulier, quia Deum Chriſtianorum non vidi, vt dixiſti: nullúſque mihi aliquid dedit, niſì quòd hoc numiſma ibi poſitum vidi, vbi ego priùs erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa mirabilis: Ipſe eſt, qui hoc tibi inuiſibiliter præſtitit. Ille enim inuiſibili poteſtate manus ſuæ diſponit hunc mundum. Sed vade, domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodiè, rurſúſque ipſe prouidebit nobis. Abijt ille, & emit ſibi panem, & vinum, & piſcem, & veniens domum, dedit vxori. Quæ accipiens piſcem, cœpit ipſum purgare, exenteránſque illum, inuenit in viſceribus eius lapidem valdè mirabilem, ità vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen ſciebat quid eſſet. Seruatum autem oſtendit reuertenti viro, dicens: Eccè hunc lapidem in piſce reperi. Videns autem & ipſe miratus eſt quidem ipſius pulchritudinem, ignorabat tamen, quid eſſet. Cùm autem comediſſet, ait vxori: Da mihi lapidem, vt vadam, & vendam illum, ſi quid fortaſsìs precij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipſe, quid eſſet, vtpotè ſimplex & rudis. Tulit itaque lapidem, & abijt ad trapezitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenítque illum iam clauſis omnibus egredientem (ad veſperum enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille verò conſiderans lapidem, dixit ei: Quid vis, vt tibi pro eo ſoluam? Ait autem ille: Da quicquid vis. Ad quem ipſe: Accipe, inquit, quinque numiſmata. Putans autem vẽditor quia illuderet ſibi, dicit ei: Et tantum vis pro illo perſoluere? Exiſtimans trapezita, quòd ità ille per ironiam loqueretur, ait ipſi: Accipe decem pro eo numiſmata. Venditor iterùm ſe irrideri arbitrãs, tacuit. Dicit illi trapezita: Viginti numiſmata accipe. Ille autem tacebat, nihil reſpondens. cùm verò ad ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numiſmata emptor aſcenderet, & ſe daturum ea iuramento affirmaret, cœpit ille ampliùs lapidem æſtimare: paulatìm verò emptor aſcendens, vſque ad trecenta numiſmata peruenit, deditq́; illa vendenti. Ipſe igitur, dato lapide, acceptaq́; pecunia, venit ad vxorem ſuam gaudens. Quæ cùm videret illum exultantem, dixit: Quanti illum vendidiſti? Putabat autem, quòd illum quinque vel decem minutis vendidiſſet. Tunc ille trecenta numiſmata proferens, dedit illa vxori ſuæ, dicens, tanto ſe illũ vendidiſſe. Illa verò ſummam diuinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Eccè Deus Chriſtianorum qualis eſt, quàm bonus, quàm gratus, quàm diues. Vides quia non ſolùm quinquaginta numiſmata tibi reddidit, quæ tu illi mutuâſti, ſed paucis diebus ipſa tibi ſexcuplicata reſtituit? Agnoſce igitur, quia non eſt Deus alius, neque in terra, neque in cælo, niſì ipſe ſolus. Ille verò miraculo admonitus, cùm experimento didiciſſet & ipſe veritatem, effectus eſt repentè Chriſtianus, & glorificauit Deum, & Saluatorem noſtrum Chriſtum cum Patre & Spiritu ſancto, plurimas referens gratias prudentiſſimæ vxori ſuæ, per quam vera Dei notitia ipſi in veritate conceſſa eſt.

Feſtiua hiſtoria de ijs qui fœnori dederant pecuniã ſuam Deo Chriſtianorum.

24. CAPITE centeſimo nonageſimoquinto Prati ſpiritualis: Cùm Alexandriæ eſſemus, Leontius Apameenſis vir religioſus, ac fideliſſimus, venit ex Pentapoli, multis enim iam annis Cyrenæ moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogij ſancti Alexandrini Patriarchę, eiuſdem Cyrenenſis vrbis futurus Epiſcopus. Cúmque in familiari colloquio eſſemus, narrauit nobis, dicens: Fuit temporibus Theophili beatiſſimi Patriarchæ Alexandrini, Cyrene Epiſcopus Syneſius Philoſophus. Qui cùm veniſſet Cyrenen, reperit illic philoſophum quendam, Euagrium nomine, qui ſodalis ſuus in ſtudijs liberalibus fuerat, amicum ſibi chariſſimum, ſed religione gentilem, & culturæ idolorum maximè deditum. Eum Epiſcopus Syneſius ab idololatria transferre ad culturam Chriſti ſatagebat, curamq́; ingentem eius rei ſibi aſſumpſerat pro charitate, quam erga ipſum à principio habuerat. Ille verò minimè id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Epiſcopus tamen præ nimio ad illum amore, ne ſic quidem tædio victus deſiſtebat diebus illum ſingulis hortari, & inſtruere, ac inducere, vt Chriſto crederet, ipſiusq́; ſacramenta ſuſciperet. Cúmque illi quotidiè iſta monita dare perſiſteret, dixit ad eum ſemèl Philoſophus: Verè, mi Domine Epiſcope, cum cæteris, quæ mihi diſplicent in Chriſtianis, hoc eſt, quòd cõſummationem ſeculi iſtius futurã dicunt, & poſt conſummationem omnes, qui ab initio ſeculi fuerunt, homines, in iſto corpore reſurrecturos, carnémque hanc incorruptibilem recepturos & immortalem, atque ità in perpetuum victuros, ſicq́; eorum, quæ in corpore geſſerunt, præmia percepturos: eum etiam, qui miſeretur pauperi, fœnerari Deo: & qui diſpergit in pauperes & inopes, in cælo ſibi theſauros reponere, & centuplicata, quæ erogauerit, in regeneratione cum æterna vita à Chriſto eſſe reddenda. Quæ omnia cùm dicuntur, deceptio & irriſio & fabula mihi videntur. Epiſcopus autem Syneſius aſſeuerabat omnia Chriſtia-

Pulchra hiſtoria de Philoſopho qui chirographũ ab epiſcopo poſtulauit, quo teſtaretur retributionem futurã eleemoſynarum in vita æterna.

norum vera eſſe, nihilq́ omninò habere falſum, vel veritati contrarium, idq́ multis documentis aſſerebat, & perſuadere illi nitebatur. Poſt multum verò temporis, cùm illum induxiſſet Chriſtianum fieri, baptizauit ipſum, & filios eius, cunctosq́ domeſticos illius. Cæterùm non multò poſteà quàm baptizatus fuerat, dedit Epiſcopo auri tria centenaria in vſum pauperum, dicens: Accipe aurum iſtud, & diſtribue illud pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quòd Chriſtus mihi ipſum reddet in futuro ſeculo. Qui ſuſcepto auro, promptè illi, vt petebat, cautionem fecit. Vixit itaq́ poſt baptiſmum annos aliquot philoſophus, ac tandèm infirmatus eſt ad mortem. Cùm verò morti proximus eſſet, dixit filijs ſuis: Quando curabitis funus meum, chartā iſtam in meis manibus ponite, & me cum illa ſepelite. Mortuo autem illo, fecerunt filij, ſicut eis ipſe præceperat, ſepeliérúntque eum cum chirographo. Tertia verò poſt ſepulturam die, apparuit epiſcopo Syneſio nocte quieſcenti, dicens: Veni ad ſepulcrum, vbi iaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum, ſatisfactúmq́ mihi eſt, atq́ vt certior eius rei fias, propria mea ſubſcripſi manu. Ignorabat autem Epiſcopus, quòd chirographum illud conſepeliſſent ei. Manè autem facto, accerſitis filijs eius, dixit: Num aliquid cum patre veſtro in monumento poſuiſtis? Illi putantes, quòd eos de pecunijs interrogaret, dixerunt ei: Nihil, Domine, præter pannos conſuetos. Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquam conſepeliſtis ei? Tunc recordati illi (ignorabant enim, quòd de chirographo diceret) dixerunt ei: Ità ſanè, Domine. Chartam enim quandam moriens dedit nobis, & ait: Quando ſepelietis me, chartam iſtam mihi in manibus date, nullo penitùs ſciente. Tunc dixit illis Epiſcopus ſomniū, quod nocte illa viderat: ſuménſque illos, cum clericis ac primarijs ciuitatis acceſſit ad philoſophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem philoſophum, chirographumq́ manu Epiſcopi conſcriptum, ſuis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inuenerúntque in eo nouiter manu philoſophi ſubſcriptum ità: Ego Euagrius philoſophus tibi ſanctiſſimo Domino Syneſio Epiſcopo ſalutem: Accepi debitum in his literis manu tua cōſcriptum, ſatisfactúmque mihi eſt, & nullum contra te habeo ius propter aurum, quod dedi tibi & per te Chriſto Deo & Saluatori noſtro. Qui verò conuenerant, hoc videntes obſtupuerunt, & per multas horas clamauerunt, Kyrie eleiſon, glorificantes Deum, qui facit mirabilia, talémque, ac tantam promiſſionum ſuarum euidentiam dat ſeruis ſuis. Aſſerebat autem & hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu philoſophi ſubſcriptam, ſeruari vſque hodiè, atque in ſacrario ſanctæ Cyrenenſis Eccleſiæ cuſtodiri, & quicunque ſacrarij cuſtos ingrederetur, hanc illi cum cæteris vaſis ſacris aſſignari cuſtodiendam cum omni diligentia, atque eum deincèps ſucceſſori ſuo integram illam, inuiolatámque reconſignare.

25. ET capite ducēteſimo primo: Narrauit quidam patrum, dicens: Aſcendi aliquando Conſtantinopolim cuiuſdam neceſſitatis gratia. Cumq́ in Eccleſia ſederem, ingreſſus eſt quidam ſecularis, maximè illuſtris atq́ fideliſſimus. Is cùm adſpexiſſet me, accedens ſalutauit cum omni charitatis officio. Et poſt ſalutationem ſedit iuxta me, & cœpit interrogare de his, quæ pertinent ad animæ ſalutem. Cumq́ ego illi dicerem, quòd his, qui ritè terrena diſponunt, cæleſtia quoquè donantur: Benè, inquit, pater dixiſti. Nam verè beatus eſt, qui ſpem ſuam in Deum ponit, & ſeipſum totum committit Deo. Et dicebat: Ego filius fui cuiuſdam ſecularis gloria clariſſimi. Erat autem ipſe pater meus eleemoſynis maximè deditus, & plurima pauperibus diſtribuebat. Die ergò quadam vocauit me, & oſtendit mihi omnes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius eſt, vt dimittam tibi pecunias iſtas, an Chriſtum curatorem tuum? Ego, cùm placerent mihi, quæ faciebat, reſpondi me Chriſtum mâlle. Iſta enim omnia prætereunt, & hodiè ſunt, & cras non erunt, Chriſtus autem manet in æternum. Quod ille cùm audiſſet, omnia iam liberè & larga manu pauperibus erogabat, ità vt moriens pauca admodùm mihi relinqueret. Ego autem iam pauper effectus, humilis procedebam, ſpem meam habens in Chriſtum, cui me ille reliquerat. Erat autem alius quidam diues valdè & primarius, habens vxorem fidelem Chriſto, & timentem Dominum: Habebat autem & filiam vnicam. Dixit ergò illa viro ſuo: Hanc ſolam habemus filiam, tantaq́ bona nobis largitus eſt Deus: cuius ergò rei indiget? Si quæſierimus dare illam alicui primario & diiuti, qui non ſit bonis moribus, affliget eam ſemper. Quæramus illi virum humilem, & timentem Dominum, qui ſecundùm Deum illam diligat, & foueat. Qui dixit illi: Rectè dixiſti. Perge ergò in Eccleſiam, & ora intentiſſimè, atque illic reſide, & qui primus ingreſſus fuerit, hic illi à Domino miſſus eſt ſponſus. Fecit igitur, vt iuſſerat vir eius. Cumq́ oraſſet & ſederet, ingreſſus ſum ego primus. Mittens ergò illa ſeruum ſuum, continuò accerſiuit me, cœpitq́ interrogare, dicens: Vndè es? Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate ſum talis filius. Dixit autem mihi: Illius eleemoſynarij? Et dixi: Ità, illius ſum filius. Tunc ait mihi: Habes vxorem? Et dixi, Non. Narrauiq́ illi, quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego reſponderam ipſi. Illa verò glorificans Dominum, ait: Eccè bonus curator tuus miſit tibi vxorem & pecunias, vt vtaris vtriſque cum timore Dei. Deditq́ mihi filiam ſuam & pecunias. Ego autem oro, vt patris mei viam vſque in finem teneam.

Filius eleemoſynarij ad paupertatem redactus, quo modo diuina prouidentia diues effectus ſit.

26. LVCAE octauo: Et factum eſt deincèps, & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella prędicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.

27. ET capite decimo: Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddā caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam, &c.

28. IOANNIS duodecimo: Ieſus ergò ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.

29. TERTII Regum decimoſeptimo: Factus eſt ergo ſermo Domini ad Eliam, dicens: Surge, & vade in Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sareptha. Cúmque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitq́ ei: Da mihi paululùm aquæ in vaſe, vt bibam. Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululùm olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: veruntamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcineritium panem paruulum, & affer ad me: tibi

autem

Digitized by Google

autē & filio tuo facies poſteà. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſraël, Hydria farinæ nō deficiet, nec lecythus olei minuetur vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiā ſuper faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Elię, &c. Et poſtpauca: Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Elias puerum, & depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri ſuæ, & ait illi: En viuit filius tuus.

30. QVARTI Regum quarto: Facta eſt autem quædam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eū vt comederet panem: cúmque frequenter indè tranſiret, diuertebat ad eam, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum ſuum: Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ergò ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi, &c. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Eliſeus. Creuit autem puer. Et cùm eſſet quædam dies, & egreſſus iſſet ad patrem ſuum ad meſſores, ait patri ſuo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, duc eum ad matrem ſuam. Qui cùm tuliſſet, & duxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua vſque ad meridiem: & mortuus eſt. Aſcendit autem, & collocauit eum ſuper lectulum hominis Dei, & clauſit oſtium: & egreſſa vocauit virum ſuum, &c. Ingreſſúſque clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper puerum: & orauit ad Dominum. Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: poſuítque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulabat in domo ſemèl huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuítque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum.

31. AMBROSIVS libro ſecundo Officiorum, capite vigeſimooctauo: Hoc maximum incentiuum miſericordiæ, vt compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum, quantùm poſſumus, iuuemus, & plùs interdùm quàm poſſumus. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiā perpeti, quàm prætendere inclementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus: quod Arianis diſplicere poterat, nec tam factum diſplicere, quàm vt eſſet quod in nobis reprǽhenderent. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnoſco infuſum auro ſanguinem Chriſti, non ſolùm irrutilaſſe, verùmetiam diuinæ operationis impreſſiſſe virtutem redemptionis munere. Tale aurum ſanctus martyr Laurentius Domino reſeruauit, à quo cùm quærerentur theſauri Eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe. Sequenti die pauperes produxit. Interrogatus vbi eſſent theſauri quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens: Hi ſunt theſauri Eccleſiæ: & verè theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Deniquè Apoſtolus ait: Habemus theſaurū in vaſis fictilibus. Quos meliores theſauros habet Chriſtus, quàm eos in quibus ſe eſſe dixit? Sic enim ſcriptum eſt: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me. Et infrà: Quod enim vni horū feciſtis, mihi feciſtis. Quos meliores Ieſus habet theſauros, quàm eos in quibus amat videri? Hos theſauros demonſtrauit Laurentius, & vicit, quòd eos nec perſecutor potuit auferre. Itaque Ioachim qui aurū in obſidione ſeruabat, nec diſpenſabat alimoniæ comparandæ: & aurum vidit diripi, & ſe in captiuitatem perduci. Laurentius qui aurum Eccleſiæ maluit erogare pauperibus, quàm perſecutori reſeruare, pro ſingulari interpretationis viuacitate ſacram martyrij accepit coronam.

Laurentius martyr eccleſiæ theſauros in perſecutione pauperibus diſtribuit.

2. Cor. 4.

Matth. 25.

4. Reg. 25.

2. Paral. 36.

31. PSALMO cẽteſimo vndecimo, vt in textu.

32. CHRYSOSTOMVS homilia quinquageſimaquinta in Geneſim, vt ſuprà in homilia trigeſimaquarta ad populum Antiochenum, teſtimonio vigeſimonono, quæſtione præcedenti.

XIII.

Quid eſt Miſericordia?

A. Est, ſicut[a] Auguſtinus affirmat, alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio, qua vtiquè ſi poſſimus, ſubuenire compellimur. Quod miſericordiæ nomen pro eleemoſyna dici & accipi perſæpè ſolet, *Omnis autem miſericordia*, teſte diuina[b] ſcriptura, *faciet locum vnicuique ſecundùm meritum operum ſuorum.*

B. Hanc ſępè & mirificè cōmendat[c] Chryſoſtomus, nec dubitat alicubì dicere,[d] Miſericordia eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum: hęc eſt quę iuſtos probat, ſanctos roborat, Dei cultores oſtentat. Quinetiam, ſi Ambroſio[e] credimus, omnis ſumma diſciplinę Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt.

a Lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 5. Iſidorus de ſummo bon. lib. 3. cap. 64. Greg. Nyſſen. in lib. de beatitudinibus.

b Eccli 16. b

c Hom. 32. in epiſt. ad Heb. homil. 9. de pœnitent. 53. in Matth. & 36. ad populum Antiochenum.

d Chryſoſt. homi. de miſericordia & duabus viduis.

e In epiſt. 1. ad Timot. cap. 4. Vide eundem in caput 3. Lucæ.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro nono de ciuitate Dei, capite quinto: Quid eſt autem miſericordia, niſi alienæ miſeriæ quędam in noſtro corde compaſſio, qua vtiquè ſi poſſimus, ſubuenire compellimur? Seruit autem motus iſte rationi, quando ità prębetur miſericordia, vt iuſtitia conſeruetur: ſiue cùm indigenti tribuitur, ſiue cùm ignoſcitur pœnitenti.

Miſericordia quid ſit.

2. ISIDORVS libro tertio de ſummo bono, capite ſexageſimoquarto: Grauiter in Deum delinquunt, qui diuitijs à Deo conceſſis, non in rebus ſalutaribus, ſed in vſibus prauis vtuntur. Neſciunt impartire pauperibus, oppreſſis ſubuenire deſpiciunt: & indè magis augent delicta, vndè redimere debuerunt. Hoc habet tantum bonum poſſeſſio præſentium rerum, ſi vitam reficiat miſerorum: Præter hoc tentatio eſt mundi lucrū, tantoq; maiora ſupplicia in futurum dabunt, quanto & ipſa maiora ſunt. Potentes enim potenter tormenta patientur. Terrena omnia ſeruando amittimus, largiendo ſeruamus. Patrimoniū enim retentum perit, manet autem erogatū: Diù enim cum rebus noſtris durare non poſſumus, quia aut nos illas moriendo deſerimus, aut illæ nos viuentes deſe-

Abutentes diuitijs.

Sap. 6.

runt. Pro diuerſitatè vſus, alij de rebus mundanis pereunt, quas cupidiùs rapiunt: alij verò ſaluantur, dum in eorum pulchritudine conditoris pulcherrimam prouidentiam laudantes mirantur, vel dum pro miſericordiæ operibus ex eis cęleſtia bona mercantur.

Miſericordia vndè dicta ſit

Miſericordia à compatiendo alienæ miſeriæ vocabulum ſortita eſt.

Eleemoſynæ eorum qui in peccatis perſeuerant.

Nullus autem in alio miſericors eſſe poteſt, qui prauè viuendo in ſe miſericors non eſt. Qui enim ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Nulla ſcelera eleemoſynis poſſe redimi, ſi in peccatis voluntariè quis permanſerit. Tunc autem fructus eleemoſynarũ indulgentiam conſequitur, quando ab ſcelerũ opere deſinitur.

Intentio bona adeſſe in eleemoſynarum largitione debet.

Verum eſt quòd peccata omnia miſericordiæ operibus expurgantur, ſed ſi iam caueat peccare, qui miſericordiã impartitur. Cæterùm nulla eſt delicti venia, quando ſic procedit miſericordia, vt eam ſequantur peccata. Non eſt eleemoſyna, quæ gloriæ magis cauſa, quàm miſericordiæ impartitur intuitu. Quali intentione ab vnoquoq; largitur, taliter & apud Deũ recipitur. Qui ergò hîc de bono opere laudem præſenté appetit, ſpem perdit, & gloriam mercedis in futuro non recipit. Dum cauſa iactantię pauper paſcitur, etiam ipſum miſericordię opus in peccatum conuertitur.

Eleemoſynarum vis in die iudicij, & futura vita.

Intantùm eleemoſynarum opera peccata extinguunt, atq; intantùm ad regnum ſeculi futuri proficiunt, vt etiam iudex cæleſtis in futuro iudicio veniens, in dextera conſiſtentibus dicat:

Matth. 25.

Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus eram, & cooperuiſtis me. Quibus etiam benè promittit, dicens: Venite benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnum. His autem quos nulla præcedentia eleemoſynarum facta ſequuntur, æterni iudicis voce ſic dicitur: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi bibere. Quibus iuſtè dicitur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Immiſericordes quid merentur.

Qui hîc miſericordiam non impartit, illic pietatis fructum non inuenit:

Lucæ 16.

exemplo ardentis diuitis, qui in inferno ad tenuiſſima petenda compulſus eſt, qui hîc tenuiſſima negare ſtuduit. Quid tribui ſubtiliùs, quid diſtrictiùs petere poterat? Guttam aquæ ardens petijt, qui micas panis negauit. Serò diues oculos aperuit, quando Lazarum pauperem requieſcentem vidit, quem iacentem ante ianuas videre deſpexit. Non ſolùm qui eſurienti & ſitienti & nudo beneficium largitatis impendit, vel ſi quid aliud indigenti largitur, ſed & qui inimicum diligit,

Eleemoſynæ quędam ſunt ſpirituales.

& qui lugenti affectum compaſſionis & conſolationis impartit, aut errantem fratrem charitatiuè corrigendo, ad viam veritatis reuocat, aut in quibuslibet neceſſitatibus conſilium dat, eleemoſynam procul dubio facit. Nam & doctrinæ vel diſciplinæ bonum, eleemoſyna eſt, & miſericordia carnali eminentior eſt.

Simulãtibus, inopiam, eleemoſynæ etiam tribuẽdę.

Quicunque egens poſcit, etiamſi indigentem ſe ſimulet, ex toto illi corde commiſereri oportet. Et licèt ille fortaſsè falſam indigentis ſpeciem præferat, is tamen qui ſimpliciter impartit, fructum miſericordiæ non amittit.

Tribuendum pro viribus, & pro cuiuſque facultate.

Quantunuìs quis ſit egens, nullus tamen vndè tribuat indigenti, excuſationem inopiæ poteſt obtendere: quando ex præcepto Saluatoris etiam calicem aquæ frigidæ præcipiamur

Matth. 10.

indigenti præbere. Nam ſi aliud non habentes, idipſum benignè tribuamus, mercedem proculdubiò non amittimus. Cæterùm ſi ampliùs poſſumus, & egeſtatem ſimulando minùs largimur, non egentem, ſed Deum fallimus, cui conſcientiam noſtram abſcondere non poſſumus.

Duplex eleemoſynæ genus.

Duæ ſunt eleemoſynæ: vna corporalis, ſcilicet egenti dare quicquid potueris: Altera ſpiritalis, dimittere à quo læſus extiteris. Harum prima adhibenda eſt miſeris, ſecunda malis. Erit ergò quod ſemper impartias, etſi non pecuniam, ſaltem vel gratiam.

Libenter & cum hilaritate præbenda eleemoſyna.

Non eſt eleemoſyna cum murmuratione præbenda, nè comitante triſtitia, merces pereat diſpenſata. Tunc autem benè tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. Vndè & Apoſtolus: Hilarem, inquit, datorem diligit Deus.

2. Cor. 9.

Metuendum eſt itaque, nè pauper, aut cum tædio noſtra oblata ſuſcipiat, aut nè omninò prętermiſſus, mœrens triſtiſque recedat.

Ex rapinis vel alienis rebus eleemoſynam facere.

De rapinis alienis eleemoſynam facere, non eſt officium miſerationis, ſed emolumentum magnum ſceleris. Vndè & Salomon: Qui offert, inquit, ſacrificium de rapina pauperum, tanquàm ſi quis victimet filium in conſpectu patris ſui.

Eccli 34.

Qui enim iniuſtè tollit, iuſtè nunquàm diſtribuit: nec benè alteri præbet, quod ab alio malè extorquet. Magnum ſcelus eſt, rem pauperum præſtare diuitibus: & de ſumptibus inopum, acquirere fauores potentum: arenti terræ aquam tollere, & flumina quæ non indigent, irrigare. Nonnunquàm largitas diuitum prodiga, non ad vtilitatem, ſed ad elationem effunditur: comparata hypocritis, qui non ad ædificationem docent audientium, ſed ad ſuæ gloriæ exaggerandum cothurnum.

Nimiũ dare.

Repræhenſibilis eſt ſuperflua effuſio largitatis. Nam qui modum ſeruat, auarus nulli eſt, ſed omnibus largus eſt. Diſpenſator non debet eſſe prodigus, ſed diſcretus: largiri enim debet quantum oportet, vt tenendo menſuram in vno ſufficiat pluribus.

3. GREGORIVS Nyſſenus in libro de beatitudinibus: Ac miſericordia, vt eam aliquis definitione compræhenſam interpretari & explicare poſſit,

Miſericordia quid ſit.

voluntaria triſtitia eſt, quæ conflatur ob incommoda aliena. Quòd ſi non plenè, quid per eam intelligatur, expreſſimus: forſitan alia ratione magis dilucidè ac planiùs explicari poſſit: Miſericordia eſt erga eos, qui ob res aliquas triſtes ac moleſtas ſeſe diſcruciant, cum dilectione coniuncta affectio. Quemadmodùm enim inhumanitas & feritas ab odio cauſam & originem habent,

Oritur ex dilectione miſericordia.

ſic ex dilectione quodammodò miſericordia enaſcitur: nec aliundè exiſteret, niſi ex hac. ac ſi quis plenè miſericordiæ proprietatem exquiſiuerit, intentionem & vehementiam inueniet diligendi affectionis cum affectu triſtitiæ commixtam. Nam participationem quidem bonorum omnes ſimiliter appetunt & amici & inimici: at vt incommodorum, & rerum triſtium atque acerbarum participes eſſe velint, eorum duntaxàt proprium eſt, qui dilectione tenentur. Atquì ex omnibus rebus, quæ per vitam coluntur & exercentur, conſtat rem præſtantiſſimam eſſe dilectionem. Dilectionis autem intentio atque incrementum, miſericordia eſt. Et poſt pauca:

Miſericordia quid efficiat.

Ergò miſericordia, vt definitio quidem oſtendit, beneuolentiæ mater eſt, dilectionis pignus, vinculum omnis amicæ affectionis. Hac verò cautione atque ſecuritate, quid in vita firmius & tutius excogitari poſſit?

4. ECCLESIASTICI decimoſexto, vt in textu.

1. B. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſimaſecunda in epiſtolam ad Hebræos: In ædificia cęleſtia ſtudeamus noſtras euacuare pecunias, nec fabris, nec ſtructoribus, nec operarijs opùs habebimus. Manus nanque pauperum tales domos ædificant: claudi, cæci, vel debiles iſti ſunt, qui domos illas ædificant: & non mireris. Siquidem per iſtos nobis & regnum cæleſte prouidetur, per iſtos etiam fidutiam accipimus apud Deum.

Eleemoſynæ vis in flectẽdo iudice cęleſti.

Eleemoſyna quippe artifex magna conſiſtit, & auxiliatrix eorum, qui ipſam faciunt. Amica nanque Dei conſiſtit, & ſemper ei propinqua eſt: pro quibuſcunque voluèrit, facilè gratiæ munus impetrat, tantùm ſi à nobis non lædatur, ſi nullam patiatur iniuriam. Iniuriam autem patitur, cùm ex rapinis eam volumus operari. Si verò fuerit

mun-

Digitized by Google

munda, magnam præſtat confidentiam tribuentibus eam, interuenit etiam pro delinquentibus. Tanta eſt eius virtus, tantaq; potentia. Sed etiam vincula peccatorum ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, mortificat vermem, expellit ſtridorem dentium. Huic cum multa fidutia portæ cæli aperiuntur, & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum, qui portis aſſiſtũt, audet dicere: Quę tu es, vel vndè? ſed omnes eam è regione ſuſcipiunt. Sic etiam miſericordia. regina nanq; eſt, verè regina, ſimiles faciens homines Deo. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Pennata nanque eſt & valdè leuis, habens alas aureas & volatum, qui angelos ipſos deceat. Scriptum eſt enim: Pennæ tuæ, ſicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam nitens, & aurea venuſtate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta peruolat: ſic & miſericordia nitet magno decore feſtiua: nihil eſt illis oculis melius. Pulcher quidem eſt pauo, ſed in illius comparatione deformis appáret. Ità enim hæc auis quædam pulchra eſt & mirabilis, ab ipſo initio per tempora cuncta perdurans, & multa diuina gloria decoratur. Virgo eſt habens alas aureas, circunſpecta per omnia, venuſteq; ſuccincta, vultum habens candidum atque manſuetũ: pennata eſt, & leuis, & ſemper ante ſolium regale conſiſtit. Quando iudicamur, repentè ſubuenit, & nos à ſupplicijs liberat imminentibus, alis ſuis nos contegens. Hanc ampliùs deſiderat Deus, quàm ſacrificia numeroſa: multa de illa loquitur, ſic eam diligit. Scriptum eſt enim: Viduam & pupillum & pauperẽ ſuſcipiet Dominus. Ex eius vocabulo Deus deſiderat appellari miſerator & miſericors, Deus longanimis, & multùm miſericors, & verax. Miſericordia nanque Dei ſuper omnem terram. Iſta eſt quæ ſalutem humano generi contulit. Si enim non miſereretur noſtrì Deus, irent prorſùs cuncta perditum. Ipſa nos quippe, cùm inimici eſſemus, reconciliatos reddidit: ipſa plura bona perfecit, ipſa filio Dei perſuaſit, vt fieret ſeruus, & exinaniret ſemetipſum. Hãc igitur ęmulemur, per quam nos conſtat eſſe ſaluos. Hanc diligamus, hanc pecunijs præponamus vniuerſis, & ſine pecunijs vel diuitijs habeamus animam miſericordem. Nihil ità exprimit Chriſtianum, ſicut miſericordia: nihil ſic & fideles & infideles ſimul admirantur, ſicut quando nos vident eleemoſynas impendere. In multis enim & nos indigemus miſericordia. Nam & ad Dominum clamamus: Secundùm magnam miſericordiam tuam miſerere noſtrì. Nos ergò initiũ faciamus, quanquàm nos non facimus initium, quandoquidem iam nos ipſe anteceſſit, & ſuam in nobis miſericordiam reddidit manifeſtam: ſaltem poſteriores ſequamur. Si enim homines eius qui miſericors eſt, etiamſi innumera peccata commiſerit, miſerentur: multo ampliùs Deus. Aduerte prophetam dicentem: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Domini. Tales ergò efficiamur: ſicut oliua fructifera, ex omnibus partibus miſericordias germinemus. Non enim ſufficit oliuam eſſe, ſed opùs eſt eam eſſe fructiferam. Sunt enim miſericordes, ſed modica per totum annum tribuentes, aut per ſingulas ſeptimanas, aut ſi quando fortè fortuna progrediuntur: iſti oliuæ quidem ſunt, ſed non fructiferæ, quinetiam aridæ: & quandoquidem miſerentur, oliuæ ſunt: quoniam verò non largè, neque magnificè, non ſunt fructiferæ. Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. Sæpiùs iam dixi, & nunc quoquè dico, quoniam non menſura vel quantitate datorum iudicatur miſericordiæ magnitudo, ſed ex voluntate largientis. Scitis enim illius viduæ factum. Commodum quippe eſt, hoc proferre ſemper exemplum, vt neque pauper de opere ſuo deſperet, reſpiciens ad viduam duo minuta conferentem: neque diues glorietur, cùm de magnis parua largitur. Obtulerunt quidam etiam ſetas, & pilos, & capillos, in templi conſtructionem, & ſpreti penitùs non ſunt: ſed hi, ſi aurum habentes, capillorum munera deportâſſent, maledicti protinùs extitiſſent. Si verò iſtud tantùm habentes obtulerunt, acceptabiles in ſuo munere facti ſunt. Propterea & Cain culpatus eſt, nõ quia abiecta obtulit, ſed quia omnium quæ habebat, abiectiora obtulit Deo. Maledictus, inquit ſcriptura, qui habet meliora, & ſacrificat corrupta Deo: non abſolutè dixit, qui ſacrificat corrupta Deo: ſed qui habet, inquit, & auaritia compellente reuocatur. Si igitur quiſquam non habet, omni culpa caret, liber eſt: magis autem mercedem facilè conquirit. Quid enim duobus minutis abiectius, vel quid capillis vilius, vel quid inferius parua ſimilagine? Et tamen inuenies iſta ſimiliter approbata, ſicut vitulos & aurum quod diuites obtulerunt. Secundùm quod quis habet, ſecundùm hoc acceptabilis efficitur, non ſecundùm quod non habet. Quantum habet manus tua, inquit, benefacito. Propterea obſecro, vt euacuemus cum alacritate ſubſtantias noſtras in pauperes: etiam ſi parua ſint quæ habemus, mercedem ſimilem conſequimur illis, qui plura videntur offerre. Vel potiùs maiorem, quàm illi, qui offerunt multitudinem talentorum. Si hæc igitur faciamus, inæſtimabiles Dei theſauros adipiſcimur: ſi tamen non ſolùm audiamus, verumetiam faciamus: ſi non tantùm laudemus, ſed etiam ipſis operibus oſtendamus.

2. IDEM homilia nona de pœnitentia: Age, quartam proferamus pœnitentiæ viam. Et quænam ea eſt? Eleemoſyna, regina illa virtutum, homines celerrimè ipſorum in cælorum axes adducet, aduocati optimi loco fungens. Magna res eleemoſyna, præcidit aërem, tranſit lunam, ſolis radios cædit, ad ipſum venit cælorum culmen: ipſos pertranſiens cælos, & angelorum populos decurrens, archangelorumq; choros, & omnes ſuperiores poteſtates, ipſi aſſiſtit regali throno. Quod ex ipſa diſce ſcriptura. Corneli, eleemoſynæ, inquit, & orationes tuæ aſcenderunt in conſpectu Dei. Tametſi multa habueris peccata, aduocatrix eleemoſyna eſt, nè timeas. Nulla enim ſuper omnibus virtutibus huic ſeſe oppoſuerat, Chriſtum requirit, quem ipſa lucrifecit proprijs in manibus baiulans. Ipſius enim Domini eſt vox: Si quis fecerit vni ex minimis his, mihi fecit. Ità ergò quotquot talia habueris peccata, eleemoſyna tua omnibus eſt grauior. Aut non intellexiſtis in Euangelio decem virginum parabolam, quòd eleemoſynam non habentes, virginitati indulgentes, à nuptijs excluſæ ſunt? Abeuntes, inquiunt, emite vobis à vendentibus. Qui nanque ſunt mercatores olei huius? Pauperes ad eleemoſynam ſedentes. & quanti emitur? quanti libuerit. Precium non appono, nè obijcias inopiam. Quanti potes, tanti eme. habes denarium, eme cælum: non quòd venale ſit cælum, ſed quòd clemens ſit Dominus. Non habes denarium, da calicem frigidæ aquæ. Inquit enim: Quicunque dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ propter me, non perdet mercedem ſuam. Mercatura negociatioq; cælum eſt, atq; ipſi pigritamus. Da panem, & accipe paradiſum: parua da, & magna ſuſcipe. Da mortalia, & immortalia recipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe. Si celebritas adeſſet epulum habens, atq; in ea ciborum abundantia, multaq; paruo emerentur, num ſubſtantiam vendentes, cunctaq; poſtponentes, in partem eius negociationis veniretis? Et vbi quidem corruptio, tanto ſtudio laboratis: vbi immortalis eſt negociatio, pigritatis, atque adeò conciditis. Da inopi, quanuis tu tacueris, orare pro te, reſpondebunt infinita. Eleemoſyna tua ſtante & declinante, precium

Miſericordia regina eſt, ſimiles faciẽs homines Deo.
Luc. 6.
Pſal. 67.
Miſericordię pulchritudo, & commendatio.
Pſal. 145.
Pſal. 102.
Pſal. 50.
Pſal. 51.
Oliuæ fructiferæ eſſe debemus.
Miſericordia nõ ſpectatur ex datorum quantitate.
Marc. 12.
Lucæ 21.
Exod. 35.
Gen. 4.
Lucæ 21.
Eccli 9.
Eleemoſyna inter pœnitẽtiæ fructus annumeratur.
Vis eleemoſynæ apud Deum.
Actor. 10.
Peccata delẽt eleemoſynæ.
Matth. 25.
Ibidem.
Quanti emitur cælum.
Matth. 10.

cium redemptionis animæ eleemoſyna eſt. Præterea pelues & lauacra cum aqua ſunt, quò manus laues,*qua veſtes,aqua: ſic & eleemoſyna, quò per eam animæ manus diluas. Nè inopiam proferas. Vidua in vltimo cœnaculo Heliam hoſpitabatur, ac paupertas non affuit impedimento, ſed eximio cum gaudio ſuſcepit eum, quare & dignos recepit fructus, & metens eleemoſynæ ſpicam legit. Sed fortaſsè auditor dicet, Da & mihi Heliā. Quí quæris Heliam? Dominum Heliæ do tibi, nec ipſum cibas: Heliam ſi inueneris, quomodò hoſpitaberis? Chriſti Domini ſententia eſt: Quicunque vni ex minimis fecerit, mihi fecerit. Si fortè rex quempiam de populo appellauerit, atq; ad ſeruos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine quamplures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tempore permulta contulit: num certatim quiſq; pecunias eius omnes apprehenderit, cui rex gratias dederit? Si ergò in hominem regem tantum honoris res ipſa tribuit, cogita Chriſtum in illa die ad angelos dicentem: Hic me in terra ſuſcepit hoſpitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic me peregrinum exiſtentem confouit inducens. Cogita decætero fiduciam, inter angelorum populos gaudium. Igitur cui teſtimonium Chriſtus perhibet, non fiduciam ſuper angelos habuerit? Magna igitur res eleemoſyna, fratres. Hanc amando faciamus, cui nihil æquale: potens eſt enim peccata alia delere, iudiciumq; propulſare. Te tacente, infinita pauperum ora gratias referūt; immò verò minùs verbo aut ore neceſsè eſt, rebus ipſis clamantibus. Tam adeò exuberans, tamq; magnum eſt eleemoſynæ bonum, & ipſi pigritamus & concidimus. Da panem pro poſſe: non habes panem, da denarium, da vel frigidæ aquæ calicem: atquì neque id habes, vel malis oppreſſo compatere, atque appenſam mercedem habes.

for. *quò veſtes abluas: ſic

Inopia non excuſat ab eleemoſyna. 3.Reg.17.

Quod pauperibus tribuitur, hoc tribuitur Chriſto. Matth.25.

Peccata delent eleemoſynæ, & iudicium propulſant.

3. ET homilia quinquageſimatértia in Matthæum, vt ſuprà homilia trigeſimatertia ad populum Antiochenum, teſtimonio vigeſimooctauo, quæſtione vndecima.

4. ITEM homilia trigeſimaſexta ad populum Antiochenum, vt ſuprà teſtimonio trigeſimoprimo ibidem.

5. IDEM in homilia de miſericordia & duabus mulieribus viduis: Tria ſunt quæ in miſericordiæ opere optanda ſunt Chriſtiano, vt poſſit facere, vt velit, vt compleat. Vt poſſit, id eſt, vt ſubſtantia faciendi non deſit: vt velit, hoc eſt, voluntas adſit qua faciat, quia ſubſtantia non deeſt qua fiat. Tertium eſt, vt compleat, id eſt, quæ poſſit & velit, ſine dilatione perficiat. his enim tribus opus tantum, tamq; præclarum impletur. Nam ſunt qui poſſunt facere, ſed nolunt: ſunt qui volunt, & non poſſunt: ſunt & qui volunt & poſſunt, ſed differendo non faciunt. Cæterùm qui poteſt facere, oret vt velit: & qui vult facere, oret vt poſſit: & qui in vtroque paratus eſt, det operam vt miſericordiam inſtanter efficiat, nè quod vult & poteſt, differendo non compleat. Eſt enim miſericordia ſalutis præſidium, fidei ornamentnm, propitiatio peccatorum. Hæc eſt quæ iuſtos probat, ſanctos roborat, Dei cultores oſtentat: cuius exercitium lætum efficit Dominum, placatum exhibet Chriſtum, dum cernit ſubſidijs huiuſmodi foueri pauperem, inopem ſubleuari. Hæc miſericordia cùm à cunctis impleri præcipitur, tum maximè ab his qui ſignati ſunt, vt dent quam accipiant, tribuant quam ſumant, donent alijs qua ipſi indigeant.

Tria in opere miſericordię requiruntur.

Miſericordiæ cõmendatio.

6. AMBROSIVS in caput quartum epiſtolæ prioris ad Timotheum, ea D. Pauli verba exponens: Pietas ad omnia vtilis eſt, &c. Si quis ergò, quia miſericordia magna res eſt, lubricum tamen carnis patiatur, huiuſmodi quid fiet? ſine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minimè prætermitti. Si autem ſolum corporis habuit exercitium, perennes pœnas patietur, ſicut in Euangelio Dominus repromiſit. Omnis enim ſumma diſciplinæ noſtræ, in miſericordia & pietate eſt.

Summa diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate conſiſtit.

7. IDEM in Lucæ caput tertium: Singulis quoquè generibus hominum conueniens tribuit ſanctus Baptiſta Ioannes reſponſum, vnum omnibus, ità: Publicanis, nè vltra præſcriptum exigant: militibus, nè calumniam faciant, nè prædam requirant. Docens idcircò ſtipendia conſtituta militiæ, nè, dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur. Sed hæc & alia officiorum præcepta, propria ſingulorum, miſericordiæ communis eſt vſus. Ideò commune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel vrbanus, diues & pauper: omnes in commune admonentur, vt conferant non habenti. Miſericordia enim plenitudo virtutum eſt. Et ideò omnibus eſt propoſita perfectę forma virtutis, nè veſtimentis alimentisq; ſuis parcant. Miſericordiæ tamen ipſius pro poſſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruatur, vt non ſibi vnuſquiſque totum eripiat, ſed quod habet, cum paupere partiatur.

Miſericordia ad omnes pertinet.

ANNOTATIO. Quando Scriptura ſacra vel S.Patres ſuprà adducti, tribuunt eleemoſynis, ieiunio, alijsque pietatis operibus vim delendi aut redimēdi peccata, præſertim lethalia, (nam devenialibus nulla eſt controuerſia) aut aliquid ſimile: id accipiendum eſt & intelligendum, quatenùs ijs præparatur & diſponitur peccator ad remiſſionem peccatorum in Sacramento pœnitentiæ conſequendam, & amiſſam iuſtificationis gratiam recuperandam. Eſt enim hoc Sacramentum lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, iuxta S.Tridentini Concilij ſententiam, vt nondùm regeneratis ipſe Baptiſmus: Vel quatenùs per ea opera poſt reconciliationem factam ſatisfacimus pro peccatis, quo ad pœnam temporalem, quæ ſæpè redimenda reſtat poſt culpam remiſſam. Quod S.Thomas his verbis expreſſit: Actus miſericordiæ operatur circa peccatum vel per modum ſatisfactionis, & ſic ſequitur iuſtificationem: vel per modum præparationis, inquantùm miſericordes miſericordiam conſequentur: & ſic etiam poteſt præcedere iuſtificationem, vel etiam ad iuſtificationem concurrere ſimul cum alijs virtutibus requiſitis, ſecundùm quod miſericordia includitur in dilectione proximi. Et alio loco: Per opera pietatis ille qui lubricum carnis patitur, liberatur à perditione æterna, inquantùm per huiuſmodi opera diſponitur ad hoc, quòd gratiam conſequatur per quam pœniteat: & inquantùm per huiuſmodi opera ſatisfacit de lubrico carnis commiſſo. Non autem ità, quòd ſi in eo peccato perſeueret impœnitens vſque ad mortem, per pietatis opera liberetur. Huc pertinet B.Auguſtini doctrina in Enchiridio cap.75. 76. & 77. & in ſerm. 30. de verbis Domini, quam habes ſuprà quæſt.11.authorit.35.36.37.&38.

Seſ.14.cap.2.

1.2.q.113.art.4.ad 2.

2.2.q.154.art.2.ad 5.

XIIII.

Sunt'ne vnius generis miſericordiæ opera?

A. DVPLICIS ea generis eſſe [a] inueniuntur: cùm alia ſint corporalia, alia ſpiritualia. Corporalia quidem dicta, quoniam ad corporalem miſeriam proximi ſubleuandam exercentur: Spiritualia verò, quòd in his ſaluti proximi ſpirituali benè conſulamus atque operam demus.

a Aug lib.de morib. Eccleſiæ Cathol.c.27.& 28. Item in Enchirid. cap.72. & ſer. 203.de tempore.

B. Huius multiplicis miſericordiæ clarum præbet exemplum Iob beni-

Digitized by Google

benigniſſimus, qui de ſeipſo teſtatur: [b] *Ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* [c] *Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & cauſam quã neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Item, [d] *Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.*

b Iob 31.b & ibid. Gregor.
c Iob 29.c
d Iob 31.d

TESTIMONIA.

Quia partim animo, partim corpori benè facimus idcirco dupicia ſunt opera miſericordiæ. Corporalia.

1. A. AVGVSTINVS in libro de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite vigeſimoſeptimo: Homo igitur vt homini appáret, anima rationalis eſt, mortali atque terreno vtens corpore. Partìm ergò corpori, partìm verò animæ hominis benefacit, qui hominem diligit. Ad corpus quod pertinet, medicina nominata eſt: ad animam autem, diſciplina. Sed medicinam nunc voco, quicquid omninò corporis vel tuetur, vel inſtaurat ſalutem. Ad hanc itaque pertinent non ea tantùm, quæ ars eorum exhibet, qui propriè medici nominantur: ſed etiam cibus & potus, tegmen & tectum, defenſio deniquè omnis atque munitio, qua noſtrum corpus aduersùs etiã externos ictus caſúſque ſeruatur: nam & fames & ſitis, & frigus & æſtus, & quicquid extrinſecùs grauiter infligitur, ſalutem de qua nunc agitur, manere non ſinunt. Quare illa omnia, quibus huiuſcemodi malis incommodíſve reſiſtitur, qui officioſè atque humaniter præbent, miſericordes vocantur, etiam ſi ſapientes vſqueadeò ſint, vt iam nullo animi dolore turbentur. Nam quis ignoret ex eo appellatam eſſe miſericordiam, quòd miſerum cor faciat condolentis alieno malo? Et quis non concedát ab omni miſeria liberum eſſe debere ſapientem, cùm ſubuenit inopi, cùm eſurienti cibum præſtat, potumq́ ſitienti, cùm veſtit nudum, cùm peregrinum tecto recipit, cùm oppreſſum liberat, cùm deniquè humanitatem ſuam vſque ad ſepulturam porrigit mortuorum? Etiamſi id faciat mente trãquilla, nullis aculeis doloris inſtinctus, ſed adductus officio bonitatis, miſericors tamen vocandus eſt. Huic enim nihil obeſt nomen, cùm abſit miſeria.

Miſericordia vndè dicta.

2. ET capite vigeſimooctauo: Quod autem attinet ad diſciplinam, per quam ipſi animo ſanitas inſtauratur, quæ ſi abſit, nihil ad depellendas miſerias ſalus ipſa corporis valet, difficillima omninò res eſt. Atque vt in corpore dicebamus, aliud eſſe morbos & vulnera curare, quod pauci homines benè facere poſſunt, aliud autẽ famem ſitimq́ ſopire, & cætera in quibus ſubuenire hominem homini vulgò paſſimq́ conceditur: ſic in animo ſunt quædã, in quibus excellentia illa, & rara magiſteria non admodùm deſiderantur: vt cùm hortamur & monemus, vt hæc ipſa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda eſſe diximus. Cùm enim hæc facimus, ope corpori: cùm autem docemus vt fiant, diſciplina animo ſubuenimus. Sunt verò alia, quibus multimodi varijq́ morbi animorum magna quadam, & prorsùs ineffabili ratione ſanantur. Hæc tamen diſciplina, de qua nunc agimus, quæ animi medicina eſt, quantum in ſcripturis ipſis diuinis colligi licet, in duo diſtribuitur, coërcitionem, & inſtructionem. Coercitio timore, inſtructio verò amore perficitur, eius dico cui per diſciplinã ſubuenitur: nam qui ſubuenit, nihil horum duorũ habet, niſì amare. Qui ergò diligit proximum, agit quantùm poteſt, vt ſanus corpore, ſanusq́ animo ſit: ſed cura corporis ad ſanitatem animi referenda eſt. Agit ergò his gradibus, quod ad animum pertinet, vt primò timeat, deindè diligat Deum. Hi mores ſunt optimi, per quos nobis etiam ipſa prouenit, ad quam omni ſtudio rapimur, agnitio veritatis.

Spiritualia miſericordiæ opera.

Animi medicina coercitione & inſtructione perficitur.

Opera miſericordiæ corporalia.

3. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimoſecundo: Non ſolùm qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, peregrinanti hoſpitiũ, fugienti latibulum, ægro vel incluſo viſitationẽ, captiuo redemptionem, debili ſubuectionem, cæco deductionem, triſti conſolationẽ, non ſano medelam, erranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuique neceſſarium eſt indigenti: verùm etiam & qui dat veniam peccanti, eleemoſynam dat: & qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coërcet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo læſus eſt aut offenſus, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur; non ſolùm in eo quod dimittit atq; orat, verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat, quia miſericordiã præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati: quia ipſi ſibi inueniuntur eſſe inimici, amici verò eorum potiùs illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis, cùm reddere mala Chriſtianus nõ debeat pro malis. Multa itaque ſunt genera eleemoſynarum, quę cùm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata.

Spiritualia.

Multa bona inuitis præſtantur.

4. ET ſermone ducenteſimo tertio de tempore: Multa genera ſunt miſerationum, quæ cùm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata. Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus quod quiſq; peccauit. Non ſolùm enim qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, peregrinantibus hoſpitium, & cætera huiuſmodi, verumetiam qui dat veniam peccanti, eleemoſynam dat. Et qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coërcet aliqua diſciplina; & tamen peccatum eius, quo ab illo læſus aut offenſus eſt, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur: non ſolùm in eo quod dimittit atque orat, verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynã dat, quia miſericordiam præſtat.

Dimittere in nos peccantibus.

Matth.25.

Spiritualia opera miſericordiæ.

1. B. IOB trigeſimoprimo: Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellã meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea? (Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum) Si deſpexi * pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & abſq; operimento pauperem? Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt? Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta ſuperiorem? Humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. Forìs nõ manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.

* prętereuntẽ

2. GREGORIVS in caput trigeſimumprimum Iob ſcribens libro vigeſimoprimo Moralium, capite duodecimo: Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Per hæc dicta vir ſanctus oſtenditur non ſolùm ad inopiam pauperibus, ſed etiam ad habendi deſiderium deſeruîſſe. Sed quid ſi ipſa vellent pauperes, quæ fortaſsè accipere non expediret? An quia in ſcriptura ſacra dici pauperes humiles ſolent, ea ſola æſtimandi ſunt accipere pauperes, quę humiles petunt? Et proculdubiò oportet vt incunctanter detur, quicquid cum vera humilitate requiritur, id eſt, quod non ex deſiderio, ſed ex neceſſitate poſtulatur. Petentem ſe viduam expectare noluit, vt non ſolùm ex munere, ſed ex celeritate quoquè muneris bonorum operum merita augeret.

Quanta diui Iob miſericordia fuerit erga pauperes & afflictos.

Bonorũ operum merita.

Bonorū operum merita. Prouer. 3.

geret. Vndè aliàs ſcriptum eſt: Nè dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare. Sed nonnulli ſolent exteriùs multa largiri, communis autem vitæ gratiam repellentes, habere pauperes ſocios in domeſtica conuerſatione refugiunt.

Conſuetudo cum pauperibus.

Vndè beatus Iob vt non ſolùm ſe inſinuet exteriùs multa præbuiſſe, ſed apud ſe quoſque inopes etiam in domeſtica conuerſatione recepiſſe, protinùs adiungit: Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea. Scilicet pietati ſe præiudicium facere æſtimans, ſi ſolus comederet, quod Dominus omnium communiter creâſſet. Quæ profectò communio conuerſationis eſſe cum talibus intra domeſticos parietes debet, ex quibus æternæ proficiant merita retributionis.

Merita æternæ retributionis.

Vndè ſanctus vir non quemlibet, ſed ad manducandum, ſocium pupillum ſe habuiſſe perhibet: ſed tanta hęc pietatis viſcera, vtrùm à ſemetipſo habuerit, an conditoris ſui gratia ſit conſecutus, innoteſcit: Quia ab infantia mea creuit mecū miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Miſeratio etenim etſi eius fuerit arbitrij, vt cum ipſo proficeret: liquet tamen quia eius arbitrij non fuit, vt cum ipſo de vtero exiret. Conſtat ergò quia ſuæ virtuti nil tribuit, qui profectò teſtatur, quia hoc ex conditoris munere accepit. Bonum igitur quod à conditore habuiſſe ſe intimat, liquet proculdubiò, quia ad laudē conditoris narrat, indicans ab ipſo ſe accepiſſe vt pius eſſet, à quo accepit vt eſſet: quia ſicut ſuo opere in vtero conditus non fuit, ità nec ſua virtute ab vtero pius fuit.

Iob 31. Pietas humilitatis ſocia.

3. ET capite decimotertio: Quòd pauperem non deſpexit, virtutē humilitatis exhibuit: quòd autem operuit, pietatis. Duæ quippe iſtæ virtutes ità ſibimet connexę eſſe debent, vt vicario ſemper opere fulciantur, quatenùs nec humilitas cùm veneratur proximum, largitatis gratiam deſerat, nec pietas cùm largitur, intumeſcat. Erga indigentiam itaque proximi humilitatem pietas fulciat, humilitas pietatem: vt cùm indigentem rebus neceſſarijs naturæ tuæ conſortem videris, nec per impietatem definas tegere, nec per ſuperbiam negligas venerari quem tegis.

Contumelijs excipientes pauperes antequàm donēt quicquā.

Nam ſunt nonnulli qui mox vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria poſtulati, pòſt dona largituri, in eòs priùs contumelioſa verba iaculantur. Qui etſi rebus miniſterium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt, ità vt plerunquè videatur, quia illatæ iam iniuriæ ſatisfactionem ſoluunt, cùm poſt contumelias dona largiuntur. Nec magni eſt operis quòd poſtulata tribuunt, quia ipſo donationis ſuæ munere, vix eundem exceſſum ſermonis tegunt. Quibus benè per Eccleſiaſticum librum dicitur: Omni dato nō des triſtitiam verbi mali.

Eccli 18.

Et rurſùm: Adde verbum ſuper datum bonum, & vtraque cum homine iuſtificato: videlicet vt datum exhiberi debeat per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem.

Verbis tātùm miſericordiā præſtantes.

At contrà alij egenos fratres non ſtudent rebus fulcire cùm poſſint, ſed blandis tantùm ſermonibus fouere. Quos vehementer Iacobi prædicatio ſancta repręhendit, dicens:

Iacob. 2.

Si autem frater aut ſoror nudi ſunt, & indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefiamini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid vobis proderit? Quos Ioannes quoquè Apoſtolus admonet, dicens:

1. Ioan. 3.

Filioli mei, non diligamus verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. Dilectio nanque noſtra ſemper exhibenda eſt, & veneratione ſermonis, & miniſterio largitatis.

4. CAPITE decimoquarto: Multum verò ad edomandam dantis ſuperbiam valet, ſi cùm terrena tribuit, verba ſolicitè magiſtri cæleſtis penſet, qui ait:

Lucæ 16.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula.

Patronis potiùs munera largimur, quā egenis.

Si enim eorum amicitijs æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubiò penſare debemus, quia patronis potiùs munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Hinc per Paulum dicitur:

2. Cor. 8.

Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Vt videlicet ſolicitè perpendamus, quia eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoquè videbimus: & qui abundantes adſpicimur, ſi largiri negligemus, quandoquè inopes erimus. Qui itaque nunc temporale ſubſidium pauperi tribuit, ab eo poſtmodùm perpetua recepturus, vt ità dicam, quaſi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, vberiùs reddit. Reſtat ergò vt nunquàm elatio ſurgat ex munere, quando videlicet diues ex eo quod pauperi tribuit, agit vt in perpetuum pauper non ſit.

Iob humilitatem cum miſericordia cōiunxit. Iob 31.

Beatus igitur Iob, vt diligenter oſtenderet, humilitas atque miſericordia quanta in eo fuerit conſideratione ſociata, ait: Si deſpexi prætereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & abſq; operimento pauperem, ſi non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt. Ac ſi apertè diceret: In amore proximi, vno eodemq; ordine & ſuperbiæ vitium, & impietatis premens, prætereuntem quempiam, & humiliter adſpiciens nòn deſpexi, & miſericorditer calefeci. Quiſquis enim ſuper eum cui aliquid tribuit, faſtu ſe elationis extollit, maiorē culpam intrinſecùs ſuperbiendo peragit, quàm extrinſecùs largiendo mercedem: fitq; ipſe bonis interioribus nudus, cùm nudum deſpicit veſtiens, eóque agit vt ſeipſo deterior fiat, quo ſe indigenti proximo meliorem putat. Minùs quippe inops eſt qui veſtem non habet, quàm qui humilitatem.

Quid cogitādum cùm egētes intuemur.

Vndè neceſsè eſt, vt cùm naturæ noſtræ conſortes exteriora non habere conſpicimus, quàm multa nobis deſint bona interiora penſemus, quatenùs ſeſe ſuper inopes cogitatio noſtra non eleuet, cùm ſolerter videt, quia nos tanto veriùs, quanto & interiùs indigentes ſumus.

Ignotis etiā miſericordia exhibenda.

Et quia ſunt nonnulli qui pietatis ſuæ viſcera tendere vſque ad incognitos neſciunt, ſed ſolis quos per aſſiduitatem notitiæ didicerint, miſerentur, apud quos nimirùm plùs familiaritas quàm natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines, ſed quia noti ſunt, largiuntur, benè nunc per beatum Iob dicitur: Si deſpexi prætereuntem, eò quòd non habuerit indumentum. Ignoto enim proximo miſertum ſe indicat, quem prætereūtem vocat, quia videlicet apud piam mentem plùs natura valet, quàm notitia. Nam & vnuſquiſque qui indiget, eo ipſo quo homo eſt, ei iam incognitus non eſt.

Miſericordia Iob erga pupillos, in iudicio cauſa cadentes.

Sequitur: Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta ſuperiorem. Mos apud veteres fuit, vt ad portam ſeniores ſederent, qui certantium iurgia iudiciaria examinatione diſcernerent, quatenùs vrbem in qua concorditer oporteret viuere, diſcordes minimè intrarent. Vndè & per Prophetā Dominus dicit:

Amos 5.

Conſtituite in porta iudicium. Hoc itaque loco quid portæ nomine exprimitur, niſi id quod agebatur in porta? Sicut enim pugnare caſtra dicimus, pro eo quòd pugnatur ex caſtris, ità iudicium quod in porta agi conſueuerat, porta nominatur. In porta ergò ſe ſuperiorem videt, qui ſe melioris partis eſſe in iudicio ęquitatis merito conſpicit. Beatus igitur Iob, quia nec tunc contra pupillum manum exercuit, cùm ſe etiam per iuſtitiæ meritum potentiorem vidit, nobis timoris regulam inſinuans, dicit: Si leuaui ſuper pupillum manum, cùm viderē me in porta ſuperiorem. Ac ſi patenter dicat: Neque tunc vtilitatis meæ negocia virtute contra pupillum exequi volui, quando me in iudicio etiam ex iuſtitia potiorem vidi.

5. IOB capite vigeſimonono: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, teſtimonium redde-

Digitized by Google

reddebat mihi. Eò quòd liberâſſem pauperẽ vociferantem,& pupillum cui non eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat,& cor viduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum: & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo. Oculus fui cęco,& pes claudo. Pater eram pauperum: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumq; ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.

6. ET trigeſimoprimo, vt ſuprà B. teſtimonio primo.

XV.

Quot ſunt opera miſericordiæ tum corporalia, tum ſpiritualia?

A. SEPTEM in vtroque genere numerantur. Ac primùm quidem corporalia hæc ſunt: [a] Eſurientes paſcere, potum dare ſitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuiſere, hoſpitio peregrinos ſuſcipere, [b] mortuos ſepelire.

B. Spiritualia verò hæc: [c] Peccantes corrigere, [d] ignorantes docere, [e] dubitantibus rectè conſulere, [f] pro ſalute proximi Deum orare, [g] conſolari mœſtos, [h] ferre patienter iniurias, offenſam [i] remittere. Quæ humanæ pietatis officia, hominibus præſertim Christianis, nec barbaris planè, tã aperta ſunt, vt longã tractatione neutiquàm egeant.

a Matth. 25. d

b Tob. 1. d 2. a b 12. c 2. Reg. 2. a Aug. lib. 1 de ciuit. Dei, cap. 13. & de cura pro mortuis cap 3.

c. Matth. 18. b 1. Timoth. 5. c

d Eccli 18. b 2. Timoth. 4. a Eſai. 58. b Hier. 15. b Dan. 12 a Iaco. 5. d Gal. 6. a Chryſ. hom. 3. & 10. in Geneſ. Clemens Alex. lib. 1. Stromatum. Bern. ſerm. 36. in Cant. Greg. homil. 17 in Euang.

e Prouer. 27. b Eccli 5. c

f Matth. 5. g Iacobi 5. d

g Eccli 7. d 2. Corinth. 1. a

h Tit. 3. a 1. Theſ. 5 c. Rom. 15. a

i Matt. 5. d 6. b 18. c d Mar. 11. c Eccli 28. a

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus,& viſitâſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me,&c.

2. TOBIAE primo: Tobias quotidiè pergebat per omnem cognationem ſuam,& conſolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis: eſurientes alebat, nudíſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.

3. ET capite ſecundo: Poſt hæc verò cùm eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: Vade,& adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, vt epulentur nobiſcũ. Cumq; abiiſſet, reuerſus nunciauit ei, vnum ex filijs Iſrael iugulatum iacere in platea. Statimq; exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandiũ, ieiunus peruenit ad corpus: tollenſq; illud, portauit ad domum ſuam occultè, vt dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. Cumq; occultâſſet corpus, manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum ſermonem quem dixit Dominus per Amos prophetam, Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem & luctum. Cùm verò ſol occubuiſſet, abijt, & ſepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterùm ſepelis mortuos? Sed Tobias plùs timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua,& medijs noctibus ſepeliebat ea.

Amos 2.

4. CAPITE duodecimo ait Raphael: Quando orabas cum lachrymis,& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuũ,& mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

5. SECVNDI Regum ſecundo: Veneruntq; viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domum Iuda. Et nunciatum eſt Dauid, quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul. Miſit ergò Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitq; ad eos: Benedicti vos Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. Et nunc retribuat vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem: ſed & ego reddam gratiam, eò quòd feciſtis verbum iſtud.

6. AVGVSTINVS libro primo de ciuitate Dei, capite decimotertio: Non ideò tamen contemnenda & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximéque iuſtorum atque fidelium, quibus tanquàm organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt Spiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi, tanto charius eſt poſteris, quanto erga parentes maior affectus: nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtiquè multo familiariùs atque cõiunctiùs, quàm quælibet indumenta, geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod adhibetur extrinſecùs, ſed ad ipſam naturam hominis pertinent. Vndè & antiquorum iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ,& ſepultura prouiſa: ipſiq; dum viuerent, de ſepeliendis, vel etiam trãſferendis ſuis corporibus filijs mandauerunt: & Tobias ſepeliendo mortuos, Deum promeruiſſe, teſte angelo, commendatur. Ipſe quoquè Dominus die tertio reſurrecturus, religioſæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumq; commendat, quòd vnguentum precioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad eum ſepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum ſepeliendumq; curârunt. Verùm iſtæ authoritates non hoc admonent, quòd inſit vllus cadaueribus ſenſus, ſed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoquè mortuorum pertinere ſignificant, propter fidem reſurrectionis adſtruendam. Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officij diligentięq; perſoluitur. Sunt quidem & alia, quę ſancti Patriarchæ de corporibus ſuis vel condendis, vel transferendis, prophetico ſpiritu dicta intelligi voluerunt.

Corpora defunctorum fidelium quare cum honore ſepelienda.

Gen. 23. & 25. Sepultura & exequiæ iuſtorum.

Tob. 2. & 12.

Matth. 26. Ioan. 12.

Ioan. 19.

Deo placent officia pietatis, quæ exhibentur mortuis.

7. IDEM in libro de cura pro mortuis gerenda, capite tertio, repetit eadem ad verbum ex ſupradicto libro de ciuitate Dei.

1. B. MATTHAEI decimooctauo: Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.

2. PRIORIS ad Timotheum quinto: Peccantes,

tes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

3. ECCLESIASTICI decimooctauo: Qui miſericordiam habet, docet & erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Miſereatur accipiẽs doctrinam miſerationis, & qui feſtinant in iudicijs eius.

4. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Prædica verbum, inſta oportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus.

5. ESAIAE quinquageſimoſecundo: Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus?

6. HIEREMIAE decimoquinto: Propter hoc dicit Dominus: Si cõuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. Conuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eos.

7. DANIELIS duodecimo ait angelus: Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

8. IACOBI quinto: Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

9. AD Galatas ſexto: Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, nè & tu tenteris.

10. CHRYSOSTOMVS homilia tertia in Geneſim: Nihilità gratum eſt Deo, & ità curæ, vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus, dicens: Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et iterùm Deus ipſe ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Et propter hoc etiam creaturam hãc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt ſupplicijs nos torqueat: ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis concedat. Talem igitur habentes Dominum, tam miſericordem, tam benignũ, tam manſuetum: cùm noſtræ, tum fratrum noſtrorum ſalutis curam geramus. Nam & hoc noſtræ ſalutis argumentum erit & occaſio, ſi non ſolùm pro nobiſipſis ſoliciti, ſed & proximo vtiles fuerimus, ipſum ad viam veritatis manuducentes. Et vt ſciatis quantum bonum ſit, cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi prophetam ex perſona Dei dicentem: Qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc eſt? Qui ab errore ad veritatem, ait, manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit: pro virili humano me imitatur. Etenim ipſe cùm Deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & alia omnia humana ſuſtinuit, & crucem quoquè ſuſcepit, niſi vt nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Et hoc quoquè Paulus clamat, dicens: Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Si igitur ipſe, qui Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiã ineffabilem hæc omnia propter nos & ſalutẽ noſtrã ſuſcepit: cur non & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcenteſq; eos vt mẽbra noſtra, & eripientes ex diaboli faucibus, in viam virtutis inducimus? Nam vt anima corpore melior eſt: ità his qui indigentibus pecunias & facultates ſuppeditant, maioribus præmijs digni ſunt hi qui admonendo & continuè docendo in viam rectam ſupinos & deſides inducunt, monſtrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum maleolentiam. Hæc omnia cùm ſciamus, præ omnibus alijs huius vitæ curis, de ſalute animarũ loquamur proximis, eandem illis ſolicitudinem ingerentes.

Animarũ ſalutem quanti faciat Deus. 1.Tim.2. Ezech.18.

Proximũ ad ſalutem perducere, quàm præclarũ ſit.

Hiere.15.

Galat.3.

Animarũ lucrum quanti faciendum.

11. ET homilia decima in Geneſim: Cuius ſtudium eſt docere proximum, is non tam illi benefacit, quàm ſibiipſi magnam mercedem parat: duplicique augetur lucro, dum maiorem à Deo retributionem aſſequitur, & dum fratrem docere aggreditur, docẽdo interim ſibiipſi memoriam eorum quæ audiuit renouat. Igitur cogitantes tantum lucrum veſtrum, nè inuideatis fratribus veſtris, ſed à vobis diſcant quæ nunc à nobis dicuntur.

Docere proximum.

12. CLEMENS Alexandrinus libro primo ſtromatum, in principio: Iam autem cernitur ipſe Seruator, qui ex redundanti copia, pro eius qui accipit viribus, quæ ex exercitatione ſeruis augentur, facultates diſtribuerat, reuerſus cum eis rationem ponere, quando ijs quidem qui eius pecuniam auxerant, qui in modico fuerant fideles, exceptis, eos ſuper multa conſtituturum pollicitus, in Domini gaudium iuſſit ingredi: ei autem qui pecuniam ad fœnerãdum creditam occultauerat, & eam ipſam quam acceperat, abſque vllo emolumento reddebat: Serue, inquit, nequam & ignaue, oportebat te pecuniam meam dare nummularijs, & ego veniens meam recepiſſem. Propter hæc ſeruus inutilis inijcietur in tenebras exteriores. Tu ergò fortis eſto, ait quoquè Paulus, in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu, & quæ audiſti à me per multos teſtes, ea committe fidelibus hominibus, qui quidem idonei erunt alios quoquè docere. Et rursùs: Stude teipſum Deo probum exhibere operarium, inconfuſibilem, rectè tractãtem verbum veritatis. Si ambo ergò verbum prædicãt, hic quidem ſcripto, ille verò voce: quomodò non ſunt ambo admittendi, qui effecerunt, vt fides operetur per dilectionem? A culpa autẽ eius, qui quod eſt optimum, non elegit, Deus eſt prorsùs alienus, & minimè eius cauſa. Iam verò illorum quidem munus eſt, verbum fœnerari: horum autem probare, & aut accipere, aut non. Iudicium autem in ipſis iudicatur. Sed prædicandi quidem ſcientia, eſt quodammodò Angelica, vtrouis modo iuuãs, ſeu per manum, ſeu per linguam operetur: quoniam qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Et paulò pòſt: Operamini, inquit Dominus, non cibum qui perit, ſed qui manet in vitam æternam. Sumitur autem nutrimentum & per cibos, & per verba: & reuerà beati ſunt pacifici, qui eos qui in hac vita & errore, ab ignoratione oppugnantur, contraria docendo tranſmouent, & traducunt ad pacem quæ eſt in Verbo, & vita quæ eſt ex Deo, & eos qui eſuriunt iuſtitiam, panis diſtributione nutriunt.

Lucæ 19. Matth.25. Talẽta nobis cõcredita, benè collocãda ſunt, & expendẽda in vtilitatem aliorũ.

2.Tim.2.

Ibidem.

Prædicandi verbi Dei ſcientia eſt quodammodo angelica.

Ioan.6.

Ab errore ad veritatem reducere alios.

13. BERNARDVS ſermone trigeſimoſexto in Cantica canticorum: Videar forſan nimius in ſugillatione ſcientiæ, & quaſi repræhendere doctos, ac prohibere ſtudia literarum. Abſit. Non ignoro quantum Eccleſiæ profuerint & proſint literati ſui, ſiue ad refellendos eos qui ex aduerſo ſunt, ſiue ad ſimplices inſtruendos. Deniquè legi: Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam & ego te, vt non fungaris mihi ſacerdotio. Legi: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et paulò pòſt: Eſt autem (quod in ſe eſt) omnis ſcientia bona, quæ tamen veritate ſubnixa ſit: ſed tu qui cum timore & tremore tuam ipſius operari ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire priùs ampliuſq; curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti. Nónne medici corporum medicinæ portionem diffiniunt, eligere in ſumendis cibis quid priùs, quid poſteriùs, & quemadmodùm quidque ſumi oporteat? Nam etſi bonos conſtat eſſe cibos, quos Deus creauit,

Scientia literarum, Eccleſiæ multum prodeſt.

Oſeæ 4.

Dan.12.

Quarum rerũ ſcientia & cognitio inprimis quærẽda.

tu

tu tamen ipſos tibi, ſi in ſumendo modum & ordinem non obſerues, reddis planè non bonos. Ergò quod dico de cibis, hoc ſentite & de ſcientijs. Sed meliùs mitto vos ad magiſtrum. Non eſt enim noſtra iſta ſententia, ſed illius: immò & noſtra, quoniam veritatis.

1. Cor. 8.

Qui ſe, inquit, putat aliquid ſcire, nondùm ſcit quomodò oporteat eum ſcire. Vides quoniam non probat multa ſcientem, ſi ſciendi modum neſcierit? Vides, inquam, quomodò fructum & vtilitatem ſcientiæ in modo ſciendi conſtituit?

Modus ſciendi cū primis neceſſarius.

Quid ergò dicit modum ſciendi? Quid? niſi vt ſcias, quo ordine, quo ſtudio, quo fine quæque nôſſe oporteat? Quo ordine? vt id prius, quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio? vt id ardentius, quod vehemētius ad amorem.

Quo fine ſcientiā appetere debeamus.

Quo fine? vt non ad inanem gloriam, aut curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantùm ad ædificationem tuam vel proximi.

Abuſus ſcientiæ 1.

Sunt nanque qui ſcire volunt eo fine tantùm, vt ſciant: & turpis curioſitas eſt.

2.

Et ſunt qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi: & turpis vanitas eſt. Qui profectò non euadent ſubſannantem Satyricum, & ei qui eiuſmodi eſt decantantem:

Perſius ſatyra 1.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

3.

Et ſunt item qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendāt, verbi cauſa, pro pecunia, pro honoribus: & turpis quęſtus eſt.

Rectus vſus 1.

Sed ſunt quoquè qui ſcire volunt, vt ædificent: & charitas eſt.

2.

Et item qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudentia eſt. Horum omnium ſoli vltimi duo non inueniuntur in abuſione ſcientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere vt benefaciant.

Pſal. 110.

Deniquè intellectus bonus omnibus facientibus eum. Reliqui omnes audiant:

Iacob. 4.

Similitudo accōmodata.

Scienti bonum & non facienti, peccatum eſt ei. Ac ſi per ſimilitudinem dicat: Sumenti cibum & non digerenti, pernicioſum eſt ei. Cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ità & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, quæ eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit, & ſic per quoſdam artus animæ, mores ſcilicet atque actus, transfuſa atque digeſta, quatenùs ipſa de bonis quæ nouerit, vita atteſtante & moribus bona efficiatur: nónne illa ſcientia reputabitur in peccatum, tanquàm cibus conuerſus in prauos noxioſq; humores? Et initio ſermonis trigeſimiſeptimi:

Sciētia per ſe laude digna.

Non tamen dico contemnendam aut negligendam ſcientiam literarum, quæ ornat animam, & erudit eam, & facit vt poſſit etiam alios erudire. Sed duo illa (nôſſe Deum & ſeipſum) oportet & expedit vt præcedant, in quibus ſumma ſalutis conſtituitur.

Ad paſtores & concionatores qui nullas animas Deo lucrifecerunt.

14. GREGORIVS homilia decimaſeptima in Euangelia: Penſemus ergò, qui vnquàm per linguam noſtram conuerſi, qui de peruerſo ſuo opere noſtra increpatione correpti, pœnitentiam egerunt: quis luxuriam ex noſtra eruditione deſeruit, quis auaritiam, quis ſuperbiam declinauit? Penſemus quod lucrum Dei fecimus nos, qui accepto talento, ab eo ad negocium miſſi ſumus.

Luc. 19.

Etenim dicit: Negociamini dum venio. Eccè iam venit, eccè de noſtro negocio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de noſtra negociatione monſtrabimus? Quot eius conſpectui animarum manipulos de prædicationis noſtræ ſegete illaturi ſumus? Ponamus ante oculos noſtros illū tantę diſtrictionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum ſeruis ſuis, quibus talenta credidit, ponet. Eccè in maieſtate terribili, inter angelorum atque archangelorū choros videbitur. In illo tanto examine, electorum omnium & reproborum multitudo deducetur, & vnuſquiſque quid ſit operatus oſtendetur.

Apoſtoli quos populos conuerterint, in die iudicij videbitur.

Ibi Petrus cum Iudæa conuerſa, quam poſt ſe traxit, apparebit. Ibi Paulus conuerſum, vt ità dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas poſt ſe Achaiam, ibi Ioannes Aſiam, Thomas Indiam, in conſpectum ſui iudicis conuerſam ducet. Ibi omnes Dominici gregis arietes, cum animarum lucris apparebunt, qui ſanctis ſuis prædicationibus Deo poſt ſe ſubditum gregem trahunt. Cùm tot paſtores cum gregibus ſuis ante æterni paſtoris oculos venerint, nos miſeri quid dicturi ſumus, qui ad Dominum noſtrum poſt negocium vacui redimus, qui paſtorum nomen habuimus, & oues quas ex nutrimento noſtro debeamus oſtendere, non habemus? Hic paſtores vocati ſumus, & ibi gregem non ducimus.

15. PROVERBIORVM vigeſimoſeptimo: Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici conſilijs anima dulcoratur.

16. ECCLESIASTICI quinto: Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, nè capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris.

17. MATTHAEI quinto: Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

18. IACOBI quinto: Confitemini ergò alterutrùm peccata veſtra: & orate pro inuicèm vt ſaluemini. multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua.

19. ECCLESIASTICI ſeptimo: Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

20. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarū, & Deus totius conſolationis, qui cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo.

21. AD Titum tertio: Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.

22. PRIORIS ad Theſſalonicēſes quinto: Rogamus autē vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte nè quis malū pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt, ſectamini inuicèm & in omnes.

23. AD Romanos decimoquinto: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorū ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonū ad ædificationem. Etenim Chriſtus nō ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptū eſt, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me.

24. MATTHAEI quinto: Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offeres munus tuum.

25. CAPITE ſexto: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

26. CAPITE decimooctauo: Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

27. MARCI vndecimo: Et cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduersùs aliquem: vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis,

nec

nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

28. ECCLESIASTICI vigeſimooctauo: Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram: & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius?

XVI.

Quomodò iſthæc Scripturis oſtenduntur?

a Eſaia 58.b

b Ibidèm c

c 1 Ioã.3.c Iac.2.c. Baſil. hom.7. in diuites auaros. Ambr. ſer.81.& apud Grat. diſt 86. Idem lib.3.offic.c 6.& 7. Greg.3.p.curæ paſt. admonit.22. Item Grego. Turon.in glor.cõfeſ.c.108.

A. PVLCHRE quidem ac paſsim, ſicut in primis illa Eſaiæ verba, aut potiùs Dei præcepta commonſtrant: [a] *Frange, inquit, eſurienti panem tuum, egenos vagosq́; induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam nè deſpexeris.* Quorum officiorum ingens quoquè fructus ibidèm ſubijcitur: [b] *Tunc anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te.* Et Ioannes, qui in charitate & miſericordia fraterna nobis commendanda totus eſt, inter cætera docet: [c] *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus.*

d Matth.25 d Luc.14.e

B. Hæc ſunt fidelium, vereq́ue iuſtorum opera, quæ in [d] extremo illo iudicio Chriſtus agnoſcet, & palàm approbabit: propter quæ regnum promiſſum decernet, iuſtitiæque coronam reddet miſericordibus, quos & ipſe iuſtos prædicat.

e Gregor. curæ paſt. part. 3.admonit.21. Ambro.lib. 1.offic.cap.30.& lib.2.c.21. & 25 Chryſ hom.de miſericordia & duabus viduis. Item hom.30.in 1.epiſt.ad Corinth.

f Rom.12.b

g Tob.4.b

h 2.Cor.9.b

i Eccli 35 b

k Pſal.111.a

l Luc.10.f

m Nazian. orat.19. in funere patris. Chryſo. hom. 21. in epiſto.ad Rom. item homil.35.& 37.ad pop.Antioch.

n 2.Cor.9.b

C. Quæ [e] quidem opera tanto plus veræ laudis æterniq́ue præmij porrigunt, quanto fiunt ab animo Chriſtiano ſinceriùs, alacriùs, liberaliùs, nimirùm vt in illis humanæ vanitati atque cupiditati quàm minimum loci relinquatur: ea verò ad Dei gloriam proximiq́ue, cui ſeruiunt, commodum propriè referantur. Hinc illæ Scripturæ voces obſeruandæ: [f] *Qui tribuit in ſimplicitate: qui miſeretur in hilaritate.* [g] *Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Quomodò potueris, ità eſto miſericors.* [h] *Hilarem datorem diligit Deus.* [i] *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* [k] *Iucundus homo qui miſeretur & commodat.* Certè Chriſtus apud Lucam [l] talem depingit Samaritanum, qui præclarum exemplum præbeat ſummæ humanitatis perfectæque miſericordiæ, ignotis etiam [m] & immerentibus vltrò præſtandæ. [n] *Qui verò parcè ſeminat, parcè & metet,* Apoſtolo teſte. Satis autem hactenùs de corporalibus præcipuè operibus miſericordiæ.

TESTIMONIA.

1. A. ESAIAE quinquageſimooctauo: Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diẽ quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quę iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit, rogant me iudicia iuſtitiæ, appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non adſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Eccè in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Eccè ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquìd contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquìd iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nónne hoc eſt magìs ieiunium quod elegi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimẽtes, dimitte eos qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosq́; induc in domum tuam. cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuã nè deſpexeris. Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuã iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Eccè adſum. ſi abſtuleris de medio tuî catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ędificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis: & vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietem.

2. PRIMAE Ioannis tertio, vt in textu.

3. IACOBI ſecundo: Iudicium ſine miſericordia illi qui nõ facit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. Quid prodeſt, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem

tem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.

4. BASILIVS homilia in diuites auaros, quæ eſt ſeptima inter homilias variorum argumentorum, vt ſuprà de peccatis capitalibus, quæſtióne quarta A. teſtimonio ſecundo.

Creaturarum exemplo prouocamur ad miſericordiā.

5. AMBROSIVS ſermone octogeſimoprimo, qui eſt idem cū homilia ſexta Baſilij in diteſcentes auaros: Quòd ſi difficile tibi putas, ô homo, magnificentiam diuinæ largitionis imitari, imitare terram: ſi leuare ſursùm oculos nō potes, ſaltem ea quæ deorsùm ſunt, & in pedibus tuis, intuere. Affer tu fructum ſicut terra. noli eſſe deterior inſenſibili elemento. Illa enim fructus quos affert, non ſuis vſibus vindicat, ſed tuis miniſtrat obſequijs. Tu verò fructus illius ſolus inuadis, & tibi ſoli concludis. Quòd ſi tantum auiditatis te morbus adſtringit, vt tua velis facere omnia, accipe & ad hoc ſalutare remedium.

Fructus eleemoſynarum in donantem redundat.

Beneficium largientis præbenti magìs permanet quàm ſuſcipienti. Nam miſericordia quidem ad indigentem peruenit, gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Eſurienti dediſti panem: ille quidem paſtus eſt & refectus, ſed ad te redit, quod dediſti, cum fructibus & vſuris. Quod ſi difficile putas, conſidera frumentum quod ſeminatur in terra, ſi non ad ſeminantis potiùs quàm ad ſuſcipientis lucra cedit: ità etiam dum cibus tribuitur indigentibus, cum multo fœnore diuinæ

Gratia & iuſtitia acquiruntur.

gratiæ reſtituetur in poſterum. Sit ergò tibi finis agriculturæ huius initium cæleſtium ſationum.

Oſeæ 10.

Seminate enim, inquit, vobis ad iuſtitiam. Quid ergò afflictaris? quid temetipſum excrucias, luto & lateribus concludens humanæ vitæ ſubſidia?

Prouer. 22.

Scriptum non legis: Melius eſt nomen bonum ſuper diuitias multas?

Gloriam pariūt eleemoſynæ in futura vita.

Si ergò & tu gloriam ex diuitijs quæris, cognoſce quia melius eſt mille filiorum, quos per miſericordiam filios acquiſieris, patrem vocari, quàm mille aureorum dominum dici. Facultates nanque relinquentur hîc etiam ſi nolumus, bonorum verò operum conſcientia nobiſcum pariter pergit ad Deum. Et conſidera quanta tibi tum erit gloria, cùm te omnis ille populus, qui ex promptuarijs tuis paſtus eſt & refectus, pro tribunali magni illius & iuſtiſſimi iudicis caterua conſtipante circundabit, paſtorem te ſuum, ac tutorem pium, & miſericordem patrem omni gratiarum voce teſtabitur. Quòd ſi magiſtratus in theatris, mimis & athletis & gladiatoribus, alijſq; huiuſmodi generibus hominum totum penè patrimonium ſuum largitur ac prodigit, vt vnius horæ fauorem vulgi nimirùm acquirat, nihil ſibi vlteriùs profuturum: tu dubitas & cunctaris munificus eſſe in huiuſmodi largitionibus, in quibus iudex reſidet Deus, fauentium & acclamantium vulgus eſt angeli: vbi omnes qui à ſeculo fuerunt ſancti, laudatores & prædicatores tui ſunt: vbi laus & fauor non ſimul cum die ceſſat, ſed cum ſeculis permanet:

Corona iuſtitię dabitur, & cælorum regna mereberis.

vbi corona tibi non auri, ſed iuſtitiæ dabitur: vbi non honores vnius vrbis, ſed cælorū regna mereberis. Et hæc omnia conquiruntur per miſericordias pauperum, per diſpenſationes indigentium, in quibus cibi corruptibilis precio, incorruptibilem regni cęlorum gloriam, ęternamq; mercaris. Et poſt pauca: Sicut ij qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident:

Auarorum cogitationes quæ ſint.

ità etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat. Gratiùs aurum intuetur, quàm ſolem videt. Ipſa eius oratio & ſupplicatio ad Dominum, aurum quærit, & vellet atque optaret vt omnia ei in aurum conuerterentur.

Facultates noſtræ erogando multiplicantur.

Vos autem fratres ſi mihi auſcultatis, reſerate aditus promptuariorum veſtrorum, & largior diuitijs veſtris atque fluentior exitus procuretur, quàm dudùm fuerat quæſitus ingreſſus, tanquàm affluentiſſimus fluuius ad ſegetes rigandas multis deriuationibus trahitur per omnem terram miſericordiæ affluentia.

Similitudo pulchra.

An neſcitis, quia puteorum aqua ſi frequentiùs hauriatur, & ſalubrior efficitur, & abundantior: quòd ſi ocioſa remanſerit & immobilis, inutilior & corruptior fit: ſi moueatur & operetur, communem omnibus & vtilem proferet fructum? Mete ergò vberes pecuniæ tuæ fructus, orationes dico pauperum, interceſſionemq; ſanctorum, qui pro te, officiorum tuorum memores apud iuſtum iudicem Deū dignis operum tuorum allegationibus poſtulent.

Luc. 12.

Caueamus exemplum diuitis iſtius, qui dum præſentes diuitias concludit, & de futuris ſolicitudinem gerit, diuitijs pariter abreptus & vita, protrahitur ad tribunal horrificum,

Auaritia auaros accuſat coram ſummo iudice.

in quo accuſatrix quidem huius aſſiſtit ipſa illa quæ & totius vitæ eius comes extitit auaritia: defenſor verò & interceſſor nuſquàm vllus appáret. Circunſpectat nanque ſanctorum multitudinem diuinis tribunalibus aſſiſtentem, & intentis ac ſolicitis oculis circunluſtrat ſi quem fortè videat charum ſibi ac familiarem in hac vita obſequio ſuo factum, nec vſquàm tamen vllum inuenit.

Luc. 7.

Nullus eſt qui dicat: Domine, dignus eſt cui ignoſcas: dilexit enim gentem noſtram, & eccleſiam ipſe ædificauit.

Actor. 9.

Nullæ viduę quæ procidentes & flentes rogent Petrum, oſtendentes veſtimenta ſua, quæ eis largitus eſt diues. Nullus ergò miſerebitur ei qui non eſt miſertus.

Math. 5.

Scriptum eſt enim: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Luc. 6.

Et iterùm: Date, & dabitur vobis. Et: Qua menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis.

In eos qui difficiles ſe præbent ad largiendum.

Et paulò pòſt: Non te oportebat gratias agere Deo, exultare & lætari quòd non ipſe mendicans alienas circuis fores, ſed alij ante tuas ianuas ſedent à te miſericordiam poſtulantes? Tu verò difficilis es ad præbendum, contriſtaris ac declinas nè quis tibi paulò moleſtior, cogente neceſſitate paupertatis, exiſtat: quaſi non potuiſſet fieri vt eſſes vnus ex ijs qui ante ianuam tuam fame perditi iacent. & tu quidem ſatis dignè: nam voto, mente, ac propoſito pauper es, & totius boni egenus. Cùm enim nō habes charitatem, cùm tibi deſit humanitas, deſit fides, deſit ſpes in Deo, cùm tibi deſit miſericordia, quid te egeſtuoſius, quidve mendicius? Pars tua cum tineis & muribus horreorum tuorum roſoribus erit. Qui vtiquè ſi talia non videres, ſi non corrumpi ea cerneres & conſumi, quis tibi ſuadere poſſet aliquid indè largiri?

In eos qui ſe propria licitè ſeruare dicūt.

Sed ais: Quid iniuſtum eſt, ſi cùm aliena non inuadam, propria diligentiùs ſeruo? O impudens dictum, propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? Quando in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exîſti, quibus quæſo facultatibus, quibuſq; ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? Aduentum tuum in hunc mundum diſce ab Apoſtolo Paulo

1. Tim. 6.

dicente: Nihil enim intulimus in hunc mundum, ſed nec auferre quidem quid poſſumus: habentes autem victum & veſtitum, his contenti ſimus. Terra communiter omnibus hominibus data eſt. proprium nemo dicat, quod è communi plus quàm ſufficeret ſumptum, & violenter obtentum eſt.

Iob 1.

Veruntamen nudus ex ventre matris exîſti, nudus nihilominùs reuerteris in terram. Et ſi quidem terræ elementum putas fortuitò ſubſtitiſſe, impius es qui ignoras conditorem Deum: ſi verò agnoſcis beneficium largitoris, gratus eſto creatori, & require apud temetipſum rationē cur plus tibi quàm cæteris præſtitit. Nunquid iniquus eſt Deus, vt nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia, vt tu quidem eſſes affluens & abundans, alijs

Cur Deus alios ditauit, alios pauperes eſſe voluit.

verò deeſſet,& egerent? An idcircò magis,quia & tibi voluit benignitatis ſuæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare: tu verò ſuſceptis Dei muneribus, etſi in ſinum tuum redactis,nihil te putas agere iniquum,ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta, ſuum non vſum, ſed abundantiam & delicias facit? Neque enim minus eſt criminis,habenti tollere, quàm cùm poſſis & abundes,indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quem tu detines: nudorum indumentum eſt quod tu recludis:miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia quam tu in terram defodis. Tot te ergò ſcias inuadere bona, quot poſſis præſtare quod velis.

Diuitum bona ſunt pauperũ quo ad vſum. Vide S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5.

6. IDEM Ambroſius apud Gratianum diſtinctione octogeſimaſexta: Paſce fame morientem. quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris,ſi non paſcas,fame occidiſti.

Occidit hominem, qui præ fame morientem nõ paſcit cùm poteſt.

7. ET libro tertio Officiorũ, capite ſexto: Non vincat honeſtatem vtilitas, ſed honeſtas vtilitatem. Hanc dico vtilitatem, quæ æſtimatur ſecundùm vulgi opinionẽ. Mortificetur auaritia, moriatur concupiſcentia. Sanctus in negociationem introiſſe ſe negat: quia preciorum captare incrementa,non ſimplicitatis, ſed verſutiæ eſt. Et alius ait:Captans precia frumenti,maledictus in plebe eſt. Et poſt pauca: Cur ad fraudem conuertis naturæ induſtriam & indulgentiam? Cur inuides vſibus hominum publicos partus? Cur populis minuis abundantiam? Cur affectas inopiam? Cur optari facis à pauperibus ſterilitatem? Cùm enim non ſentiant beneficia fœcunditatis, te auctionante precium, te condente frumentum, optant potiùs nihil naſci,quàm te de fame publica negociari. Ambis frumentorum indigentiam,alimentorum penuriam, vberis ſoli partus ingemiſcis; fles publicam fertilitatem, horrea frugum plena deploras; exploras quando ſterilior prouentus ſit,quando exilior partus: votis tuis gaudes arriſiſſe maledictum, vt nihil vſquàm naſceretur: tunc meſſem tuam veniſſe lætaris, tunc tibi de omnium miſeria congeris opes, & hanc tu induſtriam vocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis verſutia, quæ aſtutia fraudis eſt? & hoc tu remedium vocas, quod eſt commentum nequitiæ? Latrocinium hoc, an fœnus appellem? Captantur tanquàm latrocinij tempora, quibus in viſcera hominum durus inſidiator obrepas. Augetur precium tanquàm ſorte cumulatum fœnoris,quo periculum capitis aceruatur. Tibi conditæ frugis multiplicatur vſura, tu frumentum quaſi fœnerator occultas, quaſi venditor auctionaris. Quid imprecaris malè omnibus, quia maior futura ſit fames, quaſi nihil frugum ſuperſit, quaſi infœcundior annus ſequatur? Lucrum tuum,damnum publicum eſt. Ioſeph ſanctus omnibus aperuit horrea,non clauſit: nec precia captauit annonæ, ſed perenne ſubſidium collocauit: nihil ſibi acquiſiuit, ſed quemadmodùm fames etiam in poſterum vinceretur, prouida ordinatione diſpoſuit. Legiſti quemadmodùm hũc frumentarij precij captatorem exponat in Euangelio Dominus Ieſus, cuius poſſeſſio diuites fructus attulit,& ille quaſi egens dicebat: Quid faciam?non habeo quo congregem. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: cùm ſcire non poſſet, vtrùm ſequenti nocte anima ſua ab eo repeteretur. Neſciebat quid faceret: quaſi ei alimenta deeſſent, hærebat ambiguo.Non capiebant horrea annonam, & ille ſe egere credebat. Rectè igitur Salomon: Qui continet,inquit,frumentum,relinquet illud nationibus, non hæredibus: quoniam auaritiæ emolumentum ad ſucceſſorum iura non peruenit. Quod non legitimè acquiritur, quaſi ventis quibuſdam ità extraneis diripientibus diſſipatur.

Famis tẽpore ſubueniendũ communitati.

Prouer. 11.

In eos qui frumentã recondunt.

Latrocinijs comparatur ea mercatorũ induſtria.

Exemplum Ioſeph.

De diuite Euangelico. Luc. 12.

Prouer. 11.

Et addidit: Captans annonam,maledictus in plebe eſt: benedictio autem in capite eius qui participat. Vides ergò quòd largitorem frumenti eſſe deceat,non precij captatorem. Non eſt igitur iſta vtilitas, in qua plus honeſtati detrahitur, quàm vtilitati adiungitur.

8. CAPITE ſeptimo eiuſdem libri: Sed & illi qui peregrinos vrbe prohibent, nequaquàm probandi: expellere eo tempore quo deberent iuuare,ſeparare à commercijs communis parentis,fuſos omnibus partus negare, inita iam cõſortia viuendi auerruncare: cum quibus fuerint communia iura, cum his nolle in tempore neceſſitatis ſubſidia partiri. Feræ non expellunt feras, & homo excludit hominem? Feræ ac beſtiæ communem putant omnibus victum,quem terra miniſtrat. Illæ etiam conformem ſui generis adiuuãt: homo impugnat,qui nihil à ſe alienum debet credere, quicquid humani eſt. Quanto ille rectiùs, qui cùm iam prouecta proceſſiſſet ętate,& famem toleraret ciuitas, atque (vt in talibus ſolet) peterent vulgò,vt peregrini vrbe prohiberentur, præfecturæ vrbanę curam cęteris maiorem ſuſtinens, conuocauit honoratos,& locupletiores viros popoſcit, vt in medium conſulerent, dicens: Quàm immane eſſet peregrinos eijci, quàm hominem exueret,qui cibum morienti negaret? Canes ante menſam impaſtos eſſe non patimur, & homines extrudimus? Quàm inutile quoquè tot populos mundo perire, quos dira conficeret tabes: quantos vrbi ſuæ perire, qui ſolerent adiumento eſſe, vel in conferendis ſubſidijs, vel in celebrandis commercijs: neminem fame aliena iuuari: protrahere vtplurimùm diem poſſe, non inopiam repellere: immò tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occaſura in perpetuum ſubſidia frumentaria.Hos igitur excludimus,qui victum nobis inferre conſuerunt? Hos nolumus in tempore neceſſitatis paſcere,qui nos omni ætate pauerunt? Quanta ſunt quæ ab ipſis nobis hoc ipſo tempore miniſtrantur? Non in ſolo pane viuit homo. Noſtra illic familia, plerique etiam noſtri parentes ſunt.Reddamus quod accepimus. Sed veremur, nè cumulemus inopiam. Primùm omnium miſericordia nunquàm deſtituitur,ſed adiuuatur. Deindè ſubſidia annonæ, quæ his impartienda ſunt, collatione redimamus, reparemus auro.Nunquid his deficientibus,non alij nobis redimendi cultores videntur? Quanto vilius eſt paſcere quàm emere cultores? Vbi etiam repares? Vbi inuenias quem reformes? Adde: ſi inuenias quem ignarum,& alieni vſûs: numero poſſis ſubſtituere,non cultui.Quid plura? Collato auro, coacta frumenta ſunt. Ità nec abundantiam vrbis minuit, & peregrinis alimoniam ſubminiſtrauit. Quantæ hoc commendationis apud Deum fuit ſanctiſſimo ſeni? Quantæ apud homines gloriæ? Hic magnus verè probatus, qui verè potuit Imperatori dicere, demonſtrans prouinciæ totius populos: Hos tibi omnes reſeruaui,hi viuunt beneficio tui ſenatûs, hos tua curia iam morti abſtulit.

Peregrinos tempore famis vrbe non arcendos.

Senis cuiuſdã oratio, qua perſuaſit non eſſe eos pellendos.

Deut. 8. Matth. 4.

9. GREGORIVS Magnus in tertia parte curæ paſtoralis, admonitione vigeſimaſecunda: Admonendi ſunt qui nec aliena appetunt, nec ſua largiuntur: vt ſciant ſolicitè, quòd ea de qua ſumpti ſunt, cunctis hominibus terra communis eſt: & idcircò alimenta quoquè omnibus communiter profert. Incaſsùm ergò ſe innocentes putant, qui cõmune Dei munus ſibi priuatum vendicant: qui cùm accepta non tribuunt, in proximorum nece graſſantur: quia tot penè quotidiè perimunt, quot morientium pauperum apud ſe ſubſidia abſcondunt. Nam cùm quælibet neceſſaria indigentibus miniſtramus,ſua illis reddimus, non noſtra largimur: iuſtitię debitum potiùs ſoluimus,quàm miſericordię opus implemus. Vndè

Ad eos qui ſua nõ largiuntur.

Perimũt pauperes morientes.

Opus miſericordiæ, eſt iuſtitiæ etiam opus.

&

Digitized by Google

& ipſa veritas, cùm de miſericordia cautè exhi-
Matth.6.
benda loqueretur, ait: Attendite, nè iuſtitiam ve-
ſtram faciatis coram hominibus. Cui quoquè ſen-
Pſal.111.
tentiæ etiam Pſalmiſta concinens dicit: Diſper-
ſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in æter-
num. Cùm enim largitatem impenſam pauperi-
bus præmiſiſſet, non hanc vocare miſericordiam,
ſed iuſtitiam maluit: quia quod à communi Do-
mino tribuitur, iuſtum profectò eſt vt qui accipi-
unt, eo communiter vtantur. Hinc etiam Salo-
Prouer.21.
mon ait: Qui iuſtus eſt, tribuit: & non ceſſabit.
Admonendi ſunt quoquè vt ſolicitè attendant,
Luc.13.
quòd ficulnea quæ fructum non habuit, contra
Per ficulneã infructuoſam tenaces homines deſignantur.
hanc diſtrictus agricola queritur quòd etiam ter-
ram occupauit. Terram quippe ficulnea ſine fru-
ctu occupat, quando mens tenacium hoc quod
prodeſſe multis poterat, inutiliter ſeruat. Terram
ficulnea ſine fructu occupat, quando locum quem
exercere alius per ſolem boni operis valuit, ſtul-
tus per deſidiæ vmbram premit. Hi autem dicere
Non eſt ſatis ab alienis abſtinere, ſed etiã ſua erogãda alijs.
nonnunquàm ſolent: Conceſſis vtimur, aliena
non quærimus: & ſi digna miſericordiæ retribu-
tione non agimus, nulla tamen peruerſa perpetra-
mus. Quod idcircò ſentiunt: quia videlicet au-
rem cordis à verbis cæleſtibus claudunt. Neque
Lucæ 16.
enim diues in Euangelio, qui induebatur purpu-
ra & byſſo, qui epulabatur quotidiè ſplendidè,
aliena rapuiſſe, ſed infructuosè proprijs vſus fu-
iſſe perhibetur: eúmque poſt hanc vitam vltrix
gehenna ſuſcepit, non quia aliquid illicitum geſ-
ſit, ſed quia immoderato vſu totũ ſe licitis tradi-
Ad tenaces.
dit. Admonendi ſunt tenaces, vt nouerint quòd
hanc primam iniuriam faciunt Deo: quia danti
ſibi omnia, nullam miſericordiæ hoſtiam red-
Pſal.48.
dunt. Hinc etenim Pſalmiſta ait: Non dabit Deo
placationem ſuam, nec preciũ redemptionis ani-
mæ ſuæ. Precium nanque redemptionis dare, eſt
opus bonũ præuenienti nos gratiæ reddere. Hinc
Luc.3.
Ioannes exclamat, dicens: Iam enim ſecuris ad ra-
dicem arboris poſita eſt. Omnis arbor quæ non
facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mit-
tetur. Qui ergò ſe innoxios, quia aliena non rapi-
unt, æſtimant: ictum ſecuris vicinæ præuideant,
& torporem improuidæ ſecuritatis amittant: nè
cùm ferre fructum boni operis negligunt, à præ-
ſenti vita funditùs quaſi ex viriditate radicis ex-
ſecentur.

10. GREGORIVS Turonenſis in libro de
gloria Confeſſorum, capite centeſimo octauo: Sic
& quodã loco in portu maris geſtum fuiſſe mul-
torum confirmat relatio. Quidam pauper & ſe-
nex marſupijs oneratus, venit ad litus maris: &
accedens ad portũ, petere eleemoſynam à naucle-
ris cœpit. Atque illi, qui primus carinæ erat, im-
portunior adſiſtebat, dicens: Da mihi aliquid.
Tunc ille commotus ait: Abſiſte queſo decrepite,
& noli à nobis quærere quicquã: nihil enim hîc
Eſculenta omnia vertuntur imprecatione pauperis in lapides
aliud præter lapides habemus. At ille ait: Si lapi-
des dicis eſſe quæ in tuis ditionibus nauis hæc
continet, omnia vertantur in lapides. & ſtatim
cunctum nauis onus quod mandi potuit, in ſa-
xum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos
vidi, & oliuas adſpexi marmore duriores. Nam
cùm in lapidis duritiam conuerſa fuiſſent, nun-
quàm tamen colorem quem habuerunt, perdide-
runt, niſi eadem forma eademq́ ſpecies erat. Do-
minus autem nauis pœnitẽtia motus, inquiſitum
ſenem nunquàm potuit reperire: & ſicut ferunt,
per multas ciuitates de ijs quæ in ſaxum mutata
fuerant, ad videndum direxit, vt ſcilicet exem-
plum eſſet omnibus, nè ſimilia perpetrarent. Eccè
quid agis impudens auaritia: feciſti hominẽ pau-
perem, qui non porrigendo pauperi, putauit ſe
poſſe fieri ditiorem.

1. B. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc di-
cet rex his qui à dextris eius erunt: Venite bene-
dicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum
à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis
mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere:
Hoſpes eram, & collegiſtis me, &c. Tunc reſpon-
debunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidi-
mus eſurientem, & pauimus: ſitiẽtem, & dedimus
tibi potum? &c. Et ibunt hi in ſupplicium æter-
num, iuſti autem in vitam æternam.

2. LVCAE decimoquarto: Dicebat autem ei
qui ſe inuitauerat: Cùm facis prandium aut cœ-
nam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos,
neque cognatos, neque vicinos diuites: nè fortè te
& ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. ſed cùm fa-
cis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, &
cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere:
retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

1. C. GREGORIVS Magnus parte tertia cu-
ræ paſtoralis, admonitione vigeſimaprima: Ad-
monendi ſunt qui iam ſua miſericorditer tribu-
unt, vt à cæleſti Domino diſpenſatores ſe poſitos
ſubſidiorum temporalium agnoſcant, & tanto
humiliter præbeant, quanto & aliena eſſe intelli-
gunt quæ diſpenſant. Cumq́ in illorum miniſte-
rio quibus accepta largiuntur, conſtitutos ſe eſſe
conſiderant, nequaquàm eorũ mentes tumor ſub-
leuet, ſed timor premat. Vndè & neceſsè eſt, vt ſo-
Quid in eleemoſynarũ largitione obſeruãdum, quid cauendum.
licitè perpendant, nè commiſſa indignè diſtribu-
ant, nè quædã quibus nulla, nè nulla quibus quæ-
dam, nè multa quibus pauca, nè pauca præbeant
quibus impendere multa debuerunt: nè præcipi-
tatione hoc quod tribuunt, inutiliter ſpargant: nè
tarditate petentes nociuè crucient, nè recipiendæ
hîc gratiæ intentio ſubrepat, nè dationis lumen
laudis trãſitoriæ appetitio extinguat, nè oblatum
munus coniuncta triſtitia abſorbeat, nè in benè
oblato munere animus pluſquàm decet hilare-
ſcat, nè ſibi quicquam, cùm totum rectè impleue-
rint, tribuant, & ſimul omnia poſtquàm perege-
rint, perdant. Nè enim ſibi virtutem ſuæ liberali-
Scripturis ſingula probat.
tatis deputent, audiant quod ſcriptum eſt: Si quis
adminiſtrat, tanquàm ex virtute quam admini-
1.Pet.4.
ſtrat Deus. Nè in benefactis immoderatiùs gaude-
ant, audiant quod ſcriptum eſt: Cùm feceritis hęc
Lucæ 17.
omnia, quæ præcepta ſunt vobis: dicite, ſerui inu-
tiles ſumus: quę debuimus facere, fecimus. Nè lar-
gitatem triſtitia corrumpat, audiant quod ſcri-
ptum eſt: Hilarem enim datorem diligit Deus. Nè
2.Cor.9.
ex impenſo munere tranſitoriam laudem quæ-
rant, audiant quod ſcriptum eſt: Neſciat ſiniſtra
Matth.6.
tua quid faciat dextera tua, id eſt, pię diſpenſatio-
ni nequaquàm ſe gloria vitæ præſentis admiſceat,
ſed opus rectitudinis, appetitionem ignoret fauo-
ris. Nè impenſæ gratiæ viciſſitudinem requirant;
audiant quod ſcriptum eſt: Cùm facis prandium
Lucæ 14.
aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq́ fratres
tuos, neque cognatos, neq́ vicinos diuites, nè for-
tè te ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Nè quæ
præbenda ſunt citiùs, ſerò præbeantur, audiant
quod ſcriptũ eſt: Nè dixeris amico tuo, Vade & re-
Prouer.3.
uertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare.
Nè ſub obtentu largitatis ea quæ poſſident, inuti-
liter ſpargant, audiant quod ſcriptum eſt: Sudet
eleemoſyna in manu tua. Nè cùm multa neceſsè
ſunt, parua largiantur, audiãt quod ſcriptum eſt:
Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Nè cùm pauca
2.Cor.9.
oportet, plurima præbeant, & ipſi poſtmodùm
nimiè inopiam tolerantes ad impatiẽtiam erum-
pant, audiãt quod ſcriptum eſt: Non vt alijs ſit re-
2.Cor.8.
miſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate
veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt
& illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupple-
mentum. Cùm enim dantis mens ferre inopiam
neſcit, ſi multa ſibi ſubtrahit, occaſionem contra
ſe impatientiæ exquirit. Priùs nanque præparan-
dus eſt patientiæ animus, & tunc aut multa ſunt,
aut cuncta largienda, nè, dum minùs æquanimi-
ter inopia irruens fertur, & præmiſſæ largitatis
merces pereat, & adhuc mẽtem deteriùs murmu-

Digitized by Google

ratio ſubſequens perdat. Nè omninò nihil eis præbeant, quibus conferre aliquid paruum debent, audiant quod ſcriptum eſt: Omni petenti te tribue.

Lucæ 6.

Nè ſaltem aliquid præbeant, quibus omninò conferre nihil debent, audiát quod ſcriptum eſt: Da bono, & noli recipere peccatorem.

Eccli 12.

Benefac humili, & non dederis impio. Et rurſùm: Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti cõſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

Tob. 4.

Panem enim ſuum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis ſubſidia, pro eo quòd iniqui ſunt, impendit. Vndè & nonnulli huius mundi diuites, cùm fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. Qui verò indigenti etiam peccatori panem ſuum, non quia peccator, ſed quia homo eſt, tribuit, nimirùm non peccatorem, ſed iuſtum pauperem nutrit, quia in illo non culpam, ſed naturam diligit. Admonendi ſunt etiam, qui iam ſua miſericorditer largiuntur, vt ſolicitè cuſtodire ſtudeant, nè, cùm commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhuc redimenda committant.

Non ideò tribuendæ eleemoſynæ, vt liberiùs peccetur.

Nè venalem Dei iuſtitiam æſtiment, ſi cùm curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur ſe poſſe inultè peccare. Melior quippe eſt anima quàm eſca, melius corpus quàm veſtimentum.

Matth. 6. Lucæ 12.

Qui ergò eſcam aut veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt iuſtitiæ, obtulit: & quod maius eſt culpæ, commiſit, ſua enim Deo dedit, & ſe diabolo.

2. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite trigeſimo: Sed iam de beneficentia loquamur, quæ diuiditur etiam ipſa in beneuolentiam & liberalitatem. Ex his igitur duobus conſtat beneficentia, vt ſit perfecta.

Non ſatis eſt benè velle, ſed etiam benefacere ex bona voluntate.

Non enim ſatis eſt benè velle, ſed etiã benefacere. Nec ſatis eſt iterùm benefacere, niſi id ex bono fonte, hoc eſt, ex bona voluntate proficiſcatur. Hilarem enim datorem diligit Deus. Nam ſi inuitus facias, quæ tibi merces eſt?

1. & 2. Cor. 9.

Vndè Apoſtolus generaliter inquit: Si volens hoc ago, mercedem habeo: ſi inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. In Euangelio quoquè multas diſciplinas accepimus iuſtæ liberalitatis. Pulchrum eſt igitur benè velle, & eo largiri conſilio, vt proſis, non vt noceas.

Dare oportet vt proſis, non vt obſis.

Nam ſi luxurioſo ad luxuriæ effuſionem, adultero ad mercedem adulterij largiendum putes, non eſt beneficentia iſta, vbi nulla eſt beneuolẽtia. Officere enim iſtud eſt, non prodeſſe alteri: ſi largiaris ei qui conſpiret aduerſùs patriam, qui congregare cupiat tuo ſumptu perditos, qui impugnent Eccleſiam. Non eſt hæc probabilis liberalitas, ſi adiuues eum qui aduerſùs viduam & pupillos graui decernit iurgio, aut vi aliqua poſſeſſiones eorũ eripere conatur.

Ex alieno nõ largiendum.

Non probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: ſi iniuſtè quærat, & iuſtè diſpenſandum putet: niſi fortè, vt ille Zachæus, reddas quadruplum priùs ei quem fraudaueris: & gentilitatis vitia, fidei ſtudio & credentis operatione compenſes.

Lucæ 19.

Sine fraude largiendum.

Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. Hoc primùm quæritur, vt cum fide conferas, fraudem non facias oblatis, nè dicas te plus conferre, & minus conferas. Quid enim opus eſt dicere? Fraus promiſſi eſt: in tua poteſtate eſt largiri, quod velis. Fraus fundamentum ſoluit, & opus corruit.

Actor. 5.

Nunquid Petrus itá indignatione efferbuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorẽ eius? Sed exemplo eorum noluit perire cæteros.

Nõ iactantiæ cauſa.

Nec illa perfecta eſt liberalitas, ſi iactantiæ cauſa magìs quàm miſericordiæ, largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Quomodò à te proficiſcitur, ſic æſtimatur. Vides quàm moralem iudicem habeas? Te conſulit, quomodò opus tuum ſuſcipiat, mentem tuam priùs interrogat.

Matth 6.

Neſciat, inquit, ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Nõ de corpore loquitur, ſed etiã vnanimus tuus, frater tuus, quod facis, neſciat: nè dũ hìc quæris mercedem iactãtiæ, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autem eſt liberalitas, vbi ſilentio quis tegit opus ſuum, & neceſſitatibus ſingulorum occultè ſubuenit: quem laudat os pauperis, & non labia ſua.

Ordinata ſit liberalitas.

Deindè perfecta liberalitas, fide, cauſa, loco, tempore commendatur, vt primùm opereris circa domeſticos fidei.

Domeſtici fidei præferantur.

Grandis culpa, ſi ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcat: ſi in cauſam ceciderit, aut captiuitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis & ſupplicijs propter debitum aliquod iuſtus excrucietur: (nam & ſi omnibus debetur miſericordia, tamen iuſto ampliùs:) ſi tempore afflictionis ſuæ nihil à te impetret, ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri.

Iuſtis magis benè faciendum quàm alijs.

De quo pulchrè Iob dixit: Benedictio perituri in me veniebat.

Iob 29.

Perſonarum quidem Deus acceptor non eſt, quia nouit omnia. Nos autem omnibus quidem debemus miſericordiam. Sed quia plerique fraude eam quærunt, & fingunt ærumnam, ideò vbi cauſa manifeſtatur, perſona cognoſcitur, tempus vrget, largiùs ſe debet profundere miſericordia.

Munus ex affectu, non ex quantitate ſpectatur.

Non enim auarus Dominus eſt, vt plurimum quærat. Beatus quidem qui dimittit omnia, & ſequitur eum.

Matth. 19.

Sed & ille beatus eſt, qui quod habet, ex affectu facit. Deniquè duo æra viduæ illius, diuitum muneribus prætulit: quia totum illa quod habuit contulit, illi autem ex abundanti partem exiguam cõtulerunt.

Lucæ 21. Marc. 12.

Affectus igitur diuitem collationem aut pauperem facit, & precium rebus imponit.

An liceat omnia ſimul erogare.

Cæterùm Deus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari: niſi fortè vt Heliſæus qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe propheticam daret.

3. Reg. 19.

Cognatorum etiam habenda eſt ratio, ſi egeant.

Eſt etiam illa probanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enim vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus. Cauſa enim præſtat, nõ gratia.

Non propterea ſe Deo dicãt religioſi, vt ſuos amicos diuites faciãt, ſed facultatum in pauperes diſtributiõe peccata redimãt, & vitã æternã acquirãt.

Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias, ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miſerationis peccata redimas tua. Putant ſe parùm poſcere? precium tuum quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt, & ſe iuſtè facere putant. Et accuſat quòd eum diuitem nõ feceris, cùm te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede?

Cõſiderãda ætas, debilitas, & verecũdia in pauperibus.

Et poſt quędam: Conſiderãda etiam in largiendo ætas atq; debilitas, nonnunquàm etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iam non queũt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptiùs. Tum ſi quis ex diuite cecidit in egeſtatem, & maximè ſi non vitio ſuo, ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione, aut calumnijs, quę habebat, amiſit. Sed fortè dicat aliquis: Cæcus vno loco ſedet & præteritur, & iuuenis validus frequẽter accipit. Verum eſt, quia obrepit propter importunitatem. Non eſt illud iudicij, ſed tędij. Nam & Dominus ait in Euangelio, de eo qui iam clauſerat oſtium ſuum, ſi quis oſtium eius procaciùs pulſet, quia ſurgit & dat illi propter importunitatem.

Lucæ 11.

3. ET libro ſecundo Officiorum, capite vigeſimoprimo: Adiuuat hoc quoq; ad profectum bonæ exiſtimationis, ſi de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum ſine perturbatione fieri poteſt: nè videamur iactantiæ magìs cauſa facere, quàm miſericordiæ, & grauiora inferre vulnera, dũ leuioribus mederi deſideramus. Iam ſi oppreſſum opibus potentis, & factione magìs quàm ſceleris ſui precio grauatum libe-

Ex operibus miſericordiæ vera laus cõparatur.

Digitized by Google

liberaueris, egregiæ cõualeſcit opinionis teſtimonium. Commendat pleroſque etiam hoſpitalitas. Eſt enim publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus hoſpitio non egeat; ſuſcipiatur officioſè, pateat aduenieti ianua. In officijs autem hoſpitalibus omnibus quidem humanitas impartienda eſt, iuſtis autem vberior deferenda honorificẽtia. Quicunque enim iuſtum receperit in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, vt Dominus pronunciauit. Tanta autem eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis ſit. Vides quia Abraham Deum recepit hoſpitio, dum hoſpites quærit? Vides quia Loth angelos ſuſcepit? Quî ſcis an & tu cùm ſuſcipis hoſpitem, ſuſcipias Chriſtum? Licèt in hoſpite ſit Chriſtus, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait: In carcere eram, & veniſtis ad me: nudus eram, & operuiſtis me. Suaue eſt igitur non pecuniæ, ſed gratiæ ſtudere. Et poſt pauca: Pulchra liberalitas, erga ipſos quoquè pauperes menſuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac ſincero promitur, hoc eſt decorum. Non ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias. Et maximè Sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat, impenſas miſericordiæ conuenientes frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non ſuperflua, ſed competẽtia: non redundantia, ſed congrua humanitati: nè ſumptu pauperum alienam ſibi quærat gratiam, nè reſtrictiorem erga clericos aut indulgentiorem ſe præbeat. Alterum enim inhumanum, alterum prodigum: ſi aut ſumptus deſit neceſſitati eorum, quos à ſordidis negociationis aucupijs retrahere debeas, aut voluptati ſuperfluat.

Ex hoſpitalitate.

Matth. 10.

Ibidèm.

Geneſ. 18.

Geneſ. 19.

Matth. 25.

4. CAPITE vigeſimoquinto: Quid autẽ tibi prodeſt fauere diuiti? An quia citiùs amantem remuneret? His enim fauemus frequentiùs, à quibus referendæ vicem ſperamus gratiæ. Sed eo magìs infirmo & inopi nos ſtudere conuenit, quia pro eo qui non habet, remunerationem ſperamus à Domino Ieſu: qui ſub ſpecie conuiuij generalem virtutis edidit formam, vt his potiùs noſtra conferamus beneficia, qui nobis ea non poſſunt repræſentare, dicens, ad conuiuium atque epulas non eos qui diuites ſunt, ſed pauperes inuitandos. Diuites enim rogari videntur, vt ipſi quoquè nobis reddant conuiuium: pauperes (quia non habent quod reſtituant) cùm acceperint, remuneratorem nobis faciũt Dominum, qui ſe pro paupere obligandum obtulit. Ad ipſum quoquè ſeculi vſum, collatio beneficij facta in pauperes, magìs quàm in locupletes, plùs iuuat: quia diues dedignatur beneficium, & pudet eum debitorem eſſe gratiæ. Quinetiam id quod collatum eſt ſibi, meritis ſuis arrogat, quòd vel vt debitum acceperit, vel ideò datum ſit, eô quòd is qui dedit, reddendum ſibi à diuite vberiùs exiſtimauerit. Ità in accipiendo beneficio, eo ipſo quòd acceperint diuites, dediſſe ſe magìs quàm accepiſſe exiſtimant. Pauper verò & ſi non habeat vndè reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certũ eſt, quòd plus reddat quàm acceperit. Pecunia enim nummo ſoluitur, gratia nunquàm exinanitur. Reddẽdo vacuatur pecunia, gratia aũt & habendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur. Deindè quod diues refugit, pauper fatetur, quòd ſit obligatus debito, ſibiq; ſubuentum, non honori ſuo delatum putat: donatos ſibi arbitratur filios, vitã redditam, ſeruatam familiam. Quanto igitur melius, apud bonos, quàm apud ingratos locare beneficium? Vndè Dominus ad diſcipulos ait: Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam: qua velut falce pullulantem in pectoribus humanis ſuccidit auaritiã. Petrus quoquè claudo (qui ex vtero matris ſuæ portabatur) ait: Argentũ & aurũ non habeo, ſed quod habeo, do tibi. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge & ambula. Itaque pecuniam non dedit, ſanitatem dedit. Quanto melius eſt ſalutem habere ſine pecunia, quàm pecuniam ſine ſalute? Surrexit claudus, quod non ſperabat: pecuniã non accepit, quam ſperabat. Sed hæc vix in ſanctis Domini reperiuntur, vt diuitiæ contemptui ſint.

Beneficia magis in pauperes, quàm diuites conferenda.

Lucæ 14.

Matth. 10.

Actor. 3.

5. CHRYSOSTOMVS in homilia de miſericordia & duabus viduis, vt ſuprà quæſtione decimatertia B. teſtimonio quinto. Ibidèm: Nullus miſer eſt, niſì qui miſereri noluerit: quia nec quiſquam miſereri deſiderans, poterit non habere quod tribuat: nullus petentem pauperem poterit inanem relinquere, niſì qui ei noluerit commodare. Non enim miſericordiæ definita ſunt precia, aut niſì quis multum dederit, acceptabile eſſe quod datur, non poterit: aut inopes tantũ à quoquam expoſcunt, quantum qui poſcuntur dare non poſſunt: aut ex modico multum, aut de exiguo plurimum dare quiſpiã cogitur, cùm libenter ex modico modicum attributum diuina pietas gratuletur. Dominus diuitum & viduæ operationes expendens, non quantum quiſque obtulerit, ſed quantum quis fecerit, ſingulorum animos & facultates oſtendit, & viduam in opere perfecto laudauit. Certabat enim animo cum diuitibus vidua, cum locupletibus pauper, mediocris cum opulentiſſimis, fide ac deuotione certabat: ſed vincit animo, deuotione ſuperat, deniquè inuenitur potior, melior conſpicitur, maior omnibus à iudice pronunciatur. Amen, inquit, dico vobis, vidua iſta plus omnibus fecit. Prouocaris Chriſtiane, prouocaris, & à vidua in certamen deduceris.

Miſer ille ſolus eſt, qui miſereri non vult.

Nõ ſunt definita precia miſericordiæ.

6. IDEM homilia trigeſima in priorem epiſtolam ad Corinthos: Mendicis quid eſſe vilius poteſt? ſed illi tamen ipſi, vſum Eccleſiæ, templorum foribus admoti, pulcherrimum quendam, & ornamentum maximum præſtant, vt his ſine, plenitudo Eccleſiæ perfecta eſſe non poſſit. Quod & Apoſtoli principiò ſtatìm intelligentes, vt cætera quidem omnia, ità iſthuc quoquè viduæ vt eſſent, præclarè conſtituerunt, tantam in ea re diligentiam collocantes, vt illis miniſtros ſeptem præficerent. Neque verò medicus quiſquam ferro manúve admotis ſic accuratè putrida vulnera ſecat, vt pauper egena manu porrecta ſtipem flagitando vulnerum cicatrices tollit. Et quod mirum, citra dolorem, citra ſuſpirium, pulcherrimam conferunt medicinam. Neque minùs ille, per ſilentium, ſolóque conſpectu, pro templi foribus mendicus ſedens, ſuadendo poteſt, quàm qui populum moderamur, & pro cõcione quotidiè declamamus. Quid enim aliud nos vobis inculcamus quotidiè docendo, niſì vt nè altum ſapias ô homo? Res eſt ſubitò inclinans, & omnigenis caſibus quàm maximè obnoxia hominum natura: ad ſenectam iuuentus feſtinat, dilabitur gratia in deformitatem, ad imbecillitatem robur decreſcit, ſanitas in languorem deficit: in contemptum gloria, diuitiæ in penuriam, honor in deſpectum abit: præcipiti flumini nec vſquàm conſiſtenti, ſed ad prona continuò & per omnia ruenti, noſtra ſimilia ſunt. Hæc & his plura mendicus ille, non verbis & oratione ad hoc cõcinnata, ſed re ipſa, & vero vultu (quod genus hortationis potentiſſimum eſt) aſſiduè conteſtatur.

Mendici Eccleſiæ ornamentum.

Actor. 6.

Mendici ante fores eccleſię ſedẽtes, quid cõcionentur.

7. AD Romanos duodecimo, 8. TOBIAE quarto, 9. POSTERIORIS ad Corinthios nono, 10. ECCLESIASTICI trigeſimoquinto, 11. PSALMO centeſimo vndecimo, vt in textu.

12. LVCAE decimo: Samaritanus auten quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & im-

ponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi.

13. GREGORIVS Nazianzenus oratione decimanona in funere patris: Quis pauperibus, hoc eſt naturæ, pari honore præditæ, contemptiſſimæ parti, vel animo condolentior, vel manu largior & prolixior? Nam reuerà tanquàm alienorum bonorum procurator, de bonis ſuis cogitabat, pauperum inopiam, quàm maximè poterat, ſubleuans, nec ſuperflua duntaxàt, ſed neceſſaria quoquè in eam rem inſumens, (id quod charitatis erga pauperes apertiſſimum argumentum eſt) partem̨ dans, non ſeptem duntaxàt, velut Salomonis lex præſcribit, verùm ſi octauus etiam accederet, ne hic tamen reſtricti ac ſordidi animi vitio laborans, verùm libentiùs ſua profundens, quàm alij acquirant; vinculum & electionem tollens, (hoc eſt, vt quidem interpretor, tenacitatē, & explorationem eius, qui accepturus eſt, ſit ne videlicet dignus, nec ne) ac murmuris verbum cum largitione. Quod quidem pleriſque accidit, qui tribuunt quidem, verùm hoc non adijciunt, vt promptè ac libenter tribuant: quod quidem maius & perfectius eſt, quàm præbere. Multò enim ſatius eſt ob eos, qui digni ſunt, indignis quoquè largiri, quàm dum metuimus nè de indignis benè mereamur, dignos etiam beneficio fraudare. Atq; huc pertinere videtur, quod Scriptura inquit, panem in aquam quoquè mittēdum eſſe: non enim fore vt diſtrahatur, aut pereat apud iuſtum harū rerum æſtimatorem, ſed eò peruēturum eſſe, vbi omnia noſtra collocabuntur, atque in tempore occurrent, vtcunquè aliter exiſtimemus.

Liberalitas patris Gregorij Nazianzeni.

Eccles 11.

Exploratio pauperum reprehenditur.

Eccles 11.

14. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaprima in epiſtolam ad Romanos, & in ſermone, Nè ſcrutemur pauperes curioſè: Quàm multi diuites erant temporibus prophetæ Eliſæi, & tamen ſola Sunamitis hoſpitalitatis fructum vindemiauit. Quemadmodùm & Abraham ſuo tempore largiter ac promptè fecit. Et profectò potiſſimum eſt quod quis admiretur, quòd iſta fecerit cùm ignoraret, qui eſſent, qui aduenerant peregrini. Itaque neque tu pauperes curioſè inquiras. Propter Chriſtum enim illos ſuſcipis. Quòd ſi perpetuò curioſè ſcrutaturus es pauperes, fiet, vt ſæpenumerò probatum coram Deo virum prætergrediare, mercedémque quam eras habiturus eras, perdas. Atqui etiam is qui reprobum recipit, ſine culpa erit, immò & mercedem habebit. Prophetam enim in nomine prophetæ recipiens, mercedem prophetæ accipiet. Qui verò intempeſtiua ſua curioſitate præcipuum quenquam neglexerit, pœnas etiam dabit. Nè ſcruteris igitur curioſè pauperum vitam atque negocia: nam extremæ illud inſolentiæ eſt, pro vno pane totam hominis miſeri vitam curioſè inquirere. Nam etiam ſi homicida, ſi latro, aut aliud huiuſmodi fuerit: an non videtur tibi vel pane, vel modico argento dignus? Et tamen Dominus tuus ſolem ſuum illi producit: tu verò quotidiano cibo indignum iudicas? Dominus tuus diligit, labijsq; oſculando excipit eum, qui ſtatim ſanguinem illum ſuum precioſum fuſurus eras: tu verò pauperem neque pane dignaris, neque legem quam Chriſtus dedit reuereris? Per hæc enim, quæ recenſui, ſatis oſtendit, quòd non ſolùm pauperes, ſed & eos qui nos ad mortem vſque impellunt, auerſari non oporteat. Nè dicas igitur mihi, quòd vel hoc vel illud operatus ſit mali: ſed perpende quid Chriſtus fecerit, qui ad crucem vſque proditorem ſuum oſculo, quo tradendus erat, emendare ſtudebat. Et in fine: Non ſuccurris paupertati? Quid & conteris? Non erigis iacētem? vt quid & deijcis? Non tollis pauperis triſtitiam? Quid & auges? Non das pecuniam? Cur verbis etiam conuiciaris? Non audiſti quantam daturi ſint pœnam, qui pauperes non paſcūt? Quibus ſupplicijs condemnandi ſint? Ite, inquit, in ignem præparatum diabolo, & angelis illius. Si ergò non paſcentes ità condemnabuntur, quam putas pœnam dabunt, qui non ſolùm non paſcunt, ſed & conuiciantur? Quantum patientur ſupplicium? quantam gehennam? Nè itaque tanta mala erga noſipſos incendamus: donèc facultas eſt, malum hunc morbum corrigamus, linguæq; frenum imponamus, non ſolùm non conuiciantes, ſed & conſolantes tam verbis quàm factis, quatenùs multa nobis recondita in futurum miſericordia, promiſſa bona appræhendamus.

4. Reg. 4.

Pauperes nō curioſè inquirendi.

Matth. 10.

Matth. 5.

Lucæ 22. Matth. 26.

In eos qui pauperes offendunt.

Matth. 25.

15. IDEM homilia trigeſimaquinta & 16. TRIGESIMASEPTIMA ad populum Antiochenum, vt ſuprà quæſtione vndecima, teſtimonio trigeſimo & trigeſimoſecundo.

17. POSTERIORIS ad Corinthios nono, vt in textu.

XVII.

De ſpiritualibus quid porrò Scriptura teſtatur?

A. *Debemus*, [a] inquit, *nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit.* Ac rurſùs: [b] *Eſtote inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* Item: [c] *Eſtote ergò imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos.* Prætereà, [d] *Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicèm, &* [e] *donantes voſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut Dominus donauit vobis, ita & vos.* Iterùm verò: [f] *Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.*

a Rom. 15. a

b Ephes. 4. g

c Epheſ. 5. a

d Coloſſ. 3. b

e Auguſt. in Enchir. ca. 73. & 74. homil. 6. 29. c. 1. & 40. c. 3. & ſeq. ex quinquaginta, & ſerm. 203. de temp. Grego. 4. dialog. cap. vlt.

f 1. Theſſ. 5. c

B. Hæc aliaque id genus permulta paſsìm inculcat Paulus: qui, vt [g] omnes faceret ſaluos, omnibus omnia factus eſt: vt hinc ipſe teſtetur: [h] *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Et iterùm: [i] *Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Tum alibi:

g 1. Cor. 9. d

h 2. Cor. 11. g

i Rom. 9. a

Ego

Digitized by Google

[k] *Ego libentiſsimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris, licèt plùs vos diligens, minùs diligar.* k 2.Cor.12.

TESTIMONIA.

1. A. AD Romanos decimoquinto, 2. AD Epheſios quarto, 3. ET quinto, 4. AD Coloſſenſes tertio: vt in textu.

5. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite ſeptuageſimotertio: Poſtquàm in fine præcedentis capitis dixiſſet, multa eſſe genera Eleemoſynarum, quæ cùm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata: Sed ea, inquit, nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quiſque peccauit. Minùs enim magnum eſt erga eum eſſe beneuolum, ſiue etiam beneficum, qui tibi mali nihil fecerit. Illud multo grandius & magnificentiſſimæ bonitatis eſt, vt tuum quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt facit, tu bonum ſemper velis, faciasq; cùm poſſis, illius memor exempli, qui in cruce pendens pro ſuis exorat perſecutoribus, ſuosq; admonuit, dicens, Diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos perſequuntur. Sed quoniam perfectorũ ſunt iſta filiorum Dei, quò quidem ſe debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum ſecumq; agendo luctandoq; perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non eſt, quantam credimus exaudiri, cùm in oratione Dominica dicitur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris; proculdubiò verba ſponſionis huius implentur, ſi homo qui nondùm ità profecit vt iam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde: quia etiam ſibi roganti vult vtiquè dimitti, cùm orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: id eſt, ſic dimitte debita noſtra rogantibus nobis, ſicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus noſtris.

Maxima eleemoſyna eſt, offenſam remittere. — *Matth. 5.* — *Contendendum ad perfectam dilectionem, quę ad inimicos vſque ſe extendat.* — *Matth. 6.* — *Vt minimùm veniã petenti condonanda eſt culpa.*

6. ET capite ſeptuageſimoquarto: Iam verò qui eum in quem peccauit hominem rogat, ſi peccato ſuo mouetur vt roget, non eſt adhuc deputandus inimicus, vt eum diligere ſit difficile, ſicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quiſquis autem roganti & peccati ſui pœnitenti nõ ex corde dimittit, nullo modo exiſtimet à Domino ſua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non poteſt. Quem verò lateat Euangelij auditorem ſiue lectorem, quis dixerit, Ego ſum veritas? Qui cùm docuiſſet orationem, hanc in ea poſitam ſententiam vehementer commendauit, dicens: Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt: & tamen potens eſt ille etiam mortuos ſuſcitare.

Ioan. 14. — *Matth. 6.* — *Magno tonitruo comparatur Chriſti comminatio.*

7. LIBRO quinquaginta homiliarum, homilia ſexta: Potes mihi dicere; Non habeo quod tribuam indigenti, non poſſum ieiunare frequenter, & à vino & carnibus abſtinere non poſſum. Nunquid potes mihi dicere, charitatem te habere non poſſe? Ipſa eſt cuius poſſeſſio tanto plùs augetur, quanto ampliùs erogatur. Dimitte ergò quod tenebas, nè aduersùs te ille teneat aliquid, cui non habes quod dimittas. Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis. Scitote fratres chariſſimi, quia duæ ſunt eleemoſynæ, Vna cordis, alia pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt, dimittere ei à quo læſus es. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quæris, & non habes. Indulge peccanti, quantum volueris, redundabit tibi. Aurum & argentum, veſtem, frumentum, vinum & oleum poteſt fieri, vt aliquotiès non habeas vndè pauperibus tribuas: vt autem omnes homines diligas, & hoc alijs, quod tibi ipſe velis, & inimicis tuis indulgeas, nunquàm te poteris excuſare. Quia ſi in cellario vel in horreo non habes quod dare poſſis, de theſauro cordis tui potes proferre quod tribuas. Et cùm omnibus hominibus, etiam ſi ſola ſit bona voluntas, ſufficiat, & eleemoſyna cordis multo maior ſit, quàm eleemoſyna corporis, quis eſt qui vel vmbram excuſationis poſſit prætendere? Et illud attendite fratres, quia charitatis eleemoſyna ſine terrena ſubſtantia ſufficit ſibi. Illa verò quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde tribuitur, omninò non ſufficit. Et quia, ſicut ipſi videtis, fratres chariſſimi, ad remiſſionem omnium peccatorum, ſi ſubſtantia terræ non fuerit, charitas & dilectio inimicorum ſatis abundéque ſufficiunt; nulla nobis excuſatio de hac re in die iudicij remanebit: nec dicere aliquis poterit, non ſe habuiſſe vndè ſua peccata redimeret. Ideò omnes homines ſtudeamus toto corde diligere, orantes, vt qui boni ſunt, meliores fiant, & in opere bono permaneant: qui mali ſunt, citò ſe corrigant, timentes illud quod Dominus comminatus eſt dicens, Si non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Sed magis cum ipſius adiutorio laboremus, vt illud in nobis poſſit impleri, Date, & dabitur vobis; dimittite, & dimittetur vobis. Cùm ergò ſecundùm præfatam Domini ſententiam, qua dixit, Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater veſter cæleſtis peccata veſtra: in poteſtate noſtra poſitum ſit, qualiter in die iudicij iudicemur: dimittamus omnibus inimicis noſtris, vt libera conſcientia poſſimus in oratione Dominica dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Ab hoc opere miſericordię nihil nos excuſat. — *Lucæ 6.* — *Eleemoſyna cordis & pecuniæ.* — *Eleemoſyna cordis facilè tribuitur.* — *Matth. 6.* — *Lucæ 6.* — *In noſtra poteſtate poſitũ eſt, qualiter iudicemur.* — *Matth. 6.*

8. ET homilia vigeſimanona, capite primo: Ex illa eleemoſyna qua ignoſcis homini, nihil perdis. Ecce ſtatim veniã petit, ignouiſti, nihil amiſiſti. Charitate amplior domum rediſti. Illud aliud genus eleemoſynarum, vbi iubemur erogare indigentibus, graue videtur: quia quod quiſque dederit, hoc ipſum quod dabit, non habebit.

9. ITEM homilia quadrageſima, capite tertio: Si mordet conſcientia fragilitatis, & in hoc ſeculo vbiq; abundant iniquitates, dic ergò, Dimitte nobis debita noſtra. Sed quod ſequitur vide. Noluiſti enim dimittere peccatũ fratri tuo, & dicturus es, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. An non es dicturus? Si non es dicturus, nihil es accepturus; ſi autẽ dicturus, falſum es dicturus. Ergò dic, & verũ dic. Quomodò dicturus es verum, qui fratri tuo noluiſti laxare peccatum? Et capite quarto: Illũ admonui, modò conſulo. O quiſquis es, ſi tamen es, qui dixiſti fratri tuo, Dimitte mihi quod in te peccaui: ſi dixiſti ex toto corde tuo, ſi vera humilitate, non ficta charitate, quomodò Deus videt in corde, vndè dixiſti, ſed ille noluit tibi dimittere, noli eſſe ſolicitus. Serui eſtis ambo, habetis Dominum; conſeruo tuo debes, Noluit tibi dimittere, interpella Dominum amborum. Quod tibi dimiſerit Dominus, ſi poteſt, exigat ſeruus. Dico aliud, Admonui ergò eum qui noluit dimittere fratri ſuo, cùm petat ille dimitti ſibi, vt faciat quod nolebat, nè quando orat non accipiat quod deſiderat. Admonui & illum qui petiuit veniam peccati ſui à fratre ſuo, & non accepit; vt in eo quod non impetrauit à fratre ſuo, ſecurus ſit de Domino ſuo. Eſt & aliud

Matth. 6. — *De eo qui petiuit ab alio remiſſionẽ, & non acquieſcit.*

Digitized by Google

De eo qui offenſus eſt ab alio qui veniam non deprecatur.

quod moneam: Peccauit in te frater tuus,& noluit tibi dicere, Dimitte mihi quod peccaui in te. Abundant verba iſta,vtinàm Deus eradicet illa de agro ſuo,hoc eſt,de cordibus veſtris. Quàm multi enim ſunt qui ſciunt ſe peccâſſe in fratres ſuos, & nolunt dicere, Dimitte mihi.

Ad eos qui erubeſcũt veniam petere.

Non erubuerunt peccare,& erubeſcunt rogare.Non erubuerunt de iniquitate,&erubeſcũt de humilitate. Item capite quinto: Ipſos ergò inprimìs admoneo.Quicunque habetis diſcordiam cum fratribus veſtris, & reuocatis vos ad vos,& conſideratis vos,& iuſtum iudicium fertis in vos, intùs in cordibus veſtris, & inuenitis vos non debuiſſe facere quod feciſtis, non debuiſſe dicere quod dixiſtis. Petite veniam fratres à fratribus veſtris, facite fratribus quod ait Apoſtolus, Donantes vobiſipſis, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis: facite, nolite erubeſcere veniam petere.

Epheſ.4.

Proindè omnibus dico viris & fœminis, minoribus & maioribus, laicis & clericis: dico & mihijpſi. Omnes audiamus, omnes timeamus, ſi peccauimus in fratres noſtros. Et poſt pauca: Sunt perſonæ humiles pro ordine ſeculi huius,à quibus ſi petamus veniam, extolluntur in ſuperbiam: hoc eſt quod dico, aliquando dominus peccat in ſeruum ſuum; quia ſi ille dominus eſt, ille ſeruus, ambo tamen alieni ſerui ſunt; quia ambo Chriſtiani, ambo Chriſti ſanguine redempti ſunt.

An ab inferioribus petẽda ſit venia.

Tamen durum videtur vt hoc etiam iubeam, hoc præcipiam, vt ſi fortè dominus homo peccat in ſeruum ſuum iniuſtè litigando,iniuſtè cædendo, dicat ille, Ignoſce mihi, da mihi veniam. Non quia non debet facere,ſed nè ille incipiat ſuperbire,ſi pœniteat eũ. Quid ergò ? Ante oculos Dei pœniteat eum, ante oculos Dei puniat cor ſuum: & ſi non poteſt dicere ſeruo ſuo,quia non oportet, Da mihi veniam, blandè illum alloquatur.Blanda enim appellatio,veniæ eſt poſtulatio.

Blanda appellatio,veniæ eſt poſtulatio.

Capite item ſexto:Fortè cogitãdo loquimini,& dicitis vobis,Volo concordare: Sed ille me læſit, ille in me peccauit, & non vult veniam poſtulare. Quid ergo ? dicturus ſum, Vade ad illum, & tu pete veniam? Abſit. Nolo mentiaris: Nolo dicas,Da mihi veniam,qui te nôſti non peccâſſe in fratrem tuum.

An qui læſus vel offenſus eſt,offendentem accedere teneatur.

Quid enim prodeſt tibi, cùm tu fueris tuus accuſator? Quid expetis tibi ignoſci ab eo, quem non læſiſti, aut in quem non peccâſti? Nihil tibi prodeſt,nolo facias; nôſti,benè diſcuſſiſti,ſciſti,quia in te peccauit,non tu in illum. Scio, inquit. In iſta tuta ſcientia,ſit tua conſcientia. Noli venire ad fratrem tuum qui in te peccauit, & vltrò ab illo petere veniam. Debent inter vos eſſe alij pacifici, qui illum obiurgent,vt à te priùs veniã petat,tu tantùm paratus eſto ignoſcere, prorſùs paratus eſto ex toto corde dimittere.Si paratus es dimittere,iam dimiſiſti,habes adhuc quod ores. Ora pro illo, vt petat à te veniam, quia ſcis ei nocere,ſi non petat.Ora pro illo vt petat,dic Domino in oratione tua, Domine ſcis me non peccâſſe in illum fratrem meum,ſed illũ potiùs peccâſſe in me, & obeſſe illi quod peccauit in me,ſi veniam nõ petat à me:ego bono animo peto vt ignoſcas ei. Et capite ſeptimo: Ecce dixi vobis, quòd maximè per iſtos dies ieiuniorũ veſtrorum, obſeruationumq; veſtrarũ atq; continentiæ veſtrę mecũ agere debeatis,vt cum fratribus veſtris concordetis. Gaudeam & ego de pace veſtra, qui contriſtor litibus veſtris; vt omnes donantes vobiſmetipſis, ſi quis habet aduerſùs aliquẽ querelam, ſecuri agamus Paſcha, ſecuri celebremus eius paſſionem, qui nihil cuiquam debebat,& preciũ pro debentibus ſoluit,Dominum Ieſum Chriſtum dico, qui in neminem peccauit, & propè in illum omnis mundus peccauit, nec exegit ſupplicia,ſed promiſit præmia.

Repetitio breuis.

Habemus ergo ipſum teſtem in cordibus noſtris;quia ſi in aliquẽ peccauimus,vero corde veniã poſtulemus; ſi aliquis in nos peccauit, veniam dare parati ſimus, & pro inimicis noſtris oremus. Non expectemus vindicari fratres. Quid eſt vindicari, niſi malo alieno paſci?

De expetentibus vindictam.

Scio quotidiè venire hominẽ,genua figere,fronte terram concutere, aliquando vultum ſuum lachrymis rigare: & in iſta tanta humilitate ac perturbatione dicit, Domine, vindica me, occide inimicum meum. Planè ora, vt occidat inimicum tuũ, & ſaluet fratrem tuum. Occidat inimicitias,ſaluet naturam.Sic ora,vt vindicet te Deus: pereat qui te perſequebatur, ſed maneat qui tibi reddatur.

Remittenda eſt offenſio.

10. IDEM Auguſtinus ſermone ducenteſimo tertio de tẽpore: Non poteſt peccator miſericordiam à Deo ſperare,qui miſericordiam non facit peccantibus in ſe.Ergo dimittat homo temporale debitum, vt mereatur recipere æternale bonum. Si animas noſtras cupimus peccatorum ſordibus emũdari, miſericordiam in nos peccantibus non negemus, vt in die retributionis ad promerendam Dei miſericordiam, miſericordiæ operibus adiuuemur.

Operibus miſericordię iuuamur ad promerendã Dei miſericordiam.

Quomodò miſericordiam à Deo expectat vel ſperat,qui crudelis eſt in conſeruos ſuos? Si quis cupiat Deum ſibi miſereri, ità & miſereatur debitoribus ſuis. Certiſſimè indulgentiam expectare poterit, qui alijs indulgere nouit.

Indulgẽdum alijs.

Ad miſericordiæ opus optimè nos in Euangelio Dominus exemplo roborauit, vbi ait: Eſtote ergò miſericordes,ſicut pater veſter cæleſtis miſericors eſt: Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Omnis miſericordia facit locum vnicuique ſecundùm meritum operum ſuorum.

Luc.6. Matth.5. Eccli 16.

Et paulò pòſt: Igitur ex noſtro iudicio iudicat nos Deus. Quodammodò in poteſtate noſtra eſt, quomodò iudicemur à iudice.Si miſericorditer iudicemus in nos delinquentibus, miſericorditer iudicat Deus de nobis in ſe peccantibus. Intendamus ergò in exemplum illius,ſicut doctor gentium nos admonens ait:Donate vobiſmetipſis, ſi quis aduerſùs aliquem habet querelam,ſicut Deus in Chriſto donauit vobis,ità & vos facite: hoc eſt, quomodò Deus in Chriſto nobis peccata donauit; ſic etiam nos qui in nos peccant,dimittamus.

Coloſſ.3.

Item alibi idem Apoſtolus ait: Nulli malum pro malo reddentes. Et alio loco: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

Rom.12. Ibidem.

Sciendum eſt certiſſimè, quòd vnuſquiſq; talem indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem & ipſe dederit proximo ſuo. Tũc oratio noſtra pro peccatis noſtris ad aures omnipotentis Dei citò perueniet,ſi delinquentium preces in noſtris auribus acceptabiles erunt. Qui clementer peccantibus ignoſcere nouit, clementiam diuinæ pietatis certiſſimè accipiet. Vndè & ſcriptum eſt: Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedictus à Domino.

Prouer.22.

Sic enim remittitur nobis, vt nos remiſerimus eis, qui nobis quacunque malignitate nocuerũt. Multa itaque genera ſunt miſerationum, quæ cùm facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra peccata. Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus quod quiſque peccauit.

Miſeratione iuuamur vt dimittantur nobis peccata.

11. GREGORIVS Magnus libro quarto Dialogorum, capite ſexageſimo,eoq; vltimo: Sed inter hæc ſciendum eſt, quia ille rectè ſui delicti veniam poſtulat, qui priùs hoc quod in ipſo delinquitur, relaxat. Munus enim non accipitur, niſi antè diſcordia ab animo repellatur,dicente veritate: Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te, relinque munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens,offeres munus tuum.

Matth.5.

Qua in re penſandũ eſt, cùm omnis culpa munere ſoluatur, quàm grauis eſt culpa diſcordiæ, pro qua nec munus accipitur.

Diſcordiæ fraternę culpa quàm magna ſit.

Debemus itaque ad proximum,quanuìs longè poſitum, longéque diſiunctum, mente ire: eique animum ſubdere, humilitate illum ac beneuolentia placare: vt ſcilicet conditor noſter

Placandus eſt proximus quẽ offendimus.

dum

Digitized by Google

dum tale placitum noſtræ mentis adſpexerit, à peccato nos ſoluat, qui munus pro culpa ſumit. Veritatis autem voce atteſtante didicimus, quia ſeruus qui decem millia talenta debebat, cùm pœnitentiam ageret, abſolutionem debiti à domino accepit. Sed quia conſeruo ſuo centum ſibi denarios debenti, debitum non dimiſit: & hoc eſt iuſſus exigi, quod ei fuerat iam dimiſſum. Ex quibus videlicet dictis conſtat, quia ſi hoc quod in nos delinquitur, ex corde non dimittimus: & illud rursùs exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Igitur dum per indulti temporis ſpatium licet, dum iudex ſuſtinet, dum conuerſionem noſtram is qui culpas examinat, expectat: conflemus in lachrymis duritiam mentis: formemus in proximis gratiam benignitatis. Et audenter dico, quia ſalutari hoſtia poſt mortem non indigebimus, ſi ante mortem Deo ipſi hoſtia fuerimus.

Matth. 18.

Debita remiſſa rursùs exiguntur ab ijs qui iniurias nõ remittunt.

Vide S. Thomã p. 3. q. 88.

Poſt mortem quinam ſalutari hoſtia nõ egeant.

12. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto, vt in textu.

1. B. PRIORIS ad Corinthios nono, 2. POSTERIORIS ad Corinthios vndecimo, 3. AD Romanos nono, 4. POSTERIORIS ad Corinthios duodecimo, vt in textu.

XVIII.

Quæ ſumma eſt doctrinæ omnis de miſericordiæ operibus præſtandis?

APOSTOLVS rem omnem hoc quaſi vnico verbo complexus eſt, [a] *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*, putà legem charitatis. De qua lege rursùs idem: [b] *Si quod eſt mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Et Petrus Apoſtolus: [c] *Ante omnia*, inquit, *mutuam in vobiſmet ipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Quod charitatis miſericordiæque præſtandæ præceptum ac officium, vt eſt naturæ ac rationi maximè conſentaneum: ſic ad omnes etiam ſe porrigit, vt hinc ſcriptum legamus, [d] *Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo.* Ità verò mandauit, veluti Chriſtus interpretatur: [e] *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ità & vos facite illis.* Hæc eſt enim lex & prophetæ.

a Galat. 6. a
b Rom. 13. c Galat. 5. c
c 1. Pet. 4. b
d Eccli 17 b
e Matth. 7. b Lucæ 6. e

TESTIMONIA.

1. AD Galatas ſexto, 2. AD Romanos decimotertio, vt in textu.

3. AD Galatas quinto: Omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

4. PRIORIS Petri quarto, 5. ECCLESIASTICI decimoſeptimo, 6. MATTHAEI ſeptimo, vt in textu.

6. LVCAE ſexto: Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

DE VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

I.

Quid ſibi vult nomen & ratio Cardinalium virtutum?

CARDINALES quædam virtutes idcircò [a] dicuntur, quòd ſint tanquàm aliarum fontes & cardines: & quemadmodùm oſtium in cardine, ſic omnis honeſtæ vitæ ratio in illis verſetur, ac boni operis vniuerſa ſtructura [b] eiſdem inniti quodammodò videatur. Eiuſmodi verò [c] quatuor numerantur: Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, & Fortitudo. de quibus ità ſcriptum extat: [d] *Sobrietatem & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem: quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.* Vbi per ſobrietatem [e] temperantia, per virtutem fortitudo haud obſcurè deſignatur: omneſque illæ nobis ità commendantur, vt ab æterna [f] Sapientia, qui Deus eſt, eas propriè conferri, & ingenti cum fructu humanæ ſalutis accipi atque exerceri, certò intelligamus. Quæ virtutes etiam Officiales dictæ ſunt, quoniam ab ijs, vt [g] Ambroſius annotauit, naſcuntur officiorum genera, cunctaque communis vitæ officia ſecundùm ſuam cuiuſque vocationem deriuantur.

a Vide Amb. in c. 6. Luc. & lib. 1. offi. c. 24. Item Proſp. de vita contemplatiua lib. 3. cap. 18.
b Greg. lib. 2. moral. in Iob cap 36.
c Ambr. lib. 3. de virginib. & lib 2. offi. cap. 9.
d Sapien. 8. b
e Aug. lib. 1. retract. cap. 7.
f Prouer. 8. b c d Eccli 24. a c
g lib. 1. offic. cap. 25.

TESTIMONIA.

1. AMBROSIVS in caput ſextum Lucæ: Quatuor tantùm beatitudines ſanctus Lucas Dominicas poſuit, octo verò ſanctus Matthæus: ſed in iſtis octo illæ quatuor ſunt, & in quatuor iſtis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales, ille in illis octo myſtiorum numerum reſerauit. Pro octaua enim multi ſcribuntur pſalmi, & mandatum accipis, octo illis partem dare fortaſsè benedictionibus. Sicut enim ſpei noſtræ octaua perfectio eſt, ità octaua ſumma virtutum eſt. Et poſt multa: Nunc dicamus quemadmodùm in quatuor benedictionibus ſanctus Lucas benedictiones octo ſit complexus. Et quidem ſcimus virtutes eſſe quatuor cardi-

Quatuor virtutes Cardinales.

Digitized by Google

cardinales, Temperantiam, Iuſtitiam, Prudentiam, Fortitudinem. Qui pauper eſt ſpiritu, auarus non eſt. Qui flet, non ſuperbit: ſed mitis eſt & pacatus. Qui luget, humiliatur. Qui iuſtus eſt, non negat quod ſit omnibus ad vſum communiter datum. Qui miſeretur, largitur de ſuo. Qui ſuum donat, non quærit alienum, nec dolum proximo

Cõnexæ concatenatæque virtutes.

ſuo ſtruit. Connexæ igitur ſibi ſunt concatenatæq; virtutes, vt qui vnam habet, plures habere videatur: & ſanctis vna competit virtus, ſed eius quæ fuerit vberior, vberius eſt præmium. Quanta hoſpitalitas in Abraham, quanta humilitas, quanta

Gen. 18. 14.

ſanctitas, vt fratris filium ab hoſte ſeruaret? & quanta abſtinentia, vt nihil de præda quæreret?

Geneſ. 15.
Rom. 4.
Galat. 3.
Merito præmiũ reſpondet.
Comparãtur 4. virtutes cũ beatitudinibus 4.
Temperãtiã.
Iuſtitia.
Matth. 5.

Sed quia fide præſtitit, fidei præ cæteris meruit principatum. Ergò vnicuiq; plura præmia, quia plura incentiua virtutum. Sed quod in aliquo merito copioſius, hoc etiam in præmio redũdantius. Beati igitur pauperes ſpiritu. Habes temperantiam, quæ à peccato abſtinet, ſeculum calcat, illecebroſa non quærit. Beati qui eſuriunt & ſitiunt. Qui enim eſurit, eſurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit iuſtus: quia iuſtitia eius manet in æternum. Vndè & in Matthæo ſitim & famem intelligimus ſpiritalem, qua cibus iuſtitiæ deſideratur, aut potus: quæ virtus quaſi materia quædam virtutum eſt, vt iuſtus æqualem ſe inferioribus præſtet, dolum excludat, veritatem requirat. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Prudentia.

Habes prudentiam, cuius eſt flere occidua, & ea quæ æterna ſunt quærere, lugere ſecularia, quæ ſe

1. Cor. 1.

ipſa compugnent: Deum pacis inquirere, qui ſtulta mundi elegit, vt confundat ſapientes: & qui ea quæ non ſunt deſtruat, vt quæ ſunt poſſit adipiſci. Beati eritis cùm vos oderint homines. Habes

Fortitudo.

fortitudinem, ſed eam quæ non odium mereatur ex crimine, ſed perſecutionem patiatur ex fide. Sic enim ad paſſionis peruenitur coronam, ſi gratiam hominum negligas, diuinam ſequaris. Deniquè vt ſcias conſummationem eſſe fortitudinis, paſſionem: Secundùm hęc, inquit, faciebant prophetis patres eorum. quia prophetas Iudæi vſque ad mortem corporis perſecuti ſunt. Eſt etiam fortitudinis, iram vincere, indignationemq; cohibere: ac per hoc fortitudo animum iuxtà corpúsque confirmat. Nec perturbari ſinit timore aliquo vel dolore, quibus velut prauis interpretibus plerunquè percellimur. Ergò temperantia cordis habet, animiq; munditiam, iuſtitia miſericordiam, pacem prudentia, manſuetudinem fortitudo.

Principales virtutes.

2. IDEM libro primo Officiorum, capite vigeſimoquarto: Quod his viris (Abraham, Iacob, Ioſeph, Dauid) principalium virtutum officium defuit?

Prudentia.

Quarum primo loco conſtituerunt prudentiam, quæ in veri inueſtigatione verſatur, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem.

Iuſtitia.

Secundo iuſtitiam, quæ ſuum cuique tribuit, alienum non vendicat: vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem cuſtodiat.

Fortitudo.

Tertio fortitudinem, quæ & in rebus bellicis excelſi animi magnitudine & domi eminet, corporiſq; præſtat viribus.

Temperãtia.

Quarto temperantiam, quæ modum ordinemq; ſeruat omnium, quæ vel agenda, vel dicenda arbitramur.

3. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite decimooctauo: Videamus nunc, an vera ſit philoſophorum illa ſententia, qua quatuor virtutes, velut quoſdam virtutum omnium fontes: vitia quoq; quatuor, velut quaſdam origines

Principales virtutes 4.

omnium malorum definiunt. Principales quatuor eſſe virtutes, non ſolùm philoſophi ſentiunt, ſed etiam noſtri conſentiunt. Sed quare quatuor, vel quæ ſint operæ ſingularum, hoc Domino illu-

Quaternarij numeri myſterium.

minante debemus breuiter demonſtrare. Quaternarium numerum perfectioni ſacratũ, penè nullus ignorat. Siquidem totus orbis Oriente & Occidente, Aquilone & Meridie, quatuor determinari partibus ſiue angulis inuenitur: & ipſe Adam qui eſt humani generis pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor literis explicatur. Corpus quoq; quatuor elementis extructum, quaternarij numeri in ſe continet ſacramentum. Ipſius etiam animæ quatuor eſſe affectiones, quibus vel ad bona vtimur, vel ad mala, & antiqui ſubtiliter inuenerunt, & eorum inuenta probantes poſteri ſuſceperunt. Sed & quatuor flumina,

Gen. 2.
Ezech. 1.

quæ de paradiſi fonte procedunt, vel quatuor Euangelia, diuini currus rotæ quatuor & animalia, alæ eorum quatuor ac facies, dignitatem numeri huius abundè commendant: & ideò virtutes iſtæ, quæ tantùm continét perfectionis in nu-

Omnem perfectionem in ſe comprehendunt 4. iſtæ virtutes.

mero, ſolicitè cõſiderare debemus, quantam ſanctitatem conferant animo Chriſtiano, & quàm nihil perfectionis vſquàm ſit, quod in iſtis virtutibus non ſit. Nam ſi temperantia facit temperantem, prudentia prudentem, iuſtitia iuſtum, fortitudo fortem: eo qui temperanter & iuſtè & prudenter agit ac fortiter, neſcio quid poſſit eſſe perfectius. Itaq; difficile quidem eſt nobis, nomina virtutum, quæ ex illis quatuor, quas principales diximus, oriuntur, oſtendere: ſed cùm proprietates & actus earum cœperint aperiri, ex ipſis affectionibus ſingularum, quæ virtutes ex quibus exiſtant, forſitan apparebit. Veruntamen hoc in pri-

Sunt Dei dona.

mis nôſſe, & tenere debemus, quòd iſtæ quatuor virtutes, vel omnes quę ex illis exiſtunt, dona ſint Dei: & quòd nullus eas habet, habuit, aut habebit, niſi cui Deus, qui eſt omnium virtutum proprietas & origo, contulerit: quoniam quicunque, quocunque tempore, in quacunque gente in Deum credentes ex fide vixerunt, illius dono temperantes ac prudentes, iuſti ac fortes fieri vtiquè potuerunt. Qui autem neſcientes Deum, vel etiam blaſphemantes, ſine fide vixerunt, nihil earum virtutum à Deo accipere, vel habere potuiſſe credendi ſunt.

4. GREGORIVS Magnus libro ſecundo Moralium in Iob, capite trigeſimoſexto de tranquillitate conſcientię loquens: In quatuor verò angulis domus iſta cõſiſtit: quia nimirùm ſolidę mentis noſtræ ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia ſuſtinet. In quatuor ergò angulis

In 4. virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit.

domus iſta ſubſiſtit: quia in his quatuor virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit. Vndè & quatuor paradiſi flumina terram irrigant: quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni deſideriorum carnaliũ ęſtu temperatur. Sed

Prudentia quando frigeſcit.

nonnunquàm dum menti ignauia ſurrepit, Prudentia frigeſcit: nam cùm feſſa torpet, ventura non prouidet.

Temperantia quando marceſcit.

Nonnunquàm dum nonnulla menti delectatio ſurrepit, Temperantia noſtra marceſcit. Inquàntùm enim ad delectationem præſentium ducimur, intantùm minùs ab illicitis temperamus.

Fortitudinis vires quomodò turbãtur.

Nonnunquàm ſe timor cordi inſinuat, & vires noſtræ fortitudinis turbat: & eo minores contra aduerſa exiſtimus, quo quædam perdere immoderatiùs dilecta formidamus.

Iuſtitia quãdo eneruatur

Nonnunquàm verò amor ſui ſe menti ingerit, eamq; latenti motu à rectitudine iuſtitiæ diuertit: & quo ſe totam authori reddere negligit, eo in ſe iuſtitiæ iuri contradicit. Ventus ergò vehemens quatuor angulos domus concutit, dum fortis tentatio occultis motibus quatuor virtutes quatit, & quaſi quaſſatis angulis domus obruitur, dum pulſatis virtutibus conſcientia turbatur. Intra hos autem quatuor domus angulos filij conuiuantur: quia intra arcana mentis, quæ principaliter his quatuor virtutibus ad ſummæ rectitudinis culmen erigitur, virtutes cæteræ quaſi quædam cordis ſoboles, ſe inuicèm paſcunt.

Dona ſpiritus ſancti mentem informant.

Donum quippe ſpiritus, quod in ſubiecta mente, ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam format: eandem mentem, vt contra ſingula quæque tentamenta

menta

Digitized by Google

menta erudiat, in ſeptem mox virtutibus temperat: vt contra ſtultitiam, ſapientiam: contra hebetudinem, intellectum: contra præcipitationem, conſilium; contra timorem, fortitudinem: contra ignorantiam, ſcientiam: contra duritiam, pietatem: contra ſuperbiam, det timorem.

5. AMBROSIVS libro tertio de virginibus: In omni ſapiente viro prudentes Græciæ eſſe memorauerunt λογιστικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, δικαστικόν. Latini verò Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, atque Iuſtitiam. Prudentia enim rationis humanæ eſt. Fortitudo vim quandam ferocientis virtutis habet, mortiſque contemptum. Temperantia ſacratæ vinculo charitatis, myſteriorumque contemplatione cæleſtium negligit corporis voluptates. Iuſtitia in alto quodam ſuggeſtu locata videt explorátque omnia: quæ alijs potiùs nata quàm ſibi, non tam ſuas vtilitates, quàm publica emolumenta rimatur.

Prudentia. Fortitudo. Temperãtia. Iuſtitia.

6. ET libro ſecundo Officiorum, capite nono: Eſt ergò indiuiduum ſapientiæ atque iuſtitiæ contubernium, ſed vulgi vſu diuiditur vna quædam forma virtutum, vt temperantia ſit in deſpiciendis voluptatibus: Fortitudo ſpectetur in laboribus & periculis, prudentia in delectu bonorum, ſciens commoda & aduerſa diſtinguere: iuſtitia quæ ſit bona cuſtos iuris alieni, & vindex proprietatis, ſuum cuique conſeruans. Sit igitur nobis communis opinionis gratia, quadripartita hæc facta diuiſio.

Temperãtia, fortitudo, &c. in quibus conſiſtant.

7. SAPIENTIAE octauo: Et ſi diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapiẽtia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem ſenſus operatur: quis horum quæ ſunt, magis quam illa eſt artifex? Et ſi iuſtitiam quis diligit labores huius magnas habent virtutes: ſobrietatem enim & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.

8. AVGVSTINVS libro primo retractationum, capite ſeptimo: Codices veriores habent: Sobrietatem enim & ſapientiam docet, & iuſtitiam & virtutem. His enim nominibus Latinus interpres quatuor illas virtutes, quæ maximè in ore Philoſophorum eſſe aſſolent, nominauit, ſobrietatem appellans temperantiam; prudentiæ imponens nomen, ſapientiam: fortitudinem verò, virtutis vocabulo enuncians, ſolam iuſtitiam ſuo nomine interpretatus eſt. Has autem quatuor virtutes in eodem libro Sapientiæ ſuis nominibus appellatas, ſicut à Græcis vocantur, longè poſteà reperimus in codicibus Græcis.

Sap. 8.

9. PROVERBIORVM octauo: Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam & ſuperbiam & viam prauam, & os bilingue deteſtor. Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequàm terra fieret, &c.

10. ECCLESIASTICI vigeſimoquarto: Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturam. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis: gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti. Et in omni populo & in omni gente primatum habui. Ab initio & ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.

11. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite vigeſimoquinto: Ab his quatuor virtutibus naſcuntur officiorum genera.

II.

Quomodò Cardinales virtutes definiuntur?

A. PRVDENTIA eſt virtus, quæ ſecundùm honeſti rationem quid expetendum, quídve fugiendum ſit, homini præſcribit. Iuſtitia eſt virtus, qua cuique ſua tribuuntur. Temperantia eſt virtus, voluptatum carnis, quæ guſtu atque tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo eſt virtus, qua labores mortiſque pericula conſtanter & ſuſcipiuntur, & perferuntur.

Definit eaſdem Auguſt. lib. 1. de libero arbitrio, cap. 13. & lib. de morib. Eccle. Catholic. c. 15. De his in libris offic. diſſerit Ambr. Proſp. lib. 3. de vita cõtempl. c. 18. & ſeq. Bern. ex paruis ſermonib. ſerm. 35. & in Cantica ſerm. 22.

B. Hæc eſt nobis quadriga Virtutum, qua in cælum vehimur: hæc [a] flumina quatuor paradiſi, vt [b] Auguſtinus vocat, cuius & hoc dictum extat memorabile: Illa eſt, inquit, [c] humanarum rerum ſcientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iuſtitiæ ſanctitatem. Hæc enim ſunt, quæ nullam fortunam metuentes, verè noſtra dicere audemus.

a Geneſ. 2. b
b lib. 2. de Geneſi cõtra Manich. cap. 10. Item Ambr. in lib. de paradiſo, cap. 3.
c Lib. 1. contra Academicos, cap. 7.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro primo de libero arbitrio, capite decimotertio: Conſidera nunc, vtrùm tibi videatur eſſe prudentia appetendarum & vitandarum rerum ſcientia. EVODIVS. Videtur. AVG. Quid fortitudo? Nónne illa eſt animæ affectio, qua omnia incommoda & damna rerum, non in noſtra poteſtate conſtitutarum, contemnimus? EVO. Ità exiſtimo. AVG. Porrò temperantia eſt affectio coërcens & cohibens appetitum ab ijs rebus, quæ turpiter appetuntur: an tu aliter putas? EVO. Immò ità vt dicis ſentio. AVG. Iam iuſtitiam quid dicamus eſſe, niſi virtutem, qua ſua cuique tribuuntur. EVO. Nulla mihi alia iuſtitiæ notio eſt.

Prudentia quid ſit. Fortitudo. Temperãtia. Iuſtitia.

2. ET in libro de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite decimoquinto: Quòd ſi virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omninò eſſe virtutem affirmauerim, niſi ſummum amorem Dei. Nanque illud quòd quadripartita dicitur virtus, ex ipſius amoris vario quodam affectu, quantùm intelligo, dicitur. Itaque illas quatuor virtutes, quarum vtinàm ità ſit in mentibus vis, vt nomina in ore ſunt omnium, ſic etiam definire nõ dubitem; vt temperantia ſit amor, integrum ſe præbens ei quod amatur: fortitudo amor, facilè tolerans omnia propter quod amatur: iuſtitia amor ſoli ama-

Virtus eſt ſummus amor Dei. Quadruplex virtus. Temperãtia. Fortitudo. Iuſtitia.

Digitized by Google

Prudentia.

li amato ſeruiens, & propterea rectè dominans: prudentia amor, ea quibus adiuuatur, ab eis quibus impeditur, ſagaciter ſeligens. Sed hunc amorem non cuiuslibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt, ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæq; concordiæ. Quare definire etiam ſic licet, vt temperantiam dicamus eſſe amorem, Deo ſeſe integrum incorruptumq; ſeruantem: fortitudinem amorem, omnia propter Deum facilè perferentem: iuſtitiam amorem Deo tantùm ſeruientem, & ob hoc benè imperantem cæteris, quæ homini ſubiecta ſunt: prudentiam amorem benè diſcernentem ea, quibus adiuuetur in Deum, ab ijs quibus impediri poteſt.

Definitiones earundem.

3. PROSPER vt ſuprà, quæſtione prima, teſtimonio tertio.

4. BERNARDVS in paruis ſermonibus, ſermone trigeſimoquinto: Ad conſiliũ impiorum (dæmonis ſcilicet ſuggerentis, carnis ſeſe oblectantis, & ſpiritus conſentientis) itur quatuor modis. Quidam enim trahuntur inuiti, alij attrahuntur illecti, alij ſeducuntur ignari, alij ſequuntur ſpontanei. Iſtis neceſſariæ ſunt quatuor virtutes, per quas armati reſiſtant, nè in conſilio eant. Inuitis neceſſaria eſt fortitudo, qua reſiſtant vſq; ad mortem minis, cruciatibus, & damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent temperantia, quæ reprimit illicita deſideria, nec cedit promiſſionibus, nec emollitur blanditijs. Illis qui ſeducuntur ignari, eſt opus prudentia, quæ ab vtilibus inutilia diſcernit, & docet quid tenendum, quidve reijciendum ſit. Iuſtitia indigent illi qui ſequuntur ſpontanei. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare, nec peccato conſentire. Iuſtitia & fortitudo ſedem habent voluntatem: quia voluntas iuſta debet eſſe & fortis. Eſt autem iuſtitia ordinata hoc modo, ſcilicet mala reſpuens, bonis meliora præponens. Hanc non videtur habuiſſe Adam, qui malo conſentiens, quod vtile erat deſeruit. Prudentia & temperantia ſedem habent in ratione, quia ratio prudens debet eſſe & temperata. Eſt quippe prudentia, ratio docta, ſcilicet à gratia, vitare contagia iniuſtitiæ propter iuſtitiam. Vitat quidem non ſolùm iniuſtitiam apertam, ſed etiam illa quæ ſunt aliquo modo contra iuſtitiam, attendens non quod licet, ſed magis quod expedit: vitans diuitias & quædam alia, non quia illicita, ſed quia iuſtitiæ ſolent eſſe impedimenta. Sed propter quoſdam, qui ex hypocriſi hoc faciunt, additur, propter iuſtitiam. Iuſtitia eſt perfectio animæ rationalis. Aliæ virtutes ſunt ad eius acquiſitionem vel conſeruationem, fortitudo, temperantia, prudentia: quæ iuſtitiam conſeruãt, nè amittatur aut minuatur. Poſtquàm verò perfecta eſt iuſtitia, & tranſit in affectum cordis, idem eſt quod illa tria: quia fortis eſt, prudens, temperata.

Ad conſilium impiorum 4. modis itur. *Fortitudo quibus neceſſaria.* *Temperãtia.* *Prudentia.* *Iuſtitia.* *Vbi ſedem habeãt virtutes ſingulæ.* *Prudentia quid ſit.* *Iuſtitia quid ſit.*

5. IDEM ſermone vigeſimoſecũdo in Cantica canticorum: Fruſtrà huius ſeculi ſapientes de quatuor virtutibus tam multa diſputauerunt, quas tamen appræhendere omninò nequiuerunt, cùm illum neſcierint qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, docens prudentiam: & iuſtitia, delicta donans: & ſanctificatio, in exemplum temperantiæ continenter viuens: & redemptio, in exemplum patientiæ fortiter moriens. Forſitan dicit aliquis: Cætera benè conueniunt, ſed ſanctificatio ad temperantiam minùs propriè referri videtur. Ad quod reſpondetur primùm, id eſt continentiam, quod temperantiam. Deindè, vſitatum in ſcripturis, ſanctificationem pro continentia ſeu munditia poni. Deniquè quid illæ apud Moyſen tam crebræ ſanctificationes aliud erant, quàm quædam purificationes hominum, temperantium ſe à cibo, à potu, à concubitu, hiſq; ſimilibus? Sed audi ipſum præcipuè Apoſtolum, quàm familiare habeat vel vti, vel vſurpare ſanctificationem in hoc ſenſu: Hæc eſt, inquit, voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſque veſtrũm ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & non in paſſione deſiderij. Item: Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Liquet quòd ſanctificationem pro temperantia ponit. Educto itaq; in lucem quod ſubobſcurum videbatur, redeo ad id vndè digreſſus eram. Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutẽ Chriſtum ignoratis? Vbinam quæſo vera prudentia, niſi in Chriſti doctrina? Vndè vera iuſtitia, niſi de Chriſti miſericordia? Vbi vera temperantia, niſi in Chriſti vita? Vbi vera fortitudo, niſi in Chriſti paſſione? Soli ergò qui eius doctrina imbuti ſunt, prudentes dicendi ſunt: ſoli iuſti, qui de eius miſericordia veniam peccatorum conſecuti ſunt: ſoli temperantes, qui eius vitam imitari ſtudent: ſoli fortes, qui eius patientiæ documenta fortiter in aduerſis tenent. Incaſsùm proindè quis laborat in acquiſitione virtutum, ſi aliũdè eas ſperandas putat, quàm à Domino virtutum, cuius doctrina, ſeminarium prudentiæ: cuius miſericordia, opus iuſtitiæ: cuius vita, ſpeculum temperantiæ: cuius mors, inſigne eſt fortitudinis.

Ethnici cur fruſtrà de his virtutibus Cardinalibus diſſeruerint. 1.Cor.1. *Temperantia ſanctificatio quædam eſt.* *1.Theſſ.4.* *Ibidem.* *Soli Chriſtiani ſunt prudẽtes, iuſti, fortes, aut temperantes.*

1.B. GENESIS ſecundo: Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui indè diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum: & aurum terræ illius optimum eſt, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Gehon. ipſe eſt qui circumit omnem terram Aethiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.

2. AVGVSTINVS libro ſecundo de Geneſi contra Manichæos, capite decimo: Flumen autem quod procedebat ex Eden, id eſt, ex delicijs & voluptate & epulis, quod flumen à Propheta ſignificatur in Pſalmis, cùm dicit; Torrente voluptatis tuæ potabis eos: hoc eſt enim Eden, quòd Latinè voluptas dicitur: diuiditur in quatuor partes, & quatuor virtutes ſignificat: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam. Prudentia ergò, quæ ſignificat ipſam contemplationem veritatis, ab omni ore humano alienam, quia eſt ineffabilis; quam ſi eloqui velis, parturis eam potiùs, quàm paris, quia ibi audiuit & Apoſtolus ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Hæc ergò prudentia terram circumit, quæ habet aurum, & carbunculum, & lapidem praſinum; id eſt, diſciplinam viuendi, quæ ab omnibus terrenis ſordibus, quaſi decocta niteſcit, ſicut aurum optimum & verum, quod nulla falſitas vincit, ſicut carbunculi fulgor nocte non vincitur: & vitam æternam, quæ viriditate lapidis praſini ſignificatur, propter vigorem qui non areſcit. Fluuius autem ille, qui circuit terram Aethiopiam multùm calidam atq; feruentem, ſignificat fortitudinem calore actionis alacrem atque impigram. Tertius autem Tigris, vadit contra Aſſyrios, & ſignificat temperantiam, quæ reſiſtit libidini, multùm aduerſanti conſilijs prudentiæ. Vndè plerunquè in ſcripturis Aſſyrij aduerſariorum loco ponuntur. Quartus fluuius non dictum eſt contra quid vadat, aut quam terram circumeat: iuſtitia enim ad omnes partes animæ pertinet, quia & ipſe ordo & æquitas animæ eſt, qua ſibi iſta tria concorditer copulantur, prima prudentia, ſecunda fortitudo, tertia temperantia, & in iſta tota copulatione atque ordinatione perficiunt iuſtitiam.

4. flumina paradiſi, 4. virtutes ſignificant. *Prudentia deſignatur per Phiſon.* *2.Cor.12.* *Fortitudo per Gehon.* *Temperantia per Tigrim.* *Iuſtitia per Euphratem.*

3. AMBROSIVS in libro de paradiſo, capite tertio: Sicut ergò fons vitæ eſt ſapientia, fons gratiæ ſpiritalis: ità fons virtutum eſt cæterarum, quæ nos ad æternæ curſum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta eſt, non ex ea quæ inculta eſt,

Sapientia veluti fons eſt virtutum.

Digitized by Google

eſt, fons iſte procedit, vt irriget paradiſum, hoc eſt, quædam diuerſarum fruteta virtutum, quarum ſunt quatuor initia, in quæ ſapientia iſta diuiditur. Quæ ſunt quatuor initia virtutum, niſì vnum prudentiæ, aliud temperantiæ, tertiũ fortitudinis, quartum iuſtitiæ? quæ etiam ſapientes iſtius mundi ex noſtris aſſumpta, in ſuorum ſcripta librorum tranſtulerunt. Itaque ſicut fons ſapientiæ, ità etiam flumina iſta quatuor, quædam ex illo fonte manantia ſunt fluēta virtutum. Phiſon igitur prudentia eſt &c. Sic per Gehon temperantiam, per Tigrim fortitudinē, & per Euphratem iuſtitiam intelligi docet Ambroſius. Et paulò pòſt: In his ergò fluminibus quatuor, virtutes principales quatuor exprimuntur, quæ velutì mundi iſtius incluſerunt tempora. Primum igitur tempus ex mundi principio vſque ad diluuium, prudentiæ fuit: quo in tempore iuſti numerantur, Abel à Deo iuſtus dictus &c.

Ethnici ſcriptores 4. virtutum deſcriptionē ex noſtrorum libris hauſêre.

Prudentiam deſignat Phiſon.

Temperantiā Gehon, iuxta Ambr. Fortitudinem Tigris iuxta Amb. Iuſtitiā Euphrates.

4. AVGVSTINVS libro primo contra Academicos, capite ſeptimo, agens de definitione Sapientiæ, qua dicitur, Sapientiam eſſe rerũ humanarum diuinarumq́ſcientiam, ait: Res humanas eſſe vt concedam res hominũ, quicquam tu exiſtimas noſtrum eſſe, quod nobis vel dare, vel eripere caſus poteſt? Aut cùm rerum humanarum ſcientia dicitur, ea dicitur, qua quiſquam nouit vel quot, vel quales fundos habeamus: quid auri, quid argenti, quidq́ denique alienorum carminum cogitemus? Illa eſt humanarum rerum ſcientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iuſtitiæ ſanctitatem. Hęc enim ſunt, quę nullam fortunam metuentes, verè noſtra dicere audemus, &c.

Humanarum rerũ ſcientia.

III.

Quo pacto Prudentia nobis ſacris literis commendatur?

PRVDENTER monet Eccleſiaſticus in hunc modum: [a] *Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* Item, [b] *Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.* Tum fons [c] omnis ſapientiæ prudentiæque Chriſtus, verus ille [d] Salomon, ità docet: [e] *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ:* vt intelligamus, ad perfectam prudentiam vtrunque coniunctìm requiri, columbinam videlicet ſimplicitatem, quæ innocentes miteſque facit: & ſerpentinam prudentiam, quæ homines cautos ac prouidos reddit, vt nec fallant ipſi, neque ab vllo fallantur. Id fiet, ſi Paulinæ doctrinæ nos accommodemus: [f] *Videte fratres,* inquit, *quomodò cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei, bona* [g] ſcilicet *& beneplacens & perfecta.* Atque huc pertinet dictum Salomonis, [h] *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur.* Et illud, [i] *In facie prudentis lucet ſapientia.* Demùm quod idem affirmat, [k] *Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & auris ſapientum quærit doctrinam.*

Baſil. in conſtit. monaſt. cap. 15. & hom. 12. in principium Prouerbiorum. Bernard ſer. 49. in Cantica.
a Eccli 32.d 37.c Prouerb. 12.c 13 b
b Eccli 3.d 18.d 33.a Prouerb. 14.b Iob 28.d Deut. 4.a 32.d Vide Prou. 3.b 8.b Sap. 6.a c d 7.a b d
c Eccli 1.a
d Matth. 12.d Luc. 11.d
e Matth. 10.b & ibidèm Theophylact. & Hieron. Item Auguſt. quæſt 8. ex Matthæo. Grego. 1 moral cap. 2. & hom. 30. in Euangel. Proſper lib. 3. de vita contempl. cap. 29. & 30.
f Epheſ. 5.d Coloſſ. 4.a 1. Pet. 4.b Prouer. 4.d Eccleſ 2.c
g Rom. 12.a 1. Theſſ. 4.a
h Prouer. 13.d Eccli 6.d
i Prouer. 17.d Eccleſ 8.a
k Prouer. 18.c

TESTIMONIA.

1. BASILIVS in conſtitutionibus monaſticis, capite decimoquinto: Cæterùm in omni, quæ ſuſcipitur, actione antecedere prudentia debet. Nam prudentia remota, nihil cuiuſuis generis eſt, quod licèt bonum videatur, non in vitium recidat, ſi aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione fiat. Ratio verò & prudentia vbì rebus bonis idoneum tempus ac modum definiunt, mirabile eſt, quantus ex earum vſu cùm in dantes, tum in accipientes fructus redundet.

Prudētia quā ſit in omni actione neceſſaria.

2. ET homilia in principium Prouerbiorum, quæ eſt duodecima inter homilias variorum argumentorum: Prudentiam igitur vnam ex virtutibus præclaris exiſtere palàm eſt, qua bonorum & malorum & indifferentium nos homines ſcientes reddimur. Prudens verò vtiquè à prudentia per denominationem dictus eſt. Sed quando ferarum prudentiſſimus ſerpens eſſe Domini teſtimonio dicitur: Eſtote, inquit, prudentes ſicuti ſerpentes: item prudens œconomicus iniuſtitiæ: manifeſtum, quòd duplex eſt Prudentiæ nomen. Vna quidem proprij commodi cuſtos, & alieni doli obſeruatrix, qualem ſerpens habet. Ille ſi quid periculi incurrere viderit, caput ante omnia cuſtodit. Ea videtur eſſe verſutia illa, quæ prona eſt ad proprium commodum, & ſimpliciores defraudandos. Quali prudentia fuit ille ſeculi prudens & iniuſtitiæ œconomicus apud Euangelium. Vera autem prudentia, eorum quæ agenda & non agenda ſunt, cognitio eſt: quam ſi quis ritè ſectatus fuerit, nunquàm ab officio virtutéque abſcedet, nunquàm vitiorum peſtem incurret.

Matth. 10. Luc. 16.

Prudētia carnis ſiue mundana.

Prudentia vera.

3. BERNARDVS ſermone quadrageſimonono in Cantica: Importabilis abſque ſcientia eſt zelus. Vbi ergò vehemens æmulatio, ibi maximè diſcretio eſt neceſſaria, quæ eſt ordinatio charitatis. Semper quidem zelus abſque ſcientia minùs efficax minúſque vtilis inuenitur, plerunquè autem & pernicioſus valdè ſentitur. Quo igitur zelus feruidior, ac vehementior ſpiritus, profuſiórque charitas: eò vigilantiori opùs ſcientia eſt, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem. Diſcretio quippe omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatem. Deniquè ait: Ordinatione tua perſeuerat dies: diem, virtutem appellans. Eſt ergò diſcretio non tam virtus, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipſáque affectio naturalis in perturbationem magìs conuertetur, exterminiúmque naturæ.

Diſcretio quā ſit neceſſaria.

Pſal. 118.

4. ECCLESIASTICI trigeſimoſecundo, vt in textu.

Digitized by Google

5. ET trigeſimoſeptimo: Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.
6. PROVERBIORVM duodecimo: Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.
7. ET capite decimotertio: Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia.
8. ECCLESIASTICI tertio, vt in textu.
9. CAPITE decimooctauo: Homo ſapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendet ab inertia.
10. CAPITE trigeſimotertio: Sapiens non odit mandata & iuſtitias, & non illidetur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.
11. PROVERBIORVM decimoquarto: Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit.
12. IOB vigeſimooctauo: Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.
13. DEVTERONOMII quarto ait Moyſes: Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus: ſic facietis ea in terra quam poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis, & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna.
14. ET trigeſimoſecundo: Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinàm ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.
15. PROVERBIORVM tertio: Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia: melior eſt acquiſitio eius negociatione auri & argenti: primi & puriſſimi fructus eius. Precioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitę illius pacificæ.
16. CAPITE octauo: Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis: & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui manè vigilant ad me, inuenient me. Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ & iuſtitia. Melior eſt enim fructus meus auro & lapide precioſo, & genimina mea argento electo.
17. SAPIENTIAE ſexto: Melior eſt ſapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis. Clara eſt, & quæ nunquàm marceſcit ſapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. Cogitare ergò de illa, ſenſus eſt conſummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò ſecurus erit. Si ergò delectamini ſedibus & ſceptris, ô reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Multitudo autem ſapientum, ſanitas eſt orbis terrarum: & rex ſapiens, ſtabilimentum populi eſt.
18. CAPITE ſeptimo: Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ: & præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem precioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquàm lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum in omnibus: quoniam antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater eſt. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbiquè propter ſuam munditiam. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædã eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cùm ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & prophetas conſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata, inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.
19. ECCLESIASTICI primo: Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inueſtigauit? Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudẽtiæ ab æuo. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. Vnus eſt altiſſimus creator omnipotens, & rex potens & metuendus nimìs, ſedens ſuper thronum illius & dominans Deus. Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundùm datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe.
20. MATTHAEI duodecimo: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquàm Salomon hîc.
21. LVCAE vndecimo: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit &c. vt apud Matthæum.
22. MATTHAEI decimo: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.
23. THEOPHYLACTVS in caput decimum Matthæi: Volo vos manſuetos eſſe, ſicut oues, & ſic magìs vincere. Eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices velut columbæ. Vult diſcipulos etiam prudentes. Idcircò cùm audieris Chriſtianos dici oues, non intelligas quòd oporteat eos ſtupidos eſſe. nam & prudentes oportet eſſe, & ſcire quomodò verſandum ſit in medio multorum inimicorum. Sicut enim ſerpens totum corpus obijcit vt percutiatur, caput autem ſeruat: ità & Chriſtianus, inquit, omnia ſua det, atque etiam corpus ſuum, percutientibus: caput autem quod eſt Chriſtus, & fidem in illum ſeruet. Et ſicut ſerpens in anguſtam quandam cauernam circungyrat ſe, & tranſiens pellem veterem expoliat: ità & nos per anguſtam viam incedamus, vt veterem exuamus hominem. Veruntamen quia & ſerpens nociuus eſt, iubet nos ſimplices eſſe, hoc eſt, ſynceros, & abſque malitia, nullumque offendentes, ſicut columbæ. illæ enim, cùm auferuntur eis fœtus, & perſecutionem patiuntur, rursùs ad dominos ſuos reuertuntur. Eſto igitur prudens ſicut ſerpens, ità vt nè deridearis ob vitam ab alijs, ſed omnia tua citra labem perficias. Erga alios autem, nè illis noceas, ſis velut columba, hoc eſt, neutiquàm malignus.

Matth. 10.

Serpẽtis prudentia in quo imitanda.

Simplicitas columbæ in quo imitãda.

24. HIERONYMVS in caput decimum Matthæi: Eſtote ergò prudentes &c. Vt per prudentiam

am deuitent inſidias, per ſimplicitatem non faciant malum. Serpentis aſtutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo vita eſt, protegit. Ità & nos toto periculo corporis caput noſtrum, qui Chriſtus eſt, cuſtodiamus. Simplicitas columbarum ex Spiritus ſancti ſpecie demonſtratur. Vndè dicit & Apoſtolus: Malitia paruuli eſtote.

Serpẽtis aſtutia, & columbæ ſimplicitas imitãda.

1. Cor. 14.

25. AVGVSTINVS in libro quæſtionum ex Matthæo, quæſtione octaua: Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes: ad cauendum malum, in capite cuſtodiendo, quod eſt Chriſtus. Nam ſerpens totum corpus pro capite objicit perſequenti. Vel quòd per anguſtias ſe coarctans, veteri tunica exutus innouetur. Quod imitantur quibus dictum eſt; Intrate per anguſtam portam, cùm vetere homine exuuntur. Nam ſi cauẽdum malum ità moneret, vt violenter reſiſtendum eſſet malis, nõ ſuprà dixiſſet; Mitto vos ſicut oues in medio luporum. Simplices autem ſicut columbas eſſe voluit, ad nulli nocendum. Nam hoc genus auis nullum omninò animalium necat, non ſolùm grandium, contra quæ vires non habet, ſed etiam minutiſſimorum, quibus etiam perparui paſſeres aluntur. Eſt autem omnibus irrationalibus animantibus vna quædam inter ſe ſocietas, ſicut etiam rationalibus ſua, id eſt, hominibus, non ſolùm ſecum, ſed etiam cum angelis. Diſcunt ergò ex ſimilitudine columbarum nulli prorsùs nocere ad ſocietatem ſuam pertinenti participatione rationis.

Matth. 10.

Serpentis aſtutia.

Matth. 7.
Epheſ. 4.

Matth. 10.
Columbæ ſimplicitas.

26. GREGORIVS libro primo Moralium in Iob, capite ſecundo: Nonnulli ità ſunt ſimplices, vt rectum quid ſit, ignorent: ſed eò veræ ſimplicitatis innocentiam deſerunt, quo ad virtutem rectitudinis non aſſurgunt: quia dum cauti eſſe per rectitudinem neſciunt, nequaquàm innocentes perſiſtere per ſimplicitatẽ poſſunt. Hinc eſt quod Paulus diſcipulos admonet, dicens: Volo vos ſapientes eſſe in bono, ſimplices autẽ in malo. Hinc rursùs dicit: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Hinc per ſemetipſum veritas diſcipulis præcipit, dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Vtraque enim neceſſariò in admonitione coniunxit: vt & ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtrueret, & rursùs ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret. Hinc eſt quòd ſanctus Spiritus præſentiam ſuam hominibus, non in columba ſolummodò, ſed etiam in igne patefecit. Per columbam quippe ſimplicitas, per ignem verò zelus indicatur. In columba ergò, & in igne, ſanctus Spiritus oſtenditur: quia quicunque illo pleni ſunt, ſic manſuetudini ſimplicitatis inſeruiunt, vt contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis accendantur.

Simplicitati coniungenda eſt prudẽtia.

Rom. 16.

1. Cor. 14.

Matth. 10.

Actor. 2.

27. IDEM homilia trigeſima in Euangelia: In columba Spiritus ſanctus & in igne monſtratus eſt: quia omnes quos repleuerit, ſimplices & ardentes facit. Simplices puritate, ardentes æmulatione. Neque enim placere Deo, aut ſimplicitas ſine zelo, aut zelus ſine ſimplicitate poteſt. Hinc ipſa veritas dicit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Qua in re notandum eſt, quòd diſcipulos ſuos, nec de columba ſine ſerpente, nec de ſerpente ſine columba voluit Dominus admonere: quatenùs & columbæ ſimplicitatem aſtutia ſerpentis accenderet, & ſerpentis aſtutiam colũbæ ſimplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite pueri effici ſenſibus. Ecce prudentiam ſerpentis audiuimus, nunc de ſimplicitate colũbæ moneamur. Sed malitia paruuli eſtote. Hinc de beato Iob dicitur: Erat vir ſimplex & rectus. Quæ eſt autem rectitudo ſine ſimplicitate, aut quæ ſimplicitas ſine rectitudine? Quia ergò & rectitudinem docet ipſe ſpiritus, & ſimplicitatem, & in igne monſtrari debuit, & in columba, quatenùs omne cor quod eius gratia tangitur, & manſuetudinis lenitate tranquillum, & zelo iuſtitiæ accenſum fiat.

Matth. 10.

1. Cor. 14.

Iob 1.

28. PROSPER libro tertio de vita cõtemplatiua, capite vigeſimonono: Prudentiam ac ſapientiam plerique in indagatione veri & inuentione conſtituunt. Credo propterea, quòd nec ſapiens ritè dici poſſit, cui prudentia, nec prũdens, cui ſapientia deſit. Quapropter, ſi nihil aliud prudentię ac ſapientiæ munus accipitur, niſi inquiſitio & compræhenſio veritatis: qui veritatem prudenter quærere, & ſapienter inuenire poterit, is prudens, is ſapiens iure vocabitur. Hoc idcircò præmiſerim, vt quicquid de prudentia fuerit diſputatum, id totum etiam de ſapientia dictum poſſit intelligi: quia ità ſibi hæ duæ virtutes implicatæ ſunt & vnitæ, vt vnaquælibet earum ſine altera non poſſit eſſe: vt nec imprudens ſapientia, nec inſipiens poſſit dici prudentia. Si ergò tota humanæ vitæ perfectio in actione & cognitione conſiſtit: ſicut in plerisque actionem temperantiæ, ac fortitudinis, atque iuſtitiæ conſummatione probauimus: ità cognitionem rerum, prouenire conſecutione prudentiæ comprobemus. Cognitio rerum, quæ de prudentiæ fonte confertur, ſpirituales omnes à carnalibus vitijs defæcatos illuſtrat, & ab omni delectatione noxiæ curioſitatis auerſos, deſiderio contemplandæ virtutis inflammat, vt humanarum rerum, diuinarumque ſcientiam conſecuti, prudentes ac ſapientes veraciter fiant, proſpiciant imminentia mala ſimul & caueant: nec putent vlla eſſe mala, niſi ea quæ malos efficiant: nec eis vllæ perturbationes, velut ignaris earum, modeſtiæ aliquid, aut tranquillitatis excutiant: inter fallentia & ſolida bona diſcernant: nihil in hoc mundo caſu aut iniuſtè, ſed omnia, Deo volente ac permittente fieri, prudenter accipiant: aliter intelligentes aut doceant ſapienter, aut arguant: dolores varios ac diuerſas infirmitates, quæ mortaliter viuentes affligunt, non ſemper peccatis præcedentibus ſequi, ſed plerunquè ex ipſa conditione mortalitatis accidere corruptibiliter natis intelligant: & ſcientes ſe non damnari aduerſis præſentibus, ſed probari ex ipſa tolerantia paſſionum, occaſionem comparandæ ſibi patientiæ viriliter agentes arripiant: nec ipſi alijs noceant, nec ſibi nocere permittant. Tales Dominus in Euangelio fieri præcepit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ: quia nec ſimplices circunuenire aliquos poſſunt, nec prudentes ſe circunueniri permittunt. Cæterùm ſi in contractu quolibet, ſiue in colloquio, vel in alia quaque re, ſe decipi quiſque non ſinit, & alium tamen ipſe decipiat: iſte non habet prudentiam, quæ ſalutis magis quàm perditionis eſt cauſa, ſed ſimulat. Quoniam quidem hoc virtus à vitio diſtat, quòd illud corrumpit ſana, hæc ſanat vitij acceſſione corrupta; ac ſic, aut omnibus quibus poteſt, prodeſſe feſtinat veraciter prudens, vt eius meritis omnium, qui per eum Deo adquiruntur, fructus accreſcat: aut ſi cogitat de perditione cuiuſpiam, vel de caſu pereuntis exultat, neceſsè eſt vt priùs pereat ipſe, quàm alium perdat: & ab ipſo ea perditio, qua perire alium cupit, incipiat.

Prudentia ſapientiæ connexa eſt.

Rectũ de rebus iudicium ad prudentiã pertinet.

Matth. 10.
Simplices & prudẽtes nos eſſe oportet.

Prudentia ſimulata.

29. CAPITE trigeſimo: Hi ergò, qui prudentiæ participes, prudentes effecti, Deo ſuo non pedibus, ſed ſanctis moribus appropinquant: ex ea parte, qua ſunt dono Dei prudentes, nec ſuo perire poſſunt, nec alieno peccato. Ex eo autem quòd necdùm ità eſt eorum perfecta prudentia, ſicut in illa vita erit, vbi perfectè viuentibus vllus error obrepere omninò non poterit, etiam prudentes aliquotiès peccatis fallentibus acquieſcunt: non voluntate deprauati, ſed humano errore, vt homines, lapſi, nec adhuc tota prudentiæ ac ſapientiæ perceptione perfecti, ſicut ibi erunt, vbi nec ignorare aliquid, nec peccare iam poterunt.

In hac vita non habetur omnino perfecta prudentia.

Digitized by Google

30. AD Epheſios quinto, vt in textu.

31. AD Coloſſenſes quarto: In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodò oporteat vos vnicuique reſpondere.

32. PRIORIS Petri quarto: Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

33. PROVERBIORVM quarto: Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.

34. ECCLESIASTIS ſecundo: Tranſiui ad contemplandam ſapientiam, erroreſq; & ſtultitiam, (quid eſt, inquam, homo, vt ſequi poſſit regem factorem ſuum?) & vidi quòd tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat.

35. AD Romanos duodecimo: Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

36. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quarto: Hęc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione.

37. PROVERBIORVM decimotertio, vt in textu.

38. ECCLESIASTICI ſexto: Fili, ſi attenderis mihi, diſces: & ſi accommodaueris animum tuum, ſapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

39. PROVERBIORVM decimoſeptimo: In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ.

40. ECCLESIASTIS octauo: Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit.

41. PROVERBIORVM decimooctauo, vt in textu.

IIII.

De Iuſtitia quid porrò Scriptura tradit?

IVSTITIA [a] *eleuat gentem:* [b] *Iuſtitia firmatur ſolium. Melius eſt parùm cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate.* Cuius quidem iuſtitiæ officium nobis per Apoſtolũ his verbis explicatur: [c] *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Huc ſpectant iuſti & beati viri partes, ſic in pſalmo [d] decantatæ: *Qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos: Qui iurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad* [e] *vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.* Ex quo facilè conſtat, iuſtitiæ nomen contractiùs hîc accipi, quàm vbi generatìm de Iuſtitia Chriſtiana diſſerimus.

a Prouer. 14. d 15. b 21. e Eccli 4. d

b Prouer. 16. b 25. a Auguſt. lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 4. & lib. 19. cap. 21. Gregor. lib. 7. epiſt. 120. ad reges Franciæ Theodoricum & Theobertum.

c Rom. 13. c Matth. 22. c 17. d Luc. 2. a 3. e 1. Tim. 5. c Bernar. ſer. 3. de aduentu Domini. Aug. ſer. 19. de verb. Domini, & lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74. & 75. Theophylactus in cap. 13. ad Roman.

d Pſal. 14. a b Matth. 5. a Chryſoſt. hom. 15. in Matth. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 28. & 29. & ſer. 16. in Pſal. 118. & in lib. de paradiſo, cap. 3. Auguſt. lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 18. Vide ſeptimum & octauum præceptum Decalogi.

e Exod. 22. d Leuit. 25. e Deut. 23. c Ezech. 18. b c d 22. c Lucæ 6. e Leo ſer. 6. de ieiunio decimi menſ. Bernar. epiſt. 322. ad Spirenſes. Ambroſ de Tobia, c. 14. & 15. Hieron. in 18. cap. Ezech. Concil Lateranenſe ſub Alexandro III. parte 1. cap. 25.

TESTIMONIA.

1. PROVERBIORVM decimoquarto, vt in textu.

2. CAPITE decimoquinto: Abominatio eſt Domino via impij: qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.

3. CAPITE vigeſimoprimo: Gaudiũ iuſto eſt facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam.

4. ECCLESIASTICI quarto: Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

5. PROVERBIORVM decimoſexto: Melius eſt parùm cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iuſtitia firmatur ſolium. Voluntas regum, labia iuſta: qui recta loquitur, dirigetur.

6. CAPITE vigeſimoquinto: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.

7. AVGVSTINVS libro quarto de ciuitate Dei, capite quarto: Remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? Quia & ipſa latrocinia quid ſunt, niſi parua regna? Manus etenim ipſa hominum eſt, cum imperio principis regitur, pacto ſocietatis adſtringitur, placiti lege præda diuiditur. Hoc malum ſi intantùm perditorum hominum acceſſibus creſcit, vt & loca teneat, ſedes conſtituat, ciuitates occupet, populos ſubiuget, euidentiùs regni nomen aſſumit, quod ei iam in manifeſto confert non adempta cupiditas, ſed addita impunitas. Eleganter enim & veraciter Alexandro illi Magno quidam comprænhenſus pirata reſpondit. Nam cùm idem rex hominem interrogaſſet, quid ei videretur, vt mare haberet infeſtum? ille libera contumacia, Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna claſſe, Imperator.

Regna ſunt latrocinia, ſi remoueatur iuſtitia.

Ex Cicerone li. 3. de repub. teſte Nonio Marcello de genere nauigiorum.

8. ET libro decimonono, capite vigeſimoprimo: Quapropter nunc eſt locus, vt quàm poterò breuiter ac dilucidè expediam, quod in ſecundo huius operis libro me demonſtraturum eſſe promiſi: ſecundùm definitiones, quibus apud Ciceronem vtitur Scipio in libris de Republica, nunquàm Rempublicam fuiſſe Romanam. Breuiter enim Rempublicam definit eſſe rem populi. Quæ definitio ſi vera eſt, nunquàm fuit Romana Reſpublica: quia nunquàm fuit res populi: quam definitionem voluit eſſe Reipublicæ. Populum enim eſſe definiuit cœtum multitudinis, iuris conſenſu & vtilitatis communione ſociatum. Quid autem dicat iuris conſenſum, diſputando explicat: per hoc oſtendens, geri ſine iuſtitia non poſſe Rempublicam. Vbi ergò iuſtitia vera non eſt, nec ius poteſt eſſe. Quod enim iure fit, profectò iuſtè fit. Quod autem fit iniuſtè, nec iure fieri poteſt.

Vbi iuſtitia non eſt, Rempublicã non eſſe.

Digitized by Google

fieri poteſt. Non enim iura dicenda ſunt, vel putanda iniqua hominum conſtituta : cùm illud etiam ipſi ius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manauerit : falſumq́ue eſſe, quod à quibuſdam non rectè ſentientibus dici ſolet: id eſſe ius, quod ei qui plus poteſt, vtile eſt. Quocircà vbi non eſt vera iuſtitia, iuris cõſenſu ſociatus cœtus hominum non poteſt eſſe, & ideò nec populus iuxta illam Scipionis vel Ciceronis definitionem. Et ſi non populus, nec res populi: ſed qualiſcunque multitudinis, quæ populi nomine digna non eſt: ac per hoc ſi Reſpublica res populi eſt, & populus non eſt, qui conſenſu non ſociatus eſt iuris; non eſt autem ius, vbi nulla iuſtitia eſt: proculdubiò colligitur, vbi iuſtitia non eſt, non eſſe Rempublicam. Iuſtitia porrò ea virtus eſt, quæ ſua cuique diſtribuit. Quæ igitur iuſtitia eſt hominis, quæ ipſum hominem Deo vero tollit, & immundis dæmonibus ſubdit? Hóccine eſt ſua cuique diſtribuere? An qui fundum aufert eius, à quo emptus eſt, & tradit ei, qui nihil in eo habet iuris, iniuſtus eſt: & qui ſeipſum aufert dominanti Deo, à quo factus eſt, & malignis ſeruit ſpiritibus, iuſtus eſt?

Apud ethnicos non eſt vera iuſtitia.

9. GREGORIVS Magnus libro ſeptimo, epiſtola centeſima vigeſima ad Theodoricũ & Theobertum reges Franciæ: Summum in regibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua cuique iura ſeruare: & ſubiectis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire.

Regum officium maximè proprium.

10. AD Romanos decimotertio, vt in textu.

11. MATTHAEI vigeſimoſecundo: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

12. ET capite decimoſeptimo: Et cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait, Etiam. Et cùm intràſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergò liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamũ: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

13. LVCAE ſecundò: Factum eſt autem in diebus illis exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syriç Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eò quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore, prægnante.

14. ET capite tertio: Venerunt & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad Ioannem: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris.

15. PRIORIS ad Timotheum quinto: Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non infrenabis os boui trituranti. &, Dignus eſt operarius mercede ſua.

16. BERNARDVS ſermone tertio de Aduentu Domini: Beatus, in quo ſapientia ædificat ſibi domum, excídens columnas ſeptem: beata anima quæ ſedes eſt ſapientiæ. Quænam eſt illa? Anima vtiquè iuſti. Meritò planè, quia iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Quis in vobis eſt, fratres, qui deſiderat in anima ſua ſedem parare Chriſto? Eccè quænam illi ſerica, quæ tapetia, quod puluinar oporteat præparari. Iuſtitia, inquit, & iudicium præparatio ſedis tuæ. Iuſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt, vnicuique tribuens. Tribue ergò tribus quæ ſua ſunt. Redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes, & dignè celebras aduentum Chriſti, parans ei in iuſtitia ſedem ſuam. Redde, inquam, reuerentiam prælato & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis eſt. Nec enim ſufficit exteriùs obtemperare Maioribus noſtris, niſi ex intimo cordis affectu ſublimiter ſentiamus de eis. Quòd etſi tam manifeſtè innotuerit indigna prælati alicuius vita, vt nihil omninò diſſimulationis, nihil excuſationis admittat: propter eum tamen à quo eſt omnis poteſtas, ipſum quem modò talem nouimus, excelſum reputare debemus, non præſentibus perſonæ meritis, ſed ordinationi Diuinæ, & dignitati ipſius officij deferentes. Sic & fratribus noſtris inter quos viuimus, ipſo iure fraternitatis & ſocietatis humanæ, conſilij ſumus & auxilij debitores. Hæc enim volumus vt & ipſi nobis impendant, conſilium quo erudiatur ignorantia noſtra, auxilium quo iuuetur infirmitas noſtra. Sed fortè erit inter vos qui tacitus reſpondeat, dicens: Quod ego conſilium dabo fratri, cui nec vnum quidem dicere verbum fas eſt abſque licentia? Quod ei auxilium impendere eſt, cùm nec minimum aliquid agere liceat abſque obedientia? Ad quod ego: Non deerit certè quod facias, tantummodò charitas fraterna non deſit. Nullum ego conſilium melius arbitror, quàm ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat, quæ non oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, & conſulens ei non verbo neque lingua, ſed opere & veritate. An verò vtilius aut efficacius auxilium aliquod eſt, quàm vt ores deuotè pro eo, vt non diſſimules redarguere culpas eius: vt non modò nullum ei offendiculum ponas, ſed & ſolicitus ſis, quantùm præuales, tanquàm angelus pacis, de regno Dei ſcandala tollere, & occaſiones ſcandalorum penitùs dimouere? Si talem te fratri auxiliarium & conſiliarium exhibes, reddis ei quod debes, nec habet vndè cauſetur. Porrò ſi cui fortè prælatus es, huic ſine dubio teneris debitor ſolicitudinis amplioris. Exigit à te & ipſe cuſtodiam & diſciplinam. Cuſtodiam quidem, vt poſſit cauere peccatum: diſciplinam verò, vt quod minùs cauit, minimè maneat impunitum. Quòd etſi nemini fratrum præeſſe videris, habes tamen ſub te cui cuſtodiam hanc & diſciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum, quod ſine dubio regendum accepit ſpiritus tuus. Debes ei cuſtodiam, vt non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. Debes & diſciplinam, vt dignos faciat pœnitentiæ fructus caſtigatum, & ſubditum ſeruituti. Longè tamen grauiori & periculoſiori debito tenentur adſtricti, qui pro multis animabus reddituri ſunt rationem. Et in fine: Audi deniquè manifeſtius à te iudicium exigi poſt iuſtitiam. Cùm feceritis, inquit, omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus. Hæc planè, quo ad hominem, eſt digna ſedis præparatio Domino maieſtatis: vt & iuſtitiæ mandata ſtudeat obſeruare, & ſemper indignum ſeſe & inutilem arbitretur.

Prouer.9. Iuſtitia & iudicio paratur ſedes ſapientiæ. Pſal.88.

Iuſtitia in quo conſiſtat.

Quid ſuperiori reddendum.

Rom.13.

Quid reddendum æqualibus.

Quid reddendum inferioribus.

Quomodò iudicare noſipſos debemus. Luc.17.

17. AVGVSTINVS ſermone decimonono de verbis Domini, (& Ambroſius ſermone ſeptimo, qui tamen putatur eſſe Maximi:) Non militare, delictum eſt; ſed propter prædam militare, peccatum eſt. Nec rempublicam gerere, criminoſum eſt: ſed ideò agere rempublicam, vt rem familiarem potiùs augeas, videtur eſſe damnabile. Proptereà enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, nè dum ſumptus quæritur, præda graſſetur. Illud autem quale eſt, quòd cùm ob errorem aliquem à ſenioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur

Militare vel Remp adminiſtrare quãdo cum peccato ſint coniuncta.

Excuſatio militum quãdo de rapinis &

Digitized by Google

alijs criminibus repręhēduntur.

rit, cur res alienas peruaſerit, cædem cur turbulentus admiſerit: ſtatìm reſpondeat, Quid habebam facere, homo ſecularis aut miles? nunquìd monachum ſum profeſſus, aut clericum? Quaſi omnis qui clericus non eſt aut monachus, poſſit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officijs ſacris literis præſcribitur norma viuendi, omnis ad benè viuendum prouocatur ſexus, ætas & dignitas. Igitur nemo ſe excuſet publicis actibus, nemo de occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Chriſtianum prima honeſtatis debet eſſe militia. Nam vt id quod dicimus, authoritate euangelica comprobemus, videamus lectionem quæ paulò antè decurſa eſt: ait enim Euangelium:

Lucæ 3.

Venerunt autem & publicani ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis, quàm quod conſtitutum eſt vobis. Honeſta planè publicanorum interrogatio, ac ſancti

Vectigalia iuſta.

Prophetæ iuſta reſponſio. Illi enim ſolicitè interrogant, nè aut ignorantes plus exigendo peccatum incidant, aut ceſſantes publicam decipiant functionem. Hic autem moderatè præcipit, vt & iniquitas locum non habeat, & conſtitutum habeat vectigal effectum. Non enim dixit, Nihil

Iniqua exactio dānatur.

exigatis: ſed, Nihil amplius exigatis. Vndè intelligimus quòd apud Deum non tam exactio, quàm exactio iniqua damnetur: dicit enim ipſe Domi-

Matth. 22.

nus: Reddite quæ Dei ſunt, Deo: & quæ Cæſaris, Cæſari. Igitur quod Cæſar præcipit, ferendum eſt: quod Imperator indicit, tolerandum eſt: ſed fit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat. Et poſt pauca: Interrogauerunt illum & milites, Quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Hîc iam cognoſcere ſe debet omnis homo qui mili-

Milites ſunt varij.

tat. Non enim tantùm de his militantibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur; ſed quiſque militiæ ſuæ cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur: atque ideò hæc ſententia poteſt dici, verbi gratia, militibus, protectoribus, cunctisq́ rectoribus: Quicunque ſtipendia ſibi publicè decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tanquàm calumniator & concuſſor, Ioannis ſententia condemnatur. Hæc autem diuina ſententia quæ ad milites loquitur, poteſt etiam ad

Clerici etiā ſunt milites.

Clericos retorqueri; quia etiamſi non militare videamur ſeculo, tamen Deo & Domino milita-

2. Tim. 2.

mus, ſicut ait Apoſtolus: Nemo militans Deo, obligat ſe negocijs ſecularibus. Videmur, inquam, non militare remiſſis ac fluentibus tunicis; ſed habemus militiæ noſtræ cingulum, quo caſtimoniæ interiora conſtringimus: de quo cingulo Do-

Lucæ 12.

minus ait ad Apoſtolos ſuos: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ veſtræ ardentes in manibus veſtris. Milites igitur Chriſti ſumus, & ſtipendium ab ipſo donatiuumq́ percepimus, ſicut dicit

2. Cor. 1.

Apoſtolus: Qui dedit nobis pignus ſpiritus; hoc eſt, qui Spiritus ſancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergò Chriſtianorum hoc donatiuo contentus fortè non fuerit, & quærit amplius, incipit hoc ipſo carere quod meruit. Et in fine: Nec intereſt apud Deum, vtrùm vi an circunuentione

Aliena reſtituenda ſunt.

quis res alienas occupet; dummodò quoquo pacto teneat alienum.

18. IDEM libro vigeſimoſecundo contra Fauſtum Manichæum, capite ſeptuageſimoquarto: Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoquè morituri, vt domentur in pace vi-

An bellū gerere licitum ſit.

cturi? Hoc repræhendere, timidorum eſt, non religioſorum: nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerunquè vt etiam iure puniantur aduersùs violentiam reſiſtentium, ſiue Deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cùm in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuſtè ordo ipſe conſtringit. Alioquìn Ioannes, quum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes; Et nos quid *Lucæ 3.*

faciemus? reſponderet eis; Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite. Sed quia ſciebat eos, cùm hęc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores; reſpondit eis; Neminē concuſſeritis, nulli calumniam feceritis; ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum.

In iuſto bello qui occidunt homines, nō ſunt homicidæ.

Sed quia Manichęi Ioannem apertè blaſphemare conſueuerunt, ipſum Dominum Ieſum Chriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem reddi Cæſari, quod Ioannes dicit *Lucæ 3.*

debere ſufficere militi. Reddite, inquit, Cęſari quę *Matth. 22.*

Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt. Ad hoc enim tributa pręſtantur, vt propter bella neceſſario militi ſtipendium præbeatur.

Cur tributa principibus præſtantur.

Meritò & illius Centurionis, dicentis: Et ego homo ſum ſub poteſtate *Matt. 8. Luc. 7*

conſtitutus, habens ſub me milites; & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit: fidem laudauit, non illius militiæ deſertionem imperauit. Sed de iuſtis quidem iniuſtisq́ bellis nunc diſputare longum eſt, & non neceſſarium.

De iuſtis bellis.

19. ET capite ſeptuageſimoquinto: Intereſt enim quibus cauſis, quibusq́ authoribus homines gerenda bella ſuſcipiant: ordo tamen ille naturalis, mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atque conſilium penès principem ſit; exequendi autem iuſſa bellica miniſterium, milites debeant paci ſalutiq́ communi. Bellum autem, quod gerendum Deo authore ſuſcipitur, rectè ſuſcipi, dubitare fas non eſt: vel ad terrendam, vel ad obterendam, vel ad ſubiugandam mortalium ſuperbiam: quando ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non ſolùm incorruptibili Deo, ſed nec ſanctis eius obeſſe aliquid poteſt: quibus potiùs ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam, ferendamq́ paternam diſciplinam etiam prodeſſe inuenitur. Neque enim habet in eos quiſquam vl- *Ioan. 19.*

lam poteſtatem, niſì cui data fuerit deſupèr. Non *Rom. 13.*

eſt enim poteſtas, niſì à Deo, ſiue iubēte, ſiue ſinente. Cùm ergò vir iuſtus, ſi fortè ſub rege homine etiam ſacrilego militet, rectè poſſit illo iubente bellare ciuicæ pacis ordinem ſeruans: cui, quod iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel vtrùm ſit, certū non eſt: ità vt fortaſsè reum regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militē oſtendat ordo ſeruiendi: quanto magis in adminiſtratione bellorum innocentiſſimè diuerſatur, qui Deo iubente belligerat, quem malè aliquid iubere non poſſe, nemo qui ei ſeruit, ignorat?

An milites in omnibus ſuo duci obtemperare debeant.

20. THEOPHYLACTVS in caput decimūtertium epiſtolæ ad Romanos: Plurimùm proſunt Rebuſpublicis magiſtratus: per ipſos enim vita noſtra conſiſtit. Qui niſì eſſent, iā olìm omnia perijſſent, potentioribus imbecilliores deuorantibus.

Magiſtratus quantū proſint Reipub.

Conſcientia igitur tua perſuadeat tibi, vt ſuo honore tanta tibi bona donantes nunquàm non digneris. Ideò enim & tributa præſtatis. Tu, inquit, teſtaris, quòd à magiſtratu beneficio afficeris, quatenùs mercedem ei pendis, vt ei videlicet qui rebus tuis proſpiciat.

Tributorum ſolutio.

Non enim principiò tributum ſoluiſſemus, niſì agnouiſſemus, noſtrum nobis lucrum, adeoq́ commodum ex huiuſmodi præfectura ſanè accreſcere. Siquidem ipſi nos citra curam ducentes vitam, principes habemus pro nobis excubias agentes. Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum incumbentes. Quare Deo etiam placet vt ipſius miniſtris tributa pendamus: vult enim Deus pacem in republica verſari, nec-

non

non virtutem, vitium autem profligari. Atque in hoc principes miniſtrant voluntati Dei, pro communi conſtitutione & ſalute laborantes, inq; idipſum perſeuerantur incumbentes, vt nos in pace ac tranquillitate ætatem quiſque ſuam tranſigamus. Sin quiſquam malè magiſtratu ſuo & publica functione abutatur, id nihil aduersùs rei ipſius pulcherrimæ elegantiam facit. Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Irrefragabiliter, inquit, debes impoſitam tibi erga magiſtratum gratitudinem & beneuolentiam. Redde igitur quæ debes ijs quibus varij magiſtratus ſunt commiſſi: cui tributum debetur, ſiue exactio, capitúmve cenſus, ei tributum da: cui vectigal, vectigal: vel pro terra cenſum. Nec ſolùm pecunias reddite, ſed timorem etiam, hoc eſt, reuerentiam & verecundiam atque eximium honorem. Quare infert, Cui honorem, honorem. Eſt enim duplex metus: alter, quo terrentur ſcelera patrantes, ex mali conſcientia profluens, quem iam anteà reiecit Apoſtolus: alter verò, quo diligentes erga dilectos rapiuntur, hoc eſt, excellens & eximius honor, quemadmodùm dictum eſt: Non eſt inopia timentibus eum. &, Timor Domini permanens in ſeculum ſeculi. Pietatem enim hîc ſiue reuerentiam ſubindicat.

Pſal. 33. & 18.

21. PSALMO decimoquarto, vt in textu.

22. MATTHAEI quinto: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

23. CHRYSOSTOMVS homilia decimaquinta in Matthæum: Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam. Quam verò iuſtitiam? an in genere virtutem ipſam, an ſpeciem illam iuſtitiæ, quę exaduersò auaritiæ collocatur? Quia enim commendaturus erat miſericordiam, oſtendens quo modo miſereri oporteat: id eſt, non ex auaritia, nec rapina, opportunè beatificat iuſtitiam acquirentes. Et conſidera quanta idipſum exaggeratione cumulauerit. Non enim dixit, Beati qui iuſtitiam ſeruant: ſed, Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam: vt non vtiquè mediocriter, ſed cum omni illam cupiditate teneamus. Quia enim hoc eſt auaritiæ proprium, neq; ſic cibum deſideramus ac potum, vt poſſidere latiùs, indui q; precioſiùs: cõcupiſcentiam iſtam quæ habendi amore flagrat, iubet in meliora conuerti: deindè rurſus ſenſibile præmium ſtatuens, ait: Quoniam ipſi ſaturabuntur. Quia enim plurimos diuites facere putatur auaritia, dicit hoc eſſe contrarium, magiſq; id præſtare iuſtitiam. Noli igitur iuſtitiam exercens formidare pauperiem, neq; famem timere, cùm certè illi magis omnibus bonis excidant, qui aliena diripiunt: vt exaduersò ille qui iuſtitiam diligit, tutiſſimè omnia bona poſſidet. Si verò qui aliena non inuadunt, tanta rerum vbertate potiuntur: quãto magis, qui propria fideliter largiuntur?

Iuſtitię nomẽ aliàs generale, aliàs minùs latè patens.

Iuſtitiæ præmium.

24. AMBROSIVS libro primo officiorum, capite vigeſimooctauo: Magnus iuſtitiæ ſplẽdor, quæ alijs potiùs nata quàm ſibi, communitatem & ſocietatem noſtram adiuuat, excelſitatẽ tenet, vt ſuo iudicio omnia ſubiecta habeat, opem alijs ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula ſuſcipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, niſi prima auaritia infirmaret atque inflecteret tantæ virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggerare pecunias, occupare terras poſſeſſionibus cupimus, pręſtare diuitijs: iuſtitiæ formam exuimus, beneficẽtiam communem amittimus. Quomodò enim poteſt iuſtus eſſe, qui ſtudet eripere alteri, quod ſibi quærat? Potentiæ quoquè cupiditas, formam iuſtitiæ virilem effœminat. Quomodò enim poteſt pro alijs interuenire, qui alios ſibi ſubijcere conatur: & infirmo aduersùs potentes opem ferre, qui ipſe grauem libertati affectat potentiam?

Magnus iuſtitiæ ſplendor.

Auaritia iuſtitiam corrumpit.

25. ET capite vigeſimonono: Quanta autem iuſtitia ſit, ex hoc intelligi poteſt, quòd nec locis, nec perſonis, nec temporibus excipitur, quæ etiã hoſtibus reſeruatur: vt ſi cõſtitutus ſit cum hoſte aut locus aut dies prælio, aduersùs iuſtitiam putetur, aut loco præuenire, aut tempore. Intereſt enim, vtrùm aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an ſuperiore gratia, vel aliquo euentu. Siquidem vehementioribus hoſtibus & infidis, & his qui amplius læſerint, vehementior refertur vltio: vt Madianitis, qui per mulieres ſuas pleroſque peccare fecerant ex plebe Iudæorum, vndè & Dei in populum Patrum iracundia effuſa eſt. Et ideò factum eſt, vt nullum Moyſes victor ſupereſſe pateretur: Gabaonitas autem qui fraude magis quàm bello tentauerant plebem Patrum, non expugnaret Ieſus, ſed conditionis impoſitæ afficeret iniuria: Syros verò Heliſæus, quos obſidentes in ciuitatem duxerat momentaria cæcitate percuſſos, cùm quò ingrederentur videre non poſſent, volenti regi Iſrael percutere non acquieſceret, dicens: Non percuties quos non captiuãſti in lancea & in gladio tuo. Pone eis panem & aquã, vt manducent & bibant, & remittantur, & eant ad dominum ſuum: vt humanitate prouocati, gratiam repræſentarent. Deniquè poſteà in terram Iſrael venire piratæ Syriæ deſtiterunt. Si ergò etiam in bello iuſtitia valet, quanto magis in pace ſeruãda eſt? Et poſt pauca: Liquet igitur, etiam in bello fidem & iuſtitiam ſeruari oportere, nec vllum decorum eſſe poſſe, ſi violetur fides.

Iuſtitiæ dignitas.

Num. 31.

Ioſue 9.

4. Reg. 6.

Belli æquè ac pacis tempore iuſtitia ſeruanda.

26. ITEM in pſalmum centeſimum decimumoctauum, ſermone decimoſexto: Hoc eſt ergò, Feci iudicium & iuſtitiam: in iudicio non contempſi pauperem, non oppreſſi viduam, perſonã diuitis non recepi, in omnibus operibus iuſtitiam ſeruaui. Iudicij finis iuſtitia eſt. In altero veritatis cuſtodia, in altero fructus eſt æquitatis: vtraque tamen non priuata virtus, ſed publica. Nam immaculatum corpus à virili permixtione ſeruare, & palmam caſtimoniæ limoſo in corpore vſque ad angelorum conuerſationẽ cuſtodia integritatis euehere, vtilitas priuata, laus publica eſt. Frugi eſſe ac modeſtum, & ſobriæ parcitatis tenere menſuram: probatur à pluribus, ſed ſibi ſoli proficit. Fortitudo in prælijs eminet, in ocio friget: cuius opus in tempore neceſſarium, in voto aduerſum. Malunt enim homines non pugnare, quàm vincere. Sola iuſtitia eſt, quæ omnibus temporibus alijs potiùs nata quàm ſibi, quotidiano vſu & fructu, publico ſuo dãno alienas cuſtodit vtilitates, quæ nihil habeat vtilitatis, & plurimum laudis.

Iuſtitia in quo cæteris virtutibus præſtet.

27. IDEM in libro de paradiſo, capite tertio: Quartus eſt fluuius Euphrates, qui Latinè fœcunditas atque abundantia fructuũ nuncupatur, pręferens quoddam inſigne iuſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim abundantiores videtur habere fructus virtus, quàm æquitas atq; iuſtitia, quæ magis alijs quàm ſibi prodeſt, vtilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens. Plerique Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictum putant, hoc eſt, à lætando, eò quòd hominum genus nullo magis quàm iuſtitia & æquitate lætetur. Cauſam autem, cur, cæteri quà commeant fluuij, deſcribuntur regiones locorum: quà Euphrates commeat, non deſcribatur: illam accipimus, quia aqua eius vitalis aſſeritur, & quæ foueat atque augeat. Vndè Auxen eum Hebræorum & Aſſyriorum prudentes dixerunt: contrà autem fertur eſſe aqua aliorum fluminum. Deindè quia vbi prudentia, ibi & malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia, ibi intemperantia plerunquè eſt, aut alia vitia ſunt. Vbi autem iuſtitia, ibi concordia virtutum eſt cęterarum: ideò non ex locis quà fluit, hoc eſt, non ex parte, cognoſcitur. Non enim pars eſt iuſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium.

Iuſtitiæ fructus vberes.

Vbi iuſtitia, ibi concordia eſt cęterarum virtutum.

Digitized by Google

28. AVGVSTINVS libro quarto de doctrina Chriſtiana, capite decimooctauo: In iſtis autem noſtris (cauſis Eccleſiaſticis) quandoquidem omnia, maximè quæ de loco ſuperiore populis dicimus, ad hominum ſalutem, nec temporariam, ſed æternam referre debemus, vbi etiam cauendus eſt æternus interitus, omnia magna ſunt quæ dicimus: vſqueadeò, vt nec de ipſis pecuniarijs rebus vel acquirendis, vel amittendis parua videri debeant, quæ doctor Eccleſiaſticus dicit, ſiue ſit illa magna, ſiue parua pecunia. Neque enim parua eſt iuſtitia, quam profectò & in parua pecunia cuſtodire debemus, dicente Domino: Qui in minimo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt. Quod ergò minimum eſt, minimum eſt: ſed in minimo fidelem eſſe, magnum eſt. Nam ſicut ratio rotunditatis eſt, vt à puncto medio omnes lineæ pares in extrema ducantur, eadem eſt & in magno diſco, quæ in nummulo exiguo: ità vbi parua iuſtè geruntur, non minuitur iuſtitiæ magnitudo. De iudicijs deniquè ſecularibus, quibus vtiquè niſi pecuniarijs cùm loqueretur Apoſtolus, Audet quiſquam veſtrûm, inquit, aduersùs alterum habens negocium iudicari ab iniquis, & non apud ſanctos? &c. Quid eſt quòd ſic indignatur Apoſtolus, ſic corripit, ſic exprobrat, ſic increpat, ſic minatur? Quid eſt quòd ſui animi affectum tam crebra & tam aſpera vocis mutatione teſtatur? Quid eſt poſtremò, quòd de rebus minimis tam granditer dicit? Tantum'ne de illo negocia ſecularia meruerunt? Abſit. Sed hoc facit propter iuſtitiam, charitatem, pietatem, quæ nulla ſobria mente dubitante, etiam in rebus quamlibèt paruulis magna ſunt.

Iuſtitia cuſtodienda eſt etiam in parua pecunia. Luc.16. In minimo fidelem eſſe, magnum eſt.

1.Cor.6.

Iuſtitia, charitas, pietas, etiã in rebus paruis magna ſunt.

DE VSVRA.

29. EXODI vigeſimoſecundo: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nõ vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.

30. LEVITICI vigeſimoquinto: Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenam & peregrinum, & vixerit tecũ, nè accipias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti. Time Deum tuum, vt viuere poſſit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiã non exiges. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt darem vobis terram Chanaan, & eſſem veſter Deus.

31. DEVTERONOMII vigeſimotertio: Non fœneraberis fratri tuo ad vſurã pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: ſed alieno. Fratri autem tuo abſque vſura id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris poſſidendam.

32. EZECHIELIS decimooctauo: Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, &c. ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus. Quòd ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem, & fecerit vnum de iſtis &c. ad vſuram dantem, & amplius accipientem: Nunquid viuet? non viuet. Cùm vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur: ſanguis eius in ipſo erit. Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis &c. à pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſuram & ſuperabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet.

33. ET viceſimoſecundo: Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tuî &c. Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus. Eccè, comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam quam feciſti, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt in medio tuî. Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? Ego Dominus locutus ſum, & faciam. Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.

34. LVCAE ſexto: Veruntamẽ diligite inimicos veſtros: benefacite, & mutuum date, nihil indè ſperantes: & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

35. LEO Magnus ſermone ſexto de Ieiunio decimi menſis: Iniuſta & impudens auaritia, quę beneficium ſe dicit præſtare cùm decipit, non credit Deo veraciter promittenti, & credit homini trepidè paciſcenti: dumq́ certiora exiſtimat pręſentia, quàm futura, meritò in hoc frequenter incurrit, vt ei cupiditas iniuſti lucri, non iniuſti cauſa ſit damni. Vndè quilibet ſequatur euentus, mala ſemper eſt ratio fœnerantis, cui pecuniam & minuiſſe & auxiſſe peccatũ eſt: vt aut miſer ſit, amittendo quod dedit, aut miſerior, accipiendo quod non dedit. Fugienda prorſus eſt iniquitas fœnoris, & lucrum, quòd omni caret humanitate, vitandum eſt. Multiplicatur quidem facultas iniuſtis & triſtibus incrementis, ſed mentis ſubſtantia contabeſcit: quoniam fœnus pecuniæ, funus eſt animæ. Quid enim de huiuſmodi ſentiat Deus, ſacratiſſimus propheta Dauid manifeſtat. Qui cùm diceret: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? reſponſo diuinæ vocis inſtruitur, & eũ ad æternam requiem pertinere cognoſcit, qui inter alias piæ conuerſationis regulas, pecuniam ſuam non dedit ad vſurã: & à tabernaculo Dei oſtenditur alienus, & à ſancto mõte eius extraneus, qui doloſum quęſtum de pecuniæ ſuę captat vſuris: & dum per aliena cupit damna ditari, æterna dignus eſt egeſtate puniri.

Iniquitas fœnoris. Lucrũ omni humanitate carens.

Nota. Fœnus pecuniæ, funus eſt animæ.

Pſal.14.

36. BERNARDVS epiſtola trecenteſima vigeſimaſecunda ad Epiſcopum, clerũ & populum Spirenſem: Sicubì deſunt Iudæi, peiùs iudaizare dolemus Chriſtianos fœneratores, ſi tamen Chriſtianos, & non magìs baptizatos Iudæos conuenit appellari.

Vſurarij, rectè baptizati Iudæi appellantur.

37. AMBROSIVS in libro de Tobia, capite decimoquarto: Non nouum, nec perfunctorium hoc malum eſt, quod veteris atque diuinæ præſcripto legis inhibetur. Populus qui deſpoliauerat Aegyptum, qui pede tranſierat mare, monetur à fœnoris pecunia cauere naufragia. Et cùm de alijs peccatis ſemel aut multùm iterata admonitione præſcripſerit, de fœnore ſæpiùs intimauit. Habes in Exodo: Quòd ſi pecuniam fœneraueris pupillo, orphano, pauperi apud te, non ſuffocabis eum, non impones ei vſuram. Oſtendit quid ſit ſuffocare, id eſt, vſurã imponere. Strangulat enim, & quod peius eſt, animã laqueat creditoris. Quo ſermone & prędonis violentiam, & deformis nodum mortis expreſſerit. Quòd ſi pignus acceperis veſtimentum proximi tui, ante ſolis occaſum reſtitues. Illud eſt enim opertorium eius tantùm, hoc veſtimentum turpitudinis eius in quo dormiet. Quòd ſi itaque proclamauerit ad me, exaudiã eum. Audiſtis fœneratores quid lex dicat, de qua dixit Dominus: Non veni legẽ ſoluere, ſed adimplere? Quam Dominus non ſoluit, vos ſoluitis? Vſuram, inquit, petere, ſuffocare eſt. Hoc quoque foris ſerò eſt dictum à quibuſdam eorum prudentibus. Quid eſt, inquit, fœnerare? Hominem, inquit,

Exod.22.

Vſurarij ſuffocãt & ſtrangulant homines.

Matth.5.

Vſuram petere, ſuffocare eſt.

Catonis dictum.

Digitized by Google

Deut.23.

quit, occidere. Sed vtiquè non Cato prior quàm Moyſes qui legem accepit. Multo ille poſterior. In Deuteronomio quoquè ſcriptum eſt: Non exiges à fratre tuo vſurā pecuniæ, & vſuram eſcarum, & vſurā omnium rerum quaſcunq; fœnerauěris fratri tuo. Si alienigenę credideris, vſurā exiges ab eo, à fratre aūt tuo non exiges. Vides quantum pōdus in verbis ſit. Noli, inquit, exigere vſuram à fratre tuo, hoc eſt, cum quo habere debes omnia cōmunia, ab eo tu vſurā exigis? Frater tuus conſors naturæ, & cohæres gratiæ. Noli ab eo exigere amplius, à quo durū eſt repetere quod dederis, niſi cùm habuerit vndè diſſoluat. Et plerique refugientes præcepta legis, cùm dederint pecuniam negociatoribus, non in pecunia vſuras exigūt, ſed de mercibus eorum tanquàm vſurarū emolumenta percipiunt, ideò audiant quid lex dicat: Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum quas fœnerauěris fratri tuo. Fraus enim iſta & circunſcriptio legis eſt, non cuſtodia. Et putas te piè facere, quia à negociatore velut mutuū ſuſcipis? Indè ipſe fraudem facit in mercium precio, vndè tibi ſoluit vſuram. Fraudis illius tu author, tu particeps: tibi proficit quicquid ille fraudauerit. Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcunque ſorti accedit, vſura eſt. Quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. Si licitum eſt, cur vocabulum refugis? cur velamen obtexis? Si illicitum eſt, cur incrementum requiris?

Vſura nō cōmittitur tantùm in pecunijs.

Ibidèm.

Quicquid ſorti accedit, vſura eſt.

38. ET capite decimoquinto: Sed fortè dices, quia ſcriptum eſt: Alienigenæ fœnerabis: & non conſideras quid Euangelium dicat, quod eſt plenius. Sed hoc interim ſequeſtremus. Legis ipſius verba conſidera: Fratri tuo, inquit, non fœnerabis ad vſuram, ſed ab alienigena exiges. Quis erat tunc alienigena, niſi Amalech, niſi Amorrhæus, niſi hoſtes? Ibi, inquit, vſuram exige. Cui meritò nocere deſideras, cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicantur vſuræ. Quem bello non potes facilè vincere, de hoc citò potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio & de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius & exactor inimici. Ergò vbi ius belli, ibi etiam ius vſuræ. Frater autē tuus omnis, fidei primùm, deindè Romani iuris eſt populus. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te. Deniquè in Leuitico præſcripſit etiam lex, vſuram à fratre non eſſe poſcendam. Sic enim habes: Et viuet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in vſuram, & in amplius recipiendum non dabis illi eſcas tuas. Generaliter hæc ſententia Dei omne ſortis excludit augmentum. Vndè & Dauid & benedictum æſtimauit, & dignum habitatione cæleſti, qui pecuniam non dedit in vſuram. Si ergò qui non dedit, benedictus: ſine dubio maledictus qui ad vſuram dedit. Cur ergò maledictionem potiùs eligis, quàm benedictionem? Poteſtis enim benedicti eſſe, ſi velitis, poteſtis iuſti eſſe. Homo enim iuſtus, ſecundùm Ezechiel, qui pignus debitori reddiderit, & pecuniam ſuam in vſuram non dederit, & ſuperabundantiam non acceperit, & ab iniuſtitia auerterit manum ſuam.

Deut.23.

An permiſſum fuerit Iudæis exigere vſuram à gentibus propter duritiam cordis tantùm & inſatiabilem auaritiā ipſorum, vt ne fideles grauarent vſuris.

Pſal.21.

Leuit.25.

Omne ſortis augmentum prohibetur. Pſal.41.

Maledictus qui ad vſurā dat.

Ezech.18. Iuſtus eſt, qui ſuperabūdātiam nō accipit.

Iuſtus eſt, inquit, iſte: vitā viuet, dicit Dominus. Qui autem pignus non reddidit, & in ſimulacra appoſuit oculos ſuos, iniquitatem fecit, cum vſura dedit, & ſuperabundantiam accepit, hic vita non viuet. Omnes iniquitates iſtas fecit, morte morietur, ſanguis eius ſuper ipſum manet. Vide quomodò fœneratorem cum idololatra copulauit, quaſi crimen æquaret.

Morte morietur, qui ſuperabundātiam acceperit.

Fœnus cum idololatria comparatur.

39. HIERONYMVS in caput decimumoctauum Ezechielis: Duodecimum numerum in catalogo virtutum patris tenet: Et ad vſuram non commodauerit; ſiue vt LXX. tranſtulerunt, pecuniam ſuam ad vſuram non dederit. In Hebraico, cunctarum ſpecierum vſura prohibetur: in LXX, tantùm pecuniæ. Iuxta quod & in quartodecimo pſalmo ſcriptum eſt: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Et quomodò dicitur: Fratri tuo non fœnerabis, alieno autem fœnerabis. Sed vide profectum: In principio legis, à fratribus tantùm fœnus tollitur: in propheta ab omnibus vſura prohibetur, dicente Ezechiele: Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Porrò in Euangelio virtutis augmentum eſt, præcipiente Domino: Fœneramini his à quibus non ſperatis recipere. Sequitur in tertiodecimo loco: Et amplius non acceperit. Putant quidam vſuram tantùm eſſe in pecunia. Quod præuidens ſcriptura diuina, omni rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti. Solent in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarumq; ſpecierum vſuræ exigi: ſiue vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ: Verbi gratia: vt hyemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, ampliùs partem mediam. Qui iuſtiſſimum ſe putauerit, quartam plùs accipiet portionem, & ſolent argumentari ac dicere: Dedi vnum modium, qui ſatus, fecit decem modios. Nónne iuſtum eſt, vt medium modium de meo plùs accipiam, cùm ille mea liberalitate, nouem & ſemis de meo habeat? Nolite errare, inquit Apoſtolus, Deus non irridetur. Reſpondeat enim nobis breuiter fœnerator miſericors, vtrùm habenti dederit, an non habenti. Si habenti, vtiquè dare nō debuerat, ſed dedit quaſi non habenti. Ergò quare plus exigit quaſi ab habente? Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis, & non intelligunt vſuram appellari & ſuperabundantiam, quicquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint, plus acceperint.

Pſal.14.

Deut.15. & 23. In Ezechiele prohibetur vſura nō tantùm à fratribus, ſed ab omnibus.

Lucæ 6.

Vſura non eſt tantùm in pecunia.

Non eſt amplius recipiendum, quàm mutuò datū eſt.

Galat.6.

Vſuræ & ſuperabundantiæ nomine appellatur, quicquid recipitur ampliùs ſupra ſortem.

40. CONCILIVM Lateranenſe ſub Alexandro tertio celebratum, parte prima, capite vigeſimoquinto: Quia in omnibus ferè locis ità crimen vſurarum inualuit, vt multi alijs negocijs prætermiſſis, quaſi licitè vſuras exerceant, & qualiter vtriuſque teſtamenti pagina condemnentur, nequaquàm attendant: ideò conſtituimus, vt vſurarij manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiāt ſepulturam. Sed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur, & donèc ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus.

Vſura prohibita in nouo & veteri teſtamento.

Vſurarijs manifeſtis communio & Chriſtiana ſepultura negatur.

Vide plura in tit. de vſuris lib. 5. decret. Item in 6. & in Clementinis.

V.

Quomodò Temperantiam Scriptura docet?

A. AD vitandam intemperantiam, hoc Scriptura nobis iniungit, [a] nè carnis curam in deſiderijs faciamus, [b] néve per gulam corda noſtra in crapula & ebrietate aliquando grauemus. Cæterùm ad exercitandam temperantiam hortatur, vbi [c] vult nos eſſe ſobrios & vigilare, hoc eſt, ſacris vigilijs & orationibus aptos eſſe, vt nullum Sathanæ locum [d] demus. Monet igitur & Eccleſiaſticus: [e] *Vtere quaſi homo frugi his, quæ*

tibi

a Rom.13.d 1.Pet.2.c Galat.5.c 1.Cor.9.d
b Luc.21.g Vide ſuprà de Gula, & de Ieiunio.
c 1.Petr.5.c 1.Theſſ.5.b 1.Tim.3.a c 2.Tim.4.a Tit.1.c 2.a b c Leuit.10.b
d Epheſ.4.f
e Eccli 31.b

Digitized by Google

tibi apponuntur, vt non cùm manducas multum, odio habearis. Neque tacet

f Ibidèm d — idem de fugienda ebrietate. [f] *Vinum quippe multum potatum, iritationem,*

g Eccli 19.a — *& iram & ruinas multas facit.* Quinetiam, vt idem ait, [g] *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.* Igitur de potu vini temperatè ſumendo, hoc

h Eccli 31.d — etiam addit: [h] *Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus.* Quare alibì quoquè ſcriptum legimus:

i Eccles 10.c — [i] *Beata terra, cuius principes comedunt in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad*

k Eccli 37.d — *luxuriam.* [k] *Qui autem abſtinens eſt, adyciet vitam.*

l Vide Proſp. l.3. de vita cō- temp. c 19. & Amb. lib. 1. de Iacob & vita beata, cap. 2. Hier. in c. 44. Ezechielis.

m Matt. 3. a 11. a c Mar. 1 a Luc. 1. b g 7. d e Bernard in ſer. de natiui. Ioan. Baptiſt. & Grego. hom 6. in Euang.

B. Sed hæc temperantiæ virtus etiam [l] latiùs, quàm ad moderatam cibi potuſque ſumptionem, ſe porrigit: [m] Ioannes Baptiſta, ſi quis vnquàm alius, temperantiæ, abſtinentiæ, immò & continentiæ omnis exemplum ſe nobis abſolutum præbuit, cùm luxum omnem in victu habituque ſibi præſcidit, & ſumma frugalitate cōtentus, vitam in eremo traduxit.

TESTIMONIA.

1. A. AD Romanos decimotertio: Sicut in die honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam nè feceritis in deſiderijs.

2. PRIORIS Petri ſecundo: Chariſſimi, obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs quæ militant aduersùs animam.

3. AD Galatas quinto: Dico autem: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduersùs ſpiritum, ſpiritus autem aduersùs carnem. Hæc enim ſibi inuicèm aduerſantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

4. PRIORIS ad Corinthios nono: Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autē incorruptam. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

5. LVCAE vigeſimoprimo: Attendite autem vobis, nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentina dies illa. tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciē omnis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

6. PRIORIS Petri quinto: Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide.

7. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Oēs enim vos, filij lucis eſtis, & filij diei: non ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiūt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.

8. PRIORIS ad Timotheum tertio: Oportet ergò Epiſcopum irrepræhenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium &c. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes. Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.

9. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Sobrius eſto.

10. AD Titum primo: Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, &c. ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem.

11. CAPITE ſecundo: Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes, vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. Anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſeruientes: benè docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias &c. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.

12. LEVITICI decimo: Dixitq; Dominus ad Aaron: Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, nè moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. Et vt habeatis ſcientiā diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mūdum: doceatisq; filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

13. AD Epheſios quarto: Nolite locum dare diabolo.

14. ECCLESIASTICI trigeſimoprimo: Supra menſam magnam ſediſti? non aperias ſuper illam faucem tuam prior. Non dicas, ſi multa ſunt, quæ ſuper illam ſunt. Nè extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubeſcas. Nè comprimaris in conuiuio. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur, vt non cùm manducas multum, odio habearis. Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe, nè fortè offendas. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis nè extendas manū tuam: nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum: & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem. Diligentes in vino noli prouocare: multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatū. Aequa vita hominibus, vinum in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. Quæ vita eſt quæ minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors. Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Vinū multum potatum, iritationem, & iram, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ, vinum multum potatū. Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minorans virtutē, & faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proximum: & non deſpicias eum in iucunditate illius: verba improperij non dicas

Digitized by Google

dicas illi, & non premas illum in repetendo.

15. CAPITE decimonono: Operarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim décidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos.

16. CAPITE trigeſimoprimo, vt ſuprà.

17. ECCLESIASTIS decimo: Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.

18. ECCLESIASTICI trigeſimoſeptimo: Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. in multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Propter crapulam multi obiêrunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.

Temperantia quid efficiat.

1. B. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite decimonono: Temperantia temperantem facit, abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. Hęc virtus ſi in animo habitat, libidines frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes prauas remouet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, animi teporem deſiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & totam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit. Temperantia intemperantiam noſtram ad honeſtum modum redigit in cibo ipſo vel potu, vt contenti ſimus appoſitis, nè poſcamus impudenter, quod aut ille qui poſcitur, fortè non habeat: aut alios, quod deſiderio noſtro placet, offendat: aut gulæ noſtræ intemperans appetitus appareat: nec iudicemus eos, qui volunt cibis, quos ipſi percipimus, abſtinere: nec eis verecundiam faciamus, qui ea quibus ipſi abſtinemus, fortè percipiunt, & Deo gratias agunt: certi quòd ſatis miſerum ſit, aliquos de cibi vel potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abſtinentiam ſanctitatem. Temperantiæ eſt, quòd reuerentiā ſenioribus exhibemus, æquales germanitùs honoramus, iunioribus gratiam paternæ dilectionis impendimus, quòd præſtamus loquenti ſeniori ſiletium, quòd ipſius ad loquendum præſtolamur imperium, quòd non attollimus immoderatum in collocutionibus ſonum, quòd riſui prorumpere non permittimus in cachinnum, quòd nulli detrahimus, nec detrahentes æquanimiter ſuſtinemus: ſcientes quòd tam illi qui detrahunt, quàm illi qui detrahentibus acquieſcunt, vanitatis morbo corrupti ſunt. Qui ad hoc alios viles videri volunt, vt ſe cōmendent eorum comparatione quos carpunt, & videantur ea vitia non habere, quæ malitioſè in alijs repræhendunt: quod malum temperantia tollit: cui qui ſeruire voluërit, non quod repræhendat in fratribus, ſed vndè Deum laudet, attendit. Ac per hoc, ipſius temperantiæ eſt, quòd non ſolùm temperantes in omnium membrorum officijs ſumus: ſed etiam quòd omnia libẽter, quæ nos moderatos ac ſobrios faciunt, obſeruamus.

Paſſiones ſiue affectus præcipui.

2. AMBROSIVS libro primo de Iacob & vita beata, capite ſecundo: Paſſionum autem velut duces ſunt naturalis delectatio & dolor, quas ſequuntur cæteræ. Illę enim complectuntur vniuerſas, quarum vtraque non ſolùm corporis, ſed etiam ſecundùm animam paſſiones ſunt. Et quia diximus ſubeſſe his alias paſſiones, ante delectationem concupiſcentia, poſt delectationem gratulatio eſt. Ante dolorem autem eſt timor, poſt dolorem triſtitia. Commotio autem animi, communis paſſio & delectationis & doloris eſt. Tranſcurram alias, id eſt, ſuperbiam, auaritiam, ambitionem, contentionem, inuidiā, quæ ſunt ſecundùm animam paſſiones: tranſcurram etiam inexplebilem vorandi libidinem, effuſionemq́ luxuriæ atque laſciuię, quę vitia nexa ſunt corpori, & ſecundùm illud operantur. Meritóque temperantia quàm maximè iſtarum paſſionum reſtinguit ardorem, quæ primùm ſobrietate atque moderamine animum temperat, mentem informat. Deindè etiam deliciarum abſtinentia reſtinguit habenas corporalis ferocitatis. Ideò lex recídit ciborum licentiam, epularum copias, non ſolùm vt reſecaret luxuriam, verùm etiam vt inhibentis contemplatione præcepti viam tractationi rationis aperiret, quæ iritamenta gulæ cæteraſq́ recíderet cupiditates, corporeas paſſiones motúsque cohiberet. Temperantia eſt igitur correctionis præuia, diſciplinæ magiſtra. Ab hac profectus Iacob ſanctus, primatus à fratre quos non habebat, accepit: eiuſq́ prælatus aſſenſu, docuit in reliquū intemperantes proprio ſibi viles eſſe iudicio. Ab hac profectus Ioſeph & calorem iuuentutis edomuit, & tentatum adulterinis animum illecebris, rectæ rationis inductione firmauit. Et poſt pauca: Nam de excludendo vel mitigando iniuriæ dolore quis melior magiſter quàm patriarcha Iacob, qui proprios coarguens filios Simeon & Leui, ait: Odioſum me feciſtis, ità vt ſęuus videar. Et vtiquè vlti fuerant ſororis iniuriam, quæ contra inſtituta patria violato fuerat pudore temerata. nec potuit Iacob præceptor diſciplinæ, cuſtos pudoris, ſtuprum probare commiſſum, ſed maluit inſolentes ratione cohiberi, ſciens quòd indignationem ratio temperare poſſet. Temperantia eſt igitur, quæ reſecat cupiditates. Hanc primis hominibus tenendam mandauit Deus, dicens: De fructu autem ligni quod eſt in paradiſo, non edetis, neque tangetis illud, nè moriamini. Et quia non eſt retenta, ideò tranſgreſſores virtutis egregiæ, paradiſi exules facti ſunt, & immortalitatis exortes. Hanc lex docet, & vniuerſorum infundit affectibus.

Temperantia quas paſſiões potiſſimùm ſedet.

Geneſ. 25.

Temperantia Iacob & Ioſeph.

Geneſ. 39.

Geneſ. 34.

In paradiſo præcepta temperantia. Geneſ. 2.

3. HIERONYMVS in caput quadrageſimūquartum Ezechielis ſuper ea verba: Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael: eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo: Sin autem cœperint Iudæi & Hebionitæ circunciſionem aurium interpretari, quando nihil turpe & inhoneſtum audire nos patimur: & circunciſionem labiorum, quando nihil indecens loquimur: dicamus eis, eandem expoſitionem etiam in corde, & in carne ſeruare debetis. Cor circuncidimus cultello Dei, & aufertur de corde noſtro præputium, quando turpes cogitationes nequaquàm exeunt de corde noſtro, nec de nobis dicitur: Impinguatum eſt cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audiêrunt. Ergò & caro ſimiliter circunciditur, vt nequaquàm faciamus terrena opera, quæ pro neceſſitate corporis facere compellimur: cibum capere, & potum, & ſomnum, & vti veſtibus: quæ tunc circuncidimus, ſi non ad delicias, & ad luxuriam, & ad inertiam, ſed ad neceſſitatem naturæ, & corporis iſtius ſuſtentaculum cuncta faciamus. Qui bibit vinū modicum propter ſtomachum, & frequentes infirmitates, & odit ebrietatem, circuncidit carnem ſuam. Qui dormit quantùm natura patitur, audiet à Salomone: Si ſederis, abſq́ timore eris: ſi dormieris, ſuauiter dormies, & non timebis pauorem ſuperuenientem tibi, neque impetus impiorum ſuperuenientes. Et qui fugit fornicationem, & vxori debitum reddit, reuertēs ad idipſum, nè tentet eū ſatanas, audiet cum populo Iſrael: In hac die abſtuli opprobrium Aegypti à vobis. Veſtibus quoquè vtetur, quæ frigus repellant, non quæ tenuitate ſui, corpora nuda demonſtrent. Attenuata ieiunijs caro, & circunciſa continentia, fugit opprobrium Aegyptiorum, qui ſunt magnis carnibus, & illud poteſt dicere, quod in pleriſq́ iuxta editio-

Circūciſio & moderatio aurium, labiorū, cordis & carnis quomodò fiat.

Actor. 28.

Temperantia cibi, potus, ſomni, & veſtimẽtorum.

1. Tim. 5.

Prouer. 3.

1. Cor. 7.

Ioſue 5.

Digitized by Google

Pſal. 62.
editionem Septuaginta legitur: Quomodò contabuit caro mea: in terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Si quando ergò alienigenas introducere voluerimus in templum Dei, circuncidamus aures eorum, & labia, & cor, & omnem carnem, oculóſque, guſtum & odoratum; vt omnia cum Dei timore & ratione faciamus.

4. MATTHAEI tertio: Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre.

5. CAPITE vndecimo: Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Eccè qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Venit Ioannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Eccè homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.

6. MARCI primo: Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locuſtas & mel ſylueſtre edebat.

7. LVCAE primo: Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram non bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum. & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

8. CAPITE ſeptimo: Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Eccè, qui in veſte precioſa ſunt & delicijs, in domibus regum ſunt. Venit Ioannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, &c.

Lucæ 1.
Ioannis Baptiſtæ temperantia.

9. BERNARDVS in ſermone de natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ: Conſidera hominem angelico promiſſum oraculo, conceptum miraculo, ſanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem. Victum & veſtitum (ait Apoſtolus) habentes, his contenti ſimus. Apoſtolica perfectio iſta eſt, ſed Ioannes etiam hæc contempſit. Deniquè audi Dominum in Euangelio: Venit (inquit) Ioannes non manducans, nec bibens, planè nec veſtiens. Sicut enim non eſt locuſta cibus, niſi aliquorum fortè irrationabilium animalium, ſic nec pilus cameli humanum eſt indumentum. Quid tu pilos tuos camele depoſuiſti? Vtinàm gibbum magis depoſuiſſes. Quid vos irrationabiles feræ & reptilia deſerti, cibos exquiritis delicatos? Ioannes ſanctus homo miſſus à Deo, immò angelus Dei, ſicut ait pater: Eccè mitto angelum meum ante te. Hic ergò Ioannes, quo nullus maior in natis mulierum, innocentiſſimum illud corpus ſic caſtigat, ſic extenuat, ſic affligit: vos indui feſtinatis byſſo & purpura, & ſplendidè epulari? Heu hic eſt præſentis totus honor diei, hæc Baptiſtæ reuerentia tota: hæc natiuitatis eius prophetata quondàm lætitia eſt? Cuius enim memoriam agitis ô nimis delicati cultores? cuius celebratis natalem? Nónne illius, qui in eremo fuit hirſutus veſte, confectus inedia? Quid exiſtis in deſertum videre filij Babylonis? arundinem vento agitatam? Quid igitur? Hominem mollibus veſtitum? Nutritum mollibus? In his nempe tota verſatur hæc veſtra celebritas: in popularis fauoris aura ſectanda, in gloria veſtium, & voluptate ciborum. Sed quid hæc ad Ioannem? Neque enim Ioannes fecit ſic, aut talibus vnquàm potuit delectari. Multi (inquit angelus) in natiuitate eius gaudebunt. Verum id quidem: multi in natiuitate eius gaudent: & paganis ipſis (vt audiuimus) læta eſt & ſolennis. Illi celebrant quod ignorant, ſed non ità debuerant Chriſtiani. Nunc verò & ipſi in hac beati Ioãnis Baptiſtæ natiuitate gaudent: ſed vtinàm de natiuitate, non de vanitate.

1. Tim 6.
Matth. 11.
Lucæ 7.
Malach. 3.
In eos qui feſtias natalitias S. Ioannis malè celebrant.
Lucæ 1.

10. GREGORIVS homilia ſexta in Euangelia: Camelorum pilis contextis, vt ſcitis, veſtitus Ioannes fuiſſe deſcribitur. Et quid eſt dicere, Eccè qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt: niſi aperta ſententia demonſtrare, quia non cæleſti, ſed terreno regi militant hi, qui pro Deo perpeti aſpera fugiunt, & ſolis exterioribus dediti, præſentis vitæ mollitiem & delectationem quærunt? Nemò ergò exiſtimet in fluxu atque ſtudio precioſarum veſtium peccatum deeſſe: quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannem Dominus de veſtimenti ſui aſperitate laudâſſet. Si hoc culpa non eſſet, nequaquàm Paulus Apoſtolus per epiſtolam fœminas à precioſarum veſtium appetitu cõpeſceret, dicens: Non in veſte precioſa. Penſate ergò quæ culpa ſit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit Paſtor Eccleſiæ & fœminas prohibere.

Matth. 11.
In precioſo veſtitu nõ deeſt peccatũ.
1. Tim. 2.
1. Pet. 3.

VI.

De Fortitudine quid Scriptura monet?

A. AD hanc colendam ſatis hortatur, cùm [a] timorem improbum nobis adimit, & Chriſtianæ mentis fidutiam, alacritatem, conſtantiam atque magnanimitatem commendat. [b] *Fugit impius nemine perſequente*, inquit Salomon: *Iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Et Petrus de fidei ac pietatis hoſtibus hoc admonet: [c] *Timorem eorum nè timueritis, neque conturbemini. Quis eſt*, inquit, [d] *qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam*, [e] *beati.* Paulus verò, cùm eſſet ipſe Chriſti miles [f] inuictus, ad veram & Chriſtianam fortitudinem alios ſæpè excitat: *Fratres*, inquit, [g] *mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.* Ac rurſùm: [h] *Fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poßitis ſtare aduersùs inſidias Diaboli, & reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.*

a Matt. 10. c 8. c Luc. 12. a d Eſa. 8. c 35. a 41. c d 43. a 44. a 51. c d Hier. 10. a Eccli 7. a 34. b Prouer. 3 c Pſal 3. b 22. a 26. a 55. b 117 a Eſa. 12. a Heb. 12 a b c d

b Prouer. 28. a Iob 15. c 6. c Prouer. 29. d Eccli 22. c Pſal. 13. e Ioan. 12. f Apoc. 21. b 2. Cor. 1. c Matt. 11. a Gal. 3. a Prouer. 15. a 27. b Eccli 27. b

c 1. Pet 3 c

d Ibidèm & 2. d 4. c

e Matth. 5. a Lucæ 6. e

f 1. Cor. 4. c 2. Cor. 4. b c 6. a b 11. f 12. c Acto. 20. e 21. c 2. Tim. 4. b Rom. 8. f g

g 1. Cor. 15. g 16. c 9. d Rom. 11. c Gala. 6. c 2. Theſ. 3. c Tob. 2. c Eccles 10. a Eccli 4. d 5. c 11. c 2. Paral. 15. b Iaco. 5. b Heb. 10. f Matth. 10. c 24. b Bern. epiſt. 129. ad Ianuenſes.

h Ephe. 6. b Eſa. 40. g Prou. 14. c 2. Par. 16. c Iaco. 4. b 1. Pet. 5. c Vide Proſp. lib. 3. de vita contempl. cap. 20. & Ambr. lib. 1. offic. cap. 35. & ſequentib.

B. Fortis

Digitized by Google

B. Fortis viri voces hæ ſunt propriæ: [i] *In Deo ſperaui, non timebo quid* i Pſal.55.a c
faciat mihi caro. [k] *Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Si conſiſtant* k Pſal.26.a
aduersùm me caſtra, non timebit cor meum. [l] *Si ambulauero in medio vmbræ* l Pſal.22.a
mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. [m] *Quis nos ſeparabit à charita-* m Rom.8.g
te Chriſti? [n] *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* Hoc eſt quod Rex [o] for- n Philip.4.c
tiſſimus Dauid ad omnes Dei filios ſuosque commilitones, veluti o 1.Reg.17.d 2.Reg.14.d 16.b c 17.b 23.a Pſal.17.c
claſſicum canens, dixit: [p] *Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes* p Pſal.30.d
qui ſperatis in Domino. [q] *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet* q Pſal.107.d Hebr.11.f g Dan.3.b 1.Machab.2.b f g 2.Mach.7.a f Act.4.c 5.f g Apoc.2.b c g 3.a c d
tribulantes nos.

C. Ea verò demum vita homine Chriſtiano digna eſt, qua pruden-
ter, iuſtè, temperatè, fortiterque viuitur. Hinc aurea [r] mediocritas con- r Bernard.lib.2. de conſideratione cap.10.
ſtat, vt nè quid nimìs, & nè quid minùs. Hoc eſt, quod Scriptura loqui-
tur: [ſ] *Nè declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* ſ Prouer.4.b

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI decimo: Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

2. ET capite octauo: Et acceſſerunt ad eum, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

3. LVCAE duodecimo: Dico autem vobis amicis meis, Nè terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent ampliùs quid faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam.

4. ESAIAE octauo: Hæc ait Dominus ad me: Sicut in manu forti erudiuit me, nè irem in via populi huius, dicẽs: Non dicatis, cõiuratio. omnia enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt. & timorem eius nè timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter.

5. CAPITE trigeſimoquinto: Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis: confortamini, & nolite timere. Eccè Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos.

6. CAPITE quadrageſimoprimo: Et tu Iſrael ſerue meus, Iacob quem elegi, ſemen Abrahã amici mei, in quo appræhendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. Nè timeas, quia ego tecum ſum: nè declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei. Quia ego Dominus Deus tuus appræhendens manum tuam, dicensq́ue tibi: Nè timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus ſanctus Iſrael.

7. CAPITE quadrageſimotertio: Et nunc hæc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Iſrael: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cùm trãſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorioſus, ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum ſum: ab Oriente ducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te.

8. CAPITE quadrageſimoquarto: Hæc dicit Dominus, faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſſime quem elegi. Et paulopòſt: Nolite timere, neque conturbemini.

9. CAPITE quinquageſimoprimo: Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in corda eorum. nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorũ nè metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in generationes generationum.

10. HIEREMIAE decimo: Hæc dicit Dominus, iuxta vias Gentium nolite diſcere: & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes: quia leges populorum vanæ ſunt.

11. ECCLESIASTICI ſeptimo: Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.

12. CAPITE trigeſimoquarto: Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipſe eſt ſpes eius.

13. PROVERBIORVM tertio: Nè paueas repentino terrore, & irruentes tibi potẽtias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum nè capiaris.

14. PSALMO tertio: Non timebo millia populi circundantis me: exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.

15. ET vigeſimoſecundo: Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

16. ITEM vigeſimoſexto: Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Si conſiſtant aduersùm me caſtra, nõ timebit cor meum. Si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego ſperabo.

17. ET quinquageſimoquinto: In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

18. PSALMO centeſimo decimoſeptimo: Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.

19. ESAIAE duodecimo: Eccè Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.

20. HEBRAEORVM duodecimo: Ideoq́ue & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium: deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, adſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùm ſemetipſum contradictionem: vt nè fatigemini, animis veſtris deficientes. Nondùm enim vſque

Digitized by Google

ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes: & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquàm filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij; ſed mœroris: poſteà autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ. Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magìs autem ſanetur.

21. PROVERBIORVM vigeſimooctauo, vt in textu.

22. IOB decimoquinto: Cũctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius. Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cùm pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Non credit quòd reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circunſpectans vndiquè gladium. Terrebit eũ tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut regem qui præparatur ad prælium.

23. CAPITE ſexto: Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.

24. PROVERBIORVM vigeſimonono: Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in Domino, ſubleuabitur.

25. ECCLESIASTICI vigeſimoſecũdo: Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non deprauabitur. Sicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt: ſic & cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtit. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet: ſic & qui in præceptis Dei permanet ſemper.

26. PSALMO decimotertio: Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerũt timore, vbi non erat timor.

27. IOANNIS duodecimo: Veruntamen & ex principibus multi crediderũt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magìs, quàm gloriam Dei.

28. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Qui vicerit, poſſidebit hæc, & èro illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

29. POSTERIORIS ad Corinthios primo: Cùm ergò hoc voluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundùm carnem cogito, vt ſit apud me Eſt, & Non? Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo Eſt, & Non. Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit Eſt & Non, ſed Eſt in illo fuit.

30. MATTHAEI vndecimo: Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohanne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?

31. AD Galatas tertio: Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?

32. PROVERBIORVM decimoquinto: Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio.

33. CAPITE vigeſimoſeptimo: Sicut auis trãſmigrans de nido ſuo, ſic qui derelinquit locum ſuum.

34. ECCLESIASTICI vigeſimoſeptimo: Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.

35. PRIORIS Petri tertio, vt in textu.

36. CAPITE ſecundo: Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

37. CAPITE quarto: Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.

38. MATTHAEI quinto: Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſùm vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cælis. ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

39. LVCAE ſexto: Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquàm malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: eccè enim merces veſtra multa eſt in cælo. Secundùm hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

40. PRIORIS ad Corinthios quarto: Puto enim quòd Deus nos Apoſtolos nouiſſimos, oſtẽdit tanquàm morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. tanquàm purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.

41. POSTERIORIS ad Corinthios quarto: In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed nõ derelinquimur: deijcimur, ſed nõ perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

42. CAPITE ſexto: Adiuuantes autem exhortamur, nè in vacuum gratiã Dei recipiatis. nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in lõganimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi moriẽtes, & eccè viuimus: vt caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes.

43. CAPITE vndecimo: Miniſtri Chriſti ſunt, & ego: (vt minùs ſapiens dico) plùs ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquiès quadragenas, vna minùs, accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufra-

Digitized by Google

naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui, in itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum.

44. CAPITE duodecimo: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. Cùm enim infirmor, tunc potens ſum.

45. ACTORVM vigeſimo: Et nunc eccè (ait Paulus) alligatus ego ſpiritu, vado in Ieruſalem: quæ in ea ventura ſint mihi ignorans, niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Hieroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam precioſiorem quàm me, dummodò conſummem curſum meũ & miniſterium quod accepi à Domino Ieſu, teſtificari euangelium gratiæ Dei.

46. ET capite vigeſimoprimo: Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu.

47. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Ego enim iam delibor: & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

48. AD Romanos octauo: Quid ergò dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis ergò nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtãtia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

49. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto, vt in textu.

50. CAPITE decimoſexto: Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini. omnia veſtra in charitate fiant.

51. CAPITE nono: Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis.

52. AD Romanos vndecimo: Vide ergò bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquìn & tu excidéris.

53. AD Galatas ſexto: Bonum autem facientes, nõ deficiamus. Tempore enim ſuo metemus non deficientes.

54. POSTERIORIS ad Theſſalonicẽſes tertio: Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.

55. TOBIAE ſecundo: Filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquàm mutant ab eo.

56. ECCLESIASTIS decimo: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum nè dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima.

57. ECCLESIASTICI quarto: Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

58. CAPITE quinto: Non ventiles te in omnẽ ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ.

59. CAPITE vndecimo: Sta in teſtamẽto tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorũ tuorum veteraſce. Nè manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

60. SECVNDI Paralipomenon decimoquinto: Azarias autem filius Obed, facto in ſe ſpiritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei: Audite me Aſa, & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, &c. Vos ergò confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

61. IACOBI quinto: Patiẽtes igitur eſtote, fratres, vſque ad aduentum Domini. Eccè agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum: Patientes eſtote & vos, & cõfirmate corda veſtra: quoniam aduẽtus Domini appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Eccè, iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite, fratres, laboris & patiẽtiæ, Prophetas: qui locuti ſunt in nomine Domini. Eccè beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

62. AD Hebræos decimo: Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

63. MATTHAEI decimo: Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.

64. ET capite vigeſimoquarto: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

65. BERNARDVS epiſtola centeſima vigeſimanona ad Ianuenſes: Et nunc quid reſtat, chariſſimi, niſi vt admoneamini de perſeuerantia, quæ ſola meretur viris gloriam, coronam virtutibus? Prorſus abſque perſeuerantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor virium, virtutum cõſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculũ ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam: nec obſequiũ mercedem habet: nec beneficium gratiam: nec laudem fortitudo. Deniquè non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Saul cùm eſſet paruulus in oculis ſuis, rex eſt ſuper Iſrael conſtitutus: non perſeuerans in humilitate, & regnum amiſit & vitam. Si cautela Samſon, ſi Salomonis deuotio perſeuerantiam retinuiſſent: nec is profectò priuaretur ſapientia, nec ille viribus. Hoc ſummæ honeſtatis inſigne, hanc totius probitatis vnicam fidamq; cuſtodem, cuſtodiri à vobis firmiter hortor & precor.

Perſeuerãtiæ laus.

Matth.10. & 24. 1.Reg.15. Iudic.16. 3.Reg.11.

66. AD Epheſios ſexto, vt in textu.

67. ESAIAE quadrageſimo: Nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius. Qui dat laſſo virtutem: & his qui non ſunt, fortitudinem

Digitized by Google

& robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

68. PROVERBIORVM decimoquarto: In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit ſpes.

69. SECVNDI Paralipomenon decimoſexto ait Hanani propheta ad Aſam regem Iuda: Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore aduerſùm te bella conſurgent.

70. IACOBI quarto: Subditi eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis.

71. PRIORIS Petri quinto: Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem ei quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabítque.

Ad animi fortitudinem qd pertineat.

72. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite vigeſimo: Animi fortitudo ea debet intelligi, quæ non ſolùm diuerſis pulſata moleſtijs, inconcuſſa permaneat, ſed etiam nullis voluptatum illecebris reſoluta ſuccumbat. Alioquin ſi impetus quidem malorum ſæuientium frangat, ſi calamitatibus quibuslibet impactis obſiſtat, ſi inter iniuriarum ſæua, inter procellas angentium preſſurarum, inter inimicitias ac damna præſentia, atque multimodas perſecutiones infatigata perſiſtat: & tamen de ipſa ſe aduerſariorum ſuſtinentia iactet, nec de dono Dei, quo illuſtratur, exultet: ſed carnaliter ſe de vulgi fauore, quo prædicatur, oblectet: pluſq; gaudeat ex eo quòd laudatur, quàm ex eo quòd habet vndè laudetur: & per hoc humanam laudem diuinis muneribus anteponat: quis dubitet, hanc animi intentionem virtutem dici non poſſe? Quæ ſi virtus eſſet, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret, nec acquieſceret mollibus, quæ adiuuante Domino, dura quæque vel aſpera ſuperâſſet. Quoſdam nanque inſuperabiles aſperis paſſionibus facit mundi cupiditas: in quibus non patientia laudanda eſt, ſed miranda duritia. Eos verò quos ad tolerantiam paſſionum fortes Dei charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla voluptas malè blanda corrumpit: quoniam ſi non quid, ſed propter quid patiamur, plurimùm refert, non in eis patientia eſt, qui æquanimiter patiuntur angentia, ſed in eis tantùm, quos fortiter facit ſuſtinere iuſtitia. Deniquè Dominus non ait, Qui perſecutionem patiuntur, & tacuit: ſed adiecit, Propter iuſtitiam: vt euidenter oſtenderet, quòd patientiã veram non facit pœna, ſed cauſa: & ideò beatitudinem, non perſecutionem patientibus, ſed propter iuſtitiam patiẽtibus, repromiſit. Quod ſi ità eſt, ſuperandorum malorum ſuſtinentia, tunc eſt vera patientia, ſi fuerit iuſta: & in eis iuſta eſt patientia, quorum nec doloribus, nec voluptatibus cedit mentis inuictæ conſtantia. Sed hæc animi fortitudo ab illo eſt nobis, cui cũ Propheta cantamus: Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Fortitudo noſtra eſt, quia ità nos contra omnia vitia inuicta protectione corroborat, vt animum noſtrum nec blanda diſſoluant, nec aduerſa deijciant: & tunc laus noſtra Dominus fit, ſi non nos de muneribus Dei, ſed diuina in nobis cupiamus munera prædicari. Nec illi ſuam poſſunt iactare virtutem, quibus Dominus factus eſt in ſalutem. Is ergò cui Dominus eſt animi fortitudo, nullis carnalibus deſiderijs cedat, nullis voluptatibus acquieſcat, ambitionem ac popularẽ gloriam vincat. Non eum pecuniæ amor addicat, non acerbitas paſſionum damnorumq; ſubijciat. Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio pura, ſpes certa, ſecuritas firma, poſſibilitas ſana, ſanitas incorrupta: vt ei quicquid carnalibus placet, in hoc mundo diſpliceat: quicquid precioſum videtur eſſe, vileſcat: quicquid nitidũ, futurorum cõtemplatione ſordeſcat: nec ab his quæ iam per gratiã Dei eliſit, ſe patiatur elidi: quia & turpius videtur, animũ ab his vitijs vinci, quæ vicerat: & nihil ei profit aliqua ſuperâſſe, ſi alicui, quod neglexerit ſuperare, ſubiaceat: quando non ille fortis haberi ſolet, qui in adeũdis laboribus periculiſq; claruerit, aut frenandis voluptatibus ac domandis inſtiterit: ſed ille magnus & ſublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione cenſendus eſt, qui nihil ſibi vitij rebellare, aut dominari permiſerit, modò abſit ignauia, nè nos id deſperemus poſſe, quod poſſumus: abſit præſumptio vitioſa, nè nobis hoc quod per Dei gratiã poſſumus, aſſcribamus: quia ſiue de munere Dei, quo fortes efficimur, deſperemus: ſiue nos de noſtra poſſibilitate iactemus, idonei ad reſiſtendum vitijs eſſe nõ poſſumus. Et vtiquè animi fortitudo tam deſperandi ignauiam debet excutere, quàm iactantiæ contraire.

Aliud eſt patientia, aliud duritia.

Matth. 5.

Veram patiẽtiam non facit pœna, ſed cauſa.

Author veræ fortitudinis. Eſaiæ 12.

Verè fortes quales eſſe debeant.

Fortitudinis partitio.

73. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite trigeſimoquinto: Nunc de fortitudine tractemus, quæ velut excelſior cæteris, diuiditur in res bellicas & domeſticas. Sed bellicarum rerum ſtudium à noſtro officio iam alienũ videtur, quia animi magìs quàm corporis officio intendimus, nec ad arma iam ſpectat vſus noſter, ſed ad pacis negocia. Maiores noſtri, vt Ieſus Naue, Ierobaal, Samſon, Dauid, ſummam rebus quoq; bellicis retulêre gloriam. Eſt itaque fortitudo velut excelſior cæteris, ſed nunquàm incomitata virtus. Sed non hæc ſola præclara fortitudo eſt, ſed etiam illorum glorioſam fortitudinem accipimus, qui per fidem magnitudine animi obſtruxerunt leonum ora, extinxerunt virtutem ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate fortes, qui nõ comitatu & legionibus ſuccincti, communem cum multis victoriam, ſed nuda virtute animi ſingularem de perfidis retulerũt triumphum. Quàm inſuperabilis Daniel, qui circa latera ſua rugientes non expauit leones? Fremebant beſtiæ, & ille epulabatur.

Heb. 11.

Dan. 14.

Fortitudinẽ maximè in animo ſitam eſſe.

74. CAPITE trigeſimoſexto: Non igitur in viribus corporis & lacertis tantummodò fortitudinis gloria eſt, ſed magìs in virtute animi. Neque in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. Et paulò pòſt: Et reuerà iure ea fortitudo vocatur, quando vnuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduerſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento quodam variarum rerum circunfertur mutatione. Quid autem excelſius & magnificentius, quàm exercere mentem, afficere carnem & in ſeruitutem redigere, vt obediat imperio, conſilijs obtemperet, vt in adeundis laboribus impigrè exequatur propoſitum animi ac voluntatem? Hęc igitur prima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Primo, vt externa corporis pro minimis habeat, & quaſi ſuperflua deſpiciẽda magìs quàm expetenda ducat. Secundo, vt ea quæ ſumma ſunt, omnẽſque res in quibus honeſtas & illud πρέπον cernitur, præclara animi intentione vſque ad effectum perſequatur. Quid enim tam præclarum, quàm vt ità animum tuum informes, vt neque diuitias, neque voluptates, neque honores, in maximis cõſtituas, neque in his ſtudium omne conteras? Quod cùm ità affectus animo fueris, neceſsè eſt

Seipſum vincere, viri fortis eſt.

Duobus perficitur animi fortitudo.

Rerum labẽtium cõtemptus.

Digitized by Google

eſt vt illud honeſtum ac decorum præponendum putes, illiúſq; mentem ità intendas tuam, vt quicquid acciderit quo frangi animi ſolent, aut patrimonij amiſſio, aut honoris imminutio, aut obtrectatio infidelium, quaſi ſuperior non ſentias.

Periculorum deſpicientia. Deindè vt te ſalutis ipſius pericula pro iuſtitia ſuſcepta non moueat. Hæc vera fortitudo eſt, quam

2.Tim.2. habet Chriſti athleta: qui niſi legitimè certauerit, non coronatur.

75. CAPITE trigeſimoſeptimo: Sed in omni-

Fortitudo nè ſit temeraria. bus quæ agimus, non ſolùm quid honeſtum, ſed etiam quid poſſibile ſit quæramus, nè fortè aggrediamur aliquid quod non poſſimus exequi: vndè nos tempore perſecutionis de ciuitate in ciuitatem concedere, immò vt ipſius verbo vtar, fugere

Math.10. vult Dominus: nè temerè aliquis dum martyrij deſiderat gloriam, offerat ſe periculis, quæ fortaſsè caro infirmior, aut remiſſior animus, ferre ac tolerare non queat.

76. CAPITE trigeſimooctauo: Nec rursùs propter ignauiam cedere quis ac deſerere fidem debet metu periculi. Qua gratia præparãdus eſt animus, exercenda mens, ſtabilienda ad cõſtantiam: vt nullis perturbari animus poſſit terroribus, nullis frãgi moleſtijs, nullis ſupplicijs cedere. Quæ

Media quibus animi cõſtantia paratur. difficilè quidem ſuſtinentur. Sed quia omnia ſupplicia grauiorum ſuppliciorum vincuntur formidine, ideò ſi conſilio firmes animum tuum, nec à ratione diſcedendum putes, & proponas diuini iudicij metum, perpetui ſupplicij tormenta, potes animi ſubire tolerantiam.

77. CAPITE trigeſimonono: Non eſt medio-

Fortitudo aduerſus omnia vitia dimicare debet, & præcipue contra auaritiã. cris nec diſcreta à cæteris animi fortitudo, quæ bellum cum virtutibus gerat, ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & iudicia cuſtodiat, & quę inexpiabili prelio aduersùs omnia vitia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersùs voluptates, dura aduersùs illecebras, quibus aurem deferre neſciat, nec (vt dicitur) Aue dicat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat tanquàm labem quandam, quæ virtutem effœminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci. Fortitudo igitur tam immanem peſtem repellat & proterat, nec tentetur cupiditatibus, nec frangatur metu, quia virtus ſibi conſtat, vt fortiter omnia perſequatur vitia, tanquàm virtutis venena: iracundiam velut quibuſdam propulſet armis, quæ tollit conſilium, & tanquàm ægritudinem vitet. Gloriæ quoquè caueat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatiùs appetita, ſemper autem vſurpata. Quid

Fortitudo beati Iob. horum ſancto Iob, vel in virtute defuit, vel in vitio obrepſit? Quomodò laborem ægritudinis, frigoris, famis pertulit? Quomodò deſpexit ſalutis

Iob 1. & ſeq. periculum? Nunquid rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaritia, cenſus aut voluptatis ſtudia cupiditatéſque excitauit? Nunquid trium regum iniurioſa contentio, vel ſeruorum contumelia in iram ex-

Iob 31. cuſſit? Nunquid gloria ſicut leuem extulit, qui imprecabatur grauia ſibi, ſi vnquàm vel non voluntariam celauiſſet culpam, vel reueritus eſſet multitudinem plebis, quò minùs annunciaret eam in conſpectu omnium? Neque enim cõſentaneę ſunt vitijs virtutes, ſed ſibi conſtant. Quis igitur tam fortis, quàm ſanctus Iob? Cui ſecundus adiudicari poteſt, qui parem vix reperit?

78. CAPITE quadrageſimo & quadrageſimoprimo profert ex ſacris literis petita exempla fortitudinis bellicæ, & eius quæ in tolerandis rebus aduerſis cernitur.

1. B. PSALMO quinquageſimoquinto, 2. VIGESIMOSEXTO, 3. VIGESIMOSECVNDO, 4. AD Romanos octauo, 5. AD Philippenſes quarto, vt in textu.

6. PRIMI Regũ decimoſeptimo: Audita ſunt autem verba quę locutus eſt Dauid, & annunciata in conſpectu Saul. Ad quem cùm fuiſſet adductus, locutus eſt ei: Non cõcidat cor cuiuſquam in eo: ego ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduersùs Philiſthęum. Et ait Saul ad Dauid: Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduersùs eum: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. Dixítq; Dauid ad Saul: Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis: & perſequebar eos, & percutiebam, eruebámq; de ore eorum: & illi conſurgebant aduersùm me, & appræhendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámq; eos. Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircuncìſus, quaſi vnus ex eis. Nunc vadam & auferam opprobrium populi: quoniam quis eſt iſte Philiſthæus incircuncìſus? qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis. Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Dicit autem Saul ad Dauid: Vade, & Dominus tecum ſit, &c.

7. SECVNDI Regum decimoquarto, ait mulier Thecuitis ad Dauid: Dicat ergò ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis ſicut ſacrificium. Sicut enim angelus Domini, ſic eſt dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vndè & Dominus Deus tuus eſt tecum.

8. CAPITE decimoſexto: Venit ergò rex Dauid vſque Bahurim: & ecce egrediebatur indè vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebátque egrediens, & maledicebat. Mittebátq; lapides contra Dauid, & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuerſi bellatores à dextro & à ſiniſtro latere regis incedebant. Ità autem loquebatur Semei, cùm malediceret regi: Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul: quoniam inuaſiſti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Abſalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir ſanguinum es. Dixit autem Abiſai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit hic canis moriturus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex, Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Et ait rex Abiſai, & vniuerſis ſeruis ſuis: Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animam meam: quanto magìs hic filius Iemini? dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. Ambulabat itaque Dauid & ſocij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersùm eum, terrámq; ſpargens.

9. CAPITE decimoſeptimo: Non eſt bonum conſilium quod dedit Achitophel hac vice. Et rursùm intulit Chuſai: Tu nôſti patrem tuum, & viros qui cum eo ſunt, eſſe fortiſſimos & amaro animo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat: ſed & pater tuus vir bellator eſt, nec morabitur cum populo.

10. CAPITE vigeſimotertio: Hęc nomina fortium Dauid. Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Poſt hũc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid, quando exprobrauerunt Philiſthijm, & cõgregati ſunt illuc in prælium, &c.

11. PSALMO decimoſeptimo: Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.

12. ET trigeſimo, 13. ITEM centeſimo ſeptimo, vt in textu.

14. AD Hebræos vndecimo: Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantē de Gedeon, Barac, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis: qui per fidem deuicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tētati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ.

15. DANIELIS tertio: Reſpondentes Sidrach, Miſach & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Eccè enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nós de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus.

16. PRIMI Machabæorum ſecundo: Et reſpondit Mathathias: Et dixit magna voce: Etſi omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt diſcedāt vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſentiant mandatis eius: ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum noſtrorum. propitius ſit nobis Deus: non eſt nobis vtile relinquere legem & iuſtitias Dei. nō audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus tranſgrediētes legis noſtræ mandata, vt eamus altera via, &c. Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs ſuis: Nunc confortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tempus euerſionis, & ira indignationis. Nūc ergò, ô filij, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Abraham nónne in tentatione inuentus eſt fidelis, & reputatū eſt ei ad iuſtitiam? Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum: & factus eſt dominus Aegypti. Phinees pater noſter zelando zelū Dei, accepit teſtamentum ſacerdotij æterni. Ieſus dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſrael. Caleb dum teſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſecula. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cęlum. Ananias & Azarias & Miſael, credentes, liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ità cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris nè timueritis: quia gloria eius, ſtercus & vermis eſt: hodiè extollitur, & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt. Vos ergò filij confortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eritis.

17. SECVNDI Machabæorum ſeptimo: Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua appræhenſos, compelli à rege edere cōtra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magìs quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaque rex, iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccēdi, &c. Ait mater adoleſcentiori: Peto te nate, vt adſpicias ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus: ità fiet vt nō timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei, &c.

18. ACTORVM quarto: Videntes autem Petri conſtantiam & Iohannis, comperto quòd homines eſſent ſine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoſcebant eos quoniam cum Ieſu fuerant: hominem quoquè videntes ſtantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Et vocantes eos, denunciauerunt, nè omninò loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu. Petrus verò & Iohannes reſpondentes, dixerunt ad eos: Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, iudicate. Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui.

19. CAPITE quinto: Et cùm adduxiſſent illos, ſtatuerunt in cōcilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum, dicens: Præcipiendo præcepimus vobis, nè doceretis in nomine iſto: & eccè repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magìs, quàm hominibus, &c. Et cōuocantes Apoſtolos, cæſis denunciauerunt, nè loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

20. APOCALYPSIS ſecundo: Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs: Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in Paradiſo Dei mei. Et angelo Smyrnæ eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus, & viuit: Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, ſed diues es: & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. Nihil horum timeas quæ paſſurus es. Eccè miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat eccleſijs: Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Et qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquàm vas figuli cōfringentur, ſicut & ego accepi à patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

21. ET capite tertio: Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimētis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Eccè venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foràs non egredietur ampliùs: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcēdit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius.

1. C. BERNARDVS libro ſecundo de conſideratione, capite decimo: Tene medium, ſi non vis perdere modum. Locus medius tutus eſt. Medium, ſedes modi: & modus, virtus. Omnem extra modum habitationem, ſapiens exilium reputat. Propterea non eſt illi habitare in longo, quòd vltra modum ſit: ſed nec in lato quidem, quòd extra ſit: porrò nec in alto vel imo, quòd alterum ſupra, alterū infra ſit. Deniquè & lōgitudo exterminiū habere ſolet, & dilatatio ſciſſuram, & altitudo ruinam, & profundum abſorptionem. Dico hæc planiùs, nè me putes ea loqui quæ Apoſtolus compræhendere hortatur cum omnibus ſanctis, longi-

Mediocritas tenenda.

Epheſ. 3.

Digitized by Google

longitudinem, latitudinem, ſublimitatem, & profundũ: quod alterius erit & diſputationis, & temporis. Nunc autem longum dico, cùm ſibi homo longiorem promittit vitam. Latum, cùm in ſuperfluas animus diſtenditur curas. Altum, cùm de ſe plùs præſumit. Profundum, cùm ſe plùs deijcit. Qui ergò longa ſibi metitur tempora, nónne verè ingreditur iter exterminij, tranſiens vitæ terminos productiori ſolicitudine? Indè eſt quòd homines in præſentia ſeſe exules per obliuionem, in alia per inanem ſolicitudinem migrant ſecula, non profutura, immò nec futura. Similiter animus diſtentus in multa, multis laceretur curis neceſsè eſt. Nempe immoderata extenſio extenuationem, & extenuatio nimia ſciſſionem facit. Iam verò alta præſumptio, quid niſi ruinoſa præcipitatio eſt? Legiſti nanque: Ante ruinam exaltatur cor. Prouer.16. Quid è regione nimiæ puſillanimitatis deiectio, niſi deſperata quędam abſorptio eſt? In hanc fortis non deijcietur. Prudens longioris vitæ non abducetur incerto. Modeſtus moderabitur curas, temperabit à ſuperfluis, non deerit neceſſarijs. Porrò iuſtus altiora ſe non præſumet, ſed loquetur cum iuſto: Si iuſtus fuero, non leuabo caput. Tu ergò in hac conſideratione tuî cautè ambules, & tota æquitate verſeris: vt nec plus vero tibi tribuas, nec plus iuſto parcas.

Qui fortis, prudens, temperans & iuſtus eſt, medium facilè tenet. Iob 10.

2. PROVERBIORVM quarto, vt in textu.

DE DONIS ET FRVCTIBVS SPIRITVS SANCTI.

I.

Quot ſunt dona Spiritus ſancti?

EA ſeptem apud Eſaiam [a] Prophetam & Eccleſiæ Patres inueniuntur: Spiritus ſapientiæ, Intellectus, Conſilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, ac demùm Spiritus timoris Domini. B. Quæ quidem dona, vel Spiritus in Chriſto Ieſu Domino noſtro [b] perfectiùs, quàm in vllo alio, reperiuntur. Is enim plenus [c] eſt gratiæ & veritatis: *In illo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis* [d] *corporaliter. De plenitudine* [e] *eius omnes accepimus:* [f] qui & de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis. [g] *Si quis* autem *Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*, ſi Apoſtolo credimus.

a Eſa.11.a & ibidèm Hier. Ambr. lib. 1. de Spiritu ſancto, cap. 20. Aug. ſer. 209. de temp. c.4. & 17. de Sanctis. c.2. Item lib.1. de ſer. Dom. in monte, cap. 3. & 4. & lib. 2. de doct. Chriſt. c.7. Gregor. homil. 19. in Ezech. & lib.1. moral. c. 28. & lib. 35. c.7. Bernar. in ſer. de don. Spir. ſan.
b Orig. homil. 3. in Eſa. & homil. 6. in Numeros.
c Ioan.1.b
d Coloſſ.2.b
e Ioan.1.b
f 1.Ioan.4.c
g Rom.8.b

TESTIMONIA.

1. A. ESAIAE vndecimo: Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum ſpiritus timoris Domini.

2. HIERONYMVS in caput vndecimũ Eſaię prophetę: Super hunc florem, (Chriſtum) qui de trũco & radice Ieſſe per Mariam virginem repentè conſurget, requieſcet Spiritus Domini; quia in ipſo cõplacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter: nequaquàm per partes, vt in cęteris ſanctis, ſed iuxta euangeliũ eorum, quod Hebræo ſermone conſcriptũ legunt Nazaræi: Deſcendet ſuper eum omnis fons Spiritus ſancti. Dominus autem ſpiritus eſt: & vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. In eodem Matthæi volumine legimus illud, quod in conſequentibus ſcribitur: Eccè puer meus quem elegi: electus meus, in quo complacuit animæ meæ: ponam ſpiritum meum ſuper illum: iudicium gentibus proferet: ad Saluatoris referri intelligentiam, in quo requieuit ſpiritus Domini, id eſt, ęterna habitatione permanſit: non vt auolaret, & rursùm ad eum deſcenderet: ſed iuxta Ioannis Baptiſtæ teſtimonium, iugiter permaneret, qui ait: Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manentem in eo, & ego neſciebam illum: ſed qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem in eo, ipſe eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Porrò in euangelio, cuius ſuprà fecimus mentionem, hæc ſcripta reperimus: Factum eſt autem cùm aſcendiſſet Dominus de aqua, deſcendit fons omnis Spiritus ſancti: & requieuit ſuper eum, & dixit illi: Fili mi, in omnibus prophetis expectabã te, vt venires, & requieſcerem in te. Tu es enim requies mea; tu es filius meus primogenitus, qui regnas in ſempiternum. Qui ſpiritus Domini appellatur, & ſpiritus ſapientiæ: Omnia enim per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Et in pſalmis canitur: Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Et Apoſtolus ſcribit: Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia. Et in Prouerbijs legitur: Deus in ſapientia ſua fundauit terram, & parauit cælos in prudentia. Et quomodò idem ſermo Dei vocatur lux, & vita, & reſurrectio; ſic ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, conſilij, & fortitudinis, & ſcientiæ, & pietatis, & timoris Domini nuncupatur: non quòd diuerſus fit iuxta differentias nominum, ſed vnus atq; idem cunctarum virtutum fons ſit atq; principiũ. Abſq; Chriſto igitur nec ſapiens quis eſſe poteſt, nec intelligens, nec conſiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Dei. Et hoc notandũ, quòd ſpiritus Domini ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, & ſcientiæ, & pietatis, & timoris Domini: id eſt, ſeptenarius numerus, qui ſeptem oculi in vno lapide dicũtur in Zacharia; requieſcat ſuper virgam & florem, qui de Ieſſe, ac per hoc Dauid ſtirpe ſurrexit: Specialiter autem ſpiritus timoris Domini impleuerit eum, propter eos qui timore Domini indigent; quia paruuli ſunt, quem foràs mittit perfecta dilectio. Qui enim timet, pœnam habet, & non eſt perfectus. Vndè & Apoſtolus loquitur ad credentes: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore; ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. Et in Malachia legimus: Si pater ego ſum, vbi eſt gloria mea? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? de quo cantatur in pſalmo: Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

Coloſ.2. Spiritus ſanctus aliter in Chriſto, quàm in cæteris ſanctis habitat. 2.Cor.3. Matth.12. Ioan.1.

Spiritus ſapientiæ. Ioan.1. Pſal.103. 1.Cor.1. Prouer.3. *Vnus idemq; ſpiritus eſt Spiritus ſapientiæ, intellectus &c.* *Sine Chriſto nemo ſapiens, intelligens &c.* Zacha.3. *Spiritus timoris Domini cur eũ impleuiſſe dicatur.* 1.Ioan.4. Rom.8. Malach.1. Pſal.33.

3. AMBROSIVS libro primo de Spiritu ſancto, capite vigeſimo: Diſcant non ſolùm aquam, ſed etiam flumen dictum, Spiritum ſanctum, ſecundùm quod lectum eſt: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat Ioan.7.

Spiritus ſanctus flumini comparatur.

de Spiritu ſancto, quem accepturi erant qui credituri erant in eo. Ergò flumen eſt Spiritus ſanctus, & flumen maximum, quod ſecundùm Hebræos de Ieſu fluxit in terris, vt ore Eſaiæ ſæpè accepimus prophetatum. Magnum hoc flumen quod fluit ſemper, & nunquàm deficit. Nec ſolùm flumen, ſed etiã profuſi impetus, & magnitudinis redundantis, ſicut etiam Dauid dixit: Quia fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Pſal. 45.* Neque enim ciuitas Dei illa Ieruſalem meatu alicuius fluuij terreſtris abluitur, ſed ille ex vitæ fonte procedens Spiritus ſanctus, cuius nos breui ſatiamur hauſtu, in illis cæleſtibus, thronis, dominationibus, & poteſtatibus, angelis & archangelis redundantiùs videtur effluere, pleno ſeptem virtutum ſpiritalium feruens meatu. Si enim fluuius riparum editis ſuperfuſus exundat, quanto magis Spiritus omnem ſupereminens creaturam, cùm reliqua tanquàm inferiora noſtræ mentis arua perſtringat, cæleſtem illam creaturarum naturam effuſiore quadam ſanctificationis vbertate lætificat? Nec moueat quod vel hîc dixit, flumina: vel alibi, ſeptem ſpiritus: his enim ſanctificationibus ſeptem ſpiritalium (ſicut Eſaias dixit) ſignificatur plenitudo virtutum, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij atque virtutis, ſpiritus cognitionis atque pietatis, ſpiritus timoris Dei. Vnum ergò flumen, ſed multi ſpiritalium donorum meatus.

Eſaiæ 11. Septem ſpiritalium virtutũ plenitudo. Multi ſpiritalium donorũ meatus in vno flumine.

4. AVGVSTINVS ſermone ducenteſimo nono de tempore, capite quarto: Ibi quinque panes fuerunt, hoc eſt, quinq; libri Moyſi. *Ioan. 6. Matth. 15.* Hîc verò ſeptem panes, qui ſunt ſeptiformis ſpiritus dona, ſicut ait ſanctus Eſaias propheta: *Eſaiæ 11.* Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Ibi duodecim cophini pleni Spiritu ſancto, hîc ſeptem Eccleſiæ, ſiue ſeptem candelabra aurea. Ibi duo piſces, qui ſunt duo teſtamenta, ſiue vnus liber omnium prophetarum, vel ſancti Ioannis prædicatio: hîc indefinitus numerus ponitur, quæ ſunt dona gratiarum, ſicut ait Apoſtolus, *1. Cor. 12.* Alij per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij prophetia, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum; omnia verò hæc operatur vnus atque idem Spiritus. Ibi ſuper fœnum recumbunt, & hîc ſuper terram. Vtrinquè vna conuerſatio, vna gratia, vna virtus, vna Deitas. Ibi ſuper fœnum diſcumbũt, hoc eſt, mortificata opera carnis: quia omnis caro fœnum, ait Propheta. *Eſaiæ 40.* Hîc ſuper terram diſcumbunt, id eſt, opera terrena conculcãt. Ibi quinque millia refecti, qui numerus pertinet ad Iudæos. Nam poſt aſcenſionem Domini loquente ſancto Petro, quinque millia ſunt baptizati. *Actor. 4.* Hîc autem quatuor millia, hoc eſt, de tota terra omnes gentes à quatuor cardinibus cæli, de ſeptiformis ſancti Spiritus gratia eſſe repletas in vitam æternam. *Septiformis Spiritus ſancti gratia.* Et ideò, dilectiſſimi, nos qui non per legem, ſed per fidem credimus in Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui non ex operibus, ſed ipſa gratia ſumus redempti, qui non ex quinque panibus, id eſt, ex quinque libris Moyſi, ſed ex ſeptiformis gratia Spiritus ſancti ſumus repleti, ſicut beatus Eſaias prophetauerat, dicens: *Eſaiæ 11.* Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit illum ſpiritus timoris Domini. In hac ergò ſeptiformi ſpiritus ſancti gratia maneamus, in qua vocati ſumus, repleti dono ſpiritus ſancti.

5. ET ſermone decimoſeptimo de ſanctis, qui eſt primus de annunciatione Dominica, capite ſecundo: Eſaias propheta cùm ſeptem illa notiſſima dona ſpiritalia commendaret, incipiens à ſapientia, peruenit ad timorem Dei, tanquàm de ſublimi deſcendens ad nos, vt nos doceret aſcendere. *Ordo inter ſeptem dona Spiritus ſancti.* Indè ergò cœpit, quò volumus peruenire: & illuc peruenit, vndè debemus incipere. Requieſcet in eo, inquit, ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini. *Eſaiæ 11.* Sicut ergò ille non deficiendo, ſed docendo à ſapientia vſque ad timorem deſcendit; ſic nos non ſuperbiendo, ſed proficiendo à timore vſque ad ſapientiam oportet aſcendere. Initium enim ſapientiæ timor Domini. *Eccli 1.* Ipſa eſt enim illa conuallis plorationis, de qua Pſalmus dicit: Aſcenſiones in corde eius diſpoſuit in conualle plorationis. *Pſal. 83.* Per cõuallem quippe humilitas ſignificatur. Quis eſt autem humilis, niſi timens Deum? & eo timore conterens cor in lachrymis confeſſionis & pœnitentiæ; quia cor contritum & humiliatũ Deus non ſpernit. *Pſal. 50.* Ergò ille cùm præpoſuiſſet ſapientiam, lumen ſcilicet mentis indeficiens, adiunxit intellectum; tanquàm quærentibus, vndè ad ſapientiam veniretur, reſpõderet, ab intellectu: vndè ad intellectum, à conſilio: vndè ad conſilium, à fortitudine: vndè ad fortitudinem, à ſcientia: vndè ad ſcientiam, à pietate: vndè ad pietatem, à timore. Ergò ad ſapientiam à timore, quia initium ſapientiæ timor Domini. *Eccli 1.*

6. IDEM libro primo de ſermone Domini in monte, capite tertio, cõparans beatitudines cum donis Spiritus ſancti: *Matth. 5.* Septẽ ſunt, inquit, quę perficiunt: nam octaua clarificat, & quod perfectũ eſt, demonſtrat, vt per hos gradus perficiantur & cæteri, tanquàm à capite rurſùm exordiens. Et capite quarto: Videtur ergò mihi etiam ſeptiformis operatio Spiritus ſancti, de qua Eſaias loquitur, his gradibus ſententijsq; congruere. *Septiformis operatio Spiritus ſancti, gradibus beatitudinum reſpondet. Eſaiæ 11.* Sed intereſt ordinis. Nam ibi enumeratio ab excellentioribus cœpit, hîc verò ab inferioribus. Ibi nanque incipit à ſapientia Dei, & definit ad timorem Dei; ſed initium ſapientiæ timor Domini eſt. *Eccli 1 & Pſal. 110.* Quapropter ſi gradatìm tanquàm aſcendentes numeremus, primus ibi eſt timor Dei, ſecunda pietas, tertia ſcientia, quarta fortitudo, quintum conſilium, ſextus intellectus, ſeptima ſapientia. Timor Dei congruit humilibus, de quibus hîc dicitur; *Pauperibus timor reſpõdet.* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: id eſt, non inflati, non ſuperbi, de quibus Apoſtolus dicit; *Rom. 11.* Noli altum ſapere, ſed time: id eſt, noli extolli. Pietas congruit mitibus. *Mitibus pietas.* Qui enim piè quærit, honorat ſanctam ſcripturam, & non reprehendit quod nondùm intelligit, & propterea non reſiſtit, quod eſt mitem eſſe. Vndè hîc dicitur; Beati mites, quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Scientia congruit lugentibus, qui iam cognouerunt in ſcripturis, *Lugentibus congruit ſcientia.* quibus malis vincti teneantur, quæ tanquàm bona & vtilia ignorantes appetierunt, de quibus hîc dicitur, Beati qui lugent nunc. Fortitudo congruit eſurientibus & ſitientibus. *Eſurientibus fortitudo.* Laborant enim deſiderantes gaudium de veris bonis, & amorem à terrenis & corporalibus auertere cupientes. De quibus hîc dicitur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Conſilium congruit miſericordibus: *Miſericordibus conſiliũ.* hoc enim vnum remedium eſt de tantis malis euadendi, vt dimittamus, ſicut nobis dimitti volumus: & adiuuemus, in quo poſſumus alios, ſicut & nos, in quo non poſſumus, cupimus adiuuari. De quibus hîc dicitur: Beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus: & reliqua. Intellectus congruit mundis corde, tanquàm purgato oculo, quo cerni poſſit quod corporeus oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. *Mũdis corde intellectus. Eſaiæ 64. 1. Cor. 2.* De quibus hîc dicitur, Beati mundicordes: & reliqua. Sapientia congruit pacificis, *Pacificis ſapientia.* in quibus iam ordinata ſunt omnia, nullúſque motus aduersùs rationem rebellis eſt, ſed cuncta obtemperant ſpiritui hominis, cùm & ipſe obtemperet Deo, de quibus hîc dicitur: Beati pacifici: vnum autem præmium quod eſt regnum cælorum, pro his gradibus variè nominatum

eſt. In

Digitized by Google

eſt. In primo, ſicut oportebat, poſitum eſt regnum cælorum, quod eſt perfectæ ſummæq; ſapientiæ animæ rationalis. Sic itaque dictum eſt, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum

Eccli 1.

cælorum: tanquàm diceretur, Initium ſapientiæ timor Domini.

7. LIBRO ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite ſeptimo: Ante omnia igitur opus eſt Dei timore conuerti ad cognoſcendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumq; præcipiat.

Timor imprimis neceſſarius.

Timor autem iſte cogitationem de noſtra mortalitate, & de futura morte neceſſè eſt incutiat, & quaſi clauatis carnibus omnes ſuperbiæ motus ligno crucis affigat.

Tum pietas.

Deindè opus eſt miteſcere pietate, neque contradicere diuinæ ſcripturæ, ſiue intellectæ, ſi aliqua vitia noſtra percutit, ſiue non intellectæ, quaſi nos meliùs ſapere meliúſque præcipere poſſimus: ſed cogitare potiùs & credere id eſſe melius & verius quod ibi ſcriptum eſt, etiam ſi lateat, quàm id quod nos per noſmetipſos ſapere poſſumus.

Deindè ſcientia ſuccedit.

Poſt iſtos duos gradus timoris atque pietatis, ad tertium venitur ſcientiæ gradum, de quo nunc agere ſtatui.

Summa diuinarum literarum.

Nam in eo ſe exercet omnis diuinarum ſcripturarum ſtudioſus, nihil aliud in eis inuenturus quàm diligendum eſſe Deum propter Deum, & proximũ propter Deum:

Matth. 22. Lucæ 10.

& illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere; proximum verò tanquàm ſeipſum, id eſt, vt tota dilectio proximi, ſicut etiam noſtri, referatur in Deum. Neceſſè eſt ergò, vt primò ſe quiſq; in ſcripturis inueniat amore huius ſeculi, hoc eſt, temporalium rerum implicatum, longè ſeiunctum eſſe à tanto amore Dei, & tanto amore proximi, quantum ſcriptura

Eſaiæ 11.

ipſa præſcribit. Tum verò ille timor quo cogitat de iudicio Dei, & illa pietas qua non poteſt niſi credere & cedere authoritati ſanctorum librorum, cogit eum ſeipſum lugere.

Scientia rerũ diuinarum lamentantem facit.

Nam iſta ſcientia, bonæ ſpei hominem ſe non iactantem, ſed lamentantem facit. Quo affectu impetrat ſedulis precibus conſolationem diuini adiutorij, nè deſperatione frangatur, & eſſe incipit in quarto gra-

Fortitudo.

du, hoc eſt, fortitudinis, quo eſuritur & ſititur iuſtitia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iucunditate rerum tranſeuntium ſeſe extrahit, & indè ſe auertens conuertit ad dilectionem æternorum, incommutabilem ſcilicet vnitatẽ, eandemq; trinitatem. Quam vbi adſpexerit quatũm poteſt, in longinqua radiantem, ſuiq; adſpectus infirmitate ſuſtinere ſe illam lucem non poſſe perſenſerit,

Conſilium.

in quinto gradu, hoc eſt, in conſilio miſericordiæ purgat animam tumultuantem quodammodò atque obſtrepentem ſibi de appetitu inferiorum conceptis ſordibus. Hinc verò ſe in dilectione proximi gnauiter exercet, in eaq; perficitur, & ſpe iam plenus atque integer viribus cùm peruenerit vſq; ad inimici dilectionem, aſcendit in ſextum

Intellectus.

gradum, vbi iam ipſum oculum purgat, quo videri Deus poteſt, quantùm poteſt ab ijs qui huic ſeculo moriuntur quantùm poſſunt. Nam intantùm vident, inquantùm moriuntur huic ſeculo. Inquantùm autem huic viuunt, non vident. Et ideò quamuis iam certior & non ſolùm tolerabilior, ſed etiam iucundior ſpecies lucis illius incipi-

1. Cor. 13.

at apparere, in ænigmate tamen adhuc & per ſpeculum videri dicitur, quia magis per fidem quàm

2. Cor. 5. Philip. 3.

per ſpeciem ambulatur, cùm in hac vita peregrinamur, quamuis conuerſationem habeamus in cœlis. In hoc autem gradu ità purgat oculum cordis, vt veritati ne ipſum quidem præferat aut conferat proximum: ergò nec ſeipſum, quia nec illum quem diligit ſicut ſeipſum. Erit ergò iſte ſanctus tam ſimplici corde atq; mundato, vt neq; hominibus placendi ſtudio detorqueatur à vero, nec reſpectu deuitandorũ quorumlibet incõmodorum ſuorũ quæ aduerſantur huic vitæ. Talis fili-

Sapientia.

us aſcendit ad ſapientiã, quę vltima & ſeptima eſt, qua pacatus trãquillusq; perfruitur. Initium enim ſapientiæ timor Domini. Ab illo enim vſque ad ipſam per hos gradus tenditur & peruenitur.

8. GREGORIVS Magnus homilia decimanona in Ezechielem: Septem gradibus ad portam

Per ſeptiformem Spiritus gratiã aditus regni cæleſtis aperitur.

aſcenditur, quia per ſancti Spiritus ſeptiformem gratiã aditus nobis regni cæleſtis aperitur. Quam ſeptiformem gratiam Eſaias in ipſo noſtro capi-

Eſaiæ 11.

te, vel in eius corpore quod ſumus, enumerans dicit: Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Quos gradus de cæleſtibus loquens, deſcendendo magis quàm aſcendendo numerauit: videlicet ſapientiam, intellectum, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, pietatem, timorem. Et

Prouer. 9.

cùm ſcriptum ſit: Initium ſapientiæ timor Domini: conſtat proculdubiò, quia à timore ad ſapientiam aſcenditur: non autem à ſapientia ad timorem reditur, quia nimirùm perfectam habet

1. Ioan. 4.

ſapientia charitatem. Et ſcriptum eſt: Perfecta charitas foràs mittit timorem. Propheta ergò, quia de cæleſtibus ad ima loquebatur, cœpit magìs à ſapientia, & deſcendit ad timorem. Sed nos qui à terrenis ad cæleſtia tẽdimus, eoſdem gradus aſcendendo enumeramus, vt à timore ad ſapientiam peruenire valeamus.

Gradus ſeptẽ per quos aſcẽditur.

In mente etenim noſtra primus aſcenſionis gradus eſt timor Domini: ſecundus, pietas: tertius, ſcientia: quartus, fortitudo: quintus, conſilium: ſextus, intellectus: ſeptimus, ſapiẽtia. Eſt enim timor Domini in mente.

Timori iungenda eſt pietas.

Sed qualis eſt iſte timor, ſi cum eo pietas non eſt? Qui enim miſereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus diſſimulat: huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus eſt, quia non ſubleuatur ad pietatem. Sed ſæpè pietas per inordinatã miſericordiam errare ſolet, ſi fortaſsè pepercerit, quę parcẽda non ſunt. Peccata etenim quæ feriri gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ verbere ſunt corrigẽda. Sed inordinata pietas, cùm temporaliter parcit, ad ęternum ſupplicium

Deindè ſcientia.

pertrahit. Vt ergò vera & ordinata ſit pietas, ad gradum eſt aliũ ſubleuanda, id eſt, ad ſcientiam, vt ſciat vel quid ex miſericordia puniat, vel quid

Fortitudo.

ex pietate dimittat. Sed quid ſi ſciat quid agere quis debeat, virtutẽ verò agendi non habeat? Scientia ergò noſtra creſcat ad fortitudinem: vt cùm videt quid agendum ſit, hoc agere per mentis fortitudinẽ poſſit, nè timore trepidet, & pauore collapſa, non valeat bona defendere quæ ſentit. Sed ſæpè fortitudo ſi improuida fuerit, & minùs circa vitia circunſpecta, ipſa ſui præſumptione in ca-

Conſilium.

ſum ruit. Aſcendat ergò ad conſiliũ, vt prouidendo præmuniat omne quod agere fortiter poteſt.

Intellectus.

Sed eſſe conſilium non poteſt, ſi intellectus deeſt: quia qui non intelligit malum quod agentẽ grauat, quomodò poteſt bonum ſolidare quod adiu-

Sapientia.

uat? Itaq; à conſilio aſcendamus ad intellectũ. Sed quid ſi intellectus magno acumine vigilet, & moderari ſe neſciat per maturitatem? Ab intellectu ergò aſcendamus ad ſapientiam: vt hoc quod acutè intellectus inuenit, ſapientia maturè diſponat.

Concluſio.

Quia igitur per timorem ſurgimus ad pietatem, per pietatem ad ſcientiam ducimur, per ſcientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad conſilium tendimus, per conſilium intellectu proficimus, per intellectum ad maturitatem ſapientiæ peruenimus: ſeptem gradibus ad portam aſcendimus, per quam nobis aditus vitæ ſpiritalis aperitur.

9. ITEM libro primo Moralium, capite vige-

Iob 1.

ſimooctauo: Nati ſunt Iob ſeptem filij & tres filiæ. Septem quippe filij nobis naſcuntur, cùm per conceptionem bonæ cogitationis, ſancti Spiritus ſeptem in nobis virtutes oriuntur. Hanc nanque internam prolem Propheta dinumerat, cùm

Eſaiæ 11.

ſpiritus mentem fœcundat, dicens: Requieſcet ſuper

Digitized by Google

ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Cùm ergò per aduentum Spiritus ſancti, ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas ac timor Domini in animo vniuſcuiuſque noſtrûm gignitur: quaſi manſura poſteritas in mente propagatur, quæ ſupernæ noſtræ nobilitatis genus eo ad vitam longiùs ſeruat, quo amori æternitatis ſociat. Sed habent in nobis ſeptem filij, tres proculdubiò ſorores ſuas, quia quicquid virile hi virtutum ſenſus faciunt, ſpei, fidei, charitatiq́ue coniungunt. Neque enim ad denarij perfectionem ſeptem filij perueniunt: niſi in fide, ſpe, & charitate fuerit omne quod agunt.

10. ITEM libro trigeſimoquinto Moraliũ, capite ſeptimo: Septenario numero ſanctæ Eccleſiæ vniuerſitas deſignatur. Vndè Ioannes in Apocalypſi ſeptem Eccleſijs ſcribit, ſed per eas quid aliud quàm vniuerſalem Eccleſiã intelligi voluit? Quæ nimirùm vniuerſalis Eccleſia vt plena ſeptiformis gratiæ ſpiritu ſignaretur, Heliſæus ſuper puerum mortuum ſeptiès oſcitâſſe deſcribitur. Super extinctum quippe populum Dominus veniens, quaſi ſeptiès oſcitat: quia ei dona ſpiritus ſeptiformis gratiæ miſericorditer tribuit. Quia igitur ſæpè ſeptenario numero ſanctæ Eccleſiæ vniuerſitas figuratur, veniant ad beatum Iob amici illius, & iuſſum diuinitùs offerant holocauſtum. Sed vigilanter omninò ſeptenarij numeri arcana cuſtodiant, vt videlicet hi qui extrà ſunt poſiti, priùs ſe vniuerſitati ſanctæ Eccleſiæ miſceant, & tunc demùm veniam de reatu priſtinæ elationis exquirant: pro culpa ſua ſeptem ſacrificia offerãt, quia reatus ſui ablutionem non accipiunt, niſi gratiæ ſeptiformis ſpiritu vniuerſali paci, à qua exciſi fuerant, aggregentur.

Septenarij numeri myſterium.

4. Reg. 4.

Iob 42.

11. BERNARDVS in ſermone ſeu tractatu de donis Spiritus ſancti, capite primo: Prima gratia eſt timor Domini. Qui hanc habet gratiã, omnem odit iniquitatem, iuxta illud Pſalmiſtæ: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Et alio loco: Omnem viã iniquitatis odio habui. Scriptum nanque eſt: Timor Domini odit malum. Et iterùm: Time Deum, & recede à malo. Et de Iob dicitur: Vir timens Deum, & recedens à malo. Sine hac gratia prima gratiarum, quæ totius religionis exordium eſt, nullum bonum pullulare vel manare poteſt. Sicut enim ſecuritas vel deſidia cauſa eſt & mater omnium delictorum, ſic timor Domini radix eſt & cuſtos omnium bonorum. Vndè ſcriptum eſt: Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Omne nanque virtutum ædificium ilicò vergit in præcipitium, ſi huius gratiæ amiſerit præſidium. Vndè Salomon ait: In timore Domini eſto quotidiè, quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. Hinc & Apoſtolus: Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Et quid plura? Connexa ſunt timor & religio, nec manere poteſt alterum abſque altero. Vndè Cornelius vir religioſus ac timens Deum, & Simeon iuſtus & timoratus. Vndè Salomon: Deũ, inquit, time, & mandata eius obſerua. Hunc verò ſic habere debemus, quomodò ſe aſſerit habuiſſe Iob beatiſſimus. Semper quaſi tumentes ſuper ſe fluctus Deum timuit. Per hunc timorem Dei vniuerſa deſerimus, mundo abrenunciamus, nosq́ue ipſos, ſicut Dominus ait, abnegamus nobis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum. Iſte ergò diuinus timor qui eum quem perfectè imbuit, paupertati ſubijcit, & à malo diuidit, ità eſt primus in ordine gratiarum, ſicut paupertas in ſerie beatitudinum: de qua Dominus in cæterarum fundamento virtutum eam ponens, ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

Primum donum Spiritus ſancti.
Pſal. 118.
Prouer. 8.
Prouer. 3.
Iob 1.
Timor Domini quàm neceſſarius.
Eccli 27.
Prouer. 23.
Philip. 2.
Actor. 10.
Lucæ 2.
Eccles 12.
Iob 31.
Matth. 16.
Lucæ 9.
Congruit primum donum primæ beatitudini.
Matth. 5.

ET capite ſecundo: Secundũ chariſma eſt ſpiritus pietatis, illi ſecundæ quæ in euangelio ponitur beatitudini ſimile, de qua Dominus ſic ait: Beati mites, quoniã ipſi poſſidebunt terram. De talibus Dominus in Eſaia ait; Spiritus Domini ſuper me, ad annunciandũ manſuetis miſit me. Moyſes quoq́ue mitiſſimus erat ſuper omnes homines qui morabantur in terra. De talibus Iob dicit: Dominus ponit humiles in ſublime; & mœrentes erigit ſoſpitate. Vndè illud de Domino dicitur: Humiles ſpiritu ſaluabit. Econtrà de ſuperbis dicitur; Dominus ſuperbis reſiſtit. Ante ruinam exaltatur cor. Superbia de ſupernis ad ima præcipitat, humilitas de imis ad ſuperna eleuat. Angelus enim in cælo ſuperbiens, ad tartara corruit; homo in terra ſe humilians, ad cælos aſcendit. Tanto verò quiſque debet eſſe humilior, quãto eſt ſublimior. Vndè ſcriptum eſt: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiã. Hinc ipſe Dominus ad diſcipulos ait: Qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Item cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus. Item ipſe dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Sine hac humilitatis virtute reliquæ virtutes nequeunt prodeſſe. Vndè beatus Gregorius ait: Qui virtutes ſine humilitate congregat, eſt quaſi qui in ventum puluerẽ portat. Sicut enim puluis venti validi flatu diſpergitur, ſic omne bonum ſine humilitate inanis vento gloriæ rapitur. Multo etiã melius eſt, peccatorem eſſe humilem, quàm iuſtum arrogantem. Quod à Domino euidenter oſtenditur, vbi publicanus & phariſæus in exemplum adducũtur, ſicut quidam ſapiens ait: Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis factis ſuperba gloriatio.

Secundũ donum ſecũdæ.
Matth. 5.
Eſaiæ 61.
Num. 12.
Iob 5.
Pſal. 33.
Iaco. 4.
Prouer. 16.
Eccli 3.
Matth. 20.
Lucæ 17.
Matth. 11.
Homil. 7. in euangelia.
Luc. 18.

CAPVT tertium: Tertium donum eſt ſpiritus ſcientiæ, de quo Salomon ait: Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Vera nanque ſcientia eſt, ſcire nos mortales & caducos & fragiles eſſe, & in hoc exilio, & in hoc ergaſtulo, & in hac peregrinatione, in hac valle lachrymarum dolendum & lugendum eſſe. Vndè dicitur in tertia beatitudine, huic tertio dono congruenti: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Item: Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis. Hinc Salomon ait: Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Scientiæ donum 3. beatitudini congruens.
Eccles 1.
Matth. 5.
Luc. 6.
Prouer. 14.

CAPVT quartum: Quarta gratia eſt ſpiritus fortitudinis, quartæ in euangelio beatitudini ſimilis, de qua dicitur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Qui enim iuſtitiam eſurit & ſitit, contra quælibet aduerſa fortis, inſuperabilis, & imperterritus exiſtit. Vndè Salomon ait: Iuſtus vt leo confidit, & abſq́ue terrore erit. Item: Non contriſtabitur iuſtus quicquid ei acciderit. Hoc ſpiritu erant præditi omnes de quibus loquitur Apoſtolus: Sancti ludibria & verbera experti, inſupèr & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuiêrunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ. Hæc & Apoſtolus ipſe, qui ait: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? &c. Iſte ſpiritus omnem alienam malitiam ſuſtinet, & aduerſus hoſtiles inſidias inſtruit & munit. Vndè ſponſus in ſponſæ præconio ait: Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Donũ fortitudinis cum 4. beatitudine.
Matth. 5.
Prouer. 28.
Prouer. 12.
Hebr. 11.
Rom. 8.
Cant. 6.

CAPVT quintum: Quintum donũ eſt conſilij ſpiritus, qui alijs facit compati & miſereri, illi competens, de qua dicitur, quintæ beatitudini: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Hinc & Salomon ait: Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur. Hanc principaliter trifariàm exercemus, vel quando

Conſilij donũ cum quinta.
Matth. 5.
Prouer. 22.

ſex

Matth.25. ſex eius, quæ in euangelio leguntur, opera imple-
Epheſ.4. mus, vel quando delinquentes corrigere & ad bo-
Coloſ.3. num reducere ſtudemus, vel quando iniurias no-
1.Theſſ.5. bis illatas facilè indulgemus. Iſte ſecũdus clemen-
tiæ modus, ſiue cõſilij ſpiritus, Deum fecit ſemet-
Philip.2. ipſum exinanire, formam ſerui accipere, ſcilicet
vt ſic poſſet ouem errantem corrigere, & ad pro-
Gal.1. prium ouile reducere. Vndè Apoſtolus ait: Semet-
ipſum dedit pro peccatis noſtris, vt nos eriperet
de præſenti ſeculo nequam. Huic conſulendi mo-
do ſic oportet inſiſtere, vt iniungitur ab Apoſtolo
2.Tim.4. monente: Inſta opportunè, importunè. Eſt & ali-
us conſulendi modus, ſcilicet diſcretionis virtus,
qua veras à palliatis atque ſimulatis virtutibus
diſcernimus, qua etiam ipſum ſatanam hypocri-
2.Cor.11. ſis authorem dignoſcimus. Ipſe enim ſatanas (vt
ait Apoſtolus) transfigurat ſe in Angelum lucis: &
Lib. de vnitate Eccleſiæ. iuxta beati Cypriani dictum, miniſtros iniuſtitiæ
ſubornat, noctem aſſerentes pro die, interitum
pro ſalute. Iſta quidem cæterarum virtutum ma-
giſtra ac domina, omnes alias proindè temperat,
ac ſupernè gubernat, & nè vltrà vel citrà euagen-
tur licenter, imperialiter ac diſcretè conſeruat.
Vndè Boëthius: Virtutes medium tenent. Si vel
vltrà vel infrà quàm oportuerit fiat, à virtute diſ-
ceditur.

Donũ intellectus cum 6. Matth.5. CAPVT ſextum: Sexta gratia eſt ſpiritus in-
telligentiæ, illi ſextæ beatitudini congruus: Beati
mundo corde, quoniam ipſi Deum videbũt. Niſi
enim mentis intuitus diligenter purificatus fue-
rit, myſtica ac diuina liquidè intelligere nequit.
Sapien.1. Nam ſcriptum eſt: Spiritus ſanctus diſciplinæ ef-
fugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ
Prouer.15. ſunt ſine intellectu. Vndè Salomon: Abominatio
Sapien.1. Domini, cogitationes malæ. Peruerſæ cogitatio-
nes ſeparant à Deo. Qui ergò vult ſincerum ac lu-
cidum intellectum habere, prauarum cogitatio-
num phantaſias ac nebulas ſtudeat effugare, &
omni diligentia & cautela cor ſeruare. Vndè Sa-
Prouer.4. lomon: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam
ex ipſo vita procedit.

Donum ſapientiæ cũm 7. beatitudine congruens. CAPVT ſeptimum: Septimum donum eſt
ſpiritus ſapientiæ quidam internus ſapor, ac ſua-
uiſſimus guſtus. Vndè Pſalmiſta: Guſtate & vide-
Pſal.33. Pſal.45. te quoniam ſuauis eſt Dominus. Et item: Vacate
Pſal.33. & videte. Et iterũm: Accedite ad eum, & illumi-
namini. Hoc diuinæ ſapientiæ interno guſtu ſu-
perna prælibamus, videlicet cõtemplantes quàm
amœnum ſit angelicis cœtibus intereſſe, vbi nil
poterit quod diſpliceat eſſe, nil quod placeat ab-
eſſe. Iſta ſeptima gratia illi veræ beatitudini con-
Matth.5. gruit, dè qua ait Dominus: Beati pacifici, quoni-
am filij Dei vocabuntur. Qui enim mentem paci-
ficam & ſerenam habent, de ſupernis dulciùs ſa-
piunt, & ſubtiliùs vident. Nam quiſquis patienti-
or, eo probatur eſſe ſapientior. Vndè Salomon:
Prouer.19. Doctrina viri per patientiam dignoſcitur. De ta-
Pſal.118. libus alibi dicitur: Pax multa diligentibus legem
Septem donorũ figuræ. tuam, & non eſt illis ſcandalum. Hæ ſeptem gra-
tiæ ſunt ſeptem mulieres virum vnum apprehen-
Eſa.4.11. dentes, ſeptem ſpiritus ſuper florem requieſcen-
Exod.25.27. tes, ſeptem in candelabro lucernæ fulgentes, ſe-
Apocal.1. ptem in lapide oculi, ſeptem ſpiritus ante thro-
num Dei.

1.B. ORIGENES homilia tertia in Eſaiam:
Eſaiæ 4. Septem mulieres patiuntur opprobrium, & cir-
Per ſeptẽ mulieres deſignantur ſeptẽ ſpiritus. cumeunt quærentes eum recipere, qui poſſit au-
ferre opprobrium earum. Septem mulieres vna
ſunt. Spiritus enim Dei ſunt. Et iſta vna, ſeptem
Eſaiæ 11. ſunt. Spiritus enim Dei eſt ſpiritus ſapientiæ & in-
tellectus, ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſci-
entiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini. Iſta ſa-
pientia patitur opprobrium à multis ſapientijs
inſurgentibus in ſe. Iſte verus intellectus ſuſtinet
opprobriũ ab intellectibus falſis. Iſtud magnum
conſilium opprobratur à multis conſilijs non bo-
nis. Iſta virtus maledicitur à quadã, quæ cùm non
ſit virtus, repromittit ſe eſſe virtutem. Iſta ſcientia
patitur opprobrium à quadam falſi nominis ſci-
entia, nomen ſuum ſurripiente. Iſta pietas expro-
bratur ab ea, quæ cùm ſe dicat eſſe pietatem, impi-
etas eſt, & impios inſtruit. Iſte timor patitur op-
probriũ ab eo qui putatur eſſe timor. Multi enim
pollicentur diuinum metum, ſed non cum ſcien-
tia metuunt. Exijt virga de radice Ieſſe, & flos de Eſaiæ 11.
radice eius aſcendet, & requieſcent ſuper eum ſe-
ptem mulieres ſpiritus Domini, ſpiritus ſapien-
tiæ & intellectus requieſcet ſuper eum. Spiritus In ſolo Chriſto propriè requieuit Spiritus Domini.
enim ſapientiæ non requieuit in Moyſe, ſpiritus
ſapientiæ non requieuit in Ieſu Naue, ſpiritus ſa-
pientiæ non requieuit in ſingulis prophetarum,
in Eſaia, in Hieremia. Nec verò quaſi blaſphe-
mantem me lapidetis, dum velim glorificare Do-
minum meum Ieſum Chriſtum: ſed ſuſtinentes
conſiderate quod dicitur, & videbitis quia in
nullo eorum requieuerit ſpiritus, non quòd ad
nullum eorum venerit, ſed quòd in nullo requi-
euerit. Venit ſuper Moyſen, & non credidit Moy-
ſes poſt ſpiritum ſapientiæ qui venit ad eum. Au- Numer.20.
dite enim, ait, contumaces. Nunquid ex petra iſta
educam vobis aquam? Venit ſuper omnes iuſtos,
venit & ſuper Eſaiam, ſed quid ait? Immunda la- Eſaiæ 6.
bia habens; & in medio populi immunda labia
habentis, ego habito. Venit ſpiritus ſapientię poſt
illam forcipem, & ignem, venit ad immunda la-
bia habentem, ſed non requieuit. Miniſtro qui-
dem eo vſus eſt, non autem requieuit. Tribula-
tur ad quemcunque venerit hominẽ. Peccat enim Iob 15.
omnis homo, nec eſt iuſtus ſuper terram qui faci- Eccles 7.
at bonum, & non peccet. Nemo mundus à ſordi- Iob 14. iuxta LXX.
bus, neq; ſi vna die ſit vita eius, numerati autem
menſes eius. Igitur ſuper nullum requieſcit. Poſſu-
mus & de Euangelio probare, quia venit ſpiritus
ſuper multos, & non manſit in eis. Ante paululum
lectum eſt: Non permanebit ſpiritus meus in ho- Geneſ.6.
minibus iſtis in æternum. Non ait, Non erit: ſed,
Non permanebit. Vndè vidit Ioannes ſolùm in
quo permanſit, & ſignum hoc erat: Super quem Ioan.1.
videris ſpiritum deſcendentem, & manentem in
eo, iſte eſt filius Dei. Et in fine: Reuerà abſtulit op-
probrium Ieſus. Idcircò ſurgentes, oremus Deum
qui hunc miſit hominem, vt ſeptem mulierũ ſpi-
ritus in eo requieſceret, vt & nobis iſte homo tri-
buat communionem harum mulierum: vt aſſu-
mentes eas, fiamus ſapientes, intelligentes in Deo
& hominibus, virtutibus adornantes animam
noſtram in Chriſto Ieſu.

2. ITEM homilia ſexta in librũ Numerorum:
Quod dixit, quia aſſumens de ſpiritu Moyſi, dedit Num.11.
ſeptuaginta ſenioribus ſpiritum; non ità intelli- Quomodò Dominus auferẽs de ſpiritu qui erat in Moyſe, dederit ſeptuaginta viris.
gas, quaſi materialem aliquam corporeamq; ſub-
ſtantiam auferens Deus à Moyſe, in ſeptuaginta
ſecuerit portiones, & ità vnicuique ſeniorum exi-
guam particulam dederit. Impium eſt ità intelli-
gere naturam Spiritus ſancti. Sed hoc modo figu-
ram myſtici huius ſermonis aduerte, quaſi Moy-
ſes, & ſpiritus qui erat in Moyſe, clariſſimi cu-
iuſdam luminis fuerit lucerna, ex qua alias ſe-
ptuaginta lucernas accenderit Deus, ad quas
ità principalis illius luminis ſplendor peruene-
rit, vt origo ipſa luminis nihil damni ex com-
mercio deriuationis acceperit. Et hoc modo piè
intelligitur quod ſcriptum eſt; Quia abſtulit Do-
minus de ſpiritu Moyſi, & dedit ſeptuaginta ſeni-
oribus. Sed videamus quid eſt quod ait in conſe-
quentibus: Et requieuit, inquit, ſuper eos ſpiritus,
& prophetârunt omnes. Requieſcere ſpiritum
non in quibuſcunq; hominibus legimus; ſed in
ſanctis & beatis. Requieſcit enim ſpiritus Dei in In quibus Spiritus ſanctus requieſcat.
ijs qui mundo ſunt corde, & in ijs qui purificant Sapien.1.
animas ſuas à peccato: ſicut econtrariò non in-
habitat in corpore ſubdito peccatis, etiam ſi
habitauit aliquando in eo. Non enim poteſt
Spiritus ſanctus conſortium pati & ſocietatem
ſpiritus

Digitized by Google

ſpiritus mali. Certum eſt enim, peccati tempore adeſſe in corde vniuſcuiuſque ſpiritum malum, & agere partes ſuas. Cui vtiquè cùm locus datur, & recipitur à nobis per cogitationes malas, & concupiſcentias peſſimas, contriſtatus, & (vt ità dicam) coanguſtatus fugatur de nobis Spiritus ſanctus. Propter quod & Apoſtolus ſciens hæc ità accidere, monebat, dicens: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Igitur peccantes, contriſtamus Spiritum ſanctum: iuſtè verò agentes & ſanctè, requiem ei paramus in nobis. Vndè & quod nunc ait de ſeptuaginta presbyteris, quia requieuit in eis ſpiritus, laudem vitæ eorum, & virtutes expoſuit. Deniquè quia pro puritate cordis eorum, & ſynceritate mentis, atque intelligentiæ capacitate requieuit Spiritus ſanctus, continuò & operatur in eis, nec ocium patitur, vbi operandi materia digna ſuppeditat. Ait enim ſcriptura: Et requieuit in eis ſpiritus, & prophetârunt. In omnibus ergò qui prophetârunt, requieuit Spiritus ſanctus; nec tamen in aliquo ipſorum ità requieuit, ſicut in Saluatore. Propter quod & ſcriptum eſt de eo, quia exibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Sed fortaſsè dicit aliquis: Nihil amplius oſtendiſti ſcriptum de Chriſto, quàm de reliquis hominibus. Sicut enim de cæteris dictum eſt, quia requieuit ſuper eos; ità & de Saluatore dictum eſt, requieſcit ſuper eum ſpiritus Dei. Sed vide quia ſupra nullum alium ſpiritus Dei requieuiſſe ſeptemplici hac virtute deſcribitur, per quod ſine dubio ipſa illa diuini ſpiritus ſubſtantia, quæ quia vno nomine non poterat, diuerſis vocabulis explanatur, requieſcere ſuper virgam, quæ de ſtirpe Ieſſe procederet, prophetatur. Habeo & aliud teſtimonium, quo docere poſſum, in Domino & Saluatore meo Spiritum ſanctum eximio quodam genere, & longè aliter requieuiſſe, quàm refertur in cæteris. Dicit enim Ioannes Baptiſta de eo: Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem in eo, ipſe eſt. Si dixiſſet ſpiritum deſcendentem, & non addidiſſet, manentem in eo, nihil præcipuum præ cæteris habere videretur. Nunc autem addidit, & manentem in eo, vt eſſet hoc ſignum in Saluatore, quod in nullo alio poſſet oſtendi. De nullo enim ſcriptum eſt, quia manſerit in eo Spiritus ſanctus. Et nè quis me putet in hoc derogare prophetis, ſciunt ipſi quia non eis derogo, præferens eis Dominum meum Ieſum Chriſtum. Recolunt enim ſinguli dicta ſua, & inueniunt quòd de nullo alio dictum eſt, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et poſt nonnulla: Sed in hæc per exceſſum quendam incurrimus, dum oſtendere volumus, ſuper ſolum Dominum & Saluatorem meum Ieſum, manſiſſe ſemper Spiritum Dei; in cæteris autem omnibus ſanctis, ſicut & in ſeptuaginta ſenioribus, à quibus verbi huius proceſſit exordium, requieuiſſe tantùm ſpiritum Dei, & operatum eſſe in tempore eo, quo expediebat ijs, per quos operabatur, & vtile erat ijs, quibus miniſtrabatur.

Epheſ. 4. — Num. 11. — Aliter in Saluatore quàm in alijs requieuit Spiritus ſanctus. — Eſaiç 11. — Ioan. 1. — 1. Pet. 2. Eſaiæ 53.

3. IOANNIS primo: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriã eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre) plenum gratiæ & veritatis.

4. AD Coloſſenſes ſecundo: Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam: ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum. quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

5. IOANNIS primo: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

6. PRIMAE epiſtolæ Ioannis quarto: In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

7. AD Romanos octauo, vt in textu.

II.

Quot ſunt fructus Spiritus?

AB eodem Apoſtolo [a] Paulo duodecim numerantur: Primus eſt [b] CHARITAS, fructus quidem generoſiſſimus, ac radix etiam bonorum omnium: ſine [c] qua non poſſunt prodeſſe cętera bona, & quę ipſa non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus, vt inquit [d] Auguſtinus. Alter fructus eſt [e] GAVDIVM, hoc præſtans, vt homo ſpiritualis alacriter læteque ſeruiat Deo. Tertius [f] PAX, quæ eò ſpectat, vt in huius mundi procellis animi ſeruetur tranquillitas. Quartus [g] PATIENTIA, quæ in duris ferendis eſt ſita. Quintus [h] LONGANIMITAS, quæ magnitudinem animi in futuris bonis expectandis declarat. Sextus [i] BONITAS, quæ nulli nocet, ſed benè vult omnibus. Septimus [k] BENIGNITAS, inuitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus temperata. Octauus [l] MANSVETVDO, quæ omnes iræ motus ſedat & mitigat. Nonus [m] FIDES in proximum, vt fideles, pactorumque ac promiſſorum obſeruatores ſimus. Decimus [n] MODESTIA, quæ omnem faſtus & arrogantiæ ſuſpicionem excludit. Vndecimus [o] CONTINENTIA, qua non ſolùm ab eſcis, ſed etiam ab omni nequitia abſtinemus. Duodecimus [p] CASTITAS, quæ mentem caſtam in corpore caſto conſeruat.

a Gal. 5. d Vide ibidẽ Hieron. Theophylact. &c.
b Coloſſ. 3. c 1. Ioan. 4. c Aug. tract. 87. in euang. Ioan. Hier. in cap. 5. ad Gal.
c 1. Corin. 13. a Auguſt. in epiſt. Ioan. tract. 5.
d In Euang. Ioan. tract. 87.
e Philip. 4. a
f Lucæ 2. b Philip. 4. b Pſal. 118. x
g Luc. 21. d Iacob. 1. a
h Abacuc 2. a 2. Cõr. 6. b Matth. 10. c
i Epheſ. 5. b
k Coloſſ. 3. b
l Matth. 5. a 11. d Prouer. 31. d
m 1. Tim. 3. c Prouer. 12. d
n Philip. 4. a
o Eccli 37. d Tobiæ 1. b 1. Theſ. 5. d
p Sap. 4. a 1. Cor. 7. f

TESTIMONIA.

1. AD Galatas quinto: Fructus autẽ Spiritus eſt charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduersùs huiuſmodi non eſt lex.

2. AD

2. AD Coloſſenſes tertio: Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.

3. PRIMAE Ioannis quarto: Et nos cognouimus, & credimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

4. AVGVSTINVS tractatu octuageſimoſeptimo in euangelium Ioannis: Poſuit nos vt fructum afferamus, hoc eſt, inuicèm diligamus. (Ioan. 15.) Quem fructum ſine illo afferre non poſſumus, ſicut palmites facere ſine vite nihil poſſunt. Charitas ergò eſt fructus noſter, quem definit Apoſtolus, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. (1. Tim. 1.) Hac diligimus inuicèm, hac diligimus Deum: neque enim vera dilectione diligeremus inuicèm, niſi diligentes Deum. Diligit enim vnuſquiſque proximum ſuum tanquàm ſeipſum, ſi diligit Deum: nam ſi non diligit Deum, non diligit ſeipſum. (Matth. 22.) In his enim duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ. hic eſt fructus noſter. De fructu itaque nobis mandans, Hæc mando, inquit, vobis, vt diligatis inuicèm: Vndè & Apoſtolus Paulus, cùm contra opera carnis commendare fructum ſpiritus vellet, à capite hoc poſuit: Fructus, inquit, ſpiritus charitas eſt. (Charitas eſt primarius fructus Spiritus.) (Galat. 5.) Ac deindè cætera tanquàm ex iſto capite exorta & religata contexuit; quæ ſunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo continentia. Quis autem benè gaudet, qui bonum non diligit vndè gaudet? Quis pacem veram niſi cum illo poteſt habere, quem veraciter diligit? Quis eſt longanimis in bono opere perſeueranter manendo, niſi ferueat diligendo? Quis eſt benignus, niſi diligat cui opitulatur? Quis bonus, niſi diligendo efficiatur? Quis ſalubriter fidelis, niſi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis vtiliter manſuetus, cui non dilectio moderetur? (Charitas quàm ſit vtilis & neceſſaria.) Quis ab eo continet vndè turpatur, niſi diligat vndè honeſtatur? Meritò itaque magiſter bonus dilectionem ſic ſæpè commendat, tanquàm ſola præcipienda ſit: ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ nō poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

5. HIERONYMVS in quintum caput ad Galatas: Quæ alia inter fructus ſpiritus debuit tenere primatum, niſi charitas, ſine qua virtutes cæteræ non reputantur eſſe virtutes, & ex qua naſcuntur vniuerſa quę bona ſunt? (Charitas cur primatum tenet inter fructus Spiritus.) Siquidem & in Lege, & in Euangelio, ipſa obtinet principatum: (Deut. 6. Matth. 22.) Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua; & diliges proximum tuum ſicut teipſum.

6. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velutì æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidē ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ità vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt.

7. AVGVSTINVS in epiſtolam primā Ioannis, tractatu quinto: In hoc manifeſtati ſunt filij Dei & filij diaboli: Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt à Deo; & qui non diligit fratrem ſuum. Certè iam manifeſtum eſt vndè dicat, Et qui non diligit, inquit, fratrem ſuum. Dilectio ergò ſola diſcernit inter filios Dei & filios diaboli. (Dilectio ſola diſcernit inter filios Dei & filios diaboli.) Signent ſe omnes ſigno crucis Chriſti: Reſpōdeant omnes, Amen. Cantent omnes halleluia, baptizentur omnes, intrent Eccleſias, faciant parietes baſilicarum; non diſcernuntur filij Dei à filijs diaboli, niſi charitate. Qui enim diligit alterum, legem impleuit, ait Apoſtolus: (Rom. 13.) &, Plenitudo legis, charitas. Puto iſtam margaritam eſſe illam, pro qua homo negociator deſcribitur in Euangelio, qui inuenit vnam margaritam; & vendidit omnia quæ habebat, & emebat eam. (Matth. 13.) Hæc eſt margarita precioſa, charitas, ſine qua nihil tibi prodeſt quodcunque habueris: quam ſi ſolam habeas, ſufficit tibi. (Sine charitate nihil prodeſt, ſola ſufficit.)

8. ITEM in Euangelium Ioannis tractatu octuageſimoſeptimo, vt ſuprà teſtimonio tertio.

9. AD Philippenſes quarto: Gaudete in Domino ſemper: iterùm dico, gaudete.

10. LVCAE ſecundo: Gloria in altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

11. AD Philippenſes quarto: Et pax Dei quę exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.

12. PSALMO centeſimo decimooctauo: Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.

13. LVCAE vigeſimoprimo: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

14. IACOBI primo: Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis: ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

15. ABACVC ſecundo: Et reſpondit mihi Dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procùl, & apparebit in finem, & non mentietur. ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Eccè, qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet.

16. POSTERIORIS ad Corinthios ſexto: Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta.

17. MATTHAEI decimo: Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

18. AD Epheſios quinto: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo.

19. AD Coloſſenſes tertio: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam.

20. MATTHAEI quinto: Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.

21. CAPITE vndecimo: Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.

22. PROVERBIORVM tertio: Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam.

23. PRIORIS ad Timotheum tertio: Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.

24. PROVERBIORVM duodecimo: Abominatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

25. AD Philippenſes quarto: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt.

26. ECCLESIASTICI trigeſimoſeptimo: Propter crapulam multi obiêrunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.

27. TOBIAE primo: Cùm verò Tobias factus fuiſſet vir, accepit vxorem Annam de tribu ſua: genuitque ex ea filium, nomen ſuum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato.

Digitized by Google

28. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

29. SAPIENTIAE quarto: O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines. Cùm præſens eſt, imitantur illam.

30. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Et mulier innupta & virgo, cogitat quę Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu.

III.

Quomodò doctrina de donis & fructibus Spiritus ritè vtemur?

A. ITA videlicet, ſi gratis animis, vndè illa nobis proueniant, agnoſcamus, ac eorundem virtutem, & vſum in nobis efficacem ſentiamus, exprimamus, at-
a Iacob.1.e que conſeruemus. Proueniunt certè ab omnis gratiæ fonte Patre [a] illo luminum, qui nobis ſuam bonitatem & charitatem immenſam in his commen-
b Tit.3.b c Rom.5.a dat, dum per Chriſtum in nos [b] tam abundè Spiritum ſuum effundit. [c] *Charitas enim Dei*, vt Apoſtolus teſtatur, *diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*, ſecundùm hanc gratiam ſcilicet ſeptiformem, Chriſto no-
d Ioan.7.f bis ità promerente. [d] *Qui credit in me*, inquit, *ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, vt ipſe explicat Euangeliſta. Alioquin abſque Chriſto, ſicut Hieronymus
e In cap. Eſaiæ 11. [e] dixit, nec ſapiens quis eſſe poteſt, nec intelligens, nec conſiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Dei.

B. Virtus autem & vſus horum donorum ſpiritualium eò ſpectat, vt virtutes Theologicæ ſimul & Cardinales, quas diximus, ſuam in nobis vim & operationem legitimam expediant, & expeditè perficiant. Efficiunt quoque, vt ho-
f Pſal.142.c 50.c Sapien. 1.ab mines prorsùs lubentes & habiles, ducem [f] Spiritum ſanctum vbiquè ſequan-
g Pſal.118.d tur, atque eodem incitati & confirmati, in via [g] mandatorum Dei indefeſsè
h Rom.8.c procurrant, vereque ſpirituales & Dei filij efficiantur. [h] *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei*, Apoſtolo teſte.

C. De his donis prolixum eſſet nunc agere ſingulatìm: Indè porrò ſuauiſ-
i Pſal.51.e ſimi fructus Spiritus conſequuntur, qui nos veluti frugiferas [i] arbores in Ec-
k Matth.7.c Hiero. in ca. 5. ad Galat. cleſiæ agro commendant atque oſtendunt, ſecundùm illud: [k] *Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos*. Qui fructus etiam illud commodi afferunt, vt homo Chriſtianus aduersùs carnis opera, velut ſpirituali quadam armatura, ſit inſtructus & con-
l Galat.5.c firmatus. Nunquàm enim fallet Canon Apoſtolicus: [l] *Spiritu ambulate, & de-*
m Rom.8.c *ſideria carnis non perficietis*. Et alibì ſcriptum eſt: [m] *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

TESTIMONIA.

1.A. IACOBI primo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſursùm eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

2. AD Titum tertio: Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

3. AD Romanos quinto, 4. IOANNIS ſeptimo, vt in textu.

5. HIERONYMVS in caput vndecimū Eſaiæ, vt in textu, & ſuprà quæſtione prima A. teſtimonio ſecundo.

1.B. PSALMO centeſimo quadrageſimoſecundo: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

2. ET quinquageſimo: Cor mundū crea in me Deus, & ſpiritū rectum innoua in viſceribus meis. Nè proijcias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & Spiritu principali confirma me.

3. SAPIENTIAE primo: Quoniam in maleuolam animam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledictum à labijs ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.

4. PSALMO centeſimo decimooctauo: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti cor meum.

5. AD Romanos octauo, vt in textu.

1.C. PSALMO quinquageſimoprimo: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculum ſeculi.

2. MATTHAEI ſeptimo, vt in textu.

3. HIERONYMVS in caput quintum epiſtolæ ad Galatas: Illud quoquè quod à Saluatore dicitur: Non poteſt arbor bona fructus afferre ma- Matth.7.
los,

Digitized by Google

Arboris bonæ fructus.

-los, neque arbor mala, fructus afferre bonos; non tam de hominibus, quàm de fructibus carnis & ſpiritus, arbitror pronũciatum: quia nec ſpiritus vnquàm poteſt ea vitia, quę in carnis operibus numerata ſunt, facere; nec caro his fructibus, qui oriuntur ex ſpiritu, redundare. Poteſt autem fieri per negligentiam poſſidentis, vt ſpiritus qui verſatur in homine, fructus non habeat ſuos; & econtrariò caro, operibus ſuis mortificatis, peccare deſiſtat. Non tamen illò vſque procedunt, vt & neglecta arbor ſpiritus, opera carnis afferat; & arbor carnis exculta, fructus germinet ſpirituales.

4. AD Galatas quinto, 5. AD Romanos octauo, vt in textu.

IIII.

Quæ ſunt carnis opera?

EA ſunt, de quibus Apoſtolus ità differit: [a] *Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et ſubiungit: [b] *Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* Tum alibi: [c] *Qui in carne ſunt*, vt ſecundùm carnis videlicet deſideria ambulent, *Deo placere non poſſunt.* Monet igitur idem Apoſtolus: [d] *Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.*

a Galat. 5. c d Vide Auguſt. lib. 14. de ciuit. Dei cap. 2. & 3.

b Ibidèm d

c Rom. 8. b Auguſt. de verb. Apoſt. ſerm. 6. c. 9. & 11.

d Galat. 6. b

TESTIMONIA.

1. AD Galatas quinto, vt in textu.

2. AVGVSTINVS libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite ſecundo: Cùm igitur multis modis, quos perſcrutari & colligere longum eſt, diuina ſcriptura nũcupet carnem; quid ſit ſecundùm carnem viuere (quod profectò malum eſt, cùm ipſa carnis natura non ſit malum) vt indagare poſſimus, inſpiciamus diligenter illum locum epiſtolæ Pauli Apoſtoli, quam ſcripſit ad Galatas, vbi ait: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut & prędixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Iſte totus epiſtolæ Apoſtolicæ locus, quantùm ad rem præſentem ſatis eſſe videbitur, conſideratus, poterit hanc diſſoluere quæſtionem, quid ſit ſecundùm carnem viuere. In operibus nanque carnis, quæ manifeſta eſſe dixit, eaque commemorata damnauit, non illa tantùm inuenimus, quæ ad voluptatem pertinent carnis: ſicuti ſunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, ebrietates, comeſſationes: verùm etiam illa, quibus animi vitia demonſtrantur à voluptate carnis aliena. Quis enim ſeruitutem, quæ idolis exhibetur, veneficia, inimicitias, contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidias, non potiùs intelligat animi vitia eſſe, quàm carnis? Quandoquidem fieri poteſt, vt propter idololatriam, vel hæreſis alicuius errorem à voluptatibus carnis temperetur: & tamen etiam tunc homo quamuis carnis libidines continere atque cohibere videatur, ſecundùm carnem viuere hac Apoſtolica authoritate conuincitur: & in eo quòd abſtinet à voluptatibus carnis, damnabilia opera carnis agere demonſtratur. Quis inimicitias non in animo habeat: aut quis ità loquitur, vt inimico ſuo, vel quem putat inimicũ, dicat: malam carnem, ac non potiùs, malum animum habes aduersùm me? Poſtremò ſicut carnalitates, vt ità dicam, ſi quis audiſſet, non dubitaret carni tribuere: ità nemo dubitat animoſitates ad animum pertinere. Cur ergò hæc omnia, & his ſimilia, doctor gentium in fide & veritate opera carnis appellat, niſi quia eo locutionis modo, quo totum ſignificatur à parte, ipſum hominem vult nomine carnis intelligi?

Secundũ carnem viuere, an gulæ aut luxuriæ deditis ſolũ conueniat.

Galat. 5.

Inter opera carnis numerantur etiam animi vitia.

Quomodò carnis opera dicantur ea quæ Apoſtolus enumerauit.

3. ET capite tertio: Hæc autem vitia (ſuperbia & inuidia) quæ tenent in diabolo principatum, carni tribuit Apoſtolus, quam certum eſt diabolum non habere. Dicit enim inimicitias, contentiones, æmulationes, animoſitates, inuidias, opera eſſe carnis: quorum omnium malorum caput atque origo ſuperbia eſt, quæ ſine carne regnat in diabolo. Quis autem illo eſt inimicior ſanctis? Quis aduersùs eos contentioſior, animoſior, & magis æmulus, atque inuidus inuenitur? Et hæc omnia cùm habeat ſine carne, quomodò ſunt opera carnis; niſi quia opera ſunt hominis, quem, ſicut dixi, nomine carnis appellat? Non enim habendo carnem, quam non habet diabolus, ſed viuendo ſecundùm ſeipſum, hoc eſt, ſecundùm hominem, factus eſt homo ſimilis diabolo: quia & ille ſecundùm ſeipſum viuere voluit, quando in veritate non ſtetit; vt non de Dei, ſed de ſuo, mendacium loqueretur, qui non ſolùm mendax, verùm etiam mendacij pater eſt. Primus eſt quippe mentitus, &c, à quo peccatum, ab illo cæpit eſſe mendacium.

Galat. 5.

Opera carnis dicũtur, quia ſunt opera hominis.

Ioan. 8.

4. AD Romanos octauo, vt in textu.

5. AVGVSTINVS ſermone ſexto de verbis Apoſtoli, capite nono: Quid eſt, Secundùm carnem ambulare? Carnalibus concupiſcentijs conſentire. Quid eſt, Secundùm ſpiritum ambulare? Adiuuari ſpiritu in mente, & concupiſcentijs carnis non obedire. Sic ergò impletur in nobis lex, impletur in nobis iuſtitia Dei. Modò interim impletur, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Poſt concupiſcentias tuas, cùm audis, illicitas accipe. Poſt concupiſcentias tuas non eas, debet impleri ex voluntate noſtra. Adiuta gratia Dei debet impleri, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Quicquid enim illa concupiſcentia carnis egit in nobis præteritorum peccatorum, ſiue in factis, ſiue in dictis, ſiue in cogitationibus; totum deletum eſt ſacro baptiſmate, omnia debita deleuit vna indulgentia. Reſtat ergò cum carne conflictus, quia deleta eſt iniquitas, ſed manet infirmitas. Ineſt, titillat delectatio illicitæ concupiſcentiæ: pugna, reſiſte, noli conſentire, & impletur hîc, Poſt concupiſcentias tuas non eas: quia & ſi quando ſurrepunt, & vſurpant ſibi oculum, aurem, linguam, volaticam cogitationem, nec ſic deſperemus de ſalute noſtra.

Secundũ carnem ambulare, eſt conſentire carnalibus concupiſcentijs.

Eccli 18.

Baptiſmi vis.

Cõcupiſcentia poſt baptiſmum.

6. ET capite vndecimo: Qui autem in carne ſunt, id eſt, qui in carne confidunt, qui concupiſcentias ſuas ſequuntur, qui in his habitant, qui earum voluptatibus oblectantur, qui in earum delecta-

Qui dicantur eſſe in carne apud Paulũ.

Digitized by Google

delectationibus beatam felicemq; vitam conſtituunt, ipſi ſunt in carne, Deo placere non poſſunt. Non enim ſic dictum eſt, Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: quaſi dictum eſſet, in hac vita cùm ſint homines, Deo placere non poſſunt. Ergò non placuerunt ſancti patriarchę? Ergò non placuerunt ſancti prophetæ? Ergò non placuerunt ſancti Apoſtoli? Non placuerunt ſancti martyres, qui antequàm corpus patiendo deponerent Chriſtum confitendo, non ſolùm voluptatem contemnebant, ſed dolores quoquè patientiſſimè perferebant? Placuerunt, ſed in carne non fuerunt. Portabant carnem, non portabantur à carne. Iam enim paralytico dictum erat, Tolle grabatum tuum. Qui ergò in carne ſunt, quemadmodùm dixi, quemadmodùm iam expoſui, non in hoc ſeculo viuendo, ſed carnis concupiſcentijs conſentiendo, Deo placere non poſſunt. Ioan. 5.

7. AD Galatas ſexto, vt in textu.

DE OCTO BEATITVDINIBVS.

I.

Quænam ſunt Euangelicæ legis Beatitudines?

Vide Aug. li. 1. de ſer. Domini in monte cap. 2. & ſeq. Chromatium Epiſcopum in declamatione de octo Beatitudinib. Greg. Nyſſe. de beatitudinib. Leonem in homil. omnium Sanctorum. Item Bernard ſer. 1. de Feſto omnium Sanctorũ & ſerm. 4. de Aduentu Domini.
a Ambroſ. in 6 cap. Lucæ.
b Matth. 5. a & ibid. Hilar. Chryſoſt. Hieron. Chromatius, Theophylact. Euthymius, Anſelmus &c.
c Lucæ 6. c Eſa. 66. a Iaco. 2. a Matth. 18 a
d Pſal. 36 b Matth. 11. d Pſal. 26. d
e Luc. 6. c 16. f 1. Reg. 15. g Ioan. 16. c Eſa. 61. a Matth. 26. g
f Sap. 1. a Pſal 15 b 16. d Eſa. 65 b
g Pſal. 40. a Prouer. 11. c Eccli 29. b Lucæ 6. e
h Pſal. 23. a Pſal. 50. e
i Pſal. 36. d Ioan. 14. d
k Luc. 6. c 1. Pet. 3. c 2. Tim. 3. c Act. 14. d Auguſt. de ſer. Domini in monte lib. 1. cap. 5.

ILLAE ſanè ſunt, quas & Dominicas Beatitudines & Benedictiones Ambroſius [a] vocat, quæ apud [b] Matthæum Euangeliſtam octonario numero recenſentur in hunc modum:

1. *Beati [c] pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*
2. *Beati [d] mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.*
3. *Beati qui [e] lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.*
4. *Beati qui [f] eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.*
5. *Beati [g] miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*
6. *Beati [h] mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.*
7. *Beati [i] pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.*
8. *Beati qui [k] perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

TESTIMONIA.

1. AMBROSIVS in caput ſextum Lucę: Quatuor tantùm beatitudines ſanctus Lucas dominicas poſuit, octo verò ſanctus Matthęus: ſed in iſtis octo illæ quatuor ſunt, & in quatuor iſtis illæ octo &c. Beati, inquit, pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Primam benedictionem hanc vterq; Euangeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, & parens quædam generatioq; virtutum: quia qui contempſerit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritum regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus, emergendi non habet facultatem. Secunda benedictio: Beati, inquit, mites. Tertia: Beati qui lugent. Quarta: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Quinta: Beati miſericordes. Sexta: Beati mundo corde. Septima: Beati pacifici. Et benè ſeptima, quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requieuit Deus. Dies enim quietis & pacis eſt. Octaua: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Matth. 5. Octo benedictiones.

Merentur ſempiterna, qui ſecularia cõtemnunt.

2. MATTHAEI quinto: Videns autẽ turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet, acceſſerũt ad eum diſcipuli eius: & aperiens os ſuum, docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, &c. vt in textu.

3. LVCAE ſexto: Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei.

4. ESAIAE ſexageſimoſexto: Omnia hęc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus. ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

5. IACOBI ſecundo: Audite fratres mei dilectiſſimi: nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe?

6. MATTHAEI decimooctauo: Quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.

7. PSALMO trigeſimoſexto: Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

8. MATTHAEI vndecimo: Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.

9. PSALMO vigeſimoſexto: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

10. LVCAE ſexto: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

11. ET capite decimoſexto: Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.

12. PRIMI Regum decimoquinto: Et non vidit Samuel vltrà Saul vſque ad diem mortis ſuæ: veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd conſtituiſſet regem Saul ſuper Iſrael.

13. IOANNIS decimoſexto: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor

veſtrum:

Digitized by Google

veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

14. ESAIAE ſexageſimoprimo: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mãſuetus miſit me, vt mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: Vt prædicarem annũ placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolarer omnes lugentes. Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabũtur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Pro confuſione veſtra duplici & rubore laudabunt partẽ eorum: propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis.

15. MATTHAEI vigeſimoſexto: Et egreſſus Petrus forâs, fleuit amarè.

16. SAPIENTIAE primo: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum.

17. PSALMO decimoquinto: Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem.

18. ET decimoſexto: Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

19. ESAIAE ſexageſimoquinto: Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Eccè ſerui mei comedent, & vos eſurietis: eccè ſerui mei bibent, & vos ſitietis: Eccè ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini: Eccè ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.

20. PSALMO quadrageſimo: Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

21. PROVERBIORVM vndecimo: Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis. Clementia pręparat vitam: & ſectatio malorum mortem.

22. ECCLESIASTICI vigeſimonono: Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum.

23. LVCAE ſexto: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Date, & dabitur vobis. menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.

24. PSALMO vigeſimotertio: Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

25. ET quinquageſimo: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

26. ET trigeſimoſexto: Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. Iniuſti autem diſperibunt ſimul: reliquiæ impiorum interibunt.

27. IOANNIS decimoquarto: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. non quomodò mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.

28. LVCAE ſexto: Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquàm malum, propter filium hominis.

29. PRIORIS Petri tertio: Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati.

30. POSTERIORIS ad Timotheum tertio: Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

31. ACTORVM decimoquarto: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, aiunt Paulus & Barnabas.

32. AVGVSTINVS de ſermone Domini in monte, libro primo, capite quinto: Non iſta perpeti fructuoſum eſt, ſed iſta pro Chriſti nomine non ſolùm æquo animo, ſed etiã cum exultatione tolerare. Nam multi hæretici, nomine Chriſtiano animas decipientes, multa talia patiũtur. Sed ideò excluduntur ab iſta mercede, quia non dictum eſt tantùm; Beati qui perſecutionem patiuntur: ſed additum eſt, propter iuſtitiam. Vbi autem ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Quia iuſtus ex fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Quam ſi haberent, non dilaniarent corpus Chriſti quod eſt Eccleſia. Et poſt pauca: Quid eſt ſanè quòd hoc etiam non eſt nudè poſitum, vt diceretur; Et dicent omne malum aduersùm vos: ſed additum eſt, mentientes: additum eſt etiam, propter me? Propter eos additum puto, qui volunt de perſecutionibus & de famæ ſuæ turpitudine gloriari: & ideò dicere ad ſe pertinere Chriſtum, quia multa de illis dicuntur mala: cùm & vera dicantur, quando & de illorum errore dicuntur: etſi aliquando etiam nonnulla falſa iactantur, quod temeritate hominum plerunquè accidit, non tamen propter Chriſtum iſta patiuntur. Non enim Chriſtum ſequitur, qui non ſecundùm veram fidem & Catholicam diſciplinam Chriſtianus vocatur.

Hæretici & ſchiſmatici non patiũtur perſecutioně propter iuſtitiam.

Vbi ſana fides nõ eſt, nõ poteſt eſſe iuſtitia. Abacuc 2. Rom. 1.

Rom. 13.

Charitatẽ nõ habent, qui Eccleſiã dilaniant.

Hęretici non propter Chriſtum malè audiunt.

II.

Quare hæc de Beatitudinibus doctrina eſt obſeruanda?

QVONIAM prima & maxima pars eſt legis Euangelicæ, quam Chriſtus [a] Legifer noſter in monte tradidit ore ſuo ſacroſancto, vt conſiderarent omnes, quid Chriſtiana Iuſtitia vltra fidem complectatur & poſtulet: deindè ſcirent, quomodò iuſtis corona iuſtitiæ, vt Paulus [b] vocat, vel merces [c] plena æternaque non ſine [d] labore obueniat. Nam hinc etiam Iacobus affirmat: [e] *Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.*

a Eſa. 33. d Iacob. 4. c Matth. 5. a

b 2. Tim. 4 b c 2. Ioã. epi c Lucæ 6 c d 1. Cor 3. b Matth. 11. b Lucæ 16 d e Iacob 1. b

TESTIMONIA.

1. ESAIAE trigeſimotertio: Dominus iudex noſter: Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter: ipſe ſaluabit nos.
2. IACOBI quarto: Vnus eſt enim legiſlator, & iudex qui poteſt perdere & liberare.
3. MATTHAEI quinto: Videns autem turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius &c.
4. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.
5. IN ſecunda epiſtola Ioannis: Videte voſmetipſos, nè perdatis quæ operati eſtis: ſed vt mercedem plenam accipiatis.
6. LVCAE ſexto: Date, & dabitur vobis, menſuram bonam & cõfertam & coagitatã & ſupereffluentem dabunt in ſinũ veſtrum. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.
7. PRIORIS ad Corinthios tertio: Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.
8. MATTHAEI vndecimo: A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
9. LVCAE decimoſexto: Lex & prophetæ, vſque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.
10. IACOBI primo, vt in textu.

III.

Quid verò circa hanc de Beatitudinibus doctrinam præcipuè notandum eſt?

Ambroſ. in 6. cap. Lucæ.

A. PRIMÙM quidem obſeruari debet, gradus inter eas diſtinctos eſſe, vt ex ipſo tum numero, tum ordine perſpicitur.

B. Deindè quolibet in gradu coniunctìm duo proponuntur, quorum alterum ipſe ſit actus virtutis, ſeu meritum, & Beatitudo (vt nuncupant) huius vitæ: alterum verò, æternæ vitæ præmium ſuo merito congruens, quam beatitudinem patriæ licet appellare. Sicutì autem prior pars laborem & difficultatem offert credentibus: ità poſterior quæ ſtatìm in ſingulis gradibus adijcitur, magnitudine propoſiti præmij conſolationem admiſcet, lenitque labores, ſudores & agones in Chriſtiana militia omnibus perferendos.[a] *Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.*[b] *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.*[c] *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet*, vt conſtanter gentium doctor aſſeuerat. Quamobrem Dominus priuſquàm[d] tremendum ſe iudicem orbi ſiſtat, ad expectationem aduentus ſui nos omnes his verbis excitat:[e] *Ecce venio citò*, inquit, *& merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua.*[f] *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo:* quæ demùm ſumma, æterna & abſoluta eſt Beatitudo.

a 2. Tim. 2. a
b 1. Cor. 3. b
c Galat. 6. b
d Heb. 10. e g Actor. 17. g
e Apoc. 22. c
f Apoc. 3 d Matth. 19. d Lucæ 22. c

C. At[g] vana eſt prorsùs mundi de beatitudine ſententia, quæ permultos interìm fallit ac perdit. Nam beati ferè vulgò putantur diuites, præpotentes, gloria & authoritate clari, bonis fortunæ affluentes, voluptatibus indulgentes. Verùm Chriſtus[h] væ væ iſtis opponit, & liberè ſic Eſaias[i] acclamat: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.*[k] *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*, nimirùm vt authorem ſuum benè beatèque viuendo ſemper prædicet.

g Eccles 2. a b 5. c. 11. c d Pſal. 143. c d Sapient. 2. a b
h Lucæ 6. d Eſa. 5 b c d 65. b c Amos 6. a b
i Eſa. 3. c
k Pſal. 143. d 32. c Et ibidèm Aug. conc. 2. & in Pſal. 118. concione 1.

TESTIMONIA.

A. AMBROSIVS in caput ſextum Lucæ: Veni Domine Ieſu, doce nos ordinem beatitudinum tuarum. Neque enim ſine ordine dixiſti, primò beatos pauperes ſpiritu, ſecundò beatos mites, & tertiò beatos qui lugent. Et poſt nonnulla: Vſque ad finem te ducit, vſque ad martyrium proſequitur, & conſtituit beatitudinum palmam. Vide igitur ordinem. Oportet te pauperem fieri ſpiritu. Humilitas enim ſpiritus, diuitiæ virtutum ſunt. Niſì pauper fueris, mitis eſſe non poteris. Qui mitis eſt, poteſt lugere præſentia: qui inferiora luget, poteſt deſiderare meliora: qui ſuperiora quærit, inferiora deuitat, vt & ipſe à ſuperioribus adiuuetur: qui miſeretur, cor ſuum mundat. Quid enim eſt mundare animum, niſì ſordem mentis abluere? Eleemoſyna enim à morte liberat: patientia verò, perfectio eſt charitatis. Qui autem patitur perſecutionem, in vltimo certamine conſtitutus probatur aduerſis, vt cùm legitimè certauerit, coronetur. Hos quidem gradus volunt eſſe virtutum, per quos ab vltimo ad ſuperiora poſſimus aſcendere. Deniquè ſicut incrementa virtutum, ità etiam ſunt incrementa præmiorum. Plus eſt enim, Dei eſſe filium, quàm poſſidere terram, & conſolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cælorum eſt, & vltimum præmium regnum cælorum eſt: nunquid æquale præmium incipientibus atque perfectis eſt? Num fortè myſticè docemur, quia eſt primum regnum cælorum, illud Apoſtolicum, Diſſolui & eſſe cum Chriſto? Habes primum regnum, quando ſancti rapiuntur in nubibus obuiàm Chriſto in aëra. Multi enim dormientium ſurgent, iſti in vitam æternam, illi in opprobrium. Primum ergò regnum cælorum ſanctis propoſitum, eſt in abſo-

Ordo beatitudinum.
Tob. 12.
2. Tim. 2.
Præmiorum incrementa reſpondent incrementis virtutum.
Philip. 1.
2. Theſſ. 4.
Dan. 12.
Duplex ſtatus regni cælorum: alter ſtatim poſt mortem, al-

Digitized by Google

ter poſt generalem reſurrectionem. Ioan. 14. Diuerſitas meritorum in regno cælorum.

abſolutione corporis: ſecundum regnum cælorum eſt, poſt reſurrectionē eſſe cum Chriſto. Cùm fueritis in regno cælorum, tunc proceſſus eſt manſionum: & ſi vnum regnum, diuerſa tamen merita ſunt in regno cælorum. Poſt reſurrectionem terram tuam incipies poſſidere, abſolutus à morte. Abſolutus per Dominicam crucem, ſi tamen intra iugum Domini fueris inuentus, conſolationem in ipſa poſſeſſione reperies: conſolationem ſequitur delectatio, delectationem diuina miſeratio. Quem autem miſeratur Dominus, & vocat: qui vocatur, videt vocātem: qui Deum viderit, in ius diuinę generationis aſſumitur: tunc demùm quaſi Dei filius, cæleſtis regni diuitijs delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nam & intra hoc ſeculum multi in imperio Romano ſunt: ſed maiorē imperij gratiam, qui propiores imperatori ſunt, conſequuntur.

1. B. POSTERIORIS ad Timotheū ſecundo, 2. PRIORIS ad Corinthios tertio, 3. AD Galatas ſexto capite, vt in textu.

4. AD Hebræos decimo: Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſideremus inuicèm in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam: ſed conſolantes, & tanto magìs quanto videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Mihi vindictam, ego retribuam. Et iterùm: Quia iudicabit Dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Nolite itaque amittere cōfidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem. Adhuc modicum aliquantulúmque, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.

5. ACTORVM decimoſeptimo ait Paulus: Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiquè pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

6. APOCALYPSIS vigeſimoſecundo, 7. ET capite tertio, vt in textu.

8. MATTHAEI decimonono: Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

9. LVCAE vigeſimoſecundo: Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.

1. C. ECCLESIASTIS ſecundo: Dixi ergò in corde meo, Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoquè eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid fruſtrà deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitarémque ſtultitiam, donèc viderem quid eſſet vtile filijs hominum, quo facto opùs eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas: feci hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus. Et extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyluam lignorum germinantium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam habui: armenta quoquè & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, ſcyphos, & vrceos in miniſterio ad vina fundenda. Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ieruſalem. ſapientia quoquè perſeuerauit mecum. Et omnia quę deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omnī voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. Cúmque me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.

2. CAPITE quinto: Auarus non impletur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergò vanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis?

3. CAPITE vndecimo: Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierū multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergò iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuę, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Aufer irā à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim & voluptas, vana ſunt.

4. PSALMO centeſimo quadrageſimotertio: Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis: boues eorum craſſę. Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

5. SAPIENTIAE ſecundo: Dixerunt impij, cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tędio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquàm non fuerimus: quoniā fumus flatus eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ ad commouendū cor noſtrum: quia extinctus cinis erit corpus noſtrū, & ſpiritus diffundetur tanquàm mollis aër, & tranſibit vita noſtra tanquàm veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt radijs ſolijs, & à calore illius aggrauata: & nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. Venite ergò, & fruamur bonis quę ſunt, & vtamur creatura tanquàm in iuuētute celeriter. Vino precioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequàm marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrûm exors ſit luxuriæ noſtræ: vbiquè relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra.

6. LVCAE ſexto: Veruntamen væ vobis diuitibus,

tibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint vobis omnes homines. ſecundùm hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum.

7. ESAIAE quinto: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum: Niſi domus multæ deſertæ fuerint grandes & pulchræ, abſque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij ſementis facient modios tres. Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris: & opus Domini nō reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Proptereà captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit, &c. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculū plauſtri iniquitatem. Qui dicitis, Feſtinet, & citò veniat opus eius vt videamus: & appropiet & veniat conſilium ſancti Iſrael, & ſciemus illud. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcēdam ebrietatem. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammę exurit: ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt, &c.

8. CAPITE ſexageſimoquinto: Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: pro eo quòd vocaui, & non reſpondiſtis: locutus ſum, & non audîſtis, & faciebatis malum in oculis meis: & quæ nolui, elegiſtis. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: Ecce ſerui mei lętabuntur, & vos confundemini: Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.

9. AMOS ſexto: Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael. Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quapropter &c.

10. ESAIAE tertio, 11. ET pſalmo centeſimo quadrageſimotertio, vt in textu.

12. PSALMO trigeſimoſecundo: Beata gens cuius eſt Dominus, Deus eius: populus quem elegit in hæreditatem ſibi.

13. AVGVSTINVS in pſalmum trigeſimumſecundum concione ſecunda: Amant omnes beatitudinem; & ideò peruerſi ſunt homines, qui mali volunt eſſe, miſeri nolunt. Et cùm ſit malitiæ indiuidua comes miſeria, iſti peruerſi non ſolùm mali eſſe volunt, & miſeri nolunt, quod fieri non poteſt: ſed ideò volunt mali eſſe, nè miſeri ſint. Quid eſt hoc quod dixi, ideò volunt mali eſſe, nè miſeri ſint? Conſiderate hoc paululum in omnibus hominibus qui malè faciunt, beati ſemper eſſe volunt. Furtum facit. Quæris, quare? propter famem, propter neceſſitatem. Ergò nè miſer ſit, malus eſt: & ideò miſerior eſt, quia malus eſt. Depellendæ ergò miſeriæ cauſa, & acquirendæ beatitudinis cauſa, faciunt omnes homines quicquid vel boni faciunt, vel mali. Semper ergò beati eſſe volunt. Siue malè viuentes, ſiue benè viuentes, beati eſſe volunt; & non contingit omnibus quod omnes eſſe volunt. Omnes enim beati eſſe volunt, non autem erunt niſi illi, qui iuſtè eſſe voluerint. Et eccè neſcio quis vt malè faciat, beatus vult eſſe. Vndè? Ex pecunia, ex argento & auro, ex prædijs, fundis, domibus, mancipijs, pompa ſeculi, honore volatico & perituro; habendo aliquid volunt beati eſſe. Quære ergò quid habeas, vt beatus ſis. Cùm enim beatus fueris, melior vtiquè eris, quàm cùm miſer es. Fieri autem non poteſt, vt res deterior te faciat meliorem. Homo es; deterius te eſt, quicquid cupis quo beatus eſſe deſideras. Aurum, argentum, quælibet corpora, quibus inhias acquirendis, poſſidendis, fruendis, inferiora ſunt te. Tu melior es, tu fortior es: & vtiquè vis melior eſſe quàm es, cùm beatus eſſe vis, quia miſer es. Melius eſt enim vtiquè, beatum eſſe, quàm miſerum. Vis eſſe melior te: & quæris, perquiris, per quæ id fiat, deteriora ſunt te. Quicquid quæſieris in terra, deterius eſt quàm tu. Hoc omnis homo optat amico ſuo, ſic eum adiurat: ſic melior ſis, ſic meliorem te videamus, ſic de te meliore gaudeamus. Quod optat, hoc & ipſe vult. Accipe ergò fidele conſilium. Melior te vis eſſe, noui, omnes nouimus, omnes volumus. Quære quod eſt melius te, vt inde efficiaris melior te. Intuere nunc cælum & terram: non tibi ſic hæc pulchra corpora placeant, vt eis fieri beatus velis. In animo eſt quod quæris. Beatus enim eſſe vis. Ipſo animo tuo quære quid ſit melius. Cùm enim duo ſint quædam, hoc eſt, animus & corpus, eò quòd iſtis duobus illud melius ſit quod animus dicitur, poteſt corpus tuum melius fieri per meliorem, quia ſubiectū eſt corpus animo. Poteſt ergò melius fieri corpus tuum per animum tuum; vt cùm fuerit iuſtus animus tuus, ſit poſteà immortale etiam corpus tuum. Per animi enim illuminationem meretur corpus incorruptionem, vt fiat inferioris reparatio per meliorem. Si ergò corporis tui bonum animus tuus eſt, quia corpore tuo melior eſt; cùm quæris bonum, tuum illud quære quod melius eſt animo tuo. Quid eſt autem animus tuus? Attende nè fortè contemnens animum tuum, & putans neſcio quid eſſe vile & abiectum, viliora quæras quibus beatificetur animus tuus. In animo tuo eſt imago Dei, méns hominis capit eam. Accepit eam, & inclinando ſe ad peccatum, decolorauit eam. Ipſe ad eam venit reformator, qui erat eius antè formator: quia per verbum facta ſunt omnia, & per verbum impreſſa eſt hæc imago. Venit ipſum verbum, vt audiremus ab Apoſtolo: Reformamini in nouitate mentis veſtræ. Iam ergò ſupereſt, vt quæras quid ſit melius quàm animus tuus. Quid erit obſecro, niſi Deus tuus? Non inuenis aliquid melius animo tuo, quia cùm fuerit perfecta natura tua, angelis æquabitur. Iam ſuprà non eſt niſi creator. Erige te ad illum, noli deſperare, noli dicere, multum eſt ad me. Magis multum eſt ad te habere aurum quod quæris. Aurum & ſi voluēris, fortè non habebis; Deum cùm voluēris, habebis: quia & antequàm velis, venit ad te; & cùm auerſa voluntate eſſes, vocauit te; & cùm conuerſus eſſes, terruit te; & cùm territus confitereris, conſolatus eſt te. Iſte qui tibi præſtitit omnia, iſte qui fecit vt eſſes, qui his quæ tecum ſunt, etiam malis, præſtat ſolem, præſtat pluuiam, præſtat fructus, fontes, vitam, ſalutem, tantas cōſolationes, ſeruat

tibi

Beatitudinē amāt omnes, tàm mali, quàm boni.

Omnis actio humana inſtituitur vel beatitudinis acquirendæ cauſa, vel miſeriæ depellendæ.

Beatitudinē ſuam in quo conſtituant filij huius ſeculi.

Id in quo beatitudo ponēda eſt, oportet vt ſit homine melius.

Corpus ſit melius per animum.

Geneſ. 1.

Ioan. 1.

Rom. 12.

Matth. 22.

Deus melior animo.

Deum, cùm volueris, habebis.

Matth. 5.

Digitized by Google

tibi aliquid quod non det, niſi tibi. Quid eſt autem quod tibi ſeruat, niſi ſe? Pete aliud ſi melius inueneris, ſe tibi ſeruat Deus. Auare, quid inhias cælo & terræ? Melior eſt qui fecit cælum & terram: ipſum viſurus, ipſum habiturus es. Quæris vt tua ſit illa villa, & tranſiens per illam, dicis: Beatus cuius eſt poſſeſſio iſta. Hoc dicunt quàm multi qui tranſeunt per illam; & tamen cùm dixerint & tranſeunt per illam, poſſunt caput agitare & ſuſpirare, nunquid & poſſidere? Sonat cupiditas, ſonat iniquitas; ſed non concupiſcas rem proximi tui. Beatus cuius eſt villa illa, cuius eſt domus iſta, cuius eſt ager iſte. Compeſce iniquitatem, audi veritatem. Beata gens cuius eſt. Quid? Iam nôſtis quid dicturus ſum. Ergò deſiderate vt habeatis, tunc demùm beati eritis. Hac ſola beati eritis, re meliore quàm vos eſtis, meliores eritis. Deus eſt, inquam, melior te qui fecit te. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum. Hoc ama, hoc poſſide; hoc cùm vis, habebis, hoc gratìs habebis.

In auaros.

Sola re meliore nobis, erimus beati.

14. ET in pſalmum centeſimum decimumoctauum concione prima: Ab exordio ſuo magnus pſalmus iſte, chariſſimi, exhortatur nos vt quæramus beatitudinem, quam nemo eſt, qui non expetat. Quis enim vnquàm vel poteſt, vel potuit, vel poterit inueniri, qui eſſe nolit beatus? Quid igitur ea exhortatione opùs eſt ad eam rem, quam ſua ſponte appetit animus? Nam profectò qui exhortatur, id agit, vt excitetur voluntas eius cum quo agit, ad illud propter quod exhortationis adhibetur alloquium. Vt quid ergò nobiſcum agitur, vt velimus quod nolle non poſſumus; niſi quia omnes quidem beatitudinem concupiſcunt, ſed quomodò ad eam perueniatur, plurimi neſciunt? Ideóque hoc docet iſte qui dicit: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Tanquàm diceret: Scio quid velis, beatitudinem quæris. Si ergò vis eſſe beatus, eſto immaculatus. Illud enim omnes, hoc autem pauci volunt, ſine quo non peruenitur ad illud quod omnes volunt. Sed vbi erit quiſque immaculatus, niſi in via? In qua via, niſi in lege Domini? Ac per hoc, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, non ſuperfluò vobis dicitur, ſed exhortatio neceſſaria noſtris mentibus adhibetur. Quid enim boni ſit, ad quod multi pigri ſunt, id eſt, immaculatos ambulare in via, quæ lex eſt Domini: ſic oſtenditur, cùm beatos eſſe qui hoc faciunt, indicatur, vt propter illud quod omnes volunt, etiam hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum quippe eſſe, tam magnum eſt bonum, vt hoc & boni velint, & mali. Nec mirum eſt, quòd boni propterea ſunt boni; ſed illud eſt mirum, quòd etiam mali propterea ſunt mali, vt ſint beati. Nam quiſquis libidinibus deditus, luxuria ſtupriſque corrumpitur, in hoc malo beatitudinem quærit, & ſe miſerum putat, cùm ad ſuæ concupiſcentiæ voluptatem, lætitiámque non peruenit: beatum verò non dubitat ſe iactare, cùm peruenit. Et quiſquis auaritiæ facibus inardeſcit, ad hoc congregat quocunque modo diuitias, vt beatus ſit. Quicunque molitur inimicorũ ſanguinem fundere, quicunque deſiderat dominationem, quiſquis affectat crudelitatem ſuam explere, quiſquis alienis cladibus paſcitur, in omnibus ſceleribus beatitudinem quærit. Hos igitur errantes, & vera miſeria falſam beatitudinem requirentes, reuocat ad viam, ſi audiatur vox iſta diuina, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Tanquàm dicens, Quò itis? Peritis, & neſcitis. Non illàc itur qua pergitis, quò peruenire deſideratis. Nam vtiquè beati eſſe cupitis; ſed miſera ſunt, & ad maiorem miſeriam ducunt itinera iſta quæ curritis. Tam magnum bonum quærere per mala nolite Si ad illud peruenire vultis, huc venite, hàc ite. Viæ peruerſæ relinquite malignitatem, qui nõ poteſtis relinquere beatitudinis voluntatem. Fruſtrà tendẽdo fatigamini, quò perueniendo inquinamini. Non aũt beati inquinati in errore, qui ambulant in peruerſitate ſeculi: ſed, Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et paulò pòſt: Quomodò ergò iam beati, cùm adhuc teſtimonia eius ſcrutantur, & exquirunt eum, cùm hoc facere poſſint & impij & iniqui? Beatos autem eſſe impios & iniquos, quis vel impius dixerit aut iniquus? Ergò ſpe beati, ſicut; Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: non propter quod adeſt, quandiũ mala patiuntur, ſed propter quod aderit; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: non quia eſuriunt & ſitiunt, ſed propter quod ſequitur, quoniam ipſi ſaturabuntur: &, Beati qui plorant, non quia plorant, ſed propter quod, ſequitur, quia ridebunt. Proindè, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum: non quia ſcrutantur & exquirunt, ſed quia inuenturi ſunt quod exquirunt. In toto enim corde, non negligenter, exquirunt.

Nemo non vult eſſe beatus.

Quomodò perueniatur ad beatitudinem, ignorãt multi. Pſal. 118.

Mali propterea ſunt mali, vt ſint beati.

Vera miſeria falſam beatitudinem requirentes.

Spe beati ſumus in hac vita. Matth. 5.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

I.

Quæ dicuntur Euangelica conſilia?

EA [a] videlicet, quæ cùm ad ſalutem conſequendam ſimpliciter neceſſaria non ſint, tamen vt parãdæ ſalutis ratio expeditior habeatur ac facilior, à Chriſto proponuntur atque conſuluntur.

B. Vndè diſcrimen, quod Scriptura inter præcepta, & conſilia [b] ſtatuit, eſt ſedulò retinendum, vt illa quidem, tanquàm obſeruatu neceſſaria, præſcribi: hæc verò, vt perfectam præceptorum obſeruationem promouentia, ſuaderi ac [c] ſponte ſuſcipi intelligamus. Hinc Apoſtolus, quum de obſeruando cælibatu docere vellet, ità pronunciat: [d] *De virginibus præceptum Domini non habeo: Conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſecutus à Deo, vt ſim fidelis.*

C. Quò ſpectat quod Auguſtinus perſpicuè dixit: [e] Aliud eſt conſilium, aliud præceptum. Conſilium datur, vt virginitas conſeruetur,

vtà

a Auguſt. ſer. 61. de temp. & in Enchirid. cap. 121. Itẽ lib. 1. de adulterinis coniugijs cap. 14. & lib. de ſancta virginitate ca. 14. Item lib. 2. quæſt. euang. c. 19. & Paulinus ad Seuerũ epiſt. 4. b 1. Cor. 7. d Matth. 19. c 16 d Luc. 10. f

c 1. Cor. 9. b c Matth. 26. a Mar. 14. a 3. Reg. 8. b Geneſ. 8. d Num. 6. a d 1. Cor. 7. d Cyprian. in ſer. de natiuitate Chriſti.

e Ser. 61. de temp.

Digitized by Google

vt à vino & à carnibus abſtineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur: Præceptum verò datur, vt iuſtitia cuſtodiatur, vt omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum. Et rurſùm: [f] Conſilium qui libenter audierit, & fecerit, maiorem habebit gloriam: Pręceptum qui non impleuerit, niſi pœnitentia ſubuenerit, euadere pœnam non poterit.

f Ibidèm.

D. Auguſtino conſonat Ambroſius, cùm ità [g] ſcribit: Non præcipitur quod ſupra legem eſt, ſed magìs dato ſuadetur conſilio, & quod tutius eſt, demonſtratur. Itèm: Conſilium inuitat voluntarios: præceptum etiam adſtringit inuitos.

g Amb. epiſt. 28. ad eccleſiam Vercellenſem. Vide eundem in libro de viduis.

E. Neque aliter ſenſit Hieronymus, vt hæc eius verba [h] declarant: Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas ſeruientis. Sed maioris eſt mercedis, inquit, [i] quod non cogitur, & offertur.

h Lib. 1. aduerſùs Iouinianum cap. 7.

i Epiſt. 22. ad Euſtochium de virginitatis cuſtodia. cap. 8.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoprimo de tempore: Aliud eſt conſilium, aliud præceptum. Conſilium datur, vt virginitas conſeruetur, vt à vino & à carnibus abſtineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur. Præceptum verò datur, vt iuſtitia cuſtodiatur, vt omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum. Deniquè de virginitate dicitur: Qui poteſt capere, capiat. De iuſtitia verò non dicitur: Qui poteſt facere, faciat: ſed, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Conſilium qui libenter audierit & fecerit, maiorem habebit gloriam. Pręceptum qui non impleuerit, niſi pœnitentia ſubuenerit, euadere pœnam non poterit.

Conſilij & præcepti diſcrimen. 1. Cor. 7. Rom. 14. Matth. 19. 2. Tim. 2. Pſal. 33. Matth 19. Matth. 3. & 7.

2. IDEM in Enchiridio ad Laurentium, capite centeſimo vigeſimoprimo: Quæcunq; ergò mandat Deus, ex quibus vnum eſt, Non mœchaberis: & quæcunque non iubentur, ſed ſpiritali conſilio monentur, ex quibus vnum eſt: Bonum eſt homini mulierem non tangere: tunc rectè fiunt, cùm referuntur ad diligendum Deum, & proximũ propter Deum.

Exod. 20. Conſilia à mandatis diſtincta. 1. Cor. 7. Finis conſiliorum.

3. ITEM libro primo de adulterinis coniugijs ad Pollentium, capite decimoquarto: Multa ſunt autem facienda non iubente lege, ſed libera charitate: & ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cùm liceret nobis non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus. Vndè prior ipſe Dominus cùm ſe tributum non debere monſtraſſet, ſoluit tamen, nè ſcandalizaret eos, quibus ad æternam ſalutem gerens hominem conſulebat. Iam verò Apoſtolus quemadmodùm iſta commendet, eius verba teſtantur, vbi dicit: Cum enim liber ſim ex omnibus, omnium ſeruum me feci, vt plures lucrifacerem. Cùm paulò ſuperiùs dixiſſet, Nunquìd non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Nunquìd non habemus licentiam ſororem mulierem circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem &c. Item alio loco de quibuſdam, quæ ad eſcam pertinent: Omnia, inquit, mihi licita ſunt, ſed non omnia expediunt: Omnia mihi licita ſunt, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & has euacuabit. Item alibì de hoc ipſo: Omnia mihi licita ſunt, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licita ſunt, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed id quod alterius eſt. Atque vt oſtenderet vndè loqueretur: Omne, inquit, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Et tamen alibì dicit, Non manducabo carnẽ in æternum, vt non fratrem meum ſcandalizem. Itemq; alibi, Omnia quidem munda, ſed malum eſt homini qui per offenſionem manducat. Quod eſt, omnia licita ſunt: ipſum eſt, omnia quidem munda. Et quod eſt, ſed non omnia expediunt: ipſum eſt, ſed malum eſt homini qui per offenſionem manducat. Ità oſtendit ea quæ licita ſunt, id eſt, nullo præcepto Domini prohibentur, ſicut expedit potiùs eſſe tractanda, non præſcripto legis, ſed conſilio charitatis. Hæc ſunt quæ ampliùs erogantur ſaucio, qui curandus ad ſtabulum Samaritani illius miſeratione perductus eſt. Et ideò dicuntur non à Domino præcipi, quanuìs à Domino moneantur offerri, vt tanto intelligantur eſſe gratiora, quanto magìs oſtenduntur indebita.

Gratiora ſunt quę non tenemur impẽdere, & tamen impendimus ex charitate. Matth. 17. Exẽpla ſcripturę de operibus liberis. 1. Cor. 9. Ibidèm. 1. Cor. 6. 1. Cor. 10. 1. Cor. 8. Rom. 14. Opera ſupererogationis. Luc. 10. Tanto gratiora, quanto magìs indebita.

4. ET libro de ſancta virginitate, capite decimoquarto: De virginibus, inquit, pręceptum Domini non habeo. Præcepto enim quiſquis non obtemperat, reus eſt & debitor pœnæ. Proindè quia vxorem ducere vel nubere, peccatum non eſt; ſi autem peccatum eſſet, præcepto vetaretur, propterea pręceptum Domini de virginibus nullum eſt. Sed quoniam deuitatis remiſsíſve peccatis, adeunda eſt vita æterna; in qua eſt quædam egregia gloria, non omnibus in æternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda, cui conſequendæ parùm eſt, liberatum eſſe à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori voueatur, quod non ſit criminis non vouiſſe, ſed vouiſſe ac reddidiſſe ſit laudis. Conſilium, inquit, do tanquàm miſericordiam conſecutus à Deo vt fidelis eſſem. Neque enim inuidere debeo fidele conſilium, qui non meis meritis, ſed Dei miſericordia ſum fidelis. Exiſtimo itaque hoc bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem. Hoc eſt, inquit, vndè præceptum Domini non habeo, ſed conſilium do, hoc eſt, de virginibus exiſtimo bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem. Noui enim quid præſentis temporis, cui coniugia ſeruiunt, neceſſitas cogat, vt ea quæ Dei ſunt minùs cogitentur, quàm ſufficit adipiſcendæ illi gloriæ, quæ non erit omnium, quanuìs in æterna vita ac ſalute manentium. Stella enim ab ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Bonum eſt ergò homini ſic eſſe.

1. Cor. 7. Conſilij & præcepti diſcrimen. Maiorem gloriam conſequuntur, qui amplectũtur conſilia. Vouere rem liberam, conſilij eſt. 1. Cor. 7. Virginũ maior gloria in vita æterna. 1. Cor. 15. 1. Cor. 7.

5. IDEM libro ſecundo quæſtionum euangelicarum, capite decimonono: Stabulum eſt Eccleſia, vbi reficiuntur viatores de peregrinatione redeuntes in æternam patriam. Altera dies eſt poſt reſurrectionem Domini. Duo denarij, ſunt duo præcepta charitatis, quam per Spiritum ſanctum acceperunt Apoſtoli ad euangelizandum cæteris; vel promiſſio vitæ præſentis & futuræ. Secundùm enim duas promiſſiones dictum eſt, Accipiet in

Lucæ 10. Matth. 19.

hoc

Digitized by Google

hoc ſeculo centiès tantùm, & in ſeculo futuro vitam æternam conſequetur. Stabularius ergò eſt Apoſtolus. Quod ſupererogat, aut illud eſt conſilium quod ait, De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſiliũ autem do: aut quod etiam manibus ſuis operatus eſt, nè infirmorum aliquem in nouitate euangelij grauaret, cùm ei liceret paſci ex euangelio.

Opera ſupererogationis. 1. Cor. 7. 2. Theſſ. 3.

6. PAVLINVS Nolanus epiſtola quarta ad Seuerum Sulpitium: Hic Samarites hominem ſuum prætermiſſum præuijs, nec curatum, miſeratus acceſſit, & iumento ſuo, hoc eſt, verbi incarnatione ſuſcepit, & oleo gratiæ & vino paſſionis ſuæ commendatum ſtabulario, profectò illi magiſtro gentium in duobus teſtamentis denarij mercede ſanauit, redditurus illi & beatæ virginitatis de innumeris huius boni fructibus vberes gratias, & innumerabiles coronas, quia hoc conſilium præcepto adijciens, de ſuo ſupererogauit.

Lucæ 10. Virginitas opus ſupererogationis.

1. B. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, &c. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium.

2. MATTHAEI decimonono: Si vis perfectus eſſe, vade: vende omnia quæ habes, &c.

3. ET capite decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &c.

4. LVCAE decimo: Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi.

5. PRIORIS ad Corinthios nono: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Si alij poteſtatis veſtrę participes ſunt: quare non potiùs nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, nè quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ità & Dominus ordinauit eis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum. Non autem ſcripſi hæc, vt ità fiant in me: bonum enim eſt mihi magìs mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Nam & ſi euangelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit: Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergò merces mea? Vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Euangelium, vt non abutar poteſtate mea in Euangelio. Nam cùm liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem.

6. MATTHAEI vigeſimoſexto: Cùm autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrũ vnguenti precioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, &c. Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliẽdum me, fecit. Amen dico vobis, vbicunquè prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.

7. MARCI decimoquarto: Ieſus autem dixit: Sinite eam. quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Amen dico vobis, vbicunquè prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

8. TERTII Regum octauo ait Salomon: Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael: & ait Dominus ad Dauid patrem meum, Quod cogitâſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè feciſti, hoc ipſum mente tractans.

9. GENESIS octauo: Aedificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratusq; eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait ad eum: Nequaquàm vltrà maledicam terrę propter homines.

10. NVMERORVM ſexto: Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Vir ſiue mulier cùm fecerint votum vt ſanctificetur, & ſe voluerint Domino conſecrare: à vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex alia qualibet potione, & quicquid ex vua exprimitur, nō bibent: vuas recentes ſiccasq; non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino conſecrantur: quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque ad acinum, non comedent.

11. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt in textu, vt paulò antè B. teſtimonio primo.

12. CYPRIANVS in ſermone de natiuitate Chriſti: De virginibus, ait Apoſtolus, præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tãquàm miſericordiam conſecutus. Vult & laudat ex imperio Domini, vt quæ nupſerint, ſic permaneant: quæ verò virgines ſunt Dei, cumulatione caſtitatis integritatem exhibeant Chriſto: & in hũc modum quæcunque authoritate diuina immobilia conſtant, ſic maneant: quę verò in alterutrum poteſt libertas arbitrij flectere, locum eligant priorem: quia etſi bona ſunt, & à Deo inſtituta coniugia, melior tamen eſt cōtinentia, & virginitas excellentior: quam non cogit neceſſitas aut mandatum, ſed perfectionis ſuadet conſilium. Quòd ſi diuinis conſilijs obuiauerint tentamenta, & liberas mẽtes ad carnales reuocauerint appetitus, adeſt Deus fortis, nec ſpem ponat homo in homine, nec in brachio carnis ſuæ confidat, quia qui mundum vicit, victoriam ſuis promittit militibus: & qui victores ſunt ſui, cælo vim inferũt, quoniam ſicut ſcriptum eſt: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

1. Cor. 7. Cōiugio melior & excellentior virginitas. Virginitatem ſuadet perfectionis conſilium. Matth. 11.

C. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoprimo de tempore, vt in textu, & vt ſuprà A. teſtimonio primo.

1. D. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaſecunda ad Eccleſiam Vercellenſem: Qua reuerentia virginitatis locutus eſt ſanctus Apoſtolus, De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquàm miſericordiã conſecutus à Domino. Præceptum non habet, conſiliũ habet. Non enim præcipitur quod ſupra legem eſt, ſed magìs dato ſuadetur conſilio. Nec authoritas præſumitur, ſed demonſtratur gratia: nec à quocunque demonſtratur, ſed ab eo qui miſericordiam Dei meruit. Horum ergò meliora, quàm Apoſtolorum, conſilia? Apoſtolus dicit, Conſilium do. iſti diſſuadendum putant, nè qua ſtudeat virginitati. Et paulopòſt: Bonum ergò conſilium, quia in conſilio vtilitas eſt, & in præcepto laqueus. Conſilium inuitat volũtarios, præceptum adſtringit inuitos. Si qua ergò ſecuta fuerit conſilium, & eam non pœnituerit, acquiſiuit vtilitatem. Si quam verò pœnituerit, non habet quod accuſet Apoſtolum. Ipſa enim de infirmitate ſua iudicare debuit, & ideò ſibi voluntatis ſuæ rea eſt, cuius grauiore, quàm ferre poſſet, laqueo ſe ac nodo ligauit. Itaque tanquàm bonus medicus, qui & fortibus ſtabilitatem virtutis conſeruare cupiat, & infirmis ſalubritatem dare, alijs dat conſilium, alijs demonſtrat remedium. Qui infirmus eſt, olera manducet, accipiat vxorem: qui validior eſt, fortiorem virtutis cibum expectet. Meritóque adiũxit: Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſerua-

1. Cor. 7. Conſulitur, nō præcipitur virginitas. 1. Cor. 7. Cōtra diſſuaſores virginitatis Iouinianiſtas. Cōſilij & pręcepti diſcrimen. Rom. 14. 1. Cor. 7.

Digitized by Google

ſeruare virginem ſuam, benè facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, meliùs facit. Mulier vincta eſt legi, quãto tempore vir eius viuit. Quòd ſi dormierit vir eius, libera eſt: cui vult nubat, tãtùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum cõſilium. Puto enim quòd & ego ſpiritum Dei habeo. Hoc eſt cõſilium Dei habere, explorare diligẽter omnia, & quæ meliora ſunt ſuadere, & quæ tutiora demonſtrare. Prouidus doctor multas oſtendit vias, vt qua vult vnuſquiſque, quam ſibi accommodatam arbitratur, inceat, dũmodò occurrat quò poſſit incaptus* prætendere. Bona virginitatis via, ſed ſublimis & ardua, validiores requirit. Bona etiam viduitatis, non tam difficilis vt ſuperior, ſed confragoſa & aſpera cautiores exigit. Bona etiam matrimonij, plana & directa, lõgiore circuitu ad caſtra ſanctorum peruenit: eã plurimos recipit. Sunt ergò virginitatis præmia, ſunt merita viduitatis, eſt etiam coniugali pudicitiæ locus. Gradus ſingularũ ſunt & incrementa virtutum.

Meliora ſuadet & tutiora demonſtrat Paulus, cùm virginitatem cõtulit, & matrimonium permittit. *pertendere. Coparat virginitatis viã cum viduitatis & matrimonij via. Per viã matrimonij lõgiore circuitu ad caſtra ſanctorum peruenitur. Heb. 13. 1. Cor. 7.

2. IDEM in libro de viduis: Honorabile coniugium, ſed honorabilior integritas: nam & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, meliùs facit. Quod igitur bonum eſt, non vitandum eſt: & quod eſt melius, eligendum eſt. Itaque non imponitur, ſed præponitur. Et ideò benè Apoſtolus dixit: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Etenim præceptum in ſubditos fertur, conſilium amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt: vbi conſilium, ibi gratia eſt. Præceptum, vt ad naturam reuocet: conſilium, vt ad gratiam prouocet. Et ideò lex Iudæis lata eſt, gratia autem electioribus reſeruata eſt: lex, vt à naturæ finibus culpæ ſtudio demeantes, ad naturæ obſeruãtiam pœnæ terrore reuocaret: gratia autem, vt electos tum ſtudio bonorum, tum propoſitis etiam præmijs prouocaret. Et vt intelligas diſtantiam præcepti atque conſilij, illum recorderis, cui in Euangelio antè præſcribitur, nè homicidium faciat, nè adulterium admittat, nè falſum teſtimonium dicat. Præceptum etenim ibi eſt, vbi eſt pœna peccati. At verò cùm ſe præcepta legis memoràſſet impléſſe, conſilium ei datur, vt vendat omnia, & ſequatur Dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Duplex nanque forma mandati eſt: vna præceptiua, altera voluntaria. Vndè & Dominus in alia dicit: Non occides. vbi præcepit. In alia: Si vis perfectus eſſe, vende omnia tua. Ergò hic liber eſt à præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaque qui præceptum impleuerint, poſſunt dicere: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Hoc virgo non dicit. Non dicit ille, qui bona ſua vendidit, ſed quaſi repoſita expectat præmia, ſicut ſanctus Apoſtolus ait: Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergò nobis erit? Sunt enim ſpadones, qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cælorum. Sed hoc non omnibus imperatur, ſed ab omnibus flagitatur. Etenim qui mandata dat decretorum, ſemper tenere debet menſuram: & qui penſa diſtribuit, æquitatem debet examinis reſeruare. Et ità diuidet virtutem, vt vires æſtimet ſingulorum. Et ideò dicit: Qui poteſt capere, capiat. Scit enim creator omnium, affectus eſſe varios ſingulorum. Et ideò præmijs virtutem prouocauit, non infirmitatem vinculis alligauit. Scit & ille gentium Doctor, bonus morum auriga noſtrorum, & quidã interiorum rector affectuum, qui de ſeipſo didicerat, legi mentis legem corporis repugnare, eandẽ tamen Chriſti gratiæ cedere. Scit, inquam, varios curſus mentium repugnare. Et ideò neque intantùm adhortationẽ integritatis intendit, vt aboleret gratiam nuptiarum: neque ità coniugium prętulit, vt ſtudia integritatis extingueret. Sed à continentię perſuaſione incipiens, ad incontinentiæ remedia deſcendit. Et cùm brauium ſupernę vocationis fortioribus demonſtràſſet, deficere tamen in via neminem paſſus eſt, ità plaudens prioribus, vt non deſpiceret & ſequẽtes. Didicerat enim & ipſe, quia Dominus Ieſus alijs panem hordeaceum, nè in via deficerent, alijs corpus ſuum, vt ad regnum contenderent, miniſtrauit. Nec Dominus ipſe præceptum impoſuit, ſed voluntatem inuitauit. Nec Apoſtolus præceptum ſtatuit, ſed conſilium dedit. Virgo prouocatur conſilijs, non vinculis alligatur. Sed nec vidua pręceptum accipit, ſed conſilium: conſilium autem non ſemel datum, ſed ſæpè repetitum. Et primò dixit: Bonum eſt enim mulierem non tangere. Et iterùm: Volo ſic omnes homines eſſe, ſicut & meipſum. Et tertiò: Bonum eſt illis, ſi ſic maneant ſicut & ego. Et quartò: Bonum eſt propter inſtantem neceſſitatem: & hoc placere Domino, & hoc honeſtum eſt. Poſtremò beatiorem eſſe in viduitate perſeuerantẽ, non tantùm ſuo conſilio, ſed etiam Dei ſpiritu definiuit. Quænam igitur talis conſiliarij benignitatem recuſet, qui & voluntati habenas indulgeat, & id ſuadeat alijs, quod in ſe expertus vtile iudicauit, non facilè compręhendi, nec faſtidioſiùs æquari? Quænam igitur refugiat ſancta fieri corpore & ſpiritu, cùm ſupra laborem ſit pręmium, ſupra vſum gratia, ſupra opus merces?

1. Cor. 7. Virginitatis & continẽtiæ conſilium. Præcepti & conſilij diſcrimen. Matth. 19. Conſilium voluntariæ paupertatis. Duplex forma mandati. Liber eſt à præcepto, cuius defertur arbitrio. Luc. 17. Luc. 18. Matth. 19. Rom. 7. Diſcretio & prudentia D. Pauli. 1. Cor. 7. Ioan. 6. Matth. 26. Chriſtus turbæ panẽ hordeaceũ, Apoſtolis verò corpus ſuum miniſtrauit. Conſilium D. Pauli de continentia. 1. Cor. 7. Supra laborẽ præmium, & ſupra vſum gratia.

1. E. HIERONYMVS libro primo aduerſus Iouinianum, 2. ET epiſtola vigeſimaſecunda ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, vt in textu.

II.

Quot ſunt Euangelica conſilia?

A. OMNIA enumerare hoc loco non attinet: principalia verò tria ſunt, de Paupertate, Caſtitate, & Obedientia complectenda, ſicut è ſacris literis Patres intellexerunt. [a] Paupertas ad eos pertinet, qui ſemel omnia relinquunt, vt Chriſtum exemplo Petri & Apoſtolorum perfectè ſequantur. [b] Caſtitas eorum eſt, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum, &, vti Tertullianus [c] dixit, ſe voluntarios probant ſpadones. Obedientiam verò præſtant, qui vt ſeipſos plenè [d] abnegent, non ſolùm à cupiditatibus, verumetiam voluntate ſua, quod Scriptura [e] admonet, prorsùs auertũtur, dum eius, quem ſibi ſuperiorem Chriſti loco elegerunt, voluntati ſeſe totos ſubijciunt.

a Matth. 19. c d Act. 4. g Vide vitam S. Marci, Cypriani, Antonij, Hilarionis, Chryſoſtomi, Paulini, Auguſtini, Gregorij, Ioſaphat c. 35. Damaſceni, &c.
b Matth. 19 b Euſeb. lib. 2. hiſt. cap. 6. & Nicepho. lib. 2. cap. 16. ex Philone de vita contemp.
c Lib. 1. ad vxorem cap. 6.
d Matth. 16. d Lucæ 9. e
e Eccli 18. d Galat. 5. c Baſilius in regulis breuioribus, quæſtione 96.

B. Huiuſ-

Digitized by Google

B. Huiuſmodi conſilia Chriſtus perfectionis Euangelicæ abſolutũ exemplar, non verbo tantùm docuit, vtì mox oſtendemus, ſed etiam exemplo vitæ ſuæ ſanctiſſimæ confirmauit: qui cùm [f] diues eſſet, propter nos pauper factus eſt, non [g] habens vbi caput reclinaret: qui virgo etiam ex virgine [h] natus, & ſanctarum virginum [i] ſponſus perſeuerat: qui tam ſedulus demùm in præſtanda obedientia fuit, vt matri [k] virgini adeòque fabro ſubditus, & ad [l] mortem vſque crucis obediens factus, de ſeipſo teſtetur: [m] *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.*

f 2.Corinth.8.b
g Matth.8.c
h Eſaiæ 7.c
i Hieron.epiſt.22. ad Euſtoch.cap.1.& 6. Ambroſ.lib.1.de Virginibus, & ſer.90.
k Lucæ 2.g Matth.17.d
l Philip.2 b Matth.26.d Rom.5.d
m Ioan.6.d 4.e 5.e

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI decimonono: Si vis perfectus eſſe, &c. vt infrà quæſtione tertia, A. teſtimonio primo: Ecce nos reliquimus omnia, &c.

2. ACTORVM quarto: Quotquot enim poſſeſſores agrorum, &c. vt infrà quæſtione tertia, D. teſtimonio primo.

3. SANCTI Marci vitam habes apud Hieronymum in catalogo Scriptorũ Eccleſiaſticorum: vbi inter cætera ſic ait de Marco: Aſſumpto Euangelio, quod ipſe confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annunciãs, conſtituit Eccleſiam, tanta doctrina & vitæ continentia, vt omnes ſectatores Chriſti, ad exemplum ſui cogeret. Deniquè Philo, diſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam eccleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit. Et quomodò Lucas narrat, Hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia: ſic & ille, quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Latiùs autem hæc proſequitur Hieronymus in eodem catalogo, cùm Philonem deſcribens, ait: Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum, idcircò à nobis inter Scriptores Eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorũ laude verſatus eſt, non ſolùm eos ibi, ſed in multis quoquè prouincijs eſſe memorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet, talem primò Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiunt, vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur & pſalmis, doctrinæ quoquè & continentiæ, quales & Lucas refert, primùm fuiſſe Hieroſolymæ credentes.

Omnia communia inter diſcipulos S. Marci.
Act.2.& 4.
Philonis liber.
Monaſteria tempore S. Marci.
Nihil proprium apud Monachos, ſicut & apud S. Marci diſcipulos & primos Chriſtianos.

4. CYPRIANI vitam conſcripſit Pôtius eius Diaconus, in qua ſic ait: Inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quàm ſi continentiam tueretur: tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenã veri capacitatem peruenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore calcaret. Quis vnquàm tãti miraculi meminit? Nondùm ſecunda natiuitas nouum hominem ſplendore toto diuinæ lucis oculauerat, & iam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deindè quod maius eſt, cùm de lectione diuina quædam iam non pro conditione nouitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet: ſtatim rapuit quod inuenit promerendo Domino profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiã pauperum ſuſtentandam, tota prædia precio diſpẽſans, duo bona ſimul iunxit, vt & ambitionem ſeculi ſperneret, qua pernicioſius nihil eſt, & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificijs ſuis prætulit, quam nec ille qui legis omnia mandata ſeruâſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & præpropera velocitate pietatis, penè antè cœpit perfectus eſſe, quàm diſceret.

Continentia Cypriani.
Matth.19.
Cyprianus ex euãgelio edoctus, ſua pauperibus diſtribuit.
Oſeæ 6.
Matt.9. & 12.
Matth.19.

5. IN vita ſancti Antonij beatus Athanaſius: Poſt mortem parentum, annorũm circiter decem & octo, ſeu viginti, cum ſorore admodùm paruula derelictus, & domus & ſororis honeſtam curam gerebat. Necdùm verò ſex fluxerant menſes, quibus ad Eccleſiam (vt ſolebat) occurrens, recordabatur quomodò & Apoſtoli, omnibus ſpretis, ſecuti fuiſſent Saluatorem: & multi, vt legitur in Actis Apoſtolorum, facultatibus ſuis vẽditis, precia ad pedes eorum detuliſſent egentibus partienda, quæ ve, aut quanta ſpes iiſdem repoſita eſſet in cælis. Talia ſecum voluens, intrauit eccleſiam: & accidit vt tunc legeretur Euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem: Si vis perfectus eſſe, vade: vende omnia tua, quæcunque habes, & da pauperibus: & veni, ſequere me, & habebis theſaurum in cælo. Quo audito, quaſi diuinitùs huiuſmodi antè memoriam concepiſſet, & veluti propter ſe hæc eſſet ſcriptura recitata, ad ſe Dominicum traxit imperium: ſtatimq; regreſſus, poſſeſſiones quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecentæ palmę vberes, & valdè optimæ, quas vicinis largitus eſt, nè in aliquo aut ſibi aut ſorori moleſtia gigneretur. Cætera verò, quæ in mobilibus poſſidebat, vniuerſa vendidit, & aggregato non exiguo precio, indigentibus dedit, paucis tamen ob ſororem reſeruatis, quę & ſexu, & ætate videbatur infirmior. Rurſùs autem eccleſiam ingreſſus, cùm audîſſet Dominum in Euangelio dicentem, Nolite cogitare de craſtino, reliquam quoquè portionem pauperibus diſtribuit: neque ſe verſari paſſus eſt domi, ſed ſorore fidelibus ac notis virginibus cõmendata, vt earum nutriretur exemplo, ipſe iam omnibus ſeculi vinculis liber, aſperum atque arduum arripuit inſtitutum.

Matth.4.
Actor 4.
Matth.19.
Ibidèm.
Dominicum imperiũ ſiue conſiliũ ad ſe traxit Antonius & poſſeſſiones ſuas vendidit, & precium pauperibus diſtribuit.
Matth.6.

6. IN vita ſancti Hilarionis Hieronymus: Parentibus iam defunctis, partem ſubſtantiæ fratribus, partẽ pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omninò reſeruans, timens illud de Actibus Apoſtolorum, Ananiæ & Saphiræ vel exemplum, vel ſupplicium, maximeq; Domini memor, dicentis: Qui non renunciauerit omnibus quæ habet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Erat autẽ tunc annorum quindecim. Sic nudus & armatus in Chriſto, ſolitudinem, quæ in ſeptimo milliario à Maioma, Gazæ emporio, per littus euntibus Aegyptum, ad læuam flectitur, ingreſſus eſt.

Hilarionis exemplum.
Actor.5.
Luc.14.

7. IN vita ſancti Ioannis Chryſoſtomi Georgius Patriarcha Alexandrinus: Excurſo nõ ità multo pòſt tempore, & ipſius beata mater vitæ finem accepit, relictis ei diuitijs permultis in auro, argento, veſte precioſa, prædijs, mãcipijs, iumentis, alijsq; id genus peculijs, ac perquàm multis facultatibus. Matrem igitur vt primùm decenti funere ac religiosè extulit, in conditorio depoſuit beati patris iuxta ſanctæ matris præſcriptum. Sanè quidem aurum in pauperes & indigos incunctanter dilargitus eſt. quod autem nulla inſigni nota erat percuſſum, in eccleſias diſpertiuit, ac finitima monaſteria proximè adiacentia ciuitati ad exornandas

Ex hac vita Damaſcenus citat ad verbũ hiſtoriam de imagine D. Pauli libro 1. de veneratione S. Imaginum aduerſus Iconomachos.
Viuit fortè author circa annum Domini 620. videturq; is eſſe Georgius qui ſuc-

ceſſit Ioanni Eleemoſynario.

das precioſas reliquias. Seruos & ancillas ad vnũ omnes ſeruitutis vinculo emancipatos aſſeruit libertati. His tandèm exolutus vinculis negociorum, ſuperfluè mentem vrgentium, quicquid reſederat è ſuis facultatibus, in vſum ciuitatis diſtribuit, vt vacuus maximè eſſet ab omni intemperie & moleſtia exactorum publici tributi. Veritatis concertator hic ſua hæc omnia ad hunc modum diſpenſabat. Proindè in perquàm amœna requie vitam tranſmittebat, iugi meditationi & aſſiduę lectioni diuinarum ſcripturarum aduigilans, cuſtos peruigil ſui ipſius corporis factus, ſtudio fugitans & à ſe quàm longiſſimè ſubmouens irritamenta gulæ, turpiumq́ concupiſcentiarum indecoras permiſtiones propellẽs, in corpore ſuo quaſi in templo quopiam ſancto locum tribuebat capacẽ virginitatis ac ſanctimoniæ. Porrò is cùm probè nôſſet extimulante conſcientia, præſertim vigente ætatis flore, (tametſi ſaluo eſſet & incolumi ſenſu præditus) ſe haudquaquàm eſſe parẽ tot ſuſtinendis moleſtijs, quas faceſſit Reſpublica ſuis adminiſtratoribus, finitima ciuitati inuiſit monaſteria. A ſuæ cognationis hominibus, à ciuitate quum ſe ſequeſtrâſſet, in numerum adſcitus ciuium ſupernæ Hieruſalem, ſtudio feſtinabat, ac flagranti deſiderio vrebatur, vt vel ibi innoteſceret. Illic igitur cœpit primordia iacere monaſticæ exercitationis, ac tenaciùs tueri.

Chryſoſtomus ſua partim in pauperes diſpertitur, partim ad vſum eccleſiarum & omatum S. reliquiarum cõfert.

Chryſoſtomus monachus factus.

8. IN vita ſancti Paulini Nolani epiſcopi Gregorius Turonẽſis libro in gloriam Confeſſorum, capite centeſimo ſeptimo: Fuit vir venerabilis Paulinus Nolanę vrbis, ex nobili ſtirpe ortus. Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione, quàm in præſidio domorum valdè diues erat ac locuples. Sed cùm primùm aures eius euangeliorum lectio illa penetrauit, in quo Dominus adoleſcentem pro diuitijs arguit, dicens: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cęlo: & veni, ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem introire in regnũ Dei: ſtatim venditis omnibus quæ habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus à cũctis cupiditatibus, magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans paradiſi diuitijs locupletari: ſi videretur nihil de tranſitorijs poſſidere. Cui maieſtas diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter adimplere mereretur per actum.

Matth. 19.

Paulinus, audito euangelico conſilio, facultates ſuas pauperibus erogauit.

9. DE eodem ità ſcribit D. Ambroſius epiſtola trigeſimaſexta ad Sabinũ epiſcopum: Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis quàm etiam cõiugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipſe pauper ex diuite factus, tanquàm deoneratus graui ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoquè vale dicat, quo impẽſiùs Deo ſeruiat. Elegiſſe ſecretum affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultum fugitans æuum exigat. Matrona quoquè virtuti & ſtudio eius proximè accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Deniquè tranſcriptis in aliorum iura ſuis prædijs, virum ſequitur, & exiguo illic coniugis contenta ceſpite, ſolatur ſe religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideò meritorum poſteritas deſiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migrâſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem: ferri hoc non poſſe. Et cùm ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiũt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religioni veſtem mutauerit, indignũ facinus appellant. Equidem doleo tantam eſſe in mendacio obſeruantiam, in veritate negligentiam, vt confundantur plerique attentiores ad ſacroſanctam religionem videri, non conſiderantes vocem dicentis: Qui me confuſus fuerit coram hominibus, &c.

Ambroſij teſtimonium de Paulino.

Lucæ 9.

10. ET de ſancto Martino ſcribit Seuerus Sulpitius: Sermo Martini nõ alius apud nos fuit, quàm mũdi huius illecebras, & ſeculi onera relinquenda, vt Dominum Ieſum liberi expeditiq́ ſequeremur. Præſtantiſſimumq́ nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini exemplũ ingerebat, qui ſummis opibus abiectis, Chriſtum ſecutus, ſolus penè his temporibus euãgelica præcepta compleſſet. Illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum, beatumq́ eſſe præſens ſeculum tantæ fidei, virtutiſq́ documento: cùm ſecundùm ſententiam Domini diues, & poſſidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat facto impoſſibile, poſſibile feciſſet exemplo.

Martini teſtimonium de eodem Paulino.

Matth. 19.

11. IN vita ſancti Auguſtini Poſſidonius, vel Poſſidius Calamenſis epiſcopus, capite ſecundo: Mox (poſt baptiſmum) ex intimis cordis medullis ad Deum conuerſus, ſpem omnem quam habebat in ſeculo, dereliquit, iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſeculi quærens: ſed ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit, in illo & ex illo puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur, dicens: Nolite timere puſillus grex, quoniam cõplacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: Facite vobis ſacculos non veteraſcentes, theſaurum non deficientem in cælis, &c. Et illud quod iterùm dicit Dominus, idem vir ſanctus facere cupiens; Si vis eſſe perfectus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis, & veni, ſequere me, &c. DEINDE capite quinto: Factus ergò presbyter, monaſterium intra eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundùm modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: Maximè, vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia cõmunia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat, quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeâſſet. ET capite trigeſimoprimo: Teſtamentum nullum fecit, quia vndè faceret pauper Chriſti non habuit.

Mundum cõtemnit Auguſtinus.

Lucæ 12.

Auguſtinus de amplectẽda perfectione Euangelica cogitauit.

Monaſterium inſtituit Auguſtinus.

Lege vtrũque ſermonẽ de cõmuni vita Clericorum.

Actor. 2. & 4.

Omnia communia in ſocietate Auguſtini.

Renunciauit Auguſtinus proprietati.

Pauper Chriſti.

12. ITEM de ſeipſo ſcribens Auguſtinus, ait epiſtola octogeſimanona ad Hilarium, reſpondens quæſtionį quartæ: Ego qui hæc ſcribo, perfectionem de qua Dominus locutus eſt, quando ait diuiti adoleſcenti: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me: vehementer adamaui, & non meis viribus, ſed gratia ipſius adiuuante ſic feci. Neque enim quia diues non fui, ideò minùs mihi imputabitur. Nam neque ipſi Apoſtoli, qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere, dimittit. Quantũ autem in hac perfectionis via profecerim; magis quidẽ noui ego, quàm quiſquã alius homo; ſed magis Deus, quàm ego. Et ad hoc propoſitum quantis poſſum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſteriũ perſuaſum eſt: ſic tamen, vt præcipuè ſana doctrina teneatur, nec eos qui iſta non faciunt, vana contumacia iudicemus.

Matth. 19.

Auguſtinus fatetur ſe conſilium euãgelicũ de volũtaria paupertate ampleźiſſe.

Alios totis viribus ad idẽ propoſitũ exhortabatur.

13. IN vita ſancti Gregorij Magni Ioannes Diaconus libro primo, capite quinto: Tandèm patre orbatus, vbi liberam diſponendarum rerum ſuarum nactus eſt facultatem, ſex monaſteria in Sicilia fabricans, ſufficientibus fratribus cumulauit: quibus tantum prædiorum contulit, quantum poſſet ad victum quotidianum Deo illic militantium ſine indigentia ſuffragari. ET capite ſexto: Septimum intra Romanę vrbis mœnia ſub honore ſancti Andreæ Apoſtoli iuxta baſilicam ſanctorum Ioãnis & Pauli ad cliuum Scauri, monaſterium in proprio domate fabricauit. In quo, reli-

Gregorius Magnus ex ſuis facultatibus ſex aut ſeptem monaſteria fabricauit.

Omnibus relictis, monaſticam vitã & habitũ monaſticũ aſſumit.

relictis ſericis, auro gemmiſq; radiantibus togis, ſimulq; ſupellectilibus reliquis, in vſum pauperum erogatis: ex huius mundi naufragio nudus euaſit, diuq; deſideratum monachicũ capiens indumẽtum, primò ſub Hilarionis, deindè ſub Maximiani venerabilium patrum regimine, multis ſibi ſociatis fratribus, regulari tramite militauit. Pòſt verò, cùm ſubeſſe mallet, fratrũ votiua concordia imminente, præeſſe non renuit.

Turonenſis æqualis Gregorij, idẽ de eo teſtatur.

14. SIMILITER Gregorius Turonenſis libro decimo hiſtoriæ Francorum, capite primo: Gregorius de ſenatoribus primis, ab adoleſcentia deuotus Deo, in rebus proprijs ſex in Sicilia monaſteria congregauit: ſeptimum intra vrbis Romæ muros inſtituit: quibus tantam delegãs terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret, reliqua vendidit cum omni præſidio domus, ac pauperibus erogauit: & qui antè ſerico contextu ac gemmis micãtibus ſolitus erat per vrbem procedere trabeatus, nunc vili contectus veſtitu, ad altaris Dominici miniſteriũ conſecratur. ſeptimúſque leuita ad adiutorium Papę adſciſcitur.

Ioſaphat rex cuncta indigentibus diſtribuit.

15. IN vita Ioſaphat & Barlaam duorum Chriſti militum Ioãnes Damaſcenus de rege Ioſaphat, Auenniri regis filio Indiæ loquens, capite trigeſimoquinto: Octaua die (poſt mortem patris) in palatium reuerſus, opes omnes ac pecunias pauperibus diſtribuit; adeò vt nullus iam, qui rerũ inopia premeretur, ſupereſſet. Paucisq; diebus in huiuſmodi miniſterio exactis, omnes theſauros exhauſit: id videlicet agens, nè anguſtam portam introire paranti pecuniarum moles impedimẽtum afferret. Capite deindè trigeſimoſexto proſequitur: At quadrageſimo à paterni obitus die, memoriam ipſius celebrans, magiſtratus omnes ac militaris claſſis & plebei; ordinis haud paucos conuocat: atque in regio throno ſedens cunctis audientibus hanc orationem habuit: En, vt ipſi cernitis, Abenner rex ac pater meus, haud ſecùs àc pauperum quiuis mortem obijt. Ac nec diuitiæ, nec opes, nec regia gloria, nec rurſùm ego patris amãtiſſimus filius, nec reliquorum ipſius amicorum ac cognatorum quiſquam opem ipſi & auxilium adferre, atque ab ineuitabili ſententia ipſum eximere potuit: verùm ad illud tribunal, vt præſentis vitæ rationem reddat, proficiſcitur, neminem omninò, qui ipſi opituletur, ſecum ducens, ijs duntaxàt exceptis (quæcunque tandem illa fuerint) quæ ab ipſo geſta ſunt. Et poſt pauca: Iam igitur tempus eſt, vt ea, quæ Deo pollicitus ſum, expleam. Tempus, inquam, eſt, vt, quò ipſe me ducet, proficiſcar, eáque vota, quibus me ipſe obſtrinxi, perſoluam. Nunc itaque vobiſcum ipſi conſiderate, quem vobis præeſſe, ac regnum obtinere velitis.

Vouerat rex ſe relicturum ſeculum.

Damaſcenus ſua pauperibus diſtribuit anteq̃ mundũ relinqueret.

16. IN vita Ioannis Damaſceni Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus: Cùm duæ ipſi Dominicæ ſententiæ propoſitæ eſſent, altera quæ hoc ſtatueret, vt facultates ſuas venderet, ac pauperibus diſtribueret, altera vt domos & agros, aliáque omnia Domini cauſa relinqueret, ità ſe comparauit, vt nec in priori temporis aliquid ſibi terendum putaret, nè fortaſsè ea res ipſi moram afferret, nec item in ſecunda, nè ſi facultates ſuas temerè relinqueret, inter eos, qui ſanguine ipſi coniuncti erant, lites atque conflictationes orirentur, alijs nimirùm aliud quoddam hæreditatis capeſſendæ ius proferentibus. Verùm inter vtrunque graditur, atque confeſtim bonis ſuis in pauperes, captiuos, ſeruos ſuos (quos etiam libertate donauerat) & cognatos diſtributis, atque diuinis templis conſecratis, quemadmodùm ex matris ſuæ vtero nudus exiuerat, ſic etiam, neceſſarijs indumentis exceptis, nudus è mundo exceſſit. Ac Hieroſolymam profectus, cùm in his venerandis locis adorationis munere, vt par erat,

Peregrinatio ad loca ſancta.

perfunctus fuiſſet, tanquàm ceruus diuina ſiti flagrans, in ſolitudinem contendit, atque ad diuini viri Sabæ Lauram ſe confert, comitem ac ſocium, non itineris duntaxàt, ſed inſtituti etiam, Coſmam habens, qui eandem cum ipſo educationem ac diſciplinam habuerat. Diceres eos ſacrum quoddam par eſſe, ac ſub Chriſti iugum currere, vt illud ceruicibus ſuis tollerent.

17. MATTHAEI decimonono: Sunt enim Eunuchi &c. vt infrà quęſtione quarta, A. teſtimonio primo.

18. EVSEBIVS Cæſareenſis libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto, ex libro Philonis Iudæi de vita contemplatiua ſiue de ſupplicibus, quædam commemorans de Chriſtianis Alexandriæ degentibus ſub diſciplina Diui Marci, ait: Cùm temperantiam quaſi quoddam fundamentum in animis ſuis iecerint, alia virtutum genera ſuprà ædificant. Iſta Philonis tam perſpicua támque rata teſtimonia, de noſtræ religionis viris ſolùm tradita eſſe pro certo arbitramur. Quòd ſi quiſquam adeò obſtinato animo ſit, vt hiſce etiam voluerit refragari, ſic tamen euidentioribus argumentis (quæ apud nullos alios præterquàm ſolos Chriſtianos, religionis euangelicæ profeſſores, repeiuntur) obſecutus, de contumacia & incredula mentis ſententia tandẽm deſiſtat. Nam Philo cum illis viris, de quibus habetur oratio, mulieres etiam vnà viuere ait: quarum complures ad extremam ſenectutem virgines permanent. Quæ quidem non neceſſitate, (ſicut non paucæ Grçcarum ac gentilium ſacerdotum faciunt) ſed ſua voluntate adductæ, caſtitatem propter incredibilem ſapientiæ cupiditatem & deſiderium, quo incenduntur, ſumma cura & cogitatione amplexantur obſeruántque. In cuius perueſtigatione, dum ætatem terere ſtudent, voluptates, quibus corpus titillari ſolet, penitùs reſpuunt: neque mortales fœtus & caducos, ſed immortales & perpetuò duraturos edere cupiũt: quos quidẽ certè ſola anima, Dei amore inflammata, ex ſe poteſt procreare.

Temperantia tanquàm virtutum fundamentum.

Philonem loqui de Chriſtianis.

Virgines anus, voluntarie amplectentes caſtitatem.

19. NICEPHORVS libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto, eadem quæ Euſebius ex Philone recitat.

20. TERTVLLIANVS libro primo ad vxorem, capite ſexto: Voluntarijs ſpadonibus pro cupiditate cæleſti ſaluo matrimonio, abſtinẽtia toleratur, quanto magis adempto? &c.

21. MATTHAEI decimoſexto: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &c. vt infrà quæſtione quinta, B. teſtimonio primo.

22. LVCAE nono: Si quis vult poſt me venire, &c. ibidẽm teſtimonio ſecundo.

23. ECCLESIASTICI decimooctauo: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, facies te in gaudium inimicis tuis.

24. AD Galatas quinto: Vt non quęcunque vultis, illa faciatis.

Gal. 5. Abnegatio propriæ voluntatis.

25. BASILIVS in regulis breuioribus, quæſtione nonageſimaſexta: Cùm Apoſtolus dicat, vt non quęcunque vultis, illa faciatis: in vnaquaque re quicquid ex voluntate propria optabile eſt, id ſi alicuius arbitrio permittatur, calamitoſum eſt. Contráque, quicquid antiſtites rectum ſtatuerint, in eo manere vnuſquiſque debet, etiamſi contra voluntatem ipſius ſit.

1. B. POSTERIORIS ad Corinthios octauo: Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.

2. MATTHAEI octauo: Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.

3. ESAIAE ſeptimo: Eccè virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

Digitized by Google

Virgo ſacra, ſpōſa eſt Domini: ſed Luterus in ſpurco ſuo Epithalamio appellare non dubitat ſpōſam diaboli.

4. HIERONYMVS epiſtola viceſimaſecunda ad Euſtochium virginem, capite primo: Hæc idcircò, domina mi Euſtochium, ſcribo, (dominam quippe vocare debeo ſponſam Domini mei) vt ex ipſo principio lectionis agnoſceres, &c. ET capite ſexto: Nolo habeas conſortium matronarum: nolo ad nobilium domos accedas: nolo te frequenter videre, quod contemnens, virgo eſſe voluiſti. Sic ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudicibus viris, & in aliqua poſitis dignitate. Si ad Imperatoris vxorem concurrit ambitio ſalutantium, cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem Dei ſponſa quid properas? Diſce in hac parte ſuperbiam ſanctam: ſcito te illis eſſe meliorem.

Dei ſponſa.

Virgo ſponſum habet in cælo.

5. AMBROSIVS libro primo de virginibus: Nec immeritò virginitas viuendi ſibi vſum quæſiuit è cælo, quæ ſponſum ſibi inuenit in cælo. Hæc nubes, aëra, angelos, ſideraq́ transgrediens, verbum Dei in ipſo ſinu patris inuenit, & toto hauſit pectore. Nam quis tantum, cùm inuenerit, relinquat boni? Vnguentum enim exinanitum eſt nomen tuum. Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Poſtremò non meum eſt illud, quoniam quæ non nubunt neque nubentur, erunt ſicut angeli Dei in cælo. Nemo ergò miretur, ſi angelis comparentur, quę angelorum Domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxiſſe de cælo, quam non facilè inuenimus in terris? Niſi poſtquàm Deus in hæc terreni corporis membra deſcendit, tunc in vtero virgo concepit, & verbum caro factum eſt: vt quod caro factum eſt, caro fieret Dei. Et poſt nonnulla: Quod nupturæ præ cæteris concupiſcunt, vt ſponſi decore ſe iactent, eo neceſſè eſt impares ſacris ſe fateantur eſſe virginibus, quibus ſolis contingit dicere: Specioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Quis eſt iſte ſponſus? Non vilibus addictus obſequijs, non caducis ſuperbus diuitijs, ſed cuius ſedes in ſeculum ſeculi, filiæ regum in honore eius. Adſtitit regina à dextris eius in veſtitu deaurato, varietate circumamicta virtutum. Audi igitur filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt Deus tuus. Et aduerte quantum tibi Spiritus ſanctus ſcriputræ diuinæ teſtificatione detulerit: Regnum, aurum, pulchritudinem. Regnum, vel quia ſponſa es regis æterni, vel quia inuictum animum gerens, ab illecebris voluptatum non captiua haberis, ſed quaſi regina dominaris. Aurum, quia ſicut illa materies examinata igne precioſior eſt, ità corporis ſpecies virginalis ſpiritu conſecrata diuino, formæ ſuæ acquirit augmentum. Pulchritudinē verò quis poteſt maiorem exiſtimare decore eius, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dicatur Domino, conſecratur Deo, ſemper ſponſa, ſemper innupta, vt nec amor finem habeat, nec damnum pudor? Hæc profectò vera pulchritudo eſt, cui nihil deeſt.

Cant. 1. — Matth. 22. — Angelorum Domino copulantur virgines. — Ioan. 1. — Sacrarū virginum ſponſus quis ſit. — Pſal. 44. — Sponſa regis æterni.

Sponſus S. Agnetis virginis quis & qualis ſit.

6. ITEM in ſermone nonageſimo, dum agit de paſſione beatæ Agnetis virginis: Diſcede à me, (ait B. Agnes ad præfecti filium) quia iam ab alio amatore præuenta ſum, qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarrauit me, longè te nobilior & genere & dignitate. Ornauit me inæſtimabili dextrocherio. Dextram meam & collum meum cinxit lapidibus precioſis. Tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, & circundedit me vernantibus atque coruſcantibus gemmis. Poſuit ſignum in facie mea, vt nullum præter ipſum amatorem admittam. Induit me cyclade auro texta, & immenſis monilibus ornauit me. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quos mihi ſe daturum, ſi ei perſeuerauero, repromiſit. Non ergò potero ad contumeliam prioris amatoris vel adſpicere alium, & illum derelinquere, cum quo ſum charitate deuincta. Cuius generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, adſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi. Iam amplexibus eius caſtis adſtricta ſum, iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo eſt, cuius pater fœminam neſcit. Cui angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, cuius odore reuiuiſcunt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cuius opes nunquàm deficiunt, cuiusq́ diuitiæ non decreſcunt. Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione committo. Quem cùm amauero, caſta ſum: cùm tetigero, munda ſum: cùm accepero, virgo ſum. Nec deerunt nuptijs filij, vbi partus ſine dolore ſuccedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur. Audiens hæc inſanus iuuenis, amore corripitur cæco, &c. Abnegat Agnes beatiſſima, & ſe nullo pacto prioris aſſerit ſponſi fœdera violare. Cumq́ pater diceret, in faſcibus præfecturæ ſe agere, & idcircò non ſibi quemuis illuſtriſſimum virum etiā poſſe præferri: cœpit tamen vehementiſſimè inquirere, quis eſſet ſponſus, de cuius ſe Agnes poteſtate iactaret. Tunc extitit quidam ex paraſitis eius, qui diceret hâc Chriſtianam eſſe ab infantia, & magicis artibus ità occupatam, vt dicat Chriſtum ſuum ſponſum.

Chriſtus ſpōſus S. Agnetis

7. LVCAE ſecundo: Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis.

8. MATTHAEI decimoſeptimo: Et cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait, Etiam. Et cùm intràſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terrę à quibus accipiunt tributum vel cēſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergò liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcē qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.

9. AD Philippenſes ſecundo: Humiliauit ſemetipſum, factus obediēs vſque ad mortem, mortem autem crucis.

10. MATTHAEI vigeſimoſexto: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Iterùm ſecundò abijt, & orauit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix trāſire, niſi bibam illum: fiat voluntas tua.

11. AD Romanos quinto: Sicut enim per inobedientiā vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ità & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.

12. IOANNIS ſexto, vt in textu.

13. CAPITE quarto: Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt vt faciam volūtatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.

14. CAPITE quinto: Iudicium meum, iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.

III.

Vbi conſilium Paupertatis Euangelicæ à Chriſto docetur?

a Matth. 19. c

A. APVD [a] Matthæum eo in loco oſtenditur, qui ſequitur diuinorum præceptorum enumerationem: de quibus præceptis vnicuique citra exceptionem

nem dictum eſt: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Ac deindè conſilium de voluntaria[b] paupertate ſectanda proponitur, addita verborum formula ſingulari, quæ illud capeſſentis arbitrio relinqueret. Ait enim Dominus: [c] *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.*

B. Vbi non ſolùm ità conſulit Dominus, verùm etiam quaſi calcar addit, & vt homines ad conſilium hoc amplectendum lubentiores faciat, præmij proponit magnitudinem, quo eos alliciat atque conſoletur. Sic enim fore promittit, vt qui omnibus propter Chriſtum relictis, pauper eſt, is habeat theſaurum in cælo, accipiat [d] centuplum, & poſſideat vitam æternam, quæ diuitibus alioquin aditu eſt [e] perdifficilis.

C. Huiuſmodi paupertatis [f] cultores ac [g] profeſſores erãt Apoſtoli, quorum nomine fidenter dixit Petrus ad Chriſtum: [h] *Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.*

D. His accedunt naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani, qui, vti Lucas [i] teſtatur, vendebant poſſeſſiones, & pecuniam ex his conflatam, in communem vſum cõferebant, ità vt nemo ſuum eſſe diceret aliquid, quoniam indiſcreta & communia apud ipſos manebant omnia.

E. Quæ paupertas demùm requirit, vt voluntaria plenaque ſit abdicatio facultatum, quarum nulla [k] proprietas retineatur.

F. Atque hîc locum habet celebris & antiquis probata [l] ſententia: Bonum eſt, facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare: melius eſt, pro intentione ſequendi Dominum inſimul donare, & abſolutum à ſolicitudine, cum Chriſto egere.

b Hieron. epiſt. 1. ad Heliod. cap. 6. Itẽ in cap. 19. Matth. & ad Demetriadem de ſeruanda virginit. epiſt. 8. cap. 7. Quæſt. 1. ad Hedibiam epiſt. 150. & ad Pammachium ſuper obitu Paulinæ epiſt. 26. cap. 3. & 4. Baſil. quæſt. 9. in regulis fuſius diſputatis. Damaſcen. in hiſto. Barlaam & Ioſaphat. cap. 15. Chryſoſt. in illud Pauli, Salutate Priſcam & Aquilam.

c Ibidem. Lucæ 18. e Marci 10. d & ibidèm Beda & Theophylact.

d Matth. 19. d & ibidèm Hieron. Euthym. & Anſelmus. Item Theophylact. & Beda in Marcum, & Lucam. Caſſian. collat. 24. cap. 26. Gregor. homil. 18. in Ezechielem. Bernard. in declamat. de deſerendis facultatibus. Damianus in ſermone de S. Benedicto.

e Matth. 19. c

f Luc. 6. c & ibidèm Ambroſ. Leo in ſer. de omnib. Sanctis. Chromat. in cap. 5. Matth. Bernard. ſer. 1. de feſto omnium Sanctorum. Tertull. lib. 4. contra Marcionem cap. 14.

g Auguſt. lib. 17. de ciuitate Dei, cap. 4.

h Matth. 19. d

i Actor. 4. g 2. g Hieron. epiſt. 8. ad Demetriadem cap. 7. & in catal. virorum illuſtr. de Marco. Auguſt. in epiſt. 89. ad Hilarium. Poſſidon. in vita Auguſt. cap. 5. Caſſian. lib. 7. cap. 14. 17. & collat. 3. cap. 6.

k Actor. 5. a Hieron. epiſt. 8. ad Demetriad. cap. 7. Baſil. ſer. 1. de inſtit. monachor. & in conſtit. monaſt. cap. 19. & 35. Item quæſt. 85. in regulis breuioribus. Aug. epiſt. 109. & ſer. 49. ex diuer. c. 1. & ſeq. Item lib. de morib. eccl. cathol. cap. 31. Hieron. epiſt. 22. ad Euſtoch. cap. 14. Gregor. 4. dial. cap. 55. & lib. 10. epiſt. 22.

l Genna. de eccle. dogmatib. cap. 71. Ambroſ. 1. Offic. c. 30. & Hieron. aduerſus Vigilantium cap. 5. & 6. Proſper. lib. 2. de vita contemplat. cap. 9. Auguſt. lib. de bono coniug. cap. 8.

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI decimonono: Et eccè vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: Si vis perfectus eſſe, vade: vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. Cùm audiſſet autem adoleſcens verbum, abijt triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Et iterùm dico vobis: facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabãtur valdè, dicentes: Quis ergò poterit ſaluus eſſe? Adſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

2. HIERONYMVS ad Heliodorũ epiſtola prima, capite ſexto: Sed forſitan dicturus es: Quid ergò? quicunque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa, quæ cęteris. Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe, vade: vende omnia tua, & da pauperibus: & veni, ſequere me. (Matth. 19.) Tu autem perfectum te fore pollicitus es. nam cùm derelicta militia, te caſtrâſti propter regnum cęlorum: quid aliud quàm perfectam ſecutus es vitam? (Votum perfectionis.) Perfectus autem ſeruus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet: aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt: &, ſi perfectus non eſt, cùm ſe perfectum fore Deo pollicitus ſit, ante Deum mentitus eſt. Os autem quod mentitur, occidit animam. (Sap. 1.) Igitur vt concludam: ſi perfectus es, cur bona paterna deſideras? Dominum fefelliſti, ſi perfectus non es. Diuinis Euangelium vocibus contonat: Non poteſtis duobus dominis ſeruire: & audet quiſquam mendacem Chriſtum facere, mammonæ & Domino ſeruiendo? (Matth. 6.) Vociferatur ille ſæpè: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. (Lucæ 9.) Et ego onuſtus auro, arbitror me Chriſtum ſequi? Qui dicit ſe in Chriſtum credere, debet, quo modo ille ambulauit, & ipſe ambulare. Quòd ſi nihil

Digitized by Google

habes, vt te reſponſurum ſcio: cur, tam benè paratus ad bella, non militas?

In noſtra poteſtate eſt perfectio.

3. IDEM in caput decimumnonum Matthæi ſuper ea verba, Si vis perfectus eſſe &c. In poteſtate noſtra eſt, vtrùm velimus eſſe perfecti. Tamen quicunque perfectus eſſe voluerit, debet vendere quæ habet; & non ex parte vendere, ſicut Ananias fecit & Sapphira, ſed totum vendere, & cùm vendiderit, dare omne pauperibus, & ſic ſibi præparare theſaurum in regno cælorum. Et hoc ad perfectionem non ſufficit, niſi poſt contemptas diuitias, Saluatorem ſequatur, id eſt, relictis malis faciat bona. Faciliùs enim ſacculus contemnitur, quàm voluptas. Multi diuitias relinquentes, Dominum non ſequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator eius eſt, & per veſtigia illius graditur. Et in illud: Eccè nos reliquimus &c. Grandis fiducia: Petrus piſcator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter, reliquimus omnia. Et quia non ſufficit tantùm relinquere, iungit quod perfectum eſt: & ſecuti ſumus te. Fecimus quod iuſſiſti, quid igitur nobis dabis præmij? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, &c. Non dixit, qui reliquiſtis omnia: hoc enim & Crates fecit philoſophus, & multi alij diuitias contempſerunt: ſed, qui ſecuti eſtis me: quod propriè Apoſtolorum eſt atque credentium. Deindè in illud, Et omnis qui reliquerit domum &c. Locus iſte cum illa ſententia congruit, in qua Saluator loquitur: Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem à patre ſuo, & matrem à filia, & nurum à ſocru: & inimici hominis, domeſtici eius. Qui ergò propter fidem Chriſti, & prædicationem Euangelij, omnes affectus contempſerint, atque diuitias & ſeculi voluptates: iſti centuplum recipient, & vitam æternam poſſidebunt.

Actor. 5. Non pars, ſed totū vendendum, & pauperibus dandum.

Matth. 19.

Non ſatis eſt omnia relinquere, ſed & Chriſtus ſequendus eſt.

Matth. 10.

4. ITEM ad Demetriadem de ſeruanda virginitate epiſtola octaua, capite ſeptimo: Apoſtolici faſtigij eſt, perfectæque virtutis, vendere omnia, & pauperibus diſtribuere, & ſic leuem atque expeditum, cum Chriſto ad cæleſtia ſubuolare. Nobis, immò tibi, diligens credita eſt diſpenſatio, quanquàm in hoc omni ætati omniq́ue perſonæ libertas arbitrij relicta ſit. Si vis, inquit, eſſe perfectus. Non cogo, non impero: ſed propono palmam, oſtendo prœmia: tuum eſt eligere, ſi volueris in agone, atque certamine coronari. Et conſideremus quàm ſapienter ſapientia ſit locuta: Vende, quæ habes. Cui iſta præcipiuntur? nempe illi, cui dictum eſt: Si vis eſſe perfectus. Non partem bonorum tuorum vende, ſed omnia. Cumq́ue vendideris, quid ſequitur? Et da pauperibus. Non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriã, ſed ad neceſſitatem. Siue ille ſacerdos ſit, ſiue cognatus, & affinis, nihil in illo aliud conſideres, quàm paupertatem. Laudent te eſurientium viſcera, non ructantiũ opulenta conuiuia. In Actis Apoſtolorum, quando Domini noſtri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credentibus fides, vendebãt omnes poſſeſſiones ſuas, & precia earum ad Apoſtolorum deferebant pedes, vt oſtenderent pecunias eſſe calcandas: dabaturq́ue ſingulis, prout cuique opus erat. Ananias & Sapphira diſpenſatores timidi, immò corde duplici, & ideò condemnati, quia poſt votum obtulerunt quaſi ſua, & non eius, cui ſemel ea vouerãt: partemq́ue ſibi iam alienæ ſubſtantiæ reſeruârunt, metuentes famem, quam vera fides nõ timet: præſentem meruêre vindictam, non crudelitate ſententiæ, ſed correptionis exemplo. Deniq́ue & Apoſtolus Petrus nequaquàm imprecatur eis mortẽ, vt ſtultus Porphyrius calumniatur, ſed Dei iudicium prophetico ſpiritu annunciat, vt pœna duorum hominũ ſit doctrina multorum. Ex eo tempore, quo virginitati perpetuæ conſecrata es, tua non ſunt, immò verè tua, quia Chriſti eſſe cœperunt, quę auia viuente vel matre, ipſarum arbitrio diſpenſanda ſunt. Sin autem obierint, & ſomno ſanctorũ requieuerint: ſcio enim & hoc illas optare, vt te habeant ſuperſtitem, cùm ætas maturior fuerit, & voluntas grauior, firmiorq́ue ſententia: facies quod tibi viſum fuerit, immò quod Dominus imperat, ſcitura nihil te habituram, niſi quod in bonis operibus erogaueris.

Apoſtolici faſtigij perfectæque virtutis.

Libertas relinquitur circa deſertionẽ facultatum. Matth. 19. Proponitur palma, & oſtenduntur præmia.

Non partem, ſed omnia vende. Da pauperibus, nõ diuitibus, aut ꝓpinquis, niſi ſint pauperes

Actor 4. Actor. 5. Votum paupertatis violârunt Ananias & Sapphira.

Ibidem.

Virginitati perpetuæ cõſecrata Demetrias.

5. IDEM quæſtione prima ad Hedibiam, epiſtola centeſima quinquageſima: Interrogas quo modo perfectus eſſe quis poſſit, & quo modo viuere debeat vidua, quæ ſine liberis derelicta eſt. Hoc idem in Euangelio legis doctor interrogat: Magiſter, quid faciens, vitam æternam poſſidebo? Cui reſpondit Dominus: Mandata noſti? Dicit ille: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies, non adulterium, non furtum, non falſum dices teſtimonium: honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et illo dicente, Hæc omnia feci, Dominus intulit: Vnum tibi deeſt: Si vis perfectus eſſe: vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & veni, ſequere me. Itaque & ego tibi Domini noſtri reſpondebo ſermonibus: Si vis eſſe perfecta, & tollere crucem tuam, & ſequi Dominum ſaluatorem, & imitari Petrum dicentem: Eccè nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſaluatorem. Non dixit, da filijs, da fratribus, da propinquis: quos etiam ſi haberes, iure ijs Dominus preferretur: ſed da pauperibus, immò da Chriſto, qui in pauperibus paſcitur: Qui cùm diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt. Et paulopòſt: Dicunt Apoſtoli ſe omnia quæ ſua fuerant, dimiſiſſe: & mercedem pro hac virtute audacter expoſcunt. Quibus reſpõdit Dominus: Omnis qui reliquit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. O quãta beatitudo, pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris ſemper viuentia, & habere Dominum debitorem. Si qua autem vidua habet liberos, & maximè ſi nobilis familiæ eſt, egentes filios non dimittat, ſed ex æqualitate eos amet, vt & meminerit primùm animæ ſuæ, & ipſam putet eſſe de filijs, & partiatur potiùs cum liberis, quàm omnia filijs derelinquat: immò Chriſtum liberorum ſuorum faciat cohæredem. Reſpondebis: Difficile eſt, durum eſt, & contra naturam. Sed Dominum audies tibi reſpondentem: Qui poteſt capere, capiat. Et ſi vis eſſe perfecta, non tibi iugum neceſſitatis imponit, ſed poteſtati tuæ liberum concedit arbitrium. Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis: fac, quod fecerunt Apoſtoli: vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere Saluatorem, & nudam ſolamq́ue crucem nuda ſequaris & ſola. Non vis eſſe perfecta, ſed ſecundum vis tenere gradum virtutis: dimitte omnia, quæcunque habes, da filijs, da propinquis, nemo te reprehendit, ſi inferiora ſecteris, dummodò illam ſcias tibi iure prælatam, quę elegerit prima. Dices: hoc Apoſtolorum eſt, & virorum; mulierem autem nobilem non poſſe omnia vendere, quæ multis adiumentis huius vitæ indigeat. Audi igitur Apoſtolum commonentem: Non vt alijs refrigerium, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate, veſtra abundantia illorum ſuſtentet inopiam: vt & illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Vndè inquit Dominus: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Ananias & Sapphira Apoſtoli meruêre ſententiam, quia ſua timidè reſeruârunt. Ergòne, inquies, puniendus eſt, qui ſua non dederit? Minimè: ideò puniti ſunt, quia mentiri voluerunt Spiritui ſancto, & reſeruantes neceſſaria victui ſuo, quaſi perfectè ſeculo renunciãtes, vanam gloriam ſectabantur. Alioquì licet liberè dare, vel

Matth. 19.

Non dixit, da filijs, da fratribus, da ꝓpinquis, ſed pauperibus.

2. Cor. 8. Marc. 10. Matth. 19.

Pro paruis magna recipere, & habere Dominum debitorem.

Vidua diues Chriſtum faciat ſuorum liberorũ cohæredem.

Matth. 19. Nõ præcipit, nec iugũ neceſſitatis imponit Chriſtus.

Primũ dignitatis faſtigiũ, omnia pauperibus dare.

Secũdus virtutis gradus, dare propinquis &c.

2. Cor. 8.

Lucæ 3. & 6. Actor. 5. Ananias & Sapphira cur puniti.

Digitized by Google

vel non dare. quanquàm ei, qui cupiat eſſe perfectus, præſens paupertas futuris diuitijs compenſanda ſit.

6. IDEM in conſolatione ad Pammachium ſuper obitu Paulinæ vxoris, epiſtola vigeſimaſexta capite tertio: Parua dimiſimus, & grandia poſſidemus. Centuplicato fœnore Chriſti promiſſa redduntur. In tali & Iſaac quondàm agro ſeuerat: qui paratus ad mortem, ante euangelium euangelicam portauit crucem. Si vis, inquit, perfectus eſſe, vade: vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & veni, ſequere me. Si vis perfectus eſſe. Semper grandia in audientium ponuntur arbitrio. & ideò virginitatem Apoſtolus non imperat, quia Dominus diſputans de eunuchis, qui ſe caſtrâſſent propter regna cælorum, ad extremum intulit: Qui poteſt capere, capiat. Non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Si vis perfectus eſſe. Non tibi imponitur neceſſitas, vt voluntas præmium conſequatur. Si vis ergò eſſe perfectus, & deſideras eſſe quod prophetæ, quod Apoſtoli, quod Chriſtus eſt: vende non partem ſubſtantiæ, nè timor penuriæ infidelitatis occaſio ſit, & cum Anania & Sapphira pereas, ſed vniuerſa quæ poſſides. Cúmque vendideris, da pauperibus, non locupletibus, non ſuperbis: da quo neceſſitas ſuſtentetur, non augeantur opes.

Cẽtuplicato fœnore Chriſti promiſſa redduntur. Geneſ. 26. Matth. 19.

In audientium arbitrio grãdia ponũtur, conſiliũ paupertatis ſcilicet & caſtitatis. 1. Cor. 7. Matth. 19. Rom. 9.

Vende non partem ſubſtantiæ. Actor. 5. Da pauperibus, non locupletibus.

7. CAPITE quarto: Pars ſacrilegij eſt, rem pauperum dare non pauperibus. Et tamen non eſt ſatis perfecto & conſummato viro opes contemnere, pecuniam diſſipare, & proijcere, quod in momento & perdi, & inueniri poteſt. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antiſthenes, fecerunt plurimi, quos vitioſiſſimos legimus. Plus debet Chriſti diſcipulus præſtare, quàm mundi philoſophus, gloriæ animal, & popularis auræ, atque rumorum venale mancipium. Tibi non ſufficit opes contemnere, niſi Chriſtum ſequaris. Chriſtum autem ſequitur, qui peccata dimittit, & virtutum comes eſt. Chriſtum ſcimus ſapientiam. Hic theſaurus in agro ſcripturarum naſcitur: hæc gemma multis emitur margaritis. Sin autem adamaueris captiuam mulierem, id eſt, ſapientiam ſecularem, & eius pulchritudine captus fueris, decalua eam, & illecebras crinium atque ornamenta verborum cum emortuis vnguibus ſeca. Laua eam prophetali nitro, & tunc requieſcens cum illa, dicito: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Iſraelitis. Chriſtus ſanctificatio eſt, ſine qua nemo videbit faciem Dei. Chriſtus redemptio, idem redemptor, & precium. Chriſtus omnia, vt, qui omnia propter Chriſtum dimiſerit, vnum inueniat pro omnibus, & poſſit liberè proclamare: Pars mea Dominus.

Ethnici philoſophi contempſerunt pecuniam.

Theſaurus. Matth. 13. Deut. 21.

Seculariũ literarũ vſus.

Hier. 2. Cant. 2.

Pſal. 15.

8. BASILIVS in regulis fuſiùs diſputatis, interrogatione nona: Cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me: & item, Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: Equidem ex hoc colligo, qui hac mente à ſuis diſcedat, hunc huiuſcemodi curam de parte patrimonij ſua nullo modo oportere negligere, contráque illud accurare, vt cùm eam omnem diligentiſſimè ſecum abſtulerit, eam veluti rem iam Domino conſecratam, ſumma cum religione diſtribuat, vel ipſe per ſe, ſi huiuſcemodi muneri ſcienter adminiſtrando eſſe ipſe par poſſit, vel per alios, quos antè maxima adhibita diligentia delegerit, quíque certiſſima dederint documenta, poſſe ſe illam fideliter ac prudenter diſtribuere, cùm illud perſuaſum ſit, non vacare periculo, ſiue propinquis ſuis illam relinquat, ſiue in ea diſtribuenda, cuiuſuis, nulla adhibita delectione, opera vſus ſit. Etenim ſi, qui præfectus eſt procurandæ regiæ pecuniæ, eſto de rebus ijs, quæ partæ iam ſunt, nihil interuerterit omninò, ad ſeq; tranſtulerit: iſtamen, ſi quæ præterea acquiri potuerant, negligentia ſua non acquiſiuerit, ſed paſſus ſit deperire, nihilominùs tamen vtiquè in crimine eſt: quàm graue tandèm cenſere debemus iudicium illis imminere, qui in rebus Dei nomini iam conſecratis, vindicandis, lentè ac negligenter ſe geſſerint? An non in eadem cum illis iudicij cauſa futuros, de quibus ſcriptum eſt, Maledictus homo, qui facit opera Domini negligenter?

Matth. 19.

Lucæ 12. Quanta diligentia patrimonium diſtribuendum ei, qui cõſiliũ paupertatis amplecti ſtatuit.

Hier. 48.

9. DAMASCENVS in hiſtoria duorũ Chriſti militum Barlaam & Ioſaphat, capite decimoquinto: Ioſaphat itaque ad eum ait: Iſtud ipſum, nempe omnia pro nihilo putare, atque vſqueadeò aſperum vitæ genus ſuſcipere, quemadmodùm ſuperiùs dixiſti, vetúſne inſtitutum eſt, ab Apoſtolorum doctrina manans, an recèns mentis veſtræ ſolertia excogitatum, tanquàm ſcilicet hoc, vt melius ac præſtantius, vobis amplexandum duxeritis? Senex autem ait: Non recèns inductam legem tibi affero (abſit iſtud) verùm antiquitùs nobis traditam. Dixit enim Dominus ad diuitem quendã, qui ex ipſo percontabatur, quidnam ſibi faciendum eſſet, vt vitam æternam conſequeretur, iactabatq; ſe cuncta, quę in Lege ſcripta erãt, ſeruâſſe, Vnum tibi deeſt, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cælo, & veni, ac ſublata cruce me ſequere. At ille his auditis mœſtitia affectus eſt. Erat enim admodùm diues. Cùm igitur Ieſus eum mœrore affectum vidiſſet, dixit, Quàm difficilè ij qui pecunias habent, intrabunt in regnum Dei! Facilius enim eſt camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Hoc igitur mandato audito, ſancti omnes id ſtuduerunt, vt ab huiuſmodi opum difficultate ſeſe abſtraherent, ac per largitionem erga pauperes, diſperſis omnibus facultatibus, ſempiternisq; diuitijs ſibi ipſis reconditis crucem ſuſtulerunt, Chriſtumq; ſecuti ſunt: ſic nimirùm vt quidam, velut iam à me dictũ eſt, martyrio perfungerentur, quidã autem religioſæ vitæ exercitatione concertarent, atque, quantum ad veræ huiuſce Philoſophiæ rationem attinet, nihilò illis inferiores eſſent. Quocircà illud ſcias velim, Regis noſtri ac Dei mandatum hoc eſſe, per quod homines ſempiternorum bonorum participes redduntur. Cùm igitur, inquit Ioſaphat, tam antiqua ac neceſſaria huiuſmodi Philoſophia ſit, quid cauſæ eſt, quamobrem hodierna die pauci ſint, qui hanc vitam imitentur? Reſpondit Senex: Multi quidè eam imitati ſunt, & etiamnùm imitantur. At multò plures cunctantur, ac moras nectunt. Pauci enim ſunt, vt ait Dominus, qui per arctam & anguſtam viam incedant: qui autem per facilem & latam, quamplurimi. Nam qui ſemèl pecuniarum cupiditate, & vitiorum, quæ ex voluptatibus oriũtur, amore correpti, vanęq; & inani glorię addicti ſunt, vix ab ipſis diuelli poſſunt, vt qui alieno domino, quiq; omnia, contrà àc Deus, imperat, atque ipſos tanquàm catenis quibuſdam vinctos tenet, vltrò ſeipſos mancipàrint. Animus quippè, cùm ſemèl ſalutis ſuæ ſpem abiecerit, habenas ſuas auerſis à ratione cupiditatibus permittens, quoquouerſùm fertur.

Doctrina de conſilio paupertatis euãgelicæ, vtrùm recens an antiqua ſit.

Matth. 19.

Chriſti conſiliũ amplexi ſunt Sancti.

Cur non ità multi amplectantur.

Matth. 7.

10. CHRYSOSTOMVS homilia in locum Pauli ad Romanos, Salutate Priſcam & Aquilam: Cùm dicit, Si vis perfectus eſſe: conſulendo & admonendo dicit. Non eſt autem idem conſulere, & legem ponere. Nam qui legem ſtatuit, modis omnibus fieri vult, quod præcipit. Qui verò conſulit & adhortatur, ſententiæ & arbitrio auditoris permittit, vt ex dictis quod voluerit eligat, ſicq; faciendorum dominus auditor relinquitur. Proptereà non ſimpliciter dixit, Vade, vende facultates tuas: ſed vt diſcas, quòd in arbitrio audientium res ſitæ ſint.

Matth. 19. Conſulit Dominus, non præcipit facultatum diſtributionem.

Digitized by Google

11. LVCAE decimooctauo: Et interrogauit eum quidam princeps, dicẽs: Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus. Mandata nôſti: Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem. Qui ait: Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quo audito, Ieſus ait ei: Adhuc vnum tibi deeſt, omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. His ille auditis contriſtatus eſt: quia diues erat valdè. Videns autem Ieſus illum triſtem factum, dixit: Quàm difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Facilius eſt enim, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. Ait autem Petrus: Eccè nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam.

12. MARCI decimo: Et cùm egreſſus eſſet in in via, procurrẽs quidam genu flexo ante eum, rogabat eum: Magiſter bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Præcepta nôſti, Nè adulteres, Nè occidas, Nè fureris, Nè falſum teſtimonium dixeris, Nè fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille reſpondens, ait illi: Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt: vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. Qui contriſtatus in verbo, abijt mœrens. erat enim habens multas poſſeſſiones. Et circunſpiciens Ieſus, ait diſcipulis: Quàm difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt? Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis: Filioli, quam difficile eſt, confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire. Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos: Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuens illos Ieſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud Deum. omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum. Et cœpit ei Petrus dicere: Eccè nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpondens Ieſus, ait: Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter Euãgelium: qui non accipiet centiès tantum nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus: & in ſeculo futuro vitam æternam.

Nõ eſſe mentitum adoleſcentem diuitem de obſeruatione mãdatorum, probat ex Marco.

13. BEDA in caput decimumoctauum Lucæ: Non eſt putandus hic princeps, cùm legis ſe mandata cuſtodiſſe dicebat, eſſe mentitus, ſed ſimpliciter, vt vixerit, eſſe confeſſus. Quia ſi mendacij noxa reus teneretur, nequaquàm Marcus Euangeliſta de illo ſcribens adijceret: Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum. Et dixit illi: Vnum tibi deeſt. Vade, quæcunque habes, vende, &c. Diligit enim Dominus eos, qui legis mandata, quanuis minora, cuſtodiunt: ſed nihilominùs quod in lege minus fuerat, ijs qui perfecti eſſe deſiderant, oſtendit. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. Quicunque perfectus eſſe voluerit, debet vendere quæ habet, & non ex parte vendere, ſicut Ananias fecit & Saphira, ſed totum vendere: & cùm vendiderit, dare omnia pauperibus, & ſic ſibi præparare theſaurum in regno cælorum. Nec hoc ad perfectionem ſufficit, niſi poſt contemptas diuitias Saluatorem ſequatur, id eſt, relictis malis, faciat bonum. Faciliùs enim ſacculus contemnitur, quàm voluntas.

Marc. 10.

Conſilia ſunt ſupra mandata.

Actor. 5.

Reprehendit eorũ ſententiam ex Euãgelio, q aiũt, adoleſcẽtem fuiſſe mentitum de obſeruatione mandatorum.

14. ITEM in caput decimum Marci: Non eſt putandus homo iſte vel voto tentãtis (vt quidam putauêre) Dominum interrogâſſe, vel de ſua eſſe vita mentitus, cùm ſe legis mandata cuſtodîſſe dicebat, ſed ſimpliciter, vt vixerit, eſſe confeſſus: Quia ſi mendacij aut ſimulationis noxa reus teneretur, nequaquàm intuitus arcana cordis eius, eum diligere diceretur Ieſus. Diligit enim Dominus eos, qui mandata legis quanuis minora cuſtodiunt: ſed nihilominùs quod in lege minus fuerat, ijs qui perfecti eſſe deſiderant, oſtendit: quia non veni ſoluere legem aut prophetas, ſed adimplere. Ad quam profectò adimpletionem pertinet, quod hic conſequenter adiungatur: Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.

Perfectionẽ appetentibus oſtẽdit, quod in lege minus erat.

15. THEOPHYLACTVS in caput decimumoctauum Lucæ: Poſtquàm autem adoleſcens ſe omnia hæc ſeruâſſe dixit à iuuentute, præſcripſit ei Dominus paupertatem, caput omnium virtutum. Vide autem legem Chriſtianæ vitæ dignam: Omnia quæcunque habes, vende, inquit. Nam ſi quid reliqueris, illius ſeruus es. Et diſtribue non diuitibus cognatis, ſed pauperibus. Habet autem & diſtribuendi verbum emphaſim quandam, vt cum dijudicatione, & non fortuitò, diſpergantur bona. Quoniam autem cum paupertate & alias habere virtutes Chriſtianũ oportet, propterea dicit: Et veni, ſequere me: hoc eſt, & in omnibus alijs eſto diſcipulus meus, & ſemper ſequere, non hodiè quidem, cras autem non. Et paulopòſt: Poſtquàm diues audijt abijciendas diuitias, mœrore affectus eſt. Vndè dicit Dominus admirabili figura, quomodò difficile ſit, habentes pecunias in regnum cœlorum ingredi. Non dicit quòd impoſſibile ſit eos ingredi, ſed difficile. Non enim impoſſibile eſt ſaluari tales. poſſibile enim expendere pecuniam, & ſuperna aſſequi. Et difficile quidem hoc. Tenaciores enim viſco adhærent pecuniæ, & difficilè abſtrahitur, qui à talibus eſt compræhenſus. Ibidem: Quæ impoſſibilia apud homines ſunt, poſſibilia ſunt apud Deum. Qui enim habent mentem humanam, quæ ad inferiora vergit, & terrena deſiderat, ſaluari non poſſunt, ſicut dictum eſt. Deo autem poſſibile hoc eſt, quando quis conſiliarium habet Deum, & iuſtificationes Dei, & mandata Magiſtri de paupertate ſuſcipit, & illius inuocat auxilium. Poſſibile enim eſt hoc. Noſtrũ eſt enim velle hoc: Dei autem perficere. Et aliter, Si quidem tranſcenderimus humanam illam infirmitatem diuitum, & voluerimus nobis facere amicos ex mammona iniuſtitiæ, ſaluabimur per eas, & recipiemur in æterna tabernacula. Nam melius quidem fuerit, dimittere omnia. Hoc autem ſi minùs, ſaltem facere partiarios pauperes, & ſic impoſſibile fiet poſſibile. Impoſſibile quidem eſſet non omnibus dimiſſis ſaluari, veruntamen & eſt propter miſericordiam Dei, ſi partes dederimus in vſum congruum.

Pauperras caput omnium virtutum.

Diſtribue nõ diuitibus cognatis, ſed pauperibus.

Prior modus quo diuites poſſunt ingredi in regnum cælorum, nimirũ dimittendo omnia.

Alter modus per eleemoſynas.

Lucæ 16.

Melius eſt dimittere omĩa q̃ per partes ex bonis ſuis eleemoſynas dare.

1. B. MATTHAEI decimonono, vt ſuprà A. teſtimonio primo.

2. HIERONYMVS in caput decimumnonum Matthæi, in ea verba, Centuplum accipiet: Ex occaſione huius ſententiæ, quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem, dicentes tùnc nobis centuplum omnium rerum quas dimiſimus, & vitam æternam eſſe reddendam: non intelligentes, quòd ſi in cæteris digna ſit repromiſſio, in vxoribus appareat turpitudo:

Per centuplũ quid intelligatur.

Spiritualia ad carnalia cõparãtur, ſicut centenarius numerus ad paruum numerum. 2.Cor.6.

vt qui vnam pro Domino dimiſerit, centum recipiat in futuro. Senſus ergò iſte eſt: Qui carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet: quæ comparatione & merito ſuî ità erunt, quaſi ſi paruo numero centenarius numerus comparetur. Vndè dicit & Apoſtolus, qui vnam tantùm domum, & vnius prouinciæ paruos agros dimiſerat: Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Cẽtupla retributio in præſenti ſeculo. Apoſtoli quas domos in hac vita receperunt. Fratres & ſorores. Patres & matres. Quas vxores. Quos filios & agros. Cum perſecutionibus. Marc. 10. Dona ſpiritualia nomine centupli etiã intelligũtur.

3. EVTHYMIVS in caput decimumnonum Matthæi: Marcus & Lucas manifeſtiùs de his recitantes, centuplam retributionem hoc tempore rependi dicunt, in hoc videlicet ſeculo, vitam autem ęternam in venturo ſiue futuro. Centupla verò, hoc eſt, variè multiplicata, aut multo plura, ſicut dixit Lucas. Sed quomodò variè multiplicatam accipiet quis hanc retributionem in præſenti ſeculo? Quomodò? Sicut acceperunt Apoſtoli & Martyres, cæteriq; omnes iuſti. Vide enim quòd omnium fidelium domus ſibi habebant apertas: fratres etiam & ſorores parauerunt omnes ſanctos & ſanctas: patres verò, omnes ipſos colentes, ipſorumq; curam habentes, ac erga ipſos compaſſionis affectu tactos: nam hæc ſunt propria patris: matres quoquè, omnes pari modo ſe habentes: vxores verò, omnes miniſtrantes, ſubſeruientes ac curantes eos: hæc ſiquidem vxoris ſunt opera: filios prætereà omnes diſcipulos. Adhæc omnes fidelium agros in ſua poteſtate habebant: quodq; omnium eſt maximè admirabile, omnia hæc habebant cum perſequutionibus, prout addidit Marcus, hoc eſt, à fidei inimicis perſecutionem ſuſtinentes. Poteſt etiam eſſe multiplicatio gratia ſanitatum, aut prophetia, aut aliud quippiam ſimile.

Spiritualia nomine centupli intelliguntur. Volũtas nihil habẽdi, nomine centupli intelligi poteſt.

4. ANSELMVS in caput decimumnonũ Matthæi: Sic illud centuplum intelligendum eſt: qui reliquerit carnalia, recipiet ſpiritualia. Centenarius enim numerus ad cæleſtia pertinet, quia centenarius de læua in dexteram translatus eſt in computatione: ſicut autem læua ad temporalia, ſic dextera ad cæleſtia refertur. Cùm ergò centenarius dexteræ accidat, meritò cæleſtia ſignificat. Quod autem ſubdit, & vitam æternam poſſidebit: expoſitio eſt & determinatio: vel centuplum accipiet, id eſt, voluntatem nihil habendi.

Cognatos quos recipient. Quos agros, domos, parentes, aut vxores.

5. THEOPHYLACTVS in caput decimũnonum Matthęi: Nè quis ſuſpicetur quod dictum eſt, ſolis congruere diſcipulis: dilatat promiſſionem ad omnes qui ſimilia faciunt. Habebũt enim pro carnalibus cognatis, familiaritatem & fraternitatem cum Deo, pro agris paradiſum, & pro lapideis ædibus ſupernam Hieruſalem, pro matre presbyteram eccleſiam, pro patre presbyteros, pro vxore omnes fideles mulieres: num nuptijs? abſit, ſed ſpirituali affectione, & miſericorde erga ſe cura.

Pietas erga Deũ, omnibus carnalibus præferenda eſt. Quomodò centum mulieres receperunt Apoſtoli. Matres & patres Apoſtolorum. Domos quales receperunt.

6. ET in Marci caput decimum: Cumq; ſolus Petrus rogâſſet, omnibus generaliter loquitur Chriſtus, dicens: Omnis qui reliquerit vxorẽ vel patrem. Hæc dicit, non vt velit parentes auxilio deſtitui, & ab vxoribus ſeparari, ſed docet nos præferre pietatem erga Deum omnibus carnalibus. Quia enim verè bellum à prædicatione acceſum erat, & negaturi erant pueri parentes propter pietatem, dicit: Quiſquis reliquerit cognatos quos ſibi natura dedit, & in ſumma, corporalia omnia propter Euangelium: centupla omnia accipiet in præſenti ſeculo, & in futuro vitã æternam. Nunquid ergò & mulieres centum accipiet? Etiam. Tametſi maledictus Iulianus hoc irriſerit. Quid confert vxor domui viri? Omninò curat, vt vir habeat quod edat, quibus induatur, & horum omnium curam adimit viro. Vide itaque hoc etiam in Apoſtolis. Quot mulieres fuêre, quibus cura erat de amictu & eſu illorum, & quæ miniſtrârunt eis, qui nihil horum curabant, ſed ſolùm ſermonem & doctrinam? Similiter matres & patres multos habuerunt Apoſtoli, qui diligerent, & amico affectu erga ſe eſſent. Et Petrus qui vnam domum reliquerat, poſteà omnium diſcipulorum ſuorum domos habebat. Et nunc quoquè vbiquè terrarum erecta ſunt templa in nomine eius, quæ ſunt claræ domus. Et quod maius, hæc omnia in perſequutionibus, id eſt, perſequutionem paſſi, & malè affecti atque afflicti.

Domus Apoſtolorũ ſunt templa.

7. IN Lucæ caput decimumoctauum: Tuguriola quidem reliquerant Apoſtoli omnes, & nunc habent fulgentiſſima templa, & res familiares, & agros, & vxores multas, quæ illis feruore fidei adhærent, aliaq; omnia. In futuro autem ſeculo, non agros tales multiplices & corporales retributiones, ſed vitam æternam.

Spiritualia bona quæ in hac vita pro carnalibus recipiuntur. Charitas fraterna. Actor. 4. 2.Cor. 6. Alia expoſitio de centuplo. Deguſtatio gaudij cæleſtis, & expectatio cæleſtis patriæ.

8. BEDA in caput decimum Marci: Senſus iſte eſt: Qui propter euangelium Chriſti carnalia reliquerit, ſpiritalia bona recipiet: quæ comparatione & merito ſuî ità erunt, quaſi paruo numero centenarius numerus compararetur. Quia nimirùm à fratribus atque conſortibus propoſiti ſui, qui ei ſpiritali glutino colligantur, multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Lege Actus Apoſtolorum, quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & erant illis omnia communia, nulluſq; egens erat inter eos, qui ſua pro Domino reliquerant. De quibus & Apoſtolus ait: Tanquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes. Poteſt ſanè hoc quod ait, Accipiet centiès tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, per ſignificationem altiùs intelligi. Centenarius quippe numerus de læua translatus in dexteram, licèt eandem in flexu digitorum videatur tenere figuram quam habebat denarius in læua, nimiùm tamen quantitatis magnitudine ſupercreſcit: Quia videlicet omnes qui propter regnum Dei temporalia ſpernunt, etiam in hac vita perſequutionibus pleniſſima, eiuſdem regni gaudium fide certa deguſtant, atque in expectatione patriæ cæleſtis (quæ iure in dextera ſignificatur) omnium pariter electorum ſynceriſſima dilectione perfruuntur.

Gratior charitas recipitur in hac vita. Actor. 4. 2.Cor. 6. Centuplum creſcit meritum caſtitatis.

9. ET in caput decimumoctauum Lucę: Senſus iſte eſt: Qui propter regnum Dei acquirendum omnes affectus contempſerit, omnes ſeculi delicias luxuſq; calcauerit, multo plura in præſenti recipiet, quia à fratribus atque conſortibus propoſiti ſui, qui ei ſpiritali glutino colligantur, multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Hanc ſiquidem quam inter parentes, ac filios, atque germanos, coniuges vel propinquos, ſiue ſocietas copulæ, ſeu conſanguinitatis neceſſitudo coniungit, ſatis breuem eſſe conſtat ac fragilem. Deniquè interdùm etiam honeſta cauſa interueniente diuellitur. Soli perpetuæ coniunctionis retinent vnitatem, atque indiſcretè poſſident vniuerſa, qui omnia ſua eſſe quæ fratrum, omnia fratrum credunt eſſe quæ ſua ſunt. Lege Actus Apoſtolorum, quia multitudinis credentium erat cor & anima vna, & erant illis omnia cõmunia, nulluſq; egens erat inter eos, qui ſua pro Domino reliquerunt. De quibus & Paulus ait: Tanquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes. Recipietur ſanè etiam de continentia coniugali multo maior ſuauitas ab illa, quæ eis inuicèm per commixtionem ſexuum præbebatur. Vxorem antè in laſciua paſſione deſiderij poſſidebam, hanc eandem in honore ſanctificationis & vera Chriſti dilectione poſſideo. Vna eſt mulier, ſed centuplum creuit meritum caſtitatis. Nam quod ſecundùm Marcum dicitur, accipiet centiès tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios & agros, cum perſequutionibus: poteſt altiùs accipi. Centenarius quippe numerus, &c. vt ſuprà in Marco.

16. CAS-

Digitized by Google

Cētuplo gratior charitas recipitur ab eo, qui ſecularem affectum propter Chriſtum relinquit.

10. CASSIANVS collatione vigeſimaquarta Abbatis Abraham, capite vigeſimoſexto: Multo credibilius, multóque manifeſtius eſt, eum qui aliquid ſecularium vel affectuum vel bonorum Chriſto ſuadente contempſerit, à fratribus atque conſortibus propoſiti ſui, qui ei ſpiritali glutino colligantur, centuplo gratiorem etiam in hac vita recipere charitatem. Hanc ſiquidem quam inter parentes ac filios atque germanos, coniuges vel propinquos, ſiue ſocietas copulæ, ſeu conſanguinitatis neceſſitudo coniūgit, ſatis breuem eſſe conſtat ac fragilem. Deniquè etiam boni ac pij cùm adoleuerint filij, à parentum domibus nonnunquàm ac ſubſtantijs excluduntur, communio quoquè conſortij coniugalis interdùm etiam honeſta cauſa interueniente diuellitur, fratrum dirimit charitatem contentioſa diuiſio.

Monachis omnia communia.

Monachi ſoli perpetuæ coniunctionis retinent vnitatem, atque indiſcretè poſſident vniuerſa, qui omnia ſua eſſe quæ fratrum, omnia fratrum credunt eſſe quæ ſua ſunt. Si ergò, iſtis quibus carnalis charitas copulatur affectibus, dilectionis noſtræ gratia conferatur, profectò centuplo hæc dulcior atque ſublimior eſt. Recipietur ſanè etiam de continentia coniugali maior cētuplo ſuauitas, ab illa quæ eis inuicèm per commixtionem ſexuū præbebatur.

Pro agrorum & domorum poſſeſſione quid recipiatur.

Pro lætitia quoquè illa, quam in vnius agri ac domus poſſeſſione quis habuit, centuplo maiore diuitiarum gaudio perfruetur, qui in adoptionem tranſiens filiorum Dei, vniuerſa quæ æterni ſunt patris, vt propria, poſſidebit, & affectu atque virtute ad imitationem veri illius filij proclamabit: Omnia quæ habet pater, mea ſunt: *(Ioan. 16.)* nec iam cum vlla pœnali diſtenſionis ac ſolicitudinis cura, ſed ſecurus ac lætus velut in proprijs vbiquè ſuccedet, audiens quotidiè ſibimet ab Apoſtolo prædicari; *(1. Cor. 3.)* Omnia veſtra ſunt, ſiue mundus, ſiue præſentia, ſiue futura. Et à Salomone: Fidelis viri totus mundus diuitiarum.

Centupli retributio in magnitudine meriti.

Habes ergò iſtam centupli retributionem, in magnitudine meriti, & in diſcretione tam incomparabilis qualitatis expreſſam. Neque enim ſi pro æris, aut ferri, aut vilioris cuiuſquam metalli certo pondere, tantundem ponderis, ſed auri quiſpiam reddidiſſet, non etiam amplius quàm centuplum reſtitutiſſe videretur;

Gaudiū ſpiritale pro cōtemptu voluptatum terrenarum repēditur.

ità cùm pro contemptu voluptatum atque affectuum terrenorum, ſpiritale gaudium & precioſiſſimæ charitatis iocunditas repenſatur, etiamſi ipſe ſit numerus, centuplo tamen hæc maior atque præclarior eſt. Et poſt pauca: Nunc ad quantitatem earum rerum, quas pro contemptu mundi & aliorum commodorum nobis in hoc ſeculo Chriſtus reſtituit, tranſeamus, præcipuè ſecundùm euangelium Marci ità dicentis: *(Marc. 10.)* Nemo eſt qui reliquit domum, aut fratres, aut ſorores, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter euangelium, qui non accipiet centiès tantum nunc in tempore hoc, domos, fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, & in ſeculo futurò vitam æternam.

Centupla retributio monachorum & religioſorū, pro parentū & fratrum dimiſſione.

Centuplam nanque fratrum, parentúmve recipiet quantitatem, quiſquis patris vnius, vel matris, ſeu filij pro Chriſti nomine charitate contempta, in omnium qui Chriſto deſeruiunt dilectionem ſinceriſſimam tranſit, pro vno ſcilicet tot inueniens patres, fratréſque, feruentiore ac præſtantiore ſibi affectione deuinctos.

Pro dimiſſis poſſeſſionibus.

Multiplicata etiam domorum atque agrorum poſſeſſione ditabitur, quiſquis vna domo pro Chriſti dilectione reiecta, innumera monachorum habitacula tanquàm propria poſſidebit, in quacunque orbis parte velut in ſuæ domus iure ſuccedens.

Pro dimiſſione ſeruorum & miniſtrorum.

Quomodò enim non centuplum, & ſi Domini noſtri ſententiæ ſuperadijci aliquid fas eſt, plus quàm centuplum recipit, qui decem vel viginti ſeruorum miniſteria inſida & coactitia derelinquens, tot ingenuorum ac nobilium ſpontaneo fulcitur obſequio? Quod ità eſſe etiam veſtris experimentis probare potuiſtis, qui ſingulis patribus matribuſq; ac domibus dereliſtis, quamlibet mundi partem fueritis ingreſſi, patres, matres, fratreſq; innumeros, domos quoquè, & agros, ſeruoſq; fideliſſimos, abſque vllo ſolicitudinis labore conquiritis, qui vos vt proprios dominos ſubmiſsè ſuſcipiunt, amplectuntur, fouent, venerantur officijs. Sed hoc, inquam, ſancti miniſterio meritò ac fidutialiter perfruentur, qui priùs in ſeruitutem fraternitatis ſemetipſos ſuáque omnia voluntaria deuotione ſubdiderint. Recipient ſecundùm ſententiam Domini liberè id quod ipſi alijs dependerunt. Qui enim hæc humilitate ſincera conſortibus ſuis antè non detulerit, quomodò deferri ſibi ab alijs patienter admittet, cùm grauari ſe eorum obſequijs intelligat potiùs quàm foueri, qui accipere mauult fratrum, quàm deferre, famulatū?

Cum perſecutionibus.

Hęc tamen omnia non cum remiſſa ſecuritate, nec cum inerti oblectatione percipiet, ſed ſecundùm verbum Domini, cum perſecutionibus, id eſt, cum preſſuris ſeculi huius, ac ſummis angoribus paſſionū. Et ſub finem: Poſtremò, vt iam diſputationis huius ſermo claudatur, nónne obſecro etiam in hoc centuplam gratiam euidentiſſimè, qui fideliter Chriſto deſeruiunt, conſequuntur, dum pro nomine eius à ſummis principibus honorantur; ac licèt ipſi humanam gloriam non requirant, venerabiles tamen etiam in perſecutionum anguſtijs iudicibus cunctis ac poteſtatibus fiunt, quorum vilitas etiam mediocribus forſitan deſpicabilis eſſe potuiſſet, vel pro obſcuritate natalium, vel pro conditione ſeruili, ſi in ſeculari conuerſatione manſiſſent.

11. GREGORIVS homilia decimaoctaua in Ezechielem: Denarius numerus per ſemetipſum multiplicatus, in centenarium ſurgit. Vndè rectè per centenarium magna perfectio deſignatur, ſicut de electis dicitur: *(Matth. 19.)* Omnis qui relinquit domum vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

Nō ſunt terrena deſerēda vt terrena recipiamus.

Neque etenim ſanctus quiſque ideò terrena deſerit, vt hæc poſſidere in hoc mundo multiplicius poſſit: quia quiſquis terreno ſtudio terram relinquit, terram non relinquit, ſed appetit.

Per centenarium numerū perfectio mētis deſignatur.

Nec qui vnam vxorem deſerit, centum recepturus eſt, ſed per centenarium numerum perfectio deſignatur. Quia quiſquis pro Dei nomine temporalia atq; terrena contemnit, & hîc perfectionem mentis recipit, vt iam ea non appetat, quæ contemnit, & in ſequenti ſeculo ad æternæ vitæ gloriam peruenit.

Voluntas & deſideriū nihil habendi.

Centiès itaq; recipit quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens, terrenis non indiget, etiam ſi hæc non habet. Ille autem pauper eſt, qui eget eo quod non habet. Nam qui & non habens, habere non appetit, diues eſt.

Paupertas in quo conſiſtat.

Paupertas quippe in inopia mentis eſt, non in quantitate poſſeſſionis: Nam cui in paupertate benè conuenit, non eſt pauper.

Apoſtatæ à Religione, an acceperint centupiū pro dimiſſis parentibus &c.

12. BERNARDVS in declamationibus de deſerendis facultatibus ſuper Euangelium, Eccè nos reliquimus omnia: Sed audiui, ait homo, qui perditionis ſumit occaſionem, & (vt vulgò dicitur) feſtucam quærit vndè ſibi eruat oculum: audiui, inquit, de illo & illo, qui reliquerant omnia, & ad vomitum ſuum ſunt reuerſi: quomodò illi acceperant centuplum? Exurge Domine, iudica cauſam tuam, & iſtorum nempe calumniam, & murmur ipſorum qui fortè omnia relinquere viſi ſunt, & minimè tamen centuplum acceperunt. non contra nos, ſed contra te eſt, qui dixiſti: *(Matth. 19.)* Omnis qui reliquerit patrem &c. centuplum accipiet. Quid tamen dicimus? An ex collegio diſcipulorū reprobari quis poteſt, niſi loculos habens? Sunt enim loculi non modò

Digitized by Google

modò pecuniæ, ſed propriæ voluntatis. Scrutetur proindè vias ſuas & ſtudia ſua, qui promiſſam centupli gratiam ſibi deeſſe cauſatur: nec dubium quin inueniat angulum & diuerſorium reclinatoriúmque, non quidem filij hominis, ſed aut foueam vulpis, aut volucris nidum. Magis autem perfectus, obſecro, relinquat omnia: & ſolum ſequatur Chriſtum, iactãs cogitatum ſuum in Deo, enutriendus ab eo, & centuplum ſine dubio percepturus. Neque enim poteſt ſolui ſcriptura, quæ tam certa veritate ſubnixa, omnibus id ſine exceptione promittit. Nihil ſibi retineat, nihil ſuis, nè modicum fermentum totam maſſam corrumpat. Sunt enim qui ſibi retinent aliquid, Dominicæ vocis obliti, qui non ſuam venit facere voluntatem: & in ipſis quoquè ſanctorum collegijs proprio aut deſiderio, aut fortaſsè conſilio importuniùs adhærentes, ſciolos ſeſe faciunt, de ſe ſibi aliquid retinentes: quos penitùs abnegâſſe, & diuinæ prouidentiæ, ac obedientiæ patrum, conſilijs quoquè ſpiritualium virorum debuerant commiſiſſe. Sunt enim qui propinquis retinent & amicis, quod abijciunt à ſeipſis, pro eorum proſperitate præſenti, inani prorsùs & ſeculari ſolicitudine æſtuantes. Crudeles planè, qui nequaquàm proximos diligant tanquàm ſe. crudeles, inquam, vel in ſe, vel in ſuos: immò quod verius eſt, in vtroſque. Nemo ergò cùm ſe videt non omnia reliquiſſe, centuplum non accepiſſe miretur. Precioſa ſiquidem diuina conſolatio eſt, nec omninò tribuitur admittentibus alienam. Et poſt pauca: Sic nimirùm, ſic vſque hodiè, dilectiſſimi, cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & penitùs in caducis & tranſitorijs non renuit conſolari, ipſe ſibi profectò cæleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis. Quam ſi digna deuotione, pleno affectu, deſiderio vehementi petere, quærere, pulſare ſatageret, ſine dubio petens acciperet, quærens inueniret, pulſanti aperiretur. Alioquìn ſi fortè (quod abſit) pudendum illum apoſtaſiæ ſaltum præſumpſerit, certum omninò ſit teſtimonium veritatis accipientibus, aut nunquàm eum omnia reliquiſſe, aut ipſum quoquè poſteà deſeruiſſe centuplum quod acceperit. Nonnulli ſiquidem cùm ſpiritu cœperint, heu carne poſteà conſummantur. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Illud enim in via, hæc in patria eſt. Immò hæc patria, illud via. Illud conſolatio præſentis laboris, hæc futuræ felicitatis conſummatio eſt. Sic nimirùm & operarijs huius ſeculi ſolet cibus in opere, merces in fine dari. ſic militantibus & ſtipendia miniſtrantur pro neceſſitate laboris, & nouiſſimè donatiuum maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filijs Iſrael donèc terram promiſſionis intrarent, in deſerto manna non defuit: & ab Eccleſia poſt quæſitum regni cæleſtis aduentum, quotidianus panis petitur in oratione quam ipſe Saluator inſtituit. Habes hanc duplicem promiſſionem & in propheta euidenter expreſſam, vbi ait: Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorũ, & deducet illos in via mirabili. Ipſa eſt enim via teſtimoniorum Domini, in qua propheta alius ſicut in omnibus diuitijs delectatum ſe eſſe teſtatur. Vt quid ergò in incredulitate moriemini filij hominum? At fortè adhuc ſecularis ad hæc quiſpiam dicat: Oſtende mihi cẽtuplum quod promittis, & libens vniuerſa relinquo. Vt quid oſtendam? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. An potiùs homini oſtendenti, quàm veritati crederes promittenti? Deficis ſcrutans ſcrutinio. Niſi credideris, non intelliges. Manna abſconditum eſt, quod in Apocalypſi Ioannis victori promittitur. Nouum nomẽ eſt, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Videtur enim fortè nõnullis, præſentem ſanctorum communionem facultatũ pariter & voluntatum hoc loco centupli nomine

Propriam voluntatem nõ relinquens, non dimittit omnia.
Matth. 8.
1. Cor. 5.
Cõſolatio diuina non tribuitur admittentibus alienam.
Pudẽdus apoſtaſiæ ſaltus.
Quidã poſteà deſeruerunt centuplum quod acceperunt.
Galat. 3.
Sap. 10.
Pſal. 118.
Quid dicatur centuplum.
Eſa. 7. iuxta LXX.
Apoc. 2.
Non tã externa quàm interna conſolatio & viſitatio Spiritus ſancti, nomine centupli intelligitur.

deſignari. Et magna quidem hæc ipſa conſolatio, ſed non adeò generalis, vt poſſit vniuerſaliter omnibus cõuenire. Quantos enim ſanctorum aut voluntariè eam deſeruiſſe, vt anachoretas, aut violentia perſecutionis, vt martyres exilio relegatos, humana conſolatione nouimus caruiſſe? Datum optimum eſt centuplum hoc, deſursùm deſcendit à patre luminum. An non deniquè omnia poſſidet, cui omnia cooperantur in bonum? An nõ centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu ſancto, qui Chriſtum habet in pectore? Niſi quòd longè plus quàm centuplum eſt viſitatio paracleti ſpiritus, & præſentia Chriſti. Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te, perfeciſti eis qui ſperant in te. Vides quomodò memoriam abundantiæ ſuauitatis huius eructet anima ſancta, quomodò exprimere geſtiens verba multiplicet? Quàm magna, inquit, multitudo. Hoc ergò centuplum, adoptio filiorum eſt, libertas & primitiæ ſpiritus, deliciæ charitatis, gloria conſcientiæ, regnum Dei quod intra nos eſt, non vtiquè eſca vel potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Gaudium ſanè non modò in ſpe gloriæ, ſed etiam in tribulationibus. Hic eſt ignis quem voluit Chriſtus vehementer accendi. Hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentium ridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationẽ. Hæc illa pax quam ſuis reliquit Chriſtus, quando dedit & ſuam. Siquidem donum & pax eſt electis Dei: pax vtiquè præſentis, & donum futuræ. Illa ſuperat omnem ſenſum, ſed & huic quicquid ſub ſole placet, quicquid in mundo concupiſcitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quam expertus nouit, inexpertus ignorat: quoniam nemo ſcit, niſi qui accipit.

13. PETRVS Damianus in ſermone de S. Benedicto Abbate: Quid eſt centuplum iſtud, niſi conſolationes, viſitationéſque, & primitiæ Spiritus, qui ſuper mel dulcis eſt, niſi teſtimonium conſcientiæ noſtræ, niſi læta & iucundiſſima expectatio iuſtorum, niſi memoria abundantiæ ſuauitatis Dei, & magna verè multitudo dulcedinis eius, quam nec expertis neceſsè eſt dicere, nec inexpertis vllis verbis exprimere quiſquam poteſt?

14. MATTHAEI decimonono, vt paulò ſuperiùs A. teſtimonio primo.

1. C. LVCAE ſexto: Et ipſe (Ieſus) eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei.

2. AMBROSIVS in caput ſextum Lucæ: Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Primam benedictionem hanc vterque Euangeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, & parens quædam generatioq; virtutum: quia qui contempſerit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritum regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus, emergendi non habet facultatem. Et paulopòſt: Non omnes beati pauperes. Paupertas enim media eſt, poſſunt & boni eſſe & mali pauperes. Niſi fortè ille intelligendus pauper beatus, quem Propheta deſcribit, dicens: Quia melior pauper iuſtus, quàm diues mendax. Beatus pauper qui clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Pauper à crimine, pauper à vitijs, pauper in quo mundi princeps nihil inuenit. Pauper illius æmulus pauperis, qui cùm diues eſſet, propter nos pauper factus eſt. Vndè plenè Matthæus aperuit, dicens: Beati pauperes ſpiritu. Pauper enim ſpiritu non inflatur, non extollitur mente carnis ſuæ. Quid enim mihi prodeſt carere ſecularibus, niſi fuero mitis atque manſuetus?

3. LEO Magnus in ſermone de feſto omnium San-

Iacob. 1.
Rom. 8.
Pſal. 30.
Scriptura ſacra quàm varijs modis appellat hoc centuplum.
Rom. 8.
Lucæ 17.
Rom. 14. & 5.
2. Cor. 3. & 1.
Lucæ 12.
Actor. 7.
Sap. 3.
1. Ioan. 2.
Expertus nouit, inexpertus ignorat.
Centuplum quid ſignificet.
Per pauperes ſpiritu, quos intelligat Ambroſius.
Qui contẽnit ſecularia, merebitur æterna.
Prouer. 19.
Pſal. 33.
2. Cor. 8.
Matth. 5.

Digitized by Google

Matth. 5.
Qui pauperes beati.

um Sanctorum : De quibus pauperibus Veritas loqueretur, fortè eſſet ambiguum, ſi dicens, Beati pauperes, nihil adderet de intelligẽda pauperum qualitate: & ſufficere videretur ad promerendum regnum cælorum ea ſola inopia, quam multi ſub graui & dura neceſſitate patiuntur. Sed cùm dicit, Beati pauperes ſpiritu; oſtendit eis regnum cælorum tribuendum, quos humilitas commendat animorum, magìs quàm indigentia facultatum. Dubitari autem non poteſt, quòd humilitatis iſtius bonum faciliùs pauperes, quàm diuites aſſequantur, dum & illis in tenuitate amica eſt manſuetudo, & iſtis in diuitijs familiaris elatio. Beata illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, ſed cæleſtibus bonis diteſcere concupiſcit.

Apoſtoli tales fuẽrẽ pauperes.
Matth. 4.

Huius nobis magnanimæ paupertatis exemplum primi poſt Dominum Apoſtoli præbuerunt, qui omnia ſua ſine differentia relinquentes, ad vocem cæleſtis magiſtri, à captura piſcium in piſcatores hominum alacri conuerſione mutati ſunt, & multos ſui ſimiles fidei ſuæ imitatione fecerunt,

Item naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani.
Actor. 4.

quando illis primitijs Eccleſiæ vnum cor omnium & anima vna erat credentium, qui vniuerſis ſuis rebus poſſeſſionibuſq; diſtractis, per deuotiſſimam paupertatem bonis ditabantur æternis, & ex Apoſtolica prædicatione gaudebãt nihil habere de mundo, & omnia poſſidere cum Chriſto.

4. CHROMATIVS Romanus, epiſcopus Aquileienſis in diſſertatione ſuper caput quintum Matthæi:

Illi pauperes beati, qui cõtemptis diuitijs ſtudent Deo fieri diuites.

Hos vtiquè pauperes ſignificat eſſe beatos, qui contemptis mundi diuitijs, ſpretaq; ſeculi facultate, vt Deo fierent diuites, mundo eſſe pauperes voluerunt. Hi tales, pauperes quidem ſeculo videntur, ſed Deo diuites ſunt, egentes ſeculo, ſed Chriſto locupletes.

Exemplum paupertatis dederũt Apoſtoli, omnia propter Chriſtum relinquentes.
Actor. 4.
Et primi Chriſtiani.

Cuius beatæ paupertatis exemplum nobis primum ſe Apoſtoli præbuerunt, qui cõtempta omni facultate, ſtatim ſequuti Domini vocem, ipſius eſſe diſcipuli meruerunt. Hos tales pauperes etiam Apoſtolorum temporibus inuenimus, qui primi credentes, vniuerſis rebus ſuis poſſeſſionibuſq; diſtractis, ſub hac deuota paupertate Domini diuitias quæſierunt. Vndè & Apoſtolus in tali paupertate diuitias ineſſe cæleſtes oſtendit, dicens:

2. Cor. 6.

Tanquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes. Indè deniq; Petrus, cùm aſcendens ad templum, à claudo eleemoſynam peteretur, ait:

Actor. 3.

Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Domini Ieſu Chriſti ſurge & ambula. O verè beata paupertas, quę cùm nihil de mundi facultate habeat, tantum de cælo largitur. Non dat quidem argentum vel aurum, ſed quod plus eſt diuitijs omnibus, reddit corporis ſanitatem: imaginem Cæſaris in nummo, quam daret non habuit, ſed Chriſti imaginem in homine reformauit. De huiuſmodi pauperibus in præſenti loco Dominus loquitur, de quibus & Dauid multis locis teſtatur, dicendo:

Pſal. 21.
Pſal. 71.
Pſal. 33.
Qualiũ pauperum eſt regnum cælorum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur, & viuit cor eorum in ſeculum ſeculi. Et iterùm: Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Talium ergò pauperum Dominus docet eſſe regnum cælorum, qui ſe cauſa religionis ac fidei, ſeculo pauperauerunt, vt locupletem ſanctum Spiritum poſſiderent: vel certè beatos pauperes dicit, qui nulla ſuperbia diaboli inflantur, nulla ambitione ſeculi extolluntur, ſed humilitatem ſpiritus cum fidei deuotione cuſtodiunt.

5. BERNARDVS ſermone primo in feſto omnium Sanctorum: Aperiens os ſuum docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpiritu. Verè apertum eſt os eius, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt reconditi. Et verè eius hæc doctrina,

Apoc. 21.
Pſal. 77.

qui in Apocalypſi loquitur: Eccè noua facio omnia, qui per prophetam antè prædixerat: Aperiam os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Quid enim tam abſconditum, quàm paupertatem eſſe beatam? Attamen veritas loquitur, quæ nec falli nec fallere poteſt: & ipſa eſt quæ dicit, quoniam beati pauperes ſpiritu.

In eos qui adhuc diuitias quærunt, cùm pauperes beati prædicentur.

Sic vos inſenſati filij Adam diuitias quæritis, diuitias deſideratis vſque adhuc: cùm iam beatitudo pauperum diuinitùs commendata, prædicata mundo, credita ſit ab hominibus? Quærat eas paganus, qui ſine Deo viuit. Quærat Iudæus, qui terrenas promiſſiones accepit. Sed qua fronte, magìs aut qua mente Chriſtianus diuitias quærit, poſtquàm Chriſtus beatos eſſe pauperes prædicauit? Quouſque filij alieni, quouſque vanitatem loquetur os veſtrum, vt beatum dicatis populum cui hæc

Pſal. 143.

ſunt, hæc viſibilia, hæc præſentia: cùm filius Dei os ſuum aperiens, locutus ſit veritatem, beatos eſſe pauperes, & væ diuitibus?

Lucæ 6.
Soli voluntarij pauperes beati.

Sed diligenter attende quòd non ſimpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes neceſſitate miſerabili, non laudabili voluntate. Spero equidem profuturam eis apud diuinæ bonitatis miſericordiam hanc ipſam afflictionis ſuæ miſeriam: ſcio tamen Dominum hoc in loco non de huiuſmodi fuiſſe locutum, ſed de his qui poſſunt dicere cum propheta: Voluntariè ſacrificabo tibi.

Pſal. 53.
Non omnis volũtaria paupertas beatos efficit, ſed voluntaria paupertas ſpiritus ſiue euangelica.

Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Deum. Nam & Philoſophi omnia ſua reliquiſſe leguntur, vt expediti mundialibus curis, ſtudio vanitatis poſſent vacare liberiùs: & nolebant cenſu abundare terreno, vt abundarent magìs in ſenſu ſuo. Hos diſcernit quod dictum eſt, ſpiritu, id eſt, ſpirituali voluntate. Beati verò pauperes ſpiritu, ſpirituali ſcilicet intentione, deſiderio ſpirituali, propter ſolum beneplacitum Dei, & animarum ſalutem: quoniam ipſorũ eſt regnum cælorum. Et attende quàm ſapienter ordinauerit ſapientia, contra peccatum primum, remedium primum opponens. Ac ſi apertiùs dicat: Vis obtinere cęlum quod perdidit ſuperbiens angelus, qui confiſus eſt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum? Paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit. Et in fine ſermonis:

Paupertas voluntaria, martyrij genus eſt.
Eccli. 31.

Veruntamen quid ſibi vult, quòd eadem promiſſio facta eſt pauperibus & martyribus, niſi quia verè martyrij genus paupertas voluntaria eſt? Beatus vir, ait propheta, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in theſauris pecuniæ. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Quid mirabilius, aut quod martyrium grauius eſt, quàm inter epulas eſurire, inter veſtes multas & precioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter iſte appetitus? An non meritò coronabitur qui ſic certauerit, mundum abijciens promittentem, irridens inimicum tẽtantem, & (quod glorioſius eſt) de ſemetipſo triumphans, & crucifigens concupiſcentiam prurientem? Deniq; proptereà pauperibus pariter, & martyribus regnum cælorum promittitur, quia paupertate quidem emitur: ſed in paſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur.

Paupertate emitur regnũ cælorum.

6. TERTVLLIANVS libro quarto aduerſùs Marcionem, capite decimoquarto:

Chriſtus appellat apud Lucam ca. 6. mendicos beatos.
Μακάριοι οἱ πτωχοί.
Geneſ. 1.
Pſal. 44.

Beati mendici (ſic enim exigit interpretatio vocabuli quod in Græco eſt) quoniam illorum eſt regnũ cælorum. Iam hoc ipſum quod à benedictionibus cœpit, creatoris eſt, qui vniuerſa prout edidit, nulla alia voce quàm benedictionis dedicauit. Eructauit enim, inquit, cor meum ſermonem optimũ. Hic erit ſermo optimus, benedictionis ſcilicet, qui & noui quoquè teſtamenti initiator agnoſcitur de veteri exemplo. Quid ergo mirum eſt, ſi & ab effectibus creatoris ingreſſus eſt per huiuſmodi dictionẽ, ſemper medicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos vſq; diligentis, cõſolantis, aſſerentis, vindicãtis? vt hanc Chriſti quaſi priuatam benignitatẽ, riuulũ credas de fontibus ſaluatoris.

7. AVGV-

Digitized by Google

Pſal. 112.

7. AVGVSTINVS libro decimoſeptimo de ciuitate Dei, capite quarto: De terra ergò ſuſcitatus eſt ſupra omnes diuites ille pauper, & de illo ſtercore erectus eſt ſupra omnes opulentos ille inops, vt ſedeat cum potentibus populi, quibus ait: Sedebitis ſuper duodecim ſedes. Et ſedem gloriæ hæreditatem dans eis. Dixerant enim potentes illi: Eccè nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: hoc votum potentiſſimi vouerant. Sed vndè hoc eis, niſi ab illo, de quo hîc continuò dictum eſt: Dans votum vouenti? Alioquin ex illis eſſent potentibus, quorum infirmatus eſt arcus. Dans, inquit, votum vouenti. Non enim Domino quiſquam quicquam rectum voueret, niſi qui ab illo acciperet quod voueret.

Matth. 19. 1.Reg.2. Apoſtoli vouerūt votum paupertatis.

8. MATTHAEI decimonono, vt ſuprà A.teſtimonio primo.

1.D. ACTORVM quarto: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis prout cuique opùs erat. Ioſeph autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, (quod eſt, interpretatum, filius conſolationis) Leuites, Cyprius genere, cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit precium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

2. ET capite ſecundo: Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opùs erat.

3. HIERONYMVS epiſtola octaua ad Demetriadem de virginitate ſeruanda, vt ſuprà A.teſtimonio quarto.

4. ITEM in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum ſiue in libro de viris illuſtribus, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A.teſtimonio tertio.

Cōtra eos qui aſſerunt eſſe præceptum omnibus diuitibus, vt omnes facultates vendāt.

5. AVGVSTINVS in epiſtola octogeſimanona ad Hilarium, quæſtione quarta: Audi iam pauca de diuitibus, quod in epiſtola tua ſequitur inquirendum. Hoc enim poſuiſti quoſdam dicere: Diuitem manentem in diuitijs ſuis, regnum Dei non poſſe ingredi, niſi omnia ſua vendiderit, nec ei prodeſſe, ſi fortè ex ipſis diuitijs mandata fecerit. Magiſter bonus mandata legis ab iſta excellentiore perfectione diſtinxit. Ibi enim dixit: Si vis venire ad vitam, ſerua mandata: hîc autem, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, &c. Cur ergò negamus diuites, quanuìs ab illa perfectione abſint, venire tamen ad vitam, ſi mandata ſeruauerint, & dederint, vt detur illis, & dimiſerint, vt dimittatur illis? Et poſt nonnulla: Hac lege & conditione, non illi tantùm qui mentis excellentia perfectionis conſilium receperunt, vt vendita ſua, pauperibus diſtribuerent, & humeris ab omni ſeculi huius ſarcina liberioribus leuem Chriſti ſarcinam ferrent; ſed etiam quiſquis infirmior, & illi glorioſiſſimæ perfectioni minùs idoneus, qui tamen ſe meminit veraciter eſſe Chriſtianum, cùm audierit ſibi proponi, quòd niſi hæc omnia dimiſerit, dimiſſurus eſt Chriſtum, appræhendet potiùs turrim fortitudinis à facie inimici &c. Renunciat etiam diuitijs ſuis, ſi quas habet: aut ſic, vt eas omninò non diligens, totas diſtribuat indigentibus, & ſuperfluis exoneretur ſarcinis: aut ſic, vt plus diligens Chriſtum, ſpem ab eis transferat in ipſum, atque ità vtatur illis, vt facilè tribuens & communicans, theſaurizet in cælo: paratuſq; ſit quemadmodùm parentes & filios & fratres & vxorem, hoc modo & iſtas

Matth.19. Lucæ 6.

Conſilium perfectionis.

Matth.11.

Quo caſu tenetur vnuſquiſq; Chriſtianus omia ſua dimittere

relinquere, ſi talis conditio propoſita fuerit, vt niſi dimiſſo Chriſto, eas habere non poſſit. Nam ſi aliter huic ſeculo renunciat, quando accedit ad fidei ſacramētum, facit quod de lapſis beatus Cyprianus ingemuit, dicens: Seculo verbis ſolis renunciantes, & non factis. Et poſt pauca: Multi quos rerum ſuarum vēditione piguerat antè perfici, Chriſti imitata paſſione, ſunt repentè perfecti: & qui nonnullam infirmitatem carnis & ſanguinis ſuis diuitijs perfecerunt, ſubitò aduerſùs peccatum pro fide vſque ad ſanguinem certârunt. Quibus autem non prouenit corona martyrij, neque illius perfectionis de vendendis rebus ſuis, conſilium tam grande, tamq; præclarum receperunt, & tamen à damnabilibus immunes criminibus, eſurientem Chriſtum pauerunt, ſitienti potum dederunt, nudum veſtiērunt, peregrinantem ſuſceperunt, non ſedebunt quidem cum Chriſto ſublimiter iudicaturi, ſed ad ipſius dexteram ſtabunt miſericorditer iudicandi. Beati enim miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Et iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Superexultat autem miſericordia iudicio. Proindè iſti deſinant contra ſcripturas loqui, & in ſuis exhortationibus ad maiora ſic excitent, vt minora non damnent. Ego qui hæc ſcribo, perfectionem de qua Dominus locutus eſt, quādo ait diuiti adoleſcenti: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cælo; & veni, ſequere me: vehementer adamaui, & non meis viribus, ſed gratia ipſius adiuuante ſic feci. Neque enim quia diues non fui, ideò minùs mihi imputabitur. Nam neque ipſi Apoſtoli qui priores hoc fecerūt, diuites fuerunt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere, dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim; magìs quidem noui ego, quàm quiſquam alius homo; ſed magìs Deus, quàm ego. Et ad hoc propoſitum quantis poſſum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt: ſic tamen, vt præcipuè ſana doctrina teneatur, nec eos qui iſta non faciunt, vana contumacia iudicemus.

Martyrum perfectio.

Martyrum, & Euangelicam paupertatem amplectentium priuilegium.

Cōſiliū grāde & præclarum de vendēdis rebus ſuis.

Matt.25.&19.

Diuites Chriſtiani & boni, non iudicabunt cum Chriſto, ſed iudicabūtur.

Matth.5.

Iacob.2.

Ad maiora ſic excitent, vt minora nō damnent.

Auguſtinus euangelicum hoc conſiliū amplexus eſt.

Matth.19.

Alios ad idē propoſitum exhortatur.

6. POSSIDONIVS in vita D.Auguſtini, capite quinto, vt ſuprà quæſtione ſecunda, A.teſtimonio vndecimo.

7. CASSIANVS libro ſeptimo de inſtitutis cœnobiorum, capite decimoquarto: Triplex itaque eſt huius valetudinis morbus, qui ab vniuerſis patribus æquali deteſtatione damnatur. Vnus hic, cuius ſuperiùs deſcripſimus labem, qui decipiens miſerabiles quoſque, ea quæ anteà quidem cùm in ſeculo degerent poſſidebant, congregare perſuadet. Alius, qui hæc quæ in primordijs ſuæ renunciationis abiecerant, poſteà reſumere, ac rurſùm deſiderare compellit. Tertius, qui initio malo vitioſoq; contractus, & ab imperfectione incipiens, eos quos ſemèl hoc tepore mentis infecerit, paupertatis ac diffidentiæ timore perterritos, ſpoliare ſe cunctis mundi facultatibus non ſinit: eoſq; pecunias vel ſubſtantias, quas vtiquè renunciantes abijcere debuerant, reſeruantes, ad euangelicam perfectionē nunquàm peruenire concedit. Quarum trium ruinarum exempla in ſcripturis ſanctis etiam inuenimus non leui pœna fuiſſe damnata. Nam Giezi ea quæ ne anteà quidem poſſederat volens acquirere, non modò gratiam prophetiæ non meruit poſſidere, quam per ſucceſſionem velut hæreditariam à ſuo habuit magiſtro ſuſcipere; verùm etiam è contrario æterna lepra, ſancti Heliſæi maledictione perfunditur. Iudas autem volens reſumere pecunias, quas anteà Chriſtum ſecutus abiecerat, non ſolùm ad proditionem Domini lapſus, Apoſtolatus perdidit gradum, ſed etiam vitam ipſam communi exitu finire non meruit, eamq; biothanati morte

Cōtra monachos proprietarios, vt vocant.

Primus auaritię morbus.

Secundus.

Tertius.

Exemplum Giezi.

4.Reg.5.

Matth 16. Exemplum Iudæ proditoris

Matth.27. Actor.1.

Digitized by Google

Ananiæ & Sapphiræ exemplum. Actor. 5.

conclusit. Ananias verò & Sapphira reſeruantes partem quandam ex his quę poſſederant, Apoſtolico ore morte mulctantur.

8. ET capite decimoſeptimo: Quaſi verò & ille ſimiliter non potuerit facultatibus priſtinis ſuſtentari, qui ſe non ignobilem etiam in huius mundi ordine fuiſſe teſtatur, cùm ſe aſſerit à natiuitate ciuis Romani dignitate prælatum, ſi hoc eſſe ad perfectionem commodius iudicâſſet.

Actor. 21.

Et illi qui Hieroſolymis cùm eſſent poſſeſſores agrorum vel domorum, vendentes omnia, & nihil ſibi penitùs ex his reſeruantes, afferebant precia eorum, & ponebant ante pedes diſcipulorum; non potuerint neceſſitatē corporis ſui facultatibus proprijs ſuſtentare, ſi hoc perfectius fuiſſet ab Apoſtolis iudicatum, vel ipſi eſſe vtilius probauiſſent?

Actor. 4.

Maioris eſt perfectionis, nihil habere proprium.

ſed vniuerſas ſimul abijcientes ſubſtantias, maluërunt labore proprio, vel collatione gentium ſuſtentari. De quorum ſumptu ſanctus Apoſtolus ad Romanos ſcribens, ſuúmque eis in hoc miniſterium prædicans, ac ſubtiliter eos ad hanc collationem prouocaus, ait: Nunc autem proficiſcar Hieruſalem miniſtrare ſanctis. Complacuit enim Macedoniæ & Achaiæ collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum qui ſunt Hieruſalem: placuit enim, & debitores ſunt eorum. Quoniam ſi ſpiritalium eorum participes factæ ſunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis.

Alebantur ab alijs Chriſtianis illi qui Hieroſolymis perfectionem euangelicam ſectabantur. Rom. 15.

Ad Corinthios quoquè horum ſolicitudinem ſimiliter gerens, monet eos, vt ante aduentum ſuum collationem quam ad vſus eorum mittere diſponebat, ſolicitiùs præpararent. De collectis autem quæ fiunt in ſanctis, ſicut ordinaui eccleſijs Galatiæ, ità & vos facite. Vnuſquiſque veſtrûm per vnam ſabbati theſaurizet apud ſemetipſum, recondens quod ei benè placuerit, vt non cùm venero tunc collectæ fiant. Cùm autem venero, quos probaueritis per epiſtolas, hos tranſmittam perferre gratiam veſtram in Hieruſalem. Et vt eos ad largiorem collationem prouocaret, infert: Quòd ſi dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt; id eſt, ſi talis fuerit oblatio veſtra, quæ mea quoquè mereatur proſecutione deferri.

1. Cor. 16.

Galat. 2.

Ad Galatas quoquè cùm prædicationis miniſterium cum Apoſtolis partiretur: hoc idem ſe depactum cum Iacobo, Petro & Ioanne teſtatur, vt licèt prædicationem ſuſciperet gentium, pauperum tamen qui erant Hieroſolymis, nequaquàm ſolicitudinem curamq; reſpueret; qui propter Chriſtum vniuerſis rebus ſuis renunciantes, ſpontaneam ſubiërant egeſtatem. Et cùm vidiſſent, inquit, gratiam Dei quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos inter gentes prædicaremus, ipſi autem in circunciſione, tantùm vt pauperum memores eſſemus. Quam rem omni ſolicitudine ſe teſtatur impleſſe, dicens: Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.

Perfectiores erāt Chriſtiani Hieroſolymitani, quàm ij qui inter Gentiles habitabant. Vide Aug. lib. 3. de doctrina Chriſt. cap. 6.

Qui igitur ſunt beatiores, vtrúmnam hi qui nupèr de numero gentium congregati, nec præualentes euangelicam perfectionem conſcendere, adhuc ſuis ſubſtantijs inhærebant, in quibus magnus fructus ab Apoſtolo ducebatur, ſi ſaltem ab idolorum cultu, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine reuocati, fidem Chriſti cum ſuis facultatibus ſuſcepiſſent; an illi qui euangelicæ ſatisfacientes ſententiæ, crucem Domini quotidiè portantes, nihil ſibi de proprijs facultatibus ſupereſſe voluerunt?

Lucæ 9.

2. Cor. 11.

Cumq; ipſe beatus Apoſtolus vinculis & carceribus obligatus, ſeu vexatione itineris impeditus, & ob hoc conſuetam victus ſubſtantiam parare, vt erat ſolitus, ſuis manibus non occurrens, à fratribus qui de Macedonia venerant, ſupplementum ſuæ neceſſitatis ſe aſſerit accepiſſe: Nam quod mihi, inquiens, deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. & ad Philippenſes ipſe referens, Scitis enim & vos Philippenſes, quia in principio Euangelij quando profectus ſum à Macedonia, nulla eccleſia mihi communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli; quia & Theſſalonicam & ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis, erunt ſecundùm iſtorum ſententiam, quam mente tepida conceperunt, & iſti beatiores Apoſtolo, quia de ſuis inueniuntur ei ſubſtantijs impartijſſe? Quod amens quilibet dicere non audebit?

Philip. 4.

9. IDEM in collatione tertia, quæ eſt Abbatis Paphnutij, capite ſexto: Nunc de abrenunciationibus dicendum eſt, quas tres eſſe, & patrum traditio, & ſcripturarum ſanctarum demonſtrat authoritas, quàſque vnumquenque noſtrûm omni ſtudio oportet implere. Prima eſt, qua corporaliter vniuerſas diuitias mundi facultatéſque contemnimus: Secunda, qua mores ac vitia affectúſque priſtinos animi, carníſque reſpuimus: Tertia, qua mentem noſtram de præſentibus vniuerſis ac viſibilibus euocantes, futura tantummodò contemplamur, & ea quæ ſunt inuiſibilia, concupiſcimus. Quæ tria, vt ſimul perficiantur, Abrahæ legimus Dominum præcepiſſe, cùm dicit ad eum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Primùm dixit, de terra tua, id eſt, de facultatibus mundi huius, opibúſque terrenis; ſecundò, de cognatione tua, id eſt, de conuerſatione & moribus vitijſq; prioribus, quæ nobis à noſtra natiuitate cohærentia, velut affinitate quadam & conſanguinitate cognata ſunt: tertiò, de domo patris tui, id eſt, omni memoria mundi huius, quæ oculorum occurrit obtutibus.

Triplex eſt abrenunciatio.

Geneſ. 12.

1. E. ACTORVM quinto: Vir autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira vxore ſua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri, conſcia vxore ſua: & afferens partem quandam, ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de precio agri? Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audiërunt. Surgentes autem iuuenes, amouerunt eum, & efferentes ſepeliërunt. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & vxor ipſius, neſciens quod factum fuerat, introiuit. Reſpondit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam, Quid vtiquè conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Eccè pedes eorum qui ſepeliërunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te. Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & ſepeliërunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in omnes qui audiërunt hæc.

2. HIERONYMVS epiſtola octaua ad Demetriadem de ſeruanda virginitate, vt ſuprà A. teſtimonio quarto.

3. BASILIVS ſermone primo de inſtitutione monachorum: Danda omninò nobis ſedulò opera eſt, nè quid quoquo pacto profeſſione noſtra indignum faciamus, néve ſimili, atquè Ananias, iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim initiò Ananiæ poſſeſſiunculam ſuam Deo non polliceri atque vouere: ſed poſtquàm humanæ gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat, per profeſſionem Deo cōſecrauit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admirationem excitaret, de precio autem callidè poſteà neſcio quid interuertit: eiuſmodi aduerſùm ſe indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quocircà ante religioſæ iſtius vitæ pro-

Actor. 5.

Ananiæ votum.

In votifragos

feſſio-

Digitized by Google

feſſionem liberum eſt vnicuique, quatenùs per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem ſequi, ſibiq; vxorem adiungere. Vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſeipſum debet, velutì eorum aliquid, quæ dicata ſunt Deo, nè ſacrilegij iudicium incurrat, cùm videlicet corpus, quod ſemel Deo conſecrauit, miniſterio rurſùm communis vitæ contaminet.

Priuata poſſeſſio excluſa eſt à vita communi.

4. IDEM in conſtitutionibus monaſticis, capite decimonono: Perfectiſſimam ego vitæ communionem illam appello, à qua priuata omnis rei cuiuſque excluſa poſſeſſio eſt & eliminata: itémque vnde diſſenſio omnis, ac perturbatio omnis, contentio omnis abeſt, & rixæ: contráque vniuerſa communia, animi, mentes, corpora, eáque, quibuſcunque neceſſariò ad victum cultúmque vtimur: communis Deus, communis pietatis mercatura, communis ſalus, communia certamina, communes labores, communia præmia & certaminum exantlatorum coronæ, vbi multi vnus, & vnus non ſolus, ſed in pluribus.

Vitæ communis laus.

Huic vitæ inſtituto, quid eſt tandem quod iure æquiparari poſſit? quid eo beatius dici? quid hac coniunctione, vnitate, & neceſſitudine aptius excogitari? Quid mutua inter ſe morum, animorúmque contemperatione gratioſius fingi? Homines ex diuerſis nationibus ac regionibus profectos, per exactam morum ac diſciplinæ ſimilitudinem, adeò in vnum velutì coaluiſſe, vt in pluribus corporibus vnus modò eſſe animus videatur, viciſsimque plura corpora mentis vnius inſtrumenta cernantur. Et paulò pòſt: Hi liberatoris noſtri, eiúsque vitæ, dum inter nos verſaretur, inſtitutorum, veri perfectíque imitatores exiſtunt.

Religioſi in communi viuentes, Chriſti & Apoſtolorum vitam imitantur.

Quemadmodum enim ille coacto diſcipulorum choro communia cuncta, ſeq; ipſum communem Apoſtolis præbuit, item hi quoq; antiſtiti ſuo obtemperantes (qui modò vitæ ſuæ præſcripta rectè conſeruant) genus viuendi Apoſtolorum ac Domini imitantur. Hi vitæ diligenter communitate retenta, angelorum viuendi ritum æmulantur.

Angelorum vitam imitantur.

Nulla eſt inter angelos lis, nulla contentio, nulla controuerſia: ſed cùm habeat quiſque quæ omnium ſunt, omnes tamen integras apud ſe ſuas diuitias conſeruant. Et poſt pauca: Hi perfectè rerum omnium paupertatem tenent, in quibus nihil proprium cuiuſquam ſit, ſed communia omnium omnia.

Paupertas euangelica proprium excludit.

Proprietas eſt monacho & religioſo vitanda.

5. ET capite trigeſimoquinto: Debet autem pietatis cultor, qui eam, quam ſuprà expoſuimus, in vitæ communitatem amplexus ſit, ab omni priuata rerum, quæ in materia conſiſtunt, poſſeſſione liber eſſe. Etenim niſi hoc facit, primùm quidem ſocietatis exactam diſciplinam priuata poſſeſſione corrumpit: tum ipſe etiam magnoperè de ſe iudicium eſt, vt qui Deum perpetuò iis alimenta ſuppeditaturum diffidat, qui in nomine ipſius congregati ſunt, neque illud audiuerit, quod dicitur à propheta: Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panes, vel eos nimirùm, qui intelligentia percipiuntur, prudentiæ ſcilicet, vel qui ſenſu, quibus corpus alitur. Nam ſi vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine Chriſti, ibi ipſe in medio illorum eſt: multo certè veriſimilius ibi idem eſſe credendus eſt, vbi multo copioſior ac frequentior hominum congregata multitudo fit. Aut igitur neceſſarium nihil nobis deerit, ſi Chriſtus nobiſcum affuerit, ſiquidem neque Iſraëlitis in vaſta illa ſolitudine ipſorum vſui neceſſarium quicquam defuit: aut ſi etiam defuerit ad probationem noſtram, ſatius eſt inopia laborare, & cum Chriſto eſſe, quàm disiunctos ab eius ſocietate, in rerum vitæ huius omnium affluentia verſari. Porrò incommodum, quod ex iſtiuſmodi poſſeſſione naſcitur, nequaquàm hîc tantùm ſe ſiſtit, ſed vlterius etiam progreditur.

Corrumpit diſciplinam.

Diffidentiæ ſignum.

Pſal. 36.

Matth. 18.

Etenim qui proprium habere aliquid ſtudet, is ſine dubio nihil aliud, quàm diſiunctionem, ac defectionem à cæteris meditatur. Nam cui hoc in animo non eſt, quid eſt tandem quod ipſe poſſidere ſeorſùm velit? cùm id certum ſciat, Chriſti beneficio ſeruos ipſius in neceſſariarum rerum copia aſſiduè verſari.

Proprietarij meditantur diſiunctionẽ & defectionẽ à cæteris.

Proinde perſpicuum eſt, qui talis ſit, eum de præcidenda ac morte afficienda anima ſua meditari, qui exiguis obolis ſalutem ſuam addicere ac prodere paratus ſit, & (liceat mihi quæſo per vos aliquantulùm loqui audacter, quod ſentio) alter Iudas efficiatur, nempe qui à furto exordiatur, (Furtum eſt enim priuata poſſeſſio) & in proditionem deſinat: quando vt ille Dominum, ſic iſte etiam veritatis verbum prodit.

Animę mortẽ meditantur.

Iudę proditori comparantur Religioſi proprietarij.

Quando enim inſtituti noſtri regula hoc habet, non licere nobis neque ab ea ſocietate, ad quam aggregati ſumus, diſiungi, neque priuatam vllam pecuniam acquirere, neque deniquè clancularium quiduis moliri, aut eiuſmodi, quod exempli peruerſitate reliquorum fratrum ſaluti poſſit obeſſe, dum neglecto aliquis Dei timore, & legibus Spiritus ſancti violatis, ſocietatẽ primùm expilare, (ſocietatis enim expilatio eſt, rei cuiuſcunq; & vndecunquè in priuatum vſum ſeuocatio) deindè defectionem etiam ac ſeparationem cogitauerit: qui defendi poteſt, hunc non verbum veritatis prodidiſſe, & alterum Iudam factum eſſe? qui, quantùm in ipſa re ſit, veritatem prodat? Quocircà omni modo fugiendum nobis eſt, nè priuatìm quicquam poſſideamus, præter ea, quæ promiſcuè omnibus ſimul comparantur. neq; hac ratione ſolùm integrã ab omni labe mentem noſtram conſeruemus, ſed internum etiam hominem ab omnibus ſordibus expurgemus: nimirùm impuris ac prauis primùm cogitationibus, quæ interius ſpiritus domicilium ſua intemperie exagitant & conturbant, idq; contingit à dolo, ſimulatione, inuidentia, contentione, quæ vitia & charitatem radicitùs euellunt, & Deum ex eorum animis, in quibus ſunt, fugant.

6. ITEM quæſtione octogeſimaquinta in regulis breuioribus: Nunquid priuatìm aliquid haberi conueniat in ſocietate fratrum? Reſponſio: Hoc contrarium eſt teſtimonijs his, quæ habentur in Actis, de ijs qui crediderãt: in quibus ſcriptum eſt, Neque quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat. Quare qui dicit ſuum aliquid eſſe, is ſeipſum alienum reddit ab eccleſia Dei & charitate Domini: qui quidem & verbo & re docuit ponendam eſſe animam pro amicis, nedùm res externas.

In fratrũ ſocietate priuatim nihil poſſidendum.

Actor. 4.

Ioan. 15.

Rom. 5.

7. AVGVSTINVS in epiſtola centeſima nona ad Monachas: Hæc ſunt quæ vt obſeruetis præcipimus in monaſterio conſtitutæ. Primùm propter quod eſtis in vnum congregatæ, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis cor vnum & anima vna in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuatur vnicuique veſtrûm à Præpoſita veſtra victus & tegumentum; non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed vnicuiq; ſicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorum: Quia erant eis omnia communia, & diſtribuebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Quæ aliquid habebant in ſeculo, quando ingreſſæ ſunt monaſterium, libenter velint illud eſſe commune. Quę autem non habebãt, non ea quærant in monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt: ſed tamen earum infirmitati quod opus eſt tribuatur, & ſi pauperes earum quando foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire.

Regula B. Auguſtini.

Nihil proprij habere poterãt Sanctimoniales D. Auguſtini tempore.

Act. 2. & 4.

8. ITEM in ſermone quadrageſimonono ex diuerſis, capite primo: Nôſtis omnes, aut penè omnes, ſic nos viuere in ea domo, quæ dicitur domus Epiſcopi, vt quantùm poſſumus, imitemur

Eundem ſermonẽ habes in Concilio Aquiſgranẽſi celebrato an.

Digitized by Google

noſtrâ tempore Ludouici Imperatoris, filij Caroli Magni.
Act. 2. & 4.

eos ſanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apoſtolorum: Nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia. Quia fortè aliqui veſtrûm non ſunt tam diligentes vitæ noſtræ ſcrutatores, vt hoc ſic nouerint quomodò volo vos nôſſe: dico quid ſit quod breuiter dixi. Ego, quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, iuuenis véni ad iſtam ciuitatem, vt multi veſtrûm nouerunt. Quærebam vbi conſtituerem monaſterium, & viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem ſeculi reliqueram, & quod eſſe potui, eſſe nolui: nec tamen quæſiui eſſe quod ſum. Et poſt pauca: Et quia hîc diſponebam eſſe in monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto & voluntate mea, beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt monaſterium. Cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos, nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me: vt quomodò ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus. Commune autem nobis eſſet magnum & vberrimum prædium ipſe Deus. Peruéni ad Epiſcopatum; vidi neceſsè habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſque venientibus ſiue tranſeuntibus. Quod ſi non feciſſem, Epiſcopus inhumanus diceretur. Si autem conſuetudo iſta in monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet. Et ideò volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum monaſterium clericorum. Capite ſecundo: Eccè quomodò viuimus. Nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium; ſed fortè aliqui habent. Nulli licet: ſi qui habent, faciunt quod non licet. Et paulò pòſt, plangens Ianuarium presbyterum, qui reſeruatam pecuniam moriens Eccleſiæ legauerat, ait: Teſtamentum fecit presbyter, ſocius noſter, nobiſcum manens, de Eccleſia viuens, communem vitam profitens: teſtamentum fecit, hæredem inſtituit. O dolor illius ſocietatis! ô fructus natus non de arbore quam plantauit Dominus! Sed Eccleſiam ſcripſit hæredem. Nolo munera iſta; non amo amaritudinis fructum. Ego illum Deo quærebam, ſocietatem profeſſus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, teſtamentum non faceret: habeat aliquid, non ſe noſtrum ſocium quaſi Dei pauperem fingeret. Magnus indè mihi dolor eſt, fratres. ET capite quarto: Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum, deſerit, à voto ſuo cadit, & à profeſſione ſancta cadit. Obſeruet iudicem ſcilicet Deum, non me. Ego ſcio quantum mali ſit, profiteri ſanctum aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Domino Deo veſtro. &, Melius eſt non vouere, quàm vouere, & non reddere. Virgo & ſi nunquàm fuit in monaſterio, & virgo ſacrata eſt, illi nubere non licet, quamuis eſſe in monaſterio non compellitur. Si autem cœpit eſſe in monaſterio, & deſeruit, & tamen virgo eſt; dimidia ruit. Sic & clericus duas res profeſſus eſt, & ſanctitatem, & clericatum: Interiùs ſanctitatem: nam clericatum propter populum ſuum Deus impoſuit ceruicibus ipſius, cui magis onus eſt quàm honor. Sed quis ſapiens, & intelliget hęc? Ergò profeſſus eſt ſanctitatem, profeſſus eſt communiter viuendi ſocietatem: & profeſſus eſt, quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito ceciderit, & extrà manens clericus fuerit; dimidius & ipſe cecidit. Quid ad me? non eum iudico. Si foris ſeruat ſanctitatem, dimidius cecidit: Si verò intùs habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodò homines ament clericatum, nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere; ſed habet Deum qui mecum manere vult. Si paratus eſt paſci à Deo per Eccleſiam ipſius, non habere debet aliquid proprium, ſed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere: maneat mecum. Qui hoc nô vult, habeat libertatem; & videat vtrùm habere poſſit felicitatis æternitatem.

Auguſtinus monaſterium conſtituit.

Paupertas euangelica, in communi viuere.

Nulli licebat in ſocietate Auguſtini habere aliquid proprium.

Eum plangit, qui tanquàm proprium aliquid reſeruârat.

Societatem cōmunis vitæ deſerentes, à voto & profeſſione ſancta cadunt.
Actor. 2. & 4.
Votum paupertatis violare.
Pſal. 75.
Eccleſ. 5.

Virgini ſacræ nubere non licet.

Deut. 32.
Clerici Auguſtini profitebantur communem vitā.
Pſal. 132.

Clerici Auguſtini nō debebant habere aliquid proprium.

9. IDEM Auguſtinus in libro de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite trigeſimoprimo de monachis cœnobitis agens: Contemptis, inquit, atque deſertis mundi huius illecebris, in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætatem agunt &c. Nemo quicquam poſſidet proprium.

Cœnobitæ monachi nihil proprij poſſidebant.

10. HIERONYMVS ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, epiſtola vigeſimaſecunda capite decimoquarto: Quid ante non plures annos Nitriæ geſtū ſit, referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quàm auarior, & neſciens triginta argenteis Dominum venditum, centum ſolidos, quos lino texendo acquiſierat, moriēs dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diuiſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant, alij dandos eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò, & Pambo, & Iſidorus, & cæteri, quos patres vocant, ſancto in eis loquente ſpiritu, decreuerunt infodiendos eſſe cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Nec hoc crudeliter quiſquam putet factum. Tantus cunctos per totam Aegyptum terror inuaſit, vt vnum ſolidum dimiſiſſe ſit criminis.

Matth. 26.

Nota pœnam monacho proprietario ſpiritus ſancti inſtinctu inflictam.

Actor. 8.

11. GREGORIVS Magnus libro quarto Dialogorum, capite quinquageſimoquinto: Neque hoc ſilendum puto, quod actum in meo monaſterio ante hoc triennium reminiſcor. Quidam nanque monachus, Iuſtus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodem monaſterio conſtituto ſedulè obſequi, atque in aſſiduis ægritudinibus meis excubare conſueuerat. Hic itaque languore corporis præuentus, ad extremum deductus eſt. Cui in ipſa ſua moleſtia frater germanus, nomine Copioſus, ſeruiebat, qui ipſe quoquè nunc in hac vrbe per eandem medicinæ artem temporalis vitæ ſtipendia ſectatur. Sed prædictus Iuſtus cùm iam ſe ad extremum perueniſſe cognouiſſet, eidem Copioſo fratri ſuo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirùm fratribus non potuit celari, ſed ſubtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perſcrutàtes, eoſdem tres aureos inuenerunt abſconſos in medicamine. Quod mox vt mihi nunciatum eſt tātum malum de fratre, qui nobiſcum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valui: quippe quia eiuſdem mei monaſterij ſemper regula fuerat, vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenùs eis ſingulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percuſſus cogitare cœpi, vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid ad exemplum viuentibus fratribus prouiderem. Precioſo igitur eiuſdem monaſterij præpoſito ad me accerſito dixi: Vide vt nullus ex fratribus ſe ad eum morientem iungat, nec ſermonem conſolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat: ſed cùm in morte conſtitutus fratres exquiſierit, ei ſuus carnalis frater dicat: quia propter aureos quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus ſit: vt ſaltem in morte de culpa ſua mentem ipſius amaritudo tranſuerberet, atque à peccato quod perpetrauit, purget. Cùm verò mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, ſed quolibet in ſterquilinio foſſam facite, & in ea corpus eius proijcite: ibique ſuper eum tres aureos, quos reliquit, iactate, omnes ſimul clamantes: Pecunia tua tecum ſit in perditione, & ſic eum terra operite. In quibus vtriſque rebus, vnam morienti, alteram verò volui prodeſſe fratribus viuentibus: vt & illum amaritudo mortis à culpa ſolubilem faceret,

Aliud exemplum de monacho proprietario, quali ille de decore affectus eſt ante mortē, B. Gregorij iuſſu.

Monaſterij regula prohibebat proprium.

Actor. 8.

Cauſa facti.

Digitized by Google

faceret, & iſtos auaritiæ tanta damnatio terreret, atq; à culpa prohiberet: quod ità factum eſt. Nam cùm idem monachus perueniſſet ad mortem, atque anxiè ſe quæreret commendari fratribus, & nullus è fratribus ei applicari & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus fratribus eſſet abominatus, indicauit. Qui protinùs de reatu ſuo vehementer ingemuit, atque in ipſa ſua triſtitia è corpore exiuit. qui ità eſt ſepultus vt dixeram. Sed fratres omnes ex eadem eius ſententia conturbati, cœperunt ſinguli extrema quæque & vilia, & quæ eis habere regulariter ſemper licuerat, ad medium proferre, vehementérque formidare, nè quid apud eos eſſet, vndè repræhendi potuiſſent.

Peculiaritati ſtudens, cor monachi non habet.

12. IDEM libro decimo, epiſtola vigeſimaſecunda ad Ioannem Subdiaconum Rauennæ: Cognoui quòd Conſtantius peculiaritati ſtudeat. Quæ res maximè teſtatur, eum cor monachi non habere. Et paulò pòſt: Hoc autem prædicto fratri & Coëpiſcopo noſtro omninò dicere ſtude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque monaſterij monachis, in quibus corrigi hactenùs minimè potuit, ſtudioſiſſimè compeſcat, & hoc ipſum monaſterium à tali peſte mundare feſtinet: quia ſi ibi peculiaritas à monachis habetur, nec concordia, nec charitas in congregatione eadem poterit permanere. Quid eſt autem habitus monachi, niſi contemptus mundi? Quomodò igitur mundum deſpiciunt, qui in monaſterio poſiti aurum quærunt?

Incommoda quæ ſecum affert.

1. F. GENNADIVS libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite ſeptuageſimoprimo, vt in textu.

Relinquere omnia. Lucæ 21.

2. AMBROSIVS libro primo Officiorum, capite trigeſimo: Beatus quidem qui dimittit omnia, & ſequitùr eum: &c. Affectus diuitem collationem aut pauperem facit, & precium rebus imponit. Cæterùm Deus non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari: niſi fortè vt Heliſæus, qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus, in diſciplinam ſe propheticam daret. Eſt etiam illa probanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus. Cauſa enim præſtat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias, ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miſerationis peccata redimas tua. Putant ſe parùm poſcere? preciũ tuum quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accuſat quòd eum diuitem non feceris, cùm te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede?

3. Reg. 19.

In distribuẽdo ſeruandus eſt ordo.

Non ideò dimittunt ſua religioſi, vt amicos ditẽt.

Vigilantiana doctrina de facultatum diſtributione.

3. HIERONYMVS aduersùs Vigilantium capite quinto: Quòd autem aſſeris eos meliùs facere, qui vtuntur rebus ſuis, & paulatìm fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus diuidũt, quàm illos, qui poſſeſſionibus venundatis, ſemèl omnia largiuntur: non à me eis, ſed à Domino reſpondebitur: Si vis eſſe perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni, ſequere me. Ad eum loquitur, qui vult eſſe perfectus, qui cum Apoſtolis patrem, nauiculam & rete dimittit. Iſte, quem tu laudas, ſecundus & tertius gradus eſt: quem & nos recipimus, dummodò ſciamus, prima ſecundis & tertijs præferenda.

Matth. 19.

Matth. 4.

Melius eſt omnia ſimul relinquere, quàm paulatim in vſus pauperum ſuas facultates diſpergere.

4. CAPITE ſexto: Nec à ſuo ſtudio monachi deterrendi ſunt à te lingua viperea, & morſu ſæuiſſimo, de quibus argumentaris, & dicis: Si omnes ſe clauſerint, & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias? quis ſeculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? Hoc enim modo, ſi omnes tecum fatui ſunt, ſapiens quis eſſe poterit? & virginitas non erit approbanda. Si enim omnes virgines fuerint, nuptię non erunt: interibit humanum genus: infantes in cunis non vagient: obſtetrices abſque mercedibus mendicabunt, &, grauiſſimo frigore, ſolus, atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo. Rara eſt virtus, nec à pluribus appetitur. atque vtinàm hoc omnes eſſent, quod pauci ſunt, de quibus dicitur: Multi vocati, pauci autem electi. vacui eſſent carceres.

Apta reſponſio.

Matth. 20.

Epiſcopi qui omnia dimiſerant, eccleſiaſticorũ bonorũ diſpenſatores fiebãt

5. PROSPER libro ſecundo de vita contemplatiua, capite nono: Quiſquis omnibus quæ habuit, dimiſſis aut venditis, fit rei ſuæ contemptor, cùm præpoſitus fuerit factus Eccleſiæ, omnium quæ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator. Deindè ſanctus Paulinus (vt ipſi meliùs nôſtis) ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vendita pauperibus erogauit: ſed cùm poſteà factus eſſet Epiſcopus, non contempſit Eccleſiæ facultates, ſed fideliſſimè diſpenſauit. Quo facto ſatìs oſtendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimento perfectionis, poſſe quæ ſunt communia Eccleſiæ, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius? nônne & ipſe omnia bona ſua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen cùm merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus, quod illa tunc habebat eccleſia, non ſolùm poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit.

Lucæ 8.

Meliùs fecerũt qui omnia dimiſerunt, quàm q Chriſto de ſuis facultatibus miniſtrârunt.

6. AVGVSTINVS in libro de bono coniugali, capite octauo: Bonum erat quod faciebant, qui de ſubſtantia ſua Chriſto ac diſcipulis ſuis neceſſaria miniſtrabant; ſed melius, qui omnem ſubſtantiam ſuam dimiſerunt, vt expeditiores eundem Dominum ſequerentur.

IIII.

Vbi Caſtitatis conſilium commendatur?

A. TVM in Euangelicis, tum in Apoſtolicis literis. Laudat enim [a] Chriſtus illud genus Eunuchorum, qui propter regnum cęlorum ſeipſos caſtrauerunt. Et nè præceptum hoc eſſe magis quàm conſilium putaremus, mox ſubijcit: *Qui poteſt capere, capiat.* Quæ vox quaſi hortantis eſt Domini, vt rectè [b] Hieronymus interpretatur, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis: perindè ac ſi dicat, Qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet, ac triumphet. Id ille poteſt, cui [c] datum eſt: datur autem omnibus, qui, vt [d] Hieronymus idem teſtatur, petierint, qui voluerint, qui, vt accipiant, laborauerint. Omni enim petenti [e] dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur.

a Matth. 19. b Eſaiæ 56. b & ibidèm Hieronym. Item lib. 1. aduersùs Iouinian. cap. 7. Baſil. de virginit. Epipha hæreſi 58 contra Valeſios. Auguſt. de ſancta virginitate, cap. 24. & 25.

b Hieronymus in cap. 19. Matth. & lib. 1. aduersùs Iouinianum cap. 7. Cyprian. in tract. de diſciplina & habitu virginum.

c Sapient. 8. d

d Ibidèm. & Origen. tract. 7. in Matth. Auguſt. lib. 6. confeſſ. cap. 11. Chryſ. homil. 63 in Matth. Nazianzen. in orat. 31.

e Matth. 7. a Lucæ 11. b Trident. ſeſſ. 24. cano. 9.

Digitized by Google

f Sapient.3.c 4.a Eccli 26.c Matth.13.a c 22.c Marci 12.c Lucæ 20.f

g Apocal.14.a Eſaiæ 56.b Pſal.44.c d Cyrill.catech.4.12.& 15.illumin. Martialis in epiſt. ad Toloſan. cap.8.9.& 10. Cyprian. in tracta.de diſcipli. & habitu virginum. Hieron. in epiſt. ad Philemonem. Auguſt. in lib. de ſancta virginitate, cap.14.27.& ſequentib. Gregor. in 3. parte curæ paſt. admonit.29.

h 1.Corinth.7.a

i Ibidèm e. Vide Hieron. lib.1.aduerſus Iouinianum. cap.4.& ſequent. Ambroſ. in 1.Cor.7. & ibidèm Theodoretum. Item eundem in epito. diuin. decret. cap. de virgin. Chryſo. in libro de virginitate, cap.9.& ſequentibus.

k Ibidèm g Iudith 8.a 15.c Lucæ 2.e

l Ambroſ. in epiſt.83. ad Syricium Papam, & 82. ad Vercellenſes.

m 1.Corinth.7.g Legatur idem Ambroſius de viduis, & in 3. libris de virginib. Item in exhortat. ad virgines, & in inſtitutione virginis, c.6.15.17. Et Damaſcenus lib.4. orthod. fidei, cap.25. Præterea Athanaſius, Baſilius, Nazianzenus, Auguſt. de virginitate. Item Fulgentius epiſt.3. ad Probam, cap.9. & 10. Hieron. epiſt.22. ad Euſtoch. cap.8.& lib.1. contra Iouinianum cap.1. Item in Apologia pro libris contra Iouin. cap.1. Ignatius ad Philadelphien. Cyprian. de bono pudicitiæ. Iſidorus lib.2. de ſummo bono, cap.40.

n Baſilius in præfatione in Aſcetica, & in conſtitutionibus monaſticis, c.1. Caſſian. colla.12. cap.4.& 7.

o 1.Corinth.7.f

p 1.Cor.7.g Baſil. homil. in Pſal.44.

B. Cui quidem caſtitati præmium [f] Diuina ſcriptura decernit, ſingulare autem virginum caſtitati. Etenim [g] qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ſed virgines permanſerunt, ſine macula ante thronum Dei aſſiſtunt, cantantque nouum canticum coram Deo & Agno, ac ſequuntur Agnum quocunque ierit.

C. Apoſtolus verò planiſſimè dixit: [h] *Bonum eſt homini mulierem non tangere:* Ac rursùm: [i] *De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſecutus à Deo, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.* Atque iterùm de vidua ſcribens, *Cui vult,* [k] inquit, *nubat, tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium: Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeam.*

D. Apoſtolo pulchrè ſuffragatur [l] Ambroſius, vbi in hæc verba ſcribit: Iure laudatur bona vxor, ſed meliùs pia virgo præfertur, dicente Apoſtolo: [m] *Qui iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, meliùs facit:* Hæc enim cogitat quæ Dei ſunt, illa quę mundi: illa coniugalibus vinculis colligata eſt, hæc libera vinculorum: illa ſub lege, iſta ſub gratia. Bonum coniugium, per quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humanę: ſed melior virginitas, per quam regni cæleſtis hæreditas acquiſita, & cæleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Per mulierem cura ſucceſſit, per Virginem ſalus euenit. Ità Ambroſius.

E. Requirit autem iſthæc Caſtitas, vt quis conſilio deliberato [n] atque conſtanti ab omni carnis ſorde, ſeu Venerea voluptate, incorruptus viuere ſtudeat, atque vitam cælibem agat cõtinenter: vt ſit ſanctus, [o] & corpore, & ſpiritu propter Chriſtum. Eoque ſpectans Apoſtolus dixit: [p] *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc indicat in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, benè facit.*

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI decimonono: Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius: Si ità eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.

2. ESAIAE quinquageſimoſexto: Et non dicat eunuchus, Eccè ego lignũ aridum: Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meũ: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus; nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.

3. HIERONYMVS in caput quinquageſimumſextum Eſaiæ, vt ſuprà de ſacramento Matrimonij, quæſtione quinta, B. teſtimonio octauo.

4. IDEM libro primo aduersùs Iouinianum, qui docebat virgines, viduas & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent cæteris operibus, eiuſdem eſſe meriti, capite ſeptimo: Dominus tentatus à Phariſæis, vtrùm ſecundùm legem Moyſi vxores liceret dimittere, omninò fieri prohibuit. quod diſcipuli conſiderantes, dixerunt ei: Si talis eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quibus ille reſpondit: Non omnes capiunt verbum, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris ità ſunt: & ſunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt: & ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat. In propatulo eſt, cur Apoſtolus dixit: De virginibus autem præceptum Domini non habeo. profectò quia præmiſerat Dominus: Non omnes capiunt verbum, ſed quibus datum eſt: & qui poteſt capere, capiat. Proponit ἀγωνοθέτης præmium: inuitat ad curſum: tenet in manu virginitatis brauium: oſtendit puriſſimum fontem, & clamitat: Qui ſitit, veniat, & bibat: qui poteſt capere, capiat. Non dicit, velitis, nolitis, bibendum vobis eſt, atque currendum: ſed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille ſatiabitur. Et ideò plùs amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum. Maioriſque gratiæ eſt, offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Apoſtoli, vxoris onera contemplati, Si talis eſt, inquiunt, cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quorum Dominus ſententiam probans, Rectè quidem ſentitis, ait, quòd non expediat homini, ad cælorum regna tendenti, accipere vxorem: ſed difficilis res eſt, & non omnes capiunt verbum iſtud, verùm quibus datum eſt. Alios eunuchos natura facit, alios vis hominum: mihi illi eunuchi placeſt,

Marc.10. Matth.19.

1.Cor.7.

Qui poteſt capere, capiat: quomodò intelligatur.

Ioan.7.

Impar præmium continentium & incontinentium.

1.Cor.7.

Eſaiæ 56. Eſaias de eunuchis euangelicis agit. Hier.38. Actor 8.

Clemẽs pontifex ſcripſit de virginitate, & prętereà multi alij. Philip 4.

cent, quos caſtrauit non neceſſitas, ſed voluntas. libenter illos in meos ſinus recipio, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum: & ob mei cultum noluerunt eſſe, quod nati ſunt. Simulq; tractanda ſententia: Qui ſe, inquit, caſtrauerunt propter regnum cælorum. Si caſtrati mercedem habent regnum cælorum: ergò, qui ſe non caſtrauerunt, locum non poſſunt accipere caſtratorum. Qui poteſt, inquit, capere, capiat. Grandis fidei eſt, grandisq; virtutis, Dei templum eſſe puriſſimum, totum ſe holocauſtum offerre Domino: &, iuxta eundem Apoſtolum, eſſe ſanctum corpore & ſpiritu. Hi ſunt Eunuchi, qui ſe lignum aridum ob ſterilitatem putantes, audiunt per Eſaiam, quòd pro filijs & filiabus locum habeant in cælis paratum. Horum typus eſt Abdemelech eunuchus in Hieremia, & ſpado ille reginæ Candaces in Actis Apoſtolorum: quòd ob robur fidei, viri nomẽ obtinuit. Ad hos & Clemens, ſucceſſor Apoſtoli Petri, cuius Paulus Apoſtolus meminit, ſcribit epiſtolas, omnemq; penè ſermonem ſuum de virginitatis puritate cõtexuit: & deincèps multi Apoſtolici, & martyres, & illuſtres tam ſanctitate quàm eloquentia viri, quos ex proprijs ſcriptis noſſe perfacile eſt.

5. BASILIVS in libro de vera virginitate, vt ſuprà de ſacramẽto Matrimonij, quæſtione quinta, B. teſtimonio nono.

Matth. 19. Eunuchi euãgelici fuerũt Apoſtoli & monachi. Ioãnes & Iacobus virgines.

Multitudo continẽtium & virginum.

Helias & Paulus cælibes & continentes. 1.Cor.7.

6. EPIPHANIVS hęreſi quinquageſimaoctaua contra Valeſios: Et ſunt, inquit, eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum. Quinam igitur hi fuerint, quàm generoſi Apoſtoli, ac monaſticam vitam degentes, & deincèps virgines? Ioannes quidem & Iacobus filij Zebedæi, qui manſerunt in virginitate, neque tamẽ proprijs manibus membra reſecuerunt, neque nuptias contraxerũt, ſed proprio corde decertàrunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abſtulerunt. Poſt ipſos verò quot millia in mundo ſolitariam vitam degentes, & à monaſterijs, & à virgineis conuentibus huius certaminis gloriam abſtulerunt? qui corporibus mulierum non mixti ſunt, ſed in perfectiſſimo certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in veteri teſtamento reperitur, & Paulus dum dicit: Dico autem incõiugatis, bonum eſt ipſis ſi manſerint ſic, vt & ego. Si verò ſe non continent, contrahant matrimonium. Quomodò igitur ipſe manſit? Siquidem enim reſectus erat, & ſecundùm ipſum manſerunt aſſimilati ipſi, vt impleret hoc, ſicut & ego. Quomodò exectus aliquis poteſt matrimonium contrahere, ſi ſe non continet? Sed & matrimonium contrahant, & nè vtantur: vides quomodò de continentia dicit, & non de membrorum ablatione?

7. AVGVSTINVS in libro de ſancta virginitate, capite vigeſimoquarto & vigeſimoquinto, vt ſuprà de Sacramẽto matrimonij, quæſtione quinta, B. teſtimonio decimo & vndecimo.

8. HIERONYMVS in caput decimũnonum Matthæi, vt ibidèm C. teſtimonio octauo.

9. IDEM libro primo aduersùs Iouinianum, vt ſuprà in hac quæſtione, A. teſtimonio quarto.

Geneſ.1.

Mundo iã referto hominibus, ſuadetur continentia. Matth.19.

Ioan.14.

Maius præmium virginũ in cæleſtibus.

10. CYPRIANVS in tractatu de diſciplina & habitu virginum: Prima ſentẽtia creſcere & generare præcepit: ſecunda continentiam ſuaſit. Cùm adhuc rudis mundus & inanis eſt, copiam fœcunditate generãtes, propagamur & creſcimus ad humani generis augmentum. Cùm iam refertus eſt orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes, caſtrantur ad regnum. Nec hoc iubet Dominus, ſed hortatur: nec iugum neceſſitatis imponit, quãdo maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cùm habitationes multas apud Patrem ſuũ dicat, melioris habitaculi hoſpitia demõſtrat: habitacula iſta meliora vos petitis, carnis deſideria caſtrãtes, maioris gratiæ præmium in cæleſtibus obtinetis.

11. SAPIENTIAE octauo: Et vt ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum: adij Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordijs meis, &c.

12. ORIGENES tractatu ſeptimo in Matthæi caput decimumnonum, vt ſuprà de ſacramento Matrimonij, quæſtione quinta, C. teſtimonio ſeptimo.

13. AVGVSTINVS libro ſexto Confeſſionũ, capite vndecimo: Ibidèm C. teſtimonio quinto.

14. CHRYSOSTOMVS homilia ſexageſimatertia in Matthæum: Ibidèm C. teſtimonio nono.

Matth 19. Explicat illud, Non oẽs capiunt verbũ illud, ſed quibus datũ eſt.

Volentibus datum eſt.

Rom.9.

Voluntatis & Dei gratia cooperatio.

Matrimoniũ non eſt virginitate præſtantius.

Actor.5.

Angelorum vitam eligũt virgines.

15. GREGORIVS Nazianzenus oratione triceſimaprima in dictũ illud Euangelij: Quum conſummâſſet Ieſus hos ſermones, &c. Non omnes, inquit, capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt. Cùm audis hoc, Datum eſt, nè hæretico vllo affectu tenearis, nè multiplices naturas introducas, nè terrenos, & ſpirituales, & medios. Sunt enim quidam ità malè affecti, vt alios omninò perditæ eſſe naturæ putent; alios ſalutem accepturæ; alios deniquè vt eos vel ad virtutem vel ad vitiũ voluntas duxerit, ità ſe habere. At verò aptitudinẽ quidem alios alijs, vel maiorem, vel minorem habere ipſe quoquè concedo: cæterùm ad adipiſcendam perfectionem aptitudinem ſolam minimè ſufficere contendo: rationem enim eſſe, quæ eam excitet, vt natura in opus prodeat, quemadmodùm ſilex ferro pulſatus, atq; ità ferrum fiat. Cùm audieris, Quibus datum eſt, adde, Volentibus datum eſt, atque ijs, qui ea animi propenſione ſunt. Etenim cùm illud audis, Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: idẽ tibi exiſtimandũ cenſeo. Quoniam enim nõnulli ſunt, qui ob rectè facta ità animis efferuntur, vt id totũ ſibijpſis aſcribant, nec quicquã Creatori, & ſapiẽtiæ eorum authori, ac bonorũ omnium ſuppeditatori acceptũ ferãt, his verbis eos docet Paulus, quòd ipſum etiam rectè velle, diuino auxilio indigeat; immò, vt rectiùs loquar, voluntas quoquè ipſa & electio eorum, quæ recta & cum officio coniuncta ſunt, diuinum quoddam beneficium eſt, atque à Dei benignitate manans. Idcircò ait, Non volentis, id eſt, non ſolùm volentis, nec currentis ſolùm, ſed etiam miſerentis Dei. Ità, quoniam velle quoquè ipſum à Deo eſt, optimo iure totum Deo aſſignauit. Et paulò pòſt: Illic quoquè his verbis, Et quibus datum eſt, hoc adiunge, qui digni ſunt, quiq; vt tales ſint, non modò à Patre acceperunt, ſed ſibijpſis etiã dederunt. Ibidèm paulò antè: Bonum eſt matrimonium: ſed, quòd virginitate præſtantius ſit, dicere non poſſum. Neque enim magnum aliquid eſſet virginitas, niſi re aliqua bona melior & præclarior eſſet. Nolite hoc moleſtè ferre, quę matrimonij iugo ſubiectę eſtis. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Quę ſub iugo eſt, aliqua ex parte Chriſti ſit: quæ virginitatem amplexa eſt, tota Chriſti ſit. Illa mundo non prorſus alligetur: hęc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim coniugatæ eſt pars, id virgini totum eſt. Angelorum vitam elegiſti, in eorum ordinem te aggregâſti, qui iugum neſciunt: nè in carnem prolabaris, nè in materiã deijciaris, nè cum materia matrimonio iungaris, etiamſi alioqui in cælibatu perſtes. An non planè angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata ſit, non modo carni conſentaneo viuere, ſed natura ipſa excelſiorem eſſe?

16. MATTHAEI ſeptimo: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

17. LVCAE vndecimo: Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, &c. vt apud Matthæum.

Digitized by Google

Cælibatus Clericorũ & Religioſorũ.

18. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione viceſimaquarta, canone nono: Si quis dixerit, Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel Regulares, caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumq́ validum eſſe, non obſtante lege eccleſiaſtica, vel voto: & oppoſitum nil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſeq́ omnes contrahere matrimoniũ, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum: anathema ſit. cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari.

Caſtitatis donum non habentes. Matth. 7. 1. Cor. 10.

1. B. SAPIENTIAE tertio: Felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſciuit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, & ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitauit aduerſùs Deum nequiſſima. dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. Bonorũ enim laborum glorioſus eſt fructus, & quæ non concidit radix ſapientiæ.

2. CAPITE quarto: O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines. Cùm præſens eſt, imitantur illam: & deſiderant eam cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3. ECCLESIASTICI vigeſimoſexto: Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.

4. MATTHAEI decimotertio: Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Et poſt nonnulla: Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum.

5. CAPITE vigeſimoſecundo: In reſurrectione neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo.

6. MARCI duodecimo: Cùm enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut angeli in cælis.

7. LVCAE vigeſimo: Et ait illis Ieſus, Filij huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habebũtur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores, neque vltrà mori poterunt; æquales enim angelis ſunt: & filij ſunt Dei, cùm ſint filij reſurrectionis.

8. APOCALYPSIS decimoquarto: Et vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptũ in frontibus ſuis. Et audiui vocem de cælo, tanquàm vocem aquarum multarum, & tanquàm vocem tonitrui magni; & vocem quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit.

9. ESAIAE quinquageſimoſexto, vt ſuprà A. teſtimonio ſecundo.

10. PSALMO quadrageſimoquarto: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Et filiæ Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis abintùs, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

11. CYRILLVS Hieroſolymitanus catecheſi quarta illuminatorum: Ac præcipuè de temperantia ſermonem audito, ſecundùm ordinem ſolitariam vitam agentium, ac virginum vitã æqualem angelis ducentium. Magna vobis repoſita eſt, fratres, corona. Nè parua voluptate vendatis magnam dignitatem. Audite quid dicat Apoſtolus: Eſt ne aliquis impurus ſicut Eſau, qui pro eſca vendidit primogenita ſua? Sed tu in libros Euangelicos inſcriptus cùm ſis, propter inſtitutum continentiæ, caue igitur, nè delearis propter ſcortationem. Neque rursùs cùm magnoperè ſtudes temperantiæ, ſis inflatus aduerſùs illos, qui occupati ſunt nuptijs: nam & hi mundi ſunt. Honorabile enim coniugium, & torus immaculatus, dicit Apoſtolus. & tu quid ignoras, nunquid nõ ex nuptijs natus es? Non ergò ideò, quòd aurum poſſides, argentum reprobes.

Virgines vitã æqualem angelis ducunt. Corona virginitatis magna. Heb. 12. Heb. 13.

12. CATECHESI duodecima illuminatorũ: Adoretur qui de virgine natus Chriſtus, & agnoſcant virgines ſui ſtatus vel dignitatis coronam. Agnoſcat eorum ordo & inſtitutum, qui vitã ſolitariam agunt, caſtitatis gloriam: neque enim priuamur caſtitatis dignitate. In vẽtre enim Virginis fuit nouem menſium tempore Saluator. Itaque ſi veneratur virgo propter nouẽ menſium tempus, multò magis nos, propter multorum annorum tempus. Omnes autem caſtitatis curſum, Dei gratia curramus iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus: non intemperantias exercẽtes, ſed laudantes nomen Domini. Non ignoremus caſtitatis gloriã: angelica enim eſt corona, & ſupra hominem hæc perfectio: parcamus corporibus, quæ lucere debent ſicut ſol. Nè propter paruam voluptatem, tantum ac tale corpus polluamus. Paruum enim eſt ad horam peccatum, longæua autem eſt ex eo & æterna verecundia. Angeli obambulãtes in terra, ſunt caſtitatis operatores. Virgines cum Maria virgine habebunt partem.

Virginum corona. Caſtitatis monachorũ gloria. Angelica corona. Virgines cum Maria habebunt partem.

13. CATECHESI decimaquinta illuminatorum: Inſcripta eſt omnis tua oratio, & pſalmodia; deſcripta eſt tua omnis eleemoſyna: inſcriptum eſt omne ieiunium: inſcriptum eſt omne coniugium rectè cuſtoditum: inſcripta eſt continentia, propter Deum inſtituta. Præcipuam enim coronam in ſcripturis habet virginitas & caſtitas, cuius gratia lucebis ſicut angelus.

14. MARTIALIS Apoſtolus in epiſtola ad Toloſanos, capite octauo: Virgo Valeria ſponſa regis terreſtris, ſed meliùs ſponſa regis cæleſtis, quæ per meam prædicationem virginitatẽ mentis & corporis Deo deuouerat, gladio decollata, dum vitam temporalem contempſit, æternam inuenit, & temporalem mortem pro Chriſto ſuſcipere non recuſans, æternam mortem deuicit. Et paulò pòſt: Sponſus autem virginis adeò eſt effectus teſtis paſſionum Chriſti, vt in corpore ſuo cæleſtem conuerſationem iam præbeat ſubditis, deſideria carnis ſuæ crucifigens, regnum diaboli minuens: nec ſolùm Chriſto cui credidit, Eccleſias per ſuum regnum, ſecundùm quod Spiritui ſancto & nobis viſum eſt diſponere, & fabricare gaudeat, ſed antiqua templa dæmoniorum, & ſpurciſſima fana idolorum deſtruere perfectus in fide videatur. Cui etiam obedire debetis in omnibus, quia princeps à Deo vobis eſt conſtitutus; à quo omnis poteſtas & paternitas in cælis & in terra originem ac fortitudinem ſumpſit. Quem principem bonum ad hoc tantum munus perduxit grauem & nouellæ fidei, per quam nouus homo factus, nouo homini coniunctus eſt, vt pro ſuauitate quoquè præmij futuri electus, copulam carnalium nuptiarum deuitauerit per meam prædicationem, quatenùs liberior Deo famulari

Valeria ſponſa regis cæleſtis, virginitatem vouit. Eccleſiarum fabricatio. Caſtitas ſpõſi ſanctæ Valeriæ.

Digitized by Google

poſſit,& multas catervas populorũ ſubdere fonti regenerationis.

Caſtitas coniugalis. Geneſ.1. — Vidualis. — Virginitas ſimilis angelicæ dignitati. Matth.19.

15. CAPITE nono: Nec ideò tamen prohibemus nubere legitimo connubio, cùm & hoc coniugium honeſtum conceſſum ſit & conſtitutum à Deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani. Vltra hunc autem gradum homini licitè conceſſum, viduitatem in præmio maiori conſtituit. Sed & tertium excellentem gradum honeſtatis in virginitate demonſtrauit nobis perfectum, & per omnia ſimilem angelicæ dignitati. Ad quem inuitabat nos, dicens: Non omnes capiunt verbum hoc: ſed qui poteſt capere,capiat.

Virginũ centuplicata gloria.

16. CAPITE decimo: Ideò prædico vobis, quicunque in vobis viduitatem propter recompenſationem elegerint,non fraudabuntur munere claritatis Dei. Qui verò in ſublimitate excelſiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur. Nam qui in virginitate ſingulari virginitatem matris ſuæ elegit, qui mortuus & reſurrexit primogenitus ex mortuis, magnificentiùs ſecum, qui tales eſſe elegerint, in benedictione & regno patris exaltabit.

Virginũ gloria ſublimior — Laus virginũ. — Deo ſe vouẽt virgines. Opus magno prẽmio deſtinatum. Matth.19. — Apoc.14. — Præmium virginitatis cuiuſmodi ſit. — Lucæ 20.

17. CYPRIANVS in tractatu de diſciplina & habitu virginum: Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria eſt, maior & cura eſt. Flos eſt ille eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti, &c. Quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali concupiſcentia recedentes, tam carne quàm mente ſe Deo vouerint, conſummant opus ſuum magno præmio deſtinatũ: nec ornari iam aut placere cuiquam, niſi Domino ſuo, ſtudeant, à quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipſo: Non omnes capiũt verbum, ſed illi quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones,&c. Denuò quoquè per hanc angeli vocem continentiæ munus oſtenditur, virginitas prædicatur: Hi ſunt qui cum mulieribus ſe nõ coinquinauerunt, virgines enim permãſerunt: hi ſunt qui ſequuntur Agnum quocunquè ierit. Ibidèm: Si præmium pollicitationis attẽdas, minus eſt quod laboras. immortalitas perſeueranti datur, perpetua vita promittitur, regnum Dominus pollicetur. Seruate virgines, ſeruate quod eſſe cœpiſtis, ſeruate quod eritis. Magna vos merces manet, pręmium grande virtutis, munus maximum caſtitatis. Domini vox eſt illa, dicentis: Filij ſeculi huius generant & generantur: qui autem habuerint dignationem ſeculi illius & reſurrectionis à mortuis, non nubunt, neq; matrimonium faciunt: neque enim incipient mori, æquales enim ſunt angelis Dei, cùm ſint filij reſurrectionis. Quod futuri ſumus, iam vos eſſe cœpiſtis: vos reſurrectionis gloriam in iſto ſeculo iam tenetis: per ſeculum ſine ſeculi contagione tranſitis. Cùm caſtę perſeueratis & virgines, angelis Dei eſtis æquales: tantùm maneat & duret ſolida & illæſa virginitas, & vt cœpit fortiter, iugiter perſeueret.

Pſal.118. Plus faciens quàm præceptum eſt. Lucæ 17. — Virginitas cur maiori præmio coronetur.

18. HIERONYMVS in commentarijs ſuper epiſtolã ad Philemonem, in ea verba, Sciens quoniam ſuper id quod dico facies. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit: quanto magis faciet ob dilectionem Dei? Vndè meritò Apoſtoli voce laudatur, quòd mandata eius opere præuertat, & poſſit dicere: Voluntaria oris mei complaceant tibi Domine: plùſque faciens quàm præceptum eſt, vincant eos qui tantummodò imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoquè proptereà maiori præmio coronatur, quia præceptum Domini non habet, & vltra imperata ſe tendit.

Singularis gloria eorum in cælis, qui Deo virginitatem vouerũt. — 1.Cor.7. — Quędam gloria non erit omnium beatorum. — 1.Cor.15. — 1.Cor.7.

19. AVGVSTINVS in libro de ſancta virginitate, capite decimoquarto: Sed quoniam deuitatis remiſsiſve peccatis, adeunda eſt vita æterna; in qua eſt quædam egregia gloria, non omnibus in æternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda, cui conſequendę parùm eſt liberatum eſſe à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori voueatur, quod nõ ſit criminis non vouiſſe, ſed vouiſſe ac reddidiſſe ſit laudis. Conſilium, inquit, do. Noui enim quid præſentis temporis, cui coniugia ſeruiunt, neceſſitas cogat, vt ea quæ Dei ſunt minùs cogitentur, quàm ſufficit adipiſcendæ illi gloriæ, quæ non erit omnium, quanuìs in ęterna vita ac ſalute manentium. Stella enim ab ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Bonum eſt ergò homini ſic eſſe.

Apoc.14. Canticũ virginũ ſingulare. Pſal.95. — Gaudiũ virginum in cælo à cæterorũ gaudiorũ ſorte diſtinctum Sũt alijs alia, ſed nullis talia gaudia.

20. ET capite vigeſimoſeptimo: Pergite itaque ſancti Dei, pueri ac puellæ, mares ac fœminæ cælibes & innuptæ; pergite perſeueranter in finem. Vos afferetis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis citharis veſtris. Non vtiquè tale, quale cantat vniuerſa terra, cui dicitur: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino vniuerſa terra: ſed tale, quale nemo poterit dicere niſi vos. Et poſt pauca: Quò ire putamus hunc agnũ, quò nemo eum ſequi vel audeat, vel valeat, niſi vos? Quò putamus eum ire? In quos ſaltus & prata? Vbi credo ſunt grandia gaudia, non gaudia ſeculi huius vana, inſaniæ mendaces, nec gaudia qualia in ipſo regno Dei cæteris non virginibus erunt, ſed à cæterorum omnium gaudiorum ſorte diſtincta. Gaudium virginum Chriſti, de Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum. Gaudia propria virginum Chriſti, non ſunt eadem non virginum, quanuìs Chriſti. Nam ſunt alijs alia, ſed nullis talia.

21. CAPITE vigeſimooctauo: Sequantur itaque agnum cæteri fideles, qui virginitatem corporis amiſerunt; non quocunquè ille ierit, ſed quouſquè ipſi potuerint. Poſſunt autem vbiquè, præter cùm in decore virginitatis incedit.

Votum virginitatis. — Votum perpetuę continentiæ non propter præſens ſeculum, ſed propter regnum cęlorũ Matth.19.

22. CAPITE vigeſimonono: Vos itaque ſequimini eum, tenendo perſeueranter quod vouiſtis, ardenter facite cùm poteſtis, nè virginitatis bonum à vobis pereat, cùm facere nihil poteſtis vt redeat. Videbit vos cætera multitudo fideliũ, quæ agnum ad hoc ſequi non poteſt; videbit, nec inuidebit; & collætando vobis, quod in ſe non habet, habebit in vobis. Præſumite itaque, fidite, roboramini, permanete, qui vouetis & redditis Domino Deo veſtro vota perpetuæ continentiæ, non propter pręſens ſeculum, ſed propter regnum cælorum.

1.Cor.9. Pſal.85. — Exod.20. — Supererogationis opus, vouere caſtitatem. Lucæ 10. Eſaiæ 56. Gloria virginũ ſingularis. — Tranſuolare coniugia.

23. CAPITE trigeſimo: Vos etiã qui hoc nondùm vouiſtis, qui poteſtis capere, capite; perſeueranter currite, vt comprahendatis. Tollite hoſtias quiſque ſuas, & introite in atria Domini, non ex neceſſitate, ſed poteſtatem habentes veſtræ voluntatis. Neque enim, ſicut, Nõ mœchaberis, Non occides: ità dici poteſt, Non nubes. Illa exiguntur, iſta offeruntur. Si fiant iſta, laudantur; niſi fiant illa, damnantur. In illis Dominus debitum imperat vobis; in his autem ſi quid ampliùs ſupererogaueritis, in redeundo reddet vobis. Cogitate quicquid illud eſt, in muro eius locum nominatum, meliorem multo quàm filiorum atque filiarum. Cogitate illic nomen æternũ. Quis explicat quale nomen erit? Quicquid tamen erit, ęternum erit. Hoc credendo & ſperando & amando, potuiſtis coniugia non deuitare prohibita, ſed tranſuolare conceſſa.

Præmia caſtitatis.

24. GREGORIVS in tertia parte curæ paſtoralis, admonitione vigeſimanona: Admonendi ſunt, peccata carnis ignorantes, vt inceſſanter præmia ſuſpiciant: & libenter proculdubiò tentationum quas tolerant, labores calcabunt. Si enim atten-

Digitized by Google

attendatur felicitas, quæ ſine tranſitu attingitur, leue fit quod tranſeundo laboratur. Audiat quod per Prophetam dicitur: Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ volui, & fœdus meum tenuerint: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Eunuchi quippe ſunt, qui compreſſis motibus carnis, affectum in ſe praui operis abſcindunt. Quo autem apud patrem loco habeantur, oſtenditur, quia in domo patris, videlicet æterna manſione, etiam filijs præferuntur. Audiant quod per Ioannem dicitur: Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt: & ſequuntur agnum quocunque ierit. Et quòd canticum cantant, quod nemo poteſt dicere, niſi illa centũ quadragintaquatuor millia. Singulariter quippe canticum agno cantare, eſt cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cæteri canticum audire poſſunt, licèt dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorum celſitudine læti ſunt, quamuis ad eorum præmia non aſſurgant.

Eſaiæ 56.
Eunuchi euãgelici qui ſint
Continẽtium & virginũ peculiaris gloria in vita æterna.
Apoc. 14.
Canticum ſingulare.

1. C. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: De quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini, mulierem nõ tangere. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius verò ſic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quòd ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quàm vri. Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, &c. De virginibus autem prӕceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo ergò hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? Noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſunt mundi, quomodò placeat vxori. & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomodò placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem prębeat ſine impedimento Dominum * obſeruandi. Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ità oportet fieri: quod vult faciat. non peccat, ſi nubat. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicat in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam: benè facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, meliùs facit. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult, nubat: tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

* obſecrandi

2. HIERONYMVS libro primo aduerſus Iouinianum, explicaturus caput ſeptimum epiſtolæ prioris ad Corinthios, inter cætera inquit capite quarto: Corinthij per literas quæſierant, vtrùm poſt fidem Chriſti cælibes eſſe deberent, & continentiæ cauſa, quas habebant, vxores dimittere: an ſi virgines credidiſſent, inirent matrimonia. &, cùm è duobus ethnicis vnus credidiſſet in Chriſtum, vtrùmnam credens relinqueret non credentem: & ſi eſſent ducendæ vxores, Chriſtianas tantùm accipi iuberet, an & ethnicas. ET capite ſeptimo: Noli igitur admirari, ſi inter titillationem carnis, & incentiua vitiorum, angelorum vitam non exigimus, ſed docemur. Quia vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis. Præceptum, inquit, Domini non habeo, conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſecutus à Domino. Si non habes præceptum Domini, quare audes dare conſilium, de quo non habẽs iuſſionem? Reſpondebit mihi Apoſtolus: Et vis vt ego iubeam quod Dominus obtulit potiùs, quàm præcepit? Ille creator & figulus, ſciens fragilitatem vaſculi, quod operatus eſt, virginitatem in audientis poteſtate dimiſit: & ego doctor gentium, qui omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerẽ, onus perpetuæ caſtitatis ſtatìm in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum? Et poſteà: Quid ergò cogitat innupta & virgo? Quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Vt nihil aliud eſſet, vt nulla merces virginum amplior ſequeretur: ſufficeret ei hæc ſola prælatio, cogitare quę Domini ſunt. Statimq; docet, quę ſit ipſa cogitatio, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Nonnullæ quippe ſunt virgines carne, non ſpiritu: quarum corpus integrum eſt, & anima corrupta. Sed illa virginitas hoſtia Chriſti eſt, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit. Ac, ne forſitan putaretur onus grauiſſimum caſtitatis nolentibus imponere, ſtatìm iungit cauſas ſuadendi, & ait: Hoc autem ad vtilitatẽ veſtram dico: non vt laqueum vobis inijciam, ſed vt ad id, quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire Domino abſque vlla diſtractione, vos adhorter. Et paulò pòſt: Et qui non iungit, meliùs facit. Niſi illaturus eſſet, meliùs facit: nunquàm pręmiſiſſet, benè facit. Vbi autem bonũ, & melius eſt, ibi boni & melioris non vnum eſt pręmium: & vbi non eſt vnum præmiũ, ibi vtiquè dona diuerſa. Tantum igitur eſt inter nuptias & virginitatem, quantum inter non peccare & benefacere: immò vt leniùs dicam, quantum inter bonum & melius. CAPITE octauo: Finita diſputatione coniugiorum, & virginitatis, & inter vtrunque cauto moderamine præceptorum, vt nec ad ſiniſtrã, nec ad dexteram diuerteret, ſed via regia graderetur, & illud impleret: Nè ſis iuſtus multùm: rurſùm monogamiam digamiæ comparat: & quomodò nuptias ſubdiderat virginitati, ità digamiam primis nuptijs ſubijcit, & ait: Mulier alligata eſt, quãto tempore vir eius viuit. quòd ſi dormierit vir eius, libera eſt: cui vult nubat, tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm conſilium meum. Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Concedit ſecundas nuptias, ſed volentibus, ſed ijs quæ ſe continere non poſſunt, nè, luxuriatæ in Chriſto, nubere velint, habentes damnationẽ, quòd primam fidem irritam fecerint: & hoc cõcedit, quia multæ abierunt retrò poſt Sathanam. Cæterũ beatiores, inquit, erunt, ſi ſic permanſerint: continuòq; ſubiungit Apoſtolicã authoritatem, ſecundùm meum cõſilium. Porrò ne authoritas Apoſtoli, quaſi hominis, leuior videretur, addidit: Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Vbi ad continentiam prouocat, ibi non hominis, ſed ſpiritus Dei cõſilium eſt: vbi autem nubendi cõcedit veniam, ſpiritũ Dei non nominat, ſed prudentiæ librat conſilium, ità ſingulis relaxans, vt vnuſquiſque ferre poteſt. Quàm ſancta ſit digamia, hinc oſtenditur, quòd digamus in Clerum eligi non poteſt: & ideò Apoſtolus ad Timotheum: Vidua, inquit, eligatur, non minus

Scopus capitis 7. prioris epiſtolæ ad Corinthios.
Conſiliũ virginitatis, nõ præceptum datur.
1. Cor. 7.
1. Cor. 9.
1. Cor. 7.
Cogitare quę Domini ſunt, magna dignitas eſt.
Differẽtia & diſtantia inter nuptias & virginitatem.
Eccleſ. 7.
Monogamia melior digamia.
1. Cor. 7.
1. Tim. 5.
Digamus eligi non poteſt in Clerum.
1. Tim. 5.

Digitized by Google

Bigamiā non damnat Hieronymus.

minùs ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor. Hoc omne præceptum de his eſt viduis, quæ eccleſiæ paſcuntur eleemoſynis. Non damno digamos, immò nec trigamos, &, ſi dici poteſt, octogamos. plus aliquid inferam, etiam ſcortatorem recipio pœnitentem. Quicquid æqualiter licet, æqua lance penſandum eſt. CAPITE nono: Ac de Adam quidem & Eua illud dicendum, quòd ante offenſam in paradiſo virgines fuerint, poſt peccatum autem & extra paradiſum protinùs nuptiæ. Nuptię terram replėt, virginitas paradiſum. CAPITE duodecimo: Sicut legimus, quòd Moyſes, id eſt, lex, habuerit vxorem: oſtende mihi Ieſum Naue vel vxorem habuiſſe, vel filios: &, ſi potueris monſtrare, victum me eſſe fatebor.

Ioſue cælebs vixit.

Cur in lege veteri non ità viguit cælibatus & continentia.

Geneſ. 1.

CAPITE decimotertio: Obſecro te lector, & idipſum ſæpè commoneo, vt ſcias me, quæ loquor, neceſſitate dicere: nec detrahere ijs, qui in lege præceſſerint, ſed ſeruiſſe eos temporibus & conditionibus ſuis, & illam Domini implêſſe ſententiam: Creſcite & multiplicamini, & replete terrā: &, quod his maius eſt, futurorum typos præbuiſſe: nobis autem, quibus dicitur, Tempus in collecto eſt: ſupereſt, vt qui habent vxores, ſic ſint, quaſi non habeant, aliud præcipi, & virginitatem à ſaluatore virgine dedicari.

1. Cor. 7.

Eliā & Eliſæum cælibes fuiſſe.

Lucæ 1.

Eliam, & Eliſæū quàm ſtultè Iouinianus in catalogo poſuerit maritorū, me tacente, manifeſtum eſt. Si enim Ioannes Baptiſta venit in ſpiritu & virtute Eliæ, & Ioannes virgo eſt: vtiquè non ſolùm in ſpiritu eius venit, ſed etiam in corporis caſtitate.

Danielis caſtitas.

Eſaiæ 39.

Superfluum autē eſt de Daniele dicere, cùm Hebræi vſque hodiè autument, & illum, & tres pueros fuiſſe eunuchos ex illa Dei ſententia, quam Eſaias loquitur ad Ezechiam: Et de filijs tuis, qui naſcentur ex te, tollent, & facient eunuchos in domo regis. ET capite decimoquarto: Venit Iouinianus ad Euāgelium, & proponit nobis Zachariam & Elizabeth, & Petrum & ſocrum eius: & conſueta vecordia non intelligit iſtos quoquè inter eos, qui legi ſeruierint, debuiſſe numerari. neque enim euangelium ante crucē Chriſti eſt, quod paſſione & ſanguine ipſius dedicatur.

Apoſtoli ante euangeliū vxores ſuas duxerant: poſteà verò reliquerunt officium coniugale.

Matth. 19.
Marc. 10.
Lucæ 18.

Iuxta quam regulam Petrus, & cæteri Apoſtoli, vt ei ex ſuperfluo interim concedam, habuerunt quidem vxores, ſed quas eo tempore acceperāt, quo euangelium neſciebant. qui aſſumpti poſteà in apoſtolatum, relinquunt officium coniugale. Nam cùm Petrus ex perſona Apoſtolorum dicit ad Dominum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: reſpondet ei Dominus, Amen dico vobis, quoniam nemo eſt, qui dimiſerit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in ſeculo iſto, & in ſeculo futuro vitā æternam.

1. Cor. 9.

An ex Pauli verbis cōuincatur, omnes Apoſtolos vxores habuiſſe.

Si autem illud nobis oppoſuerit, ad probandū quòd omnes Apoſtoli vxores habuerint: Nunquid non habemus poteſtatem mulieres, vel vxores circūducendi, (quia γυνὴ apud Græcos vtrunq; ſignificat) ſicut cęteri Apoſtoli, & Cephas & fratres Domini? iungat & illud, quod in Gręcis codicibus eſt: Nunquid nō habemus poteſtatē ſorores mulieres, vel vxores circunducendi? Ex quo apparet, eum de alijs ſanctis dixiſſe mulieribus, quæ iuxta morē Iudaicum, magiſtris de ſua ſubſtantia miniſtrabāt, ſicut legimus ipſi quoq; Domino factitatū.

Lucæ 8.

An vxores circunducebant Apoſtoli.

nam & ordo verborum hoc ſignificat. Nunquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi, aut ſorores mulieres circunducendi? Vbi de comedendo, & bibendo, ac de adminiſtratione ſumptuum præmittitur, & de mulieribus ſororibus infertur: perſpicuum eſt, nō vxores debere intelligi, ſed eas vt diximus, quæ de ſua ſubſtantia miniſtrabant. quod & in veteri lege de Sunamitide illa ſcribitur, quòd ſolita ſit Eliſæum recipere, & ponere ei menſam & panem, & candelabrū &c.

4. Reg. 4.

Vox Græca non admittit hoc loco ſignificationē vxoris. Vide etiam Augu. in lib. de opere monach. cap 4.

Aut certè, ſi γυναῖκας vxores accipimus, non mulieres: id quod additur, ſorores, tollit vxores, & oſtendit, eas ceu germanas in ſpiritu fuiſſe, non coniuges. Quanquàm excepto Apoſtolo Petro nō ſit manifeſtè relatum de alijs Apoſtolis, quòd vxores habuerint: & cùm de vno ſcriptum ſit, ac de cæteris tacitum, intelligere debemus, ſine vxoribus eos fuiſſe, de quibus nihil tale ſcriptura ſignificet.

Lucæ 1.

Et tamē ille, qui nobis obiecit Zachariam & Eliſabeth, Petrū & ſocrum eius: ſciat de Zacharia & Eliſabeth Ioannem fuiſſe generatum, id eſt, de nuptijs virginem, de lege euangelium, de matrimonio caſtitatem: vt à propheta virgine, virgo Dominus & annūciaretur, & baptizaretur.

Ioānes baptiſta virgo.
Lucæ 4.

Ioannes Apoſtolus virgo.
Ioan. 13.
Ioan. 21.

Ioannes vnus ex diſcipulis qui minimus traditur fuiſſe inter Apoſtolos, & quem fides Chriſti virginem repererat, virgo permanſit: & ideò plùs amatur à Domino, & recumbit ſuper pectus Ieſu. Et quod Petrus qui vxorem habuerat, interrogare non audet, illū rogat, vt interroget &c. Dicit Petro Dominus: Si eum ſic volo eſſe, quid ad te? Vndè & ſermo exiuit inter fratres, illum diſcipulum nō moriturum. Ex quo oſtenditur, virginitatem nō mori, nec ſordes nuptiarum ablui cruore martyrij, ſed manere cum Chriſto, & dormitionem eius tranſitum eſſe, non mortem.

Virginitas non moritur.

Ob virginitatem Ioannes plùs amatus.

Si autem obnixè contenderit, Ioannem virginem non fuiſſe, & nos amoris præcipuè cauſam, virginitatem diximus: exponat ille, ſi virgo non fuit, cur cæteris Apoſtolis plùs amatus ſit.

Caſtitas viduarum ſuperat caſtitatē coniugum, & à virginitate ſuperatur.

CAPITE decimooctauo: Non nego beatas eſſe viduas, quę ità poſt baptiſmum manſerint: nec illarum detraho merito, quæ cum viris in caſtitate perdurāt: ſed, ſicut hæ maioris apud Deum præmij ſunt, quàm nuptæ coniugali officio ſeruiētes, ità & ipſæ æquo animo patiantur virginitatem ſibi præferri. Si enim illas ſera pudicitia, poſt deſpumatas corporis voluptates, erigit contra maritatas: cur non infra perpetuam caſtitatem eſſe ſe nouerint.

Obiectio de Clericis naſcentis eccleſiæ.
1. Tim. 3.
1. Cor. 7.

CAPITE decimonono: Fruſtrà, inquit, hęc loqueris: quia & Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi vnius vxoris viri, & habentes filios, ab Apoſtolo conſtituuntur. Quo modo de virginibus Apoſtolus dicit ſe non habere præceptum: & tamen dat cōſilium, quaſi miſericordiam conſecutus à Domino: & hoc agit in omni illa diſputatione, vt virginitatem pręferat matrimonio: & ſuadet, quod imperare non audet, nè inijcere videatur laqueum, & plus imponere pōderis, quàm hominum poteſt ſuſtinere natura: ità & in Eccleſiaſtico ordine conſtituendo, quia rudis ex gentibus conſtituebatur Eccleſia, leuiora nupèr credentibus dat pręcepta: nè territi ferre non poſſent.

Paulus in ſeptimo capite omnia agit, vt virginitatē præferat matrimonio.

Cur in initio Eccleſiæ in Epiſcopos coniugati etiam ordinabantur.

Ineptū eſt aſſerere non niſi maritos epiſcopos eſſe debere.

Sed & ipſa epiſcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, Eligatur epiſcopus qui vnam ducat vxorē &c. vt ſuprà de Sacramento Matrimonij, quęſt. 4. C. 15. Alioqui ſi iuxta ſententiam Apoſtoli, non erunt epiſcopi niſi mariti, ipſe Apoſtolus epiſcopus eſſe non debuit, qui dixit: Volo autem omnes ſic eſſe, ſicut ego ſum. Et Ioannes indignus hoc gradu exiſtimabitur, & omnes virgines & continentes, quibus quaſi pulcherrimis gemmis Eccleſiæ monile decoratur.

1. Cor. 7.

Virginibus tāquàm gemmis ornatur Eccleſia.

Rara virginitas.

Matth. 20.

CAPITE viceſimoprimo: Noli metuere, nè omnes virgines fiant. difficilis res eſt virginitas: & ideò rara, quia difficilis: Multi vocati, pauci electi. incipere, plurimorum eſt: perſeuerarē, paucorum. Vndè & grande præmium eorum, qui perſeuerauerint. Si omnes virgines eſſe poſſent, nunquàm & Dominus diceret: Qui poteſt capere, capiat: & Apoſtolus in ſuadendo non trepidaret: De virginibus autem præceptum Domini nō habeo.

Matth. 19.
1. Cor. 7.

Caſtitatis præcepta.
Ioan. 16.

ET poſt multa ex Paulo allata teſtimonia: Dies, inquit capite viceſimoquarto, me deficiet, ſi voluero omnia caſtitatis de Apoſtolo pręcepta memorare. Iſta ſunt, de quibus ad Apoſtolos Dominus loquebatur: Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis ea portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Tranſeamus ad Iacobum, qui frater Domini dicebatur, tantę ſanctitatis,

Iacobus perpetua virginitatis fuit.

tatis, tantæq; iuſtitiæ, & perpetuæ virginitatis, vt Ioſephus quoquè, hiſtoricus Iudæorum, propter huius necem Hieroſolymam ſubuerſam referat.

Apoc.14. *Gradus continentiæ coniugum, viduarum, & virginum.*

ET capite viceſimoquinto ex Apocalypſi citans: Si virgines,inquit,primitiæ Dei ſunt: ergò viduæ, & in matrimonio continentes, erunt poſt primitias,id eſt,in ſecũdo & tertio gradu: nec priùs perditus populus ſaluari poterit,niſi tales hoſtias caſtitatis Deo obtulerit, & immaculatum agnum puriſſimis victimis reconciliauerit.Infinitum eſt, de euangelio decem virginũ exponere ſacramentum, quinque ſtultarum, & quinque ſapientum. Hoc ſolùm nunc dico, quòd quo modo abſque cæteris operibus virginitas ſola non ſaluat, ſic omnia opera abſque virginitate, puritate, continentia,caſtitate, imperfecta ſunt. ET concludens capite viceſimoſexto: Satis abundeq; Chriſtianæ pudicitiæ & virginitatis angelicæ de diuinis libris exempla prębuimus:ſed quoniã intellexi in commentarijs aduerſarij, prouocari nos etiã ad mundi ſapientiam, quòd nunquàm hoc genus in ſeculò ſit probatum,& nouum dogma cõtra naturam religio noſtra prodiderit, percurrã breuiter Græcas,& Latinas,barbaraſq; hiſtorias: & docebo virginitatem ſemper tenuiſſe pudicitię principatum. Referunt tabulæ,&c.

Matth.25. *Opera omnia abſque continentia imperfecta ſunt.* *Ex profanis authoribus probat virginitatem ſemper tenuiſſe pudicitiæ principatum.*

3. AMBROSIVS in caput ſeptimum prioris epiſtolæ ad Corinthios: Non diceret, Bonum eſt innuptis vt ſint ſicut & ego, niſi eſſet integer corpore. Nec diceret, Omnes homines volebam eſſe ſicut meipſum. Si enim habuerit vxorem, & hoc dixit,virgines eſſe noluit: ſed abſit. Sic enim à pueritia * ſpiritui ſeruiuit, vt huius rei ſtudium non haberet: quippe cùm iuuenculus anticipatus ſit à gratia Dei. Et paulò pòſt: Bonum dicit eſſe,virginem permanere. Et vt hoc abſolutiùs oſtenderet, propter pręſentẽ neceſſitatem,ait: quia optimum eſt,vt inter bonum & optimum nihil tam præclarum atque vtile eſſe cognoſceretur, quàm eſt virginitas:quia non ſolùm apud Deum virginitatem commendatiorem docet, ſed & apud vitam præſentem,dum neceſſitates temporis neſcit,quas patitur coniugatio & mœroris partus, ſimulq; orbitates filiorum ignorat. Vt ergò ad hanc affectandã hortaretur, præſentis neceſſitatis exitia lucrari docet has quæ illam dilexerint, vt cùm nõ ſolùm hanc apud Deum locũ meliorem habere diſcunt, verumetiam in pręſenti,omni induſtria hanc appeterent. Et in fine: Apoſtolus his loquitur, qui mira deuotione obſequi deſiderãt cæleſtibus pręceptis,oſtendens & docens quo compendio citiùs itur ad Deum:quia qui propter Deum promerendum virgo manere vult, ſciens quale præmium poſſit accipere,qui à licito temperat:vt melior fiat, ſimul omnia impedimenta carnis ſpernit,non neſcius hæc eſſe, quæ greſſum currentis velut oneribus compedum detinent.

Pauli cælibatus & continentia. 1.Cor.7. **al.ſpiritu ferbuit* *Virginitas & apud Deũ & apud vitam præſentem commendatior.* *Per virginitatem tanquàm compendium quoddam citius itur ad Deum.*

4. THEODORETVS in caput ſeptimũ prioris ad Corinthios: De virginibus autem præceptum Domini non habeo. Dominus enim, cùm dixiſſent Apoſtoli, Si ità eſt lex vxoris, expedit vxorem non ducere: reſpondit,Non omnes capiunt verbum hoc. & rurſus, Qui poteſt capere, capiat. Propterea diuinus quoquè dixit Apoſtolus, Pręceptum Domini non habeo.Si ergò legem non accepiſti,quid ſibi vult quod dicis,Conſilium autem do?Non legem fero,ſed conſilium affero. Etenim Deus cùm quæ ſunt ſecundùm naturam pręcepiſſet, adhortatur ad ea quæ ſunt ſupra naturam. Quoniam autem veriſimile erat futurum vt quidam huic rei tanquàm rei nouæ contradicerent, conſilio adiecit: Tanquàm miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Cum ſolita modeſtia Apoſtolicam authoritatẽ oſtendit. Sum conſiliarius fide dignus, inquit, per multam Domini miſericordiã vocatus, & cui credita eſt prædicatio.Quid autem conſulis?Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt ſic eſſe: Alligatus es vxori? noli quęrere ſolutionẽ. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Illud, Exiſtimo,adiecit, non dubitans virginitatem eſſe bonum & bonorum optimum ac præſtantiſſimum: ſed nè adhortatio lex fieret,adiecit dubitationem. Legem enim conſequitur obſeruatio & tranſgreſſio, & eorum qui tranſgrediuntur,punitio:& ideò quę magna ſunt, non præcipit, ſed ad ea hortatur. Et paulò pòſt in ea verba, Qui ſine vxore eſt,&c. Oſtendit breuiter differentiam ſolicitudinis eius qui eligit iugum matrimonij, & eius qui cælibatum amplectitur. Facilè autem ſcire poteſt qui vult, eorum qui in vita verſantur,labores & ſolicitudines.Eas autem nos quoquè fuſiùs oſtendimus,dum de virginitate orationes ſcriberemus, & ad eius opes bonorum amatores adhortaremur. Ibidèm ſuper ea verba: Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum: In continentia & perfectionem indicauit,& quę minora ſunt, cõceſſit: & imbecillitati quidem opem ferentia medicamenta oratio protulit, ad ea autem quæ ſunt optima & præſtantiſſima eligenda, archetypum exemplar excitat:ſeipſum autem exemplar propoſuit, ſuæ caſtitatis theſaurum nobis reuelare coactus.Dico autem non nuptis & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut ego. Oſtendit rurſùs ſe eſſe ex ordine cælibum & eorum qui vxores non duxerunt. Neque enim quis eum iure inter viduos collocet, cùm adhuc eſſet adoleſcens, quando vocatione dignus eſt habitus.

Matth.19. *Præceptorum & conſilij diſcrimen.* *Conſiliarius fide dignus.* *Virginitas bonorũ optimum ac præſtãtiſſimum.* *Theodoretus ſcripſit orationes de virginitate.* *Pauli cælibatus.*

5. IDEM in epitome diuinorum decretorum, capite de virginitate: Dominus autem Deus non tulit quidem leges de virginitate: intellexit enim eſſe rem ſupra naturam: eam autem laudibus proſequendo, eos qui vellent, ad certamen adhortatus eſt.Cùm enim dixiſſent Apoſtoli: Si ità eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit vxorem ducere: reſpondens Dominus, dixit: Non omnes &c. & ſunt Eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum Dei. Hoc autem non de teſtium, ſed de prauarum cogitationum dixit amputatione. deindè ſubiunxit: Qui poteſt capere, capiat. Qua de cauſa diuinus etiam Apoſtolus, de virginitate loquens, dixit: Præceptum autem Domini non habeo. De virginitate enim legem non tulit Dominus. Conſilium autem do,&c. Huic nempe, ſic eſſe, addidit illud, exiſtimo: non dubitans de ijs quæ conſulebat,ſed orationem moderans,vt non eſſet lex. Lex enim habet etiam tranſgreſſionem, tranſgreſſio autem inducit etiam ſupplicium. Ea autem de cauſa adiecit illud, Puto, vt oſtenderet id quod dicitur,non eſſe legem,ſed cõſilium. Hoc autem, Non peccat ſi nubat; dicit de ijs, quæ virginitatis pacta conuenta ſeu vota nondùm fecerant.

Matth.19. *1.Cor.7.* *Cur dixit, exiſtimo.* *Virginibus quæ voto adſtrictæ non ſunt, nubere licet.*

6. CHRYSOSTOMVS in libro de Virginitate,capite nono: Virginitatem matrimonio longè præſtantiorem ſentio: nec verò propterea matrimonium in malis pono, quin vehementer etiam laudo.

Meminit huius libri Nicepho lib 13. hiſtor eccleſiaſt. cap. 2.

7. CAPITE decimo: Bonum eſt virginitas? & ego conſentio. ac matrimonio etiam melior? & hoc confiteor. & ſi placet, quanto etiam melior ſit,addam: quanto cælum terra, quanto hominibus angeli. Imò vt fortius aliquid dicam, etiam amplius. Nam angeli etſi nec ducunt vxores, nec ducuntur, at non ſunt carne & ſanguine coagmentati, non in terris commorantur, non libidinum æſtus ſentiunt, non cibi aut potus indigent, non ſuaui cantu deliniri, nõ liberali forma, aut alio eius generis vllo, flecti poſſunt, ſed quaſi ſummo meridie cælum, nulla affectum nube, purum ſpectatur; ità & illorum naturæ, à libidine quietæ, illuſtres ac perlucidæ maneant oportet.

Virginitas cõiugio præſtantior. *Angelis præferuntur virgines. Lucæ 20.*

8. CAPI-

Digitized by Google

[*Virgines quà in re angelorum imitentur mores.*]
8. CAPITE vndecimo: Humanum autem genus naturâ beatis illis concedens, vires ſuas vrget, cum iiſq; pro virili æquari ſumma ope nititur. Quo pacto? Nec ducunt vxores angeli, nec ducuntur? at nec virgo. Aſſiſtunt perpetuò ac miniſtrant Deo? itidèm & virgo. quare etiam Paulus eas ab omni ſolicitudine arcet, vt aſſiduæ ſint & indiuiſæ. Quòd ſi, vt illi, in cælum hîc aſcendere non poſſunt, corpore eas peſſum dante; at hîc quoquè inſignem habent compenſationem, quæ ipſum cæli Dominum excipiant, ſi quidem ſint animo atque corpore ſanctæ. Viden virginitatis decus? Eorum qui in terris degant, cum cælitibus vitæ ſimilitudinem molitur, corpore veſtitos, vinci ab incorporeis copijs non permittit, mortales, angelorum æmulos reddit. [*Inexplicabilis virginum merces.*] Eccleſiæ virginibus multa ac magna obuenient bona, quæ & oculorum, & audiendi ſenſum, & humanam cogitationem ſuperent.

[*Pulchritudo virginitatis.*]
9. CAPITE vigeſimoprimo: Quid virginitate dulcius, quid melius, quid illuſtrius? quæ fulgores ipſis etiam Solis radijs luculentiores emittat, noſq; ab omnibus quæ in vitam incidant abiunctos, in iuſtitiæ Solem puris oculis aſſiduè contuentes præſtat.

[*1. Cor. 7.*]
10. CAPITE vigeſimooctauo: Vxor ſui corporis domina non eſt, ſed vir: itidémque vir ſui corporis dominus non eſt, ſed vxor. Et hæc dici [*Nuptias occultè diſſuadet Paulus.*] pro matrimonio videntur: re vera autem ea, tanquàm hamum aſſueta eſca obligatum, in diſcipulorum aures immittit, eos habendo de matrimonio ſermone, à matrimonio retrahere volens. Qui enim audiat, poſt matrimonium non iam ſe ſuum fore, ſed vxoris arbitrio ſubiectum iri, nec mora, acerbiſſima ſeruitute expedire ſe conabitur: atque in primis iugum nec ſubire: cùm qui ſemel ſubierit, ei porrò ſeruiendum ſit quandiù id vxori videatur.

[*Inter nuptias & virginitatē magnum interuallum.*]
11. CAPITE trigeſimoquarto: Adhuc quiſquam, ſodes, matrimonium cum virginitate contendere, ac vel obtueri auſit? At non permittit beatus Paulus, ingens vtriuſque rei diſcrimen edens. nam illam Domini res, hanc mundana curare. Et paulò pòſt: Virginitas quo contenſior eſt, eo maiorem habet laudem: at matrimonium, vbi eò plus ſatis vtare, tum maximè laudis omnis expers eſt. id enim, inquit, dico, qui permittam. iam vbi permiſſio ſit, laudi nullus locus ſit. At enim & de virginibus differens ait, Domini præceptum non habeo. ecquid igitur rem exæquat? minimè gentium. nam de virgine ſententiam dicit: hîc conſenſum præbet. Ac neutrum præcipit, non eadem de cauſa: ſed hic, nè qui ab intemperantia ſe ſuſtollere vellet, prohiberetur, velut præcepti neceſſitate obſtrictus; illic, nè qui ad virginitatem euadere nequiuiſſet, damnaretur, ceu in præceptum contumax. Si Pauli voluntatem ſcire vis, audi quæ ſit: Velim, inquit, omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, continentes. [*Pauli cælibatus.*] Igitur qui velis omnes continentes eſſe, neminem vis eſſe coniugem. Non equidem: at non propterea volentes veto & inſimulo, ſed cùm optem ac percupiam omnes ſic eſſe, vt ego ſum, tum illud propter libidines etiam concedo: ideóque in ingreſſu dicebam, Præſtare homini mulierem non tangere: qui id præoptarem.

[*Virginitatis donū non ità datur, vt homo pro eo adipiſcendo aut cōſeruando laborare non debeat. Math. 19.*]
12. CAPITE trigeſimoſexto: Hæc autem eò diſſerui, nè dicentem audiens, Suam quiſque habet dotem, concidas, ac tecum ſermocinere: Opera mea hîc nihil opus eſt: dotem Paulus nominauit. Nam modeſtiæ cauſa, non qui continentiam donis accenſere vellet, ità loquitur. Scilicet adeò & ſecum & cum Chriſto pugnet? cum Chriſto dicente, Sunt caſtrati, qui ſeipſos propter regnum cæleſte caſtrauerunt: atque addente, Qui capere poteſt, capito. Secum, qui viduitatem amplexas, ſed in eo propoſito perſiſtere nolentes, damnet. Nam ſi donum eſt, cur eis comminare, dicens: Damnatæ, quæ primam fidem fregerint. [*1. Tim. 5.*] Nuſquàm enim Chriſtus dotes non habentes puniuit, ſed vbiquè vitam integram non præſtantes: adeóque quod potiſſimùm requirit, vita eſt quàm optima, & actiones irreprehenſæ. [*Bonam vitā requirit Chriſtus.*] Donorum autem diſtributio poſita eſt non in accipientis optione, ſed in donantis arbitrio. Non prodigiorum, ſed actionum beatitudo eſt, quemadmodùm & pœnæ. [*Matth. 5.*] Quo pacto, inquam, eadem cohortans perſeuerat, ſi id in nobis non eſt, nec poſt diuinum fauorem operam etiam noſtram deſiderat? ei enim ſententiæ, Velim omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, continentes, iterùm ſubdit, Solutis autem matrimonio & viduis dico, præſtare eis, ſic manere vt ego. [*1. Cor. 7.*]

13. CAPITE trigeſimonono: Inquiens, Si nupſit virgo, non peccauit, non de ea loquitur, quæ matrimonio renunciauit: euidens eſt enim eam piaculum commiſiſſe, & quidem infandum: ſed quæ & expers matrimonij ſit, & nondùm hoc aut illud cenſuerit, ſed tanquàm in meditullio harum cogitationum conſiſtat. [*Quænam virgo ſi nubat, non peccat.*] Et poſt pauca: Quæ vidua mera ſit, ei, ſi velit, nubere permittit: at quæ perpetuò vidua agere Deo promiſit, atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum calcet. [*Cui viduæ licet denuò nubere. 1. Tim. 5.*] Non ergò his, ſed illis dicit, Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: ſatius eſt enim matrimonium contrahere quàm ardere. Non dixit, Sin libidinis vim vllam ſentiunt, ſin tranſuerſi aguntur, ſin non poſſunt: nihil eiuſmodi quod eorum eſt qui aliquid dignum venia patiuntur. [*Nemo cogitur ad incontinentiam.*] Sed quid? Si ſe non continent: quod eorum eſt, qui propter ignauiam fungi nolunt. id enim ſignificat eos, quibus res in manibus eſſet, detrectando labore eam non perficere. [*Quòd quidā ſe non contineant, voluntati tribuendum eſt & pigritiæ.*]

14. CAPITE quadrageſimo: Vt virgini, cui perennè viuens atque immortalis ſponſus ſit, nubere nunquàm licet: ſic maritę tum demùm, cùm vir obierit. [*Virgini ſacræ nubere non licet.*]

15. CAPITE quadrageſimoprimo: Illud, Qui capere poteſt, capito, liberam auditori optionem condonantis eſt. [*Matth. 19.*]

16. CAPITE quadrageſimonono: Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit, ſed virginitatis coronis ſe deſpoliauit, magnis illis & arcanis bonis. [*Coronæ virginitatis magna & arcana bona.*] Cur non præmia, quæ poſt certamen eas maneant, recenſuit? vt in occurſum prodeant ſponſo, vt ſplendidas lucernas habituræ ſint, vt ſumma cum gloria ac fiducia regem in cubile comitentur, vt omnium proximè eius ſolium, & regios toros effulgeant. Sed de his nec leuiſſimè quidem meminit: vitæ miſeriarum vacuitatem ſurſum deorſùmque iactat. [*Cur Paulus non meminit coronæ virginum, ſed tantum vacuitatis moleſtiarū huius vitę.*] Corinthijs loquebatur, apud quos ſtatuerat nihil ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, & eum crucifixum: [*1. Cor. 2.*] quos vt ſpiritales alloqui non potuerat, & qui carnales eſſent adhuc, lacte aluiſſet: quibus etiam cùm hæc ſcriberet, vitio dabat, ne tum quidem adhuc poſſe, qui adhuc carnales eſſent, & humana paterentur. [*1. Cor. 3.*] Ideò à rebus terrenis, aſpectabilibus, ac ſub ſenſum ſubiectis, eos & ad virginitatē inſtigat, & à matrimonio abducit. At non Dominus noſter Ieſus Chriſtus idem facit, cùm de virginitate diſputat; ſed illic cæleſte regnum proponit. [*Chriſtus verò meminit.*] Sunt enim, inquit, qui ſeipſos propter regnum cæleſte caſtrarunt. [*Matth. 19.*]

17. CAPITE ſeptuageſimooctauo: Audi dicentem Chriſtum, Nec ducunt, nec ducuntur, ſed angelorum ſimiles ſunt in cælo. [*Lucæ 20.*] En diſcrimen, quò virginitas mortalem repentè attollit, modò ſi ea vera ſit.

18. CAPITE ſeptuageſimonono: Etenim quare, ſodes, ab angelis differebant Elias, Eliſæus, Ioannes, germani hi virginitatis amatores? Nulla, ni- [*Eliæ, Eliſæi & Ioannis virginitas.*]

Digitized by Google

Iidemq; angelis conferuntur. Lucæ 20.

la, niſi quòd mortali natura erant obſtricti: cætera, ſi quis accuratè inquirat, nihilo iis deteriùs affectos inueniet. atque hoc ipſum quo inferiores videbantur, valdè ad laudem facit. Nam in terra degentes, ac ſub mortalis naturæ neceſſitatem ſubiectos, ad eam virtutem euadere potuiſſe, vide quantæ fortitudinis, quantæ philoſophiæ erat. Ac virginitatem eos tales comparâſſe, hinc perſpicuum eſt. Quòd ſi enim coniuges atque liberos habuiſſent, non tam facilè deſerta habitâſſent, ædes, & reliquum vitæ apparatum neglexiſſent. Nunc iis omnibus vinculis ſoluti, in terra velut in cælo degentes agitabant, non parietibus, non tecto, non toro, non menſa, non alio id genus vllo indigentes: quin cælum pro tecto, humum pro toro, ſolitudinē pro menſa habebant, ac quæ res aliis famis auctor videatur, deſerti ſterilitas, ea ſanctis illis abundantiam præſtabat.

Virginitas eos euexit.

19. CAPITE octogeſimotertio: Quod initiò dicebam, & nunc repetam, non eundem à nobis atque ab illis virtutis modum exigi. ſiquidem nunc perfecto eſſe non licet, niſi omnibus venditis, niſi omnibus valere iuſſis, non opibus tantùm & ædibus, ſed anima etiam ſua. tum nondùm tantæ accurationis ſpecimen erat. Quid igitur, inquit, accuratiùs nunc Patriarcha viuimus? Deberemus certè, atque id iubemur, ſed non præſtamus.

Nō idem virtutis modus in veteri & nouo teſtamento.

20. IVDITH octauo: Erat autem Iudith relicta eius (Manaſſis) vidua iam annis tribus, & menſibus ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter ſabbata & neomenias, & feſta domus Iſrael.

21. CAPITE decimoquinto: Ioachim autem ſummus pontifex de Ieruſalem, venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum.

22. LVCAE ſecundo: Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua erat vſque ad annos octogintaquatuor: quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

1. D. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaprima ad Syricium Papam: Agreſtis vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſeruare, promiſcuè omnia velle confundere, diuerſorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cæleſtium remunerationum inducere, quaſi Chriſto vna ſit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant ſe iſta donare coniugio. Sed quæ poteſt laus eſſe coniugii, ſi nulla eſt virginitatis gloria? Neque verò nos negamus ſanctificatum à Chriſto eſſe coniugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in carne vna, & in vno ſpiritu. Sed prius eſt quod nati ſumus, quàm quod effecti, multóque præſtantius diuini operis myſterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor &c. vt in textu. Et in fine: Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingenioſum, quos ſanctitas tua damnauit, ſcias apud nos quoquè ſecundùm iudicium tuum eſſe damnatos.

Inter caſtitatis & meritorum gradus non diſcernere, agreſtis vlulatus eſt.

Geneſ. 2. Matth. 19.

Iouinianiſtæ damnati.

2. IDEM in epiſtola octogeſimaſecunda ad Eccleſiam Vercellenſem: Audio veniſſe ad vos Sarmationem & Barbatianum vaniloquos homines, qui dicunt nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æſtimari precio. Et poſt nonnulla: Quid autem loquar quanta ſit virginitatis gloria, quæ meruit à Chriſto eligi, vt eſſet etiam corporale Dei templum, in qua corporaliter (vt legimus) habitauit plenitudo diuinitatis? Virgo genuit mundi ſalutem, virgo peperit vitam vniuerſorū. Sola ergò non debet eſſe virginitas, quæ omnibus in Chriſto profuit? Virgo portauit, quē mundus iſte capere aut ſuſtinere non poteſt. Deniquè qua reuerētia virginitatis locutus eſt ſanctus Apoſtolus, &c. vt ſuprà, quæſtione prima D. teſtimonio primo.

Virginitatem deprimūt vaniloqui homines.

Virginitatis gloria.

3. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt ſuprà C. teſtimonio primo.

4. AMBROSIVS libro de viduis, vt ſuprà quæſtione prima, D. teſtimonio ſecundo.

5. IDEM in libro primo de virginibus: Inuitat nunc integritatis amor, & tu ſoror ſancta vel mutis tacita moribus, vt aliquid de virginitate dicamus: nè veluti tranſitu quodam præſtricta videatur, quæ principalis eſt virtus. Non enim ideò laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres faciat. Quis autem humano eam poſſit ingenio compræhendere, quam neq; natura ſuis incluſit legibus? Aut quis naturali voce complecti, quod ſupra vſum naturæ ſit? E cælo acceſſiuit, quod imitaretur in terris. Nec immeritò viuendi ſibi vſum &c. vt ſuprà quæſtione 2. B. 2. Dicet aliquis: Sed etiam Helias nullis corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur: Ideò ergò curru raptus ad cælum, ideò cum Domino apparet in gloria, ideò Dominici venturus eſt præcurſor aduentus. Et poſt nonnulla: Ego licèt laudationem non ſuſceperim virginitatis, ſed expreſſionem, ad rem tamen pertinere arbitror, vt quæ ſit ei patria, quis author, appareat. Ac priùs vbi ſit patria definiamus. Si enim ibi eſt patria, vbi genitale domicilium: in cælo profectò eſt patria caſtitatis. Itaque hîc aduena, ibi incola eſt. Quid autem eſt caſtitas virginalis, niſi expers contagionis integritas? Atque eius authorem quem poſſumus exiſtimare, niſi immaculatum Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas non eſt experta contagionem? Videte igitur quāta virginitatis merita ſint. Conferamus, ſi placet, bona mulierum cum vltimis virginum. Iactet licèt fœcundo ſe mulier nobilis partu: quo plùs generauerit, plùs laborat. Numerat ſolatia filiorum, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit, & plorat. Qualia ſunt vota quæ flentur? Et poſt pauca: Audîſtis parentes, quibus erudire virtutibus, quibus inſtituere diſciplinis filias debeatis, vt habere poſſitis quarum meritis veſtra delicta redimantur. Virgo Dei donum eſt, munus parentum, ſacerdotium caſtitatis. Virgo matris hoſtia eſt, cuius quotidiano ſacrificio vis diuina placatur. Non vtiquè diſſuadeo nuptias, ſi fructus ſacræ virginitatis enumero. Paucarum quippe hoc munus eſt, illud omnium. Nec poteſt eſſe virginitas, niſi habeat vndè naſcatur. Bona cum bonis comparo, quò faciliùs, quid præſtet, eluceat. Neque meam ſententiam affero, ſed eam repeto, quam edidit ſpiritus ſanctus per Prophetam: Melior eſt, inquit, ſterilitas cum virtute. Vobis virgines ſanctæ ſpeciale præſidium eſt, quæ intemerato pudore ſacrum Domini ſeruatis cubile. Neque mirum, ſi pro vobis angeli militant, quæ angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitas virginalis, quorum vitam meretur. Et quid pluribus exequar laudem caſtitatis? Caſtitas enim angelos fecit. Qui eam ſeruauit, angelus eſt: qui perdidit, diabolus.

Virginitas principalis eſt virtus.

4. Reg. 2. Helias virgo. Malach 4.

Virginitatis & caſtitatis patria in cælo eſt.

Virginalis caſtitas quid ſit.

Author eius eſt Dei filius.

Confert virginum felicitatem cū bonis coniugū.

Meritis filiarum virginū redimuntur parentum delicta.

Sap. 4.

Virginalis caſtitas meretur angelorum præſidium.

Caſtitas angelos fecit.

Nam

Digitized by Google

Matth. 22.

Nam de reſurrectione quid dicam, cuius præmia iam tenetis? In reſurrectione autem neque nubet, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli, inquit, in cælo. Quod nobis promittitur, vobis præſtò eſt, votorúmque noſtrorum vſus apud vos eſt. Dicet aliquis: Tu nobis quotidiè virginum canis laudes: quid faciam, qui eadem quotidiè cantito, & proficio nihil? Sed non mea culpa.

Ad Ambroſiũ confluebant virgines ex alijs prouincijs, vt ab eo velarentur.

Deniquè de Placentino ſacrandæ virgines veniunt, de Bononienſi veniunt, de Mauritania veniunt, vt hic velentur: magnam rem videtis: hic tracto, & alibì perſuadeo. Si ità eſt, alibì tractemus, vt vobis perſuadeamus. Quid, quòd etiam qui me non audiunt, ſequuntur: qui audiunt, non ſequuntur?

Cõtra parentes, qui filiabus in amplectẽdo virginitatis ſtatu obſiſtunt.

Nam pleraſque virgines cognoui velle, & prohiberi etiam prodire à matribus, & quod grauius eſt, viduis, cum quibus hic mihi ſermo eſt. Nempe ſi hominem amarent filiæ veſtræ, per legem poſſent eligere quem vellent.

Vide Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regulari. & monialib. cap. 18.

Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet? Contuemini quàm dulcis pudicitiæ fructus ſit, qui Barbaricis quoquè inoleuit affectibus. Ex vltimis infra vltràque Mauritaniæ partibus deductæ virgines hic ſacrari geſtiunt.

Laudat filias, quæ parentibus inuitis amplectuntur.

Bonum eſt, ſi virgini ſtudia parentum quaſi flabra pudoris adſpirent. Sed illud glorioſius, ſi teneræ ignis ætatis, etiam ſine veteribus nutrimentis ſponte ſe rapiat in fomitem caſtitatis. Dotem negabunt parentes? ſed habes diuitem ſponſum, cuius contenta theſauro, patriæ ſucceſſionis emolumenta non quæras. Quanto dotalibus præſtat compendijs caſta paupertas? Vince priùs puella pietatem. Si vincis domum, vincis & ſeculum.

Exemplũ de virgine nobili, quæ parentibus & amicis inuitis confugit ad altare, vt virgo conſecraretur.

Memoriæ noſtræ puella dudùm nobilis in ſeculo, nunc nobilior Deo, cùm vrgeretur ad nuptias à parentibus & propinquis, ad ſacroſanctum altare confugit. Quò enim meliùs virgo recurreret, quàm vbi ſacrificium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audaciæ. Stabat ad aram Dei pudoris hoſtia, victima caſtitatis: nunc capiti dexteram ſacerdotis imponens, precem poſcens, nunc iuſtæ impatiens moræ, ac ſummum altari ſubiectans verticem. Num meliùs, inquit, mater tu me quàm altare velabis, quod ſanctificat ipſa velamina? Plùs talis decet flammeus, in quo caput omnium Chriſtus quotidiè conſecratur. Quid agitis vos propinqui? quid exquirendis adhuc nuptijs ſolicitatis animum? Iam dudùm prouiſas habeo.

Sponſus Chriſtus.

Sponſum offertis? meliorem reperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, potentiam prædicate. Habeo eum cui nemo ſe comparet, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem: ſi non reperitis, non prouidetis mihi, ſed inuidetis. Silentibus cæteris, vnus abruptiùs: Quid ſi, inquit, pater tuus viueret, innuptam te manere pateretur? Tum illa maiori religione, moderatiore pietate: & ideò fortaſsè defecit, nè quis impedimentum poſſet afferre.

Nota vindictam Dei.

Quod ille reſponſum de patre, de ſe oraculum, maturo ſui probauit exitio. Ità cęteri eadem quiſque metuentes, fauere cœperunt qui impedire quærebant: nec diſpendium debitarum attulit virginitas facultatum, ſed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis præmium, parentes cauete offenſionis exemplum.

Virginitatis munus quodamodò inexplicabile.

6. ET libro ſecundo de virginibus: Superiore libro, quantum virginitatis munus ſit, euoluimus, (non enim potuimus explicare) vt per ſe cæleſtis gratia muneris inuitet legentem. Secundo libro virginem inſtitui decet, & tanquàm competentium præceptorum magiſterijs erudiri.

Virginitas venerabilis apud Gentiles.

7. LIBRO tertio de virginibus: At certè ipſis gentilibus inter aras & focos venerabilis ſolet eſſe virginitas: & in quibus nulla eſt meritorum pietas, nulla mentis integritas, in ijs tamen carnis virginitas prædicatur.

Contra eos qui prohibẽt virginitatem, aut impediũt virginitatis oblationem.

A prophanis igitur cæremonijs virgines nemo prohibebit, ab Eccleſia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur, quod non docentur: hic interdicitur, quod non licet non doceri. Illic præmijs reuocantur à nuptijs, hic ad nuptias coarctabuntur iniurijs? Illic violentia fit vt capiantur, hic fiet violentia nè profiteantur? Et poteſt eſſe patientia ſacerdotum, vt non vel morte oblata, ſi ità neceſsè eſt, integritatis ſacrificium vindicetur.

Ambroſius accuſatus fuit eò φ virginitatem ſuaderet.

Accuſati ſumus: & niſi fallor, accuſatores noſtri plerique de vobis ſunt. Horum ego affectus redarguere mâlo, quàm perſonas prodere. Criminis autem inuidia hæc eſt, quia ſuadeo caſtitatem. Qui hoc non libenter accipit, ipſe ſe prodit. Virginitatem, inquit, doces, & perſuades plurimis.

Reſponſio accommodata.

Vtinàm conuincerer, vtinàm tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam, ſi efficaciam recognoſcerem. Atque vtinàm me exemplis potiùs argueretis, quàm ſermonibus cæderetis. Sed vereor nè præuaricatores mihi appoſuiſſe videar, qui me alienis commendent laudibus. Initiatas, inquit, ſacris myſterijs, & conſecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinàm potuiſſem reuocare nupturas. Vtinàm poſſem flammeum nuptiale pio integritatis velamine mutare. An indignum videtur, vt ſacratæ virgines à ſacroſanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet ſponſum eligere, non licet Deum præferre?

Ad Sacerdotes pertinet virginitatis ſtudia prouocare.

In me ergò facti conditio mutatur, vt pro opprobrio mihi cedat, quod ſemper ſpectauit ad gratiã ſacerdotũ, iacere ſemina integritatis, & virginitatis ſtudia prouocare. Quæro enim, vtrùm quaſi improbum hoc, an quaſi nouum, an quaſi inutile reprehendatur?

Vita angelorum. Matth. 22. Lucæ 20.

Si quaſi improbũ, improba ergò vota ſunt omnium, improba vita eſt angelorum, quam gratia reſurrectionis imitatur. Qui enim non nubunt neque nubentur, erunt ſicut angeli in cælo: qui hoc vtiquè reprehendit, reſurrectionis vota condemnat. Itaque improbum videri non poteſt, quod hominibus pro præmio conſtitutum eſt. Nec poteſt eius rei ſpecies diſplicere, cuius veritas & in fructu eſt, & in voto.

Non eſt nouũ docere vel conſulere caſtitatem.

Sed eſto, non ſit improbum, nunquid nouum eſt? Nos enim noua omnia quæ Chriſtus non docuit, iure damnamus, quia fidelibus via Chriſtus eſt. Si igitur Chriſtus non docuit quod docemus, etiam nos id deteſtabile iudicamus.

Chriſtus conſuluit integritatem. Matth. 19.

Diſcutiamus ergò, vtrùm Chriſtus integritatem docuerit, an repudiandam putauerit. Et ſunt, inquit, ſpadones, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Eſt ergò præclara militia, quæ regno cęlorum militat. Itaque iam tunc Dominus docuit, eſſe debere intemerata ſtudia caſtitatis. Vndè & Apoſtoli eam cæteris præeminere cernentes, ſi ità eſt cauſa, aiunt, viri cum vxore, non expedit nubere. Quo dicto & grauiora iudicârunt onera vinculi coniugalis, & veræ integritatis gratiam prætulerunt. Sed Dominus qui ſciret prædicandam omnibus integritatem, imitandam paucis: Non omnes, inquit, capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. hoc eſt, non eſt communis plurimis, & vulgaris integritas: nec pro infirmitate permittitur, ſed pro virtute conceditur. Deniquè cùm dixiſſet, Et ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum: vt oſtenderet hoc non mediocris eſſe virtutis, Qui poteſt, inquit, capere, capiat.

Cur pueri benedicendi offeruntur poſt conſilium caſtitatis.

Et ideò poſt hoc verbum offeruntur pueri ad benedicendum, qui corruptelæ expertes, integritatis munus immaculata ætate ſeruarent. Taliũ enim eſt regnum cælorum, qui in puerilem caſtimoniam tanquàm in naturam infantium corruptelæ ignoratione remeauerint. Eſt ergò etiam cæleſti voce probata virginitas, Dominicisq; expetenda præceptis.

Virginum cõſecratione nõ minuitur genus humanũ.

Et poſt nonnulla: Si quis putat conſecratione virginum minui genus humanum, conſideret quia vbi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines:

Digitized by Google

vbi virginitatis ſtudia crebriora, ibi numerum quoquè hominum eſſe maiorem. Diſcite, quantas Alexandrina, totiuſq; Orientis & Africana eccleſia quotannis ſacrare conſueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quàm illic virgines conſecrantur. Aiunt etiam plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas. Neque ego abnuo, ſacerdotalis eſſe cautionis debere, vt non temerè puella veletur. Spectet planè, ſpectet ætatem ſacerdos, ſed fidei vel pudoris. Spectet & maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos caſtitatis. Tum deindè ſi matris tuta cuſtodia, comitum ſobria ſedulitas, ſi hæc præſtò ſunt, non deeſt virgini longæua canities. Si hæc deſunt, differatur puella moribus quàm annis adoleſcentior. Non ergò ætas reiicitur florentior, ſed animus examinatur. Et certè Teclam non ſenectus, ſed virtus probauit. Et hinc quid plura cõtexam, cùm omnis ætas habilis Deo, perfecta ſit Chriſto? Deniquè non virtutem ætatis appendicem dicimus, ſed virtutis ætatem. Nec mirere in adoleſcentulis profeſſionem, cùm legeris in paruulis paſſionem &c.

Multitudo ſacrarum virginum in Oriẽte, Aegypto, & Africa. *De ætate virginum quæ conſecrandæ ſunt & velandæ.* *Vide conciliũ Tridentinum ſeſſ. 25. de Regularibus & Monial. cap. 17.*

8. ITEM in exhortatione ad virgines, cùm citâſſet D. Paulum de virginitate, Eſaiam & Matthæum de eunuchis: Audîſtis, inquit, filiæ, quantum ſit præmium integritatis. Regnum acquirit, & regnum cęleſte, vitam angelorum exhibet. Hoc vobis ſuadeo, quo nihil pulchrius, vt inter homines angeli ſitis, qui nulla ſibi ligantur nuptiali copula. Quoniam quæ non nubunt, & vxores non ducũt, ſicut angeli in terris ſunt, vt tribulationem carnis non ſentiant, ſeruitutem ignorent, à mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mente intendant: vt tanquàm exuti corporis infirmitate, nõ quæ hominis ſunt, ſed quæ Dei ſunt, cogitent. Quis vobis poteſt melius conſilium dare, quàm ille vas Dominicæ electionis? Quid igitur dicat, percipite auribus: Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum. Et iterũ dicit de non nuptis & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic maneant ſicut & ego. Volo vos imitatrices eſſe tanti Apoſtoli, vt vitam eius ſequamini, qui coniugij vinculum refugit, vt vinctus eſſet Chriſti Ieſu. Non potuiſſet ad tantam Apoſtolatus ſui peruenire gratiam, ſi fuiſſet alligatus coniugij contubernio. Quòd ſi ille qui & doctrina præſtantiſſimus erat, & tantum Chriſti donum habebat, iudicauit tanti momenti eſſe, ſi abſtineret ab vſu copulæ coniugalis, & ideò ſic manſit, nè plurimum ſuo muneri decerperetur: quòd neque orationi vacare ſemper liceret, neque ſemper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret vt placere vxori eſſet neceſſè: quid vtiquè vos eligere oportet, quibus ſola virginitas poteſt libertatem dare? Quoniam quæ nupſerit, ad ſeruitutem pecunia ſua venditur.

1. Cor. 7. Eſaiæ 56. Matth. 19. *Inter homines angeli. Lucæ 20. 1. Cor. 7.* *1. Cor. 7.* *S. Pauli cælibatus.*

9. IN inſtitutione virginis, capite ſexto: Nulli Dominus vberiora quàm virginitati deputauit munera, ſicut ſcriptura nos docet. Sic enim per Eſaiam Dominus locutus eſt: Nè dicat ſpado &c.

Virginitati vberrima pmia deputata. Eſa. 56.

10. CAPITE decimoquinto: Chriſti lilia ſunt ſpecialiter ſacræ virgines, quarum eſt ſplendida & immaculata virginitas.

11. CAPITE decimoſeptimo: In virginibus ſacris angelorum vitam videmus in terris, quam in paradiſo quondàm amiſeramus. Hæc quoquè famula tua ad huiuſcemodi virtutis gratiam laceſſita, tuis aſſiſtit altaribus, non rutilanti cæſarie flauum deferẽs crinem, flammeo nuptiali dicatum: ſed illum crinem, quo euangelica illa mulier ſancta Maria pedes Chriſti ſedula pietate terſit, & domum totam effuſo impleuit vnguento, ſacro offerens velamine conſecrandum.

Angelorũ vita cernitur in virginibus. *Lucæ 7. Ioan. 12. Sacro velamine conſecrandum.*

12. IOANNES Damaſcenus libro quarto Orthodoxæ fidei, capite vigeſimoquinto: Virginitatem carnales homines inſectantur, & qui voluptati ſtudent, teſtimonij loco iſtud proferunt, Maledictus omnis, qui non ſuſcitat ſemen in Iſraël. Nos verò, Dei Verbi ex Virgine incarnati ope atque auxilio freti, hoc dicimus, virginitatem antiquitùs atque ab initio in hominum natura conſitam fuiſſe. Etenim homo ex terra virgine effictus eſt. Ex ſolo item Adamo Eua creata eſt. Virginitas etiam in paradiſo vigebat. Noë cùm arcam ingredi iuberetur, atque hoc ei munus imponeretur, vt mundi ſemina cuſtodiret, huiuſmodi iuſſum accepit: Ingredere, inquit, tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Quibus verbis eos ab vxoribus diſtraxit: vt caſtitatis adminiculo pelagus, atque vniuerſum illud mundi naufragium, effugerent. At verò compreſſo diluuio, Egredere, inquit, tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum. En rurſus quo pacto propagationis cauſa matrimonium permiſſum ſit. Elias deindè, ille inquam ignem ſpirans auriga, ac cælipeta, an non cælibatum amplexus eſt: eiúſque virtutem humana conditione præſtantior euectio comprobauit? Quis cælos clauſit? Quis mortuos ad vitam reuocauit? Quis Iordanem ſcidit? An non cælebs Elias? Quid ipſius diſcipulus Eliſeus? an non cùm eiuſdem virtutis ſpecimen edidiſſet, ſpiritus gratiam, quam duplam petiuerat, eſt conſecutus? Quid tres pueri? nónne cùm virginitatem coluiſſent, ignis ardorem ſuperârunt, id videlicet per virginitatem adepti, vt eorum corpora igne confici minimè poſſent? Nam quid de Daniele dicam, cuius corpus virginitate itá obduratum eſt, vt ferarum dentes ei infigi nequiuerint? Quid? an non cùm Deus ſui videndi copiam Iſraelitis facturus eſſet, hoc eis imperauit, vt corpus ab omni libidine purum continerent? An non ſacerdotes à rebus venereis priùs abſtinebant, atque itá demùm ad ſanctiorem templi partem ingrediebantur, ac victimas offerebant? An non deniquè Lex ingens votum caſtitatem nuncupauit? Virginitas enim angelorum munus eſt, ac peculiaris omnis incorporeæ naturæ nota. Nec verò hæc eò à nobis dicuntur, vt matrimonium ſuggillemus, abſit: (neque enim nos fugit, Dominum nuptias præſentia ſua benedixiſſe, atque alium quendam his verbis vſum eſſe, Honorabile connubium, & thorus immaculatus) verùm quia nuptijs, quanuis alioqui bonis, præſtantiorem eſſe virginitatem exploratum habemus. Etenim & in virtutibus, & in vitijs altiores atque inferiores gradus exiſtunt. Illud ſcimus, mortales omnes è matrimonio fluxiſſe: ſiquidem generis noſtri authores excipiamus. Nam illi virginitatis ſoboles, ac non matrimonij figmentum extiterunt. At cælibatus, angelorum, vt diximus, vitam imitatur. Ex quo fit, vt quantum angelus hominem antecellit, tantum virginitas quoquè matrimonio præſtet.

Contra Iouinianos. *Deut. 25.* *Virginitas deſupèr eſt.* *Geneſ. 1.* *Geneſ. 7.* *Geneſ. 8.* *4. Reg. 2.* *3. Reg. 17.* *4. Reg. 2. Elias & Eliſeus virgines ac cælibes.* *4. Reg. 2. Tres pueri virgines.* *Dan. 3.* *Daniel virgo.* *Dan. 6.* *Exod. 19.* *Exod. 28.* *Virginitas angelorum munus.* *Ioan. 2.* *Heb. 13.* *Virginitas matrimonio præſtantior.* *Cælibatus angelorum imitatio.*

13. ATHANASIVS de virginitate ſiue de meditatione: Si illi qui ſe mundo copulant, relinquuntq; patrem & matrem, mortalibus hominibus copulantur: quanto magìs virgo continens relinquere debet terreſtria omnia, & Domino ſoli agglutinari? A quo tempore ſtatuiſti Deo caſta eſſe, corpus tuum ſanctificatum, & templum Dei eſt. Et in fine: Magna virtus continentia, ingens gloriatio puritas, magna encomia virginis: ô virginitatis opulentia indeficiens, ô virginitas corona immarceſcibilis, ô virginitas templum Dei, & domicilium ſancti Spiritus: ô virginitas margarita ſpecioſa, vulgo inconſpicua, & quæ non niſi à paucis inuenitur: ô continentia amica Dei, & à Sanctis deprædicata: ô continentia apud multos odioſa, ſed apud dignos ſpectata: ô continentia mortem & infernum profligans, & quæ ab immortalitate poſſidetur: ô continentia gaudium Pro-

Virgo continẽs Domino ſoli agglutinari debet. *Continentiæ, caſtitatis & virginitatis laus.*

Digitized by Google

Angelorum vita & Sanctorum corona.

Prophetarum, & Apoſtolórum gloriatio: ô continentia, Angelorum vita, & Sanctorum corona: Beatus eſt qui te tenet, beatus qui obdurat in tolerantia, quoniam pauxillulùm fatigatus, multùm in te gaudebit.

Virginitas hominẽ incorruptibili Deo ſimilimum facit.

14. BASILIVS in libro de vera virginitate, in principio: Magnum reuerà quiddam ac præclarum, virginitas eſt: quæ (vt totum ſimul explicem) hominẽ incorruptibili Deo ſimilimum facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat: ſed cùm incorporalis animæ propria & præcipua ſit, eius precioſiſſima integritate corpora quoquè incorrupta ſeruantur. Et poſt libri medium: Virginitas vitam noſtram de corruptione ad ſanctitatis gloriam colligit. Præoccupârunt virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in reſurrectione continget, in ipſis Dei virtute perficiendum eſt: hîc enim angelorum inſtàr, neque nubent, neque nubentur: verùm & virtute animæ, & corporis integritate angelis æquales ſunt.

Virgines angelicam vitã amplectũtur.

Matth. 22. Lucæ, 20.

Virginitas nõ eſt præcepta.

Nuſquàm Dominus virginitatem inter veteris & noui teſtamenti mandata conſtituit. Voluit quippe eximiæ virtutis meritum non iuſſionis neceſſitati obnoxium fieri: ſed egregij ac ſingularis animi ſpecimen atque indicium eſſe, dum ſpõte ſua, nulla imperij neceſſitate cogente, quod mandata omnia excellit, & ſupra humanæ naturæ modum eſt, deſiderio affectúque virtutis efficeret. Coniugium quippe naturale eſt, vbi etiam lex conuenientia naturæ diſponit. Virginitas verò ſupergreſſa naturam, legis vinculis non tenetur adſtricta, quæ incorruptionis excellentem virtutem creatori & authori legis iure precioſi muneris offert.

Virginitas precioſiſſima omniũ eſt maximaque poſſeſſio, cui glorioſiſſima p̃mia ſunt repoſita.

Et poſt multa: Quocircà quoniam hæc integerrima caſtitas precioſiſſima omnium eſt, maximaꝗ poſſeſſio, hisꝗ qui hanc fuerint adepti, repoſita ſunt glorioſiſſima præmia, doctrinæ Domini obtemperantes, ea ratione ſabbatizare ſtudeamus, impollutamꝗ & ab omni macula intactam aſſiduè naturalem diuinæ effigiei ſeruemus pulchritudinem. Et Eſaiæ verba de eunuchis interpretatus, ait: Pro humano, inquit, nomine, angelorum immortalium eis nomen dabo, quod non deficiet, vt cælum & cæli pulcherrimam partem habeant ad immorandum, atque in cæli pulcherrima ſede, hoc eſt, in domo mea intra ſepta habitantes, non angelorum iam naturam tantùm, ac dignitatem perpetuæ ſucceſſionis accipiant, ipſi ſibi in æterna vita pro ſucceſſione generis ſufficientes, verùm & locum inter angelos habeant illuſtrem, atque inſigniſſimum, nomenꝗ pro eximiæ virtutis ſplendore indelebile.

Eſa. 56. Pręmiũ virginum in cælis.

15. GREGORIVS Naziãzenus in carmine de laude virginitatis:

Salue Virginitas, diuino tradita dono,
Mater inoffenſæ vitæ, bona maxima fundens,
Chriſti pars, & ſpiritibus ſociata ſupernis
Ignaris thalami. nam magnus coniugis expers
Eſt Deus, atꝗ Dei rutilans chorus omnipotentis.

Bona maxima fundit virginitas. Deus & angeli coniugij expertes.

Et pòſt:

Virginitas generi præclaro lumine fulſit,
Inſtabilẽ mundũ abrumpens, abruptaꝗ mundo:
Connubium tantum exuperans, & vincula vitæ,
Quantum animus carni præſtat, conuexaꝗ cæli
Regia tellurem ſuperat, quantoꝗ fugaci
Illud in æternum durans præſtantius æuum eſt,
Quanto mortali melior Deus.

Virginitas quanto excellentior coniugio.

16. AVGVSTINVS in libro de ſancta virginitate, capite ſecundo: Cùm ipſa igitur vniuerſa Eccleſia virgo ſit, deſponſata vni viro Chriſto, ſicut dicit Apoſtolus; quanto digna ſunt honore membra eius quæ hoc cuſtodiunt, etiam in ipſa carne, quod tota cuſtodit in fide, quæ imitatur matrem viri & Domini ſui? Proindè cùm Eccleſia vniuerſa ſit ſancta & corpore & ſpiritu, nec tamen vniuerſa ſit corpore virgo, ſed ſpiritu: quanto ſanctior eſt in his membris, vbi virgo eſt & corpore & ſpiritu? CAPITE quarto: Quomodò, inquit Maria, fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Quod profectò non diceret, niſi Deo virginem ſe antè vouiſſet. Virginitatem Deo dicauit, cùm adhuc quid eſſet conceptura neſciret: vt in terreno mortaliꝗ corpore, cæleſtis vitæ imitatio, voto fieret, non præcepto, amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi. Ità Chriſtus naſcendo de virgine, quæ antequàm ſciret, quis de illa fuerat naſciturus, virgo ſtatuerat permanere, virginitatem ſanctam approbare maluit, quàm imperare. Ac ſic etiam in ipſa fœmina, in qua formam ſerui accepit, virginitatem eſſe liberam voluit. CAPITE octauo: Nulla carnis fœcunditas ſanctæ virginitati etiam carnis comparari poteſt. Neque enim & ipſa quia virginitas eſt, ſed quia Deo dicata eſt, honoratur, quæ licèt in carne ſeruetur, ſpiritus tamẽ religione ac deuotione ſeruatur. Ac per hoc ſpiritalis eſt etiã virginitas corporis, quam fouet & ſeruat continentia pietatis.

2. Cor. 11. Inter Eccleſiæ membra dignitate præſtant virgines.

Lucæ 1. Virginitatem vouerat B. Maria.

Virginitas quà Deo dicata eſt, honoratur.

CAPITE vndecimo: Nec nos hoc in virginibus prędicamus, quòd virgines ſunt, ſed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines. CAPITE decimotertio: Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immúnitas, angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis: illa non eſt in poteſtate, illa non eſt in æternitate. Fœcunditatem carnalem non habet liberum arbitrium, pudicitiam coniugalem non habet cælum. Profectò habebunt magnum aliquid præter cæteros in illa communi immortalitate, qui habent aliquid iam non carnis in carne. Vndè mirabiliter deſipiunt, qui putant huius cõtinentiæ bonum non eſſe neceſſarium propter regnum cælorum, ſed propter præſens ſeculum: quòd ſcilicet coniugia terrenis curis pluribus atque arctioribus diſtenduntur, qua moleſtia virgines & continentes carent: quaſi ob hoc tantùm melius ſit nõ coniugari, vt huius temporis relaxẽtur anguſtiæ, non quòd in futurum ſeculũ aliquid proſit. Hanc vanam ſententiam nè cordis propria vanitate protuliſſe videantur, adhibent ex Apoſtolo teſtimonium, vbi ait, &c. Confutat autem poſteà Auguſtinus ex profeſſo hanc ſententiam capite vigeſimoſecundo, & ſequentibus: & contrarium probat ex ijs ſcripturæ verbis: Quomodò placeat Deo: Caſtrauerunt ſeipſos propter regnũ cælorum.

Virgines Deo dicatæ, potiſſimùm commendantur.

Virginalis integritas angelica portio eſt.

Præmiũ ſingulare.

Virginitas propter regnum cælorũ ſeruatur, non autem propter vacuitatem moleſtiarum tantùm huius vitæ.

Vana ſententia.

1. Cor. 7. Matth. 19. Eſa. 56.

CAPITE vigeſimoprimo: Nos ſecundùm ſcripturarum ſanctarum fidem ſanamꝗ doctrinam, nec peccatum eſſe dicimus nuptias, & earũ tamen bonum non ſolùm infra virginalem, verùm etiam infra vidualem continentiam conſtituimus: pręſentemꝗ neceſſitatem cõiugatorum, non quidem ad vitam æternam, verùm tamen ad excellentem gloriam & honorem, qui perpetuæ cõtinentiæ reſeruatur, impedire eorum meritum dicimus; neque hoc tempore, niſì eis qui ſe non cõtinent, nuptias expedire; & tribulationem carnis ex affectu carnali venientem, ſine quo nuptiæ incontinentium eſſe non poſſunt, nec tacere voluiſſe Apoſtolum vera præmonentẽ, nec pleniùs explicare hominum infirmitati parcentem.

Doctrina ſana de continentia virginum, viduarum & coniugum.

Nuptiæ non expediũt, niſi eis qui ſe nõ cõtinent. 1. Cor. 7.

CAPITE vigeſimoquarto: Itáne tanta dementia quiſquã eſt contrarius veritati, vt in carne factos eunuchos meliorem quàm coniugatos locum in domo Dei habere credat, & pio propoſito continentes, corpus vſꝗ ad contemptas nuptias caſtigantes, ſeipſos non in corpore, ſed in ipſa concupiſcentiæ radice caſtrantes, cæleſtem & angelicam vitam in terrena mortalitate meditantes, coniugatorum meritis pares eſſe contendat? CAPITE trigeſimoſexto: Reſpice agmina virginum, puerorum, puellarumꝗ ſanctarum: in Eccleſia tua eruditum eſt hoc genus, illic tibi à maternis vberibus pullulauit

Dementia eſt veritati contraria dicere, virgines & coniugatos meritis pares eſſe.

Innocentia virginum ſacrarum D. Auguſtini tempore.

uit, nomen tuum ad loquendum linguam ſoluit, nomen tuum velut lac infantiæ ſuæ ſuxit infuſum. Non poteſt quiſquam ex hoc numero dicere; Qui priùs fui blaſphemus & perſecutor & iniurioſus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quoniam ignorans feci in incredulitate: immò etiam quod non iuſſiſti, ſed tantummodò volentibus arripiendum propoſuiſti, dicens: Qui poteſt capere, capiat: arripuerunt, vouerunt, & propter regnum cælorum ſeipſos, non quia minatus es, ſed quia hortatus es, caſtrauerunt. CAPITE quadrageſimoquarto: Quis neſciat obedientem mulierem, inobedienti virgini præponendam? Sed cùm ambæ ſint obedientes præceptis Dei; ita'ne trepidabit ſanctam virginitatem etiam caſtis nuptijs, & continentiam præferre connubio; fructum centenum præire triceno? Immò verò non dubitet, hanc rem illi rei præponere. Hæc tamen vel hæc virgo obediens & Deum timens, illi vel illi mulieri obedienti & Deum timenti ſe anteferre non audeat: alioquin non erit humilis, & Deus ſuperbis reſiſtit. CAPITE quinquageſimoſexto, eóque vltimo: Pro modulo itaque noſtro & de ſanctitate qua Sanctimoniales propriè dicimini, & de humilitate qua conſeruatur quicquid magnum dicimini, ſatis locuti ſumus.

1. Tim. 1. *Matth. 19.* *Votum caſtitatis.* *An quæuis virgo cuiuis cõiugatę pręferenda ſit, quemadmodùm ſecurè præfertur virginitas caſtis etiam nuptijs.* *Matth. 13.* *Iacob. 4.* *Sanctimoniales à ſanctitate dictæ.*

17. FVLGENTIVS Ruſpenſis epiſcopus epiſtola tertia ad Probam, capite nono: Veruntamen vtriuſque rei congrua diſcretione momenta penſantes, tantum dicimus à ſanctis nuptijs, vbi nubunt qui ſe continere non poſſunt, ſanctam virginitatem merito potiore diſtare, quantum diſtantà bonis meliora, ab humilibus celſa, à terrenis cæleſtia, à beatis beatiora, à ſanctis ſanctiora, à mundis mundiora, à mortali connubio immortale connubium, à carne ſpiritus, ab infirmitate virtus, à fœtu tranſitītiæ prolis permãſuri germinis fructus, à tribulatione ſecuritas, à perturbatione tranquillitas, à bono quod eſt cum anguſtia momentaneum, melius, quod eſt cum lętitia ſempiternum.

Inter virginitatem & caſtas nuptias quãta ſit differentia.

18. ET capite decimo: Nec dubitamus dicere, tantum à ſancta virginitate carnis & ſpiritus, fidelium coniugatorum (licèt à Deo conceſſum) infirmæ mortaliſq; carnis huius diſtare cõcubitum, quantum ſimilitudo pecorum, ab imitatione diſcernitur angelorum.

19. HIERONYMVS epiſtola vigeſimaſecunda ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis capite octauo: Dicat aliquis: Et audes nuptijs detrahere, quæ à Deo benedictæ ſunt? Non eſt detrahere nuptijs, cùm illis virginitas antefertur. Nemo malum bono comparat. Glorientur & nuptę, cùm à virginibus ſint ſecundæ: Creſcite, ait, & multiplicamini, & replete terram. Creſcat, & multiplicetur ille, qui impleturus eſt terram. Tuum agmen in cælis eſt. Laudo nuptias, laudo coniugium: ſed quia mihi virgines generant, lego de ſpinis roſam, de terra aurum, de concha margaritum. De virginibus, inquit Apoſtolus, præceptum Domini non habeo. cur? quia & ipſe vt eſſet virgo, non fuit imperij, ſed propriæ voluntatis. Neque enim audiendi ſunt, qui eum vxorem habuiſſe confingunt: cùm de continentia diſſerens, & ſuadens perpetuam caſtitatem, intulerit: Volo omnes eſſe ſicut meipſum. Et infrà: Dico autem innuptis, & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Et in alio loco: Nunquid non habemus poteſtatem circunducendi mulieres, ſicut & cæteri Apoſtoli? Quare ergò non habet Domini de virginitate pręceptum? Quia maioris eſt mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia, ſi fuiſſet virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ: & duriſſimum erat contra naturam cogere, angelorumq; vitam ab hominibus extorquere, & id quodam modo damnare, quod cõditum eſt. ET capite nono: Alia fuit in veteri lege felicitas. ibi dicitur beatus, qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem. Et maledicta ſterilis, quæ non pariebat. Et filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Nunc eunuchis dicitur: Nè te lignum arbitreris aridum. Habes locum pro filijs & filiabus in cæleſtibus ſempiternum. Virgo Helias, Heliſęus virgo, virgines multi filij prophetarum. Statim vt filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit, vt, qui ab angelis adorabatur in cælo, haberet angelos in terris.

Non detrahit nuptijs, qui anteponit ijs virginitatem. *Geneſ. 1.* *1. Cor. 7.* *Paulus virgo.* *1. Cor. 9.* *Angelorum vita.* *Eſa. 31.* *Pſal. 127.* *Eſa. 56.* *Helias & Heliſæus cum multis filijs prophetarum virgines fuęre.*

20. ET libro primo contra Iouinianum, capite primo: Neque verò nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes, nuptijs detrahimus: nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti, omnem coitum ſpurcum putamus: qui non ſolùm nuptias, ſed cibos quoquè quos Deus creauit ad vtendum, damnat, & reprobat. Scimus in domo magna non ſolùm vaſa eſſe aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia: & ſuper fundamentum Chriſti, quod Paulus architectus poſuit, alios ædificare, aurum, argentum, lapides precioſos, alios è contrario fœnum, ligna, ſtipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & torum immaculatum. Legimus primam Dei ſententiam: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram: ſed ità nuptias recipimus, vt virginitatem, quæ de nuptijs naſcitur, præferamus. Nunquid argentum non erit argentum, ſi aurum argento precioſius eſt? aut arboris & ſegetis contumelia eſt, ſi radici & folijs, culmo & ariſtis, poma pręferantur & fructus? Vt poma ex arbore, frumentum à ſtipula, ità virginitas è nuptijs. Centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus, quanquàm de vna terra & de vna ſemente naſcatur, tamen multùm differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli ſe complexans oſculo & fœderãs, maritum pingit & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eò quòd in anguſtia & tribulatione ſunt poſitæ: vndè & ſuperiori digito deprimuntur: quantoq; maior eſt difficultas experte quondàm voluptatis illecebris abſtinere, tanto maius eſt præmium. Porrò centeſimus numerus, diligenter quæſo lector attende, de ſiniſtra transfertur ad dexteram, & eiſdem quidem digitis, ſed non eadem manu, quibus in læua nuptæ ſignificantur & viduæ, circulum faciens, exprimit virginitatis coronam.

Hieronymi ſententia de nuptijs & virginitate. *1. Tim. 4.* *2. Tim. 2.* *1. Cor. 3.* *Heb. 13.* *Geneſ. 1.* *Matth. 13.* *Per centeſimum fructũ virginitas, per ſexageſimum viduitas, per triceſimum verò coniugiũ ſignificatur.*

21. IDEM in apologia pro libris aduerſus Iouinianum ad Pammachium capite primo: Reprę hendunt me quidam, quòd in libris, quos aduerſùs Iouinianum ſcripſi, nimius fuerim vel in laude virginum, vel in ſuggillatione nuptiarum: & aiunt condemnationem quodam modo eſſe matrimonij, intantùm pudicitiam prædicare, vt nulla videatur inter vxorem & virginem comparatio derelinqui. Ego ſi benè problematis memini, inter Iouinianum & nos iſta cõtentio eſt, quòd ille exęquet virginitati nuptias, nos ſubijciamus: ille parùm, vel nihil, nos multũ intereſſe dicamus. Deniquè idcircò, te poſt Dominum faciente, damnatus eſt, quòd auſus ſit perpetuæ virginitati matrimonium comparare. Et paulò pòſt: Aurum virginitatem, argentum diximus matrimonium. centeſimum & ſexageſimũ & triceſimum fructum de vna terra expoſuimus, & de vna ſemente generari, licèt multùm differat in numero. & quiſquã tam iniquus lector erit, vt non ex meis dictis, ſed ex ſuo me ſenſu iudicet? Et certè multo clementiores erga coniugia fuimus, omnibus penè Latinis & Græcis tractatoribus: qui centeſimũ numerum ad martyres referunt, ſexageſimum ad virgines, triceſimum ad viduas, atque ità ſit iuxta illorum ſententiam, vt de bona terra, & de patrisfamiliâs ſemine excludantur mariti. ET capite octauo: Igitur hoc extrema voce proteſtor, me nec dãnãſſe nupti-

Purgat ſe Hieronymus. *Iouiniani & Hieronymi ſententię diſcrepantes de nuptijs & virginitate.* *Hieronymũ non damnãſſe nuptias.* *Matth. 13.* *Antiquiores patres minus tribuiſſe viſi ſunt nuptijs, quàm Hieronymus tribuit.* *Hieronymi proteſtatio.*

nuptias, nec damnare: reſpondiſſe aduerſario, non meorum inſidias formidâſſe. Quando aliquid tibi aſperum videtur in noſtro opuſculo, nō ad mea verba reſpicias, ſed ad ſcripturam, vndè mea tracta ſunt verba. Chriſtus virgo, virgo Maria, vtriuſque ſexûs virginitatem dedicauêre. Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes: Epiſcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici.

Ex ſcriptura hauſit virginitatis commēdationem tantam. *Continentia Apoſtolorum & Clericorū.*

22. IGNATIVS in epiſtola ad Philadelphienſes: Virgines, ſolùm Chriſtum præ oculis habete, &c. Vtinàm fruar veſtra ſanctitate, ſicut Heliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedec, Heliſæi, Hieremiæ, Ioannis Baptiſtæ, dilecti illius diſcipuli, ſicut Timothei, Titi, Euodij, Clementis, qui in caſtitate de vita exiêrunt.

Virgines veteris & noui teſtamenti.

23. CYPRIANVS in libro de diſciplina & bono pudicitiæ: Pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, vinculum pudoris, fons caſtitatis, pax domus, concordię caput. Hæc nos cōmendat Domino, connectit Chriſto: hæc expugnat omnia de membris illicita deſideriorum prælia, pacem noſtris corporibus inducit: beata ipſa, & beatos efficiens apud quoſcunque habitare dignatur. Sed enim pudicitia locum primum in virginibus tenet, ſecundum in continentibus, tertium in matrimonijs. Et poſt pauca: Virginitas æquat ſe angelis: ſi verò exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata, victoriam etiam contra naturam refert, quam non habent angeli. Virginitas quid aliud eſt, quàm futuræ vitæ glorioſa meditatio? Virginitas neutri ſexus eſt: virginitas eſt perſeuerans infantia: virginitas eſt voluptatum triumphus: virginitas filios non habet, ſed quod plus eſt, filiorū contemptum habet: non habet fœcunditatem, ſed non habet orbitatem. Et ſub finem: Nihil animum fidelem ſic delectat, quàm integra immaculati pudoris conſcientia. Voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima: nec vlla maior eſt victoria, quàm ea quę de cupiditatibus refertur. Qui hoſtem vicit, fortior fuit, ſed altero: qui libidinem repreſſit, ſeipſo fortior fuit: qui inimicum proſtrauit, externum hoſtem percuſſit: qui cupiditatem depreſſit, hoſtem domeſticum ſuperauit. Malum omne faciliùs vincitur, quàm voluptas: quia illud quicquid eſt, horridum eſt: hoc blandum eſt.

Triplex caſtitas. *Virginitatis laus.* *Victoria virginum.*

24. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite quadrageſimo: A Deo datur continentia, ſed petite, inquit, & accipietis. Tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulſatur. Prælatam virginitatem eſſe nuptiarum coniugio. Illud enim bonum, hoc optimum. Coniugium conceſſum eſt, virginitas admonita tantùm, non iuſſa. Sed ideò tantùm admonita, quia nimìs excelſa: Geminum eſt bonum virginitas, quia & in hoc mundo ſolicitudinem ſeculi adimit, & in futuro æternum caſtitatis præmium percipit. Virgines feliciores ſunt in vita æterna, Eſaia teſtante: Hæc dicit Dominus eunuchis: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: & nomen melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis quod non peribit. Nec dubium, quòd qui caſti perſeuerant & virgines, Angelis Dei efficiuntur æquales. Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cuius deguſtata delectatio dulcior inuenitur, quàm carnis. Caſtitas enim fructus ſuauitatis eſt, & pulchritudo inuiolata ſanctorum. Caſtitas ſecuritas mentis eſt, & ſanitas corporis: vndè & aliquos gentilium gymnicos legimus perpetuam Veneris abſtinentiam exercuiſſe, nè virtutem libidine frangerent. Luxurioſa nanque vita carnem citò debilitat, fractámque celeriter ducit ad ſenectutem. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris ſanitatem: Virginitas autem ſi labitur, nullatenùs reparatur. Nam quanuìs pœnitendo veniæ fructum percipiat, incorruptionem tamen nullatenùs recipit priſtinam.

Vndè & quomodò obtineatur continentia. *Virginitas præſtat nuptijs.* *Virginitatis & caſtitatis commendatio.* *Eſaiæ 56.* *Angelis ęquales efficit. Matth. 22. Lucæ 20.*

1. E. BASILIVS Magnus in pręfatione in Aſcetica (alijs eſt ſermo primus exercitamentorū pietatis) ſic ait: Non te vlla impediat, illigetq́ue de coniuge cupiditas: non de filijs ſolicitudo, quando alienum hoc eſt penitùs à cæleſtis militiæ diſciplina. Siquidem arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo. Corporis te natura nō vincit, neque vim affert inuito: Non te de ſoluto conſtrictum facit. Non enim tu id quæris, vt ſobolem in terris relinquas, ſed vt in cælum ſursùm educas: non vt attingentibus te corpus connubijs adglutines, ſed vt quæ ſpiritui conuenientia ſunt, perſequare: vt animabus videlicet præſis, & ſpiritualiter liberos gignas. Imitare ſponſum cæleſtem: inſurgentes aduersùm te crebrò inuiſibiles hoſtes in fugam dato: bellum cum poteſtatibus illis ac principatibus gerito: ſtudetóque vt eos ex animo primùm expellas tuo, neque omninò illis quicquam ſit apud te loci.

Propoſitum eorū qui caſtitatē & cælibatum amplecti volunt.

2. IDEM in Conſtitutionibus Monaſticis, capite primo (ſecundùm alios in præfatione Conſtitutionum exercitatoriarum) ità ait: Qui à mundi vinculis eſſe liber gliſcit, hic coniugium veluti compedes quaſdam profugit, & Deo vitam ſuam conſecrauit, & caſtitatem profeſſus eſt, ea re, nè ſibi ampliùs liberum eſſet vxorem ducere, ſed aſſiduè vſque pro tenenda caſtitate aduersùs naturam decertaret, & naturæ impetus illos, qui omnium habentur acerrimi. Qui enim eiuſmodi eſt, hic cùm Deum vnicè ſibi amandum propoſuerit, & eius ab omnibus perturbationibus vacuitatem aliquatenùs ſaltem, quantùm poſſit, cupiat conſequi, & ſpiritualem puritatem, tranquillitatemq́ue mentis & ab omni intemperie ſubmotam placiditatem, & quæ ex his naſcuntur, lætitiam & gaudium optet deguſtare, in eo elaborat, vt ab omni concretione materiæ, corporaliq́ue affectione animum turbulenter exagitante, longiſſimè cogitationes abducat ſuas, & cæleſti lumine citra vllam ſatietatem largiter hauſto, puro, neque vmbra vlla præpedito mentis oculo res diuinas vndiquè contemplatur. Is autem vbi ad huiuſmodi habitū, ſtatumq́ue hoc modo animum ſuum iugi exercitio deduxerit: Deo, quatenùs Dei ſimilitudinem mortalis poteſt attingere, ſimilis efficitur, ab eóque ſummè & diligitur, & charus cum primis habetur: vt qui factu difficilimum certamen confecerit, & mente ab omni penitùs materiæ contagione ac corporea labe expedita, atque pura affectionum iſtarum effecta, familiariter cum Deo congredi potuerit. Proindè qui per eam, quam dixi, exercitationem, ad huiuſmodi habitum peruenerit, hic flagitioſiſſimè ac pernicioſiſſimè fecerit, ſi voluptatum blanditijs delinitus, ad carnis vitia denuò delabatur, & ſi ſuſcipiendis quæ indè ſursùm aſcendunt exhalationibus animi oculos ſibi velutì craſſiſſima quadam nebula offuſos eſſe patiatur, vellicatáque ab libidinum fumo mentis acie, excidat à contemplatione rerum diuinarum.

Caſtitatē profeſſus quid ſibi propoſitū habeat. *Ad Dei ſimilitudinē perducit perfecta caſtitas.* *De ijs qui ad carnis vitia relabuntur.*

3. CASSIANVS in collatione duodecima, quæ eſt Abbatis Cheremonis, capite quarto: Certos tamen eſſe nos conuenit, quòd licèt omnem continentiæ diſtrictionem, famem ſcilicet ac ſitim, vigilias quoquè & operis iugitatem, atque inceſſabile ſubeamus ſtudium lectionis, perpetuam tamen caſtimoniæ puritatem horum laborum merito contingere nequeamus, niſi in his iugiter deſudantes, experientiæ magiſterio doceamur incorruptionem eius diuinæ gratiæ largitate concedi. Ob hoc ſanè ſolummodò ſe vnuſquiſque infatigabiliter in his exercitijs perdurare debere cognoſcat, vt per illorum afflictionem miſericordiam Domini conſecutus, de impugnatione carnis ac dominatione præpotentium

Caſtitas perfecta an ſolis operibus cōparati poſſit.

vitiorum diuino mereatur munere liberari, non quo adepturum ſe per illa confidat iſtam quam cupit, inuiolatam corporis caſtitatem. Tanto autem erga acquiſitionem caſtimoniç deſiderio atque amore inflammetur, quanto quis pecuniarum cupidiſſimus appetitor, vel qui ſumma honorum ambitione diſtenditur, vel qui intolerabili pulchræ mulieris amore raptatur, deſiderium ſuum impatientiſſimo ardore optat expleri.

Deſiderium acquirendæ caſtitatis.

4. ET capite ſeptimo: Primus pudicitiç gradus eſt, nè vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus, nè mens illius voluptarijs cogitationibus immoretur. Tertius, nè fœmineo nec tenuiter ad concupiſcentiam moueatur aſpectu. Quartus, nè vigilans vel ſimplicem carnis perferat motum. Quintus, nè cùm memoriam generationis humanæ, vel tractatûs ratio, vel neceſſitas lectionis ingeſſerit, ſubtiliſſimus mẽtem voluptariæ actionis perſtringat aſſenſus, ſed velut opus quoddam ſimplex ac miniſterium humano generi neceſſariò contributum, tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu, nihilque ampliùs de eius recordatione concipiat, quàm ſi operationem laterum vel cuiuslibet alterius officinæ mente pertractet. Sextus caſtimoniæ gradus eſt, nè illecebroſis phantaſmatibus fœminarũ vel dormiens illudatur.

Caſtitatis gradus ſex.

5. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo, vt ſuprà C. teſtimonio primo.

6. BASILIVS Magnus homilia in pſalmum quadrageſimumquartum: Audiant hæc quæ virginitatem Domino vouerunt, quòd virgines regi adducentur, virgines planè quæ proximę ſunt Eccleſiæ, nempe ponè ipſam aſſectantes, nuſquàm aberrantes ab Eccleſiaſtica diſciplina. Hæ porrò virgines in lætitia & exultatione adducentur, ducentur in templum regis. Non quæ virginitatis voto ſe ſubſtrauerunt vi adactæ, non item quæ ex triſtitia aut neceſſitate vitæ virginalis ſanctimoniam ſuſceperunt: ſed quæ in lætitia & exultatione gaudent, & ſe exhilarant, tali officio perficiundæ virtutis addictæ: hæ demùm adducentur regi, & adducentur, non in vnum plebeium & vulgarem locum, ſed in templum regis. Vaſa nanque ſacerdotalia, quæ humanus vſus non commaculauit, in ſancta ſanctorum adducentur, & ad adyta accedendi poteſtatem habebunt, vbi contaminati pedes non ambulabunt.

Pſal. 44.

Votum virginitatis liberè nuncupari debet.

Singularis virginum locus in cælo.

V.

Quomodò conſilium Euangelicum de Obedientia nobis proponitur?

De Obedientiç laude & perfectione vide Auguſt lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 12. Hieron. epiſt. 8. ad Demetriad. cap. 10. Gregor. lib. 35. moral. cap. 12. Item in primum Regum lib. 2. cap. 4. lib. 4 cap. 5. & lib. 6. cap. 2. Caſſ. lib. 4. cap. 10. collat. 2. cap. 11. & collat. 4. cap. 20. Bernard. in ſermone de 3. ordinibus Eccleſiæ. Item ad milites templi, cap. 13. & in ſer. de virtute obed.

A. CHRISTVS Dominus primùm exemplo vitæ ſanctiſſimæ, ſicut antè meminimus, deindè verbo ſuo huius Obedientiæ rationem perfectam nobis propoſuit atque commendauit. Venit enim non ſuam [a] facere voluntatem, ſed Patris, & eorum quibus fuiſſe [b] ſubditus legitur: venit idem [c] miniſtrare, & non miniſtrari, adeò vt humiliârit ſemetipſum, factus [d] obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.

a Ioan. 6. d 4. e 5 e
b Lucæ 1. g Bernard. ſermone 3. de circumciſione Domini.
c Matth. 20. d Lucæ 22. e
d Philip. 2. b

B. Tum ad ſuî imitationem nos verbo excitans, dixit: [e] *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quæ verba, vt generatìm ad omnes dicta, rectè quidem poſſunt accipi, ſed peculiariter tamen atque perfectiùs ad eos pertinent, qui pro ſuo modulo ſe Chriſto ità conformant, vt nulla in re ſui eſſe iuris velint, & alieno potiùs, quàm ſuo arbitratu viuere ſatagunt, dum alterius, quem Chriſti loco ſibi præpoſuerunt, voluntatem & imperium vltrò ſequuntur.

e Matth. 16. d Lucæ 9. e Hierony. ad Ruſticum monachum epiſtola 4. cap. 6. & 7. Baſil. in ſermone de abdicatione rerum, & in ſermone de inſtitutione monachorum, & quæſtio. 96. in regulis breuioribus. Item in conſtitutionibus monaſticis, cap. 23. Gregor. lib. 32. moral. cap. 21. Nicephor. lib. 11. eccleſiaſt. hiſtor. cap. 37.

C. Horum præfectus, vtì Baſilius [f] docet, Chriſti perſonam obtinet, ac velutì mediator Dei & hominum factus, ſalutem obedientium, Deo ſacrificat. Vndè quemadmodùm oues paſtori obediunt, ea pergentes via, qua paſtor ipſas duxerit: ità conuenit huiuſmodi pietatis exercitatores ſuis obedire præfectis, non curioſè inueſtigando præcepta, vbì à peccato aliena fuerint, ſed cum omni alacritate ac ſtudio explendo ea quæ demandantur. De quo præfecto ſic etiam poſt Baſilium Bernardus [g] affirmat: Ipſum quem pro Deo habemus, tanquàm Deum in his, quæ non ſunt apertè contra Deum, audire debemus.

f Baſilius in conſtitutionibus monaſticis, cap. 23. 1. Reg. 15. e Eccles 4. d Lucæ 10. c Epheſ. 6. a Coloſſ. 3. d

g Bernardus in tractatu de præcepto & diſpenſatione cap. 12. 13. & 23. Vide eundem in epiſt. 2. ad Adam monachum.

D. Huiuſmodi [h] autem fideles & excellentes Chriſti imitatores, qui dictis conſilijs obſeruandis ſeriò vacarent, vtì veteres oſtendunt annales, Eccleſia ſemper habuit, & in his delectos probatoſque cœtus piorum ac reli-

h Philo in lib. de vita contemplatiua, & ex eodem Euſeb. & Niceph. Ioſephus lib. 18 antiquit. cap. 2. & lib. 2. de bello Iudaico cap. 7. Epiphan. hæreſi 29. Hieron. epiſt. 22. ad Euſtoch. de cuſtod. virginit. cap. 15. & 16. Item de viris illuſtrib. in Philone & Marco. Dionyſius de eccleſiaſtica hierarchia, cap. 6. Euſebius lib. 1. de demonſtratione euang.

Digitized by Google

religioſorum hominum, qui ſupra vulgi morem ac exemplum, abdicatis ſemel bonis omnibus & relictis carnis illecebris, ex profeſſo ſtuderent ſanctæ obedientiæ: eò videlicet ſpectantes, vt ad Chriſti obedientis exemplar, & ad Euangelicæ normę perfectionem ſeſe totos componerent, nullumque propriæ voluntati locum relinquerent.

cap.8. Auguſt. in pſal. 132. & de morib. eccle. cath. cap 31. & 33. Item lib. 8 confeſſ. cap. 6. Amb. epiſt. 82. Caſſ. collat. 18. c. 4. & ſequentib. Nazianz. orat. 20. Athan. in vita Antonij. Sulpit. in vita Martini. Iſido. lib. 2. de eccl. offic cap. 15. Sozom. lib. 1. hiſt. cap. 12. Gregor. lib. 2. dial. & lib. 1 epiſt. 33. Chryſo. aduersùs vitup. monaſt. vitæ, & hom. 5. ad pop. cum ſequentib. Item hom. 41. in 1 ad Tim. Bernar. in apol. ad Guil. Abb. & hom. de bonis mang.

E. Cuius rei teſtes perquàm idoneos habemus Baſilium, Auguſtinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Caſſianum, Bernardum, aliosque innumeros Euangelicæ perfectionis profeſſores, & monaſtici inſtituti tum defenſores, tum obſeruatores integerrimos.

TESTIMONIA.

Obedientia mater eſt & cuſtos virtutum omniũ.

1. A. AVGVSTINVS libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite duodecimo: Obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodò eſt omnium cuſtosq́ꝫ virtutum.

Obedire maioribus.

2. HIERONYMVS epiſtola octaua ad Demetriadem de ſeruanda virginitate, capite decimo: Bonum eſt obedire maioribus, parére præfectis, & poſt regulas ſcripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere, nec præceptore vti peſſimo, ſcilicet præſumptione ſua.

Obedientiæ dignitas. 1. Reg. 15.

3. GREGORIVS Magnus libro trigeſimoquinto Moralium in Iob, capite duodecimo: Sola virtus eſt obedientia, quæ virtutes cęteras menti inſerit, inſertáſque cuſtodit. Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur.

Obedientia cæca.

4. ITEM in librum primum Regum, libro ſecundo, capite quarto: Vera Obedientia nec præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit: quia qui omne vitæ ſuæ iudicium maiori ſubdidit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur, operatur. Neſcit enim iudicare, quiſquis perfectè didicerit obedire.

Obediẽtia nõ impugnantur tantùm, ſed etiam vincũtur dęmones.

5. ET libro quarto, capite quinto: Victimę ſunt obſequia obedientium, quia cùm hominibus pro Deo ſubijcimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus. Cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergò ſunt qui obediunt: quia dum voluntatem ſuam alijs perfectè ſubijciunt, ipſi lapſis per obedientiam angelis dominantur.

Inobedientię vitium.

6. LIBRO ſexto in eundem primum librum Regum, capite ſecundo: Inobedientes dum tumenti corde Maiorum iuſſa non faciũt, cùm meliorare, quod eis iniungitur, conantur, ſua opera Deo offerre dum cupiunt, ſemetipſos tollunt. Nam per alias virtutes noſtra ei impendimus, per obedientiam noſmetipſos exhibemus. Omnia bona opera poſtponenda ſunt his bonis quæ iubentur. Melior eſt obedientia quàm victimæ &c. Quia longè altioris meriti eſt, propriam voluntatem alienæ ſemper voluntati ſubijcere, quàm magnis ieiunijs corpus atterere: aut per compunctionem ſe in ſecretiori ſacrificio mactare: quia qui perfectè voluntatem præceptoris ſui implere didicit, in cæleſti regno & abſtinentibus & flentibus excellit.

Obedientiæ poſtponenda alia opera bona.

Obediẽtia perfecta antiquorum monachorum & religioſorũ.

7. CASSIANVS libro quarto de inſtitutis cœnobiorum, capite decimo, loquens de Tabenenſiotarum monachorum, in Thebaide commorantium, obedientia: Poſt hæc tanta (inquit) obſeruantia obedientiæ regula cuſtoditur, vt iuniores abſque præpoſiti ſui ſcientia vel permiſſu non ſolùm non audeant cellam progredi, ſed ne ipſi quidem communi ac naturali neceſſitati ſatisfacere ſua authoritate præſumant. Sicq́ꝫ vniuerſa complere, quæcunque fuerint ab eo præcepta, tanquàm ſi à Deo ſint cælitùs edita, ſine vlla diſcuſſione feſtinant; vt nonnunquàm etiam impoſſibilia ſibimet imperata, ea fide ac deuotione ſuſcipiant, vt tota virtute ac ſine vlla cordis hæſitatione perficere ea aut conſummare nitantur; & nec impoſſibilitatem quidem præcepti pro ſenioris ſui reuerentia metiantur. De quorum obedientia ſpeciatìm nunc dicere prætermitto. Exemplis enim eam ipſis paulò pòſt tradere ſuo loco diſponimus.

Vide cap. 24. & ſequentia eiuſdẽ lib. 4.

8. ITEM in Collatione ſecunda, quæ eſt Abbatis Moyſis, capite vndecimo: Hoc igitur modo ad ſcientiam diſcretionis veræ peruenire facilimè poterimus, vt ſeniorum veſtigia ſubſequentes, neque agere quicquam noui, neq; diſcernere noſtro iudicio præſumamus; ſed quemadmodùm nos vel traditio illorum, vel vitæ probitas informârit, in omnibus gradiamur. Qua inſtitutione firmatus, non modò ad perfectam diſcretionis rationem quiſque perueniet, verumetiam à cunctis inſidijs inimici tutiſſimus permanebit. Nullo nanque alio vitio tam præcipitem diabolus monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quàm cùm eum neglectis conſilijs ſeniorum, in ſuo iudicio perſuaſerit ac definitione doctrináve confidere.

Diſcretionẽ veram parandi ratio.

Iudicij proprij abnegatio quàm ſit Religioſo neceſſaria.

9. COLLATIONE quarta, quæ eſt Danielis Abbatis, capite vigeſimo: Vnum ſanè atque idem inobedientiæ genus eſt, vel propter operationis inſtantiam, vel propter ocij deſiderium, ſenioris violare mandatum; tamq́ꝫ diſpendioſum eſt pro ſomno, quàm pro vigilantia monaſterij ſtatuta conuellere. Tantum deniquè eſt, Abbatis tranſire præceptum vt legas, quantum ſi contemnas vt dormias.

Neque in ſpiritualibus & pijs operibus diſcedendum eſt à volũtate Superiorum.

10. BERNARDVS in ſermone de tribus ordinibus Eccleſiæ, ad patres in Capitulo facto: Quiſquis vel apertè vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate, hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blandiatur. Neque enim in ea re ipſe prælato, ſed magìs ei prælatùs obedit.

Voluntas ſubditi, voluntati Superioris ſubiecta & conformis eſſe debet.

11. IN ſermone ad milites templi, capite decimotertio: Sanè non omninò debeo tranſire ſilenter domum obedientiæ, Bethaniam videlicet, caſtellum Mariæ & Marthæ, in quo Lazarus eſt reſuſcitatus, vbi nimirùm & vtriuſque vitæ figura, & Dei erga peccatores mira clementia, nec non & virtus obedientiæ vnà cum fructibus pœnitentiæ commendatur. Hoc ergò in loco breuiter intimatum ſufficiat, quòd quidem nec ſtudium bonæ actionis, nec ocium ſanctæ contemplationis, nec lachryma pœnitentis, extra Bethaniam accepta eſſe poterunt illi, qui tantam habuit obedientiam, vt vitam, quàm ipſam, perdere maluerit, factus obediens patri vſque ad mortem.

Ioan. 11. & 12.

Sine obedientia nihil acceptum Chriſto.

12. ITEM ſermone de virtute obedientiæ, & eius gradibus: Inter ſummè mala & ſummè bona, quædam media ſunt, ad alterutrum ſe habentia,

& bo-

Digitized by Google

Circa quas actiones verſetur potiſſimum obedientia quę præſtatur homini

& boni maliq́ue nomen aſſumunt. Media ſunt, ambulare, ſedere, loqui, tacere, comedere, ieiunare, vigilare, dormire, & ſi qua ſunt ſimilia: quæ ſi paſtoris licentia fiant, ſummam expectant retributionem. In his igitur medijs ſubditi eſſe & obedientes debemus ad nutum præpoſitorum, nihil interrogantes, propter conſcientiam: quia in his nullum præfixit opus Deus, ſed prælatorum dereliquit imperio diſponenda. Non autem te moueat magiſter imperitus, indiſcreta poteſtas, ſed memento quia non eſt poteſtas niſi à Deo: & qui reſiſtit poteſtati, reſiſtit Dei ordinationi.

Rom. 13.

Hæc eſt propria hominis obedientia, quam homini debemus, qui homini ſubditi ſumus. Communis eſt etiam iſta inter Deum & hominē, quia quicquid obedientiæ prælatis exhibetur, ei exhibetur qui dicit: Qui vos audit, me audit.

Lucæ 10.

Cum magna igitur cautela hoc tramite dicimus incedendum: quia & multi gradus ibidèm deliteſcunt, quorum qui vnū reliquerit, cæteros ſine retributione tenebit.

Obedientiæ gradus.

Primus.

Primus gradus obedientiæ eſt, obedire libenter. Hoc eſt libenter obedire, prælatorum volūtatem voluntariè adimplere.

Secundus.

Prouer. 10.

Secundus obedientiæ gradus eſt, obtēperare ſimpliciter. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Multos videmus poſt præcipientis imperium multas facere quæſtiones: cur, quare, quamobrem, ſæpiùs interrogare: crebras ingeminare querelas: quærere, quare hoc præcipit, vndè hoc venit, quis hoc adinuenit conſilium. Indè murmuratio, indè verba murmurationem & indignationem ſonantia, & redolentia amaritudinem. Indè frequens excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, aduocatio amicorum.

Gen. 12. 22.

Pſal. 71.

Non ſic Abraham. Audi quid Dominus de ſimplici populo proteſtetur: In auditu (inquit) auris obediuit mihi, vt videlicet oſtēderet vno eodemq́ momento proceſſiſſe & imperantis imperium, & obſequium obſequentis.

Tertius.

2. Cor. 9.

Tertius gradus eſt, hilariter obedire. Hilarem enim datorē diligit Deus. Non ex triſtitia (inquit Apoſtolus) aut ex neceſſitate. Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multùm colorant obedientiam obſequentis.

Quartus.

Quartus gradus eſt, obſecūdare velociter. Fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinū, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguā voci, manus operi, itineri pedes, totum ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem.

Quintus.

Pſal. 30.

Quintus gradus eſt, adimplere viriliter. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

Sextus & Septimus.

Matth. 10. & 24.

Sextus gradus eſt, humiliter obedire. Septimus gradus eſt, indeſinenter obtemperare. Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit, ſaluus erit.

Perſeuerantiæ laus.

Incipere, multorum eſt: perſeuerare, paucorum. Perſeuerantia, ſingularis eſt filia ſummi regis, virtutum fructus, earumq́ conſummatio, totius boni repoſitorium, virtus ſine qua nemo videbit Deum, nec à Deo videbitur. Sola eſt quæ amatorem obedientiæ ad regis cubiculum introducit, vt eum videat in decore ſuo, in quem deſiderant angeli proſpicere.

13. IOANNIS ſexto, vt ſuprà quæſtione ſecunda, B. in textu.

14. ET capite quarto, ibidèm teſtimonio decimotertio.

15. CAPITE quinto, ibidèm teſtimonio decimoquarto.

16. LVCAE ſecundo, ibidèm teſtimo. ſeptimo.

17. BERNARDVS ſermone tertio de circunciſione Domini: Cùm eligit homo eſſe in congregatione multorum, nunquid eliget eſſe magiſter, qui nondùm diſcipulus fuit, & docere quod didicit nunquàm?

Obediendum exemplo Chriſti.

Pſal. 63.

Eligit abiectus eſſe in domo Dei ſui, & ſubiectus eſſe magiſtro, ſub quo frangatur eius voluntas, & obedientiæ freno concupiſcentia reprimatur: fiatq́ quod ait propheta: Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Nec dedignandum ſeruo, quod præceſſit in Domino. Siquidem non eſt ſeruus maior domino ſuo.

Ioan. 13.

Luc. 2.

Ille enim cùm iam creuiſſet ætate & ſapientia, & gratia apud Deum & homines: cùm iam duodecim annorum eſſet, & remanſiſſet in Hieruſalem: inuentus à beata virgine & Ioſeph, cuius filius putabatur, in medio doctorum, audiens illos & interrogans: tamen deſcendit cum illis, & erat ſubditus illis. Et tu ergò ſubditus eſto propter illum. Sed iam tibi in ipſa obedientiæ via, aliqua fortaſsis dura & aſpera occurrere poſſunt, vt accipias interdùm præcepta nonnulla, quæ licèt ſalubria ſint, minùs tamen ſuauia videantur.

Contra murmuratores.

Hæc ſi moleſtè cœperis ſuſtinere, ſi dijudicare prælatum, ſi murmurare in corde: etiam ſi exteriùs impleas quod iubetur, non eſt hęc virtus patientiæ, ſed velamentum malitiæ. Neceſsè eſt ergò vt illuceſcat dies patientiæ, per quam omnia dura & aſpera tacita amplectaris conſcientia.

Diſcretione ſuppletur virtus obedientiæ.

Et in fine: Ergò nè incurrat qui currit, illuminari neceſsè eſt lumine diſcretionis, quæ mater virtutum eſt, & conſummatio perfectionis. Hæc nimirùm docet, nè quid nimis. At verò, quia omninò rara iſta auis eſt in terris, huius diſcretionis locum in vobis fratres ſuppleat virtus obedientiæ, vt nihil plùs, nihil minùs, nihil aliter quàm imperatum ſit, faciatis.

18. MATTHAEI vigeſimo: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.

19. LVCAE vigeſimoſecundo: Quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Ego autem in medio veſtrûm ſum ſicut qui miniſtrat.

20. AD Philippenſes ſecundo, vt ſuprà quæſtione ſecunda, B. teſtimonio nono.

1. B. MATTHAEI decimoſexto, vt in textu.

2. LVCAE nono: Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me.

Vnus rector &c.

3. HIERONYMVS ad Ruſticum monachum epiſtola quarta, capite ſexto: Nulla ars abſq́ magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia, & ferarum greges, ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues vnam ſequuntur ordine literato. Imperator vnus, iudex vnus prouinciæ. Roma, vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur.

Geneſ. 25.

In Rebeccæ vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singuli eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui vnus gubernator: in domo vnus dominus: in quanuis grandi exercitu, vnius ſignum expectatur.

Obedientia monaſtica.

Et, nè plura replicando faſtidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam te, non tuo arbitrio dimittendum, ſed viuere debere in monaſterio ſub vnius diſciplina patris, conſortióque multorum, vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam: hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem, non facias quod vis, comedas quod iuberis, veſtiare, quod acceperis, operis tui penſum perſoluas, ſubijciaris cui non vis, laſſus ad ſtratum venias, ambulánſque dormites, &, necdùm expleto ſomno, ſurgere compellaris. ET capite ſeptimo: Dicas pſalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quæritur, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

1. Cor. 4.

Epheſ. 5.

Pſal. 46.

Et, Cantantes in cordibus veſtris Domino. Legerat enim eſſe præceptum: Pſallite ſapienter. Seruias fratribus, hoſpitum laues pedes, paſſus iniuriam taceas: præpoſitum monaſterij timeas vt dominum, diligas vt parentem.

De maiorum ſententia nō iudicandum.

Deut. 6. 7.

Credas tibi ſalutare, quicquid ille præceperit, nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyſe: Audi Iſrael, & tace.

4. BASILIVS in ſermone de abdicatione rerum, ſiue renunciatione ſeculi iſtius & ſpirituali perfe-

perfe-

Digitized by Google

perfectione: qui alijs eſt ſermo ſecundus exercitamentorum pietatis: Si igitur Dei munere talem quempiam virum inueneris (prorſus autem ſi peruestigare volueris, inuenies) magiſtrum bonorum operum, hoc apud te conſtanter teneto, vt nihil omninò quicquam præter illius ſententiam facias. Quicquid enim eo neſciente facis, id furtum ac ſacrilegium eſt, tibiq; exitium, non autem vtilitatem vllam apportat. Eſto, tu id bonum iudices. Et in fine: Violentorum eſt regnum cælorum, & violenti rapiunt illud. Verba hæc euangelij ſunt. Violentiam appellauit aſſiduam & acrem corporis in laboribus fatigationem: quod nullius impulſu, ſuapte ſponte, Chriſti diſcipuli faciunt: cùm & voluntatem propriam, & corporis laxamentum abnegant omne, & magiſtri ſui præcepta omnia conſeruant. Quocircà ſi tibi in animo eſt rapere regnum Dei, violentiæ te dato, ceruices tuas Chriſti ſeruitutis iugo ſubmittito & eius loris collum tuum arctè circunquaq; cohibeto.

Nihil præter ſuperioris ſententiam faciendum.

Matth. 11.

Voluntatem propriam abnegãtes, vim faciunt regno cælorum.

Matth. 11.

5. ITEM in ſermone de inſtitutione Monachorum, qui alijs eſt ſermo quintus exercitamentorum pietatis: Vera perfectaq; ſubiectorum aduerſùs moderatorem ordinis obedientia in eo cernitur, ſi quis ex eius conſilio non à rebus modò flagitioſis abſtineat, ſed ſi, ne ea quidem, quæ laudabilia ſunt, ſine ſententia illius faciat. Nam abſtinentia, & omnis corporis incommodorum perpeſſio, vtiliter hæc quidem comparata ad aliquid ſunt: at ſi quis propriæ obſequens voluntati, ſpretis conſilijs antiſtitis ſui, id facere voluerit, quicquid ipſi collibitum ſit, hîc plus erit, quod faciet mali, quàm quod boni. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & præmium obedientiæ magis debetur, quàm rectè facto cum continentia.

Obedientiæ perfectio in quo conſiſtat.

Ne bona quidem opera præter Superioris ſententiã facienda.

Rom. 13.

Obedientiæ præmium.

6. IN regulis breuioribus, interrogatione nonageſimaſexta: Cùm Apoſtolus dicat, vt nõ quæcunque vultis, illa faciatis: in vnaquaque re quicquid ex voluntate propria optabile eſt, id ſi alicuius arbitrio permittatur, calamitoſum eſt. Contráque, quicquid antiſtites rectum ſtatuerint, in eo manere vnuſquiſq; debet, etiamſi contra voluntatem ipſius ſit.

Galat. 5.

Propriæ voluntatis abnegatio.

7. IN conſtitutionibus monaſticis, capite vigeſimotertio: Animaduerte quid in Euangelijs Dominus dicat, cùm de obedientia aduerſùm ſeruos ſuos adhibenda legem ſanciret: Qui vos recipit, inquit, me recipit. Et item alio in loco: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quod Apoſtolis dixit, intelligendus eſt in commune legem ſanxiſſe in poſteros, qui aliorum futuri erant moderatores. id ex multis, iiſdemq; certiſſimis diuinarum literarum teſtimonijs, manifeſtiſſimiſq; argumentis probari poteſt. Et paulò pòſt, de obedientia Apoſtolorum loquens, ait: Dixit eis Ieſus, cùm rudes adhuc in eius diſciplina eſſent, ac tantùm non iamiam regnaturum illum putarent, & in ea ſpe eſſent, ſe nullis laboribus aditis, nulliſq; periculis ſuſceptis, ac ſe nullis moleſtijs exantlatis, Chriſti regni conſortes futuros, atq; in regalis gloriæ, cultus, honoriſq; ſocietatem venturos. Quid igitur hæc expectantibus illis & ſperantibus dixit? Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Porrò illi, re audita ſpei ſuæ ſummè contraria, nequaquàm dixerunt: Alia adducti ſpe ad te acceſſeramus, & tu contraria nobis, atque ſperauimus, imperas? Nos requietem ſperauimus, & tu nos in pericula protrudis: honores nobis propoſuimus, & tu ex tranſuerſo ignominias ingeris: regnum expectaueramus, & tu vt exagitemur, & omnium ſerui ſimus, iubes. Horum nihil omninò dixerunt, licèt his, quæ memorauimus, plura & grauiora etiam audiſſent, veluti illud, Tradet vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et ad præſides & reges ducemini propter me. His igitur illi omnibus auditis, ſubmiſſa mentis ceruice, obedientiæ iugum ſubiêrunt, alacriq; animo in pericula, in fora, in cõtumelias, in lapidationes, in ignominias, in cruces, in varias neces proceſſêre: tantaq; hæc alacritate ſuſtinebant, vt magnificè lætitia efferrentur, cùm digni habiti ſunt, qui pro Chriſti nomine illa paterentur. Gaudebant enim, inquit, quòd digni habiti ſunt pro nomine ipſius contumeliam pati. Hanc obedientiam is qui ſecundùm Deum verè eſt monachus, antiſtiti ſuo præſtet, oportet. Siquidem (vt iam diximus) diſcipulos Chriſtus in hoc elegit, qui hoc vitæ inſtitutum æmularentur, vt per eos formam relinqueret eandem ſecuturæ poſteritati. Nihil eſt enim aliud antiſtes, (qui modò diligenter munus exequatur, cui præpoſitus ſit, pietatem videlicet) quàm is qui perſonam Chriſti ſuſtinet, & ſequeſter eſt inter Deum & homines, eorum, qui in ipſius officio ſunt, ſalutem ſacrificans Deo. Et poſt pauca: Quemadmodùm igitur paſtori ſuo oues obtemperant, & viam, quamcunque ille vult, ingrediuntur: ſic qui ex Deo pietatis cultores ſunt, moderatoribus ſuis obſequi debent, nihil omninò illorum iuſſa curioſiùs perſcrutantes, quando libera ſunt à peccato: contráque, ea ſumma animi alacritate, ſummoq; ſtudio conficere. Quemadmodùm enim faber ædificatórve ſingulis artis inſtrumentis pro arbitrio vtitur ſuo, neque vnquàm vllum inuentum eſt inſtrumentum, quod ad quemcunque ille vſum voluiſſet, non ſe facilè tractandum præbuerit, ac moderatoris manui ceſſerit: ità quoquè conuenit verum pietatis cultorem, perindè vt inſtrumentum quoddam vtile opifici ad complendam ſpiritualem fabricam, omnibus in rebus parêre, in quibus vt operam ſuam nauet, rectum eſſe antiſtes iudicârit, nè ſi id facere recuſauerit, impedimento ſit, quo minùs ſpirituale opus compleatur. Et vt inſtrumentum non ſibiipſi deligit, quod facto vſus ſit ad artem iuuandam: eodem modo pietatis cultorem quoquè nequaquàm conuenit ipſum eſſe, qui ſibi iudicio ſuo opus deligat, ſed gubernationem ſui, artificis prudentiæ debet conſilióque concedere.

Matth. 10.

Luc. 10.

Qui vos audit, me audit: pertinet ad omnes moderatores aliorum.

Obedientia Apoſtolorum quàm perfecta fuerit.

Matth. 20.

Matth. 10.

Mat. 24. & 10.

Actor. 5.

Obedientia Monaſtica.

Perſonã Chriſti ſuſtinet antiſtes.

Superiorum iuſſis ſimpliciter obſequẽdum ſine diſcuſſione quãdo à peccato libera ſunt.

Verè obediẽs comparatur inſtrumento artificis.

8. GREGORIVS libro trigeſimoſecũdo Moralium, capite vigeſimoprimo, agens de aſtutis conſilijs & callidis tentationibus dæmonis: Alius quoquè (inquit) non ſolùm decreuit terrena commoda non quærere, ſed etiam cuncta quæ poſſidet, renunciare, vt in diſcipulatu cæleſtis magiſterij tanto ſe liberior exerceat, quanto & expeditior redditus, ea quæ poſſidentem premere poterant, deſerens calcat. Huius cor hoſtis inſidians occulta ſuggeſtione alloquitur, dicens: Vndè hæc temeritatis tantæ ſurrexit audacia, vt credere audeas, quòd omnia relinquendo ſubſiſtas? Aliter te creator condidit, atque aliter tu teipſum diſponis: valentiorem te robuſtioremq; faceret, ſi ſequi te ſua veſtigia cum inopiæ neceſſitate voluiſſet. An non pleriq; & terrena patrimonia nequaquàm deſerunt, & tamen ex his per miſericordiæ opera ſupernę ſortis bona ęterna mercantur? Hęc blandiens ſuggerit, ſeorſùm verò in eiſdem rebus quas retinere admonet, ante retinentis oculos delectationes peſtiferas decipiens apponit, quatenùs ſeductum cor ad blandimenta exteriora pertrahat, & intima perfectionis vota peruertat. Oſſa itaque eius ſicut fiſtulæ æris ſunt, quia doloſa eius conſilia dum blandum de exterioribus ſonum reddunt, pernicioſum diſpendium de interioribus ingerunt. Alius relictis omnibus quæ exteriùs poſſederat, vt ordinem ſublimioris diſcipulatus appræhendat, etiam intimas frangere voluntates parat, vt rectioribus ſe alterius voluntatibus ſubdens, non ſolùm prauis deſiderijs, ſed ad perfectionis cumulum etiam in bonis votis ſibimetipſi renunciet: & cuncta quæ ſibi agenda ſunt, ex alieno ar-

Tentatio dæmonis, qua aggreditur eum qui deliberat omnia relinquere.

Iob 40.

Intimas voluntates frangere.

Tentatio dæmonis aduerſùs eũ qui cõſtituit ſe obe-

Digitized by Google

dientię Superioris totum committere.

no arbitrio obſeruet. Hunc hoſtis callidus tanto molliùs alloquitur, quanto ab excellentiori loco deijcere ardentiùs conatur, moxq; virulenta ſuggeſtione blandiens dicit: O quania per temetipſum miranda agere poteris, ſi nequaquàm te iudicio alterius ſubdis. Cur profectum tuum ſub ſtudio meliorationis imminuis? Cur intentionis tuæ bonum, dum vltrà quàm neceſſe eſt, extendere niteris, frangis? Quæ enim dum voluntate propria vſus es, peruerſa perpetraſti? Qui ergò tibi plenè ad benè viuendum ſufficis, alienum ſuper te iudicium cur requiris? Hæc blandiens intimat, ſeorſùm verò in voluntatibus eius, proprijs exercendæ ſuperbiæ cauſas parat: & dum laudat cor de inteſtina rectitudine, inueſtigat callidè vbi ſubruat in prauitate.

9. NICEPHORVS libro vndecimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite trigeſimoſeptimo: Pior admodùm adoleſcens monaſticam philoſophiam complexus, quum paternam relinqueret domum, votum Deo nuncupauit, nunquàm ſe propinquorum ſuorum cuiquam in conſpectum venturum eſſe. Poſtquàm verò quinquageſimo anno pòſt ſoror eius viuere illum accepit, continere ſeipſam non potuit: atque indicio, quod ei præter opinionem omnem acciderat, in immenſam ſublata lætitiam, ſummoperè, vt eum videret, expetiuit. Quapropter loci eius epiſcopū flens atq; vociferans rogauit, vt in Scetim literas daret, quibus efficeret, vt frater ad eam mitteretur. Ille fœminæ ſenectutem miſeratus, monachorum antiſtibus, vt Pior veniret, ſcripſit. Is, vt hoc faceret, iuſſus, quum contrà niti non poſſet, (non enim Aegyptijs, immò etiam alijs monachis fas eſt, imperata non facere) in patriam venit, fratre alio ſecum ducto. Atque vbi pro foribus paternarum ædium fuit, præſentiam ſuam ſorori inſinuauit. Et quum ſtrepitum pedum eius ſentiret, & ianua aperta ſtrideret, oculis conniuens, de nomine ſororem compellans: Ego, inquit, Pior ſum, frater tuus: conſpectu meo, ſicuti viſum tibi eſt, fruere. Atque illa quidem fratrem ſatis intuita, Deo, qui deſiderium eius impleuiſſet, gratias egit: ipſe autem ad fores precatione habita, rurſùm diſceſſit, & in regionem ſolitam reuertit.

Vouit ſe non viſurum propinquum aliquem.

Monachorū obedientia.

1. C. BASILIVS in conſtitutionibus monaſticis, capite vigeſimotertio, vt in textu, & vt ſuprà paulò antè, B. teſtimonio ſeptimo.

2. PRIMI Regum decimoquinto: Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ: & auſcultare, magis quàm offerre adipem arietum: quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.

3. ECCLESIASTIS quarto: Multo melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

4. LVCAE decimo: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

5. AD Epheſios ſexto: Serui, obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quoniam vnuſquiſq; quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

6. AD Coloſſenſes tertio: Filij, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum eſt in Domino. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruire.

6. BERNARDVS in tractatu de præcepto & diſpenſatione, capite duodecimo: Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei mandatum quodcunq; tradiderit, pari profectò obſequendum eſt cura: pari reuerentia deferendum: vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Quod ſi contigerit, pergendum indubitanter conſulo in Petri ſententiam: quia obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Quicquid vice Dei pręcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo: haud ſecùs omninò accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus. Quid enim intereſt vtrùm per ſe, an per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue angelos, hominibus innoteſcat ſuum placitum Deus? Sed homines, inquis, facilè falli in Dei voluntate de rebus dubijs percipienda, & in præcipiēda fallere poſſunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui conſcius non es: præſertìm cùm teneas de ſcripturis, quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirunt: quia angelus Domini exercituum eſt? Requirunt, dixerim, legem: non quam vel authentica vlla ſcriptura tradiderit, vel ratio manifeſta probauerit. De huiuſmodi quippe nec pręceptor expectandus, nec prohibitor auſcultandus eſt: ſed quod ità latére aut obſcurum eſſe cognoſcitur, vt in dubium venire poſſit, vtrùmnam Deus ſic aut aliter fortè velit, ſi non de labijs cuſtodientibus ſcientiam, & ex ore angeli Domini exercituum certum reddatur. A quo deniquè diuina potiùs conſilia requirentur, quàm ab illo cui credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei? Ipſum proindè quem pro Deo habemus, tanquàm Deum in his, quæ apertè non ſunt contra Deum, audire debemus.

Nō minùs homini q̄ Deo obtemperandū, quādo nihil Deo cōtrariū præcipit.

Actor. 5.

Niſi certū ſit Deo diſplicere, ità Superioris ſuſcipiēdū eſt mandatum, àc ſi pręcipiat Deus.

Obiectio, q̄ homines, circa Dei voluntatem falli poſſint.

Reſponſio.

Malach. 2.

7. ET capite decimotertio: Imperfecti cordis, & infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſiùs diſcutere, hærere ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibuſque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto, cuius cauſa latuerit, nec vnquàm libenter obedire, niſi cùm audire contigerit quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit vel aperta ratio, vel indubitata authoritas. Delicata ſatis, immò nimis moleſta eſt huiuſcemodi obedientia. Non planè hæc illa eſt, quæ ex regula traditur, obedientia ſine mora.

Cōtra eos qui diſcutiunt & examināt maiorū iuſſa curioſè.

8. ITEM capite vigeſimotertio, reſpondens ad quæſtionem quandam: Audire, inquit, & hoc vultis à me, vndè inter cætera pœnitentiæ inſtituta, monaſterialis diſciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt ſecundum baptiſma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, ac ſingularem excellentiam vitæ ſpiritualis, qua præeminens vniuerſis vitæ humanæ generibus huiuſcemodi conuerſatio, profeſſores & amatores ſuos angelis ſimiles, diſſimiles hominibus facit, immò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Chriſto inſtàr baptiſmi. Et quaſi deniquè ſecundò baptizamur, dum per id quòd mortificamus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, rurſùm Chriſtum induimus, complantati denuò ſimilitudini mortis eius. Sed & quomodò in baptiſmo eruimur de poteſtate tenebrarum, & in regnum transferimur claritatis æternæ: ità & in ſancti huius ſecunda quadam regeneratione propoſiti, de tenebris æquè non vnius originalis, ſed multorum actualium delictorum, in lumen virtutum euadimus, reaptantes nobis illud Apoſtoli: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Rom. 13.

Cur monaſterialis diſciplina ſecundum baptiſma nūcupetur à maioribus.

9. IDEM in epiſtola ſeptima ad Adam monachum: Igitur facere malum quolibet etiam iubente, conſtat non eſſe obedientiam, ſed potiùs inobedientiam. Sanè hoc aduertendum, quòd quædam

Digitized by Google

In quibus nõ ſit hominibus obediendum.

dam ſunt pura bona, quædam pura mala, & in his nullam deberi hominibus obedientiam: quoniam nec illa omittenda ſunt etiam cùm prohibentur, nec iſta vel cùm iubentur committenda. Porrò inter hæc ſunt media quædam, quæ pro modo, loco, tempore vel perſona, & mala poſſunt eſſe, & bona: & in his lex poſita eſt obedientiæ, tanquàm in ligno ſcientiæ boni & mali, quod erat in medio paradiſi. In his profectò fas non eſt, noſtrum ſenſum ſententię præſcribere magiſtrorum. In his omninò prælatorum nec iuſſio, nec prohibitio contemnenda. Videamus nè fortè tale fuerit, quod arguimus in vobis: & ob hoc forſitan argui non debuerit. Quod euidentiùs elucebit, ſi præmiſſæ diuiſionis exempla ſubiecero. Fides, Spes, Charitas, & cætera huiuſmodi, pura ſunt bona: quæ quia malè non poſſunt vel iuberi, vel teneri, benè non poſſunt vel prohiberi, vel non teneri. Pura mala ſunt, furtum, ſacrilegium, adulterium, & cætera talia, quæ vtiquè nec vel benè præcipi, vel perfici poſſunt, nec malè prohiberi, vel non fieri. Aduersùs huiuſmodi non eſt lex. Nullius quippe prohibitio valet obuiare præceptis, nullius iuſſio præiudicare prohibitis. Sunt deindè media, quæ quidem per ſe nec bona eſſe noſcuntur, nec mala: poſſunt tamen indifferenter & benè pariter & malè vel prohiberi vel iuberi, ſed malè nullatenùs in his à ſubditis obediri. Ex his ſunt, vt exempli gratia ponam, ieiunare, vigilare, legere, & quæque talia. Sciendum verò, quia media quędam in purorum plerunquè bonorum ſeu malorum tranſeunt rationem. Nam coniugium cùm & fieri liceat, & non fieri: factum iam ſolui non licet. Quod ergò ante nuptias medium eſſe liquebat, in iam coniugatis puri boni vim obtinet. Item propria poſſidere, ſeculari quidem homini medium eſt, quoniam & non poſſidere licet: monacho verò quia poſſidere non licet, purum malum eſt.

In quibus obedientia verſetur.

Pura bona.

Pura mala.

Media.

A ſubditis nullatenùs poteſt malè obediri in medijs.

Quędam non manet media ſiue indifferentia.

Monacho nõ licet poſſidere proprium.

1. D. PHILO Iudæus in libro de vita contemplatiua, ſiue de ſupplicum virtutibus: Poſtquàm de Eſſęis diſſeruimus, qui vitam actiuam exercent omnibus, aut quod minùs inuidioſum dictu eſt, pleriſque feliciùs: ordo poſtulat vt deincèps dicamus, quæ dicenda ſunt de contemplationi deditis, nihil affingendo rei ornandæ gratia, ſicut poëtæ &c. quæ ex eodem libro Euſebius & alij ſummatim compræhenſa citàrunt, & ad Chriſtianos & religioſos D. Marci diſcipulos pertinere docuerunt. Ac de Marco quidem ſic ſcribit Euſebius Cæſareenſis libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoquinto: Aiunt hunc Marcum primum in Aegyptum traieciſſe, & euangelium, quod ipſe conſcripſerat, illic prædicâſſe, primumq́ eccleſiarum Alexandriæ inſtitutarum authorem extitiſſe. Atque tanta hominum & mulierum fidem Chriſti amplexantium ex prima aggreſſione & conatu, per graue in primis ſanctum & ſeuerum eius viuendi exemplum ibi cogebatur multitudo, vt Philo ipſe eorum ſtudia, exercitationes, mores, frequentes congreſſus, communem inter ipſos victus rationem, omnem deniquè viuendi inſtitutionem, ſuis ſcriptis perſequi operæprecium exiſtimaret. Quem Romæ ſub Claudij dominatu, fama eſt in colloquium Petri, qui Romanis eodem tempore verbum Dei prædicabat, veniſſe. Atque illud quidem eſt planè veriſimile: quippe opus, quod deincèps poſt aliquod temporis ſpatium ab eo dicitur elaboratum, eccleſię reuerà canones, ad noſtram vſque memoriam obſeruatos, complectitur.

Philo ſcripſit de Eſſæis ſecularibus & religioſis.

Philo deſcripſit inſtitutũ Chriſtianorũ Alexandrinorum.

Philonis cum D. Petro colloquium.

2. EVSEBIVS Cæſareenſis libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto de Philone agens: Iam verò, cùm eorum viuendi rationem, qui apud nos ἀσκηταὶ, id eſt, monachi, religioſiq́, virtutis ſtudio & exercitationi maximè dediti appellati ſunt, quàm accuratiſſimè percenſeat, cumq́ eos viros, qui eius ætate tam piam, támque Apoſtolicam vitam agerent, quiq́ ab Hebræis, vt videtur, ducerent originem, & propterea permulta vetera inſtituta propiùs ad Iudæorum conſuetudinem accedentia obſeruarent, diuina laude & prædicatione efferat: ſatis conſtare poterit, illum eandem non oculis vidiſſe ſolùm, ſed ſententia & opinione vehementer approbâſſe. Primùm ergò in eo libro, quem de vita in contemplatione poſita, ſiue de ſupplicibus inſcripſit, ſimulatq́ ſe nihil à veritate alienum, nihil ſuo marte & ſuopte ingenio confictum his rebus, quas eſſet narraturus, adiecturum aſſeuerârit, eos curatores vel cultores nuncupatos, atque mulieres eandem cum illis vitæ conſuetudinem ſecutas, curatrices vel cultrices vocatas tradit: taléſque eius appellationis cauſas refert: vel quòd tanquàm medici, curatione adhibita, eorum mentes, qui ipſos adirent, à vitij & turpitudinis morbo ereptas, ad integram valetudinem reſtituerent: vel quòd ſyncero ac puro cultu, religioneq́ erga ſacrum Dei numen ipſi imbuerentur. Siue igitur Philo ipſe, dum propriam & appoſitam hominum moribus appellationem attribuere volebat, ſuo ipſius arbitratu & iudicio illis illud nomen impoſuerit: ſiue reuerà ab initio authores eius religionis, cùm adhuc Chriſtianorum appellatio nuſquàm penè locorum diuulgata eſſet, eos ità nominârit, longa oratione diſquirere non eſt opus. Verùm vt ad rem redeamus, principiò illos facultates ſuas opeſq́ abijcere, & ſimulàc in hanc diuinam viuendi rationem ſe abdere incipiunt, ſuis ſe bonis & fortunis omnibus prorſùs exuere teſtatur: deindè quibuſque vitæ curis depoſitis depulſiſq́, extra vrbium mœnia progreſſos, in locis ſolitarijs, & hortis à populi conſpectu remotis, domicilia rerum ſuarum collocare. Deincèps vbi eorum domicilia quænam ſint, deſcripſerit: de eccleſijs in varijs locis extructis ſic loquitur: Eſt in quoque ferè agro ædes ſacra, quæ appellatur σεμνεῖον, id eſt anguſtum templum, vel μοναστήριον, quod Latinè locus ſolitarius ſeparatúſque dici poteſt: in quo illi ab alijs ſeparati ſeiunctiq́, vitæ piæ, & propter virtutem auguſtæ myſteria obeunt, nihilq́ eò vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis vſus neceſſariæ ſunt, omninò ſecum apportant: ſed leges & oracula à prophetis diuinitùs edita, hymnoſq́ ibi recolunt, & alias deniquè res, quibus diuina ſcientia, & vera erga Deum pietas creſcat & perficiatur. Poſt iſta, alia etiam ſubiungit: Totum temporis ſpatium, quod inter auroram & veſperam intercedit, in pia quadam exercitatione collocât. Nam ſacras literas inter ſe perlegere, auitumq́ ſapientiæ ſtudium commentari aggrediuntur &c. Cùm temperantiam quaſi quoddam fundamentum in animis ſuis iecerint, alia virtutum genera ſuprà ædificant. Cibum aut potionem ante ſolis occaſum nemo illorum capit. Quippe diuinæ ſapientię ſtudium, quo ſe inuoluunt, lucem promereri indicant: corporis autem neceſſitates tenebras ſolùm meritò ſibi vendicare. Vndè illis quidem totum diem, his autem exiguam quandam noctis particulam largiuntur. Quidam porrò, quorum animis ardentius ſcientiæ deſiderium inſidet, vix ſemel toto triduo cibi recordantur. Nonnulli illecebris ſapientiæ (quæ ſalubria virtutis & doctrinæ præcepta tam affatim & copioſè ſuppeditat) quodammodò inuitati, ſic oblectantur, indeq́ tales carpunt delicias, vt duplo plus temporis inediam facilè ſuſtineant, & vix tantùm ſex diebus expletis, alimentum neceſſarium deguſtent. Iſta Philonis tam perſpicua &c. vt ſuprà, quæſtione ſecunda, A. teſtimonio decimooctauo.

Philo deſcripſit monachorum & religioſorũ mores.

Chriſtiani ex Iudæis conuerſi, adhuc iudaizabant in multis.

Summa eorũ quæ Philo in libro de vita contemplatiua tradit tum de viris, tum de fœminis religioſis.

Cur θεραπευτὰς & θεραπευτρίδας appellauerit.

Facultatum deſertio.

Seceſſus ab hominũ aliorum conſuetudine.

Eccleſiæ & oratoria ipſorum.

Monaſteriũ.

Exercitationes eorum.

Temperantia.

Abſtinentia.

3. NICEPHORVS libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto ex Philone refert eadem quæ Euſebius.

Digitized by Google

4. IOSEPHVS libro decimooctauo antiquitatum Iudaicarum, capite ſecundo: Miranda etiam eſt Eſſænorum iuſtitia, qua omnes Græcos & Barbaros longè ſuperât, multis iam ſeculis triti in eius continuis ſtudijs. Facultates in cõmune poſſident, nec aliquis diues magis vtitur ſuis bonis, quàm quiuis nihil poſſidens. Atque hoc inſtituto viuunt virorum ſupra quatuor millia, nec vxores habentium, nec ſeruos, quòd alterum ad iniuriam communis naturæ pertinere ſentiant, alterum tranquillitati vitæ parùm commodũ. Quare per ſe ipſi viuentes, inuicem ſibi miniſtrant. Quæſtores creant viros probos ex ſacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugum prouentu cibos eis conficiant, &c.

Eſſænorũ viuendi modus in communi. — *Calibes viuunt.*

5. ET libro ſecundo de bello Iudaico, capite ſeptimo: Tria ſunt apud Iudæos genera philoſophiæ. Horum vnum Phariſæi profitentur: alterum Sadducæi, tertium verò, quod etiam probabilius habetur, Eſſæni colunt, gente quidem Iudæi, verùm inter ſe mutuo amore coniunctiſſimi: & qui præter cæteros, voluptates quidem quaſi maleficia vitarent: continentiã verò ſeruare, neq; cupiditati ſuccumbere, virtutem maximam ducerent. Itaq; nuptias quidem faſtidiũt, alienos verò filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: non quia coniugia vel humani generis ſucceſſionem cenſeant perimendam: ſed quia cauendam putent intemperantiam fœminarum, nullam earum vni viro fidem ſeruare credentes. Quin & diuitiarum contemptores ſunt, rerumq; apud eos communicatio admirationi habetur, neq; inuenias alteri alterum opulentia pręſtare: legemq; ſibi dixerunt, vt qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent. Ità enim fore, nè vel paupertatis humilitas, vel diuitiarum dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus, velut inter fratres, vnum eſſet omnium patrimoniũ. Et poſt nonnulla: Sectæ verò ſuę ſtudioſis non ſtatìm cum eis vna collectio: ſed per annum integrum extrinſecùs commorãti cuique eundem victûs ordinem tribuunt: dolabellam quoquè, & quod prædictũ eſt perizoma, & albam veſtẽ tradentes. Cùm verò proceſſu temporis experimentum continentiæ dederit, accedit etiam ad communem cibum: & purioribus, ob caſtificationem ſcilicet, aquis participat: neq; tamen in conuictum aſſumitur. Poſt oſtenſionem quippe continentiæ duobus annis alijs mores eius probantur. Cumq; dignus apparuerit, tunc demùm in conſortium aſſumitur. Viuunt autem quàm longiſſimè, ità vt plurimi eorum vſque ad centenariam proferantur ætatem, propter ſimplicitatem victus, vt equidem puto, & inſtitutionem benè in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores aduerſorum &c.

Eſſæni quales ſint. — *Cælibatus eorum.* — *Viuunt in communi.* — *Probatio nouitiorum.*

6. EPIPHANIVS hæreſi vigeſimanona Nazoræorum: Et tunc ſanè omnes Chriſtiani Nazoræi ſimiliter vocabantur. Contigit autem vt modico tempore appellati ſint Ieſſæi, priuſquàm in Antiochia initium ſumerent diſcipuli, vt appellarentur Chriſtiani. Vocabantur autem Ieſſæi, propter Ieſſe opinor. Quandoquidem Dauid ex Ieſſe, ex Dauid autem per ſucceſſionem ſeminis Maria. Et ſiue ex Ieſſe, ſiue ex nomine Ieſu Domini noſtri, appellati ſunt Ieſſæi, proptereà quòd ex Ieſu procederent, quum diſcipuli eius eſſent, aut propter nominis Domini etymologiam: Ieſus enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & ſaluator: nihilominùs hoc nomen habuerunt, priuſquàm ipſi Chriſtiani vocarentur. Ab Antiochia autem, velut ſuprà meminimus, & ſicut veritatis ratio habet, diſcipuli & vniuerſa eccleſia Dei, Chriſtiani vocari cœperunt. Repereris autem ô ſtudioſe, etiam hoc argumentum in commentarijs Philonis, in libro de Ieſſæis ab ipſo inſcripto. Qui horum conuerſationem & laudes horum exequens, & monaſteria ipſorum in vicinia circum Mariam paludem recenſens, non de alijs quibuſdam narrauit quàm de Chriſtianis &c. Tunc igitur vocabantur Ieſſæi per modicum tempus, poſt aſſumptionem Saluatoris, & Marco in Aegyptiorum regione Euangelium prædicante.

Ieſſæi dicti ſunt primi Chriſtiani vel à Ieſſe, vel à Ieſu. Actor. 11. — *Actor. 11.* — *Philo ſcripſit de Ieſſæis Chriſtianis, eorumq; monaſterijs.*

7. HIERONYMVS ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis epiſtola vigeſimaſecunda, capite decimoquinto: Tria ſunt in Aegypto genera monachorum. Primum Cœnobitæ, quod illi Sauſes gentili lingua vocant: nos, in communi viuentes, poſſumus appellare. Secundum Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quòd procùl ab hominibus receſſerint, nuncupantur. Tertium genus eſt, quod Remoboth dicunt, deterrimum, atque neglectum, & quod in noſtra prouincia aut ſolum, aut primum eſt &c. His igitur, quaſi quibuſdam peſtibus, exterminatis, veniamus ad eos qui plures ſunt, & in commune habitant, id eſt, quos vocari Cœnobitas diximus. Prima apud eos confœderatio eſt, obedire maioribus, & quicquid iuſſerint, facere: diuiſi ſunt per decurias atque centurias, ità vt nouem hominibus decimus præſit: & rursùs decem præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis, vſque ad horam nonam, vt inſtitutum eſt. nemo pergit ad alium, exceptis his decanis, quos diximus, vt, ſi cogitationibus fortè quis fluctuat, illius conſoletur alloquijs. poſt horam nonam in commune concurritur: pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur ex more. & completis orationibus, cunctiſq; reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente, tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare. dicentis laus in fletu eſt audientium. tacitæ voluuntur per ora lachrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cùm verò de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare futura, videas cunctos moderato ſuſpirio & oculis ad cælum leuatis, intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Poſt hæc concilium ſoluitur, & vnaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſsìm miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt: nemo comedens loquitur. viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiũtur: vinum tantùm ſenes accipiunt, quibus & paruulis ſæpè fit prandium: vt aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Dehinc conſurgunt pariter, & hymno dicto, ad præſepia redeunt: ibi vſque ad veſperam cum ſuis vnuſquiſque loquitur, & dicit: Vidiſtis illum, & illum? quanta in ipſo ſit gratia? quantum ſilentium? quàm moderatus inceſſus? Si infirmum viderint, conſolantur: ſi in Dei amore feruentem, cohortantur ad ſtudium. Et quia nocte extra orationes publicas, in ſuo cubili vnuſquiſque vigilat, circumeunt cellulas ſingulorum. &, aure appoſita, quid faciant, diligenter explorant: quem tardiorem depræhenderint, non increpant, ſed diſſimulato quod nôrunt, eum ſæpiùs viſitant, & priùs incipientes, prouocant magis orare, quàm cogunt. Opus diei ſtatum eſt: quod Decano redditum, fertur ad œconomum: qui & ipſe per ſingulos menſes patri omnium cum magno tremore reddit rationem, à quo etiam cibi, cùm facti fuerint, prægustantur: & quia non licet dicere cuiquam: Tunicam, & ſagum, textáque iuncis ſtrata non habeo: ille ità vniuerſa moderatur, vt nemo quid poſtulet, nemo non habeat. Si quis verò cœperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto ſenum miniſterio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi

Tria monachorũ genera in Aegypto. — *Cœnobitarũ viuẽdi ratio.* — *Obedientia.* — *Præfecti eorum.* — *Habitatio.* — *Conuentus cuius rei gratia fiant.* — *Pſal. 54.* — *Refectionis modus.* — *Quibus occupationibus & exercitationibus diem tranſigant.* — *Cura & charitas præfectorum.*

Digitized by Google

orationi tantùm & lectionibus vacant: quod quidem & omni tempore, completis opuſculis, faciunt. Quotidiè aliquid de ſcripturis diſcitur. Ieiunium totius anni æquale eſt, excepta quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictiùs viuere, à paſcha ad pentecoſten cœnæ mutantur in prandia: quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Tales Philo, Platonici ſermonis imitator, tales Ioſephus, Græcus Liuius, in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria Eſſenos refert. ET capite decimoſexto: Verùm quia nunc, de virginibus ſcribens, penè ſuperfluum de monachis diſputaui, ad tertium genus veniam, quos Anachoritas vocant: qui & de cœnobijs exeuntes, excepto pane & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius. huius vitæ author Paulus, illuſtrator Antonius, &, vt ad ſuperiora conſcendam, princeps Ioannes Baptiſta fuit. Talem verò virum Hieremias quoquè propheta deſcribit, dicens: Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quoniam ſuſtulit ſuper ſe iugum, & dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs: quia non in ſempiternum abijciet Dominus.

Ieiuniũ quadrageſimæ. — Philo & Ioſephus ſub Eſſenorum nomine cœnobitarũ vitam deſcripsêre. — Anachoritarũ vita quos authores habuit. — Lucæ 1. — Thren. 3.

8. IDEM in libro de viris illuſtribus, ſiue in catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum, de Philone ſic ſcribit: Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere ſacerdotum, iccircò à nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt, non ſolùm eos ibi, ſed in multis quoquè prouincijs eſſe memorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet, talem primùm Chriſto credentium fuiſſe eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiunt, vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur & Pſalmis, doctrinæ quoquè & continentiæ, quales & Lucas refert, primùm Hieroſolymæ fuiſſe credẽtes. Aiunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum, quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiúſque habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſam etiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornâſſe laudibus.

Philo de Chriſtianis ſcripſit. — Vitam primorum Chriſtianorũ imitantur monachi. — Actor. 4. — Cum Petro locutus dicitur Philo.

9. ET de Marco: Aſſumpto itaque Euangelio, quod ipſe confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annuncians, conſtituit eccleſiam, tanta doctrina, & vitæ continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Deniquè Philo, diſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam eccleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit. Et quomodò Lucas narrat Hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia: ſic & ille, quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit.

Philo de quibus ſcripſerit. — Actor. 2. & 4.

10. DIONYSIVS Areopagita eccleſiaſticæ Hierarchiæ capite ſexto, parte prima: Porrò initiandorum omnium excellentior ac ſublimior ordo, monachorum eſt ſancta diſtinctio, expiatione omni, tota virtute, atque exactiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata: omnis item (quantùm ſibi licet inſpicere) ſacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix & particeps facta, pontificúmque conſummantibus virtutibus tradita: quorum diuinis fulgoribus & pontificalibus traditionibus, conſpecta pro ordine ſuo ſanctorum myſteriorum ſacrificia ediſcens, à ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem diuina ratione ſubuehitur. Vndè ſancti præceptores noſtri, diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti, partìm therapeutas, id eſt, cultores, à ſyncero Dei famulatu atque cultu: partìm monachos, ab indiuidua & ſingulari vita appellantes, vt quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus, in diuinam & Deo gratam monadem perfectionémque promoueat. Et parte ſecunda: Stat quidem ſacerdos ante ſacrum altare, monaſticam imprecationem pſallens: ille autem poſt ſacerdotem adſtat, non vtrunque ponens genu, non alterum, non habens impoſita ſacra eloquia capiti, verùm ſoli ſacerdoti adſtans, myſticam ſuper illum inuocationem proſequenti. Ea verò finita, ſacerdos ad eum accedens, interrogat primùm, an renunciet diuiſibilibus omnibus, non ſolùm vitis, verùm etiam imaginibus quoquè ac phantaſijs. Deindè exponit illi perfectiſſimam vitam, illud apertè conteſtans, oportere illum medio longè antecellere. Vbi verò ille iſta omnia intentè promiſerit, conſignans eum crucis ſigno ſacerdos tondet, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans: exutúmque veſte omni, aliam induit, & cum ſanctis alijs (qui adſtant) viris ipſum ſalutans, diuinorum myſteriorum participem efficit.

Monachorũ ordo laudatur. — Apoſtoli vocârũt eos partim Therapeutas, partim Monachos. — Modus benedicẽdi & conſecrandi monachum. — Renunciatio vitæ ſecularis, & profeſſio vitæ perfectioris. — Tondetur, & alia veſte induitur.

11. EVSEBIVS Cæſareenſis libro primo de demonſtratione euangelica, capite octauo: Chriſti diſcipuli ad magiſtri ſui nutum auribus multorum doctrinam ſuam commodantes, quæcunque quidem velut vltra habitum progreſſis, à perfecto ipſorum magiſtro præcepta fuerant, eâ ijs qui capere poterant, tradiderũt: quæcunque verò ijs conuenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curationíſque indigentes, ea ipſi ad imbecillitatem multorum ſe demittentes, partìm literis, partìm ſine literis, quaſi iure quodam non ſcripto ſeruanda, commendârunt. Quocircà in eccleſia Dei duo etiam viuendi modi inſtituti ſunt: alter quidem naturam noſtram, & communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, non ſobolem, non ſubſtantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsùs à communi & conſueta cunctorum hominum vita abhorrens, & ſolo diuino cultui, ex immenſo rerum cæleſtium amore addictus. Qui hunc modum amplexi ſunt, quaſi ab hac mortali vita ſeiuncti, ipſumq; duntaxàt corpus in terra gerentes, cogitatione verò atq; animo in ipſo cælo degentes, quaſi quidam cælites, reliquorum hominum vitam deſpiciunt: quippe qui pro vniuerſo genere, ſupremo omnium Deo ſacrati ſint: idq; non boum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllo, neque fumo, aut ignis deuoratione, conſumptionéve corporum, ſed rectis veræ pietatis ſententijs, & purgati animi affectione, ad hæc operibus quoquè ac verbis, quæ à virtute proficiſcantur: quibus rebus diuinitatem ipſam placantes, ſuum & pro ſeipſis, & pro alijs, qui eiuſdem ſunt generis, adminiſtrant ſacerdotium. Et talis quidem exiſtit in Chriſtianiſmo perfectus vitæ modus. Alter verò remiſſior atq; humanior, hic & modeſto coniugio, & ſobolis procreatione implicatur, & rei familiaris curam aſſumit, & iuſtè militantibus, quæ ſint agenda, deſcribit: agros quoquè, & mercaturam, aliumq; magis ciuilem viuendi morem, adiuncta religione, non negligit.

Apoſtolorum induſtria. — Duo viuendi modi in Eccleſia ab Apoſtolis inſtituti. — Quidã ſe totos Deo conſecrãt, & cælibes viuunt. — Alij coniugio viuunt, & ſecularibus negocijs vacant.

12. AVGVSTINVS in pſalmum centeſimum trigeſimumſecundum: Iſta verba pſalterij, Eccè quàm bonum & quàm iucũdum habitare fratres in vnũ, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico quàm in intellectu, etiam monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt: iſte verſus fuit tuba ipſorum. Ipſi primò habitauerunt in vnum, qui omnia quæ habebant vendiderunt, rerumq; ſuarum precia ad pedes Apoſtolorum poſuerunt. Ex voce huius pſalmi appellati ſunt & monachi, nè quis vobis de iſto nomine inſultet Catholicis. Dicere conſueuerunt: quid ſibi vult nomen mona-

Pſal. 132. — Monaſteria vndè excitata — Actor. 4. — Monachorũ nomen ex ſacris literis manauit. — Contra hæreticos qui nomen mona-

Digitized by Google

chorum inſectantur.

monachorum? Quanto meliùs dicimus nos: quid ſibi vult nomen Circellionum? Fortè Circuncelliones vocãtur, non Circelliones. Planè ſi hoc vocantur, exponant quid ſint. Nam Circuncelliones dicti ſunt, quia circum cellas vagãtur. Solent enim ire hac atq; illac, nuſquàm habentes ſedes, & facere quæ nôſtis, & quæ illi nôrunt, velint nolint. Veruntamen chariſſimi, ſunt & qui monachi falſi ſunt. Et nos nouimus tales: ſed nõ perijt fraternitas pia propter eos qui profitentur quod nõ ſunt. Tam ſunt enim monachi falſi, quàm & clerici falſi, & fideles falſi. Quid ergò dicunt illi, qui nobis de nomine Monachorum inſultant?

Non propter malos monachos monachiſmus improbãdus eſt.

Fortaſsè dicturi ſunt, Noſtri non vocantur Circuncelliones: vos illos ità appellatis contumelioſo nomine, nam nos eos ità non vocamus. Dicant quid eos vocent, & audietis. Agoniſticos eos vocant. Fatemur & nos honeſto nomine, ſi & res conueniret.

Hæretici querebant, Vbi ſcriptum ſit nomen monachorum?

Sed interìm illud videat charitas veſtra: Qui nobis dicunt, oſtendite vbi ſcriptum ſit nomen monachorum; oſtẽdant vbi ſcriptum ſit nomen Agoniſticorum. Hi etiam inſultare nobis audent, quia

Deo gratias.

fratres, cùm vident homines, Deo gratias dicunt. Quid eſt, inquiunt, Deo gratias? Itáne ſurdus es, vt neſcias quid ſit Deo gratias? Qui dicit, Deo gratias, gratias agit Deo. Vide ſi non debet frater Deo gratias agere, quando videt fratrem ſuũ. Num enim non eſt locus gratulationis, quando ſe inuicèm vident qui habitant in Chriſto? Et tamen vos, Deo gratias noſtrum ridetis; Deo laudes veſtrum plorant homines. Sed certè reddidiſtis rationẽ de nomine, quare appelletis Agoniſticos. Ità fiat vt appellatis: ità fiat, omninò fauemus. Præſtet Dominus, vt illi contra diabolum certent, & non contra Chriſtum, cuius perſequuntur eccleſiam. Tamen quia certant, dicitis Agoniſticos, & inueniſtis vndè

2.Tim.4.

appelletis, quia dixit Apoſtolus, Bonum agonem certaui. Quare ergò & nos non appellemus mona-

Pſal.132.

Monachus vndè dicitur.

chos, cùm dicit Pſalmus, Eccè quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum? μόνος enim vnus dicitur: & nõ vnus quomodocunquè, nam & in turba eſt vnus, ſed vnà cum multis vnus dici poteſt: μόνος nõ poteſt, id eſt, ſolus: μόνος enim vnus ſolus eſt. Qui ergò ſic viuunt in vnũ, vt vnum

Actor.4.

hominem faciant, vt ſit illis verè quod ſcriptum eſt, vna anima & vnũ cor, multa corpora, ſed non multæ animæ, multa corpora, ſed non multa corda; rectè dicitur μόνος, id eſt, vnus ſolus. Vndè & ille vnus ſanabatur in piſcina. Reſpondeant nobis & exponant, qui inſultãt nomini monachorum, quare ille qui inuentus eſt trigintaocto annos habens in infirmitate, hoc reſpondiſſet Domino:

Ioan.5.

Cùm mota fuerit aqua, non habeo qui me deponat, alius ante me deſcendit. Deſcenderat vnus, iam alius non deſcendebat. Vnus ſolus ſanabatur,

Hæreticis meritò diſplicet nomen monachorũ, quod eſt nomen vnitatis.

vnitatem Eccleſiæ figurabat. Meritò inſultant nomini vnitatis, qui ſe ab vnitate præciderunt. Meritò illis diſplicet nomen monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum fratribus, ſed ſequentes Donatum, Chriſtum dimiſerunt.

13. IDEM in libro de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite trigeſimoprimo: Iam accipite Manichæi perfectorum Chriſtianorum, quibus ſumma

Perfecti Chriſtiani.

caſtitas non laudanda tantùm, ſed etiam capeſſenda viſa eſt, mores & continentiam ſingularem: nè vos impudenter iactare apud animos imperitorum quaſi difficilima rerum abſtinentia, ſi quid in vobis pudoris eſt, audeatis. Nec ea dicam, quæ vos ignoratis, ſed quæ nobis occultatis. Quis enim neſcit ſummæ continentiæ hominum Chriſtianorum multitudinem per totum orbem indiès magis magiſque diffundi, & in Oriente maximè atque Aegypto, quod vos nullo modo poteſt latére?

Anachoretarum vita.

Nihil de ijs dicam, quos paulò antè commemoraui, qui ſecretiſſimi penitùs ab omni hominum conſpectu, pane ſolo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi ſanctorũ intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar: videntur enim nonnullis res humanas pluſquàm oporteret deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur.

Quid proſint alijs Anachoretæ.

Cœnobitarũ vita.

Sed ſi hoc excedit noſtram tolerantiam, quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque deſertis mundi huius illecebris, in communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimámque congregati, ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus: nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi: ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam & intentiſſimam in Deum, gratiſſimum munus ipſi offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt.

Nemo poſſidet propriũ.

Nemo quicquam poſſidet proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Operantur manibus ea, quibus & corpus paſci poſſit, & à Deo mens impediri non poſſit.

Præfecti eorum.

Opus autem ſimul tradunt eis, quos decanos vocant, eò quòd ſint denis præpoſiti, vt neminem illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neque in veſtimento, neque ſi quid aliud opùs eſt vel quotidianæ neceſſitati, vel mutatæ, vt aſſolet, valetudini. Illi autem decani cum magna ſolicitudine omnia diſponentes, & præſtò facientes quicquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtulat, traditionem tamen etiam ipſi reddunt vni, quem Patrem vocant.

Patres.

Hi verò patres non ſolùm ſanctiſſimi moribus, ſed etiam diuina doctrina excellentiſſimi, omnibus rebus excelſi, nulla ſuperbia conſulunt ijs quos filios vocant, magna ſua in iubendo authoritate, magna illorum in obtemperando voluntate.

Obedientiæ promptitudo

Conueniunt autem diei tempore extremo de ſuis quiſque habitaculis, dum adhuc ieiuni ſunt, ad audiendum illum Patrem, & conueniunt ad ſingulos patres terna, vt minimùm, hominum millia: nam etiam multo numeroſiores ſub vno agunt.

Terna millia monachorũ vni ſubſunt Patri.

Audiunt autem incredibili ſtudio, ſummo ſilentio, affectiones animorum ſuorum, prout eos pepulerit diſſerentis oratio, vel gemitu, vel fletu, ſed modeſto & clamore vacuo, gaudium ſignificantes.

Refectio.

Corpus deindè reficitur, quantùm ſaluti & ſalubritati ſat eſt, coërcente vnoquoque concupiſcentiam, nè ſe profundat, vel in ea ipſa quæ præſtò ſunt parca & viliſſima.

Abſtinentia à vino & carnibus.

Ità non ſolùm à carnibus & vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum, ſed ab ijs etiam, quæ tanto concitatiùs ventris & gutturis prouocant appetitum, quanto quaſi mundiora nonnullis videntur. Et paulò pòſt? Non opùs eſt plura de re notiſſima dicere.

Monacharũ vita.

Hæc eſt etiam vita fœminarũ Deo ſolicitè caſteq; ſeruientium, quæ habitaculis ſegregatæ ac remotæ à viris, quàm longiſſimè decet, pia tantùm illis charitate iunguntur, & imitatione virtutis: ad quas iuuenum nullus acceſſus eſt, neq; ipſorum quanuis grauiſſimorum & probatiſſimorum ſenum, niſi vſque ad veſtibulum neceſſaria præbendi quibus indigent gratia. Lanificio nanq; corpus exercent atq; ſuſtentant, veſteſq; ipſas fratribus tradunt, ab ijs inuicèm quod victui opùs eſt reſumentes. Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare velim, neque dignè valeo, & vereor nè iudicare videar per ſeipſum tãtummodò expoſitum placere non poſſe, ſi ſuper narratoris ſimplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero.

Contra hæreticos Manichæos.

Hæc Manichæi reprehendite, ſi poteſtis. Nolite cæcis hominibus & diſcernere inualidis oſtentare noſtra zizania.

14. CAPITE trigeſimotertio: Nec ideò tamen laudabile Chriſtianorum genus contempſerim, eorum ſcilicet qui in ciuitatibus degunt, à vul-

Religioſorũ collegia in ciuitatibus.

vulgari vita remotiſſimi. Vidi ego diuerſoria Sanctorum Mediolani, nõ paucorum hominum, quibus vnus presbyter pręerat vir optimus & doctiſſimus. Romæ etiam plura cognoui, in quibus ſinguli grauitate atque prudentia & diuina ſcientia præpollentes, cæteris ſecum habitantibus præſunt, Chriſtiana charitate, ſanctitate & libertate viuentibus: Ne ipſi quidem cuiquam oneroſi ſunt, ſed Orientis more, & Pauli Apoſtoli authoritate, manibus ſuis ſe tranſigunt. Ieiunia etiam prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidiè ſemel ſub noctem reficiendo corpus, quod eſt vſquequaquè vſitatiſſimum, ſed continuum triduum vel ampliùs ſæpiſſimè ſine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantùm, ſed etiam in fœminis: quibus item multis viduis & virginibus ſimul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus, præſunt ſingulæ grauiſſimæ probatiſſimæq́; non tantùm in inſtituendis componendisq́; moribus, ſed etiam inſtruendis mentibus peritæ ac paratæ.

Abſtinentia mirabilis.

15. LIBRO octauo Confeſſionum, capite ſexto: Indè ſermo Potitiani deuolutus eſt ad monaſteriorum greges, & mores ſuaueolentiæ tuæ, & vbera deſerta eremi, quorũ nos nihil ſciebamus. Et erat monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus.

Monaſteriũ ſub Ambroſio.

16. AMBROSIVS epiſtola octogeſimaſecunda ad eccleſiam Vercellenſem: Quòd ſi in alijs eccleſijs tanta ſuppetit ordinandi ſacerdotis conſideratio, quanta cura expetitur in Vercellenſi Eccleſia, vbi duo pariter exigi videntur ab epiſcopo, monaſterij continentia, & diſciplina eccleſiæ? Hæc enim primus in Occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctæ memoriæ coniunxit, vt & in ciuitate poſitus inſtituta monachorum teneret, & eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad ſacerdotis gratiam, ſi ad ſtudium abſtinentiæ, & normam integritatis, iuuentutem adſtringat, & verſantes intra vrbem, abdicet vſu vrbis & conuerſatione. Hinc illi proceſſerunt viri, Helias, Heliſæus, Ioannes, Eliſabeth, qui pelliceis &c.

S. Euſebius Vercellenſis primus in occidente introduxit monaſteria in ciuitates.

17. CASSIANVS collatione decimaoctaua, quæ eſt Abbatis Piamonis, capite quarto: Tria ſunt in Aegypto genera monachorum, quorum duo ſunt optima, tertium tepidum atq; omnimodis euitãdum. Primum eſt cœnobitarum, qui ſcilicet in congregatione pariter conſiſtentes, vnius ſenioris iudicio gubernantur, cuius generis maximus numerus monachorum per vniuerſam commoratur Aegyptum. Secundum Anachoretarum, qui priùs in cœnobijs inſtituti, iamq; in actuali conuerſatione perfecti, ſolitudinis elegêre ſecreta, cuius profeſſionis nos quoquè optamus eſſe participes. Tertium repræhenſibile Sarabaitarum eſt: de quibus ſigillatìm per ordinem pleniùs diſſeremus.

Tria monachorum genera in Aegypto.
Cœnobitæ.
Anachoretæ.
Sarabaitæ.

18. CAPITE quinto: Itaque Cœnobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. Nam talis extitit in Hieroſolymis omnis illa credentium multitudo, quæ in actibus Apoſtolorum ità deſcribitur: Multitudinis credentium &c. Talis inquam erat tunc omnis eccleſia, quales nunc perpaucos in cœnobijs inuenire difficile eſt. Sed cùm poſt Apoſtolorum exceſſum tepeſcere cœpiſſet credẽtium multitudo, ea vel maximè quæ ad fidem Chriſti de alienigenis ac diuerſis gentibus confluebat, à quibus Apoſtoli pro ipſis fidei rudimentis ac inueterata gentilitatis conſuetudine nihil ampliùs expetebant, niſi vt ab immolaticijs idolorum & fornicatione & ſuffocatis & ſanguine temperarent; atque iſta libertas quæ gentibus propter infirmitatem primæ credulitatis indulta eſt, etiam illius eccleſiæ quæ Hieroſolymis conſiſtebat, perfectionem paulatìm contaminare cœpiſſet, & creſcente quotidiè vel indigenarum numero, vel aduenarum, primæ illius fidei frigeſceret feruor, non ſolùm hi qui ad fidem Chriſti confluxerant, verùm etiam illi qui erant eccleſiæ principes, ab illa diſtrictione laxati ſunt. Nonnulli enim exiſtimantes id quod videbant gentibus pro infirmitate conceſſum, ſibi etiam licitum, nihil ſe detrimenti perpeti crediderunt, ſi cum ſubſtantijs ac facultatibus ſuis fidem Chriſti confeſſionémque ſequerentur. Hi autem quibus adhuc Apoſtolicus inerat feruor, memores illius priſtinæ perfectionis, diſcedentes à ciuitatibus ſuis, illorúmque conſortio qui ſibi vel eccleſiæ Dei remiſſioris vitæ negligentiam licitam eſſe credebant, in locis ſuburbanis ac ſecretioribus commanere, & ea quæ ab Apoſtolis per vniuerſum corpus eccleſiæ generaliter meminerant inſtituta, priuatìm ac peculiariter exercere cœperunt; atque ità coaluit iſta, quam diximus, diſcipulorum, qui ſe ab illorum contagio ſequeſtrauerant, diſciplina. Qui paulatìm tempore procedente ſegregati à credentium turbis, ab eo quòd à coniugijs abſtinerent, & à parentum ſe conſortio mundíque iſtius conuerſatione ſecernerent, monachi ſiue monazantes, ſingularis ac ſolitariæ vitæ diſtrictione, nominati ſunt. Vndè conſequens fuit, vt ex communione conſortij cœnobitæ, cellæq; ac diuerſoria eorum cœnobia vocarentur. Iſtud ergò ſolum fuit antiquiſſimum monachorum genus, quod non modò tempore, ſed etiam gratia primum eſt, quodq; per annos plurimos ſolum inuiolabile vſque ad Abbatis Pauli vel Antonij durauit ætatem. Cuius etiam nunc adhuc in diſtrictis cœnobijs cernimus reſidere veſtigia.

Cœnobitarũ vita vndè ſupſerit initiũ.
Actor. 4. & 2.
Actor. 15. Cauſa cur nõ omnes Chriſtiani primorum Chriſtianorum, qui ex Iudæis cõuerſi erant, veſtigia imitati ſint.
Cœnobitarum origo.
Cur monachi dicti.

19. CAPITE ſexto de Anachoretis, capite ſeptimo de Sarabaitis, & capite octauo de quarto quodam genere monachorum agit.

20. GREGORIVS Nazianzenus oratione viceſima funebri in laudem Baſilij Magni: Nobiſcum hinc in Pontum profugit, ac pietatis gymnaſia, quæ illic erant, moderatur: atque cum Helia & Ioanne, ſummis philoſophis, ſolitudinem amplectitur. Et poſt multa: Magna res eſt virginitas, & cęlibatus, atque in angelorum, naturæq; ſingularis ordine cenſeri. Quis igitur magis quàm ille, aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges impoſuit, idq; non ſuo tantùm exemplo, ſed etiam per ea quibus operam dedit? Cuius ſunt virginum cœnobia? cuius præcepta illa literis mandata, quibus cùm omnes ſenſus coercebat, tum membra omnia componebat, ac virginitatem verè colere admonebat. Cùm igitur ſolitaria vita, & ea, quæ ſocietate gaudet, vt plurimùm inter ſe diſſiderent, ac pugnarent; neutráque omninò, vel commoda vel incommoda, ſua pura & immixta haberet, verùm illa magis quidem tranquilla & compoſita eſſet, ac Deo animos copularet, cæterùm ob eam cauſam faſtu non careret, quòd virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret; hæc autem magis quidẽ actuoſa & vtilis eſſet, verùm à tumultibus minùs libera; præclarè eas inter ſe reconciliauit ac permiſcuit, pietatis nimirùm gymnaſia & monaſteria extruens, non tamen longo interuallo ab ijs, qui in ſodalitio viuunt, remota, nec velut muro quopiam interiecto ea diſtinguens atque à ſe inuicem ſeparans, verùm propè coniungens ac dirimens: vt nec contemplatio communicationis expers eſſet, nec actio contemplatione careret: ſed quemadmodùm terra & mare, ità etiam hæ duæ vitæ commoda ſua inter ſe communicantes, ad vnicam Dei gloriam concurrerent.

Baſilius cœnobiorũ moderator.
Virginitatis & cælibatus laus.
In libro de vera virginitate.
Baſilius copulauit vitam ſolitariã cum ſociali vita.
Monaſteria fabricauit. De hoc Baſilio refert Hieronymus in Catal. quòd inter reliquos libros elaborauerit etiã ἀσκητικόν.

21. ATHANASIVS in vita Diui Antonij: Erant igitur in monte monaſteria taquàm tabernacula plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium, tantúmq; ieiunandi & vigiliarum ardorem

Monaſteria tempore Antonij, & quæ monachorũ vita.

Digitized by Google

ardorem cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat, vt futuræ ſpei auiditate, ad charitatem mutuam & miſericordias indigentibus exhibendas, iugi ſtudio laborarent, qui infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conuerſatione ſeiunctum, plenum pietatis & iuſtitię videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen adſpiciens, quis virilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinētium & certamen officiorum erat, nō in hanc ſtatim erumperet vocem? Quàm bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Iſrael, tanquàm nemora abumbrantia, tanquàm paradiſus ſuper fluuios, tanquàm tabernacula, quæ fixa ſunt à Domino, tanquàm cedri Libani circa aquas. Et poſt multa: Poſtulanti duci vt paulò largiùs Antonius eidem ſuam præſentiam indulgeret, ait, non poſſe ſe diutiùs ibidèm morari, grato viſus exemplo, quòd ſicutì piſces ab aqua extracti, mox in arenti terra morerentur: ità & monachos cum ſecularibus retardantes, humanis ſtatìm reſolui confabulationibus. Ob id ergò, inquit, conuenit vt piſces ad mare, ità nos ad montem feſtinemus, nè tardantibus nobis aliqua propoſiti ſuccedat obliuio.

Num. 24.

22. SEVERVS Sulpitius in vita Diui Martini: Cùm intra Gallias quoquè diſceſſu ſancti Hilarij, quem ad exilium hæreticorum vis coëgerat, turbatam eccleſiam comperiſſet, Mediolani ſibi monaſterium ſtatuit. Ibi quoquè eum Auxentius, auctor & princeps Arrianorum, grauiſſimè inſectatus eſt: multiſq; affectum iniurijs de ciuitate exturbauit. Cúmque ab Hilario iam reuerſo gratiſſimè eſſet ſuſceptus, haud longè ſibi ab oppido monaſterium collocauit. Iam verò ſumpto epiſcopatu Turonico, qualem ſe, quantúmque præſtiterit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Idem enim conſtantiſſimè perſeuerabat, qui priùs fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas erat. Atque ità plenus authoritatis & gratiæ, implebat epiſcopi dignitatem, vt non tamen propoſitum monachi, virtutemq; deſereret. Aliquandiù ergò adhærenti ad eccleſiam cellula vſus eſt. Deindè cùm inquietudinem ſe frequentantium ferre non poſſet, duobus ferè extra ciuitatem millibus monaſterium ſibi ſtatuit. Qui locus tam ſecretus, & remotus erat, vt eremi ſolitudinem non deſideraret. Ex vno enim latere pręciſa montis excelſi rupe ambiebatur, reliquã planitiem Liger fluuius reducto paululùm ſinu clauſerat. Vna tantùm eademq; arcta admodùm via adiri poterat. Ipſe ex lignis contextam cellulam habebat, multiq; ex fratribus in eũdem modum. Plerique ſaxo ſuperiecti montis cauato receptacula ſibi fecerant. Diſcipuli verò octoginta erant, qui ad exemplum beati magiſtri inſtituebantur. Nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia in medium conferebantur. Non emere, aut vendere (vt pleriſq; monachis moris eſt) cuiquam licebat. Ars ibi, exceptis ſcriptoribus, nulla habebatur, cui tamen operi minor ętas deputabatur: maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam ſuam egreſſus, niſì cùm ad locum orationis conueniebant. Cibum vnà omnes poſt horam ieiunij accipiebãt. Vinum nemo nouerat, niſì quem infirmitas coëgiſſet. Plerique camelorum ſetis veſtiebantur: mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eò magìs ſit mirum, neceſsè eſt, quòd multi inter eos nobiles habebãtur, qui longè aliter educati, ad hanc ſe humilitatem & patientiam coëgerant. Pluréſque ex his poſteà epiſcopos vidimus. Quæ enim eſſet ciuitas, aut eccleſia, quæ non ſibi de Martini monaſterio cuperet ſacerdotem?

S. Martinus monaſteriũ ſibi ſtatuit Mediolani.

Apud Pictauorũ vrbem ſimiliter.

Tertium monaſterium.

Habitatio fratrum qualis fuerit.

Nemo quicquam proprium habebat.

Abſtinentia.

23. ISIDORVS Hiſpalenſis epiſcopus de eccleſiaſticis officijs libro ſecundo, capite decimoquinto: Primum genus monachorum eſt Cœnobitarum, id eſt, in commune viuentium, inſtàr ſanctorum illorum, qui temporibus Apoſtolorum Hieroſolymis vendita ac diſtributa omnia ſua dabant indigentibus, qui habitabant in ſancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia, & anima vna, & cor vnum in Deum. Horum igitur inſtitutione monaſteria ſumpsère principium. Secundum genus eſt Eremitarum, qui procùl ab hominibus recedentes, deſerta loca, & vaſtas ſolitudines ſequi atque habitare perhibentur, ad imitationem ſcilicet Heliæ & Ioannis Baptiſtæ, qui eremi ſeceſſus penetrauerunt. Hi quippe incredibili mundi contemptu ſola ſolitudine delectantur, herbis tantùm areſcentibus victitantes, aut pane ſolo (qui eis per certa temporum interualla defertur) vel aqua contenti: ſicq; ſecretiſſimi penitùs & ab omni hominum conſpectu remoti, diuino tantùm colloquio perfruuntur, cui puris mentibus inhæſerunt, cuius amore non ſolùm mundum, ſed etiam hominum conſortia reliquerunt. Tertium genus eſt Anachoritarum, qui iam cœnobitali conuerſatione perfecti, includunt ſemetipſos in cellis, procùl ab hominum conſpectu remotis, nulli præbentes acceſſum, ſed in ſola contemplatione diuina viuentes perſeuerant, id eſt, theoria. Sed iſti examinatione cœnobiorum probati in omnibus diſciplinis monaſterij per triginta annos, ad hanc contemplationem, per obedientiam eliguntur.

Cœnobitarũ origo & vita.

Eremitæ.

Anachoritæ.

24. SOZOMENVS hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro primo, capite duodecimo, cùm monachorum viuẽdi rationem mirificè commendãſſet, ità ſubiungit: Hanc præclaram viuendi rationem primus, vtì quidam memorant, inſtituit propheta Helias, & Ioannes Baptiſta. Philo porrò Pythagoreus tradit, Hebræorum facilè præſtantiſſimos vndiquè in locum ad lacum Mariam in colle ſitum coactos, ſe pio & ſeuero vitæ generi dicãſſe. Quorum domicilia, victus rationem & inſtitutionem vitæ talem perhibet, qualem nos etiam hoc tempore à monachis in Aegypto obſeruatam videmus. Scribit enim eos, cùm in hoc ſanctum & ſeuerum vitæ genus primùm ingrediuntur, ſua bona cognatis concedere, & quo commercia cum hominibus, aut conſuetudinem habere deuitent, extra muros vrbium in agris ſolitarijs & hortis ætatem degere: ſacras ædes illis eſſe, quæ vocantur monaſteria: in quibus ab alijs ſeparati, ſanctæ & ſeueræ vitæ myſteria obeunt: Deum prætereà pſalmis & hymnis aſſiduè colere, & ante ſolis occaſum nullum guſtare cibum. Nonnullos eorum toto triduo aut ampliùs nihil comedere: ſtatis diebus humi cubare, à vino prorsùs & carnibus animalium, quæ ſanguinem habent, abſtinere. Obſonia illis eſſe, panem, ſalem, & hyſopum: potum autem, aquam. Mulieres porrò cum illis viuere, quæ virgines manent ad extremam vſque ſenectutem, eáſque propter amorem pietatis & ſapientiæ ſua ſponte vitam cælibem excolere. Quæ dum ad hunc modum narrat Philo, videtur eos ſignificare Hebræos, qui ſua ætate religionem quidem Chriſtianam profeſſi fuerant, adhuc tamen morem Iudæorum aliquantulùm in vita ſequebantur, & eorum inſtituta ſeruabant. Nam apud alios hoc genus vitæ non reperitur. Vndè conijcio apud Aegyptios ex eo tempore hoc ipſum floruiſſe.

Vitæ monaſticæ inſtitutores primi.

Philo ad ſcribat de Chriſtianis Alexandrinis.

Virginitatem perpetuã ſeruantes.

25. GREGORIVS Magnus libro ſecundo dialogorum, deſcribit vitam ſancti Benedicti Abbatis. Et capite primo quidem ait: Romanum monachum ei ſanctæ conuerſationis habitum tradidiſſe. CAPITE vigeſimoquinto autem ità ſcribit: Quidam eius monachus mobilitati mentis deditus erat, & permanere in monaſterio nolebat. Cúmque eum vir Dei aſſiduè corriperet, & frequenter admoneret, ipſe verò nullo modo conſentiret in congregatione perſiſtere, atque impor-

Habitus monaſticus.

Monaſteriũ relinquere volenti draco appáret, qui eũ deuorare conabatur.

Digitized by Google

importunis precibus vt relaxaretur innueret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iuſſit vt diſcederet. Qui mox vt monaſterium exijt, cõtra ſe aſſiſtere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cúmque eum idem draco qui apparuerat, deuorare vellet, cœpit ipſe tremens & palpitans magnis vocibus clamare, dicens: Succurrite, ſuccurrite: quia draco iſte me deuorare vult. Currentes autem fratres draconem minimè viderunt, ſed trementem atque palpitantem monachum ad monaſterium reduxerunt. Qui ſtatim promiſit nũquàm ſe eſſe à monaſterio receſſurum, atque ex hac hora eadem in ſua promiſſione permanſit. Quippe qui ſancti viri orationibus contra ſe aſſiſtere draconem viderat, quem priùs non videndo ſequebatur. CAPITE trigeſimoſexto: Hoc autem nolo te lateat, quòd vir Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoquè verbo nõ mediocriter fulſit. Nam ſcripſit monachorũ regulam, diſcretione præcipuam, ſermone luculẽtam. Cuius ſi quis velit ſubtiliùs mores vitamq; cognoſcere, poteſt in eadem inſtitutione regulæ omnes magiſterij illius actus inuenire: quia ſanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit.

Monachorũ regulam ſcripſit S. Benedictus.

26. IDEM libro primo, epiſtola trigeſimatertia ad Venantium Italiæ Cancellarium, qui habitum monaſticum dimiſerat: Multi hominum ſtulti putauerunt, quòd ſi ad ordinem epiſcopatus eueherer, vos alloqui ac per epiſtolas frequentare recuſarem. Sed non ità eſt, quia ipſa iam loci mei neceſſitate compellor, vt tacere non debeam: ſcriptum quippe eſt, &c. Hac igitur conſideratione cõpulſus, velis nolis locuturus ſum, quia omni virtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris, recolis, & ſupernæ diſtrictionis animaduerſione propoſita, ad quid ſis delapſus, agnoſcis. Culpam ergò tuam penſa, dum vacat: diſtrictionem futuri iudicis, dum vales, exhorreſce: nè tũc illam amaram ſententiam audias, cùm iam nullis fletibus euadas. Penſa quod ſcriptum eſt: Orate nè fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Ad ambulandum quippe in hyeme torpor frigoris obſiſtit, & iuxta præceptum legis, ambulare in ſabbato non licet. In hyeme ergò vel ſabbato fugere conatur, qui iram diſtricti iudicis tunc appetit fugere, quando ei iam non licet ambulare. Dum vacat ergò, dum licet, animaduerſionem tanti terroris fuge. Penſa quod ſcriptum eſt: Omne quod poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, ſunt apud inferos, quò tu properas. Teſte Euangelio, ſcis quia diuina ſeueritas de ocioſo ſermone nos arguit, & de verbo inutili rationes ſubtiliter exquirit. Penſa ergò quid factura eſt de peruerſo opere, ſi quoſdam in iudicio ſuo reprobat de ſermone? Ananias pecunias Deo vouerat, quas pòſt diabolica victus perſuaſione, ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus eſt, ſcis. Si ergò, ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abſtulit: conſidera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum Deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti? Conſidera iudicium Dei quod mereatur qui ſemetipſum Deo vouit, continuóque mundi deſiderijs irretitus, mentitus eſt quod vouit. Si mihi credideris, ſi correptionis meæ verba ſecuturus audieris, quàm ſint blanda & dulcia in fine cognoſces. Ecce fateor, mœrens loquor, & facti tui triſtitia adſtrictus, edere verba vix valeo, & tamen animus tuus actionis ſuæ conſcius, vix ſufficit ferre quod audit: erubeſcit, confunditur, auerſatur. Si ergò non valet verba ferre pulueris, quid facturus eſt ad iudicium conditoris? Fateor tamen, quia ſupernæ gratiæ eſſe miſericordiam maximam credo, quòd te effugere vitam conſpicit, & tamen ad vitam adhuc reſeruat: quòd ſuperbientem te videt: & tolerat, quòd per indignos famulos ſuos verba tibi increpationis & admonitionis adminiſtrat. Tantum eſt vt penſare ſollicitè debeas, quod Paulus ait: Exhortamur vos fratres, nè in vacuum gratiam Dei recipiatis. ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Sed ſcio cùm epiſtola mea ſuſcipitur, protinùs amici conueniunt, literati clientes vocantur, & de cauſa vitæ conſilium à fautoribus mortis quæritur, qui dum non te, ſed res tuas diligunt, nulla tibi niſi quæ ad tempus placeant loquuntur. Tales enim fuerunt, ſicut ipſe reminiſceris, dudùm conſiliarij qui te ad tanti facinus perduxerunt delicti. Vt tibi aliquid ſecularis authoris loquar: Cum amicis omnia tractanda ſunt, ſed priùs de ipſis. Si verò in cauſa tua hominem conſiliarum quæris, conſiliarium rogo me ſuſcipe. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non tua, ſed te diligit. Omnipotens Deus cordi tuo indicet, cor meum quanto te amore, quantáque charitate amplectitur, inquantùm tamen diuina gratia non offendatur. Nam ſic culpam tuam inſequor, vt te diligam. Sic perſonam diligo, vt culpæ vitium non amplectar. Si igitur à me amari te credis, Apoſtolorum liminibus præſentare, méque conſiliario vtere. Si autem eſſe fortaſsè in cauſa Dei minimus credor, & pro zeli mei ardore ſuſpectus ſum, cunctam ſimul Eccleſiam in conſilio huius diſceptationis adhibeo, & quicquid omnibus fieri ſalubriter placet, ego in nullo contradico: ſed quod in commune decernitur, lætus impleo & ſubſcribo. Implentem quæ monui, gratia diuina te cuſtodiat.

Legant hanc epiſtolã apoſtatæ Monachi & Religioſi.

Matth. 24.

Quid ſit fugere in Sabbato aut hyeme.

Eccles 9.

Matth. 12.

Actor. 5.

Semetipſos Deo ſubtrahunt Apoſtatæ.

Dei in eos benignitas.

2. Cor. 6.

Conſiliarij quales adhiberi ab illis ſolent.

Facinus tanti delicti.

Quis ſit fidelis conſiliarius.

Iudicium & conſilium totius Eccleſiæ ſequi paratus eſt Gregorius.

27. CHRYSOSTOMVS edidit tres libros aduerſùs vituperatores monaſticæ vitæ. In ſecundo ſic ait: Non ſum ignarus complures eſſe, qui patribus quidem ità affectis facilè ignoſcendum putant, nec propterea valdè admirari dicunt: ſuffocari autem ſe ac penè diſrumpi iracundia, cùm videant eos, qui neque patres ſunt, neque amici, neque propinqui, neque vlla penitùs alia ex parte neceſſarij, quin & frequenter ignoti, aduerſùs eos qui philoſophari inſtituunt, hoc ipſum pati, atque ipſis patribus magis angi & dolere, eóſque qui illos hortati ſunt, & ad eius vitæ amorem traduxerunt, oppugnare, inſimulare, ac maledictis omnibus perſequi. Mihi verò longè alia mens eſt. Eos enim qui nullum paterni affectus priuilegium, nullum ius amicitiæ ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi, nihil profectò nouum, aut mirum videri debet, partim inuidiæ ſtimulis concitatos, partim malitiæ ſuæ, atque vitijs aliorum perditionem ſolatio, & excuſationi eſſe arbitrantes. Miſerè id quidem & infeliciter, arbitrantes tamen. At verò qui genuerunt, qui educauerunt, qui diebus ſingulis natos ſuos proficere, ſibíque ipſis & ad virtutem, & ad gloriam præcellere & cupiunt, & optant: qui proptereà cuncta & patiuntur & faciunt, eos quadam velutì ebrietate correptos repentè mutari, angi, ac dolere vehementiùs, cùm ab ſe liberi ad philoſophiã abducuntur: hoc profectò eſt, quod vnum omnium ego maximè admiror, quódque omnia iam corrupta ſint & perdita, ſatis firmum & validum argumentum eſſe duco. Hoc enim prioribus temporibus vnquàm contigiſſe, nemo qui poſſit dicere, &c.

Vtrùm magis mirãdum ſit, quòd amici & parentes à Monaſtica vita aut religionis propoſito filios retrahunt, an quòd alieni id faciant.

28. ET libro tertio aduerſùs vituperatores monaſticæ vitæ: Primus malitiæ gradus eſt, amicos aſpernari, quin vt ad inferiora ſermonem reducamus: neſcio enim quo pacto id penè me effugerat: prior illa lex Iudæis tradita, ne iumenta quidem inimicorũ deſpici permittit: ſed ſiue illa deciderint, ſimul erigere: ſiue aberrauerint, reducere

Gradus malitiæ.

Exod. 23.

Deut. 22.

Digitized by Google

iubet. Eſt itaque primus malitiæ & crudelitatis gradus, ab infimis aſcendendo, iumenta & pecora inimicorum & errantia, vel lapſa negligere. Secundus illo ſuperior, inimicos ipſos negligentiùs curare. Quanto enim homo mutis animantibus ad honorem præſtat, tanto peccatum iſtud maius, quàm illud eſt. Tertius deinceps, fratres aſpernari, ſi fuerint ignoti. Quartus, familiares quoquè deſpicere. Quintus, cùm non ſolùm corpore, verùm anima quoquè fratrum pereũte, deſidemus. Sextus, ſi nõ familiaribus modò, verùm ipſis quoquè liberis noſtris pereuntibus, negligimus. Septimus, cùm nec alios quibus illi curæ eſſe poſſint, prouidemus. Octauus, cùm & eos, qui id à ſeipſis facere inſtituũt, arcemus atque prohibemus. Nonus, cùm non tantùm prohibemus, verùm oppugnamus quoquè. Itaque ſi primus & ſecundus, & tertius eiuſce facinoris gradus tanto ſupplicio afficiendus eſt: quantos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus aſcendit? Quod profectò modò vos facitis, qui nonum illum à primo gradum tranſcendiſtis: quinimmò ſi quis eum non tantùm nonum, verùm & decimum & vndecimum dixerit, profectò non peccabit. Cur id? Quia non natura ſolùm id peccatum multo maius eſt, verùm ex ipſa quoquè ratione temporum durius multo & grauius fit. Quid ità? Quia eodem modo peccantibus nobis, quæ vetus lex damnat, non eadem ſupplicia debentur: verùm tanto acerbiora & diriora, quanto maiori gratia potiti, excellentioríſque doctrinæ participes effecti, maioribus item honoribus affecti ſumus. Cùm igitur & natura, & tempore ſcelus hoc adeò immane ſit & vehemens, conſidera iam quantas flammas, quantóſq; cruciatus in eorum capita, qui id perpetrare non metuũt, exaggerabit. Et poſteà de monachis loquens: Conuerſationem planè cæleſtem elegerunt, nihilq; deteriùs angelis affecti ſunt. Vt enim illis nulla ineſt inæqualitas, nec alij ſucceſſibus, ſecundiſq; rebus elati gloriantur, alij extremis malis & incommodis oppreſſi gemunt, ſed omnes pariter in gaudio & quiete, ſummaq; illa & cæleſti gloria exultãt: ità fieri quoquè perſpicias in monaſterijs, nullus ibi paupertatem exprobrat, nullus diuitijs honeſtior eſt. Indè id quod omnia peruertit & perturbat, Meum & Tuum, penitùs eliminatum eſt. Cuncta quippe illis communia ſunt, menſa, domus, indumentum, & quod ſanè mirabilius eſt, vnus etiam idemq; animus omnibus eſt. Omnes eadem ſunt nobilitate nobiles, omnes eadem ſeruitute ſerui, eadem libertate liberi, vnæ illic omnibus diuitiæ, quæ veræ diuitiæ ſunt: vna gloria, quæ verè gloria eſt. Non enim in appellationibus, ſed in ipſis rebus bona eorũ conſiſtunt. Vna ibi voluptas &c.

Primus gradus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. Nonus.

Christianis malis quare maiora ſupplicia debentur quàm Iudæis.

De monachorum vita.

Meum & Tuum eliminata ſunt.

29. AD populum Antiochenum homilia quinquageſimaſexta & tribus ſequentibus, deſcribit & commendat egregiè vitam monachorum.

30. ITEM homilia decimaquarta in priorem epiſtolam ad Timotheum, quæ eadem habentur homilia quinquageſimanona ad populum Antiochenum.

31. BERNARDVS in apologia ad Guilhelmum Abbatem: Heu me miſerum qualemcunque monachum. Cur adhuc viuo? videre ad id deueniſſe ordinem noſtrum, ordinem ſcilicet qui primus fuit in eccleſia, immò à quo cœpit Eccleſia, quo nullus in terra ſimilior angelicis ordinibus: nullus vicinior ei quæ in cœlis eſt Hieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem: cuius Apoſtoli inſtitutores, cuius hi quos Paulus tam ſæpè ſanctos appellat, inchoatores extiterunt? Et quidem inter illos, cùm nihil quod ſuum eſſet, quiſpiam retinuiſſet, diuidebatur (vt ſcriptum eſt) ſingulis prout cuique opus erat.

Religioſorũ ordo primus in Eccleſia & angelicis ordinibus perſimilis. Apoſtoli inſtitutores. Rom. 15. 1. Cor. 16. 2. Cor. 9. Actor. 2. & 4.

32. IDEM in homilia ſuper ijs verbis Domini: Simile eſt regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Sed quæ eſt iſta, quæſo, fratres mei chariſſimi, hæc tam precioſa margarita, pro qua vniuerſa dare debemus, id eſt, noſmetipſos: quia totum Deo dedit qui ſeipſum obtulit, vt poſſimus eam habere? Nónne hæc eſt religio ſancta, pura & immaculata, in qua homo viuit puriùs, cadit rariùs, ſurgit velociùs, incedit cautiùs, irroratur frequentiùs, quieſcit ſecuriùs, moritur fiduciùs, purgatur citiùs, præmiatur copioſiùs?

Religioſæ vitæ commendatio.

VI.

Quid ſummatim de Conſilijs Euangelicis eſt ſentiendum?

A. Hoc nimirùm, quòd ſint incitamenta, & ſubſidia quædam commoda admodùm, quæ infirmis aduerſus [a] mundi, carniſque illecebras arma præbeat: quę bonorum conatus in curſu veræ pietatis ad meliora prouehant: quæ ſpiritum ad præſtanda Religionis Diuiníque cultus officia expeditiorem reddant, & quæ inſupèr, vt oſtendimus, ad æternæ vitæ mercedem, ac gloriam in cælo [b] pleniorem conſequendam conferant.

B. Ac ſumma quidem Euangelicæ perfectionis in eo verſatur, vt, quàm maximè poſſis, ad [c] charitatem contendas, Chriſtumque [d] imiteris. Imitaris autem, ſi Chriſto & [e] pauperi, & [f] virgini, & alijs [g] ſubdito, & ad mortem vſq; Crucis [h] obedienti, pro tua virili te ſtudeas [i] conformare: ſi cum Apoſtolo itidèm [k] Paulo, neglectis ijs, quę retrò ſunt, indefeſſo labore ad anteriora cõtendas, & ad ſupernæ vocationis brauium te extendas in dies, voluntate interim propria in totum, quoàd eius fieri poteſt, abdicata, ac homini propter Deum ſubiecta, vt [l] ęmuleris vſque meliora Chariſmata, [m] partemque optimam tum eligas, tum bona fide in finem [n] vſque conſerues.

a 1. Ioã. 2. c Luc. 14. d e f g 8. b Matth. 19. b c 13. c 1. Cor. 7. f Eccli 31. a Prouer. 29. c Iudic. 17. c 21. d Galat. 5. b

b Matth. 19. b c d Gregor. lib. 26. Moral. cap. 25.

c 1. Cor. 13. a 1. Ioã. 2. a 4. c Coloſſ. 3. c Aug. de morib. eccleſiæ Cathol. cap. 33.
d Lucæ 9. c
e 2. Cor. 8. b Matth. 8. c
f 1. Pet. 1. c
g Lucæ 2. g
h Philip. 2. b
i 1. Pet. 2. d
k Philip. 3. c Pſal. 83. c Bernar. epiſt. 253. ad Gatinum Abbatem, & epiſt 341. ad monachos S. Bertini. Item ſer. 2. de purific. B. Mariæ. Auguſt. epiſt. 137. ad Hipponenſes.
l 1. Cor. 12. d
m Lucæ 10. g
n Apocal. 2. c

TESTIMONIA.

1. A. PRIMAE epiſtolæ Ioannis ſecundo capite: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre,

Digitized by Google

tre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

2. LVCAE decimoquarto: Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui nõ baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sic ergò omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

3. ET capite octauo: Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ, euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.

4. MATTHAEI decimonono: Dicunt ei diſcipuli eius: Si ità eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt &c. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Et iterùm dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

5. ET capite decimotertio: Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbum audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur.

6. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ mũdi ſunt: quomodò placeat viro.

7. ECCLESIASTICI trigeſimoprimo: Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua.

8. PROVERBIORVM vigeſimonono: Virga atque correptio tribuit ſapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam.

9. IVDICVM decimoſeptimo, 10. ET vigeſimoprimo: In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.

11. AD Galatas quinto: Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantùm nè libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicèm.

12. MATTHAEI decimonono, vt ſuprà quæſtione tertia A. teſtimonio primo, & quæſtione quarta, A. teſtimonio primo.

13. GREGORIVS Magnus libro vigeſimoſexto Moralium, capite vigeſimoquinto: Alij non iudicantur, & regnant: qui etiam præcepta legis perfectione virtutum tranſcendunt, qui nequaquàm hoc ſolùm quod cunctis diuina lex præcipit, implere contenti ſunt, ſed præſtantiori deſiderio plus exhibere appetunt, quàm præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus Dominica voce dicitur: Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et de quibus propheta ait: Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui. Et de quibus Salomon, cùm de ſanctæ Eccleſiæ ſponſa loqueretur, intulit dicens: Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. Hi itaque in extremo iudicio non iudicantur, & regnant: quia cum authore ſuo etiam iudices veniunt. Relinquentes quippe omnia, plus prompta deuotione executi ſunt, quàm iuberi generaliter audierunt. Speciali nanq; iuſſione paucis perfectioribus, & non generaliter omnibus dicitur hoc, quod adoleſcens diues audiuit: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & veni, & ſequere me. Si enim ſub hoc præcepto cunctos iuſſio generalis adſtringeret, culpa profectò eſſet aliquid nos de hoc mundo poſſidere. Sed aliud eſt, quod per ſacram ſcripturã omnibus generaliter præcipitur: aliud, quod ſpecialiter perfectioribus imperatur. Hi ergò rectè ſub generali iudicio non tenentur, qui & præcepta generalia viuendo vicerunt. Sicut enim non iudicantur, & pereunt: qui ſuadente perfidia legem tenere contemnunt: ità non iudicantur & regnant, qui ſuadente pietate etiam vltra generalis diuinæ legis præcepta proficiunt. Hinc eſt quòd Paulus etiam ſpecialia præcepta tranſcendens, plus opere exhibuit, quàm inſtitutione permiſſionis accepit. Cùm enim accepiſſet vt Euangelium prædicans, de Euangelio viueret, & Euangelium audientibus contulit, & tamen Euangelij ſumptibus ſuſtentari recuſauit. Cur ergò iſte iudicetur, vt regnet, qui minus quod ſeruaret, accepit: ſed maius quod viueret, inuenit? Dicatur igitur rectè: Iudicium pauperibus tribuit: quia quanto huic mundo magna humilitate deſpecti ſunt, tanto tunc acceptis ſedibus maiore culmine poteſtatis excreſcunt.

Singularis honor eorum qui vltra præcepta ſeruãrunt etiã conſilia.

Matth. 19.

Eſa. 3.

Prouer. 31.

Paupertatis & perfectionis Euãgelicæ ſectatores cum Chriſto iudicabunt, & non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis.

Matth. 19. Marc. 10. Lucæ 18.

Vltra generalis diuinæ legis præcepta quidam proficiunt.

1. Cor. 9.

Iob 36.

1. B. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, &c.

2. PRIMAE epiſtolæ Ioannis ſecundo: Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus quoniã in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo.

3. ET capite quarto: In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo.

4. AD Coloſſenſes tertio: Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, &c. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.

5. AVGVSTINVS de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite trigeſimotertio, loquẽs de religioſis ſimul viuentibus Medioiani, Romæ & alibì: Charitas præcipuè cuſtoditur: charitati victus, charitati ſermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur: coitur in vnam conſpiraturq; charitatem: hanc violare tanquàm Deum nefas ducitur: huic ſi quis reſiſtit, expugnatur atque eijcitur: hanc ſi quis offendit, vno die durare non ſinitur. Sciunt ità commendatam eſſe à Chriſto & Apoſtolis, vt ſi hæc vna abſit, inania: ſi hæc aſſit, plena ſint omnia.

Ad Charitatẽ omnia referuntur. Vide S. Thomã in 2. 2. q. 184. & 186. & in opuſculo de perfectione vitæ ſpiritualis.

6. LVCAE nono: Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidiè, & ſequatur me.

7. POSTERIORIS ad Corinthios octauo, 8. MATTHAEI octauo, 9. LVCAE ſecundo, 10. AD Philippenſes ſecundo, vt ſuprà quæſtione ſecunda B. teſtimonio primo, ſecũdo, ſeptimo & nono.

11. PRIORIS Petri primo: Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argẽto redempti eſtis de vana

vana

vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

12. ET capite ſecundo: In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

13. AD Philippenſes tertio: Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem: quę quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauiũ ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.

14. PSALMO octogeſimotertio: Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.

a. Studere perfectioni, eſt eſſe perfectum.

Continenter proficiẽdum eſt: alioqui enim deficimus.

15. BERNARDVS epiſtola ducẽteſima quinquageſimatertia ad Abbatem Garinum Alpenſem: Itaque indefeſſum proficiendi ſtudium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Quòd ſi ſtudere perfectioni, eſſe perfectum eſt: profectò nolle proficere, deficere eſt. Vbi ergò ſunt qui dicere ſolent, Sufficit nobis, nolumus eſſe meliores quàm patres noſtri? O monache, non vis proficere? Non. Vis ergò deficere? Nequaquàm. Quid ergò? Sic mihi, inquis, viuere volo, & manere in quo perueni, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergò vis, quod eſſe non poteſt. Quid enim ſtat in hoc ſeculo? Et certè de homine ſpecialiter dictum eſt: Fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet. Ipſe deniquè hominis ſeculíque author, quandiù in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, nunquid ſtetit? Et quidem, teſte ſcriptura, pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes. Pertranſijt ergò ſicut non infructuosè, ità non remiſsè: non pigrè, non lento greſſu, ſed quemadmodùm item de eo ſcriptum eſt: Exultauit vt gigas ad currendam viam. Porrò currentem non apprehendit, qui & ipſe pariter non currit. Et quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi? Ideò Paulus aiebat: Sic currite, vt compræhendatis. Ibi tu Chriſtiane fige tui curſus profectúſque metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam. Factus eſt, inquit, obediens vſque ad mortem. Quantumlibet ergò cucurreris: ſi vſque ad mortem non perueneris, brauium non appræhendis. Brauium Chriſtus eſt. Quòd ſi illo currente, tu gradum ſiſtis: non Chriſto appropias, ſed te magis elongas: timendumq́ tibi eſt quod ait Dauid: Eccè qui elongant ſe à te Domine, peribunt. Itaque ſi proficere currere eſt: vbi proficere, ibi & currere deſinis. Vbi verò non currere, ibi & deficere incipis. Hinc planè colligitur, quia nolle proficere, non niſi deficere eſt. Vidit ſcalam Iacob, & in ſcala angelos, vbi nullus reſidens, nullus ſubſiſtens apparuit, ſed vel aſcendere, vel deſcẽdere videbantur vniuerſi: quatenùs palàm daretur intelligi, inter profectum & defectũ in hoc ſtatu mortalis vitæ nihil medium inueniri: ſed quomodò ipſum corpus noſtrum continuè aut creſcere conſtat, aut decreſcere, ſic neceſſe ſit & ſpiritum aut proficere ſemper, aut deficere.

Iob 14. Actor. 10. Pſal. 18. 1. Cor. 9. Phil. 2. Pſal. 72. Geneſ. 28. Scala Iacob.

Non proficere, deficere eſt.

16. IDEM in epiſtola trecenteſima quadrageſimaprima ad monachos ſancti Bertini: Diſcipulus proficiẽs, gloria eſt magiſtri. Quiſquis in ſchola Chriſti non proficit, eius indignus eſt magiſterio, præſertim tamen vbi ſumus, vbi nihil in eodem ſtatu permanet: & non proficere, ſine dubio deficere eſt. Nemo proindè dicat, ſatis eſt: ſic volo manere: ſufficit mihi eſſe ſicut heri & nudiuſtertiùs. In via reſidet qui eiuſmodi eſt: in ſcala ſubſiſtit, vbi neminem patriarcha vidit nõ aſcendentem aut deſcendentem. Dico ergò: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat. Ardua & anguſta eſt via: & non hîc, ſed in domo patris manſiones ſunt multæ. Itaque qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Ieſus enim (vt ait Euangeliſta) creſcebat & proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Ille non reſtitit ergò, ſed exultauit vt gigas ad currendam viam: & nos quoquè ſi nõ deſipimus, curremus poſt eum: trahemur in odore vnguentorum ipſius. Alioquin ſi elongari contigerit, erit pigritanti animæ & laborioſior & periculoſior via: dum nec odore recreari, nec certa poſſit agnoſcere veſtigia longiùs abeuntis. Sic ergò currite fratres, vt comprehendatis. Quod ſanè ità fiet, ſi nequaquàm arbitramini vos compræhendiſſe: ſed obliti quæ retrò ſunt, extenditis vos in anteriora: ſi appræhendatis diſciplinam, nè quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Qui edit me (ait ſapientia) adhuc eſuriet: & qui bibit me, adhuc ſitiet: vt nouerit piger, qui dignè prorſùs lapidatur ſtercoribus boum, faſtidiũ ſibi non de ſatietate, ſed de inedia generari. Deniquè quia omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti: moueat nos ipſum quoquè ſecularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitioſum vidimus aliquando cõtentum adeptis dignitatibus ad alias non anhelare? Sic & curioſi cuiuſq; non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu. Quid? eorum qui auaritię ſeruiunt, aut amatores ſunt voluptatum, ſeu vanas ſectantur hominum laudes: nonne & ipſorum inſatiabilia deſideria arguunt nos negligentiæ & tepiditatis? Pudeat certè ſpiritualium nos bonorũ minùs cupidos inueniri. Erubeſcat anima conuerſa ad Dominum, minori affectu ſectari iuſtitiam, quàm iniquitatem anteà ſectaretur. Eſt enim cauſa quoquè valdè diſſimilis. Stipendiũ quippe peccati, mors: fructus autem ſpiritus, vita ęterna. Pudeat proindè negligentiùs nunc in vitam, quàm priùs in mortem ire: & minori ſtudio ſalutis acquirere, quàm perditionis, augmentum. Nam vt omninò ſimus inexcuſabiles, in via vitæ quo citiùs, eo faciliùs curritur: & leue ſaluatoris onus quo creſcit ampliùs, eo portabilius eſt. Nónne & auiculas leuat, nõ onerat, pennarum ſiue plumarum numeroſitas ipſa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplinam Chriſti, ſic ſuaue iugum, ſic onus leue, quo deponimus, eo deprimimur ipſi: quia portat potiùs, quàm portatur.

Geneſ. 28. 1. Cor. 10. Ioan. 14. 1. Ioan. 2. Lucæ 2. Pſal. 18. De continuo proficiendi ſtudio. 1. Cor. 9. Phil. 3. Pſal. 2. Eccli 24. Ibidèm 22. Rom. 8. Diligentia filiorum huius ſeculi, arguit piorum negligentiam. Rom. 6. Similitudo pulchra. Iugum Domini leue.

17. SERMONE ſecundo in purificatione beatæ Mariæ: Si quis forſan proficere diſſimulat, & proficiſci de virtute in virtutem, nouerit quiſquis huiuſmodi eſt, in ſtatione, non in proceſſione ſe eſſe, immò verò & in regreſſione: quoniam in via vitæ non progredi, regredi eſt, cùm nihil adhuc in eodem ſtatu permaneat. Porrò profectus noſter in eo conſiſtit, (vt ſæpiùs me dixiſſe memini) vt nunquàm arbitremur nos apprehendiſſe, ſed ſemper extẽdamur ad anteriora, inceſſanter conemur in melius, vt imperfectum noſtrum diuinæ miſericordiæ obtutibus iugiter exponamus.

In via vitæ nõ progredi, regredi eſt.

18. AVGVSTINVS epiſtola centeſima triceſimaſeptima ad Hipponenſes: Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodò difficilè ſum expertus meliores quàm qui in monaſterijs profecerunt, ità non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt, ità vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter etſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergò propter amurcam, qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vndè apothecæ Dominicæ fructu olei luminoſioris implentur. Domini Dei noſtri miſericordia vos aduerſùs omnes inſidias inimici, in ſua pace cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.

Qui in monaſterijs proficiunt, optimi euadunt: ſic cõtrà qui deficiunt. Apoc. 22. In eos qui propter quoſdam malos religioſos, alios execrãtur.

19. PRIORIS ad Corinthios duodecimo: Aemulamini autem chariſmata meliora. Et adhuc

excel-

excellentiorem viam vobis demonſtro.

20. LVCAE decimo: Et reſpondens, dixit illi Dominus: Martha, Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea.

21. APOCALYPSIS ſecundo: Eſto fidelis vſque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.

DE QVATVOR HOMINIS NOVISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis nouiſsima?

HAEC videlicet: Mors, Iudicium, Infernus & Regnum cælorum: dicta quidem [a] nouiſſima, quòd inter cætera omnia quę homini accidere poſſunt, extremum planè locum ſibi vendicent. Mors enim, vt dici ſolet, eſt vltima rerum linea. Mortem ſequitur Iudicium Dei, ſicut & Paulus his verbis oſtẽdit: [b] *Statutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem Iudicium*, tum [c] ſingulare ſcilicet, quod vnuſquiſque moriens excipit, tum illud extremũ & vniuerſale, quod omnes ad mundi finem expectat, vt ſuprà [d] indicauimus.

a Eccli 7.d 28.a 38.b Deut. 32.d Prouer. 19.c Bernard. in ſer. de primordijs, medijs & nouiſſimis.

b Heb. 9.g

c Aug. lib. 2. de anima & eius origine ca. 4. Itẽ tract. 49. in Ioannem: Chryſoſt. homil. 14. in Matth.

d In ſymbolo.

B. Iudicantur autem alij, quos in mortali peccato mors opprimit, vt [e] pœnis apud inferos perpetuis addicantur: alij, quos ex hac vita migrantes ornat [f] nuptialis illa veſtis charitas, vt vita in cæleſti regno perbeata fruantur. Hoc eſt quod Euangelica veritas aſſerit: [g] *Procedent qui bona fecerunt, in vitam æternam: qui verò mala, in ſupplicium æternum.* [h] *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.*

e Lucæ 16.e Matth. 25.d

f Matth. 22.b Aug. lib. poſt collat. contra Donat. cap. 20. Greg. homil. 38. in Euangel.

g Ioan. 5.e Matth. 25.d

h Matth. 16.d

TESTIMONIA.

1. A. ECCLESIASTICI ſeptimo: Gratia datus in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

2. CAPITE vigeſimooctauo: Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari.

3. CAPITE trigeſimooctauo: Memẽto nouiſſimorum, noli obliuiſci. neque enim eſt cõuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum. Mihi herì, & tibi hodiè. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui.

4. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinàm ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

5. PROVERBIORVM decimonono: Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis.

6. BERNARDVS in ſermone de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris: Habes iam primordia, habes etiam media: ſed nouiſſima quæ ſunt? Nam de eis dicitur, quòd eorum memor non peccabis. Ipſa ſunt mors, iudicium, gehenna. Quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? Nam gehenna nihil poteſt intolerabilius cogitari. Quid metuet, ſi quis ad iſta non trepidat, non expaueſcit, non timore concutitur? O homo ſi pudorem perdideras ad nobilem creaturam pertinentem, ſi dolorem non ſentiebas afflictionis, quod eſt etiam carnalium: vel timorem non omittas, quoniam ille eſt etiam iumentorum. Oneramus aſinum & fatigamus in laboribus plurimis, & non curat, quia aſinus eſt. At ſi in ignem impellere, ſi in foueam præcipitare velis, cauet quantum poteſt, quia vitam diligit, & mortem timet. An non tibi ergò iuſtum videtur, vt qui nõ modò iumentis inſenſibilior fuerit, poſt iumenta ipſa compellatur abire, & in tormentis poſitus, locum teneat poſteriorem? Time ergò ô homo, quòd in morte ſeparandus es à bonis omnibus huius corporis, & tam dulce carnis & animæ vinculum amariſſimo ſecandum diuortio erit. Time quòd in terribili iudicio ei præſentandus es, in cuius manus horrendum eſt incidere: & eo examinante quem nihil latet, ſi quidem inuenta fuerit in te iniquitas, alienandus ab vniuerſitate quietis & gloriæ, & ſegregandus à numero beatorum. Time quòd in gehenna cruciatibus æternis & immenſis exponendus es, in ſorte diaboli & angelorum eius, in igne æterno, qui præparatus eſt eis. Hic ergò timor initium ſapientiæ dicitur, non pudor, non dolor: quia neuter eorum ſic initiat ad ſapientiam, neuter tantam habet efficaciam. Vndè eſt quod non dicitur, memorare primordia, aut media, ſed nouiſſima, & non peccabis. Validior enim eſt & vehementior ſpiritus timoris ad reſiſtendum peccato, quàm pudor & dolor. quia pudor de multitudine, & dolor de qualicunque huius mundi conſolatione capit ſolatium, timor verò non inuenit vndè conſoletur. Nam in morte nõ magnum, non paruum aliquid de bonis huius mundi tecum delaturus es: in iudicio nec fallere nec reſiſtere poſſibile erit: in gehenna penitùs nulla conſolatio, ſed perpetuum væ, vlulatus, & fletus & ſtridor dentium.

Eccles 7. Tria nouiſſima quæ metũ inijciunt, mors, iudicium, gehẽna.

Aſini exemplum.

Mors cur timenda.

Cur iudicium metuendum. Heb. 10.

Gehenna cur metuenda. Matth. 25.

Timor nouiſſimorum, eſt initium ſapientiæ.

Timor plus valet ad reſiſtendum peccato, quàm pudor aut dolor.

7. AD Hebræos nono, vt in textu.

8. AVGVSTINVS libro ſecundo de anima & eius origine, capite quarto: Illud quod rectiſſimè & valdè ſalubriter credit (Vincentius Victor ſcilicet) iudicari animas cũ de corporibus exierint, antequàm veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari, atq; in ipſa qua hìc vixerũt, carne torqueri, ſiue gloriari; hoc

Iudicium priuatũ animarũ quando de corporibus exierint.

hoc itáne tandèm ipſe neſciebas? Quis aduersùs Euangelium tanta obſtinatione mentis obſurdu-
Lucæ 16.
it, vt in illo paupere qui poſt mortem ablatus eſt in ſinum Abrahæ, & in illo diuite, cuius infernus cruciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat?

9. ITEM tractatu quadrageſimonono in Euangelium Ioannis: in ea verba ſcribens, Lazarus
De ſtatu animarum poſt mortem.
amicus noſter dormit, &c. Dormit omnis mortuus, & bonus & malus. Sed quomodò intereſt in ipſis qui quotidiè dormiunt & exurgunt, quid quiſque videat in ſomnis; alij ſentiunt læta ſomnia, alij torquentia, ità vt euigilans dormire timeat, nè ad ipſa iterùm redeat: ſic vnuſquiſque hominum cum cauſa ſua dormit, cum cauſa ſua ſurgit. Et intereſt quali cuſtodia quiſque recipiatur, ad iudicem poſteà producendus: nam & receptiones in cuſtodia pro meritis cauſarũ adhiben-
* alios
tur. Alios iubẽtur cuſtodire lictores, * humanum & mite officium atque ciuile: alij traduntur optionibus: alij mittuntur in carcerem. Et in ipſo carcere non omnes, ſed pro meritis cauſarum in ima
Diuerſæ cuſtodiæ mortuorum.
carceris contrudiintur. Sicut ergò diuerſæ cuſtodiæ agẽtium in officio; ſic diuerſæ cuſtodiæ mortuorum, & diuerſa merita reſurgẽtium. Receptus
Lucæ 16.
eſt pauper, receptus eſt diues: ſed ille in ſinu Abrahæ, ille vbi ſitiret, & guttam nõ inueniret. Habent
Poſt mortem recipiũt gaudium boni & tormenta mali: quod non niſi iudicio Dei præcedẽte fieri poteſt. Poſt reſurrectionem maiora recipiẽt.
ergò omnes animæ, vt ex hac occaſione inſtruam charitatem veſtram, habent omnes animæ cùm de ſeculo exierint, diuerſas receptiones ſuas. Habent gaudium bonæ, malæ tormenta. Sed cùm facta fuerit reſurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora; quando cum corpore torquebũtur. Recepti ſunt in pace ſancti patriarchæ, prophetæ, Apoſtoli, martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in fine accepturi ſunt, quod promiſit Deus: promiſſa enim eſt reſurrectio etiam carnis, mortis conſumptio, vita æterna cum angelis. Hoc omnes ſimul accepturi ſumus: nam requiem quę continuò poſt mortem datur, ſi ea dignus eſt, tunc accipit quiſq; cùm mo-
Requies animæ poſt mortem nõ æquè diuturna omnibus.
ritur. Priores acceperunt patriarchæ; videte ex quo requieſcunt. Poſteriores prophetæ, recentiùs Apoſtoli, multo recentiores ſancti martyres; quotidiè boni fideles. Et alij in iſta requie tã diù ſunt, alij non tandiù, alij paucioribus annis, alij recenti tempore.

10. CHRYSOSTOMVS homilia decimaquarta in Matthæum: Sicut illi qui è carceribus
Poſt mortem animæ ad tribunal iudicis ducuntur.
educũtur, vnà cum ipſis catenis ad iudicium protrahuntur: ſic omnes animæ, cùm hinc emigrauerint, varijs peccatorum catenis implicitæ, ad terribile illud ducentur tribunal.

1. B. LVCAE decimoſexto: Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere meì, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

2. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

3. ET capite vigeſimoſecundo: Intrauit autem rex, vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.

4. AVGVSTINVS in libro contra Donatiſtas poſt collationẽ, capite vigeſimo: Poſteaquàm
Matth. 22.
dixit; Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dẽtium: continuò ſubiecit; Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Quomodò hoc verum eſt, cùm potiùs vnus è multis fuiſſet proiectus in tenebras exteriores, niſi quia in illo vno grande corpus figurabatur omnium malorum ante Domini iudicium conuiuio dominico permixtorum. A qui-
Boni & mali ſimul ſumũt corpus & ſanguinem Domini.
bus ſe boni corde interìm ac moribus ſeparant, ſimul manducantes & bibentes corpus & ſanguinem Domini, ſed cum magna diſtinctione: quia iſti in honore ſpõſi induti ſunt veſte nuptiali, non
Philip. 2.
Veſtis nuptialis charitatẽ ſignificat.
ſua quęrentes, ſed quę Ieſu Chriſti: illi autem non habent veſtem nuptialem, hoc eſt, fidiſſimam ſponſi charitatem, ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti.

5. GREGORIVS homilia trigeſimaoctaua in
Veſte nuptiali ineptè ſignificamus fidem aut baptiſmũ.
Euangelia: Si veſtem nuptialem, baptiſma vel fidem dicimus, quis ſine baptiſmate & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipſo foris eſt, quo nec-
Charitatem ſignificat veſtis nuptialis.
dùm credidit. Quid ergò debemus intelligerę veſtem nuptialem, niſi charitatem? Intrat enim ad nuptias, ſed cum nuptiali veſte non intrat, qui in ſancta Eccleſia aſſiſtens, fidem habet, ſed charitatem non habet. Rectè enim charitas, nuptialis veſtis vocatur, quia hanc in ſe conditor noſter habuit, dum ad aſſociandæ ſibi Eccleſiæ nuptias venit. Sola quippe dilectione Dei actum eſt, vt eius vnigenitus mentes ſibi electorum hominum vniret. Vndè & Ioannes dicit: Sic enim dilexit Deus
Ioan. 3.
mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro nobis. Qui ergò per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit veſtem eſſe nuptialem.

6. IOANNIS quinto: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis ſunt, audient vocem eius: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

7. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi, &c. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem, in vitam æternam.

8. ET decimoſexto, vt in textu.

II.

Quomodò nos Scriptura de Morte docet?

a Rom. 5 b Sapien. 1. d Concil. Mileuita. can. 1. Auguſt. de prædeſt. & gratia, cap. 3.

b Gregor. homil. 13. in euangel. Auguſt. in pſal. 144. hom. 27. ex 50. c. 3. & cap. 2. ſoliloquiorum animæ. Hugo Victorinus lib. 1. de anima, cap. 3.

c Eccles 9. c Iaco 4. d Eccli 11. c 14. b Lucæ 12. c

d 2. Reg. 14. c Eccles 2. c Pſal. 89. b 101. a b 102. c Iob 8. b 14. a 1. Pet. 1. d Auguſt. lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 10. & 11. Ser. 21. de verbis Domini c. 2. & 3. Innocent. III. de contemptu mundi lib. 1. cap. 24.

e Eccli 10. b Iob 17. d Pſal. 48. b d Baruch 3. b Eccli 41. a Auguſt. ſenten. vlt. apud Proſperum.

A. *Sicut* [a] *per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ità in omnes homines mors pertranſijt,* vt Paulus affirmat. Igitur etſi [b] hora mortis nihil ſit nobis incertius, *Neſcit* [c] *enim homo finem ſuum:* morte tamen ipſa certius nihil eſſe poteſt. Vndè ſcriptum eſt, & res ipſa quotidiè docet: [d] *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Idque confirmans Eccleſiaſticus, [e] *Et Rex hodiè eſt,* inquit,

Digitized by Google

quit, *& cras morietur. Cùm morietur autem homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.*

B. Cùm verò plurimùm referat, quomodò & quàm parati moriamur, totiès in Euangelio nobis repetitur illud: [f] VIGILATE. Item, [g] *Eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Parati verò & vigilantes mortem excipiemus, ſi ſeriò & in omni vita pro ſe quiſque meditetur quod ſcriptum eſt, [h] *Ante obitum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum:* ſicut & Chriſtus dixit, [i] *Venit nox quando nemo poteſt operari.* [k] *Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.*

f Matth.25.a 24.d Mar.13.d Auguſt.epiſt.80.ad Heſychium, & quæſt. 59. lib.83. quæſtionum.
g Lucæ 12.c Apoc.3.a 16.c Cypria.epiſt.52. ad Antonianum. Auguſt.ſer.3.de Innocentibus, & tract.33. in Ioan. Gregor.lib.16.moral.cap.31.
h Eccli 14.c Eccles 9.c 12.a Galat.6.c Auguſt.de diſciplina Chriſtiana, cap.11. & 12. Concil.Lateran. cap.22. Trident.ſeſſ.14. Nannetenſe cap.4. Gregor. 4.dialog.cap.58. Poſſidon.in vita Auguſtini.
i Ioan.9.a Auguſt.in enchir.cap.110. & tract.44. in Ioannem.
k Ioan.12.e Lucæ 19.c

C. Pulchrè autem Propheta inter iuſtorum malorumque mortem diſcreuit. Nam de his quidem dicit, [l] *Mors peccatorum peſſima,* illorum ſcilicet, qui velut peruicaces Iudæi, in peccato ſine pœnitentia moriuntur, ac proindè ſic pereunt, vt ſemper apud [m] inferos cum epulone diuite ſint excruciandi. De illis verò teſtatur: [n] *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Talibus [o] quippe mors iſta corporis nihil eſt aliud, quàm terrenæ huius peregrinationis & ærumnarum mortalis vitæ terminus, ſomnus quietus, & ſecura obdormitio, veræ vitæ principium, & optabilis tranſitus ad beatam immortalitatem: Cuius deſiderio Apoſtolus flagrans, & huius vitæ pertæſus, [p] *Cupio,* inquit, *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* [q] *Beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Et [r] *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* [ſ] *Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

l Pſal.33.d Prouer.11.a Sapien.5.b c Pſal.10.b Auguſt.ſer.47. & 59.ad fratres in eremo. Hugo Victorinus lib.1.de anima, cap.2. lib.3.cap.23. & lib.4.ca.13. Innocent.III.de contemptu mundi lib.2.cap.42.
m Lucæ 16.e ſ Gregor.4.dial.cap.38. & homil.12.in euang. Beda lib.5.hiſt.Anglorum, cap.14. & 15.
n Pſal.115.a
o 2.Corinth.5.a b Gregor.4.dial.cap.11. & ſequen. Cyprianus de mortalitate. Ambroſius in libro de bono mortis, cap.2. & ſequentib.
p Phil.1.d Lucæ 2.d Pſal.41.a 83.a 141.b Num.23.b
q Lucæ 12.c
r Apocal.14 c
ſ Sapient.4.b

TESTIMONIA.

1. A. AD Romanos quinto, vt in textu.

2. SAPIENTIAE primo: Deus mortem non fecit.

Peccatum eſt cauſa mortis corporalis.

3. CONCILIVM Mileuitanum canone primo: Quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ità vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Mors pœna peccati eſt.

4. AVGVSTINVS in libro de prędeſtinatione & gratia, capite tertio: Mors non naturæ conditio, ſed pœna peccati eſt.

Mortis hora cur incerta.

5. GREGORIVS homilia decimatertia in euangelia; Horam vltimam Dominus noſter idcircò voluit nobis eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta: vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. Proindè fratres mei in conditione mortalitatis veſtræ mentis oculos figite, venienti vos iudici per fletus quotidiè & lamenta præparate. Et cùm certa mors maneat omnes, nolite de temporalis vitæ prouidentia incerta cogitare. Audite quid ſapiens Salomon dicat: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ſcientia, nec ratio, nec ſapientia erũt apud inferos, quò tu properas. Quia ergò & venturæ mortis tempus ignoramus, & poſt mortem operari nõ poſſumus, ſupereſt, vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim, ſic mors ipſa cùm venerit, vincetur: ſi priuſquàm veniat, ſemper timeatur.

Eccles 9.

Præparatio ad mortem.

Quòd mortis tẽpus incertũ ſit, magna eſt Dei miſericordia.

6. AVGVSTINVS in pſalmum centeſimum quadrageſimumquartum: Magna Dei miſericordia, & in hoc quòd diem vitæ tibi incertum fecit, vt neſcias quando hinc emigrabis: & cùm quotidiè ſperas te migrare, aliquando conuertaris. Et in hoc magna eius miſericordia. Ceterùm ſi ſtatuiſſet diem, omnibus faceret abundare peccata de ſecuritate. Dedit ergò ſpem veniæ, nè deſperando ampliùs pecces. Deus conuerſioni tuæ indulgentiam promiſit, ſed dilationi tuæ diẽ craſtinum non promiſit.

7. IDEM libro quinquaginta homiliarũ, homilia vigeſimaſeptima, ſiue in tractatu de vtilitate pœnitentiæ, capite tertio in fine: Nè deſperando augeamus peccata, propoſitus eſt pœnitentiæ portus: rurſùs, nè ſperando augeamus, datus eſt dies mortis incertus.

Incertus dies mortis cõtra præſumptionem valet.

8. IN libro ſoliloquiorum animæ ad Deum, capite ſecundo: Importuna mors mille modis quotidiè miſeros homines rapit. Hũc necat febribus, illum opprimit doloribus: hunc conſumit fames, illum ſitis extinguit: hũc ſuffocat aquis, illum interimit laqueo: illum perimit flammis, aliũ dentibus beſtiarum ferocium vorat: hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit, alterum tantùm repentino terrore miſeram vitam finire compellit. Et nunc ſuper hæc omnia magna miſeria, quia cùm nihil ſit certius morte, ignorat tamen homo finem ſuum. Et cùm ſtare putat, colliditur & perit ſpes eius: neſcit enim homo quando vel vbi vel quomodò moriatur: & tamen certum eſt quòd eum mori oportet.

Quàm varijs modis homines tollit è medio.

Nihil certius morte, & tamen vitæ terminus ignoratur.

Incerta mortis conditio.

9. HVGO à ſancto Victore, libro primo de anima, capite tertio: Certum eſt quòd morieris: ſed incertum eſt quando aut quomodò, vel vbi. Quoniam mors te vbiquè expectat: tu quoquè, ſi ſapiens

Digitized by Google

ens fueris, vbiquè eam expectabis. Idem habet D. Bernardus cap.3. meditationum: Nam illi tribuunt nonnulli hunc I. librum.

10. ECCLESIASTIS nono: Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprahenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò ſuperuenerit.

11. IACOBI quarto: Eccè nunc qui dicitis, Hodiè aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, (qui ignoratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt, ad modicum parens, & deincèps exterminabitur) pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

12. ECCLESIASTICI vndecimo: Eſt qui locupletatur parcè agẽdo, & hæc eſt pars mercedis illius in eo quod dicit: Inueni requiẽ mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus. & neſcit quòd tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & morietur.

13. CAPITE decimoquarto: Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum quia demõſtratum eſt tibi: teſtamentũ enim huius mundi morte morietur. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.

14. LVCAE duodecimo: Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paràſti, cuius erunt?

15. SECVNDI Regum decimoquarto ait mulier Thecuitis ad Regem Dauid: Omnes morimur &c. vt in textu.

16. ECCLESIASTIS ſecundo: Moritur doctus ſimul & indoctus.

17. PSALMO octogeſimonono: Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

18. ITEM centeſimo primo: Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.

19. ET centeſimo ſecundo: Quoniã ipſe cognouit figmentum noſtrum. Recordatus eſt quoniam puluis ſumus, homo ſicut fœnum dies eius: tanquàm flos agri ſic efflorebit. Quoniã ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.

20. IOB octauo: Ait Baldad Suhites: Heſterni quippe ſumus, & ignoramus quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.

21. CAPITE decimoquarto: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodẽ ſtatu permanet. Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt.

22. PRIORIS Petri primo: Quia omnis caro vt fœnum, & omnis gloria eius tanquàm flos fœni. exaruit fœnum: & flos eius decidit.

23. AVGVSTINVS libro decimotertio de ciuitate Dei, capite decimo: Ex quo quiſque in iſto corpore morituro eſſe cœperit, nunquàm in eo nõ agitur, vt mors veniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vitæ huius; ſi tamen vita dicenda eſt, vt veniatur in mortem. Nemo quippe eſt, qui non ei poſt annũ ſit, quàm ante annum fuit, & cras quàm hodiè, & hodiè quàm heri, & paulò pòſt quàm nunc, & nunc quàm paulò antè propinquior: quoniam quicquid temporis viuitur, de ſpatio viuendi demitur: & quotidiè fit minus minuſq; quod reſtat: vt omninò nihil ſit aliud tempus vitæ huius, quàm curſus ad mortem.

Tempus vitæ noſtræ nihil eſt aliud q̃ curſus ad mortem.

24. ET capite vndecimo: Vtinàm in paradiſo benè viuẽdo egiſſemus, vt re vera nulla eſſet mors. Nunc autem nõ ſolùm eſt, verùm etiam tam moleſta eſt, vt nec vlla explicari locutione poſſit, nec vlla ratione vitari. Et poſt pauca: Nõ importunè, neque incongruè arbitror accidiſſe, etſi nõ humana induſtria, iudicio fortaſsè diuino, vt hoc verbũ quod eſt, moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint, ea regula qua cætera talia declinantur. Nanque ab eo quod eſt, oritur, ſit verbum præteriti temporis, ortus eſt: & ſi qua ſimilia ſunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur. Ab eo verò quod eſt, moritur, ſi quæramus præteriti temporis verbũ, reſponderi ſolet, mortuus eſt, v, litera geminata: Sic enim dicitur mortuus, quomodò fatuus, arduus, conſpicuus, & ſi qua ſimilia, quæ nõ ſunt præteriti temporis: ſed quoniam nomina ſunt, ſine tempore declinãtur. Illud autem vt declinaretur, quod declinari non poteſt, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter itaque factum eſt, vt quemadmodùm id quod ſignificat, non poteſt agendo, ità ipſum verbum declinari loquendo non poſſit. Agi tamen poteſt in adiutorio gratię redemptoris noſtri, vt ſaltem ſecũdam mortem declinare poſſimus. Illa enim eſt grauior & omnium malorum peſſima, quæ non ſit ſeparatione animæ & corporis, ſed in æterna pœnam potiùs vtriuſq; complexu. Ibi è contrario non erunt homines ante mortem atq; poſt mortem, ſed ſemper in morte: ac per hoc nũquàm viuentes, nunquàm mortui, ſed ſine fine morientes. Nunquàm enim erit homini peiùs in morte, quàm vbi erit mors ipſa ſine morte.

Mortis moleſtia inexplicabilis.

Verbũ mori, apud Grammaticos non declinatur vt cætera talia verba.

Mors declinari non poteſt, ſicut nec verbũ mori.

Mors ſecũda quæ peſſima eſt, declinari poteſt.

Nunquàm mortui & ſine fine morientes

25. IDEM de verbis Domini, ſermone vigeſimoprimo capite ſecundo: Quis neſcit, quia pœna eſt, neceſſe eſſe vt moriamur: & quod eſt grauius, quando neſcimus? Pœna certa eſt, hora incerta: & de iſta pœna ſola certi ſumus in rebus humanis. Cætera noſtra & bona & mala incerta ſunt: ſola mors certa eſt. Quid eſt quod dico? Deincèps capite tertio: Conceptus eſt puer, fortè naſcitur, fortè aborſum facit. Ità incertum eſt: Fortè creſcit, fortè non creſcit. Fortè ſeneſcit, fortè non ſeneſcit. Fortè diues erit, fortè pauper. Fortè honoratus, fortè humiliatus. Fortè habebit filios, fortè nõ habebit. Fortè ducet vxorẽ, fortè non ducet. Quicquid aliud nominaueris in bonis: reſpice & ad mala. Fortè ægrotat, fortè non ægrotat. Fortè à ſerpẽte percutitur, fortè non percutitur. Fortè à beſtia deuoratur, fortè non deuoratur. Et reſpice omnia mala, vbicunquè, fortè erit, fortè non erit. Nunquid potes dicere; Fortè moritur, fortè non moritur?

Neceſſitas moriendi pœna eſt.

Pœna certa, hora incerta.

Cùm cæteralia omnia fortuita ſint, mors tamen certa eſt.

26. INNOCENTIVS tertius de contemptu mundi, ſiue de miſeria humanæ conditionis libro primo, capite vigeſimoquarto, vel iuxta alios vigeſimoſecundo: Semper vltimus dies primus, & nunquàm primus dies vltimus reputatur: cùm tamen ità ſemper viuere deceat, tãquàm mori ſemper oporteat. Scriptum eſt enim: Memor eſto, quia mors nõ tardat. Tempus præterit, & mors appropinquat. Mille anni ante oculos morientis, tanquàm dies heſterna, quæ præterijt. Semper enim futura naſcuntur, ſemper præſentia moriuntur, & quicquid eſt præteritum, eſt mortuũ totum. Morimur

De vicinitate mortis.

Eccli 14.

rimur

Digitized by Google

rimur enim, dum viuimus, ſemper: & tunc tantùm deſinimus mori, cùm deſinimus viuere. Melius eſt ergò mori vitę, quàm viuere morti. Quia nihil eſt vita mortalis, niſi mors viuens. Vndè Salomon: Laudaui magìs mortuos quàm viuentes, & vtroque feliciorem iudicaui qui necdùm natus eſt. Vita velociter fugit, & retineri nō poteſt: mors autem inſtanter occurrit, & impediri non valet: hoc eſt illud mirabile, quod quanto plùs creſcit, tanto magìs decreſcit: Quia quanto plus vita procedit, tanto magìs ad finem accedit.

Vita mortalis nil eſt aliud quàm mors viuens. Eccles 4.

27. ECCLESIASTICI decimo: Omnis potentatus breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcìdit medicus: ſic & rex hodiè eſt, & cras morietur. Cùm enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias, & vermes.

28. IOB decimoſeptimo: Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus.

29. PSALMO quadrageſimooctauo: Simul inſipiens & ſtultus peribunt. Et relinquēt alienis diuitias ſuas: & ſepulcra eorum domus illorum in æternum. Nè timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cùm interierit, non ſumet omnia: neque deſcendet cum eo gloria eius.

30. BARVCH tertio: Vbi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? qui in auibus cæli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt.

31. ECCLESIASTICI quadrageſimoprimo: O mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis: viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? O mors, bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili qui perdit ſapientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ ſuperuentura ſunt tibi: hoc iudiciū à Domino omni carni: & quid ſuperueniet tibi in beneplacito Altiſſimi? ſiue decem, ſiue centum, ſiue mille anni. Nō eſt enim in inferno accuſatio vitæ.

32. AVGVSTINVS in ſententijs à Proſpero collectis, ſententia vltima: Diuitijs flores, & maiorū nobilitate te iactas, & exultas de patria, & pulchritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur: reſpice teipſum, quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circunſpice eos, qui ante te ſimilibus ſplendoribus fulſēre. Vbi ſunt quos ambiebant ciuium potentatus? Vbi inſuperabiles Imperatores? Vbi qui conuentus diſponebant, & feſta? Vbi equorum ſplendidi inuectores? Exercituum duces? Satrapę, Tyranni? Non omnia puluis? non omnia fauillę? nō in paucis oſſibus eorum vitę memoria eſt? Reſpice ſepulcra, & vide quis ſeruus, quis dominus, quis pauper, quis diues. Diſcerne, ſi potes, vinctum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque naturę, non extollaris aliquando. Memor autem eris, ſi teipſum reſpexeris.

Mortis memoria ſuperbiam calcat.

In oſſibus mortuorum nulla diſtinctio diuitis & pauperis &c.

1. B. MATTHAEI vigeſimoquinto: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

2. ET capite vigeſimoquarto: Vigilate ergò, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniā ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur vēturus eſſet, vigilaret vtiquè, & non ſineret perfodi domū ſuam. Ideò & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem, cùm venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua cōſtituet eum. Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis: veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq́ eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & ſtridor dentium.

3. MARCI decimòtertio: Videte, vigilate, & orate. neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergò (neſcitis enim quādo dominus domus veniat: ſerò, an media nocte, an gallicantu, an manè) nè, cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

4. AVGVSTINVS in epiſtola octogeſima ad Heſychium: Vnuſquiſque debet etiam de die huius vitæ ſuæ nouiſſimo formidare. In quo enim quenque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum compræhendet mundi nouiſſimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſque moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad hoc pertinet quod in euangelio ſecundùm Marcum ità ſcriptum eſt: Vigilate ergò, quia neſcitis quando dominus domus veniat, ſerò, an media nocte, an gallicantu, an manè, nè cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate. Quibus enim omnibus dicit, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus eius pertinentibus, quod eſt Eccleſia? Non ſolùm ergò illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur, ſed etiam illis qui fuerunt poſt illos ante nos, & ad noſipſos, & qui erunt poſt nos vſque ad eius nouiſſimum aduentum. Nunquìd autem omnes inuenturus eſt dies ille in hac vita, aut quiſquam dicturus eſt, quòd ad defunctos etiam pertineat quod ait: Vigilate, nè cùm repentè venerit, inueniat vos dormientes? Cur itaque omnibus dicit, quod ad eos ſolos pertineat qui tunc erūt, niſi quia eo modo ad omnes pertinet, quo modo dixi? Tunc enim vnicuique veniet dies ille, cùm venerit ei dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis Chriſtianus, nè imparatū inueniat eum Domini aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ huius vltimus dies. Certè enim hoc ſaltem manifeſtum erat Apoſtolis, non eorum temporibus cùm hîc in carne viuerēt, Dominum eſſe venturum: & tamen quis dubitet eos præcipuè vigilâſſe & ſeruâſſe, quod omnibus dixit, nè imparatos repentè veniens inueniret?

Nō ſolùm de die nouiſſimo mundi: ſed etiam de ſuo vitæ nouiſſimo die quęq; formidare debere. Marci 13.

Quomodò præceptū eſt omnibus vt vigilēt & parati ſint ad Domini aduentum.

Imparatū inuenit Domini aduentus, quē dies mortis ſuæ inuenit imparatū.

5. LIBRO octogintatrium quæſtionum, quæſtione quinquageſimanona: Vigilate, inquit, quia neſcitis diem neque horam. Non modò illius vltimi temporis quo venturus eſt ſponſus, ſed ſuæ quiſque diem dormitionis & horam neſcit. Quiſquis autem paratus eſt vſque ad ſomnum, id eſt, vſque ad mortem quæ omnibus debetur, paratus etiam inuenietur, cùm illa vox media nocte ſonuerit, qua omnes euigilaturi ſunt.

Matth. 25.

Qui inuenitur paratus in hora mortis, inuenietur etiā paratus in die reſurrectionis.

6. LVCAE duodecimo: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs: vt cùm venerit & pulſauerit, confeſtìm aperiant ei. Beati ſerui illi, quos, cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ità inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtiquè, & non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis

veniet. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autem Dominus: Quis, putas, eſt fidelis diſpēſator & prudens, quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſurā? Beatus ille ſeruus, quem, cùm venerit dominus, inuenerit ità facientem. Verè dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari: veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq́ eius cum infidelibus ponet.

7. APOCALYPSIS tertio: In mente ergò habe, qualiter acceperis & audieris: & ſerua, & pœnitentiam age. Si ergò non vigilaueris, veniam ad te tanquàm fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

8. CAPITE decimoſexto: Eccè venio ſicut fur: Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, nè nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Lib. 4. epiſt. 2. Indigni in morte ſolatium accipere qui ſint.

9. CYPRIANVS Epiſtola quinquageſimaſecunda ad Antonianum: Nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum.

10. AVGVSTINVS ſermone tertio de ſanctis Innocentibus, qui eſt decimus de Sanctis: Percutitur etiam hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſuî, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.

Ezech. 18.

11. ET tractatu trigeſimotertio in Euangelium Ioannis: In quo Propheta mihi legis, quia promiſit (Deus) correcto indulgentiam: non mihi legis, quia promiſit tibi Deus longam vitam: Propter illos qui deſperatione periclitātur, propoſuit indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitantur, & dilationibus illudūtur, fecit diem mortis incertum.

Cur dies mortis incertus.

12. GREGORIVS libro decimoſexto Moralium in Iob, capite trigeſimoprimo: Omnipotentis Dei miſericordia obliuiſci eius dicitur, qui omnipotētis Dei iuſtitię fuerit oblitus: quia quiſquis eum nunc iuſtum non timet, poſteà inuenire non valet miſericordem.

13. ECCLESIASTICI decimoquarto: Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundùm vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat. Nónne alijs relinques dolores & labores tuos in diuiſione ſortis? Da & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam: quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum.

14. ECCLESIASTIS nono: Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas.

15. CAPITE duodecimo: Memento creatoris tui in diebus iuuētutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent, antequàm tenebreſcant ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam, &c.

16. AD Galatas ſexto: Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim ſuo metemus non deficiētes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.

17. AVGVSTINVS in libro de diſciplina Chriſtiana, vel de domo diſciplinæ, capite vndecimo: Quomodò ſtimulat, quomodò metus iſte mortis interpellat? Quomodò nomē ipſum à me commemoratum, omnium corda percuſſit? Quomodò timorem veſtrum teſte gemitu declaràſtis? Audiui, audiui, gemuiſtis, mortem timetis. Si timetis, quare non cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Ventura eſt. Timeam, an non timeam, venire habet: ſerò an citò, ventura eſt. Si timeas, non efficies vt nō ſit quod times. Capite duodecimo: Illud potiùs time, quod ſi nolis, non erit. Quid? Peccare. Peccare time, quia ſi amaueris peccata, in aliam mortem irrues; quò poſſes non venire, ſi non amares peccata. Modò autem peruerſus plùs amas mortem, quàm vitam? Abſit, inquis. Quis eſt hominum, qui plùs amet mortem, quàm vitam? Fortè conuinco te, quia plùs amas mortem quàm vitam. Eccè vndè te conuinco. Amas tunicam tuam, bonam eam vis. Amas villam tuam, bonam eam vis. Amas filium tuum, bonū eum vis. Amas amicum tuum, bonum eum vis. Amas domū tuam, bonam eam vis. Quid eſt quòd etiam bonam vis habere mortem? Quotidiè enim rogas, vt quoniam mors ventura eſt, bonam mortem tibi det Deus, & dicis; Deus auertat à me malam mortem. Plùs ergò amas mortem tuam, quàm vitam tuam. Mori malè times, & malè viuere non times. Corrige malè viuere, time malè mori. Sed noli timere: non poteſt malè mori qui benè vixerit. Prorsùs confirmo, audeo dicere, Credidi propter quod locutus ſum: non poteſt malè mori qui benè vixerit. Iam tu dicis tibi; Num multi iuſti naufragio perierunt? Certè non poteſt malè mori qui benè vixerit. Num multos iuſtos gladius peremit hoſtilis? Certè non poteſt malè mori qui benè vixerit. Num multos iuſtos latrones occiderunt? Num multos iuſtos beſtiæ laniauerunt? Certè non poteſt malè mori, qui benè vixerit. Et ego reſpōdeo. Hæc enim tibi videtur mala mors, naufragio perire? gladio percuti? à beſtijs laniari? mors tibi mala videtur? Nónne has mortes martyres ſubierunt, quorum natalitia celebramus? Quod genus mortis non ſubierunt? Et tamen ſi Chriſtiani ſumus, ſi in domo diſciplinæ nos eſſe meminimus, vel cùm hîc ſumus, vel cùm hîc audimus, ſi exeuntes hinc non obliuiſcimur, ſi meminimus quod hîc audimus, nónne martyres beatificamus? Quære mortes martyrū. Oculos carnis interroga: Malè mortui ſunt. Oculos fidei interroga: Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorū eius. Quicquid ergò eſt quod exhorres in morte, omninò non exhorreas, ſi eos imitaris. Id age vt bonā vitam habeas; & quæcunque occaſio fuerit vt exeas de hoc corpore, exis ad requiem, exis ad beatitudinem, quæ nō habet timorem nec finem. Nam quaſi bona mors diuitis, in purpura & byſſo; ſed mala mors ſitientis, & inter tormenta guttam aquæ deſiderantis. Quaſi mala mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame & ſiti micas de menſa deſiderantis. Mala mors, auerſanda mors. Finem reſpice: Chriſtianus es, fidei oculum intende. Contigit mori inopem illum, & deferri ab angelis in ſinum Abrahæ. Quid proderat diuiti ſepulcrum marmoreum, ſitienti apud inferos? Quid oberant pauperi panni cum ſanie vlcerum eius, requieſcenti in ſinu Abrahę? Longè vidit eum requieſcentem, quem contempſerat iacentem. Modò elige mortem. Dic mihi, Quis benè mortuus eſt, quis malè? Puto quia meliùs ille pauper, quàm ille diues. An vis aromatibus ſepeliri, & apud inferos ſitire? Reſpondes; Abſit à me. Puto quòd hoc dices. Diſces ergò benè mori, ſi didiceris benè viuere. Merces enim bonæ vitæ æterna eſt.

Mortem nominate terrorem inijcit & metum.

Vtrùm mors timenda eſt.

Quidam plùs amant mortem, quàm vitam.

Cōtra eos qui cupiunt benè mori, & tamē malè viuere non reformidant.

Pſal. 115. Malè viuere & benè mori pugnant.

Martyres partim malè, partim benè mortui ſunt. Pſal. 115.

Lucæ 16. Mors diuitis & Lazari qualis.

18. CONCILIVM Lateranenſe ſub Innocentio tertio, capite vigeſimoſecundo: Cùm infirmitas corporalis nonnunquàm ex peccato proueniat, dicente Domino languido quē ſanauerat: Vade, & ampliùs noli peccare, nè deterius aliquid tibi contingat: decreto præſenti ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum, vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, quòd medicos aduocent animarum, vt poſtquàm infirmis fuerit de ſpiritali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubriùs procedatur, cùm cauſa ceſſante ceſſet

Ioan. 5.

Medicorū officium apud ægrotātes, vt medicos animarum vocari curent.

&

Digitized by Google

& effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto iacentes, cùm eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vndè faciliùs mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquàm per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tam diù ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competēter. Cęterùm cùm anima ſit multo precioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, nè quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Nihil pro corporis ſalute ſuſcipiēdum vel agēdum, quod vergat in animæ periculum.

19. CONCILIVM Tridentinum ſeſſione decimaquarta in doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis: Clementiſſimus redemptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remedijs aduersùs omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodùm auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſint,ità extremæ Vnctionis Sacramento, finem vitæ, tanquàm firmiſſimo quodā præſidio, muniuit. Nam etſi aduerſarius noſter occaſiones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementiùs ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitùs & à fiducia etiam, ſi poſſit, diuinæ miſericordiæ deturbandos, quàm cùm impendere nobis exitum vitæ perſpicit. ET capite ſecundo: Res & effectus huius ſacramenti, gratia eſt Spiritus ſancti: cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expiāda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando: qua infirmus ſubleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuiùs fert, & tentationibus dæmonis, calcaneo inſidiātis, faciliùs reſiſtit, & ſanitatem corporis interdùm vbì ſaluti animæ expedierit, conſequitur.

Morituris proſpexit Deus Vnctionis ſacramento.

Dęmonis importunitas circa horam mortis.

Effectus extremæ Vnctionis.

Iaco. 5.

20. CONCILIVM Nannetenſe capite quarto: Cùm ſacerdos audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quàm citiùs ad eum pergat: & ingreſſus cubiculum, benedictam ſuper eum & per omne cubiculū aquā adſpergat cum antiphona, Aſperges me Domine: & verſu, Exurgat Deus. Deindè dicat orationem, Deus qui ſacerdotibus tuis totam præ cæteris gratiam contuliſti, &c. Deindè cantet ſeptem pſalmos cum precibus pro infirmis. Poſt hæc omnes iubeat extra cubiculum ſecedere, & appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blandè leniterq; alloquatur, vt omnem ſpem ſuam in Deo ponat, vt flagellum Dei patienter toleret, vt hoc ad purgationem & caſtigationem ſuam prouenire credat, vt peccata ſua confiteatur, vt emendationem promittat, ſi Dominus vitam conceſſerit: pœnitentiā pro culpis cōmiſſis ſpondeat: vt ſubſtantiam ſuam, dum adhuc ſenſus & ratio in eo vigent, diſponat: vt peccata ſua eleemoſynis redimat: vt his qui in ſe peccauerunt, indulgeat: vt rectam fidem & credulitatem teneat: vt de Dei miſericordia nunquàm deſperet. Cùm his & huiuſcemodi allocutionibus fuerit mēs infirmi releuata, data benedictione recedat ſacerdos, non poſt multum reuerſurus, detq; locum, vt ægrotus de peccatis ſuis poſſit cogitare.

Aegroti à parocho viſitatio.

Aquę benedictæ aſperſio.

Septem pſalmorū lectio.

Exhortatio ad infirmum.

Peccatorum confeſſio.

Teſtamētum.

21. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite quinquageſimooctauo: Tutior eſt via, vt bonum quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios, agat ipſe dum viuit, per ſe. Beatius quippe eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere.

22. POSSIDONIVS vel Poſſidius in vita ſancti Auguſtini, capite trigeſimoprimo: Dicere nobis inter familiaria colloquia conſueuerat, poſt perceptum baptiſmum etiam laudatos Chriſtianos, & ſacerdotes abſque digna & competēti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipſe fecit vltima qua defunctus eſt ęgritudine: nam ſibi iuſſerat pſalmos Dauidicos, qui ſunt pauciſſimi de pœnitentia ſcribi, ipſosq; quaterniones iacens in lecto contra parietem poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter ac vbertim flebat. Et nè intentio eius à quoquam impediretur, ante dies fermè decem quàm exiret de corpore, à nobis poſtulauit præſentibus, nè quis ad eum ingrederetur, niſi ijs tantùm horis quibus medici ad inſpiciendum intraret, vel cùm ei inferretur refectio. Et ità obſeruatum ac factum eſt, & omni illo tempore orationi vacabat. ET capite vigeſimoſeptimo: Indicauerat quoquè nobis, ſe prędicti & beatæ memorię viri (Ambroſij) in vltimo vitæ conſtituti audiſſe ſapientiſſimum & pijſſimum reſponſum, & multùm laudabat ac prædicabat. Nam cùm ille venerabilis vltima iaceret ægritudine, & à fidelibus honoratis lecto eius adſtantibus, & videntibus eum de ſeculo migraturum ad Deum, & ob hoc mœrentibus tanti ac talis Antiſtitis morte Eccleſiam poſſe priuari verbi & ſacramenti Dei diſpenſatione, cum lachrymis rogaretur, vt ſibi à Domino vitæ poſceret commeatum, eum illis dixiſſe: Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. Et in his noſter Auguſtinus ſenex elimata ac librata admirabatur & laudabat verba. Ideò enim eum dixiſſe intelligendum eſt, nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus, nè crederetur præſidens de ſuis purgatiſſimis moribus præſumpſiſſe, non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: hoc enim dixerat ad illud quod homines de homine nôſſe poterant. Nam ſciens examen ęquitatis diuinę, de bono Domino ſe dicit magis, quàm de meritis ſuis, confidere. Cui etiam in oratione quotidiana dicebat: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Cuiuſdam quoquè Coëpiſcopi & familiariſſimi ſui amici, in extremis vitæ de talibus frequentiſſimum referebat dictum. Ad quem cùm viſitandum iam morti propinquantem veniſſet, & ille manuum geſtu ſe de ſeculo exiturum ſignificaret, atque à ſe illi eſſet reſponſum, adhuc eum Eccleſiæ neceſſarium viuere poſſe, illum, nè putaretur huius vitæ teneri cupiditate, reſpondiſſe ei: Si nunquàm, benè: Si aliquando, quare non modò? Et talem ſententiam mirabatur & laudabat hominem protuliſſe, Deum quidem timentem, veruntamen in villa natum & nutritum, ſed non multa lectionis eruditum ſcientia. Illud etiam cuiuſdam ægrotantis dictum afferebat Epiſcopi, de quo in epiſtola ſua quam de mortalitate ſcripſit ſanctus martyr Cyprianus, ità retulit, dicens: Cùm quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris infirmitate defeſſus, & de appropinquante morte ſolicitus commeatum ſibi precaretur, adſtitit deprecanti & iam penè morienti iuuenis honore & maieſtate venerabilis, ſtatura celſus, & clarus adſpectu, quē adſtantem ſibi vix poſſet humanus adſpectus oculis carnalibus intueri, niſi quòd talem videre iam poterat de ſeculo receſſurus. Atque ille non ſine quadam animi & vocis indignatione infremuit & dixit, Pati timetis, exire non vultis: quid faciam vobis?

Sine pœnitentia nō migrandum ex hac vita.

Pſalmos pœnitentiales ſibi ſcribi iuſſit Auguſtinus ante mortem

Orationi potiſſimū vacat Auguſtinus moriturus.

Ambroſij dictū in morte.

Matth. 6.

Cuiuſdā alterius morientis dictum ab Auguſtino laudatum.

Ex Cypriano viſio quędam

In eos qui inuiti moriuntur.

23. IOANNIS nono, vt in textu.

24. AVGVSTINVS in enchiridio ad Laurentium, capite centeſimo decimo: Quocircà hîc omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam vel grauari. Nemo autem ſe ſperet quod hîc neglexerit, cùm obierit, apud Deum promereri.

Ante mortem omne meritū comparatur.

25. ET tractatu quadrageſimoquarto in Euangelium Ioannis, ſuper ea verba, Venit nox quando

Digitized by Google

Nox in qua nemo poteſt operari, eſt impiorũ poſt iudicium extremum.
Matth. 25.
Matth. 22.

do nemo poteſt operari: Quid igitur? quid dicemus de nocte iſta? Quando erit, quando nemo poterit operari? Nox iſta impiorũ erit; nox iſta eorum erit, quibus in fine dicetur, Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Sed nox dicta eſt, non flamma, non ignis. Audi quia & nox eſt. De quodã ſeruo dicit, Ligate illi manus & pedes, & proijcite eũ in tenebras exteriores. Operetur ergò homo dũ viuit, nè illa nocte præueniatur, vbi nemo poſſit operari. Modò eſt vt operetur fides per dilectionem: & ſi modò operamur, hic eſt dies, hic eſt Chriſtus. Audi promittentem, & nè arbitreris abſentem. Ipſe dixit, Eccè ego vobiſcum ſum. Quàm diù? Non ſit in nobis ſolicitudo qui viuimus: ſi fieri poſſet, de hac etiã voce poſteros qui futuri ſunt, ſecuriſſimos faceremus. Eccè, inquit, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque in conſummationem ſeculi. Dies iſte, qui circumitu ſolis huius impletur, paucas horas habet: dies præſentiæ Chriſti, vſq; in conſummationem ſeculi extenditur. Poſt reſurrectionem verò viuorum & mortuorũ, cùm poſitis ad dexteram dixerit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: poſitis autẽ ad ſiniſtram dixerit, Ite in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: ibi erit nox, vbi nemo poteſt operari, ſed recipere quod operatus eſt. Aliud eſt tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim Dominus vnicuiq; ſecundùm opera ſua. Dum viuis fac, ſi facturus es: erit enim tunc nox valida, quæ inuoluat impios.

(Margin: Matth. 28. — Matth. 25. — Matth. 16.)

Eſt etiam malis ſtatim poſt mortem nox in qua nemo poteſt operari.
Lucæ 16.

Sed & modò omnis infidelis quando moritur, illa nocte ſuſcipitur, nõ eſt vt illic aliquid operetur. In illa nocte diues ardebat, & ſtillam aquæ de digito pauperis requirebat. Dolebat, angebatur, fatebatur, nec ei ſubueniebatur, & conatus eſt benefacere: ait enim Abrahę, Pater Abraham, mitte Lazarum ad fratres meos, vt dicat illis quid hîc agatur, nè & ipſi veniant in hunc locũ tormentorũ. O infelix, quando viuebas tunc erat tẽpus operandi: modò iam in nocte es, in qua nemo poſſit operari.

26. IOANNIS duodecimo, vt in textu.

27. LVCAE decimonono: Negociamini dum venio.

1. C. PSALMO trigeſimotertio, vt in textu.

2. PROVERBIORVM vndecimo: Mortuo homine impio nulla erit vltrà ſpes, & expectatio ſolicitorum peribit.

3. SAPIENTIAE quinto: Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm nuncius præcurrens, &c. Sic & nos nati continuò deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere. in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam ſpes impij tanquàm lanugo eſt, quæ à vento tollitur: & tanquàm ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquàm fumus qui à vento diffuſus eſt: & tanquàm memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.

4. PSALMO decimo: Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

De differentibus pœnitentiam vſq; ad horã mortis.
Impedit verã conuerſionẽ dolor.
Alia conuerſionis impedimenta.

5. AVGVSTINVS ſermone quadrageſimooctauo ad fratres in eremo: Cùm in extrema ęgritudine fueritis fratres, ô quàm fortè, ô quàm durum, ô quàm pœnoſum, ô quàm lachrymabile erit vobis pœnitere & dolere de malis commiſſis, & de bonis omiſſis! Quare hoc erit, niſì quia illic capitur tota intentio mentis, vbi eſt vis doloris? Multa enim occurrũt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, pœna affligit, quia mors appropinquat, intrare filios quos patres ſummè dilexerũt, pro quibus etiam ſe damnatos exiſtimant, tenebroſo oculo adſpiciunt, vxores iam lachrymantes conſiderant, mundus adhuc eis fiduciam præſtat, Diabolus, nè de peccatis doleant, fidem tribuit, & chirographum infirmantibus præbet, caro non deficere adhuc ſatìs ſperat, medici adhuc, vt lucrentur, ipſum confortant, parentes applaudunt, ſacerdotes alliciunt, & ſic diuites moriuntur in inferno. O homo, audîſti quid locutus ſum; omninò crede quòd hæc omnia citò experieris.

Tempore cõuerſio inſtituenda eſt, & condendum teſtamentum.

Obſecro igitur te, vt antequàm infirmitate graueris, agas pœnitentiam, diſponas domũ tuam. Fac quod fiendum eſt, fac teſtamentum dum ſanus es, dum ſapiens es, dum tuus es. Nam ſi expectaueris infirmitatem, omninò minis vel blandimentis duceris quò tu non vis.

De ſeparatione animæ à corpore.

6. ET ſermone quinquageſimoſeptimo, qui eſt liber de vanitate ſeculi, capite primo: Quòd ſi vultis ſcire chariſſimi, quàm magno metu magniſq; doloribus anima ſeparatur à corpore, diligenter aduertite. Veniunt enim angeli aſſumere eam ante Deum, vt perducant illam ante tribunal iudicis metuendi: & tunc illa memorans opera ſua mala & peruerſa, quæ die noctúque geſſit, contremiſcit, & quærit ea fugere, induciaſq; petere, dicens: Date mihi vel vnius horæ ſpatiũ. Tunc quaſi loquentia ſimul opera eius, dicent; Tu nos egiſti, opera tua ſumus, non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus, tecumq; pergemus ad iudicium.

Mors peccatoris & iuſtorum quid diſtent.

Hæc quidem cum peccatoris anima aguntur, quę cum horrendo timore ſeparatur à corpore, & pergit plena peccatis & ingenti confuſione: iuſti verò anima cùm ſeparatur à corpore, non timet, nec expaueſcit, ſed magìs cũ magno gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad Deum, deducentibus ſe ſanctis angelis. Illam horã fratres modò timete, vt non tunc timeatis: illam nunc præcauete, vt tunc ſecuri eſſe poſſitis.

Eadem habet Bernard. c. 2. meditationũ.
De ſeparatione animæ à corpore.

7. HVGO à ſancto Victore, libro primo de anima, capite ſecundo: Dum libenter ac iucundè moratur homo in mundo, diuq; ſe victurum arbitratur, ac multa in longum diſponit tempus agenda; ſubitò rapitur in mortem, & ex improuiſo anima aufertur à corpore: tuncq; cum magno metu magniſq; doloribus anima ſeparatur à corpore. Veniunt enim angeli aſſumere illam, vt perducant eam ante tribunal iudicis metuendi. & tunc illa memorans opera ſua mala & peſſima, quæ die noctuq; geſſit, contremiſcit, & quærit illa fugere, induciaſq; petere, dicens: Date mihi vel vnius horæ ſpatium. Tunc quaſi loquentia ſimul opera dicent: Tu nos egiſti: opera tua ſumus: non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus: tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoquè multis & multiplicibus criminibus eam accuſabunt: multaq; falſa teſtimonia aduersùs illã inuenient, quanquàm vera ad damnationem eius poſſent ſufficere.

Dęmonũ terror & furor.

Dęmones verò terribili vultu & horribili adſpectu eam terrebunt: ingenti furore eam perſequentur & compræhendent tam terribiliter quàm horribiliter, volentes eam retinere & poſſidere, niſì ſit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clauſos, & os aliosq; corporis ſenſus per quos ſolebat egredi & delectari in his exterioribus, reuertetur ad ſe: & videns ſe ſolã & nudam, ingenti horrore concuſſa, deſperatione deficiet in ſe, & cadet ſub ſe. Quia enim pro amore mundi & carnis voluptate Dei amorem dereliquerat, derelinquetur à Deo miſera in hora tãtæ neceſſitatis, atque dæmonibus tradetur in inferno cruciãda.

Animę peccatricis timor & miſeria in hora mortis.

Sic anima peccatoris in die qua ignorat, & hora qua neſcit, rapitur à morte & ſegregatur à corpore: pergitq; miſerijs plena, tremens & dolens: & cùm nullã excuſationẽ habeat, quã pro peccatis ſuis poſſit obtendere, contabeſcit & pertimeſcit ante Deũ apparére. Ingenti horrore concutitur, & multiplicibus cogitationũ ęſtibus agitatur: cùm vrgente ſolutione carnis & ſubductis è medio omnibus, ſe & illũ terminum cõſiderat cui appropinquat: & poſt paululũ hoc inuenit,

Digitized by Google

ſit, quod in perpetuum mutari non poterit. Conſiderat planè, quàm diſtrictus veniat æternus iudex, & ante ſeueritatem tantæ iuſtitiæ quas rationes vitæ ſuæ ponat. Si enim cuncta opera quæ intelligere potuit, deuitauit: ventura tamen coram diſtricto iudice, illa magis quæ in ſemetipſa non intelligit, pertimeſcit. Creſcit pauor cùm cogitat, quòd viam vitæ huius nequaquàm ſine culpa tranſire potuit.

Habet eadem Bernardus in libro de interiori domo, cap. 38.

8. ET libro tertio, capite vigeſimotertio: Conſidera quomodò morieris, quando aliqua graui infirmitate vexatus, & ad extrema deductus: & ibi ad terram proiectus inter longa ſuſpiria & difficiles ſingultus, inter diuerſos dolores & timores animam expirabis.

Conſideratio morientis hominis.

Tunc veniet corpus in pallorem & horrorem, in ſaniem & fœtorem: erit vermis & cibus vermium: animam verò mox capient & rapient laruales illæ facies, quæ eam in exitu præſtolantur.

Dæmonum præſentia.

Et ex omni parte terrebunt eam dæmones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet ab illis rugientibus, præparatis ad eſcam: quis conſolabitur eam, cùm teterrima illa monſtra dæmoniorum occurſantia ſibi catervatìm ruere videbit: aut quis deducet per ignotam regionem?

Colloquium inter Prudentiam & timorem vel memoriam mortis.

9. ET libro quarto de anima, capite decimotertio: Introducere debet prudentia aliquos nuncios qui aliqua narrent, quæ ad exercitationem valeant. Itaque nuncius mortis ingreſſum poſtulans, admittitur. Qui rogatus vt dicat quis ſit, vndè veniat, quid viderit: ſe reſpondet non aliter quicquam dicturum, niſi ſummum fiat ſiletium. Quo impetrato, ſic incipit: Ego ſum timor mortis: & mortem vobis venire nuncio. Prudentia loquitur pro omnibus, & interrogat, ſic dicens: Vbi eſt mors: MEMORIA MORTIS. Scio quia non tardat venire & propè eſt. Sed diem & horam aduentus eius ego neſcio. PRVDENTIA. Et qui veniunt cùm illa? MEMORIA. Mille dæmones ferentes ſecum libros grandes & vncos ferreos, & igneas catenas. PRVDENTIA. Quid prætendunt his omnibus? MEMORIA. In libris ſcripta ſunt omnia peccata hominũ: & quorum ibidèm peccata ſcripta ſunt, illos ſui eſſe dicunt iuris. Vncos ferunt, vt quos ſui eſſe iuris conuicerint, eorum animas violenter extrahant, & ligatas catenis in infernum pertrahant.

In morte præſentes ſunt dæmones, libros, vncos & catenas habentes.

Quadruplex dolor quẽ in morte ſuſtinent mali. Corporis dolor quantus.

10. INNOCENTIVS tertius libro ſecundo de contemptu mundi, ſiue de miſeria humanæ conditionis, capite quadrageſimoſecundo: Mali quatuor dolores patiuntur in morte. Primus dolor eſt anguſtia corporea, tãta & tam grauis, quanta vel qualis nec fuit, nec eſt in præſenti vita ante diſſolutionem illam. Quód in quibuſdam, etſi nõ in omnibus appáret, præ nimio dolore ſeipſos diſcerpentibus. Fortis enim & incomparabilis eſt violentia, quando nexus illi & vitales nodi inter corpus & animam diſrumpuntur. Vndè propheta lamentando ait: Circundederunt me dolores mortis. (*Pſal. 114.*) Non enim eſt membrum, non articulus in corpore, quod penitùs non inuoluatur illo inexplicabili dolore.

Animæ dolor triplex in morte.

Secundus dolor eſt, quando iam penè defatigato corpore & ſuis exhauſto viribus, anima multo liberiùs videt tunc in momento occurrere omnia opera bona, vel mala quæ fecit, quæ omnia reducuntur ante oculos interiores.

Adſpectus operum bonorum & malorum.

Dolor iſte eſt tantus, & * retractatio iſta tam grauis eſt, quòd anima plurimùm turbata, cogitur quaſi ſeipſam odiſſe. Vndè dicitur in pſalmo: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. (*Pſal. 17.*) Nam torrentes cum multo impetu veniunt, & videntur diruere omnia: ità in morte videbit malus omnia ſubitò, quæ fecit opera bona vel mala.

** alias recogitatio*

Conſideratio gehennæ.

Tertius dolor eſt, quando anima iam incipit tam triſtè dijudicare, & ſibi pro ſuis iniquitatibus ſingulis omnia & debita gehennæ tormẽta videt imminere. Vndè dicitur in pſalmo: (*Pſal. 114.*) Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.

Adſpectus dæmonum.

Quartus dolor eſt, quando anima adhuc in corpore poſita, videt ſpiritus malignos, ad rapiendum ſe paratos: vbi tãtus dolor eſt & timor, quòd miſera anima licèt à corpore egreſſura, quandiù poteſt refugiat, vt tempus ſuæ captiuitatis redimat, antequàm de corpore exeat. Propter quod dicit Sophonias propheta: A prima porta exit clamor, & à ſecunda vlulatus. (*Sophon. 1.*) Prima porta dicitur, quando anima mala quàm citò egreditur à corpore, tam citò rapitur à malignis ſpiritibus ad æterna ſupplicia. Secunda porta dicitur, quando poſt diem iudicij punientur in corpore & anima ſine fine. Puniuntur enim mali in anima tantùm in prima ſeparatione corporis & animæ, poſt iudicium verò in anima & corpore punientur. Vnde dicitur: Duplici contritione contere eos. (*Hierem. 17.*)

11. LVCAE decimoſexto: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidiè ſplendidè, &c. Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma, &c.

Terribile exemplum.

12. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite trigeſimooctauo: Chriſorius, ſicut Probus propinquus illius, cuius iam ſuperiùs memoriam feci, narrare conſueuit, vir in hoc mundo valdè idoneus fuit, ſed tantum plenus vitijs quantum rebus, ſuperbia tumidus, carnis ſuæ voluptatibus ſubditus, in requirendis rebus auaritiæ facibus accenſus. Sed cùm tot malis Dominus finem ponere decreuiſſet, corporali hunc moleſtia percuſſit. Qui ad extremum veniens, eadem hora qua iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit teterrimos viros & nigerrimos ſpiritus coram ſe aſſiſtere, & vehementer imminere, vt ad inferni clauſtra eum raperent.

Dæmonum adſpectus.

Cœpit tremere, palleſcere, ſudare, & magnis vocibus inducias petere, filiumq́ue ſuum nomine Maximũ, quem ipſe iam monachus monachum vidi, nimijs & turbatis vocibus vocare, dicens: Maxime curre. Nunquàm tibi mali aliquid feci, in fide tua me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus adfuit, lugens ac perſtrepens familia conuenit. Eos autem quos ille inſiſtentes ſibi grauiter tolerabat, ipſi malignos ſpiritus videre non poterant, ſed eorum præſentiam, in confuſione, & pallore, & tremore illius qui trahebatur, videbant. Pauore autem terræ eorum imaginis huc illúcque vertebatur in lectulo: iacebat in ſiniſtro latere, adſpectum eorum ferre non poterat: vertebatur ad parietem, ibique aderant. Cumq́ue conſtrictus nimìs, relaxari ſe iam poſſe deſperaret, cœpit magnis vocibus clamare: Inducias vel vſque manè, inducias vel vſque manè. Sed cùm hæc clamaret, in ipſis vocibus de habitaculo ſuæ carnis euulſus eſt. De quo nimirùm conſtat: quia pro nobis iſta non pro ſe viderit, vt eius viſio nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi tetros ſpiritus ante mortem vidiſſe, & inducias petijſſe, quid profuit, qui eaſdem inducias quas petijt, non accepit?

Noſtri cauſa hæc vidit Chriſorius.

13. IDEM in homilia duodecima in euangelia, eandem refert hiſtoriam de Chriſorio.

Aliud terribile exemplum de differentibus conuerſionẽ ad mortem vſque.

14. BEDA libro quinto hiſtoriæ Anglorum, capite decimoquarto: Fuit quidam in prouincia Merciorum, cuius viſiones ac verba, nec non & conuerſatio plurimis, ſed non ſibimet profuit. Fuit autem temporibus Coenredi, qui poſt Edilredum regnauit, vir in laico habitu atque officio militari poſitus: ſed quantum pro induſtria exteriori Regi placens, tantum pro interna ſuimet negligentia diſplicens. Admonebat ergò

Admonitio ad confeſſionem & vitæ emendationem.

illum ſedulò, vt confiteretur, & emendaret ac relinqueret ſcelera ſua, priuſquàm ſubito mortis ſuperuentu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verùm ille frequenter licèt admonitus, ſpernebat verba ſalutis, ſeſeq; tempore ſequenti pœnitentiam acturum eſſe promittebat. Hæc inter, tactus infirmitate, decidit in lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus rex, qui diligebat eum, multùm hortabatur, vt vel tunc antequàm moreretur, pœnitentiam ageret commiſſorum. At ille reſpondit, non ſe tunc velle confiteri peccata ſua, ſed cùm ab infirmitate ſua reſurgeret, nè exprobrarent ſibi ſodales, quòd timore mortis faceret ea, quæ ſoſpes facere nolebat, fortiter quidem, vt ſibi videbatur loquutus, ſed miſerabiliter, vt pòſt patuit, dæmoniaca fraude ſeductus. Cúmque morbo ingraueſcente, denuò ad eum viſitandum ac docendum rex intraret, clamauit ſtatim miſerabili voce: Quid vis modò? quid huc veniſti? non enim mihi aliquid vtilitatis, aut ſalutis potes vltrà conferre. At ille, noli ità loqui. Vide vt ſanum ſapias. Non, inquit, inſanio, ſed peſſimam mihi conſcientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc eſt? Paulò antè, inquit, intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & reſederunt iuxta me, vnus ad caput, & vnus ad pedes, protulitq; vnus libellum perpulchrum, ſed vehementer modicum, ac mihi legendum dedit, in quo omnia quæ vnquàm bona feceram, intuens ſcripta reperi, & hæc erant nimiùm pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebãt. Tunc ſubitò mihi ſuperuenit exercitus malignorum & horrendorum vultu ſpirituum, domumq; hanc & exteriùs obſedit, & intùs maxima ex parte reſidens impleuit. Tunc ille qui & obſcuritate tenebroſę faciei, & primatu ſedis maior eſſe videbatur eorum, proferens codicem horrendæ viſionis, & magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis, iuſſit vni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferre. Quem cùm legiſſem, inueni omnia ſcelera, nō ſolùm quæ opere & verbo, ſed etiam quæ tenuiſſima cogitatione peccaui, manifeſtiſſimè in eo tetris eſſe deſcripta literis. Dicebátque ad illos, qui mihi adſederant, viros albatos & præclaros: Quid hîc ſedetis, ſcientes certiſſimè quia noſter eſt iſte? Reſponderunt, Verum dicitis, accipite, & in cumulum damnationis veſtræ ducite. Quo dicto, ſtatim diſparuerunt, ſurgenteſq; duo nequiſſimi ſpiritus, habentes cultros in manibus, percuſſerunt me, vnus in capite, & alius in pede: qui videlicet modò cum magno tormento transfodiunt viſcera mea, & interiora corporis mei penetrant, móxque vt ad inuicèm peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni clauſtra pertrahar. Sic loquebatur miſer deſperans, & non multò pòſt defunctus, pœnitentiam, quam ad breue tempus cum fructu veniæ facere ſuperſedit, in æternum ſine fructu pœnis ſubditus facit. De quo conſtat, quia, ſicut B. Papa Gregorius de quibuſdam ſcribit, non pro ſe iſta, cui non profuère, ſed pro alijs viderit: qui eius interitum cognoſcentes, differre tempus pœnitentiæ, dum vacat, timerent, nè improuiſo mortis articulo præuenti, impœnitentes perirent. Quòd autem codices diuerſos per bonos ſiue malos ſpiritus ſibi vidit offerri, ob id ſuperna diſpenſatione factum eſt, vt meminerimus facta & cogitationes noſtras, non in ventum diffluere, ſed ad examen ſummi iudicis cuncta ſeruari, ſiue per amicos angelos in fine nobis oſtendenda, ſiue per hoſtes. Quòd verò priùs candidum codicem protulerũt angeli, deindè atrum dæmones, illi perparuum, iſti enormem, animaduertendum eſt, quòd in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen vniuerſa prauè agendo iuuenis obnubilauit: Qui ſi è contrario errores pueritiæ corrigere in adoleſcentia, ac benefaciendo à Dei oculis abſcondere curâſſet, poſſet eorum numero ſociari, de quibus ait pſalmus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Hanc hiſtoriam, ſicut à venerabili antiſtite Pethelmo didici, ſimpliciter ob ſalutem legentium ſiue audientium, narrandam eſſe putaui.

In 4. dialog. cap. 38.

De codicibus quos angeli tum boni tū mali morituro exhibuerunt.

Pſal. 31.

15. ET capite decimoquinto: Noui autem ipſe fratrem, quem vtinàm non nôſſem, cuius etiam nomen, ſi hoc aliquid prodeſſet, dicere poſſem, poſitum in monaſterio nobili, ſed ipſum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem ſedulò à fratribus, ac à maioribus loci ad caſtigatiorem vitam conuerti admonebatur: Et quamuis eos audire noluiſſet, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob neceſſitatem operum ipſius exteriorum. erat enim fabrili arte ſingularis. Seruiebat autem multùm ebrietati, & cæteris remiſſioris vitæ illecebris, magiſq; in officina ſua die, noctúque reſidere, quàm ad pſallendum aut orandum in eccleſia, audiendumq; cum fratribus verbum vitæ conſueuerat. Vndè accidit illi, quod ſolent dicere quidam: Quia qui non vult Eccleſiæ ianuã ſponte humiliatus ingredi, neceſsè habeat ianuam inferni non ſponte damnatus introduci. Percuſſus enim languore, atque ad extrema perductus, vocauit fratres, & multùm mœrens ac damnato ſimilis, cœpit narrare, quia videret inferos apertos, & Sathan demerſum in profundum tartari, Caiphámque cum cæteris, qui occiderant Dominum, iuxta eum flammis vltricibus cōtraditum. In quorum vicinia, inquit, heu miſero mihi locum adſpicio ęternæ perditionis eſſe pręparatum. Audientes hæc fratres, cœperũt diligenter exhortari, vt vel tunc poſitus adhuc in corpore, pœnitentiam ageret. Reſpondebat ille deſperans: Non eſt mihi modò tempus mutandi vitam, cùm ipſe viderim iudicium meum iam eſſe completum. Talia dicens, ſine viatico ſalutis obijt: & corpus eius in vltimis eſt monaſterij locis humatum: neque aliquis pro eo Miſſas facere, vel pſalmos cantare, vel ſaltem orare præſumebat. O quàm grandi diſtantia diuiſit Dominus lucem à tenebris. Beatus protomartyr Stephanus paſſurus mortem pro veritate, vidit cælos apertos, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei: & vbi erat futurus ipſe poſt mortem, ibi oculos mentis ante mortem miſit, quô lætior occũberet in mortem. At contrà faber iſte tenebroſæ mentis & actionis, imminente morte, vidit aperta tartara, vidit damnationem diaboli, & ſequacium eius, vidit etiàm ſuum infelix inter tales carcerem, quo miſerabilius ipſe deſperata ſalute periret, ſed viuentibus, qui hæc cognouiſſent, cauſam ſalutis ſua perditione relinqueret. Factum eſt hoc nupèr in prouincia Berniciorum, ac longè latéque diffamatum, multos ad agendam, & non differendam ſcelerum ſuorũ pœnitudinem prouocauit. Quod vtinàm ex hac etiam noſtrarum lectione literarum fiat.

Exemplum terribile de eo qui vidit infernū apertum, & locū apud inferos ſibi paratum.

Actor. 7.

16. PSALMO centeſimo decimoquinto, vt in textu.

17. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactã æternam in cælis, &c. Audentes igitur ſemper, & ſcientes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magìs peregrinari a corpore, & pręſentes eſſe ad Dominum.

18. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite vndecimo mortem Vrſini presbyteri deſcribens: Cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Benè veniant Domini mei, benè veniant

In morte quidam videt Apoſtolos.

Digitized by Google

niant Domini: quid tantillum ſeruulum veſtrum eſtis dignati conuenire? Venio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cúmque hoc iterata crebrò voce repeteret, quibus hoc diceret, noti ſui qui illum circunſteterant, requirebant. Quibus ille admirando reſpondit, dicens: Nunquid hîc conueniſſe ſanctos Apoſtolos non videtis? beatum Petrum & Paulum primos Apoſtolorum non adſpicitis? Ad quos iterùm conuerſus, dicebat: Eccè venio, eccè venio: atque inter hæc verba animam reddidit. Et quia veraciter ſanctos Apoſtolos viderit, eos etiam ſequendo teſtatus eſt. Quod plerunquè contingit iuſtis, vt in morte ſua ſanctorum præcellentium viſiones adſpiciant, nè ipſam mortis ſuæ pœnalem ſententiam pertimeſcant, ſed dum eorum menti internorum ciuium ſocietas oſtenditur, à carnis ſuæ copula ſine doloris & formidinis fatigatione ſoluantur.

Cur quidam in morte ſanctos videant præſentes.

19. SEQVENTIBVS capitibus plures alias ſimiles apparitiones iuſtorum commemorat.

20. CYPRIANVS in libro de mortalitate, inter alia quæ adfert de non timenda morte: Quæ cæcitas, inquit, animi, quæ've dementia eſt, amare preſſuras & pœnas, & lachrymas mundi, & non feſtinare potiùs ad gaudium quod nunquàm poſſit auferri? Hoc autem fit, fratres dilectiſſimi, quia fides deeſt, quia nemo credit vera eſſe quæ promittit Deus. Apoſtolus Paulus in epiſtola ſua ponit & dicit: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Lucrum maximum computans iam ſeculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis & vitijs carnis obnoxium fieri, exemptum preſſuris angentibus, & venenatis diaboli faucibus liberatum, ad lætitiam ſalutis æternæ, Chriſto vocante, proficiſci. Et poſt nonnulla: Mori planè timeat, ſed qui ex aqua & ſpiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur: mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit: mori timeat, quem de ſeculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit: mori timeat, cui hoc mora longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus interim differatur.

Amare vitam præſentem, quàm fatuum ſit. *Philip. 1.* *Per mortem à quibus calamitatibus & periculis liberemur.* *Quibus ſit meritò mors timenda.*

Qualem te inuenit Dominus cùm vocat, talem pariter & iudicat. Meminiſſe debemus voluntatem nos, non noſtram, ſed Dei facere debere, ſecundùm quod nos Dominus quotidiè iuſſit orare. Quàm præpoſterum eſt, quámque peruerſum, vt cùm Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando euocat nos & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti? Quid ergò oramus & petimus vt adueniat regnum cælorum, ſi captiuitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poſcimus, vt acceleret dies regni, ſi maiora deſideria, & vota potiora ſunt ſeruire iſtic diabolo, quàm regnare cum Chriſto?

Quales morimur, tales iudicamur. Volũtati Dei parendũ eſt. *Pertinacibus ſeruis cõparantur ij, qui moriũtur inuiti.*

Deniquè vt manifeſtiùs diuinæ prouidentiæ indicia clareſcerent, quòd Dominus præſcius futurorum ſuis conſulat ad veram ſalutem, cùm quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris iam infirmitate defeſſus, & de appropinquante morte ſolicitus commeatum ſibi precaretur, adſtitit deprecanti, & iam penè morienti iuuenis honore & maieſtate venerabilis, ſtatu celſus, & clarus adſpectu, & quem aſſiſtentem ſibi vix poſſet humanus adſpectus oculis carnalibus intueri, niſi quòd talem videre iam poterat de ſeculo receſſurus. Atque ille non ſine quadam animi & vocis indignatione infremuit & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Increpantis vox & monentis eſt: qui de perſecutione ſolicitis, de accerſitione ſecuris non conſentit ad præſens deſiderium, ſed conſulit in futurum. Audiuit frater noſter & collega moriturus, quod cæteris diceret. Nam qui moriturus audiuit, ad hoc audiuit vt diceret: audiuit non ſibi ille, ſed nobis. Nam quid diſceret iam receſſurus? Didicit immò nobis remanentibus, vt dum ſacerdotem Dei qui commeatum petebat, increpitum eſſe comperimus, quid cunctis expediat agnoſceremus. Et paucis interiectis: Quod interìm morimur, ad immortalitatem morte tranſgredimur: nec poteſt vita æterna ſuccedere, niſi hinc contigerit exire: non eſt exitus iſte, ſed tranſitus, & temporali itinere decurſo ad æterna tranſgreſſus. Quis non ad meliora feſtinet? Quis non mutari & reformari ad Chriſti ſpeciem, & ad cæleſtis gratiæ dignitatem venire citiùs exoptet? Paulo Apoſtolo prædicante: Noſtra autem conuerſatio, inquit, in cælis eſt, vndè & Dominum expectamus &c. Eius eſt in mundo diù velle remanere, quem mundus oblectat, quem ſeculum blandiens atque decipiens, illecebris terrenæ voluptatis inuitat. Porrò cùm mundus oderit Chriſtianum, quid amas eum qui te odit, & non magìs ſequeris Chriſtum, qui te & redemit & diligit? Et ſub finem: Quis non peregrè conſtitutus properet in patriam regredi? Quis non ad ſuos nauigare feſtinans, ventum proſperum cupidiùs optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam noſtram paradiſum computamus, parentes patriarchas habere iam cœpimus, quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſolicita.

Exemplum cuius etiam meminit Poſſidonius in vita D. Auguſtini. *Non ſibi, ſed nobis audiuit.* *Per mortem tranſitur ad immortalitatem.* *Philip 3.* *Cuius ſit deſiderare & vnicè amare vitam præſentem.* *Per mortẽ reditur in patriam.* *Sancti in cælis ſunt de nobis ſoliciti.*

21. AMBROSIVS in libro de bono mortis, capite ſecundo: Mortis tria ſunt genera. Vna mors peccati eſt, de qua ſcriptum eſt: Anima quæ peccat, ipſa morietur. Alia mors myſtica, quando quis peccato moritur, & Deo viuit, de qua ait Apoſtolus: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Tertia mors qua curſum vitæ huius & munus explemus, id eſt, animæ corporiſque ſeceſſio. Aduertimus igitur quòd vna mors ſit mala, ſi propter peccatum moriamur: alia mors bona ſit, qua is qui fuerit mortuus, iuſtificatus eſt à peccato. Tertia mors media ſit. Nam & bona iuſtis videtur, & pleriſque metuenda. Quæ cùm abſoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis eſt vitium, ſed noſtræ infirmitatis, qui voluptate corporis, & delectatione vitæ iſtius capimur, & curſum hunc conſummare trepidamus, in quo plus amaritudinis quàm voluptatis eſt. Et poſt pauca: Quid tantoperè vitam iſtam deſideramus, in qua quanto diutiùs quis fuerit, tanto maiore oneratur ſarcina peccatorum? Ipſe Dominus ait: Sufficit diei malitia ſua.

Mortis tria ſunt genera. *Ezech. 18.* *Rom. 6.* *Quædã mors mala, quædã bona, & quædam media.* *Cur mors paucos delectet, vitiũ infirmitatis eſt.* *Matth. 6.*

22. CAPITE tertio: Mors igitur ſolutio eſt animæ & corporis. Deniquè & in Apoſtolo docuimus lectum, Diſſolui & cum Chriſto eſſe, multo melius. Solutio autem iſta quid aliud agit, niſi vt corpus reſoluatur & quieſcat, anima autem conuertatur in requiem ſuam, & ſit libera, quæ ſi pia eſt, cum Chriſto futura ſit? Quid igitur in hac vita aliud iuſti agunt, niſi vt exuant ſe huius corporis * cogitationibus, quæ velut vincula nos ligant, & ſe ab his moleſtijs ſeparare contendant, renuncient voluptatibus ſuis atque luxuriæ, fugiant flammas libidinum?

Philip. 1. *Anima poſt mortem ad Chriſtum vadit.* ** al. contagionibus* *Mors myſtica iuſtorum.*

23. CAPITE quarto: Omnifariàm igitur mors eſt bonum, & quia compugnantia diuidit, nè ſe inuicèm impugnent, & quia portus quidam eſt eorum qui magno vitæ iſtius iactati ſalo, fidæ quietis ſtationem requirunt. Et quia deteriorem ſtatum non efficit, ſed qualem in ſingulis inuene-

Mortem eſſe bonum, & idcirco non timendam.

Digitized by Google

inuenerit, talem iudicio futuro reſeruat, & quiete ipſa fouet, & præſentium inuidiæ ſubducit, & futurorum expectatione componit. Accedit eò, quòd fruſtrà homines mortem timent, quaſi finem naturæ. Nam ſi recolamus quòd Deus mortem non fecerit, ſed poſtquàm homo lapſus in flagitium eſt, præuaricationis & fraudis ſententia compræhenderit, vt in terram ſuam terra remearet, inueniemus mortem finem eſſe peccati, nè quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior.

Sap.1.

Mors eſt finis peccati.

24. CAPITE ſeptimo: Non amara mors, ſed impio amara, & tamen amarior vita quàm mors. Grauius eſt enim ad peccatum viuere, quàm in peccato mori, quia impius quàm diù viuit, peccatum auget: ſi moriatur, peccare deſinit. Plerique criminum ſuorum abſolutione lætatur: ſi emendaturi ſunt, rectè: ſi perſeueraturi in eis, ſtultè: quia longè illis plùs damnatio profuiſſet, nè incrementa facerent peccatornm.

Mors quibus amara ſit.

Mors impiorum quodammodò bona eſt.

25. CAPITE octauo: Quòd ſi terribilis apud viuentes æſtimatur, non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte, quam vnuſquiſque pro ſuo interpretatur affectu, aut pro ſua conſcientia perhorreſcit. Suæ igitur vnuſquiſque conſcientię vulnus accuſet, non mortis acerbitatem. Deniq; iuſtis mors quietus eſt portus, nocentibus naufragium putatur. Certè ijs quibus grauis eſt timor mortis, non eſt graue mori, ſed graue eſt viuere ſub metu mortis. Non ergò mors grauis, ſed metus mortis. Non habemus quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit. Inſipientes autem mortem quaſi ſummum malorum reformidant, ſapientes quaſi requiem poſt labores & finem malorum expetunt.

Nõ tam mors quàm opinio de morte, terribilis eſt.

Timor mortis potiùs grauis eſt, quàm mors ipſa.

Vita inculpata mortẽ non timet.

26. CAPITE duodecimo: His igitur freti, intrepidè pergamus ad redemptorem noſtrum Ieſum, intrepidè ad patriarcharum concilium, intrepidè ad Abraham patrem noſtrum, cùm dies aduenerit, proficiſcamur: intrepidè pergamus ad illum ſanctorum cœtum, iuſtorúmque conuentum. Ibimus enim ad patres noſtros, ibimus ad illos noſtræ fidei præceptores, vt etiam ſi opera deſint, fides opituletur, defendatur hæreditas.

Per mortem itur ad Sanctorum conſortia.

27. AD Philippenſes primo, vt in textu.

28. LVCAE ſecundo: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace.

29. PSALMO quadrageſimoprimo: Quemadmodùm deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ità deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

30. ITEM octogeſimotertio: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

31. ET centeſimo quadrageſimoprimo: Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donèc retribuas mihi.

32. NVMERORVM vigeſimotertio ait Balaam: Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia.

33. LVCAE duodecimo, vt in textu, & B. teſtimonio ſexto.

34. APOCALYPSIS decimoquarto, 35. SAPIENTIAE quarto, vt in textu.

III.

Quomodò Scriptura de Iudicio admonet?

A. *Horrendvm*[a] *eſt incidere in manus Dei viuentis*, Chriſtíque iudicis,[b] ante cuius tribunal nos omnes oportet manifeſtari, &[c] vnumquenque rationem pro ſeipſo reddere.[d] *Cuncta enim quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit.* Quare non modò peccatoribus, ſed etiam ſæpè[e] ſanctis iudicij huius terribilis eſt[f] expectatio. Timuit hinc Dauid, vt ſolicitè roget:[g] *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.* Timuit & Iob, quantumuis[h] innocens, ſumúmque timorem his verbis oſtendit:[i] *Quid faciam, cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? Semper*[k] *quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.*[l] *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.*

a Heb.10.f Bernard.ſer.8.in pſalmum, Qui habitat.
b 2.Cor.5.b
c Rom.14.b Luc.16.a 12.f 19.d
d Eccles 12.d 11.d 1 Cor.4.a Rom.2.a b c Sapien.1.c Eccli 11.c Matth.12.c 16.d Apoc.20.d 22.c Pſal.61 b 2.Tim.4.b Damaſc.in orat.de defunctis. Cyril. de exitu animæ. Leontius in vita Ioannis Eleemoſynarij.
e 1.Pet.4.d Soph.1.c Pſal.74.a Bernar.ſer.55.in Cantica. Gregor.lib.8 moral. cap.13.
f Hebr.10.e
g Pſal.142.a
h Iob 1.a
i Iob 31.b
k Ibidèm c Gregor.21. moral. cap.15. & 16.
l Iob 9.d 24.b Eccles 9.a 1.Cor.4.a

B. Ac verò metuendus eſt Iudex[m] ille, cuius non licet poteſtatem effugere, ſapientiam fallere, æquitatem flectere, iudicium retractare. De quo ità ſcriptum extat,[n] *Zelus & furor viri* (Chriſti iudicis ſcilicet) *non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Qui de ſeipſo etiam ſuoque iudicio (nè quis ſit inſcius) hoc omnibus prænunciauit:[o] *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.*[p] *Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum.*[q] *Ego opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam.*

m Aug.in lib. de decem chordis cap.1. & 2. Proſper lib.3. de vita contemp. cap.12. Bernard.epiſt.1. Innocentius 3. lib.3.de contemptu mundi, cap.15.
n Prouer.6.d
o Pſal.74 a Bernar.ſer.55.in Cant.
p Hieremiæ 17.b 11.d 20.c 32.c Prouer.16.a Heb.4.d 1.Par.28.b Mal 3.a Pſal.7.b 43.d
q Eſa.66.f Iudæ Apoſt.c Matth 10.c

C. Cæterùm de Iudicij[r] extremi die, qui &[ſ] dies Domini, dies iræ, dies magnus & horribilis in ſcriptura dicitur, Apoſtolus Petrus docet in hunc modum:[t] *Adueniet dies Domini ſicut*

r Aug.20.de ciuit Dei cap.1.2.30. & lib.18 cap 53. Itẽ epiſt.78. & 80 ad Heſych. Hippol.de conſum.mundi. Damaſc.lib. lib.4.ortho fidei, cap.27.
ſ Soph.1.d Iohel.2.a c g 3.a Eſa.13.b c 24.c d 66.e Hiere.23 d Mala 3.a 4.a b

Digitized by Google

ſicut fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur: terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent?

Dan. 7. c d Apoc. 20.d 6.d Pſal.96.a 59.a Matth 24. & 25 c d 13 f 3.c. Sap.5.a d t 2. Pet.3.c Auguſt.lib.20. de ciuit. Dei cap.16. & 18. Chryſoſt.hom 46. ad pop. Antioch. & ſeq. Ephræm in lib. de iudicio extremo, & lib. de vera pœnitent. Aug. ſerm.67. de temp. Iſidorus de ſummo bono lib.1. cap.30. Cyril. catech. 15. Illum. Hieron epiſt.1. ad Heliod. cap.9. Grego. hom.1. & 12. in Euang. Item lib. 26. moral. cap. 24. & 25 Auguſt. cap.4. meditat. Anſel. de miſeria hominis. Bernar. de interiori domo cap.38.

D. Vt verò tunc clementem iudicem Chriſtum, ac diem illum, quo *cælum & terra* [v] *tranſibunt*, nobis lętum habeamus, pręclarum hoc eſt conſilium Sapientis, [x] *Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem.* [y] *Si enim noſmetipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur.* [z] *Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.*

v Lucæ 21.f 1. Corinth 7.f Apoc. 21.a

x Eccli 18.c 2. Pet.3.c Lucæ 21.g Tit. 2.d 1. Theſſ.5.a Luc.17.f Chryſo. hom. 5. de pœnitentia.

y 1. Corinth. 11.g

z Eccli 1.b Gregor. lib.31. moral. cap. 21. Auguſt ſerm.120. de temp.

TESTIMONIA.

1. A. AD Hebræos decimo, vt in textu.

2. BERNARDVS ſermone octauo in pſalmũ, Qui habitat in adiutorio altiſſimi: Quid tam pauendum, quid tam plenum anxietatis, & vehementiſſimæ ſolicitudinis excogitari poteſt, quàm iudicandum adſtare illi tam terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare ſub tam diſtricto iudice ſententiam? Horrendum eſt (ait Apoſtolus) incidere in manus Dei viuentis. Iudicemur interìm fratres, & terribilem illam expectationem præſenti ſtudeamus declinare iudicio. Non iudicabit Deus bìs in idipſum. Sanè vt quorundam peccata, ſic & quorundam ſtudia bona manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium: vt illi quidem non expectantes ſententiam, proprio ſtatìm pondere criminum in tartara deijciantur: iſti verò è regione paratas ſibi ſedes tota libertate ſpiritus ſine vlla cunctatione conſcendant. Felix paupertas voluntaria omnia relinquentium, & ſequentium te Domine Ieſu. Felix planè quæ tam ſecuros, immò tam glorioſos faciat in illo ſingulari fragore elementorum, & in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto diſcrimine iudiciorum.

Iudiciũ Dei terribile. — Heb.10. — Quomodò declinetur. 1. Cor. 11. 1. Tim.5. Ioan.3. — Matth. 19. Paupertatis voluntariæ priuilegium in iudicio.

3. POSTERIORIS ad Corinthios quinto: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

4. AD Romanos decimoquarto: Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. ſcriptum eſt enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrũm pro ſe rationem reddet Deo.

5. LVCAE decimoſexto: Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.

6. ET capite duodecimo: Omni autẽ cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

7. CAPITE decimonono: Et alter venit, dicens: Domine, eccè mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, eccè mna tua quam habui repoſitam in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſemināſti. Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sciebas quòd ego homo auſterus ſum, tollens quod nõ poſui, & metens quod non ſeminaui: & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtiquè exegiſſem illam? Et adſtantibus dixit, Auferte ab illo mnam &c.

8. ECCLESIASTIS duodecimo, vt in textu.

9. CAPITE vndecimo: Lætare ergò iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

10. PRIORIS ad Corinthios quarto: Itaque nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

11. AD Romanos ſecundo: Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quęrunt, vitam ęternam. ijs autem qui ſunt ex cõtentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudęi primùm & Gręci, gloria autem & honor & pax omni operāti bonum, Iudæo primùm & Græco. non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabũtur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabũtur. Cùm enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicèm cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum, ſecundùm Euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

12. SAPIENTIAE primo: In cogitationibus impij interrogatio erit: ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

13. ECCLESIASTICI vndecimo: Facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundùm vias ſuas. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.

14. MATTHAEI duodecimo: Dico autem vobis, quoniam omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in

die

Digitized by Google

die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

15. CAPITE decimoſexto: Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.

16. APOCALYPSIS vigeſimò: Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ipſorum. & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederũt mortuos ſuos qui in ipſis erant, & iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum.

17. CAPITE vigeſimoſecundo: Eccè venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua.

18. PSALMO ſexageſimoprimo: Semèl locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

19. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Ego enim iam delibor: & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

20. IOANNES Damaſcenus in oratione de defunctis, ſiue quòd ij, qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis ac beneficijs iuuentur: Narrant enim viri quidam diuinitùs illuſtrati, hominum actiones in extremo vitæ ſpiritu, non ſecùs atquè in trutina, perpendi. Ac ſiquidem dextra lanx ſupra alteram efferatur, non eſſe dubitandum, quin quiſquis ille ſit, inter dextros angelos animam exhalet. Si autem paria vtriuſq; lancis momenta ſint, Dei clementiam proculdubiò victoriam obtinere. Quin, vt à ſanctiſſimis viris proditum eſt, etiamſi trutina nonnihil ad læuam vergat, tum tamen Dei quoquè miſericordia ſupplet id quod deſideratur. Habes iam tres diuinas Domini ſententias, quarum prima iuſta eſt, altera benigna atque humanitatis plena, tertia bonitatem omnem excedit. Sequitur quarta, quæ quidem tum deniquè locum habet, cùm improbæ & flagitioſæ actiones nimiùm præponderant. Et paulopòſt: Clariſſimi ac ſanctiſſimi illius Ioannis Eleemoſynarij tempeſtate inuentus eſt Petrus, quondàm publicanus, qui ex ſumma inhumanitate ac morum truculentia ad ſummam ac numeris omnibus abſolutam erga pauperes miſericordiam ſanctitatemq; ſeſe conuertit. Cùm enim aliquando, vt in beatiſſimæ ipſius vitæ libello proditum habetur, extra ſe raptus fuiſſet, ſuaq; opera ad lancem expendi videret, ſiligineum vnum panem, quem etiam ipſum ira percitus in pauperis cuiuſdam faciem ſaxi loco conieceraт, in dextra trutinæ lance conſpexiſſe dicitur. Atque hac viſione commotus, ad ingentem pietatis magnitudinem beatus hic vir euaſiſſe fertur.

Examinantur velut in trutina actiones hominum.

De Petro Telonario.

Apud Leontium.

21. CYRILLVS Alexandrinus in oratione de exitu animæ, vt ſuprà de extrema vnctione, quæſtione tertia, C. teſtimonio primo.

22. LEONTIVS Neapolitanus in vita Ioannis Eleemoſynarij: Multùm de memoria mortis & exitu animæ diſputabat ſemper ille beatus, ità vt frequenter quidam ad eum ſuperbo ſchemate intrarent, & ridente vultu, & inconſiderato oculo, & exirent humili more, & compuncta facie, & lachrymantibus oculis. Propter quod & dicebat, Quia (vt æſtimo ego humilis) ſufficit ad ſalutem aſſiduè & dolenter cogitare, & ſolicitudinem habere de morte, quoniam nemo nobis in illa hora compatietur, aut comitabitur ex vita iſta, niſi opera bona noſtra. Et quomodò angelis venientibus & properantibus non turbatur tunc anima, ſi inuenta fuerit benè præparata? aut quomodò rogat, vt addatur ſibi modicum tempus vitæ, ſi audierit, Tempus quod vixiſti, benè non conſumpſiſti? Et iterùm dicebat tanquàm de ſemetipſo: Quomodò humilis Ioannes tranſire poteris beſtias arundineti, quando obuiabunt tibi exactores? Væ qualis timor & tremor obtinet animam tunc rationem ponentem, tantis exquiſitoribus, tam amaris & immiſericordibus? Etenim ſanctus iſte in memoria ſemper retinebat, quod ſancto Simeoni, qui in columnis ſtetit, per reuelationem factum eſt notum, quia (vt ait) exeunte anima è corpore, obuiant ei, cùm aſcenderit à terra in cælum, chori dæmonum, ſinguli in proprio ordine. Obuiat & chorus dæmoniorum ſuperbiæ, inueſtigat eam ſi habeat opera eorum. Obuiat chorus ſpirituum detractionis, adſpiciunt ſi quando oblocuta ſit, & pœnitentiam non egerit. Obuiant iterùm ſuperiùs dæmones fornicationis, ſcrutantur ſi recognoſcant in ea voluptates ſuas. Et quando à terra vſque ad cælum miſera anima poſitura rationem peruenerit, ſeorſum ab ea ſancti angeli ſtabunt, & non adiuuabunt eam niſi bonitates ſuæ.

Memoria mortis quàm fructuoſa.

Vexatio dæmonum in morte, & ſtatim poſt mortem.

23. PRIORIS Petri quarto: Quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio?

24. SOPHONIAE primo: Et erit: in tempore illo ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, Non faciet benè Dominus, & non faciet malè.

25. PSALMO ſeptuageſimoquarto: Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.

26. BERNARDVS ſermone quinquageſimoquinto in Cantica: Verùm tu qui aduentum deſideras ſaluatoris, time ſcrutinium iudicis, time oculos capreæ, time illum qui per prophetam dicit: Et erit, in die illa & ego ſcrutabor Hieruſalem in lucernis. Acuto viſu eſt, nihil inſcrutatum relinquet oculus eius. Scrutabitur renes & corda, ipſaq; cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone, ſi Hieruſalem manet ſcrutinium? Puto enim hoc loco prophetam Hieruſalem nomine deſignâſſe illos, qui in hoc ſeculo vitam ducunt religioſam, mores ſupernæ illius Hieruſalem conuerſatione honeſta & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi, qui de Babylone ſunt, vitam in perturbatione vitiorum ſcelerumq; confuſione vaſtantes. Deniquè illorum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, & non egent ſcrutinio, ſed ſupplicio. Mea autem (qui videor monachus & Hieroſolymita) peccata certè occulta ſunt, nomine & habitu monachi adumbrata. Et idcircò neceſſe erit ſubtili ea inueſtigari diſcuſſione, & quaſi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Poſſumus afferre aliquid & de pſalmo ad confirmandum id quod dicitur de ſcrutanda Hieruſalem. Ait namque ſub perſona Domini: Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Vias iuſtorum (ni fallor) & actus eorum diſcuſſurum ſe & examinaturum dicit. Verendum valdè cùm ad hoc ventum fuerit, nè ſub tam ſubtili examine multæ noſtræ iuſtitiæ (vt putantur) peccata appareant. Vnum eſt tamen, ſi noſmetipſos dijudicauerimus, non vtiquè dijudicabimur. Bonum iudicium, quod me illi diſtricto diuinoq; iudicio ſubducit & abſcondit. Prorsùs horreo incidere in manus Dei viuentis. Volò vultui iræ iudicatus præſentari, non iudicandus. Spiritualis homo omnia dijudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Iudicabo proindè mala mea, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs, cæteriſq; ſanctæ laboribus diſciplinæ. In bonis de me humiliter ſentiam, & iuxta præceptum Domini, ſeruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui,

Iudicis in examinando ſeueritas timenda.

Soph.1.

Pſal.7.

Quid ſit ſcrutari Hieruſalem in lucernis.

1.Tim.5.

Pſal.74.

Quid ſit iuſtitias iudicare.

Quomodò Dei iudicium & ſeuerum examen effugere liceat.

1.Cor.2.

Lucæ 17.

Digitized by Google

bus, tantùm feci. Dabo operam nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas & ſtudia mea: quò is qui ſcrutaturus eſt Hieruſalem in lucernis, nihil inſcrutatum in me ſiue indiſcuſſum inueniat. Neque enim iudicaturus eſt bis in idipſum.

Soph. 1.

27. GREGORIVS libro octauo Moralium in Iob, capite decimotertio: Iuſtorum mens ſemper ſolicita venturo examini intendit. Omnè enim quod agunt metuunt, dum cautè conſiderant, ante quantum iudicem ſtabunt. Intuentur potentiam illius magnitudinis, & penſant quanto reatu conſtricti ſunt propriæ infirmitatis. Enumerant mala proprij operis, & contra hæc exaggerant bona gratiæ conditoris. Conſiderant prauia quàm diſtrictè iudicet, bona opera quàm ſubtiliter penſet, & perituros ſe abſque ambiguitate præſciunt, ſi remota pietate iudicentur, quia hoc ipſum quoque quod iuſtè videmur viuere, culpa eſt, ſi vitam noſtram cùm iudicat, hanc apud ſe diuina miſericordia non excuſat. Hinc enim in hoc eodem libro ſcriptū eſt: Aſtra non ſunt munda in conſpectu eius. Quia apud eum diſtrictè iudicati, ipſi quoque maculas inquinationis habent, qui per munditiam ſanctitatis lucent.

Iuſti timent Dei iudiciū.

Iob 25.

28. AD Hebræos decimo: Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

29. PSALMO centeſimo quadrageſimoſecundo: Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

30. IOB primo: Vir erat in terra Hus, nomine Iob: & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

31. CAPITE trigeſimoprimo, vt in textu.

32. GREGORIVS libro vigeſimoprimo Moralium, capite decimoquinto: Sciunt ſancti, quia omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe depræhenditur, ſi diuinitùs diſtrictè iudicetur.

33. CAPITE decimoſexto: Benè ſubditur: Et pondus eius ferre non potui, quoniam qui extremi iudicij aduentum intenta mente conſiderat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non ſolùm tunc videre, ſed ſe etiam nūc præuidere pertimeſcat. Conſideratione namque tanti terroris metu animus palpitat, & intentionis ſuæ oculos declinans, intueri quod præuidet, recuſat. Benè ergò dicitur: Et pondus eius ferre non potui, quia cùm ſupernæ maieſtatis vim ad iudicium venientis, terroremque tanti examinis conſiderādo animus conatur exquirere, mox ad ſeipſum refugiens, ſeſe expaueſcit inuenire.

Iudicij conſideratio metum affert.

Iob 31.

34. IOB nono: Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.

35. CAPITE vigeſimoquarto: Deus inultum ire non patitur.

36. ECCLESIASTIS capite nono: Neſcit homo vtrùm amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta.

37. PRIORIS ad Corinthios quarto: Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt.

1. B. AVGVSTINVS in libro de decem chordis, capite primo: Gaudeamus ad miſericordiam Domini: ſed timeamus ad iudiciū Domini. Parcit dum tacet. Tacet, ſed ſemper non tacebit. Audi dum non tacet in verbo, nè non tibi vacet audire, dum non tacebit in iudicio.

Timendum Dei iudiciū.

2. CAPITE ſecundo: Modò enim licet tibi cauſam tuam componere. Ante vltimum iudicium Dei tui compone cauſam tuam. Non eſt vndè præſumas, cùm ille venerit, nec falſos teſtes adduces, quibus ille fallatur, nec patronos fraudulentis circumuentionibus & linguoſis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, vt iudicem poſſis corrumpere. Quid ergò agis apud talem iudicem, quem nec fallere, nec corrumpere poteris? Et tamen eſt quod agas. Tunc enim ipſe erit iudex cauſæ tuæ, qui modò eſt teſtis vitæ tuæ.

Falli in iudicio Deus non poterit, aut corrumpi.

3. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite duodecimo: Age cùm ad illud vltimum iudicium venerimus, ab eo iudice iudicandi, qui nec falli occultatione criminum poteſt, nec ad impunitatem promerendam muneris alicuius oblatione corrumpi: cùm cœperint omnium ſecreta reuelari, & non ſolùm actus ac verba, ſed etiam ipſæ cogitationes oſtendi: quid faciemus ſub tanti iudicis maieſtate? quid excuſationis obtendere poterimus? qua nos defenſionis arte purgabimus? quæ nobis ſubuentura eſt pœnitentia, quam in hac carne contempſimus? Quæ nos defenſura ſunt opera bona, quæ in hac vita non fecimus? Ad quos Apoſtolos, aut ad quos alios ſanctos confugituri ſumus, quorum exempla ſimul ac verba deſpeximus? An fortè aliquos ibi fragilitas corporis excuſabit? Sed excuſationi eorum reclamabunt omnium ſanctorum exempla, qui cum fragilitate carnis in carne viuentes, fragilitatem carnis in carne vincentes, quod fecerunt, vtique fieri poſſe docuerunt? maximè, quia nec ipſi peccato ſua virtute, ſed Domini miſerantis auxilio reſtiterunt: qui ſe & non quærentibus, vt quæratur, atque in eum credatur, oſtendit: & credentes in ſe, nè à peccato vincantur, inuicta protectione defendit. Quid ergò reſponſuri ſunt, ſi eis Dominus dicat, Si potuiſtis, quare non reſtitiſtis deſiderijs peccatorum? ſi non potuiſtis, quare meum contra peccata non quæſiſtis auxilium? aut vulnerati, quare pœnitendo non adhibuiſtis vulneri veſtro remedium? Nónne ad hæc obmuteſcentes, & quid excuſationis referant, non habentes, dicet: Ligate eos manibus & pedibus, & mittite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium: vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

Iudex falli aut corrumpi non poteſt.

Sera in iudicio pœnitentia.

Fruſtrà implorabuntur Sancti.

Excuſationi nullus erit locus in iudicio.

Matth. 22.

Marc. 9.

Eſaiæ 66.

4. BERNARDVS epiſtola prima ad Robertum: Veniet, veniet, qui malè iudicata reiudicabit: illicitè iurata confutabit: qui faciet iudicium iniuriam patientibus: qui iudicabit in iuſtitia pauperes: arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Veniet pro certo, qui per prophetam minatur in pſalmo, dicens: Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Quid faciet de iniuſtis iudicijs, qui ipſas quoquè iuſtitias iudicabit? Veniet, inquam, veniet dies iudicij: vbi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba: & conſcientia bona, quàm marſupia plena: quandoquidem iudex ille nec falletur verbis, nec flectetur donis.

Iudicabit malè iudicata.

Pſal. 45.

Eſaiæ 11.

Pſal. 74.

Conſcientiæ puræ vis in iudicio.

5. INNOCENTIVS tertius libro tertio de contemptu mundi, ſiue de miſeria humanæ conditionis, capite decimoquinto: O quantus tunc erit timor & tremor, quantus erit fletus & gemitus? Nam ſi columnæ cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius, & angeli pacis amarè flebunt: peccatores autem quid facient? Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccatores vbi parebunt? Proptereà clamat Propheta: Nè intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Si enim iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quis enim non timeat iudicem potentiſſimum, ſapientiſſimum, & iuſtiſſimum. Potentiſſimum,

Iob 26.

Eſaiæ 33.

1. Pet. 4.

Pſal. 142.

Pſal. 129.

Iudex potentiſſimus, ſapientiſſimus, &

Ppp quem

Iuſtiſſimus meritò timẽdus eſt.
Iob 9.

quem nemo poteſt effugere: ſapientiſſimum, quem nemo poteſt latére: iuſtiſſimum, quem nemo poteſt corrumpere. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, ſapiens corde, & fortis robore. Si æquitas iudicij, nemo audebit pro me teſtimonium reddere. Si iuſtificare me voluẽro, os meum condemnabit me. Si innocentem oſtendero, prauum me comprobabit, etiam ſi ſimplex fuero.

Pſal. 32. 148.
Bar. 3.
Pſal. 103.
Rom. 9.
Lucæ 1.
Phil. 2.

Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Qui vocat ſtellas, & dicũt: Adſumus. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Cuius voluntati nihil omninò reſiſtit. Cui nullum verbum eſt impoſſibile, cui flectitur omne genu cæleſtium, terreſtriũ, & infernorum.

Hunc iudicẽ nihil latet.
Pſal. 138.
Hiere. 17.
Heb. 4.
Eccli 1.
1. Reg. 2.

Hunc ergò nemo poteſt fugere, ſicut dicit Propheta: Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Ipſe ſcrutatur renes & corda: cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Qui pluuiæ guttas & arenam maris dinumerat. Deus ſcientiarum Dominus, præſcius omnium, & conſcius ſingulorum, occultus occultorum omnium indagator. Hunc ergò nemo poteſt latére, ſicut dicit

Hebr. 4.
Pſal. 7.

Apoſtolus; Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Ipſe eſt iudex iuſtus, fortis & longanimis, qui nec prece, nec precio, nec amore, nec odio declinat à ſemita rectitudinis, ſed via regia

Nullum malum præterit impunitũ, & nullũ bonum irremuneratũ relinquit.
Pſal. 65.

ſemper incedens, nullum malum præterit impunitum, nullum bonum irremuneratum relinquit. Hunc ergò nemo poteſt corrumpere, iuxta quod dicit pſalmus: Tu reddes ſingulis ſecundùm opera ſua.

6. PROVERBIORVM ſexto, 7. PSALMO ſeptuageſimoquarto, vt in textu.

8. BERNARDVS ſermone quinquageſimoquinto in Cantica, vt ſuprà A. teſtimonio vigeſimoſexto.

9. HIEREMIAE decimoſeptimo, vt in textu.

10. ET capite vndecimo: Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, &c.

11. CAPITE vigeſimo: Et tu Domine exercituum probator iuſti, qui vides renes & cor, &c.

12. CAPITE trigeſimoſecundo: Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos. Fortiſſime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi, Magnus conſilio, & incompræhenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum eius.

13. PROVERBIORVM decimoſexto: Omnes viæ hominis patent oculis eius: ſpirituum ponderator eſt Dominus.

14. AD Hebræos quarto: Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.

15. PRIMI Paralipomenon vigeſimooctauo: Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto, & animo voluntario: Omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum.

16. MALACHIAE tertio: Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum: Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non eſtis conſumpti.

17. PSALMO ſeptimo: Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum, ſcrutans corda & renes Deus.

18. ET quadrageſimotertio: Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum? Nónne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

19. ESAIAE ſexageſimoſexto, vt in textu.

20. IN epiſtola Iudæ Apoſtoli: Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iuditium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij.

21. MATTHAEI decimo: Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non ſcietur.

1. C. AVGVSTINVS libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite primo: Non igitur in hoc libro de illis primis, nec de iſtis medijs Dei iudicijs, ſed de ipſo nouiſſimo iudicio, quantùm ipſe tribuerit, diſputabo: quando Chriſtus de cælo venturus eſt viuos iudicaturus & mortuos. Iſte quippe dies iudicij propriè iam vocatur, eò quòd nullus ibi erit imperitæ querelæ locus, cur iniuſtus ille ſit felix, & cur iuſtus ille infelix. Omnium nanque tunc non niſi bonorum vera & pleniſſima felicitas, & omnium non niſi malorum digna & ſumma infelicitas apparebit.

Dies iudicij quis propriè dicatur, & qua de cauſa.

2. CAPITE ſecundo: Quanuis neſciamus quo iudicio Deus iſta vel faciat, vel fieri ſinat, apud quem ſumma virtus eſt, & ſumma ſapientia, ſummaq; iuſtitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: ſalubriter tamen diſcimus non magni pendere ſeu bona ſeu mala, quæ videmus eſſe bonis maliſq; communia: & illa bona quærere, quæ bonorum; atque illa mala maximè fugere, quæ propria ſunt malorum. Cùm verò ad illud Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam propriè dies iudicij, & aliquando dies Domini nuncupatur: non ſolùm quæcunque tunc iudicabuntur, verumetiam quæcunque ab initio iudicata, & quæcunque ad illud tempus adhuc iudicanda ſunt, apparebunt eſſe iuſtiſſima. Vbi hoc quoquè manifeſtabitur, quàm iuſto iudicio Dei fiat, vt nunc tam multa ac penè omnia iuſta iudicia Dei ſenſus mentéſque mortalium lateant, cùm tamen in hac re piorum fidem non lateat, iuſtum eſſe quod latet.

In die iudicij cognoſcemus quo iudicio hæc aut illa Deus modò faciat vel permittat.

3. CAPITE trigeſimo ſiue vltimo: In illo itaque iudicio, vel circa illud iudicium, has res didicimus eſſe venturas: Heliam Theſbiten, fidem Iudæorum, Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum iudicaturum, mortuorum reſurrectionem, bonorũ malorumq; diremptionem, mundi conflagrationem, eiuſdémque renouationem. Quæ omnia quidem ventura eſſe, credendum eſt: ſed quibus modis, & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quàm nunc valet conſequi ad perfectum hominum intelligentia. Exiſtimo tamen eo, quo à me commemorata ſunt, ordine eſſe ventura.

Ante & circa iudicium extremum ſequẽnam contingent.
Malach. 4.
Rom. 9. 11.
2. Theſſ. 3.
Dan. 7. 11. 12.
Apoc. 11. 13. 20. 21.
Matth. 25.
2. Pet. 3.

4. ET libro decimooctauo de ciuitate Dei, capite quinquageſimotertio: Fruſtrà annos, qui huic ſeculo remanent, computare ac definire conamur, cùm hoc ſcire non eſſe noſtrum, ex ore veritatis audiamus. Quos tamen alij quadringentos, alij quingentos, alij etiam mille ab aſcenſione Domini vſque ad eius vltimum aduentum compleri poſſe dixerunt. Quemadmodùm autem quiſque eorum adſtruat opinionem ſuam, longum eſt demonſtrare, & non neceſſarium. Coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de ſcripturæ canonicæ auctoritate profertur. Omnium verò de hac re calculantium digitos reſoluit, & quieſcere iubet ille qui dicit: Non eſt veſtrum ſcire tempora, quæ pater in ſua poſuit poteſtate.

Incertus annorũ numerus vſque ad diem iudicij.
Actor. 1.
In eos qui conantur finem mundi prænunciare.
Actor. 1.

5. IDEM in epiſtola ſeptuageſimaoctaua ad Heſychium: Tunc audierunt Apoſtoli: Nemo poteſt cognoſcere tempora quæ pater poſuit in

Actor. 1.

ſua

Digitized by Google

ſua poteſtate. Tempora ergò computare, hoc eſt, χρόνους, vt ſciamus quando ſit finis huius ſeculi vel aduẽtus Domini, nihil mihi aliud videtur, quàm ſcire velle quod ipſe ait neminem ſcire poſſe. Opportunitas verò illius temporis profectò non erit antequàm prædicetur Euangelium in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus. Apertiſſima enim de hac re legitur ſententia Saluatoris dicentis: Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Tunc veniet, quid eſt, niſi antè non veniet? Quanto poſt ergò veniet, incertum nobis eſt, antè tamen non eſſe venturum, dubitare vtique non debemus. Si ergò ſuſciperent hunc laborem ſerui Dei, vt peragrato orbe terrarum, quantum poſſent colligerent, quod remanet gentium, vbi nondum eſt Euangelium prædicatum, hinc aduertere vtcunquè poſſemus, quantum hoc tempus longè ſit à fine ſeculi. Quod ſi propter quædam loca inacceſſibilia & inhoſpita fieri poſſe non creditur, vt à ſeruis Dei peragretur orbis, & quot quantæq; ſint adhuc gentes ſine Chriſti Euangelio, fideliter renuncietur; multo minùs exiſtimo ſcripturis poſſe comprehendi, quanta vſque ad finem futura ſint tempora, quandoquidem in eis legimus: Nemo poteſt cognoſcere tempora, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Vndè ſi iam nobis certiſſimè nunciatum fuiſſet in omnibus gentibus Euangeliũ prædicari, nec ſic poſſumus dicere quantum temporis remaneret vſque ad finem, ſed magis magiſq; iam propinquare meritò diceremus.

Scire velle finem ſeculi quid ſit.

Nõ veniet dies iudicij priuſquã euãgeliũ annũcietur toto orbe. Matth. 24.

Actor. 1. Quãuis euangelium toto orbe nũc annunciaretur, incertus nihilominùs remaneret iudicij dies.

6 ET ad eundem Heſychium epiſtola octogeſima: Non quidem ille ait: Non eſt veſtrum prædicare tempora; ſed, Non eſt veſtrum nôſſe. Verùm ſi ità vis intelligi quod ait; Non eſt veſtrum ſcire: ac ſi diceret, Non eſt veſtrum ſcientes facere, id eſt, non eſt veſtrum hoc docere: Quis noſtrûm docere audeat, vel ſe ſcire præſumat, quod Deus ille magiſter nec eos diſcipulos docuit, à quibus præſentibus interrogatus eſt præſens, nec illi tam ſancti magnique doctores Eccleſiam docere potuerunt? Et poſt pauca: Noluit prædicari quod videbat non vtiliter ſciri. Et poſt multa: Neſcio tamen vtrùm intueri aliquid certius in hac quæſtione poſſemus, ſi vlla ratione ſeu facultate poſſemus, quàm illud quod in epiſtola priore iam poſui, quando Euangelio mundus vniuerſus impleatur. Quod enim putat venerabilitas tua, iam hoc per ipſos Apoſtolos factum, non ità eſſe, certis documentis probaui. Sunt enim apud nos, hoc eſt, in Aphrica, Barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondùm eſſe prædicatum Euangelium, ex ijs qui ducuntur indè captiui, & Romanorum ſeruitijs iam miſcentur, quotidiè nobis addiſcere in promptu eſt.

Non tantùm noluit Chriſtus ab Apoſtolis prædicari certum tempus aduẽtus ſui, ſed ne ſciri quidem.

Noluit prædicari quod non vtiliter ſciebatur.

Tempore Auguſtini nondũ erat euangeliũ vbiquè prædicatum.

7. HIPPOLYTVS Epiſcopus & martyr, in oratione quæ inſcribitur de conſummatione mundi, Antichriſto, & ſecundo Aduentu Domini, in primis refert teſtimonia prophetarum: quibus productis, ait inter cætera: Templa diuina domorum inſtàr erunt: locis omnibus euerſiones fient eccleſiarum: ſcripturæ contemnentur: hoſtis illius cantica vbiquè decantabunt. Poſt hęc ſtupra, adulteria, periuria, incantationes, diuinationes magno impetu ſtudióque ſequentur. In ſumma, ex ijs qui Chriſtiani videntur, tunc exurgent falſi prophetæ falſiq; Apoſtoli, homines impoſtores, corruptores, malefici, mentientes alius in alium, adulteri, ſtupratores, rapaces, auari, periuri, detractores. Paſtores fient quaſi lupi: monachi expetent quæ ſunt mundi: diuites animum expertem miſericordiæ induent: pauperi non ſuccurrent principes &c. Deindè poſt Euangelij & Apoſtolorum teſtimonia Danielem citat, Antichriſtum deſcribentem. Quem ex tribu Dan naſciturum docet Hippolytus, & Hieroſolymis ſuſcitaturum templum lapideum. Ibidèm: Prior Chriſti aduentus, inquit, præcurſorem habuit Ioannem Baptiſtam, poſterior autem, quo venturus eſt in gloria, Enoch, Eliam & Ioannem Theologum exhibebit, quos interficiet beſtia de mari aſcendens. Deſcribit deindè Antichriſti mores, hypocriſin, falſa miracula, fraudes, arrogantiam, ambitionem, regnum, quod tres annos & dimidium perdurabit, crudelitatem & grauiſſimam perſecutionem. Qua inualeſcente, mox cuncti, inquit, ob ciborum penuriam accedent, atque adorabunt eum, quibus dabit characterem in dextra manu & fronte, nè quis dextra ſua precioſam illam crucem pingat in fronte. Ex quo tempore non poterit vllum ſignare membrorum ſuorum, ſed adhærebit ſeductori, eique ſeruiet, neque ducetur pœnitudine. Et poſt nonnulla: Lugebunt montes & colles, ac ligna campi propter genus humanum: eô quòd omnes defecerint à ſancto Deo, & crediderint impoſtori illi, ſuſcepto charactere impuri illius & hoſtis Dei, loco viuificæ crucis Seruatoris. Lugebunt etiam eccleſiæ luctum magnum: quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus Deo gratus. Sed eccleſiarum ædes ſacræ tugurij inſtàr erunt, precioſumq; corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis, liturgia extinguetur, pſalmorum decantatio ceſſabit, ſcripturarum recitatio non audietur. Sed erunt apud homines tenebræ, lamentatio ſuper lamentationem, væ ſuper væ. Poſtremò deſcribens Chriſti aduentum ad iudicium: Orietur, inquit, ab Oriente ad Occidentem vſque ſignum crucis ſuperantis ſplendorem ſolis, denuncians aduentum & apparitionem iudicis: vt reddat cuique ſecundùm opera ſua. Et inducens iudicem alloquentem impios, ait: Omnes qui neglexerint, nec miſericordiam exercuerint hîc benè merendo, nihil eis debetur, niſi ignis qui non extinguitur. Humanus enim ſum, at iuſtus quoquè iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabo, omnibus pro cuiuſque labore mercedem præſtabo, omnibus pro ſuo certamine præmia rependam. Miſereri volo: ſed oleum in vaſis veſtris non video. Confeſſi eſtis me Dominum: ſed verbis meis non paruiſtis. Signo crucis meæ notati eſtis: ſed hoc animi duritia deleuiſtis. Baptiſma meum recepiſtis: at præcepta mea non ſeruâſtis, at odium fraternum ex animis veſtris non excuſſiſtis. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, ſaluabitur: ſed qui faciet voluntatem meam. Et diſcedent hi in ſupplicium æternum: iuſti verò in vitam æternam. Audiſtis dilecti reſponſionem Domini, cognouiſtis ſententiam iudicis, didiciſtis quàm horrendum iudicium & dies & hora nos maneat: de eo ſoliciti cogitemus quotidiè: hoc diù noctúque meditemur, in domibus, in plateis, in eccleſijs: nè in horrendo illo iudicio, in quo nulla eſt perſonarum acceptio, abiecti ac triſtes adſtemus condemnati: ſed cum actione, vita, conuerſatione, confeſſione pura: vt nobis quoquè dicat ille miſericors hominúmque amans Deus, Fides tua te ſaluum fecit: vade in pace. Item illud, Eugè ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.

Eſaiæ 1. Oſeæ 13. Amos 5. Mich. 3.

Antichriſti tẽpore templa Chriſtianorum deuaſtabuntur & iniquitas inualeſcet.

Monachi expetent quæ ſunt mundi. Matth. 24. Luc. 21. 2. Pet. 2. 3. 1. Ioan 3. 4. Iudas. Phil. 3. Coloſ. 2. Dan. 7.

Antichriſtus orietur ex tribu Dan.

Lucæ 1.

Enoch, Helias & Ioannes Euangeliſta precedẽt aduentũ Chriſti.

Antichriſtus conſignationem crucis in frõte prohibebit. Apoc. 13.

Character antichriſti loco viuificæ crucis Chriſti.

Luctus Eccleſiarum Chriſtianarũ propter abrogationem ſacrificij, Miſſæ, & Euchariſtiæ &c. antichriſti tempore.

Signum crucis apparebit in cælo ante Chriſti aduẽtum.

Impij cur dãnabũtur in die iudicij.

Matth. 7.

Matth. 25.

Iudicium Dei ante oculos ponendum.

Lucæ 7. Matth 25.

8. IOANNES Damaſcenus libro quarto Orthodoxæ fidei, capite vigeſimoſeptimo: Nôſſe autem operæprecium eſt, venturum omninò Antichriſtum eſſe. Et quidem omnis, qui filium Dei ac Deum in carne veniſſe, ac Deum perfectum eſſe atque hominem perfectum, vnà cum eo quoquè quòd Deus erat, factum eſſe, minimè confitetur, Antichriſtus eſt. Cæterùm peculiari ac præcipuo modo Antichriſtus ille dicitur, qui ſub mundi cataſtrophen venturus eſt. Primùm itaque, quemadmodùm Dominus dixit, Euangelium apud omnes gentes prædicari neceſsè eſt: ac tum

Antichriſtus cõmuni modo. 1. Ioan. 2.

Antichriſtus propriè quis ſit.

Matth. 24.

Ioan. 5.

ille ad prodendam Iudæorum impietatem veniet. His enim verbis Dominus ad eos vſus eſt, Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me. Veniet alius in nomine ſuo, & illum accipietis.

2. Theſſ. 2. — Iudæos decipiet Antichriſtus.

Et Apoſtolus, Pro eo quòd amorem veritatis non ſuſceperunt, vt ſalui fierent, propterea mittet ipſis Deus operationem erroris ad credendum mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed acquieuerunt in iniuſtitia. Ergò Iudæi Dominum Ieſum Chriſtum ac Deum, Deique filium haudquaquàm receperunt: impoſtorem contrà, diuinitatem ſibi arrogantem, recipient.

Seipſum vocabit Deum. — Dan. 11.

Nam quòd Dei nomen vſurpaturus ſit, angelus ille Danielem docens, his verbis oſtendit: Ad Deos Patrum ſuorum non intelliget.

2. Theſſ. 2.

Et Apoſtolus, Nemo vos ſeducat vllo modo. Quoniam niſi diſceſſio primùm venerit, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ità vt ipſe tanquàm Deus in templo Dei ſedeat, oſtendens ſeipſum quòd ſit Deus.

In templo Iudaico ſedebit Antichriſtus.

Porrò per Dei templum, non templum noſtrum intelligit, ſed vetus Iudaicum. Non enim nobis, ſed Iudæis veniet: non pro Chriſto, ſed aduersùs Chriſtum. Qua etiam de cauſa Antichriſtus dicitur.

Matth. 24. — 2. Theſſ. 2. — Erit magus & diabolicus homo.

Primùm ergo Euangelium apud omnes gentes prædicetur neceſſe eſt: ac tum reuelabitur iniquus ille, cuius erit aduentus ſecundùm operationem ſathanæ in omni potentia, & ſignis, & prodigijs falſis, & in omni fallacia iniuſtitiæ ijs qui pereunt: quem Dominus oris ſui verbo interficiet, atque aduentus ſui præſtantia delebit.

Antichriſtus erit verus homo, non autẽ diabolus incarnatus.

Nec verò quemadmodùm Dominus humanitatem aſſumpſit, ità etiam diabolus homo efficietur (abſit enim hoc:) verùm homo ex fornicatione parietur, atque omnem ſathanæ afflatum ſuſcipiet. Deus etenim incredibilem quandam futuræ ipſius voluntatis peruerſitatem prænoſcens, diabolum in eo domicilium ſibi conſtituere ſinet.

Naſcetur ex fornicatione.

Ex fornicatione itaque, vt diximus, naſcetur, & clàm educabitur, ac repentè inſurget, capútque attollet, atque imperio potietur.

Regnum Antichriſti.

Atque in regni quidem ſui, vel tyrannidis potiùs præludijs bonitatis ſpeciem præ ſe feret. Cùm autem rerum potitus fuerit, tum verò Eccleſiam Dei perſequetur, peruerſitatémque ſuam omnem depromet.

Prodigia mẽdacia.

Veniet autem in ſignis & prodigijs mendacij fictis ac non veris, eóſque, quorum imbecilla parúmque firmo fundamento nixa mens eſt, in fraudem inducet, atque à Deo viuo abſtrahet, ità vt ſcandalizentur, ſi fieri poteſt, etiam electi.

Matth. 24. — Prædicatio Enoch & Heliæ. — Apoc. 11. — Malach. 4.

At verò mittentur Enoch & Helias Thesbites, & patrum corda in filios, hoc eſt, ſynagogam ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Apoſtolorum prædicationem, conuertent: ab eóque trucidabuntur.

Actor. 1. — Interitus Antichriſti. — 2. Theſſ. 2.

Ac tum Dominus, quemadmodùm ſancti Apoſtoli in cælum euntem viderunt, hoc eſt Deus perfectus & homo perfectus, cum gloria & potentia veniet, ac peccati hominem, perditioniſque filium oris ſui ſpiritu interficiet.

9. SOPHONIAE primo: Iuxtà eſt dies Domini magnus, iuxtà eſt & velox nimìs: vox diei Domini amara, tribulabitur ibì fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

10. IOELIS ſecundo: Venit dies Domini, quia propè eſt dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis: quaſi manè expanſum ſuper montes populus multus & fortis: ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma: quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti, neque eſt qui effugiat eum. A facie eius contremuit terra, moti ſunt cæli: ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimìs caſtra eius, quia fortia & facientia verbum eius. magnus enim dies Domini, & terribilis valdè: & quis ſuſtinebit eum? Et dabo prodigia in cælo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem: antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis.

11. CAPITE tertio: Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt. Et paulò pòſt: Conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit meſſis: venite, & deſcendite, quia plenum eſt torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum. Populi populi in valle conciſionis: quia iuxtà eſt dies Domini in valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebuntur cæli & terra, & Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael.

12. ESAIAE decimotertio: Eccè dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam ſtellæ cæli, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum: obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Precioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc cælum turbabo: & mouebitur terra de loco ſuo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.

13. CAPITE vigeſimoquarto: Cataractæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adijciet vt reſurgat. Et erit: in die illa viſitabit Dominus ſuper militiam cæli in excelſo: & ſuper reges terræ qui ſunt ſuper terram. Et congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & poſt multos dies viſitabuntur. Et erubeſcet luna, & confundetur ſol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

14. CAPITE ſexageſimoſexto: Eccè Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. &c.

15. HIEREMIAE vigeſimotertio: Eccè turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens: ſuper caput impiorum veniet.

Non

Digitized by Google

Non reuertetur furor Domini, vſque dum faciat, & vſque dum compleat cogitationem cordis ſui. in nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius.

16. MALACHIAE tertio: Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui.

17. CAPITE quarto: Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et poſt pauca: Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: nè fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

18. DANIELIS ſeptimo: Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accenſus. Fluuius igneus rapidúſque egrediebatur à facie eius: millia millium miniſtrabant ei, & deciès milliès centena millia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Et paulò pòſt: Aſpiciebam ergò in viſione noctis, & eccè cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnũ: & omnes populi, tribus, & linguę ipſi ſeruient: poteſtas eius poteſtas æterna quę non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

19. APOCALYPIS vigeſimo: Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, & locus non eſt inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecũdùm opera ipſorum. & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant, & iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Et qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

20. CAPITE ſexto: Et vidi, cùm aperuiſſet ſigillum ſextum: & eccè terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger tanquàm ſaccus cilicinus: & luna tota facta eſt ſicut ſanguis: & ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos cùm à vento magno mouetur: & cælum receſſit ſicut liber inuolutus: & omnis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt. & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus, & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium. & dicunt montibus & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipſorum. & quis poterit ſtare?

21. PSALMO nonageſimoſexto: Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbis terræ: vidit, & commota eſt terra. Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.

22. ET quinquageſimonono: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti dos: iratus es, & miſertus es nobis. Commouiſti terram, & conturbâſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt.

23. MATTHAEI vigeſimoquarto: Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hęc erunt? & quod ſignum aduẽtus tui, & conſummationis ſeculi? Et reſpondens Ieſus, dixit eis: Videte nè quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia & opiniones pręliorum. Videte nè turbemini. oportet enim hæc fieri: ſed nondùm eſt finis. conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca, hæc autem omnia initia ſunt dolorum, &c. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus. & tunc veniet conſummatio, &c. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbatho. erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis dixerit: Eccè hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna & prodigia, ità vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi, &c. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cęlorum commouebuntur: & tũc parebit ſignum filij hominis in cælo. & tunc plangent omnes tribus terrę: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum, &c. Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. Vigilate ergò, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.

24. ITEM vigeſimoquinto: Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicèm, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. ſitiui, & dediſtis mihi bibere. hoſpes eram, & collegiſtis me &c. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus: ſitientem, & dedimus tibi potum? &c. Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiù feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. eſuriui enim: & non dediſtis mihi manducare. ſitiui: & non dediſtis mihi bibere, &c. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere: & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quandiù non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem, in vitam æternam.

Digitized by Google

25. CAPITE decimotertio : Sicut ergò colliguntur zizania, & igni comburuntur : ſic erit in conſummatione ſeculi. mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatē : & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Sic erit in conſummatione ſeculi. exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus & ſtridor dentium.

26. CAPITE tertio : Cuius ventilabrũ in manu ſua, & permundabit aream ſuam : & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

27. SAPIENTIAE quinto : Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduersùs eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes : Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore : eccè quomodò computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt : &c. Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet prò galea iudicium certum : ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem : acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.

28. POSTERIORIS Petri tertio : Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs, & terra, de aqua, & per aquam, conſiſtens Dei verbo : per quæ ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cæli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Vnum verò hoc non lateat vos, chariſſimi, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant : ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini vt fur : in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur &c.

Igne conflagratiōis qualis fiet mundi purgatio.

29. AVGVSTINVS libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite decimoſexto : Tunc figura huius mundi mundanorum ignium cōflagratione præteribit, ſicut factum eſt mundanarum aquarum inundatione diluuium. Illa itaque, vt dixi conflagratione mundana, elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus noſtris corruptibilibus congruebant, ardendo penitùs interibunt : atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant : vt ſcilicet mundus in melius innouatus, aptè accōmodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis.

2.Pet 3.

Cęli aërij interituri, & quouſquè.

30. CAPITE decimooctauo : Apoſtolus Petrus commemorans factum antè diluuium, videtur admonuiſſe quodammodò, quatenùs in fine huius ſeculi mundum iſtum periturum eſſe credamus. Nam & illo tempore periſſe dixit, qui tunc erat, mundum : nec ſolùm orbem terræ, verumetiam cælos, quos vtiquè iſtos aëreos intelligimus, quorum locum, ac ſpatium, tunc aqua creſcendo ſuperauerat. Ergò totus, aut penè totus aër iſte ventoſus, quod cælum vel potiùs cęlos vocat : ſed iſtos vtiquè imos, non illos ſupremos, vbi ſol, & luna, & ſidera conſtituta ſunt : conuerſus fuerat in humidam qualitatem : atque hoc modo cum terra perierat, cuius terræ vtiquè prior facies fuerat deleta diluuio. Qui autem nunc ſunt, inquit, cæli & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruandi in diem iudicij & perditionis hominum impiorum. Proindè, qui cæli, & quæ terra, id eſt, qui mundus, prò eo mundo, qui diluuio perijt ex eadem aqua repoſitus eſt : ipſe igni nouiſſimo reſeruatur in diem iudicij, & perditionis hominum impiorum. Nam & hominum propter magnam quandam commutationem, non dubitat dicere perditionem futuram, cùm tamen eorum, quanuìs in æternis pœnis ſit manſura natura. Quærat forſitan aliquis, ſi poſt factum iudicium mundus iſte ardebit, antequàm pro illo cælum nouum, & terra noua reponantur, eo ipſo tempore conflagrationis eius vbi erunt ſancti, quum eos habentes corpora in aliquo corporali loco eſſe neceſsè ſit? poſſumus reſpondere, futuros eos eſſe in ſuperioribus partibus ; quò ità non aſcendet flamma illius incendij, quemadmodùm nec vnda diluuij. Talia quippe illis inerũt corpora, vt illic ſint, vbi eſſe voluerint : ſed nec ignem cōflagrationis illius pertimeſcent immortales, atq; incorruptibiles facti : ſicut virorum triũ corruptibilia corpora, atq; mortalia, in camino ardēti viuere illęſa potuerũt.

Geneſ.7.

Quæſtio de beatis, vbi illā futuri ſint tēpore conflagrationis.

Corpora beatorum.

Daniel.3.

Pœnitentia agenda ante diem mortis & iudicij.

Pſal.94.

31. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaſexta ad populum Antiochenum : Ipſius itaq; miſericordia confidamus, & ſolicitam exhibeamus pœnitentiam, priuſquàm ingruat hora, quæ nos ex hoc lucrari non permittat. Nam nunc quidem in nobis totum eſt poſitum, tunc verò iudicans ſolus eſt ſententiæ dominus. Præoccupemus itaque faciem eius confeſſione, ploremus & lugeamus. Si nanque Dominum orare poſſumus ante rationis diem peccata nobis remittere, nec ingreſſu iam erit opus. Sicut viciſsìm, niſì hoc fiat, palàm præſente terrarum orbe, noſtrorũ vnuſquiſq; introducetur, & nulla iam nobis ſupererit veniæ ſpes. Nullus enim eorum qui hìc peccata non diſſoluerit, illuc migrans, eorum pœnas effugere poterit : ſed ſicut ex terrenis carceribus cum catenis ad tribunal adducuntur : ſic omnes animæ cùm hinc migrauerint varijs peccatorum catenis circundatæ, ad tremendum aguntur tribunal. Et ſub finem : Nec ab omnibus hìc pœnas exigit, nè reſurrectionem deſperes, & iudicium deſinas expectare : quaſi omnes hìc reddant rationem. Nec omnes rursùm abire permittit impunitos, nè rursùm omnia prouidentia carere putes : verùm & punit, & non punit. Et inquantùm punit, oſtendit quòd hìc punitos & illic rationem expoſcet : inquantùm autem non punit, facit vt credas quòd eſt aliquod poſt præſentem peregrinationem tremendum tribunal.

Animæ migrantes à corpore ante tribunal Chriſti ſiſtuntur.

Cur quoſdā non puniat Deus in hac vita.

Vndè colligī poſſit futurū Dei iudicium.

32. HOMILIA quadrageſimaſeptima : Aſſiſtemus tribunali Chriſti, & omniũ erit acris examinatio. Si quis verò futurum non credit iudicium, quæ ſunt hìc, videat, in vinculis poſitos, in metallis, in ſtercoribus, dæmonibus obſeſſos, errantes, incurabilibus laborantes morbis, cum continua certantes paupertate, in fame viuentes, irreparabilibus conſternatos luctibus, in captiuitate poſitos. Non enim hi nunc paſſi eſſent, niſì & omnes alios, qui talia peccârunt, vltio maneret atque ſupplicium.

Horrendum Dei iudicium.

Matth.13.25.

33. HOMILIA quadrageſimaoctaua ad populum Antiochenum, & homilia quinta in epiſtolam ad Romanos : Vnuſquiſque veſtrûm, chariſſimi, ſuam ingreſſus conſcientiam, & peccata reputans, diligenter à ſemetipſo pœnas exigat, nè quandoq; cum orbe terrarum cōdemnemur. Tremendum enim illud ſubſelliũ, horrendum tribunal, tremore plena iudicia, ignis funditur fluuius, frater non redimit, redimet homo? Recordare ſiquidē quæ dicuntur in Euangelio, circuncurrentium angelorũ, ſponſalis thalami clauſi, extinctarum lampadarum, poteſtatum in fornaces detrahentium. Et illud penſa, quòd ſi cuius ex nobis

factum

Omnium peccata detegentur.

factum occultum in medium hodiè coram ſola produceretur eccleſia: quomodò non perire, & ſibi terram hiſcere precaretur, potiùs quàm tot malitiæ teſtes habere? Quid tunc ergò patiemur, cùm in medium coram mundo cuncta promentur, in theatro tam claro & illuſtri, & nobis notis & incognitis omnia ſpectantibus? ET poſt nonnulla in eadem homilia quadrageſimaoctaua: Si mille dixeris gehennas, nihil illius par dicis doloris, quem ſuſtinet anima, dum totus terrarum orbis conuoluitur, canentibus tubis, angelis præcurrentibus primis, tum ſecundis, mox tertijs, demùm innumeris ordinibus in terram ſe fundetibus, inſuper autem & Cherubin (multa verò ſunt hæc & infinita) & Seraphin, in illa ineffabili gloria ipſo veniente, occurrētibus his qui venerint, vt in medium electos agant: Paulo cum ſocijs omnibus, & quicunque probabiles apud eum fuerunt, coronas, præconia, & honores à rege ſuſcipientibus coram toto cæleſti exercitu. Nam ſi neque gehenna cenſeatur hos quidem honorari, illos verò contemni, quantum eſt? Intolerabilis gehenna, confiteor, & multùm intolerabilis: tamen intolerabilior hæc regni amiſſio, hoc cogitate. Cogitemus quanta priuamur gloria, cùm liceat non priuari. Hoc enim graue eſt, quòd cùm domini ſimus nè hoc patiamur, patimur, cùm hos quidem ſuſcipiat, & ad patrem in cælos perducat: hos autem relinquat, & captos angeli quidam inuitos trahant, & lachrymis perfuſos, & deorſùm tuentes in gehennæ flammam, priùs coram toto terrarum orbe ad dedecus productos: quantum dolorem eſſe putas?

Timor & dolor animarū in iudicio extremo.

Intolerabilis regni cęleſtis amiſſio.

34. EPHRAEM Syrus in libro de iudicio extremo, capite primo: Nec quiſquam nobis prodeſſe poterit in illa iudicij die, niſi cõuerſatio ſancta & bona opera, quæ hinc detulerimus nobiſcū. Futurum eſt nanque, vt vnuſquiſque noſtrûm & actus ſuos & cogitationes ante tribunal tremendi iudicis deferat. Contremiſcit cor meum, & renes mei reſoluuntur, quotieſcunquè recogito, quòd reuelandæ ſint cogitationes & ſermones atq; actus noſtri in die iudicij. Arbores fructiferæ tempore ſuo primùm intrinſecùs cõcipiunt fructum: poſteà verò diuino nutu & extrinſecùs proferunt, ſecundùm ſuam naturam & fructum & folia. Sic in die illa terribili, omnes homines quicunq; in hoc ſeculo quaſi in tempore ſuo occultè intrinſecùs ſiue bona ſiue mala geſſerint, ibi quaſi fructus proprios ante tribunal Domini proferent. Tunc iuſti bonos & iucundos proferent fructus: ſancti ſimiliter fructus ſuauiſſimos, & omnibus gratiarū floribus exornatos: martyres verò ſuppliciorum & pœnarum fructus patientiæ glorioſos: monachi autem ſanctæ conuerſationis ſuæ, id eſt, continentiæ, humilitatis, vigiliarū, orationum atque obedientiæ, immarceſcibiles proferent fructus. Peccatores verò, impij ac prophani, proferēt fructus turpiſſimos & execrandos, plenos confuſione, opprobrio, vlulatu, & luctu, vermium quoquè immortalium, & ignis inextinguibilis cum gemitu. Tremēdum eſt, dilectiſſimi fratres, ibi iudicium, in quo ſine teſtibus omnia manifeſta ſunt. Ibi aſſiſtunt millia millium, & deciès dena millia angelorum & archangelorum, Cherubin & Seraphin. Ibi iuſtorum chori circunſtant, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, & martyrū, & omnium omninò agmina ſanctorum. CAPITE quinto: Beatus homo, qui inuenerit fiduciam in hora illa, & qui audierit beatam vocem illam: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Tunc iuſti cùm ſe in lumine viderint in illa memorabili gloria, intra ſemetipſos ſinguli obſtupeſcent, & dicent: Putas ipſe ego ſum? Et quomodò huic gloriæ dignus inuentus ſum? Angeli etiam accedentes cum gaudio magno ad ſanctos, enarrant eis conuerſationem eorum immaculatam, continentiam, vigilias, orationes, voluntariā paupertatem, frugalitatem perfectam, patientiam ſitis, tolerantiā famis, orationis inſtantiam, & omnia quæcunque propter Chriſti perfectam charitatem æquanimiter pertulerunt. Hæc autem omnia ſanctis angelis dicentibus cum exultatione, reſpondebūt omnes iuſti, dicentes: Omninò conſtituti in terris, nec vnam diem perfectæ correctionis viximus, nec vllum opus bonum à nobis geſtum eſt. Iterùm verò angeli commemorare eos faciūt locum & tempus: & admirantes eorum humilitatem, glorificant Deum, videntes in cælis corpora ſanctorum ſuper lumen fulgentia.

In futuro iudicio proſunt potiſſimùm bona opera.

Reuelatio omnium cogitationum, verborum & actionum.

Fructus iuſtorum in die iudicij.

Peccatorum fructus.

Tremendum iudicium.

Matth. 25.

Stupor & admiratio beatorum de ſua gloria.

Humilitas iuſtorum.

35. ITEM in libro de vera pœnitētia, capite tertio: Sancta crux rurſùs in conſummatione ſeculi, cùm ſecūdus illuxerit Domini Saluatoris aduentus, prima, cum gloria ingenti & angelicorū exercituum infinita multitudine, apparebit in cælo, inimicos quidem terrens ac vexans, fideles autem illuminans atque lætificans, aduentumq; cæleſtis imperatoris annuncians. CAPITE quarto: Quę verò poſt hæc futura ſunt, cùm illa radiare in cælis cœperit, putas qualia erunt? Tanta enim & tam ingentia, tamq; horrenda mirabilia, neque facta ſunt in omnibus à ſeculo generationibus, neque futura ſunt. Et modò quidem ſæpè cùm fit coruſcatio & tonitrus vaſtior, omnes ſui formidine terret, cunctiq; horrore perculſi, ſolo procumbūt. Quomodò ergo ſuſtinebimus, cùm audierimus tubæ vocem de cælo nimio cum metu reſonātem, omneſq; à ſeculo defunctos iuſtos & iniuſtos, bonos & malos, pios atq; impios excitantem? Tunc omnia ex tumulis humanæ conditionis oſſa, vbi vox tubæ inſonuerit, exilient, atq; diſcurrent, artus ſuos iuncturaſq; cum feſtinatione requirentia. Cùm viderimus omne hominū genus exurgere, quemlibet ex loco ſuo, congregariq; ad iudicium: Cęleſtis nempe regis iuſſu, terra ſuos mortuos reddet, mare itidèm ſuos, quicquid item humanorum corporū vel beſtia rapuit, vel vorauit piſcis, auiſve diſcerpſit, in priorem ſtatum remeabit, omneſq; in ictu oculi reſurgent, & ante tribunal adſtabunt, ità vt ne vnus quidē capillus capitis deſit: cùm viderimus igneum fluuium ab ortu ſolis, vſque ad occaſum emanantem, ac velutì ſæuiens fluctibus mare, montes ac valles deuorantem, terramq; omnem, & quæcunque ſunt in illa, exurentem: tunc dilectiſſimi mei, ab illo igne deficient fontes, vaneſcent flumina, mare ſiccabitur, agitabitur aër, ſidera vt folia de cælo cadent, deficiet ſol, luna vertetur in ſanguinem, cælum vt liber complicabitur: cùm viderimus angelos miſſos hincindè cum feſtinatione diſcurrere, electóſque Dei ſeruos ab ortu ſolis vſque ad occaſum, in vnum cogere: cùm viderimus cælum nouum & terram nouam, in quibus iuſtitia inhabitat: cùm viderimus terribile ſolium, ſedentémque ſuper illud omnium Deum, infinitaq; angelorum millia cum tremore circunſtantia: cùm viderimus ſignum filij hominis, precioſam ſcilicet ac viuificam crucem in cælo lucentem, omnéſque fines orbis terræ, vltra ſolis claritatem illuſtrantem. Vbi verò viderint omnes regium iſtud ac tremendum ſceptrum in cælo reuelari, iam tunc agnoſcent ſinguli continuò ipſum quoquè regem reuelandum, qui in illo clauis affixus eſt. In illa hora quiſque pauidus tractabit, quomodò iturus ſit obuiàm Chriſto, quam rationem redditurus. Ac ſi quidem peccatorum conſcientia prematur, ſtabit triſtis, mœrens, afflictus, atque anxius, expectans ſententiam contra ſe ferendam. Vnuſquiſque enim cernet ante faciem ſuam expoſita opera ſua, ſiue bona illa, ſiue mala præmiſit. Et poſt nonnulla: Magnus in hora illa pauor erit, fratres mei, grandis tremor, cùm libri illi formidabiles aperientur, in quibus ſcripta ſunt opera noſtra, & actus, & ver-

Crucis apparitio in die iudicij.

Quàm horrēda continget in die iudicij.

1. Theſſ. 4. 1. Cor. 15.

Reſurrectio mortuorum.

Apoc. 20. 1. Cor. 15.

Ignis conflagrationis. 2. Pet. 3.

Apoc. 6. Ioel. 2. Eſaiæ 34. Mat. 13. 24. 25.

Apoc. 21.

Matth. 25.

Matth. 24. Crucis in cælo ſplendor.

Timor hominum in iudicis aduentu.

Operum denudatio.

Librorum apertio. Apoc. 20.

Digitized by Google

& verba, & quæcunque egimus in hac vita putantes latére Deum, qui ſcrutatur renes & corda.

Hierem.17.

Illic enim non ſolùm actus, verùm & cogitationes & intentiones cordis ſcriptæ erunt. O quantus erit gemitus, quàm miſerabiles lachrymæ, quum oculis noſtris intuebimur hinc ineffabile cælorum regnum, indè rursùs æterna ſupplicia, pauendóſque cruciatus reuelari, medium verò adſiſtere omne mortalium genus, à primo Adam vſque ad vltimum hominum, omnesq; cadentes in faciem atque adorantes. Tunc omne humanum genus inter cæleſte regnum æternumq; cruciatum, inter gaudium & mœſtitiam, omnes demiſſis in humum vultibus adſtabunt, metu & expectatione ſolliciti.

Exigetur fides integra & nulla hæreſi cõmaculata.

CAPITE quinto: Tunc requiretur in ſingulis Chriſtianis baptiſmatis ſigillum illibatum, exigeturq; ab vnoquoque fides integra, & nulla hæretica colluuione maculata. Tunc ô fratres mei & Chriſti amatores, omnis humanitatis effigies media inter iudicium & regnum, vitam ac mortem, gaudiumq; ac mœrorem, ſtatuetur. Et requiretur à quolibet regium ſignum, ex qua die Catholicam & orthodoxam Eccleſiam ac fidem noſtram per baptiſma ſuſcepit: exigeturq; à ſingulis fides in pace illibata, ſigillúmque infractum, & tunica incoinquinata, ſecundùm pulchram illam confeſſionem quam coram multis teſtibus profeſſi ſunt, dicentes: Abrenũcio tibi ſatana & omnibus operibus tuis.

Profeſſio in baptiſmo facta.

Huiuſmodi clara abrenunciatio, requiretur à nobis in illa hora. Hãc abrenunciationẽ angeli in hora baptiſmatis ſcribunt. Hæc à nobis omnibus Chriſtianis cõfeſſio exigitur iudicij tempore.

Examinatio Epiſcoporũ & aliorum prælatorum. Ezech.3.

Examinantur Paſtores, Epiſcopi ſcilicet de conuerſatione ſua, efflagitanturq; à ſingulis rationales oues, quas à paſtore ſummo Chriſto acceperant. Ac ſi quidẽ per paſtoris negligentiam, ouem deeſſe contigerit, ſanguis eius de manu illius requiretur. Similiter & abbas pro ſeipſo & pro grege ſuo rationẽ reddet. Pari ratione & presbyter, pro ſibi creditæ Eccleſiæ populo rationem redditurus eſt.

Singuli rationem dabunt ſui officij.

Diaconi item ac lectores, fidelesq; omnes, rationem pro animabus, quæ ſunt in domo ſua, reddent, pro vxore, pro filijs, pro ſeruis & ancillis. An illos enutrierint in timore & diſciplina & correctione Domini, ſicut admonet Apoſtolus Paulus.

Epheſ.6.

Tunc & reges & principes, & diuites & pauperes, puſilli ac magni, interrogabuntur de operibus proprijs. Scriptum enim eſt, quia omnes ſiſtemur ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque ſecundùm opera ſua quæ per corpus geſſit ſiue bona, ſiue mala. Item alio in loco ſcriptum eſt: Quia non eſt qui eruat de manibus meis.

2.Cor.5.

Deut.32.

CAPITE octauo: Tunc ſegregantur ab inuicèm, iterq; conficiũt, omni ſpe reuerſionis deſtitutum. Quis adeò lapideo corde ſit, qui iam hinc diem illam non amariſſimè fleat? Tunc ſeparantur epiſcopi à coëpiſcopis, diaconi à cõdiaconis, ſubdiaconiq; atque lectores à ſocijs ſuis.

Separatio luctuoſa in die iudicij.

Tunc ſeparabuntur hi, qui aliquando reges fuêre, plorabúntque velut infantes, atque vt mancipia pellentur. Tunc ingemiſcent principes & diuites & immiſericordes, pergentq; nudi atque deſolati, huc illucq; intuentes. Anguſtiabuntur quærentes adiutorium, & nullus erit adiutor. Neque enim diuitiæ, &c. Vt autem breuiter dixerim, tunc iam impelluntur miſeri ab angelis terribilibus acti, cæſi atque flagellati, perguntq; ad mugientes ac ſtridentes dentibus, crebriusq; poſt tergum adſpicientes, ſi quo pacto iuſtos & illud gaudium, vndè ipſi ſeparati ſunt, intueri queant.

A dęmonibus impellentur mali.

Vident autem lucem illã ineffabilem. Adſpiciunt amœnitates paradiſi, vidẽt magna illa & præclara munera, quæ perceperunt à rege gloriæ, qui legitimè certârũt. Intuentur notos dudùm ac familiares ſuos æternis illis gaudijs fruentes, quæ ipſi percipere non meruerunt, & lamentantur, ingemiſcúntque grauiter. Deindè paulatìm ſequeſtrantur à ſanctis omnibus & notis ſuis, atque à Deo ipſo abſconduntur, ità vt iam retrò adſpicere non poſſint, neque intueri gaudium illud immẽſum & meraciſſimam lucem, cùm iam loco illi mœroris ac doloris appropinquauerint, vbi repoſiti ſunt illis æterni cruciatus. Illic autem rursùs diſſeminantur atque diſperguntur, dirimuntúrque ab inuicèm miſeri, varijsq; deputantur cruciatibus, quiſque ſcilicet iuxta operum ſuorum merita.

Cruciatuum & pœnarum in inferno diuerſitas.

Vide plura in ſermone de reſurrectione & iudicio futuro. Item in libro de reſurrectione, iudicio, regno cælorum, & munditia animæ.

36. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoſeptimo de tempore: Quid faciemus, chariſſimi, in illo metuendo iudicij die, cùm tremente mundo, Dominus præcinentibus angelorum buccinis, in illo maieſtatis ſuæ throno circundatus cæleſtis militiæ luce conſederit: ibiq; de terræ gremio & antiquo puluere ſuſcitato humano genere, adſtãte teſtimonio cõſcientiæ ſingulorum, poſitis in conſpectu peccatorum pœnis, iuſtorumq; pręmijs, rationem vitæ cœperit poſtulare, & plùs iam iuſtus quàm miſericors, ſeueritate iudicis contemptæ miſericordię reos cœperit accuſare, & dicere:

Iudicij extremi terribilis memoria.

Ego te, ô homo, de limo manibus meis feci, ego terrenis artubus infudi ſpiritum &c. Irridentium palmas & ſputa ſuſcepi, acetum cum felle bibi: flagellis cæſus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfoſſus, vt tu eripereris morti, animã in tormentis dimiſi.

Ingratitudo malorũ erga Saluatorem.

En clauorum veſtigia, quibus affixus pepẽdi. En perfoſſum vulneribus latus. Suſcepi dolores tuos, vt tibi gloriã darem: Suſcepi mortem tuam, vt in æternum viueres. Conditus iacui in ſepulcro, vt tu regnares in cęlo. Cur quod pro te pertuli, perdidiſti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuiſti? &c. Et quia poſt omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ confugere noluiſti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit ſtridor dentium, cùm ſanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriam ſegregata, peccati populus in profunda tartari ſine vlla miſerationis ac veniæ ſpe demerſus, excludi ſe tenebris ſuis à beata ſanctorum luce viderit, & in profundi ſinum ſine fine deſcendens, vrgente os ſuum puteo, æterna ſupplicia & perpetuam mortem non moriturus aſpexerit?

Segregati boni à malis.

Pſal.68.

Vt ergò hęc tam dura & tam terribilia ante illud tribunal æterni iudicis audire nõ mereamur, dum adhuc licet, & cum Dei adiutorio in poteſtate noſtra eſt, conſideremus conſcientias noſtras: & ſi aliqua crimina vel peccata capitalia necdũ eleemoſynis & orationibus purgata, nobis adhuc dominari cognoſcimus, portum pœnitentiæ deuictis peccatorum fluctibus, Chriſto iuuante feſtinemus intrare: & ſi quid in nauicula animæ noſtræ multis tempeſtatibus peccatorum, aut per ſuperbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam reſolutum eſſe cognoſcimus, componere vel reparare bonis operibus feſtinemus.

Adhortatio ad pœnitentiam.

37. ISIDORVS libro primo de ſummo bono, capite trigeſimo: Iudicij diem nouit Chriſtus, ſed in Euãgelio dicere & ſcire diſcipulos noluit. Nam dum dicit idem Dominus per Prophetam: Dies vltionis in corde meo, indicat ſe non neſcire, ſed nolle indicare.

Diem iudicij noluit Chriſtus indicare. Eſaiæ 63.

In iudicio reprobi humanitatem Chriſti in qua iudicatus eſt, videbunt, vt doleant: diuinitatem eius verò non videbunt, nè gaudeant. Quibus enim diuinitas eius oſtenditur, vtiquè ad gaudium demonſtratur.

Impij diuinitatem Chriſti non videbũt.

Pro diuerſitatẽ conſcientiarũ, & mitis apparebit in iudicio Chriſtus electis, & terribilis reprobis. Nam qualẽ quiſque conſcientiam tulerit, talem & iudicem habebit: vt manente in ſua tranquillitate Chriſto, illis ſolis terribilis appareat, quos conſcientia in malis accuſat.

Apparebit mitis & terribilis pro diuerſitate conſcientiarum.

Duæ ſunt differentiæ vel ordines hominum in iudicio, hoc eſt, electorũ & reproborum, qui tamen diuiduntur in quatuor. Perfectorum

Differentiæ hominum in iudicio.

ordo

Digitized by Google

ordo vnus eſt, qui cum Dominò iudicat, & alius
qui iudicatur: vtrique tamen cum Chriſto regna-
bunt. Similiter ordo reproborũ partitur in duo-
bus, dum hi qui intra Eccleſiam ſunt mali, iudi-
candi ſunt & damnandi: qui verò extra Eccleſiam
inueniendi ſunt, non ſunt iudicandi, ſed tantùm
damnandi.

38. CYRILLVS Hieroſolymitanus catecheſi
decimaquinta illuminatorum: Sicut cùm anteà
ipſe incarnari deberet, & naſci de virgine, expecta-
tus Deus, decipiebat diabolus, malus artifex in
idololatria, proferens deos falſos, generantes &
genitos de mulieribus, vt præmiſſa falſitate, non
credatur poſteà veritati: ſic cùm verus Chriſtus ſe-
cundò venturus ſit, prætextum capiens ſimplici-

Antichriſtus prçcedet Chriſti aduẽtum.

um expectationem, ille aduerſarius, & maximè
eorum, qui ſunt ex circunciſione, inducet quen-
dam magnum hominem, veneficijs & incantatio-
nibus, & malis artibus inſtructiſſimum: vſurpan-
tem ſibi poteſtatem Romàni Imperij, falsò autem
Chriſtum ſeipſum vocantem: ac per hanc Chriſti
appellationem Iudæos, qui venturum expectant,
decipiẽtem: Gentes verò per magicas impoſturas

Quando veniet.

ſeducentem. Veniet autẽ hic prædictus Antichri-
ſtus, cùm impleta fuerint tẽpora imperij Roma-
ni, & mundi conſummatio appropinquabit. De-
cem ſimul reges Romanorum excitabuntur in di-
uerſis quidem locis, eodem tamen tẽpore regnan-

Inuadet Romanum imperium.

tes: Poſt iſtos autem vndecimus Antichriſtus, per
magicum maleficium Romanorum poteſtatẽ ra-
piens. Tres quidẽ ante ſe reges deprimet, reliquos

Eius fraudes & hypocriſis.

autem ſeptem ſibi ſubijciet. Ac primùm quidem
tanquàm prudens aliquis ac intelligens, tempe-
rantiam & humilitatem ſimulabit, ſignisq; & por-
tentis, magica impoſtura decipiet Iudæos, tãquàm
is eſſet Chriſtus ab illis expectatus. Deceptos verò,
deincèps omnis generis inhumanitatis & iniqui-

Improbitas quanta.

tatis malis, omnes circunſcribet: ità vt omnes, qui
ante illum improbi & impij fuerant, excellat ma-
litia. Mentemq; habebit homicidiariam, præfra-
ctam, immiſericordem, & variam, cùm cõtra ali-
os omnes, tum verò maximè contra nos Chriſtia-

Tribus annis & ſex menſibus.

nos. Tribus autem annis & ſex menſibus talia au-
dens, à ſecundo de cęlis glorioſo aduentu vnigeni-

Interitus eius.

ti filij Dei, & Domino ſaluatoréque noſtro Ieſu
Chriſto deprimetur. Qui tollens Antichriſtũ ſpi-

2. Theſſ. 2. Apoc. 19.

ritu oris ſui, igni gehẽnæ illum tradet. Hæc autem

Doctrina hæc de Antichriſto in ſcripturis fundata eſt.

docemus, non comminiſcentes, ſed è ſcripturis di-
uinis colligentes, & ex ea maximè, quæ nupèr le-
cta eſt, ex Daniele propheta edocti: ſicut Gabriel
Archangelus interpretatus eſt, dicens ſic: Quarta

Dan. 7.

beſtia, quartum eſt regnum in terra, quod maius
erit alijs omnibus regnis: hoc autem eſſe Romano-
rum, Eccleſiaſtici interpretes tradiderũt. Primum
enim erat regnum Aſſyriorum: alterum Medo-
rum ſimul & Perſarum: tertium poſteà Macedo-

Quartum regnũ apud Danielem eſt imperiũ Romanorum, quod Antichriſtus ſub finẽ mundi inuadet.

num: Quartum eſt nunc regnũ Romanorum. De-
incèps verò Gabriel interpretans dicit: Decẽ cor-
nua ipſius, decem regna conſurgent: poſt iſta alter
conſurget, qui omnes ante ſe, malis vincet: neque
ſolùm illos decẽ reges, ſed omnes qui ante ſe fue-
runt. Et tres reges deprimet. Manifeſtum autem
eſt, quòd ex iſtis decem tres opprimet prorsùs, vt
ipſemet octauus regnet: & verba faciet contra al-
tiſſimum, vir blaſphemus & iniquus: non à patri-
bus accipiens regnum, ſed arte magica principa-
tum vſurpabit. Et paulopòſt: Idola odio habitu-
rus eſt antichriſtus, vt ipſe in templo Dei ſedeat.

In templo Iudęorum ſedebit Antichriſtus.

Quale autem templum dicit? In templo quod re-
liquum eſt Iudæorum. Abſit enim, vt in hoc id fi-
at, in quo ſumus. Et poſt nonnulla: Sed quod tan-
dèm aduentus illius ſignum eſt, quod non audeat

Matth. 24.

virtus cõtraria imitari? Et tunc, inquit, apparebit
ſignum filij hominis in cælo. Signum autem ve-

Crux ſignum aduentus Domini.

rum & proprium Chriſti, eſt crux. Lucidum cru-
cis ſignum præcędens regem, atque demonſtrans
eum qui priùs fuerat crucifixus: vt videntes qui

Apoc. 1.

anteà illum pupugerunt, & illi inſidiati ſunt Iu-
dæi, certent tribus cum tribubus, dicentes: Hic eſt
alapis percuſſus: hic eſt in cuius faciem ſpuebant
illi: hic eſt, quem ligârunt: hic eſt, quem anteà cru-
cifixum ſpreuerunt: quò fugiemus à facie iræ illi-
us, dicent. cùm angelicis exercitibus circũdabun-
tur, nuſquàm ſanè fugere poterunt. Tremor eſt in-
imicis, ſignum crucis, & gaudium amicis in illum
credentibus, vel qui prędicârunt, vel qui paſſi pro
illo. Et poſt quędam: Iam igitur incipe hęc opera-

Matth. 25. Non ſatis eſt habere fidẽ.

ri, & perſeueres in fide: nè, ſicut ſtultę virgines, em-
pturus oleum, excludaris. Non in hoc confidas,
quòd ſolam lampadem habes, ſed cuſtodi illam
ardentem. Non in hoc ſolùm confidas, quòd cre-

Matth. 5. Rom. 2.

dis, ſed fidem ardentem conſerua, vt luceat lux
tua coram hominibus per bona opera, nè bla-
ſphemetur propter te Chriſtus. Feras quoquè in-
dumentum incorruptionis in operibus bonis,
quod te deceat, & quod accipis à Deo, vtiliter ge-
rens negocium: pecuniæ tibi creditæ ſunt, diſpen-
ſa benè.

39. HIERONYMVS ad Heliodorum epiſto-
la prima, capite nono: Delicatus es frater, ſi & hîc
vis gaudere cum ſeculo, & poſteà vis regnare cum

1. Cor. 15.

Chriſto. Veniet, veniet illa dies, qua corruptiuum
hoc & mortale, incorruptionẽ induat & immor-

Luc. 12.

talitatem. Beatus ſeruus, quem dominus inuene-
rit vigilantem. tunc ad vocem tubæ pauebit terra

Iudicij horror.

cum populis, & tu gaudebis. Iudicaturo Domino
lugubrè mundus immugiet, tribus ad tribum pe-
ctora ferient: potentiſſimi quondàm reges, nudo
latere palpitabunt: exhibebitur cum plebe ſua ve-
rè tunc ignitus Iupiter: adducetur & cum ſuis ſtul-
tus Plato diſcipulis: Ariſtotelis argumenta non
proderunt. Tunc tu ruſticanus & pauper exulta-

Iuſtorum & pauperũ exultatio in die iudicij.

bis, & ridebis, & dices: Eccè crucifixus Deus meus:
eccè iudex, qui obuolutus pannis in præſepio va-
gijt. Hic eſt ille operarij & quæſtuariæ filius: hic,
qui matris geſtatus ſinu, hominem fugit Deus in
Aegyptum: hic veſtitus coccino: hic ſentibus coro-
natus: hic Magus, dæmonium habens, & Samari-
tes. Cerne manus Iudæe quas fixeras: cerne latus
Romane, quod foderas. Videte corpus an idem
ſit, quod dicebatis clàm nocte ſuſtuliſſe diſcipu-
los.

40. GREGORIVS homilia prima in euange-
lia: Diſtrictionem venturi iudicis Paulus conſide-

Hebr. 10. Pſal. 46.

rans, ait: Horrendum eſt incidere in manus Dei vi-
uentis. Hanc Pſalmiſta exprimit, dicens: Deus ma-
nifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in
conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempe-
ſtas valida. Diſtrictionẽ quippe tanti iudicis, tem-
peſtas ignisq; comitabuntur, quia tempeſtas exa-

Dies iudicij ante oculos ponendus.

minat, quos ignis exurit. Illum ergò diem fratres
chariſſimi, ante oculos ponite: & quicquid modò
graue creditur, in eius cõparatione leuigatur. De
illo etenim die per prophetam dicitur: Iuxtà eſt

Sophon. 1.

dies Domini magnus, iuxtà & velox nimìs. Vox
diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis: dies
iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies ca-
lamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis,
dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. De

Aggai 2.

hac die Dominus iterùm per prophetã dicit: Ad-
huc ſemel, & ego mouebo non ſolùm terram, ſed
etiam cælum. Eccè, vt prædiximus, aëra mouit, &
terra non ſubſtitit. Quis ergò ferat, cùm cælũ mo-
uerit? Quid autem terrores quos cernimus, niſi ſe-
quentis iræ præcones dixerimus? Vndè & conſi-
derare neceſsè eſt, quia ab illa tribulatione vltima
tanto ſunt iſtæ tribulationes diſſimiles, quantum
à potentia iudicis perſona præconis diſtat. Illum
ergò diem fratres chariſſimi tota intentione cogi-
tate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentan-
tia reſiſtendo vincite, perpetrata autem fletibus
punite. Aduentum nanque æterni iudicis tanto
ſecuriores quandoquè videbitis, quanto nunc di-
ſtrictionem illius timendo præuenitis.

41. ET

Digitized by Google

41. ET homilia duodecima in euangelia: Penſate fratres chariſſimi, ante conſpectum tanti iudicis, qui in illo die terror erit, quãdo iam in pœna remedium non erit? Quæ illa confuſio, cui reatu ſuo exigente continget in conuentu omnium angelorum hominumq́ erubeſcere? Qui pauor, eum quem & tranquillum mens humana capere non valet, etiam iratum videre? Quem diem bene propheta intuens ait: Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Penſate ergò fratres chariſſimi, extremi diem iudicij ſuper corda reproborum qua aſperitate vidit propheta amareſcere, quem tot appellationibus non valet explicare. Quanta verò tunc erit electorum lætitia, qui de eius merentur viſione gaudere, de cuius conſpectu vident & elementa omnia contremiſcere, cum eo ſimul ad nuptias intrare: qui & in ſponſi nuptijs gaudent, & tamen ipſi ſunt ſponſa, quia in illo æterni regis thalamo viſioni noſtræ Deus coniungitur. Quæ ſcilicet viſio nunquàm iam in perpetuum ab amoris ſui amplexibus euelletur. Tūc regni ianua lugentibus claudetur, quę modò quotidiè pœnitentibus aperitur. Erit nanque & tunc pœnitentia, ſed fructuoſa iam non erit: quia nequaquàm tunc veniam inuenit, qui modò aptum tempus veniæ perdit. Hinc etenim Paulus dicit: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Hinc propheta ait: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt.

Terror, pudor, & pauor malorum in die iudicij.
Sophon. 1.
Electorum lætitia.
Pœnitentia inutilis.
2. Cor. 6.
Eſaiæ 55.

42. ITEM libro vigeſimoſexto Moralium in Iob, capite vigeſimoquarto: Vel certè iudicium pauperibus tribuit: quia hi qui nunc nequiter opprimuntur, ipſi tunc ſuper oppreſſores ſuos iudices veniunt. Duæ quippe ſunt partes, electorum ſcilicet, atque reproborum. Sed bini ordines eiſdem ſingulis partibus continentur. Alij nanque iudicantur & pereunt, alij non iudicantur & pereunt. Alij iudicantur & regnant, alij non iudicantur & regnant. Iudicantur & pereunt, quibus Dominica voce in dãnatione dicitur: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: æger & in carcere, & non viſitâſtis me. Quibus præmittitur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Alij verò in extremo iudicio non iudicantur & pereunt, de quibus Propheta ait: Non reſurgunt impij in iudicio: & de quibus Dominus dicit: Qui autem non credit, iam iudicatus eſt: & de quibus Paulus ait: Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Reſurgunt ergò etiam omnes infideles, ſed ad tormentum, non ad iudicium. Non enim eorum tunc cauſa diſcutitur: quia ad conſpectum diſtricti iudicis iam cum damnatione ſuæ infidelitatis accedũt. Profeſſionem verò fidei retinentes, ſed profeſſionis opera non habentes, redarguuntur vt pereant. Qui verò nec fidei ſacramenta retinuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt: quia præiudicati infidelitatis ſuæ tenebris, eius quem deſpexerant, inuectione redargui non merentur. Illi ſaltem iudicis verba audiunt: quia eius fidei ſaltem verba tenuerunt. Iſti in damnatione ſua æterni iudicis nec verba percipiunt: quia eius reuerentiam nec verbotenùs ſeruare voluerunt. Illi legaliter pereunt: quia ſub lege poſiti peccauerũt, iſtis in perditione ſua de lege nihil dicitur: quia nihil legis habere conati ſunt.

Iob 36.
Electorum & reproborũ varia diſtinctio in iudicio.
Iudicantur & pereunt.
Matth. 25.
Non iudicantur & pereũt.
Pſal. 1.
Ioan. 3.
Rom. 2.
Quomodò infideles ad iudicium non reſurgere dicantur.
Rom. 2.

43. CAPITE vigeſimoquinto: Princeps nanq́ terrenam Rempublicam gerens, aliter punit ciuem interiùs delinquentem, atque aliter exteriùs hoſtem rebellantem. In illo iura ſua conſulit, eumq́ ſub verbis dignæ inuectionis addicit: cõtra hoſtem verò bella mouet, inſtrumenta perditionis exercet, dignaq́ eius malitiæ tormenta retribuit, de malo verò eius quid lex habeat, nõ requirit. Neque enim lege neceſsè eſt perimi, qui lege nunquàm potuit teneri. Ità ergò in extremo iudicio & legalis illũ inuectio percutit, qui ab eo quod profeſſione tenuit, actione declinauit: & iſte ſine iudicij inuectione perimitur, qui lege fidei non tenetur. Ex electorum verò parte alij iudicantur & regnant, qui vitæ maculas lachrymis tergunt, qui mala præcedentia factis ſequentibus redimentes, quicquid illicitum aliquando fecerunt, ab oculis iudicis eleemoſynarum ſuperductione cooperiunt. Quibus iudex veniens in dextera conſiſtentibus dicit: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitâſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Quibus præmittit, dicens: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Alij autem non iudicantur & regnant: qui etiam præcepta legis perfectione virtutum tranſcendunt, qui nequaquàm hoc ſolùm quod cũctis diuina lex præcipit, implere cõtenti ſunt, ſed præſtantiori deſiderio plus exhibere appetunt, quàm præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus Dominica voce dicitur: Vos qui reliquiſtis &c. vt ſuprà de conſilijs euangelicis, quæſtione ſexta, A, teſtimonio decimotertio.

Aliter ciuis aliter punitur hoſtis.
Iudicantur & regnant.
Matth. 25.
Non iudicantur & regnãt.
Matth. 19.

44. AVGVSTINVS libro meditationum, capite quarto: Deus Deorum Domine præſtabilis ſuper malitia, noui quia manifeſtus venies, noui quia non ſemper ſilebis, cùm in conſpectu tuo ignis exardeſcet, & in circuitu tuo tempeſtas valida ingruerit, cùm aduocaueris cælum deſuper & terram diſcernere populum tuum. Et eccè coram tot millibus populorum nudabũtur omnes iniquitates meæ, tot agminibus angelorum patebunt vniuerſa ſcelera mea; non ſolùm actuum, ſed etiam cogitationum ſimulq́ locutionum. Tot iudicibus inops adſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono: tot arguentibus confundar, quot mihi prębuerunt benè viuendi exempla: tot conuincar teſtibus, quot me monuerunt proficuis ſermonibus, ſeque imitandos iuſtis dederunt actionibus.

Pſal. 49.
Detectio peccatorum.

45. ANSELMVS Cantuarienſis in libro de miſeria hominis: In toto me anguſtiæ, hinc erunt accuſantia peccata, indè terrens iuſtitia, ſubtùs patens horridũ chaos inferni, deſuper iratus iudex, intùs vrens conſcientia, foris ardens mundus. Iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic deprænenſus in quam partem ſe premet? Conſtrictus vbi latebo, quomodò apparebo? Latére erit impoſſibile, apparére intolerabile.

Impius in die iudicij vndiquè affligetur & terrebitur.

46. BERNARDVS in libro de interiori domo, capite trigeſimooctauo, vel Hugo à ſancto Victore, libro tertio de anima, capite viceſimotertio: Ipſe iudex erit diſtrictus accuſator tuus. Omnes etiam ſpiritus boni & mali coram Deo te accuſabunt cum eo. Boni, quia Deo debent æquitatem: mali, quia tuam ſeruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis adſtabis, quot pręceſſerunt te in opere bono. Tot arguentibus cõfundéris, quot tibi præbuerunt benè viuendi exemplum. Tot conuincéris teſtibus, quot te monuerunt bonis ſermonibus, & iuſtis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuę: & cunctis agminibus patebunt vniuerſa ſcelera tua, nõ ſolùm actuum, verumetiam cogitationum & locutionum. Multa verò peccata tunc prouenent ex improuiſo, quaſi ex inſidijs, quæ modò non vides: & forſitan plura & terribiliora his quæ nunc vides. Vndiquè erunt tibi anguſtiæ. hinc erunt accuſantia peccata, indè terrens iuſtitia: ſubtùs patens horridum chaos inferni: deſuper iratus iudex: intùs vrens conſcientia: foris ardens mundus. Si iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic deprænenſus in quam partem ſe

Accuſatores in iudicio Dei.
Operum denudatio.
Vndiq; anguſtiæ & terror.

Digitized by Google

ſe premet? Latére erit impoſſibile, apparére intolerabile. In tanto diſcrimine torquebit te tua conſcientia malè ſibi conſcia: cruciabunt cordis arcana. Cogente etiam conſcientia, tuipſe eris accuſator & iudex tuus. Conuictus teſte propria conſcientia, & teſtibus oculis ipſius iudicis, fugere non poteris: ſed tremens, & anxius ſtabis ſuſpenſus ad grauiſſimam ſententiam in anguſto periculo, & in periculoſa anguſtia: tanquàm ilicò recepturus quod in perpetuum amittere non poteris. Iudex tunc erit vehementer iratus, & terribiliter diſtrictus: ſententia eius ſemel lata, erit immutabilis: tortores horribiles, qui nunquàm miſerentur, erunt parati, vt data ſententia te damnatum ad tormenta rapiant. Tormenta erunt ſine interuallo & ſine temperamento: timor conturbabit te, cùm terra aperietur coram te, & tu rues & cades in ſtagnum ſulphuris ardentis & fœtentis. Ignis exterius carnem tuam comburet: vermis interiùs conſcientiam corrodet: ibi eris ſine fine, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ. Omnia verò gehennæ ſupplicia ſuperabit, Deum non videre, & bonis carere, quæ in poteſtate habuiſti obtinere.

Conſcientiæ teſtimonium & vermis.

Terribilis ſententiæ expectatio.

Parati tortores ad executionem latæ ſententiæ.

Cruciatus inferni.

1. D. LVCAE vigeſimoprimo, vt in textu.
2. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo: Præterit enim figura huius mundi.
3. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Et vidi cælum nouum & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abijt, & mare iam non eſt.
4. ECCLESIASTICI decimooctauo, vt in textu.
5. POSTERIORIS Petri tertio: Nouos verò cælos & nouam terram ſecundùm promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace.
6. LVCAE vigeſimoprimo: Attendite autẽ vobis, nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentina dies illa. tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.
7. AD Titum ſecundo: Erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.
8. PRIORIS ad Theſſalonicenſes quinto: Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ità veniet. Cùm enim dixerint, pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Vos autem fratres, non eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquàm fur compræhendat. omnes enim vos, filij lucis eſtis, & filij diei: non ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus.
9. LVCAE decimoſeptimo: Et ſicut factum eſt in diebus Noë, ità erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vſque in diem qua intrauit Noë arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: ſecundùm hæc erit qua die filius hominis reuelabitur.
10. CHRYSOSTOMVS homilia quinta de pœnitentia: Reſponde iudici priuſquàm in prætorium veniat. Aut ignoras eos qui iudicem mitigare volunt? non ipſo in examine cauſæ, ſed priuſquàm iudicij ingrediatur locum, beneuolum ſibi faciunt, vel amico mediatore vel præſule, aut modo alio ſibi iudicem conciliant? Igitur & Deo non ſeſſionis tempore ſuadendum erit iudici, ante verò iudicij tempus mitigabilis eſt iudex. Quare dicit Dauid, Præoccupemus faciem eius. Illic magnum iudicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentia mitigatur, dignitati non condeſcendit, non veneratur perſonam, ſed tremendum & implacabile iuſti iudicium. Hîc verò iudicem exorabimus, & placabimus, non pecunia: magis autem (ſi verum dicere oportet) clemens ipſe piusque pecunia ſuadetur, non ipſe manu, ſed per inopes accipiens. Da inopi pecuniam, & iudicem mitigaueris.

Præueniendũ eſt iudicium Dei.

Pſal. 94.

Iudex flecti & decipi nequit.

11. PRIORIS ad Corinthios vndecimo: Quod ſi noſmetipſos &c. vt in textu.
12. ECCLESIASTICI primo, vt in textu. Ibidem: Timenti Dominum benè erit, in diebus conſummationis illius benedicetur.
13. GREGORIVS libro trigeſimoprimo Moralium, capite viceſimoprimo: Viſionem diſtricti iudicis, quam iuſtus vehementer expectat, iniuſtus venire formidat. Iſte namque labores ſuos conſiderans, mercedem retributionis quærit: & cauſæ ſuæ meritum ſciens, præſentiam iudicis expetit: eumque vt veniat in flamma ignis dans vindictam impijs, & contemplationis ſuæ ſpeciem in retributione deferens, piiſſimo ardore concupiſcit. Ille verò qui iniuſtitiæ ſuæ meminit, venire iudicium perhorreſcit, actusque ſuos examinari metuit: quia damnari, ſi examinentur, nouit. Gloria ergò narium eius, terror eſt: quia iuſtus indè gloriatur, vndè peccator pœnæ addicitur. Videamus equũ, quomodò de his quæ adhuc non videt, iam per nares ſpiritum trahit. Videamus quanta gloria attollitur, cùm iam futura præſtolatur. Eccè labores ſuos intuens prædicator egregius, dicit: Ego iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Vbi & aptè ſubiungit: Non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Ac ſi dicat: Sed & omnibus qui ſibi de bona operatione ſunt conſcij. Aduentum enim iudicis non diligunt, niſi qui in cauſa ſua ſe habere iuſtitiæ meritum ſciunt.

Iuſti expectãt iudicẽ, cuius aduentum timent impij.

Iob 39.

2. Tim. 4.

Iuſtitiæ meritum.

14. AVGVSTINVS ſermone centeſimo viceſimo de tempore: Irremediabile periculum eſt, ſic aliquem vitijs & cupiditatibus frena laxare, vt ſe rationẽ Deo non meminerit redditurum. Puto quia magna ſit iam peccati pœna, metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij.

Memoriam iudicij depoſuiſſe, quàm periculoſum.

IIII.

Quid verò de Inferno eiuſque pœnis?

A. VT morte quidem nihil miſerabilius, vt iudicio etiam nihil eſt terribilius, præſertim filijs huius ſeculi obſtinatè peccantibus: ſic Inferno eiuſque pœna nihil intolerabilius ac infelicius poteſt excogitari. Ibi enim (teſte [a] Scriptura diuina) *fletus eſt & ſtridor dentium*: ibi [b] *vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*: ibi *terra* [c] *tenebroſa & operta mortis caligine:*

Vide Chryſ. epiſt. 5. ad Theod. lapſum, & Cyril. Alex de exitu animæ. Proſp. lib. 3. de vita contempl. cap. 12. Item Greg. lib. 4. dial. cap. 28. 29. 42. & ſeq. Iſido. de ſummo bono lib. 1. cap. 31. & 32.

a Matt. 8. b 13. f g 22. b 24. d 25. e Luc. 13. f

b Mar. 9. g Eſaiæ 66. g 14. c Eccli 7. b Iudith 16 c

c Iob 10. d Iudæ c Greg. lib. 9. moral. cap. 45 & ſeq. Caſſian. in confeſſ. Theo.

logica,p.3. Ephræm in lib. de vera pœnitent. cap. 7. & 8.
d Apoc. 21. c 14. b c 18. b 19. d 20. c d Pſal. 10 b 20. b Deut 32. e Iob 24. e Rom. 2. b Eſaiæ 3. d Prouerb. 19 d Eccli 21. b
e Apoc. 20. c 9. a Iob 7. b 20. c d Pſal. 48. c Eſa. 33. b Matth. 3. c 25. d 2. Theſſ. 1. c 2. Pet. 2. a b
f Eſa. 65. c Luc. 6. d 16. f Cyril. Alex. in orat. de exitu animæ. Auguſt. in enchir. cap. 111. & ſeq. Item ſer. 181. de temp. cap. 18. lib. de triplici habitaculo, cap. 2. Cyprian. ad Demetrian. & in ſerm. de Aſcen. Chriſti. Bernar. epiſt. 251. & meditat. cap. 3. Item ſer. 8. in pſal. Qui habitat. Hugo lib. 4. de anima, cap. 13. Innocen. III. lib. 3. de contemp. mundi cap. 2. & ſeq. Concil. Florent.

caligine: ibi *vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*: ibi *pars* [d] *illorum in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda*: ibi [e] *cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.* Ibi demùm verum eſſe comperietur, quod omnibus apud inferos torquendis iuſtus Iudex his verbis prædixit: [f] *Eccè ſerui mei comedent, & vos eſurietis: Eccè ſerui mei bibent, & vos ſitietis: Eccè ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini: Eccè ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.*

g Pſal. 2. c

h Sapien. 6. a b Eſaiæ 5. d

B. Itaque Propheta regius Reges & Principes omnes compellat, atque futuras malorum pœnas illis proponit cum hac graui admonitione: [g] *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* ([h] *Fortioribus* enim *fortior inſtat cruciatio, & iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet.*) *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Appræhendite diſciplinam, nè quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta, cum exarſerit in breui ira eius.* Hinc & Chriſtus ipſe dictum omnibus voluit, [i] *Timete eum, qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: ità dico vobis, hunc timete.* Vt enim eſt momentaneum quod in hac vita delectat, ità ſempiternum eſt quod in gehenna excruciat.

i Lucæ 12. a Matth. 10. c Chryſoſt. lib. 1. de prouidentiâ Dei. Item homil. 5. & 55. ad populum Antioch. Augu. in pſal. 49. Bernard. in ſer. de conuerſione ad Clericos cap. 5.

TESTIMONIA.

1. A. CHRYSOSTOMVS in epiſtola quinta ad Theodorum lapſum: Hîc habent tam iucunda quàm triſtia finem, eúmque celerrimum: illic ſeculis extenduntur vtraque immortalibus, nec dici poteſt quantum virtute & potentia differant à rebus præſentibus. Cùm ignem audis, nè arbitreris eſſe ſimilem huic igni: accenſus enim deferueſcit, & mutatur: ille autem ſemèl in flammam exurgens, ardet perpetuò, nunquàm intermoritur. Qui peccauerunt, neceſſè eſt vt immortalitatem induant, non tamen ad honorem ſibi, verùm vt continuum ſuperſit viaticũ illius ſupplicij: quod quàm ſit horrendum, oratio nequit vnquàm explicare. Ab experimento rerum tenuium fieri poteſt vt accipiamus de magnis aliquid cõiecturę. Si quando in balneo fueris nimiùm efferueſcente, tum gehennæ recorderis: & rursùs ſi quando febre acriore conflagraueris, ad flammam quę tunc eſt, progredere: tum probè intelliges, quia balneum & febres adeò nos affligant ac territant: quo animo futuri ſumus, quando in fluuium ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali? Profectò frendemus dentibus propter labores & cruciatus illos indicibiles, nemo ſuppetias feret. Plorabimus omnes triſtiſſimè, flamma nobis vehementiùs incumbente. Neminem videbimus præter condemnatos nobiſcum, & immanem ſolitudinem. Quis poteſt verbis conſequi, quàm formidabiles pauores à tenebris exorientur, quæ in animis noſtris extabũt? Quemadmodùm ignis illic non habet vim reſoluendi, ſic neo lucere poteſt: alioquì non eſſent tenebræ. Huiuſmodi igitur pauorem à tenebris, tremorem, ſolutionem membrorum, attonitum ſtuporem adducere ſufficit vna illius temporis ratio. Multa illic variáque tormenta, grumuli pœnarum ceu niuis inundant. Cæterùm ſi quis fortè dubitat quo pacto ſatis eſſe, ac æternùm durare immortalis queat anima confecta tanta vi pœnarum, is cognoſcat quæ hîc fiunt: quomodò non rarò multi ad morbum non minùs acrem, quàm diuturnum ſuffecerint, nec anima diſſoluta eſt, ſed corpus eſt conſtrictum ac depreſſum, anima afflicti remanente in negocio, non aliter, atquè ſi corpori non indita foret. Quare poſtquàm incorruptibile corpus inſolubiléque acceperit, nihil prohibet in infinitum protendi ſupplicium. Hîc quidem non ſimul contingunt vehementia pœnarum, & earum diuturnitas. Altera enim cum altera pugnat, propter conditionem corruptibilis illius corporis non ferentis ea: immortalitate autem ſuccedente ſoluitur hæc pugna, & magna potentia nos in infinitum vtraque mala poſſidebunt, nec exceſſus vllus tormentorum perimet animam noſtram. Sic, inquam, licet nos eſſe perſuaſos: neque enim hoc corpus poterit in illo tempore conſumi cruciatibus: afflictum permanebit cum anima, nec finis vllus erit. Quàm exquiſitas igitur delicias appetis, & quantum temporis opponi cupis illi ſupplicio & pœnæ? Vis'ne centum annos, aut bìs centum? Verùm quid hi ſunt ad ſecula interminabilia? quod enim eſt ſomnium vnius diei per omnem vitam, id eſt fructus rerum præſentium comparatus ad ſtatum futurorum bonorum. Eſt'ne qui propterea vt ſuaue ſomnium videat, per omnem vitam eligat ferre cruciatum? & quis ſic ſtultus eſt, vt vltrò ad talem mercedem aduolet? Nihil dum equidem delicias, nec amaritudinem quæ in eis occulitur, aperio: quandoquidem loqui de his rebus adhuc eſt intempeſtiuum: vbì eas effugere valebis, tum locus erit huiuſmodi tractandi. Nunc quia morbo illo detineris, videbimur tibi nugas agere, ſi quando voluptatem amaram nominauero: liberatus olìm à morbo Dei beneficio, mox planè intelliges malitiam. Quare ſermones illos in aliud tẽpus differamus, hoc nunc dicemus. Fingamus delicias eſſe delicias, & voluptatem voluptatem, nihilq́ habere fellis: ſed quid, obſecro, dicemus de imminente pœna? quid tum faciemus? qui modò læti geſtimus velut in vmbra & imagine, opere quidem alibì perſoluemus pœnam: & prætereà quia exiguo tempore quæ tum futura diximus, aut etiam abſurdiora effugere licet, fruiq́ bonis adiacentibus. Hoc eſt enim opus clementiæ diuinæ, quòd nobis certamina nõ in longum tempus præſcripſit, breuì quidem & in momento, & in ictu oculi finientur: nam tantula eſt pręſens vita, quę omninò bello de-

Ignis inferni noſtro igni diſſimilis.

Immortalitas miſera damnatorũ.

Cruciatus inferni.

Stridor dentium.

Fletus.

Societas dæmonũ & damnatorum.

Tenebræ interiores.

Tenebræ exteriores.

Varietas & copia pœnarũ.

Anima quomodo perdurare queat in tantis pœnis.

Corpus cruciatibus non conſumetur.

Auocat à delicijs huius mundi conſideratio harũ pœnarũ fine carentium.

lo debetur, ſi eam ad infinita ſecula cōferas. Num id animas damnatorum cōtriſtabit, quando meminerint quòd occaſione emendādi per hos paucos dies non vſi, ſe tradiderint malis immortalibus? Surgamus ergò, nè ſimile quiddam patiamur, dum tempus eſt acceptum, dum eſt ſalutis dies, dum eſt vis magna pœnitentiæ. Siquidem malis ignauiter cohærentes, quæ dicta ſunt omnia excipient, multoq́ illis duriora. Ea enim quæ in gehenna noxijs parantur, multo ſunt moleſtiora: à tantis excidiſſe bonis tantum habet dolorem, tantam afflictionem, tantam anguſtiam, quātum vllum eſſe poteſt aliud flagellum, certè hic debitum peccantibus, cuiuſmodi per ſe ſufficere, & quàm tormenta reliqua gehēnæ acerbiùs mordere, contereréq́ animas noſtras videtur.

Triſtabuntur animæ dānatorum potiſſimū de pœnitentię tempore neglecto.
2. Cor. 6.
Excidiſſe à cęleſtibus bonis, maximū dolorem affert.

2. CYRILLVS Alexandrinus in oratione de exitu animæ: Mihi amarulentam timeo gehennam, quippe interminatam. Exhorreo tartarum, vt cui nimium inſit caloris: Paueo tenebras, quoniam nihil admittunt lucis. Formido peſtiferum vermem, quoniam eſt perennis. Et poſt nonnulla: Atqui ſi anima in ocioſo luxu vixiſſe fuerit deprehenſa, duriſſimam illam vocem audit: Tollatur impius, nè videat gloriam Domini. Tunc eam detinet dies iræ, tribulationis, neceſſitatis, anguſtiæ, dies tenebrarum & caliginis. Tunc à ſanctis Dei angelis deſtitutam inuadunt Aethiopes illi dæmones, eamq́ ferientes crudeliter, in terrarum opaca deducūt, & aperta tellure ſolidiſſimis compedibus reuinctam in terram tenebroſam & fuliginoſam, in infimas infernorum carcerum partes, ac Erebi cuſtodias deijciunt. Huc demerguntur animæ peccatorum, in omne æuum crematuræ, quemadmodùm Iob tradidit: In terram atram & obſcuram, in terram noctis æternæ: Vbi non lumen, vbi nulla mortalibus vita, ſed iugis ægritudo, ſed mœror inceſſabilis, ſed fletus inquies, ſed dentium ſtridor, nullo ſilentio intermiſſus, ſed planctus pernoctes. Væ væ illic æternum. Illic heu me, heu me. Illic proclamant, & non eſt qui ſuppetias ferat: vociferantur, & nemo redimit. Non eſt illam commemorare neceſſitatem, linguæ non datur aſſequi cruciatus illic detentarum animarum, os nullum humanum poteſt horridum illum timorem planum facere, nequeunt hominis labia verbis vllis infortunium & ploratum earum exprimere. Ingemiſcunt aſſiduè, nec vllus miſeretur. Clamant è profundis, at nemo flectitur. Lamentantur, at nullus eripit. Exclamāt, & plangunt, at nemo compatitur. Tunc vbi mundi huius iactantia? Vbi gloria inanis, vbi deliciæ, vbi voluptas, vbi petulantia, vbi ambitio? &c. Quàm denſa obducentur caligine, quando in ira ſua verba ad eos faciet? quando in furore ſuo perterrebit eos, inquiens: Ite à me maledicti in ignem æternum, diabolo & eius nuncijs præparatum. Eheu, quanta cum tribulatione, quanta mœſtitia, quanta anxietate, timore, tremore implicabuntur ſpiritus eorum, cùm cæleſtes vniuerſæ poteſtates ſublata voce clamabunt: Auertantur peccatores in tartarum. Væ væ, quale melos ſuccinunt? collugentes, vlulantes, plangentes, dum ſæuiſſimis tormentis nunquàm non excarnificādi abducuntur. Hei hei qualis illius loci facies? Vbi fletus & ſtridor dentium, quem tartarum appellant, quem ipſe quoquè diabolus expauet. Væ væ, qualis eſt gehenna ignis inextincti, ardentis quidem, ſed non lucentis, ſed & luce carentis. Hei qualis eſt inſomnis & virulentus vermis? Væ væ, quàm graues exteriores illæ tenebræ & aſſiduæ? heu heu quales ſunt angeli infligendis pœnis deſtinati, truculenti & immites? etenim conuiciantur fortiter & increpant. Tunc rei conclamant vehementer, & nemo eximit. Conclamabūt enim ad Dominum, & non exaudiet eos. Tunc cunctas vitæ vanitates fluxas fuiſſe ac caducas cognoſcent, quæq́ hìc bona eſſe gaudijsq́ plena videbantur, ea felle & veneno amariora reperientur. O temporis illius tribulationem, ô neceſſitatem, ô tempeſtatem. A ſanctis graue dirimi, grauius à Deo diſſociari. Ignominioſum tum manibus, tum pedibus colligari. Durum in exteriores tenebras amandari, horridum fremere, dentibus ſtridere, cōtabeſcere, acerbum iugibus pœnis atteri, laborioſum lingua flāmas ſuſtinere. Miſerrimum eſt aquæ poſcere guttulam, & repulſam accipere, peramarum in ignibus eſſe & vociferari, nec tamen ſubleuari: inacceſſæ fauces, & immenſum chaos. Neque fuga ſe ſubtrahere, quoniam occluditur, abitum parare non poteſt, quoniam coërcetur. Cuſtodiæ murus inſuperabilis, inhumani ergaſtuli, tenebricoſus carcer, inſolubilia vincula, vi nulla refringendæ catenæ. Feri & intractabiles flammæ illius miniſtri, graues illæ quæ ad ſupplicium adhibētur ſcuticæ, firmi vngues & infracti, prædura flagella, pix nebuloſa & ſtrepitans, ſulphur grauè olens, atra cubilia, pyra ſemper ardens, fœdus & olens vermis, tetricum prætorium.

Gehennæ metus.
Eſaiæ 26.
Sopho. 1.
A dæmonibus rapitur anima ad inferos.
Iob 10.
Cruciatus inferorum.
Clamant, & non exaudiuntur.
Terribilis ſententiæ prolatio.
Matth 25.
Pſal. 9.
Fletus & ſtridor dentium.
Ignis ardens & non lucēs.
Vermis immortalis.
Tenebræ exteriores.
Tortores.
Clamor damnatorum.
Separatio à Deo & ſanctis.
Matth. 22.
Lucæ 16.
Carceris infernalis deſcriptio.

3. PROSPER libro tertio de vita contemplatiua, capite duodecimo: Et quid eſt, obmuteſcentes manibus & pedibus ligari, niſi in inferno, vbi Deo nemo confitetur, actione priuari: ſicut in exteriores tenebras mitti, nihil aliud erit, niſi à Domino, qui eſt mentium lumen, expelli? Fletus autem & ſtridor dentium acerrimos eorum dolores oſtendunt, qui ſupplicio æternæ mortis addicti, non videndi ſenſum habituri ſunt, ſed dolendi. Quorum continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor ſummus, pœnalis ſenſus, torquent animas, nec extorquent, puniunt corpora damnata, nec finiunt. Quos ideò ſibi deputatos ignis inextinguibilis non extinguit, vt permanente ſentiendi vita, pœna permaneat, & ad dolendum magis quàm ad viuendum æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis viuacibus immortalitas ſecundæ mortis occidat. Iam verò quod dicit: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, ad totam refertur damnati hominis pœnam, quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit, & conſumentis conſcientiæ vermis immortaliter rodit. Proindè omnes qui in gehenna dicuntur occidi, non id cum illis agitur, vt maximis conſumpti doloribus, aliquando deficiant, ſed vt in illis pœnaliter viuant. Hæc & his ſimilia libenter audire vel legere, iugiter ante oculos mentis adducere, futura credere, ſine vlla perturbatione metuere, cogitare quale malum ſit, ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatiſſima ſanctorum omnium ſocietate priuari, fieri patriæ cæleſtis extorrem, mori vitæ beatæ, morti viuere ſempiternæ, in æternum ignem cum diabolo & angelis eius expelli, vbi ſit mors ſecunda damnatis exilium, vita ſupplicium, non ſentire in illo igne quod illuminat, ſentire quod cruciat, exundantis incendij terribiles crepitus pati, barathri fumantis amara caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi, edaciſſimis in ęternum dilaniari vermibus, nec finiri. Hęc & multa ſimilia cogitare, nihil eſt aliud, quàm vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrenare. Ad nos iam, ſi videtur, ab his terribilibus malis, quæ fidelium mentes ſalubri terrore cōcutiunt, atque ab omnibus vitioſis delectationibus abducunt, & quæ amatores voluptatum ſuarum tunc ſuæ damnationis experimentum probabunt, quando iam, quod omni infelicitate eſt miſerius, ſe emendare non poterunt: ab his inquam terrificis ac triſtibus malis aſcendamus ad illa ſublimia, quibus proficientium mentes in ſpem promerendæ beatitudinis aſſurgunt, abiuratisq́ terrenis, cæleſtia concupiſcūt: & quoniam proficere cupientes à ſalubri timore incipiunt, & ad charitatem proficiendo perueniunt,

Matth. 22.
Quid ſit obmuteſcētem ligari, & in tenebras exteriores mitti.
Fletus & ſtridor dentium qd deſignēt.
Cruciatus inferni.
Calamitoſa immortalitas.
Marc. 9.
Vermis eorū quomodò nō moriatur.
Recordatio ſuppliciorū gehennæ q̄ fructuoſa ſit.
Non ſentiunt in igne quod illuminat, ſed quod cruciat.
Salubris timor iudicij & gehennæ.

Digitized by Google

niunt, nos quoquè ſufficere iudicantes, quod de incipientium timore tractauimus, etiam de charitate, quod ipſe, cuius munus eſt, donauerit, diſputemus.

Iniquorum animæ ſunt in inferno.

4. GREGORIVS libro quarto dialogorum, capite viceſimooctauo: Si eſſe ſanctorum animas in cęlo ſacri eloquij ſatisfactione credidiſti, oportet vt per omnia eſſe credas & iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iuſtitiæ, ex qua iuſti iam gloriantur, neceſsè eſt per omnia vt & iniuſti crucientur. Nam ſicut electos beatitudo lætificat, ità credi neceſsè eſt, quòd à die exitus ſui ignis reprobos exurat. PETRVS: Et qua ratione credendum eſt, quia rem incorpoream tenere ignis corporeus poſſit?

Incorporeos ſpiritus poſſe ab igne corporeo teneri.

5. CAPITE vigeſimonono: GREGORIVS. Si viuentis hominis incorporeus ſpiritus tenetur in corpore, cur non poſt mortem, cùm incorporeus ſit ſpiritus, etiam corporeo igne teneatur? PETRVS: In viuente quolibet idcircò incorporeus ſpiritus tenetur in corpore, quia viuificat corpus. GREGORIVS: Si incorporeus ſpiritus Petre in hoc teneri poteſt quod viuificat: quare non pœnaliter & ibi teneatur vbi mortificatur? Teneri autem ſpiritum per ignem dicimus, vt in tormento ignis, videndo atque ſentiendo puniatur. Ignem nanque eo ipſo patitur quòd videt: & quia cremari ſe adſpicit, crematur. Sicq́ fit, vt res corporea incorpoream exurat, dum ex igne viſibili ardor ac dolor inuiſibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur: quanuìs colligere ex dictis Euangelicis poſſumus, quia incendium anima non ſolùm videndo, ſed etiam experiendo patiatur. Veritatis enim voce diues mortuus in inferno dicitur ſepultus. Cuius anima quia in igne teneatur, inſinuat voce diuitis, qui Abraham deprecatur, dicens: Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquá, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flāma. Dum ergò peccatorem diuitem damnatū veritas in ignem perhibet, quiſnam ſapiens reproborum animas teneri ignibus neget? PETRVS: Eccè ratione ac teſtimonio ad credulitatē flectitur animus, ſed dimiſſus iterùm ad rigorem redit. Quomodò enim res corporea incorpoream teneat, atque affligere poſſit, ignoro. GREGORIVS: Dic, quæſo te, apoſtatas ſpiritus à cæleſti gloria deiectos, eſſe corporeos, an incorporeos ſuſpicaris? PETRVS: Quis ſanum ſapiens, eſſe ſpiritus corporeos dixerit? GREGORIVS: Gehennę ignem eſſe incorporeum, an corporeū fateris? PETRVS: Ignem gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certùm eſt corpora cruciari. GREGORIVS: Certè reprobis veritas in fine dictura eſt: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Si igitur diabolus eiuſq́ angeli, cùm ſint incorporei, corporeo ſunt igne cruciandi: quid mirum, ſi animæ, & antequàm recipiant corpora, poſſint corporea ſentire tormenta? PETRVS: Patet ratiò, nec debet animus de hac vlteriùs quæſtione dubitare.

Corporeus ignis cruciat animā peccatoris: idq́ue tanquàm diuinæ iuſtitiæ inſtrumentū.

Lucæ 16.

Matth. 25. Sicut dæmones incorporei igne corporeo cruciantur, ità & animæ damnatorum.

6. CAPITE quadrageſimoſecundo eiuſdem libri quarti dialogorum: Cùm ergò ad aperiendum librum nullus ſub terra inuentus dignus dicitur, quid obſtet non video, vt ſub terra infernus eſſe credatur.

Apoc. 5. Infernus ſub terra eſſe creditur.

7. CAPITE quadrageſimotertio: Vnus quidem eſt gehennæ ignis, ſed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſque etenim quantum exigit culpa, tanta illic ſentitur pœna. Nam ſicut in hoc mundo ſub vno ſole multi conſiſtunt, nec tamen eiuſdem ſolis ardorem æqualiter ſentiunt: quia alius plùs æſtuat, atque alius minùs: ità illic in vno igne non vnus eſt modus incendij: quia quod hîc diuerſitas corporum, hoc illic agit diuerſitas peccatorum, vt & ignem non diſſimilem habeant, & tamen eoſdem ſingulos diſſimiliter exurat.

Gehennæ ignis nō vno modo omnes excruciat.

8. CAPITE quadrageſimoquarto: Cùm veritas dicat, Ibunt impij in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam: quia verum eſt quod promiſit, falſum proculdubiò non erit quod minatus eſt Deus. PETRVS: Quid ſi quis dicat: Idcircò peccantibus æternam pœnam minatus eſt, vt eos à peccatorum perpetratione compeſceret? GREGORIVS: Si falſum eſt quod minatus eſt, vt ab iniuſtitia corrigeret, etiā falſa eſt pollicitus, vt ad iuſtitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere vel inſanus præſumat? Et ſi minatus eſt quod non erat impleturus, dum aſſerere eum miſericordem volumus, fallacem, quod dici nefas eſt, prędicare compellimur. PETRVS: Scire velim quomodò iuſtum ſit, vt culpa quæ cum fine perpetrata eſt, ſine fine puniatur. GREGORIVS: Hoc rectè diceretur, ſi diſtrictus iudex non corda hominum, ſed facta penſaret. Iniqui enim ideò cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluiſſent vtiquè, ſi potuiſſent, ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendūt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquàm deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergò iuſtitiam iudicantis pertinet, vt nunquàm careant ſupplicio, qui in hac vita nunquàm voluērunt carere peccato. Omnipotens Deus, quia pius eſt, miſerorum cruciatu non paſcitur: quia verò iuſtus eſt, ab iniquorum vltione in perpetuum non ſedatur. Sed iniqui omnes æterno ſupplicio deputati, ſua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, ſcilicet vt iuſti omnes & in Deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis reſpiciant ſupplicia quæ euaſerunt: quatenùs tanto magìs in æternum gratiæ diuinæ debitores ſe eſſe cognoſcant, quanto in æternum mala puniri conſpiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt. PETRVS: Et vbi eſt quòd ſancti ſint, ſi pro inimicis ſuis, quos tunc ardere vident, *non* orabunt: quibus vtiquè dictum eſt: Pro inimicis veſtris orate? GREGORIVS: Pro inimicis ſuis orāt eo tempore, quo poſſunt ad fructuoſam pœnitentiam eorum corda conuertere, atq́ ipſa conuerſatione ſaluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum eſt, niſì hoc quod Apoſtolus ait: Vt det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius voluntatem? PETRVS: Placet quod dicis: Et quomodò pro illis tunc orabunt, qui iam nullatenùs poſſunt ad iuſtitiæ opera ab iniquitate commutari? GREGORIVS: Eadem itaque cauſa eſt, cur non oretur tunc pro hominibus igni æterno damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt vt non oretur pro diabolo angeliſque eius æterno ſupplicio deputatis. Quæ nunc etiam cauſa eſt, vt non orent ſancti homines pro hominibus infidelibus, impijſq́ defunctis: quia pro eis vtiquè quos æterno deputatos ſupplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iuſti conſpectum orationis ſuæ meritum caſſari refugiunt. Quòd ſi nunc quoquè viuentes iuſti, mortuis & damnatis iniuſtis minimè compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de ſua carne ſeſe perpeti etiam ipſi nouerunt, quanto diſtrictiùs tunc iniquorum tormenta reſpiciunt, quando ab omni vitio corruptionis exuti, ipſi iam iuſtitiæ viciniùs atque arctiùs inhærebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quòd iuſtiſſimo iudici inhærent, vis diſtrictionis abſorbet, vt omninò eis non libeat, quicquid ab illius æternæ regulæ ſubtilitate diſcordat.

Matth. 25. Tormēta impiorum perpetuò duratura ſunt.

Non comminandi cauſa vocauit Saluator ignem æternum, ſed ex veritate.

Cur culpa tēporalis perpetuò puniatur.

Iuſtus & pius eſt Deus.

Fructus quē percipiūt iuſti ex ſupplicijs impiorū.

Matth. 5. Cur ſancti nō orant pro damnatis.

2. Tim. 2.

Non orant pro infidelibus impijſq́ defunctis.

Miſericordia minimè mouentur ſancti erga damnatos.

9. ISIDORVS libro primo de ſummo bono, capite trigeſimoprimo: Duplex damnatorū pœna eſt in gehenna, quorum & mentem vrit triſtitia, & corpus flamma * iuxta viciſſitudinem: vt qui mente tractauerunt quod perficerent corpore, ſimul

Duplex damnatorum pœna.

* aliàs iuxta viciſſitudinē:

re, ſimul

re, ſimul & animo puniantur & corpore. Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, & ad aliquid non habere, hoc eſt, habere lumen ad damnationem, vt videant impij vndè doleant: & non habere ad conſolationem, nè videant vndè gaudeant. Apta fit comparatio de camino trium puerorum ad exemplum ignis gehennæ. Nam ſicut ille ignis non arſit ad trium puerorum ſupplicium, ſed arſit ad comburenda ligamina vinculorum: ità ignis gehennæ & lucebit miſeris ad augmentum pœnarum, vt videant vndè doleant: & non lucebit ad conſolationem, nè videant vndè gaudeant. Inter huius vitæ & futuræ infelicitatis miſeriam, multa diſcretio eſt. Illic enim & miſeria eſt propter cruciationē dolorum, & tenebræ propter lucis auerſionem: quorum vnum in hac vita, id eſt, miſeria eſt, aliud non eſt: in inferno autem vtrunque eſt.

Ignis gehennæ an lumen habeat.

Dan. 3. & aliās &

Miſeria & tenebræ ſunt in inferno.

10. CAPITE trigeſimoſecundo: Sicut faſciculi lignorum ad combuſtionem de ſimilibus colligantur, ità in iudicij die ſimilis culpæ rei, ſuis ſimilibus iungentur: vt ex æquo pœna conſtringat quaſi in faſciculum, quos actio ſimiles fecit in malum. Sicut vnuſquiſque ſanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur: & vnuſquiſque impius pro quantitate facinorum condemnabitur: nec deerit in ſupplicio futuro damnationis ordo, ſed iuxta qualitatem criminum, Propheta affirmante, diſcretio erit pœnarum. De charorum quoque ſuorum ſupplicijs, additur etiam pœna defunctis, ſicut apud inferos diuitis ſermo prædicat Euangelicus, ſicut pro augendo Iudæ ſupplicio, dicit etiam Pſalmiſta: Commotione moueantur filij eius & mendicent, Impij duriùs ex hoc in iudicio puniendi ſunt mẽtis dolore, ex quo viſuri ſunt iuſtos gloriæ beatitudinem meruiſſe.

Alligabuntur in faſciculos, ſimilis culpæ rei.

Diſcretio & differentia pœnarum. Apoc. 18. Lucæ 16.

Pſal. 108. De gloria beatorum dolebũt damnati.

11. MATTHAEI octauo: Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.

12. CAPITE decimotertio: Sicut ergò colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et paulò pòſt: Iterùm ſimile eſt regnum cęlorum ſagenę miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, &c. Sic erit in conſummatione ſeculi. exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittẽt eos in caminum ignis. ibi erit fletus & ſtridor dentium.

13. CAPITE vigeſimoſecundo: Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodò huc intrâſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

14. CAPITE vigeſimoquarto: Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis: veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemq́ eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & ſtridor dentium.

15. CAPITE vigeſimoquinto: Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & ſtridor dentium.

16. LVCAE decimotertio: Et dicet vobis, Neſcio vos vndè ſitis: tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis, Neſcio vos, vndè ſitis: diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cùm videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli forâs. Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Auſtro: & accumbent in regno Dei.

17. MARCI nono: Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam. bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum. bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum. bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

18. ESAIAE ſexageſimoſexto: Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, & videbũt cadauera virorum qui pręuaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſq; ad ſatietatem viſionis omni carni.

19. CAPITE decimoquarto: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodò cecidiſti de cælo lucifer qui manè oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, In cęlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Verùntamen ad infernum detrahẽris in profundum laci.

20. ECCLESIASTICI ſeptimo: Humilia valdè ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis.

21. IVDITH decimoſexto: Vægenti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorũ, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum.

22. IOB decimo: Dimitte ergò me, vt plangam paululùm dolorem meum. Antequàm vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

23. IN epiſtola Iudæ Apoſtoli: Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes &c. quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.

24. GREGORIVS Magnus libro nono moralium in Iob, capite quadrageſimoquinto: Quid terræ tenebroſæ nomine, niſi tetra tartari clauſtra ſignantur? Quæ æternæ mortis caligo operit, quia damnatos quoſque in perpetuum à vitæ luce diſiungit. Nec immeritò infernus terra dicitur: quia quicunque ab eo capti fuerint, ſtabiliter tenentur. Scriptum quippe eſt: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra verò in æternũ ſtat. Rectè igitur inferni clauſtra, tenebroſa terra nominantur: quia quos puniendos accipiunt, nequaquàm pœna tranſitoria, vel phantaſtica imaginatione cruciant, ſed vltione ſolida perpetuæ damnationi ſeruant. Quæ aliquando tamen laci appellatione ſignantur, propheta atteſtante, qui ait: Portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Infernus ergò & terra nominatur, quia ſuſceptos ſtabiliter tenet: & lacus dicitur, quia hos quos ſemel ceperit, ſemper fluctuantes & trepidos tormentis circunfluentibus abſorbet. Nequaquàm

Iob 10. Infernus dicitur terra tenebroſa &c.

Eccles 1.

Nõ eſt tranſitoria vel phãtaſtica pœna inferni.

Ezech. 16.

Digitized by Google

quaquàm vltrà miſericordia parcentis liberat: quos ſemel in locis pœnalibus iuſtitia iudicis damnat.

Iob 10. Terra miſeriæ & tenebrarum.

25. CAPITE quadrageſimoſexto: Quæ adhuc ſubtiliùs loca deſcribuntur, cùm dicitur: Terram miſeriæ & tenebrarum. Miſeria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatem. Ea ergò quę à conſpectu diſtricti iudicis expulſos tenet, miſeriæ & tenebrarum terra perhibetur: quia foris dolor cruciat, quos diuiſos à vero lumine, intùs cæcitas obſcurat. Natura ignis eſt, vt ex ſeipſo & lucem exhibeat & concremationem. Sed tranſactorum vltrix illa flamma vitiorum, concremationem habet, & lumen non habet. Hinc eſt enim quod reprobis veritas dicit: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Quorum rurſùm omnium corpus in vnius perſona ſignificans, dicit: Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis qui reprobos cruciat, lumen habere potuiſſet, is qui repellitur, nequaquàm mitti in tenebras diceretur.

Flāma ignis inferni lumē non habet. Matth. 25. Matth. 22.

26. CAPITE quadrageſimoſeptimo: Quomodò in ſupplicijs ordo non erit, dum damnatorum quenque iuxta modum criminis, retributio ſequitur vltionis? Hinc quippe ſcriptum eſt: Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatio. Hinc in Babylonis damnatione dicitur: Quantum exaltauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Si igitur iuxta modum culpæ, pœna diſtinguitur: conſtat nimirùm, quòd in ſupplicijs ordo ſeruatur. Et niſi tormentorum ſummam, meritorum acta dirimerent, nequaquàm iudex veniens dicturum ſe meſſoribus eſſe perhiberet: Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos ad comburendum. Si enim nullus in ſupplicijs ordo ſeruabitur, cur comburenda zizania in faſciculos ligantur? Sed nimirùm faſciculos ad comburendum ligare, eſt hos qui æterno igni tradendi ſunt, pares paribus ſociare: vt quos ſimilis culpa inquinat, par etiam pœna conſtringat: & qui nequaquàm diſpari iniquitate polluti ſunt, nequaquàm diſpari tormento crucientur: quatenùs ſimul damnatio cōterat, quos ſimul elatio ſubleuat, quóſque non diſſimiliter dilatauit ambitio, non diſſimilis anguſtet afflictio: & par cruciet flamma ſupplicij, quos in igne luxuriæ par ſuccendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris manſiones multæ ſunt pro diuerſitate virtutis, ſic damnatos diuerſo ſupplicio gehennæ ignibus ſubijcit diſparilitas criminis. Quæ videlicet gehenna quanuìs cunctis vna ſit, non tamen cunctos vna eadémque qualitate ſuccēdit. Nam ſicut vno ſole omnes tangimur, nec tamen ſub eo vno ordine omnes æſtuamus: quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam pondus caloris: ſic damnatis & vna eſt gehenna quæ afficit, & tamen non vna omnes qualitate cōburit: quia quod hîc agit diſpar valetudo corporū, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. Quomodò ergò nullus ineſſe ordo ſupplicijs dicitur, in quibus profectò quiſq; iuxta modum culpæ cruciatur?

Quomodò in inferno nullus ſit ordo, cùm tamē ſit ordinata pœnarū pro culparum diuerſitate diſtinctio. Sap. 6. Apoc. 18. Matth. 13. Pares paribus ſociabūtur. Ioan. 14. Diuerſitas pœnarum in inferno reperitur. Diſpar cauſa meritorū adfert ſuppliciorum differentiam. Reſponſio.

27. CAPITE quadrageſimooctauo: Quia ipſa quoquè ſupplicia quæ ordinata per iuſtitiam veniunt, ordinata proculdubiò in corde morientium non ſunt. Vt enim &c. Infernum verò & vmbra mortis obſcurat, & ſempiternus horror inhabitat: quia eius ignibus traditi, & in ſupplicijs dolorem ſentiunt, & in doloris anguſtia pulſante ſe ſemper pauore feriuntur: vt & quod timent tolerent, & rurſùm quod tolerant, ſine ceſſatione pertimeſcant. De his etenim ſcriptum eſt: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hîc flamma quæ ſuccendit, illuminat: illic, vt ſuperiùs verbis Pſalmiſtæ docuimus, ignis qui cruciat, obſcurat. Hîc metus amittitur, cùm tolerari iam cœperit quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pauor anguſtat. Horrendo igitur modo, erit tūc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obſcuritate. Sic ſic videlicet à damnatis ſentiri pondus ſummæ æquitatis debet: vt qui à voluntate conditoris nequaquàm ſunt veriti diſcrepare dum viuerent, in eorum quandoquè interitu ipſa à ſuis qualitatibus etiam tormenta diſcordent: quatenùs quo ſe impugnant, cruciatus augeant, & cùm variè prodeūt, multipliciter ſentiantur. Quæ tamen ſupplicia in ſe demerſos & vltra vires cruciant, & in eis vitæ ſubſidium extinguentes ſeruant: vt ſic vitam terminus puniat, quatenùs ſemper ſine termino cruciatus viuat, qui & ad finem per tormenta properat, & ſine fine deficiens durat. Fit ergò miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit. Quia igitur & mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenùs pauorem fugat: flamma comburit, ſed nequaquàm tenebras diſcutit: quantùm per notitiam præſentis vitæ colligitur, ſupplicia ordinem non habent, quæ non ſuam per omnia qualitatem tenent, quanuìs illic ignis & ad conſolationem non lucet, & tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet.

Vmbra mortis & ſempiternus horror. Eſaiæ 66. Differētia inter pœnas & cruciatus huius vitæ & futuræ. De iuſtitia & prouidentia in punitione damnatorū. Mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu.

28. CAPITE quinquageſimo: Et quanuìs angelorum atque hominum longè ſit natura diſſimilis, vna tamen pœna implicat, quos vnus in crimine reatus ligat. Sed quid prodeſt iſta prænoſſe, ſi non contingat euadere? Tota ergò intentione curandum eſt, vt cùm vacationis tempus accipimus, benè viuendi ſtudio, malorum vltricia tormēta fugiamus: Hinc quippe per Salomonem dicitur: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erit apud inferos, quò tu properas. Hinc Eſaias ait: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. Hinc Paulus dicit: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Hinc rurſùm ait: Dum tempus habemus, operemur bonum.

Vna pœna implicat, quos vnus reatus ligat. Recordatio ſuppliciorum infernalium, ad quid nos permouere debet. Eccles 9. Eſaiæ 55. 2. Cor. 6. Galat. 6.

29. IOANNES Caſſianus (vel quiſquis auctor eſt) in confeſſione Theologica, parte tertia: Sed dicere quis valeat, quæ impijs & malè viuentibus tormenta ſint præparata? In ipſo enim continuæ mortis loco, qui infernus appellatur, quid aliud niſi iugis flamma, perſeuerans tribulatio, & perpetua pœna, atque infinita totius mali calamitas eſſe poteſt? Igneus autem fluuius, & fœda palus complet omnia. Ibi ſanè atroces angeli commorantur: quorum brachia ſunt vt capita draconum: quorum oculi igneas ex ſe ſagittas emittunt: quorum dentes vt elephantis prominent, & ſtimulant ad tormentum, vt caudæ ſcorpionum. Quorum adſpectus tremorem inducit, & dolorem atque mortem. Atque vtinàm mors poſſit in his ſubuenire anguſtijs: ſed, quod eſt horribilius, ad hoc viuit in tormentis poſitus, vt cruciatibus gubernetur. Ad hoc redintegratur, vt roſus ſerpentibus, & iteratis ſubindè iterúmque repetitis morſibus attrectetur. Ibi dracones blaſphemantium labia vorant, & Regulus diris morſibus miſerorum pectora lacerat: atque horribiles diuerſi generis beluæ incredulorum animas multipliciter ſine ceſſatione cruciant. Illic vlulatus & planctus, gemitus & mugitus continuè ſonant: ſimúlque clamor vbiquè confuſus attollitur: quem dura vis tormentorum exagitat, & incendij arſura extorquet. Hæc autem ipſa tribulatio, quæ illic excipiet miſeros, nullo termino finitur, nullo fine concluditur, ſed flammarū atroci aduſtione conſumitur, & ad rediuiua incendia iterùm qui aduſtus fuerit, reparabitur. Ibi enim vermis qui non moritur, & ignis qui nunquàm extinguitur, atque ſtridor ſemper dentium ſentitur. Gehennæ lethale frigus, & glacies indeficiens,

Deſcriptio pœnarum inferni egregia. Dæmonum tetra & horrida forma. Qualis ſit mors in inferno. Blaſphemantium pœna. Qualis ſymphonia. Perpetuitas ſuppliciorū. Matth. 22. Eſa. 66. Marc. 9.

Digitized by Google

Dolor, languor, peſtis, tenebræ.

ens. Fames peſſima, & ſitis immenſa. Dolor perpetuus, & continuus languor. Sęua peſtis & indicibilis lues. Tenebræ denſiſſimæ, & nox obſcuritatis horrendæ. Nulla requies datur miſeris, omnia ibi mala, & cuncta tormentorum genera. Mors immortalis, defectus indeficiens, finis infinitus. Quis ergò fidelium hæc audiens, & talia ſciens, nō contremiſcat?

Mors immortalis.

Locorum & ſuppliciorum varietas in inferno. Matth. 22. 5. Mar. 9. Eſaiæ 66. Apoc. 19. 20. 21. Matt. 3. Luc. 3 Mar. 9. Prouer. 27. Epheſ. 4. Pſal. 9. Prouer. 9. Eſaiæ 7.

30. EPHRAEM in libro de vera pœnitentia, capite ſeptimo: Interrogatio: In vnum omnes ſupplicium abibunt, an varij cruciatus ſunt? Reſponſio: Varia ſunt tormentorum loca, ſicut in Euangelio audiuimus. Sunt enim tenebræ exteriores, hauddubium, quin & aliæ interiores ſint. Gehennæ ignis locus alius, ſtridori dentium proprius locus eſt, vermis item immortalis alio in loco eſt. Stagnum ignis locus eſt proprius, ſuóque itidèm loco, ignis inextinguibilis eſt. Inferi atque perditio ſuis terminis conſtant, & inferiora terræ alius locus. Infernus quò mittuntur peccatores, & inferni profundum atrocior locus. Inter hæc ſuppliciorum loca, diſtribuuntur infeliciſſimi, vnuſquiſque pro peccatorū ſuorum modo, ſiue mitiùs ſiue vehementiùs, ſicut ſcriptum eſt, quoniam ſpinis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Hoc autem eſt & id quod dicitur, Vapulabit multis & paucis. Sicut autem ſunt peccatorum differentiæ, ità ſunt & cruciatuum varietates. Dic, inquiūt, nobis, precamur, quæ ſit cruciatus differentia. Et ille: Aliter, inquit, cruciatur adulter, aliter fornicator, aliter homicida, aliter fur, aliter ebrioſus, aliter mendax, & aliter periurus. Qui autem odit fratrem ſuum, cum venefico & homicida iudicatur. Qui hæreſibus inquinantur, audituri ſunt: Tollatur impius, nè videat gloriam Domini.

Prouer. 5.

Lucæ 12.

1. Ioan. 3.

Eſa. 26. iuxta LXX.

31. CAPITE octauo: Tunc ſegregantur ab inuicem, itérque conficiunt, omni ſpe reuerſionis deſtitutum. Quis adeò lapideo corde ſit, qui iam hinc diem illam non amariſſimè fleat? Tunc ſeparātur epiſcopi à coëpiſcopis, diaconi à cōdiaconis, ſubdiaconiq; atque lectores à ſocijs ſuis. Tunc ſeparabuntur hi, qui aliquādo reges fuêre, plorabúntque velut infantes, atque vt mancipia pellentur. Tunc ingemiſcent principes & diuites & immiſericordes, pergéntque nudi atque deſolati, huc illúcque intuentes. Anguſtiabuntur quærentes adiutoriū, & nullus erit adiutor. Neque enim diuitiæ, &c. Vt autem breuiter dixerim, &c. vt quæſtione præcedenti, C. teſtimonio trigeſimoquinto.

Separatio miſerabilis.

32. APOCALYPSIS viceſimoprimo: Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

33. CAPITE decimoquarto: Et tertius angelus ſecutus eſt illos, dicēs voce magna: Si quis adorauerit beſtiam & imaginē eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni. & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam & imaginem eius: & ſi quis acceperit characterem nominis eius.

34. CAPITE decimooctauo: Quoniam peruenerunt peccata Babylon vſque ad cęlum, & recordatus eſt Deus iniquitatum eius. Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundùm opera eius. In poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo dicit, Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo. Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis eſt Deus qui iudicabit illam.

35. CAPITE decimonono: Et appræhenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta: qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperūt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginē eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis & ſulphure.

36. CAPITE vigeſimo: Et diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Et qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

37. PSALMO decimo: Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

38. ITEM vigeſimo: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

39. DEVTERONOMII trigeſimoſecundo: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabitq; terrā cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.

40. IOB viceſimoquarto: Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius. Obliuiſcatur eius miſericordia: dulcedo illius, vermes: non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum.

41. AD Romanos ſecundo: Qui reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius: ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam ęternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.

42. ESAIAE decimotertio: Et requieſcent ibi beſtię, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: & reſpondebunt ibi vlulę in ędibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.

43. PROVERBIORVM decimonono: Parata ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus.

44. ECCLESIASTICI vigeſimoprimo: Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

45. APOCALYPSIS vigeſimo, vt ſuprà, teſtimonio trigeſimoſexto.

46. CAPITE nono: Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

47. IOB ſeptimo: Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui deſcenderit ad inferos, non aſcendet.

48. CAPITE vigeſimo: Reſpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecùs. diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ. Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur: iuxtà multitudinem adinuentionum ſuarum ſic & ſuſtinebit. Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur,

affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſùs eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Hæc eſt pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

49. PSALMO quadrageſimooctauo: Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.

50. ESAIAE trigeſimotertio: Concipietis ardorem, parietis ſtipulam: ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos. Et erunt populi quaſi de incendio cinis, ſpinæ congregatæ igni comburentur. Audite qui longè eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?

51. MATTHAEI tertio: Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. qui autem poſt me venturus eſt, (fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare) ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

52. CAPITE vigeſimoquinto: Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem, in vitam æternam.

53. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes primo: In flamma ignis dantis vindictam ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius.

54. POSTERIORIS Petri ſecundo: Si Deus angelis peccantibus non pepercit: ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari. Et originali mundo non pepercit, ſed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt ponens. &c. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

55. ESAIAE ſexageſimoquinto, vt in textu.

56. LVCAE ſexto: Veruntamen væ vobis diuitibus, quia habetis cõſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint vobis omnes homines.

57. CAPITE decimoſexto: Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque indè huc tranſmeare.

Differentia iuſtorum & peccatorum in futura vita.

58. CYRILLVS Alexandrinus in oratione de exitu animæ: Væ peccatoribus, quoniam iuſti glorificantur, & peccatores condemnantur. Væ peccatoribus, quoniam iuſti in exiſtimatione habentur, & peccatores probris impetuntur. Iuſti in ſanctificatione, peccatores in incẽdio: Iuſti laudibus euehuntur, peccatores miſeria deprimuntur: Iuſti in ſanctorum ſtatione, peccatores in continuo exilio: Iuſti quidem audient illud, Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum vobis ab æterno paratum: Peccatores autem illud, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, diabolo & eius nuncijs paratum: Iuſti in paradiſo, peccatores in igne viuaciſſimo & inextincto: Iuſti delicijs affluunt, peccatores labore conficiũtur: Iuſti choros agitant, peccatores ſunt in vinculis: Iuſti concinunt, peccatores lugent: Iuſti ter felices, peccatores ter miſeri: Iuſti in cantu, peccatores in ſpecu: Iuſti in ſinu Abrahæ, peccatores in æſtu Belial: Iuſti in quiete, peccatores in pœnis: Iuſti in fulgore, peccatores in caligine procellarum: Iuſti cum angelis plaudunt, peccatores cum dæmonibus lugent: Iuſti in medio lucis, peccatores in medio tenebrarum: Iuſtos paracletus conſolatur, peccatores cum dæmonibus pœnas luunt: Iuſti adſiſtunt ſolio Domini, peccatores adſtant victricibus tenebris: Iuſti ſine vlla temporis intermiſſione faciem Domini intuentur, peccatoribus vultus diaboli ſemper aduerſus: Iuſti cum angelis viuunt, peccatores adſociantur dæmonijs: Iuſti preces effundunt, peccatores iuge lamentum: Iuſti ſurſùm, peccatores deorſùm: Iuſti in cælo, peccatores in abyſſo: Iuſti in perenni vita, peccatores in morte perditionis: Iuſti in manu Dei ſunt, peccatores in loco diaboli: Iuſti cum Deo, peccatores cum Satana.

Matth. 25.

59. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium, capite cẽteſimo vndecimo: Poſt reſurrectionem verò facto vniuerſo completóque iudicio, ſuos fines habebunt ciuitates duæ, vna Chriſti, altera diaboli: vna bonorũ, altera malorum: vtraque tamen angelorum & hominum. Iſtis volũtas, illis facultas non poterit vlla eſſe peccandi: vel vlla conditio moriendi, iſtis in æterna vita verè feliciterq; viuẽtibus, illis infeliciter in æterna morte ſine moriendi poteſtate durantibus, quoniam vtrique ſine fine. Sed in beatitudine iſti alius alio præſtabiliùs, in miſeria verò illi alius alio tolerabiliùs permanebunt.

Beatorum & damnatorum differentia.

Præmiorum & ſuppliciorum imparitas.

60. CAPITE centeſimo duodecimo: Fruſtrà itaque nonnulli, immò quàm plurimi æternam damnatorum pœnam, & cruciatus ſine intermiſſione perpetuos, humano miſerantur affectu, atque ità futurum eſſe non credunt: non quidem ſcripturis aduerſando diuinis, ſed pro ſuo motu dura quæque molliendo, & in leniorem flectendo ſententiam, quę putant in eis terribiliùs eſſe dicta, quàm veriùs. Et poſt pauca: Si pœna ſola eſſet, quãta in inferno minima cogitari poteſt, perireà regno Dei, exulare à ciuitate Dei, alienari à vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei, quam abſcondit timẽtibus ſe, perfecit autem ſperantibus in ſe, tam grandis eſt pœna, vt ei nulla poſſint tormenta quæ nouimus comparari, ſi illa ſit æterna, iſta autem ſint quamlibèt multis ſeculis longa.

Contra eos qui humano quodam affectu putãt cruciatus malorum non fore perpetuos.

Separari à Deo & regno cęlorũ, quàm graue ſupplicium ſit. Vide etiam Chryſoſtomi ſententias ſuprà de peccatis in genere, quæſt. 4.

61. CAPITE centeſimo decimotertio: Manebit ergò ſine fine mors illa perpetua damnatorũ, id eſt, alienatio à vita Dei, & omnibus erit ipſa communis, quamlibèt homines de varietate pœnarum, de dolorum releuatione vel intermiſſione pro ſuis humanis motibus ſuſpicentur, ſicut manebit communiter omnium vita æterna ſanctorum, quamlibèt bonorum diſtantia concorditer fulgeant.

Sicut beati viuent vita æterna, ità manebit ſine fine mors perpetua dãnatorum.

62. ITEM ſermone centeſimo octogeſimoprimo de tempore, ſiue ſermone primo in vigilia Pentecoſtes, capite decimooctauo: Hæc recordare, & ignem illũ gehennæ his quæ te nunc exagitant flãmis libidinis & cupiditatis, oppone. Ignis hic qui in præſenti eſt vita, abſumit cuncta quæ recipit; ille verò quos ſuſceperit, ſemper cruciat, &

Gehennæ recordatio prodeſt contra libidinis flammas.

pœnæ

Digitized by Google

Ignis gehennę nec extingui, nec extinguere poteſt eos quos cruciat. 1. Cor. 15. pœnæ ſuæ ſemper integros ſeruat. Propterea enim & inextinguibilis dicitur, non ſolùm quia ipſe non extinguitur, ſed quia nec eos quos ſuſceperit, extinguet aut perimet. Scriptura enim dicit, quia & peccatores induent incorruptionem, ſcilicet non ad honorem vitæ, ſed ad diuturnitatem ſupplicij profuturam. Huius autem pœnæ & ignis illius potentiam, nulla vox exponere, nullus poterit ſermo explanare. Nihil eſt enim in rebus corruptibilibus quod conferri poſſit incorruptibilibus ſiue bonis ſiue malis. Ibi quid agemus? Quid reſpondebimus? Nihil erit niſi ſtridor dentium, niſi vlulatus & fletus, & ſera pœnitentia, ceſſantibus vndiquè auxilijs, & vndiquè inualeſcentibus pœnis: ſed ſolatium quidem nullum. Nullus ibi occurret oculis noſtris, niſi ſoli pœnarum miniſtri, & facies dira tortorum. Verùm has pœnas, hos cruciatus non ſolùm euadere, ſed etiam æternam beatitudinem, ſi modò de malis noſtris pœnitentiam agimus, poſſumus acquirere. (Inferni ſupplicia. — Per pœnitentiam has pœnas effugere licet.)

63. LIBRO de triplici habitaculo, capite ſecundo: Principalia duo ſunt tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis: vndè in Euangelio legitur; Illic erit fletus & ſtridor dentium. Fletus nanque & liquefactio oculorum ex calore naſcitur: ſtridor verò dentium ex frigore naſcitur. Hinc etiam beatus Iob: De aquis, inquit, niuium tranſibunt ad calorem nimium. De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera; videlicet ſitis intolerabis; pœna famis; pœna fœtoris; pœna horroris; pœna timoris; pœna anguſtiæ; pœna tenebrarum: ſeueritas tortoris, præſentia dæmonum, ferocitas beſtiarum, crudelitas miniſtrantium, dilaceratio immortalium vermiū, vermis conſcientiæ, ignitæ lachrymæ, ſuſpiria, miſeriæ, dolor ſine remedio, vincula ſine ſolutione, mors æterna, pœna ſine fine, abſentia Chriſti quo ad viſionem eius, quę ſola omnia ſupradicta ſuperat, & omnibus pœnis intolerabilior. Væ igitur illis perennè, qui ſubire hæc omnia mala etiam ſine fine merentur, pro delectabili vnius horæ ſomnio: tanta etenim & talis eſt omnis huius mundi gloria, ad æternam comparata gloriam. Melius erat eis, quod dictum eſt de infelice Iuda, non naſci, quàm malis ſuis meritis plagas inferni ſuſtinere. (Duo principalia tormēta inferni. Matt. 8. 13. 22. 24. 25. Luc. 13. — Iob 24. Alia pœnarū genera ex his duobus pendent. — Priuatio aſpectus diuini pœna quanta ſit. — Matth. 26.)

64. CYPRIANVS in libro ad Demetrianum: Cremabit addictos ardens ſemper gehenna, & viuacibus flammis vorax pœna: nec erit vndè habere tormenta vel requiem poſſint aliquando vel finem. Seruabuntur cum corporibus ſuis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem. (Cruciatus perpetuus.)

65. ITEM in ſermone de aſcenſione Chriſti: Continuus erit & ſuperfluus illarum lachrymarum decurſus, ſtridorem illum dentium flammæ inextinguibiles agitabunt. Immortales miſeri viuent inter incendia, & inconſumptibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus diues, nec erit qui æſtuanti linguæ ſtillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter ſartagines flammeas miſerabilia corpora cremabuntur: & omni tormento atrociùs deſperatio condemnatos affliget. Non miſerebitur vltrà Deus, neque tunc audiet pœnitentes, ſera erit illa confeſſio: & cùm clauſa fuerit ianua, fruſtrà carentes oleo, acclamabunt excluſi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium: ſemel Chriſtus deſcendit ad inferos, vlteriùs non deſcendet. Non vltrà videbunt Deum in tenebris ſigillati: irregreſſibilis erit illa ſententia, & immutabile iudicium, & ſtabit damnationis huius immobile conſtitutum. (Immortalitas damnatorum. — Lucæ 16. — Sartagines. — Deſperatio. Sera pœnitentia. Matth 25. — Immutabilis ſententia ſemel lata.)

66. BERNARDVS epiſtola ducēteſima quinquageſima tertia ad Garinum abbatem: Ob hoc proculdubiò inflexibilis & obſtinatæ mentis punitur æternaliter malum, licèt temporaliter perpetratū: quia quod breue fuit tempore vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate: ità vt ſi nunquàm moreretur, nunquàm velle peccare deſineret: immò ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet. (Peccatū temporaliter perpetratum, cur in æternum puniatur.)

67. ET in libro meditationum capite tertio, ſiue libro primo de anima apud Hugonem, capite tertio: Procùl à beata paradiſi patria exulati, cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquàm lucem viſuri, nunquàm refrigerium adepturi, ſed per millia millium annorum in inferno cruciandi, nec indè vnquàm liberandi. Vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur: nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis ibi conſumit, vt ſemper reſeruet: ſic tormenta aguntur, vt ſemper renouentur. Iuxta verò qualitatem culpæ pœnam ſuſtinebit vnuſquiſque gehennæ: & ſimilis culpæ rei, ſuis ſimilibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur niſi fletus, & planctus, gemitus & vlulatus, mœrores, atque ſtridores dentium: nihilque ibi videbitur niſi vermes, & laruales facies tortorum, atque teterrima monſtra dæmonum. (Egregia deſcriptio ſuppliciorū gehennæ. — Quid ibi audiatur. — Quid videatur.)

Vermes crudeles mordebunt intima cordis.
Hinc dolor, indè pauor, gemitus, ſtupor, & timor horrens.

Ardebuntq; miſeri in igne æterno in æternum & vltra. In carne cruciabuntur per ignem, in ſpiritu per conſcientiæ vermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ. Sic tamen morientur, vt ſemper viuant: & ſic viuent, vt ſemper moriantur. Ità anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiſo pro bonis meritis collocatur. Nunc ergò alterum è duobus eligamus, aut ſemper cruciari cum impijs, aut perpetualiter lætari cum ſanctis. Bonum ſiquidem & malum, vita & mors, ante nos ſunt poſita, vt ad quod voluerimus, manum extendamus. Si tormenta non terrent nos, ſaltem inuitent præmia. (Qualis mors. — Alterutrum eligendum nobis. Eccli 15.)

68. IDEM Bernardus ſermone octauo in pſalmum, Qui habitat in adiutorio altiſſimi: Attamen ſicut videbit peccator & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: (priùs enim benedicti vocabūtur in regnum, quàm maledicti in caminum deijciantur ignis æterni, quò videlicet acriùs doleant videntes quid amiſerint) ſic iuſti quoq; videbunt & lætabuntur conſiderantes quid euaſerint. In illa ergò tanta ſeparatione queadmodùm hœdis agnorum diuiſio grauiſſimi liuoris occaſio fiet, ſic electis è regione conſideratio reproborum, immenſa quædam materia gratiarum actionis & laudis. Vndè enim iuſti tam magnificè gratias agerent, niſi cum illa inexcogitabili felicitate, qua perfruuntur, ipſam quoquè retributionem cernerent iniuſtorum, à quibus equidem ſola miſericordia redemptoris ſegregatos ſeſe eſſe fideliſſimè & deuotiſſimè recordantur? Vndè verò impij tanto animi furore tabeſcerent, niſi in regnum ſummæ beatitudinis coram ſeſe vidiſſent alios introduci, & tunc demùm in illos ſeſe fœtores, in illos horrores, in illos æterni incendij cruciatus, in illas deniquè immortalis mortis miſerias gemerent eſſe damnatos? Fletus quidem ob ignem qui non extinguitur: ſtridor verò ob vermem qui non moritur. Planè fletus ex dolore, ſtridor dentiū ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, ſtridorem dentiū vehementia ipſa tabeſcentis inuidiæ, & obſtinata malignitas extorquebit. Ità ergò retributionem peccatorum videbis, nè videlicet ignarus tanti periculi, ingratus aliquando liberatori poſſe fieri videaris. Non ſolùm autem, ſed & ſecuritas perfecta iuſtorum, erit viſa retributio peccatorū: quo videlicet nec humanā aliquando, nec diabolicam vltrà vereri malignitatem poſſint. Et poſt pauca: Non igitur tibi durū (In ſeparatione iuſtorum & impiorum quid fiet. — Iuſti ex malorum ſupplicijs occaſionem ſument agendi gratias. — Impij furore tabeſcēt propter iuſtorum gloriam. — Fletus & ſtridor dentium vndè.)

Digitized by Google

Quomodò gaudebunt beati de malorũ ſupplicijs.

videatur fore quod dicitur, Oculis tuis conſiderabis: quando & ridebis in eorum interitu: non quòd velut quadam immanitate crudelitatis in ipſa tibi vltione cõplaceat, ſed quòd modus ipſe pulcherrimus diuinæ ordinationis vltra quàm credi poſſit, iuſtitiæ zelatorem & amatorem æquitatis oblectet. Vbi optimè omnia conſtituta, & ſuum cuique ceſſiſſe locum, immò in ſuum quemlibet ceſſiſſe, pleniùs & perfectiùs illuſtrante veritate cognoſces: quomodò non omnia conſiderare, & in omnibus omnium moderatorem magnificare licebit? Itaque oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Primò quidem ob tuam euaſionem, ſecundò ob omnimodam ſecuritatem, tertiò quoq; ob comparationem, quartò ob ipſius iuſtitiæ perfectam æmulationem. Erit enim iam tunc non miſericordiæ, ſed iudicij tempus: nec vlla omninò credenda eſt erga impios futura illic miſeratio, vbi nec vlla ſperanda eſt correctio.

Nulla miſeratio erga impios.

Inferni & pœnarum eius breuis deſcriptio.

69. HVGO à ſancto Victore, libro quarto de anima, capite decimotertio: Infernus latus eſt ſine menſura, profundus ſine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili. Ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali. Omnis qui eſt in eo, odit ſe & omnes alios. Ibi omnia genera tormentorum: quorum minimum eſt maius omnibus his tormentis quæcunque in hoc ſeculo fieri poſſunt. Ibi eſt fletus & ſtridor dentium: ibi tranſitur à frigore niuium ad calorem * ignium: & vtrunque intolerabile. Ibi omnes comburuntur, & vermibus corroduntur, nec conſumuntur. Vermis quorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nulla ibi vox, niſi væh væh: væh habent, væh ſonant: tortores diabolici torquent pariter & torquentur, & eorum nunquàm finis erit aut remedium. Talis eſt infernus, & milliès peior.

Odium ſui & omnium aliorum.

* aliàs nimiũ

Væ, væ illic perpetuò auditus.

70. INNOCENTIVS tertius libro tertio de contemptu mundi, ſiue de miſeria humanæ conditionis, capite ſecundo: Vindicta carnis impij, vermis & ignis. Vterque duplex: interior & exterior. Interior, qui rodit & vrit cor: exterior, qui rodit & vrit corpus. Vermis, inquit, eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Dabit Dominus ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum. Vermis conſcientię* tripliciter lacerabit. Affliget memoria, ſera turbabit pœnitentia, torquebit anguſtia. Venient enim in cogitationem peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum, dicentes: quid profuit nobis ſuperbia? & iactantia diuitiarum quid contulit nobis? Tranſierunt illa omnia tanquàm vmbra, & ſicut nauis quæ pertranſijt fluctuantem aquam, cuius quum præterierit, non eſt inuenire veſtigium. Sic & nos nati, continuò deſiuimus eſſe. Virtutis quidem ſignum nullum valemus oſtendere, ſed in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Cum ingenti turbatione recogitabunt, quæ cum nimia delectatione geſſerunt, vt ſtimulus memoriæ pungat ad pœnam, quos aculeus nequitiæ ſtimulauit ad culpam.

Eccli 7.

Vermis & ignis duplex.

Eſaię vltimo.

Iudith 16.

* aliàs temporaliter

Sap. 4.

Sap. 5.

71. CAPITE tertio: Dicent intra ſe, pœnitentiam agentes: Errauimus à via veritatis, & lumen iuſtitiæ non luxit nobis. Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Pœnitebunt ad pœnam, ſed non conuertentur ad veniam. Iuſtum eſt enim, vt qui noluerunt cùm benè potuerunt, quum velint, non poſſint.

Sap. 5.

Lucæ 23.

Apoc. 6.

Pœnitentia infructuoſa.

72. CAPITE quarto: Pœnæ autem infernales ſecundùm diuerſa peccata ſunt diuerſæ. Prima pœna eſt ignis. Secunda frigoris. De ijs dixit Dominus: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Fletus, propter fumum ignis. Stridor dentium propter frigus. Tertia erit fœtor. De his tribus dicitur in pſalmo: Ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Quarta, vermes indeficientes, Vndè Eſaias: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quinta, mallei percutientes. Vndè dicit Salomon: Parata ſunt damnationis iudicia * blaſphematoribus, & percutientes mallei ſtultorum corporibus. Sexta, tenebræ palpabiles exteriores & interiores. Vndè Iob: Terra miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis &c. Vadam ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine. Et in pſalmo: In æternum non videbunt lumen. & alibì: Impij in tenebris conticeſcent. Septima, confuſio peccatorũ. Tunc enim (vt legitur in Daniele) erunt libri aperti, id eſt, conſcientiæ hominum erunt omnibus manifeſtæ. Octaua, horribilis viſio dæmonum, qui videbũtur in excuſſione ſcintillarum de igne aſcendentium. Nona, igneæ catenæ, quibus impij ſingulis membris conſtringentur. Prima pœna eſt concupiſcentium: ſecunda malitioſorum: tertia luxurioſorum: quarta inuidorum & odium habentium: quinta eorum qui in hoc ſeculo per flagella non meruerunt caſtigari, quia tentauerunt & exacerbauerunt Dominum in multitudine iniquitatum ſuarum. Vndè ſcriptum eſt: Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non requiret. Sexta, eorum qui in tenebris ambulantes, ad lumen verum, ſcilicet Chriſtum, venire contempſerunt. Septima, confitentium peccata ſua, & pœnitentiam contemnentium: Octaua, illorum qui in hoc ſeculo libenter vident mala, & faciunt: Nona, illorum qui per ſingula vitia ſunt defluxi, qui ambulant in deſiderijs ſuis, & eunt poſt concupiſcentias ſuas.

Diuerſitas pœnarum. Ignis. Frigus. Matth. 13. Fœtor. Pſal 10. Vermes. Eſa vltimo. Mallei percutientes. Prouer. 14. * aliàs deriſoribus. Tenebræ palpabiles. Iob 10. Pſal. 48. 1. Reg. 2. Cõfuſio peccatorum. Dan. 7. Horribilis viſio dæmonum. Igneę catenę. Nouem prædictæ pœnæ, quibus peccatoribus conueniant. Pſal. 9.

73. CAPITE ſexto: Ignis gehennæ nec lignis nutritur, nec flatu ſuccenditur, ſed à Deo creatus eſt inextinguibilis ab origine mundi. Scriptum eſt enim: Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur. Creditur autem eſſe ſub terris, ſecundùm illud Eſaiæ: Infernus ſubtèr conturbatus eſt in occurſum aduentus tui. Sed & omnis locus reprobis eſt pœnalis, qui ſemper ſecum deferunt cruciatum, & vbiquè contra ſe tormentum incurrunt. Producam (inquit) ignem de medio tui, qui comedet te. Ignis autem gehennæ ſemper ardebit, & nunquàm lucebit: ſemper vret, & nunquàm conſumet: ſemper afficiet, & nunquàm deficiet. Eſt enim apud inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum æternitas. Ligatis (inquit) manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dẽtium. Singula membra pro ſuis peccatis propria ſuſtinebunt tormenta, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt. Scriptum eſt enim: Per quæ peccat homo, per hæc & torquebitur. Vndè qui in lingua peccauerat, cruciabitur in lingua. Propter quod ipſe clamabat: Pater Abraham, miſerere meî, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Per digitos intelligitur operatio. Digitis enim operamur. Quaſi dicat: Si minimum operum Lazari haberem, minorem pœnam ſentirem.

Qualis ſit ignis gehennæ. Ezech. 20. Iob 20. Infernus ſub terris eſſe creditur. Eſa. 14. Ezech. 28. Ignis gehennæ an luceat. Matth. 22. Singula mẽbra pro ſuis peccatis propria tormenta ſuſtinebũt. Lucæ 16.

74. CAPITE ſeptimo: Reprobi verò non ſolùm exterioribus, ſed etiam interioribus tenebris inuoluentur: quia ſpirituali pariter & corporali luce carebunt. Scriptum eſt enim: Tollatur impius nè videat gloriam Dei, qui ſolus tunc erit in lucem ſempiternam. Tantam autẽ in pœnis reprobi tolerabunt anguſtiam, vt vix aliquid cogitare valebunt præter pœnas: ſed illuc dirigent impetum cogitationis, vbi ſentient vim doloris. Sanè diſcipulus quidam fertur apparuiſſe magiſtro ſuo poſt mortem. Quem cùm magiſter eſſe damna-

Duplices tenebræ dãnatorum. Eſa. 26. 60. Præ dolore vix aliud q̃ pœnas cogitare poterũt.

tum

Digitized by Google

Quæſtio quæ apud inferos mouetur.

Eccles 9.

tùm intellexiſſet, quæſiuit ab eo, ſi aliquæ quæſtiones apud inferos verterentur. Qui dicitur reſpondiſſe: Apud inferos quæritur ſolummodò, quid non ſit pœna. Sed & Salomon ait: Nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia eſt apud inferos, quò tu properas. Erit enim tanta in reprobis mentis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis, vt raro vel nunquàm ad cogitandum quicquam de Deo poſſint aſſurgere, nedùm ad confitendum valeant adſpirare. Nam à mortuo tanquàm ab eo qui non eſt, perijt confeſſio. Scriptum eſt enim: Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum. Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.

Obliuio quãta in inferno.

Eccli 17.

Pſal. 113.

Eſa 38.

Iob 10.

75. CAPITE octauo: Dimitte me Domine (dicit Iob) vt plangam paululùm dolorem meũ, antequàm vadam ad terrã tenebroſam & opertam mortis caligine: terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Ordo quidem erit in quantitate pœnarum, quoniam in qua menſura menſi fuerint, remetietur eis, vt qui grauiùs peccauerũt, grauiùs puniantur. Potentes enim potenter tormenta patientur. Sed ordo non eſt in qualitate rerum, quia de aquis niuium tranſibunt ad calorem nimium, vt ſubita contrariorum mutatio grauiorem inferat cruciatum. Experimento cognoui, quòd aduſtus, ſi frigidum ſtatìm adhibeat, ardentiorem ſentiat cruciatum.

An in inferno futurus ſit aliquis ordo.

Lucæ 6.

Sapien. 6.

Ordo nõ erit in qualitate, ſed in quantitate.

Iob 24.

Pſal. 48.

76. CAPITE nono: Sicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos. Dictum eſt hoc à ſimilitudine iumentorum, quæ non radicitùs euellũt herbas, ſed ſummitates ſolummodò carpunt, vt iterùm herbæ renaſcantur ad paſtum. Sic & impij quaſi morte paſti, reuiuiſcent ad mortem, vt æternaliter moriantur. Ouidius:

Mors immortalis.

Sic inconſumptum Titij ſempérque renaſcens,
Sic perit, vt poſſit ſæpè perire, iecur.

Tunc erit mors immortalis, tunc viuent mortui, qui vitæ ſunt mortui. Quærent mortem, & non inuenient: quia vitam habuerunt, & perdiderunt. Audi Ioannem in Apocalypſi dicentem: In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: deſiderabunt mori, & fugiet mors ab illis. O mors quàm dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti. Te ſolam deſideranter optabunt, qui te ſolam vehementer abhorruerunt.

Apoc. 9.

Optabũt mortem, qui hîc eam ſolã abhorruerunt.

Obiectio.

Pſal. 102.

77. CAPITE decimo: Nullus ergò ſibi blandiatur, & dicat, quia Deus non in finem iraſcetur, neque in æternum indignabitur: ſed miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Quia cùm iratus eſt, non obliuiſcetur miſereri, nec quicquam eorum quæ fecit Deus, odiuit. Aſſumens in argumentum erroris, quod ait Dominus per Eſaiam prophetam: Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur in carcerem, & poſt multos dies viſitabuntur. Homo nanque peccauit ad tempus, non ergò Deus puniet in æternum. O ſpes inanis, ô falſa præſumptio. Non credat fruſtrà errore deceptus, quòd aliquo precio ſit redimendus, quoniam in inferno nulla eſt redemptio. Congregabuntur ergò peccatores in lacum, & claudentur in carcerem, ſcilicet in inferno, in quo ſine corporibus vſque in diem iudicij torquebuntur, & poſt multos dies, poſtquàm videlicet reſurgent cum corporibus ſuis in nouiſſimo die, viſitabuntur, non ad ſalutem, ſed ad vindictam: quia poſt diem iudicij grauiùs punientur. Sic & alibi dicitur: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Prędeſtinatis ergò Deus iraſcitur temporaliter, quia flagellat omnem Deus filium quem recipit. de quibus illud accipitur: Non in finem iraſcetur &c. Reprobis autem Deus iraſcitur æternaliter, quia iuſtum eſt, vt quod impius in ſuo præuaricatur æterno, Deus vlciſcatur in ſuo æterno. Nam licèt peccandi facultas illum dimittat, ipſe tamen non dimittit voluntatem peccandi. Scriptum eſt enim: Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Nam non humiliabuntur reprobi iam deſperati de venia, ſed malignitas odij tantum in illis excreſcet, vt velint illum omninò non eſſe, per quem ſciunt ſe tam infeliciter eſſe. Maledicent altiſſimo, & blaſphemabunt excelſum, conquerentes eum eſſe malignum, qui creauit illos ad pœnam, & nunquàm inclinatur ad veniam. Audi Ioannem in Apocalypſi dicentem: Grando magna deſcendit de cælo in homines, & blaſphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta eſt vehementer. Voluntas ergò damnati, licèt amiſerit poteſtatis effectũ, ſemper tamen habebit malignitatis affectum, & ipſa erit in inferno ſupplicium, quæ fuerat in mundo peccatum: licèt forſan & ibi peccatum ſit, ſed non meritum pœnæ. Impius ergò quia ſemper habebit in ſe reatum ex culpa, ſemper ſentiet contra ſe eſſe cruciatum ex pœna: quia quod ipſe per pœnitentiam non deleuit, Deus per indulgentiam non remittet. Ad magnam ergò pertinet iuſtitiam iudicantis, vt nunquàm careant in gehenna ſupplicio, qui nunquàm carere voluerunt in vita peccato. Oſtendunt enim quòd in peccato ſemper viuere volunt, qui nunquàm deſinunt peccare dum viuunt.

Pſal. 144.

Sap. 11.

Eſaiæ 24.

Reſponſio de nũquàm terminãdis pœnis.

Exponit locũ Eſaiæ.

Pſal. 88.

Heb. 12.

Pſal. 102.

Cur peccatũ quod breui temporis ſpatio perpetratũ eſt, in æternũ puniatur.

Pſal. 73

Damnati blaſphemant Deum.

Apoc. 16.

Habent voluntatem peccãdi, poteſtatẽ non itém. Vide Aug. in enchir. cap. 111.

78. CONCILIVM Florentinum in concluſione, ſiue in literis vnionis: Item definimus, ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari, & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſię inſtituta: illorumq; animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus (prout ſuperiùs dictum eſt) ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt, meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectiùs: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Quorum animæ ad purgatorium migrent.

Quomodò iuuentur.

Quorum animæ ad cęlum migrent.

Ad inferos quorũ animę deſcendant. Suppliciorũ imparitas.

1. B. PSALMO ſecundo, vt in textu.

2. SAPIENTIAE ſexto: Audite ergò reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicâſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulâſtis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autẽ fortior inſtat cruciatio.

3. ESAIAE quinto: Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino: & deſcendent fortes eius & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eum.

4. LVCAE duodecimo, vt in textu.

5. MATTHAEI decimo: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

6. CHRY-

Digitized by Google

6. CHRYSOSTOMVS libro primo de prouidentia Dei: Quid autem dicam preſſuras huius temporis, cùm non minùs ipſa quoquè gehennæ comminatio, quàm promiſſio regni, ineffabilem ipſius clementiam commendet? Niſi enim Ille gehennam minatus eſſet, non facilè quiſpiam cæleſtibus bonis potiretur. Neque enim ſufficit ſola gaudiorum repromiſſio ad excitandos ad virtutem animos, niſi etiam eos pœnarum timor impellat, qui negligentiùs ad illam affecti ſunt.

Comminatio gehẽnę quàm fructuoſa.

7. ITEM homilia quinta ad populum Antiochenum: Itaque ſi quis gehennæ ſemper meminiſſe laboret, omnem mortem deridebit: & non pręſenti tantùm anguſtia liberabitur, ſed & ab illa flamma eripietur. Gehennam enim continuè timens, nunquàm in Gehennæ ignem decidet, continuè hoc caſtigatus metu.

Gehennę memoria quantã vtilitatem ſecum ferat.

8. ET homilia quinquageſimaquinta ad populum Antiochenum: Et propterea de gehenna iugiter audiamus, vt ex huius minis & timore multum emolumenti capiamus. Nam ſi Deus peccantes in eam deiecturus huius minas non præmiſiſſet, in eam multi cecidiſſent. Si nunc enim timore animas noſtras concutiente, ſunt aliqui tam facilè peccantes, tanquàm nec ipſa ſit: ſi nihil horum dictum fuiſſet, neq; intentatum, quid mali non feciſſemus? Itaque quod ſemper dico, gehenna non minùs, quàm regnum, Dei circa nos curam oſtendit. Gehenna nanque cum regno cooperatur, ad ipſum homines timore compellens: nè ſæuitiæ, neque crudelitatis rem eſſe cenſeamus, ſed miſericordiæ, multæq; benignitatis & curæ, & dulcis erga nos amoris. Niſi per Ionam ſubuerſio denunciata fuiſſet, non fuiſſet prohibita ſubuerſio. Niſi dixiſſet, quòd ſubuertetur Niniue, Niniue non ſtetiſſet: niſi fuiſſet intentata gehenna, in gehennam omnes cecidiſſemus: niſi prænunciatus ignis fuiſſet, ignem fugiſſet nemo. Eorum quæ facere vult, contraria dicit, vt quæ vult faciat. Non vult mortem peccatoris: & dicit mortem peccatoris, nè mittat in mortem.

Comminatio gehennę, Dei circa nos miſericordiam & prouidentiam oſtendit.

9. AVGVSTINVS in pſalmum quadrageſimumnonum: Si poſſemus facere, fratres, vt dies iudicij non veniret; puto quia nec ſic erat malè viuendum. Si non veniret ignis Dei iudicij, & ſola peccatoribus immineret ſeparatio à facie Dei, in qualibet eſſent affluentia deliciarum, non videntes à quo creati ſunt, & ſeparati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius, in qualibet æternitate & impunitate peccati, plangere ſe deberent. Sed quid loquar, aut quibus loquar? Hæc amantibus pœna eſt, non contemnentibus. Qui dulcedinem ſapientiæ & veritatis vtcunquè ſentire cœperunt, nouerunt quod dico: quanta pœna eſt tantummodò à facie Dei ſeparari. Qui autem illam dulcedinem non guſtauerunt, ſi nondùm deſiderant Dei faciem, timeant vel ignem; ſupplicia terreant, quem præmia non inuitant. Vile tibi eſt quod Deus pollicetur, contremiſce quod minatur. Veniet dulcedo præſentiæ; non mutaris, non excitaris, non ſuſpiras, non deſideras. Amplexaris peccata tua, & delicias carnis tuæ, ſtipulas ad te congeris, veniet ignis. Ignis in conſpectu eius ardebit. Non erit iſte ignis ſicut focus tuus; quò tamen ſi manũ mittere cogaris, facies quicquid voluerit qui hoc minatur. Si tibi dicat, ſcribe contra caput patris tui, ſcribe contra capita filiorum tuorum; nam ſi non feceris, manum tuam mitto in focum tuum; facies nè ardeat manus tua, nè ardeat ad tempus membrum tuum, non ſemper in dolore futurum. Minatur ergò inimicus tam leue malum, & facis malum: minatur Deus æternum malum, & non facis bonum? Ad malum faciendum, nec minæ te compellere deberent; à bono faciendo, nec minæ te terrere deberent. Minis enim Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo, inuitaris ad bonum.

Separari à facie Dei, grauis pœna.

Supplicia terreant, quem præmia non inuitant.

Pſal. 49.

Quàm grauis ſit ignis iſte.

10. BERNARDVS in ſermone de conuerſione ad clericos, capite quinto: Habet malus hoc ipſum quod nunc ponit, quandoquè recipere corpus, non tamen ad pœnitentiam, ſed ad pœnam. Vbi nimirùm peccati ipſius & carnis quodammodò ſimilis videbitur eſſe conditio, vt quemadmodùm culpa ſemper puniri poterit, nec vnquàm poterit expiari: ſic nec in corpore aliquando tormenta finiri, nec corpus ipſum exinaniri valeat in tormentis. Meritò quidem vltio ſempiterna deſæuiet, quòd nunquàm poſſit culpa deleri: & nec ſubſtantia carnis deficiet, nè ſimul cogatur etiam afflictio carnis terminari. Hæc fratres mei qui pauet, cauet: nam qui negligit, incidit.

Pœna perpetua.

V.

De regno Cælorum quid ex Scriptura diſcimus?

A. PARAVIT [a] hoc Regnum Deus electis ab origine mundi, [b] regnum cæleſte, [c] regnum æternum, [d] regnum beatiſſimum, de quo Paulus apertè fatetur: [e] *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.* [f] *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* [g] *O ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* De qua Ioannes diuinorum optimè conſcius, hæc cælitùs audiuit & ſcripſit: [h] *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis: & ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: & abſterget omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit: neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt.* Illic auditur [i] vox tubæ magnæ, & ſicut vox aquarum multarum, & ſicut vox tonitruorum magnorum dicentium, *Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni.*

B. [k] *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt:* Beatiores ve-

a Matth. 25. c

b 2. Timoth. 4. d

c 2. Petri 1. c

d Lucæ 14. d August. ſer. 37. de ſanctis Cyprianus de mortalitate.

e Rom. 8. d 2. Corinth. 4. d Actor. 14. d 2. Tim. 2. a b 4. b

f 1. Corinth. 2. c Eſaiæ 64. b

g Apoc. 21. a d e f g 22. a Matt. 13. f 22. c Sap. 3. a b 5. c Daniel. 12. c 1. Cor. 5. e f g Philip. 3. d Ioan. 14. a

h Apocal. 21. a 7. d 1. Corinth. 13. d 1. Ioan. 3. a Eſaiæ 25. c 33. c d 49. c 51. a d 60. d 65. c 66. d Pſal. 16. d 26. d 30. c 35. b 86. a 114. b 149. a Chryſoſt. epiſt. 5. ad Theodor. lapſum. Anſel epiſt 2. & in libro de ſimilitudinibus cap. 47. & ſeq. Hugo lib. 4. de anima, c. 15. & 16.

i Apocal. 19. a Pſal. 83. a b d & ibidèm Auguſt. item lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 16. & lib. 22. cap. 29. & 30. Item lib. 3. de libero arbitrio, cap. vltimo, & lib. 3. de ſymb ad Catechum. cap. vltimo, lib 1. de Trinit. cap. 13. & de catechizan. rudib. cap. 25. Tract. 4. in epiſt. Ioan. lib. Meditat. cap 22. & 25. Soliloqui. cap. 21. 35. & 36. Manual. cap. 6. 7. 16. 17.

k Apocal. 19. b

Digitized by Google

res verò, qui ad eam [l] cœnam vocati, ſubmotis impedimentis omnibus, accedunt, veſtemque [m] nuptialem adferunt, vt in [n] regno Dei, cum Abraham, Iſaac & Iacob recumbant. Nec opus eſt rogare: [o] *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Expedita eſt reſponſio, *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* Aut ſi verbo Chriſti magis delectaris, [p] *Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.* Sancta hæc eſt ciuitas, & ſanctos etiam ciues requirit: [q] *non intrabit in eam aliquid coinquinatum.*

l Luc.14 d Greg.homil.36.& 37.in Euang. Proſp.de vita contemplat.lib.1.ca.2.& ſeq. Item lib.3.cap.32. Bernard.in ſer.de triplici genere bonorum, & cap.4.meditat.
m Matth.22.b
n Matth.8.b Luc.13.f 12.e 22.c Gregó. homil.13.in Euang.
o Pſal.14.a 23.a Eſaiæ 33.c Rom.2.b e Matth.5.a Bernard.in ſer.de conuerſione ad Clericos cap.25.
p Matth.7.c 19.c 25.b c Apocal.2.b e g 3.b e d 7.d Bernar.ſer.2 de verb. Apoſtoli, Non eſt regnum Dei eſca & potus.
q Apocal.21.g

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI vigeſimoquinto: Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem, in vitam æternam.

2. POSTERIORIS ad Timotheum quarto: Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte.

3. POSTERIORIS epiſtolæ Petri capite primo: Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti.

4. LVCAE decimoquarto: Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

5. AVGVSTINVS ſermone trigeſimoſeptimo de ſanctis, ſiue ſermone primo de feſto omnium Sanctorum, quem nonnulli tribuunt Alcuino: Dei ineffabilis & immenſa bonitas etiam hoc prouidit, vt laborum quidem tempus & agonis non extenderet, nec longum faceret aut æternum, ſed breue, &, vt ità dicam, momentaneum, vt in hac breui & exigua vita agones eſſent & labores, in illa verò quæ æterna eſt, corona & præmia meritorum: vt labores quidem citò finirentur, meritorum verò præmia ſine fine durarent. Et poſt pauca: Conſideremus ergò inclytam vrbis illius felicitatem, inquantùm conſiderare poſſibile eſt. Vt enim verè eſt, compræhendere nullus ſermo ſufficiet. Dicitur de ea in quodam loco ſic, quòd aufugiet ibi dolor, & triſtitia, & gemitus. Quid hac vita beatius, vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas? Nemo læditur, iraſcitur nemo, inuidet nemo. Cupiditas nulla exardeſcit, nullum cibi deſiderium, nulla honoris pulſatio, aut poteſtatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, inſidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procùl. Mors ibi neque corporis neque animæ erit, ſed immortalitatis munere vita iucunda. Nulla erit tunc vſquàm diſcordia, ſed cuncta conſona, cuncta conuenientia, quia erit omnium ſanctorum vna concordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla ſunt omnia & quieta. Iugis ſplendor, non iſte qui nunc eſt, ſed tanto clarior, quanto felicior: quia ciuitas illa (vt legitur) non egebit lumine ſolis, ſed Dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus: vbi ſancti fulgebunt vt ſtellæ in perpetuas æternitates, & ſicut ſplendor firmamenti, qui ad iuſtitiam erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, concurſus nubium nullus, nec frigoris ardoríſque aſperitas vlla: ſed talis quædam erit rerum temperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, niſì illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ, qui & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, & ſunt ante thronum Dei, ſeruiúntque ei die & nocte. Non eſt ſenectus ibi, nec ſenectutis miſeria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Verùm ſuper hæc omnia eſt conſociari angelorum & archangelorum cœtibus, thronis etiam & dominationibus, principatibus & poteſtatibus, omniúmque cæleſtium ſupernarúmque virtutum contubernijs perfrui, & intueri agmina ſanctorum ſplendidiùs ſideribus micantia, Patriarcharum fide fulgentia, Prophetarum ſpe lætantia, Apoſtolorum in duodecim tribubus Iſrael orbem iudicantia, Martyrum purpureis victoriæ coronis lucentia, Virginum quoquè choros candentia ſerta geſtantes inſpicere. De rege autem, qui horum medius reſidet, dicere vox nulla ſufficit. Effugit enim omnem ſermonem, atque omnem ſenſum humanæ mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maieſtas. Vltra enim omnem ſanctorum eſt gloriam, ipſius inæſtimabilem adipiſci conſpectum, & ſplendore maieſtatis eius irradiari. Si enim quotidiè oporteret nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam paruo tempore tolerare, vt Chriſtum videre digni poſſemus in gloria venientem, & ſanctorum eius numero ſociari, nónne erat dignum pati omne quod triſte eſt, vt tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur? Quæ erit illa, fratres chariſſimi, iuſtorum gloria, quàm grandis ſanctorum lætitia, cùm vnaquæque facies lucebit vt ſol, cùm ordinibus diſtinctis populum ſuum Dominus in regno patris ſui cœperit recenſere, & meritis atque operibus ſingulorum prēmia promiſſa reſtituere, pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna, pro modicis magna præſtare, adducere ſanctos in viſionem paternæ gloriæ, & facere in cæleſtibus conſedere, vt ſit Deus omnia in omnibus, æternitatemque amatoribus ſuis & immortalitatem largiri, atque eos quos ſanguinis ſui viuificatione reparauit, denuò ad paradiſum reducere, regna cælorum fide & veritate ſuæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter ſenſibus noſtris, hæc intelligantur plena fide, hæc toto corde diligantur, hæc indeſinentium operum magnanimitate acquirantur. Repoſita eſt in poteſtate facientis, quia regnum cælorum vim patitur. Res iſtæ, ô homo, id eſt, regnum cęleſte aliud non quęrit preciũ, quam teipſum. Tantum valet, quantum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de precio? Chriſtus ſemetipſum tradidit, vt acquireret te in regnum Deo patri: ità & tu teipſum da, vt ſis regnum eius, ac non regnet peccatum in mortali tuo corpore, ſed ſpiritus in acquiſitionem vitæ.

Labores breues ſunt, meritorum verò præmia æterna.

Ex Chryſoſt. de reparatione lapſi.

Eſaiæ 35.

Eadem ad verbum habet in manuali c.17.

Quæ non ſint in vita ęterna

Pax & cōcordia omnium in beata vita.

Claritas & ſplendor.

Apoc.21.

Daniel.12.

Apoc.7.

Epheſ.4.

Societas beatorum.

Dei pulchritudo & conſpectus.

Gaudium beatorum.

Retributio præmiorum pro meritis.

Item in manuali cap.16.

Matth.11.

Precium quo comparatur Regnum cælorum.

1.Cor.15.

Rom.6.

16. CYPRIANVS in libro de mortalitate: Patriam noſtram paradiſum computamus, parentes patriarchas habere iam cœpimus, quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus? magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum conſpectum & amplexum venire, quanta & illis & nobis in

Properādum eſt ad vitam æternam tanquàm ad patriam, vbi parētes, fratres, & amici nos expectant, & de nobis ſunt ſoliciti.

Digitized by Google

bis in commune lætitia eſt? qualis illic cæleſtium regnorum voluptas ſine timore moriendi, & cum æternitate viuendi? quàm ſumma & perpetua felicitas? Illic Apoſtolorum glorioſus chorus: illic prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis & paſſionis victoriam coronatus: triumphantes illic virgines, quæ concupiſcentiam carnis & corporis, continentiæ robore ſubegerunt: remunerati miſericordes, qui alimentis & largitionibus pauperum iuſtitiæ opera fecerunt, qui Dominica præcepta ſeruantes, ad cæleſtes theſauros terrena patrimonia tranſtulerunt. Ad hos, fratres dilectiſſimi, auida cupiditate properemus.

Societas Sanctorum.

17. AD Romanos octauo, vt in textu.

18. POSTERIORIS ad Corinthios quarto: Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.

19. ACTORVM decimoquarto: Confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſq; vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

20. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo: Et quę audiſti à me per multos teſtes, hęc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur niſi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus percipere. Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

21. ET capite quarto: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

22. PRIORIS ad Corinthios ſecundo: Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quę abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſeculi cognouit: ſi enim cognouiſſent, nunquàm Dominũ gloriæ crucifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum. nobis autem Deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

23. ESAIAE ſexageſimoquarto: A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparâſti expectantibus te.

24. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Et ego Iohannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et venit vnus de ſeptem angelis habentibus phialas plenas de ſeptem plagis nouiſſimis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem Agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montẽ magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei. & lumen eius ſimile lapidi precioſo tanquàm lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallum. Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael &c. Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapidę precioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, ſmaragdus &c. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingulæ portæ, erant ex ſingulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquàm vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & Agnus. Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

25. ET capite vigeſimoſecundo: In medio platę eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferẽs fructus duodecim, per mẽſes ſingulos reddens fructum ſuum, Et folia ligni ad ſanitatem Gentium. Et omne maledictum non erit ampliùs: & ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.

26. MATTHAEI decimotertio: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

27. CAPITE vigeſimoſecundo: In reſurrectione neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo.

28. SAPIENTIAE tertio: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. Fulgebunt iuſti, & tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

29. CAPITE quinto: Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum. Ideò accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua reget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos.

30. DANIELIS duodecimo: Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

31. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto: Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale. &c. Eccè myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?

32. AD Philippenſes tertio: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.

33. IOANNIS decimoquarto: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. ſi quo minùs, dixiſſem vobis, Quia vado parare vobis locum.

34. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Et audiui

Digitized by Google

diui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, &c. vt in textu.

35. CAPITE ſeptimo: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni. Ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. non eſurient, neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarũ, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

36. PRIORIS ad Corinthios decimotertio: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.

37. PRIMAE epiſtolæ Ioannis tertio: Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & nondùm apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

38. ESAIAE vigeſimoquinto: Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia Dominus locutus eſt. Et dicet in die illa, Ecce Deus noſter eſt, expectauimus eum, & ſaluabit nos: iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus & lætabimur in ſalutari eius.

39. CAPITE trigeſimotertio: Regem in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. Reſpice Sion ciuitatem ſolēnitatis noſtræ: oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquàm transferri poterit: nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia ſolummodò ibi magnificus eſt Dominus noſter: locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes: non tranſibit per eum nauis remigum, neq; trieris magna tranſgredietur eum.

40. CAPITE quadrageſimonono: Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

41. CAPITE quinquageſimoprimo: Conſolabitur ergò Dominus Sion, & cōſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Et nunc qui redempti ſunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

42. CAPITE ſexageſimo: Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimam: ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam iſtud.

43. CAPITE ſexageſimoquinto: Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor. Sed gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Hieruſalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Hieruſalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris.

44. CAPITE ſexageſimoſexto: Quomodò ſi cui mater blandiatur, ità ego conſolabor vos, & in Hieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis.

45. PSALMO decimoſexto: Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

46. ITEM vigeſimoſexto: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

47. ET trigeſimo: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

48. ITEM pſalmo trigeſimoquinto: Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

49. ET octogeſimoſexto: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.

50. PSALMO centeſimo decimoquarto: Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. Placebo Domino in regione viuorum.

51. ITEM centeſimo quadrageſimonono: Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

52. CHRYSOSTOMVS epiſtola quinta ad Theodorum lapſum: Concipe animo ſtatum vitæ illius, quantum homini concipere datur: nam iuxta rei dignitatem nobis ſermo nullus adeſſe poteſt: ex ijs tamen quæ audimus, ceu per ænigmata coniecturam quantulamcunque faciemus. Abiuit, inquit, dolor, & triſtitia, & gemitus. Quid igitur ea vita beatius erit? Non eſt cur illic pauperiem metuas & morbum. Nemo videbit contumelioſum, nec iniquè oppreſſum, nec exaſperatum, aut iraſcentem, aut inuidentē: nemo ardentem abſurda concupiſcentia, aut mœrentem propter ſumptum neceſſariũ, aut à magiſtratu vapulantem. Omnis enim affectuum turba, quæ hic ſedata eſt, perimetur: omnia erunt pax, lętitia, gaudium, omnia ſerenitas & tranquillitas, omnia dies & ſplendor & lux: lux non quæ nunc eſt, ſed planè alia, quæ hanc tantũ excedit fulgore, quantum ea lumen lychni: neque enim occulitur illic aut nocte, aut congreſſu nubium, nec vrit, neq; inflammat corpora: nam nox non obumbrat, nec aderit veſpera, nec frigora, nec æſtus, nec alia huius generis immutatio: ſed omninò alia eſt conditio, quam demùm ad hoc idonei reperiri intelligent: non eſt illic ſeniũ, nec ſenectæ mala, quęq; obnoxia ſunt corruptioni, è medio & è pedibus, quod aiunt, tollentur. Omnia occupabit vbiquè incorruptibilis gloria: & quod omnium longè eſt maximum, continua fruentur conuerſatione cum Chriſto, vnà cum angelis, cum archangelis, cum ſuperioribus poteſtatibus. Contemplare cælum, animaduerte permutatum fore habitum totius creaturæ: nihil enim huiuſmodi, vt nunc eſt, ma-

Vitæ æternæ qualiſcunque deſcriptio.

Eſaiæ 35.

Quæ abſint à vita beata.

Iucunda & læta omnia.

Societas Chriſti & ſanctorum.

Corporũ cæleſtium qualitas poſt iudicij diem.

eſt, manebit, ſed multo pulchrius erit ac præclarius: & quantum plumbo aurum vibrans aëra, tantum hac rerum præſentium ſpecie futurus ille decor illuſtrior erit, quemadmodùm beatus Paulus ait: Quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis. Etenim nunc ceu corruptionis particeps multa patitur, quæ ferre corpus contingit: tum verò hæc vniuerſa reijciet, nobiſque exhibebit elegantem & incorruptibilem habitudinem. Incorruptibile nanciſcetur anima corpus, quæ & ipſa in melius formabitur. Vndè putas tum ſimultas? vndè pugna? Iucundus nimirùm concentus erit in hoc, quòd omnes ſancti perpetuò inter ſe conſentient: nullus illic calumniator timendus, nullæ dæmonum inſidiæ, nullæ minæ, nulla mors, nec ea qua hic extinguimur, nec altera quę hac multo eſt acerbior: omnis harum rerum expectatio deſijt. Et quemadmodùm puellus regius primùm alitur cibo non admodùm ſplendido, terretur minis pædagogi, nè per indulgentiam lapſus, paterna ſe indignum reddat hæreditate: mox regiam nactus poteſtatem, omnia hæc mutat, præſidet cum magna libertate, veſtitus purpura, diademateq; ornatus, & ſtipatus numeroſo ſatellitio, abiectis ab anima rebus humilibus ac ſubamaris, in quorum tunc locum omnia magnifica, omnia iucunda ſuccesserunt: ſic tum eueniet omnibus ſanctis. Atqui ſermonis elegantia, & vires nihil poſſunt: ad montem illū oratione pergamus, vbi Dominus transformatus eſt: contemplemur eum ſplendentem, ſicut reſplenduit, quanquàm ne ſic quidē vniuerſum nobis futuri ſeculi ſplendorē exhibuit, quia fuit quod tum apparuit, attemperatio quædam pro captu noſtro, neutiquā accurata rei demonſtratio. quod à verbis Euangeliſtæ manifeſtū eſt. Quidnam ait? Splēduit, inquit, ſicut ſol. Cæterùm incorruptibilium corporum gloria non tantam lucem demittit, quantam illud corruptibile corpus: neque talem eiuſmodi oculi mortales capere ſufficiunt. Ad hanc quidem viſionem oculi requiruntur incorruptibiles & immortales. Verùm in monte tum aperuit tantum lucis, quantum ferre potuerunt citra læſionem aciei, atque afflictionem oculorum contuentium in illud, quod tamen aliter cecidit: prociderunt enim in faciem. Dic, obſecro, ſi quis te in theatrum induceret, vbi magna multitudo hominum ſederet amicta ſtolis aureis, & in medio omnium oſtenderet alium quendam adornatum eximiè gemmis, regio veſtitu inſignem, coronam habentem in capite, deindè polliceatur te aſſumpturum in numerum eorum, num omnia faceres quę ipſe iuſſerit? Euola nunc in cælos animo, in illud intēde theatrum, quod non coijt ex huiuſmodi viris. Conuentus eſt illic eorum qui exuperant omne precium auri, lapidum precioſorum, radiorum ſolis, & omnis viſibilis formæ, non hominum ſolùm, ſed eorum qui hominibus antecellunt, angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum. De rege ipſo nihil ſatis idoneum dici poteſt, adeò ſermonem & mentem excedit eius pulchritudo, formoſitas, ſplendor, gloria, maieſtas, magnificentia. Tantum ne bonorum à nobis ipſis ſubmouebimus, quo declinemus exigui temporis laborem? Quòd ſi quotidiè foret infinitiès moriendum, ferendum tamen eſſet. Prætereà gehennam tormentáque omnia conuenit ſuſtinere, vt videre queas Chriſtum venientem in gloria ſua, & conſcribi ordini Sanctorum Audi quid Petrus dicit, Bonum eſt nos hîc eſſe. Si Petrus qui vidit obſcuram quandam imaginem futurorum, omnia continuò reiecit ab animo, propter voluptatem inditam animæ à tali adſpectu: quid dicemus, quando rerum veritas erit, quando regijs cubiculis adapertis contueri licebit ipſum Regem, non per ænigma, nec per ſpeculum, ſed facie ad faciem, non ampliùs, inquam, per fidem, ſed per ſpeciem? Et poſt nonnulla: Quis vel delineabit voluptatem quæ ex conuictu Chriſti extabit, aut vtilitatem, aut gaudium? Etenim anima quæ in propriam redijt naturam, quæ in reliquum tempus multa libertate Dominum ſuum ſuſcipit, quantum ea fructum capiat, quantum dulcedinis, quantum lucrum, haud quiſquam vnquàm ſatis explicabit: nec ſolùm læta bonis præſentibus, ſed ſecura tutáque erit, quòd tanta gaudiorum ſemina nequaquàm defitura ſint. Eam itaq; iucunditatem vniuerſam ſermone quis effinget, quis attinget cogitatione? Quòd ſi hæc fluxa ſuos poſſeſſores in tanta gaudia ſuſtollunt, & animum, licèt incerta ſubitaq; ſint, in iugem effundunt lætitiam: quid putas futurum de animis illis accerſitis ad infinita bona, quæ in cælis pios manent, quæ fixa ſemperq; duratura ſunt, quæ virtute quoquè his præſentibus longè præſtant, nedùm conſtantia ſua nunquàm defitura, & cuiuſmodi haudquaquā aſcenderunt in cor hominis?

Rom. 8.

Nulla aduerſa timenda.

Similitudo.

Transfiguratio Domini repræſentauit nobis ſplendorem futuri ſeculi.

Matth. 17.

Deſcriptio conſeſſus beatorum à ſimili.

Dei pulchritudo.

Matth. 17.

Gaudium beatorum.

53. ANSELMVS in epiſtola ſecunda ad Hugonem: Sic aliquem illiteratum & qui altiora non poſſit capere, ad beatitudinis æternæ deſiderium exiſtimo poſſe incitari, Frater chariſſime, regnum cęlorum clamat Deus ſe habere venale. Quod quidem regnum cælorum tale eſt, vt eius beatitudinem & gloriā, nec oculus hominis mortalis poſſit videre, nec auris audire, nec cor cogitare. Vt tamē aliquo modo illud poſſis cogitare: quiſquis ibi regnare meruerit, quicquid ipſe volet, hoc erit in cælo & in terra: quicquid verò nolet, non erit in cælo & in terra. Tanta enim erit dilectio inter Deum & eos qui ibi erunt, & inter ſeipſos inuicèm, vt omnes ſe inuicèm diligant ſicut ſeipſos, ſed plùs ament omnes Deum quàm ſeipſos. Et propter hoc nullus ibi volet niſi quod Deus, & quod volet vnus, hoc volent omnes, & quod vnus vel omnes, hoc ipſum volet Deus. Quapropter quicquid vnuſquiſq; volet, hoc erit & de ſeipſo, & de omnibus alijs, & de tota creatura, & de ipſo Deo. Et ſic ſinguli erunt perfecti reges, quia quod ſinguli volent, hoc erit, & omnes ſimul cum Deo vnus rex & quaſi vnus homo, quia omnes vnum volent, & quod omnes volent, erit. Et poſt pauca: Ama Deum pluſquàm teipſum, & iam incipis tenere quod ibi perfectè vis habere. Concorda cum Deo & hominibus, ſi tantùm ipſi à Deo non diſcordent, & iam incipis cum Deo & cum omnibus ſanctis eius regnare. Nam ſecundùm quod tu concordabis modò cum Deo & cum hominibus in voluntate illorum, concordabit tunc Deus & omnes ſancti tecum in tua voluntate. Si ergò vis eſſe rex in cælo, ama Deum & homines ſicut debes, & mereberis eſſe quod optas. Hunc amorem non poteris habere perfectum, niſi euacuaueris cor tuum ab omni alio amore.

Ad amorē vitæ beatę quomodò excitari illiteratus poſſit.

Quicquid voles aderit, quicquid noles aberit.

Voluntatum conformitas, & charitas mutua.

Singuli erunt perfecti reges.

Principiū regni cæleſtis quomodò hîc habeatur.

54. IDEM in libro de ſimilitudinibus, capite quadrageſimoſeptimo: Multi homines quibus nonnunquàm boni mores & iuſta opera proponuntur, vt & ſe in eis, ſeculi poſtpoſita vanitate, exerceant, admonentur, inquirere ſolent, quamobrem, quo præmio, qua retributione. Reſpondetur itaq; illis quod ſcriptum eſt: Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Quod cùm illi non clarè, quid ſit, aduertere poſſunt, repetitur hoc ipſum alijs verbis, & dicitur eis: præmium quod his qui in hac vita Deo ſeruiunt, in futura vita recompenſatur vita æterna, beatitudo æterna, æterna iucunditas, ſufficientia ſimul omnium commodorum ſecundùm voluntatem, & ſine omni indigentia. Hæc ergò cùm illis hoc modo dicuntur, bona quidem & magna, vt ſunt, videntur: ſed quia non intelligunt, quid in ipſa vita habituri ſint, nec ſubitò quid ſit omnium

Quid reſpondendum ijs, qui quærunt de præmio & mercede, quę Deo ſeruientibus debetur.

Prima reſpōſio generalior.

1. Cor. 2.

Secunda minùs generalis & diſtinctior.

Sufficientia omniū commodorum ſecundū voluntatem, ſine omni indigentia.

Digitized by Google

um commodorum ſecundùm voluntatem ſufficientia, & ſine omni indigentia, percipere poſſunt, hærent animo, nec multùm efficaci ſapore ad audita trahuntur. Quid igitur agendum, vt hæc illis aliquatenus ſapiant, & ſic ad bona opera euigilent? Puerorum more cibandos æſtimo eos, qui ſi aliquando groſſum aliquod pomum edendum percipiunt, illud ob dentium teneritudinem & oris anguſtiam aſſumere nequeunt, ſi pro illorum capacitate priùs non fuerit particulatim diuiſum. Itaque diuidamus in partes magna quæ diximus, vt indè poſſint ad vitam nutriri, de quibus agimus. Quæ vt meliùs eluceant, conſideremus quæ in hac vita mens auidiùs amet humana, & ex his prout poſſumus, coniectemus illa eos habituros in vita æterna multo excellentiùs, ſi quidem inter multimoda mundi pericula conſtituti, Domini fuerint præcepta ſecuti: atque cùm ipſi illius adepti fuerint plenitudinem deſiderij ſui, ſe nequaquàm fraudatos percipient. Hoc igitur vt prætaxauimus, faciamus, & à minimis paulatim progrediamur. Quatuordecim igitur ſunt beatitudinis partes, quas finito generali examine, perfectiùs omnes electi habebunt, totidémque miſeriæ genera, quæ mali tunc ſuſtinebunt. Hæ autem beatitudinis partes atque miſeriæ, ſic ſibi inuicèm omninò ſunt contrariæ, quomodò & ipſi qui eas accipiunt, in remuneratione.

Simile à pueris deductū.

Ex his quæ in hac vita mens humana magis amat, deduci poſſumus ad cognitionem qualemcunq; eorum quæ ſunt in vita æterna

Partes beatitudinis quatuordecim.

55. CAPITE quadrageſimooctauo: Partes verò beatitudinis ſunt, pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, concordia, honor, poteſtas, ſecuritas, gaudium. Partes verò miſeriæ, quatuordecim prælibatis beatitudinibus contrariæ, hæ ſunt:

Miſeriæ partes totidem.

56. CAPITE quadrageſimonono: Turpitudo, ponderoſitas, imbecillitas, ſeruitus, infirmitas, anxietas, vitæ breuitas, inſipientia, inimicitia, diſcordia, dedecus, impotentia, timor, triſtitia. Notandum quòd ſicut ſeptem priores illius beatitudinis partes ad corporis beatitudinē, ſeptemq; poſteriores ad animæ pertinent beatitudinem: ſic quoque ſeptem priores huius miſeriæ partes corporis: ſeptémque vltimæ, miſeriam perficiunt mentis. Quicunque ergò illas omnes beatitudinis partes habere poterit, perfectam corporis & animæ beatitudinem poſſidebit. Quemcunque verò has omnes miſeriæ partes tolerare contigerit, ſummæ corporis & animæ miſeriæ ſubiacebit. Verùm in hac vita, nec vnam illius beatitudinis & huius miſeriæ partem quiſquam poteſt habere, nec rurſus ex toto ea carere. In alia verò vita aut perfectam habens beatitudinem, miſeriæ nullatenùs ſubiacebit: aut ſummæ ſubiacens miſeriæ, omninò beatitudine carebit.

Septē pertinent ad corpus, & aliæ 7. ad animam.

Solùm in vita futura perfectè habentur prædictæ partes beatitudinis & miſeriæ.

Pulchritudo quāta beatorū, & è diuerſo quanta deformitas damnatorum. Matth. 13.

57. CAPITE quinquageſimo: In illa ſiquidem vita pulchritudo iuſtorum, ſolis pulchritudini, qui ſeptempliciter, quàm modò ſit, ſplendidior erit, adæquabitur. Vndè ſcriptum eſt: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei. Si verò iniuſtus fuerit, cœno & omni cadauere fœtidior erit, omniq; fuligine turpior erit.

Velocitas iuſtorum.

58. CAPITE quinquageſimoprimo: Velocitas quæ pulchritudine non minus amatur, tanta nos comitabitur, vt ipſis angelis Dei æquè celeres ſimus, qui à cælo ad terras & econuerſò dicto citiùs dilabuntur. Malos verò tanto pœnarum pondere premetur, vt nec pedem quidem, vel manus vel aliquid ſui corporis poſſit mouere. Vndè & illud in Euangelio: Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.

Grauitas & pondus corporū damnatorum. Matth. 22.

Fortitudo beatorum.

Imbecillitas damnatorū.

59. CAPITE quinquageſimoſecundo: In futuro ſic iuſtus fortis erit, vt etiam, ſi velit, terram commouere poſſit: & ſic econuerſò iniuſtus imbecillis, vt nec etiam vermes amouere queat ab oculis ſuis.

60. CAPITE quinquageſimotertio: Sicut angelis nihil obſiſtit, nec aliquid eos impedire poteſt, vel conſtringere, quin pro velle ſuo cuncta penetrent liberrimè, ità non erit aliquod obſtaculum quod nos retardet, nulla clauſula quæ nobis vllatenùs obſtet, non elementum, quod nobis ad velle noſtrum paruum omninò non exercet. In illa etenim vita ſi bonus fuerit, nihil patietur quod nolit, ſed agere permittetur quæcunque voluerit. Si verò fuerit malus, ad omnia quæ noluerit, cogetur: & ab omnibus quæ voluerit, prohibebitur.

Libertas beatorum.

Seruitus reproborum.

Sanitas ſanctorum.

61. CAPITE quinquageſimoquarto: Incunctanter, vt mea quidem fert opinio, adſtruere licet, ſanitatem vitæ futuræ ità vigere, & immutabilem ac inuiolabilem fore, vt ineffabili quadam dulcedine ſuauitatis totum hominem repleat, & omne quod alicuius in ſe viciſſitudinis, mutabilitatis aut læſionis ſuſpicionem prætendere queat, procul arceat atque repellat. Sic igitur iuſtus erit ſanus. At verò quemlibet iniuſtum tanta ibi infirmitate ſcias infirmari, vt nullo poſtmodùm medicamine queat medicari.

Mala valetudo damnatorum.

Voluptas & miſeria futuræ vitæ.

62. CAPITE quinquageſimoquinto: Poſt hanc vitam aut in omnimoda voluptate ſunt, aut omninò replebuntur anxietate.

Voluptas beatorū quanta, & è diuerſo miſeria malorum.

63. CAPITE quinquageſimoſeptimo: In illa futura vita delectatio quædam ineffabilis bonos inebriabit, & inæſtimabili dulcedine ſuî totos eos inenarrabili abundantia ſatiabit, quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, manus, guttur, cor, iecur, pulmo, oſſa, medullæ, exta etiam ipſa & cuncta ſingulatim, ſingulaque membra eorum, in communi tam mirabili delectationis & dulcedinis ſenſu replebuntur, vt verè totus homo torrente voluptatis Dei potetur, & ab vbertate domus eius inebrietur. Verùm econtrariò, vt dictum eſt, credimus de iniuſto. Sit enim ante oculos cordis poſitus exempli cauſa, homo aliquis, qui tam in ipſis oculorum ſuorum pupillis, quàm & in ſingulis membris ferrum ignitum & candens infixum habeat: ità vt nec medullæ, nec inteſtina, nec omninò quicquam in toto ipſo cruciatu, immanitate illius careat vel eam leuiùs quàm in oculis aliquatenùs ſentiat. Quid dicam anguſtiatur? Quis hunc æſtimet ſanæ mentis inter iſta?

Longæuitas beatorum. Sapien. 5.

Vitę breuitas malorum.

64. CAPITE quinquageſimooctauo: Si benè vixerit nunc, tunc viuet quantum & Deus. Vndè ſcriptum eſt: Iuſti autem in perpetuum viuent. Si verò malè vixerit, non niſi moriendo tunc viuere poterit. Nihil ergò breuius illa vita, cui mors fuerit ſemper iuncta.

Hactenus de beatitudine & miſeria corporis

Sapientia ſanctorū quanta.

65. CAPITE quinquageſimonono: Sapientia quam omnes in hac vita non vtiliter amant, tanta in futura vita bonis erit, vt eorum quæ ſcire voluerint, nihil ſit quod ignorent. Bonus enim perfecta, quæ Deus eſt, ſapientia replebitur, eamq; facie ad faciem intuebitur. Quam dum ità perſpexerit, creaturæ totius naturam videbit, quæ in Deo meliùs quàm in ſeipſa conſiſtit. Tunc etenim iuſti omnia ſcient, quæ Deus fecit ſcienda, tam ea quæ præterita, quàm ea quæ poſtmodùm ſunt futura. Ibi à ſingulis omnes, ibi ab omnibus ſinguli cognoſcentur, nec quenquam omninò latebit, qua patria, qua gente, qua ſtirpe quis editus fuerit, vel quid etiam in vita ſua fecerit.

Scientia iuſtorum.

Ignorantia & inſipientia damnatorū.

66. CAPITE ſexageſimoprimo: Si autem fueris malus, vera omninò ſapientia priuatus, tantis vrgeberis doloribus, vt non ſolum inſipiens, verùm omninò fias & amens.

Amicitia beatorum.

67. CAPITE ſexageſimoſecundo: Bonū quenque ſic Deus omneſque alij diligent boni, vt eum habere odio vltrà non poſſint. Quantum nanque quiſque ſeipſum, tantum & tam diù diliget & alterum. Malum autem quenque ſic Deus omneſq; boni habebunt odio, vt nec filius quidem pietatem habeat de patre in pœnis conſpecto.

Inimicitia malorum.

Digitized by Google

Concordia quanta ſit in vita æterna.

68. CAPITE ſexageſimotertio: Corpus & anima cuiuſq; ſancti, immò concordię tantæ erunt omnes iuſti, quantæ in præſenti ſunt oculi noſtri. Sicut enim oculus vnus verti non poteſt, quò non vertatur & alius, ſed in eandem partem ſemper voluuntur: ſic etiam corpus & anima, vel ſocietas illa iuſtorum nihil poterunt velle diuerſum, ſed eandem ſemper voluntatem habebunt. Corpus enim vnum erimus, eccleſia vna erimus, ſponſa Chriſti erimus, quicunq; ibi erimus. Ipſa Dei voluntas non erit à tua diuerſa, ſed ſicut tu quod ille, ità & ille volet in cunctis quod tu: caput nanque à ſuo corpore quomodò diſcreparet?

69. CAPITE ſexageſimoquarto: In illa admirabili & glorificata diſpoſitione & æquè diſpoſita glorificatione beatæ ciuitatis Dei, ità quiſque quod adeptus fuerit, amabit, vt ſtatum ſuum potiori gradu immutari non velit. Quare? quia cuique ſatis erit ſua felicitas & beatitudo, ſibi pro meritis ſuis miſericorditer impartita.

Diſcordia quanta in inferno.

Mali verò in diſcordia tanta perſiſtent, vt eorum corpus & anima ſemper diſſideant. Nam & corpus animam odio habebit, eò quòd malè vnquàm cogitauerit, & anima corpus, eò quòd malè cogitata opere compleuerit, pro quibus omnibus torquentur in pœnis.

70. CAPITE ſexageſimoſeptimo: In illa beata ſupernorum ciuium ſocietate quemadmodùm hi qui ſummæ Deitati ſunt propinquiores, & ob hoc alijs præſtantiores, dij dicentur, ità & qui illis ſunt inferiores, quoniam vna & eadem qua & ipſi ſummæ Deitati pro ſua capacitate participant, ſimili nomine deos dicendos eſſe neceſsè eſt. Talis honor, vt prælibauimus, iuſtis pro modo meritorum exhibebitur.

Honor in æterna vita.

Quanto dedecore afficiantur damnati.

Quiſquis verò malus econtrà ſic exhonorabitur, vt in omni fœtore deiectus, vermium etiam dominio ſubijciatur.

71. CAPITE ſexageſimooctauo: In futuro, aut verè præpotens, aut erit quiſque omninò ſempérque impotens.

Poteſtas bonorum. Impotentia malorum.

Bonus autem quicquid voluerit facere poterit, quoniam ipſum omnipotentem in omnibus ſuæ voluntati concordantem habebit. Malus verò nihil quod velit, agere quibit.

Securitas beatorum.

72. CAPITE ſexageſimonono: In futuro aut ſecuritatem perfectam, aut econtrà ſummum habebit timorem. Bonus autem quicquid voluerit habebit, & nihil ex eo ſe amiſſurum timebit.

Timor dānatorum.

73. CAPITE ſeptuageſimo: Malus verò & ſemper tormenta quæ patietur, pauebit, & nunquàm ex eis euadere poterit.

74. CAPITE ſeptuageſimoprimo: In ſeculo futuro aut lætitia, aut triſtitia quiſque replebitur ſumma.

Gaudium bonorum perfectum & plenum.

Bonus enim quiſque omninò tunc poterit gaudere, quia prædictas omnis beatitudinis partes obtinebit perfectè. Quid ergò beatius iſto, quo tunc replebitur iuſtus gaudio? adhuc tamen ad cumulum beatitudinis ſuæ aliud habebit, vndè magìs poſſit gaudere: quia enim quiſque ſic, vt ſe, alterum amabit: patet quia ſic de illius felicitate, vt de ſua gaudebit. O quot igitur & quanta gaudia quiſque obtinebit, qui de tot & tantis beatitudinibus ſanctorum iubilabit? Quòd ſi tantum de alijs, quos vt ſe diliget, gaudebit: quantum de Deo, quem ſupra ſe diliget, exultabit? Gaudium enim erit ei intùs & extrà, gaudium ſursùm atque deorsùm, gaudium circuncircà, vbiquè gaudium plenum.

Triſtitia malorū ſumma.

Malus verò econtrà triſtitia replebitur ſumma, quia omnes miſeriæ partes, quibus nihilominùs ſe circunſeptum ſentiet, ineuitabiliter ſine fine patietur, & indeſinenter.

Septiformis actio beatorum. Viuunt.

75. HVGO libro quarto de anima, capite decimoquinto: Beatorum omnium ſimul in communi actio ſeptiformis eſt. Viuūt, ſapiunt, amant, gaudent, laudant, veloces ſunt, ſecuri ſunt. Viuunt vita ſine fine, ſine moleſtia, ſine diminutione, ſine omni aduerſitate. Vita eorum viſio & cognitio beatæ Trinitatis: ſicut Dominus ait: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Ioan.17.

Sapiunt.

Sapiunt conſilia atque iudicia Dei, quæ ſunt abyſſus multa. Sapiunt cauſas & naturas & origines omnium rerum.

Amant.

Amant Deum incomparabiliter: quia ſciunt vndè & ad quid eos Deus prouexit. Amant ſinguli ſingulos ſicut ſeipſos.

Gaudent.

Gaudent de Deo ineffabiliter. Gaudēt de tanta ſua beatitudine. Et quia vnuſquiſq; vnumquenq; diligit ſicut ſeipſum, tantum gaudium quiſque habet de bono ſingulorū, quantum de ſuo: quoniam bonum quod non habet in ſeipſo, poſſidet in altero. Conſtat igitur quòd ſinguli tot gaudia habent, quot ſocios: & ſingula gaudia tanta ſunt ſingulis, quantum proprium ſingulorum. Cùm autem quiſque plùs amet Deū, quàm ſeipſum, & omnes alios ſecum: plùs gaudet de Dei felicitate, quàm de ſua & omnium aliorum ſecum. Si ergò cor vniuſcuiuſque vix capit ſuum gaudiū, quomodò capit tot & tanta gaudia? Ideò dicitur: Intra in gaudium Domini tui: non, Intret gaudium Domini tui in te: quia capi nō poſſet.

Matth.25.

Laudant. Pſal.83.

Indè laudent Deum ſine fine: ſine faſtidio, ſicut ſcriptum eſt: Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Veloces ſunt.

Veloces ſunt, quia vbicunquè eſſe vult ſpiritus, ibi eſt etiam corpus.

Securi ſunt.

Omnes ſecuri ſunt. Securi ſunt de tali vita, de tanta ſapientia, de tanto amore, de tāto gaudio, de tali laude, de tali velocitate, quòd nullum finem, nullam diminutionem, nullum detrimentum habebunt.

Quid ſit in vita æterna, & quid abſit.

76. CAPITE decimoſexto: In ea cęleſti patria eſt vita ſine morte, Iuuentus ſine ſenectute, Sanitas ſine infirmitate, Requies ſine labore, Gaudium ſine triſtitia, Pax ſine diſcordia, Delectatio ſine faſtidio, Lux ſine tenebris, Pulchritudo ſine turpitudine, Agilitas ſine ponderoſitate, Fortitudo ſine imbecillitate, Libertas ſine ſeruitute, Voluptas ſine anxietate, Longæuitas ſine vitæ termino, Sapientia ſine inſipientia, Amicitia ſine inimicitia, Concordia ſine diſcordia, Honor ſine dedecore, Securitas ſine timore.

77. APOCALYPIS decimonono: Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruornm magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens, &c. vt in textu.

78. PSALMO octogeſimotertio: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Beati qui habitant in domo tua: in ſeculum ſeculorum laudabunt te. Etenim benedictiones dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magìs quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

79. AVGVSTINVS in pſalmum octogeſimumtertium: Beati qui habitant in domo tua. Poſſident Hieruſalem cæleſtem ſine anguſtia, ſine preſſura, ſine diuerſitate & diuiſione limitum: omnes habent eam, & ſinguli habent totam. Magnæ illæ diuitiæ. Non anguſtat frater fratrem, nulla ibi indigentia eſt.

Quid agent beati in vita æterna.

Quid ergò ibi acturi? In ſecula ſeculo-um laudabunt te. Hoc erit totum negocium noſtrum, ſine defectu, Alleluia.

Laudabunt Deū ſine faſtidio & labore.

Non vobis fratres videatur, quaſi faſtidium ibi futurum: quia ſi modò hoc diù dicatis, non duratis, ab illo gaudio neceſſitas vos auertit. Securi ergò ſimus fratres, non nos ſatiabit niſi laus Dei, amor Dei.

Deficiens ab amore, deficit à laude.

Si deficias ab amore, deficies à laude. Si autem amor ſempiternus erit, quià illa inſatiabilis pulchri-

Digitized by Google

chritudo erit, noli timere, nè non poſſis ſemper laudare, quem ſemper poteris amare.

Viſio Dei quantæ pulchritudinis.

80. IDEM libro decimo de ciuitate Dei, capite decimoſexto: Illa viſio Dei, tantæ pulchritudinis viſio eſt, & tãto amore digniſſima, vt ſine hac, quibuslibet alijs bonis præditum atque abundantem, non dubitet Plotinus infeliciſſimum dicere.

De vita æterna.

81. ET libro vigeſimoſecundo de ciuitate Dei, capite vigeſimonono & trigeſimo: Item libro tertio de libero arbitrio, capite vltimo, & libro tertio de ſymbolo ad Catechumenos, capite vltimo, vt ſuprà de fide & ſymbolo, quæſtione vigeſimaprima, A. teſtimonio decimonono & ſequentibus.

Viſio Dei eſt ſummum bonum noſtrũ.
1.Cor.13.
1.Ioan.3.
Pſal.26.
Ioan.14.
Matth.5.

82. LIBRO primo de Trinitate, capite decimotertio: Illa viſio Dei, quà contẽplabimur incommutabilem atq; humanis oculis inuiſibilem Dei ſubſtantiam, quæ ſolis ſanctis promittitur, quam dicit Apoſtolus Paulus, Facie ad faciem: & de qua dicit Apoſtolus Ioannes, Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt: & de qua dicitur, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt contempler delectationem Domini: & de qua dicit ipſe Dominus, Ego diligam eum, & oſtendã meipſum illi: & propter quam ſolam fide corda mundamus, vt ſimus beati mundicordes, quoniam ipſi Deum videbunt, & ſi qua alia de iſta viſione dicta ſunt, quę copioſiſſimè ſparſa per omnes ſcripturas inuenit, quiſquis ad eam quærendam oculũ amoris intendit: ſola eſt ſummum bonum noſtrum, cuius adipiſcendi cauſa præcipimur agere quicquid rectè agimus.

Laudant Deũ ſancti ſine labore & faſtidio.
Matth.22.
2.Cor.5.

83. ITEM in libro de catechizandis rudibus, capite vigeſimoquinto: Fuge frater illa tormenta; vbi nec tortores deficiunt, nec torti moriuntur, quibus ſine fine mors eſt, non poſſe in cruciatibus mori: & exardeſce amore, atq; deſiderio ſempiternæ vitæ ſanctorũ, vbi nec operoſa erit actio, nec requies deſidioſa: laus erit Dei ſine faſtidio, ſine defectu: nullum in animo tædium, nullus labor in corpore, nulla indigentia, nec tua cui ſubueniri deſideres, nec proximi cui ſubuenire feſtines. Omnes deliciæ Deus erit, & ſocietas ſanctæ ciuitatis in illo & de illo ſapienter beatæq; viuentis. Efficiemur enim, ſicut ab illo promiſſum ſperamus & expectamus, æquales angelis Dei, & cum eis pariter illa Trinitate perfruemur iam per ſpeciem, in qua nunc per fidem ambulamus.

Matth.5.
1.Cor.2.
Viſio Dei quàm amœna & iucũda.

84. TRACTATV quarto in epiſtolam Ioannis: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ergò viſuri ſumus quandam viſionẽ fratres, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Viſionem quandam, viſionem præcellentem omnes pulchritudines terrenas, auri, argenti, nemorum atq; camporũ, pulchritudinem maris & aëris, pulchritudinem ſolis & lunæ, pulchritudinem ſtellarum, pulchritudinem angelorum: omnia ſuperantem, quia ex ipſo pulchra ſunt omnia. Quid ergò nos erimus, quãdo hoc videbimus? Quid nobis promiſſum eſt? Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

Vita beata qualis vita ſit.

85. IDEM in libro meditationum capite vigeſimoſecundo: O tu vita, quam præparauit Deus his qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita ſecura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita caſta, vita ſancta, vita ignara mortis, neſcia triſtitiæ, vita ſine labe, ſine dolore, ſine anxietate, ſine corruptione, ſine perturbatione, ſine varietate & mutatione, vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima, vbi non eſt aduerſarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi eſt amor perfectus, & timor nullus, vbi dies æternus, & vnus omnium ſpiritus, vbi Deus facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens ſine defectu ſatiatur. O tu vita feliciſſima, ô regnum verè beatum, carens morte, vacans ſine, cui nulla tẽpora ſuccedunt per æuum; vbi continuus ſine nocte dies neſcit habere tempus, vbi victor miles illis hymnidicis angelorum ſociatus choris, cantat Deo ſine neceſſitate canticum de canticis Sion.

Diſpar gloria.
Plena charitas.
Omne opus laudare Deũ.

86. CAPITE vigeſimoquinto: Diſpar eſt gloria ſingulorum, ſed communis eſt lætitia omnium. Plena & perfecta ibi regnat charitas, quia Deus eſt ibi omnia in omnibus; quem ſine fine vident, & ſemper videndo in eius amore ardent, amant & laudant, laudant & amant. Omne opus eorum, laus Dei: ſine fine, ſine defectione, ſine labore.

Si Deus tam multa tribuit morituris, qualia & quãta largietur in æternũ cum eo victuris.
Eſa.64.
Pſal.30.

87. SOLILOQVIORVM animæ ad Deum capite vigeſimoprimo: Si mi Domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera beneficia præſtas à cælo & aëre, à terra & mari, à luce & tenebris, à calore & vmbra, rore & imbre, ventis & pluuijs, volucribus & piſcibus, beſtijs & arboribus, & multiplicitate herbarum & germinum terræ, cunctarum creaturarum tuarum miniſterio nobis ſucceſſiuè per ſua tempora miniſtrantium, vt alleues faſtidium noſtrum: qualia, quæſo, & quàm magna & innumerabilia erunt illa bona, quæ præparâſti diligentibus te, in illa cæleſti patria, vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis nobis in carcere, quid ages in palatio? Magna & innumerabilia ſunt opera tua Domine rex cælorum. Cùm enim ſint hæc omnia valdè bona & delectabilia, quæ bonis pariter maliſque communia tradidiſti; qualia futura ſunt illa, quæ ſolis bonis recondiſti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis; quàm magna & innumerabilia, quàm dulcia & delectabilia, quæ ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolatia in hac die lachrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta, quæſo, continet patria? Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparâſti diligentibus te. Secũdũm enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, eſt etiam multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te: magnus enim tu es Domine Deus meus & immenſus, nec eſt finis magnitudinis tuæ; nec eſt numerus ſapientiæ tuæ, nec eſt menſura benignitatis tuæ, nec eſt finis, nec numerus, nec menſura retributionis tuæ: ſed ſicut magnus es tu, ità magna ſunt donaria tua, quoniam tu ipſe præmium & donum omnium legitimorum tuorum pugnatorum.

Gaudium quale.

88. CAPITE trigeſimoquinto: Intra in gaudium ſine triſtitia, quod continet æternam lętitiam; vbi erit omne bonũ, & non erit aliquod malum: vbi erit quicquid voles, & non erit quicquid noles: vbi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, ſempérque memorialis: vbi non erit hoſtis impugnans, nec vlla illecebra, ſed ſumma & certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, ęterna beatitudo, & beata trinitas, & trinitatis vnitas, & vnitatis deitas, & deitatis beata viſio, quæ eſt gaudium Domini Dei tui. O gaudium ſuper gaudium, gaudium vincẽs omne gaudium, extra quod non eſt gaudium, quando intrabo in te, vt videam Deum meum qui habitat in te? O æternum regnum, regnum omnium ſeculorum, vbi lumen indeficiens, & pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, in quo ſanctorum animæ requieſcunt, & lętitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O quàm glorioſum eſt regnum, in quo tecum Domine regnant omnes ſancti, amicti lumine ſicut veſtimento, habentes in capite ſuo coronam de lapide precioſo. O regnum beatitudinis ſempiternæ, vbi tu Domine ſpes ſanctorum & diadema gloriæ, facie ad faciem videris à ſanctis, lętificans eos vndique in pace tua, quæ exuperat omnem ſenſum. Ibi gaudium infinitum, lætitia ſine triſtitia, ſalus ſine dolore, via ſine labore, lux ſine te-

Regni cæleſtis deſcriptio.
Philip.4.

Digitized by Google

nebris, vita ſine morte, omne bonum ſine omni malo: vbi iuuentus nunquàm ſeneſcit, vbi vita terminum neſcit, vbi decor nunquàm palleſcit, vbi amor nunquàm tepeſcit, vbi ſanitas nunquàm marceſcit, vbi gaudium nunquàm decreſcit, vbi dolor nunquàm ſentitur, vbi gemitus nunquàm auditur, vbi triſte nihil videtur, vbi lætitia ſemper habetur, vbi malum nullum timetur, quoniam ibi ſummum bonum poſſidetur, quod eſt videre ſemper faciem Domini virtutum.

Videre faciem Dei.
1. Cor. 13.

89. CAPITE trigeſimoſexto: Quid eſt videre facie ad faciem, niſi quod ait Apoſtolus, cognoſcere ſicut & cognitus ſum; cognoſcere veritatem tuam & gloriam tuam, hoc eſt cognoſcere faciem tuam? Cognoſcere patris potentiam, filij ſapientiam, Spiritus ſancti clementiam, ipſius ſummæ Trinitatis vnam & indiuiduam eſſentiam. Videre enim faciem Dei viui, hoc eſt ſummum bonum, gaudium angelorum atque omnium ſanctorum, præmium vitæ æternæ, gloria ſpirituum, lætitia ſempiterna, corona decoris, brauium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum & externum gaudium, paradiſus Dei, Hieruſalem cæleſtis, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium æternitatis, pax Dei quæ ſuperat omnem ſenſum. Hæc eſt plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, videre faciem Dei ſui, videre eum qui fecit cælum & terram, videre eum qui fecit eum, qui ſaluauit eum, & qui glorificauit eum. Videbit eũ cognoſcendo, amabit diligendo, laudabit poſſidendo. Ipſe enim erit hæreditas populi ſui, populi ſanctorum, populi quem redemit. Ipſe poſſeſſio felicitatis eorum, ipſe præmium & merces expectationis. Ero, inquit, merces tua magna nimis: magnum enim magna decent. Et poſt pauca: Viſio ergò tua, tota merces eſt, totum præmium, & totum gaudiũ quod expectamus. Hæc eſt enim vita æterna, hæc eſt, inquam, ſapientia tua. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcamus te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Philip. 4.
Geneſ. 15.
Viſio Dei, tota merces & gaudiũ quod expectamus.
Ioan. 17.

90. IN Manuali capite ſexto: Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum organa, ſuauiſſima angelorum melodia, cantica canticorum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam à ſupernis ciuibus decantantur. Amaritudo & omnis fellis aſperitas in regione tua locum non habent. Non enim eſt ibi malus neque malitia, non eſt aduerſarius & impugnans, nec eſt vlla peccati illecebra, nulla eſt ibi indigentia, dedecus nullum, rixa nulla, nullum improperium, cauſatio nulla, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla dubietas, nulla violentia, nulla diſcordia: ſed eſt ibi pax ſumma, charitas plena, iubilatio & laus Dei æterna, ſine fine ſecura requies, & gaudium ſemper in ſpiritu ſancto.

Symphonia cæleſtis.
Quæ à regno cælorum abſint.

91. CAPITE ſeptimo: O vita vitalis, vita ſempiterna, & ſempiternè beata, vbi gaudium ſine mœrore, requies ſine labore, dignitas ſine tremore, opes ſine amiſſione, ſanitas ſine languore, abundantia ſine defectione, vita ſine morte, perpetuitas ſine corruptione, beatitudo ſine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi ſpecies & viſio facie ad faciem, vbi plena ſciẽtia in omnibus & per omnia, vbi ſumma Dei bonitas cernitur, & lumen illuminans à ſanctis glorificatur, vbi præſens maieſtas Dei conſpicitur, & hoc vitæ cibo ſine defectu mens intuentiũ ſatiatur. Vident ſemper & videre deſiderant, ſine anxietate deſiderant, & ſine faſtidio ſatiantur. Vbi verus ſol iuſtitię, mira ſuæ pulchritudinis viſione omnes reficit, & ità vniuerſos cęleſtis patrię ciues illuminat, vt luceat ipſi, lumen videlicet illuminatum per diuinum lumen, illuminans vltra omnẽ ſolis noſtri ſplendorem, atque cunctarum ſtellarum claritatem, immortali adhærentes Deitati; ac per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta promiſſionem Domini ſaluatoris: Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, & omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, & ipſi in nobis vnum ſint.

Vitæ beatæ deſcriptio.
Ioan. 17.

92. CAPITE decimoſexto: O felix iucunditas, & iucunda felicitas, ſanctos videre, cum ſanctis eſſe, & eſſe ſanctum: Deum videre, & Deũ habere in æternum & vltra. Hæc ſedula mente cogitemus, hæc toto deſiderio deſideremus, vt ad eos citò peruenire valeamus. Si quæras quomodò iſtud poteſt fieri, vel quibus meritis, quibus've auxilijs? Audi: res iſta poſita eſt in poteſtate facientis, quoniam regnum, &c. vt ſuprà in ſermone trigeſimoſeptimo de Sanctis.

Sanctorũ in cælis conſortium.

93. CAPITE decimoſeptimo: Quid hac vita beatius? vbi non eſt paupertatis metus &c. vt ſuprà in eodem ſermone trigeſimoſeptimo. Verùm ſuper hęc omnia eſt, conſociari choris angelorum & archangelorum, atque omnium cæleſtium virtutum; intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apoſtolos & omnes ſanctos, videre etiam parentes noſtros. Glorioſa ſunt hæc: ſed multo glorioſius eſt, præſentem Dei vultum cernere, incircunſcriptum lumen videre. Superexcellens gloria erit, cùm Deum videbimus in ſeipſo, videbimus & habebimus in nobis, quem cernere finis nõ erit.

Dei vultum cernere.

1. B. APOCALYPSIS decimonono, vt in textu.

2. LVCAE decimoquarto: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei, Villã emi, & neceſsè habeo exire & videre illam: rogo te, habe me excuſatum, &c.

3. GREGORIVS homilia trigeſimaſexta in Euangelia: Hoc diſtare, fratres chariſſimi, inter delicias corporis & cordis ſolet, quòd corporales delicię cùm non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt: cùm verò auidè eduntur, comedentem protinùs in faſtidium per ſatietatem vertunt. At contrà ſpiritales deliciæ cùm non habentur, in faſtidio ſunt: cùm verò habentur, in deſiderio: tantóque à comedente ampliùs eſuriuntur, quanto & ab eſuriente ampliùs comeduntur. In illis appetitus placet, experientia diſplicet. In iſtis appetitus vilis eſt, & experientia magis placet. In illis appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat. In iſtis autem appetitus ſaturitatem, ſaturitas appetitum parit. Augent enim ſpiritales deliciæ deſiderium in mente, dum ſatiant: quia quanto magis earum ſapor percipitur, eo ampliùs cognoſcitur quod auidiùs ametur. Et idcircò non habitæ, amari non poſſunt: quia earum ſapor ignoratur. Et poſt pauca: Et quia guſtare intùs nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miſeri famem noſtram. Sed ſuperna nos pietas nec deſerentes ſe deſerit. Contemptas enim illas delicias ad memoriæ noſtræ oculos reuocat, easq́ nobis proponit: in promiſſione torporem excutit, atque vt faſtidium noſtrum repellere debeamus, inuitat. Ait nanque: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Quis iſte homo eſt, niſi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo eſt, & quis cognouit eum? Qui fecit cœnam magnam: quia ſatietatem nobis dulcedinis internæ præparauit. Qui vocauit multos, ſed pauci veniunt: quia nonnunquàm ipſi qui ei per fidem ſubiecti ſunt, æterno eius conuiuio malè viuendo contradicunt. Et poſt nonnulla: Ad cœnam ergò nos æterni conuiuij ſummus paterfamilias inuitat, ſed dum alius auaritiæ, alius curioſitati, alius voluptati carnis eſt deditus, nimirùm reprobi ſimul omnes excuſant. Dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus ſagax cogitatio deuaſtat, alterius etiam mẽtem voluptas carnalis inqui-

Differentia inter delicias corporis & cordis.
Lucæ 14.
Cœna magna quæ præparata eſt.

Digitized by Google

inquinat, faſtidioſus quiſquiſque ad æternæ vitæ epulas non feſtinat. Et in fine: Nihil fit quod deſiderium veſtræ mentis retardet: nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id eſt, in cæleſtibus, delectetur. Si malum metuitur, mala animo æterna proponantur: vt dum illic eſſe conſpicit, & amplius quod diligat, & amplius quod pertimeſcat, hîc omninò non hæreat.

Conſideratio bonorum cæleſtium adfert terrenarum rerum contemptionem.

4. HOMILIA trigeſimaſeptima: Si conſideremus, fratres chariſſimi, quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cælis: vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena nanque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potiùs dicenda quàm vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud quàm quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernę ciuitatis quanta ſint gaudia: angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircunſcriptũ lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Sed ad hęc audita inardeſcit animus, iamq́ illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere: ſed ad magna præmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. Vndè & Paulus egregius prædicator dicit: Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Delectat ergò mẽtem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum.

Gaudium ciuitatis ſupernæ.

2. Tim. 2.

Vitæ futuræ qualitas.

5. PROSPER de vita cõtemplatiua libro primo, capite ſecundo: Futura vita creditur beatè ſempiterna, & ſempiternè beata: vbi eſt certa ſecuritas, & ſecura tranquillitas, & tranquilla iucunditas: felix æternitas, æterna felicitas: vbi eſt amor perfectus, nullus timor, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium ſpiritus de contemplatione Dei ſui, ac de ſua cum illo permanſione ſecurus: vbi ipſa ciuitas, quæ eſt angelorum ſanctorum & hominum congregatio beata, meritis fulgentibus micat, & æterna ſalus exuberat, veritas regnat, vbi nec fallit quiſque, nec fallitur: vndè nullus eijcitur beatus, quò nullus miſer admittitur.

Gaudiũ angelorum promanat ex diuina contemplatione.

6. CAPITE tertio: Angeli ſummum ſolidúmque gaudium quo inſatiabiliter perfruuntur, de diuina contemplatione percipiunt, ac Deo ſuo infatigabiliter & amanter inſeruiunt, ità perfectè beati, vt nec cupiant beatiores fieri vltrà, nec valeant.

Bonorũ operum conſummatione peruenitur ad vitam beatam.

7. CAPITE quarto: Hæc eſt contemplatiua vita beata, ad quam qui bonorum operum conſummatione peruenerint, beatis angelis ſimiles erunt, & ſimul cum Deo ſuo ſine fine regnabunt. Quod hîc crediderant, ibi videbunt, ſui creatoris ſubſtantiam mundis cordibus contemplantes: æterna exultatione gaudebunt, diuina ac mutua dilectione poſſeſſi, Deo ſuo in æternum & inuicèm ſibi feliciter adhęrebunt: receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus municipatum patriæ cæleſtis accipient, atque eius in æternum ciues effecti, promiſſa præmia reportabunt. Ibi eis exuberabit tanta lætitia, tanta cæleſtium gratia gaudiorum, vt & remuneratori ſuo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum faſtidium ex ipſa affluentium bonorum perceptione ſuſtineant. Ibi ità patebunt ſingulorum ſingulis mentes, ſicut corporalibus oculis ſubiacent facies corporales: quia humanorum pectorum tanta ibi erit & tam perfecta munditia, vt habeant vndè mundatori ſuo Deo gratias agant, non vndè offenſi, aliquibus peccatorum ſordibus erubeſcant: quia nec vlla peccata ibi nec peccatores erunt, & qui ibi fuerint, iam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfectè beatos aliquid ſecretorum, qui, quod eſt longè præſtantius, ipſum viſuri ſunt mundis cordibus Deum: quandoquidem humana creatura ità perfecta erit, vt in melius aut deterius vltrà mutari non poſſit. Cuius humanæ ſubſtantię ad conditoris ſui ſimilitudinem ſublimatæ, omnia bona, quæ naturaliter accepta peccato corruperat, reparabuntur in melius: id eſt, intellectus ſine errore: memoria ſine obliuione: cogitatio ſine peruagatione: charitas ſine ſimulatione: ſenſus ſine offenſione: incolumitas ſine debilitate: ſalus ſine dolore: vita ſine morte: facilitas ſine impedimento: ſaturitas ſine faſtidio, & tota ſanitas ſine morbo: quoniam quidem quicquid hîc corporibus humanis vitiandis aut ferarum morſus ademerint, aut improuiſi caſus abſtulerint, aut malarum valetudinum genera diuerſa diſcerpſerint, aut humana crudelitas amputauerit, aut ſi ignis, vel quælibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut ipſa ſenectus etiam ſanis oneroſa negauerit, hæc & his ſimilia corporum damna vna ibi reſurrectio reparabit, atque ea corpora membris omnibus inſtaurata, incorruptibilis ſanitas obtinebit. Propterea quicunque ibi erunt, & ſi differentibus meritis ab inuicèm diſtabunt, omnes tamen vna perfectione beati erunt: quia ſingulis præmia ſua ſufficientia erunt, & capere amplius præmijs ſuis iam perfecti non poterunt. Sicut enim corporalis ſaturitas omnes ſaturos æqualiter habet, quanuis ſinguli cibum non æqualiter, ſed pro poſſibilitate perceperint: ità omnes ſancti & ſi fuerint aliqua graduum ſuorum diuerſitate diſtincti, vna beatitudine perfecti erunt: quia & vna perfectione beati futuri ſunt. Cæterùm in illa tantę beatitudinis regione nec maioris meriti ſibi aliquid quiſque arrogabit, quia arrogantia ibi nulla erit: nec ſuperiori inferior inuidebit, quia ibi inuidus nullus eſſe poterit. Et ideò etſi ibi erit diſtantia manſionum, ſumma in illis erit vnius perfectionis æqualitas, quibus erit regni cæleſtis vna felicitas.

Quãta beatorum lætitia.

Cognitio beatorum.

Reparatio omnium donorum, quæ per peccatum amiſſa aut corrupta fuerant.

Corporũ humanorum redintegratio in reſurrectione.

Meritorũ diuerſitas.

Præmia ſingulis ſufficientia, licèt inæqualia.

Inuidia nulla

Qui promereantur eam felicitatem.

8. CAPITE quinto: Cui felicitati promerendæ ille ſuſpirat, qui præſentibus omnibus futurorum contemplatione renunciat, atque à domeſticis occupationibus, quæ nõnunquàm perfectè viuere cupientium proceſſus impediunt, in illã diuinæ ſublimitatem cõtemplationis euectus, ipſos etiam ſuæ carnis affectus exuperat: qui & infra ſe vniuerſa deſpiciẽs, quæ plerunquè animas de præteritæ vitæ ſanctitate ſecuras in terrena deijciunt, ipſis etiam cæleſtibus appropinquat, tanto diuinis vicinior factus, quanto ſupra humana omnia ſtudio perfectionis aſcendit, certus quòd ſi contemplatiuam vitam hîc incertis honoribus, diuitijs anxijs, & caducis delectationibus plena voluntate prætulerit, veros honores, ſecuras diuitias, & delectationes æternas inueniat, cùm ad perfectionem contemplatiuæ virtutis, in illa beata vita vbi futura eſt, Deo remunerante peruenerit. Et reuerà quid erit honoratius eo, quem diuina clementia angelicę dignitatis æqualitate beauerit? Quid ditius eo, quem regni cæleſtis ineffabiliter affluens beatitudo ditauerit?

Ad angelicã dignitatem euehemur.

Amor perfectus, timor nullus, gaudium ſempiternum.

9. ET libro tertio de vita contemplatiua, capite trigeſimoſecundo: In illa vita beata, ad quam conſumpta omni corruptibilitate ac mortalitate perueniunt, quicunque ibi futuri ſunt, vbi nec fletus vllus poteſt eſſe, nec gemitus, habebunt omnes ſancti amorem perfectum, timorem nullum, & gaudium ſempiternum. Ibi eis erit voluntas recta, cupiditas nulla, quoniam fruendo cæleſtibus bonis, ad quæ peruenire cupiebãt, nihil eis deerit quod vlteriùs cõcupiſcant: & in illa regione perpetuæ ſecuritatis ac pacis perfectè beati, nec timoris ſtimulos paſſuri ſunt, nec doloris. Sed timor ille, non quem charitas foràs mittit, ſed quem charitas nutrit, ideò fortaſsis in ſeculum ſeculi

Voluntas recta, cupiditas nulla.

1. Ioan. 4.
Pſal. 18.

ſeculi permanebit: quia in ſeculum ſeculi permanebunt illa, ad quæ timor ipſe perduxerit.

10. BERNARDVS in ſermone de triplici genere bonorum & vigilantia ſuper cogitationibus:

Deſiderare debemus cõſpectum ſanctorum.

Sanctis animabus nõ iam imitationem, nec à ſanctis angelis tantummodò quærere debemus auxilium, ſed ardenter deſiderare conſpectum eorum, & eſſe cum illis, & videre quæ ſint illæ columnæ cæli quæ ſuſtinent orbem terrarum, in quibus rutilat & relucet tantum & tam excellens diuinitatis inſigne.

Aeternorum bonorum deſcriptio. 1.Cor.2.

Et poſt pauca: Porrò quidem æterna bona, illa bona ſunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quę nunquàm exeunt ab illa patria, quæ neſcit niſi gaudium & iubilationem.

Abundantia quanta.

Ibi nihil deeſt: ecce abundantia qua impleatur humana cupiditas. Quæ eſt iſta copia, vbi nihil quod nolis ſit, totum ſit quod velis?

Pſal.121.

Fiat pax (ait propheta ad Hieruſalem) in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. In illis inquam turribus, quæ iuxta prophetam alium gemmis ædificabuntur, vbi adipe frumenti, non cortice ſacramenti, ſatiabit nos Deus. Quòd ſi nihil deerit nobis, aliquid autem nos latuerit, nunquid erit gloria conſummata?

Qualis ſapientia & ſcientia erit in cælo.

Ideò nihil latebit nos, & ecce ſapientia qua curioſitas hominis ſatietur. O ſapientia, qua tunc omnia quæ in cælo & quæ in terra ſunt, perfectiſſimè cognoſcemus, in ipſo fonte ſapiẽtiæ rerum omnium cognitionem bibentes. Non metuam ſuſpiciones, non timebo conſilia,

Apoc.21.

quia ciuitas illa (iuxta Ioannem) puriſſimo vitro ſimilis erit, vt ſicut per vitrum lucidiſſimè cernimus, ſic aliorum conſcientias clariſſimè videamus.

Potentia qualis.

Quid ſi & nihil defuerit, & nihil latuerit, maneat autem timor & anxietas amittendi? Ideò nihil terret, & ecce potentia qua humana infirmitas roboretur.

Pſal.147.

Qui poſuit, inquit, fines tuos pacem, & confortauit ſeras portarum tuarum, ità vt nullus inimicus intret, nullus exire poſſit amicus. Vbi ergò ſumma abundantia, ſumma ſapientia, ſumma potentia eſt, puto quòd nihil deſit plenitudini beatitudinis, quantùm ſpectat ad ſummam felicitatis humanæ.

11. IDEM in meditationibus capite quarto, eademq; habet Hugo Victorinus libro primo de anima,

Præmiũ piorum.

capite quarto: Præmium eſt videre Deum, viuere cum Deo, eſſe cum Deo, eſſe in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deũ, qui eſt ſummum bonum.

Deſcriptio beatitudinis æternæ.

Et vbi eſt ſummum bonum, ibi eſt ſumma felicitas, ſumma iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna ſecuritas, & ſecura æternitas: ibi eſt vera lætitia, plena ſcientia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo.

Eſt ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honeſtas,
Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis:
Gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis.

Sic cum Deo homo beatus erit, in cuius conſcientia peccatum inuentum nõ fuerit. Videbit Deum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad iucunditatem. In æternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatem, ſic cognoſcendi facilitatem,

Ciuitatis cæleſtis & incolarũ eius deſcriptio.

& requieſcendi felicitatem. Ciuis ſiquidem erit illius ſanctæ ciuitatis, cuius angeli ciues ſunt, Deus pater templum, filius eius ſplẽdor, ſpiritus ſanctus charitas. O ciuitas cæleſtis, manſio ſecura, patria fertilis & ampla, totũ continens quod delectat, populus ſine murmure, incolę quieti, homines nullam indigentiam habentes.

Pſal.86.

Quàm glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Omnes lętantur in lętitia & exultatione, omnes delectantur de Deo, cuius adſpectus pulcher, facies decora, eloquiũ dulce.

Frui Deo.

Delectabilis eſt ad videndum, ſuauis ad habendum, dulcis ad perfruendum. Ipſe per ſe placet, & per ſe ſufficit ad meritum, ſufficit ad præmium, nec extra illum quicquam quæritur: quia totum in illo inuenitur quicquid deſideratur. Semper libet eum adſpicere, ſemper habere, ſemper in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, & purificatur affectus ad cognoſcendam & diligendam veritatem.

Totũ hominis bonum.

Et hoc eſt totum bonum hominis, nôſſe ſcilicet & amare creatorem ſuum. Quę ergò nos angit veſania, vitiorum ſitire abſynthium, huius mundi ſequi naufragiũ, vitæ labentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominium, & non magis cõuolare ad ſanctorum felicitatem, ad angelorum ſocietatem, ad ſolennitatem ſupernæ lætitiæ, & ad iucunditatem contemplatiuæ vitæ, vt poſſimus intrare in potentias Domini, & videre ſuperabundantes diuitias illas bonitatis eius?

Quid agemus & videbimus in cælo.

Ibi vacabimus & videbimus quàm dulcis eſt Dominus, & quàm magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem, ſanctorum ſplendorem, & regiæ poteſtatis honorem: cognoſcemus patris potentiam, filij ſapientiã, ſpiritus ſancti benigniſſimam clementiam: & ità habebimus notitiam illius ſummæ Trinitatis. Nunc corpora per corpus videmus: imagines etiã corporum ſpiritu cernimus: tunc verò ipſam Trinitatem puro mentis intuitu videbimus.

Videre Deũ.

O beata viſio, videre Deum in ſeipſo, videre in nobis, & nos in eo felici iucunditate, & iucunda felicitate. Quicquid deſiderabimus, totum habebimus, nihil ampliùs deſiderãtes. Et quicquid videbimus, amabimus, ipſo amore beati. Beati dulcedine amoris, & ſuauitate contemplationis. Hæc erit ſumma illius contemplationis, hęc erit ſumma illius felicitatis, quoniam intelligetur in ſuo puro eſſe ſyncera diuinitas, compræhendetur in ea incompręhenſibilis Trinitas. Patebunt arcana diuinitatis, videbitur & amabitur Deus: & hęc viſio & delectatio totum cor hominis implens & ſatians, tota erit illius beatitudinis conſummatio.

Iucunditas & charitas quæ erit in vita æterna.

Vna erit omnium lingua, iubilatio indefeſſa, vnus affectus, amor æternus. Patebit veritas, implebitur charitas, & erit integra corporis & animæ ſocietas. Fulgebit ſicut ſol humanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & ſpiritus ſocietas. Angelorum & hominum vnum erit gaudium, vnum colloquium, vnum conuiuium. Non languebit amor, nec liquefiet dilectio. Præſentibus omnibus bonis, nulla erit dilationis afflictio, quoniam beatifica diuinæ maieſtatis præſentia omnibus erit omnia, & erit communis omnium omnipotentia, ſapiẽtia, pax, iuſtitia, & intelligentia. Non erit in illa pace diuerſitas linguarum, ſed pacifica & concors concordia morum & affectuum. In torrente illius voluptatis nihil vltrà appetet cumulata ſatietas, tanta erit felicitas. Ibi ſiquidem erit cumulus felicitatis, ſupereminens gloria, & ſuperabundans lætitia.

Quis idoneus ad conſequendum vitę æternę bona.

Sed ad hęc quis idoneus? Profectò verus pœnitens, bonus obediens, amabilis ſocius, fidelis ſeruus.

12. MATTHAEI vigeſimoſecundo: Intrauit autẽ rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodò huc intrâſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit, &c.

13. CAPITE octauo: Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum.

14. LVCAE decimotertio: Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cùm videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli forâs. Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Auſtro, & accumbent in regno Dei.

15. CAPITE duodecimo: Beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

16. CAPITE vigeſimoſecundo: Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum:

Digitized by Google

gnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.

17. GREGORIVS homilia decimatertia in
Lucæ 12. euangelia: Sed veniens Dominus quid ſeruis vigilantibus exhibeat, audiamus. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet eos diſcũbere, & tranſ-
Quid ſit miniſtrare & diſcumbere in regno cælorum. iens miniſtrabit illis. Præcinget ſe, id eſt, ad retributionem præparabit. Et faciet illos diſcumbere, id eſt, æterna quiete refoueri. Diſcumbere quippe noſtrum, in regno quieſcere eſt. Vndè rurſùm Do-
Matth. 8. minus dicit: Venient & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Tranſiens autem Dominus miniſtrat, quia lucis ſuæ illuſtratione nos ſatiat. Tranſire verò dictũ eſt, cùm de iudicio ad regnum redit. Vel certè Dominus nobis poſt iudiciũ tranſit, quia ab humanitatis forma, in diuinitatis ſuæ contemplationem nos eleuat. Et tranſire eius, eſt in claritatis ſuæ ſpeculationem nos ducere, cùm eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate poſt iudicium videmus. Ad iudicium quippe veniẽs, in forma ſerui omnibus
Ioan. 19. apparet, quia ſcriptum eſt: Videbunt in quẽ tranſ-
Zach. 12. fixerunt. Sed cùm reprobi in ſupplicium corruũt, iuſti ad claritatis eius gloriam pertrahuntur: ſicut
Eſaiæ 26. ſcriptum eſt: Tollatur impius, nè videat gloriam Dei.

18. PSALMO decimoquarto, vt in textu.

19. ET vigeſimotertio: Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animã ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

20. ESAIAE trigeſimotertio: Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere. qui obturat aures ſuas nè audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos nè videat malum. Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Regem in decore ſuo videbunt oculi eius.

21. AD Romanos ſecundo: Qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius, ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam &c. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum.

22. MATTHAEI quinto: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

23. BERNARDVS in ſermone de conuerſione ad clericos, ſiue de perſecutione ſuſtinenda,
Matth. 5. capite vigeſimoquinto: Beati mundo corde, quo-
Viſio Dei q̄ magna res ſit. niam ipſi Deum videbunt. Magna promiſſio, fratres mei, & totis deſiderijs affectanda. Hæc enim viſio, confirmatio eſt, ſicut Ioannes Apo-
1. Ioan. 3. ſtolus ait: Nunc filij Dei ſumus, ſed nondùm apparuit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quia videbimus eum ſicuti eſt. Hæc viſio vita æterna eſt, ſicut ipſa in euãgelio ve-
Ioan. 17. ritas ait: Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Odibilis macula, quæ beatam nobis adimit viſionem, & execrabilis negligentia, qua diſſimulamus interim illius oculi mundationem. Vt
Nota. enim corporeus nobis viſus aut humore interiori, aut exterioris iniectione pulueris impeditur: ſic & intuitus ſpiritualis interdùm quidem propriæ carnis illecebra, interdùm curioſitate ſeculari & ambitione turbatur. Et in fine: Beati ergò mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.
1. Cor. 13. Nunc quidem per ſpeculum in ænigmate, in futuro autem facie ad faciem, vbi nimirùm faciei no-
Epheſ. 5. ſtrę fuerit conſummata munditie, vt ſibi eam exhibeat glorioſam, non habentem maculam neque rugam.

24. MATTHAEI ſeptimo, vt in textu.

25. CAPITE decimonono: Ecce vnus accedẽs, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si vis autem ad vitam ingredi, ſerua mandata.

26. CAPITE vigeſimoquinto: Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

27. APOCALYPSIS ſecundo: Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat eccleſijs, Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo Dei mei. Eſto fidelis vſque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo, nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Et qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tãquàm vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

28. CAPITE tertio: Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius.

29. CAPITE ſeptimo: Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni. ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos.

30. BERNARDVS ſermone ſecundo de verbis Apoſtoli, Non eſt regnum Dei eſca & potus: Rom. 14.
Quid ergò? Sed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Attendis & intendis, quia gaudium in fine eſt? Sic fatui filij Adam, & præcipiti ſaltu Præpoſterum ſtudium filiorum huius ſeculi.
iuſtitiam tranſilientes & pacem, rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis? Nemo enim eſt qui gaudere non velit. Non ſtabit, & non erit iſtud: quia ſicut non eſt pax impijs, ſic Eſa. 48.
nec gaudere impijs, dicit Dominus. Non ſic impij, non ſic. Prius eſt iuſtitiam facere, inquirere pa- Pſal. 33.
cem, & perſequi eam, & ſic demùm appræhendere gaudium: immò à gaudio compræhendi. Sic angelicus ille conuentus priùs iuſtitiam fecit, cùm ſtetit in veritate, & veritatis deſeruit deſertorem. Poſt hęc illa pace firmati ſunt, q̃ exuperat omnem Pax cæleſtis.
ſenſum: quia cùm diuerſis honoris primatibus ambiantur, nullus qui murmuret, qui inuideat nullus. Lauda tu Hieruſalem Dominum, lau- Pſal. 147.
da Deum tuum Sion, quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te, qui poſuit fines tuos pacem. Lauda & laudes replica, quia munitiſſimis vectibus & inconuulſibilibus ſeris clauſæ ſunt portæ tuæ, nullus inimicus intrat, nullus exit amicus. benedicti filij tui in te, omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus cum Chriſto. Iam non eſt timor in finibus tuis, quia poſuit fines tuos pacem: nullæ tibi tentationes, nulla

Digitized by Google

nulla ſeſe tentationum turma confundit, quia verſipellis ille & tortor longè eſt à muris tuis & à filijs tuis. Et ille qui idem eſt, omnia in identitate conſolidat atque coniungit. Cuius participatio, inquit, in idipſum. Hoc iam tertiò hauriunt aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, & nudis (vt ità dicam) oculis diuinitatis intuentur eſſentiam, nulla corporeorum phantaſmatum imaginatione decepti. Eccè gaudium in fine, ſed ſine fine.

Gaudium in fine, ſed ſine fine.

31. APOCALYPSIS vigeſimoprimo: Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

VI.

Quis eſt vſus & fructus doctrinæ totius de quatuor nouiſſimis?

Vide Chryſoſt. epiſt. 5. ad Theod. lapſum, & Damaſc. in hiſtor Barlaam & Ioſaphat. cap. 5. 12. 13. & 14.
a Eccles 1. a & ibi Hier. Itē Greg lib. 5. ca. 2. in 1. Regū.
b Ibidem c

A. PRIMÙM hæc ipſa cognoſcere ac ſeriò meditari, eò confert, vt à cura, ſtudio & amore illarum rerum, quæ caducæ, fluxæ & vanæ ſunt in hoc mundo, faciliùs auocemur. [a] *Vanitas enim vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* [b] *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & eccè vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.*

c Aug lib. 2. de Geneſi cōtra Manich. cap 28. & ſer. 120. de temp. Greg homil. 39 in Euang. Iſid. lib 3 de ſummo bono cap vlt.
d Eccli 7 d Bern. ſer. 1 in feſto omniū ſancto. Item in ſerm. de primordijs, medijs & nouiſſimis noſtris.

B. Deindè non ſolùm à cogitationibus vanis curiſque terrenis hæc animaduerſa hominem reuocant, verùm etiam ab omni [c] peccandi licentia, conſuetudine & procliuitate deterrent. Hinc aurea illa ſententia: [d] *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.*

e Deut. 32. d
f Prouer. 4. d

C. Prætereà monent ſapientem, vt cunctis in rebus nihil temerè faciat, ſed extrema primùm omnium ſibi [e] proponat, fineque proſpecto, via regia progrediatur, vt neque [f] ad dexteram, neque ad ſiniſtram à recto deflectat.

g Eccli 1. b Pſal. 110. b Pro. 1. a 9. b Iob 28. d Eccles 7. c Prou. 14. c Chryſo. hom 15. ad pop. Antioch. Item ho. 2. in ſecundam ad Theſſal. Aug. tract 9. in epiſt. Ioan. & in pſal. 127.
h Eccli 1. c
i Eccli 2 d Aug. ſer. 13. c. 13. & 18. c. 8. de verb. Apoſt. Item lib. de ſanctà virgin. cap. 38. & ſerm. 214. de tempore.
k Ibidèm.

D. Præcipuè verò huiuſmodi rerum memoria & contemplatio id efficit, vt diuinus timor, [g] qui veræ ſapientiæ fons, totius virtutis cuſtos, ac in omni hominis vita neceſſarius eſt Pædagogus, in æqui bonique ſtudio nos confirmet ac prouehat. Nam [h] *timor Domini expellit peccatum: & qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* [i] *Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei: præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.* Demùm [k] *qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.*

l Pſal. 4. a
m Prouer. 2. c
n Pſal. 13 b
o Deut. 32. d Bernar. ſerm. 2. in die Apoſt Petri & Pauli. Item epiſt. 292.
p Iob 21. b
q Prouer. 14. b

E. Cæterùm filij ſeculi huius, qui [l] vanitatem diligunt, & quærunt mendacium: *qui* [m] *lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis*, ante [n] quorum oculos non eſt timor Dei, nihil minùs illi quàm his de rebus cogitationem ſuſcipiunt. [o] *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* His videmus, quod Iob ſanctus aiebat, quotidiè vſuuenire: [p] *Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* [q] *Sic riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occupat.*

TESTIMONIA.

1. A. CHRYSOSTOMVS epiſtola quinta ad Theodorum lapſum, vt ſuprà quæſtione quarta A. teſtimonio primo, & quæſtione quinta A. teſtimonio quinquageſimoſecundo.

Cæci & leproſi adſpectus occaſionem philoſophādi præbet regis filio

2. DAMASCENVS in hiſtoria de Barlaam & Ioſaphat, capite quinto: Cùm igitur Regis filius ad hunc modum foràs crebrò progrederetur, quadam die miniſtrorum obliuione factum eſt, vt duos viros perſpiceret, quorum alter lepra, alter cæcitate laborabat. Quos conſpicatus, atque animi mœſtitia affectus, ab ijs qui ſecum erant, quinam hi eſſent, & quodnam graue hoc ſpectaculum eſſet, percontatus eſt. Illi autem, cùm id, quod in ipſius adſpectum venerat, occultare non poſſent, has humanas calamitates eſſe reſponderunt, quæ ex corrupta materia, & corpore vitioſis humoribus pleno mortalibus contingere ſolerent. Tum ille: Cunctíſne hominibus hæc accidere conſueuerunt? Non cunctis, inquiunt illi, verùm ijs duntaxàt, quorum valetudo propter improbos humores deprauata ſit. Rurſùm igitur ſciſcitari perrexit adoleſcens: Si non omnes homines in has calamitates incidere conſueuerunt, ſed quidam duntaxàt, exploratúmne eſt, quinam ſint, quos malorum acerbitates arrepturæ ſint, an contrà citra vllam diſtinctionem, atque ex improuiſo conflantur? Et quis tandèm hominum, reſponderunt illi, futura perſpicere, ac perfectè intelligere queat? Hoc enim humanæ naturæ captum excedit, ac ſolis immortalibus dijs attributum eſt. Hîc percontādi quidem finem fecit Regis filius: verùm ex huiuſmodi ſpectaculo dolorē animo cepit, reíq; nouitate ità affectus eſt, vt oris ipſius forma immutaretur. Rurſùm

Digitized by Google

Senis adſpectus, mortis & nouiſſimorum ingerit cogitationē.

ſùm autem foras progrediēs, in capularem quendam ſenem incidit, rugata facie, fractis ac diſſolutis tibijs, curuo corpore, capite prorsùs cano, qui præterea dentibus carebat, atque conciſum quiddam & interruptum loquebatur. Stupore itaque correptus, cùm hominem eum propiùs ad ſe adduci iuſſiſſet, eos, qui tum aderant, interrogabat, ecquidnam tam inſolens ſpectaculum eſſet. Illi autem dixerunt: Hic ætate valdè prouectus, ac paulatìm decedentibus ipſi viribus, membríſque imbecillitatem contrahentibus, ad hanc, quam cernis, ærumnam peruenit. Et quiſnam, inquit ille, ipſius finis eſt? Nihil aliud, inquiunt illi, quàm mors ipſum excipiet. Omnibúſne hominibus, inquit ille, hoc propoſitum eſt, an quibuſdam duntaxàt contingit? Reſponderunt illi: Niſi mors anteuertens, aliquem hinc abducat, fieri non poteſt, quin temporis progreſſu ſtatus huiuſce periculum non faciat. Tum adoleſcens: Quoto anno hoc cuipiam contingit? atque prorſúsne mori neceſſe eſt, neque ars vlla eſt, qua mortem effugiamus, atque in hanc calamitatem

Mortis vicinitas, & moriendi neceſſitas.

minimè incidamus? Dicunt ei: Octogeſimo aut centeſimo anno ad hanc ſenectutem homines perueniunt, ac deindè moriuntur: nec aliter fieri poteſt. Debitum enim naturale mors eſt, hominibus ab initio impoſitum: neque vlla ratione ipſius aduentus vitari poteſt. Hæc omnia vt ſagax ille ac prudens adoleſcens audiuit, atque intellexit, intimo corde ingemiſcens, dixit: Acerba hæc vita eſt, atque omni dolore ac mœſtitia plena, ſi res

Incertus mortis aduentus.

ità ſe habet. Et quonam modo quiſpiam in incertæ mortis expectatione, cuius aduentus non modò vitari non poteſt, ſed etiam, vt dixiſtis, incertus eſt, ſecuro animo erit? Abijtq́; hæc ſecum voluens, atque aſſiduè conſiderans, mortiſq́; memoriam identidèm animo repetens, ac deincèps in doloribus animíque conſternatione viuens, atque in perpetuo mœrore degens. Atque apud ſe dicebat: Ergóne mors me aliquando corripiet? Et quiſnam erit, qui meî poſt mortem meminerit, cùm tēpus omnia obliuione contriuerit? Num præterea morte functus in nihilum diſſoluar: an contrà altera quædam vita eſt, & alter mundus? Hæc, & his ſimilia, perpetuò cogitans, pallore conficiebatur.

Mortis memoria à mūdi voluptatibus auocat.

3. CAPITE duodecimo: Diuinam hanc profeſſionem peccatum propulſare, atque incorruptionis per diuinum baptiſma nobis conceſſæ ſociam & opitulatricem eſſe perſpectum habemus. Ac beatorum illorum virorum ſermonibus adducti, caducas atque interitui obnoxias huiuſce vitæ res magnoperè condemnamus, in quibus nihil firmum & æquabile, quodq́; eundem ſemper ſtatum retineat, inueniri poteſt, verùm omnia vanitas ſunt, & afflictio ſpiritus, multas temporis puncto mutationes ferens. Siquidem inſomnijs, & vmbris, ac ventis aërem perflantibus imbecilliora ſunt. Quorum parua & breuis voluptas eſt, immò non voluptas, ſed fraus quædam & impoſtura peruerſitatis mundi, quem nullo modo diligere, verùm potiùs ex animo odiſſe atque inſectari docemur.

Nihil ſtabile in rebus mūdanis.

Eccles 1.

Cur mundus odio dignus.

Ac ſanè odio ac deteſtatione dignus eſt. Nam quicquid amicis ſuis dono dat, idē rursùs animo irato eripit, atque omni bono ſpoliatos, ignominiaq́; indutos, grauibuſq́; ſarcinis onuſtos, ad ſempiternam calamitatem tranſmittit. Et quos in ſublime attollit, extremę humilitati atque afflictioni obnoxios quamprimùm reddit, hoſtiumq́; ſuorum ludibria exponit. Huiuſmodi enim ſunt ipſius beneficia: huiuſmodi ipſius munera. Amicorum enim ſuorum hoſtis eſt: omnibúſque, qui ipſius voluntatibus obſequuntur, inſidias ſtruit: horrendum videlicet in modum eos, qui ipſi innituntur, cōturbans, & eorum, qui fiduciam ſuam in eo collocant, neruos omnes elidens. Cum ſtultis fœdus ſancit, falſaſq́; pollicitationes init: hoc tantùm animo, vt eos ad ſe pertrahat. Illis autem ſincero animo ſeſe ad ipſum adiungentibus, improbus ipſe ac mendax eſſe comperitur, nihil eorum, quæ pepigerat, præſtans. Nam cùm iucundis cibis eorum fauces hodiè deliniuit, cras eoſdem hoſtibus ſuis deuorandos obijcit. Hodiè Regem aliquem creat: & cras eundem in miſeram ſeruitutem addicit. Hodiè innumeris bonis florentē reddit: cras mendicum & mancipiorum mācipium. Hodiè inſignem coronam ipſius capiti imponit; cras ipſius faciē terræ allídit. Hodiè ipſius collum ſplendidis dignitatum honoribus exornat: cras eundem ferreis catenis vinctum deijcit. Ad breue tempus omnium amorem ac beneuolentiam ipſi conciliat: aliquantò pòſt autem eidem omnium odium & execrationem conflat. Hodiè ipſum voluptate afficit: & cras eundem luctibus ac lamentis conficit. Quemnam autem etiam ipſis finem imponat, audi. Incolas enim gehennæ, eos à quibus adamatus eſt, miſerandum in modum efficit. Hæc ſemper ipſius mens ac ſententia eſt, hoc inſtitutum. Nec eos, qui præterierunt, luget: nec eorum, qui relicti ſunt, commiſeratione afficitur. Illis enim graui detrimento mulctatis, retibúſque ſuis incluſis, ad hos rursùs artem ſuam transferre nititur, neminem videlicet, qui periculoſos ipſius laqueos effugiat, eſſe cupiens.

Mūdus quàm infidelis, & ingratus ſit ac fallax.

Mundi amatores & ſerui cui cōparentur.

Quamobrem eos, qui tā peſtifero ac crudeli domino ſeruiunt, quiq́; à bono ac benigno per ſummam dementiam ſeipſos remouentes, rebus præſentibus inhiant, & intabeſcunt, nec futura vllo modo cogitant, verùm ad corporeas quidem voluptates ſine vlla intermiſſione ſeſe conferunt, animas autem ſuas fame confici & innumeris malis conflictari ſinunt, homini à furentis vnicornis facie fugienti ſimiles eſſe cenſeo, qui cùm clamoris ipſius ſonum, atque horrendos mugitus ferre nequeat, magno impetu, nè ipſi in prædam cedat, aufugit. Dum autem celeriter currit, in ingentem quandam ſcrobem ruit, ac ruendo manus extendens, arborem quandam arripit, eamq́; arctiſſimè retinet, atque gradu quodam affirmatis pedibus, pacata deincèps omnia, atq; ab omni periculo aliena eſſe arbitratur. Reſpiciens autem, duos mures cernit, alterum candidum, alterum atrum, arboris illius, quam arripuerat, radicem perpetuò corrodentes, iamq́; penè eam amputantes. Atque inſuper, cōiectis in imam ſcrobem oculis, horrendum draconem conſpicit, adſpectu ipſo ignem ſpirantem, ac toruis oculis ipſum intuentem, horrendéque ipſi deuorando inhiantem. Ac rursùm in gradu illo, cui pedes ipſius innitebantur, oculorum acie defixa, quatuor aſpidum capita videt, è pariete, in quo conſiſtebat, prominentia. Sursùm autem oculos conuertens, nonnihil mellis ex arboris illius ramis ſtillans perſpicit. Quocirca calamitatum earum, quibus vndiquè obſidebatur, & vrgebatur, omiſſa conſideratione, nimirùm quonam pacto externè quidem vnicornis vehementi furore percitus eum deuorare quæreret, ab inferiore autem parte acerbus draco eum deglutire vehemēter expeteret, ac rursùs arbor ea, quam arripuerat, iam iamq́; amputanda eſſet, pedes deniquè ipſius lubicro & infido gradui inniterentur: horum inquam tantorum periculorum oblitus, in exigui illius mellis dulcedine percipienda ſeipſum occupauit. Hæc eorum, qui præſentis vitæ ludibrijs intabeſcunt, figura eſt: cuius quidem explanationem protinùs tibi exponam.

Expoſitio ſimilitudinis.

Vnicornis igitur mortis typum gerit, quæ ſemper mortalium genus perſequitur, atque arripere contendit. Scrobs autem mundus eſt, qui omnis generis malis ac mortiferis laqueis ſcatet. Arbor ea, quam compreſſis manibus tenemus, & quæ à duobus muribus indeſinenter arroditur, cuiuſque hominis vitę curriculum eſt: quod quidem per diei ac noctis

horas

horas abſumitur & conficitur, ac paulatim ad exciſionem accedit. Quatuor autem aſpides, humani corporis ſuper quatuor lubrica & inſtabilia elementa conſtitutionem deſignant: quę cùm immoderatè ſe habent, ac perturbantur, corporis compages diſſoluitur. Adhæc igneus ille ac truculentus draco, horrendum inferni ventrem adumbrat, qui eos ſuſcipere geſtit, qui præſentes voluptates futuris bonis anteponunt. Mellis verò guttula diſtillans, mundi iucunditatem & dulcedinem ſignificat, per quam ille amicos ſuos ludificans, eos ſaluti ſuæ proſpicere minimè ſinit.

4. CAPITE decimotertio: Hanc parabolam maiorem in modum comprobans Ioſaphat, dixit: Quàm verus hic ſermo eſt, ac concinnitatis omnis plenus! Quamobrem nè te quęſo huiuſmodi figuras mihi aſſiduè demonſtrare pigeat: quò certò intelligam qualis noſtra vita ſit, & quas res amicis ſuis accerſat. Dixit autem Senex: Similes rursùm ſunt ij, qui voluptatum huius vitæ amore capti, earumq́ſuauitate deliniti, res fluxas & imbecilles futuris atq́ à iactatione alienis antiquiores habuerunt, homini, qui tres amicos habuit, ex quibus duos quidem ingenti animi affectu colebat, ac vehementer amabat, adeò vt ad mortem vſque pro ipſis dimicare, ac pericula quęuis adire minimè recuſaret: tertium autē admodùm aſpernabatur, ità vt nec honorem vnquàm, nec, quam par erat, beneuolentiam ipſi præſtaret, ſed exiguam quandam duntaxàt, eamq́ fictam ac ſimulatam amicitiam exhiberet. Venerunt autem quodam die immanes atque horrendi milites, qui eum ſumma cum feſtinatione ad Regem traherent, vt decem millium talentorum, quę debebat, rationem redderet. Ille igitur in ſummam anguſtiam redactus, aliquem quærebat, qui in metuenda illa rationum apud Regem redditione opem ipſi ferret. Currens itaque ad primum, omniúmque aliorum chariſſimum amicum, ad eum ait: Non te fugit, ô amice, quemadmodùm tua cauſa vitam meam ſemper in diſcrimen adduxerim. Nunc autem hodierno die, vrgente neceſſitate, ope tua atque auxilio indigeo. Ecquid ergò te mihi auxilio fore polliceris? & quęnam in te, vir chariſſime, ſpes mihi conſtituta eſt? Reſpondens autem ille ait: Amicus tuus non ſum, ô homo, nec qui ſis noui. Sunt enim mihi alij amici, quibuſcum hodiè oblectari me oportet: quóſque in poſterum pro amicis habiturus ſum. Quare duo tantùm cilicia tibi porrigo, vt ea in via, qua pergis, habeas: quæ etiam ipſa nihil tibi emolumenti allatura ſunt: nec eſt quod à me quicquam expectes. Hæc ille audiens, ac de auxilio, quod ab eo expectabat, ſpem omnem abijciens, ad ſecundum amicum ſe confert, ad eúmque ait: Recordare, amice, quantum à me honoris & beneficiorum acceperis. Hodierno autem die in maximam calamitatem & afflictionem prolapſus, opitulatore aliquo opùs habeo. Quidnam igitur adiumenti nunc mihi afferre queas, fac ſciam. Ille autem ait: Hodiè mihi per negotia tecum certamen ſubire minimè licet. Curis enim & ſollicitudinibus vndiquè vrgeor, atque in afflictione ſum. Paulùm tamen tecum pergam: quanuìs nihil hinc commodi ad te rediturum ſit: ac pòſt ſtatim domum reuerſus, negotijs meis operam dabo. Inanibus igitur manibus homo indè reuerſus, atque omni ex parte auxilio deſtitutus, de vana ſpe, quam in perfidis & ingratis amicis ſuis collocârat, & de inutilibus laboribus, quos pro ſuo erga eos amore ſuſceperat, ſeipſum deplorabat. Pergit autem etiam ad tertium amicum, quem nec vllo vnquàm loco habuerat, nec lætitiæ ſuæ ſocium adſciuerat. Atque ad eum pudibundo, & in terram deiecto vultu, his verbis vſus eſt: Vix mihi ad te loquendi facultatem os concedit. Etenim illud perſpectiſſimum habeo, me nunquàm tibi benignè feciſſe, nec amico erga te animo fuiſſe. Cęterùm quoniam grauiſſima calamitate oppreſſus in reliquis meis amicis nullam ſalutis ſpem inueni, ad te accedo, teq́ rogo atque obſecro, vt ſi exiguam aliquam opem mihi afferre queas, nè id, ingratitudinis meæ memor, facere recuſes. Ille autem hilari & amœno vultu ait: Sanè ſinceriſſimū amicum meum te eſſe profiteor: atque exiguæ illius tuæ erga me beneficētiæ memor, eam tibi hodierno die cum fœnore rependam. Quocircà nè metuas ac pertimeſcas. Nā ego ante te proficiſcar, Regemq́ tuo nomine obſecrabo, nè te hoſtiū manibus dedat. Quare fac bono animo ſis, vir amiciſſime, nec te mœrore excrucies. Tum ille compunctione affectus, & lachrymis perfuſus, dicebat: Heu me miſerum, quidnam priùs deflebo ac lamentabor? Vanámne meam in immemores & ingratos falſos illos amicos beneuolentiam condemnabo? an potiùs inſanam eam ingratitudinem, qua in hunc verum & ſincerū amicum vſus ſum, inſectabor? Ioſaphat autem hunc ſermonem non ſine admiratione ſuſcipiens, eius explicationem requirebat. Dixit itaq; Barlaam: Primus amicus, opum copia eſt, & diuitiarum amor, ob quem homo in ſexcēta pericula incidit, ac multas ęrumnas perfert. Cùm autē extremus vitæ dies clauſus eſt, ex illis omnibus opibus præter inutiles quoſdam pannos, qui ad funus adhibentur, nihil omninò ſecum accipit. Secundus autem amicus, vxor ac liberi ſunt, cæteríque cognati & familiares, quorum affectione ac beneuolentia conſtricti tenemur, vt ab his diuelli vix queamus, ac præ eorum amore corpus etiam & animam noſtram negligamus. Ex ipſis porrò nemo in mortis hora vtilitatis aliquid percipit, niſi quòd ad ſepulcrum vſque duntaxàt cadauer comitantur: ac protinùs domum reuerſi, ſuis curis ac negotijs operā dant, memoriam eius, qui quondàm ipſis charus erat, non minùs obliuioni, quàm corpus ſepulcro, relinquentes. At verò tertius amicus, qui contemptui ac faſtidio erat, cuiusq́ aditum horremus & auerſamur, optimorum operum chorus eſt, hoc eſt fides, ſpes, charitas, miſericordia, benignitas, reliquusq́ virtutum cœtus, qui quidem ante nos, cùm è corpore excedimus, proficiſci, ac noſtra cauſa Deum precibus inflectere, atque ab hoſtibus noſtris & horrendis exactoribus, qui de referendis rationibus acerbam nobis in aëre litem mouent, ac crudeliter nos arripere contendunt, liberare poteſt. Hic nimirùm eſt candidus ille, ac probus & gratus amicus, qui quamlibèt etiam exiguum bonum noſtrum opus memoria tenet, ac cum fœnore nobis illud rependit.

Quibus ſimiles ſint amatores ſecularium delectationum.

Explicatio præcedentis ſimilitudinis

Bonorū operum auxiliū in morte & poſt mortem.

5. CAPITE decimoquarto: Rursùm igitur Ioſaphat dixit: Vtinàm tibi à Domino Deo tuo omnia fauſta & iucunda ſint, hominum ſapientiſſime. Siquidem optimis tuis aptiſq́ ſermonibus animum meum exhilarâſti. Quocircà vanitatis huius mundi rursùm imaginem mihi exprime: & qua ratione hanc vitam in pace ac ſecuritate peragrare queam. Excipiens igitur ſermonem Ioſaphat, ait: Huiuſce quoquè quæſtionis ſimilitudinem audi. Vrbem quandam magnam extitiſſe accepi, in qua ciues hoc in more atque inſtituto poſitum habebant, vt peregrinum quendam & ignotum virum, ac legum & conſuetudinum ciuitatis omninò rudem & ignarum acciperent, eumq́ ſibijpſis Regem conſtituerent, penès quem per vnius anni curriculum rerū omnium poteſtas eſſet, quíque liberè & ſine vllo impedimento quicquid vellet, faceret. Pòſt autem, dum ille omni prorsùs cura vacuus degeret, atque in luxu & delicijs ſine vllo metu verſaretur, perpetuúmque ſibi regnum fore exiſtimaret, repentè aduerſùs eum inſurgentes, regiámque ipſi veſtem detrahentes, ac nudum per totam vrbem tanquàm in triumphum agentes, in magnam quandam

Vanitas mū di [illegible]

Digitized by Google

quandam ac longè remotam inſulam eum relegabant, in qua nec victu, nec indumentis ſuppetentibus, fame ac nuditate miſerrimè premebatur, voluptate ſcilicet atque animi hilaritate, quæ prǽter ſpem ipſi conceſſa fuerat, in mœrorem rurſus præter ſpem omnem & expectationem commutata. Contigit ergò, vt pro antiquo ciuium illorum more atque inſtituto vir quidam magno ingenij acumine prǽditus ad regnũ adſciſceretur. Qui ſtatim ſubita ea felicitate, quæ ipſi obtigerat, haudquaquàm præceps abreptus, nec eorum, qui ante ſe regiam dignitatem obtinuerant, miſereq; eiecti fuerant, incuriam imitatus, animo anxio ac ſolicito id agitabat, quonã pacto rebus ſuis optimè conſuleret. Dum ergò crebra meditatione hæc ſecum verſaret, per ſapientiſſimum quendam conſiliarium de ciuium conſuetudine, ac perpetui exilij loco, certior factus eſt: quonámque pacto ſine vllo errore ipſe ſibi cauere deberet, intellexit. Cùm igitur hoc cognouiſſet, futurúmque propediém, vt ad illam inſulam ablegaretur, atque aduentitium illud & alienum regnum alijs relinqueret, patefactis theſauris ſuis, quorum tũc promptum ac liberum vſum habebat, auríque atque argenti, ac pretioſorum lapidum ingenti mole famulis quibuſdam, quos fidiſſimos habebat, tradita, ad eam inſulam, ad quam abducendus erat, præmiſit. Vertente autem anno, ciues cõmota ſeditione nudum eum, quemadmodùm ſuperiore Reges, in exilium miſerunt. Ac cæteri quidem amentes, & breuis temporis Reges, grauiſſima fame laborabant: ille contrà, qui opes ſuas præmiſerat, in perpetua rerum copia vitam ducens, atque infinita voluptate fruens, perfidorum ac ſceleratorum ciuium metu prorſus abiecto, ſapientiſſimi conſilij ſui nomine beatum ſe prǽdicabat. Hîc porrò, per ciuitatem vanum hũc atque impoſtorem mundum intellige. Per ciues autem, principatus & poteſtates dæmonum, ac mundi rectores tenebrarum huius ſeculi, qui nos per voluptatis mollitiem ineſcant, atque in animum nobis inducunt, vt de rebus caducis & interituris, velut de immortalibus cogitemus, tanquàm ſcilicet earũ fructus nobis perpetuus ac ſempiternus futurus ſit. Cùm igitur ad hunc modum decepti, atque in fraudem impulſi ſumus, nec de certis illis ac ſempiternis vllũ vnquàm conſilium inijmus, nec nobis in futurum æuum quicquã recondidimus, repẽtinus nobis mortis interitus ingruit. Ac tum demùm nudos nos atque omnibus huius vitæ rebus ſpoliatos improbi illi ac ſæui tenebrarum ciues accipientes (vt qui illis tempus omne impenderimus) in terrã tenebroſam & obſcuram abducunt, in terram ſempiternę caliginis, vbi lux non eſt, nec mortaliũ vitam intueri licet. Per probum verò conſiliarium, qui prudenti, ac perquàm ſapienti illi Regi omnia verè aperuit, ac ſalutaria conſilia tradidit, me vilem & humilem homunculum intellige, qui huc idcircò venio, vt tibi viam bonam, & ab omni errore liberã commonſtrem, teq; ad ſempiterna & nunquàm finienda bona traducam, illicq; omnia tua recondere ſuadeam, contraq; te ab impoſtore hoc mundo abducam. Quem quidem ipſe quoquè aliquando miſerè amabam, eiuſq; voluptates & oblectamenta complectebar. Cæterùm cùm rectis mentis oculis animaduertiſſem, quemadmodùm in his rebus vniuerſa mortalium vita conteritur, alijs nimirùm accedentibus, alijs decedentibus, nec vllo omninò firma & ſtabili ſede conſtituto, hoc eſt, nec diuitibus & copioſis in opibus, nec potentibus in potentia, nec ſapientibus in ſapientia, nec ijs, quibus proſperè res ſuccedunt, in proſperitate, nec luxui deditis in luxu & cupedijs, nec ijs, qui ſecurè ſibi viuere videtur, in inani ſua & imbecilliſſima ſecuritate, nec in vlla alia re ex ijs, quæ laudibus efferuntur: verùm hęc res torrentium aquarum in profundum mare labentium tranſitui ſimilis eſt (eodem enim modo fluxa ſunt & fragilia omnia præſentia) hinc ſcilicet hęc omnia vana eſſe, neque quidquam vtilitatis habere intellexi. Vide etiam capite ſexto ſimilitudinem de Rege, qui tubam mortis miſitante domum fratris ſui, à quo repræhenſus fuerat, quòd ex regali curru deſiliens, duos viros vilibus veſtimentis indutos ceu mortis præcones, oſculatus fuiſſet.

Explicatio antecedentis ſimilitudinis (margin, beside "prǽdicabat. Hîc porrò")

6. ECCLESIASTIS primo, vt in textu.

7. HIERONYMVS in caput primum Eccleſiaſtæ, in ea verba, Vanitas vanitatum &c. *[Vanitas vanitatum.]* Si cũcta quæ fecit Deus ſunt valdè bona, quomodò omnia vanitas, & non ſolùm vanitas, verùm etiã vanitas vanitatum? Vt ſicut in Cantico canticorum inter omnia carmina, excellens carmen oſtenditur: ità in vanitate vanitatũ, vanitatis magnitudo monſtretur. Tale quid & in pſalmo ſcriptum eſt: *[Pſal. 38.]* Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. Si viuens homo, vanitas eſt: ergò mortuus, vanitas vanitatum. Legimus in Exodo, *[Exod. 34.]* glorificatum vultum Moyſi intantùm, vt filij Iſrael in eum adſpicere non poſſent. Quam gloriam Paulus Apoſtolus, ad comparationem euangelicę gloriæ, dicit *[2. Cor. 3.]* eſſe nõ gloriam. Nam nec glorificatum eſt, inquit, quod glorificatum fuit in hac parte, propter excellentem gloriam. Poſſumus igitur & nos in hũc modum cælũ, terram, maria & omnia quæ in hoc circulo continentur, bona quidem per ſe dicere, ſed ad Deum comparata, eſſe pro nihilo. Et quomodò ſi igniculum lucernæ videns, contentus eſſem eius lumine, & poſteà orto ſole non cernerem quod lucebat; ſtellarum quoquè lumina iubare viderem ſolis abſcondi. Ità adſpiciens elemẽta & rerum multiplicẽ varietatem, admiror quidem operum magnitudinem; recogitãs autem omnia pertranſire, & mũdum ſuo fine ſeneſcere, ſolumq; Deum illud ſemper eſſe quod fuerit: cõpellor dicere non ſemèl, ſed bis: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. In Hebræo pro vanitate vanitatum Habel habalim ſcriptum eſt: quod, exceptis Septuaginta interpretibus, omnes ſimiliter tranſtulerunt, ἀτμὶς ἀτμῶν: quod nos poſſumus vaporem fumi & auram tenuem, quæ citò reſoluitur, appellare. Caducum itaque nonnihil ex hoc verbo vanitatis oſtenditur. Quæ enim videntur, vt ait Apoſtolus, *[2. Cor. 4.]* temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna. *[Rom. 8.]* Siue quia vanitati creatura ſubiecta eſt, & ingemiſcit, & parturit, & præſtolatur reuelationem filiorum Dei: & nunc ex parte cognoſcimus, & ex *[1. Cor. 13.]* parte prophetamus. Tam diù enim omnia vana ſunt, donèc veniat quod perfectum eſt. Quid ſupereſt homini &c. Poſt generalem ſententiã quòd *[Vanitas vanitatum.]* vana ſint omnia, ab hominibus incipit: quòd fruſtrà in mundi iſtius labore deſudent, congregantes diuitias, erudientes liberos, ambientes honorem, ædificia conſtruentes; & in medio opere ſubita morte ſubtracti, audiunt: Inſipiens, hac nocte *[Lucæ 12.]* auferetur anima tua à te: quę autem paràſti, cuius erunt? maximè cùm ex omni labore nihil ſecum ferant, ſed nudi in terram redeant, de qua ſumpti ſunt.

8. GREGORIVS Magnus libro quinto, capite ſecundo in librum primũ Regum: Vanitas vanitatum, *[Eccles 1.]* & omnia vanitas. In comparatione etenim æternorũ bonorum, vana ſunt omnia, etiam *[Quomodò omnia vana.]* bona temporalia. Quicquid enim in hoc ſeculo lætum, delectabile, ſublime, aut proſperum cernitur, vanum profectò eſt: quia difficilè habetur, & citò amittitur. Repentè quidem alta ſeculi corruunt, pulchra tranſeunt, læta & proſpera euaneſcũt. Nam cùm ſtare in his floribus ſuis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur: aut feſtina, & omnia deturbante morte concluditur. Vana ergò ſunt gaudia ſeculi, quæ quaſi manentia blandiuntur: ſed amatores ſuos citò tranſeundo decipiunt.

Digitized by Google

Memoria mortis à peccato reuocat maximè.

1\. B. AVGVSTINVS libro ſecundo de Geneſi contra Manichæos, capite vigeſimooctauo: Nihil ſic reuocat homines à peccato, quẽadmodùm imminentis mortis cogitatio.

2\. IDEM ſermone centeſimo vigeſimo de tempore: Irremediabile periculum eſt, ſic aliquem vitijs & cupiditatibus frena laxare, vt ſe rationem Deo non meminerit redditurum. Puto quia magna ſit iam peccati pœna, metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij. Et poſt pauca: Sed nè fortè, chariſſimi, aliquem nimìs ſecurum faciat aut remiſſum tam noua felicitas credulitatis, nè fortè dicat aliquis in corde ſuo; Nõ me vſqueadeò conturbet & cruciet rea cõſcientia, non me vſqueadeò contriſtet culpabilis vita, video ſub momento, video ſub exiguo ſpatio latroni crimina ſua donata, & mihi reſoluta mente concipiuntur. Primùm conſiderandũ in latrone illo, nõ ſolùm credulitatis compendium, ſed deuotio, ſed temporis illius, ſub quo hæc agebantur, occaſio, quo iuſtorum legitur titubâſſe perfectio. Deindè antè mihi fidem latronis oſtẽde, & tunc tibi latronis beatitudinem pollicere. Immittit diabolus ſecuritatem, vt inferat perditionem; neq; dinumerari poſſunt, quantos hæc inanis ſpei vmbra deceperit. Deterreant, quæſo nos ab hac perſuaſione innumerabiles populi, ſub tali ſecuritate nudi & vacui bonis, & malis pleni, ex hac luce prærepti. Quotidiè expaueſcendo trànſitus noſtri & commigrationis incerta, quæ & modò vel inſperata vel ſubita ſunt, & in ęternum remedijs caritura ſunt: pręueniendus eſt dies, qui pręuenire conſueuit. Ipſe ſe ſeducit, & de morte ſua ludit qui hoc cogitat, poteſt mihi extremi temporis indulgentia ſubuenire. Non eſt hoc. Primùm, quia periculoſiſſima eſt in vltmum diem promiſſa ſecuritas: Deindè, ſtultiſſimum eſt, vt cauſa quæ de neceſſitatibus agitur ęternis, inutilitatibus vitæ deficientis committatur extremis. Odibile eſt apud Deum, quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſeruatæ liberiùs peccat. Credite, chariſſimi, difficile eſt, vt callida diſſimulatio ordinandæ conſummationis obtinere digna ſit facultatem. Apud illum cordis interpretem, ars non admittetur ad ſalutem. Ille autem de quo locuti ſumus, beatus latro, beatus inquam, non iam iuxta viam inſidias tendens, ſed viam ipſam in Chriſto tenens, ac vitæ prædam ſubitò rapiens, immutato genere, & noua ſpolia de morte propria reportans, ille nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatus ſui in momenta vltima infelici fraude poſuit, nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis nouiſſimum reſeruauit, nec religionem antè, nec Chriſtũ ſciuit. Quod ſi ſcîſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior factus eſt in regno. Ergò etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad conſequendam fidem, non fuit extrema hora illa, ſed prima. Opùs eſt ergò, vt ſibi homo quotidiano actu prouideat, & procuret conſummationem: opùs eſt, vt tota vita noſtra talis ſit in conuerſatione, vt liberi mereamur eſſe in fine. Inceſſabiliter diem tranſitus noſtri & tempus iudicij cogitantes, nos quoquè cum latrone iugiter proclamemus: Memento meî Domine, cùm vẽneris in regnum tuum.

Iudicij memoriã & metũ depoſuiſſe, magna peccati pœna eſt. Cõtra eos qui latronis exẽplo ad ſecuritatem abutũtur, & ad dilationem pœnitentiæ.

Timor mortis & ad eam præparatio.

Præparatio ad mortem.

Lucæ 23.

3\. GREGORIVS homilia trigeſimanona in Euangelia: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis. Suam hîc diem habet anima peruerſa, quæ tranſitorio gaudet in tempore. Cui ea quæ aſſunt, ad pacem ſunt: quia dum rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate reſoluitur, dum nulla venturæ pœnę formidine terretur, pacem habet in die ſua, quæ graue damnationis ſuæ ſcandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda eſt, vbi iuſti lætabuntur: & cuncta quæ modò ei ad pacem ſunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur: quià rixari ſecum incipiet, cur damnationem quam patitur, non expauit: cur à proſpiciendis malis ſequentibns oculos mentis clauſit. Vndè ei dicitur: Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Peruerſa quippe anima rebus præſentibus dedita, in terrenis voluptatibus reſoluta, abſcondit ſibi mala ſequẽtia, quia præuidere futura refugit, quæ præſentem lætitiam perturbant: dúmque in præſentis vitæ oblectationibus ſe deſerit, quid aliud quàm clauſis oculis ad ignem vadit? Vndè benè ſcriptum eſt: In die bonorum nè immemor ſis malorum. Et indè per Paulum dicitur: Qui gaudent, tanquàm non gaudentes ſint: quia & ſi qua eſt præſentis temporis, ità eſt agenda lætitia, vt nunquàm amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria: quatenùs dum mens pauida extremæ vltionis timore transfigitur, quantum nunc pręſens lætitia, tantum pòſt ira ſubſequens temperetur. Hinc nanque ſcriptum eſt: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum. Sequentis enim ira iudicij tanto tunc diſtrictior portabitur, quanto nunc & inter culpas minimè timetur. Sciendum nobis eſt, quia veritatis verbis veraciter erudimur, ſi extrema mala noſtra formidolosè & indeſinenter adſpicimus: iuxta hoc quod per quendam ſapientem dicitur: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Penſare quippe quotidiè debemus, quod ex eiuſdem voce noſtri redemptoris audiuimus: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Dum enim diſtrictus iudex ſuſtinet, & adhuc manum non exerit in percuſſionem: dum à retributione vltionis vltimæ eſſe quædam temporis ſecuritas videtur: debemus penſare malum quod ſequitur, penſantes gemere, gementes ea quæ commiſimus peccata indeſinenter adſpicere, adſpicientes flere, & flentes abſtergere. Nulla nos proſperitas tranſitoriæ laudis lætitiæq; diſſoluat, nec mentis noſtræ oculos ea quæ ſunt tranſitoria obſtruant, nè cæcos ad ignem ducant. Si enim dſtrictè penſetur, cuius ſit ponderis improperium, ex ore veritatis agnoſcitur: cùm negligenti & futura non proſpicienti dicitur: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Nam cogitandum valdè eſt, quantum nobis erit terribilis hora noſtræ reſolutionis, &c. vt ſuprà de Sacramento extremæ Vnctionis, quæſtione tertia, C. teſtimonio quarto.

Lucæ 19.

Obliuio nouiſſimorum quàm pernicioſa.

Eccli 11.

1\. Cor. 7.

Amaritudo iudicij à memoria non recedat.

Prouer. 28.

Nouiſſima in memoriam reuocanda.

Eccli 7.

Hora mortis terribilis.

4\. ISIDORVS libro tertio de ſummo bono, capite vltimo: Quanuìs ſancti ab huius vitæ ærumnis liberari ſe cupiãt, citò volentes exire de corpore, Dei tamen diſpenſatione plerunquè diù in hac vita verſantur: vt per longa tolerantiæ experimenta, ſolidiùs eorũ patientia roboretur. Multi odio vitam habent, & tamen mori timent: quod pleriſque in anguſtia cõtingere ſolet: ſicq; contrario affectu, & viuendi habent tædium, & moriendi metum. Solicitè debet vnuſquiſque viuere, & ſemper terminum vitæ ſuę conſiderare, vt de contemplatione illius, animus ſe ſemper ad alta ſuſtollat, & huius ſeculi blanditias cum timore caueat. Scriptum eſt enim: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Venturi exitus ignorãtia incerta eſt, & dum mori quis non exiſtimat, tollitur. Vndè vnuſquiſque feſtinet, nè in iniquitatibus ſuis rapiatur, ſimúlque finiatur vita cum culpa. Nam incentor diabolus eos, quos viuentes accendit ad vitia, ſubitò morientes pertrahere molítur ad tormenta. Sæpè diuites in hac fallaci vita, dum de potentiæ gloria, vel rerum abundantia geſtiũt, ab his repentè, hora qua neſciunt, improuiſo exitu rapiuntur: atque abſorbente profundo, cruciandi æternis gehennæ incendijs deputantur. De quibus

Cur habenda eſt mortis memoria.

Eccli 7.

Hora mortis incerta.

Mors repẽtina & improuiſa.

Digitized by Google

Iob 21. In quorum mors & pœna quomodò alijs proſit.

quibus benè per prophetam dicitur: Ducunt in bonis dies ſuos,& in punctò ad inferna deſcendūt. Iniquus moriens qui imitatione ſua multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos à culpa reuocat terrore tormenti. Quod etiam Pſalmiſta teſtatur, dicens: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam impiorum, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum. In peccatorum enim morientium ſanguine iuſti lauant manus: quia dum eorum pœna conſpicitur, conſpicientis vita mundatur. Cuius enim talis tam crudelis exitus cernitur, non ſolùm qui viderit, refugit, ſed alios etiam ab imitatione illius, quanta valuerit exhortatione, compeſcit. In exitu vitæ, animæ electorum nimio terrentur metu, incerti vtrùm ad præmium, an ad ſupplicium tranſeant. Quidam autem electi in fine ſuo purgantur à leuibus quibuſdam peccatis: quidam verò in ipſo exitu ſuo hilareſcunt ex æternorum contemplatione bonorum. Quamuìs quis in hac vita ſit iuſtus, tamen dum ex corpore iſto egreditur, pertimeſcit, nè dignus ſupplicio ſit. Nullus eſt enim homo abſque peccato, nec aliquis poteſt de Dei ſecurus eſſe iudicio, cùm etiam & de ocioſis verbis reddenda ſit ratio. Finem iuſtorum optimum, vocatio trāquilla commendat, vt ex eo intelligantur ſanctorum habere conſortium angelorum, ex quo ab hoc corpore ſine vexatione dura tolluntur. Prauos homines apoſtatæ angeli excipiunt moriētes, vt eis ſint ipſi tortores in pœnis, qui fuerunt ſuaſores in vitijs. Etſi pietas pro defunctis fidelibus flere iubeat, fides tamen pro eis lugere vetat. Illi enim deplorādi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac vita recipit: non quos cæleſtis aula Chriſti lætificandos includit.

Pſal. 57. — In hora mortis timēt, etiā iuſti quandoquè. — Matth. 12. — Differentia inter mortem bonorum & malorum hominum. — Tortores. — Mortui an lugendi.

5. ECCLESIASTICI ſeptimo, vt in textu.

Eccli 7. Nouiſſimorū memoria habenda.

6. BERNARDVS ſermone primo in feſto omnium ſanctorum: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, mortis horrorem, iudicij tremendum diſcrimen, ardentis gehennæ metum ab oculis cordis tui elongari nullatenùs patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miſeriam, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuę: cogita vitę humanę pericula, cogita fragilitatem propriam: & in huiuſmodi cogitatione ſi perſeuerauerìs, dico tibi, parùm ſenties quicquid foris videtur eſſe moleſtum, dum toto corde circa interiorem moleſtiam occuparis. Sed nec patietur Dominus ſine cōſolatione te eſſe, quoniam pater miſericordiarum eſt, & Deus totius conſolationis, & complebitur omninò quod veritas pollicetur: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Concordat autem huic ſententiæ etiam illud quod in Salomone legiſti: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.

Matth. 5. — Eccles 7.

7. ET in ſermone de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio ſexto.

1. C. DEVTERONOMII trigeſimoſecūdo, vt ſuprà quæſtione prima, A. teſtimonio quarto.

2. PROVERBIORVM quarto: Nè declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à malo.

1. D. ECCLESIASTICI primo: Initium ſapientiæ, timor Domini.

2. PSALMO centeſimo decimo: Initium ſapientiæ timor Domini.

3. PROVERBIORVM primo: Timor Domini principium ſapientiæ. Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.

4. ET capite nono: Principiū ſapientiæ, timor Domini: & ſcientia ſanctorum prudentia.

5. IOB vigeſimooctauo: Et dixit homini, Eccè timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

6. ECCLESIASTIS ſeptimo: Qui timet Deum, nihil negligit.

7. PROVERBIORVM decimoquarto: In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit ſpes. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

Timor pœnæ & gehennæ quàm ſit vtilis.

8. CHRYSOSTOMVS homilia decimaquinta ad populum Antiochenum: Niſi bonus eſſet timor, filijs patres pædagogos non præponerent, non legiſlatores ciuitatibus vllos magiſtratus. Quid gehenna grauius? Sed huius metu nil vtilius. Gehennæ nanque timor, regni nobis adfert coronam. Vbi timor eſt, liuor non eſt: vbi timor eſt, pecuniarum amor non vexat: vbi timor eſt, extinctus furor eſt, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis paſſio exterminata. Et ſicut in domo ſtante milite ſemper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala patrantium apparére propiùs audebit: ſic & metu animas noſtras detinente, illiberalium nulla perturbationum facilè nobis ſubrepit, ſed omnes fugiunt, & pelluntur, timoris imperio vndiquè exactæ. Nec hoc ſolùm eſt quod ex timore lucramur, verùm & aliud hoc multo maius. Non enim improbas tantùm noſtras expellit paſſiones, ſed & omnem cum multa facilitate virtutem inducit. Vbi timor eſt, ibi & eleemoſynæ ſtudium, & orationis intentio, & lachrymæ feruentes & continuæ, & gemitus multam habentes compunctionem. Nihil enim tantum peccata quidem cōſumit, virtutem verò creſcere facit & germinare, quantum continui timoris natura. Proptereà qui non viuit in timore, rectè illum agere non eſt facile: ſicut viciſsim cum timore viuentem, eſt impoſſibile peccare. Audi verò & Salomonem omnibus innutritum delicijs, & multa potitum libertate. Quid igitur inquit ille? Melius eſt ire in domū luctus, quàm in domum conuiuij. Quid eſt, quæſo, quod ait? Vbi luctus, & lachrymæ, & gemitus, & dolor, & triſtitia tanta, melius accedere, quàm vbi choreæ, & cymbala, & riſus, & deliciæ, & crapula, & ebrietas. Verùm inquis, Qua de cauſa, quæſo, & quapropter? quoniam illinc quidem dementia, hinc verò modeſtia naſcitur. Lugentium domum ingreſſus, ſtatim lachrymis defunctum proſequitur, etiamſi ſit inimicus. Vidiſti quanto melior hæc quàm illa domus? Ille enim, etiamſi amicus ſit, inuidet: hic autem, etiamſi inimicus ſit, lachrymas dat: id quod omnium maximè Deus exquirit, vt non inſultemus his qui nos contriſtauêre. Non hæc autem ſola datur hinc bona capere, verùm & alia his non minora. Etenim peccatorum quiſque ſuorum reminiſcitur, & tremendi tribunalis, & pœnarum, & iudicij, licèt ſit infinita ab alijs paſſus mala, & domi triſtitias habeat, omnium ipſorum capiens medicinam, ità reuertitur. Cogitans enim quòd & ipſe paulò pòſt hoc patietur, & quòd tranſitoria cuncta præſentia ſunt, ſiue ſuauia ſint, ſiue triſtia, triſtitiam & inuidiam omnem deponēs, & leuem reddens animam, & releuatus ſic domum reuertitur: & hinc manſuetior erit in omnes iam & humanior, benignior & ſapientior, futurorum timore ipſius animam ſubingreſſo, & omnes ſpinas abſumente. Et hæc omnia cognoſcens ille, dicebat quòd melius eſt ire ad domū luctus, quàm ad domum conuiuij. Illinc torpor, hinc anxietas naſcitur: illinc contemptus, hinc timor ad omnem nos virtutem deducens. Niſi bonum eſſet timor, non multos impendiſſet Chriſtus ſermones & longos, de illa pœna & ſupplicio loquens. Timor nil aliud eſt, quàm murus, & munimentum, & turris inexpugnabilis.

Omnem virtutem inducit & à peccato auocat timor — Eccles 7. Ire ad domū luctus cur melius ſit. — Timor murus eſt & turris inexpugnabilis.

Cuius rei intuitu rectè agendum ſit, præmiorum, an ſupplicij.

9. IDEM homilia ſecunda in poſteriorem epiſtolam ad Theſſalonicenſes: Intuitu regni Dei incitemur ad virtutem. Qui quidem animo eſt vehementer dextro virtutiq; dedito, neque timoris, neque regni Dei intuitu ad virtutem inducitur ac permouetur, ſed propter ipſum Chriſtum, quemadmodùm Paulus fecit. Nos verò vel hoc pacto conſide-

Digitized by Google

conſideremus, quæ in regno Dei ſint bona, & quæ in gehēna mala, atq; ità noſipſos corrigamus & inſtruamus, ità noſipſos ad ea quę faciēda ſunt, incitemus & permoueamus.

Vtilitas memoriæ nouiſſimorum.

Si videris in pręſenti vita iucundum quid ac magnificum, cogita regnū Dei, & iſtud nihil eſſe putabis: ſi terribile quid videris, cogita gehennā, & illud etiam deridebis. Si quando te ceperit concupiſcentia corporalis, cogita gehennæ ignem: cogita quàm planè nullius æſtimanda ſit peccati voluptas, quàm ne voluptatem quidem habeat. Si enim earum legum quæ in hoc ſeculo poſitæ ſunt, tantum poteſt metus, vt à malis nos actibus cohibeat:

Timor gehennæ quàm fructuoſus ſit.

multo magis poterit hoc recordatio futurorum, ſupplicium immortale, pœna ſempiterna. Si metus terreni regis à tantis nos malis abducit, quanto magis regis æterni? Vndè poterimus ergò continuum habere timorem?

Timor quomodò acquiritur.

Si continuè ſcripturas audierimus. Etenim ſi adſpectus duntaxàt mortui hominis mentem noſtram adeò pauore contrahit, quanto magis gehenna & ignis ille inextinguibilis? quanto magis vermis non moriens?

Gehennæ cogitatio vtiliſſima eſt.

Si perpetuò gehennam recogitaremus, non ſtatìm in illam incideremus. Propterea ſupplicium minatus eſt Deus. Niſi aliquid profectus in ſe haberet gehennæ reputatio, vtiquè iam non eſſet illam minatus Deus. Verùm quoniam ipſius recordatio magna poteſt efficere, propterea comminationem illius quaſi ſalutare quoddam pharmacum animis noſtris impoſuit. Nè contemnamus itaque tantum lucrum quod hinc generatur, ſed hanc gehennæ comminationem indeſinenter verſemus in prandijs & in conuiuijs.

Inter epulas de gehenna diſſerendum.

Sermocinatio quippe quæ de rebus eſt iucundis, nihil prodeſt animæ, ſed debiliorem eam reddit: quæ verò de triſtibus eſt & auſteris, quicquid in illa diſſolutum ac fluxum fuerit, amputat & immutat, laxámque illam ac mollem contrahit. Nihil eam iuuerit de theatris diſſerens ac mimis, ſed magis incenderit & pętulantiorem effecerit. Qui aliena curat & curioſè ſcrutatur, etiam pericula illi ex ea curioſitate ſæpenumerò infligit: qui verò de gehenna ſermocinatur, is neque periculum aliquod habebit, & animam caſtigatiorem reddit. Sed vereris verborum grauitatem & moleſtiam? Num ſi de gehenna tacueris, hinc illam extinxiſti? An incendiſti, ſi de ea locutus fueris? Siue locutus de illa fueris, ſiue minùs, feruebit omninò incendium.

Memoria gehennæ à peccato coërcet.
Eccli 7.

Indeſinenter de illa dicito, nè quādoquè in eam incidas. Non poteſt fieri, vt anima de gehenna ſolicitè cogitans, citò peccet. Etenim audi admonitionem optimam: Memor, inquit, eſto nouiſſimorum tuorum, & in æternum non peccabis. Nequit anima pœnas metuens non eſſe ad delinquendum cunctabunda. Timor enim, ſi quidem robuſtus fuerit in animo ac flagrans, nihil in eo mūdani relinquet. Si enim ſermo de gehenna factus, ità humiliat & pauidum reddit, an cogitatio de illa animis perpetuò immorata, animam non quouis igne magis expurgabit? Regni non ità recordemur vt gehennæ.

Timor ſuppliciorum eſt potentior promiſſione pręmiorum.

Timor enim promiſſione potentior eſt & efficacior. Et noui complures innumera bona promiſſa contempturos fuiſſe, ſi de ſupplicio ſecuri fuiſſent ac liberati, quandoquidem & nunc mihi ſatis eſt, ſupplicio aut pœna non affici.

Nota.

Nemo eorum qui gehennam ob oculos habent, in gehennam incidet: nemo gehennam contemnentium, gehennam effugiet. Quemadmodùm enim apud nos qui quidem iudicia metuunt, iudicijs non damnabuntur: qui verò contemnunt, illi potiſſimùm in ea incidunt: ità & hîc.

Ionæ 3. *Geneſ. 7.* *Geneſ. 19.*

Niſi ſubuerſionem veriti fuiſſent Niniuitæ, vtiquè ſubuerſi fuiſſent. Quia verò illam metuebant, non ſubuertebantur. Si diluuium veriti fuiſſent qui temporibus Noë vixerunt, ſubmerſi ſanè non fuiſſent. Et Sodomitę ſi incendium metuiſſent, combuſti non fuiſſent. Magnum malum eſt, contemnere minas. Qui minas contemnit, cōfeſtìm reipſa ſentiet experientiam.

De gehenna loqui vtile eſt admodùm.

Nihil ità eſt vtile, atquè de gehenna ſermocinari. Quouis argento mundiores nobis animas facit. Audi nanque quid propheta dicat: Quoniam iudicia tua, inquit, in conſpectu meo ſunt ſemper.

Pſal. 17.
Contra delicatis auribus præditos.

Et Chriſtus quoquè de illa diſſerit. Nam etiam ſi moleſtum ſit auditori, plurimùm tamen illi prodeſt. Sunt enim talia, quæcunque vtilia ſunt. Etenim & pharmaca & reliqua medicamenta ægrotum primùm malè habent, & tunc demùm vtilitatem adferunt. Si verò verborum grauitatem & moleſtiam non ferimus, manifeſtum eſt quòd rerum ipſarum afflictionem non feremus. Si nemo ſermones eos qui de gehenna dicuntur, ſuſtinet: liquet neminem, ſi perſecutio nos occupâſſet, ad intentatum ignem ac ferrum vnquàm perſtiturum fuiſſe. Exerceamus auditū noſtrum, nè adeò molleſcat. Nam ex eo & ad res ipſas veniemus. Si aſſueuerimus audire terribilia, aſſueſcemus etiam terribilia ſuſtinere: ſi verò ità molles ac fracti fuerimus, vt ne verba quidem feramus, quando aduerſùm res ipſas perſiſtemus? Et poſt pauca: Quapropter admonens quidam dicit: Omnis narratio tua ſit in lege altiſſimi.

Eccli 9.
Pueris inculcandum Dei iudicium & gehennę ſupplicia.

Proindè obſecro, receptos à nutricibus liberos non anilibus fabulis aſſuefaciamus, ſed ex primæua mox ætate diſcant eſſe iudicium Dei, infigatur animis eorū eſſe ſupplicium. Hic metus ſi radices egerit, magna bona operabitur. Animus enim ab ineunte ętate hac futurorum expectatione ad demiſſionem imbutus, non ſtatìm hunc metum excutiet, ſed quaſi quidam obſequēs equus, velut ſeſſorem habens gehennæ cogitationem, compoſitè ingredietur, & quæ vtilia ſunt loquetur ac dicet, & neque iuuentus, neque diuitiæ, neque orphania, neq; aliud quicquam illi nocere poterunt, adeò robuſtam habenti cogitationem, & omnibus reſiſtere valentem. His ſermonibus componamus & noſipſos, & vxores, & ſeruos, & liberos, & amicos, ſi fieri queat, & inimicos: poterimus enim iſtis ſermonibus multa peccata amputare. Et melius fuerit triſtibus immorari, quàm iucundis.

Memoria gehennę & iudicij habenda.
Luc. 16.

Nè fugiamus quæ de gehenna dicuntur, vt gehēnam ipſam effugiamus. Nè fugiamus ſupplicij memoriam, nè ſupplicio puniamur. Si diues ille ignem hunc cogitâſſet, vtiquè non deliquiſſet: quia verò nūquàm eius in mentem illi venit, propterea in illum incidit. Dic mihi homo: Tribunali Chriſti cùm ſiſtendus ſis, omnia magis loqueris quàm de iſto?

Sermones habendi de iudicio.

Et quidem ſi quando tibi cum iudice cauſa eſt, plerunquè verbotenùs duntaxàt, non nocte, non die, non aliquo temporis articulo, non aliqua hora aliud quid loqueris, ſed ſemper de cauſa illa quā agendam habes. Cùm verò de omni vita tua rationem redditurus, & pœnas daturus ſis, neq; alios etiam pateris qui te iudicij huius admoneant? Atquì propterea cuncta periêre ſemper & intercidêre, quòd humano quidem tribunali temporalium rerum gratia ſiſtendi, neminem non mouemus, neminem non rogamus, indeſinenter de illo ſoliciti ſumus, omnia huius gratia facimus: ad tribunal verò Chriſti venturi, idq; breui, neque per noſipſos aliquid, neq; per alios facimus, iudicem non rogamus, quanuis multum nobis ſpatij ante iudicium permittat, nec in medijs nos abripiat peccatis, ſed permittat vt illa exuere aggrediamur, & nihil eorum quæ ad ipſum recidunt, prætermittat bonitate illa ſua & benignitate. At nihilo plus efficitur. Propterea maius erit ſupplicium. Sed abſit vt hoc fiat. Proindè obſecro, vel amodò reſipiſcamus. Habeamus gehēnam ob oculos, cogitemus pœnas illas ineuitabiles, vt his reputatis & malitiam fugiamus, & virtutem eligamus, bonáque diligentibus Deum promiſſa conſequi valeamus.

10. AVGVSTINVS tractatu nono in epiſtolam Ioannis: Cœpit aliquis credere diem iudicij: ſi cœ-

Digitized by Google

ſi cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia timet adhuc, nondùm habet fiduciã in die iudicij, nondùm eſt in illo perfecta charitas. Nunquid tamen deſperandum eſt?In quo vides initium,cur deſperas finem? Quod initium video,inquis? Ipſum timorem. *[Eccli 1.]* Audi ſcripturam, Initium ſapientiæ, timor Domini. *[Timor iudicij quid efficiat boni.]* Cœpit ergò timere diem iudicij; timendo corrigit ſe. Vigilat aduersùs hoſtes ſuos,id eſt, aduersùs peccata ſua: incipit reuiuiſcere interiùs, & mortificare mẽbra ſua quæ ſunt ſuper terram, ſicut Apoſtolus dicit, *[Coloſſ.3.]* Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Spiritalia nequitiæ dicit membra ſuper terrã: nam ſequitur & exponit; Auaritiam,immunditiam,& cætera quæ illic exequitur.Quantum autem mortificat iſte,qui timere cœpit diẽ iudicij,membra ſua ſuper terram, tantum ſurgunt & corroborantur membra cæleſtia. Membra autem cæleſtia, omnia opera bona. Surgentibus cæleſtibus membris,incipit deſiderare quod timebat. Timebat enim nè veniret Chriſtus,& inueniret impium quem damnaret:deſiderat vt veniat,quia inuenturus eſt pium, quem coronet.Iam cùm cœperit deſiderare venientẽ Chriſtum caſta anima,quæ deſiderat amplexus ſponſi, renunciat adultero,fit virgo interiùs ipſa fide, ſpe & charitate.Et poſt nõnulla: *[1.Ioan.4.]* Timor non eſt in charitate. Quid ergò dicimus de illo,qui cœpit timere diẽ iudicij? Si perfecta in illo eſſet charitas,non timeret. Perfecta enim charitas faceret perfectãm iuſtitiam,& non haberet quare timeret:immò haberet quare deſideraret vt tranſeat iniquitas,& veniat regnum Dei: ergò timor non eſt in charitate. Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergò?Sed perfecta,inquit,charitas foràs mittit timorem. Ergò incipiat timor: *[Eccli 1.]* quia initium ſapientiæ timor Domini. *[Timor præparat locum charitati.]* Timor quaſi locum præparat charitati. Cùm autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locum. Quantum enim illa creſcit, ille decreſcit: & quantum illa fit interior,timor pellitur foràs.Maior charitas,minor timor:minor charitas,maior timor.Si autem nullus timor,non eſt quã intret charitas. *[Nota ſimilitudinem.]* Sicut videmus per ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur,ſeta priùs intrat,ſed niſi exeat, nõ ſuccedit linum: ſic timor primò occupat mentẽ, non autem ibi remanet timor, quia ideò intrauit, vt introduceret charitatem.

11. IN pſalmum centeſimum vigeſimumſeptimum: *[Timor caſtus manet cum charitate. 1.Ioan.4. Pſal.18.]* Non de omni timore dicit (Ioannes) quòd mittitur foràs à charitate: habes enim Pſalmum dicentem; Timor Domini caſtus, permanens in ſeculum ſeculi. Alius ergò timor Domini permanet, alius excluditur. Timor qui excluditur, caſtus non eſt: qui autem permanet, caſtus eſt. Quis eſt timor qui excluditur? Dignamini aduertere. *[Timor mundanus & humanus.]* Aliqui proptereà tantùm timent,nè aliquid mali in terra patiantur,nè illis ægritudo accidat,nè damnũ,nè orbitas,nè alicuius amiſſio chari, nè exilium,nè damnatio,nè carcer,nè aliqua tribulatio: proptereà timent & tremunt. Adhuc timor iſte non eſt caſtus. *[Timor ſeruilis aut diuinæ iuſtitiæ.]* Adhuc audi. Alius non in hac terra pati timet, ſed gehennam timet, vndè terruit & Dominus. *[Eſaiæ 66. Marc.9.]* Audiſtis cùm Euangelium legeretur; Vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Audiunt hæc homines: & quia verè futura ſunt impijs, timent, & continent ſe à peccato. *[Vtilitas eius timoris.]* Habent timorem, & per timorem continent ſe à peccato. Timent quidem,ſed non amant iuſtitiam.Cùm autem per timorem continent ſe à peccato, fit conſuetudo iuſtitiæ, & incipit quod durum erat amari,& dulceſcit Deus: & iam incipit homo iuſtè viuere, proptereà non quia timet pœnas,ſed quia amat æternitatem.Excluſus eſt ergò timor à charitate, ſed ſucceſſit timor caſtus. *[Timor caſtus & ſeruilis, in quo differãt.]* Et poſt nonnulla: Caſtus ergò timor,fratres mei,hoc habet,venit de amore. Ille autem timor nondùm caſtus,præſentiam Domini & pœnas timet: timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi bonum illud,ſed timore patiẽdi illud malum. Nõ timet nè perdat amplexus pulcherrimi ſponſi,ſed timet nè mittatur in gehennam.Bonus eſt & iſte timor, vtilis eſt: non quidem permanebit in ſeculum ſeculi, ſed nondùm eſt iſte caſtus permanens in ſeculum ſeculi. *[Pſal.18.]*

12. ECCLESIASTICI primò, 13. ET ſecundo,vt in textu.

14. AVGVSTINVS ſermone decimotertio de verbis Apoſtoli, capite decimotertio: Iam ergò non in timore, ſed in dilectione, vt non ſerui, ſed filij ſimus. Qui enim adhuc ideò benè agit, quia pœnam timet, Deum non amat, nondùm eſt inter filios: vtinàm tamen vel pœnam timeat.Timor ſeruus eſt, charitas libera eſt: & vt ſic dicamus,timor eſt ſeruus charitatis. *[Timor ſeruus Charitati dominæ locum ſeruat.]* Nè poſſideat diabolus cor tuum, præcedat ſeruus in corde tuo, & ſeruet dominæ venturæ locum. Fac,fac,vel timore pœnæ, ſi nondùm potes amore iuſtitiæ. Veniet domina,& ſeruus abſcedet: *[1.Ioan.4.]* quia cõſummata charitas foràs mittit timorem.

15. ET ſermone decimooctauo de verbis Apoſtoli, capite octauo: *[Timor gehennæ & ſuppliciorũ non eſt malus.]* Cùm mihi dicis,Gehẽnam timeo,ardere timeo,in æternum puniri timeo:quid dicturus ſum? Malè times? vanè times? Non audeo, quandoquidem ipſe Dominus, ablato timore,ſubiecit timorem;& ait,vbi dixit: *[Matth.10. Lucæ 12.]* Nolite timere eos qui corpus occidunt, & poſteà non habent quid faciant: ſed eum timete, qui habet poteſtatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis: ità dico vobis, hunc timete. *[Chriſtus hortatur ad timorem pœnæ.]* Cùm ergò Dominus timorem incuſſerit,& vehementer incuſſerit, & repetendo verbum, comminationem ingeminauerit, dicturus ego ſum, malè times iſta? Iſta non dicam. Planè time,nihil meliùs times: nihil eſt quod magis timere debeas. Sed interrogo te, Si non te videret Deus, quando facis, nec quiſquam te conuinceret in iudicio illius, faceres? Tu te vide. Non enim potes ad verba omnia mea reſpondere,inſpice teipſum.Faceres? Si faceres,ergò pœnam times,caſtitatem nondùm amas, charitatem nondùm habes: ſeruiliter times, formido eſt mali,nõdùm delectatio boni. Sed time tamen,vt iſta formido cuſtodiat te, vt perducat ad dilectionẽ. *[Timor gehennæ eſt quidã cuſtos & pædagogus legis.]* Timor enim iſte,quo gehẽnam times, & ideò mala non facis,continet te: & ſic volentẽ peccare animum interiorem non ſinit: eſt enim quidam cuſtos timor,quaſi pædagogus legis,litera eſt minãs, nondùm gratia iuuans. Cuſtodiat tamen timor iſte,dum non facis timendo,& veniat charitas; intret in cor tuum, & quantum illa intrat, tantum timor exit.Timor enim id agebat,nè faceres; charitas id agit nè velis facere etiam ſi impunè poſſis admittere.

16. IN libro de ſancta virginitate, capite trigeſimooctauo: *[1.Ioan.4. Timorẽ qualem expellat charitas perfecta.]* Timor quidem non eſt in charitate, ſed perfecta, ſicut ſcriptura dicit, charitas foràs mittit timorem, ſed timorem hominum, non Dei timorem, temporalium malorum, non diuini in fine iudicij. *[Rom.11.]* Noli altum ſapere, ſed time. Ama Dei bonitatem, time ſeueritatem: vtrunque te ſuperbum eſſe non ſinit. Amando enim times, nè amatum & amantem grauiter offendas. Nam quæ grauior offenſio, quàm vt ſuperbia illi diſpliceas, qui propter te ſuperbis diſplicuit.

17. SERMONE ducenteſimo decimoquarto de tempore, capite primo: *[Timor pœnæ vtilis eſt. 1.Ioan.4.]* Cùm timetur pœna quam (Deus) minatur, diſcitur amari præmium quod pollicetur: ac ſic per timorem pœnæ bona vita retinetur. Per bonam vitam bona cõſcientia comparatur, vt per bonam conſcientiam nulla pœna timeatur. Quapropter diſcat timere,qui nõ vult timere. Diſcat ad tẽpus eſſe ſolicitus, qui ſemper vult eſſe ſecurus: *[1.Ioan.4.]* vt enim dicit Ioannes,Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foràs mittit

mittit timorem. Dixit ſanè, & veraciter dixit. Si ergò habere non vis timorem, priùs vide vtrùm iam perfectam habeas charitatem, quæ foràs mittit timorem. Si verò ante iſtam perfectionem timor excluditur, ſuperbia inflat, non charitas ædificat. Nam ſicut in bona valetudine fames non faſtidio, ſed cibo pellitur: ità in bona mente timor non vanitate, ſed charitate pellendus eſt.

1. E. PSALMO quarto: Filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

2. PROVERBIORVM ſecundo: Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit: conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur: qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum.

3. PSALMO decimotertio: Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.

4. DEVTERONOMII trigeſimoſecũdo, vt in textu.

5. BERNARDVS ſermone ſecundo in die Apoſtolorum Petri & Pauli: Studeamus fratres viuere vita iuſtorum, ſed morte eorũ mori multo magis deſideremus. Sapientia enim iuſtorum nouiſſima præfert: ibi nos iudicans, vbi nos inuenerit. Omninò neceſſè eſt, vitæ præſentis finem futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis diſſimilitudo eſt. Sicut enim ſi quis duo ſibi (vt ità dixerim) cinctoria conſuere aut colligare voluerit, minùs de reliquis partibus curans, ipſa quæ ſibi copulanda ſunt capita vniformiter parat, nè diſſideant à ſeipſis: ità dico vobis, quantumlibèt extiterit conuerſatio ſpiritualis, ſi carnalis fuerit conſummatio noſtra, vitæ illi ſpirituali penitùs non cohæret, nec caro & ſanguis regnum Dei poterunt poſſidere. Fili, (ait ſapiens) memorare nouiſſima tua, & non peccabis. Nimirùm quòd hæc maximè recordatio faciat timoratum: timor expellat peccatum, negligentia non admittat. Hinc & Moyſes de quibuſdam: Vtinàm (ait) ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. In quibus vtiquè verbis tria nobis video commendari, ſapientiam, intelligentiam, prouidentiam. Arbitror ſanè tribus eas aſſignari poſſe temporibus, vt æternitati quædam imago reformari videatur in nobis, præſentia moderantibus per ſapientiam, præterita per intelligentiam dijudicantibus, nouiſſima prouidentibus ad cautelam. Hæc nempe ſpiritualis eſt exercitij ſumma: hæc forma ſtudij ſpiritualis, vt ſapienter diſponamus præſentia noſtra, recogitemus in amaritudine animæ noſtræ præterita, futura quoquè ſolicitè prouideamus. Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, (ait Apoſtolus) vt videlicet in præſenti ſobrietas obſeruetur, vt iuſta ſatisfactione præterita, quæ nobis ſine fructu ſalutis præteriêre, tempora redimantur, vt pietatis clypeum imminentibus de futuro periculis opponamus. Sola eſt enim quæ ad omnia valet pietas, cultus ſcilicet Dei humilis & deuotus: nec aliter nobis eſt prouidere nouiſſima, niſì vt vniuerſa quæ nobis imminere videntur pericula, ſedula nobiſcum cogitatione verſantes, diſcamus de noſtra omninò induſtria, magìs autem de noſtris diffidere meritis, & ſoli diuinæ nos protectioni committere pio quodam mentis affectu piæ intentionis in ipſum, cuius datum optimum, & donum perfectum eſt, conſummatio felix, & mors precioſa. Habes in Euangelio tria hæc ipſo tibi ſermone Domini commendata. Beati (inquit) pauperes, beati mites, beati qui lugent. Beati qui futura ſapiunt, præ deſiderio cæleſtium interno quodã ſapore mentis præſentia reſpuentes. Beati qui nouiſſima prouident, in manſuetudine ſuſcipientes inſitum verbum, quod eorum ſaluare animas poteſt, & pietate cordis ad futuram tendunt hæreditatem. Beati qui priſtinum intelligentes errorem, crebris lauant lachrymis lectũ ſuum. Vides quid optat vir ſanctus, quid obtinere cupit eis, pro quibus orat: Vtinàm (inquit) ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Ac ſi manifeſtiùs dicat, Vtinàm eſſet in eis ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ atque atque conſilij. Vtinàm hæc in nobis inueniantur, fratres, vt ſuauiter omnia noſtra per ſapientiam diſponamus, vt intellectu præterita peccata damnemus, vt prouideamus futura conſilio. Vtinàm ſapiamus ad præſentis vitæ moderationem: vtinàm intelligamus ad præteritę correptionem: vtinàm deuota in Deum fide prouideamus vt felicem habeamus (ipſo miſerante) conſummationem. Hic enim eſt funiculus triplex quo trahimur ad ſalutem, ordinata conuerſatio, rectum iudicium, fides deuota.

De bonò fine maximè ſolicitos nos eſſe oportet.

1. Cor. 15. Eccli 7.

Deut. 32. Conſideratio præſentium, pręteritorum & futurorum.

Tit. 2. 1. Tim. 4. Iacob. 1. Matth. 5. Iacob. 1. Deut. 32.

6. ITEM in epiſtola ducenteſima nonageſimaſecunda ad quendam, qui auſus eſt nouitium dehortari à propoſito religionis: O vtinàm ſaperes, & intelligeres, ac nouiſſima prouideres. Saperes quæ Dei ſunt, intelligeres quę mundi ſunt, prouideres quæ inferni ſunt. Profectò inferna horreres, ſuperna appeteres, quæ ſunt ad malum, contemneres. Deut. 32.

7. IOB viceſimoprimo, 8. PROVERBIORVM decimoquarto, vt in textu.

VII.

Quæ eſt ſumma eorum quæ in hoc libro continentur?

A. SVMMA totius operis duabus rebus continetur, *SAPIENTIA ET IVSTITIA CHRISTIANA.* Ad Sapientiam hæc capita, videlicet de Fide & Symbolo Fidei, de Spe & Oratione Dominica, de Charitate & Decalogo referuntur. Nam *FIDES, SPES, CHARITAS,* illæ virtutes ſunt, quibus veram hominis ſapientiam, vt Auguſtinus [a] annotauit, Diuina ſcriptura concludit. Acceſſit porrò de præceptis Eccleſiæ, & de Sacramentis tractatio. Sicut enim prædictæ virtutes abſque Sacramentis & pręceptis Eccleſię rectè obſeruatis ſubſiſtere non poſſunt, ità eorum acceſſione efficaciter nobis inſeruntur, inſertæ confirmantur, augentur, & perficiuntur. Itaque in ijs, quæ ad Sapientiam referimus, explicandis, prior libri pars abſoluta eſt.

a Lib. 2. tetractat. cap. 63. & in Enchi. cap. 2. & 3.

B. Poſterior, quæ circa Iuſtitiam verſatur, duas eius partes tum [b] ad mala fugienda, tum ad bona conſectanda ſpectantes, breuiter enucleat. Etenim abſti-

b Pſal. 33. c 36. c

abſtinere à malis, Chryſoſtomo [c] teſte, non ſatis eſt nobis ad ſalutem, niſi adſit etiam bonorum poſſeſſio & virtutis actio. Vtrique igitur parti capita nonnulla, quæ præcipuè ad malorum bonorumque diſcrimen obſeruandum pertinent, accommodata ſunt. Totius autem Iuſtitiæ vim & amplitudinem, Tobias vir æquè ſapiens àc iuſtus, ſuccinctè compræhendit, vbi ſuum filium, adeoque in illo filios Dei omnes ſigillatim admonet in hæc verba: *Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus benè.* Ità demùm diſcimus Chriſtiani hominis integrum officium, quod non modò fidem, ſed vitam etiam, quæ ſecundùm Sapientiam & Iuſtitiam Chriſtianam inſtituta ſit, omnìnò requirat. *Sapiens autem cor & intelligibile*, vtì ſcriptura teſtatur, *abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.*

c Chryſoſt. in pſal. 4. Plura vide ſuprà.

Tob. 4. d

Eccli 3. d

C. Verùm enimuerò, nè inſtitutæ breuitatis terminos prætereamus, doctrinæ huius ad Chriſtianos, eoſque in primis ſimpliciores inſtituendos pertinentis, hic modus & finis eſto. Quæ omnia vno Eccleſiaſtis verbo, tanquàm totius humanæ vitæ illuſtri Sigillo, conſignabimus, ità concludentes: *DEVM TIME, ET MANDATA EIVS OBSERVA. HOC EST ENIM OMNIS HOMO.*

Eccles 12. d

PSALMO LXVII.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro ſecundo retractationum, capite ſexageſimotertio, 2. ET in Enchiridio, capite ſecundo, 3. ET tertio, vt in quæſtione ſecunda de fide & ſymbolo, teſtimonio ſecundó, tertio, & quarto.
1. B. PSALMO trigeſimotertio, 2. ET trigeſimoſexto, vt ſuprà quæſtione prima de peccatis, A. teſtimonio quinto & ſexto
3. CHRYSOSTOMVS in pſalmum quartum, vt ſuprà quæſtione prima de peccatis, A. teſtimonio ſecundo.
4. TOBIAE quinto, 5. ECCLESIASTICI tertio, vt in textu.
C. ECCLESIASTIS duodecimo, vt in textu.

FINIS.

APPENDIX DE HOMINIS LAPSV ET IVSTIFICATIONE SECVNDVM SENTENTIAM ET DOCTRINAM CONCILII TRIDENTINI.

I.

De ſtatu & lapſu primi hominis.

Ex ſeſſ. 5. Concilij Tridentini can. 1.

CVM primus homo Adam [a] mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam in qua fuerat conſtitutus, amiſit: ac præterea per huiuſmodi præuaricationis offenſam, iram & indignationem Dei, atque adeò mortem [b], quam antea comminatus illi fuerat Deus, incurrit: & cum hac ipſa morte in [c] diaboli, qui mortis [d] deindè habuit imperium, captiuitatem incidit: demumque totus [e] Adam per illam præuaricationis offenſam, ſecundùm corpus & ipſam animam in deterius commutatus fuit.

a Geneſ. 2. c 3. c Auguſt. lib. 14. de ciuit. Dei, cap. 17. lib. 8. de Gen. ad lite, cap. 26. & 27. in concione ad catechum. cōt. Iudæos, &c. cap. 2. Fulgent. de incarna. & gratia Chriſti, cap. 12. 13. Bernar. ſer. 1. de Annuncia. Proſper. contra Collator. cap. 21.

b Geneſ. 2. c 3. d Rom. 5. c Concil. Mileuit can. 1. Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 12. lib. 1. de pecca. meri. cap. 2. 4. 6. Tertull. de anima c. 52. Fulgent. de incarnat c. 12. Chryſoſt. hom. 17. in Gen. Bernard. ad milit. templi cap. 11.

c Auguſt. lib. 13. de Trinit. cap. 12. lib. 3. Hypogn. c. 2. Bernar. epiſt. 190.

d Hebr. 2. d

e Concil. 2. Arauſ. can. 1. Lib. de Eccleſ. dogmat. cap. 38. Aug. lib. 13. de Trinit. cap. 12. lib. 14. de ciuit. Dei, cap. 15.

TESTIMONIA.

1. GENESIS ſecundo capite: Tulit ergò Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum: præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autem ſcientiæ boni & mali nè comedas. In quocunque enim die comederis ex eo,

morte

morte morieris. Et infrà: Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant.

2. IBIDEM capite tertio: Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditq; viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum: cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulātis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. Vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi nè comederes, comediſti? Dixitq; Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem, Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo ęrumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adę verò dixit, Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperā tibi nè comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſcéris pane tuo, donèc reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertéris. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eò quòd mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoquè Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Eccè Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. nunc ergò nè fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Eiecítque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

3. AVGVSTINVS libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite decimoſeptimo: Nudi erant, & non confundebantur: non quòd eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nōdùm erat: quia nondùm libido membra illa præter arbitrium commouebat: nondùm ad hominis inobedientiam redarguendam ſua inobedientia caro quodammodò teſtimonium perhibebat. Neque

Vulgi error.

Geneſ. 3.

enim cæci creati erant, vt imperitum vulgus opinatur: quādoquidem & ille vidit animalia, quibus nomina impoſuit, & de illa legitur: Vidit mulier quia bonum eſt lignum in eſcam, & quia placet oculis ad videndum. Patebant ergò oculi eorum, ſed ad hoc non erant aperti, hoc eſt, non attenti, vt cognoſcerent, quid eis indumento gratiæ præſtaretur, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vndè eſſet indecens nuditas: & fecit attentos, reddidítque confuſos. Hinc eſt, quòd poſteaquàm mandatum Dei aperta tranſgreſſione violārūt, ſcriptum

Geneſ. 3.

eſt de illis: Et aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant, & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi campeſtria. Aperti ſunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum: nam & anteà videbant; ſed ad diſcernendum inter bonum quod amiſerant, & malum in quod ceciderant.

Lignū ſcientiæ boni & mali cur ſic dictum.

Vndè & ipſum lignum, eò quòd iſtam faceret dignoſcentiam, ſi ad veſcendum contra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, vt appellaretur lignum ſcientiæ boni & mali. Experta enim morbi moleſtia, euidentior fit etiam iucunditas ſanitatis. Cognouerunt ergò quia nudi erant: nudati ſcilicet à gratia, quā fiebat, vt nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet. Hoc itaque cognouerunt, quod feliciùs ignorarent, ſi Deo credentes & obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri, infidelitas & inobedientia quid nocerent.

Epheſ. 4.

4. ITEM libro ſexto de Geneſi ad literam, capite vigeſimoſexto: Dicit Apoſtolus, Sicut eſt veritas in Ieſu deponere nos ſecundùm priorem conuerſationem hominem veterem, eum qui corrumpitur ſecundùm concupiſcentias deceptionis, hoc eſt, factus Adam vetus per peccatum. Vide ergò quid ſequatur: Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Eccè quod perdidit Adam per peccatum.

5. ET capite vigeſimoſeptimo: In hoc ergò renouamur ſecundùm id quod amiſit Adam, id eſt, ſecundùm ſpiritum mentis noſtræ. Secundùm autem corpus quod ſeminatur animale, & reſurget ſpiritale, in melius renouabimur, quod nondùm fuit in Adam. Dicit item Apoſtolus, Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, induite nouum, qui renouatur in agnitionem Dei ſecundùm imaginem eius qui creauit eum. Hanc imaginem in ſpiritu mentis impreſſam perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam iuſtitiæ: non ſpiritale atque immortale corpus, in quo ille nondùm fuit, & in quo erunt omnes ſancti reſurgentes à mortuis. Hoc enim primum eſt illius meriti, quod amiſit.

1. Cor 15.

Coloſſ. 3.

6. IDEM in concione ad catechumenos contra Iudæos, Paganos & Arrianos, capite ſecundo: Diabolus dum illum primum hominem à Deo factum, Adam ſcilicet, patrem omnium noſtrum intueretur, viderétque hominem ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate circundatum, immortalitate veſtitum, æmulus atque inuidus hoc hominem terrenum accepiſſe, quod ipſe dum eſſet angelus per ſuperbiam cognoſcitur amiſiſſe: inuidit ſtatìm inſatiabilis homicida, eóque noſtros primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit, inſupèr & peremit. Nanque, dilectiſſimi, cùm tanta bona homini diabolus abſtuliſſet, pudicitiam, continentiam, charitatem, immortalitatem, eúmque turpem ac nudum reddidiſſet, obſitum ſuis pannis deridens eum, ſuo dominio obſtrinxit, atque ex illo vinculo omnem prolem eius ſibimet obligauit. Turpes enim pannos ſuſcepit Adam, quando à diabolo expoliatus pudicitia, accinctus eſt impudicitia: amiſſa temperantia, intemperans effectus eſt: perdita charitate, malus inuentus eſt: expoliatus immortalitate, morti propinatus eſt. Quid perdidit, & quid accepit? Ad hoc enim per turpiſſimos pannos ſuos poſteros obligauit.

Adam qualis à Deo creatus.

Qualis diaboli fraude factus.

7. FVLGENTIVS Ruſpenſis Epiſcopus in libro de incarnatione & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, capite duodecimo: Quiſquis Chriſtianæ religionis non vult inaniter immò damnabiliter portare vocabulum, credat firmiſſimè Deum noſtrum, id eſt, ſanctam Trinitatem, quæ vnus ſummus & verus eſt Deus, primo homini quem ad ſuam imaginem gratuita bonitate bonum fecit, cui facultatem quoquè ſuæ cognitionis ac dilectionis inſeruit, non ſolùm bonæ voluntatis donum, quin etiam ad habendam cuſtodiendámque iuſtitiam integrum ſanúmque creaſſe libertatis arbitrium, vt facultas atque motus inditæ libertatis, ſi iuuantem ſe gratiam Dei nō deſereret, præ-

Libero arbitrio in prima creatione homo donatus.

præmium vitæ æternæ tribueret Dei bonitas homini: ſi autem iuſtitiam diuinam contemnens, à gratia excidiſſet, ſupplicia retribueret iuſtitia peccatori. Proindè à bono iuſtóque creatore illi homini, quem in corpore animali conditum ditauit intelligentiæ ac iuſtitiæ dono, iuſta eſt vtrinquè ſtatuta conditio, vt ſcilicet, ſi obedientiam, quæ prima virtus eſt, cuſtodiret, ex animali in qua creatus erat corporis qualitate, ad ſpiritualem immortalémque ſtatum ſine corporis morte (quia ſine animæ iniquitate) tranſiret, accepiſſétque diuino munere, ſi præcepta ſeruâſſet, non ſolùm perfectam atque inamiſſibilem corporis immortalitatem, verùm etiam in anima talem gratiam ſanctè iuſtéque viuendi, vt peccare deincèps omninò non poſſet, ſi non peccaret donèc peccare potuiſſet. Creatus ergò primus homo de terra terrenus, accepit quidem gratiam, qua non poſſet peccare, ſi peccare nollet: nondùm tamen tantam acceperat gratiam, qua nec peccare vellet omninò, nec poſſet: vt ſcilicet à bono iuſtóque Domino pòſt eſſet illud munere largiendum, ſi voluntariè fuiſſet hoc à ſeruo priùs in opere cuſtoditum. Quòd ſi bono iuſtóque neglexiſſet obedire mandato, poſt mortem animæ, quam delinquendo ipſe ſibi noxius intuliſſet, etiam per corporis mortem vitæ præſentis *mutaretur incommodo, nec tenere ſineretur iugiter in carne peccati damnabilem vitam, qui noluiſſet in corde ſeruare iuſtitiam, eſſétque pœnaliter etiam corpore mortis deincèps neceſſitate conſtrictus, qui contumaciter ſalubria iuſſa tranſgrediens, ſpirituali morte ſpontè fuiſſet obnoxius.

In obedientia perſeuerans immortalis futurus ſine corporis morte.

Et impeccabilis.

Inobediens poſt animæ etiam corporis mortē ſibi conſciſceret.

* for. multaretur

8. ET capite decimotertio: Peccans ille qui ſine peccandi neceſſitate creatus eſt, in eo quod animæ ſanitatem delinquendo perdidit, etiam illa cogitandi quæ ad Deum pertinent, amiſit protinùs facultatem. Oblitus eſt enim manducare panem ſuum, & expoliatus veſtimento fidei, carnaliúmque concupiſcentiarum vulneribus ſauciatus, ſic iacuit oppreſſus ditione peccati, vt nullatenùs aliquod bonæ voluntatis initium habere potuiſſet, niſi hoc Deo gratìs donante ſumpſiſſet. Seruus quippe factus peccati, liber factus iuſtitiæ. Et ideò à iuſtitia factus eſt alienus, qui ſpontè dominio eſt iniquitatis addictus.

Pſal. 101.

Rom. 6.

9. BERNARDVS ſermone primo de Annunciatione beatæ Mariæ: Videre mihi videor, dilectiſſimi, quatuor virtutibus his amictum primum hominem ab ipſo ſuæ creationis exordio, & (vt propheta meminit) veſtimento ſalutis indutum. Eſt enim in his quatuor illa ſalutis integritas: nec ſine his omnibus poteſt conſtare ſalus: præſertìm cùm nec poſſint eſſe virtutes ſi ab inuicèm ſeparentur. Acceperat ergò homo miſericordiam, cuſtodem ſcilicet atque pediſequam, vt ipſa præueniret, ipſa & ſequeretur eum, ipſáque protegeret & conſeruaret vbiquè. Vides qualem nutritium contulit paruulo ſuo Deus, qualem dedit pediſequam homini recèns orto. Sed erat illi neceſſarius etiam eruditor tanquàm ingenuæ & rationabili creaturæ, vt non ſicut iumentum aliquod cuſtodiretur, ſed tanquàm paruulus educaretur. Cui ſanè magiſterio nemo poterat aptior inueniri, quàm veritas ipſa quæ eum in agnitionem ſummæ perduceret aliquando veritatis. Interìm verò nè ſapiens inueniretur vt malum faceret, eſſétque peccatum ei tanquàm ſcienti bonum, & minimè facienti: iuſtitiam quoquè qua regeretur accepit. Adhuc autem & pacem qua foueretur & delectaretur, addidit manus benigniſſima creatoris. Pacem vtiquè duplicem, vt nec intùs pugnæ, nec foris timores, id eſt, nec caro concupiſceret aduersùs ſpiritum: nec eſſet ei creatura vlla formidini. Nam & beſtijs omnibus liberè impoſuit nomina: & ſerpens ipſe, qui violentia non præſumpſit, fraude magìs eum aggreſſus eſt. Quid huic deerat, quem miſericordia cuſtodiebat, docebat veritas, regebat iuſtitia, pax fouebat? Sed heu homo iſte ad multam perniciem & inſipientiam ſibi, deſcendit de Hieruſalem in Hierico. Siquidem incidit in latrones, à quibus & ante omnia legitur deſpoliatus. An non deſpoliatus, qui Domino veniente nudum ſe eſſe conqueritur? Nec verò poterat reueſtiri, vel ablata ſibi recipere veſtimenta, niſi Chriſtus amitteret ſua. Sicut enim viuificari in anima niſi interueniente corporali morte Chriſti non potuit, ità nec reueſtiri ſine eius deſpoliatione. Et vide ſi non propter has quatuor partes veſtimenti quod amiſerat primus & vetus homo, in totidem quoquè diuiſa ſunt ſecundi & noui hominis veſtimenta. An fortè quæris & tunicam inconſutilem, quæ non diuiditur, ſed ſorte prouenit? Ego diuinam arbitror eſſe imaginem, quæ nimirùm non aſſuta, ſed inſita atque ipſi impreſſa naturæ, diuidi ſcindíque non poteſt. Ad imaginem nempe & ſimilitudinem Dei factus eſt homo: in imagine arbitrij libertatem, virtutes habens in ſimilitudine. Et ſimilitudo quidem perijt, veruntamen in imagine pertranſit homo. Imago ſiquidem in gehenna ipſa vri poterit, non exuri: ardere, ſed non deleri. Hæc ergò non ſcinditur, ſed ſorte prouenit. Et quocunquè perueniat anima, ſimul & ipſa erit. Nam ſimilitudo non ſic, ſed aut manet in bono: aut ſi peccauerit anima, mutatur miſerabiliter, iumentis inſipientibus ſimilata. Sed quia ſpoliatum virtutibus quatuor hominem diximus, quonam modo ſingulis ſit ſpoliatus, congruum eſt vt dicamus. Perdidit homo iuſtitiam, cùm Eua ſerpentis, Adam mulieris voci obediuit potiùs quàm diuinæ. Erat tamen reſiduum aliquid, quod appræhendere poſſent, idq; Dominus ſuo illo ſcrutinio innuebat: ſed abiecerunt etiam illud, conuerſi in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Prior enim iuſtitiæ portio, non peccare: ſecunda, per pœnitentiam damnare peccatum. Perdidit & miſericordiam, cùm ſic exarſit Eua in concupiſcentia ſua, vt nec ſibi, nec viro, nec filijs parceret naſcituris, ſimul omnes terribili maledicto & neceſſitati mortis addicens. Adam quoquè indignationi diuinæ mulierem pro qua peccauerat, obiecit: quaſi poſt tergum eius volens declinare ſagittam. Vidit enim mulier lignum quòd eſſet pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, & à ſerpente audierat tanquàm deos ſe futuros. Funiculus triplex difficilè rumpitur, curioſitatis, voluptatis, & vanitatis. Hæc ſola mundus habet, concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. His abſtracta & illecta miſericordiam omnem crudelis mater abiecit. Sic & Adam qui mulieri malè miſertus eſt vt cum ea peccaret, benè noluit miſereri vt pœnam ſuſtineret pro ea. Priuata eſt etiam mulier veritate, primò quidem malè detorquens quod audierat, Morte morieris: & dicens, Nè fortè moriamur: demùm ſerpenti credens penitùs abneganti & dicenti, Nequaquàm moriemini. Priuatus eſt & Adam veritate, vbi eam confiteri erubuit, folia, hoc eſt, excuſationum operimenta prætendens. Siquidem ipſa dicit: Qui erubuerit me coram hominibus, erubeſcam & ego eum coram patre meo. Pacem quoquè protinùs amiſerunt, quia non eſt pax impijs, dicit Dominus. Nónne enim contrariam legem inuenerant in membris ſuis, quos de nouo pudere cœperat nuditatis? Timui ego, inquit, eò quòd nudus eſſem. Non ſic miſer non ſic paulò antè timebas, non quærebas folia, licèt corpore nudus ſicut & modò.

Homo quatuor virtutibus in prima creatione ornatus.

I. Miſericordia.

II. Veritas.

III. Iuſtitia.

IIII. Pax.

Luc. 10.

Iiſdem ſpoliatus, recuperare ea niſi per Chriſtum non potuit.

Imago Dei & ſimilitudo ad quā homo factus in quibus cōſiſtant.

Iuſtitia quōmodò amiſſa.

Iuſtitiæ duo membra.

Miſericordia quo ſit amiſſa.

Veritas vt ſit perdita.

Luc. 9.

Pax etiam in impietatem prolapſos deſeruit.

Gen. 3.

10. PROSPER contra Collatorem, capite vigeſimoprimo: Scientiam boni Adam tunc habebat,

bat, quando bonum ſanctúmque mandatum Dei fideli corde ſeruabat, & erat iuſtus manens in imagine creatoris ſui, legiſque eius non obliuiſcens. Poſtquàm autem ſe, hoc eſt, imaginem & templum Dei deceptori ſuo ſubdidit, perdidit boni ſcientiam, quia perdidit bonam conſcientiam. Iuſtitiam enim iniquitas depulit, humilitatem ſuperbia deſtruxit, continentiam concupiſcentia eliſit, infidelitas rapuit fidem, captiuitas abſtulit libertatem: nec potuit illic vlla portio reſidere virtutum, quò tanta irruperat turma vitiorum.

Luc.6. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire.

Ioan.8. Et, Qui facit pecatum, ſeruus eſt peccati.

2.Pet.2. Et, A quo quis ſuperatus eſt, ei ſeruus addictus eſt. Nemo autem ſeruit niſi cum aliqua libertate: & nemo liber eſt, niſi cum aliqua ſeruitute, dicente

Rom.6. Apoſtolo: Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitię. Quem ergò fructum habuiſtis tunc, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc autem liberi à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Qui itaque ſeruit diabolo, liber eſt à Deo.

11. GENESIS ſecundo capite, 12. ET tertio, vt ſuprà teſtimonio primo & ſecundo.

13. AD Romanos quinto capite: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.

14. CONCILIVM Mileuitanum canone primo: Placuit ergò omnibus Epiſcopis, qui fuerunt in hac ſancta Synodo, conſtituere hæc, quæ in præſenti concilio definita ſunt: vt quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ità vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Adam mortalis peccati merito, non naturæ neceſſitate.

15. AVGVSTINVS libro decimotertio de ciuitate Dei, capite duodecimo: Cùm requiritur, quam mortem Deus primis hominibus fuerit comminatus, ſi ab eo mandatum tranſgrederentur acceptum, nec obedientiam cuſtodirent: vtrùm animæ, an corporis, an totius hominis, an illam quæ ſecunda dicitur: reſpondendum eſt, Omnes. Prima enim conſtat ex duabus: ſecunda ex omnibus tota. Sicut enim vniuerſa terra ex multis terris, & vniuerſa Eccleſia ex multis conſtat Eccleſijs; ſic vniuerſa mors ex omnibus: quoniã prima conſtat ex duabus: vna animæ, altera corporis; vt ſit prima totius hominis mors, cùm anima ſine Deo & ſine corpore ad tempus pœnas luit: ſecunda verò, vbi anima ſine Deo cum corpore pœnas æternas luit. Quando ergò dixit Deus primo illi homini, quem in paradiſo conſtituerat, de cibo vetito: Quacunque die ederitis ex eo, morte moriemini: non tantùm primæ mortis partem priorem, vbi anima priuatur Deo: nec tantùm poſteriorem, vbi corpus priuatur anima: nec ſolùm ipſam totam primam, vbi anima & à Deo & à corpore ſeparata punitur: ſed quicquid mortis eſt vſq; ad nouiſſimam, quæ ſecunda dicitur, & qua eſt nulla poſterior, comminatio illa complexa eſt.

Quamuis Deus mortem tranſgreſſori Adamo ſit cõminatus.

Geneſ.2.

16. ET libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite ſecundo: Qui dicunt Adam ſic creatum, vt etiam ſine peccati merito moreretur, non pœna culpæ, ſed neceſſitate naturæ: profectò illud quod in lege dictum eſt; Qua die ederitis, morte moriemini: non ad mortem corporis, ſed mortem animæ quæ in peccato fit, referre conantur. Qua morte mortuos ſignificauit Dominus infideles, de quibus ait; Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quid ergò reſpondebunt, cùm legitur hoc Deum primo homini etiam poſt peccatum increpando & damnando dixiſſe, Terra es, & in terram ibis? Neque enim ſecundùm animam, ſed quod manifeſtum eſt ſecundùm corpus terra erat, & morte eiuſdem corporis erat iturus in terram. Quanuis enim ſecundùm corpus terra eſſet, & corpus in quo creatus eſt animale geſtaret, tamen ſi non peccâſſet, in corpus fuerat ſpiritale mutandus, & in illam incorruptionem quæ fidelibus ac ſanctis promittitur, ſine mortis periculo tranſiturus. Cuius rei deſiderium nos habere non ſolùm ipſi ſentimus in nobis, verumetiam admonente Apoſtolo cognoſcimus, vbi ait: Etenim in hoc ingemiſcimus, habitaculum noſtrum, quod de cælo eſt, ſuperindui cupientes &c. Proindè ſi non peccâſſet Adam, non erat expoliandus corpore, ſed ſuperueſtiendus immortalitate, & incorruptione, vt abſorberetur mortale à vita: id eſt, ab animali in ſpiritale tranſiret.

Matth.8. Luc.9. *Geneſ.3.* *Immortalis futurus ſine corporis morte Adam ni peccâſſet.* *2.Cor.5.*

17. ITEM capite quarto: Sunt & alia teſtimonia quibus euidentiſſimè appareat, non tantùm ſpiritus, ſed etiam corporis mortem propter peccatum meruiſſe genus humanum. Ad Romanos Apoſtolus dicit: Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus autem vita eſt propter iuſtitiam &c. Puto quòd non expoſitore, ſed tantùm lectore opùs habet tam clara & aperta ſententia. Corpus, inquit, mortuum eſt, non propter fragilitatem terrenam, quia de terræ puluere factum eſt, ſed propter peccatum: quid ampliùs quærimus? Et vigilantiſſimè non ait, mortale: ſed, mortuum.

Corpori morti peccâdo ſe obnoxium fecit homo. *Rom.8.*

18. IBIDEM capite ſexto: Mirum ſi aliquid quæritur hac manifeſtatione liquidius; niſi fortè audiendum eſt, quòd huic perſpicuitati contradicitur, vt mortuum corpus ſecundùm illum modum hîc intelligamus quo dictum eſt; Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Sed hoc modo corpus propter iuſtitiam mortificatur, non propter peccatum. Vt enim operemur iuſtitiam, mortificamus membra noſtra quæ ſunt ſuper terram. Aut ſi putant ideò additum, propter peccatum, vt non intelligamus quia peccatum factum eſt, ſed vt peccatum non fiat, tanquàm diceret, corpus quidem mortuum eſt, propter non faciendum peccatum: Quid ſibi ergò vult quod cùm adiunxiſſet, Spiritus autem vita eſt: addidit, propter iuſtitiam? Suffecerat enim ſic adiungere vitam ſpiritus, vt etiam hîc ſubaudiretur propter non faciendum peccatum: vt ſic vtrunque propter vnam rem intelligeremus, & mortuum eſſe corpus, & vitam eſſe ſpiritum propter non faciendum peccatum. Ità quippe etiam ſi tantummodò vellet dicere, propter iuſtitiam, hoc eſt, propter faciendam iuſtitiam, vtrunque ad hoc poſſet referri, & mortuum eſſe corpus, & vitam eſſe ſpiritum propter faciendam iuſtitiam. Nunc verò & mortuum dixit eſſe corpus propter peccatum, & ſpiritum vitam eſſe propter iuſtitiam; diuerſa merita diuerſis attribuens rebus; morti quidem corporis, meritum peccati; vitæ autem ſpiritus, meritum iuſtitiæ. Quocirca ſi, vt dubitari non poteſt, ſpiritus vita eſt propter iuſtitiam, hoc eſt, merito iuſtitiæ: profectò corpus mortuum propter peccatum, quid aliud quàm merito peccati intelligere debemus aut poſſumus, ſi apertiſſimum ſcripturæ ſenſum non pro arbitrio peruertere ac detorquere conamur? Huc etiam verborum conſequentium lumen accedit. Cùm enim præſentis temporis gratiam determinans diceret, mortuum quidem eſſe corpus propter peccatum, quia in eo nondùm per reſurrectionem renouato, peccati meritum manet, hoc eſt, neceſſitas mortis; ſpiritum autem vitam eſſe propter iuſtitiam, quia licèt adhuc corpore mortis huius oneremur, iam ſecundùm interiorem hominem cœpta renouatione in fidei iuſtitiam reſpi-

Reijcit falſas expoſitiones dicti loci Pauli. Rom.8. *Coloſſ.3.* *Rom.8.* *Mors corporis, peccati meritum: vita, ſpiritus iuſtitiæ.*

Digitized by Google

reſpiramus: tamen nè humana ignorantia de reſurrectione corporis nihil ſperaret, etiam ipſum quod propter meritum peccati in præſenti ſeculo dixerat mortuum, in futuro propter meritum iuſtitiæ dicit viuificandum, nec ſic vt tantùm ex mortuo viuum fiat, verumetiam ex mortali immortale.

19. TERTVLLIANVS libro de Anima, capite quinquageſimoſecũdo: Opus mortis, ſeparationẽ carnis atq; animę, bifariam diſtinxit humanus adfectus, in ordinariam & extraordinariam formam. Ordinariam quidẽ naturę deputans placidæ cuiuſq; mortis: extraordinariam verò pręter naturam iudicãs, violenti cuiuſq; finis. Qui autem primordia hominis nouimus, audẽter determinamus mortem non ex natura ſecutam hominem, ſed ex culpa, ne ipſa quidem naturali. Facilè autem vſurpari naturæ nomen in ea quæ vidẽtur à natiuitate ex accidentia adhæſiſſe. Nam ſi homo in mortem directò inſtitutus fuiſſet, tunc demùm mors naturæ aſſcriberetur. Porrò non in mortem inſtitutum eum probat ipſa lex, conditionali comminatione ſuſpendens, & arbitrio hominis addicens mortis euentum. Deniquè ſi non deliquiſſet, nequaquàm obijſſet. Ità non erat natura quod ex oblationis poteſtate accidit per voluntatem, non ex inſtituti auctoritate per neceſſitatem.

Gen. 1. & 3.
Mors non ex natura hominis ſecuta, ſed ex culpa voluntaria.

Si homo non peccâſſet, nõ moreretur.

20. FVLGENTIVS libro de incarnatione & gratia, capite duodecimo: Niſì præceſſiſſet in peccato mors animæ, nunquàm corporis mors in ſupplicio ſequeretur. Hoc Apoſtolica docet auctoritas, quæ ait: Corpus quidem mortuum propter peccatum. Ideò poſt peccatũ voluntaria præuaricatione commiſſum, ſententiam Dei punientis hoc audire meruit ſermone peccator: Terra es, & in terram ibis. Homo igitur in terram carne non iret, ſi terra peccando non fieret.

Mors animæ eſt cauſa mortis corporis.
Rom. 8.
Geneſ. 3.

21. CHRYSOSTOMVS homilia decimaſeptima in Geneſim: Quæſtio hîc naſcitur. Dixit, inquit, Deus, Quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini: multorum autem annorũ numero oſtenditur vixiſſe illos poſt inobedientiam, & cibi vetiti eſum. Et quæſtio quidem aliqua eſſe videtur his qui à ſuperficie ſalutant diuinas literas: At ſi quis magno ſtudio aures adhibeat, manifeſtum eſt quod dicitur, neque quæſtio fuerit attendenti. Nam licèt multos annos vixerint, attamen à quo tempore audierunt, Terra es, & in terram abibis: & ſententiam acceperunt mortis, mortales fuerunt: & ex illo tempore fuerunt perindè àc ſi quis illos dicat mortuos fuiſſe. Hoc igitur & ſcriptura ſignificans, dixit, Quocunque die comederitis, morte moriemini: hoc eſt, ſententiam accipietis, mortales poſthàc vos futuros. Sicut in humanis iudicijs, quando quis ſententia lata vt capite mulctetur, iterùm in carcerem conijcitur, & licèt ibi multo tempore agat, nihil meliùs tamen habet defunctis & mortuis, vtpotè iam per ſententiam mortuus: eodem modo & illi, ab eo die à quo mortalitatis ſententiã acceperunt, tametſi longo tempore durauerint, nihilominùs ſententia mortui erant.

Poſt lapſum quanuis non ſtatim mortuus, at mortalis tamen eſſe cœpit homo.

22. BERNARDVS in ſermone ad milites templi, capite vndecimo: Peccatum præceſſit, vt ſequeretur mors: quod ſanè ſi cauiſſet homo, mortem non guſtâſſet in æternum. Peccando itaque vitam amiſit, & mortem inuenit, quoniam quidem & Deus ità prędixerat, & iuſtum profectò erat vt ſi peccaret homo, moreretur. Quid nanque iuſtius poterat quàm recipere talionem? Vita ſiquidem Deus animę eſt, ipſa corporis. Peccando voluntariè volens perdidit viuere, nolens perdat & viuificare. Spontè repulit vitam, cùm viuere noluit, non valeat eam dare cui vel quatenùs voluẽrit. Noluit anima regi à Deo, non queat regere corpus. Si non paret ſuperiori, inferiori cur imperet? Inuenit conditor ſuam ſibi rebellem creaturam, inueniat anima ſuam ſibi rebellem pediſequam. Tranſgreſſor inuentus eſt homo diuinæ legis, inueniat ipſe aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in legem peccati. Porrò peccatum (vt ſcriptum eſt) ſeparat inter nos & Deum, ſeparet proindè etiam mors inter corpus noſtrum & nos. Non potuit diuidi à Deo anima niſì peccãdo, nec corpus ab ipſa niſì moriendo. Quid itaque auſterius pertulit in vltione, id ſolum paſſa à ſubdito, quod præſumpſerat in authorem? Nihil profectò congruentius quàm vt mors operata ſit mortem, ſpiritualis corporalem, culpabilis pœnalem, voluntaria neceſſariam.

Non moriturus homo niſì peccâſſet.

vltionem iuſtam ac talionem homo poſt peccatũ recepit.

Rom. 6.
Eſa. 59.

23. AVGVSTINVS libro decimotertio de Trinitate, capite duodecimo: Quadã iuſtitia Dei in poteſtatem diaboli traditum eſt genus humanum, peccato primi hominis in omnes vtriuſque ſexus commixtione naſcentes originaliter tranſeunte, & parentum primorum debito vniuerſos poſteros obligante. Hæc traditio priùs in Geneſi ſignificata eſt, vbi cùm ſerpenti dictum eſſet, Terram manducabis: homini dictum eſt, Terra es, & in terram ibis. Eo quod dictum eſt, in terram ibis: mors corporis prænunciata eſt, quia nec ipſam fuerat experturus, ſi permanſiſſet vt factus eſt rectus. Quod verò viuenti ait, Terra es: oſtendit totum hominem in deterius commutatum. Tale eſt enim, Terra es: quale iſtud, Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quoniam caro ſunt. Tunc ergò demonſtrauit eum ei traditum, cui dictum fuerat, terram manducabis. Apoſtolus autem apertiùs hoc prædicat, vbi dicit; Et vos cùm eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulâſtis ſecundùm ſeculum mundi huius, ſecundùm principem poteſtatis aẽris, ſpiritùs huius qui nunc operatur in filijs diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ, facientes voluntates carnis & affectionum; & eramus natura filij iræ, ſicut & cęteri. Filij diffidentię ſunt infideles, & quis hoc non eſt antequàm fidelis fiat? Quocirca omnes homines ab origine ſub principe ſunt poteſtatis aëris, qui operatur in filijs diffidentiæ. Et quod dixi ab origine, hoc eſt quod dicit Apoſtolus, natura & ſe fuiſſe ſicut cæteros: natura ſcilicet vt eſt deprauata peccato, non vt recta creata ab initio. Modus autem iſte quo traditus eſt homo in diaboli poteſtatem, non ità debet intelligi, tanquàm hoc Deus fecerit, aut fieri iuſſerit: ſed quòd tãtùm permiſerit, iuſtè tamen. Illo enim deſerente peccantem, peccati author ilicò inuaſit. Nec ità ſanè Deus deſeruit creaturam ſuam, vt non ſe illi exhiberet Deum creantem & viuificantem, & inter pœnalia mala etiam bona malis multa præſtantem.

Iuſtè in diaboli poteſtatem traditũ genus humanum.
Geneſ. 3.
Nõ fuiſſet homo moriturus, ſi manſiſſet rectus.
Geneſ. 6.
Epheſ. 2.
Homo Deum peccando deſerẽs, iuſtè ab eodem deſertus in diaboli poteſtatem venit.

24. ET libro tertio Hypognoſticon, capite ſecundo: Quid eſt autem; Et reliquit illum in manu conſilij ſui; niſì dimiſit eum in poſſibilitate liberi arbitrij ſui? In manu enim poſſibilitas intelligitur. Ipſa eſt prima gratia, qua primus homo ſtare potuiſſet, ſi ſeruare mandata Domini voluiſſet. Hac ergò per inobedientiam deſolatus homo, iudicio iuſto factus eſt ſerpenti, id eſt, diabolo cui maluit obedire quàm Deo, captiuus. Et ideò ſcriptum eſt; A quo enim quis ſuperatus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Et iterùm; Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Eccli 15.
2. Pet. 2.
Ioan. 8.

25. BERNARDVS epiſtola centeſima nonageſima ad Innocentium Pontificem contra hæreſim Petri Abailardi: Myſterium noſtræ redemptionis temerarius ſcrutator maieſtatis aggrediens, in ipſo ſtatim ſuæ diſputationis exordio Eccleſiaſticorum doctorum vnam omnium de hac re dicit eſſe ſententiam, & ipſam ponit, ac ſpernit, & gloriatur ſe habere meliorem: non

Hęreticus homo omnium Patrum ſen-

Digitized by Google

tentiæ ſuam arroganter præfert. non veritus, contra præceptum Sapientis, tranſgredi terminos antiquos quos poſuerunt patres noſtri. Sciendum eſt, ait, quòd omnes doctores noſtri poſt Apoſtolos in hoc conueniunt, quòd diabolus dominium & poteſtatem habebat ſuper hominem, & iure eum poſſidebat, ideò ſcilicet quòd homo ex libertate arbitrij quam habebat, ſpontè diabolo conſenſit. Aiunt nanque quòd ſi quis aliquem vicerit, victus iure victoris ſeruus conſtituitur. Ideò, inquit, ſicut dicunt doctores, hac neceſſitate incarnatus eſt filius Dei, vt homo qui aliter liberari non poterat, per mortem innocentis iure liberaretur à iugo diaboli. Sed vt nobis videtur, ait, nec diabolus vnquàm ius aliquod in homine habuit, niſi fortè Deo permittente, vt carcerarius: nec filius Dei vt hominem liberaret, carnem aſſumpſit. Quid in his verbis intolerabilius iudicem, blaſphemiam an arrogantiam? Quid damnabilius, temeritatem, an impietatem? An non iuſtiùs os loquens talia fuſtibus tunderetur, quàm rationibus refelleretur? Nónne omnium meritò in ſe prouocat manus, cuius manus contra omnes? Omnes, inquit, ſic: ſed non ego ſic. Et paucis interiectis: Ad Prophetas te ducam. Loquitur ſub typo Hieruſalem, ad populum acquiſitionis, non propheta, ſed in propheta Dominus, dicens: Sophon.3. Saluabo te, & liberabo te, noli timere. Quæris à qua poteſtate? Non enim vis vt diabolus in hominem habeat vel habuerit poteſtatem. Fateor nec ego. Non tamen idcircò non habet, quia ego & tu hoc nolimus. Si non confiteris tu, nec cognoſcis: cognoſcunt & dicunt qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici. Quod minimè negares & tu, ſi non eſſes ſub manu inimici. Non potes gratias agere cum redemptis, qui redemptus non es. Nam ſi redemptus eſſes, redemptorem agnoſceres, & non negares redemptionem. Nec quærit redimi, qui ſe neſcit captiuum. Pſal.106. Diabolum in hominẽ poteſtatẽ accepiſſe aſſeritur. Qui autem ſcierunt, clamauerunt ad Dominum, & Dominus exaudiuit eos, & redemit eos de manu inimici. Et vt intelligas hunc inimicum qui ſit, Quos redemit, ait, de manu inimici: de regionibus congregauit eos. Et infrà: Redemit & congregauit, redemit autem de manu inimici. Non dicit inimicorum, ſed inimici. Inimicus vnus, regiones multæ. Siquidem non de regione, ſed de regionibus congregauit eos, à ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari. Quis iſte vnus tam potens dominus, qui non vni præfuit regioni, ſed omnibus? Non alius, vt arbitror, quàm ille qui ab alio propheta dicitur abſorbere fluuium, id eſt, genus humanum, & non mirari: habere autem fiduciam Iob 40. quòd & Iordanis, hoc eſt electio ipſa influat in os eius. Beati qui ſic influunt vt effluant, qui ſic intrant vt exeant. Sed quid? nondùm fortè credis prophetis ſic ſibi concinentibus de diaboli poteſtate in hominem. Veni mecum, & ad Apoſtolos. Dixiſti nempe te non ſentire cum illis qui poſt Apoſtolos venerunt: aſſentias vel Apoſtolis: ſi fortè & tibi contingat quod vnus eorum loquitur de quibuſdam: Nequando, inquiens, det illis 2.Tim.2. Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Paulus eſt iſte, qui homines à diabolo captiuos teneri aſſerit ad eius voluntatem. Audis, ad eius voluntatem, & negas poteſtatem? Si & Paulo non credis, veni iam ad ipſum Dominũ: ſi fortè audias & quieſcas. Nempe ab ipſo appellatur princeps huius mundi, & Ioan.14. fortis armatus, poſſeſſor vaſorum: & dicis eum non habere poteſtatem in homines? Niſi tu aliud putas hoc loco intelligi atrium quàm mundum, vaſa quàm homines. Quòd ſi atrium diaboli mundus erat, & homines vaſa eius: quomodò non dominabatur in hominibus? Ait item Dominus capientibus ſe: Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas Lucæ 22. tenebrarum. Poteſtas iſta non latuit illum qui dicebat: Qui eruit nos de poteſtate tenebrarum, & Coloſſ.1. tranſtulit in regnum filij claritatis ſuæ. Hanc ergò Dominus nec in ſe quidem negauit diaboli poteſtatem, ſicut nec Pilati, qui membrum erat diaboli. Ait ſiquidem: Non haberes poteſtatem in me Ioan.19. vllam, niſi data tibi fuiſſet deſupèr. Quòd ſi in viride lignum intantùm graſſata eſt iſta deſupèr data poteſtas, aridum quomodò non fuit auſa contingere? Nec iniuſtam puto iſte cauſabitur poteſtatem datam deſupèr. Diſcat ergò diabolum non ſolùm poteſtatem, ſed & iuſtam habuiſſe in homines, vt conſequenter & hoc videat, veniſſe vtiquè in carne Dei filium propter liberandos homines. Cæterùm etſi iuſtam dicimus diaboli poteſtatem, non tamen & voluntatem. Vndè non diabolus qui inuaſit, non homo qui meruit, ſed iuſtus Dominus qui expoſuit. Non enim à poteſtate, ſed à voluntate iuſtus iniuſtúsve quis dicitur. Diaboli iuſta poteſtas, non voluntas. Hoc ergò diaboli quoddam in hominem ius etſi non iure acquiſitum, ſed nequiter vſurpatum, iuſtè tamen permiſſum. Sic itaque homo iuſtè captiuus tenebatur, vt tamen nec in homine nec in diabolo illa eſſet iuſtitia, ſed in Deo. Iuſtè igitur homo addictus, ſed miſericorditer liberatus.

26. AD Hebræos ſecundo capite: Quia ergò pueri communicauerunt carni & ſanguini: & ipſe ſimiliter participauit eiſdem: vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum.

27. CONCILIVM Arauſicanum ſecundum, capite primo: Si quis per offenſam præuaricationis Adæ, non totum, id eſt, ſecundùm corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum; ſed animi libertate illæſa durante, corpus tantummodò corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduerſatur ſcripturæ dicenti: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. &, Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis? Et à quo quis ſuperatur, eius & ſeruus addicitur. Totus Adam ſecũdum corpus & animã in deterius cõmutatus. Pelagij error. Ezech.18. Rom.6. 2.Pet 2.

28. GENNADIVS, vel quiſquis author eſt, libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite trigeſimooctauo: Si quis per offenſam &c. vt capite illo ſecundi concilij Arauſicani.

29. AVGVSTINVS libro decimotertio de Trinitate, capite duodecimo: Quod viuenti ait, Terra es: oſtendit totum hominem in deterius commutatum.

30. ET libro decimoquarto de ciuitate Dei, capite decimoquinto: Quia contemptus eſt Deus iubẽs, qui hominem creauerat, qui ad ſuam imaginem eum fecerat, qui cæteris animalibus præpoſuerat, qui in paradiſo conſtituerat, qui rerum omnium copiam ſalutíſque præſtiterat, qui præceptis nec pluribus, nec grandibus, nec difficilibus onerauerat, ſed vno breuiſſimo atque leuiſſimo ad obedientiæ ſalubritatem adminiculatus fuerat, quo eam creaturam, cui libera ſeruitus expediret, ſe eſſe Dominum commonebat: iuſta damnatio ſubſequuta eſt, taliſque damnatio, vt homo qui cuſtodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne ſpiritalis, fieret etiam mente carnalis: & quia ſua ſuperbia ſibi placuerat, Dei iuſtitiâ ſibi donaretur: nec ſicut affectabat, in ſua eſſet omnimoda poteſtate, ſed à ſeipſo quoquè diſſentiens, ſub illo cui peccando conſenſit, pro libertate quam concupiuit, duram miſerámque ageret ſeruitutem, mortuus ſpiritu volens, & corpore moriturus inuitus: deſertor æternæ vitæ, etiam æterna, niſi gratia liberaret, morte damnatus. Miſerabilis metamorphoſis.

II.

De peccato Adæ in omnes homines transfuſo.

A. NE-

Digitized by Google

Ex cã.2.eiuſdem ſeſſ.5.

A. NEQVE verò Adæ præuaricatio ſibi ſoli, ſed etiam eius propagini[a] & toti poſteritati nocuit, vt qui acceptam à Deo ſanctitatem & iuſtitiam ſibi[b] nobisque perdiderit, & per inobedientiæ peccatum inquinatus, non mortem & pœnas corporis[c] tantùm, verumetiam peccatum (quod mors eſt animę) in omne genus humanum transfudit. Id quod Apoſtolus confirmans dixit, [d] *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.*

1 Ex can.3. 5.ſeſs.

B. [1] Vndè Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione[e], non imitatione transfuſum omnibus, ineſt vnicuique[f] proprium, aliquo remedio expiari neceſsè eſt ad vitam æternam conſequendam. [2] Nam ex eo immundi, &, vt Apoſtolus[g] inquit, natura filij iræ, tum ſerui peccati, diaboli & mortis omnes efficiuntur, [3] excepta interìm Beata & immaculata [h] virgine Maria Dei genitrice, quam hoc loco, vbi de peccato originali agitur, non compræhendimus.

2 Ex cap.1. ſeſs.6.

3 Ex append. ſeſs.5.

a Rom.5.c d 1. Cor 15.c Eccli 25.d Cõcil.2. Arauſ.can.2. Aug in Enchir.c.26. lib.2. Hypogn.c.1.& ſeq. lib.13 de ciuit. Dei, c.3.14. & lib.14.cap.1. Proſper lib. 1. de vocat. gent. cap. 7. & ad capitula Gallorum cap.8.

b Proſp.cõtra Collator.cap.19.& ad tria prima dub.Genuenſ. Fulgent.de incar. & gratia Chriſti, cap.13.

c Gennad.de eccleſ.dogmat.ca.39. Auguſt.in Ench.cap.26.lib.15.de ciuit.Dei, cap.1.de pędeſt.& grat.cap.3.lib.6.contra Iulian.c.12.20.24.& 26. Fulgent.de incar.& gratia Chriſti, cap.14.15 de fide ad Petrum c.25. Proſp.lib.2.de vita contemp cap.20.& contra Collat.c.20.lib. de ingratis cap 40. & 27. Petrus Diac. de incarn & grat.Chriſti, cap.6.

d Rom.5 b

e Auguſt.lib.2.cont.Pelag.&Celeſt.cap. 15.16. lib.1.de peccat. meri.c.9.10.11.12. & 13. lib.2. Hypognoſ.c. 4. Epiſtola 86. quæſt.3. lib.6.cont.Iulian.cap.24. ſerm. 14.de verb. Apoſt.c.14.& ſeq.

f Idem lib.3.de peccat merit.cap.8.lib. 6.contra Iulian.cap.10.

g Epheſ.2.a Fulgent.de fide ad Petrum cap.26.

h Aug de nat.& gratia cap 36. Vide extrauag.comm.lib.3.de reliq.& venerat. Sanct. Conc.Tridẽ.ſeſs.5.in fine decreti de peccat.origin.

TESTIMONIA.

1.A. AD Romanos quinto capite: Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cùm lex non eſſet. Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum, ità & donũ. ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magìs gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ità & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabũt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ità & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.

2. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto capite: Quoniam per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ità & in Chriſto omnes viuificabuntur.

3. ECCLESIASTICI vigeſimoquinto: A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.

4. CONCILIVM Arauſicanum ſecundum canone ſecundo: Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam, non & eius propagini, aſſerit nocuiſſe, aut certè mortẽ tantùm corporis, quæ pœna peccati eſt, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, per vnum hominem in omne genus humanum tranſijſſe teſtatur, iniuſtitiam Deo dabit, contradicens Apoſtolo dicenti; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertranſit, in quo omnes peccauerunt.

Adæ præuaricatio præter corporis, etiam animæ mortẽ, id eſt, peccatum in poſteros tráſmiſit.

Rom.5.

5. AVGVSTINVS capite vigeſimoſexto Enchiridij ad Laurentium: Poſt peccatum exul effectus, (loquitur de Adamo) ſtirpem quoquè ſuam, quam peccando in ſe tanquàm in radice vitiauerat, pœna mortis & damnatione obſtrinxit: vt quicquid prolis ex illo & ſimul damnata per quã peccauerat coniuge, per carnalem concupiſcentiam, in qua inobedientiæ pœna ſimilis retributa eſt, naſceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloresque diuerſos ad illud extremum cum deſertoribus angelis vitiatoribus & poſſeſſoribus & conſortibus ſuis ſine fine ſupplicium. Sic per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Mundum quippe appellauit eo loco Apoſtolus vniuerſum genus humanum.

Originale peccatum omnes Adæ poſteri contrahunt cum pœna.

Rom.5.

6. ET libro ſecundo Hypognoſticon contra Pelagianos & Celeſtianos: Peccatum Adæ, aiunt, neminem nocuit, niſì ſolum ipſum. Reſpondemus, Si peccatum primorum hominum ſolis obfuit illis, & nemini noſtrûm; quemadmodùm quæ in illos pro peccato lata eſt, in nos ſententia pertranſiuit, in quos non tranſiuit & culpa? Niſì fortè ſecundùm vos iniuſtus Deus, qui expertes eorum delicti, paſſus eſt nos eorum pœnæ adſtringi vinculo. Hæc eſt enim in illis poſt peccatum diuina ſententia, poſtquàm ſcilicet ſuaſor ad præuaricandum maledictus eſt ſerpens. Mulieri autem dixit Deus, Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum. In triſtitia paries filios, & ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tuî. Et Adæ dixit, Quoniã audîſti vocem mulieris tuæ, & manducâſti de ligno, de quo præceperam tibi de hoc ſolo nè manducares: maledicta terra &c. Hac nos pœnæ ſententia colligatos, ipſa ſibi humana natura totum per orbem terrarum diffuſa teſtimonium perhibet, dum ſe paternis cruciatibus ſanctæ legis teſtimonio peruidet laborare. Quod qua iuſtitia, ſi hæredes parentum peccati non ſumus, patimur? Si vobis ſolis æquitas ſuppeditat naturalis, qua iuſtiora ſint iudicia veſtra quàm Dei, inter nos & Deum reſidentes in ſuperbiæ ſolio iudicate. Adã igitur factus eſt abſque peccato natura: cùm verò peccauit homo, natura peccauit, & facta eſt natura iam peccatrix, id eſt vitium habens peccati, non ipſa effecta vitium vel peccatum. Poſt peccatum ergò homo peccator dictus eſt, non homo peccatum. Peccator enim à peccando, non homo à peccando dicitur. Et ideò peccator homo genuit hominem, ſine dubio peccatorem; quia de natura vt dixi peccato vitiata, non niſì natura naſcitur vitioſa, id eſt peccatrix: ſecundùm quod ait Apoſtolus Paulus, Qualis terrenus, tales & terreni. Et hoc quomo-

Peccatũ Adæ non ipſi tantùm nocuit, ſed etiam nobis.

Geneſ.3.

Peccati parentum primorum ſumus hęredes.

Homo peccator, nõ peccatum.

1.Cor.15.

dò, niſi per ſeminis ſparſionem? Deinceps capite ſecundo: Sed ais mihi è diuerſo veniens; Ergò ſemen peccatum eſt? Iam ſuperiùs dixi, quia cùm peccauit homo, natura peccauit, cuius ſunt ſemina; & ſemen ergò vitiatum eſt, non vitium, ſicut

Sap.12.

ſcriptum eſt; Semen enim maledictum erat ab initio. Maledictum videlicet poſt peccatum, quia

Geneſ.3.

maledicta, inquit, terra in operibus tuis. Sed vitium trahi non poteſt protoplaſti, neque eſſe homini ſine ſeminis effuſione. Quod confirmat Apoſto-

Rom.5.

lus dicens, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, &c. Audis itaque per vnum hominem peccatum intrâſſe in mundum, & per peccatũ mortem, & ità in omnes homines pertrãnſiſſe, in quo omnes peccauerunt: & audes dicere hæretice, Adæ peccatum nulli niſi ſoli nocuit ipſi? Et verè tunc ſoli nocuit, cùm ſolus eſſet ipſe, & Eua mulier eius. Sed in illis vnis omnes eramus, quia natura humani generis erant, ſicut in nobis omnibus illi vni ſunt, quia natura eorum ſumus. Et capite tertio: Sed reſpondentes, dicitis, vt dicere conſueuiſtis: Apoſtolus ſi voluiſſet intelligi, quia per ſeminum conceptionem dicebat peccatum in omnes homines pertranſiſſe, non per vnum hominem dixiſſet, ſed per duos homines, quia ſine fœmina de ſolo maſculo homo naſci non poteſt. Si cordis oculos non amiſiſtis, at-

Geneſ.2.

tendite dictum eſſe, Iam non ſunt duo, ſed vna caro: Et iterùm, Erunt duo in carne vna. Nam ideò per vnum hominem dixit Apoſtolus, quia cùm in viro ſuo mulier vna fit caro, in ſemine progenies imputatur. Audite adhuc & alium ſapientiſ-

Eccli 25.

ſimum, dicentem ad veſtram confuſionem: Ex muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Ecce hæretice, factum eſt tibi ſatìs, per duos homines in humanum genus peccatum vel mortem pertranſiſſe.

7. ITEM libro decimotertio de ciuitate Dei, capite tertio: In primo igitur homine per fœminam in progeniem tranſiturum vniuerſum genus humanum fuit, quando illa coniugum copula diuinam ſententiam ſuæ damnationis excepit. Et

Quod factus eſt homo cũ peccaret, hoc generat.

quod homo factus eſt, non cùm crearetur, ſed cùm peccaret & puniretur, hoc genuit, quantum quidem attinet ad peccati & mortis originem. Non enim ad infantilem hebetudinem, & infirmitatem animi & corporis, quam videmus in paruulis, peccato vel pœna ille redactus eſt, quæ Deus voluit eſſe tanquàm primordia catulorum, quorum parentes in beſtialem vitam mortalémque

Pſal.48.

que deiecerat: ſicut ſcriptum eſt, Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt pecoribus non intelligentibus, & ſimilis factus eſt illis. Non ergò ad iſta infantilia rudimenta præſumptione illicita, & damnatione iuſta prolapſus vel impulſus eſt primus homo; ſed hactenùs in eo natura humana vitiata atque mutata eſt, vt repugnantem pateretur in membris inobedientiam

Gignit peccato obnoxios.

concupiſcendi: & obſtringeretur neceſſitate moriendi, atque ità id quod vitio pœnáque factus eſt, id eſt, obnoxios peccato mortíque generaret.

Eccli 7.

8. IBIDEM capite decimoquarto: Deus creauit hominem rectum, naturarum author, non

Deprauatos damnatoſq; generauit.

vtiquè vitiorum, ſed ſpontè deprauatus iuſtéque damnatus, deprauatos damnatóſque generauit. Omnes enim fuimus in illo vno, quando omnes fuimus ille vnus, qui per fœminam lapſus eſt in peccatum, quæ de illo facta eſt ante peccatũ. Nondùm erat nobis ſigillatim creata & diſtributa forma, in qua ſinguli viueremus, ſed iam natura erat ſeminalis, ex qua propagaremur: qua ſcilicet propter peccatum vitiata, & vinculo mortis obſtricta, iuſtéque damnata, non alterius conditionis

Liberi arbitrij malus vſus, fons omnium calamitatum.

homo ex homine naſceretur: ac per hoc à liberi arbitrij malo vſu, ſeries huius calamitatis exorta eſt, quæ humanum genus origine deprauata, velut radice corrupta, vſque ad ſecundæ mortis exitium, quæ non habet finem: ſolis eis exceptis, qui per gratiam Dei liberantur, miſeriarum connexione perducit.

9. ET libro decimoquarto, capite primo: Diximus in ſuperioribus libris, ad humanum genus non ſolùm naturæ ſimilitudine ſociandum, verumetiam quadam cognationis neceſſitudine in vnitatem concordem pacis vinculo colligãdum, ex homine vno Deum voluiſſe homines inſtituere: neque hoc genus fuiſſe in ſingulis quibuſque moriturum, niſi duo primi, quorum creatus eſt vnus ex nullo, altera ex illo, id inobedientia meruiſſent; à quibus admiſſum eſt tam grande peccatum, vt in deterius eo natura mutaretur humana, etiam in poſteros obligatione peccati & mortis neceſſitate tranſmiſſa.

Ex vno homine cur Deus voluerit homines inſtituere.

Natura peccato Adæ in deterius mutata, poſteriq; ſic peccato ac morti obnoxij redditi.

10. PROSPER libro primo de vocatione gentium, capite ſeptimo: Omnes homines in primo homine ſine vitio conditi ſumus, & omnes naturæ noſtræ incolumitatem, eiuſdem hominis præuaricatione perdidimus. Indè tracta mortalitas, indè multiplex corporis animíque corruptio, indè ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, ſacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, iniuſta gaudia, pœnitenda conſilia, & non minor miſeriarum multitudo quàm criminum. His ergò atque alijs malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, ſpe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiua, nemo in ſe vndè repararetur inuenit.

Ex præuaricatione primi hominis quæ mala in nos deriuata.

11. ET in reſponſionibus ad capitula obiectionum Gallorum, capite octauo: Cum ducentis quatuordecim ſacerdotibus, quorum conſtitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus eſt, veraci profeſſione, quemadmodùm ipſorum habet ſermo, dicamus, gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum, non ſolùm ad cognoſcendam, verumetiam ad faciendam iuſtitiam nos per actus ſingulos adiuuare, ità, vt ſine illa nihil veræ ſanctæq; pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. Neque hæc dona ità ex Deo eſſe opinemur, vt quia ipſe naturæ noſtræ author eſt, per conditionem iam hæc contuliſſe videatur. Quia dedit quidem ab initio hanc homini facultatem: ſed omnes eam in illo amiſimus, in quo omnes peccauimus. Vndè alia creatione, alioq; principio renouari egemus in Chriſto: in quo ſumus noua creatura, nouumq; figmentum: & per quem nobis, nullis bonis, & multis malis meritis præcedentibus, donatur, vt ſimus ex vaſis iræ, vaſa miſericordiæ.

Gratia Dei & ad cognoſcẽdam & ad faciendam iuſtitiam adiuuat.

In Adam oẽs peccauimus.

12. IDEM contra Collatorem capite decimonono: Fuit Adam, & in illo fuimus omnes. Perijt Adam, & in illo perierunt omnes. Quod ità non falsò dixit beatus Ambroſius, ſicut non falsò ipſa veritas ait: Venit filius hominis quærere & ſaluare quod perierat. Naturæ enim humanæ, in illa vniuerſalis præuaricationis ruina, nec ſubſtantia erepta eſt nec voluntas, ſed lumen decúſque virtutum, quibus fraude inuidentis exuta eſt. Perditis autem per quæ ad æternam atque inamiſſibilem corporis animæq; incorruptionem poterat peruenire, quid ei remanſit, niſi quod ad temporalem pertinet vitam, quæ tota eſt damnationis & pœnæ? Propter quod, natos in Adam renaſci oportet in Chriſto, nè in illa quis inueniatur generatione, quæ perijt. Nam ſi poſteri Adæ in illis virtutibus naturaliter agerent, in quibus Adam fuit ante peccatum, non eſſent natura filij iræ, non eſſent tenebræ, nec ſub poteſtate tenebrarum: ſaluatoris deniquè gratia non egerent: quia non fruſtrà boni eſſent, nec iuſtitiæ præmio fraudarentur: habentes ea bona, quorum amiſſione primi patres de paradiſo exulare meruerunt. Nunc autem, cùm ſine ſacramento regenerationis æternam mortem nemo poſſit euadere: nónne ex ipſius remedij ſingularitate apertiſſimè patet, in quàm

Amb.lib.7.in Lucam in illud cap.15. Filius perierat & inuentus eſt.

Luc.19.

Epheſ.2.

Epheſ.5.

Coloſ.1.

quàm profundum malum totius humani generis natura demerſa ſit, illius præuaricatione, in quo omnes peccauerunt,& quicquid ille perdidit,perdiderunt? Perdidit autem primitùs fidem,perdidit continentiam, perdidit charitatem, ſpoliatus eſt ſapientia, & intellectu, caruit conſilio & fortitudine: & impiè altiora ſectando, à veritatis ſcientia, & obedientiæ pietate deiectus eſt: nec ipſo ſaltem timore ſibi reliquo, vt ab interdictis vel metu caueret pœnæ, * qui abſtinebat amore iuſtitiæ. Liberum ergò arbitrium,id eſt, rei ſibi placitæ ſpontaneus appetitus, vbi vſum bonorum quæ acceperat, faſtidiuit, & vileſcentibus ſibi felicitatis ſuæ præſidijs, inſanam cupiditatem, ad experientiam præuaricationis intendit, bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis intemperantiæ ſuæ ebrietate madefecit.

Rom.5. Adam, & in illo nos quæ perdiderimus.

* al. qui non abſtineret amore iuſtitiæ.

13. ITEM ad excerpta Genuenſium, in reſponſione ad tria prima dubia: Hoc qui aſſerit, fatetur,credo,nobiſcum quòd in primo Adam omnium hominum natura vitiata ſit: nec negat eam in illo lapſu, ſuas amiſiſſe virtutes,quas,niſi per gratiam recipiat, habere non poſſit. Quid eſt autem quod eidem naturæ ſolam fidem non vult eſſe præreptam, quam niſi primam amiſiſſet, cæteris bonis omnibus non careret? Credendo enim Adam diabolo, non credidit Deo, & cùm ſpiritu ſuperbiæ inebriatus eſſet, diſceſſit à Domino cor eius: & factus eſt ſeruus apoſtatæ, dum liber vult eſſe iuſtitiæ. Cùm itaque non haberemus continentiam, niſi Deus daret: nec haberemus dilectionem ſanctam,niſi charitas Dei diffunderetur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: cùm poſtremò nemo haberet ſapientiam & intellectum,conſilium & fortitudinem,ſcientiam & pietatem ac timorem Domini, niſi has virtutes ſpiritus ſanctus daret: quomodò fides in Adam perdita,in quoquam filiorum eius inueniretur, niſi eam idem ſpiritus,qui omnia in omnibus operatur, infunderet? Vndè ſi quod Adam perdidit, poſteritas non amiſit,ipſum ſolum læſit peccatum eius, & non genus humanũ. Sed omnes in vno peccauerunt, & præuaricationis merito, tota eius propago dãnata eſt. Omnes igitur, quod Adam perdidit,perdiderunt.Perdidit autem primitùs fidem,quam omnes, quia primam potuimus amittere, primam habemus accipere.

In Adã omnium hominũ natura vitiata.

Sap.8. Rom.5. Eſa.11. 1.Cor.12. Rom.5.

Fides vt prima perdita, ità prima recuperanda.

14. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Chriſti, capite decimotertio: Venundatus ſub peccato (loquitur de primo hominum parente) cunctam in ſe prolem de carnis concubitu naſcituram, nexibus mortiferæ ſeruitutis obſtrinxit. Quod beatus Paulus euidenter his verbis inſinuat: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.Hoc in illo,qui primus fictus eſt,patre orbis terrarum vniuerſi pertulimus,in quo omnes peccauerunt antequàm nati eſſent, qui per ſeipſos peccare non potuerunt.Hinc factum eſt,vt iam filios iræ propagaret maſſa damnata, quæ in illius hominis poſteros & iniquitatẽ ſimul transfudit & mortem, vt omnis qui per legem peccati (quam certum eſt mortalibus vſque ad mortem ineſſe corporibus) de peccatoris ſemine naſciturus, in ipſo conceptionis exordio excepiſſet peccati parentalis maculam, exindè ſub iugo graui quod eſt ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium, ducturus eſſet ærumnoſam infeliciter vitam,breuitati ſcilicet,peccato, mortique ſubiectam. Scriptum eſt enim: Homo natus de muliere,breuis vitæ,& plenus iræ.Quæ ad ſecundã quoquè mortem natum mortaliter traheret, ſi quem alienum à gratia Dei redemptoris vitæ huius miſerabilis obitus inueniret. Vt ergò peccati originalis vinculo, quo per hominem primum tenebamur obſtricti, miſerantis Dei gratia ſolueremur, vnus extitit mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Nam quia Deus immortalis & iuſtus eſt, nos autem iniquos & mortales primi hominis transgreſſio fecerat, vt congrua noſtris adhiberetur medela vulneribus, natus eſt de homine homo vnigenitus Deus, qui de patre natus eſt immortalis & iuſtus.

Rom.5.

In Adam oẽs peccauerunt, qui nondum nati per ſeipſos peccare nequiuerunt.

Eccli 40. Iob 14.

Originalis peccati vinculo nos gratia mediatoris Chriſti neceſſè eſt abſoluat.

15. GENNADIVS libro de Eccleſiaſticis dogmatibus,capite trigeſimonono: Si quis ſoli Adæ &c. vt ſuprà teſtimonio quarto huius capitis.

16. AVGVSTINVS in Enchiridio ad Laurentium capite vigeſimo ſexto, vt paulò antè teſtimonio quinto.

17. ITEM libro decimoquinto de ciuitate Dei,capite primo: Vnuſquiſque quoniam ex damnata propagine exoritur, primò fit neceſſè eſt ex Adam malus atque carnalis: quòd ſi in Chriſto renaſcendo profecerit,poſteà erit bonus & ſpiritalis.

Omnes ſumus primò ex Adam mali.

18. ET libro de prædeſtinatione & gratia, capite tertio: Vitiatæ radicis macula ità propaginis traduce per generationum ſarmenta diffuſa eſt,vt nec infans quidem vnius diei à culpa ſit primæ præuaricationis alienus, niſi per indebitam Saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quòd ſi nec hic quidem ſine peccato eſt, qui proprium adhuc habere non potuit, conficitur vt illud traxerit alienum, de quo Apoſtolus dicit, Per vnũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Quod qui negat, negat profectò primùm nos eſſe mortales. Si enim, vt dicit Apoſtolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: mors intrare non potuit,niſi intrante peccato. Et quoniã mors non naturæ conditio,ſed pœna peccati eſt, ſequatur neceſſè eſt pœna peccatũ. Quia verò in omnes homines mors pertranſijt, in omnes neceſſè eſt pertranſiſſe peccatum. Peccatum quo modo cum paruulis originale naſcatur, carnis oculis videre non poſſumus. Quia verò omnes ex Adam carnaliter natos, & ſi illi iam etiam in Chriſto renati ſunt, videmus mortis lege conſtringi: per hoc quod videmus illud quod nõ videmus cogimur confiteri. Faciliùs enim fieri poſſet, vt quanuis tranſeunte peccato, pœna minimè ſequeretur, quàm vt nulla communicatione peccati partem ſumat pœnæ, qui non habet culpæ. Si ergò, vt apparuit,de præuaricatoris ſemine omnes naſcimur debitores,(quoniam in ipſo omnes,vt ait Apoſtolus, peccauerunt) & ipſa iam in principio vndè deſcendimus,maſſa damnata eſt,nullus de duritia ſua,nullus de pœna ſua conqueri audeat, quæ etiam nõ exiſtentibus peccatis proprijs, ſola naſcendi conditione debetur.

Iob 14. iuxtà LXX.

Rom.5.

Peccatum ab Adã nos trahere ex eo eſt euidens,quià pœnam traximus.

Pœnam lues etiam culpæ eſt affinis. Rom.5.

19. LIBRO item ſexto contra Iulianum Pelagianum, capite duodecimo: Ego per vnum hominem in mundum intràſſe peccatum, & per peccatnm mortem, & ità in omnes homines pertranſiſſe,in quo peccauerunt omnes, ab initio conuerſionis meæ ſic tenui ſemper,vt teneo. Extant libri quos adhuc laicus recentiſſima mea conuerſione conſcripſi, & ſi nondùm ſicut poſteà ſacris literis eruditus; tamen nihil de hac re iam tunc ſentiens,& vbi diſputandi ratio popoſcerat dicens,niſi quod antiquitùs diſcit & docet omnis Eccleſia: in has videlicet magnas manifeſtáſque miſerias, in quibus homo vanitati ſimilis factus eſt, vt dies eius ſicut vmbra prætereant, & ſit vniuerſa vanitas omnis homo viuens, merito peccati originalis genus humanum fuiſſe collapſum, vndè non liberat niſi qui dixit, Veritas liberabit vos.&, Ego ſum veritas. &,Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis.

Rom.5. Auguſtinus ſemper credidit peccatũ originale.

Originalis peccati merito in oẽs ſuas miſerias prolapſus homo. Pſal.143. Pſal.38.

Ioan.8. Ioan.14. Ioan.8.

20. ET capite viceſimo: His verbis meis ex libro

Iuliani obiectio contra originale peccatum. bro meo meo abs te poſitis, ità reſiſtendum putâſti, vt diceres hanc formam etiam in homine malo debuiſſe ſeruari, quæ ſeruatur in diabolo; nè quiſquam damnetur niſi ex vitijs propriȩ voluntatis, atque ideò nullum ſit originale peccatũ: alioquin opus eius, vt dicis, qui etiam diabolum bonum condidit, nõ poteſt approbari. Solutio. Nec attendis quòd diabolum nõ ex alio diabolo creauit Deus, nec ex aliquo angelo licèt bono, cuius tamen lex eſſet in membris repugnans legi mentis, per quam & cum qua, de homine naſcitur omnis homo. Adiuuaret itaque te fortaſsè hoc argumentum, ſi vt homo ità diabolus gigneret filios, eóſque paterno peccato negaremus obnoxios. Nunc verò aliud eſt Ioan. 8. ille, qui homicida erat ab initio, quia hominem ab initio quo eſt homo inſtitutus, occidit per fœminæ ſeductionem, & in veritate per liberum arbitrium non ſtetit, cadénſque deiecit hominem: & aliud eſt quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Originale peccatũ commune omnibus. Vbi euidenter expreſſum eſt, exceptis cuiuſque hominis proprijs, commune omnibus hominibus originale peccatum.

Rom. 5. 21. ITEM capite viceſimoquarto: Cõmendat, inquit Apoſtolus, ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt; multò magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per Epheſ. 2. ipſum. De hac ira dicitur; Eramus & nos natura filij iræ, ſicut & cæteri. Hiere. 20. De hac ira dicit Hieremias Propheta; Maledictus dies in quo natus ſum. Iob 3. De hac ira dicit ſanctus Iob; Pereat dies ille in quo natus ſum. Iob 14. iuxta LXX. De hac ira item dicit idem ipſe; Homo enim natus ex muliere, breuis vitæ, & plenus iracundiæ, ſicut flos fœni decidit, fugit autem ſicut vmbra, & non ſtabit. Nónne & huius curam feciſti, & hunc feciſti intrare in conſpectu tuo in iudicium? Quis enim erit mundus à ſordibus? Ne vnus quidem, etiam ſi vnius diei fuerit vita eius ſuper terram. Eccli 14. De hac ira dicit liber Eccleſiaſticus, Omnis caro ſicut veſtis vetereſcit, teſtamentum enim à ſeculo; marte morieris. Eccli 25. Itémque ipſe; A muliere, inquit, initium eſt peccati, & propter illã morimur omnes. Eccli 40. Et alio loco, Occupatio magna creata eſt omni homini, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Eccles 1. De hac ira dicit Eccleſiaſtes; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ abundãtia hominis in omni labore ſuo, quo ipſe laborat ſub ſole? Rom. 8. De hac ira vox Apoſtolica eſt; Omnis creatura vanitati ſubiecta eſt. Pſal. 38. De hac ira plangit Pſalmiſta; Eccè veteres poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquàm nihilũ ante te, veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Pſal. 89. De hac re plangit & aliàs; Quæ pro nihilo habentur, eorũ anni erunt: Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat & prætereat, veſpere decidat, dureſcat, & areſcat: Quoniam defecimus in ira tua, & in indignatione tua conturbati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Nemo liberabitur ab hac ira Dei, niſi per mediatorem recõcilietur Deo. Vndè dicit etiam ipſe Ioan. 3. mediator: Qui non credit filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Non dixit, veniet: ſed, manet ſuper eum.

22. IBIDEM capite viceſimoſexto: Audes te (alloquitur Iulianum negantem peccatum originale) agmini ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, martyrum ſacerdotúmque miſcere: cùm tibi dicant patriarchæ, etiam pro Iob 14. iuxta LXX. paruulis natis oblata ſacrificia pro peccatis, eò quòd non ſit mundus à ſordibus, nec infans diei vnius ſuper terram. Cùm tibi dicant prophetæ; In iniquitatibus concepti ſumus. Pſal. 50. Cùm tibi dicant Apoſtoli; Galat. 3. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus; vt exiſtimemus nos mortuos quidem eſſe peccato, viuere autẽ Deo in Chriſto Ieſu. Cùm tibi dicant martyres, ſecundùm Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, vndè paruulis dimittantur in baptiſmo, non propria ſed aliena peccata. Cùm tibi dicant ſacerdotes, carnali voluptate concretos priùs ſubire delictorum contagium, quàm vitæ huius haurire munus. His te conſociari præſumis, quorum fidem debellare conaris.

23. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Chriſti, capite decimoquarto: Hi qui mortem ſolam vt non etiam peccatum ex homine primo tranſijſſe in genus humanum nituntur aſſerere, Originale peccatũ paruulis ineſſe qui negant, Deum iniuſtum faciunt. mirum ſi non intelligunt quibus ſententiæ ſuæ laqueis obligentur. Primò, quia Deum dicunt iniuſtum, in eo quòd mori facit paruulos, quos nulla volunt iſti originalis peccati contagione pollutos, quoſque manifeſtè conſtat infantili ætate aliquid actualis peccati, propria non poſſe voluntate contrahere, cùm mortem ſtipendium Apoſtolus eſſe peccati diffiniat, & rurſum, aculeũ mortis Rom. 6. dicat eſſe peccatum, quo vtique pungente mors illigata eſt homini. Sic enim peccatum aculeus mortis dicitur, nõ quia peccatum per mortẽ, ſed quia per peccatum mors in mundum intrauit: ſicut virulentum poculum mortis poculũ dicimus, non quòd à morte poculum detur, ſed quòd mors poculo illi comparetur. Qua igitur iuſtitia paruulus ſubijcitur peccati ſtipendio, ſi nulla eſt in eo peccati pollutio? Vel quomodò videmus morte punctum, ſi non ſenſit aculeum? Et cùm non ſit iniquitas apud Deum, qui fecit hominẽ ad imaginem ſuã, quæ iuſtitia eſt, vt imago Dei, quę nihil potuit per ſeipſam delinquere, ſi non redimatur ſanguine filij Dei, in regnum Dei non permittatur intrare? Et paulò pòſt: Si ergò nolunt in ipſius Dei contumeliam mortifera impietate verſari, fateantur hominem primum in omnes homines cum morte tranſmiſiſſe peccatum.

24. ET capite decimoquinto: Negantes in paruulis naſcentibus originale peccatum, humanam eos carnem habere non negant, filium autem Dei carnem humanã de virgine ſine peccato accepiſſe concedunt: conſequens igitur eſt, vt inter carnem naſcentis ex virgine vnigeniti Dei, & cuiuslibet alterius paruuli nihil diſtare fateantur. Saluatore eos non indigere neque baptiſmo cõcludent. Vndè conficitur, vt omnes paruulos quos naſci aſſerunt ſine peccato, dicant non egere ſaluatoris auxilio: atque ità laqueum Pelagiani erroris incurrũt, dum fidei catholicæ infideliter contradicunt. Si enim ſine peccato infantes naſci aſſerunt, quid reſtat, niſi vt dicãt nihil eſſe in eis quod debeat ſpirituali regeneratione mundari? Et ſi remouent peccati originalis maculam à naſcentibus paruulis, quid aliud nituntur, niſi diuinę veritati ſuccenſere mendacium, quando eos in remiſſionem peccatorum, vident baptiſmatis accipere ſacramentum? Baptiſmus infantibus nõ minùs quàm adultis tributus arguit eos peccato obnoxios. Quod ideò vniformiter infantibus, maioribuſque cõfertur, vt omnibus originalis ineſſe peccati macula cognoſcatur. Quiſquis igitur ſalutem veram ſempiternamque deſiderat adipiſci, ſenſum hæreticæ prauitatis abijciens, quos cum pœna peccati natos videt, cum peccato quoque natos nõ dubitet, audiatque beatum Iob dicentem: Iob 15. Quia non eſt mundus à ſorde, nec infans, cuius vnius diei vita eſt ſuper terram. Beati quoquè Dauid flectus pij cordis humilitate conſideret, dicentis: Pſal. 50. Eccè in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Sancto quoque Abrahæ videat circunciſionis ſacramentum non ſine tremenda paruuli comminatione mandatum. Ibi quippe Deus fidelis & iuſtus, qui non infert iram, vbi culpam non inuenit, patri noſtro Abrahæ ſic loquitur: Geneſ. 17. Maſculus qui non

Digitized by Google

non fuerit circuncisus carnem præputij ſui octauo die, exterminabitur anima illa de populo ſuo, quia teſtamentũ meum tranſgreſſus eſt. Quiſquis itaq; negat in paruulis ſecundùm carnem naſcentibus originale peccatum, dicat in quo potuit infans octo dierum teſtamentum Dei tranſgredi, ſi non in illo tranſgreſſus eſt, in quo omnes peccauerunt, cùm & antequàm naſcerentur aſſerat Apoſtolus infantes nihil egiſſe boni vel mali, & videamus iam natos non ſolùm intra octauum diem natiuitatis ſuæ, quo tunc tempore circũcidi iubebantur infantes, ſed etiam poſt ipſum diem toto infantiæ ſuæ tempore in tantum non poſſe teſtamentum Dei tranſgredi, vt eis nec eiuſdem teſtamẽti cognitio valeat intimari. An illo quiſquam beati Pauli ſermone in paruulis euacuare nititur originale peccatum, quo dicit regnâſſe mortem ab Adam vſque ad Moyſen etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ? Cui ſi fuerit illud è contrario replicatum, quod idem Apoſtolus ait: Per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, quod paulò pòſt exponens ait: Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: Et cùm de Iudæis atque Græcis loqueretur, generaliter intulit, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro, nónne ilicò in magnas trudetur anguſtias, ſi non vtrunque ſenſum ſecundùm profeſſionem catholicę credulitatis acceperit, vt ſcilicet infantes proprijs quidem operibus nihil deliquiſſe dicat, in illo autem primo homine omnes homines generaliter peccâſſe cognoſcat?

Rom. 9.

Rom 5.

Ibidèm.

Rom. 3.

25. ITEM de fide ad Petrum capite vigeſimoquinto: Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, primos homines, id eſt, Adam & mulierem eius, bonos & rectos, & ſine peccato creatos eſſe cum libero arbitrio, quo poſſent, ſi vellent, humili & bona voluntate ſeruire atque obedire: quo arbitrio etiam poſſent, ſi vellent, propria voluntate peccare: eóſque non neceſſitate, ſed propria voluntate peccâſſe: illóque peccato ſic in deterius mutatam humanam naturam, vt non ſolùm in ipſis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, ſed etiam in omnes homines tranſiret peccati mortiſq; dominium.

Primi parentes quales creati.

Pecatum & Mors in poſteros Adæ ſimul tranſfuſa.

26. PROSPER libro ſecundo de vita contemplatiua, capite vigeſimo: Sicut quando in Adam fuimus omnes, ipſo cadente occidimus: ità quia in Chriſto iam eſſe cœpimus, qui pro nobis omnibus dignatus eſt mori, & nos peccatis noſtris illi commortui, cum illo ſpiritualiter reſurgamus. In illo omnia bona quæ potuimus habere perdidimus: in hoc etiam maiora, & ſine fine habenda recepturi ſumus, ſi perſeueranter eius veſtigia teneamus. Adam nos* ſub noxa habuit malis omnibus per propriam culpam, à quibus nos liberauit aduentus Chriſti per gratiam. Ille in nos culpam ſuam tranſmiſit, & pœnam: hic qui culpam noſtram ſuſcipere, vtpotè conceptus & natus ſine peccato, non potuit, de ſuſceptione pœnæ noſtræ culpam noſtram ſimul aboleuit, & pœnam: vt & totum dicam, Adam nobis eripuit paradiſum, Chriſtus donauit cælum.

Primi & ſecundi Adam antitheſis.

al. *ſubnoxauit

Adam in nos culpã & pœnam trãſmiſit.

27. ET contra Collatorẽ capite vigeſimo: Quid peccato læſum eſt, ſi id læſum non eſt, vndè peccatum eſt? (intelligit liberum arbitrium) Niſi fortè dicatur in Adæ poſteros pœnam tranſiſſe, nõ culpam: quod omni modo falsò dicitur, & ob hoc fortè non dicitur. Nimìs enim impium eſt hoc de Dei ſentire iuſtitia, quòd à pręuaricatione liberos, cum reis voluerit eſſe damnatos. Patet ergò culpa, vbi non latet pœna, & ſocietas peccati conuincitur de communione ſupplicij: vt quod eſt humanæ miſeriæ, non de inſtitutione creatoris, ſed de retributione ſit iudicis.

Pœnam cùm ſentiamus, etiam culpæ affines eſſe cõuincimur.

28. ITEM libro de ingratis contra Pelagianos capite quadrageſimo.

Nemo etenim nemo eſt, qui nõ cũ vulnere primi
Sit patris genitus: quo vulnere mens priùs intùs
Percuſſa eſt, quàm membra foris: cum mente receptum eſt,
Quod regione poli diſiecta ſuperbia ſuaſit.

29. ET capite vigeſimoſeptimo:

Inuiolata Dei quondàm & ſublimis imago
In primo cũcti fuimus patre, dùm nemore almo
Degit, & edicto parens cauet arbore ab vna.
At poſtquàm rupta mandati lege ſuperbum
Conſilium mixtum inuidiæ de fonte recepit,
Corruit, & cuncti ſimul in genitore cadente
Corruimus: tranſcurrit enim viroſa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in aluo
Perſiſtit, cruda feruet carbunculus eſca.

Corruimus cum corruẽte Adamo.

30. PETRVS Diaconus & reliqui in cauſa fidei à Græcis ex Oriente Romam miſſi in libro de incarnatione & gratia Chriſti, ad Fulgentiũ & alios Epiſcopos Africæ, capite ſexto: (habetur inter opera Fulgentij) Adã ſerpentis aſtutia deprauatus, ſpontè diuinæ legis præuaricator effectus eſt, & ideò ſecundùm quod ei prædictũ fuerat iuſto iudicio Dei, mortis pœna damnatur, totúſque, id eſt, ſecundùm corpus, & ſecũdùm animam, in deterius commutatus, amiſſa libertate propria, ſub peccati ſeruitio mancipatur. Ex hoc nullus eſt hominum qui non huius peccati vinculo naſcatur aſtrictus, pręter eum qui ad hoc vinculum peccati ſoluendũ, nouo generationis modo natus eſt, mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Quid enim aliud potuit aut poteſt naſci ex ſeruo, niſi ſeruus? neque enim cùm eſſet liber Adam, filios procreauit, ſed poſtquàm ſeruus peccati factus eſt. Ideò ſicut omnis ab illo eſt, ità & omnis homo ſeruus peccati per ipſum eſt. Hinc & Apoſtolus, Ex vno, inquit, in omnes homines in condemnationem. & rurſùs: Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Falluntur ergò omnimodò qui dicunt mortem ſolam, non & peccatũ tranſiſſe in genus humanum. Cùm Apoſtolus & peccatum & mortem mundo per eum teſtetur illatum.

Omnes peccati Adami vinculo obſtricti naſcimur Chriſto excepto.

Rom. 5.

Ibidèm.

Et peccatũ & mors mundo illata per Adam.

31. AD Romanos quinto capite: Per vnum &c. vt in textu.

1. B. AVGVSTINVS libro ſecundo contra Pelagium & Celeſtium, qui eſt de peccato originali, capite decimoquinto, loquens de Pelagio, qui in ſynodo Palæſtina anathema dicere coactus erat illis qui docent, Adæ peccatum ipſi ſoli obfuiſſe, non generi humano. Quid (inquit beatus Auguſtinus) ad rem de qua nunc agimus pertinet, quod diſcipulis ſuis reſpondet; Ideò ſe illa obiecta damnâſſe, quia & ipſe dicit, non tantùm primo homini, ſed etiam humano generi primum illud obfuiſſe peccatum; non propagine, ſed exemplo: id eſt, nõ quòd ex illo traxerint aliquod vitium, qui ex illo propagati ſunt, ſed quòd eũ primum peccantem imitati ſunt omnes, qui poſteà peccauerunt. Aut quia dicit ideò infantes non in eo ſtatu eſſe, in quo fuit Adam ante præuaricationem, quia iſti præceptum capere nondùm poſſunt; ille autem potuit; nondúmque vtuntur rationalis voluntatis arbitrio, quo ille niſi vteretur, non ei præceptum daretur? Quid hoc ad rem pertinet, quia verba ſibi obiecta ſic exponendo, rectè ſe putat damnâſſe, quod dicitur, peccatum Adæ ipſi ſoli obfuiſſe & non generi humano, & infantes qui naſcuntur, in eo ſtatu eſſe in quo Adam fuit ante peccatum: & tamen his damnatis non mendaciter tenere, quod in eius poſteà conſcriptis opuſculis inuenitur, ſine vllo malo, ſine vllo vitio paruulos naſci, & hoc ſolum in eis eſſe quod Deus condidit, non vulnus quod inimicus inflixit?

Pelagius dicit imitatione ſolùm nocuiſſe alijs Adæ peccatum.

Digitized by Google

2. ET capite decimoſexto: Nũquid hæc dicendo, verba propter aliud obiecta, aliter exponendo, id agit, vt ſe iudices non feſelliſſe demonſtret? Prorſus nõ id efficit. Tanto enim iudices feſellit occultiùs, quanto exponit iſta verſutiùs. Epiſcopi quippe catholici, quando audiebant hominem anathematizantem eos, qui dicunt Adæ peccatum ipſi ſoli obfuiſſe, non generi humano; nihil aliud eum ſapere exiſtimabant, quàm id quod catholica Eccleſia prædicare conſueuit. Vndè veraciter paruulos in peccatorum remiſſionem baptizat, non quæ imitando fecerunt, propter primi peccatoris exemplum; ſed quæ naſcendo traxerunt, propter originis vitium. Et paulò inferiùs: Quando tibi illa damnanda obijciebantur, non ea catholici Epiſcopi ſic intelligebant; ideò cùm illa damnares, catholicum te eſſe credebant. Propterea ergò quod te illi ſapere exiſtimabant, abſoluendum fuit: quod verò tu ſapiebas, damnandum fuit. Non ergò tu abſolutus es, qui damnanda tenuiſti: ſed illud abſolutum eſt, quod tenere debuiſti. Vt autem tu abſolutus putareris, creditus es ſentire laudanda, cùm te iudices non intelligerent occultare damnanda.

Catholicæ Eccleſiæ de paruulorum peccato ſententia.

3. IDEM libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite nono: Hoc Apoſtolicum teſtimonium in quo ait; Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatũ mors: conari eos (Pelagianos intelligit) quidem in aliam nouam detorquere opinionem, tuis literis intimâſti, ſed quidnam illud ſit, quod in his verbis opinentur, tacuiſti. Quantum autem ex alijs comperi, hoc ibi ſentiunt, quòd & mors iſta quæ illic commemorata eſt, non ſit corporis, quam nolunt Adam peccando meruiſſe, ſed animæ quæ in ipſo peccato fit: & ipſum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, ſed imitatione tranſiſſe. Hinc enim etiam in paruulis nolunt credere per baptiſmum ſolui originale peccatum, quod in naſcentibus nullum eſſe omninò contendunt. Sed ſi Apoſtolus peccatum illud commemorare voluiſſet, quod in hunc mundum non propagatione ſed imitatione intrauerit, eius principem nõ Adam, ſed diabolum diceret, de quo ſcriptum eſt: Ab initio diabolus peccat. De quo etiam legitur in libro Sapientiæ: Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam iſta mors ſic à diabolo venit in homines, non quòd ab illo fuerint propagati, ſed quòd eum fuerint imitati, continuò ſubiunxit, Imitantur autem eum qui ſunt ex parte eius. Proindè Apoſtolus cùm illud peccatum ac mortem commemoraret, quæ ab vno in omnes propagatione tranſiſſet, eum principem poſuit, à quo propagatio generis humani ſumpſit exordium. Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiam tranſgrediuntur mandatum Dei: ſed aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccantibus, aliud quod origo eſt cum peccato naſcentibus.

Rom. 5.

Pelagiani negãt Adã peccando mortẽ corporis meruiſſe.

Et peccatum eius propagatiõe in poſteros tranſiſſe.

1. Ioan. 3.

Sap. 2.

4. ITEM capite decimo: Deindè quod ſequitur, In quo omnes peccauerunt, quàm circunſpectè, quàm propriè, quàm ſine ambiguitate dictum eſt. Si enim peccatum intellexeris quod per vnum hominem intrauit in mundũ, in quo omnes peccauerunt: certè manifeſtum eſt, alia eſſe propria cuique peccata, in quibus hi tantùm peccant, quorum peccata ſunt; aliud hoc vnum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille vnus homo fuerunt. Si autem non peccatũ, ſed ille vnus homo intelligitur, in quo vno homine omnes peccauerũt: quid etiam iſta eſt manifeſtatione manifeſtius?

Rom. 5.

Aliud actuale, aliud originale peccatum.

5. CAPITE item vndecimo: Ergò & in eis qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ; id eſt, qui nondùm ſua & propria voluntate ſicut ille peccauerunt, ſed ab illo peccatũ originale traxerunt, qui eſt forma futuri: quia in illo conſtituta eſt forma condemnationis futuris poſteris, qui eius propagine crearentur, vt ex vno omnes in condemnationem naſcerentur, ex qua non liberat niſi gratia ſaluatoris.

Peccatũ originale propagatione in nos traductũ.

6. DEINDE capite duodecimo: Verùm illud diligentiùs intuere, quod ait, ob vnius delictum multos mortuos. Cur enim ob vnius illius, & non potiùs ob delicta ſua propria, ſi hoc loco intelligenda eſt imitatio, non propagatio? Sed attende quod ſequitur: Et non ſicut per vnũ peccantem, ità eſt & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Nunc dicant, vbi locum habeat in his verbis illa imitatio. Ex vno, inquit, in condemnationem: quo vno, niſi delicto? Hoc enim explanat, cùm adiungit: Gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Cur ergò iudicium ex vno delicto in condemnationem, gratia verò ex multis delictis in iuſtificationem? Nónne ſi nullum eſt originale peccatum, non ſolùm ad iuſtificationem gratia, ſed etiam iudicium ad condemnationem ex multis delictis homines ducit? Neque enim gratia multa delicta donat, & nõ etiam iudicium multa delicta condemnat. Aut ſi propterea ex vno delicto in cõdemnationem ducuntur, quia omnia delicta quæ condemnantur, ex vnius illius imitatione commiſſa ſunt: eadem cauſa eſt, cur ex vno delicto etiam ad iuſtificationem duci intelligãtur, quia omnia delicta quæ iuſtificatis remittuntur, ex illius vnius imitatione commiſſa ſunt. Sed hoc videlicet non intelligebat Apoſtolus, cùm dicebat: Iudiciũ quidem ex vno delicto in condemnationem, gratia verò ex multis delictis in iuſtificationem? Immò verò nos intelligamus Apoſtolum, & videamus ideò dictum iudicium ex vno delicto in condemnationẽ, quia ſufficeret ad condemnationem, etiam ſi non eſſet in hominibus niſi originale peccatum.

Non de imitatione, ſed propagatione loqui Apoſtolum.

Rom. 5.

Originale peccatũ etiam ſolum ad condemnationẽ ſufficit.

7. ET capite decimotertio: Cur ob vnius delictũ mors regnauit per vnũ, niſi quia mortis *vinculo* tenebantur in illo vno in quo omnes peccauerũt, etiam ſi propria peccata non adderent? Alioquin non ſolùm ob vnius delictum mors per vnum regnauit, ſed ob delicta multa multorũ per vnumquenq; peccantem. Nam ſi propterea cæteri ob alterius hominis delictum mortui ſunt, quia illum in delinquendo præcedentem, ſubſequentes imitati ſunt: ille quoquè & multò magis ob alterius delictum mortuus eſt, quem diabolus delinquendo ità præceſſerat, vt ei delictum etiam ipſe ſuaderet: Adam verò nihil ſuaſit imitatoribus ſuis, & multi qui eius imitatores dicuntur, eum fuiſſe & tale aliquid commiſiſſe, vel non audierunt, vel omninò non credunt. Quanto ergò rectiùs, ſicut iam dixi, diabolum principem conſtituiſſet Apoſtolus, à quo vno peccatum & mortem per omnes tranſiſſe diceret, ſi hoc loco non propagationem, ſed imitationem dicere voluiſſet? Multò enim rationabiliùs Adam dicitur imitator diaboli, quem ſuaſorem habuit peccati, ſi poteſt quiſque imitari etiam illum, qui nihil ei tale ſuaſit, vel omninò quem neſcit. Quid eſt autem quòd abundantiam gratiæ & iuſtitiæ accipiunt, niſi quòd non tantùm ei peccato in quo omnes peccauerũt, ſed eis etiam quæ addiderũt, gratia remiſſionis datur, eiſq; hominibus tãta iuſtitia donatur, vt cùm Adam conſenſerit ad peccatum ſuadenti, non cedant iſti etiam cogenti? Et quid eſt, multò magis in vita regnabunt, cùm mortis regnũ multò plures in æternam pœnam trahat: niſi intelligamus eos ipſos in vtroque dici qui tranſeunt ab Adam ad Chriſtũ, id eſt, à morte ad vitam: quia in vita æterna ſine fine regnabũt, magis quàm in eis mors temporaliter & cum fine regnauit? Itaque ſicut per vnius delictũ in omnes homines ad condemnationem, ità & per vnius iuſtificationẽ in omnes homines ad iuſtificationẽ vitæ. Hoc vnius delictũ, ſi imitationem attendamus, nõ erit niſi diaboli: ſed quia mani-

Peccatum originale etiã ſolum omnes tenet reos mortis.

Rom. 5.

Gratiæ abũdãtia ex quibus perſpiciatur.

Rom. 5.

Digitized by Google

manifeſtum eſt de Adam non de diabolo dici, reſtat intelligenda nō imitatio, ſed propagatio peccati. Vide plura ibidèm capite decimoquinto.

Originale peccatum trahimus conceptione ſeminis.

Pſal. 50.

8. IDEM libro ſecundo Hypognoſticon cōtra Pelagianos, capite quarto: Peccatum protoplaſti omnes trahimus, non morū imitatione, ſed ſeminis conceptione, ſicut ſcriptum eſt: Eccè enim in iniquitatibus cōceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Conſtant etiā & imitatione morū peccata, imitādo ſcilicet malos: ſed vt quis imitetur malos, naturæ eſt vitiū deprauatæ qua factus eſt malus & malitioſus, non natura à Deo cōditus malus. Ob hoc enim & natura filij iræ ab Apoſtolo iam baptizati fuiſſe dicimur. Omnis enim carnaliter naſcens, natura filius iræ rectè dicitur: quia natura eſt protoplaſti, quæ prior in illo propter delictum iram iudicis Dei iuſtè ſuſcepit. Si enim delictū eius per quod, vt dixi, ad iram Dominum prouocauit, non traheremus, nunquàm natura filij iræ diceremur. Et ideò peccatū eius non ſolum ipſum, ſed omne nocuit genus humanū, cùm eius damnatione ſimul & culpā ſuſcepimus. Eius enim nos vulneratos eſſe delicto, vas probat electionis, cùm dicit; Non enim eſt diſtinctio, omnes enim peccauerūt, & egent gloria Dei. Dicendo, omnes, nullū excipit; quinimmò totum declarauit genus humanum. Peccauerunt enim omnes, cùm ex vno peccatore oēs naſcimur peccatores. Propter quod iterùm idē dicit Apoſtolus: Nam iudicium ex vno in condemnationem. Ex quo vno, niſi ex Adam, vel eius vno peccato? In qua condemnatione, niſi in culpa eius, qua ille eſt cōdemnatus? Quid eſt autem, & egent gloria Dei: niſi gratia Dei patris, per Ieſum Chriſtum qui eſt in gloria Dei patris?

Epheſ. 2.

Natura cur filij iræ dicamur.

Peccatū Adæ toti generi humano nocuit.

Rom. 3.

Rom. 5.

9. ITEM epiſtola octuageſimanona ad Hilarium, quæſtione tertia: Quapropter ſi non audent reſiſtere Apoſtolo, (loquitur de Pelagianis) exponant nobis quare iudicium ex vno delicto ducat in condemnationem, cùm ex multis delictis homines damnandi veniāt ad iudicium? Aut ſi propterea ità dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum eſt, quod imitati cæteri ſunt, vt ſic ex vno illo delicto in iudicium cōdemnationémque traherentur, qui eum imitando multa peccârunt: cur non etiam de gratia & iuſtificatione ſic dictum eſt? Cur non dixit ſimiliter; Et gratia ex vno delicto in iuſtificationem? Sicut enim hominum multa delicta inter illud vnum quod imitati ſunt, & iudicium quo puniuntur, media reperiuntur; ab vno quippe ad multa venerunt, vt à multis ad iudicium damnationémque ducerentur: ſic eadē multa delicta inter hoc ipſum vnum, cuius imitatione commiſſa ſunt, & gratiam qua dimittuntur, eodem modo media ſunt, quoniam ex illo vno ad multa venerunt, vt ex multis ad gratiam iuſtificandi venirent. Cùm ergò in vtroque, id eſt, & iudicio & gratia, quod attinet ad vnum & multa delicta, vna eadémque ratio ſit, dicant iſti nobis quare iudicium dixerit ex vno delicto ducere in condemnationem, gratiam verò ex multis delictis in iuſtificationem: aut acquieſcant ideò ſic eſſe dictum, quia in hac cauſa duo conſtituuntur homines: Adam, ex quo conſiſtit generatio carnalis: & Chriſtus, ex quo regeneratio ſpiritalis. Sed quia tantùm ille homo, iſte autem & Deus & homo, non quomodò illa generatio vno delicto obligat, quod eſt ex Adam, ità iſta regeneratio vnum delictum ſolū ſoluit, quod eſt ex Adam. Sed illi quidē generationi ſufficit ad condemnationem vnius delicti connexio; quicquid enim poſteà homines ex malis ſuis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, ſed ad humanam conuerſationem: huic autem regenerationi non ſufficit illud delictum tantummodò ſoluere, quod ex Adam trahitur, ſed quicquid etiam poſteà ex iniquis operibus humanæ conuerſationis accedit. Ideò iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.

Rom. 5.

Originale peccatum nos ex parētibus nō imitatione, ſed generatione trahere, ex Pauli loco eruitur.

Solum etiam originale peccatu ſufficit ad cōdemnationem.

10. LIBRO item ſexto contra Iulianum, capite viceſimoquarto: De illis quoquè Apoſtolicis verbis in quibus impudētia mirabili, immò dementia reſiſtitis fundatiſſimæ fidei, vbi ait; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines pertrāſijt, in quo omnes peccauerunt: fruſtrà ſenſum alium nouum atque diſtortum, & à vero abhorrentem moliris exculpere, affirmans ea locutione dictum eſſe, In quo omnes peccauerunt; ac ſi diceretur, propter quod omnes peccauerūt: ſicut dictum eſt; In quo corrigit iunior viam ſuam: vt ſcilicet, non in vno homine omnes homines peccâſſe intelligantur originaliter, & tanquàm in maſſæ vnione communiter, ſed propterea quia primus hominum ille peccauit, id eſt, cùm imitantur illum, non cùm generantur ex illo. Non ergò huic ſenſui conuenit illa locutio, ità dictum eſſe, In quo, velut dictū eſſet, propter quod. Nam propter hoc quiſq; peccat, quod ſibi proponit vt peccet, vel quoquo modo quod illi eſt cauſa peccandi. Quis verò ab omni humano ſenſu tā ſit abſurdus, vt dicat, Propter hoc fecit homo iſte homicidium, quia in paradiſo Adam de ligno prohibito cibum ſumpſit; cùm iſte latrocinando occiderit hominem nihil de Adam cogitās, ſed propter hoc vt aurum quod ferebat, auferret? Sic & cætera cuncta peccata, quæ propria quiſque committit, habēt cauſas propter quas fiant, etiam ſi nemo cogitet quod ille primus homo commiſit, neque illud ſibi ad peccandum proponat exemplum. Propter hoc itaque, id eſt, quoniam peccauit Adam, nec ipſe Cain peccâſſe dicendus eſt, qui eundem patrem ſuum nouerat. Propter quid enim fratrem ſuum occiderit, notum eſt: quia non propter hoc quod perpetrauit Adam, ſed quia bono eius inuidit.

Rom. 5.

Idem locus excutitur, vt originale peccatum generatione contrahi nō imitatione doceatur.

Pſal. 118.

Abſurditas expoſitionis Pelagianæ.

Geneſ. 4.

11. ET ſermone decimoquarto de verbis Apoſtoli capite decimoquarto: Cùm cœperint vrgeri (Pelagiani) verbis Apoſtoli dicentis; Per vnū hominem peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerūt: quę verba neſcio quis non intelligat; in quibus verbis neſcio vtrùm quiſquā expoſitorē requirat: conantur reſpondere & dicere, ideò dictum eſt hoc ab Apoſtolo, quia primus peccauit Adam, & qui poſteà peccauerunt, illum imitando peccauerunt. Hoc quid eſt aliud, quàm conari tenebras aperto lumini offundere? Peccatum per vnū hominem intrauit, & per peccatum mors; & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerūt. Propter imitationē dicis, quia primus peccauit Adā. Pergit capite decimoquinto: Reſpondeo prorſùs non primus peccauit Adā. Si primū peccatorem requiris, diabolū vide. Sed humani generis maſſam volēs oſtendere Apoſtolus de origine venenatam, ideò eum poſuit vndè nati ſumus, non eum quē imitati ſumus. Dicitur quidē & pater tuus, quē fueris imitatus. Filij mei, inquit, quos iterùm parturio. Qui identidē dicit: Imitatores mei eſtote. Et propter iſtam imitationē dicitur impijs, Vos à patre diabolo eſtis. Nam conſtat in catholica fide, quòd diabolus nec generauit noſtrā naturam, nec condidit: ſola in illo ſeductio eſt præcedentis, imitatio conſequentis. Deniquè quo modo dictum eſt de Adam, in quo oēs peccauerūt, legatur mihi alicubi, omnes in diabolo peccauerunt. Aliud eſt illo præcedente & ſeducente peccare, aliud in illo peccare. Quia ſecūdùm propaginem carnis in illo eramus oēs, antequàm nati eſſemus tāquàm in parēte, tanquàm in radice ibi eramus: ſic venenata eſt iſta arbor, ibi eramus. Nam quia ad diabolū, hoc eſt, principē peccati, & verè primum peccatorem non pertinet origo, ſed imitatio, cùm de illo ſcriptura loqueretur; Inuidia, inquit, diaboli, mors intrauit in orbē terrarū.

Rom. 5.

Pelagianorū falſa expoſitio.

Diabolus primus peccator, non Adā.

Gal. 4.

1. Cor. 4. & 11.

Ioan. 8.

In Adam omnes eramus tanquàm in parente, in radice.

Sapien. 2.

Digitized by Google

Imitantur autẽ eum qui ſunt ex parte ipſius. Imitando eum fiunt ex parte ipſius. Nunquid dictum eſt, in illo peccauerunt? Cùm verò de Adam diceretur propter originem, propter poſteritatẽ, propter propaginem viſcerum, In quo omnes, inquit, peccauerunt.

Rom. 5.

Nam ſi propterea primus conſtitutus eſt Adam, quia primus peccauit, tanquàm in exemplo ſit, non in origine: vt quid tam in longinquo, poſt tam prolixa tempora contra Adam quęritur Chriſtus? Si omnes peccatores ad Adam propterea pertinẽt, quia primus peccator, omnes iuſti debuerũt ad Abel pertinere, quia primus iuſtus. Quare Chriſtus quæritur? Expergiſcere frater, quare Chriſtus quæritur, niſi quia in Adam damnata eſt generatio, in Chriſto quæritur regeneratio? Et capite decimoſexto: Proindè nemo nos fallat: Scriptura euidens eſt, authoritas fundatiſſima eſt, fides catholiciſſima eſt. Omnis generatus damnatus: nemo liberatus, niſi regeneratus.

In Adam generatio damnata.

12. LIBRO item tertio de peccatorum meritis & remiſſione, capite octauo: Nulla (inquiunt Pelagiani) ratione conceditur, vt Deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. Remittit, ſed ſpiritu regeneratis, non carne generatis. Imputat verò non iã aliena, ſed propria. Aliena quippe erant, quando hi qui ea propagata portarent, nondùm erant: nunc verò carnali generatione iam eorum ſunt, quibus nondùm ſpiritali regeneratione dimiſſa ſunt.

Pelagianorũ ratio refutata

Generatione Adæ peccatum fit cuiuſque propriũ.

13. IDEM libro ſexto contra Iulianum, capite decimo: Quod dicis, alienis peccatis alterum obnoxium non teneri, intereſt quatenùs rectè poſſit intelligi. Nec nunc ago quòd peccauit Dauid, & pro peccato eius tot hominum millia ceciderunt: & quòd de anathemate contra interdictum, quia vſurpauit vnus, in eós qui hoc non fecerant, nec factum fuiſſe nouerant, vindicta proceſſit. Alia diſputatio eſt, neque nũc tenere nos debet, de hoc genere peccatorum ſiue pœnarum. Parentum autem peccata modo quodã dicuntur aliena; & rurſùs modo quodam reperiuntur & noſtra. Aliena quippe proprietate ſunt actionis; noſtra ſunt autem contagione propaginis. Quod ſi falſum eſſet, profectò graue iugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, nullo modo iuſtum eſſet. Quod autem Apoſtolum dixiſſe commemoras: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſque propria corporis ſui prout geſſit ſiue bonum ſiue malum; quo modo in paruulis accipis? Vtrùm & ipſi ante tribunal Chriſti manifeſtabuntur, an non? Si nõ manifeſtabuntur, quid te adiuuat iſta ſentẽtia, quando ad eos non pertinet, quorum nunc agitur cauſa? Si autem manifeſtabuntur; quo modo reportat eorum quiſque quod geſſit, qui nihil geſſit; niſì quia pertinet ad eos, quod per corda & ora geſtantium, ſiue credunt, ſiue non credunt? Propria corporis ſui enim dixit, quod ad vnumquenque in ſeipſo iam viuentem pertinet.

2. Reg 24.

Ioſ. 7.

Primorum parẽtum peccata quomodò aliena & quomodò noſtra

Eccli 40.

2. Cor. 5.

Paruuli per corda & ora geſtantium credunt.

14. AD Epheſios ſecundo capite: Eramus natura filij iræ ſicut & cæteri.

15. FVLGENTIVS de fide ad Petrum, capite vigeſimoſexto: Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali naſci, impietati ſubditum, mortiq́; ſubiectum, & ob hoc natura iræ filium naſci. De qua dicit Apoſtolus, Eramus enim & nos natura filij iræ ſicut & cæteri.

Ob peccatum orig. natura filius iræ omnis homo naſcitur. Epheſ 2.

16. AVGVSTINVS de natura & gratia contra Pelagianos, capite trigeſimoſexto: Excepta ſancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsùs, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: vndè enim ſcimus, * quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum: Hac ergò virgine excepta, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas cùm hîc viuerent, congregare poſſemus, & interrogare vtrũ eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus: vtrùm hoc quod iſte dicit, an quod Ioãnes Apoſtolus? Rogo vos quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, nónne vna voce clamâſſent: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt?

Quando de peccatis loquitur Auguſtinus ſemper excipit S. Mariam.

* S. Thom. p. 3. q 27. a. 4. legit, quod

1. Ioan. 1.

17. SIXTVS quartus libro tertio extrauagantium communium, titulo de reliquijs & veneratione Sanctorum, capite primo: Cùm præexcelſa meritorum inſignia, quibus regina cælorum virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus prælata æthereis, ſyderibus quaſi ſtella matutina prærutilãs, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus quòd ipſa (vtpotè via miſericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis, conſolatrix) pro ſalute fidelium, qui delictorum onere grauantur, ſedula oratrix & peruigil ad Regem quem genuit intercedit: dignum (quin potiùs debitum) reputamus vniuerſos Chriſtifideles, vt omnipotenti Deo (cuius prouidentia eiuſdem virginis humilitatem, ab æterno reſpiciens pro reconcilianda ſuo authori humana natura, lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui vnigeniti habitaculum ſancti ſpiritus præparatione conſtituit, ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominùs poſt partum remaneret) de ipſius immaculatę virginis mira cõceptione gratias & laudes referant, & inſtituta propterea in Dei Eccleſia miſſas & alia diuina officia dicant, & illis interſint, indulgentijs & peccatorum remiſſionibus inuitare: vt exindè fiant eiuſdem virginis meritis & interceſſione diuinæ gratiæ aptiores.

S. Mariæ elogia.

B. Mariæ mira conceptio.

Feſti inſtitutio.

18. IDEM eodem loco, capite ſecundo: Sanè cùm ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ ſemperq́; virginis Mariæ conceptione publicè feſtum ſolenniter celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diuerſas ciuitates & terras affirmare hactenùs non erubuerunt, & quotidiè prædicare non ceſſant, omnes illos qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: eiuſdem immaculatę conceptionis officium celebrãtes, audientesq́; ſermones illorum qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmãt, peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum aſſertionibus & prędicationibus non leuia ſcandala in mentibus fideliũ exorta ſunt, & maiora meritò exoriri formidantur in dies. Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus ac peruerſis aſſertionibus ac ſcandalis quæ exindè in Dei Eccleſia exoriri poſſunt (quantũ nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera deliberatione & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorũ quorumlibet qui affirmare pręſumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricẽ ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatã fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officiũ conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audiẽtes, alicuius peccati reatũ incurrere: vtpotè falſas & erroneas, & à veritate penitùs alienas, editosq́; deſupèr libros prædictos id cõtinentes, quoad hoc authoritate Apoſtolica tenore pręſentiũ reprobamus & dãnamus:

De conceptione B. Mariæ diuerſa ſentientes compeſcit Sixtus, ne alteri alteros hæreticos condemnent ante determinationem Eccleſiæ.

Ac

Digitized by Google

Ac motu ſcientia & authoritate prædictis ſtatuimus & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu aliàs quomodolibèt affirmare huiuſmodi ſic per nos improbatas & dãnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere poſtquàm de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant: à qua ab alio quàm à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu ſcientia & authoritate ſimilibus ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubijcientes eos qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatum incurrere mortale: cùm nondùm ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunque, quibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

A Romanà Eccleſia nihil certi de conceptione B. Mariæ deciſum.

19. CONCILIVM Tridentinũ ſeſſione quinta in fine decreti de peccato originali: Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatã Dei genitricem virginem Mariam, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ quarti, ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.

III.

De remedio originalis peccati.

Ex can. 3. ſeſſ. 5.

A. PECCATVM hoc originis, quod ineſt vnicuique proprium, vt diximus, neque per humanæ[a] naturæ vires, neque per aliud remedium tollitur, quàm per meritum[b] vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo[c] reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis[d] iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. Huius verò meritum[e] per Baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis quàm paruulis applicatur: quia[f] non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vndè illa vox,[g] *Eccè Agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi.* Et illa,[h] *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

a Auguſt. epiſt. 28. Enchir. cap. 48. Fulgent. de incar. & gratia Chriſti, cap. 16.
b 1. Timoth. 2. b
c Rom. 5. b Petrus Diacon. de incar. & gratia Chriſti, cap. 16. Bernar. epiſt. 190.
d 1. Cor. 1. d Bernar. ſer. 3. de Purificat.
e Tit. 3. b
f Actor. 4. b
g Ioan. 1. d
h Galat. 3. d Auguſt. lib. 6. cont. Iulian. cap. 4.

Ex can. 4. ſeſſ. 5.

B. Vndè errant grauiter, qui negant paruulos[i] recentes ab vteris matrum baptizandos eſſe, etiamſi fuerint à baptizatis parentibus orti. Baptizantur certè etiam hi in remiſſionem peccatorum, vt qui ex Adamo peccatum traxerint originale, quod[k] regenerationis lauacro expiari neceſsè eſt ad vitam æternam conſequendam, quoniam non aliter intelligendum eſt,[l] *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt:* niſi quemadmodùm Eccleſia Catholica vbiquè diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideò in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.[m] *Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

i Concil. Mileuita. can. 2. Aphrican. can. 77.
k Auguſt. lib. 1. de peccat. merit. c. 16. lib. 4. cont. 2. epiſt. Pelag. cap. 4.
l Rom. 5. b Auguſt. lib. 4. cont. 2. epiſt. Pelag. cap. 4. lib. 2. cont. Pelagium & Celeſt. cap. 40.
m Ioan. 3. a

TESTIMONIA.

Anima ſua culpa lapſa, ſola Dei gratia reſtauratur.

1. A. AVGVSTINVS epiſtola vigeſimaoctaua ad Hieronymum: Certus ſum, animam nulla Dei culpa, nulla Dei neceſſitate vel ſua, ſed propria voluntate in peccatum eſſe collapſam: nec liberari poſſe de corpore mortis huius vel ſuæ voluntatis virtute, tanquàm ſibi ad hoc ſufficiente, vel ipſius corporis morte, ſed gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: nec omninò eſſe animam vllam in genere humano, cui non ſit neceſſarius ad liberationem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Quæcunque autem ſine gratia mediatoris & ſacramento eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit, & in pœnam futuram, & in vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem poſt generationem humanam, quæ facta eſt ex Adam, regeneretur in Chriſto, ad eius pertinens ſocietatem, & requiem poſt mortem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc ſunt quæ de anima firmiſſimè teneo. Et paulò pòſt: Excepto hæreticæ opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus, quænam ſit eligenda ſcire deſidero. Quæcunque enim eligenda eſt, abſit vt impugnet hanc fidem, de qua certi ſumus, omni animæ etiam paruuli infantis neceſſarium eſſe liberationem ex obligatione peccati, eamq; nullam eſſe niſi per Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

Mediator Chriſtus omnibus ad liberationem neceſſarius.

Liberatio vt omnibus neceſſaria, ità nulla niſi per Chriſtum.

2. ET in Enchiridio capite quadrageſimooctauo: Illud vnum peccatum, quod tam magnum in loco & habitu tantæ infelicitatis admiſſum eſt, vt in vno homine originaliter, atque (vt ità dixerim) radicaliter totum genus humanum damnaretur, non ſoluitur ac diluitur niſi per vnum mediatorem Dei & hominũ hominem Chriſtum Ieſum, qui ſolus potuit ità naſci, vt ei non opùs eſſet renaſci.

Originale peccatum nõ niſi per mediatorem Chriſtũ ſoluitur.

3. FVL-

Digitized by Google

Nec naturæ vires nec lex à peccato origin. liberat.

3. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Ieſu Chriſti, capite decimoſexto: Ab hoc peccato quod originaliter carnalis natiuitas trahit, neminem facultas naturalis, neminem litera ſanctæ legis, ſed ſola fides eripit Ieſu Chriſti filij Dei, qui venit quærere & ſaluũ facere quod perierat. Pro impijs mortuus eſt, offerens ſemetipſum pro nobis, ſicut Apoſtolus dicit, Oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. In hoc mediatore Dei & hominum, & humanæ naturæ ſtatus reparatus eſt, & implendæ legis eſt conſummatus effectus: quia nec ſibi ad virtutem ſufficere vllatenùs potuit naturalis infirmitas, quæ vtiquè, ex quo omnes dies defecerunt, & in ira Dei defecimus, lumine ſimul & virtute priuata, intantum natura cæca ſine lege peccat, vt peccare ſe neſciat. Propter quod dicitur: Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces?

Epheſ. 5. Pſal. 89. Rom. 7.

4. PRIORIS ad Timotheum ſecundo capite: Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

5. AD Romanos quinto capite: Iuſtificati ergò ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiã iſtam in qua ſtamus, & gloriamur, in ſpe gloriæ filiorum Dei. Et infrà: Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecundùm tempus pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magìs nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multò magìs reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolùm autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

6. POSTERIORIS ad Corinthios quinto capite: Si qua ergò in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, eccè facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſteriũ reconciliationis. quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Et infrà: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

7. PETRVS Diaconus in libro de incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium & reliquos, capite ſexto: Ab hac damnatione & morte (per Adæ peccatum mundo illata) nullus omninò liberatur, niſi gratia redemptoris. Qui cùm eſſet Dominus, vtpotè Deus, vt nos à ſeruitute perpetua, & poteſtate diaboli liberaret, atque ad veram libertatem educeret, factus eſt ſeruus, accipiẽs formam ſerui. Hinc eſt quod dicit ad Iudęos: Tunc verè liberi eritis, ſi vos filius liberauerit.

Ioan. 8.

8. BERNARDVS epiſtola centeſima nonageſima ad Innocentium Pontificem: Iuſtè homo addictus, ſed miſericorditer liberatus. Sic tamen miſericorditer, vt non defuerit iuſtitia quædam & in ipſa liberatione, quoniam hoc quoquè fuit de miſericordia liberantis, vt (quod congruebat remedijs liberandi) iuſtitia magìs contra inuaſorem quàm potentia vteretur. Quid nanque ex ſe agere poterat, vt ſemel amiſſam iuſtitiam recuperaret, homo ſeruus peccati, vinctus diaboli? Aſſignata eſt ei proindè aliena, qui caruit ſua, & ipſa ſic eſt: Venit princeps huius mundi, & in ſaluatore non inuenit quicquam: & cùm nihilominùs innocenti manus iniecit, iuſtiſſimè quos tenebat amiſit: quãdo is qui morti nihil debebat, accepta mortis iniuria, iure illum qui obnoxius erat, & mortis debito, & diaboli ſoluit dominio. Qua enim iuſtitia id ſecundò homo exigeretur? Homo ſiquidem qui debuit, homo qui ſoluit. Nam ſi vnus, inquit, pro omnibus mortuus eſt, ergò omnes mortui ſunt: vt videlicet ſatisfactio vnius omnibus imputetur, ſicut omnium peccata vnus ille portauit: nec alter iam inueniatur qui forefecit, alter qui ſatisfecit: quia caput & corpus vnus eſt Chriſtus. Satisfecit ergò caput pro membris, Chriſtus pro viſceribus ſuis, quando iuxta Euangelium Pauli, quo conuincitur mendacium Petri, mortuus pro nobis conuiuificauit nos ſibi, donãs nobis omnia delicta, delens quod aduerſùm nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & poteſtates.

Liberationis modus iuſtiſſimus. Coloſſ. 2.

9. PRIORIS ad Corinthios primo capite: Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt quemadmodùm ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Ierem. 9.

10. BERNARDVS ſermone primo de Purificatione beatæ Mariæ: Vbi minoratus eſt Chriſtus paulò minùs ab angelis, factuſq; eſt Dei & hominum mediator, ac velut lapis angularis pacificauit per ſanguinem ſuum quæ in cælis ſunt, & quæ ſuper terram: ex hoc planè iam ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Eramus enim & nos natura filij iræ, ſed conſequuti ſumus miſericordiam. Cuius irę filij? & quam miſericordiam conſequuti? Nempe filij ignorantiæ, ignauiæ, captiuitatis: & conſequuti ſumus ſapientiam, virtutem, redemptionem. Ignorãtia mulieris ſeducta excæcauerat nos, mollities viri abſtracti & illecti à propria concupiſcentia, eneruauerat nos, malitia diaboli expoſitos iuſtè à Deo captiuauerat nos. Sic ergò naſcimur vniuerſi primùm quidem viæ ciuitatis habitaculi prorsùs ignari, deindè imbecilles & ignaui, vt etſi nota nobis eſſet via vitæ, propria tamen præpediremur & detineremur inertia: poſtremò captiui ſub peſſimo crudeliſſimóque tyranno, vt licèt prudentes eſſemus atque robuſti, ipſa tamen miſeræ ſeruitutis opprimeremur conditione. Nunquid non miſericordia & miſeratione multa opùs habet tãta miſeria? Aut certè ſi iam ſalui ſumus ab hac triplici ira per Chriſtum, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo patre, & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: quanta nobis vigilantia opùs eſt dilectiſſimi, nè fortè (quod abſit) inueniantur noſtra nouiſſima peiora prioribus, ſi denuò contingat iram incendere, vtpotè qui non natura iam ſed propria voluntate filij iræ ſumus?

Miſeria quãta circundati naſcamur. Magna miſericordia indiget hæc tanta miſeria.

11. AD Titum tertio capite: Cùm autẽ benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quẽ effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

12. ACTORVM quarto capite ait beatus Petrus: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ędificantibus: qui factus eſt in caput anguli. & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

13. IOANNIS primo capite: Vidit Ioãnes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi.

14. AD Galatas tertio capite: Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

15. AVGV-

Digitized by Google

15. AVGVSTINVS libro ſexto contra Iulianum Pelagianum, capite quarto: Non habere paruulos vitam, niſi habeant Chriſtum (quem proculdubiò habere non poſſunt, niſi induerint eum, eò modo quo ſcriptum eſt, Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis) Non ergò eos habere vitam, niſi habeãt Chriſtum, Ioannes Euangeliſta teſtatur, dicens in epiſtola ſua; Qui habet filium, habet vitam; qui non habet filium, vitam non habet. Meritò ergò intelliguntur mortui qui non habent vitam, pro quibus eſt Chriſtus mortuus vt habeant. Vnus enim pro omnibus mortuus eſt, ergò omnes mortui ſunt. Ideò autem mortuus eſt, ſicut legitur ad Hebræos, vt per mortem euacuaret eum qui poteſtatem habebat mortis, id eſt, diabolum. Quid ergò mirum, ſi paruuli quandiù mortui ſunt antequàm incipiant eum habere qui mortuus eſt pro mortuis, ſub eo ſunt qui poteſtatem habet mortis?

Galat. 3.
1. Ioan. 5.
2. Cor. 5.
Heb. 2.

1. B. CONCILIVM Mileuitanum canone ſecundo: Item placuit, vt ſuprà quæſtione prima de ſacramento Baptiſmi, B. teſtimonio ſeptimo. & ibidèm vide plura de hac re teſtimonia.

2. CONCILIVM Africanum canone ſeptuageſimoſeptimo: Item placuit &c. vt loco citato in Concilio Mileuitano.

3. AVGVSTINVS libro primo de peccatorũ meritis & remiſſione, capite decimoſexto: Ex hac inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quiſquis carnaliter generatur, regenerari ſpiritaliter opùs habet, vt nõ ſolùm ad regnum Dei perducatur, verumetiam à peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato & morti primi hominis obnoxij naſcuntur in carne, & ſimul iuſtitiæ vitæq́ æternæ ſecundi hominis ſociati renaſcũtur in baptiſmo.

Regeneratio omnibus neceſſaria carnaliter generatis.

4. ET libro quarto contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite quarto: Iacet inter illos (Manichæos ſcilicet & Pelagianos) in paruulis humana creatura inſtitutione bona, propagatione vitiata, bonis ſuis confitens optimum conditorem, malis ſuis quærens miſericordiſſimum redemptorem, Manichæos habens bonorum ſuorum vituperatores; Pelagianos habens malorum ſuorum negatores, vtroſque perſequutores. Et quanuìs per infantiam loqui non valeat, ſpecie tamen tacita & infirmitate abdita, impiam vanitatem vtrorumque compellat, & illis dicens, ab eo qui bona creat, credite me creari, & iſtis dicens, ab eo qui me creauit, ſinite me ſanari. Manichæus dicit, Nihil eſt huius infantis, niſi anima bona liberanda; cætera non ad Deum bonum, ſed ad principem tenebrarum pertinent reſpuẽda. Pelagianus dicit, Immò huius infantis nihil eſt liberandum, quia totum oſtendimus ſaluum. Ambo mentiuntur. Sed mitior eſt iam carnis ſolius accuſator, quàm qui in vniuerſum cõuincitur ſæuire laudator. Sed neque Manichæus humanę animę ſubuenit, blaſphemando authorem totius hominis Deum; nec Pelagianus humanæ infantiæ diuinam gratiam ſubuenire permittit, negãdo originale peccatum. Deus ergò miſeretur per catholicã fidem, quæ vtranque redarguendo perniciem infantibus ſubuenit ad ſalutem, Manichæis dicens, Audite Apoſtolum clamantem; Neſcitis quia corpus veſtrum templum eſt in vobis ſpiritus ſancti? & Deum bonum creatorem credite corporum, quia non poteſt eſſe templum ſpiritus ſancti opus principis tenebrarum. Pelagianis dicens, In iniquitatibus cõceptus eſt, & in peccatis eum mater eius in vtero aluit, quem conſpicitis paruulum. Quid eum tanquàm ab omni noxa liberum defendendo, non permittitis per indulgentiam liberari? Nemò mundus à ſorde, nec infans cuius diei vnius vita ſit ſuper terram. Sinite miſerum remiſſionem accipere peccatorum per eum, qui ſolus nec paruus nec magnus potuit habere peccatum.

Manichæi erroris & Pelagiani collatio.
1. Cor. 3.
Pſal. 50.
Iob 14. iuxta LXX.

5. AD Romanos quinto capite: Per vnum hominem &c. vt in textu.

6. AVGVSTINVS libro quarto contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite quarto: Volunt ex verbis Apoſtoli in ſuum ſenſum homines (Pelagianos intelligit) detorquere. Vbi enim ait Apoſtolus; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines pertranſijt: ibi volunt intelligi non peccatũ pertransîſſe, ſed mortem. Quid eſt ergò quod ſequitur, in quo omnes peccauerunt? Aut enim in illo vno homine peccâſſe dicit omnes Apoſtolus, de quo dixerat, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum; aut in illo peccato, aut certè in morte. Non enim mouere debet, quia non dixit, in qua, ſed in quo omnes peccauerunt: Mors quippe in Græca lingua generis maſculini eſt. Quodlibet ergò eligant: aut enim in illo homine peccauerunt omnes; & ideò dictum eſt, quoniam quando ille peccauit, in illo erant omnes: aut in illo peccato peccauerunt omnes, quia generaliter omnium factum eſt, quod naſcẽtes tracturi erant omnes: aut reſtat vt dicãt, quòd in illa morte peccauerint omnes. Sed hoc quemadmodùm poſſit intelligi, non planè video. In peccato enim moriuntur omnes, non in morte peccant: nam peccato præcedente, mors ſequitur, non morte præcedente, peccatũ. Aculeus quippe mortis eſt peccatum, id eſt, aculeus cuius punctione ſit mors, non aculeus quo pungit mors. Sicut venenum ſi bibitur, appellatur poculum mortis, quòd eo poculo facta ſit mors; non quòd morte ſit poculum factum, aut à morte ſit datum. Quòd ſi propterea non poteſt illis verbis Apoſtoli peccatũ intelligi, in quo omnes peccauerunt, quia in Græco vndè tranſlata eſt Epiſtola, peccatum fœminino genere poſitum eſt; reſtat vt in illo primo homine peccâſſe omnes intelligantur; quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccauit, vndè peccatum naſcẽdo trahitur, quod niſi renaſcendo non ſoluitur. Nam & ſic ſanctus Hilarius intellexit quod ſcriptum eſt, in quo omnes peccauerũt: ait enim, In quo, id eſt, in Adam, omnes peccauerunt. Deindè addidit, Manifeſtũ in Adam omnes peccâſſe quaſi in maſſa. Ipſe enim per peccatum corruptus, omnes quos genuit, nati ſunt ſub peccato. Hæc ſcribens Hilarius ſine ambiguitate commonuit, quo modo intelligendum eſſet, in quo omnes peccauerũt. Propter quid autẽ idem Apoſtolus dicit nos per Chriſtum recõciliari Deo, niſi propter quod facti fuimus inimici? Et hoc quid eſt, niſi peccatum? Vndè & Propheta dicit; Peccata veſtra ſeparãt inter vos & Deum. Propter hanc ergò ſeparationem mediator eſt miſſus, vt tolleret peccatum mundi, per quod ſeparabamur inimici, & reconciliati ex inimicis efficeremur filij.

Rom. 5.
θάνατος.
1. Cor. 15.
Rom. 5.
ἁμαρτία.
In Adã quia omnes ſuimus, omnes etiam peccauimus.
In Adã quaſi in maſſa omnes peccauimus.
Eſa. 59.

7. ITEM libro ſecundo cõtra Pelagium & Celeſtium, capite quadrageſimo: Ipſa ſanctæ Eccleſiæ ſacramenta ſatìs indicant, paruulos à partu etiam recentiſſimos, per gratiam Chriſti de diaboli ſeruitio liberari. Excepto enim quòd in peccatorum remiſſionem nõ fallaci, ſed fideli myſterio baptizantur, etiam priùs exorcizatur in eis & exufflatur poteſtas contraria; cui etiam verbis eorum à quibus portantur, ſeſe renunciare reſpondent.

Paruuli de diaboli ſeruitiò in baptiſmo liberantur.
Exorciſmi ante baptiſmum.

8. IOANNIS tertio capite: Niſi quis, vt in textu.

IIII.

De reliquijs originalis peccati in baptizatis.

Ex can. 5. ſeſſ. 5.

PRAETEREA confitendum eſt, reatum originalis peccati per Ieſu Chri-

ſti

ſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, remitti: & in baptizatis [a] totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, tolli, non radi tantùm, aut non imputari. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil [b] eſt damnationis ijs, qui verè [c] conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem: qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed [d] veterem hominem exuentes, & nouum qui ſecundùm Deum creatus eſt induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt: [e] hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ità vt nihil prorsùs eos ab ingreſſu cæli remoretur. Ac interìm fateri oportet, manere in baptizatis [f] concupiſcentiam vel fomitem: quæ cùm ad agonem [g] relicta ſit, nocere non conſentientibus, [h] & viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet: quinimmò qui [i] legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando [k] Apoſtolus peccatum appellat, Eccleſia Catholica nunquàm intellexit peccatum appellari, quòd verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex [l] peccato eſt, & ad peccatum inclinat.

a Aug. lib. 1. cont. 2. epiſt. Pelag. cap. 13 14. lib. 6. con. Iulia. cap. 13. & ſeq. lib. 2. cont. Pelagium & Celeſt. cap. 39. & 40. Vide quæſt. 3. de ſacramento Baptiſmi.
b Rom. 8. a
c Ibid. 6. a
d Epheſ. 4. c Coloſſ. 3. b
e Rom. 8. c
f Auguſt. lib. 2. de peccat. merit. cap. 28.
g Idem lib. 2. cont. Iulian. cap. 9. & 10. lib. 1. de pecc. mer. cap. vlt.
h Idem lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 25. lib. 5. contra Iulian. cap. 3.
i 2. Timoth. 2. a
k Rom. 7. b
l Auguſt. lib 6. cont. Iulia. cap. 23. ſer. 6. de ver. Apoſt. cap. 1.

TESTIMONIA.

1. AVGVSTINVS libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite decimotertio: Dicunt etiam, inquit, (Iulianus ſcilicet) baptiſma nō dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, ſed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc aduersùs Pelagianos, nisì infidelis affirmet? Dicimus enim Baptiſma dare omniū indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, vndè creſcant iterùm reſecāda peccata. Nam & iſtam ſimilitudinem comperi, ſuæ illos adhibere calumniæ, tanquàm hoc nos ſentiamus atq; dicamus. Sed de iſta concupiſcentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua neceſsè eſt vt etiam baptizatus, & hoc ſi diligentiſſimè proficit, & ſpiritu Dei agitur, pia mente confligat.

Baptiſmus nō radit, ſed aufert peccata.

Concupiſcentia remanet in baptizatis.

2. ET capite decimoquarto: Nullus in Eccleſia rectè poſſet ordinari miniſter, ſi dixiſſet Apoſtolus, Si quis ſine peccato: vbi ait, Si quis ſine crimine eſt. Aut ſi dixiſſet, Nullum peccatum habentes: vbi ait, Nullū crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles ſunt ſine crimine, ſine peccato autē in hac vita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia hæc dicimus, aduersùm nos inflentur & dirumpantur inſania: non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptiſmate nō remittatur, ſed quia in nobis in huius vitæ infirmitate manentibus quotidiè fieri non quieſcunt, quæ fideliter orantibus & miſericorditer operantibus quotidiè remittantur. Hæc eſt fidei Catholicæ ſanitas, quam ſanctus vbiq; ſeminat ſpiritus, non prauitatis hæreticæ vanitas & præſumptio ſpiritus.

1. Tim. 3.

Nihil peccati baptiſmus relinquit.

3. IDEM libro ſexto contra Iulianum, capite decimotertio: Iam nunc illam tuam diſcutiamus calumniam, qua me dixiſſe criminaris, baptizatos ex parte mundari. Et infrà: Dixiſſe me affirmas, quòd gratia non perfectè hominem nouum faciat. Non hoc dico: Attende quod dico. Gratia perfectè hominem nouum facit, quandoquidem & ad corporis immortalitatem plenámque felilitatem ipſa perducit. Nunc etiam perfectè innouat hominem, quantum attinet ad liberationem, ab omnibus omninò peccatis, non quātum ad liberationem attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggrauat animam.

Baptizatos ex parte mundari fingit Iulianus dixiſſe Auguſtinum.

Baptiſmus liberat ab omnibus omninò peccatis.

4. ET capite decimoquarto: Quanuìs iam peccato mortui, Deo viuamus; eſt tamen quod in nobis mortificemus, vt non regnet peccatum in noſtro mortali corpore, ad obediendum concupiſcentijs eius, à quibus nos ſoluit nè his eſſemus obnoxij, plena atque perfecta remiſſio peccatorum, & remanſerunt in nobis cum quibus generantur bella caſtrorum. Nec ità multò pòſt: Quanuìs itaq; ſacro baptiſmate ſanctificetur & corpus; ad hoc tamen ſanctificatur, vt per remiſſionem peccatorum non ſolùm præteritis peccatis omnibus, verumetiam ipſi quæ ineſt carnis cōcupiſcentiæ non ſit obnoxium; cui neceſsè eſt obnoxius omnis homo naſcatur, etiam moriturus obnoxius, ſi nō renaſcatur. Vbi ergò me audiſti ſiue legiſti dicētem, non innouari homines per baptiſmum, ſed quaſi innouari: non liberari, ſed quaſi liberari: non ſaluari, ſed quaſi ſaluari: abſit vt ego inanē dicerem gratiam lauacri illius, in quo renatus ſum ex aqua & ſpiritu, qua liberatus ſum à reatu omnium peccatorum, vel quæ naſcendo traxeram, vel quę malè viuendo contraxeram? Qua gratia liberor, vt ſcio, nè intrem in tentationem, à concupiſcentia mea abſtractus & illectus, atq; vt exaudiar dicens cum conſortibus meis; Dimitte nobis debita noſtra. Qua gratia liberabor, vt ſpero, in æternum, vbi iam nulla lex in membris meis repugnet legi mentis meæ. Non igitur ego inanem facio Dei gratiam: ſed tu eius inimicus inanem quęſiſſe videris iactantiam.

Rom. 6.

Plena & perfecta remiſſio peccatorum in baptiſmo.

Calumnia Iuliani.

Baptiſmus innouat, liberat, ſaluat.

Matth. 6.

Rom. 7.

5. ITEM capite decimoquinto: Quapropter dimittuntur in baptiſmate cuncta peccata, & originaliter tracta, & ignoranter vel ſcienter adiecta. Sed cùm dicit Apoſtolus Iacobus, Vnuſquiſque tentatur à cōcupiſcentia ſua abſtractus & illectus, deindè concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: profectò in his verbis partus à pariēte diſcernitur. Pariens enim eſt concupiſcentia, partus peccatum. Sed concupiſcentia non parit, niſì conceperit; non concipit niſì illexerit, hoc eſt, ad malum perpetrandum obtinuerit volētis aſſenſum. Quod ergò aduersùs eam dimicatur, hoc agitur, nè concipiat, pariatq; peccatum. Dimiſſis itaque in baptiſmo peccatis omnibus, id eſt, omnibus concupiſcentiæ fœtibus, ſi illic etiam ipſa cōſumpta eſt, quo modo contra eam nè concipiat, dimicant ſancti liuore corporis, pedore membrorum, contritione carnis?

Omnia peccata in baptiſmo dimittūtur.

Iac. 1.

Concupiſcentia remanens non eſt peccatum.

Peccata fœtus concupiſcentiæ.

6. ET capite decimoſexto: Tu qui putas, quòd ſi malum eſſet concupiſcentia, careret ea qui baptizatur, multū erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planiùs ità dicitur; Omni

Baptizatus caret omni peccato, non omni malo.

reatu

reatu omnium malorum caret, nõ omnibus malis. Nunquid enim caret corruptione corporis? An non eſt malum quod aggrauat animam? &, errauit qui dixit, corpus enim corruptibile aggrauat animam?

Sapien. 9.

7. ITEM libro ſecũdo contra Pelagiũ & Celeſtiũ, qui eſt de peccato originali, capite trigeſimo-nono: Ad beatam perfectionem huius, quod nũc datur, ſancti lauacri gratia peruenitur. Qua enim regeneratione ſpiritus modò fit, vt peccata omnia præterita remittantur; eius merito fiet etiam regeneratio carnis in æternam vitam, qua in ipſa carne incorruptibiliter reſurgente, peccatorum omnium incitamenta ſanentur. Sed ea ſalus adhuc in ſpe facta eſt, non tenetur in re, neq; poſſidetur per præſentiã, ſed expectatur per patientiam.

Regeneratione omnia peccata præterita remittuntur.

8. ET capite quadrageſimo: Ac per hoc non ſolùm peccata omnia, quorum nunc remiſſio fit in baptiſmo, quæ reos faciunt, dum deſiderijs vitioſis conſentitur atque peccatur; verùm etiam ipſa deſideria vitioſa, quibus ſi non conſentitur, nullus peccati reatus contrahitur, quæ non in iſta, ſed in alia vita nulla erunt, eodem lauacro baptiſmatis vniuerſa purgantur. Reatus itaque vitij eius de quo loquimur, in regeneratorũ prole carnali tandiù manebit donec & illic lauacro regenerationis abluatur. Plura vide de hac re teſtimonia, quæſtione tertia de ſacramento Baptiſmi, A. & B.

Peccata omnia & deſideria vitioſa, quę reos faciũt, baptiſmo purgantur. Concupiſcentia ſine conſenſu non eſt peccatum.

9. AD Romanos octauo capite: Nihil ergò nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundùm carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

10. ET capite ſexto: Quid ergò dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodò adhuc viuemus in illo? An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus, cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus.

11. AD Epheſios quarto capite: Deponite vos, ſecundùm priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtrę: & induite nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.

12. AD Coloſſenſes tertio capite: Mortificate ergò membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. propter quæ, venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. in quibus & vos ambulâſtis aliquando, cùm viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpẽ ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicèm: expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induẽtes nouum eum qui renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum.

13. AD Romanos octauo capite: Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater.) Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

14. AVGVSTINVS libro ſecundo de peccatorum meritis & remiſſione, capite vigeſimooctauo: Hæc lex peccati, quod etiam peccatum appellat Apoſtolus, cùm dicit, Non ergò regnet peccatũ in veſtro mortali corpore ad obediendum deſiderijs eius: non ſic manet in membris eorum, qui ex aqua & ſpiritu renati ſunt, tanquàm nõ ſit eius facta remiſſio, vbi omninò plena & perfecta fit remiſſio peccatorum, omnibus inimicitijs interfectis, quibus ſeparabamur à Deo: ſed manet in vetuſtate carnis tãquàm ſuperatum & peremptum, ſi non illicitis conſenſionibus quodam modo reuiuiſcat, & in regnum proprium dominationémque reuocetur. Ab hac autem vetuſtate carnis, in qua eſt lex iſta peccati vel peccatũ iam remiſſum, vſqueadeò ſpiritus vita diſcernitur, in cuius nouitate baptizati per Dei gratiam renaſcuntur, vt parùm fuerit Apoſtolo dicere, tales non eſſe in peccato, niſi etiam diceret in ipſa illos carne non eſſe antequã ex hac mortali vita migrarent. Qui enim in carne, inquit, ſunt, Deo placere non poſſunt: vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Veruntamen ſicut ipſa carne quanuìs corruptibili benè vtuntur qui membra eius ad opera bona conuertunt, in qua carne non ſunt, quia non ſecundùm eam ſapiunt neque viuunt: ſicut deniquè etiam morte, quę primi peccati pœna eſt, benè vtũtur qui eam pro fratribus, pro fide, pro quacunque vera & ſancta iuſtitia fortiter & patienter impendunt: ſic illa etiam lege peccati, quod iam remiſſum in vetuſtate carnis manet, benè vtuntur coniugati fideles, qui ex eo quòd ſunt in Chriſti nouitate, dominari ſibi libidinem minimè patiuntur: ex eo autẽ quòd adhuc trahunt Adę vetuſtatem, regenerandos immortaliter filios mortaliter generant cum ea propagine peccati, qua illi qui renati ſunt obnoxij nõ tenentur, & qua illi qui naſcuntur renaſcendo ſoluũtur. Et paulò pòſt: Nec mireris, quòd dixi, manente cõcupiſcentiali lege peccati, reatũ eius ſolui per gratiam ſacramenti. Sicut enim facta & dicta & cogitata iniqua, quantum ad ipſos motus animi & corporis pertinet, iam prætierierunt & non ſunt; eis tamen pręteritis & non iam exiſtentibus, reatus eorum manet, niſi peccatorum remiſſione ſoluatur: ſic contrà in hac non iam præterita, ſed adhuc manente lege concupiſcentiæ, reatus eius ſoluitur, & non erit, cùm fit in baptiſmo plena remiſſio peccatorum. Deniquè ſi continuò conſequatur ab hac vita migratio, non erit omninò quod obnoxium hominem teneat, ſolutis omnibus quæ tenebant. Sicut ergò non eſt mirum prætericorum dictorum, factorũ, atque cogitatorum reatum manere ante peccatorum remiſſionem: ſic contrà non debet eſſe mirum manentis concupiſcentiæ reatum præterire poſt peccatorum remiſſionem.

Rom. 6.

Inimicitiæ plenè ſublatę in baptiſmo.

Rom. 8.

Concupiſcentia manet, reatu eius ſublato.

Concupiſcentia baptizatos nõ remoratur ab ingreſſu cæli.

15. IDEM libro ſecundo contra Iulianum, capite nono: In hac vita humanam iuſtitiã in quadam militia, belloq; conſtituit, (Ambroſius) non ſolùm aduerſùs æmulas aëreas poteſtates; ſed aduerſùs ipſas noſtras cupiditates, per quas & illi exteriores inimici nos deijcere, vel penetrare moliuntur. In hoc bello & ipſam carnem aduerſariam grauem dicit, cuius vtiquè natura ſicut primitùs condita eſt, nobiſcum concordiſſima permaneret, niſi primi hominis præuaricatione vitiata, ſuo nobiſcum languore confligeret. In hoc bello ille vir ſanctus monet nos ſeculum effugere, & in ea fuga quanta ſit difficultas, immò impoſſibilitas, niſi Dei gratia opituletur, oſtendit. Dicit mortua quidem vitia per remiſſionem in baptiſmate omnium peccatorum, ſed eorum nos curare debere quodam modo ſepulturam. Et in hoc ipſo opere talem deſcribit cum vitijs mortuis nos habere conflictum, vt non quod volumus, agamus; ſed quod odio habemus, hoc faciamus. Multa in nobis peccatum nobis reluctantibus operari, rediuiuas plerunquè reſurgere voluptates: luctandum nobis eſſe aduerſùs carnem, aduerſùs quam luctatus eſt Paulus, quando dicebat; Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Præcipit nè carni noſtræ confidamus, nè nos ei credamus, cùm Apoſtolus clamet, Scio quia nõ habi-

Amb. de fuga ſeculi cap. 1. Pugnandum contra cõcupiſcentiam.

In cap. 12. Lucæ.

De fuga ſeculi cap. 1.

Lib de Sacramento regenerationis.

Mortuorum per baptiſmũ vitiorũ curãda ſepultura.

Rom. 7.

habitat in me, id eſt, in carne mea bonum: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonũ non inuenio. Ecce quantam nos pugnam cum mortuis habere peccatis, ille ſtrenuus Chriſti miles, & Eccleſiæ fidelis doctor (Ambroſius is eſt) oſtendit. Quo modo enim peccatum mortuũ eſt, cùm multa operetur in nobis, reluctãtibus nobis. Quæ multa? niſi deſideria ſtulta & noxia, quæ conſentientes mergunt in interitũ & perditionem: quæ vtiquè perpeti, eiſq; non cõſentire, certamen eſt, conflictus eſt, pugna eſt. Quorum pugna? niſi boni & mali, non naturæ aduersùs naturam; ſed naturæ aduersùs vitium iam mortuum, ſed adhuc ſepeliendum, id eſt, omninò ſanandum. Quo modo ergò mortuum dicimus hoc peccatum in baptiſmate, ſicut etiam iſte vir dicit, & quo modo habitare in membris fatemur, & multa operari deſideria reluctantibus nobis, quibus non conſentiendo reſiſtimus, ſicut etiam hic vir fatetur; niſi quia mortuum eſt in eo reatu quo nos tenebat, & donèc ſepulturæ perfectione ſanetur, rebellat & mortuũ? Quanuìs iam non eo modo appelletur peccatum, quo facit reum; ſed quòd ſit reatu primi hominis factum, & quòd rebellando nos trahere nititur ad reatum, niſi adiuuet nos gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, nè ſic etiam mortuum peccatum rebellet, vt vincendo reuiuiſcat & regnet.

Cũ mortuis peccatis pugna habẽda.

1.Tim.6.

Concupiſcentia remanens quo ſenſu peccatũ vocetur.

Ad agonem relicta concupiſcentia.

16. ET capite decimo: In hoc bello laborantes, quandiù vita humana tentatio eſt ſuper terram, non ideò ſine peccato non ſumus, quia hoc quod eo modo peccatum dicitur, operatur in membris repugnans legi mentis, etiam non ſibi ad illicita conſentientibus nobis. Quantum enim ad nos attinet, ſine peccato ſemper eſſemus, donèc ſanaretur hoc malum, ſi ei nunquàm conſentiremus ad malum. Sed in quibus ab illo rebellante, etſi non lethaliter, ſed venialiter, tamen vincimur, in his contrahimus, vndè quotidiè dicamus, Dimitte nobis debita noſtra.

Concupiſcentiæ niſi conſentiremus, abſque peccato remaneremus.

Matth.6.

17. ET libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite vltimo: In paruulis certè gratia Dei &c. vt quæſtione tertia de ſacramento Baptiſmi, C. teſtimonio decimoſeptimo, & plura ibidèm.

18. ITEM libro primo de ciuitate Dei, capite vigeſimoquinto: Abſit à mente Chriſtiana, quæ in Deo ſuo fidit, in eóque ſpe poſita, eius adiutorio nititur: abſit, inquam, vt mens talis quibuslibet carnis voluptatibus ad conſenſum turpitudinis cedat. Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter noſtræ voluntatis legem quaſi lege ſua mouetur: quanto magìs abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis?

Concupiſcentia ſine conſenſu culpa caret.

19. ITEM libro quinto contra Iulianum Pelagianum, capite tertio: Quid plus factum eſt, obſecro te, aut vt quid diceret, Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum; ſi iam erant poſſeſſi quodam modo malis deſiderijs cordis ſui? Nunquìd autem conſequens eſt, vt ſi habet aliquis cordis deſideria mala, iam etiam conſentiat eis ad committenda eadem mala? Ac per hoc aliud eſt habere mala deſideria cordis, aliud tradi eis; vtiquè vt conſentiendo eis poſſideatur ab eis; quod ſit cùm diuino iudicio traditur eis. Alioquìn fruſtrà dictum eſt, Poſt concupiſcentias tuas non eas, ſi iam quiſque reus eſt, quòd tumultuantes, & ad mala trahere nitentes ſentit eas, nec eas ſequitur ſi non eis traditur, exercens aduersùs eas glorioſa certamina, ſi viuit in gratia. Quid tibi enim videtur, qui obſeruat quod ſcriptum eſt, Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius (quod quid eſt aliud, quàm deſideria eius mala) faciet te gaudiũ inimicis & inuidis tuis? Nunquìd iam iſte reus eſt, habendo tales animæ concupiſcentias, quas ei præſtare non debet, nè in gaudium veniat diabolo & angelis eius, qui ſunt inimici atque inuidi noſtri? Cùm ergò dicitur homo tradi deſiderijs ſuis; indè ſit reus, quia deſertus à Deo cedit eis atque conſentit, vincitur, capitur, traditur, poſſidetur. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt.

Rom.1.

Deſideria mala habere, nõ eſt eis cõſentire.

Eccli 18.

Eccli 18.

Ità volunt noſtri tẽporis hæretici.

2.Pet.2.

20. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo capite: Nam & qui certat in agone: nõ coronatur niſi legitimè certauerit.

21. AD Romanos ſeptimo: Quid ergò dicemus? lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cùm veniſſet mandatum: peccatum reuixit. Nam peccatum occaſione accepta per mãdatum, ſeduxit me, & per illud occidit. Quod ergò bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatum.

22. AVGVSTINVS libro ſexto contra Iulianum, capite viceſimotertio: Quòd autem verba Apoſtolica, vbi dicit, Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum; & cætera vſque ad illud, vbi ait, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: me affirmas aliter intelligere quàm totum ipſum caput debet intelligi, neſciens mihi plurimum tribuis. Non enim ego ſolus aut primus ſic iſtum locum intellexi, quo euertitur hæreſis veſtra, quemadmodùm verè intelligendus eſt: immò verò ego priùs eum aliter intellexeram, vel potiùs non intellexeram, quod mea quædam illius temporis etiam ſcripta teſtantur. Non mihi enim videbatur Apoſtolus & de ſeipſo dicere potuiſſe, Ego autem carnalis ſum, cùm eſſet ſpiritalis; & quòd captiuus duceretur ſub lege peccati, quæ in membris erat eius. Ego enim putabam dici iſta non poſſe, niſi de ijs quos ità haberet carnis concupiſcentia ſubiugatos, vt facerent quicquid illa compelleret; quod de Apoſtolo dementis eſt credere: cùm etiam innumerabilis multitudo ſanctorum, nè concupiſcentias carnis perficiat, contra carnẽ ſpiritu concupiſcat. Sed poſteà melioribus & intelligentioribus ceſſi, vel potiùs ipſi quod fatendum eſt veritati, vt viderem in illis Apoſtoli vocibus gemitum eſſe ſanctorum, contra carnales cõcupiſcentias dimicantium. Qui cùm mente ſint ſpiritales, adhuc tamen iſto corruptibili corpore quod aggrauat animã, rectè intelliguntur eſſe carnales, quia erunt & corpore ſpiritales, quando ſeminatum fuerit corpus animale, & reſurget corpus ſpiritale. Et rectè adhuc intelliguntur ea parte captiui ſub lege peccati, quæ deſideriorum quibus non conſentiunt, motibus ſubiacet. Hinc factũ eſt vt ſic iſta intelligerem, quemadmodùm intellexit Hilarius, Gregorius, Ambroſius, & cæteri Eccleſię ſancti notiq; doctores, qui & ipſum Apoſtolum aduersùs carnales concupiſcentias quas habere nolebat, & tamen habebat, ſtrenuè conflixiſſe, eundemq; conflictum ſuum illis ſuis verbis conteſtatum fuiſſe ſenſerunt. Contra quos motus priùs vtiquè debellandos nè dominentur, & poſteà ſanandos vt penitùs extinguantur, etiam ipſe glorioſa certamina ſanctos exercere confeſſus es. Simul itaque cognoſcamus verba pugnantiũ, ſi pugnamus. Hoc enim modo non viuimus nos, ſed viuit Chriſtus in nobis, ſi & ad pugnam contra concupiſcentias exercen-

Rom.7.

Etiam ipſi ſancti certant cõtra concupiſcentias.

Sap.9.

1.Cor.15.

Paulus de ſuo conflictu locutus eſt. Rom.7.

Digitized by Google

cendam, & ad victoriam vſque ad conſumptionem eorundem hoſtium capeſſendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipſe quippe factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, vt, quemadmodùm ſcriptum eſt; Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non eſt ergò contrariũ, ſicut putas, vt qui dicit; Viuo non ego iam, viuit verò in me Chriſtus: dicat etiam, Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Inquantùm quippe in illo viuit Chriſtus, intantùm expugnat & ſuperat, quod non habitat bonum in eius carne, ſed malum. Neque enim rectè cuiuſquam ſpiritus concupiſceret aduersùs carnem ſuam, niſì habitaret in illo ſpiritus Chriſti. Abſit ergò vt dicamus, quod nos dicere inſimulas, Apoſtolum ſic iſta dixiſſe, quaſi qui ſe vellet intelligi renitentem, in ſcorta, aliqua manu peſtiferæ voluptatis abduci: cùm dicat, Non ego operor illud: oſtendens concupiſcentias carnis ſolum impulſum libidinis operari, ſine conſenſione peccati.

1.Cor.1. Hier 9. Galat 2. Rom.7.

23. ET ſermone ſexto de verbis Apoſtoli, capite primo: Igitur ipſe ego mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. In qua concluſione demõſtrauit Apoſtolus, ad hoc ſe dixiſſe quæ ſuprà dixerat, Iam non ego operor illud, ſed id quod in me habitat peccatum: quia non mente operabatur conſentiendo, ſed carne cõcupiſcendo. Hoc enim peccati nomine appellat, vndè oriũtur cuncta peccata, id eſt, ex carnali cõcupiſcentia. Quicquid enim eſt peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non exoriuntur niſì ex mala cupiditate, non exoriuntur niſì ex illicita delectatione. Huic ergò illicitæ delectationi ſi reſiſtamus, ſi non conſentiamus, ſi membra velut arma non miniſtremus; non regnat peccatum in noſtro mortali corpore.

Rom.7.

Concupiſcẽtia peccatum vocata, quòd ex ea illa proficiſcantur.

V.

De naturæ & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.

Caput 1. ſeſſ. 5.

VT iam propiùs ad Iuſtificationis doctrinam probè & ſyncerè intelligendam accedamus, illud vnuſquiſque agnoſcat & fateatur oportet, quòd cùm omnes homines in præuaricatione Adæ [a] innocentiam perdidiſſent, facti immundi, & (vt [b] Apoſtolus inquit) natura filij iræ, quemadmodùm eſt dictum, vſqueadeò [c] ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli ac mortis, vt non modò gentes per vim [d] naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam [e] legis Moyſi, indè liberari aut ſurgere poſſent: tametſi in eis [f] liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, [g] viribus licèt attenuatum & inclinatum.

a Cæleſt.I.epiſt.1.c.4. 1.Corin.15.c Rom.5.c d
b Epheſ.2.a
c Rom.6.c
d Proſp.cont.Collat.c. 22. Auguſt epiſt.95.
e Fulg.de incarnat & gratia Chriſti, cap.16.
f Aug.lib.1.cont.2.epiſt.Pelag.c.2.& lib.2.c.5.contra Fortuna.Manich diſputat.2. lib.3. de libero arb.cap. 1.3. lib.3.de gratia & libero arb.cap.2. lib.5 de ciuitate Dei, cap 10. in expoſ.capitis 5 ad Galatas. quęſt. 24.ex 83. lib.3.Hypog.c.10. Origen.Philocal cap.21. homil.2. ex diuerſis. in cap.19.Matth. Chryſoſt.homil.30.in Matth hom 9 & 11.in Ioan. Cyrill Hieroſolym.cate.4.illum. Hieron in procem. lib.cont.Pelagianos.lib.2.contra Iouinian.cap.2.
g Conc.2 Arauſic.can.13.25. Auguſt.epiſt.95. Proſp. lib.1.de vocat.gent.cap.8.

TESTIMONIA.

alijs eſt can.3 Innocentiam omnes in Adæ præuaricatione pdidimus.

1. CAELESTINVS primus, epiſtola prima ad epiſcopos Gallię, canone quarto: In pęruaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitriũ poſſe conſurgere, niſì eum gratia Dei miſerentis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atq; dicente in epiſtola ad Carthaginenſe concilium: Liberum enim arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis inconſultiùs vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda, demerſus eſt, & nihil, quẽadmodùm exindè ſurgere poſſet, inuenit, ſuaq; in æternum libertate deceptus huius ruina iacuiſſet oppreſſus, niſì eum pòſt Chriſti pro ſua gratia releuâſſet aduẽtus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

Epiſt.25 vel inter Auguſtini 91.

In nobis nihil eſt quo reſurgere queamus.

2. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto capite: Quoniam quidem per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ità & in Chriſto omnes viuificabuntur.

3. AD Romanos quinto capite: Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cùm lex non eſſet. Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictũ, ità & donum. ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magìs gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnũ peccatum, ità & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magìs abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ità & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.

4. AD Epheſios ſecundo capite: Eramus natura filij iræ ſicut & cæteri.

5. AD Romanos ſexto capite: Peccatum enim vobis non dominabitur. non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergò? peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obedîſtis autem ex corde in eam formam doctrinę in qua traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.

6. PROSPER contra Collatorem capite viceſimoſecundo: Si de illis iſta dicũntur (loquitur de illis verbis ad Romanos ſecũdo capite, Cùm enim gentes quę legem non habent &c.) qui alieni à gratia Chriſtiana, quædam ad ſimilitudinem legalium mandatorum proprio iudicio ſanciebant, intelligentes, mores ciuitatum concordiamq; populorum non poſſe aliter contineri, niſì vt rectè factis præmia, & peccatis pœnæ decernerentur: quis ambigat, hanc ſapientiam humano generi ad temporalis vitæ vtilitatem, ex naturæ à Deo conditæ

Digitized by Google

ſupereſſe reliquijs? Si enim nec ad iſta terrena ordināda rationalis animi vigeret ingenium, nō vitiata eſſet, ſed extincta natura. Quæ tamen etiamſi excellentiſſimis artibus, & cūctis mortalium eruditionū polleat diſciplinis, iuſtificari ex ſe nō poteſt, quia bonis ſuis malè vtitur, in quibus ſine cultu veri Dei impietatis immunditiæq́ cōuincitur, & vndè ſe defendi exiſtimat, accuſatur. Cùm ergò Paulus definiat, quòd non ex operibus legis iuſtificatur omnis caro: & quoniam in Chriſto neque circuncisio neque præputium valeat aliquid, ſed noua creatura: quid iſte impiam infidelium libertatem naturalibus inſtruit bonis, & proprijs vult iuſtificare principijs? Quid ad renouationem miſeræ vetuſtatis, idoneam definit præuaricatricis ſcientiæ nuditatem? Quaſi iſta ſcientia vel ex naturę opibus reſidua, vel ex legalis doctrinæ eruditione quæſita, poſſit ſui perceptione præſtare, vt quod faciendum nouerimus, etiam facere diligamus: aut vllus ſit bonæ voluntatis motus, niſi quē creauerit diffuſæ per ſpiritum ſanctum charitatis afflatus.

Vitiata, non extincta natura.
Natura etiam excellentiſſima non ſufficit ſibi ad iuſtificationem
Rom. 3.
Galat. 6.

7. AVGVSTINVS & reliqui Epiſcopi epiſtola nonageſimaquinta ad Innocentium Papam: Cùm de hac gratia Chriſtianis fidelibus catholicisq́ notiſſima, illi (Pelagio) obijceretur quæſtio, vt eam oppugnare deſineret, quid eſt quod cùm hæc ſibi in libro ſuo velut aduerſante perſona idē ipſe obieciſſet, vt ſe reſpondendo purgaret, nihil aliud reſpondit, niſi naturam creati hominis referre gratiam creatoris; atq́ ità ſe dicere ſine peccato implere poſſe iuſtitiam per liberum arbitrium cum adiutorio diuinæ gratiæ, quòd Deus hoc dederit homini ipſa poſſibilitate naturæ? Cui meritò reſpondetur: Ergò euacuatum eſt ſcandalum crucis; ergò Chriſtus gratìs mortuus eſt. Nō enim ſi non moreretur propter delicta noſtra, & reſurgeret propter iuſtificationem noſtram, nec aſcendens in altum captiuans captiuitatem daret dona hominibus, iſta naturæ poſſibilitas quam defendit, in hominibus non eſſet. An fortè Dei mandatum deerat, & ideò Chriſtus mortuus eſt: immò iam & hoc erat ſanctum & iuſtum & bonum. Iam dictum fuerat; Non concupiſces. Iam dictum fuerat; Diliges proximum tuum tanquàm teipſum. In quo ſermone Apoſtolus omnem legem dicit impleri. Et quoniam niſi diligat Deum, nemo diligit ſeipſum, ideò Dominus in ijs duobus præceptis, totam legem Prophetasq́ dicit pendere. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitùs data. An æternum præmiū iuſtitiæ promiſſum nondùm erat? Hoc ipſe non dicit, qui in ſuis literis poſuit etiam in vetere Teſtamēto regnum cælorum eſſe promiſſum. Si ergò ad faciendam perficiendamq́ iuſtitiam iam erat naturæ poſſibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis Dei ſanctum & iuſtum bonumq́ mādatum, iam erat promiſſum præmium ſempiternū, ergò Chriſtus gratìs mortuus eſt. Ergò neque per legem iuſtitia, neque per naturæ poſſibilitatem, ſed ex fide & dono Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, vnum mediatorem Dei & hominum: qui niſi in plenitudine temporis mortuus eſſet propter delicta noſtra, & reſurrexiſſet propter iuſtificationem noſtram, profectò & antiquorum fides euacuaretur, & noſtra. Fide verò euacuata, quæ homini iuſtitia remaneat, cùm iuſtus ex fide viuat? Ex quo enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors, & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: proculdubiò à corpore mortis huius, vbi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberauit aut liberat ſua poſſibilitas, quæ perdita redemptore indiget, ſaucia Saluatore, ſed gratia Dei per fidem vnius mediatoris Dei & hominum, hominis Chriſti Ieſu: qui & Deus cùm eſſet, hominem fecit, & manens Deus, homo factus refecit ipſe quod fecit. Et infrà poſt medium: Quapropter ſi & ante tempus legis, & tempore ipſo legis iuſtos patres, & ex fide viuētes, non poſſibilitas naturæ infirmæ & indigæ ac vitiatæ & ſub peccato venundatæ, ſed Dei gratia per fidem iuſtificat, & nunc eadem in apertum iam veniens reuelata iuſtificat.

Pelagij error de gratia.
Confutatio eiuſdem erroris.
Gal. 5. & 2.
Pſal. 67.
Rom. 7.
Exod. 20.
Leuit. 9.
Matth. 22.
Rom. 13.
Iuſtitia neq; per legem neque per naturæ vim.
Rom. 4.
Abacuc 2.
Rom. 5.
Naturæ poſſibilitas indiget redemptore, ac ſaluatore ad iuſtitiam conſequendam.

8. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Chriſti, capite decimoſexto: Ab hoc peccato quod originaliter carnalis natiuitas trahit, neminē facultas naturalis, neminem litera ſanctæ legis, ſed ſola fides eripit Ieſu Chriſti filij Dei, qui venit quęrere & ſaluum facere quod perierat. Pro impijs mortuus eſt, offerens ſemetipſum pro nobis, ſicut Apoſtolus dicit: Oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. In hoc mediatore Dei & hominum, & humanæ naturæ ſtatus reparatus eſt, & implendæ legis eſt cōſummatus effectus, quia nec ſibi ad virtutem ſufficere vllatenùs potuit naturalis infirmitas, quę vtiquè ex quo omnes dies defecerunt, & in ira Dei defecimus, lumine ſimul & virtute priuata, intātùm natura cæca ſine lege peccat, vt peccare ſe neſciat. Propter quod dicitur: Concupiſcētiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces. Legalis quoquè auditus non ſolùm neminem de poteſtate tenebrarum eripuit, quin etiam peccatoribus cumulū præuaricationis adiecit. Sine gratia quippe fidei grauiùs lex agnita quàm ignota condemnat. Vbi quantum ignorantia peccati minuitur, tantum reatus peccatoris augetur. Ideò Apoſtolus ait: Lex enim iram operatur, vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Idem quoquè dicit: Quia lex propter tranſgreſſionem poſita eſt. Et quia concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt iuſtificatio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Quomodò igitur de poſſibilitate ſolius liberi arbitrij (ſi non præueniatur adiutorio gratiæ Dei, per quam bona voluntas reparatur, & ſeruatur in homine natura tanto magìs ſuperba, quanto magìs dominio peccati mortiq́ ſubiecta) quantulumcunque ſibi bonæ voluntatis & operis exordium repromittit, quæ nec ſana potuit Dei ſeruare mādatum, nec vulnerata quantulumcunque curationis ſumpſit de lege remedium, ſed inſupèr auxit peccatum cognitione mandati. Lex enim ſubintrauit, vt abundaret peccatum, de quo liberari nemo poteſt, niſi per agnum Dei qui tollit peccatum mundi. De corpore enim mortis huius non liberum hominis arbitrium, nequè legis ſanctum iuſtum bonúmque mandatum, ſed ſola nos liberat gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit nos à lege peccati & mortis.

A peccato originali nec vis naturæ nec litera legis liberat.
Epheſ. 5.
Rom. 7.
Lex nō liberauit nos de poteſtate tenebrarum.
Rom. 4.
Galat. 3.
Rom. 8.

9. AVGVSTINVS libro primo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite ſecundo: Dicunt, inquit, (Iulianus ſcilicet) illi Manichæi, quibus modò non cōmunicamus, id eſt, toti iſti cum quibus diſſentimus, quia primi hominis peccato, id eſt, Adæ, liberum arbitrium perierit, & nemo iam poteſtatē habeat benè viuendi, ſed omnes in peccatum carnis ſuæ neceſſitate cogantur. Manichæos appellat catholicos, more illius Iouiniani, qui ante paucos annos hæreticus nouus, virginitatē ſanctæ Mariæ deſtruebat, & virginitati ſacræ nuptias fidelium coęquabat. Et paucis interiectis: Quis autem noſtrûm dicat, quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum, ſed illa quæ in paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam; propter quod natura humana diuina indiget gratia, dicente Domino, Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis: vtiquè liberi ad benè iuſteq́ viuendum. Nam liberum arbitrium vſqueadeò in peccatore non perijt, vt per illud peccent, maximè omnes qui cum delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet. Vndè & Apoſtolus, Cùm eſſetis, inquit, ſerui peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Eccè oſtenduntur etiam

Liberum arbitrium Adæ peccato periiſſe, Catholicos ſentire, per calumniā ijs impingit Iulianus.
Quæ libertas per peccatū perierit.
Ioan. 8.
Libero arbitrio etiā peccatores peccant.
Rom. 6.

etiam peccato minimè potuiſſe, niſi alia libertate, ſeruire.

Liberum arbitriũ ad peccandũ valet per ſe, ad piè operandum gratia adiutum.

10. ET libro ſecũdo, capite quinto: Peccato Adę arbitrium liberum de hominum natura periſſe non dicimus, ſed ad peccandum valere in hominibus ſubditis diabolo: ad benè autē pieq; viuendum non valere, niſi ipſa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonũ actionis, ſermonis, cogitationis adiuta.

1. Retract. c. 16. Peccatum & opus quoque bonum, eſſe voluntarium.

11. ITEM contra Fortunatum Manichæũ diſputatione ſecunda, poſt principium. AVG. Ego dico peccatum non eſſe, ſi non propria voluntate peccetur: hinc eſſe & præmium, quia propria voluntate recta facimus. Aut ſi pœnam meretur qui peccat inuitus, debet & præmium mereri qui benè facit inuitus. Quis autem dubitet non deferri præmium, niſi ei qui bona voluntate aliquid fecerit? Ex quo intelligimus & pœnam inferri ei, qui voluntate mala aliquid fecerit.

lib. 1. c. 11. Mens ſola voluntate propria fit ſerua peccati.

12. IDEM libro tertio de libero arbitrio, capite primo: AVG. Credo meminiſſe te, in prima diſputatione ſatis eſſe compertum, nulla re fieri mentem ſeruam libidinis, niſi propria voluntate: nam neque à ſuperiore, neque ab æquali eam poſſe ad hoc dedecus cogi, quia iniuſtum eſt; neq; ab inferiore, quia non poteſt. Reſtat igitur vt eius ſit proprius iſte motus, quo fruendi voluntatem ad creaturam à creatore conuertit: qui motus ſi culpæ deputatur, vndè qui dubitat, irriſione dignus tibi viſus eſt, non eſt vtiquè naturalis, ſed voluntarius: In eoq; ſimilis eſt illi motui quo deorſum verſus lapis fertur, quòd ſicut iſte proprius eſt lapidis, ſic ille animi: veruntamen in eo diſſimilis, quòd in poteſtate non habet lapis cohibere motum quo fertur inferiùs, animus verò dum non vult, non ità mouetur, vt ſuperioribus deſertis inferiora diligat: & ideò lapidi naturalis eſt ille motus, animo verò iſte voluntarius. Hinc eſt quòd lapidem ſi quis dicat peccare, quòd pondere ſuo tendit in infima, non dicam ipſo lapide ſtolidior, ſed profectò demens iudicatur: animum verò peccati arguimus, cùm eum conuincimus ſuperioribus deſertis ad fruendum inferiora præponere.

2. Retract. c. 9.

Propterea quid opùs eſt quærere vndè iſte motus exiſtat, quo voluntas auertitur ab incommutabili bono ad cõmutabile bonum, cùm eum non niſi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilem eſſe fateamur, omniſq; de hac re diſciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato atq; cohibito, voluntatem noſtram ad fruendum ſempiterno bono, à lapſu temporalium conuertamus. EVOD. Video, & quodammodò tango ac teneo vera eſſe quæ dicis: non enim quicquam tam firmè atque intimè ſentio, quàm me habere voluntatem, eaq; me moueri ad aliquid fruẽdum: quid autem meum dicam prorſùs non inuenio, ſi voluntas, qua volo & nolo, non eſt mea. Quapropter cui tribuendum eſt, ſi quid per illam malè facio, niſi mihi? Cùm enim bonus Deus me fecerit, nec benè aliquid faciam niſi per voluntatem, ad hoc potiùs datam eſſe à bono Deo, ſatis apparet: motus autem quo huc atque illuc voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, atque in noſtra poſitus poteſtate, neq; laudandus, cùm ad ſuperiora, neq; culpandus homo eſſet, cùm ad inferiora detorquet quaſi quendam cardinem voluntatis: neque omninò monendus eſſet, vt iſtis neglectis æterna vellet adipiſci, atque vt malè nollet viuere, vellet autem benè. Hoc autem monendum non eſſe hominem, quiſquis exiſtimat, de hominum numero exterminandus eſt.

Homo ſi non volũtate ageret, nec laudandus, nec culpandus, nec monendus eſſet.

13. ET capite tertio: Negare nõ poſſumus habere nos poteſtatem, niſi cùm nobis quod volumus deeſt: dum autem volumus, ſi ipſa voluntas deeſt nobis, non vtiq; volumus. Quod ſi fieri nõ poteſt, vt dum volumus non velimus, adeſt vtiq; voluntas volentibus: nec aliud quicquam eſt in poteſtate, niſi quod volentibus adeſt. Voluntas igitur noſtra nec voluntas eſſet, niſi eſſet in noſtra poteſtate. Porrò quia eſt in poteſtate, libera eſt nobis. Nõ enim eſt nobis liberum quod in poteſtate non habemus, aut poteſt non eſſe quod habemus. Ità fit vt & Deum non negemus eſſe præſcium omnium futurorum, & nos tamen velimus quod volumus. Cùm enim ſit præſcius voluntatis noſtræ, cuius eſt præſcius, ipſa erit. Voluntas ergò erit, quia voluntatis eſt præſcius. Nec volũtas eſſe poterit, ſi in poteſtate nõ erit. Ergò & poteſtatis eſt præſcius. Non igitur per eius præſcientiam mihi poteſtas adimitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille cuius præſcientia non fallitur, adfuturam mihi eſſe præſciuit.

Voluntas libera, quia in poteſtate noſtra.

Præſcientia Dei non adimit nobis poteſtatem.

Liberum arbitriũ in homine eſſe reuelauit Deus per ſcripturas.

14. LIBRO item de gratia & libero arbitrio, capite ſecundo: Reuelauit nobis (Deus) per ſcripturas ſuas ſanctas, eſſe in homine liberũ voluntatis arbitrium. Quomodò autē reuelauerit commemoro vos, non humano eloquio, ſed diuino. Primùm, quia ipſa diuina præcepta homini non prodeſſent, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promiſſa præmia perueniret.

Niſi eſſet, fruſtrà eſſent præcepta.

Ideò enim data ſunt, vt homo excuſationē de ignorantia non haberet: ſicut Dominus dicit in Euangelio de Iudæis: Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Et poſt pauca: Sed ſunt homines qui etiam de ipſo Deo ſe excuſare conantur, quibus dicit Apoſtolus Iacobus; Nemò cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentor. Deus enim intentator malorũ eſt &c. Item de ipſo Deo ſe excuſare volentibus reſpõdet liber Prouerbiorum Salomonis: Inſipientia viri violat vias eius, Deum autem cauſatur in corde ſuo. Et liber Eccleſiaſticus dicit: Nè dixeris, quia propter Deum receſſi; quæ enim odit nè facias. Nè dixeris, quia ipſe me induxit &c. Eccè apertiſſimè videmus expreſſum liberum humanæ voluntatis arbitrium.

Ioan. 15. Iac. 1. Prouer. 19. iuxta LXX. Eccli 15.

Probat liberũ arbitrium ex veteri teſtamento.

Quid illud quòd tam multis locis omnia mandata ſua cuſtodiri & fieri iubet Deus? Quo modo iubet, ſi non eſt liberum arbitrium? Quid beatus ille, de quo Pſalmus dicit, quòd in lege Domini fuit voluntas eius; nónne ſatis indicat voluntate ſua hominem in lege Dei cõſiſtere? Deindè tam multa mãdata quæ ipſam quodammodò nominatìm conueniunt voluntatem, ſicut eſt; Noli vinci à malo: & alia ſimilia, ſicut ſunt, Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Et, Noli repellere conſilia matris tuæ. Et, Noli eſſe ſapiens apud teipſum. Et, Noli deficere à diſciplina Domini. Et, Noli negligere legem. Et, Noli abſtinere benefacere egenti. Et, Noli fabricare in amicum tuum mala. Et, Noli intendere fallaci mulieri. Et, Noluit intelligere vt benè ageret. Et, Noluerunt accipere diſciplinam: & innumerabilia talia in veteribus libris diuinorum eloquiorum, quid oſtendunt, niſi liberum arbitrium voluntatis humanæ?

Pſal. 1. Rom. 12. Pſal. 31. Prouer. 1. Prouer. 3.

Probat ex nouo.

In libris etiam nouis Euangelicis & Apoſtolicis, quid aliud oſtenditur vbi dicitur; Nolite vobis condere theſauros in terra. Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Et, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Et quod dicit Apoſtolus Paulus; Quod vult faciat, nõ peccat ſi nubat: qui autem ſtatuit in corde ſuo non habēs neceſſitatem, poteſtatem autem habēs ſuæ voluntatis, & hoc ſtatuit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, benè facit. Item dicit: Si autem volens hoc facio, mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij eſtote iuſtè, & nolite peccare. Et iterùm: Vt quemadmodùm promptus eſt animus volũtatis, ità ſit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cùm enim in delicijs egerint in Chriſto, nubere volunt. Et alibi: Sed & omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionē patientur. Et ipſi Timotheo: Noli negligere gratiã quæ in te eſt. Et ad Philemonem:

Matth. 6. Matth. 10. Matth. 16. Lucæ 2. 1. Cor. 7. 1. Cor. 9. 1. Cor. 15. 2. Cor. 8. 1. Tim. 5. 2 Tim. 3. 1. Tim. 4.

Nè bonum tuum velut ex neceſſitate eſſet, ſed ex voluntate. Seruos etiam ipſos monet, vt dominis ſuis ex animo ſeruiant cum bona voluntate. Item Iacobus: Nolite itaque errare fratres mei, & nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & nolite detrahere de alterutro. Item Ioannes in epiſtola ſua: Nolite diligere mundum: & cętera huiuſmodi. Nempe vbi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & vbi ad aliquid faciendum, vel non faciendū, in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, ſatis liberum demonſtratur arbitrium. Nemo ergò Deum cauſetur in corde ſuo, ſed ſibi imputet quiſque, cùm peccat. Neque cùm aliquid ſecundū Deum operatur, alienet hoc à propria voluntate. Quando enim volens facit, tunc dicendum eſt opus bonum, tunc ſperanda eſt boni operis merces ab eo, de quo dictum eſt, Qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.

Iac. 2. *1. Ioan. 2.* *Etiam opera fiunt voluntate.* *Matth. 16.* *Rom. 2.*

15. IDEM libro quinto de ciuitate Dei, capite decimo: Stoici laborauerunt cauſas rerum ità diſtinguere, vt quaſdam ſubtraherent neceſſitati, quaſdam ſubderent: atque in his quas eſſe ſub neceſſitate noluerunt, poſuerunt etiam noſtras voluntates, nè videlicet non eſſent liberæ, ſi ſubderentur neceſſitati. Si enim neceſſitas noſtra illa dicenda eſt, quæ non eſt in noſtra poteſtate, ſed etiam ſi nolumus, efficit quod poteſt, ſicut eſt neceſſitas mortis: manifeſtum eſt voluntates noſtras, quibus rectè, vel perperàm viuitur, ſub tali neceſſitate non eſſe. Multa enim facimus, quæ ſi nollemus, non vtiquè faceremus. Quò primitùs pertinet & ipſum velle: nã ſi volumus, eſt: ſi nolumus, non eſt. Non enim vellemus, ſi nollemus. Si autem illa definitur eſſe neceſſitas, ſecundùm quam dicimus neceſsè eſſe, vt ità ſit aliquid, vel ità ſiat, neſcio cur eam timeamus, nè nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim & vitam Dei & præſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicamus, neceſsè eſſe Deum ſemper viuere, & cuncta præſcire: ſicut nec poteſtas eius minuitur, cùm dicitur, mori fallique non poſſe. Sic enim hoc non poteſt, vt potiùs ſi poſſet, minoris eſſet vtiquè poteſtatis. Rectè quippe omnipotens dicitur: qui tamen mori, & falli non poteſt. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. Quod ſi ei accideret, nequaquàm eſſet omnipotēs. Vndè propterea quædam non poteſt, quia omnipotens eſt. Sicut etiam cùm dicimus, neceſsè eſſe, vt cùm volumus, libero velimus arbitrio: & verum proculdubiò dicimus; & nō ideò ipſum liberum arbitrium neceſſitati ſubijcimus, quæ adimit libertatem. Sunt igitur noſtræ voluntates, & ipſę faciunt quicquid volendo facimus, quod non fieret, ſi nollemus.

Stoici neceſſitati volūtates noſtras exemerunt. *Qualis neceſſitas liberum arbitriū nobis nō adimat.* *Omnipotens Deus faciēdo quod vult, nō patiēdo quod non vult.*

16. ET in expoſitione capitis quinti epiſtolæ ad Galatas: Quod autem ait, Caro enim concupiſcit aduerſùs ſpiritum, ſpiritus autem aduerſùs carnem. Hæc enim inuicèm aduerſantur, vt non ea quæ vultis faciatis: putant hîc homines liberum voluntatis arbitrium negare Apoſtolum nos habere: nec intelligunt hoc eis dictum, ſi gratiam fidei ſuſceptam tenere nolunt, per quam ſolam poſſunt ſpiritu ambulare, & concupiſcentias carnis non perficere. Si ergò nolunt eam tenere, non poterunt ea quæ volunt facere. Volunt enim operari opera iuſtitiæ, quæ ſunt in lege, ſed vincuntur concupiſcentia carnis, quam ſequendo deſerunt gratiam fidei.

Liberum arbitrium, gratia fidei repulſa, ad benè operandū inualidum.

17. LIBRO octogintatrium quæſtionum, quæſtione vigeſimaquarta: Deus quouis homine optimo & iuſtiſſimo longè atque incomparabiliter melior & iuſtior eſt. Iuſtus autem regens & gubernans vniuerſa, nullam pœnam cuiquam ſinit immerito infligi, nullum præmium immerito dari. Meritum autem pœnæ, peccatum: & meritū præmij, rectè factum eſt. Nec peccatum autem nec rectè factum imputari cuiquam iuſtè poteſt, qui nihil fecerit propria voluntate. Eſt igitur & peccatum & rectè factum in libero voluntatis arbitrio.

Peccatum & rectè factum eſt in libero arbitrio.

18. ITEM libro tertio Hypognoſticon capite decimo, cùm dixiſſet capite nono: Ait Paulus Apoſtolus, Et ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis: id eſt, ſpiritus poſtulare nos facit, gemitibus inenarrabilibus: ſic infert: Eſt igitur liberum arbitrium, quod quiſquis eſſe negauerit, catholicus non eſt: & quiſquis ſic eſſe dixerit, quod ſine Deo bonum opus, id eſt, quod ad eius ſanctum propoſitum pertinet, nec incipere, nec perficere poſſit, catholicus eſt. Quibus enim dicitur in Pſalmis, niſi liberum arbitrium habentibus, Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos? Item à Domino in Euangelio diſcipulis, Omnis qui audit verba mea hæc, & faciet ea. Et iterùm, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego mando vobis. Et ab Apoſtolo Corinthijs, Hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc verò & facto perficite, vt quemadmodùm promptus eſt animus voluntatis, ità ſit & perficiendi. Et multa alia quæ tam in veteri quàm in nouo teſtamento continentur, quæ nimis propter faſtidium lectionis, longum eſt enarrare. Quo modo autē vnicuique ſecūdùm ſua opera redderetur in die iudicij, niſi liberum eſſet arbitrium? Et ideò non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccauerūt, ſine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. In omni itaque opere ſancto prior eſt volūtas Dei, poſterior liberi arbitrij, id eſt, operatur Deus, cooperatur homo.

Rom. 8. *Liberum arbitrium Catholici conſtituunt, ſed quod ſine Deo ad ſancta opera ſit inualidum.* *Pſal. 33.* *Matth. 7.* *Ioan. 15.* *2. Cor. 8.* *Rom. 2.* *In ſancto opere prior volūtas Dei, poſterior liberi arbitrij.*

19. ORIGENES Philocaliæ capite viceſimoprimo: Res extrinſecùs obiectas accuſare, & ſeipſos culpa liberare, ſe ſimiles lignis lapidibuſq; ab externis motoribus tractis declarantes, neque verum eſt, neque conſentaneum: ſed hæc oratio hominis eſt cupientis notionem liberi arbitrij corrumpere. Nam ſi ipſum interrogemus, quid liberum arbitrium, reſpondebit, ſi nihil extrinſecum occurrat, quod nos in contrarium prouocet. Rurſùm imbecillem corporis conſtitutionem accuſare, cōtra rationem eſt perſpicuè. Nam ratio atque doctrina intemperantes & agreſtiſſimos conuertit, ſi monita ſequantur: & ità mutat in melius, vt ſæpenumerò ex incontinentiſſimis caſtiſſimi euadentes, non ijdem videantur eſſe qui priùs. Sic ex moribus agreſtiſſimis quidam ad tantam manſuetudinem perueniunt, vt qui nūquàm agreſtem vitam egerint, agreſtes eſſe videantur comparatione huius, qui ad manſuetudinem eſt immutatus. Contrà alios cernimus compoſitiſſimos & honeſtiſſimos, deterioribus colloquijs deprauatos, compoſitam & honeſtam vitam excutere, adeò vt in intemperantiam, vitæq; confuſionem incidant media ſæpè ætate, poſtquàm iuuentutis inſtabilitas, quæ tum eſt maxima, præterijt. Ratio igitur oſtendit extrinſecùs incidentia non eſſe in noſtra poteſtate. Vt autem hoc vel contrario modo iſtis ratio vtatur, diſceptans & iudicans qui oporteat externis obiectis occurrere, noſtrum eſt munus. Quòd autem munus officiúmque ſit noſtrum, non autem ipſius, honeſtè viuere, & id à nobis poſtulet Deus, neque ex ijs quæ extrinſecùs accidunt, vel vt quidam putant, fato cogamur, teſtatur Micheas propheta, dicens, Si annūciatum eſt, ô homo, quid bonū, aut quid Dominus requirat à te, niſi vt facias iudiciū, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ire cum Domino Deo tuo. Et Moſes, Poſui ante faciem tuā viam vitæ & viā mortis, vt eligas quod bonū eſt, & incedas cum eo. Et Eſaias, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Si nolueritis neq; audieritis me, gladius exedet vos. Os enim Domini locutum eſt hoc. Et in pſalmis,

Honeſtè viuere, noſtrū munus. *Mich. 6.* *Deut. 30.* *Eſa. 1.*

Pſal. 80.

pſalmis: Si populus meus audiſſet me, & Iſrael in vijs meis ambulâſſet, in nihilum inimicos eorum humiliâſſem, & in affligentes eos inieciſſem manum meam. Quibus oſtendit, in populi fuiſſe poteſtate, audire & incedere in vijs Dei. Sed & Saluator dicens.

Matth. 5.

Ego autem dico vobis non reſiſtere malo. Et, Quicunque iratus fuerit fratri ſuo, reus erit iudicio. Et, Quicunque inſpexerit mulierem ad concupiſcendam eam, mœchatus iam eſt in corde ſuo. Et cùm dat cætera quæque mandata, quid aliud indicat, niſi quòd in noſtra poteſtate eſt obſeruare quæ mandantur? Et propter hoc rectè rei efficimur iudicio, ſi præuaricemur. Vndè &,

Matth. 7.

Omnis qui audit, inquit, verba mea, & facit ea, ſimilis eſt viro prudenti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & cætera. Qui autè audit hæc, & non facit, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuper arenam, & reliqua. Et illud quod

Matth. 25.

dicit his, qui à dextris eius ſunt, Venite patris mei &c. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: euidenter oſtendit ſe his dare promiſſiones, velut laudis ſuæ authoribus, & è contrario alijs, tanquàm vituperandis ex ſeſe, ait, Diſcedite maledicti in ignem æternum. Videamus quomodò etiam Paulus velut poteſtatem arbitrij habentibus nobis loquitur, & tanquàm in nobis ipſis vel ſalutis, vel perditionis

Rom. 2.

habentibus cauſam, ait: Aut diuitias bonitatis ac patientiæ ac longanimitatis contemnis, ignorans, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm duritiam autem tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iudicij & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opus eius, his quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloria & incorruptio, qui quærunt vitam æternam: his autem qui ex contentione, & qui non credunt quidem veritati, credunt autem iniquitati, ira, indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæo primùm & Græco. Infinita quidem alia in ſanctis ſcripturis inuenies arbitrij libertatem conſtituentia: At quoniam in contrarium, id eſt citra liberum arbitrium, licere ſeruare mandata, & ſaluari, item ea tranſgredi & perire, quædam è veteri & nouo teſtamento dicta contendunt, agè aliqua ex parte proferentes ea, illorum ſolutiones inſpiciamus, quò ex his quæ propoſuerimus, etiam cæterorum quæ ſimiliter arbitrij libertatem videntur tollere, abſolutio fiat euidens. Adfert deindè ſex ſcripturæ loca, & diluit quæ contra arbitrij noſtri libertatem objiciuntur.

Ioan. 1.

20. Et homilia ſecunda ex diuerſis: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius. Iam diuiditur non humanitas rationabilis mũdi, ſed voluntas, ſegregantur receptores incarnationis à reſpuentibus eam: fideles credunt aduentum verbi, & libenter recipiunt Dominũ ſuum: impij negant, & contumaciter renuunt, Iudæi per inuidiam, Pagani per ignorantiam. Recipientibus dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, non recipientibus dat adhuc ſpatium recipiendi. A nullo enim aufertur poſſibilitas credendi Dei filium, & poſſibilitas eſſendi Dei filium. Hoc enim in arbitrio hominis, & cooperatione gratiæ conſtitutum eſt. Quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri? Recipientibus ſe videlicet, & credentibus in nomen eius.

In arbitrio hominis & cooperatione poſitũ eſt, credere.

21. ITEM in caput decimumtertium Euangelij ſecundùm Matthæum: Et hîc igitur regnum cælorum ſimile eſt ſagenæ miſſę in mare, non quemadmodùm quidam opinantur, qui docent verbo naturas ſubiectas eſſe diuerſas, malorum ſcilicet ac iuſtorum qui ſub rete venerunt, vt ex eo quod ſcriptum eſt, ex omni genere congreganti, credamus iuſtorum diuerſas ac varias eſſe naturas, ſimiliter autem & malorum. Nam huic intellectui repugnant omnes ſcripturæ, declarantes eſſe liberum arbitrium, dum & accuſant eos qui delinquunt, & probant eos qui rectè faciunt, haudquaquàm meritò in eos competente vel repræhenſione, qui ex mali generis natura tales ſunt, vel laude in eos, qui tales ſunt ex genere meliore. Siquidem vt piſces boni ſint, ac mali, cauſa non eſt in animabus piſcium, ſed ſecũdùm illud, quod verbum omnia ſciens, dixit, Producant aquę reptilia animarum viuentium. Quo tempore & fecit Deus cete grãdia, omnemque animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ iuxta genus ſuum. Illic igitur aquę produxerunt omnem animã animantiũ reptilium iuxta ſuũ quanque genus, quum cauſa non eſſet penès illam. Hic verò nos ſumus in cauſa, vt ſint bona genera, dignaque vaſis quæ vocãtur, aut mala dignaque quæ proijciantur. Non enim in nobis natura cauſa eſt malitiæ, ſed voluntas quum ſit libera, propenſa eſt ad malefaciendum. Sic nec iuſtitiæ cauſa eſt natura, tanquàm quę non recipiat iniuſtitiam, ſed verbum quod accepimus eſt quod reddit nos iuſtos. Nam inter genera degentium in aquis, non videbis quæ tranſmutentur à malis, vt in piſcium generibus, in bona, aut à melioribus ad deteriora: in hominibus contrà bonos ac malos ſemper videre licet, qui vel ex malitia peruenerint ad virtutem, vel à profectu virtutis ad malitiæ diſſolutionem reciderint. In hoc autem quod ſcriptum eſt: Si iuſtus auerſus fuerit à iuſtitia ſua feceritque iniuſtitiam, ac cætera quę ſequuntur, vſque ad illud, & in peccatis ſuis quæ peccauit in his morietur, aut dicant nobis qui ex ſagenæ parabola naturas inducũt: Iniuſtus qui poſt auertit ſe ab iniquitatibus ſuis quas fecit, ac ſeruat præcepta Domini, facitque iuſtitiam ac miſericordiam, cuius erat naturæ quum eſſet iniuſtus? non ſanè laudandæ, ergò vituperandæ. Et cuius naturæ meritò dicetur, quum auertit ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas fecit? Nam ſi propter ea quæ priùs fecit erat malæ naturæ, quomodò bonæ naturæ quum eſſet, erat iniquus? In ſimili re præterea dubitabis & de iuſto qui ſe auertit à iuſtitia ſua, fecitque iniuſtitiã & omnes iniquitates. Priuſquàm enim ſe auerteret à iuſtitia, in iuſtis operibus verſans, non erat malæ naturæ. Mala ſiquidem natura nequaquàm poſſit eſſe in iuſtitia, quoniam non poteſt mala arbor, videlicet malitia, fructus bonos facere, qui à virtute proficiſcuntur. Rurſus è diuerſo, qui bonæ naturæ ſit & immutabilis, nequaquàm auertere ſe poſſit à bono, poſteaquàm ſemel habitus eſt iuſtus, à iuſtitia ſua ad faciẽdam iniuſtitiam, iuxta omnes iniquitates ſuas quas fecit. His autem dictis, exiſtimandum eſt, regnum cælorum eſſe ſimile ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere congreganti, ad probandam varietatum voluntatem in hominibus, quamplurimum inter ſe diſcrimen habentiũ, vt quod dicit, congreganti ex omni genere, ſignificet laudabiles ac vituperabiles in applicationibus animorum ad virtutum aut vitiorum ſpecies.

Geneſ. 1.

Natura in nobis nõ eſt cauſa malitiæ, contra Manichæos.

Ezech. 18.

Matth. 13.

22. CHRYSOSTOMVS homilia trigeſima in Matthæum: Multi certè tanta pœnitentia cõpuncti ſunt, vt cùm anteà peruerſi eſſent, electiſſimi poſteà inuenirentur: vt Paulus, vt publicanus, vt latro, qui cùm priùs zizania eſſent, in optimum triticum mutati ſunt: quæ quidem mutatio in ſeminibus impoſſibilis eſt, at in voluntate facilis, atque procliua. Non enim naturæ terminis ad bonum aut ad malum voluntas alligatur, ſed libero honoratur arbitrio. Quare cùm inimicum veritatis aliquem videris, omni ſtudio atque cura conare ad virtutem reducere, primùm viuendi exemplis, deindè orationis grauitate, ac poſtremùm patrocinij & auxilij copia. Non graueris omnia emendationis genera percurrere.

Multi ex peruerſis boni facti.

Matth. 13.

Voluntas libera.

23. ET homilia nona in Ioannem, tractans ea verba Ioannis primo capite, Dedit eis poteſtatem

Digitized by Google

filios Dei fieri: Vbiquè (inquit) non violentum, non coactum, ſed voluntarium penitùs & liberum nobis oſtendit arbitrium, quod in hoc loco ſignificauit.

24. ITEM homilia vndecima: Magna ſanè corporis præſtantia, anima tamen tanto præſtantior, quanto corpore melior. Neq; hac tantùm ratione, ſed quoniam corporis natura, quocunq; ipſam opifex ducere velit, eò ſequitur, neque reſiſtit: anima autem ſui iuris vim in ſe habet operandi, neque vlla in re Deo niſi velit, obtemperat: inuitam enim & coactam minimè vult Deus bonam, & virtutibus præditam reddere: neque id animæ virtuti eſſet adſcribendum, ſed ſpontè ſua bona ſit, & ſibi virtutem complectendam perſuadeat oportet. Quamobrem difficilior huius eſt, quàm illius cura.

Anima quia libera, nō inuita agit, corpore præſtat.

25. CYRILLVS Hieroſolymitanus catecheſi quarta illuminatorum: Cognoſce animam eſſe ſui iuris, ſeu voluntatis liberæ, opus Dei pulcherrimum, ſecundùm factoris imaginem immortale per eũ, qui immortalitate illud donauit, animal rationale, incorruptibile per eum, qui gratiam illi contulit, poteſtatem habens facere quæ velit. Neque enim ex generationis natura peccas: neque propter animam fornicaris: neque (vt nonnulli fingunt) aſtrorum inclinationes, ad amplectendam impietatem te cogunt. Cur tua ipſius mala confiteri detrectas? cur innocuis aſtris culpam adſcribis? Et paulò inferiùs: Ex noſtro arbitrio peccamus. Nè què audias differentem malè. Scis hoc dicere: Quod nolo, hoc facio: ſed memineris etiam dicentis, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Et, Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſerua immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ità & nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Et paucis interiectis: Liberum arbitriũ habet anima: & poteſt quidem diabolus incitare, cogere autẽ prẹter voluntatem, omninò non poteſt. Subijcit tibi ſcortationis cogitationes, ſi vis, probas, ſi nolis, improbas. Si enim ex neceſſitate ſcortareris, cuius gratia gehennam Deus paraſſet? Et ſi naturâ & non voluntate iuſtè ageres, cur Deus coronas pararet? Manſuetum eſt animal ouis, neque tamen illa propter manſuetudinem coronatur: quoniam illa manſuetudo non ex voluntate, ſed à natura illi ineſt.

Anima ſui iuris.

Nō aſtris ſed voluntati noſtræ peccata noſtra adſcribenda.

Rom. 7.
Eſa. 1.
Rom. 6.

Diabolus incitare poteſt, cogere non item.

26. HIERONYMVS in procemio librorum aduerſus Pelagianos: Breuiter calumniatoribus reſpondemus, qui ſua in nos maledicta cõferunt, Manichæorum eſſe hominum damnare naturam: & liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere. Rurſumq; apertiſſimæ inſaniæ, hoc hominem dicere, quod Deus eſt. Et ſic ingrediendum via regia, vt nec ad ſiniſtram, nec ad dextram declinemus: Appetitúmque propriæ voluntatis Dei ſemper credamus auxilio gubernari.

Manichæorũ errores circa liberum arbitrium.

27. ET libro ſecundo aduerſùs Iouinianum capite ſecundo: Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia, neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus: non eſt enim volentis, neq; currentis, ſed miſerentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem: ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio diaboli.

Vbi neceſſitas, ibi nec dãnatio nec corona.
Rom. 9.

28. CONCILIVM Arauſicanum ſecundum canone decimotertio: Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi, non poteſt reparari.

29. ET canone viceſimoquinto: Secundùm ſupraſcriptas ſanctarum ſcripturarum ſententias, vel antiquorum patrum diffinitiones, hoc Deo propitiãte, & prædicare debemus & credere, quòd per peccatum primi hominis, ità inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus poſteà aut diligere Deum, ſicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum eſt, poſſit, niſi gratia eum & miſericordia diuina præuenerit.

Liberum arbitrium attenuatum.

30. AVGVSTINVS epiſtola nonageſimaquinta, quam cum reliquis Epiſcopis ſcripſit ad Innocentium Pontificem: Oramus vt peccatorum tentationem ſuperare poſſimus, vt ſpiritus Dei, vndè pignus accepimus, adiuuet infirmitatem noſtram: qui autem orat & dicit, Nè nos inferas in tentationem: non vtiquè id orat vt homo ſit, quod eſt natura: neque id orat, vt habeat liberum arbitrium, quod iam accepit cùm crearetur ipſa natura: neq; orat remiſſionem peccatorum, quia hoc ſuperiùs dicitur, Dimitte nobis debita noſtra: neque orat vt accipiat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc eſt, in tẽtatione defecerit, facit vtiquè peccatũ, quod eſt contra mandatũ. Orat ergò vt non peccet, hoc eſt, nè quid faciat mali, quod pro Corinthijs orat Apoſtolus Paulus, dicens; Oramus autem ad Dominum nè quid faciatis mali. Vndè ſatis apparet quòd ad non peccandum, id eſt, ad non malefaciendum, quanuis eſſe non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen eius poteſtas non ſufficiat, niſi adiuuetur infirmitas. Ipſa igitur oratio, clariſſima eſt gratiæ teſtificatio. Hanc ille (Pelagius) confiteatur, & eum gaudebimus ſiue rectum ſiue correctũ. Diſtinguenda eſt lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet niſi eſſet voluntas: nec gratia iuuaret, ſi ſat eſſe voluntas. Et poſt pauca: Iubetur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina à malo: & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad Dominum nè quid faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonum, vbi dicitur; Et fac bonum: & tamen oramus vt faciamus bonum, vbi dicitur, Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes: atque inter cætera pro illis orans dicit; Vt ambuletis dignè Deo in omne placitum, in omni opere & ſermone bono. Sicut ergò agnoſcimus voluntatem cùm hæc præcipiuntur, ſic & ipſe agnoſcat gratiam cùm petuntur.

Rom. 8.
Math. 6.
2. Cor. 13.
Liberum arbitrium niſi adiuuetur, nõ ſufficit ad nõ peccandum.
Pſal. 36.
2. Cor. 13.
Coloſſ. 1.

31. PROSPER libro primo de vocatione gentiũ, capite octauo: Non ergò fidat de viribus ſuis, quæ etiã cùm eſſent integræ, non ſteterunt: ſed per illum quærat victoriam, qui ſolus non eſt victus, & omnibus vicit. Et ſi quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo ſe accepiſſe quem quærit. Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideò ſe putet liberum arbitrium non habere: quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum. Quod ergò non interfectum eſt per vulnerantem, non tollitur per medentem: vulnus ſanatur, non natura remouetur. Sed quod in natura perijt, non reſtituitur niſi ab authore naturæ.

Rom. 8.
Liberum arbitrium permanſit in homine etiam à diabolo ſeducto.

VI.

De diſpenſatione & myſterio aduentus Chriſti.

a 2. Cor. 1. a
Caput 2. ſeſſ. 6.

QVO factum eſt, vt cæleſtis pater, [a] pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, CHRISTVM IESVM filium ſuum, & ante legem, & legis tempore multis ſanctis patribus declaratum ac promiſſum, cùm venit beata illa [b] plenitudo temporis, ad homines miſerit: vt & Iudæos qui ſub lege erant, redimeret, & [c] gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehen-

b Gal. 4. a
c Rom. 9. g

Digitized by Google

præhenderent, atque omnes [d] adoptionem filiorum reciperent. Hunc [e] propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non [f] ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

d Gal.4.a
e Rom.3.d 5.b 1.Tim.2.b
f 1.Ioan.2.a

TESTIMONIA.

1. POSTERIORIS ad Corinthios primo capite: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.

2. AD Galatas quarto capite: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij: miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem: Abba, Pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius: & hæres per Deum.

3. AD Romanos nono capite: Quid ergò dicemus? Quòd Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, appræhenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt.

4. AD Galatas quarto capite, vt paulo antè.

5. AD Romanos tertio capite: Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentationem Dei, ad oſtenſionem iuſtitię eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.

6. ET capite quinto: Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magìs nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multò magìs reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolùm autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

7. PRIORIS ad Timotheum ſecundo capite: Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

8. PRIMAE epiſtolæ Ioannis capite ſecundo: Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

VII.

Qui per Chriſtum iuſtificentur.

Caput 3. ſeſſ. 6.

VERÙM etſi ille pro [a] omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: ſed ij duntaxàt, quibus meritum paſſionis eius communicatur. Nam ſicut re vera homines, niſì ex ſemine [b] Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, cùm ea propagatione per ipſum, dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: ità niſì in Chriſto renaſcerentur, nunquàm iuſtificarentur, cùm ea renaſcentia per meritum paſſionis eius gratia qua iuſti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio [c] Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ: in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum.

a 2.Cor.5.a Proſp.c.9. ad obiec.Gallo.
b Aug.epiſt. 89.quęſt.3. lib 1.de peccat. merit.cap.28. de nat.& gratia.c.41. lib. 6.cont.Iulia. cap.4.24.
c Coloſſ.3.b

TESTIMONIA.

1. POSTERIORIS ad Corinthios quinto capite: Charitas enim Chriſti vrget nos: ęſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergò omnes mortui ſunt. & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt: & reſurrexit.

2. PROSPER in reſponſionibus ad capitula obiectionum Gallorum, capitulo nono: Deus ergò Dei filius, mortalitatis humanæ particeps factus abſque peccato, hoc peccatoribus & mortalibus contulit, vt qui natiuitatis eius conſortes fuiſſent, vinculum peccati & mortis euaderent. Sicut itaque non ſufficit hominum renouationi, natum eſſe hominem Ieſum Chriſtum, niſì in ipſo eodem de quo ipſe ortus eſt, ſpiritu renaſcantur: ſic non ſufficit hominum redemptioni, crucifixum eſſe Dominum Chriſtum, niſì commoriantur ei, & conſepeliantur in baptiſmo. Alioquìn nato ſaluatore in carne ſubſtantiæ noſtræ, & crucifixo pro omnibus nobis, non fuerat neceſſarium, vt renaſceremur, & ſimilitudine mortis eius complantaremur: ſed cùm ſine hoc ſacramento, nemo hominum conſequatur vitam ęternam, non eſt ſaluatus cruce Chriſti, qui non eſt crucifixus in Chriſto. Non eſt autem crucifixus in Chriſto, qui non eſt membrum corporis Chriſti, qui non per aquam & ſpiritum ſanctum induit Chriſtum. Qui ideò infirmitate noſtra communionem ſubijt mortis, vt nos in virtute eius haberemus conſortium reſurrectionis. Cùm itaque rectiſſimè dicatur ſaluator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanæ naturæ ſuſceptionem, & propter communem in primo homine omnium perditionem: poteſt tamen dici pro his tantùm crucifixus, quibus mors ipſius profuit. Dicit enim Euangeliſta: quia Ieſus moriturus erat pro gente, non tantùm pro gente, ſed etiam vt filios Dei diſperſos congregaret in vnum. In ſua enim venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

In cruce Chriſti non ſaluatus, qui nõ eſt crucifixus in Chriſto.

Ioan.11.
Ioan.1.

3. AVGVSTINVS epiſtola octogeſima nona ad Hilarium, quæſtione tertia: Itaq; ſicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemnatione paruuli per ſacramentum baptiſmi liberandi ſunt; ità per vnius iuſtificationem in omnes homines ad iuſtificationem vitæ. Et hîc omnes dixit, & ibi, non quia omnes homines venirent ad gratiã iuſtificationis Chriſti,

Rom.5.

Nullus iuſtificatur niſi per Chriſtu.

Chriſti, cùm tam multi alienati ab illa, in æternum moriantur: ſed quia omnes qui renaſcuntur in iuſtificationem, non niſi per Chriſtum renaſcuntur: ſicut omnes qui naſcuntur in condemnationem, non niſi per Adam naſcuntur. Nemo quippe eſt in illa generatione, præter Adam; nemo in iſta regeneratione præter Chriſtum: ideò omnes & omnes, eoſdem autem omnes etiam multos poſteà dicit, adiungens: Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi; ſic & per vnius hominis obedientiam iuſti conſtituuntur multi. Qui multi? niſi quos iam paulò antè omnes dixerat. Vide quemadmodùm commendat vnum & vnum, id eſt, Adam & Chriſtum: illum ad condemnationem, hunc ad iuſtificationem, cùm tanto poſt Adam venerit Chriſtus in carne, vt ſciamus etiam antiquos iuſtos, quicunque eſſe potuerunt, non niſi per eandem fidem liberatos, per quam liberamur & nos, fidem ſcilicet incarnationis Chriſti, quæ illis prænunciabatur, ſicut à nobis facta annunciatur.

Antiqui iuſti per eandem fidem iuſtificati per quã & nos.

Iuſtitiam & vitã æternam nullus accipit niſi per Chriſtum. 1. Cor. 15.

4. ET libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite vigeſimooctauo: Ad vitã æternam, quam promiſit non mendax Deus ſanctis & fidelibus ſuis, cuius vitæ participes omnes non viuificabuntur niſi in Chriſto, ſicut in Adam omnes moriuntur. Quemadmodùm enim omnes omninò pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur, niſi in Adam, in quo omnes peccauerunt; ſic ex his omnes omninò pertinentes ad regenerationem voluntatis ſpiritus, non viuificantur niſi in Chriſto, in quo omnes iuſtificantur: Quia ſicut per vnum omnes ad condemnationem, ſic per vnum omnes ad iuſtificationem. (Rom. 5.)

5. ITEM de natura & gratia capite quadrageſimoprimo: Sicut dictum eſt, Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, vt nullus prætermitteretur; ſic & in eo quod dictum eſt, Per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ, nullus prætermiſſus eſt: non quia omnes in eum credunt, & baptiſmo eius abluuntur, ſed quia nemo iuſtificatur niſi in eum credat, & baptiſmo eius abluatur. Itaque omnes dictum eſt, nè aliquo modo alio præter ipſum quiſquam ſaluus fieri poſſe credatur. (Rom. 5.)

Nemo iuſtificatur niſi credat in Chriſtum & baptizetur.

6. IDEM contra Iulianum libro ſexto, capite quarto: Itaquè ſicut per vnius, inquit, delictum in omnes homines ad condemnationem, ità & per vnius iuſtificationem in omnes homines ad iuſtificationẽ vitæ. Ideò & ibi omnes, & hîc omnes; quia nemo ad mortem niſi per illum, nemo ad vitam niſi per iſtum. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi; ità per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi. (Rom. 5.)

Ad mortẽ nemo niſi per Adam: ad vitã nemo niſi per Chriſtũ.

7. CAPITE itẽ viceſimoquarto: Nemo liberabitur ab hac ira Dei, niſi per mediatorẽ reconcilietur Deo. Vndè dicit etiã ipſe mediator: Qui non credit filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eũ. Non dixit, veniet: ſed, manet ſuper eum. Ideò ergò credunt atq; confitentur & maiores per cor & os proprium, & paruuli per alienum, vt reconcilientur Deo per mortem filij eius, nè ira Dei maneat ſuper eos, quos etiam origo vitiata efficit reos. Et infrà: Cùm dictũ eſt; Per vnum in omnes tranſiſſe peccatum; & poſteà per vnius inobedientiam peccatores conſtitutos multos: ipſi ſunt multi qui & omnes. Similiter cùm dictum eſt; Per vnius iuſtificationem in omnes homines, ad iuſtificationem vitæ: & rurſus dictum eſt; Per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi: non aliquibus exceptis, ſed eoſdem multos, omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iuſtificantur in Chriſto, ſed quia omnes qui iuſtificantur, non aliter poſſunt iuſtificari quàm in Chriſto. Sicut poſſumus dicere, in aliquam domũ per vnam ianuam intrare omnes; non quia omnes homines intrant in eandem domum, ſed quia nemo intrat niſi per illam. Omnes ergò ad mortem per Adam, omnes ad vitam per Chriſtum. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ità & in Chriſto omnes viuificabuntur: id eſt, ex prima origine generis humani, nemo ad mortem niſi per Adam, & nemo per Adam niſi ad mortẽ. Et nemo ad vitam niſi per Chriſtum, & nemo per Chriſtum niſi ad vitam. Vos autem (Pelagianos intelligit) dum nõ omnes, ſed multos, ſiue per Adam condemnatos eſſe, ſiue per Chriſtum liberatos vultis intelligi, horrenda peruerſitate Chriſtianæ religioni eſtis infeſti. Si enim ſalui erunt aliqui ſine Chriſto, & iuſtificãtur aliqui ſine Chriſto, ergò Chriſtus gratis mortuus eſt.

Nemo liberatur ab ira Dei niſi per Mediatorem. Ioan. 3.

Paruuli per alienum os confitentur fidem. Rom. 5.

1. Cor. 15.

8. AD Coloſſenſes primo capite: Gratias agentes Deo & Patri qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum.

VIII.

Deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.

Caput 4. ſeſſ. 6.

QVIBVS verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi [a] Adę, in ſtatum gratię, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam IESVM CHRISTVM, ſaluatorem noſtrum. Quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: [b] *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

a Gal. 4. a Tit. 3. b

b Ioan. 3. a

TESTIMONIA.

1. AD Galatas quarto capite: At vbi venit &c. vt ſuprà capite ſexto, teſtimonio ſecundo.

2. AD Titum tertio capite: Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

3. IOANNIS tertio capite: Niſi quis &c. vt in textu. Teſtimonia de neceſſitate Baptiſmi habes ſuprà quæſtione prima de ſacramento Baptiſmi. Reliqua verò teſtimonia ad deſcriptionem Iuſtificationis pertinentia, quære infrà capite vndecimo.

IX.

De neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vndè illa ſit.

Caput 5. ſeſſ. 6.

PRAETEREA ipſius iuſtificationis exordium in adultis, à Dei [a] per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumen-

a Auguſt. lib. cont. 2. epiſt. Pelag. cap. 9. & 10. de prædeſt. ſanct. cap. 2. Gennad. lib. de Eccleſ. dog. cap. 44. Fulgent. de incar. & gratia Chriſti, cap. 18.

Digitized by Google

ſumendum eſt: hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur: vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo &[b] cooperando, diſponantur: ità vt tangente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem, neque [c] homo ipſe nihil omninò agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijcere[d] poteſt: neque tamen ſine gratia[e] Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit. Vndè in ſacris literis cùm dicitur: [f] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*: libertatis noſtræ admonemur. Cùm reſpondemus: [g] *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*: Dei nos gratia præueniri confitemur.

b 1.Cor.3.b 15.b 2.Cor.6.a 7.a 2.Tim.2.d Heb.12.d Iere.7.a Ezech.18.e f Prouer.16.a Eccli 2.d Sap 9.b Pſal.26.c ibidèm Auguſt.enarrat.2.& ſer 13.de verb. Apoſt.cap.9. & ſeq. lib.1.retract.cap.22. Leo ſer 5. de quadrageſ. Fulgent. de incarna.& gratia Chriſti, cap.20.
c Auguſt.de gratia & libe.arbit.cap.2.9.15 de ſpir.& liter.cap.34. lib.2.de peccat.merit.cap.5. de prædeſt.& gratia, cap 9.de verb.Apoſt.ſer.41.cap.1. & ſer.15. cap.11.tract.4 in epiſt.Ioan. de prædeſt.ſanct cap.3. Chryſoſt homil 9. in Ioan. Bernard.de gratia & libero arbit Proſp.lib.2.de vocat.gent.cap.26.27.28. cont.Collat.cap.26.
d Matth 23.d Actor.13.g Ierem.18.b 25.a b 32.f 35.e Zach.1.b
e Cypria de orat.Dom. Auguſt de natura & gratia, cap.18. lib.2.cont.2.epiſt.Pelag.cap.10. Hieron. epiſt.139.
f Zach.1.a Malach,3.b Actor.2.f 3.c Epheſ.5.c Iaco.4.c Matth.11.d Iere.3.a d 4.d 18.b Eſa.1.d 40.a 45.d 46.c 55.a b Baru.4.a Ezech.18.g 1.Reg.7.a
g Thren.5.d Iere.31.e

TESTIMONIA.

1. AVGVSTINVS libro ſecundo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite nono: Auertat Deus hanc amentiam, vt in donis eius nos priores faciamus, poſteriorem ipſum: quoniam miſericordia eius præueniet me; & ipſe eſt cui fideliter veracitérque cantatur, Quoniam præueniſti eum in benedictione dulcedinis: & quid hîc aptiùs intelligitur, quàm ipſa de qua loquimur cupiditas boni? Ergò benedictio dulcedinis, eſt gratia Dei, qua fit in nobis vt nos delectet & cupiamus, hoc eſt, amemus quod præcipit nobis; in qua ſi nos non præuenit Deus, non ſolùm non perficitur, ſed nec inchoatur ex nobis. Si enim ſine illo nihil poſſumus facere, profectò nec incipere, nec perficere; quia vt incipiamus, dictum eſt; Miſericordia eius præueniet me; vt perficiamus, dictum eſt, Miſericordia eius ſubſequetur me.

Pſal.58. Pſal.20. Deus prior in noſtra iuſtificatione. Pſal.58.& 22.

2. ET capite decimo: Quid eſt ergò quod in conſequentibus vbi ea quæ ipſi ſentiunt, commemorant, dicunt ſe confiteri, gratiam quoquè adiuuare vniuſcuiuſque bonum propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere? Hoc quippe ità dicunt, velut homo à ſeipſo ſine adiutorio Dei habeat propoſitum bonum ſtudiúmque virtutis, quo merito præcedente dignus ſit adiuuari Dei gratia ſubſequente. Et poſt pauca: Hominis autem propoſitum bonum adiuuat quidem ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet niſi præcederet gratia. Studiū quoquè hominis quod dicitur bonum, quamuìs cùm eſſe cœperit, adiuuetur gratia, non tamen incipit ſine gratia, ſed ab illo inſpiratur, de quo dicit Apoſtolus: Gratias autem Deo qui dedit idem ſtudium pro vobis in corde Titi. Si ſtudium quiſque vt pro alijs habeat Deus dat, vt pro ſeipſo habeat, quis alius eſt daturus?

Pelagianus error. Gratia præcedens. Gratia ſubſequens. 2.Cor.8.

3. ITEM libro de prædeſtinatione ſanctorum, capite ſecundo: Quod ergò pertinet ad religionem atque pietatem, de qua loquebatur Apoſtolus; ſi nōn ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; profectò non ſumus idonei credere aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, quod ſine cogitatione non poſſumus, ſed ſufficientia noſtra qua credere incipiamus, ex Deo eſt. Quocircà ſicut nemo ſibi ſufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcunque opus bonum; quod iam iſti fratres, ſicut veſtra ſcripta indicant, verum eſſe conſentiunt; vndè in omni opere bono & incipiendo & perficiendo, ſufficientia noſtra ex Deo eſt: ità nemo ſibi ſufficit vel ad incipiendam vel ad perficiendam fidem, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: quoniam fides ſi non cogitetur, nulla eſt; & non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

2.Cor.3. Credere ex nobiſmetipſis non ſumus idonei.

4. GENNADIVS Maſſilienſis presbyter libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite quadrageſimoquarto: Si quis per naturę vigorem bonum aliquid quod ad ſalutem pertinet vitę æternæ, cogitare vt expedit aut eligere, ſiue ſalutari, id eſt, Euangelicæ prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpiratione ſpiritus ſancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo, & in credendo veritatem, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio, dicentis: Sine me nihil poteſtis facere. Et illud Apoſtoli: Non quòd idonei ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Eſt can.7.Cōcilij 2. Arauſicani. Hominem nihil poſſe ſinè Deo in ſalutis negocio. Ioan.15. 2.Cor.3.

5. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Chriſti, capite decimooctauo: Si ſecundùm opinionem illorum, noſtrum eſt velle credere, priuſquàm nos Dei gratia incipiat adiuuare, iniuſtè gratia dicitur, quia non gratìs datur homini, ſed bonæ retribuitur voluntati. Hanc enim (ſicut illi volunt) gratia in nobis inuenit, quam ipſa non dedit: immò ſi ſic eſt, nos priores Deo voluntatem damus, atque ità gratiam non miſeratione tribuentis, ſed æquitate Dei retribuentis accipimus. Veruntamen quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Nemo vtiquè, quia non poteſt homo accipere quicquam, niſi datum fuerit de cælo. Quid enim habet quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur quaſi non acceperit? Non autem miſericordia Dei aliquando præuenit hominem, ſi nunquàm bonam fecit, ſed expectat vt inueniat voluntatem. Et vbi eſt quod Dauid dicit: Deus meus, miſericordia eius præueniet me. In quo autem Dei nos miſericordia præueniat, vel præueniens quales inueniat, non in quolibet alio, ſed in ſe nobis gentium magiſter oſtendit, dicens: Qui priùs fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

Gratia prior noſtro velle. Rom.11. 1.Cor.4. Pſal.58. 1.Tim.1.

6. PRIORIS ad Corinthios tertio capite: Dei enim ſumus adiutores. (συνεργοί cooperatores.)

7. ET capite decimoquinto: Gratia autem Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

8. POSTERIORIS ad Corinthios ſexto capite: Adiuuantes autem exhortamur, nè in vacuum gratiam Dei recipiatis. (Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiuui te.

9. ITEM

Digitized by Google

9. ITEM capite ſeptimo: Has ergò habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

10. POSTERIORIS ad Timotheum ſecundo capite: Si quis ergò emundauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorem ſanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.

11. AD Hebræos duodecimo capite: Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret, magìs autem ſanetur.

12. IEREMIAE ſeptimo capite: Hęc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximum eius, &c.

13. EZECHIELIS decimooctauo capite: Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat? Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet & non morietur. Idcircò vnumquenque iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait Dominus Deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini & viuite.

14. PROVERBIORVM decimoſexto capite: Hominis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam. Abominatio Domini eſt omnis arrogans: etiam ſi manus ad manum fuerit, non eſt innocens. Initium viæ bonæ, facere iuſtitiam: accepta eſt autem apud Deum magìs, quàm immolare hoſtias.

15. ECCLESIASTICI ſecundo capite: Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.

16. SAPIENTIAE nono capite: Mitte illam (ſapientiam tuam) de cælis ſanctis tuis & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te.

17. PSALMO viceſimoſexto: Nè auertas faciem tuam à me: nè declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto: nè derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris noſter.

18. AVGVSTINVS in enarratione ſecunda eiuſdem pſalmi vigeſimiſexti: Adiutor meus eſto, nè derelinquas me. Eccè enim in via ſum, petiui à te vnam, habitare in domo tua per omnes dies vitæ meæ, contemplari delectationem tuam, protegi à templo tuo. Hanc petiui vnam: ſed vt ad illam perueniam, in via ſum. Fortè dices mihi vt irem, ambula, liberum arbitrium tibi dedi; voluntatis tuæ es, proſequere viam, quære pacem & [Pſal. 33.] ſequere eam. Noli à via declinare, noli ibi remanere, noli retrò reſpicere. Perſeuera in ambulan- [Mat. 10. & 24.] do, quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Iã tu accepto libero arbitrio, quaſi præſumis vndè ambules. Noli de te præſumere, ſi te dereliquerit, in ipſa via deficies: cades, aberrabis, remanebis. Dic ergò illi, Voluntatem quidem liberam mihi dediſti, ſed ſine te nihil eſt mihi conatus meus. Adiutor meus eſto, nè derelinquas me. Neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Tu enim adiuuas qui condidiſti, tu non deſeris qui creaſti.

19. IDEM ſermone decimotertio de verbis Apoſtoli capite nono: Cùm dixiſſet Apoſtolus, Si [Rom. 8.] autem ſpiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis: id eſt, illas concupiſcentias carnis, quibus non conſentire magna laus eſt, quas non habere perfectio eſt: ſi has actiones carnis morbidas, & de morte habentes contentionem, ſpiritu mortificaueritis, viuetis. Hic iam metuendum eſt, nè quiſquam rursùs ad mortificandas actiones carnis de ſpiritu ſuo audeat præſumere. Non ſolùm enim Deus ſpiritus eſt, ſed & anima tua ſpiritus [Ioan. 4.] eſt, & mens tua ſpiritus eſt. Et cùm dicis, Mente ſer- [Rom. 7.] uio legi Dei, carne autem legi peccati: quia ſpiri- [Galat. 5.] tus concupiſcit aduersùs carnem, & caro aduersùs ſpiritum: Ergò nè ad carnis actiones mortificandas de ſpiritu tuo pręſumas, & ſuperbia pereas, & tibi ſuperbo reſiſtatur, non humili gratia concedatur. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus au- [Iacob. 4.] tem dat gratiam. Et deincèps capite decimo: Nè fortè ergò ſuboriretur tibi iſta ſuperbia, vide quid ſequatur. Cùm enim dixiſſet, Si ſpiritu acti- [Rom. 8.] ones carnis mortificaueritis, viuetis: nè hìc ſe extolleret humanus ſpiritus, & ad hoc opus ſe idoneum firmumque iactaret, ſubiecit, & ait: Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Qui te ergò iam volebas extollere, vbi audiſti, Si ſpiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis? Dicturus enim eras, Hoc poteſt voluntas mea, hoc poteſt liberum arbitrium meum. Quæ voluntas? [Liberum arbitrium niſi regat Deus, cadimus.] Quod liberum arbitrium? Niſi ille regat, cadis: niſi ille regat, iaces. Quomodò ergò ſpiritu tuo, cùm audias Apoſtolum dicẽtem, Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei? Tu te vis agere, à teipſo vis agi ad actiones carnis mortificandas? Quid tibi prodeſt quia non eris Epicureus, & eris Stoicus? Siue Epicureus eris, ſiue Stoicus eris, inter filios Dei non eris. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Non qui ſecundùm carnem ſuam viuunt, non qui ſecundùm ſpiritum ſuum viuunt, non qui carnis voluptate ducuntur, non qui ſpiritu ſuo aguntur: ſed quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei. Capite item vndecimo: Dicit mihi aliquis, Ergò agimur, non agi- [Agimus & agimur.] mus. Reſpondeo, Immò & agis & ageris. Et tunc benè agis, ſi à bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit, agentibus adiutor eſt: ipſum nomen adiuto- [Cooperatur homo gratię.] ris præſcribit tibi, quia & tuipſe aliquid agis. Agnoſce quid poſcas, agnoſce quid confitearis, quando dicis, Adiutor meus eſto, nè derelinquas [Pſal. 26.] me. Adiutorem vtiquè inuocas Deum. Nemo adiuuatur, ſi ab illo nihil agatur. Quotquot enim, [Rom. 8.] inquit, ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, non litera, ſed ſpiritu; non lege præcipiente, minante, promittente, ſed ſpiritu exhortante, illuminante, adiuuante. Scimus, inquit idem Apoſtolus, quia [Ibidem.] diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Si non eſſes operator, ille non eſſet cooperator. Sed hìc fortiter vigilate, nè fortè dicat ſpiritus veſter, Si ſubtraxerit ſe cooperatio Dei, & adiutorium Dei, ſpiritus meus facit hoc; & ſi cum labore, & ſi cum aliqua difficultate poteſt, tamen implere poteſt. Quomodò ſi aliquis dicat, Remis quidem peruenimus, ſed cum aliquo labore: ô ſi ventum habeamus, faciliùs peruenimus. Non ſic eſt adiutorium Dei, non ſic eſt adiutorium Chriſti, non ſic eſt adiutorium ſpiritus ſancti. Prorsus ſi [Dei adiutoriũ ſi abſuerit, nihil ages boni.] defuerit, nihil boni agere poteris. Agis quidem illo non adiuuante libera voluntate, ſed malè. Ad hoc idonea eſt voluntas tua, quæ vocatur libera, & malè agendo fit damnabilis ancilla. Cùm dico tibi, Sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes ſine adintorio Dei liberam voluntatem; quanquàm non eſt illa libera. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus [2. Pet. 2.] addi-

Digitized by Google

Ioan.8.

addictus eſt: & omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & ſi vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Et capite duodecimo: Prorſus hoc credite, ſic vos agere bona voluntate, quia viuitis, vtiquè agitis: nõ enim adiutor eſt ille, ſi nihil agatis; non enim cooperator eſt ille, ſi nihil operamini. Sic vos tamen ſcitote agere, vt ſit rector ſpiritus & adiutor. Qui ſi verò defuerit, nihil boni omninò agere valeatis. Et paulò pòſt: Iam nunc cùm audis, Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, nolite vos demittere. Neque enim templum ſuum ſic de vobis ædificat Deus quaſi de lapidibus, qui non habent motum ſuum: leuantur, ab ſtructore ponuntur. Non ſic ſunt lapides viui; & vos tanquàm lapides viui coædificamini in templum Dei. Ducimini, ſed currite vos; ducimini, ſed ſequimini: quia cùm ſecuti fueritis, verum erit illud, quia ſine illo nihil facere poteſtis.

Rom.8.

Deus non tollit noſtrã cooperationẽ.

Epheſ.2.

20. ET libro primo retractationum, capite vigeſimoſecundo: Alio loco (dixi): Niſi quiſque, inquam, voluntatem mutauerit, bonum operari non poteſt, quod in noſtra poteſtate eſſe poſitum alio loco Dominus docet, vbi ait: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Quod non eſt contra gratiam Dei quam prædicamus. In poteſtate quippe hominis eſt mutare in melius volũtatem, ſed ea poteſtas nulla eſt niſi à Deo detur, de quo dictum eſt: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Cùm enim hoc ſit in poteſtate quod cùm volumus facimus, nihil tam in poteſtate quàm ipſa voluntas eſt, ſed præparatur voluntas à Domino. Eo modo ergò dat poteſtatem. Sic intelligendum eſt, & quod dixi poſteà: In noſtra poteſtate eſſe, vt vel inſeri bonitate Dei, vel excidi eius ſeueritate mereamur; quia in poteſtate noſtra non eſt, niſi quod noſtram ſequitur voluntatem. Quæ cùm fortis & potens præparatur à Domino, facile ſit opus pietatis, etiam quod difficile atque impoſſibile fuit.

lib. contra Adimantum cap.26.

Matth.12.

Ioan.1.

Voluntas à Domino pręparatur.

21. LEO Magnus ſermone quinto de quadrageſima: Quanuìs ædificium noſtrum ſine opere ſui non ſubſiſtat artificis, nec fabrica noſtra poſſit eſſe incolumis, niſi ei protectio præfuerit conditoris: tamen, quia rationabiles lapides ſumus & viua materies, ſic nos authoris noſtri extruxit manus, vt cum opifice ſuo etiam is, qui reparatur, operetur. Gratiæ igitur Dei obedientia ſe humana non ſubtrahat, nec ab illo bono, ſine quo non poteſt bona eſſe, deficiat.

Cooperamur Deo.

22. FVLGENTIVS in libro de incarnatione & gratia Chriſti, capite vigeſimo: Gratia humanum non aufertur, ſed ſanatur, non adimitur, ſed corrigitur, non remouetur, ſed illuminatur, non euacuatur, ſed adiuuatur atque ſeruatur arbitrium: vt in quo infirmitatem homo habuit, in eo habere incipiat ſanitatem. Quo errabat, eodem in via redeat. In quo cæcus fuit, in eo accipiat lumen. Et vbi fuit iniquus ſeruiens immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ibi gratia præuentus atque adiutus ſeruiat iuſtitiæ in ſanctificationem.

Gratia adiuuat liberũ arbitrium, non adimit.

23. AVGVSTINVS de gratia & libero arbitrio, capite ſecundo, vt ſuprà capite quinto, teſtimonio decimotertio.

24. IBIDEM capite nono: Non enim quia dixit, Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate; ideò liberum arbitrium abſtuliſſe putãdus eſt. Quòd ſi ità eſſet, non ſuperiùs dixiſſet; Cum timore & tremore veſtrã ipſorum ſalutem operamini. Quando enim iubetur vt operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium: ſed ideò cum timore & tremore, nè ſibi tribuendo quod benè operantur, de bonis tanquàm ſuis extollantur operibus.

Philip.2.

Agit etiã ipſe homo aliquid

25. ET capite decimoquinto: Cùm ergò ipſe ſemper ſit ſanctus, ſanctificatur tamen in eis quibus largitur gratiam ſuam, auferendo ab eis cor lapideum, per quod nomen Domini profanauerunt. Nè autem putetur nihil ibi facere ipſos homines per liberum arbitrium, ideò in Pſalmo dicitur, Nolite obdurare corda veſtra. Et per ipſum Pſal.94.
Ezechielem; Proijcite à vobis omnes impietates Ezech.18.
veſtras quas impiè egiſtis in me, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum, & facite omnia mandata mea. Vt quid moriemini domus Iſrael, dicit Dominus, quia nolo mortem morientis, dicit Adonai Dominus, ſed conuertimini & viuetis? Meminerimus Deum dicere, ſed conuertimini & viuetis: cui dicitur, Conuerte nos Deus. Pſal.84.
Meminerimus Deum dicere; Proijcite à vobis omnes impietates veſtras: cùm ipſe iuſtificet impium. Ezech.18.
Meminerimus ipſum dicere, Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: qui dicit, Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in vobis. Quomodò ergò quod dicit, facite vobis; hoc dicit, dabo vobis? Quare iubet, ſi ipſe daturus eſt? Quare dat, ſi homo facturus eſt; niſi quia dat quod iubet, cùm adiuuat vt faciat cui iubet?

26. ITEM libro de ſpiritu & litera, capite trigeſimoquarto: Viſorum ſuaſionibus agit Deus vt velimus, & vt credamus: ſiue extrinſecùs per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, vt ad ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecùs, vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mẽtem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergò modis quando Deus agit cum anima rationali, vt ei credat, neque enim credere poteſt* quolibet libero arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat: profectò & ipſum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt. Quæ res non ſolùm non infirmat, quod dictum eſt, Quid enim habes quod non accepiſti: verumetiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non poteſt dona, de quibus hoc audit, niſi conſentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, Dei eſt: accipere autem & habere vtiquè accipientis & habentis eſt.

Conſentire Dei vocationi vel diſſentire, propriæ eſt volũtatis. * al. quodlibet

1.Cor.4.

27. LIBRO item ſecundo de peccatorum meritis & remiſſione, capite quinto: Nec ideò tamen de hac re (vt ſcilicet aut iuſtitiam qua caremus, aut plenam habeamus) ſolis votis agendum eſt, vt non ſubinferatur adnitendo etiam noſtræ efficacia voluntatis. Adiutor enim noſter Deus dicitur. Nec adiuuari poteſt, niſi qui etiam aliquid ſpontè conatur, quia non ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis in quorum natura rationem voluntatemq; non condidit, ſalutem noſtram Deus operatur in nobis.

Adiuuante Deo nobis etiam ſpontè aliquid conandum.

28. IDEM libro de prædeſtinatione & gratia, capite nono: Nè homo in vltimam fecem deſidię reſolutus, arduum virtutis iter, & quanuìs adiuuante gratia Dei, non niſi labore gradiendum, incerti ſibi crederet poſſe deferri, & nullius laboris induſtriam ſtudio ſui profectus adhiberet, ità inter ſe atq; homines Deus tempora officiaq; diſtribuens ordinauit, vt vocatione ipſius bonorum principia ſumeremus; vocati autem atque illuminati, vias mandatorum eius rationis ingenitæ intelligentia noſceremus, & eas libero vel eligeremus vel relinqueremus arbitrio. Quas tamen ſi ipſius fulti adiutorio, continua deuotione ſequeremur, in fine rurſùs non repugnantem mandatis ſuis, ſubiectam in nobis obedientiam coronaret.

29. ET ſermone ſeptimo de verbis Apoſtoli, capite primo: Peto, inquit Apoſtolus, vos non infirmari: id eſt, vt non infirmemini; quando au- Epheſ.2.

diris me pati pro vobis tribulationes; quia hęc eſt gloria veſtra. Petit ergò eos, vt non infirmentur, quod non faceret, niſi eorum vellet excitare voluntatem. Si enim reſponderent, Quid nos petis quod in poteſtate non habemus? nunquid non viderentur ſibi iuſtum reddidiſſe reſponſum? Et tamen Apoſtolus niſi ſciret eſſe in eis voluntatis propriæ conſenſionē, vbi & ipſi aliquid agerent; non diceret, Peto. Et ſi diceret, Iubeo, niſi eos nôſſet adhibere poſſe iuſſioni ſuæ voluntatem, ſine cauſa hoc verbum de eius ore procederet.

Voluntatis conſenſio in nobis eſt.

30. IBIDEM ſermone decimoquinto, capite vndecimo: Hanc iuſtificationem & habeamus inquantùm habemus, & augeamus inquantùm minores ſumus, & perficiamus cùm illuc venerimus, vbi dicetur, Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? Sed totum ex Deo; non tamen quaſi dormientes, non quaſi vt non conemur, nō quaſi vt non velimus. Sine voluntate tua, non erit in te iuſtitia Dei. Voluntas quidem non eſt niſi tua, iuſtitia non eſt niſi Dei. Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine voluntate tua, ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. Demonſtratum eſt quid agere debeas. Iuſſit lex, non facias illud, non illud; fac hoc atque illud. Demonſtratum eſt tibi, iuſſum eſt tibi, apertum eſt tibi, ſi tibi eſt cor, intellexiſti quid facias; roga vt facias, ſi cognoſcis virtutem reſurrectionis Chriſti. Traditus eſt enim propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram. Quid eſt, Propter iuſtificationem noſtram? vt iuſtificet nos, & iuſtos faciat nos. Eris opus Dei, non ſolùm quia homo es, ſed etiam quia iuſtus es. Melius eſt enim iuſtum eſſe, quàm te hominem eſſe. Si hominem te fecit Deus, & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis quàm fecit Deus. Sed ſine te fecit te Deus. Non enim adhibuiſti aliquem conſenſum vt te faceret Deus. Quomodò conſentiebas qui non eras? Qui ergò fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te. Ergò fecit neſcientem, iuſtificat volentem.

1.Cor.15. Sine voluntate noſtra iuſtitia Dei in nobis nō erit. Rom.4. Iuſtificat te Deus, ſed nō ſine te.

31. TRACTATV item quarto in epiſtolam beati Ioannis: Et omnis qui habet ſpem hanc in ipſo, caſtificat ſemetipſum, ſicut & ipſe caſtus eſt. Videte quemadmodùm non abſtulit liberum arbitriū, vt diceret, caſtificat ſemetipſum. Quis nos caſtificat niſi Deus? Sed Deus te nolentem non caſtificat. Ergò quòd adiungis voluntatem tuā Deo, caſtificas teipſum. Caſtificas te, non de te, ſed de illo qui venit, vt habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideò & tibi aliquid tributū eſt. Ideò autem tibi tributum eſt, vt dicas ſicut in Pſalmo: Adiutor meus eſto, nè derelinquas me. Si dicis, adiutor meus eſto, aliquid agis: nam ſi nihil agis, quomodò ille adiuuat?

1.Ioan.3. Deus nolentem non caſtificat. Pſal.26.

32. DENIQVE de prædeſtinatione ſanctorum, capite tertio: Quod dixi (ſcilicet in expoſitione quarundam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos, capite 60.) Dicit enim idem Apoſtolus, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus; nuſquàm autem dictum eſt, Deus credit omnia in omnibus; ac deindè ſubiunxi: Quod enim credimus, noſtrum eſt: quod autem bonum operamur, illius eſt, qui credentibus dat ſpiritum ſanctum: profectò non dicerem, ſi iam ſcirem etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem ſpiritu. Vtrunque ergò noſtrum eſt, propter arbitrium voluntatis; & vtrunque tamen datum eſt per ſpiritum fidei & charitatis. Neque enim ſola charitas, ſed ſicut ſcriptum eſt; Charitas cum fide à Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto. Et quod paulò pòſt dixi; Noſtrum eſt enim credere & velle; illius autem dare credentibus & volentibus facultatem benè operandi per ſpiritum ſanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus noſtris; verum eſt quidem, ſed eadem regula, & vtrunque ipſius eſt, quia ipſe præparat voluntatem; & vtrunque noſtrum, quia non fit niſi volentibus nobis. Ac per hoc quod etiam poſteà dixi: Quia neque velle poſſumus, niſi vocemur; & cùm poſt vocationem voluerimus, non ſufficit voluntas noſtra, & curſus noſter; niſi Deus & vires currentibus præbeat, & perducat quò vocat. Ac deindè ſubiunxi; Manifeſtum eſt ergò non volentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei eſſe quod benè operamur: omninò veriſſimum eſt.

Repetit Auguſtinus iſta ex lib.1 Retract.c.23. Fides charitaſque quomodo Dei & quomodò noſtra. Epheſ.6.

33. CHRYSOSTOMVS homilia nona in Ioannem: Clementiſſimus & benigniſſimus Deus, dilectiſſimi, omnia & facit & molitur, vt nos ad ſectandas virtutes illuminet, & vnumquenq; bonum eſſe vult, neminem tamen cogit. Suadendo autem & benefaciendo voluntarios quoſcunque & vltrò ſequentes allicit & ad ſe trahit. Propterea cùm veniret in mundum, alij eum receperunt, alij neglexerunt. Nullum enim ſeruorum Deus vult inuitum, nullum coactum: ſed eos tantùm, qui ſponte ſua ipſum optant, ipſum amplectuntur, & gratiam ſe ei ſeruitutis habere intelligunt. Homines enim, vtpotè quibus neceſſariò ſeruorū opera & ſeruitio opus eſt, improbos & dicto non audientes ſeruos, poſſeſſionis iure coërcēt. Deus autem cùm ſibi ipſi ſufficiat, & nullius indigeat, noſtræ duntaxàt ſalutis gratia omnia operatur, nóſque ipſos noſtri arbitrij & iuris eſſe liberè permittit. Idcircò cogit neminem, ad noſtrā enim tantummodò ſpectat vtilitatem. Quòd ſi nolentes ad ſeruiendum traheret, non ſecùs eos haberet, àc ſi nullum præſtitiſſent ſeruitium.

Voluntarios trahit Deus. Deus neminem cogit.

34. BERNARDVS tractatu vel libro de gratia & libero arbitrio: Ipſa (gratia ſcilicet) liberum excitat arbitrium, cùm ſeminat cogitatum, ſanat cùm immutat affectum, roborat vt perducat ad actum, ſeruat nè ſentiat defectum. Sic autem iſta cum libero arbitrio operatur, vt tantùm illud in primo præueniat, in cæteris comitetur. Ad hoc vtiquè præueniens, vt iam ſibi deincèps cooperetur. Ità tamen quod à ſola gratia cœptum eſt, pariter ab vtroque perficitur, vt mixtim non ſigillatim, ſimul non viciſsim per ſingulos profectus operetur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere indiuiduo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: ſed vt totum in illo, ſic totum ex illa.

Gratia liberū arbitriū præuenit, deindè comitatur.

35. PROSPER libro ſecundo de vocatione gentium, capite vigeſimoſexto: Hanc abundantiorem gratiam ità credimus atque experimur potentem, vt nullo modo arbitremur eſſe violentam, quò quicquid in ſaluandis hominibus agitur, ex ſola Dei voluntate peragatur, cùm etiam ipſis paruulis per alienæ voluntatis ſubueniatur obſequium. Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, córque ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: ſed etiam voluntas hominis ſubiungitur ei atq; coniungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidijs, vt diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium, de ſua habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, ſiue occultos ſiue manifeſtos, omnibus adhibetur, & quòd à multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quòd autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt diuinæ, & voluntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue profectus fidelium, ſiue vſque in finem perſeuerantium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquam virtutis occurrit, quæ vel ſine dono diuinæ gratiæ, vel ſine conſenſu noſtræ voluntatis habeatur. Ipſa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primam ſibi receptricem & famulam donorū ſuorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla eſt,

Gratia potens, at non violenta. Gratiæ voluntas, ab ea excitata, coniungitur. Gratia quòd ſuſcipitur, & gratiæ eſt & voluntatis.

nec

Digitized by Google

nec poteſt aſſeri vel fidem, vel ſpem, vel charitatem eis ineſſe, quorum ab his bonus conſenſus alienus eſt.

36. IBIDEM capite vigeſimoſeptimo: Dicit quidem Dominus: Nemo venit ad me, niſi pater qui miſit me, attraxerit eum. Sed hoc ideò dictum eſt, vt illam fidem, ſine qua nemo ad Chriſtum venit, ex patris haberi munere nouerimus, ſecundùm illud quod Apoſtolo dicitur: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Qui in cordibus trahendorum hoc egit vt crederent, hoc effecit vt vellent. Non enim eſſet vndè traherentur, ſi ſequaces fide & voluntate non eſſent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omninò, nec veniunt, neque accedunt qui diſſentiunt, ſed recedunt. Qui ergò veniunt, amore ducuntur, dilecti enim ſunt, & dilexerunt, quæſiti ſunt & quæſiêrunt: & quod eos voluit Deus velle, voluerunt.

Ioan.6.

Matth.16.

37. ET capite viceſimooctauo: Meritò non ſolùm ab incipientibus, verumetiam à prouectiſſimis ſanctis vniformiter Domino ſupplicatur & dicitur: Nè nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Vniuerſis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipſo donatur nè in tentatione ſuperentur, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Ipſámque gloriam iiſdem quibus eam impertit adſcribit: vt quanuìs auxilio Dei ſteterint, tamen quia in ſe habebant vndè caderent, ipſorum ſit meritum quòd ſteterunt. Igitur ſicut qui crediderunt, iuuantur vt in fide maneant: ſic & qui nondùm crediderunt, iuuantur vt credant. Et quemadmodùm illi in ſua habent poteſtate vt exeant, ità & iſti in ſua habent poteſtate nè veniant. Fitq; manifeſtum quòd diuerſis atque innumeris modis omnes homines vult Deus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, ſed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, ſua pertinacia reluctantur.

Matth.6.

1.Cor.1.

1.Tim.2.

38. ITEM contra Collatorem, capite viceſimoſexto: Bonam igitur voluntatem, eam ſcilicet qua adhęretur Deo, nec negandum eſt hominis eſſe propriam, & confitendum eſt Deo inſpirante conceptã. Et paulò pòſt: Si ergò quis de ærumnoſis vanitatibus & inſanijs fallacibus erubeſcens, tenebras eſſe & mortem, quicquid pro lumine ac vita ampleſtebatur, intelligit, & ab his ſe conatur abſtrahere: non eſt ab ipſo, quanuìs non ſine ipſo fit, iſta conuerſio: nec propria virtute ad principia ſalutis enititur: ſed agit hoc occulta & potens gratia Dei, quæ dimotis terrenarum opinionum & operum mortuorum fauillis, torrem obruti cordis exagitat, & deſiderio veritatis inflammat: non vt inuitum hominem ſubigat, ſed vt ſubiectionis cupidum faciat: nec vt ignorantem trahat, ſed vt intelligentem, ſequentémque pręcedat. Manens enim liberum arbitrium, quod vtiquè cum ipſo homine Deus condidit, à vanitatibus & cupiditatibus ſuis, in quas neglecta Dei lege defluxit, non à ſeipſo, ſed à creatore mutatur, vt quicquid in eo in melius reficitur, nec ſine illo fit qui ſanatur, nec niſì ab illo fit qui medetur, cuius ſumus noua creatura, nouúmque figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Bona voluntas, & propria hominis, & à Deo inſpirata.

Epheſ.2.

39. MATTHAEI viceſimotertio capite: Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quotiès volui congregare filios tuos quemadmodùm gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.

40. ACTORVM decimotertio capite: Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: eccè conuertimur ad Gentes.

41. IEREMIAE decimooctauo capite: Nunc ergò dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Eccè ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Qui dixerunt, Deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.

42. ET capite viceſimoquinto: Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mitténſque: & non audîſtis, neque inclinâſtis aures veſtras vt audiretis, cùm diceret, Reuertimini vnuſquiſque à via ſuâ mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis, & patribus veſtris, à ſeculo vſque in ſeculum. Et non audîſtis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum veſtrarum in malum veſtrum.

43. ITEM trigeſimoſecundo capite: Et verterunt ad me terga & non facies: cùm docerem eos diluculo & erudirem, & nollent audire vt acciperent diſciplinam.

44. IBIDEM capite triceſimoquinto: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem, Nunquid non recipietis diſciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis vt non biberent vinum: & non biberunt vſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de manè conſurgens & loquens, & non obedîſtis mihi. Miſiq; ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, mitténſque, & dicens: Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neq; colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris: & non inclinâſtis aurem veſtram, neque audîſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte non obediuit mihi. Idcircò hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Eccè, ego adducam ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionem quam locutus ſum aduerſùm illos: eò quòd locutus ſum ad illos, & non audiêrunt: vocaui illos, & non reſponderunt mihi.

45. ZACHARIAE primo capite: Nè ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit Dominus exercituũ, Conuertimini de vijs veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audiêrunt, neq; attenderunt ad me, dicit Dominus.

46. CYPRIANVS de oratione Dominica: Addimus quoquè & dicimus: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra: non vt Deus faciat quod vult, ſed vt nos facere poſſimus, quod Deus vult. Nam Deo quis obſiſtit, quo minùs quod velit faciat? Sed quia nobis à diabolo obſiſtitur, quo minùs per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur, oramus & petimus, vt fiat in nobis voluntas Dei, quę vt fiat in nobis, opùs eſt Dei voluntate, id eſt, ope eius & protectione: quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei indulgentia & miſericordia tutus eſt.

Dei voluntatem ſine eius ope non poſſimus facere.

47. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite decimooctauo: Diuinitùs eſſe expianda peccata commiſſa, & pro eis Dominum exorandum eſſe fatetur, (Pelagius) propter veniam ſcilicet promerendam: quia id quod factum eſt, facere infectum multùm ab iſto laudata potẽtia naturæ & voluntas hominis, etiam ipſo fatente, non poteſt: quare hac neceſſitate reſtat vt oret ignoſci. Vt autem adiuuetur nè peccet, nuſquàm dixit, non hîc legi, mirum de hac re omninò ſilentium; cùm oratio Dominica vtrunq; petendum eſſe commoneat, & vt

Vt non peccemus, Dei opẽ petere neceſſe eſt.
Matth.6.

Digitized by Google

dimittantur nobis debita noſtra,& vt non inferamur in tentationem: illud vt præterita expientur, hoc vt futura vitentur. Quod licèt non fiat niſì voluntas adſit, tamen vt fiat voluntas ſola non ſufficit; ideò pro hac re nec ſuperflua, nec impudens Domino immolatur oratio. Nam quid ſtultius, quàm orare vt facias, quod in poteſtate habeas?

48. ET libro ſecundo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite decimo: Hominis propoſitum bonum adiuuat quidem ſubſequens gratia, &c. vt ſuprà teſtimonio ſecundo huius capitis. Nihil in ſcripturis ſanctis homini à Domino video iuberi, propter probandum liberum arbitrium; quod non inueniatur vel dari ab eius bonitate, vel poſci propter adiutoriũ gratiæ demonſtrandum. Nec omninò incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, niſì hoc in illo agat indebita & gratuita miſericordia Dei. De qua ſuam cogitationem recolens quidam, ſicut legimus in Pſalmis; Nunquìd obliuiſcetur, inquit, miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſerationes ſuas? Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi. Cùm ergò dixiſſet, nunc cœpi: non ait, hæc mutatio arbitrij mei: ſed, dexteræ excelſi. Sic itaque Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis ſuæ vſque in finem conſummationis, qui gloriatur, in Domino glorietur. Quia ſicut nemo poteſt bonum inchoare ſine Domino, ſic nemo perficere ſine Domino.

Non incipit homo mutari ex malo in bonum, niſì id faciat gratia.

Pſal. 76.

Gratia Dei in omni bona mutatione præuenit.

Hierem. 9.

49. HIERONYMVS epiſtola centeſima trigeſimanona ad Cyprianum in explicatione pſalmi octogeſiminoni: Si ſæuiſſima beſtia hominis ſanguinem ſitiat, cupit & nititur, vtcunquè poterit, præſens vitare diſcrimen. Ità & homo à principio conditionis ſuæ Deo vtitur adiutore: & cùm illius ſit gratiæ, quod creatus eſt, illiuſq; miſericordiæ, quod ſubſiſtit & viuit: nihil boni operis agere poteſt abſque eo: qui ità conceſſit liberum arbitrium, vt ſuam per ſingula opera gratiã non negaret: nè libertas arbitrij redundaret ad iniuriã conditoris, & ad eius contumaciam, qui ideò liber conditus eſt, vt abſque Deo nihil eſſe ſe nouerit.

Abſque Deo nihil boni agere poſſumus.

50. ZACHARIAE primo capite, vt in textu.

51. MALACHIAE tertio capite: A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodîſtis. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.

52. ACTORVM ſecundo capite: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum.

53. ET capite tertio: Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.

54. AD Epheſios quinto capite: Propter quod dicit: Surge qui dormis & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus.

55. IACOBI quarto capite: Subditi ergò eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

56. MATTHAEI vndecimo capite: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.

57. IEREMIAE tertio capite: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Vade, & clama ſermones iſtos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus, & non auertam faciem meã à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuum. Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Eccè nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter.

58. ET capite quarto: Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias: vſquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?

59. ITEM decimooctauo capite: Nunc ergò dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, dicens, Hęc dicit Dominus, Eccè ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra.

60. ESAIAE primo capite: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.

61. CAPITE item quadrageſimo: Vox clamantis in deſerto: Parate vitam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.

62. ET quadrageſimoquinto capite: Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt alius.

63. ITEM capite quadrageſimoſexto: Mementote iſtud & confundamini: redite præuaricatores ad cor.

64. DEMVM capite quinquageſimoquinto: Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentũ, properate, emite & comedite: venite, emite abſq; argento, & abſque vlla commutatione vinũ & lac. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dũ propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominũ, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrũ: quoniã multus eſt ad ignoſcendũ.

65. BARVCH quarto capite: Hic liber mandatorũ Dei, & lex quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerũt eam, in mortem. Conuertere Iacob, & appræhende eam, ambula per viam ad ſplendorem eius contra lumen eius. Nè tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.

66. EZECHIELIS decimooctauo capite: Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras in quibus pręuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini & viuite.

67. PRIMI Regum capite ſeptimo: Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicens, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthijm.

68. THRENORVM quinto capite: Annũciate hoc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicẽtes, Audi popule ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis.

69. IEREMIAE trigeſimoprimo: Audiẽs audiui Ephraim tranſmigrantẽ, Caſtigâſti me, & eruditus ſum quaſi iuuẽculus indomitus. cõuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. Poſtquàm enim conuertiſti me, egi pœnitentiam: & poſtquàm oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum.

X.

Modus præparationis ad iuſtificationem quis.

DISPONVNTVR autem ad ipſam iuſtitiã, dum excitati [a] diuina

Caput 6. ſeſs. 6.

a Auguſt. lib. 2 cont. 2. epiſt. Pelag. cap. 9. de prædeſtin. ſanct. cap. 20. Concil. 2.

uina gratia & adiuti, fidē ex auditu [b] concipientes, liberè [c] mouentur in Deum: credentes vera eſſe, quæ diuinitùs reuelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis, [d] à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinę iuſtitiæ timore, [e] quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: illumque tanquàm omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersùs [f] peccata per odiū aliquod & deteſtationem: hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante Baptiſmum agi oportet: deniquè dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: [g] *Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator ſit.* Et, *Confide* [h] *fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et, [i] *Timor Domini expellit peccatū.* Et, [k] *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.* Et, [l] *Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis.* Deniquè, [m] *Præparate corda veſtra Domino.*

Arauſ. can.5.6.7. & 25. Fulgent. de incar. & gratia Chriſti, cap.17. & 18.
b Rom.10.c d
c Auguſt. tract.26. in Ioan. de prædeſt. ſanct. cap.11. de ſpiritu & litera cap.31. 32. in expoſit. propoſ. ex epiſt. ad Roma. cap. 44 lib.1. quæſt. ad Simplician. quæſt.2. Proſper. lib.2. de vocatio gent. cap.27.28. Euthym. in cap.1. Ioan. Iſido. lib.2. de ſummo bono, cap.2.
d Rom.3.d Aug. de nat. & grat. c.44.
e Fulgent. lib.1. de remiſſ. pecc. cap.8.9. 11. Proſp. lib.2. de voca. gent. cap.27. lib. 3. de vita contempl. cap.12. Aug. tract.9. in epiſt. Ioan. de catechiz. rudib. cap.5.
f Eccli 2.d Auguſt. homil.50. cap 2. ex 50. & homilia 27. cap.1. Chryſoſt. homil.21. ad Antioch.
g Heb.11.b
h Matth.9.a
i Eccli 1.c
k Actor.2.f
l Matth.28.d
m 1.Reg.7.a

TESTIMONIA.

1. AVGVSTINVS libro ſecundo contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite nono: Auertat Deus hanc amentiam, &c. vt capite præcedenti teſtimonio primo.

2. ITEM de prædeſtinatione ſanctorum, capite viceſimo: Illud etiam initium fidei hominum donum Dei eſſe nos admonet, cùm hoc ſignificet Apoſtolus in epiſtola ad Coloſſenſes; Orationi inſtate, vigilantes in illa in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi ſui ad loquendum myſterium Chriſti, propter quod etiam vinctus ſum, vt manifeſtem illud ità vt oportet me loqui. Quomodò aperitur oſtium verbi, niſi cùm ſenſus aperitur audientis vt credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam ſalubrem doctrinam prædicantur & diſputantur, admittat; nè per infidelitatem corde clauſo ea quæ dicuntur, improbet ac repellat? Quid eſt enim, Orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi: niſi apertiſſima demonſtratio, etiam ipſum initium fidei eſſe donū Dei? Non enim orando peteretur ab eo, niſi ab ipſo tribui crederetur. Hoc donum cæleſtis gratiæ in illam purpurariam deſcenderat, cui, ſicut ſcriptura dicit in Actibus Apoſtolorum, Deus aperuerat ſenſum eius, & intendebat in ea quę à Paulo dicebantur: ſic enim vocabatur, vt crederet.

Initium fidei Dei donum.
Coloſſ.4.
Coloſſ.4.
Actor.16.

3. CONCILIVM Arauſicanum ſecundum canone quinto: Si quis, ſicut augmentum, ità etiam initium fidei ipſúmque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iuſtificat impium, & ad regenerationem baptiſmatis peruenimus, non per gratiæ donum, id eſt, per inſpirationem ſpiritus ſancti corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem; ſed naturaliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur, beato Paulo dicente; Confidimus quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vſque in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et illud; Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. Et, Gratia ſalui facti eſtis per fidem, non ex vobis; Dei enim donum eſt. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt eſſe naturalem, omnes eos qui ab Eccleſia Chriſti alieni ſunt, quodammodò fideles eſſe, diffiniunt.

Philip.1.
Ibid.
Epheſ.2.

4. ET canone ſexto: Si quis ſine gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri diuinitùs; non autem vt credamus, velimus, vel hæc omnia ſicut oportet agerę valeamus, per infuſionem & inſpirationem ſancti ſpiritus in nobis fieri confitetur, & aut humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec vt obedientes & humiles ſimus ipſius gratiæ donum eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo dicenti; Quid habes quod non accepiſti? &, Gratia Dei ſum id quod ſum.

Gratia noſtris conatibus prior.
1.Cor.4.
Ibid.15.

5. ITEM ſeptimo canone: Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare vt expedit, aut eligere, ſiue ſalutari id eſt, euangelicæ prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpiratione ſpiritus ſancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo & credendo veritati; hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei, in Euangelio dicentis: Sine me nihil poteſtis facere. Et illud Apoſtoli; Non quòd idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Ioan.15.
2.Cor.3.

9. CANONE deniquè viceſimoquinto: Hoc etiam ſalubriter profitemur & credimus, quòd in omni opere bono non nos incipimus, & poſteà per Dei miſericordiam adiuuamur; ſed ipſe nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem ſui priùs inſpirat, vt & baptiſmi ſacramenta fideliter requiramus, & poſt baptiſmum cum ipſius adiutorio ea quæ ſibi ſunt placita, implere poſſimus. Vndè manifeſtiſſimè credendum eſt, quòd & illius latronis, quem Dominus ad paradiſi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quem angelus Domini miſſus eſt, & Zachæi, qui ipſum Dominum ſuſcipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, ſed diuinæ largitatis donum.

Deus ſalutaria opera præuenit & adiuuat.
Lucæ 23.
Actor.10.
Lucæ 19.

7. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Chriſti, capite decimoſeptimo: Adiutorio atque

Fidei initium nō nobis, ſed gratiæ tribuendum. Item pœnitentiæ.

munere gratiæ ſibi fidem dari vnuſquiſque non dubitet, nedùm initium ſibi fidei nititur aſſignare. Pœnitentiam quoquè quàm Deus ad vitam dat, ſibi homo non ſanitate validus, ſed infirmitate præiudicatus aſſignet, tantíque medicaminis beneficio careat, cuius gratiam contumax atque ingratus oppugnat, cùm cordis humilitas diuinis ſit eloquijs admonenda, vbi principaliter ipſa bona voluntas, qua incipimus velle credere, à Domino præparari demonſtratur ac dirigi, Salomone dicente: Præparatur voluntas à Domino. Et Dauid canit in pſalmis: A Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius cupiet nimis. Pſal 36.

7. ET capite decimooctauo: Dignè in Paulo aſſignatur præuenientis miſericordiæ dono, non ſolùm credulitatis initium, ſed etiam ipſius incredulitatis agnitio. Quam ei propterea Dei miſericordia contulit, vt incredulitatem ſuam illuminatus atque adiutus & agnoſceret & vitaret. Dominus enim eſt illuminatio noſtra, & ſalus noſtra, qui nos illuminat, vt peccata noſtra cognoſcamus: & ſanat, vt à peccatis noſtris ſeparati cum iuſtitia viuamus. Ob hoc ipſe qui vt fidelis eſſet, (1.Tim.1.) fatetur ſe miſericordiam conſecutum, ſalubriter nos inſtruit dicens: (Rom.9.) Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quia re vera & vt velimus, miſericordiæ præuenientis illuminamur dono, & vt curramus, miſericordiæ ſubſequentis fulcimur auxilio.

8. AD Romanos decimo capite: Quomodò ergò inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodò credent ei quem non audièrunt? Quomodò autem audient ſine prędicante? Quomodò verò prædicabunt niſi mittantur? Ergò fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.

10. AVGVSTINVS tractatu viceſimoſexto in Euangelium Ioannis: (Ioan.6.) Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Magna gratiæ commendatio. Nemo venit niſi tractus. Quem trahat, & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare. Semel accipe & intellige. Non traheris, ora vt traharis. (Ora vt traharis.) Quid hîc dicimus fratres? Si trahimur ad Chriſtum, ergò inuiti credimus; ergò violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, (Credimus volentes, non coacti.) accedere ad altare poteſt nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens: credere non poteſt niſi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: ſed nō corpore creditur. Apoſtolum audi dicentem; (Rom.10.) Corde creditur ad iuſtitiam.

11. ET de prędeſtinatione ſanctorum, capite vndecimo: (1.Cor 12.) Omnia autem hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Inter quæ omnia ficut ſcitis, nominauit & fidem. Sicut ergò quanuìs donum Dei ſit, facta carnis mortificare; exigitur tamen à nobis propoſito præmio vitæ: ità donum Dei eſt & fides, quanuìs & ipſa cùm dicitur, Si crediderís, ſaluus eris; propoſito præmio ſalutis exigatur à nobis. Ideò (Fides donum Dei, & voluntati tamē noſtrę ſubiecta.) enim hæc & nobis præcipiuntur, & dona Dei eſſe monſtrantur; vt intelligatur quòd & nos ea facimus, & Deus facit vt illa faciamus; ſicut per prophetam Ezechielem apertiſſimè dicit: quid enim (Ezech.36.) apertius quàm vbi dicit, Ego faciam vt faciatis? Locum ipſum ſcripturæ fratres chariſſimi attendite, & videbitis illa Deum promittere facturum ſe vt faciant, quæ iubet vt fiant.

12. ITEM de ſpiritu & litera, capite trigeſimoprimo: Secundùm hanc fidem qua credimus, fideles ſumus Deo: ſecundùm illam verò qua fit quod * promittit, etiam Deus ipſe fidelis eſt nobis. (* al. promittitur) Hoc enim dicit Apoſtolus, Fidelis Deus, qui (1.Cor.10.) non vos permittit tentari ſuper id quod poteſtis. De illa itaque fide quærimus, vtrùm in poteſtate ſit, qua credimus Deo, vel credimus in Deū. Hinc (Geneſ.15.) enim ſcriptum eſt, Credidit Abraham Deo, & deputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides ad iuſtitiam. (Rom.4.) Vide nunc vtrùm quiſque credat ſi noluerit; aut non credat ſi voluerit. Quod ſi abſurdum eſt: (Credimus volentes.) quid eſt enim credere niſi conſentire verum eſſe quod dicitur? conſenſio autem vtiquè volentis eſt: profectò fides in poteſtate eſt. Sed ſicut Apoſtolus dicit, Non eſt poteſtas niſi à Deo. (Rom.13.)

13. CAPITE etiam triceſimoſecundo: Cum ergò fides in poteſtate ſit, quoniam cùm vult quiſque credit: & cùm credit, volens credit.

14. IDEM in expoſitione propoſitionum quarundam ex epiſtola ad Romanos, capite quadrageſimoquarto: Quod autem ait, Non enim quod volo hoc ago; ſed quod nolo hoc facio. Si autem quod nolo hoc facio, conſentio legi, quoniam bona eſt. Satìs quidem lex ab omni criminatione defenditur. Sed cauendū, nè quis arbitretur his verbis auferri nobis liberum voluntatis arbitrium, quod nō ità eſt. Nunc enim homo deſcribitur ſub lege poſitus ante gratiā. Tunc enim peccatis * venditur, (* al. vincitur) dum viribus ſuis iuſtè viuere conatur ſine adiutorio liberantis gratiæ Dei. Liberum autem (Credimus liberè à gratia præuenti.) arbitrium habet vt credat liberatori, & accipiat gratiam, vt iam illo qui eam donat liberante & adiuuante non peccet: atque ità definat eſſe ſub lege, ſed cum lege vel in lege implens eam charitate Dei, quod timore non poterat.

15. DEMVM libro primo quæſtionū ad Simplicianum, quæſtione ſecunda: Si Iacob ideò credidit quia voluit, non ei Deus donauit fidem, ſed eam ſibi ipſe volendo præſtitit, & habuit aliquid quod non accepit. An quia nemo poteſt credere (Nemo poteſt credere niſi velit.) niſi velit, nemo velle niſi vocetur, nemo autem ſibi poteſt præſtare vt vocetur, vocando Deus prę ſtat & fidem: quia ſine vocatione non poteſt quiſquam crdere, quanuìs nullus credat inuitus? Quomodò enim credent ei quem non audièrunt? (Rom.10.) Aut quomodò audient ſine prædicante? Nemo itaque credit non vocatus, ſed non omnis credit vocatus. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Vtiquè (Matth.20.) ij qui vocantem non contempſerunt, ſed credendo ſecuti ſunt, volentes autem ſine dubio crediderunt.

16. PROSPER libro ſecundo de vocatione gentium, capite vigeſimoſeptimo: Dicit quidem Dominus: Nemo venit ad me, niſi pater qui miſit me, attraxerit eum. (Ioan.6.) Sed hoc ideò dictum eſt, vt illam fidem, ſine qua nemo ad Chriſtum venit, ex patris haberi munere nouerimus, ſecundùm illud quod Apoſtolo dicitur: Beatus es Simon bar Iona, (Matth.16.) quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Qui in cordibus trahendorum hoc egit vt crederēt, hoc effecit vt vellent. Non enim eſſet vndè traherentur, ſi ſequaces fide & voluntate non eſſent: quoniā qui non credunt, nec trahūtur omninò, nec veniunt, neq; accedunt qui diſſentiunt, ſed recedunt. Qui ergò veniunt, amore ducuntur, dilecti enim ſunt, & dilexerunt, quæſiti ſunt & quæſierunt: & quod eos Deus voluit velle, voluerunt.

17. ET capite vigeſimooctauo: Deus ad obediendum ſibi, ipſum velle ſic donat, vt etiam à perſeueraturis illam mutabilitatem quæ poteſt nolle, non auferat. Alioquin nemo vnquàm fidelium receſſiſſet à fide.

18. EVTHYMIVS in caput primum Euangelij ſecūdùm Ioannem in verba illa, Vt omnes crederent per illum: Ioannes teſtimonium perhibuit vt omnes crederent, non omnes tamen crediderunt. Fides enim nōn eſt coacta, ſed voluntaria. (Fides voluntaria eſt.)

19. ISIDORVS libro ſecundo de ſummo bono, capite ſecundo: Fides nequaquàm vi extorquetur, ſed ratione atq; exemplis ſuadetur. A quibus autem exigitur violenter, perſeuerare in eis non poteſt, exemplo, vt ait quidam, nouellæ arboris, cuius ſi quis cacumen violenter impreſſerit, & de-

Digitized by Google

& demùm dum laxatur, in id quod fuerat, confeſtìm reuertitur. Sicut homo libero arbitrio conditus ſua ſpõte diuertit à Deo: ità ex propria mentis conuerſione credendo recurrit ad Deum, vt libertas agnoſcatur arbitrij per propriam voluntatem, & beneficium gratiæ per acceptam fidei veritatem.

20. AD Romanos tertio capite: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum.

21. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite quadrageſimoquarto: Sicut ipſe dicit ad quod nũc agit non pertinere vt quæratur vtrùm fuerint vel ſint aliqui homines in hac vita ſine peccato, ſed vtrùm eſſe potuerint ſiue poſſint: Ità ego etiam ſi fuiſſe, vel eſſe conſentiam; nullo modo tamen potuiſſe vel poſſe cõfirmo, niſi iuſtificatos gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & hunc crucifixũ. Ea quippe fides iuſtos ſanauit antiquos, quæ ſanat & nos, id eſt, mediatoris Dei & hominum hominis Ieſu Chriſti, fides ſanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis & reſurrectionis eius. Habentes ergò eundem ſpiritum fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur.

Eadẽ fide in Chriſtũ qua nunc, & olim omnes iuſti ſaluati.

1. Tim. 2.
2. Cor. 4.

22. FVLGENTIVS libro primo de remiſſione peccatorum, capite octauo: Diuinis indeſineter eloquijs mali ſalubriter admonentur, nè remaneant in ſeruitute peccati: ſed miſericordiã iuſti Dei dum ſunt in hac vita requirant. Bonis quoq; præcipitur, vt ſeruientes Domino in timore, & exultantes ei cum tremore, apprẽhẽdant diſciplinam: nè quando iraſcatur Dominus, & pereant de via iuſta. Ipſe itaque Deus qui eſt miſericors & iuſtus, ſicut admonet, vt propter iuſtitiam & miſericordiam timeatur & diligatur à malis, vt conuerſi careant pœna quam iuſtitia minatur, & accipiãt indulgentiam quam miſericordia pollicetur: ſic admonet vt propter iuſtitiam & miſericordiam diligatur & timeatur à bonis, quo poſſint qui eius prçuenti miſericordia boni ſunt, & dilectione miſericordiæ in bonis operibus permanere, & timore iuſtitiæ à peccatis ſemetipſos ſolicitè cuſtodire: & conſideratione propriæ infirmitatis inſtructi nunquàm de ſuis viribus confidãt, ſed diuinæ virtutis auxilium iugiter & humiliter poſcant. Debet ergò & à bonis & à malis tam miſericordia diligi quàm iuſtitia formidari: nè vel boni diligẽtes miſericordiam Dei, iuſtitiã non timeant, & laqueos diaboli ſeducentis incurrant: vel mali ſolã iuſtitię ſeueritatem conſiderantes, non quærant (cùm inuenire poſſunt per conuerſionem) miſericordiæ beneficium, ac ſic obturati nõ ſolùm remiſſionem peccatorum denegent, quin etiam peccata multiplicare non ceſſent.

Pſal. 2.

Miſericordia diligẽda, iuſtitia formidanda bonis & malis.

23. ET capite nono: Hoc enim bicipiti laqueo frequenter diabolus captiuat incautos: vt aut ſpe vana futuræ remiſſionis obtuſi, nolint iuſtitiæ timore conuerti: aut remiſſionem omnimodis deſperantes, conuerſionẽ negligãt, & habenas iniquitatibus relaxantes, dum deſperant indulgentiam, currant præcipites in gehennã. Ac ſic ille callidus humani generis inimicus, alios deſperationis temeritate præcipitat, alios aũt fallacis ſpei deceptione ſupplãtat. Propter quod B. Paulus, in quo locutus eſt Chriſtus, benè viuentibus ſcribẽs, ſic eorũ commendat obedientiã, vt cum metu & tremore ſalubris operationis iubeat talibus ineſſe cautelã. Dicit enim Philippenſibus: Itaque chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis, nõ vt in præſentia mea tantùm, ſed multò magis nũc in abſentia mea, cũ metu & tremore veſtrã ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona volũtate. His verbis B. Paulus iuſtũ vtiquè Deũ inſinuat, cùm metũ tremoremq; ſeruandum fidelibus præcipit in operibus bonis. Miſericordem quoq; prędicat, quem in eis operari dicit, & velle & perficere pro bona volũtate. Neq; enim à benè operantibus iuſtè timeretur, ſi iuſtus nõ eſſet: Nec omne bonũ voluntatis & operis ipſe in eis operaretur, ſi miſericors non fuiſſet. Hunc iuſtitię diuinæ timorem, terribili denuò prædicatione iuſtis vehementer Apoſtolus Paulus inculcat, dicens: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat.

Biceps diaboli laqueus: Deſperatio, & fallax ſpes

2 Cor. 13.

Philip. 2.

1. Cor. 10.

24. ITEM vndecimo capite: Innumerabilia ſunt diuinarum teſtimonia ſcripturarum, quibus Deus miſericors prædicatur & iuſtus, nec eſt aliud quod omnis textus cæleſtis eloquij agat, niſi vt malos admoneat timore iuſtitię Dei celeriter malis operibus finem ponere, & bonos in bonis operibus ſolicitè atque humiliter permanere: Vt ſcilicet & omnis iniquus æquitatem Dei metuens, ad miſericordiam currat iuſtæ bonitatis, & omnis iuſtus de Dei miſericordia gaudens, iudicium benigniſſimæ nõ negligat æquitatis. Quia vbi eſt miſericordia iuſtitiaq; perfecta, nec fauorem poteſt iuſtus peccatis impendere, nec indulgentiam conuerſis miſericors abnegare.

Timore iuſtitiæ propoſito ad quærendã Dei miſericordiam ſcriptura malos incitat.

25. PROSPER libro ſecũdo de vocatione gentium, capite viceſimoſeptimo: Hunc autem conſenſum (bonus ad fidem, ſpem & charitatem ſcilicet) non ſolùm cohortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ, ſed & metus gignit, propter quod ſcriptũ eſt, Principium ſapientiæ timor Domini. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam vt quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec ſolùm volentem, ſed etiam ſapientem. Vndè & illud ſcriptum eſt: Beatus cui donatum eſt habere timorẽ Dei. Quid enim tam beatificum, quàm hic timor, qui genitor eruditorię ſapientię eſt? In cuius vtiquè deuotione deuota eſt & voluntas, quæ authore gratiæ eodem proficit timore quo cœpit. Cùm ergò hic timor etiam per quandam vim magni terroris immittitur, nõ ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur, ſed illa potiùs quæ mentem premebat caligo diſcutitur, vt voluntas deprauata priùs atque captiua, recta efficiatur & libera. Vndè ſicut animus nihil virtutis capit, niſi radium veri acceperit luminis: ità gratia nihil ei quem vocat confert, niſi oculos in eo aperuerit voluntatis.

Prouer. 9.

Vtilis terror.

Eccli 25.

Timor genitor eruditorięque ſapiẽtię.

26. ET libro tertio de vita contemplatiua, capite duodecimo. Poſtquàm multa attulit de terrore iudicij extremi, & de æternitate ac qualitate gehennæ: Hæc (inquit) & his ſimilia libenter audire vel legere, iugiter ante oculos mentis adducere, futura credere, ſine vlla perturbatione metuere, cogitare quale malum ſit ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatiſſima ſanctorum omniũ ſocietate priuari, fieri patriæ cæleſtis extorrem, mori vitæ beatæ, morti viuere ſempiternæ, in æternum ignem cum diabolo & angelis eius expelli, vbi ſit mors ſecunda damnatis exilium, vita ſuppliciũ, non ſentire in illo igne quod illuminat, ſentire quod cruciat, exundantis incendij terribiles crepitus pati, barathri fumantis amara caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi, edaciſſimis in æternũ dilaniari vermibus, nec finiri: Hæc & multa ſimilia cogitare, nihil eſt aliud, quàm vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrenare. Sed nos iam, ſi videtur, ab his terribilibus malis quę fideliũ mẽtes ſalubri terrore cõcutiunt, atq; ab omnibus vitioſis delectationibus abducũt, & quæ amatores voluptatum ſuarum tunc ſuę damnationis experimento probabunt, quãdo iam, quod eſt omni infelicitate miſerius, ſe emendare non poterũt: ab his inquã terrificis ac triſtibus malis aſcendamus ad illa ſublimia, quibus proficientiũ mentes in ſpẽ promerendæ beatitudinis aſſurgunt, abiuratiſque terrenis, cæleſtia concupiſcunt: & quoniam proficere cupientes à ſalubri timore incipiunt,

Extremi iudicij & gehennæ metus ſalubri nos terrore concutiunt.

A timore incipiunt proficere cupientes.

Digitized by Google

incipiunt, & ad charitatem proficiendo perueniunt, nos quoquè ſufficere iudicantes, quod de incipientium timore tractauimus, etiam de charitate, quod ipſe, cuius munus eſt, donauerit, diſputemus.

27. AVGVSTINVS in epiſtolam primã beati Ioannis, tractatu nono: Cœpit aliquis credere diem iudicij: ſi cœpit credere, cœpit & timere &c. vide quæſtione ſexta de quatuor nouiſſimis, D. teſtimonio decimo.

28. ITEM de catechizãdis rudibus, capite quinto: De ipſa etiam ſeueritate Dei qua corda mortalium ſaluberrimo terrore quatiuntur, charitas ædificanda eſt, vt ab eo quem timet, amari ſe gaudens, eum redamare audeat, eiuſq; in ſe dilectioni, etiam ſi impunè poſſet, tamen diſplicere vereatur. Rariſſimè quippe accidit, immò verò nunquàm, vt quiſquam veniat volens fieri Chriſtianus, qui non ſit aliquo timore Dei perculſus.

Terror ſalubris, initium conuerſionis.

29. ECCLESIASTICI ſecundo capite: Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

30. AVGVSTINVS homilia quinquageſima libri quinquaginta homiliarum, capite ſecundo: Omnis qui iam arbiter voluntatis ſuæ conſtitutus eſt, cùm accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia cùm baptizantur ſoli paruuli ſunt immunes: nondùm enim vti poſſunt libero arbitrio. Cęterorum hominũ nullus tranſit ad Chriſtum, vt incipiat eſſe quod non erat; niſi eum pœniteat fuiſſe quod erat.

Pœnitentia ad baptiſmũ accedentis.

31. ET homilia viceſimaſeptima, capite primo: Neque ad baptiſmum Chriſti, in quo omnia peccata delentur, quiſquam benè accedit: niſi agendo pœnitentiam de vita priſtina. Nemo enim eligit vitam nouam, niſi quem veteris pœnitet. Et paulò pòſt: Cùm ſpina illa recordationis compuncti (Iudæi) dicerent Apoſtolis: Quid ergò faciemus? ait illis Petrus: Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti; & remittuntur vobis peccata. Ergò interim nũc, ſi qui fortè adſunt ex eo numero qui baptizari diſponũt, credimus enim eos adeſſe tanto ad verbum ſtudioſiùs, quanto ad indulgẽtiam viciniùs: hos primùm paucis alloquimur, vt erigant mentes in ſpem. Ament fieri quod non ſunt, oderint quod fuerunt. Nouum hominem naſcituri iam voto cõcipiant, quicquid de vita pręterita remordebat, quicquid angebat conſcientiam, quicquid omninò vel magnum vel paruum, vel dicendum vel non dicendum, non dubitent poſſe dimitti: nè fortè quod vult dimittere Dei miſeratio, contra ſe teneat humana dubitatiò.

Pœnitentia ante baptiſmum.

Actor.2.

32. CHRYSOSTOMVS homilia vigeſimaprima ad populum Antiochenum, quæ eſt catecheſis ad illuminandos: Quòd oporteat priùs pœnituiſſe, & à prioribus deſtitiſſe malis, & ſic ad gratiam accedere, audi quid Ioannes dicat, quid verò ſummus Apoſtolorum baptizari debentibus. Ille nempe dicit: Facite fructum dignum pœnitentiæ: & nè incipiatis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Hic autem interrogantibus rurſùs aiebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur quiſque veſtrûm in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Pœnitentiam agens autem non ampliùs eadem attingat negocia, quorum pœnituit. Propterea& iubemur dicere: Abrenuncio tibi ſatana, ne ampliùs ad ipſum reuertamur.

Luc.3.

Actor.2.

Solennia in baptiſmo verba.

33. AD Hebræos vndecimo capite: Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

34. MATTHAEI nono capite, vt in textu.

35. ECCLESIASTICI primo capite: Timor Domini expellit peccatum. nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari, iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt.

36. ACTORVM ſecundo capite, 37. MATTHAEI vigeſimooctauo capite, 38. PRIMI Regum ſeptimo: vt in textu.

XI.

Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ.

Caput 7. ſeſſ.6.

A. HANC diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur: quæ non eſt ſola [a] peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum, vndè homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit [b] hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

B. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt: Finalis quidem, gloria Dei & CHRISTI, ac vita æterna: Efficiens verò, miſericors Deus, qui [c] gratuitò abluit & [d] ſanctificat, [e] ſignans & vngens Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ: Meritoria autem, dilectiſſimus vnigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cùm [f] eſſemus inimici, [g] propter nimiam charitatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem [h] meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit. Inſtrumentalis item, Sacramentum [i] Baptiſmi, quod eſt ſacramentum fidei, ſine qua nulli vnquàm contigit iuſtificatio: demùm vnica Formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua [k] ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit: qua videlicet ab eo donati, [l] renouamur ſpiritu mentis noſtrę: & nõ modò reputamur, ſed verè [m] iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiã in nobis recipientes, vnuſquiſq; ſuam, ſecundùm menſurã, quã Spiritus ſanctus partitur [n] ſingulis prout vult, & ſecundùm propriã cuiuſque diſpoſitionẽ & cooperationẽ. Quanquàm enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſſionis Domini no-

a Aug. lib.6. cont. Iulia. c. 11. lib.1. retract. c.13. epiſt. 105.106. Conc. Mileuit. can. 3. & 4. Chryſoſt. hom.3. de pœniten. Theophy. in cap. 2. Marci. Vide quæſt.3. de Sacramen. Baptiſmi A.B.
b Tit.3 b
c Ibidèm.
d 1.Cor.6.e
e Epheſ.1.e
f Rom 5 b
g Epheſ.2.a
h Rom.4.d
i Vide quæſt.1. de Sacram. Baptiſmi.
k Aug. de ſpir. & litera c.9. 11. In Pſal.150. tract.26. in Ioan. epiſt.120. cap.30. de natu. & grat. cap.63. lib.1. cont. Pelag. & Celeſt. cap. 30. lib.1. de peccat. merit. cap.9.10. Concil Vienn. in Clement. lib.1. tit.1. de ſumma Trinit. & fide Cathol.
l Epheſ.4.c
m Augu. epiſt.29. ſer.16. de verb. Apoſt. lib.2. retract. c.33. de ſpirit. & lit. cap.26. & 27.
n 1.Cor.12.b Epheſ.4.a Auguſt. epiſt.57. quæſt.1.

Digitized by Google

ni noſtri Ieſu Chriſti communicantur: id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum [o] Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret. Vndè in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum cui inſeritur, Fidem, Spem & Charitatem. Nam fides niſì ad eam ſpes accedat & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius viuum membrum efficit. Qua ratione veriſſimè dicitur, [p] fidem ſine operibus mortuam & ocioſam eſſe: & [q] In Chriſto Ieſu neque circunciſionem aliquid valere, neque præputium: ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi Sacramentum ex Apoſtolorum traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt, cùm petunt fidem, vitam æternam præſtantem: quam ſine ſpe & charitate fides præſtare non poteſt. Vndè & ſtatìm verbum Chriſti audiunt: [r] *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ceu primam ſtolam, pro illa quam Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam & immaculatam iubentur ſtatìm renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam.

o Rom. 5. a 2. Cor 1. d Auguſt de ſpiritu & litera c. 17. 32. de nat. & grat. c. vlt.

p Iaco. 2. d
q Gal. 5. a Chryſoſt. hom. 5. in Ioan. Aug lib. 3. cont. 2. epiſt Pelag. cap 5. hom. 17. c. 2. ex 50. lib. 15. de Trinit. c. 18. Grego. lib. 6. epiſt. 5. Fulg. epiſt. 2. c. 8. de incarnat. & gratia Chriſti, ca. 26.

r Matth. 19. c

TESTIMONIA.

1. A. AVGVSTINVS libro ſexto contra Iulianum, capite vndecimo: Vtinàm ipſa dona Chriſti ſaltem ità ſaperes, vt ad vincendam concupiſcentiam valere aliquid crederes. Sed ideò dicis à Iudæis fuiſſe contempta, quòd veniã daret ille peccatis, quæ ipſi legis admonitione vitâſſent. Quaſi hoc conferat homini remiſſio peccatorum, vt caro non concupiſcat aduersùs ſpiritum, vndè illa verba nata ſunt; Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: & cætera eiuſmodi. Verùm tu à veſtro dogmate non recedis, quo putatis gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſic in ſola peccatorũ remiſſione verſari, vt non adiuuet ad vitanda peccata, & deſideria vincenda carnalia, diffundendo charitatem in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, qui ab illo datus eſt nobis. Neque conſideras eum qui dicit; Videò aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & ab hoc malo non ſe liberari clamat, niſì gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum; nec Iudæum eſſe, nec quia peccauit, ſed nè peccet potiùs laborare.

Gal. 5.
Rom. 7.
Gratia per Chriſtũ collata non in ſola peccatorum remiſſione verſatur.
Rom. 7.

2. IDEM libro primo retractationum, capite decimotertio: Gratia Dei, nõ ſolùm reatus omnium præteritorum ſoluitur in omnibus qui baptizantur in Chriſto, quod fit ſpiritu regenerationis, verumetiam in grandibus voluntas ipſa ſanatur, & præparatur à Domino, quod fit ſpiritu fidei & charitatis.

3. EPISTOLA centeſima quinta ad Sixtum: Poſt remiſſionem peccatorum, niſì mundatam domum habitet ſpiritus ſanctus, nónne cum alijs ſeptem redit ſpiritus immundus, & erunt nouiſſima hominis illius peiora quàm erant prima? Vt autem habitet ſpiritus ſanctus, nónne vbi vult ſpirat, & charitas Dei, ſine qua nemo benè viuit, diffunditur in cordibus noſtris, non à nobis, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis? Et poſt multa: Neque ab illo (vitio) quod originaliter contrahitur, neque ab his quæ vnuſquiſque in vita propria, vel intelligendo, vel nolendo intelligere, mala congregat, vel etiam inſtructus ex lege, additamento præuaricationis exaggerat, quiſquam liberatur & iuſtificatur, niſì gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, non ſolùm remiſſione peccatorum, ſed priùs ipſius inſpiratione fidei & timoris Dei, impartito ſalubriter orationis affectu & effectu, donèc ſanet omnes languores noſtros, & redimat de incorruptione vitam noſtram, & coronet nos in miſeratione & miſericordia.

Poſt remiſſionem peccatorum, infunditur charitas.
Matth. 12.
Ioan. 3.
Rom. 5.
Iuſtificamur non ſola remiſſione peccatorum.
Pſal. 102.

4. ITEM epiſtolà centeſima ſexta ad Paulinum: Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, quod fides vera & Catholica tenet, ſemper Eccleſia puſillos cum magnis à morte primi hominis, ad vitam ſecundi hominis transfert: non ſolùm peccata delendo, verumetiam ad non peccandum rectéque viuendum, eos qui iam vti poſſunt voluntatis arbitrio ſic adiuuando, vt niſì adiuuet, nihil pietatis atque iuſtitiæ, ſiue in opere, ſiue etiam in ipſa voluntate habere poſſimus.

Gratia iuſtificãs non ſolũ delet peccata, ſed & adiuuat.

5. CONCILIVM Mileuitanum canone tertio: Item placuit vt quicunque dixerit gratiã Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit.

6. ET Canone quarto: Item quiſquis dixerit eandem gratiam Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valdè impium eſt, vt credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti: ad eam quę ędificat, non habere: cùm ſit vtrunque donum Dei, & ſcire, quod facere debeamus: & diligere, vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, Qui docet hominem ſcientiam: ità etiam ſcriptum eſt, Charitas ex Deo eſt.

1. Cor. 8.
Pſal. 93.
1. Ioan. 4.

7. CHRYSOSTOMVS homilia tertia de pœnitentia: Deus cùm deleuerit peccata, ſic delet, vt neque cicatrix, neque cicatricis ſuperſit indicium, non veſtigium quodquam, ſed & cum ſa-

nitate

Iuſtitiam inſerit Deus cū peccata deleuerit.

nitate decorē elargitur. Poſt pœnæ liberationem, & iuſtitiam inſerit, atque peccantem coæqualem facit non peccanti.

8. THEOPHYLACTVS in caput ſecūdum Euangelij ſecundùm Marcum: Surge & tolle grabatum tuum, ad maiorem miraculi confirmationem, quòd non apparenter ſanatus ſit: & ad declarandum quòd non ſolùm ſanârit, ſed & virtutem indiderit. Sic quoquè facit & in morbis animæ. Non ſolùm liberat nos ab infirmitatibus, ſed etiam virtutem infundit, vt operemur mandatum. Reliqua hac de re teſtimonia vide ſuprà quæſtione tertia de ſacramento Baptiſmi, A.B.

Virtutem infundit, peccatis ſublatis.

9. AD Titum tertio capite: Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

1. B. PRIORIS ad Corinthios ſexto capite: Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

2. AD Epheſios primo capite: In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

3. AD Romanos quinto capite: Commēdat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniā cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magìs nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, recōciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multò magìs reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.

4. AD Epheſios ſecundo capite: Deus autem (qui diues eſt in miſericordia) propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & cōſedere fecit in cęleſtibus in Chriſto Ieſu. Et paulò pòſt: Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias in carne ſua: legem mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo.

5. AD Romanos quarto capite: Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Baptiſmum eſſe cauſam inſtrumentalem noſtræ iuſtificationis ſatìs confirmatum eſt teſtimonijs ſuprà citatis in quæſtione prima de ſacramento Baptiſmi.

Rom. 3. Iuſtificamur iuſtitia Dei, non qua Deus iuſtus eſt, ſed quam infundit. Rom. 4. Rom. 3.

6. AVGVSTINVS de ſpiritu & litera, capite nono: Iuſtitia, inquit, (Apoſtolus) Dei manifeſtata eſt: non dixit, iuſtitia hominis, vel iuſtitia propriæ voluntatis, ſed iuſtitia Dei, non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua induit hominem, cùm iuſtificat impium. Et paucis interiectis: Iuſtitia autem Dei, per fidem Ieſu Chriſti, hoc eſt, per fidem, qua creditur in Chriſtum. Sicut autem iſta fides Chriſti dicta eſt, non qua credit Chriſtus: ſic & illa iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt Deus. Vtrunque enim noſtrū eſt, ſed ideò Dei & Chriſti dicitur, quòd eius nobis largitate donatur.

Iuſtitia Dei dicitur, quia eam ipſe impertit. Pſal. 3.

7. IBIDEM capite vndecimo: Hæc eſt iuſtitia Dei quę in teſtamento veteri velata, in nouo reuelatur, quæ ideò iuſtitia Dei dicitur, quòd impertiendo eam iuſtos facit: ſicut Domini eſt ſalus, qua ſaluos facit: & hæc eſt fides ex qua & in qua reuelatur, ex fide ſcilicet annunciātium in fidem obedientium: qua fide Ieſu Chriſti, id eſt, quam nobis contulit Chriſtus, credimus ex Deo nobis eſſe, pleniusq; futurum eſſe quòd iuſtè viuimus, vndè illi ea pietate qua ſolus colendus eſt, gratias agimus.

8. ET in expoſitione pſalmi cēteſimi quinquageſimi: Aliter intelligitur iuſtitia, qua eſt ipſe (Deus) iuſtus, aliter quam in nobis facit, vt nos ſimus iuſtitia eius. 2. Cor. 5.

9. ITEM tractatu vigeſimoſexto in Euangelium Ioannis: Quid eſt hoc, iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? Iuſtitia Dei hîc dicitur, non qua iuſtus eſt Deus, ſed quam dat homini Deus, vt iuſtus ſit homo per Deum. Rom. 10.

10. IDEM epiſtola centeſima vigeſima ad Honoratum, capite trigeſimo: Illa iuſtitia Dei commendatur in eo quod dicitur; Ignorantes Dei iuſtitiam, qua nos ex eius gratia iuſti ſumus: vt ipſa Dei iuſtitia nos ſimus cùm iuſtè viuimus, credentes in eum qui iuſtificat impium: non illa qua ipſe iuſtus eſt æterna ſua & incommutabili iuſtitia. Hæc itaque iuſtitia, qua nos Dei munere iuſti ſumus, ſignificatur in Pſalmo illo, vbi ſcriptum eſt: Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Montes quippe Dei, ſancti eius ſunt. Et infrà: Sicut ergò quod legitur; Domini eſt ſalus: non ea ſalus intelligitur qua Dominus ſaluus eſt, ſed qua ſalui ſunt quos ipſe ſaluos facit: ſic cùm legitur Dei iuſtitia, in eo quod ſcriptum eſt; Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere: non eſt illa intelligenda, qua Deus iuſtus eſt, ſed qua iuſti ſunt homines quos gratia ſua iuſtificat. Indè enim ſalui vndè iuſti.

Rom. 10. Iuſtitia noſtra interna à Deo data. Pſal. 35. Pſal. 3. Rom. 10.

11. LIBRO item de natura & gratia, capite ſexageſimotertio: Ex fide Chriſti etiam ante eius paſſionem iuſtos vixiſſe non dubium eſt, qui præſtat ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, per quē diffunditur charitas in cordibus noſtris, qua vna iuſti ſunt, quicunque iuſti ſunt.

Charitate in corde diffuſa iuſtus eſt homo.

12. ET libro primo contra Pelagium & Celeſtium, ſeu libro de gratia Chriſti contra prædictos, capite trigeſimo: Iſtam gratiam qua iuſtificamur, id eſt, qua charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, in Pelagij & Celeſtij ſcriptis, quæcunq; legere potui, nuſquàm eos inueni, quemadmodùm confitenda eſt, confiteri.

Gratia iuſtificās eſt charitas infuſa. Rom. 5.

13. ITEM libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite nono: Chriſtum imitantur ſancti eius ad ſequendam iuſtitiam. Vndè & idem Apoſtolus dicit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Sed præter hanc imitationem, gratia eius illuminationem iuſtificationémque noſtram etiam intrinſecùs operatur, illo opere de quo idem prædicator eius dicit; Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Hac enim gratia baptizatos quoquè paruulos ſuo inſerit corpori, qui certè imitari aliquem nondùm valent. Sicut ergò ille in quo omnes viuificabuntur, præterquàm quòd ſe ad iuſtitiam exemplum imitantibus prębuit, dat etiam ſui ſpiritus occultiſſimam fidelibus gratiam, quam latēter infundit & paruulis: ſic & ille in quo omnes moriuntur, præterquàm quòd eis qui præceptum Domini voluntate tranſgrediuntur, imitationis exemplum eſt, occulta etiam tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe venientes.

1. Cor. 4. Iuſtificatio intus ſit per gratiam. 1. Cor. 3. 1. Cor. 15. Paruulis etiam occultiſſimam ſpiritus ſui gratiā infundit Chriſtus.

14. CAPITE decimo eiuſdem libri: Legimus iuſtificari in Chriſto qui credunt in eum, propter occultam communicationem, & inſpirationem gratiæ ſpiritalis, qua quiſquis hæret Domino vnus ſpiritus eſt, quanuis eum & imitentur ſancti eius. Gal. 2. 1. Cor. 6.

15. CONCILIVM Vienneſe ſub Clemente quinto celebratum, vt habetur in Clementinis libro primo, titulo primo de ſumma Trinitate & fide Catholica, capite vnico: Quia quantum ad effectum baptiſmi in paruulis reperiūtur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuiſſe: Quibuſ-

Digitized by Google

Paruulis etiã virtutes & informãs gratia infunduntur quo ad habitum.

Quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri. Alijs econtrà aſſerẽtibus, quòd & culpa eiſdem in baptiſmo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quo ad habitum, etſi non pro illo tempore quo ad vſum. Nos autem attendẽtes generalem efficaciam mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem ſecundam (quæ dicit tam paruulis quàm adultis conferri in baptiſmo informantem gratiam & virtutes) tanquàm probabiliorem, & dictis ſanctorum, ac doctorum modernorum Theologiæ magis conſonam & concordem, ſacro approbante cõcilio duximus eligendam.

16. AD Epheſios quarto capite: Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

17. AVGVSTINVS epiſtola vigeſimanona ad Hieronymum: Abſit vt quiſquã fidelis exiſtimet tot milia ſeruorum Chriſti, qui veraciter dicunt ſe habere peccatum, nè ſeipſos decipiãt, & veritas in eis non ſit, nullam habere virtutem, cùm virtus magna ſit ſapientia. Dixit autem ipſa ſapiẽtia homini; Eccè pietas eſt ſapientia. Abſit ergò vt dicamus tot ac tantos fideles & pios homines Dei non habere pietatem, quam Græci vel εὐσέβειαν, vel expreſſiùs & pleniùs θεοσέβειαν vocant. Quid autem eſt pietas, niſi Dei cultus? Et vndè ille colitur niſi charitate? Charitas igitur de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, magna & vera virtus eſt, quia ipſa eſt & finis præcepti. Et poſt pauca: Proindè mihi videntur Stoici falli, quia proficientem hominem in ſapientia nolunt omninò habere ſapientiam, ſed tunc habere, cùm in ea omninò perfectus fuerit: non quia illum profectũ negant, ſed niſi ex profundo quodam emergendo repentè emicet in auras ſapientiæ liberas, nulla ex parte eſſe ſapientem. Sicut enim nihil intereſt ad hominem præfocandum, vtrùm aquam ſtadijs multis ſuper ſe habeat altam, aut vnum palmum aut digitum; ſic illos qui tendunt ad ſapientiam, proficere quidem dicunt, tanquàm ab imo gurgitis ſurgentes in aërem, ſed niſi totã ſtultitiam velut opprimentem aquam proficiendo velut emergendo euaſerint, non habere virtutem, nec eſſe ſapientes. Vbi autem euaſerint, mox habere totã, nec quicquam ſtultitiæ remanere, vndè omninò vllum peccatum poſſit exiſtere. Hæc ſimilitudo vbi ſtultitia velut aqua, & ſapientia velut aër ponitur, vt animus à præfocatione ſtultitiæ tanquàm emergens in ſapientia repentè reſpiret, non mihi videtur ſatis accommodata noſtrarum ſcripturarum authoritati. Sed illa potiùs, vt vitium vel ſtultitia tenebris, luci autem virtus vel ſapientia comparetur, quantum iſta ſimilia de corporalibus ad intelligibilia duci poſſunt: Non itaque ſicut de aquis in aërem ſurgens, vbi earum ſummum tranſierit, repentè quantum ſufficit inſpiratur, ſed ſicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo, illuminatur. Quod donèc pleniſſimè fiat, iam eum tamen dicimus tanquàm de abditiſſima ſpelunca egredientem, vicinia lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquat egreſſui: vt illud quod in eo lucet, ſit vtiquè ex lumine quò progreditur; illud autem quod adhuc obſcurum eſt, ſit ex tenebris vndè egreditur. Itaque & non iuſtificabitur in conſpectu Dei omnis viuens: & tamen iuſtus ex fide viuit. Et induti ſunt ſancti iuſtitia, alius magis, alius minùs. Et nemo hîc viuit ſine peccato, & hoc alius magis, alius minùs: optimus autem eſt, qui minimùm.

Iob 28. iuxta LXX.

Ineſt iuſtis vera virtus. 1.Tim.1.

Stoicorum error.

Confutatur.

Proficientes in iuſtitia verè iuſtitiam habent.

Pſal.142. Abac.2. Sancti induti ſunt iuſtitia.

18. ET ſermone decimoſexto de verbis Apoſtoli, capite quarto: Eccè baptizati ſunt homines, omnia illis peccata dimiſſa ſunt, iuſtificati ſunt à peccatis, negare non poſſumus: reſtat tamen lucta cum carne, reſtat lucta cum mundo, reſtat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur, aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando vincit, aliquando perimitur: quomodò de ſtadio exeat attendatur. Nam ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, noſmetipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Item ſi dixerimus, quia iuſtitiæ nihil habemus, aduerſùm Dei dona mentimur. Si enim iuſtitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, Chriſtiani non ſumus. Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iuſtitiæ. Ipſum aliquid, vis nòſſe quantum ſit? Iuſtus ex fide viuit: iuſtus, inquã, ex fide viuit, quia credit quod non videt. Proſequitur capite quinto: Patres arietes ſancti duces Apoſtoli, quando annunciauerunt non ſolùm viderunt oculis, ſed etiam manibus tractauerunt; & tamen Dominus ſeruans nobis donum fidei, cuidam diſcipulorũ ſuorum tractanti, palpanti, veritatẽ digitis inquirenti & inuenienti, exclamãti, Dominus meus & Deus meus: ait ipſe Dominus & Deus, Quia vidiſti, credidiſti: & nos futuros intuens, Beati, inquit, qui non viderunt, & crediderunt. Non vidimus, audiuimus, & credimus. Beati prædicti ſumus, & de iuſtitia nihil habemus? Venit Dominus carnaliter ad Iudæos, & occiſus eſt: non venit ad nos, & acceptus eſt. Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi. Nos ſumus, & de iuſtitia nihil habemus? Omninò habemus. Grati ſimus ex eo quod habemus, vt addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus. Ergò & hoc tertium iam agitur in nobis. Iuſtificati ſumus, ſed ipſa iuſtitia, cùm proficimus, creſcit. Et capite octauo: Et vbi eſt, Beati qui non viderunt & crediderunt? Eccè vbi eſt, in te eſt, quia & fides ipſa in teipſo eſt. An fallit nos Apoſtolus, qui dicit habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris? Modò per fidẽ, tunc per ſpeciem; modò per fidem quandiù in via, quandiù in peregrinatione. Quandiù enim ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.

Lucta etiam iuſtificatis reſtat.

1.Ioan.1.

Iuſtitiam non habere confirmatur.

Abac.2. Rom.1.

Ioan.20.

Pſal.17.

Iuſtificati ſumus, proficiendo creſcit iuſtitia. Ioan.20.

Iuſtitia inhæret. Epheſ.3.

2.Cor.5.

19. IDEM libro ſecundo retractationum, capite trigeſimotertio: Scripſi libros tres, quorum titulus eſt, De peccatorum meritis & remiſſione: vbi maximè de baptiſmate diſputatur paruulorum propter originale peccatum: & de gratia Dei qua iuſtificamur, hoc eſt, iuſti efficimur.

Iuſtificamur, id eſt, iuſti efficimur.

20. ITEM de ſpiritu & litera, capite viceſimoſexto: Quid eſt aliud, iuſtificati, quàm iuſti facti, ab illo ſcilicet qui iuſtificat impium, vt ex impio fiat iuſtus?

Iuſtificati, id eſt, iuſti facti. Rom.4.

21. ET capite viceſimoſeptimo: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines pertranſiuit, in quo omnes peccauerunt: & ideò quia non eſt diſtinctio, egent gloria Dei, iuſtificati gratìs per gratiam ipſius. Qua gratia in interiore homine renouato iuſtitia ſcribitur, quam culpa deleuerat: & hæc miſericordia ſuper genus humanum per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.

Rom.5.

Rom.3. Per gratiam ſcribitur intùs iuſtitia. 1.Tim.2.

22. PRIORIS ad Corinthios duodecimo capite: Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

23. ET ad Epheſios quarto capite: Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.

24. AVGVSTINVS epiſtola quinquageſimaſeptima ad Dardanum, quæſtione prima: Cùm (Deus) qui vbiquè eſt, non in omnibus habitet, etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam vndè eſt illud quod Heliſæus popoſcit, vt dupliciter in eo fieret ſpiritus Dei, qui erat in Helia? Et vndè in omnibus ſanctis ſunt alij alijs ſanctiores, niſi abundantiùs habendo habitatorem Deum? Et infrà: Deus natura incorporea & immu-

Deus non in omnibus æqualiter habitat.

4.Reg.2.

Digitized by Google

immutabiliter viua, qui non ſicut ſonus per moras temporum tendi & diuidi poteſt, nec ſpatio aëreo tanquàm loco ſuo indiget, vbi præſentibus præſtò ſit, ſed æterna ſtabilitate in ſeipſo manens, totus adeſſe rebus omnibus poteſt, & ſingulis totus: quanuìs in quibus habitat, habeant eum pro ſuæ capacitatis diuerſitate, alij ampliùs, alij minùs, quos ipſe ſibi dilectiſſimum templum gratia ſuæ bonitatis ædificat. Et donationum quidem dictæ ſunt diuiſiones tanquàm per partes & membra vnius corporis, vbi & ſimul omnes vnum templum, & ſinguli ſingula templa ſumus, quia non eſt Deus in omnibus quàm in ſingulis maior. Et fit plerunquè vt plures eum minùs capiant, vnus ampliùs. Sed cùm dixiſſet Apoſtolus, Diuiſiones autem donationum ſunt, continuò ſubiecit; Idem autem ſpiritus. Item cùm ipſas donationum diuiſiones commemoràſſet; Omnia autem hæc, inquit, operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Diuidés ergò non ipſe diuiſus, quia ipſe vnus atque idem.

1.Cor.12.

25. AD Romanos quinto capite: Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

26. POSTERIORIS ad Corinthios primo capite: Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.

27. AVGVSTINVS de ſpiritu & litera, capite decimoſeptimo: Cùm ipſa charitas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei, & ſpiritus viuificans dilectorem. Vide nunc quemadmodùm conſonet iſta diſcretio illis Apoſtolicis verbis quæ paulò antè ob aliud commemorata & diligentiùs pertractanda diſtuleram. Manifeſtati, inquit, quoniam eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata per nos, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Eccè quemadmodùm oſtēdit quia illud extra hominem ſcribitur, vt eum forinſecùs terrificet: hoc in ipſo homine, vt eum intrinſecùs iuſtificet.

Charitas diffuſa in corde viuificat dilectorem.

2.Cor.3.

Charitas intus iuſtificat.

28. ET capite trigeſimoſecundo: Vndè ergò iſta dilectio, id eſt, charitas, per quam fides operatur, niſi vndè illam fides ipſa impetrauit? Neque enim eſſet in nobis, quantacunque ſit in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Charitas quippe Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos; ſicut iuſtitia Dei, qua iuſti eius munere efficimur: & Domini ſalus, qua nos ſaluos facit: & fides Ieſu Chriſti, qua nos fideles facit. Hæc eſt iuſtitia Dei, quam non ſolùm docet per legis præceptum, verumetiam dat per ſpiritus donum.

Rom.5.

Charitas Dei qua dilectores nos ſuos facit.

29. ITEM de natura & gratia, capite vltimo: Charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta eſt iuſtitia: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt. ſed charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta; quæ tunc maxima eſt in hac vita, quando pro illa ipſa contemnitur vita: ſed miror ſi non habet quò creſcat cùm de mortali exceſſerit vita. Vbicunque autem & quandocunque ità plena ſit, vt ei non ſit quod adijciatur; non tamē diffunditur in cordibus noſtris, vel naturæ, vel voluntatis opibus quæ ſunt in nobis, ſed per ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis, qui & infirmitati noſtræ opitulatur, & ſanitati cooperatur. Ipſa eſt enim gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

1.Tim.1.

Rom.5.

Charitas per ſpiritum ſanctum diffunditur.

30. IACOBI ſecūdo capite: Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeat victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: nō dederitis autē eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicit quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus eſt Deus. Benè facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt? Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tantùm? Similiter autem & Rahab meretrix, nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios & alia via eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ità & fides ſine operibus mortua eſt.

Geneſ.15.

Ioſ.2.

31. AD Galatas quinto capite: Nam in Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur.

32. CHRYSOSTOMVS homilia quinta in Ioannem: Oremus vt cum horum ſenſuum reuelatione, & doctrinæ huius veritate pura nobis adſit vita, & conuerſatio honeſta atque illuſtris. Siquidem nullus eorū vſus eſt, niſi bonis illuſtrentur operibus. Quanuìs enim fidem firmiſſimam, quanuìs ſcripturarum ſenſus haberemus, à vitæ autem patrocinio & deſerti eſſemus, & nudi, nihil nos à gehennæ ignibus eriperet, quin perpetua & inextinguibili flamma combureremur. Quemadmodùm enim qui benè operantur, reſurgent in vitam æternam: ità qui malè, in ſupplicium æternum, quod nullo vnquàm fine præſcribitur. Quare omni diligentia curaq; adhibita contendamus, nè quod ex vera & firma fide lucrum accepimus, operum prauitate perdatur: ſed in hac vita totis viribus Chriſti ſectemur veſtigia, cui beatitudini nihil eſt conferendum. Atque vtinàm purè & ſanctè viuentes, quæcunque dicta ſunt, ad Dei gloriam referamus.

Fides etiam firmiſſima, probitate deſtituta, à gehenna non liberat.

33. AVGVSTINVS libro tertio contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite quinto: Fides licèt ſine operibus neminem ſaluat, (ipſa enim eſt non reproba fides, quæ per dilectionem operatur;) tamen per ipſam etiam peccata ſoluuntur; quia iuſtus ex fide viuit.

Galat.5.

Abac.2.

34. ET homilia decimaſeptima ex quinquaginta, capite ſecundo: Audi Apoſtolū ipſum fidei diſputatorem, & gratiæ magnum defenſorem: audi eum dicentem, Pax, fratribus, & charitas cum fide. Magna tria dixit, Pax charitas, fides. A fine cœpit, ad initium terminauit. Initium eſt enim in fide, finis in pace: quia enim credimus, ipſa eſt fides. Sed fides debet eſſe Chriſtianorum, non dæmoniorum. Nam ſicut dicit Iacobus Apoſtolus, Et dæmones credunt, & contremiſcunt. Et dæmones dixerunt Chriſto, Tu es filius Dei. Confitebātur dæmones, quod non credebant homines. Illi tremuerunt, illi occiderunt. Quid enim. Quia dixerunt dæmones, Tu es filius Dei, ſcimus qui ſis; ideò regnaturi ſunt cum filio Dei? Abſit. Diſcernenda eſt ergò fides dæmonum à fide ſanctorum. Planè diſcernenda vigilanter & diligenter. Nam & Petrus hoc dixit, Domino dicenti, Quem me eſſe dicitis? Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et Dominus, Beatus es Simon Bar-iona. O Domine hoc tibi dixerūt & dæmones: quare ipſi non ſunt beati? Quare? Quia dæmones hoc dixerunt timore, Petrus amore; ideò initium eſt à fide. Sed quali fide? Quam definiuit Apoſtolus, Neque circuncifio aliquid valet, neque

Epheſ.6.

Fides Chriſtianorū ſit, non dæmonum.

Iaco.2.

Marc.3.

Matth.16.

Gal.5.

Fides Chriſtianorum eſt quæ per dilectionem operatur.

neque præputium, ſed fides. Dic quæ fides? Quæ per dilectionem operatur. Hanc dęmones non habent fidem quæ per dilectionem operatur; ſed ſoli ſerui Dei, ſoli ſancti Dei, ſoli fide filij Abrahæ, ſoli filij dilectionis, filij promiſſionis: ideò eſt & charitas dicta. Tria illa dicta ſunt ab Apoſtolo, Pax fratribus, & charitas cum fide. Vndè pax & charitas? Vndè charitas cum fide? Si enim non credas, non amas. Dixit ergò Apoſtolus, ſic incipiens à fine, & veniens ad initium; Pax, charitas, cum fide. Nos dicamus, Fides, charitas, pax. Crede, ama, regna. Si enim credis & non amas, adhuc non diſcreuiſti fidem tuam ab eis qui tremebant & dicebant, Scimus quia ſis filius Dei viui. Ergò tu ama, quia charitas cum fide ipſa te perducit ad pacem.

35. IDEM libro decimoquinto de Trinitate, capite decimooctauo: Nullum eſt iſto Dei dono (dilectionis ſeu charitatis) excellẽtius. &c. vide in capite tertio de Charitate quæſtione prima, teſtimonio decimoquarto.

36. GREGORIVS libro ſexto epiſtola decimaquinta ad Gregorium presbyterum, & Theodorum diaconum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: Deſcendens (Chriſtus) ad inferos, ſolos per ſuam gratiam liberauit, qui eum & venturum eſſe crediderant, & præcepta eius viuendo tenuerant. Conſtat autem quia poſt incarnationem Domini nullus ex his etiam ſaluari poteſt: qui fidem illius tenent, & vitam fidei non habent: quia ſcriptum eſt: Confitentur ſe nôſſe Deum, factis autem negant: & Ioannes ait: Qui dicit quia nouit eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Iacobus quoquè frater Domini ſcribit dicens: Fides ſine operibus mortua eſt. Si ergò fideles nunc ſine operibus bonis non ſaluantur, & infideles ac reprobi ſine bona actione Domino ad inferos deſcendente ſaluati ſunt, melior illorum ſors fuit, qui incarnationem Domini minimè viderunt, quàm horum qui poſt incarnationis eius myſterium nati ſunt. Quod quantæ fatuitatis ſit dicere vel ſentire, ipſe Dominus teſtatur diſcipulis dicẽs: Multi reges & prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderunt.

Vita fidei. Tit. 1. 1. Ioan. 2. Iac. 4. Matth. 13.

37. FVLGENTIVS epiſtola ſecunda ad Gallam, capite octauo: Recta fides & miſericors operatio poſt hanc vitam definent, cùm per ſpeciem videbitur, quod nunc cùm creditur non videtur. Nec inter beatos erit aliquis miſer, cui miſericordia prærogetur. Hęc autem duo, id eſt, fides & operatio, ità poſt huius vitæ finem nõ ſunt neceſſaria, vt ante finem non ſint vllatenùs deſerenda. Quiſquis enim ante finem vitæ præſentis à fide recta ſiue bona operatione diſceſſerit: etiam ſi in his anteà ſtrenuè vigilanterq́ cucurrerit, pro eo quod ab itinere recto deſiſtit, perdit meritum totius itineris quod cucurrit.

Fides & operatio per totã vitam nõ deſerenda.

38. IDEM libro de incarnatione & gratia Ieſu Chriſti, capite viceſimoſexto: Scientia in qua ſic Deus agnoſcitur, vt peccatorum remiſſio diuinæ propitiationis munere tribuatur, longè aliena eſt ab illa cognitione illorum, qua cognoſcentes Deum non ſicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Iſti enim quia ſine gratia fidei, quæ per charitatem operatur, Deum cognouerunt, ipſa ſua cognitione inexcuſabiles facti ſunt. Hi verò, qui Deum perceptione fidei cognoſcunt, inaccuſabiles fiunt. Quis enim accuſabit electos Dei? Nemo vtiquè, diligentibus enim eis Deum omnia cooperãtur in bonũ. Et ideò eos nullus accuſat, quia Deus eos ſecundùm propoſitum præſcitos & prædeſtinatos vocatosq́ iuſtificat atque glorificat, vt gloriatione legis factorum qua ſe homo ſuperbus extollit excluſa, per legem fidei quæ per charitatem operatur, qui gloriatur in Domino glorietur. Et infra: Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Hæc autem pax ſine charitate & fide Chriſti non poteſt poſſideri, quia iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & acceſſum habemus per fidem in gratia iſta, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Quos ſpes ideò non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Rom. 1. Rom. 8. Epheſ. 2. Rom. 5.

39. MATTHAEI decimonono capite: Et eccè vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidiũ facies, Nõ adulterabis, Non facies furtũ, Non falſum teſtimonium dices: Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum ſicut teipſum.

XII.

Quomodò intelligatur, impium per fidem & gratis iuſtificari.

Caput 8. ſeſſ. 6.

CVM verò Apoſtolus [a] dicit, iuſtificari hominem per fidem & gratis, ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit: vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamẽtum & radix omnis iuſtificationis: [b] ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire: gratis autem [c] iuſtificari ideò dicamur, quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam non ex operibus: alioquin, vt idem [d] Apoſtolus inquit, gratia iam non eſt gratia.

a Rom. 3. d August. de pręd. ſanct. c. 7. ſerm. 38. de temp.
b Heb. 11. b
c Auguſt. lib. 6. Hypognoſt. c. 4. lib. 1. quęſt. ad Simplician. quęſt. 2. lib. 1. cont. Pelag. & Celeſt. cap. 31. ſerm. 15. de verb. Apoſt. c. 2. de ſpirit. & lit. c. 26. Proſp. ad tria prima dub. Genuen. Haymo in c. 3. ad Rom.
d Rom. 11. a

TESTIMONIA.

1. AD Romanos tertio capite: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.

2. AVGVSTINVS de prædeſtinatione ſanctorum, capite ſeptimo: Ex fide ideò dicit (Apoſtolus) iuſtificari hominem, nõ ex operibus; quia ipſa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur; in quibus iuſtè viuitur. Nam dicit etiam ipſe, Gratia ſalui eſtis facti per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt: id eſt, & quod dixi per fidem, nõ ex vobis, ſed Dei donum eſt.

Epheſ. 2.

3. IDEM ſermone trigeſimooctauo de tempore: Tota ſancta ſeries ſcripturarum nos à terrenis ad cæleſtia erigi adhortatur, vbi vera & ſempiterna eſt beatitudo, ad quam niſi per fidem catholicæ pacis, çooperante charitate Dei & pro-

ximi, neminem peruenire certiſſimum eſt. Deniquè ad veram beatitudinem peruenire volentibus, primò omniū fides neceſſaria eſt; ſicut Apoſtolica docet authoritas, dicens: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Conſtat ergò neminem ad veram peruenire poſſe beatitudinem, niſi Deo placeat, & Deo neminem poſſe placere niſi per fidem. Fides nanque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides eſt humanæ ſalutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei conſortium poteſt peruenire, quia ſine ipſa nec in hoc ſeculo quiſquam iuſtificationis exequitur gratiam, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. Et ſi quis hîc non ambulauerit per fidem, non perueniet ad ſpeciem beatæ viſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Reliqua teſtimonia pro commendatione fidei, vide quæſtione quarta de Fide & Symbolo.

Heb.11.
Fides fundamentum, initium ſalutis.
2.Cor.5.

4. AD Hebræos vndecimo capite: Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

5. AVGVSTINVS libro ſexto Hypognoſticon, capite quarto: Deus eſt qui iuſtificat impium, non præuentus humana voluntate, ſed ipſe præueniens hominis voluntatē miſericordia ſua. Deus enim, inquit, meus, miſericordia eius præueniet me. Audi & alium Prophetam dicētem, Conuerte me Domine, & conuertar: ſana me Domine, & ſanabor. Vndè Apoſtolus, Iuſtificati, inquit, gratìs per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: audi, gratìs, & tace de meritis.

Deus præuenit noſtram voluntatem.
Pſal.58.
Hiere.17.
Rom.3.

6. IDEM libro primo quæſtionum ad Simplicianum, quæſtione ſecunda: Primò intentionem Apoſtoli quæ per totam epiſtolam (ad Romanos ſcilicet) viget, tenebo, quam conſulam. Hæc eſt autem, vt de operū meritis nemo glorietur, de quibus audebant Iſraelitæ gloriari, quòd datæ ſibi legi ſeruiſſent, & ex hoc Euangelicam gratiam tanquàm debitam meritis ſuis percepiſſent, quia legi ſeruiebant: vndè nolebant eandem gratiam dari gentibus tanquàm indignis, niſi Iudaica ſacramenta ſuſciperent. Quæ orta quæſtio, in Apoſtolorum Actibus ſoluitur. Non enim intelligebant, quia eoipſo quòd gratia eſt Euangelica, operibus non debetur. Alioquìn gratia iam non eſt gratia. Et multis locis hoc ſæpè teſtatur, fidei gratiā præponens operibus, non vt opera extinguat, ſed vt oſtendat non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed conſequentia: vt ſcilicet non ſe quis arbitretur ideò percepiſſe gratiam, quia benè operatus eſt, ſed benè operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna vel externa admonitione mótus ad fidem. Et paulò pòſt: Fiunt ergò inchoationes quædam fidei, conceptionibus ſimiles, non tamen ſolùm concipi, ſed etiam naſci opùs eſt, vt ad vitam perueniatur æternam. Nihil horum tamen ſine gratia miſericordiæ Dei, quia & opera ſi qua ſunt bona, conſequuntur, vt dictum eſt, illam gratiam, non præcedunt. Quam rem perſuadere Apoſtolus volens, quia ſicut alio loco dicit, Gratia enim Dei ſalui facti ſumus, & non ex nobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, nè fortè quis extollatur: de his qui nondùm nati erant, documentum dedit. Item poſt multa: Quæritur autem, vtrùm vel fides mereatur hominis iuſtificationem, an verò nec fidei merita præcedant miſericordiā Dei, ſed & fides ipſa inter dona gratiæ numeretur: quia & hoc loco cùm dixiſſet, Non ex operibus: non ait, ſed ex fide dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori: ait autem, Sed ex vocante. Nemo enim credit qui non vocatur. Miſericors autem Deus vocat, nullis hoc vel fidei meritis largiens, quia merita fidei ſequuntur vocationem potiùs, quàm præcedant. Quomodò enim credent ei quem nō audierunt? Et quomodò audient ſine prædicante? Niſi ergò vocando præcedat miſericordia Dei, nec credere quiſquam poteſt, vt ex hoc incipiat iuſtificari, & accipiat facultatem benè operandi. Ergò ante omne meritum eſt gratia. Etenim Chriſtus pro impijs mortuus eſt.

Paulli intētio in epiſtola ad Rom.
Actor.15.
Rom.11.
Opera gratiā ſequuntur, nō præcedunt.
Epheſ.2.
An fides mereatur iuſtificationem.
Rom.10.
Gratia ante omne meritū.
Rom.5.

7. ET libro primo contra Pelagium & Celeſtium, capite trigeſimoprimo: Cùm eos remunerandos dicit (Pelagius) qui benè vtuntur libero arbitrio, & ideò mereri Domini gratiam, debitum eis reddi fatetur. Vbi eſt ergò illud Apoſtoli: Iuſtificati gratìs per gratiam ipſius? Vbi eſt & illud: Gratia ſalui facti eſtis? Et nè putarent per opera, addidit, per fidem. Rurſùs nè ipſam fidem ſine Dei gratia ſibi putarent eſſe tribuendam: Et hoc, inquit, non ex vobis, ſed Dei donum eſt. Nempe ergò illud vndè incipit omne, quod merito accipere dicimur, ſine merito accipimus, id eſt, ipſam fidem. Aut ſi negatur dari, quid eſt quod dictum eſt: Sicut vnicuique Deus partitus eſt menſuram fidei? Si autem ſic dicitur dari, vt reddatur meritis, nō donetur: quid eſt hoc quod iterùm dicit; Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt credatis in eum, verumetiam vt patiamini pro eo? Vtrunque enim donatum eſſe teſtatus eſt, & quòd credit in Chriſtum, & quòd patitur quiſq; pro Chriſto. Iſti autem libero arbitrio ſic applicant fidem, vt fidei videlicet reddi videatur non gratuita, ſed debita gratia; ac per hoc iam nec gratia, quia niſi gratuita, non eſt gratia.

Rom.3.
Epheſ.2.
Fidem ſine merito accipimus.
Rom.12.
Philip.1.
Rom.11.

8. ET ſermone decimoquinto de verbis Apoſtoli, capite ſecūdo: Traditus eſt enim propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Iuſtificatio tua, circuncìſio tua, non eſt à te. Gratia ſalui facti eſtis per fidem; & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt. Non ex operibus, nè fortè dicas, Promerui, & ideò accepi. Non putes te promerendo accepiſſe, qui non promereres, niſi accepiſſes. Gratia præceſſit meritum tuum: non gratia ex merito, ſed meritum ex gratia. Nam ſi gratia ex merito, emiſti, non gratìs accepiſti. Pro nihilo, inquit, ſaluos facies illos. Quid eſt, Pro nihilo ſaluos facies eos? Nihil in eis inuenis vndè ſalues, & tamē ſaluas. Gratìs das, gratìs ſaluas. Omnia merita præcedis, vt dona tua conſequantur merita mea. Prorſùs gratìs das, gratìs ſaluas, qui nihil inuenis vndè ſalues, & multum inuenis vndè damnes.

Rom.4.
Epheſ.2.
Pſal.55.
Gratia omni merito prior.

9. ITEM de ſpiritu & litera, capite vigeſimoſexto: Omnes peccauerūt & egent gloria Dei, iuſtificati gratìs per gratiam ipſius. Vndè autem factorem legis Græcū iuſtificari diceret, ſine gratia Saluatoris? Neque enim cōtra ſeipſum diceret, quod ait, Factores legis iuſtificabuntur: tanquàm per opera, non per gratiam iuſtificentur: cùm dicat gratìs iuſtificari hominem per fidē ſine operibus legis, nihilq; aliud velit intelligi in eo quod dicit, gratìs, niſi quia iuſtificationem opera non præcedunt. Apertè quippe alibi dicit, Si gratia; iam non ex operibus, alioquìn gratia iam non eſt gratia.

Rom.3.
Opera meritoria nō præcedunt iuſtificationem.
Rom.11.

10. PROSPER ad excerpta Genuenſium, in reſponſione ad tria prima dubia: Intelligo quòd vnam atque eandem cauſam ſcriptor exequitur: de eis loquens, qui dicebant eum (Auguſtinum intelligit) primo cōuerſionis ſuæ tempore meliora ſenſiſſe, quādo æſtimabat, quòd fides qua Chriſtiani ſumus, non eſſet ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, ſed eſſet ex ipſo homine, & ex arbitrij libertate: Modò autem errare eum, quia aſſereret ipſam etiam fidem Dei eſſe donum: & ad hanc quoquè pertinere quod dictum eſt: Quid autem habes quod non accepiſti? Neque rectè eum nunc electionem Iacob ad propoſitum Dei referre, quam priùs ad præſcientiam retuliſſet. Ad hanc ergò obiectionem reſpondet, ſe, antequàm cognoſceret gratiæ veritatem, & antequàm regendæ præponeretur eccleſiæ, in hac opinione ignoranter erraſſe: ſed in ipſo epiſcopatus ſui exordio, ſanctæ memo-

1.Cor.4.

Digitized by Google

memoriæ Simpliciano Mediolanenſium antiſtite, de Iacob electione & de Eſau reiectione conſulto, totam quæſtionem ad hos geminos pertinentem, ſagaciore diligētia ventilâſſe: & omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnouiſſe, quòd electionē gratiæ nulla merita humana præcedant: & quòd fides, vndè incipiunt omnia merita, donum ſit Dei: nè gratia non ſit gratia, ſi aliquid eam, propter quod tribuatur, anteuenit.

Electionem gratiæ nulla merita humana præcedūt.

11. HAYMO in caput tertium epiſtolæ beati Pauli ad Romanos: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Gratis dicit, id eſt, ſine vllis præcedentibus meritis. Verbi gratia: Qui ad baptiſmum venit, nihil vnquàm boni fecit, baptizatur, ſtatimq́ iuſtificatur. Eccè gratis iuſtificatur per gratiam, id eſt, per donum Dei, & hoc per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, non in operibus legis.

12. AD Romanos vndecimo: Sic ergò & in hoc tempore, reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia: iam non ex operibus, alioquìn gratia iam non eſt gratia.

XIII.

Contra inanem hæreticorum fidutiam.

Caput 9. ſeſſ.6.

QVANVIS autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa vnquàm fuiſſe peccata, niſi gratìs diuina miſericordia propter Chriſtum: nemini tamen fidutiam & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt: cùm apud Hæreticos & Schiſmaticos poſſit eſſe, immò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fidutia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omninò dubitatione [a] apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminemque à peccatis abſolui & iuſtificari, niſì eum qui certò credat, ſe abſolutum & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, deque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare & timere poteſt: cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

a Iob 9.d Pſal 18.c Eccli 9.a Eccli 5.b Prouer.20.b 1.Cor.4 a Auguſt de perfect. iuſtit c.15. in Pſal.41. lib.10.confeſſ.cap.32 Hierony. epiſt. 127. ad Fabio. manſio. 23. Chryſoſt homil.11. in 1.ad Corinth. Theodoret in cap 4. 1 ad Cor. Bernar. epiſt 42. & 85. ſer.2. in octa. Paſchæ Haymo in cap. 4. 1. ad Cor. Gregor. lib.6. epiſt. 22. Caſſian. collat.22. cap.7. Vide plura teſtimo. quæſt. 3. de peccat. in ſpir. ſanct.

TESTIMONIA.

1. IOB nono capite: Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti. Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea. Neque enim viro qui ſimilis meî eſt reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri.

2. PSALMO decimooctauo: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si meî non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

3. ECCLESIASTAE nono capite: Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrùm amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, eo quòd vniuerſa æquè eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. ſicut bonus, ſic & peccator: vt periurus, ità & ille qui verum deierat.

4. ECCLESIASTICI quinto capite: De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et nè dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.

5. PROVERBIORVM vigeſimo capite: Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato?

6. PRIORIS ad Corinthios quarto capite: Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusquè veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordiū: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

7. AVGVSTINVS de perfectione iuſtitiæ capite decimoquinto: Dicimus ideò ſecutum eſſe, Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, quoniam præceſſit, cùm rex iuſtus ſederit in throno. Quantalibet enim iuſtitia ſit præditus homo; cogitare debet nè aliquid in illo quod ipſe non videt inueniatur eſſe culpandum; cùm rex iuſtus ſederit in throno, cuius cogitationem fugere delicta non poſſunt, nec illa de quibus dictum eſt: Delicta quis intelligit? Cùm ergò rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtū ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Niſì fortè iſti qui volunt in ſua iuſtitia, non in ipſius iudicis miſericordia gloriari. Tamen etiam illa vera ſunt quæ reſpondendo ſubiecit, quod Saluator ait in Euangelio, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: Et quod Dauid dicit, Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Et alibi, Benefac Domine bonis & rectis corde. Item apud Salomonem, Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in cōſcientia. Item illic, Auerte te à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Item in epiſtola Ioannis, Si cor noſtrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad Deum, &

Prouer.20. Iuſtus timere debet nè quod lateat in eo peccatum. Pſal.18. Matth.5. Pſal.23. Pſal.124. Eccli 13. Eccli 32. 1.Ioan.3.

quæcunque petierimus, accipiemus ab eo. Hoc enim agitur voluntate, credendo, ſperando, diligendo, corpus caſtigando, eleemoſynas faciendo, iniurias ignoſcendo, inſtanter orando, & proficiendi vires precando, veraciterq́; dicendo, Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus; & nè inferas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. Hoc prorſùs agitur vt cor mundetur, & peccatum omne tollatur, & quod rex iuſtus cùm in throno ſederit, occultum inuenerit, minusq́; mundatum, eius miſericordia remittatur, vt Deo vidēdo totum ſanum mundumq́; reddatur. Iudicium enim ſine miſericordia eſt; ſed illi qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicio. Quod ſi non eſſet, quę ſpes eſſet? Quandoquidem cùm rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato?

[Quo pacto cor à peccatis mūdetur.] [Matth. 6.] [Iacobi 2.]

8. ET in pſalmum quadrageſimumprimum: Ad meipſum anima mea turbata eſt. Nunquid ad Deum turbatur? Ad me turbata eſt. Ad incommutabile reficiebatur, ad mutabile perturbabatur: noui quia iuſtitia Dei mei manet, vtrùm mea maneat, neſcio. Terret enim me Apoſtolus, dicens; Qui ſe putat ſtare, videat nè cadat. Ergò quia non eſt in me firmitas mihi, nec eſt mihi ſpes in me, ad meipſum turbata eſt anima mea. Et paulò pòſt: Vt noueris quia abyſſus & ipſi, (prædicatores videlicet) Apoſtolus ait; Minimum eſt vt à vobis dijudicer, aut ab humano die. Quanta autem abyſſus ſit, audite ampliùs. Neque enim ego meipſum dijudico. Tantámne profunditatem creditis eſſe in homine, quę lateat ipſum hominem in quo eſt? Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid in ſe ageretur intùs neſciebat, & ſe moriturum cum Domino vel pro Domino temerè promittebat. Quanta abyſſus erat? Quæ tamen abyſſus nuda erat oculis Dei. Nam hoc illi Chriſtus prænunciabat, quod in ſe ipſe ignorabat. Ergò omnis homo licèt ſanctus, licèt iuſtus, licèt in multis proficiens, abyſſus eſt, & abyſſum inuocat; quando homini aliquid fidei, aliquid veritatis propter vitam æternam prædicat.

[Pſal. 41.] [Non eſt ſecurus homo de iuſtitia.] [1. Cor. 10.] [1. Cor 4.] [Latet ipſum hominem quod in ſe eſt.] [Matth. 26.]

9. ITEM libro decimo confeſſionum, capite trigeſimoſecundo: De illecebra odorum non ſatago nimis. Cùm abſunt, non requiro; cùm adſunt, non reſpuo; paratus etiam eis ſemper carere. Ità mihi videor, fortaſsè fallor. Sunt enim & iſtæ plāgendæ tenebræ, in quibus me latet facultas mea, quæ in me eſt, vt animus meus de viribus ſuis ipſe ſe interrogans, non facilè ſibi credendum exiſtimet, quia & quod ineſt, plerunquè occultum eſt, niſi experientia manifeſtetur. Et nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quæ tota tentatio nominatur, vtrùm qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Vna ſpes, vna fiducia, vna firma promiſſio, miſericordia tua.

[Noſtra facultas noſipſos latet.] [Iob 7.] [Nemo debet eſſe ſecurus in hac vita.]

10. HIERONYMVS epiſtola centeſima vigeſimaſeptima ad Fabiolam, manſione viceſimatertia: Viceſimatertia manſio poteſt & ſubterintelligi, ſed meliùs pauorem interpretabimur. Veniſti ad eccleſiam, aſcendiſti ad montē pulcherrimum, ſtupore & miraculo Chriſti magnitudinem confiteris, vides ibi multos virtutis tuę ſocios: noli altum ſapere, ſed time, Dominus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Et qui ſe exaltat, videat nè cadat. Potentes potenter tormenta patientur. Timor virtutū cuſtos eſt: ſecuritas ad lapſum facilis. Vndè & in quodā pſalmo, poſtquàm propheta dixerat: Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuę ibi me collocauit: iungit timorem, qui cuſtos eſt beatitudinis, & infert: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt, & eſt ſenſus, dum tormenta formido, ſeruaui gratiā quam acceperam.

[Iaco. 4.] [Sap. 6.] [Timor virtutum cuſtos. Securitas lapſui expoſita.] [Pſal. 22.]

11. CHRYSOSTOMVS homilia vndecima in priorem epiſtolam ad Corinthios: Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Quid igitur, non oportet vt homines & ſe & peccatores iudicent? Sanè quidem. Et maiorem profectò in modum quum peccamus. Verùm Paulus nihil peccârat. Nihil enim, inquit, mihi conſcius ſum. Quodnam igitur iudicandum erat peccatum, quum nihil ſibi conſcius eſſet? Hic autem nō ait ſe iuſtificatum eſſe. Nos igitur qui innumeris vulneribus conſcientiam confectā habemus, ac nullius boni nobis ſumus conſcij, ſed prorſùs contrà: quidnam ſumus dicturi? Et quid tandèm, ſi nullius ſit ſibi conſcius, non iuſtificatus eſt? Quid igitur dicemus? Quòd accidit hominem in quibuſdam peccare, quæ peccata eſſe ignorat: hinc conſidera, quanta ſit futuri iudicij diligentia. Et nonnullis interiectis: Duabus igitur rationibus, vel tribus potiùs incertum eſt noſtrum iudicium. Prima quidem, quòd etſi nihil nobis ipſi conſcij ſimus, eius tamen indigemus, qui peccata noſtra certa ratione corrigat. Altera, quòd multa opera noſtra nos latent. Tertia præterea, quòd multa aliorum opera nobis bona videntur, quæ non rectà fiunt ſententia. Quid igitur dicitis, quòd neque ab illo peccator, neque hic illo melior? Hoc enim oſtendi non poteſt neque de illo, qui nihil ſibi conſcius eſt: ſed qui abſcondita iudicat, ille certò iudicat. Ecce igitur, Neque ego aliquid mihi conſcius ſum, ſed neque ſic iuſtificatus ſum, hoc eſt, non ſum propterea liber à crimine, quin redditurus ſim rationem. Non enim dicit, quòd iuſtis adnumeratus ſum, ſed quòd non ſum mundus à peccatis. Etenim alio in loco inquit: Qui autem moritur, iuſtificatus eſt peccato, hoc eſt, liberatus. Multa quoquè facimus bona, non tamen recta ſententia.

[Noſtrum iudicium quare incertum.] [Etiā nullius ſibi conſcius, non ſe à crimine liberū pronunciet.] [Rom. 6.]

12. THEODORETVS in caput quartum epiſtolæ prioris ad Corinthios: Sed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Quid enim, inquit, loquor de alijs? Ego qui quæ ad me pertinent rectè ſcio, etſi nullius mihi ſim ſceleris iniquitatisq́; conſcius, non potero in animum inducere, vt meipſum iudicem, nec vt me à peccato im̄unem pronunciem, expectabo autem Dei ſententiam. Nemo autē exiſtimet hoc, Non in hoc iuſtificatus ſum, illi eſſe contrarium, Nihil mihi conſcius ſum. Non eſt enim contrarium, ſed conſequens. Sępè enim euenit vt etiā ignorantes peccent, ęquum eſſe & iuſtum exiſtimantes. Sed hoc aliter videt vniuerſorum Deus.

[Dei ſententia expectanda.]

13. BERNARDVS epiſtola quadrageſimaſecunda ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum: Beati qui in veritate dicere poſſunt: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Non poteſt dicere niſi humilis, qui iuxta vulgare & oculos campi metuere, & ſyluarum aures ſoleat ſemper habere ſuſpectas. Beatus nempe homo qui ſemper eſt pauidus. Non poteſt dicere arrogans & præſumptor, qui ſeipſum impudènter oſtentans paſſim & vbiquè tanquàm per campum incedens, totus fertur in gloriam. Gloriatur etiam cùm malefecerit, & exultat in rebus peſſimis. Aeſtimat ſe non videri, dum plures habeat imitatores, quàm reprahenſores, cæcus dux cæcorum. Sed habet hic campus oculos, ſanctorum proculdubiò angelorum, quos ſemper offendere ſolet indiſciplinata conuerſatio. Non dicet hypocrita, Gloria mea eſt teſtimonium conſcientiæ meæ: quia etſi iudicantium ſecundùm faciem, verbo, vultu, habitúve ſimulatorio eludat opinioni, ſed non eius qui ſcrutatur renes & corda, fallit vel euadit iudicium. Siquidem Deus non irridetur. Timeat ergò & iſte nemoris aurem. Lingua licèt manuq́; ceſſantibus, auri tamen vbiquè præſenti de quacunque ſylua latebroſę duplicitatis & ſpinoſę calliditatis, tacentis & quieſcentis cor loquitur, cogitatio confitetur. Prauum eſt cor hominis & imperſcrutabile, ità vt nemo ſciat quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus

[1. Cor. 1.] [Prouer. 28.] [Hiere. 7.]

Digitized by Google

tus hominis qui in eo eſt: ſed nec ipſe plenè. Nam
1.Cor.4. cùm Apoſtolus diceret, Mihi pro minimo eſt vt à
vobis iudicer, aut ab humano die: adiecit, Sed nec
ego meipſum iudico. Quare? Quoniam non poſ-
ſum, ait, ratam vel ipſe de me proferre ſententi-
am. Ego enim nihil mihi conſcius ſum, non ta-
Conſcientiam etiam noſtrã ſunt quæ lateant in nobiſipſis. men in hoc iuſtificatus ſum. Non ex toto credo
me vel ipſi conſcientiæ meæ, quippe cùm ne ipſa
quidem queat me comprehendere totum. Nec
poteſt iudicare de toto, qui totum non audit. Qui
autem iudicat me, Dominus eſt. Dominus, inquit,
cuius vtiquè ſcientiam non effugit, ſententiam
non ſubterfugit, etiam quod propriam latet con-
ſcientiam. Audit Deus in corde cogitantis, quod
non audit vel ipſe qui cogitat. Aderat auris pro-
phetæ abſentis ori furtiuè poſcentis pecuniam: &
ego quantumlibèt in occulto lædere cogitans, aut
proximum nequiter, aut turpiter meipſum, non
verear aurem nuſquàm abſentem? Tremenda
prorsùs auris & reuerenda, cui non ceſſat quies,
non tacet ſilentium. Et poſt pauca: Veruntamen
delicta quis intelligit? Nam ſi poſſem dicere cum
1.Cor.4. Paulo, quod quidem longè eſt à me: Nihil mihi
conſcius ſum: non tamen in hoc eſſe iuſtificatum
oporteret me gloriari. Non enim qui ſeipſum
commẽdat, ille probatus eſt, ſed quem Deus com-
mendat. Si applauſerit mihi iuſtitiam humanus
dies, pro minimo habeo, quia ille lucet tantùm in
facie. Homo enim videt in facie, Deus autem in-
tuetur cor. Propter hoc Hieremias non ſatis po-
pularibus ſententijs velut quibuſdã humani diei
radijs mouebatur, ſed fidenter loquebatur Deo:
Hiere.17. Diem hominis non concupiui, tu ſcis. Si meus mi-
hi arriſerit dies, neque meipſum, inquit, iudico:
quia nec ipſe me ſatis intelligo. Solus meritò con-
ſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum, qui
finxit ſigillatim corda vniuerſorum, & intelligit
omnia opera eorum. Solum attendo iudicem,
quem & ſolum iuſtificatorem agnoſco. Pater de-
dit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt.
Non vſurpo mihi vel ſuper me ſeruus filij pote-
ſtatem: nec me annumero illis de quibus ità con-
queri ſolet: Tulerunt homines à me iudicium. Pa-
ter non iudicat quenquam, ſed omne iudicium
dedit filio. Et ego mihi præſumam quod nec ipſe
pater ſibi aſſumit? Velim nolim, ipſi me aſtare ne-
ceſſè eſt: ipſi horum quæ geſſerim in corpore, red-
dere rationem, cui nec verbum præteruolat, nec
ſubterfugit cogitatio. Sub tam æquo libratore me-
ritorum, ſub tam intimo ſecretorum inſpectore,
quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? Sola pro-
fectò quæ non ſolet gloriari, non nouit præſume-
re, contendere non conſueuit, gratiam inuentura
Iaco.4. eſt in oculis pietatis humilitas. Deus nanque ſu-
perbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Non
contendit iudicio, nec prætendit iuſtitiam, qui ve-
Pſal.142. rè humilis eſt, ſed dicit: Non intres in iudicium
cum ſeruo tuo Domine.

14. ITEM epiſtola octuageſimaquinta ad Vuil-
helmum Abbatem ſancti Theodorici: Fortè ve-
rum eſt quod dicis, minùs ſcilicet à me amari te,
quàm me diligis: ſed certè certus ſum, certum non
eſſe tibi. Quomodò ergò pro certo affirmas, de
quo certũ eſt quia certus minimè ſis? Mirum. Pau-
lus ſe ſuo iudicio non credit: ſed neque (inquiens)
1.Cor.4. meipſum iudico. Petrus luget ſuam qua ſe fefelle-
rat præſumptionem, cùm de ſe loqueretur, dicẽs:
Matth.26. Et ſi oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Di-
ſcipuli de proditione Domini, nec in ſuis fidentes
Ibidèm. conſcientijs, ſinguli reſpondebant: Nunquid ego
ſum Domine? Dauid ſuam de ſe ignorantiam fa-
Pſal.24. tetur orans & clamans: Et ignorãtias meas nè me-
mineris. Et paulò pòſt: Tu Domine qui dediſti,
ſcis quantum dediſti, vel illi me, vel mihi illum
amare. Et quomodò aliquis noſtrûm cui tu non
dixiſti, audet dicere: Plùs amans, minùs diligor:
niſi fortè qui iam in lumine tuo videat lumen ſu-
um, id eſt, in lumine tuæ veritatis agnoſcat quan-
tum ardeat igne charitatis? Ego autem Domine
interim contentus videre in lumine tuo tenebras
meas, quoadusquè viſites ſedentem in tenebris &
vmbra mortis, & per te reuelentur cogitationes
cordium, & manifeſta fiant abſcondita tenebra-
rum, fugatiſque tenebris iam non videatur in lu-
mine tuo niſi lumen: ſentio quidem de munere
tuo quòd eum diligam, ſed necdùm video in lu-
mine tuo ſi vel ſatis diligam. Neque enim ſcio ſi
iam peruenerim ad illam, qua nemo maiorẽ ha-
bet dilectionem, vt animam ſuam ponat quis pro
amicis ſuis. Nam quis gloriabitur caſtum ſe habe- Prouer.20.
re cor, nèdum perfectum? O Domine qui illumi-
nas lucernam meam, qua iam video & horreo te-
nebras meas: Deus meus illumina ipſas tenebras
meas, vt videam & gaudeam ordinatam in me
charitatem, ſciens & diligens quæ diligenda ſunt,
& quantum, & ad quid diligenda ſunt: me quo-
què nolens diligi niſi in te, & quantum diligendus
ſum.

15. ET ſermone ſecundo in octaua Paſchæ: No-
uit Dominus qui ſunt eius, & ſolus ipſe ſcit quos
elegerit à principio. Quis verò ſcit hominum, ſi eſt
dignus amore vel odio? Quod ſi, vt certum eſt, cer-
titudo nobis omninò negatur, nunquid non tan-
to delectabiliora erunt, ſi qua fortè electionis hu-
ius ſigna poſſimus inuenire?

16. HAYMO in caput quartum prioris epiſto-
læ ad Corinthios: Sed non in hoc iuſtificatus ſum,
ſubaudi, apud me, vel apud Deum. ac ſi diceret ali-
js verbis: Licèt ego in me nihil mali, nihilq; repre-
henſione dignum inueniam, vt quidam mihi de-
trahant iniuſtè, quidam extollant ſuis fauoribus,
tamen non ideò iuſtificatus ſum apud me, neq; iu-
ſtificatum eſſe credo per hoc apud Deum, quia ne-
ſcio vtrùm placeant ei quæ ago, aut qualiter ea ac-
cipiat, qui meliùs cognoſcit quid ſit in me quàm
ego: quoniam etſi in maximis operibus peccato-
rum non deliqui, ſaltem in cogitationibus deli-
qui & peccaui.

17. GREGORIVS libro ſexto epiſtolarum,
epiſtola viceſimaſecunda ad Gregoriam cubicu-
lariam Auguſtæ: vt ſuprà quæſtione tertia de pec-
catis in ſpiritum ſanctum, teſtimonio tertio.

18. CASSIANVS Collatione viceſimaſecũda,
quæ eſt ſecunda Abbatis Theonæ, capite ſeptimo;
reddens rationem cur cum humilitate tanquàm
indigni accedere ad ſacram Euchariſtiam debea- Leuibus peccatis in hac vita carere nõ poſſumus
mus: Quia (inquit) nullus ità circunſpectus in hu-
ius mundi poteſt eſſe conflictu, vt eum ſaltem
rara vel leuia peccatorum tela non feriant; quia
impoſſibile eſt, vt non aut ignorantia, aut negli-
gentia, aut vanitate, aut obreptione, aut cogitatio-
ne, aut neceſſitate, aut obliuione peccetur. Nam
etſi ad tam præcelſum quis virtutum culmen
aſcenderit, vt Apoſtolicum illud non iactanter
exclamet, Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis 1.Cor.4.
iudicer, aut ab humano die, ſed neque me ipſum
iudico, nihil enim mihi conſcius ſum, ſciat ſe ta-
men abſque peccato eſſe non poſſe. Neque enim Non quia credit ſe quis iuſtum & mundum, ideo iuſtus & mundus eſt.
fruſtrà idem Doctor adiunxit, Sed non in hoc iu-
ſtificatus ſum: id eſt, non ſi ego iuſtum me eſſe cre-
didero, veram confeſtim gloriam poſſidebo; vel
quia me cõſcientia mea nullius peccati reprehen-
ſione compungit, idcircò nullius ſordis contagio-
ne fuſcatus ſum, multa enim etiam meam conſci-
entiam latent, quæ cùm ſint mihi incognita atque
obſcura, Deo nota atque manifeſta ſunt: Ideò ſubi-
jciens, Qui autem me, inquit, iudicat, Dominus
eſt, id eſt, ab illo ſolo quem ſecreta cordium non
latent, verum iudicij in me proferetur exa-
men.

Plures hac de re aliorum Patrum & ſcripturæ
ſacræ ſententias vide eadem quæſtione illa tertia.

Digitized by Google

XIIII.

De acceptæ iuſtificationis incremento.

a Epheſ. 2 d
b Pſal 83 b
c 2. Cor. 4. d
d Coloſſ. 3. a
e Rom 6 b Aug. de moti. Eccleſ. Cath. c. vlt. lib. 14. de Trinit cap. 17. lib 2. de pec. meri. c. 7. 13. & 27. lib. 6. cont. Iulia. c. 7. ſer. 16. de ver. Apoſt c. 5 Fulgen. epiſt. 4. c. 3. Bernar. epiſt 91. Cōcil. Viennen in Clemen. ad noſtrum. de hæret.
f Apoc. 22. c
g Eccli 18. c
h Iacob. 2. d
i In oratione Dom. 13. poſt Pentecoſten.

SIC ergò iuſtificati, & amici Dei ac [a] domeſtici facti, eūtes [b] de virtute in virtutem, renouātur, vt Apoſtolus [c] inquit, de die in diem: hoc eſt, mortificando [d] membra carnis ſuæ, & [e] exhibendo ea arma iuſtitię in ſanctificationem, per obſeruationem mādatorum Dei & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt atque magìs iuſtificantur: ſicut ſcriptum eſt: [f] *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Et iterùm: [g] *Nè verearis vſque ad mortem iuſtificari.* Et rursùs: [h] *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & nō ex fide tantùm.* Hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia, cùm orat: [i] Da nobis Domine fidei, ſpei & charitatis augmentum. Capit. 10. ſeſſ. 6.

TESTIMONIA.

1. AD Epheſios ſecundo capite: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei.

2. PSALMO octogeſimotertio: Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum in loco quē poſuit. Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

3. POSTERIORIS ad Corinthios quarto capite: Propter quod non deficimus: ſed licèt is qui forìs eſt noſter homo corrumpitur: tamen is qui intùs eſt renouatur de die in diem.

4. AD Coloſſenſes tertio capite: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus.

5. AD Romanos ſexto capite: Ità & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato: viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibęte vos Deo, tanquàm ex mortuis viuentes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.

6. AVGVSTINVS libro de moribus Eccleſiæ Catholicæ, capite vltimo: Illo ſacroſancto lauacro inchoatur innouatio noui hominis, vt proficiendo perficiatur, in alijs citiùs, in alijs tardiùs: à multis tamen proceditur in nouam vitam, ſi quiſquam non inimicè, ſed diligenter intendat. Ipſe quippe, ſicut ait Apoſtolus, Etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Apoſtolus de die in diem interiorem hominē renouari dicit, vt perficiatur, & vos (Manichæos alloquitur) à perfectione vultis incipiat.

Innouatio per baptiſmū inchoata, proficiendo perficitur.

2. Cor. 4.

7. ET libro decimoquarto de Trinitate, capite decimoſeptimo: Sanè iſta renouatio non momento vno fit ipſius conuerſionis, ſicut momento vno fit illa in baptiſmo renouatio remiſſione omnium peccatorum: neque enim vel vnū quantulumcunque remanet quod non remittatur; ſed quemadmodùm aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitate, quæ febribus facta eſt, reualeſcere: itemq; aliud eſt infixum telum de corpore demere, aliud vulnus quod eo factum eſt ſecunda curatione ſanare: ità prima curatio eſt cauſam remouere languoris, quod per omnim fit indulgentiam peccatorum; ſecunda ipſum ſanare languorem, quòd fit paulatìm proficiēdo in renouatione huius imaginis: quæ duo demonſtrantur in pſalmo, vbi legitur: Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis: quod fit in baptiſmo. Deindè ſequitur; Qui ſanat omnes languores tuos: quod fit quotidianis acceſſibus, cùm hæc imago renouatur. De qua re Apoſtolus apertiſſimè locutus eſt, dicens: Etſi exterior homo noſter corrūpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Renouatur autem in agnitione Dei, hoc eſt, iuſtitia & ſanctitate veritatis: ſicut ſeſe habent Apoſtolica teſtimonia quæ pauloantè cōmemoraui. In agnitione igitur Dei, iuſtitiaq; & ſanctitate veritatis qui de die in diem proficiendo renouatur, transfert amorem à temporalibus ad æterna, à viſibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad ſpiritalia, atque ab iſtis cupiditatem frenare atque minuere, illiſq; ſe charitate alligare diligenter inſiſtit.

Coloſ. 3.
Renouatio poſt baptiſmum non fit vno momento.
Coloſ. 3.
Pſal. 102.
Quotidiani acceſſus ad renouationē.
2. Cor. 4.
Coloſſ. 3.
Epheſ. 4.

8. ITEM libro ſecundo de peccatorum meritis & remiſſione, capite ſeptimo: In eo quod ſcriptum eſt, Qui natus eſt ex Deo, non peccat, & non poteſt peccare, quia ſemen eius in ipſo manet: & ſi quid aliud eo modo dictum eſt, multùm falluntur (Pelagiani) minùs conſiderando ſcripturas. Non enim aduertunt eo quoſque fieri filios Dei, quo eſſe incipiunt in nouitate ſpiritus, & renouare interiorem hominem ſecūdùm imaginem eius qui creauit eos. Non enim ex qua hora quiſq; baptizatur, omnis vetus infirmitas eius abſumitur, ſed renouatio incipit à remiſſione omnium peccatorum. Et inquantùm quiſque ſpiritalia ſapit, qui iam ſapit, intantùm renouatur. Cætera verò in ſpe facta ſunt, donèc etiam in re fiant, vſque ad ipſius corporis renouationem in meliorē ſtatum immortalitatis & incorruptionis, qua induèmur in reſurrectione mortuorū. Et paucis interiectis: Nam in baptiſmo quāuìs tota & plena fiat remiſſio peccatorum, tamen ſi continuò tota & plena etiam hominis in æternam nouitatem mutatio fieret, non dico & in corpore, quod certè manifeſtum eſt adhuc in veterem corruptionem atque in mortem tendere, in fine poſteà renouandū, quando verè tota nouitas erit: ſed excepto corpore, ſi in ipſo animo, qui eſt homo interior, perfecta in baptiſmo nouitas fieret, non diceret Apoſtolus; Etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Profectò enim qui de die in diem adhuc renouatur, nōdùm totus eſt renouatus: & inquantùm nondùm eſt renouatus, intantùm adhuc in vetuſtate eſt.

1. Ioan. 3.
Renouatio incipit à remiſſione peccatorū, indiès verò acceſſionem accipit.
2. Cor. 4.

9. IBIDEM capite decimotertio: Fratres, ego meipſum non arbitror apprehendiſſe: vnum autem, quæ retrò oblitus, in ea quæ antè ſunt, extentus ſecūdùm intentionem ſequor, ad palmam ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu. Ipſe ſe confitetur nondùm accepiſſe, nondùm eſſe perfectum ea plenitudine iuſtitiæ, quam adipiſci dilexit in Chriſto; ſed adhuc ſecundùm intētionem ſequi, & præterita obliuiſcentem in ea quæ antè ſunt, extendi: vt nouerimus etiam ad ipſum pertinere illud quod ait, Et ſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem: quanuìs iam eſſet perfectus viator, etſi nōdùm erat ipſius itineris perfectione peruentor. Deni-

Philip. 3.
Apoſtolus ipſe proficit.
2. Cor. 4.

què

Philip. 3.

què tales vult ſecum in iſto curſu comites rapere, quibus continuò ſubiungit & dicit, Quotquot ergò perfecti hoc ſapiamus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoquè Deus vobis reuelabit: veruntamen, ait Apoſtolus, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulatio iſta, non corporis pedibus, ſed mentis affectibus & vitæ moribus geritur, vt poſſint eſſe perfecti iuſtitiæ poſſeſſores, qui recto itinere fidei de die in diem in ſua renouatione proficientes, iam perfecti facti ſunt eiuſdem iuſtitiæ viatores.

10. ITEM capite viceſimoſeptimo: Attendere ac meminiſſe debemus, tãtummodò peccatorum omnium plenam perfectámque remiſſionem baptiſmo fieri; hominis verò ipſius qualitatem non totam continuò commutari: ſed ſpiritales primitias in benè proficientibus de die in diem nouitate creſcente commutare in ſe quod carnaliter vetus eſt, donèc totum ità renouetur, vt animalis etiam infirmitas corporis, ad firmitatem ſpiritalem incorruptionemq; perueniat.

Renouationis in baptiſmo cœptæ quotidianum ſit augmentum.

11. IDEM libro ſexto contra Iulianum, capite ſeptimo: Si cõtinuò fit bonus, & vtiquè bona qualitate fit bonus, qui fornicationi vinolentiæq; renuncians ab huiuſmodi operibus ſeſe abſtinet, nónne rectè audit; Eccè ſanus factus es, iam noli peccare: rectéque appellatur caſtus & ſobrius? Deindè ſi prouectu concupiſcentiæ bonæ, qua concupiſcentias malas fornicandi potandíque debellat, talis efficitur qualis recenti conuerſione nondùm fuit, vt illorum in eo deſideria peccatorum minùs minúſque moueantur, vt aduersùs ea mala non tanta quanta priùs exerceat, ſed minora certamina, non virtutum diminutione, ſed hoſtium; nec deficiente pugna, ſed creſcente victoria, dubitabis eum pronunciare meliorem? Vndè obſecro, niſi quia bona qualitas aucta, & mala minuta eſt? Auctum eſt igitur quo bonus eſſe cœpit; minutum eſt quo malus fuit, & hoc egit poſt baptiſmum, non peregit in baptiſmo. Ità quanuìs ibi peracta fuerit plena peccatorum remiſſio, remanſit tamen qua proficeretur in melius, aduersùs cateruas deſideriorum malorum in nobiſipſis vtiquè tumultuantium vigilanter exerenda, & inſtanter exercenda luctatio, propter quam dicitur etiam baptizatis, Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram: &, Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: &, Exuite vos veterem hominem. Nullo modo reprehenditur baptiſma, quia aſſeritur curatio quę fit poſt baptiſma: quia potiùs totum hoc per baptiſma actum eſt, id eſt, vt & à præteritis languoribus ſanaretur, & à futuris incipiat, ſtudeat, mereatúrque ſanari. Ità baptiſmum totius ſit cauſa ſanitatis, per quod & incipitur omnis ſanitas & impletur.

Ioan. 5.

Profectus quotidianus facit iuſtum meliorem.

Poſt baptiſmum in melius proficitur.

Coloſſ. 3.

Rom. 8.

Coloſſ. 3.

Baptiſmus cauſa totius ſanitatis.

12. ET ſermone decimoſexto de verbis Apoſtoli, capite quinto: Iuſtificati ſumus; ſed ipſa iuſtitia, cùm proficimus, creſcit. Et quomodò creſcit dicam, & vobiſcum quodammodò conferam, vt vnuſquiſque veſtrûm iam in ipſa iuſtificatione conſtitutus, accepta ſcilicet remiſſione peccatorum per lauacrum regenerationis, accepto ſpiritu ſancto, proficiens de die in diem, videat vbi ſit, accedat, proficiat & creſcat donèc conſummetur, non vt finiatur, ſed vt perficiatur.

Iuſtitia creſcit in iuſtificatis.

13. FVLGENTIVS epiſtola quarta ad Probam, capite tertio: Sicut, qui ad patriam tendit, donèc perueniat, ſemper habet vbi ambulet: ſic etiam nos quandiù in hoc mortali corpore conſtituti peregrinamur à Domino, præſens vita nobis eſt via, in qua ſemper habemus vbi poſſimus proficere, donèc Deo perducente, ad illam valeamus beatæ immortalitatis æternam patriam peruenire.

Præſens vita, via.

14. BERNARDVS epiſtola nonageſimaprima ad Abbates Sueſſione congregatos: Nemo eſſe bonus pluſquàm oportet poteſt. Bonus erat iam Paulus: & tamen nequaquàm contentus, libenter ſe ad ea quæ ante ſe ſunt extendebat, poſteriora obliuiſcens, & ſeipſo ſemper melior effici ſtudens. Solùs Deus melior ſeipſo eſſe idcircò non vult, quia non valet. Recedant à me & à vobis qui dicunt: Nolumus eſſe meliores quàm patres noſtri: tepidorum & diſſolutorum ſe filios proteſtãtes. Quorum memoria in maledictione eſt, quia manducauerunt vuas acerbas, quibus dentes filiorũ obſtupuerunt. Aut ſi de ſanctis & bonæ memoriæ patribus gloriantur, imitentur certè ſanctitatẽ, quorum indulgentias diſpenſationesq; pro lege defendunt. Quanquàm ſanctus Helias, Non ſum, inquit, melior quàm patres mei. & non dixit ſe nolle patribus eſſe meliorem. Vidit Iacob in ſcala angelos aſcendentes & deſcendentes. Nunquid ſtantem quempiam ſiue ſedentẽ? Non eſt ſtare omninò in pendulo fragilis ſcalæ, neque in incerto huius mortalis vitæ quicquam in eodem ſtatu permanet. Non habemus hîc manentem ciuitatem, nec futuram adhuc poſſidemus, ſed inquirimus. Aut aſcendas neceſſè eſt, aut deſcendas. Si attentas ſtare, ruas neceſſè eſt. Minimè pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiam definis eſſe bonus.

Philip. 3.

3. Reg. 19.

Bonus minimè eſt qui melior eſſe non vult.

15. CONCILIVM Viennenſe ſub Clemente quinto in Clementinis, libro quinto, titulo tertio de Hæreticis, capite tertio: Ad noſtrum (qui deſideranter in votis gerimus, vt fides Catholica noſtris proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia grandi peruenit auditum, quòd ſecta quædam abominabilis quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infideliũ mulierum quę Beguinæ vulgariter appellantur, in regno Alemaniæ (procurante ſatore malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & peruerſa inferiùs deſignatos errores. Primò videlicet, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitùs impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit. Nam (vt dicunt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. Et in fine capitis: Nos ſacro approbante concilio ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omninò, inhibentes diſtrictiùs, nè quis ipſos decæterò teneat, approbet vel defendat. Eos autem qui ſecùs egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos.

Beguardi.

Beguinæ.

Error eorum.

16. APOCALYPSIS viceſimoſecundo capite: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc.

17. ECCLESIASTICI decimooctauo: Nè impediaris orare ſemper, & nè veteris vſque ad mortem iuſtificari.

18. IACOBI ſecundo capite, vt ſuprà capite vndecimo, B. teſtimonio trigeſimo.

XV.

De obſeruatione mandatorum, deque illius neceßitate & poßibilitate.

Caput 11. Seſſ. 6.

NEMO autem quantunuìs iuſtificatus, liberum [a] ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet, nemo temeraria illa & à Patribus ſub anathemate prohibita [b] voce vti, Dei præcepta

a Matth. 28. d Hierony. Beda, & Theophyl. ibidèm. Aug. lib. 3. cont. 2. epiſt. Pelag. c. 4. Cypria. de vnit. Eccle. Concil. Vien. in Clem ad noſtrum. de hęret. Vide quæſt. 5. de Decalog. & quæſt. 1 de præcep. Eccleſiæ.

b Hieron. in explana. Symb. ad Damaſ. Concil. 2. Arauſic. can 25.

Digitized by Google

cepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet[c], ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis. Cuius[d] mandata grauia non ſunt, cuius[e] iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipſemet [f] teſtatur, ſeruant ſermones eius: quod vtiquè cum diuino[g] auxilio præſtare poſſunt. Licèt enim in hac mortali vita, quantumuìs ſancti & iuſti,[h] in leuia ſaltem & quotidiana, quę etiam venialia dicuntur, peccata quandoquè cadant: non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum[i] illa vox eſt & humilis & verax: [k] *Dimitte nobis debita noſtra.* Quo fit vt iuſti ipſi eo magìs ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitiæ ſentire debeant, quo [l] liberati iam à peccato, ſerui autem facti Deo, [m] ſobriè, iuſtè, & piè viuentes, proficere poſſunt per Chriſtum Ieſum, per [n] quem acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. Deus [o] nanque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur.

B. Itaque nemo ſibi in ſola fide[p] blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemque conſecuturum, etiam ſi Chriſto[q] non compatiatur, vt & conglorificetur. Nam & Chriſtus ipſe (vt inquit [r] Apoſtolus) *cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens: [ſ] *Neſcitis, quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite vt compræhendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Item princeps Apoſtolorum Petrus: [t] *Satagite, vt per bona opera, certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.*

C. Vndè conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare[v]: aut, quod intolerabilius eſt, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoquè intuentur[x] æternam, cùm ſcriptum ſit: [y] *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem.* Et de Moyſe dicat [z] Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

c Auguſt. de natura & grat. c. 43. lib. 2 de pec. mer. c. 6. de gratia & lib. arbit. c. 16. Chryſoſt. homil. 8. de pœnitent. Leo ſer. 5. de quadrag. Vide quæſt. 6. de Decalog. C.
d 1. Ioan. 5. a
e Matth. 11. d Aug. de natur. & gratia cap. 69. Bernard. epiſt. 341. Chryſoſt in pſal. 111.
f Ioan. 14 c
g Aug. ſer. 61. de temp. lib. 3 cont. Creſcon. Grammat. cap. 4.
h Idē de vera & falſa pœnit. cap. 5. de ſpir & liter. c. 28. Greg. lib. 6. in 1. Reg. c. 2. Beda in cap. 26. Prouer. vel 24. Vide de peccat. in genere quæſt. 3. D. & de expiat. pecca. quæſt 2. & 3.
i Cocil. Mileu. can. 7. & 8.
k Matth. 6. b
l Rom 6. c
m Tit 2. d
n Rom. 5 a
o Auguſt. de nat. & grat. c. 26. Proſp ſenten. 7. ad capitu. Gallor. & ad 7. obiectio. Vincentia.
p Chryſoſt hom. 3. & 9. in Ioan. hom. 70. in Matth. in Pſal. 110. lib. 1. cont. vitup. monaſt. vitæ. Fulgen. lib. 2. de remiſ. peccat. cap. 1. Gregor. hom. 29. in Euang. & lib. 33. moral. c. 7. Aug. de gratia & lib. arb. cap. 8. Cyril. lib. 10. in Ioan. c. 16. Vide quæſt. 3. de peccat. in ſpirit. ſanct. B. & quæſt. 1. de bonis oper. B.
q Rom 8. c
r Heb. 5 c
ſ 1. Corinth. 9. d
t 2. Pet. 1. b
v Iob 1. d 2. e Matth. 6. c Lucæ 11. e 1. Corinth. 7. c 2. Pet. 1. b 1 Ioan. 3. a 5 d Ambroſ. in caput 1. Lucæ. Orige homil. 2 in Lucam.
x 1. Cor 9. d Heb. 11 b e 13. c Coloſſ. 1. a 3. d Matth. 4 c 5. a 10. d Luc. 6. e 14. c. 16. b 1. Tim. 4. c 2. Paralip. 15 b Eccli 12. a 18. c Epheſ. 6 b 2. Theſ. 1 b Galat. 6. b Auguſt. præfat. in pſal. 31. & in pſal. 93. 120. Cypria. epiſt 9. 16. 56.
y Pſal. 118. o
z Heb. 11. e

TESTIMONIA.

1. A. MATTHAEI viceſimooctauo capite: Euntes ergò docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.

2. HIERONYMVS in caput vltimum Matthæi: Docentes eos ſeruare omnia quęcunque mandaui vobis: Ordo præcipuus: Iuſſit Apoſtolis vt primùm docerent vniuerſas gentes, deindè fidei intingerent ſacramēto; & poſt fidem ac baptiſma quæ eſſent obſeruanda præciperent. Ac nè putemus leuia eſſe quæ iuſſa ſunt, & pauca, addidit: Omnia quęcunque mandaui vobis. Vt quicunque crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta ſunt.

Baptiſmo tinctis præcepta ſeruanda.

3. BEDA in eadem verba capitis vltimi Euangelij ſecundùm Matthæū: Priùs ergò docere gentes, id eſt, ſcientia veritatis inſtituere, ac ſic baptizare præcipit, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. &, Niſì quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ad extremum verò ſubiungit, Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: quia ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ità & fides ſine operibus mortua eſt. Heb. 11. Ioan. 3.

4. THEOPHYLACTVS in eundem locum: Docentes eos ſeruare omnia quæcunque præcepi vobis, non vnum vel duo, ſed omnia mandata mea. Horreſcamus & timeamus fratres, quia ſi vnum nobis defecerit, non erimus perfecti ſerui Chriſti. Omnia enim exiguntur vt ſeruentur. Vide autem Domini ſermonem, quomodò vtrunque Chriſtianiſmi caput complectatur, contemplatiuam & practicam virtutem. Dicendo quidem quòd oporteat baptizari in nomine Trinitatis, contemplatiuam nobis tradidit: dicendo autem

Omnia mandata vt ſeruemus exiguntur.

Digitized by Google

autem quòd oporteat docere & mandata tenere, practicam introduxit.

5. AVGVSTINVS libro tertio contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite quarto: Exceptis librorum veterum ſacramentis, quæ ſola ſignificandi ratione præcepta ſunt (quanquàm & in eis quia ſpiritaliter intelligenda ſunt, rectè lex dicitur ſpiritalis) cætera certè quæ ad pietatem bonóſque mores pertinentia, non ad aliquam ſignificationem vlla interpretatione referenda, ſed prorsùs vt ſunt dicta, faciẽda ſunt: profectò illam Dei legem, non ſolùm illi tunc populo, verumetiam nunc nobis ad inſtituendam rectè vitam neceſſariam nemo dubitauerit. Si enim Chriſtus nobis abſtulit illud grauiſſimum multarum obſeruationum iugum, nè carnaliter circuncidamur, nè pecorum victimas immolemus, nè ſabbato ſepteno dierũ volumine redeunte ab operibus etiam neceſſarijs quieſcamus, & cætera huiuſmodi, ſed ea ſpiritaliter intellecta teneamus, remotiſq; vmbris ſignificantibus in rerum ipſarum quæ ſignificantur luce vigilemus: nunquid propterea dicturi ſumus, nõ ad nos pertinere quod ſcriptum eſt, vt alienum quodcunque perditum quiſquis inuenerit, reddat ei qui perdidit; & alia multa ſimilia, quibus piè rectéque viuere diſcitur: maximéq; ipſum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur, excepta ſabbati obſeruatione carnali, quæ ſpiritalem ſanctificationem quietémque ſignificat? Quis enim dicat non debere obſeruare Chriſtianos, vt vni Deo religionis obſequio ſeruiatur, vt idolum non colatur, vt nomen Domini non accipiatur in vanum, vt parentes honorentur, nè adulteria, homicidia, furta, falſa teſtimonia perpetrentur, nè vxor, nè omninò res vlla concupiſcatur aliena? Quis eſt tam impius, qui dicat ideò ſe iſta legis non cuſtodire præcepta, quia eſt ipſe Chriſtianus, nec ſub lege, ſed ſub gratia conſtitutus?

Moralia legis mandata pertinent ad Chriſtianos etiam.

Chriſtianis præcepta Decalogi obſeruanda.

Tam impij ſunt hæretici plerique huius temporis.

6. CYPRIANVS de vnitate Eccleſię: Prophetare, & dæmonia excludere, & virtutes magnas in terris facere, ſublimis vtiquè & admirabilis res eſt: non tamen regnum cæleſte conſequitur, quiſquis in his omnibus inuenitur, niſi recti & iuſti itineris obſeruatione gradiatur. Denunciat Dominus & dicit: Multi mihi dicent in illo die: Domine Domine, nónne in tuo nomine prophetauimus? & in tuo nomine dæmonia excluſimus? & in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquàm vos cognoui, recedite à me qui operamini iniquitatem. Iuſtitia opùs eſt, vt promereri quis poſſit Deum iudicem. Pręceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem. Dominus in Euangelio cùm ſpei & fidei noſtræ viam compendio breuiante dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit, Deus vnus eſt. &: Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatũ: & ſecundum ſimile huic: Diliges proximum tuum tanquàm te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Vnitatem ſimul & dilectionem magiſterio ſuo docuit: prophetas omnes & legem præceptis duobus incluſit.

Matth. 7.

Præceptis & monitis Dei obtemperandum.

Marci 12.

7. CHRYSOSTOMVS homilia ſeptuageſima in Matthæum: Nè fideles ſola ſe fide ſaluari poſſe confidant, de pœna malorum diſſerit. Ità infideles ad fidem, fideles verò ad rectè viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis actio eſt. Verùm cùm per gratiam vocati ſimus, quamobrem hæc ità accuratè diſputat? Quia videlicet vocatio & purgatio ipſa ex gratia ſunt, vt verò vocatus iam, & candida indutus veſte ſeipſum non maculet, ad diligentiam quoquè pertinet vocatorum. Nam ſi non quia dignus, ſed quia gratia tibi largita eſt, vocatus fuiſti, oportebat te viciſsìm pro gratia nonnihil reddere, & non tantam nequitiam ac ingratitudinem poſt acceptum honorem oſtendere. Sed non ità magna vt Iudæis, inquies, mihi conceſſa ſunt: immò verò multò maiora. Nam quæ longo tempore illis parabantur, ea tibi, quanuis indignus eſſes, vno temporis momento vniuerſa largita ſunt: ideò Paulus ſcribit, Gentes autem pro miſericordia glorificare Deum. Tu enim quæ illi expectabant accepiſti, propterea magna negligentibus imminet pœna: nam ſicut illi, quia non venerunt, contempſiſſe rectè dicuntur, pariter tu ſi perperàm viuendo recumbere audebis, nequitiæ accuſaberis crimine. Ingredi nanque cum ſordidis veſtibus, ſignificat cum vita impura hinc abire: quocircà & obmutuiſſe ſcribitur.

Fidelibus etiam rectè viuendum, vt ſaluentur.

Rom. 15.

8. CONCILIVM Vienneuſe ſub Clemente quinto, in Clemẽtinis libro quinto, titulo de Hæreticis, capite, Ad noſtrum, errorem hunc tertium Beguardorum & Beguinarum damnat: Tertiò, quòd illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ obligantur: quia (vt aſſerunt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.

Beguardorũ & Beguinarũ error.

Reliqua teſtimonia de obſeruatione mandatorum Dei & Eccleſiæ, vide ſuprà quæſtione quinta de Decalogo, & quæſtione prima de præceptis Eccleſiæ.

9. HIERONYMVS in explanatione ſymboli ad Damaſum; eſt tomo nono epiſtola decimaſeptima: Execramur etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo pręceptum eſſe: & mandata Dei, non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari. Eadem habet Auguſtinus ſermone centeſimo nonageſimoprimo de tempore. Vide ſuprà quæſtione ſexta de Decalogo, C. teſtimonio decimo.

Blaſphemia eſt Deum impoſſibilia pręcepiſſe ſentire.

10. CONCILIVM ſecundum Arauſicanum, canone vigeſimoquinto: Hoc etiam ſecundùm fidem catholicam credimus, quòd accepta per baptiſmum gratia, omnes baptizati Chriſto auxiliante & cooperante, quę ad ſalutem pertinent, poſſint & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere.

11. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite quadrageſimotertio: Non igitur Deus impoſſibilia iubet; ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis.

Impoſſibilia Deus non iubet.

12. IDEM libro ſecundo de peccatorũ meritis & remiſſione, capite ſexto: Itinera mea, inquit, dirige ſecundùm verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrandę dominationis ſeruitute liberantur, quibus Dominus Ieſus eum recipientibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. Ab iſta horrenda dominatione liberandi fuerant, quibus dicit; Si vos filius liberauerit, tũc verè liberi eritis. His atq; huiuſmodi alijs innumerabilibus teſtimonijs dubitare non poſſum, nec Deum aliquid impoſſibile homini pręcepiſſe, nec Deo ad opitulãdum & adiuuandum, quo fiat quod iubet, impoſſibile aliquid eſſe: ac per hoc poteſt homo ſi velit, eſſe ſine peccato, adiutus à Deo.

Pſal. 118.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Deus nil impoſſibile pręcepit, ideoq; homo ab eo adiutus poteſt eſſe ſine peccato, ſi velit.

13. ET de gratia & libero arbitrio, capite decimoſexto: Magnum aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt: Non iuberet Deus quod ſciret non poſſe ab homine fieri. Quis hoc neſciat? Sed ideò iubet aliqua quæ non poſſumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus. Ipſa eſt enim fides, quæ orando impetrat quod lex imperat. Deniquè ipſe qui dixit: Si volueris conſeruabis mandata: in eodem libro Eccleſiaſtico aliquanto pòſt dicit: Quis dabit in ore meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum aſtutum, nè fortè cadam ab eo, & lingua mea perdat me? Et infrà: Certum eſt nos facere cùm facimus, ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas volũtati, qui dixit: Faciam vt in iuſtificationibus

Nil iubet Deus quod fieri non poſsit ab homine cum eius auxilio.

Eccli 15.

Eccli 22.

Ezech. 36.

Digitized by Google

nibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis, & faciatis.

14. CHRYSOSTOMVS homilia octaua de pœnitentia: Quicquid ergò fortaſsè dixeris, id erit quod diximus, laborioſa lex. Quid igitur? impoſſibilia mandat nobis Deus? non, inquam. obmuteſce, neque Domino ſuccenſeas. Non enim hic reſponſi modus, ſed peccati additamentum priori peius. Quòd autem peccatorum plurimi conſueuerunt in Dominum ſuas accuſationes retorquere, audi: Acceſſit ille cui talenta quinq; tradita fuerant, & alia quinque attulit: acceſſit qui duo, & alia duo attulit: acceſſit cui vnum fuit creditum, & quoniam non habuit talentũ quod ferret, pro talento accuſationem attulit. Quomodò? Noui, inquit, quoniam auſterus ſis. O ſerui proteruiam, non contentus peccato, etiam contra dominum ſtatuit accuſationem. Metens vbi non ſeminâſti, & tollens quod non poſuiſti. Sic & in præſenti vita quotquot nihil operãtur boni, additamentum malorũ faciunt accuſationem aduersùs Dominũ. Nequaquàm igitur Dominũ incuſes: haud mandat impoſſibilia, multi & ipſa ſuperant mandata. Ergò ſi impoſſibilia fuiſſent, minùs ſua ſpõte ſuperâſſent. Virginitatẽ, in bonisq; nihil poſſidere nuſquàm mandat, atque à ſe propriã ſubſtantiam multi abijciunt, ipſis operibus reddentes teſtimonium legibus mandatorum ineſſe multum facilitatis. Nequaquàm ergò ſuperâſſent ea, niſi facilia approbâſſent. Et paulò poſt: Hęc à me omnia non inuacuum dicta ſunt, ſed diuinę legis gratia, vt oſtendam grauem non eſſe, non eſſe oneroſam, non laborioſam, neq; impoſſibilẽ. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Vidit ſimul & idipſum Chriſtus multos legis difficultatem accuſaturos: quapropter haud nudam, neq; ſimplicem induxit, neq; à ſemetipſo: ſed antiquæ legis memoriã reduxit à comparatione, felicitatemq; illius atq; humanitatem oſtendit. Item infrà: Cuius ergò rei gratia veterem ipſis legem repetit? dicit enim ipſis: Audiſtis quoniã dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Cognouit difficile eſſe mandatum, non ſuapte natura, ſed audientiũ deſidia. Multa enim quæ natura facilia ſunt, difficilia fiũt cùm pigritamus: velutì difficilia quæ ſunt, leuia & facilia fiunt nobis accuratè proſpicientibus: nõ enim difficultas rerum naturæ ineſt, ſed exercentiũ propoſito. Quod veriſſimum eſſe vel ex eo patet. Nam mel natura dulcedinem habet, atq; eandem iucundiſſimam, ſed ægrotis amarũ quid atq; illibitum eſt, nõ propria, ſed illorũ ægritudinis natura: ſic lex tametſi videatur oneroſa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigritia. Haud etenim mihi multũ laboris, oſtendere factum facile eſſe: nam idipſum difficile aliud dicere oportuerat. Nunc enim dicit, fuge mulieris viſum, à luxuria recede. Quod aut peius oppoſitum dicere fuerat, exquire mulieres, ſcrutare alienas formas, atque ſic libidinem vince. Id ergò difficile fuerat: nam dicere fornacem fuge, recede longiùs ab igne, flammæ propiùs non acceſſeris, quò ſis innocuus, multum facilitatis habet.

Impoſſibilia non mandat Deus. Multi mãdata ſuperant.

Matth. 5.

15. LEO ſermone quinto de Quadrageſima: Gratiæ Dei obedientia ſe humana non ſubtrahat, nec ab illo bono, ſine quo nõ poteſt bona eſſe, deficiat. At ſi quid ſibi impoſſibile aut arduum mandatorum effectibus experitur, non in ſe remaneat, ſed ad iubentem recurrat: qui ideò dat præceptum, vt excitet deſiderium, & præſtet auxilium, dicente Propheta: Iacta in Deum cogitatum tuum, & ipſe te enutriet. Reliqua teſtimonia de poſſibilitate & facilitate mandatorum Dei, vide ſuprà quæſtione ſexta de Decalogo, C.

Difficultas præceptorum Dei, ſi quę ſit, Dei auxilio ſuperatur.

Pſal. 54.

16. PRIMAE Ioannis quinto capite, vide loco citato, teſtimonio ſecundo.

17. MATTHAEI vndecimo capite, ibidèm teſtimonio primo.

18. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite ſexageſimonono, ibidèm teſtimonio octauo.

19. BERNARDVS epiſtola trecẽteſima quadrageſimaprima: Pudeat negligentiùs nunc in vitam, quàm priùs in mortem ire, & minori ſtudio ſalutis acquirere quàm perditionis augmentum. Nam vt omninò ſimus inexcuſabiles, in via vitæ quo citiùs, eo faciliùs curritur: & leue Saluatoris onus quo creſcit ampliùs, eo portabilius eſt. Nõne & auiculas leuat, non onerat pennarum ſiue plumarũ numeroſitas ipſa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplinam Chriſti, ſic ſuaue iugum, ſic onus leue, quo deponimus, eo deprimimur ipſi, quia portat potiùs quàm portatur.

Onus Chriſti quo magis creſcit eo portabilius.

20. CHRYSOSTOMVS in pſalmum centeſimum vndecimum: In mandatis eius volet nimìs. Qui enim eũ metuit vt oportet, ſuſcipit eius præcepta cum magna auiditate: & ideò amor in legiſlatorem, facilem & gratam facit legem, etſi videatur aliquam habere difficultatẽ. Nemo autem quod dico repræhendat, ſi tali exemplo vſus ſum. Nam Paulus quoquẽ eo vſus eſt, ſic dicens: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſerua immunditiæ, ità exhibete iuſtitię. Qui meretricis itaq; amore captus eſt, etiamſi afficiatur probro & cõtumelia, etiamſi verberetur, etiamſi ſe turpiter & indecorè gerat, etiamſi expellatur à patria, etiamſi bonis paternis euertatur, etiamſi patris beneuolẽtia priuetur, etiamſi grauiora patiatur, ea fert iucundè & lubenter propter amorem impudicũ. Quòd ſi illa cum voluptate ſuſcipiunt, quomodò non multò magìs Dei præcepta, quæ ſunt ſalutaria, & gloriæ plena, & magnam nobis præbent philoſophiam, & animã meliorem efficiunt, oportet cum magna voluptate ſuſcipere, & nihil eſſe difficile in eis exiſtimare? Difficultatẽ enim non natura pręceptorum, ſed multorum ſolet ſocordia efficere. Itaq; ſi quis ea cum ſtudio & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe leuia & facilia. Quocircà dicebat Chriſtus, Iugum meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Et vt ſcias ea hoc modo ſe habere, & multorum ſocordiam ea quæ ſunt facilia, facere difficilia: ſtudium autem ac diligentiam facilima, ea quę alioquì difficilima: quando manna fruebantur Iudæi, id & ęgrè ferebãt, & mortẽ exoptabant: Paulus autem cum fame confligans gaudebat, & exiliebat. Et illi quidem dicebant: Anima noſtra arida eſt in manna. Eduxiſti nos vt interficeres, eò quòd non eſſent monumenta in Aegypto? Paulus autem, Gaudeo in paſſionibus meis, & ſuppleo ea quæ deſunt afflictionibus Chriſti, in carne mea. Quibúſnam paſſionibus? fame, ſiti, nuditate, & alijs omnibus. In mandatis eius volet nimìs.

Amor legiſlatoris facilem facit legem.

Rom. 6.

Matth. 11.

Num. 11.

Coloſſ. 1.

21. IOANNIS decimoquarto: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado. Et, Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.

22. AVGVSTINVS ſermone ſexageſimoprimo de tempore: Cùm tam magnũ ſit veræ & perfectæ charitatis remedium, nullus tamen inuenitur qui eam cum Dei adiutorio non poſſit habere. In reliquis operibus bonis interdũ poteſt aliquis qualemcunq; excuſationẽ prętendere, in habenda verò dilectione nullus ſe pòterit excuſare. Cùm enim multa ſint quæ propter fragilitatem humanam corporaliter implere nõ poſſumus, charitatẽ tamen in corde noſtro Deo inſpirante, ſi in veritate voluerimus, ſine aliqua dubitatione habere poterimus. Et poſt pauca: Sed dicit aliquis. Nulla ratione poſsũ inimicos meos diligere. In omnibus ſcripturis Deus tibi dicit, quia potes. Tu ecõtrariò reſpõdes, non poſſe. Conſidera nũc, vtrùm tibi, an Deo

Charitatem cum Dei adiutorio neceſſe oẽs poſſumus.

Digitized by Google

Deo debeat credi. Et ideò quia veritas mẽtiri non poteſt, iam vanas excuſationes ſuas relinquat humana fragilitas: quia nec impoſſibile aliquid potuit imperare, qui iuſtus eſt: nec damnaturus eſt hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius eſt. Quid tergiuerſamur incaſsùm? Nemo enim, quantum poſſumus, meliùs nouit, quàm qui nobis ipſum poſſe donauit. Tot viri, tot mulieres, clerici, pueri, tantæ & tam delicatæ puellæ flammas & ignes & beſtias æquanimiter pertulerunt: & nos ſtultorum hominum conuicia dicimus tolerare non poſſe? quæ nobis malorum hominum nequitia inferuntur, ſi poſſumus etiam vſque ad mortem illorum noſtras iniurias vindicamus: vndè neſcio qua fronte vel qua conſcientia cum omnibus ſanctis in æterna beatitudine partem habere deſideramus, quorum exempla ſequi in rebus minimis non acquieſcimus.

Deus non potuit aliquid impoſſibile mandare.

23. ET libro tertio contra Creſconium Grammaticum, capite quarto: Boni mores vitam bonorum malorúmque diſcernunt, & ad diuerſa perducunt. Nec quicquid iuſto licet, poteſt & iniuſtus implere, quia iuſtus implet legem Chriſti per dilectionem Chriſti, vndè iniuſtus alienus eſt.

Per dilectionem iuſtus legem implet.

24. IDEM de vera & falſa pœnitentia, capite quinto: Apoſtolus dixit, Nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Sentiens enim & iuſtis peccata ſolere contingere: non ſe confirmabat abſque peccato, qui ſe nouit indiſſolubili vinculo charitatis Chriſto conuinctum. Niſi enim ſciret ſępè iuſtos ad veniam venire, quomodò dubitaret ſe peccare, qui ſe ſciebat ſpiritum Dei habere, & intentione mundiſſima ei ſeruire? Cur enim Dominus Petri pedes lauiſſet, & Eccleſiam hoc idem docuiſſet, niſi quia quotidiana eſt offenſio, oportet vt quotidiana ſit remiſſio? Cur docuiſſet ipſe Dominus orantes dicere, Dimitte nobis debita noſtra: niſi ipſe miſericors perſeueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?

1.Cor.4. Iuſtos etiam peccare contingit. Ioan.13. Vt quotidiana offenſio, ità quotidiana remiſſio. Matth.6.

25. ITEM de ſpiritu & litera, capite viceſimooctauo: Sicut non impediunt à vita ęterna iuſtum quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur: ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè vita cuiuslibet peſſimi hominis inuenitur.

Sine leuibus peccatis vita non ducitur.

26. GREGORIVS libro ſexto in librum primum Regum capite ſecundo, in illa verba capitis decimiquinti, Pœnitet me quòd conſtituerim Regem Saul. Quaſi dicat: Quem præeſſe alijs tunc volui, modò nolo: quia quem humilem prætuli, nunc ſuperbientem & elatum tranſgreſſorem cerno. Quod nimirùm de quibuslibet lapſis non dicitur: ſed de his quorum lapſus oſtenditur, & pœnitentia nequaquàm præuidetur. Nam de iuſtorum caſu ſcriptum eſt: Septiès in die cadit iuſtus, & reſurgit. Eorum certè caſus quodammodò ſtatus eorum eſt: quia aliquando permittuntur cadere, vt ſemper valeant fortiùs ſtare. Permittuntur vt in malis corruant, nè ſumma virtutum dona per elationem perdant. Hi profectò & ſi verba Domini quandoquè non implent, à Domino non recedunt, quia ad tempus relinquuntur, vt æternaliter teneantur, & in modico deſipiunt, ſed poſt modicum reſipiſcunt.

Prouer.24. Caſus iuſtorum, quodàmodò ſtatus illorum eſt.

27. BEDA in caput viceſimumquartum Prouerbiorum, vel iuxta ipſius diuiſionem, in caput viceſimumſextum in ea verba, Septiès in die cadit iuſtus &c. Quomodò autem iuſtus appellatur, qui cadere, id eſt peccare memoratur? niſi quia de leuibus quotidianiſque loquitur peccatis, ſine quibus nec iuſtorum quiſpiam eſſe in hac vita potuit. Quia nimirùm per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per ſermonem, per ſurreptionem, per neceſſitatem, per fragilitatem carnis, ſingulis diebus, vel inuiti vel volentes frequenter reatum incurrimus. Et tamen reſurgit iuſtus, videlicet quia iuſtus eſt, nec iuſtitiæ eius præiudicat lapſus fragilitatis humanæ.

Fragilis lapſus iuſti, eius iuſtitiæ non præiudicat.

Vide plura hac de re teſtimonia ſuprà de peccatis in genere, quæſtione tertia, D. Et de expiatione peccatorum, quæſtione ſecunda & tertia.

28. CONCILIVM Mileuitanum canone ſeptimo: Item placuit, vt quicunq; dixerit, in oratione Dominica ideò dicere ſanctos, Dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro alijs, qui ſunt in ſuo populo peccatores: & ideò non dicere vnumquenque ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed, Dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro alijs potiùs, quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim & iuſtus erat Apoſtolus Iacobus, cùm dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum eſt, omnes, niſi vt iſta ſententia conueniret & pſalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens? Et in oratione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt homo qui non peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Vndè etiam Daniel ſanctus & iuſtus, cùm in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, nè putaretur, quemadmodùm quidam ſentiunt, hæc non de ſuis, ſed de populi ſui potiùs dixiſſe peccatis, poſteà dixit: Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo noſtro: noluit dicere, peccata noſtra, ſed & populi ſui dixit, & ſua: quia futuros iſtos, qui tam malè intelligerent, tanquàm propheta præuidit.

Matth.6. Iuſtus pro ſe ipſo dicit, Dimitte nobis debita noſtra. Iaco.3. Pſal.142. 3.Reg 8. 2.Paral.6. Eccli 7. Iob 37. Dan.9. Dan.9.

29. ET canone octauo: Item placuit, vt quicunque verba ipſa Dominicæ orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra: ità volunt à ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus ſed ipſi Domino mentientem, qui labijs ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, ſe debita non habere?

Matth.6. A ſanctis veraciter dicitur, Dimitte nobis debita noſtra.

30. MATTHAEI ſexto capite: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

31. AD Romanos ſexto capite: Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obedîſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

32. AD Titum ſecundo capite: Apparuit enim gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

33. AD Romanos quinto capite: Iuſtificati ergò ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

34. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite viceſimoſexto: Ipſe Deus cùm per mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum ſpiritaliter ſanat ægrum, vel viuificat mortuum, id eſt, iuſtificat impium, & cùm ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam vitam iuſtitiamq; perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, vt piè ſemper iuſtèq; viuatur.

Deus nõ deſerit, niſi priùs deſeratur.

35. PROSPER ſententia ſeptima ad capitula Gallorum: Qui dicit, quòd Deus quibuſdam filijs ſuis quos regenerauit in Chriſto, quibus fidem,

Digitized by Google

dem, ſpem, dilectionem dedit, ob hoc perſeuerantiam non dederit, quia à maſſa perditionis præſcientia Dei, & prædeſtinatione non ſint diſcreti: Si hoc vult firmare, quòd Deus huiuſmodi homines in bonis quæ donauerat noluerit permanere, & ipſe eis cauſa auerſionis extiterit, contra iuſtitiam Dei ſentit. Quanuìs enim omnipotentia Dei potuerit vires ſtandi præbere lapſuris: gratia tamen eius non priùs eos deſeruit, quàm ab eis deſereretur. Et quia hoc ipſos voluntaria facturos defectione præuidit, ideò in prædeſtinationis electione illos non habuit.

Deus nulli cauſa auerſionis.

36. IDEM ad ſeptimam obiectionem Vincentianam, hanc videlicet, Quòd hæc ſit volūtas Dei, vt magna pars Chriſtianorum ſalua eſſe nec velit, nec poſſit. ſic reſpondet: Si de his hoc dicitur, qui pietatem Chriſtianæ conuerſationis & fidei deſerentes, in prophanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter tranſierunt, non dubium eſt, quòd talem voluntatem habentes ſalui eſſe nolunt: & quandiù ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe non poſſunt. Sed nullo modo credendum eſt huiuſmodi homines, in hanc deſperationem ex Dei voluntate cecidiſſe, cùm potiùs alleuet Dominus omnes qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia erigitur, nemo niſi illius gratia ſtabilitur. Dei ergò voluntas eſt, vt in bona voluntate maneatur: qui & priùs quàm deſeratur neminem deſerit: & multos deſertores ſæpè conuertit.

Pſal. 144.

Deus neminẽ deſerit priùs, quàm deſeratur.

1. B. CHRYSOSTOMVS homilia tertia in Ioannem: Deo gloriam demus, vt à parentibus & à maioribus noſtris accepimus, demus, inquam, gloriam & fide, & operibus. Nulla enim nobis bonorum dogmatum ad ſalutem vtilitas, ſi vita vitiorum ſordibus ſcateat, & inquinetur. Quamobrem eamità formemus & erudiamus, vt Deo placeat, omni turpitudine, iniquitate, auaritia longè abiecta, & tanquàm hoſpites & aduenas, & à terrenis rebus alienos nos exhibeamus.

Fide & operibus Deus colendus.

2. ET homilia nona: Ad animæ puritatem ſeruandam, non ſatìs eſt baptizari duntaxàt & credere: ſed ſi perpetuò ea frui munditia & pulchritudine volumus, dignam ſe vitam exhibere oportet. Item poſt pauca: Maiorem in modum nobis formidandum eſt, nè pulchra hac ſtola, ſegnitie poſtmodùm & ſceleribus noſtris ſordidata, è cubiculo thalamóque eijciamur: vt quinque illæ virgines fatuæ, & is qui nuptialem veſtem non habebat: ſiquidem ille ex conuiuis erat. Inuitatus enim & ipſe fuerat. ſed quoniam inuitatus, & tanto acceptus honore, dominum qui ſe inuitauerat contumelia affecit, audi quàm miſeram, quàm luctuoſam pœnam dederit. Cùm enim ad tam ſplendidam, & tam lautam menſam veniret, non modò conuiuio prohibitus eſt, verùm & manibus ligatis & pedibus in tenebras mittitur exteriores, vbi & perpetuus fletus eſt, & ſtridor dentium. Nolimus igitur, nolimus inquam dilectiſſimi, fidem nobis ad ſalutem ſatìs eſſe exiſtimare. Nam niſi vitam puram exhibuerimus, & hac cæleſti vocatione digna nos induerimus veſtimenta, quibus ad nuptias admittamur: nihil nos eripiet, quin eodem quo miſer ille afficiamur ſupplicio.

Matth. 25. 22.

Fides ad ſalutem ſatis non eſt.

3. IDEM homilia ſeptuageſima in Matthæum: Nè fideles ſola ſe fide ſaluari poſſe confidant, de pœna malorum diſſerit. Ità infideles ad fidem, fideles verò ad rectè viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis actio eſt.

4. IDEM in pſalmum centeſimum decimum: Nè quis exiſtimaret ſapientiam non procedere vltra cognitionem, ſubiunxit, Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Non ſufficit enim fides, niſi adſit etiam vitæ inſtitutio fidei conueniens. Quomodò eſt autem initium ſapientiæ timor Domini? Ab omni vitio liberat, omnem virtutem dirigit. Dicit autem ſapientiam, non quæ in verbis, ſed quæ in rebus ſita eſt. Nam externi quoquè philoſophi definierunt ſapientiam diuinarum & humanarum rerum cognitionem. Hanc autem artem docet Dei timor, improbitatem auferens, & virtutem inſerens, vt præſentia contemnantur efficiens & in cælum traducens. Quid eſt hac anima ſapientius? Non quęrit autem hic ſolùm auditorem, ſed etiam factorem. Intellectus enim bonus omnibus facientibus eum. Hoc eſt, ijs qui faciunt ſapientiam, & eam factis oſtendunt, bonus eſt intellectus.

Vita fidei ſit conueniens.

5. LIBRO primo contra vituperatores monaſticæ vitæ: Quid, quæſo, fides cōferet emolumenti, ſi vita ſyncera non fuerit & pura? Verùm vos & iſta fortaſsìs neſcitis, quibus noſtra ferè omnia & ignota ſunt & inaudita. Itaque vobis neceſſariò Chriſti ſententias ſummatìm numerabo: vos autem cautè & diligenter obſeruate, vtrúmne ſemper de fide & dogmatibus diſputet, próque his tantùm ſupplicia decernat, niſi integra ſeruentur: an verò vitam ipſam quoquè, ac mores improbos caſtiget aliquando. Cùm enim in montem conſcendiſſet, videns innumeram circunfluentem, ac ſe circunſtantem multitudinem, talia monita edebat: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Item: Multi dicent mihi in illa die: Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tūc confitebor illis: recedite à me, qui operamini iniquitatem, non noui vos. Eum verò qui audit ſermones meos, & non facit, ſimilem eſſe dixit homini fatuo, qui domum ſuam ſuper arenam conſtruit, eam ventis & fluminibus & pluuijs labefactandam ac diruendam parat. Item cùm alio in loco concionaretur: Sicut, inquit, piſcatores cùm ſagenam traxerint, malos piſces abijciunt: ità erit in illa die, angelis eos omnes qui peccauerint in fornacem iactantibus. De flagitioſis quoquè, & impuris hominibus cùm loqueretur, aiebat: Et illuc abibunt, vbi nec vermis eorum moritur, nec ignis extinguitur. Et rursùm: Rex, inquit, fecit nuptias filio ſuo, & cùm vidiſſet hominem indutum veſtibus ſordidis, ait ad eum: Amice, quomodò huc intràſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dicit miniſtris ſuis: Ligatis eius manibus & pedibus, eijcite illum in tenebras exteriores. Impudicis iſta, vt dictum eſt, & flagitioſis atque impuris comminatur. Virgines quoquè quæ excluſæ à ſponſi thalamo fuerunt, propter crudelitatem atque immanitatem id paſſę ſunt: alijq́ rursùs eadem ex cauſa eunt in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Et hi quoq́ qui fruſtrà, & ſine cauſa loquuntur, punientur. Ex verbis enim, inquit, tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Ergóne tibi videmur inaniter, ac ſine ratione vitæ noſtræ cautè, timideq́ rationem habere, eiq́ philoſophiæ parti, quæ mores inſtruit propenſiùs ſtudere? Minimè equidem id puto, niſi fortè Chriſtum hæc ſuperuacuè dixiſſe velis aſſerere, atque his plura etiam: neque enim hîc omnia inſerere viſum eſt. Quod niſi vererer librum prolixiùs extendere, & ex prophetis ipſis, atque ex beato Paulo, alijsq́ Apoſtolis oſtenderem profectò, quantum ſtudij in hac parte emendandæ vitæ, morumq́ componendorum nos Deus ponere voluit.

Fides ſine vita pura non prodeſt.

Matth. 7.

Marc. 9.

Matth. 22.

6. FVLGENTIVS libro ſecundo de remiſſione peccatorum, capite primo: Conſtat peccatorum remiſſionem non tribui, niſi conuerſis intra Eccleſiam Catholicam conſtitutis. Ibi enim poteſt conuerſio eſſe vera, vbi fides vera comitatu ſanctæ conuerſationis ornatur, & benè viuendi ſtudium nulla prauæ credulitatis maculatione polluitur. Vita enim bona non veraciter dicitur, quæ peruerſæ credulitatis vitio deprauatur: neq́ ſuffi-

Et fides ſyncera & vita ſit oportet.

ſufficit ad ſalutem fides rectè credentis, ſi conuerſatio moribus atque operibus turpatur obſcœnis. Propter quod ſicut mortuam ſine operibus fidem B. Iacobus prædicat : ſic omne quod non eſt ex fide, peccatum eſſe Paulus ſua prædicatione confirmat.

Iaco.5. Rom.14.

Nõ vult hic aſſerere S. Fulgentius omnia opera facta ab infidelibus eſſe peccata propriè dicta, ſed quòd non ſint opera meritoria vitę æternæ, aut talia q̃ eos iuſtificârint. Concedit enim ca. 26. libri de incarnatione & gratia Chriſti, illos poſſe habere quædã bona opera.

7. GREGORIVS homilia viceſimanona in Euangelia: Fortaſsè vnuſquiſq; apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi, ſaluus ero. Verum dicit, ſi fidem operibus tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus nõ contradicit. Hinc eſt enim quod de quibuſdam falſis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur ſe nôſſe Deum, factis autem negant. Hinc Ioannes ait: Qui dicit ſe nôſſe Deum: & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Quod cùm ità ſit, fidei noſtræ veritatem in vitæ noſtræ conſideratione debemus agnoſcere. Tunc enim veraciter fideles ſumus : ſi quod verbis promittimus, operibus complemus. In die quippe baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promiſimus. Itaque vnuſquiſque veſtrûm ad conſiderationem ſuam mentis oculos reducat : & ſi ſeruat poſt baptiſmum quod ante baptiſmum ſpopondit, certus iam quia fidelis eſt, gaudeat.

Ad Tit.1. 1.Ioan.2. Fideles veri qui dicendi.

8. ET libro trigeſimotertio moralium, capite ſeptimo : Alios à rectitudine fidei nequaquàm deuiat, (loquitur de Behemoth) ſed ad vſum prauæ operationis inclinat. Alios quantum vult in operatione immunditiæ inflectere non valet, ſed apud ſemetipſos intùs in ſtudio intentionis intorquet: vt dum à charitate mentem diuidunt, rectum non ſit quicquid extrinſecùs operentur. Et vitam fidei non tenent: quia aut apertè illicita faciunt, aut ex peruerſo corde quæ agũt, praua ſunt, etiamſi ſancta videantur. Quia enim nonnulli confitendo fideles ſunt, non viuendo : hinc eſt quod voce veritatis dicitur : Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Hinc rursùm ait : Quid autẽ vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Hinc Paulus ait: Confitentur ſe nôſſe Deum : factis autem negant. Hinc Ioannes dicit : Qui dicit ſe Deum nôſſe, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Hinc eſt quod de ipſa ſua prima plebe Dominus cõqueritur dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. Hinc etiam Pſalmiſta ait : Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mẽtiti ſunt ei. Item poſt pauca: Nemo igitur fidem ſine operibus ſufficere poſſe confidat, cùm ſcimus quòd ſcriptũ ſit: Fides ſine operibus mortua eſt. Nullus Behemoth morſum ex ſola confeſſione fidei plenè euaſiſſe ſe exiſtimet : quia iam quidem fluuium abſorbuit, ſed adhuc Iordanem ſitit, & totiès in os illius Iordanis fluit, quotiès Chriſtianus quiſque ad iniquitatem defluit. Os quidem eius iam fide nos ſubleuante fugimus : ſed magno ſtudio curandum eſt, nè in hac lubrica operatione dilabatur. Si ambulandi cautela negligitur, incaſsùm credendo rectum iter tenetur : quia via quidem fidei ad cæleſtem patriam proficit, ſed offendentes minimè perducit.

Fides & vita fidei ſimul tenenda. Matth.7. Ad Tit.1. 1.Ioan.2. Marc.7. Pſal.77. Iac.2.

9. AVGVSTINVS de gratia & libero arbitrio, capite octauo : Apoſtolus cùm dixiſſet, Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, nè fortè quis extollatur : vidit vtiq; putare poſſe homines hoc ità dictum, quaſi neceſſaria non ſint opera bona credentibus, ſed eis fides ſola ſufficiat: & rursùs poſſe homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda ſibi ipſi ſufficiant, mox itaque addidit: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Epheſ.2. Credentibus bona opera ſunt neceſſaria.

10. CYRILLVS libro decimo in Ioannem, capite decimoſexto, in hæc verba : Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes &c Manifeſtiùs iam ex hoc loco diſcimus, ſyncera fide palmites inſertos viti fideles fieri. Sed non eſt minoris curæ iugiter per charitatem, id eſt, mandati ſeruationem Chriſto inhærere, illud Pſalmiſtæ clamantes, Inhæſit anima mea poſt te. Non igitur ſufficit ad perfectionem, id eſt, ad ſanctificationem, quæ per Chriſtum in ſpiritu eſt, in numero palmitum recipi : ſed oportet ardenti charitate, atque continuò immaculatè Chriſtum ſequi. Qua in re maximè ſpiritalis coniunctionis virtus ſeruatur.

Pſal.62. Palmitem vitique per fidẽ inſitum eſſe non eſt ſatis.

Plura de hac re teſtimonia vide ſuprà de peccatis in ſpiritum ſanctum, quæſtione tertia B. teſtimonium primum cum ſequentibus. Item de bonis operibus quæſtione prima B. teſtimonium ſecundum & ſubſequentia.

11. AD Romanos octauo capite : Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij : & hæredes, hæredes quidem Dei : cohæredes autem Chriſti : ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

12. AD Hebræos quinto capite, 13. PRIORIS ad Corinthios nono capite, 14. POSTERIORIS Petri primo capite, vt in textu.

1. C. IOB primo capite: In omnibus his nõ peccauit Iob labijs ſuis: neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

2. ET capite ſecundo : Qui ait ad illam, Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare bona ſuſcipiamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis.

3. MATTHAEI ſexto capite : Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus : Si oculus tuus fuerit ſimplex : totum corpus tuum lucidum erit.

4. LVCAE vndecimo capite : Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniens dicit, Reuertar in domum meam vndè exiui. Et paulò pòſt : Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

5. PRIORIS ad Corinthios ſeptimo capite: De virginibus autem pręceptum Domini non habeo : conſilium autem do, tanquàm miſericordiam conſecutus à Domino vt ſim fidelis. Et paulò pòſt : Exiſtimo ergò hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Si autem acceperis vxorem : non peccâſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco.

6. POSTERIORIS Petri primo capite, vt in textu, B.

7. PRIMAE Ioannis tertio capite : Omnis qui in eo manet, non peccat.

8. ET capite quinto : Scimus quia omnis qui natus eſt ex illo, non peccat : ſed gubernatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum.

9. AMBROSIVS in caput primum Lucæ, in illa verba : Erant, inquit, ambo iuſti ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela. Quid ad hoc referunt qui peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſine peccatis frequentibus hominem putant eſſe non poſſe, & vtuntur verſiculo, quia ſcriptum eſt in Iob: Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vitæ ſit in terra, numeroſi menſes ab ipſo? Quibus reſpondendum eſt, priùs vt quid ſit hominem ſine peccato eſſe, definiant, vtrùm nunquàm omninò peccâſſe, an deſiſſe peccare. Si enim hoc putant ſine peccato eſſe, deſiſſe peccare, & ipſe conſentio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Sin autem eum qui veterem errorem correxerit, & in eam ſe vitæ transformauerit qualitatem, vt temperet à

Iob 15. Rom.3.

Digitized by Google

peccato, negant abſtinere delictis: non poſſum in eorum conuenire ſententiam, cùm legamus: Quia ſic Dominus dilexit Eccleſiam vt exhibeat ſibi ipſe glorioſam, & non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Et poſt pauca: Et benè iuſtos ante Deum. Non enim omnis qui iuſtus eſt ante homines, iuſtus eſt ante Deum. Aliter vident homines, aliter Deus: homines in facie, Deus in corde. Et ideò fieri poteſt vt aliquis affectata bonitate populari, iuſtus videatur mihi, iuſtus autem ante Deum non ſit: ſi iuſtitia nõ ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur. Abſcondita enim in ea homo non poterit depræhendere. Perfecta igitur laus eſt, ante Deum iuſtum eſſe. Vndè & Apoſtolus, Cuius laus, inquit, non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Beatus ille de quo Dominus dignatus eſt dicere: Eccè verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Verus enim Iſraëlita, qui Deum videt: & videri ſe nouit à Deo, & ipſi exhibet cordis occulta. Solus enim perfectior, qui ab eo probatur qui non poteſt falli. Iudicia enim Domini vera, iudicia autem hominum ſæpè falluntur: vt & iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequenter adſcribant, & iuſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. Nouit autem Dominus immaculatorum vias, nec pro peccatore laudabilem, nec pro laudabili peccatorem, ſed vnumquenque pro competentium iudicat ratione meritorum. Idem eſt enim arbiter mentis & facti. Diuina nanque iudicia meritum iuſti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur.

Ephef. 5.

Rom. 2.

Ioan. 1.

10. ORIGENES homilia ſecunda in Lucam eadem habet ferè ad verbum, quæ Ambroſius.

11. PRIORIS ad Corinthios nono capite: Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt: ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.

12. AD Hebræos vndecimo capite: Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Et nõnullis interiectis: Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, neſciens quò iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquàm in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. Item poſt pauca: Fide, Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: magìs eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti. aſpiciebat enim in remunerationem.

13. ET capite decimotertio: Beneficentiæ autem & cõmunionis nolite obliuiſci. talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

14. AD Coloſſenſes primo capite: Audientes fidem veſtrã in Chriſto Ieſu, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes, propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in cælis, quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij.

15. CAPITE itẽ tertio: Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruite.

16. MATTHAEI quarto capite: Exindè cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum.

17. ET capite quinto: Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſùm vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.

18. ITEM capite decimo: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet. & qui recipit iuſtũ in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

19. LVCAE ſexto capite: Veruntamen diligite inimicos veſtros: benefacite & mutuum date, nihil indè ſperantes: & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Et infrà: Date, & dabitur vobis. menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.

20. CAPITE decimoquarto: Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

21. ITEM capite decimoſexto: Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

22. PRIORIS ad Timotheum quarto capite: Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

23. SECVNDI Paralipomenon decimoquinto capite: Vos ergò confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

24. ECCLESIASTICI duodecimo capite: Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino.

25. ET capite decimooctauo: Non impediaris orare ſemper, & nè vetèris vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum.

26. AD Epheſios ſexto capite: Cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino & non hominibus. ſcientes quoniam vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

27. POSTERIORIS ad Theſſalonicenſes primo capite: Ità vt & noſipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.

28. AD Galatas ſexto capite: Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.

29. AVGVSTINVS in præfatione enarrationis pſalmi trigeſimiprimi: Finis, inquit, præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Pro ſpe bonam conſcientiam poſuit &c. vt ſuprà quæſt. ſecunda teſtim. octauo. Et infrà: Iactet etiã impius opera ſua & dicat: Do pauperibus, nihil alicui aufero, non vxorẽ alienam concupiſco, non quenquam occido, nulli fraudem facio, depoſitum apud me nullo teſte repræſento. Hęc omnia dicat. Quęro vtrùm pius ſit an impius? Et quomodò ſum impius, inquit, iſta faciẽs? Quomodò illi de quibus dictum eſt; Et ſeruierunt creaturæ potiùs quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Eccè quomodò es impius. Quid ſi de his omnibus bonis operibus, aut illud ſperas quod ſperan-

1. Tim. 1.

Rom. 1. Impij bona opera cur nulla cenſeãtur.

Pro bonis operibus vita æterna ſperanda.
Fidei merces ampla.
Opera bona vt bona ſint, fides requiritur.

ſperandum eſt, ſed non ab illo à quo ſperandum eſt; aut hoc ſperas, quod ſperandum non eſt, etiam ab illo à quo æterna vita ſperanda eſt? Pro bonis operibus ſperâſti terrenam quandam felicitatem, impius es. Non eſt illa merces fidei. Cara res eſt fides, vili illam addixiſti. Impius ergò es, & nulla ſunt iſta opera tua. Moueas licèt in bonis operibus lacertos, & videaris nauim optimè gubernare, in ſaxa feſtinas. Quid ſi quod ſperandum eſt ſperas, id eſt, vitam æternam, ſed non à Domino Deo per Ieſum Chriſtum, per quem ſolum datur vita æterna: ſed putas te ad vitã ęternam poſſe peruenire per militiam cæli, per Solem & Lunam, per poteſtates aëris, & maris, & terræ, & ſyderum? Impius es. Sed crede in eum, qui iuſtificat impium, vt poſſint & bona opera tua eſſe opera bona.

1. Cor. 13.
2. Cor. 4.
Vita æterna labore emenda.

30. ET in pſalmum nonageſimumtertium, in eum verſum: Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem &c. Labor eſt hic tuus, & requies tibi promittitur. Attendis te hîc habere laborem, ſed attende qualem ille requiem pollicetur. Nunquìd cogitare poteris? Si illam poſſes cogitare, videres te nihil laborare ad compenſationem. Audi eum qui illud ex parte cernebat, qui dixit: Nunc ſcio ex parte. Quid ait Apoſtolus? Etenim quod eſt ad præſens temporale & leue tribulationis noſtræ, iuxta incredibilem modum, & in incredibilem modum, æternum gloriæ pondus operatur nobis. Quid eſt, æternum gloriæ pondus operatur nobis? Quibus operatur? Non reſpicientibus quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quę enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Noli eſſe piger in labore breuiter, & gaudebis inceſſabiliter. Aeternam vitam tibi daturus eſt Deus, cogita quanto labore emenda ſit. Intendite fratres, venale eſt. Venale eſt quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habet venale? Requiem venalem habeo, eme illam. De labore intendite, vt ſimus in nomine Chriſti fortes Chriſtiani.

Matth 6.
Bona opera propter vitã æternam facienda mandauit Deus.

31. ITEM in pſalmum cẽteſimum viceſimum: Quid eſt, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua? Id eſt, quando facis bonum opus, propter vitam æternam fac. Nam ſi opus bonũ in terra propterea feceris, vt terrena tibi abundent, ſcit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, miſcuiſti dexteram ſiniſtræ. Noli facere niſi propter vitam æternam. Si ideò facis, ſecurus facies: hoc enim mandauit Deus. Si propter ſolas res humanas, & ſolam vitam iſtam facis quod facis, ſiniſtra ſola operatur. Si autem propter vitam æternam opereris, dextera ſola operatur.

Lib. 2. epiſt. 6.
Corona poſt victoriam.
Confeſſione nominis Chriſti, ad gloriam peruenitur.

32. CYPRIANVS epiſtola nona ad martyres & confeſſores: Iſtum nunc beatiſſimum martyrem (Mappalicum) & alios participes eiuſdem congreſſionis, & comites in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtione victores, vt cæteri quoquè ſectemini, & opto pariter, & exhortor: vt quos vinculum confeſſionis & hoſpitium carceris ſimul iunxit, iungat etiam conſummatio virtutis, & corona cæleſtis: vt lachrymas matris Eccleſiæ, quæ plangit ruinas & funera plurimorum, vos veſtra lætitia tergeatis, & cæterorum quoquè ſtantium firmitatem veſtri exempli prouocatione ſolidetis. Si vos acies vocauerit, ſi certaminis veſtri dies venerit, militate fortiter, dimicate conſtanter, ſcientes vos ſub oculis præſentis Domini dimicare, confeſſione nominis eius ad ipſius gloriam peruenire: qui non ſic eſt, vt ſeruos ſuos tantùm ſpectet: ſed & ipſe luctatur in nobis, ipſe congreditur, ipſe in certamine agonis noſtri & coronat pariter, & coronatur. Quòd ſi ante diem certaminis veſtri de indulgentia Domini pax ſuperuenerit, vobis tamen manet voluntas integra, & conſcientia glorioſa.

Lib. 2. epiſt. 4.
Quo longior pugna, hoc corona ſublimior.
Victor hic, vitæ æternitate honorandus.

33. ET epiſtola decimaſexta, ad Moyſen & Maximum presbyteros: Sed & veſtra nõ minor gloria, qui adhuc in certamine cõſtituti, & comitum glorias ſecuturi, pugnam diù geritis, immotaq; & incõcuſſa fide ſtabiles, quotidiè ſpectaculum Deo veſtris virtutibus exhibetis. Quo longior veſtra pugna, hoc corona ſublimior. Agon vnus, ſed multiplici præliorum numeroſitate congeſtus. Famem vincitis, & ſitim ſpernitis, & ſqualorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris vigore calcatis. Pœna illic ſubigitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur, ſed optatur, quę ſcilicet immortalitatis præmio vincitur, vt vitæ æternitate, qui vicerit, honoretur. Qui nunc in vobis animus, quàm ſublime, quàm capax pectus, vbi talia & tanta voluuntur? Vbi non niſi Dei præcepta & Chriſti præmia cogitantur, voluntas eſt illic tantùm Dei: & in carne adhuc licèt vobis poſitis, vita iam viuitur non præſentis ſeculi, ſed futuri.

Lib. 4. epiſt. 6
Lucæ 6.
Corona fidei conſtanti cõfeſſioni redditur.
Matth 10.
Mortem pro Chriſti cõfeſſione toleratam præmiũ immortalitatis ſequitur.

34. ITEM epiſtola quinquageſimaſexta ad Thibaritanos: Beati, inquit, eritis, cùm odio vos habuerint homines, & ſeparauerint vos & expulerint, & maledixerint nomini veſtro quaſi nequam, propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces veſtra multa in cælis. Gaudere nos & exultare voluit in perſecutionibus Dominus, quia quando perſecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cæli. Et infrà: Sit ante oculos fratres dilectiſſimi, quòd qui omne iudicium à patre ſolus accepit, & qui venturus eſt & iudicaturus, iam iudicij ſui & cognitionis futuræ ſententiam protulerit, prænuncians & conteſtans: confeſſurum ſe coram patre ſuo confitentes, & negaturum negantes. Si mortem poſſemus euadere, meritò mortem timeremus. Porrò autem cùm mortalem mori neceſsè ſit, amplectamur occaſionem de diuina promiſſione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis cum præmio immortalitatis: nec vereamur occidi, quos conſtet quando occidimur coronari.

Lib. 4. epiſt. 1.
Pſal. 115.
Pſal. 50.
Sap. 3.
Rom. 8.

35. IDEM epiſtola octuageſimaprima ad Rogatianum & cæteros: Nemo mortem cogitet, ſed immortalitatem: nec temporariam pœnam, ſed gloriam ſempiternam, cùm ſcriptum ſit: Precioſa eſt in conſpectu Domini mors iuſtorum eius. Et iterum: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit. Et iterùm vbi loquitur ſcriptura diuina de tormentis quæ martyres Dei conſecrant, & in ipſa paſſionis probatione ſanctificant: Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes eorum immortalitate plena eſt. Et in paucis vexati, in multis benè diſponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos ſe. Tanquàm aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti, & tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit eorum Dominus in perpetuum. Quando ergò iudicaturos vos & regnaturos cum Chriſto Domino cogitatis, exultetis neceſsè eſt, & futurorum gaudio præſentia ſupplicia calcetis. Et infrà: Addit etiam (Paulus) comparationem præſentis temporis, & futuræ claritatis, dicens: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad ſuperuenturã claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Cuius claritatis gloriam cogitantes, preſſuras omnes & perſecutiones tolerare nos conuenit, quia etſi ſunt multæ preſſuræ iuſtorum, ex omnibus tamen liberantur, qui in Deum fidũt. Et in fine: Quam fidem nos quoquè retinentes, & die ac nocte meditantes toto corde ad Deum prompti, contemptu præſentiũ futura tantummodò cogitemus, fructum regni æterni, complexum & oſculum Domini, conſpectum Dei.

36. PSALMO centeſimo decimooctauo: Inclinaui

Digitized by Google

naui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.

37. AD Hebræos vndecimo capite: vt paulò antè C.teſtimonio duodecimo.

XVI.

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.

Caput 12. ſeſs.6.

NEMO quoquè quàm diù in hac mortalitate viuitur, de arcano [a] diuinæ prædeſtinationis myſterio vſqueadeò præſumere debet, vt certò ſtatuat, ſe omninò eſſe in numero prædeſtinatorum: quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus aut ampliùs [b] peccare non poſſit: aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam [c] promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

a Auguſt.lib.6.cap.7.& 8. Hypog. de correp.& gratia cap.13. Proſper ad 12. obiect Vincentianã. Gregor. homil.38.in Euang. Bernard.ſerm.2 in octa.Paſchæ.
b Matth.24.b Ezech 18 f Auguſt.hæreſ.82. Hieron. lib.2.aduerſ. Iouinian.cap.1.& 2. Auguſt.de correp. & grat. cap.6.& 7. de dono perſeuer.cap 6. lib 6.de Geneſ.ad lite.cap.28. Proſper ad 14.obiect.Vincent. Bernard epiſt.42. Cyrill.lib.10.in Ioan.cap.16. Theophyl.in cap.26.Matth. Concil.Vien.in Clement.ad noſtrum.de hæret.
c Fulgent.de fide ad Petrum, cap.3. Bernar.ſerm 38. ex paruis. Auguſt.tract 33.in Ioan. Hæc & plura vide quæſt.3.de peccatis in Spiritum ſanctum.

TESTIMONIA.

Perfecti nonnunquàm in vitæ extremo prolapſi pereunt.

Improbi nōnunquàm, in vitæ extremo reſipiſcentes ſalute donantur.

1. AVGVSTINVS libro ſexto Hypognoſticon capite ſeptimo: Nouimus aliquos etiam perfectos ex labore multorum annorum, prolapſos in vltimo vitæ ſuæ periiſſe. Aliquos verò ab ineunte ætate ſua in omni ſcelere & damnabilitate vſque ad decrepitam ætatem perduràſſe, & repentè cælitùs inſpirata ſalute, raptos eſſe ad requiem regni cælorum. Nouimus etiam paruulos, quibus vſus liberi arbitrij non eſt, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam ſacri baptiſmatis deportatos: & cùm in vno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpleretur, aliquotiès alterum in parentum manibus factum exanimem, fraudatum gratia ſaluatoris. Quis ſapiens & intelligens hæc? Aut quis idoneus erit horum reddere rationem? Dicamus cum Dauid, Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. &, Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, nimìs profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Dicamus etiam cum Apoſtolo Paulo: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. ET capite octauo: Nemo glorietur, nemo deſperet. Solus enim Dominus ſcit qui ſunt eius. Inquantùm autem poſſumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur, nulli deſperationem demus, pro inuicèm oremus, in conſpectu Dei nos humiliemus, dicentes, Fiat voluntas tua. Ipſius erit poteſtatis, iudicium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædeſtinationis indebitam prærogare.

Pſal 144.

Pſal.91.

Rom.11.

Neque præſumendum, neque deſperandum.

Matth.6.

Nemo de ſua prædeſtinatione hic certus eſt.

2. ET de correptione & gratia, capite decimotertio: Quis ex multitudine fidelium quandiù in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat; quia id occultari opùs eſt in hoc loco, vbi ſic cauenda eſt elatio, vt etiam per ſathanæ angelum nè extolleretur, tantus colaphizaretur Apoſtolus. Hinc & Apoſtolis dicebatur, Si manſeritis in me; dicente illo qui illos vtiquè ſciebat eſſe manſuros. Et per prophetam, Si volueritis & audieritis me; cùm ſciret ipſe in quibus operaretur & velle. Et ſimilia multa dicuntur. Nam propter huius vtilitatem ſecreti, nè fortè quis extollatur, ſed omnes etiam qui benè currunt timeant, dum occultum eſt qui perueniant: propter huius ergò vtilitatem ſecreti credendum eſt quoſdam de filijs perditionis, non accepto dono perſeuerandi vſque in finem; in fide, quæ per dilectionem operatur incipere viuere, & aliquandiù fideliter ac iuſtè viuere, & poſteà cadere, neque de hac vita priuſquàm hoc eis contingat, auferri.

2.Cor.12.

Ioan.15.
Eſa.1.

Omnes etiā iuſti timeant.

3. PROSPER ad duodecimam obiectionem Vincentianam: Prædeſtinatio Dei, etſi apud nos, dum in præſentis vitæ periculis verſamur, incerta eſt, apud illum tamē, qui fecit quę futura ſunt, incommutabilis permanet.

Prędeſtinatio Dei apud nos incerta, apud ipſum incōmutabilis.

4. GREGORIVS homilia trigeſimaoctaua in Euangelia: Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Tremendum eſt valdè fratres chariſſimi quod audiuimus. Eccè nos omnes iam vocati per fidem ad cæleſtis regis nuptias venimus, incarnationis eius myſterium & credimus & confitemur, diuini verbi epulas ſumimus, ſed futuro die iudicij rex intraturus eſt. Qui vocati ſumus, nouimus: ſi ſumus electi, neſcimus. Tanto ergò neceſsè eſt vt vnuſquiſque noſtrûm in humilitate ſe deprimat, quanto ſi ſit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis quæ inceperunt, minimè perſiſtunt. Alter penè totam vitam ducere in prauitate conſpicitur, ſed iuxta finem vitæ à prauitate ſua per diſtrictæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam videtur vitam ducere, & tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem vitæ declinare. Alius bonum benè inchoat, meliùs cōſummat. Alius in malis actibus à primæua ætate ſe exercet, & in eiſdem operibus ſemper ſeipſo deterior conſummatur. Tanto ergò ſibi vnuſquiſq; ſolicitè metuat, quanto ignorat quod reſtat: quia quod ſæpè dicendum eſt, & ſine obliuione retinendum, multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et in fine: Nemo ergò ſcit quid de ſe in occultis Dei iudicijs agatur, quia multi ſunt vocati, pauci verò electi. Quia ergò nulli de ſe certum eſt electum ſe eſſe, reſtat vt omnes trepident, omnes de ſua actione formident, omnes in ſola diuina miſericordia gaudeant, nullus de ſuis viribus præſumat.

Matth.22.

Vocatos nos nouimus, electos eſſe ignoramus.

5. BERNARDVS ſermone ſecundo in octauis Paſchæ: Eſt & aliud (teſtimonium) quod datur in terra, ad diſcernendos vtiquè qui in ea ſunt exules ab indigenis, hoc eſt, cæli ciues à ciuibus Babylonis. Quando enim ſine teſtimonio electos ſuos deſerat Deus? Aut certè quænam eis eſſe poterat conſolatio inter ſpem & metum ſolicitudine anxia fluctuantibus, ſi nullum omninò electionis ſuæ habere teſtimonium mererentur? Nouit Dominus qui ſunt eius, & ſolus ipſe ſcit quos elegerit à principio. Quis verò ſcit hominum, ſi eſt dignus amore vel odio? Quod ſi, vt certum eſt, certitudo nobis omninò negatur, nunquid non tanto delectabiliora erunt, ſi qua fortè electionis huius ſigna poſſimus inuenire?

Certitudo electionis noſtræ nobis negata.

6. MATTHAEI viceſimoquarto capite: Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum.

7. EZECHIELIS decimooctauo capite: Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundùm omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem,

tem, morietur in eis: in iniuſtitia quam operatus eſt morietur.

8. AVGVSTINVS de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæreſi octogeſimaſecunda: A Iouiniano quodam monacho iſta hæreſis (Iouinianiſtarum) orta eſt ætate noſtra, cùm adhuc iuuenes eſſemus. Hic omnia peccata, ſicut Stoici philoſophi, paria eſſe dicebat, nec poſſe peccare hominem lauacro regenerationis accepto.

Iouiniani hæreſis, baptizatos nō poſſe peccare.

9. HIERONYMVS libro ſecundo aduersùs Iouinianum, capite primo: Secunda propoſitio (Iouiniani ſcilicet) eſt, Eos qui fuerint baptizati, à diabolo non poſſe tentari. Et nè hoc ſtultè dicere videretur, adiecit: Quicunque autem tentati fuerint, oſtendit eos aqua tantùm & non ſpiritu baptizatos, quod in Simone Mago legimus. Vndè & Ioannes dicit: Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt. Et in hoc ſunt manifeſti filij Dei, & filij diaboli. Et in fine epiſtolæ: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Reuerà fortis obiectio, & quæ indiſſolubilis permaneret, niſi ipſius Ioannis teſtimonio ſolueretur. Statim enim intulit: Filioli cuſtodite vos à ſimulachris. Si omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non poteſt, quomodò præcipit, vt caueant nè tententur? Et in eadem rurſus epiſtola: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quia non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis. Exiſtimo quòd Ioannes baptizatus ad baptizatos ſcripſerit, & quòd omne peccatum à diabolo fit. Ille peccatorem ſe confitetur, & ſperat remiſſionem poſt baptiſma peccatorum: & Iouinianus meus dicit: Nè tangas me, quoniam mundus ſum. Quid ergò? contraria ſibi Apoſtolus loquitur? Minimè. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, ſtatim ediſſerit: Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus, quòd cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus. Et poſt pauca: Ex quibus liquidò comprobatur, poſt baptiſma poſſe peccari. Fruſtrà enim habemus aduocatū Ieſum Chriſtum, ſi peccari non poteſt.

1.Ioan.3. 1.Ioan.5. Ibidem. 1.Ioan.1. 1.Ioan.2.

Baptizatos peccare poſſe.

10. ET capite ſecundo: Petrus Apoſtolus ad quem dictum fuerat, Qui lotus eſt, non neceſsè habet vt iterùm lauet: Et, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meā: ab ancilla perterritus negat. Et ipſe Dominus, Simon Simon, eccè, inquit, ſathanas poſtulauit vos, vt cribraret ſicut triticum: Ego autem rogaui pro te, nè deficeret fides tua. Et in eodem loco: Vigilate & orate, nè intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Quod ſi ante crucem dictum reſponderis, certè poſt crucem in oratione Dominica dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & nè nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Si non peccamus poſt baptiſma, cur nobis poſcimus peccata dimitti, quæ in baptiſmate iam dimiſſa ſunt? quid oramus nè intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, ſi diabolus tentare non poteſt iam baptizatos? Aliud autem eſt, ſi ad catechumenos hæc oratio pertinet, & non conuenit fidelibus & Chriſtianis. Paulus electionis vas caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, nè alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Et datus eſt mihi, inquit, ſtimulus carnis, angelus ſathanæ, qui me colaphizet. Et ad Corinthios: Timeo, inquit, nè ſicut ſerpens decepit Euam in aſtutia ſua, ità corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Et alibi: Cui autem aliquid donâſtis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti, vt non circunueniamur à ſathana. Non enim eius ignoramus aſtutias. Item nonnullis interiectis: Et exiſtimat aliquis ſecuros & dormientes nos eſſe debere poſt baptiſmum? Necnon ad Hebræos: Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtaueruntque nihilominùs bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi futuri, & prolapſi ſunt, renouari iterùm ad pœnitentiam, rurſùm crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Certè eos qui illuminati ſunt, & guſtauerunt Dei donum cæleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtaueruntque bonum Dei verbum, negare non poſſumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non poſſunt, quomodò nunc Apoſtolus dicit, & prolapſi ſunt? His & alijs plurimis ſacrarum literarum teſtimonijs hunc errorem ibidèm Hieronymus confutat, quæ nimìs longum foret hîc adſcribere.

Ioan.13. Matth.16. Lucæ 22. 1.Cor.9. 2.Cor.12. 2.Cor.11. 2.Cor.2. Heb.6.

11. AVGVSTINVS de correptione & gratia, capite ſexto: Si regeneratus & iuſtificatus in malam vitam ſua voluntate relabitur, certè iſte non poteſt dicere, non accepi, quia acceptam gratiam Dei ſuo in malum libero amiſit arbitrio. Et infrà: Nullo dubitante, quiſquis à Domino vt in bono perſeueret precatur; donum eius eſſe talem perſeuerantiam confitetur.

Iuſtificatum in vitam malam relabi poſſe.

Perſeuerātia Dei donum.

12. ET capite ſeptimo: Quæ cùm ità ſint, corripimus tamen eos, iuſtéque corripimus, qui cùm benè viuerent, non in eo perſeuerarunt. Ex bona quippe in malam vitā ſua voluntate mutati ſunt, & ideò corripiuntur; & ſi nihil eis correptio profuerit, ſed in vita perdita vſque ad mortem perſeuerauerint, etiam diuina in æternum damnatione ſunt digni.

Ex bona vitā in malam voluntate mutantur nonnulli.

13. ITEM libro de dono perſeuerantiæ, capite ſexto: Non dicant homines perſeuerantiam cuiquam datam vſque in finem, niſi cùm ipſe venerit finis, & perſeuerâſſe cui data eſt, repertus fuerit vſque in finem. Dicimus quippe caſtum quem nouimus caſtum, ſiue ſit, ſiue non ſit in eadem caſtitate manſurus; & ſi quid aliud diuini muneris habeat, quod teneri & amitti poteſt, dicimus eum habere quandiucunquè habet; & ſi amiſerit, dicimus habuiſſe.

Bonus à bonitate ſua excidere poteſt.

14. LIBRO deniquè ſexto de Geneſi ad literam, capite vigeſimooctauo: Apoſtoli & omnes iuſti animale vtiquè corpus habebant, ſed tamen ſpiritaliter intùs viuebant, renouati ſcilicet in agnitione Dei ſecundùm imaginem eius qui creauit eos: non ideò tamen peccare non poterant, ſi conſentirent iniquitati. Nam & ſpiritales poſſe cadere in tentatione peccati, oſtendit Apoſtolus, vbi ait, Fratres ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, intendens teipſum nè & tu tenteris. Hoc dixi nè cuiquam impoſſibile videatur quòd peccauit Adam, ſi ſpiritalis erat mente, quamuis animalis eſſet corpore.

Spiritales etiam cadere poſſunt. Galat.6.

15. PROSPER ad decimamquartam obiectionem Vincentianam: Si in ſanctitate viuitur, ſi in virtute proficitur, ſi in bonis ſtudijs permanetur, manifeſtum munus eſt Dei, ſine quo nullius boni operis fructus acquiritur. Si autem ab his receditur, & ad vitia atque peccata tranſitur, nihil ibi Deus malæ tentationis immittit, & receſſurum non deſerit antequàm deſerat: & facit plerunquè, nè deſerat, aut etiam ſi diſceſſit, vt redeat. Cur autem illum retineat, illum non retineat; nec poſſibile eſt comprehendere, nec licitum veſtigare, cùm ſcire ſufficiat, & ab illo eſſe quòd ſtatur, & non ab illo eſſe quòd ruitur.

A virtute ad vitia ſi tranſimus, à nobis hoc & non à Deo eſt.

Digitized by Google

16. BERNARDVS epiſtola quadrageſimaſecunda ad Henricũ Senonenſem Archiepiſcopum: Interroga eos qui dicunt charitatem à quo ſemel accipitur, nequaquàm vltrà recedere. Ait veritas de quibuſdam: Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Vndè & quò recedunt? Vtiquè à fide in infidelitatem. Item quæro: Poterant'ne in illa fide ſaluari, an non poterant? Si non poterant, quæ iniuria ſaluatori, quæ've tentatori lætitia, quòd hinc recedant vbi ſalus non fit? Siquidem nec ſaluator zelatur niſi ſalutem, nec malignus inuidet niſi ſaluti. Si autem poterant, quomodò aut ſine charitate ſunt, quandiù in illa fide ſunt, cùm ſine charitate ſalus eſſe non poſſit: aut deſerentes fidem, non etiam deſerunt charitatem, cùm charitas & infidelitas ſimul eſſe nõ poſſint? Recedunt ergò quidem à fide, quia veritas aſſerit. Conſequenter & à ſalute, quia ſaluator redarguit. Indè nos colligimus, quòd & à charitate, ſine qua ſalus eſſe non potuit. Et hi, inquit, radicem non habent. Nec negat eos habere bonum, ſed in bono potiùs radicatos non eſſe cauſatur. Deniquè ſequitur, & ait: Quia ad tempus credunt. Bonum eſt, ſed vtinàm duraturum. Non enim qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Non autem durant, quoniam in tempore tentationis recedunt. Beati ſi interim rapti fuiſſent, antequàm malitia mutaret corda eorum. Et infrà: Vaſa figuli, ait, probat fornax, & homines iuſtos tentatio, illos videlicet qui ex fide viuunt. Iuſtus nempe ex fide viuit, ſed ex fide qua viuat. Neque enim quæ mortua eſt, vitam dare poteſt. Solam vtiquè iuſtorum fidem, id eſt, viuorum viuam, fornax tentationũ ſuſcipit examinandam. Sed nõ omnium iuſtitia manet in ſeculum ſeculi: quoniam ſunt qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et paucis interiectis: Liquet ex his ſatis vt (arbitror) non omnes qui habuerint charitatem, habere & perſeuerantiam in charitate. Alioquìn fruſtrà commoneret diſcipulos Dominus, Manete, inquiens, in dilectione mea. Aut enim ſi necdùm diligebant, non debuerat dicere, Manete, ſed eſtote in dilectione mea. Aut ſi iam diligebant, neceſſè non erat moneri de perſeuerantia, qua ſecundùm iſtos priuari non poterant.

Luc. 8.

Recedũt quidam à fide, à ſalute, & quod hinc colligitur à charitate.

Luc. 8.

Matth. 10.

Eccli 27.

Rom 1.

Abac. 2.

Non omnes charitatẽ habentes, etiam perſeuerantiam habent.

Ioan. 15.

17. CYRILLVS Alexandrinus libro decimo in Ioannem, capite decimoſexto: Quoniam dictum eſt, mundos illos fuiſſe propter ſermonem Chriſti: nè quis putet nequaquàm ſe poſſe, ſi ſemel purgatus fuerit, ad peiora delabi, in eo permanere imperauit. Quod nihil aliud eſt, vt mihi videtur, quàm illud Pauli, Qui putat ſe ſtare, videat nè cadat. Mille nanque pericula, niſi vigilanter ſtudeamus, etiam ſtantibus imminent. Quare oportet omni cura, opera, ſtudio, ad maiora ſemper niti.

Purgatus ſemel ad peiora delabi poteſt.

1. Cor. 10.

18. THEOPHYLACTVS in caput vigeſimumſextum Matthæi: Vnus autem ex duodecim, dicit Euangeliſta, admirans quòd ex primis & electis eſſet, diaboloq; ſe tradidiſſet. Vndè homo & tu time licèt ex familiariſſimis ſis, nè vnquàm deſidiæ vaces & excidas.

19. CONCILIVM Viennenſe ſub Clemente quinto, in Clementinis libro quinto, titulo de hæreticis, capite tertio: Ad noſtrum, vt ſuprà capite decimoquarto teſtimonio decimoquinto.

20. FVLGENTIVS de fide ad Petrum Diaconum capite tertio, vt ſuprà quæſtione tertia de peccatis in ſpiritum ſanctũ, A. teſtimonio quarto.

21. BERNARDVS ſermone trigeſimo octauo ex paruis ſermonibus, vt ibidèm teſtimonio quinto.

22. AVGVSTINVS tractatu trigeſimotertio in Ioannem, vt in eadem quæſtione B. teſtimonio vigeſimoſecundo. Vide etiam plura eadem de re teſtimonia in prædicta illa quæſtione tertia.

XVII.

De perſeuerantiæ munere.

Caput 13. ſeſſ. 6.

SIMILITER de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptũ eſt: [a] *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit:* quod quidem aliunde haberi[b] non poteſt, niſi ab eo qui potens eſt, eum qui [c] ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet: & eum qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi [d] aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut [e] cœpit opus bonum, ità perficiet, [f] operans velle & perficere. Veruntamen qui ſe [g] exiſtimant ſtare, videant nè cadant: & [h] cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in [i] laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs & caſtitate. Formidare enim debent, ſcientes quòd in [k] ſpem gloriæ, & nondùm in gloriam renati ſunt, de pugna [l] quę ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victoria eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent, dicenti: [m] *Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus. Si enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

a Matth. 10. c 24. b

b Auguſt. de dono perſeuer. c. 1. & 13. de corrept. & gratia c. 6.

c Rom. 14. a

d Auguſt homil 35. ex 50. lib. 11. de ciuit Dei, cap. 12. & lib. 20. c. 7. epiſt. 121. c. 2. Chryſoſt. hom. 11 in epiſt ad Philip. Ambroſ. in pſal. 37. Bernar. ſerm. de duplici baptiſmo.

e Philip. 1. a

f Philip. 2. b

g 1. Cor. 10. Rom. 10. c Auguſt. epiſt. 107. de dono perſeuer. cap. 8. Chryſoſt. lib. 2. de compunct cord

h Philip. 2. b Aug. de natu. & grat. c. 27. de dono perſeuer. c. 13.

i 2. Cor. 6. a b

k Rom 5.

l Bernard. ſerm. 3. in vigil. Natiuit. Domini. ſerm. 5. in Pſal. Qui habitat. meditati. c. 14. 15.

m Rom. 8. c

TESTIMONIA.

1. MATTHAEI decimo capite, 2. ET capite viceſimoquarto, vt in textu.

Perſeuerantia Dei donũ, incertũ quis acceperit dũ viuit.

3. AVGVSTINVS de dono perſeuerantiæ, capite primo: Aſſerimus donum Dei eſſe perſeuerantiam qua vſque in finem perſeueratur in Chriſto: finem autem dico quo vita iſta finitur, in qua tantummodò periculũ eſt nè cadatur. Itaque vtrùm quiſque hoc munus acceperit, quandiù hanc vitam ducit, incertũ eſt. Si enim priuſquàm moriatur cadat, non perſeueraſſe vtiquè dicitur, & veriſſimè dicitur.

4. ET capite decimotertio: Ipſos quoquè regeneratos,

neratos, alios perſeuerantes vſque in finem hinc ire; alios quouſquè decidant hîc teneri, qui vtiquè non decidiſſent, ſi antequàm laberentur, hinc exiſſent: & rurſùs quoſdam lapſos quouſquè redeant non exire de hac vita, qui vtiquè perirent, ſi antequàm redirent, exirent. Vndè ſatis dilucidè oſtenditur, & inchoandi, & vſque in finem perſeuerandi gratiam Dei non ſecūdùm merita noſtra dari; ſed donari ſecundùm ipſius ſecretiſſimam eandemq́ iuſtiſſimam, beneficentiſſimam, ſapientiſſimam voluntatem.

A Deo & inchoandi & perſeuerandi gratia datur.

5. IDEM de correptione & gratia, capite ſexto: Si dixerimus iſtam perſeuerantiam tam laudabilem tamq́ felicem ſic eſſe hominis, vt ei non ſit ex Deo: illud primitùs euacuamus, quod ait Dominus Petro, Rogaui pro te, nè deficiat fides tua. Quid enim ei rogauit, niſi perſeuerantiam vſque in finem? Quæ profectò ſi ab homine homini eſſet, à Deo poſcenda non eſſet. Deindè cùm dicit Apoſtolus, Oramus autem ad Deum nè quid faciatis mali; proculdubiò perſeuerantiam eis orat ad Deum. Neque enim nihil mali facit qui bonum deſerit, & à quo declinare non debet, inclinatur in malum, non perſeuerans in bono. Illo etiam loco vbi dicit, Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in omni prece mea pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, ſuper communione veſtra in Euangelio à prima die vſque nunc, confidens hoc ipſum, quoniam qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Quid aliud eis quàm perſeuerantiam in bono vſque in finem, de Dei miſeratione promittit? Itemq́ vbi dicit, Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper certans pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei: quid eſt, vt ſtetis, niſi vt perſeueretis? Vndè dictum eſt de diabolo, In veritate nō ſtetit; quia fuit ibi, ſed non permanſit. Nam vtiq́ iſti in fide iam ſtabant. Nec aliud oramus, cùm oramus, vt qui ſtat, ſtet, niſi vt perſeueret. Item Iudas Apoſtolus cùm dicit, Ei autem qui potens eſt conſeruare vos ſine offenſione, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in lætitia: nónne apertiſſimè oſtendit donum Dei eſſe, in bono perſeuerare vſque in finem? Quid enim aliud donat qui conſeruat ſine offenſione, vt conſtituat ante cōſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in lætitia, niſi perſeuerantiam bonam? Quid eſt etiam quod in Apoſtolorum Actibus legimus, Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & exceperunt verbum Domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam. Quis in æternam vitam potuit ordinari, niſi perſeuerantiæ dono? Quandoquidem qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Qua ſalute, niſi æterna? Cùm verò in oratione Dominica Deo patri dicimus, Sanctificetur nomen tuum: quid aliud dicimus, quàm vt nomen eius ſanctificetur in nobis? Quod cùm iam per lauacrum regenerationis effectum ſit, quare quotidiè à fidelibus poſcitur, niſi vt in eo quod factum eſt in nobis, perſeueretur à nobis? Nam & B. Cyprianus hoc ſic intelligit: exponens quippe eandem orationem, Dicimus, inquit, ſanctificetur nomen tuum: non quòd optemus Deo, vt ſanctificetur orationibus noſtris; ſed quòd petamus à Deo vt nomen eius ſanctificetur in nobis. Cæterùm à quo Deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit, Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum; id petimus & rogamus, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod eſſe cœpimus perſeueremus. Eccè glorioſiſſimus martyr hoc ſentit, quod in his verbis quotidiè fideles Chriſti petunt, vt perſeuerēt in eo quod eſſe cœperunt. Nullo autem dubitante, quiſquis à Domino, vt in bono perſeueret, precatur; donum eius eſſe talem perſeuerantiam confitetur.

Perſeuerātia ex Dei eſt munere. Lucæ 22. 2.Cor.13. Philip.1. Coloſſ.4. Ioan.8. Actor.13. Matth.10.24. Matth.6. Lucæ 11. Leuit.19.

6. AD Romanos decimoquarto capite: Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum.

7. AVGVSTINVS homilia trigeſimaquinta, ex quinquaginta: Quandiù viuimus hîc, de nobiſipſis nos ipſi iudicare non poſſumus; nō dico quid cras erimus, ſed quid hodiè ſimus: quanto minùs debemus moueri iudicijs alienis, quàm de conſcientia noſtra quæ nobis perhibet teſtimonium?

Nemo de ſe certi quid poteſt ſtatuere.

8. ET libro vndecimo de ciuitate Dei, capite duodecimo: Quis primos illos homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatū: quāuis de ſua beatitudine quàm diuturna vel vtrùm æterna eſſet incertos? eſſet autē æterna niſi peccāſſent: cùm hodiè nō imprudenter beatos vocemus, quos videmus iuſtè ac piè cū ſpe futuræ immortalitatis hanc vitā ducere ſine crimine vaſtante conſcientiā, facilè impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinā miſericordiam. Qui licèt de ſuæ perſeuerantiæ præmio certi ſint, de ipſa tamen perſeuerantia ſua reperiūtur incerti. Quis enim hominum ſe in actione profectuq́ iuſtitiæ perſeueraturum vſque in finem ſciat, niſi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto latentiq́ iudicio, non omnes inſtruit, ſed neminem fallit.

Primi parentes ante peccatum certi non erant de ſua perſeuerantia. Perſeuerātiæ præmium certum, ipſa incerta. Nullus ſine reuelatione Dei certus de ſua perſeuerantia.

9. ITEM libro vigeſimo, capite ſeptimo: Significāſſe mihi videtur, (loquitur de illis verbis Apocalypſis 20. Et clauſit & ſignauit ſuper illū, vt non ſeducat ampliùs gentes) quòd occultum eſſe voluit, qui pertineant ad partem diaboli, & qui non pertineant. Hoc quippe in ſeculo iſto prorſùs latet: quia & qui videtur ſtare, vtrùm ſit caſurus: & qui videtur iacere, vtrùm ſit reſurrecturus incertum eſt. Et poſt pauca: Nouit Dominus qui ſunt eius: ex his in æternam damnationem neminem ille ſeducit. Sic enim nouit eos Dominus, vt Deus, quem nihil latet etiam futurorum: non vt homo, qui hominem ad præſens videt, ſi tamen videt, cuius cor non videt: qualis autem poſteà ſit futurus, nec ſeipſum videt.

Incertū quis caſurus aut reſurrecturus. 2.Tim.2. Quales futuri ſimus, minimè cognoſcimus.

10. IDEM epiſtola cēteſima vigeſimaprima ad Probam, capite ſecundo: Quotuſquiſque talis inuenitur de cuius animo & moribus ſit in hac vita certa ſecuritas? Nam ſicut ſibi quiſque, nemo alter alteri notus eſt, & tamen nec ſibi quiſque itá notus eſt, vt ſit de ſua craſtina cōuerſatione ſecurus. Proindè quanuis ex fructibus ſuis multi cognoſcantur, & alij quidem benè viuendo proximos lætificent, alij malè viuendo contriſtent, tamen propter humanorum animorum ignota & incerta, rectiſſimè Apoſtolus admonet, vt non ante tempus quicquā iudicemus, donèc veniat Dominus, & illuminet abſcōdita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. In ijs igitur vitæ huius tenebris, in quibus peregrinamur à Domino, quandiù per fidem ambulamus, non per ſpeciem, deſolatam debet ſe Chriſtiana anima putare, nè deſiſtat orare: & ſcripturarum diuinarum ſanctarumq́ ſermoni diſcat tanquàm lucernæ in obſcuro loco poſitæ, fidei oculum intendere, donèc dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus noſtris.

Securus nemo in hac vita, qualis demum futurus ſit. 1.Cor.4. 2.Cor.5. 2.Pet.1.

11. CHRYSOSTOMVS homilia vndecima in epiſtolam ad Philippenſes: Si quo pacto pertingam, inquit, ad reſurrectionem mortuorum. Quid dicit? Atqui omnes illam aſſequentur. Nam non quidem omnes, inquit, obdormiemus, immutabimur verò omnes: & non ſolùm reſurrectionem omnes, ſed incorruptionem conſequentur: illi quidem ad honorem, illi verò ad ingreſſum & viaticum ſupplicij. Si ergò reſurrectionem aſſequentur omnes, & nō ſolùm reſurrectionem, ſed & incorruptionem: quomodò tanquàm præcipuum quicquam adepturus dixit, ſi quo pacto pertingā? Propterea, inquit, iſta patior, vt aliquo pacto ad reſurrectionem ex mortuis pertingam. Niſi enim mortuus fueris, nō reſurges. Quid

Philip.3. 1.Cor.15.

Digitized by Google

eſt igitur? Videtur enim magnum quid hîc innuere. Erat enim adeò magnum, vt liquidò definire non auſus ſit, ſed dixerit, ſi quo pacto. Credidi in illum & reſurrectionem eius, immò & patior propter ipſum, ſed nondùm poſſumus de reſurrectione confidentes eſſe & ſecuri. Quam hîc ergò reſurrectionem dicit? Eam ſcilicet quæ ad ipſum Chriſtum ducit. Dixi me in ipſum credidiſſe, & potentiam reſurrectionis eius, conſortemq́ paſſionum ipſius factum, & conformatum morti eius: veruntamen poſt iſta omnia nondùm ſecurus ſum. Quod & alibi dicit: Qui ſtare videtur, videat nè cadat. Et iterùm: Metuo nè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Non quòd iam apprehenderim, aut iam perfectus ſim. Perſequor autem, ſi quoquè apprehendam, quatenùs & apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Non quòd iam apprehenderim. Quid eſt, iam apprehenderim? Brabium dicit. Si ergò qui tanta paſſus eſt, ſi qui perſecutionem tulit, ſi qui mortificationẽ habebat, nondùm de reſurrectione illa ſecurus fuit, quid ſanè nos dicemus? Quid eſt, ſi apprehendam? Reſuſcitationem ex mortuis, reſurrectionem eius, inquit, ſi apprehendam: hoc eſt, ſi tanta pati potero, ſi potero ipſum imitari, ſi potero conformis ipſi fieri: Vtpotè multa paſſus eſt Chriſtus, alapis percuſſus eſt, flagellatus eſt, poſtremò paſſus eſt. Quę quidem paſſus eſt, iſtud eſt ſtadium. Per omnia iſta ad reſurrectionem eius pertingere oportet quæuis certamina ferentes.

Securi eſſe nõ poſſumus de noſtra ſalute. *1. Cor. 10.* *1. Cor. 9.* *Philip. 3.*

12. AMBROSIVS in pſalmum trigeſimumſeptimum: Etſi innocẽs quiſquis ſit, ſecurus eſſe non poteſt, cui ſint aduerſus grauiſſimos hoſtes quotidiana certamina. Et ideò hæc licèt læta ſit conſcientia, tamen pugna lachrymabilis.

Ob incertum belli cum grauis. hoſtibus exitum etiã innocens ſecurus eſſe nõ poteſt.

13. BERNARDVS in ſermone de duplici baptiſmo, & de relinquenda propria voluntate: Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Nec verò inanis eſt aut infirma poteſtas, quia nimirùm certi ſumus cõtinuò & nos quoniam neque mors, neque vita, neque virtutes, neque angeli, neque altitudo, neque profundum poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Sed attende quãta enumerauit Apoſtolus, (eius enim verba ſunt) minimè tamen adijciens, nec noſipſi. Nimirùm hæc eſt libertas qua Chriſtus nos liberauit, vt nulla penitùs creatura auellere nos, aut vim facere poſſit. Soli id deſerere poſſumus propria voluntate, abſtracti & illecti à propria concupiſcentia. Præter hanc enim nihil eſt quod timeamus. Deniquè donèc voluntatis vſum, & facultatem deliberandi renatus quiſque recipiat, à charitate Dei ſeparari omninò non poteſt Securus interìm degit ſub protectione & aduocatione Domini Dei ſui, non eſt quod vereatur ex omnibus. At vbi ſanè diſcretionis annos ingrediens redditur ſibi, cæterorum vtiquè violentiam nec tunc quidem formidare neceſsè eſt: ſed ab ea quę dormit in ſinu caueat, propria ſcilicet voluntate. Erit fortè peccatum in foribus, ſed appetitus eius ſub eo eſt, tantùm ipſe aperire renuat, conſentire recuſet.

Ioan. 1. *Rom. 8.* *Nulla nos vis à charitate auellit, ſola hanc voluntas deſerit.*

14. AD Philippenſes primo capite: Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri. confidens hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.

15. ET capite ſecundo: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

16. PRIORIS ad Corinthios decimo capite: Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat.

17. AD Romanos vndecimo capite: Dicis ergò: Fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Benè: propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: nè fortè nec tibi parcat. Vide ergò bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquìn & tu excidèris.

18. AVGVSTINVS epiſtola centeſima ſeptima ad Vitalem: Iam verò vt perſeuerent in eo quod eſſe cœperunt, etiam pro ſeipſis orant fideles: vtile eſt quippe omnibus vel penè omnibus propter humilitatem ſaluberrimam, vt quales futuri ſint, ſcire non poſſint. Ad hoc dicitur: Qui videtur ſtare, videat nè cadat: propter huius timoris vtilitatem, nè regenerati & piè viuere incipientes, tanquàm ſecuri alta ſapiamus, quidã non perſeueraturi perſeueraturis Dei permiſſione vel prouiſione ac diſpoſitione miſcentur, quibus cadentibus territi cum timore & tremore gradiamur viam iuſtam, donèc ex hac vita, quæ tentatio eſt ſuper terram, trãſeamus ad aliam, vbi iam non ſit elatio comprimenda, nec contra eius ſuggeſtiones tentationéſque luctandum.

Vtile nos ignorare quales ſimus futuri. *1. Cor. 10.* *Cum timore & tremore viam iuſtam perficere non perſeuerantium caſus admonet.* *Iob 7.*

19. ET de dono perſeuerantiæ, capite octauo: Hominibus videtur, omnes qui boni apparent fideles, perſeuerantiam vſque in finem accipere debuiſſe. Deus autem melius eſſe iudicauit, miſcere quoſdam non perſeueraturos certo numero ſanctorum ſuorum; vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione ſecuritas, non poſſint eſſe ſecuri: multos enim à perniciosa elatione reprimit, quod ait Apoſtolus, Quapropter qui videtur ſtare, videat nè cadat. Voluntate autem ſua cadit, qui cadit; & voluntate Dei ſtat, qui ſtat. Potens eſt enim Deus ſtatuere illum: non ergò ipſe ſeipſum, ſed Deus. Veruntamen bonum eſt non altum ſapere, ſed timere. In cogitatione autẽ ſua, vel cadit quiſque vel ſtat.

Securitas nobis minimè expedit. *1. Cor. 10.* *Rom. 11.*

20. CHRYSOSTOMVS libro ſecundo de compunctione cordis: Sufficit naturam peccati cogitare velocem, rapidam, ſubreptiuam, & ob hoc incerta eſſe quæ futura ſunt, & valdè dubia, & tam periculoſa, vt ea etiam magnus ille metuat Paulus. Hoc enim indicat, cùm dicit ſe timere nè fortè cùm alijs prædicârit, ipſe reprobus fiat. Et iterùm cùm ait: Qui ſe putat ſtare, videat nè cadat. Sic autem & beatus Dauid beneficiorum Dei munerumq́ eius memoriam recolens, compunctionem cordis quærebat, in quo dicit: Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronâſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

1. Cor. 9. *1. Cor. 10.* *Pſal. 8.*

21. AD Philippenſes ſecundo capite: Itaque chariſſimi mei, (ſicut ſemper obediſtis) non vt in pręſentia meî tantùm, ſed multò magìs nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

22. AVGVSTINVS de natura & gratia, capite vigeſimoſeptimo: Cætera vitia tantùm in malefactis valent, ſola autem ſuperbia etiam in rectè factis cauenda eſt. Vndè admonentur illi, nè dona Dei ſuæ poteſtati tribuendo ſeſeq́ extollendo grauiùs pereant, quàm ſi nil operarentur boni, quibus dicitur; Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: Deus enim eſt qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quare ergò cum timore & tremore, & non potiùs cum ſecuritate, ſi Deus operatur; niſi quia propter voluntatem noſtram, ſine qua benè non poſſumus operari, citò poteſt ſubrepere animo humano, vt quod benè operatur, ſuum tantummodò exiſtimet, & dicat in abundantia ſua, non mouebor in æternum? Ideò qui in voluntate ſua præſtiterat decori eius virtutẽ, auertit paululùm faciem ſuam, vt qui hoc dixerat, fieret conturbatus: quoniam ipſis eſt ille tumor ſanandus doloribus.

Superbia etiã rectè facta adoritur. *Philip. 2.* *Securitas perniciosa. Timor vtilis.* *Pſal. 29.*

23. ET de dono perſeuerantiæ, capite decimotertio: In hac vita humana, quæ tentatio eſt ſuper terram, qui videtur ſtare, videat nè cadat. Ideò

Iob 7.

quippe,

Digitized by Google

Cap. 8.
Non perſeueraturi, perſeueraturis vtiliter mixti.

quippe (ſicut iam ſuprà diximus) non perſeueraturi perſeueraturis prouidentiſſima Dei voluntate miſcentur, vt eſſe diſcamus non alta ſapientes, ſed humilibus cōſentientes, & cum timore & tremore noſtram ipſorum ſalutem operemur.

24. POSTERIORIS ad Corinthios ſexto capite: Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ, à dextris, & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti & cogniti.

25. AD Romanos quinto capite: Per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe glorię filiorum Dei.

26. BERNARDVS ſermone tertio in vigilia Natiuitatis Domini: Iam verò ſic ardens & lucens nondùm in domo ſe eſſe confidat, vbi ſine omni timore ventorum accenſum lumen ſoleat deportari, ſed meminerit ſe eſſe ſub dio, & vtraque manu ſtudeat operire quod portat, nec credat aëri, etiam ſi videat eſſe tranquillum. Repentè enim & hora qua non putauerit mutabitur, & ſi vel ad modicum manus remiſerit, lumen extinguetur. Quòd etſi etiam ardor portantis manus (vt quandoquè fieri ſolet) aduſſerit, eligat potiùs pati, quàm retrahere manus ſuas, quia in momento, in ictu oculi poterit exufflari. Si eſſemus in domo illa non manu facta æterna in cælis, vbi nullus inimicus intrat, nullus exit amicus, nihil eſſet timendum. Nunc verò tribus maligniſſimis & validiſſimis ventis expoſiti ſumus, carni, diabolo, & mundo, qui conſcientiam illuminatam moliuntur extinguere, inſufflātes in cordibus noſtris deſideria mala, motus illicitos, & ità te repentè turbantes, vt vix prænoſcere valeas vndè venias, aut quò vadas. Ex quibus etſi duo ſæpiùs intermittūt, à tertio tamen nemo vnquàm ſufflandi inducias extorſit. Ideò vtriſque manibus & cordis & corporis anima eſt tegenda, nè fortè quæ iam illuminata fuerat, extinguatur, nec cedendum vel recedendum, etiam ſi grauis tentationum feruor vtriuſque hominis ſtatum vehementer afflixerit, ſed dicendū cum ſancto: Anima mea in manibus meis ſemper. Eligamus potiùs ardere, quàm cedere. Et ſicut quod in manibus noſtris tenemus, non facilè obliuiſcimur: ſic nunquàm obliuiſcamur negocium animarum noſtrarum, & illa cura principaliter vigeat in cordibus noſtris. Cùm ergò ſic lumbi noſtri accincti fuerint, & lucernæ ardentes, cuſtodiendæ ſunt vigiliæ noctis ſupra gregem cogitationum & actionum noſtrarum: vt ſi in prima vigilia, vel ſecunda, vel tertia Dominus venerit, paratos nos inueniat.

Hoſtes quia nobis ſunt atrociſſimi, cautè & cum timore illos obſeruare oportet.

Tertius noſter hoſtis nullas nobis inducias concedit.

Pſal. 118.

27. ET ſermone quinto in pſalmum, Qui habitat: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē. Et quis hoc dixerit, ſcitis: & tempus ſcitis, Domini enim eſt verbum iſtud inſtante iam paſſione ſua. Et attendite quoniam ipſe quidem erat paſſurus, & non diſcipuli: nec tamen pro ſe dicebat orandum, ſed pro illis. Vndè ad Petrum: Eccè ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticū: ego autem rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Si tantum illos oportebat timere in paſſione Domini, quantum nobis timendum eſt, fratres, in paſſione noſtra? Vigilate proindè & orate, vt non intretis in tentationem: quoniam vndiquè circundati eſtis tentationibus. Vndè & legiſtis, quia tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Itaque ſi tot tentationibus plena eſt vita noſtra, vt non immeritò tota ipſa tentatio debeat appellari: peruigili circunſpectione opùs eſt & oratione nè inducamur in eam. Vndè eſt & illud in oratione Dominica: Et nè nos inducas in tentationem. Et infrà: Hoc pręmonitos vos eſſe volo, neminem ſuper terram abſque tentatione victurum, vt cui fortè tollitur aliqua, alteram ſecurus expectet: aut fortè non ſecurus, ſed pauidus magìs, & ſic petat ab ea liberari, vt nunquàm ſibi in corpore mortis huius libertatē perfectam ſeu requiem audeat polliceri.

Mar. 14.
Luc. 22.
Iob 7.
Matth. 6.
Sine tentatione nemo mortalium viuit.

28. IDEM capite decimoquarto meditationum: Adiuua me Domine Deus meus, quoniam inimici mei animam meam circundederunt: corpus ſcilicet, mundus, & diabolus. A corpore fugere non poſſum: nec ipſum à me fugare. Circunferre illud neceſsè eſt, quoniam alligatum eſt mihi. perimere non licet, ſuſtentare cogor: & cùm illud impinguo, hoſtem meum aduersùm me nutrio. Si enim ſatìs comedero, & id robuſtum fuerit, ſanitas & fortitudo eius mihi aduerſantur. Mundus verò circuncingit & obſidet me vndiquè: & per quinque portas, videlicet per quinque corporis ſenſus, ſcilicet viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactum, ſagittis ſuis me vulnerat, & mors intrat per feneſtras meas in animam meam. Reſpicit oculus, & mentis ſenſum auertit. Audit auris, & intentionē cordis inflectit. Odoratus cogitationem impedit. Os loquitur, & fallit. Per tactum ardor libidinis pro aliqua parua occaſione excitatur, & nisì ilicò reſpuatur, ſubitò totū corpus occupat, vrit, & incendit. Primò carnem cogitatione modicū titillat: deindè delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per conſenſum prauitatis ſibi mentem ſubiugat. Porrò diabolus quem videre non poſſum, & ideò minùs ab eo mihi cauere, tetendit arcum ſuum, & in eo parauit ſagittas ſuas vt vulneret me repentè. narrauit vt abſconderet laqueos ſuos, & dixit: Quis videbit eos? laqueum poſuit in auro & argento, & in omnibus quibus abutimur, cùm illis malè delectamur & illaqueamur. Nec ſolùm laqueum poſuit, ſed & viſcum. Viſcus eſt amor poſſeſſionis, affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis voluptas: quibus anima inuiſcatur & irretitur, nè pennis contemplationis per plateas ſupernę Sion volare poſſit. Sagittæ diaboli ſunt ira, inuidia, luxuria, & cætera quibus anima vulneratur. Et quis eſt ille qui iacula eius ignea extinguere poſſit? Proh dolor, his telis ſuperatur ſæpè anima fidelis. Heu mihi quia vndiquè bella mihi video: vndiquè tela volant: vndiquè tentamenta, vndiquè pericula. Quocunquè me vertam, nulla ſecuritas eſt. Et quæ mulcēt, & quæ triſtant vel moleſtant, omnia timeo: eſuries & refectio, ſomnus & vigiliæ, labor & quies pugnant cōtra me. Non minùs ſuſpectus eſt mihi iocus quàm ira: multos ſiquidem iocando ſcandalizaui. Nec minùs proſpera vereor quàm aduerſa. Proſpera nanque ſuauitate ſua incautum me faciunt, & decipiunt: aduerſa verò quia aliquid amaritudinis habent, velut potiones amaræ me ſuſpectum & timidum faciunt.

Hoſtes noſtri
Corpus.
Mundus.
Hier. 9.
Diabolus tertius inimicus
Pſal. 7.
Pſal. 63.
Diaboli laquei.
Viſcus.
Sagittæ.

29. CAPITE item decimoquinto: Caro mea de luto eſt, & ideò lutoſas & voluptuoſas cogitationes ab illa habeo: vanas & curioſas à mundo: à diabolo malas & malitioſas. Iſti tres inimici me impugnant & perſequuntur, nunc quidem apertè, nunc verò occultè: ſemper autē malitioſè. Diabolus nanque plùs cōfidit in adiutorio carnis: quoniam magìs nocet domeſticus hoſtis. Illa verò ad ſubuerſionem meā cum illo fœdus inijt, vtpotè de peccato nata, & in peccato nutrita, vitijs corrupta ab ipſa origine: ſed multo ampliùs vitiata praua conſuetudine. Hinc eſt quòd tā acriter concupiſcit aduersùs ſpiritum: quòd aſſiduè murmurat, & impatiēs eſt diſciplinæ: quòd illicita ſuggerit, nec rationi obtēperat, nec inhibetur vllo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac vtitur tortuoſus ille

Hoſtes noſtri cuiuſmodi in nobis cogitationes excitent.

Domeſticus noſter hoſtis nocētiſſimus, cum quo contra nos fœdus facit diabolus.

ſerpens

ſerpens hoſtis humani generis, cui nullum aliud eſt deſiderium, nullum negocium, nullum ſtudium, niſi perdere animas noſtras. Hic eſt qui iugiter malum machinatur, argutè loquitur, artificioſè ſuggerit, callidè decipit. Illicitos motus inſufflat, & venenatas cogitationes inflammat, mouet bella, nutrit odia, incitat gulam, mouet libidinem, deſideria carnis inſtigat, & peccati occaſiones parat, & mille nocendi artibus corda hominum pulſare non ceſſat. Hinc eſt quòd baculo noſtro nos cædit, & manus noſtras proprio cingulo ligat: vt caro quę data eſt nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinam & ſcandalum. Grauis lucta, & graue periculum eſt aduersùs domeſticū hoſtem pugnare, maximè cùm nos aduenæ ſimus, & ille ciuis. Ille ſuam inhabitat regionem, nos exules ſumus & peregrini. Magnum quoquè diſcrimen eſt aduersùs diabolicę fraudis aſtutiam tam crebros, immò continuos ſuſtinere conflictus: quem aſtutum fecit tam natura ſubtilis, quàm longa exercitatio malitiæ huius.

Periculoſum bellum, quod cū domeſtico noſtro hoſte inceſsāter gerēdum eſt.

30. AD Romanos octauo capite, vt in textu.

XVIII.

De lapſis & eorum reparatione.

Caput 14. ſeſſ. 6.

QVI verò ab accepta iuſtificationis gratia per peccatū exciderunt, rurſus iuſtificari [a] poterunt: cùm excitante Deo, per pœnitentiæ Sacramentum merito Chriſti, amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus eſt lapſi reparatio: quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, ſancti Patres [b] aptè nuncupàrunt. Etenim pro ijs qui poſt Baptiſmum in peccata labũtur, Chriſtus Ieſus Sacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit: [c] *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Vndè dicendum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum, multo aliam eſſe à Baptiſmali: eaque contineri non modò ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut [d] cor contritum & humiliatum: verumetiam eorundem ſacramentalem [e] confeſſionem ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem, itemque ſatiſfactionem [f] per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto vnà cum culpa remittitur: ſed pro pœna temporali, quæ, vt [g] ſacræ literæ docent, non tota ſemper, vt in Baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperũt, ingrati, [h] Spiritum ſanctum cõtriſtauerunt, & [i] templum Dei violare non ſunt veriti. De qua pœnitentia ſcriptum eſt: [k] *Memor eſto vndè exciderīs: age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et iterùm: [l] *Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Et rurſus: [m] *Pœnitentiam agite.* Et, [n] *Facite fructus dignos pœnitentiæ.*

a August. hom. 50. ex 50. c. 5. Vide quæſt. 1. de ſacram. Pœniten. & quæſt. 2. A.
b Vide de ſacramēto Pœniten. quæſt. 2. B.
c Ioan. 20. c Ibid. quæſt. 1. de ſacramento Pœnit. B.
d Pſal. 50. d Ibid. quæſt. 3. & 4.
e Vide quæſt. 5. & 6. ibidē.
f quæſt 7. & 8. de Pœniten. ſacramento.
g Num. 12. d 2. Reg. 12. c 24. b Vide prædictā quæſt. 7. B.
h Epheſ. 4. g
i 1. Corinth 3. d
k Apocal. 2. b
l 2. Corinth. 7. c
m Matth 4. c
n Luc. 3. c

TESTIMONIA.

1. AVGVSTINVS libro quinquaginta homiliarum, homilia quinquageſima, capite quinto: Si iam de ſanitate deſperans addis peccata peccatis, ſicut ſcriptum eſt: Peccator cùm venerit in profundum malorum contemnet: noli contemnere, noli deſperare, clama etiam de profundo ad Dominum, & dic ei: De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem obſecrationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quoniam apud te propitiatio eſt. De tali profundo Niniuitæ clamauerunt, & hanc propitiationem inuenerunt: faciliusq; eſt euacuata comminatio Prophetæ, quàm humiliatio pœnitentię. Hic fortaſsè dicis, Sed ego iam baptizatus ſum in Chriſto, à quo omnia mihi peccata prępterita dimiſſa ſunt: vilis factus ſum nimìs iterans vias meas, & canis horribilis oculis Dei, conuerſus ad vomitum ſuum. Quò abibo à ſpiritu eius, & à facie eius quò fugiam? Quò, frater, niſì ad eius miſericordiam pœnitendo, cuius poteſtatem peccando contempſeras? Nemo enim rectè fugit ab illo, niſì ad illum, ab eius ſeueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, vbi eius præſentia te non inueniat? Si aſcenderis in cælum, ibi eſt: ſi deſcenderis ad infernum, adeſt. Recipe ergò pennas tuas in directum, & habita in ſpe in extremo huius ſeculi: etenim illuc manus ſua deducet te, & perducet te dextera ſua. Quicquid enim feceris, quæcunque peccaueris; adhuc in hac vita es, vndè te Deus omninò ſi ſanare nollet, auferret: Cur ergò ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Qui enim clamando non tibi perſuaſit, vt nõ recederes; parcendo clamat vt redeas.

Prouer 18. Pſal. 129. Prouer. 26. Pſal. 138. Peccatori ad Dei miſericordiā confugiendum. Rom. 2.

Lapſis poſt baptiſmum, per ſacramentum pœnitentiæ, gratiā iuſtificationis poſſe reſtitui, multis alijs teſtimonijs confirmatum eſt, quæſtione prima de ſacramento Pœnitentiæ, & quæſtione ſecunda, A.

A quibus Patribus vocetur Pœnitentia ſecunda poſt naufragium deperditæ gratiæ tabula, vide eadem quæſtione ſecunda, B.

2. IOANNIS vigeſimo capite, vt in textu. quē Scripturæ locum quo pacto Patres intellexerint, videre potes quæſtione prima de ſacramento Pœnitentiæ, B.

3. PSALMO quinquageſimò: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Contritionem ad hanc lapſorum reſtaurationem neceſſariam eſſe, probatum eſt quæſtione tertia &

Digitized by Google

tia & quarta de ſacramento Pœnitentię. De Cõfeſſione verò agitur quæſtione quinta & ſexta: ſicut & de Satiſfactione, quæſtione ſeptima & octaua.

4. NVMERORVM duodecimo capite. vide ſuprà quæſtione ſeptima de ſacramento Pœnitentiæ, B. teſtimonio ſecundo.

5. SECVNDI Regum duodecimo capite. ibidem teſtimonio ſexto.

6. ET capite vigeſimoquarto: eodem in loco, teſtimonio decimo. Plures etiam hac de re & ſacræ ſcripturæ, & Patrum inuenies ſententias, prædicta quæſtione ſeptima, B.

7. AD Epheſios quarto capite: Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

8. PRIORIS ad Corinthios tertio capite: Neſcitis quia templum Dei eſtis: & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos.

9. APOCALYPSIS ſecundo capite: Sed habeo aduerſùm te pauca, quòd charitatem tuã primam reliquiſti. Memor eſto itaque vndè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. ſin autem: venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

10. POSTERIORIS ad Corinthios ſeptimo capite: Quæ enim ſecundùm Deũ triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur.

11. MATTHAEI quarto capite: Tunc reliquit eum diabolus: & ecce, Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

12. LVCAE tertio capite, vt in textu.

XIX.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem.

Caput 15. ſeſſ. 6.

ADVERSVS etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per [a] dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt non modò infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur: ſed etiam quocunque [b] alio mortali peccato, quanuis non [c] amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti: diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed & fideles quoquè [d] fornicarios, adulteros, molles, maſculorum cõcubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteroſque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.

a Rom. 16. c

b Iaco. 2. b Baſil. lib. 1. de baptiſ. par. 2. & lib. 2. c. 9. c Matth. 7. c d 25. a Lucæ 12. f Ioan. 13. g 1. Cor. 13. a Iaco. 2. c d Auguſt. lib. 15. de Trinita. c. 18. tract. 10. in epiſt. Ioan. Fulgen. de incar. & gratia Chriſti, c. 26. d 1. Cor. 6. b Galat. 5. c d Epheſ. 5. b Apocal. 21. c

TESTIMONIA.

1. AD Romanos decimoſexto capite: Rogo autẽ vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciũt, & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

2. IACOBI ſecundo capite: Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno: factus eſt omnium reus.

3. BASILIVS libro primo de Baptiſmo, parte ſecunda: Modica quædam ex illis quæ de regno cælorum ſunt dicta, adijciam, nè quouis pacto in acquirendo illo deficiamus. In vitæ nanque negocio paululum non eſt quod paululùm abeſt, ac ferè dicitur, vt quidam noſtrorum ſapientum admonuit. Et hoc ex ipſis rebus potiſſimùm liquet, immò & ex abſoluta illa ſacrorum & ad oblationem deſtinatorum animalium integritate ſatis habet fidei quod dico, in quibus vbi modica quædam reperiebatur macula vel mutilatio, non integri alicuius membri, ſed partis tantùm ipſius, quemadmodùm ſcriptum eſt, mutilatio auriculæ, ſiue homo erat, ad ſacerdotium ineptus iudicabatur, ſiue animal, reprobum habebatur ad ſacrificium, (1. Cor. 10.) cùm Apoſtolus dixerit, Hæc quidem illis in figura contigerunt, ſcripta verò ſunt ad noſtram admonitionem, in quos fines ſeculorum venerunt: & Dominus apertè declarauerit, (Matth. 12.) quæ à nobis exigãtur iuſtitiæ præſtantia, vbi dixit, templo maius aliquid eſt hic, & abundantiùs nos animæ curam habere debere oſtenderit, (Lucæ 12.) dicens, Cui multum concreditum eſt, ab illo & multum repetent. Et infrà: De quibus vna eſt ſententia, liquet quòd idem ſit & periculi omnibus, ſi vnum aliquid ex ipſis defuerit. Si nanque Dominus dicit, (Matth. 5.) Iota vnum, aut apex vnus haudquaquàm præteribit à lege, donec omnia fiant, quanto magis ab Euangelio, (Lucæ 21.) dicente Domino ipſo, Cælum ac terra tranſibit, ſermones verò mei nequaquàm tranſibunt. Vndè Iacobus Apoſtolus confidenter denunciauit dicens: (Iaco. 2.) Quiſquis fecerit totam legem, offendat autem in vno, erit omnium reus. Hoc autem ex eo didicit, quòd poſt beatitudines Dominus teſtimonijs ac promiſſionibus Petrò propter homines datis, cõminatus eſt dicens, (Ioan. 13.) Niſi lauero te, non habebis partem mecum. Paulus verò Apoſtolus (Coloſſ. 1.) afflictiones illas Chriſti quæ adhuc deerant, pro corpore ipſius, quod eſt Eccleſia, adimplens, & in Chriſto loquens conteſtatur, quænam illa ſint, quorum potiſſimùm gratia quis regno cælorum non potiatur, & mortis condemnationi ſubijciatur, aliquando quidem definitè dicens, quòd qui talia faciũt, digni ſint morte. (Rom. 1.) Quare verò non dixit, qui iſta faciunt, ſed, qui talia faciunt regnum cælorum non poſſidebunt? Et iterùm generaliùs, quoniam iniuſti regnum Dei non poſſidebunt. (1. Cor. 6.) Et alibi ſimiliter. (Gal. 5.) Ipſe verò Dominus noſter Ieſus Chriſtus in Euangelio Lucæ ità definiuit dicens, (Lucæ 9.) Nemo manu ad aratrum poſita, & retrò poſtea auerſus, aptus eſt ad regnum Dei. Eſt autem hîc neceſſariò obſeruandum, quòd non de multis peccatis, ſed de vno eſt horrendum adeò & ineuitabile iudicium, idq; ex conceſſis ac licitis, & ſi moram duntaxat, eámque modicam obedientiæ illi quis, quę abſque vllo prætextu, velociſſimè & ſine ſuſpenſione Domino præſtanda eſt, iniecerit.

4. ITEM libro ſecundo de Baptiſmo, capite nono: Iniquus quidem eſt quiſquis legem non integram ſeruauerit, aut etiam, qui vnum illius mandatum tranſgreſſus fuerit. In modicæ hanque particulæ defectu, totum periclitatur. (In modicæ particulæ defectu totum periclitatur.) Quod enim propè factum eſt, nondùm factum eſt. Nam quemadmodùm qui propè mortuus eſt, non eſt mortuus, ſed adhuc viuit: & qui propè vixiſſet, non viuit, ſed mortuus eſt: & qui ferè ingreſſus eſt, non eſt ingreſſus, vtpotè quinque illæ virgines: (Matth. 25.)

Digitized by Google

nes: ità & qui propè ſeruauit legem, non ſeruauit legem, ſed eſt iniquus ac transgreſſor legis. Quapropter & neceſſarium eſt de iniquis, etiamſi germani ac ſynceri videantur, Apoſtolo credere dicenti, aliquando quidem, Si quis frater nominatus, aut fornicator fuerit, aut auarus, aut vinolentus, aut conuiciator, aut raptor, cum huiuſmodi ne cibum quidem ſumite: (obiter autẽ hîc notandum eſt, quòd non eum tantùm, qui in his omnibus culpabilis eſt, à communi Chriſtianorũ conuictu abarcet, ſed & eum, qui vel in vno tantùm iſtorũ reprehenſibilis eſt, cùm non dicit, cum iſto, ſed, cum huiuſmodi) aliquando verò, Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, affectionem, concupiſcentiam prauam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei (& generaliùs adiungens) ſuper filios, inquit, immorigeros: nè ſitis ergò conſortes ipſorum.

1. Cor. 5.

Coloſſ. 3.

5. MATTHAEI ſeptimo capite: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nunquàm noui vos: diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Et poſt pauca: Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

6. ET capite vigeſimoquinto: Tunc ſimile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiàm ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinque prudentes. ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Et paucis interiectis: Nouiſſimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondens ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

7. LVCAE duodecimo capite: Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, plagis vapulabit multis.

8. IOANNIS duodecimo capite: Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è ſynagoga non eijcerentur. dilexerunt enim gloriã hominum magìs, quàm gloriam Dei.

9. PRIORIS ad Corinthios decimotertio capite: Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniẽs. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſciẽtiam, & ſi habuero omnem fidem ità vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil ſum.

10. IACOBI ſecũdo capite: Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquìd poterit fides ſaluare eum? Et paulò pòſt: Tu credis quoniam vnus eſt Deus. Benè facis: & dæmones credunt, & contremiſcũt. Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus ocioſa eſt?

11. AVGVSTINVS libro decimoquinto de Trinitate, capite decimooctauo: Ipſam fidem non facit vtilem niſi charitas: ſine charitate &c. vt ſuprà capite tertio de Charitate quæſtione prima, teſtimonio decimoquarto.

12. ET tractatu decimo in primam epiſtolam Ioannis: Multi dicunt, Credo: ſed fides ſine operibus non ſaluat. Opus autem fidei ipſa dilectio eſt, dicente Paulo Apoſtolo, Et fides quæ per dilectionem operatur. Et poſt pauca: Hoc eſt credere, quòd Ieſus Chriſtus eſt, quomodò credunt Chriſtiani, qui non ſolùm nomine Chriſtiani ſunt, ſed factis & vita: non quomodò credunt dæmones. Nam & dęmones credunt & contremiſcunt: ſicut dicit ſcriptura. Quid potuerunt plus credere dæmones, quàm vt dicerent, Scimus qui ſis, filius Dei? Quod dixerunt dæmones, hoc dixit & Petrus, cùm Dominus quæreret, quis eſſet, quem illum dicerent homines. Et infrà: Aliud eſt ergò confiteri Chriſtũ, vt teneas Chriſtum: aliud confiteri Chriſtum, vt repellas à te Chriſtum. Ergò videtis, quia quomodò hîc dicit, Qui credit, propria quædam fides eſt; non quomodò cum multis. Itaque fratres, nemo hæreticorum dicat vobis, Et nos credimus. Ideò enim de dæmonibus exemplum propoſui, nè gaudeatis ad verba credentium, ſed exploretis facta viuentium. Videamus ergò quid eſt credere in Chriſtum; quid credere, quia Ieſus ipſe eſt Chriſtus. Sequitur, Omnis qui credit quòd Ieſus ſit Chriſtus, ex Deo natus eſt. Sed quid eſt credere illud? Et omnis qui diligit genitorem, diligit eum qui genitus eſt ab ipſo. Statìm fidei cõiunxit dilectionem; quia ſine dilectione fides inanis eſt. Cum dilectione fides Chriſtiani, ſine dilectione fides dæmonis. Qui autem non credunt, peiores ſunt quàm dæmones, & tardiores quàm dæmones. Neſcio quis non vult credere in Chriſtum: adhuc nec dæmones imitatur. Iam credit aliquis in Chriſtum; ſed odit Chriſtum. Habet confeſſionem fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ. Nam & illi qui puniri timebant, quid dicebant? Quid nobis & tibi fili Dei? Veniſti ante tempus perdere nos? Adde huic fidei dilectionem, vt fiat fides qualem dicit Apoſtolus Paulus, Fides quæ per dilectionem operatur. Inueniſti Chriſtianum, inueniſti ciuem Hieruſalem, inueniſti ciuem Angelorum, inueniſti in via ſuſpirantem peregrinum, adiunge te illi, comes tuus eſt, curre cum illo, ſi tamen & tu hoc es.

Credunt quidam ſine charitate.
Gal. 5.
Iaco. 2.
Matth. 16.
1. Ioan. 5.
Fides cum dilectione Chriſtiani, ſine hac, dæmonis eſt.
Credunt quidam in Chriſtum & oderunt eum.
Marci 1.
Gal. 5.

13. FVLGENTIVS de incarnatione & gratia Ieſu Chriſti, capite viceſimoſexto: Fieri poteſt, vt quiſquam Deum eſſe credat, qui Deum non diligit: vt autem quiſquam Deum diligat, qui in Deum non credit, fieri nullatenùs poteſt: quia poteſt vnuſquiſque credere aliquid eſſe quod non diligit, diligere verò nemo poteſt quod eſſe non credit. Apoſtolus autem dicit: Sine charitate fidem cæteraq; bona opera cuiquam prodeſſe non poſſe, dicit enim: Si habuero omnem fidem ità vt montes trãsferam, & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.

Fides ſine charitate eſſe poteſt, nõ cõtrà.
1. Cor. 13.

14. PRIORIS ad Corinthios ſexto capite: Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

15. AD Galatas quinto capite: Quòd ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia. quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agũt, regnum Dei non conſequentur.

16. AD

Digitized by Google

16. AD Epheſios quintò capite: Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici participes eorum.

17. APOCALYPSIS vigeſimoprimo capite: Timidis autẽ & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

XX.

De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deque ipſius meriti ratione.

Caput 16. ſeſs. 6.

A. HAC igitur ratione iuſtificatis hominibus, ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, proponenda ſunt Apoſtoli verba:[a] *Abundate in omni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.*[b] *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius.* Et,[c] *Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* Atque ideò benè operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita æterna, & tanquàm gratia filijs Dei per CHRISTVM IESVM miſericorditer promiſſa, & tanquàm merces[d] ex ipſius Dei promiſſione, bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat[e] Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam: non ſolùm autem ſibi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Cùm enim ille ipſe CHRISTVS IESVS tanquàm caput in membra, & tanquàm vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat: quæ virtus bona eorum[f] opera ſemper antecedit, comitatur & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata & meritoria eſſe poſſent: nihil ipſis iuſtificatis ampliùs deeſſe credendum eſt, quo minùs plenè illis quidem operibus quæ[g] in Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ ſtatu ſatisfeciſſe[h], & vitam æternam ſuo etiam tempore, ſi tamen in gratia deceſſerint, conſequendam, verè promeruiſſe cenſeantur, cùm CHRISTVS Saluator noſter dicat:[i] *Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ità neque propria noſtra iuſtitia, tanquàm ex nobis propria, ſtatuitur, neque ignoratur aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per CHRISTI meritum.

a 1.Cor.15.g
b Heb.6.b
c Heb.10.g
d Auguſt. de gratia & libero arbit. cap.8. 9. Epiſt. 105. & 52. lib.1.cont.aduerſa.leg. & proph.cap.16. de morib. Eccleſię cathol.ca. 25. de correp. & gratia, cap. 13. tractat. de Epicur. & Stoicis. c.3. Cyprian. de oper. & eleemoſy. Epiſt. 56. 60. Chryſoſt. homil.42. in Geneſ. homil.43. in 1. ad Corinth. Gregor. homil.17. in Euangel.
e 2.Tim. 4.b Auguſt. homil.14. ex 50. cap. 2. in pſal. 83. tract.3. in Ioannẽ. Theophyl. & Oecumen. in cap. 4. epiſt. 2. ad Timoth.
f Concil. 2. Arauſ. can. 18. Auguſt. de correp. & gratia cap.13. de gratia & libero arbit. cap. 6. ſer. 15. de verb. Apoſt cap. 2. Fulgent. lib. 1. ad Moni. cap. 11. 12.
g Ioan 3 c
g Auguſt. ſent. 313. Proſper.
i Ioan. 4.b

B. Neque verò illud omittendum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris literis vſqueadeò tribuatur, vt etiam qui[k] vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat CHRISTVS eum non eſſe ſua mercede cariturum: & Apoſtolus[l] teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen vt Chriſtianus homo in ſeipſo[m] vel confidat, vel glorietur, & non in Domino: cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita[o], quæ ſunt ipſius dona. Et quia[p] in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam & bonitatem, ità ſeueritatem & iudicium ante oculos habere debet: neque ſeipſum aliquis, etiamſi[q] nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita, non humano iudicio examinanda & iudicanda eſt, ſed Dei:[r] qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit con-

k Matth.10.d
l 2.Cor.4.d
m Aug. de prędeſt. ſanct. cap.5. de gratia & lib. arb. cap.6.
n 1.Cor 1.d 2. Cor.10. d
o Cęleſt. I. epiſt.1. can.11. Auguſt. in enchir. cap.107. epiſt.105. de gratia & libero arbit. c.6. Gennda. lib. de Eccleſ. dogmat. c.32.
p Iaco.3.a
q 1.Cor.4.a
r Ibidèm.

ſ Matth.16.d Rom.2.a Pſal.61.b

ſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui, vt ſcriptum eſt, ſ *reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.*

TESTIMONIA.

1.A. PRIORIS ad Corinthios decimoquinto capite, vt in textu.

2. AD Hebręos ſexto capite: Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtrâſtis ſanctis, & miniſtratis.

3. ET capite decimo, vt in textu.

Vita æterna bonis operibus redditur. Matth.16. Rom.2. Apoc.22. Rom.4.

4. AVGVSTINVS de gratia & libero arbitrio, capite octauo: Si vita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſſimè dicit ſcriptura; Quoniam Deus reddet vnicuique ſecundùm opera eius: quomodò gratia eſt vita æterna, cùm gratia non operibus reddatur, ſed gratìs detur, ipſo Apoſtolo dicente; Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm meritum. Et infrà: Iſta quæſtio nullo modo mihi videtur poſſe diſſolui, niſì intelligamus & ipſa bona opera noſtra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere; propter illud quod ait Dominus Ieſus: Sine me nihil poteſtis facere.

Bona etiam opera noſtra ad Dei gratiã referenda. Ioan.15.

Et in fine: Itaque, fratres chariſſimi, ſi vita bona noſtra nihil aliud eſt quàm Dei gratia; ſine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia eſt: & ipſa enim gratìs datur, quia gratìs data eſt illa cui datur. Sed illa cui datur, tantummodò gratia eſt, hæc autem quæ illi datur, quoniam præmium eius eſt, gratia eſt pro gratia, tanquàm merces pro iuſtitia, vt verum ſit, quoniam verum eſt, quia reddet vnicuique Deus ſecundùm opera eius.

Vita æterna præmium & merces bonæ vitę redditur. Apoc.22.

Pſal.102. Corona redditur bonis operibus. Philip.2.

5. ET capite nono: Qui coronat te in miſeratione & miſericordia. Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipſa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum eſt: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate, ideò dixit pſalmus, Coronat te in miſeratione & miſericordia; quia eius miſeratione bona operamur, quibus corona redditur.

6. ITEM epiſtola centeſima quinta ad Sixtum Presbyterum: Sicut ab initio fidei miſericordiam conſequuti ſumus, &c. vt ſuprà de bonis operibus, quæſtione ſecunda, E. teſtimonio decimoſexto. Pergens deindè in tractatione loci ad Rom. 6. Stipendium peccati mors, quærit cur non adiecerit Apoſtolus, Stipendium autem iuſtitiæ vita æterna. Aut, inquit, ſi nollet dicere iuſtitiæ, diceret fidei: quoniam iuſtus ex fide viuit. Vndè etiam & merces appellatur plurimis ſanctarum ſcripturarum locis: nuſquàm porrò dicta eſt merces iuſtitia vel fides, quia iuſtitiæ vel fidei redditur merces. Quod eſt autem merces operanti, hoc militanti ſtipendium. Sed beatus Apoſtolus aduersùs elationem quæ vſqueadeò magnis tentat irrepere, vt & ſibi propter ipſam dicat datum angelum Sathanæ, à quo colaphizaretur, nè verticem præſumptionis erigeret. Aduersùs hanc ergò elationis peſtem vigilantiſſimè militans, Stipendium, inquit, peccati mors. Rectè ſtipendium, quia debetur, quia dignè retribuitur, quia meritò redditur. Deindè nè iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanum meritum malum non dubitatur eſſe peccatum, non à contrario retulit, dicens, Stipendium iuſtitiæ vita æterna; ſed gratia, inquit, Dei vita æterna. Et hæc nè præter mediatorem aliqua alia via quæreretur, adiecit; In Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Abac.2. Iuſtitiæ redditur merces. 2.Cor.12.

Vita æterna eſt bonę vitæ præmium & merces.

7. EPISTOLA item quinquageſima ſecunda ad Macedonium: His virtutibus (quatuor ſcilicet, prudentiæ, fortitudini, temperantiæ, & iuſtitiæ) diuinitùs impartitis, & bona vita nunc agitur, & poſteà præmium eius, quæ niſì æterna eſſe non poteſt, beata vita perſoluitur. Hîc enim ſunt eædem virtutes in actu, ibi in effectu: hîc in opere, ibi in mercede: hîc in officio, ibi in fine.

8. IDEM libro primo contra aduerſarium legis & Prophetarum, capite decimoſexto: Perparuum eſt quod in eleemoſynis datur: ſed cùm piè datur, æternum indè meritum comparatur.

Æternũ meritũ comparatur ex piè data eleemoſyna.

9. LIBRO item de moribus Eccleſiæ catholicę, capite vigeſimoquinto: Diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, quicunque ad vitam æternam peruenire propoſuimus. Vita enim æterna eſt totum præmium, cuius promiſſione gaudemus: nec præmium poteſt præcedere merita, & priùs homini dari, quàm dignus eſt. Quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius Deo? Non ergò debemus poſcere præmium antequàm mereamur accipere.

Vita æterna pręmiũ, quod datur poſt merituum.

10. ET libro de correptione & gratia, capite decimotertio: Etiam ibi Dei miſericordia neceſſaria eſt, qua fit beatus, cui non imputauit Dominus peccatum: ſed tunc pro bonorum operum meritis iuſto iudicio etiam ipſa miſericordia tribuetur. Cùm enim dicitur, Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam; manifeſtatur in his in quibus inueniuntur bona opera miſericordiæ, iudicium cum miſericordia fieri; ac per hoc etiam ipſam miſericordiam meritis bonorum operum reddi. Non ſic eſt nunc, quando non ſolùm nullis bonis, ſed etiam multis malis operibus præcedentibus, miſericordia eius præuenit hominem, vt liberetur à malis, & quæ fecit, & quæ facturus fuerat, niſì Dei gratia regeneraretur; & quæ paſſurus fuerat in æternum, niſì erueretur à poteſtate tenebrarum, & transferretur in regnum filij charitatis Dei. Veruntamen quia & ipſa vita æterna, quam certum eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto Apoſtolo gratia Dei dicitur, cùm gratia non operibus reddatur, ſed gratìs detur; ſine vlla dubitatione confitendum eſt, ideò gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quę gratia contulit homini. Rectè quippe ipſa intelligitur, quę in Euangelio legitur, Gratia pro gratia, id eſt, pro his meritis quæ contulit gratia.

Pſal.31. Pro meritis bonorũ operum iuſto iudicio miſericordia tribuitur. Iaco.2.

Vita æterna gratia, & bonis operibus tamen vt debitum redditur.

Ioan.1.

11. ITEM tractatu de Epicureis & Stoicis capite tertio: Beata vita merces bonorum eſt, bonitas opus eſt, beatitudo merces eſt. Deus opus iubet, mercedem proponit. Dicit, hoc fac, & hoc accipies.

Beatitudo merces bonorum operum.

12. CYPRIANVS de opere & eleemoſynis: Quæ illa erit fratres chariſſimi, operantium gloria, quàm grandis & ſumma lætitia: cùm populum ſuum Dominus cœperit recenſere: & meritis atque operibus noſtris præmia promiſſa contribuens, pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna, pro modicis magna præſtare: offerre nos patri, cui nos ſua ſanctificatione reſtituit: ęternitatem nobis immortalitatémque largiri, ad quam nos ſanguinis ſui viuificatione reparauit: reduces ad paradiſum denuò facere, regna cælorum fide & veritate ſuæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter ſenſibus noſtris: hęc intelligantur plena fide: hæc corde toto diligantur: hæc indeſinentium operum magnanimitate redimantur. Præclara & diuina res, fratres chariſſimi, ſalutaris operatio, ſolatium grande credentium, ſecuritatis noſtræ ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati: res poſita in poteſtate facientis, res & grandis & facilis: ſine periculo perſecutionis, corona pacis: verum Dei munus & maximum, infirmis neceſſarium, fortibus glorioſum, quo Chri-

Operibus & meritis noſtris præmia promiſſa tribuet Deus.

Salutaris operationis præconia.

Operatio bona Dei munus.

Digitized by Google

Chriſtianus adiutus perfert gratiam ſpiritalem, promeretur Chriſtum iudicem, Deum computat debitorem. Ad hanc operum ſalutarium palmam libenter ac promptè certemus: omnes in agone iuſtitiæ Deo & Chriſto ſpectante curramus: & qui ſeculo & mundo maiores eſſe iam cœpimus, curſum noſtrum nulla ſeculi, & mundi cupiditate tardemus. Si expeditos, ſi celeres, ſi in hoc operis agone currentes, dies nos vel reditionis, vel perſecutionis inuenerit: nuſquàm Dominus meritis noſtris ad præmium deerit: in pace vincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in perſecutione purpuream pro paſſione geminabit.

Corona in pace vincētibus candida, in perſecutione purpurea.

Lib. 4. epiſt. 6

13. IDEM epiſtola quinquageſimaſexta ad Thibaritanos: Armemus dexteram gladio ſpiritali, vt ſacrificia funeſta fortiter reſpuat, & euchariſtiæ memor, quæ Domini corpus accepit, ipſum complectatur, poſteà à Domino ſumptura præmium cæleſtium coronarum. O dies ille qualis & quantus adueniet fratres dilectiſſimi, cùm cœperit populum ſuum Dominus recenſere, & diuinæ cognitionis examine ſingulorum merita recognoſcere, mittere in gehennam nocentes, & perſecutores noſtros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare, nobis verò mercedem fidei & deuotionis exoluere. Quæ erit gloria, & quanta lætitia, admitti, vt Deum videas: honorari, vt cum Chriſto Domino Deo tuo ſalutis ac lucis æternæ gaudium capias? Et infrà: Hæc fratres dilectiſſimi hæreant cordibus veſtris. hæc ſit armorum veſtrorum præparatio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere, & cogitatione ſemper ac ſenſibus voluere iniquorum ſupplicia, & præmia ac merita iuſtorum: quid negantibus Dominus comminetur ad pœnam, quid contrà confitentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus nobis ſuperuenerit perſecutionis dies, miles Chriſti, præceptis eius & monitis eruditus, non expaueſcit ad pugnam, ſed paratus eſt ad coronam.

Merces fidei & deuotionis

Lib. 5. epiſt. 8.
Matth. 25.

14. ET epiſtola ſexageſima ad Epiſcopos Numidas: Cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat, Infirmus fui, & viſitâſtis me: quanto nunc quoquè cum maiore operis noſtri mercede dicturus eſt: Captiuus fui, & redemiſtis me? Et cùm denuò dicat, In carcere fui, & veniſtis ad me: quanto plus eſt, cùm cœperit dicere, In carcere captiuitatis fui, & clauſus, & vinctus apud Barbaros iacui: & de carcere illo ſeruitutis liberâſtis me, cùm iudicij dies venerit præmium de Domino recepturi?

15. CHRYSOSTOMVS homilia quadrageſimaſecunda in Geneſim: Si voluerimus ſuperna frui gratia, imitemur patriarcham, (Abraham) & nè cunctemur ad obeundam virtutem: ſed quotidiè ità eam exerceamus, vt oculum illum qui ſopiri neſcit, conciliemus nobis ad mercedem tribuendam. Etenim qui ſcit arcana mentis noſtræ, cùm viderit ſanam mentem noſtram, & nos conari & eniti ad virtutis agones, ſtatim & nutu ſuo nos adiuuat, ſimul & labores noſtros alleuians, & infirmitatem noſtræ naturæ confirmans, vberéſque retributiones ſuppeditans. Sanè in Olympicis certaminibus neutiquàm quis tale quid inueniet: ſed ſubſiſtit adornator & magiſter, ſitq; ſpectator tantùm certantium vt cæteri, neque in vlla re poteſt adiuuare, ſed expectat vt fiat victoria. Dominus autem noſter non ſic, ſed ſimul nobiſcum certat, & manum porrigit, & ſimul adiuuat, & quaſi vndequaquè aduerſarium noſtrum nobis tradit, & omnia facit ſatagens vt in certamine duremus, & vincamus, quò nobis immarceſcibilem imponat coronam. Coronam enim, inquit, gratiarum accipies in capite tuo. Iam in medijs illis Olympicis certaminibus corona poſt victoriam nihil aliud eſt, quàm folia lauri, quàm applauſus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia veſpera ingruente marceſcunt & pereunt: at corona quæ pro virtute, & eius ſudoribus datur, nihil habet ſenſibile, neque in hoc ſeculo nobiſcum diſſoluitur, ſed perpetua eſt, immortalis, extendens ſe in omnia ſecula. Et labor quidem eſt parui temporis: merces autem laborum, finem non habet, neque cedit tempori, neque marceſcit.

Deus in certamine nos adiuuat, & coronam poſteà largitur.

Corona pro virtute & ſudoribus qualis nobis retribuenda.

16. ET homilia quadrageſimatertia in priorem epiſtolam ad Corinthios: Permagnum quidem eſt, in ſecundo proſperóque rerum ſtatu, & miſericordiam exercere, & virtuti eſſe deditum: verùm longè tamen maius illud, aduerſitatum afflictionibus, ab opere iſto pulcherrimo non deturbari, ac is eſt qui propter Deum hæc maximè facit. Vtrunque igitur, ſiue periclitemur fratres, ſiue quicquid patiamur, ardentiores reddamur ad virtutis ſtudium. Neque eſt enim hoc retributionis noſtræ tempus. Quare hîc coronas non petamus, nè ſi aduenerit ipſum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia. Nam quemadmodùm artificibus accidere videmus, qui quidem ſi ipſi ſe alant & operentur, maiorem accipiunt mercedem: ſin verò apud conductores ipſos victitant, non parùm illis à mercede ſua detrahitur: Ità & cum ſanctis agitur. Si quis enim & innumera bona fuerit operatus, tum verò & innumera mala perpeſſus, integram habet mercedem, & pleniſſimam retributionem, non bonorũ tantùm quæ fecerit gratia, ſed malorum etiam quæ tulerit. Qui autem requie hîc, & felicitate fruitus eſt, tam ſplendidam iſthic coronam non eſt conſecuturus. Eapropter hoc in ſeculo retributionem non quæramus, ſed tum gaudeamus potiſſimùm, ſi rectè viuentes malis affligamur. Quoniam quidem non propter bona tantùm opera, verùm & afflictiones, mercedem nobis iſthic Deus retribuet. Vt autem quod loquor fiat clarius, agitè conſtituamus diuites duos, miſericordes illos & largientes pauperibus. Deindè verò alter quidem in diuitijs permaneat, & omni felicitate fruatur: alter verò in paupertatem incidat, morbos, & calamitates, qui tamen gratias agat Domino. Iam illi ſi iſthuc peruenerint, vter, putatis, maiorem accepturus eſt coronam? An non manifeſtum, eum aſſecuturum, qui æger, calamitoſus, benè faciens, malè patiens, nihil hîc erat humani paſſus? Equidem iſtud planè indubitatum. Ille enim verè virilis, adamantinus, & beneuolus erat Dei ſeruus.

Coronæ hîc non petendæ.

Et propter bona opera, & propter afflictiões mercedem Deus retribuet.

Corona alia alia maior.

Lucæ 10.

17. GREGORIVS homilia decimaſeptima in Euangelia: Notandũ quod ſubditur: Dignus eſt operarius mercede ſua. Quia iam de mercede operis, ſunt ipſa alimenta ſuſtentationis, vt hîc merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de veritatis viſione perficitur. Qua in re conſiderandum eſt, quòd vni noſtro operi duæ mercedes debentur: vna in via, altera in patriâ: vna quæ nos in labore ſuſtentat, alia quæ nos in reſurrectione remunerat. Merces itaque quæ in præſenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad ſequentẽ mercedem robuſtiùs tendatur. Verus ergò quiſque prædicator non ideò prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat: ſed ideò mercedem recipere, vt prædicare ſubſiſtat. Quiſquis nanq; ideò prædicat, vt hîc vel laudis vel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubiò mercede ſe priuat. Quiſquis verò vel ea quæ dicit ideò placere hominibus appetit, vt dũ placet quod dicitur, per eadem dicta nõ ipſe, ſed Dominus ametur: vel idcircò terrena ſtipendia in prædicatione conſequitur, nè à prędicationis voce per indigentiam laſſetur: huic proculdubiò ad recipiẽdam mercedem nil obſtat in patria, quia ſumptus ſumpſit in via.

Merces duplex debetur vni noſtro operi.

18. POSTERIORIS ad Timotheũ quarto capite: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi

Digitized by Google

corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

19. AVGVSTINVS homilia decimaquarta libri quinquaginta homiliarum, capite ſecundo: Audiamus Paulum Apoſtolum dicentem, cùm paſſioni appropinquaret, &c. de bonis operibus quæſtione ſecũda, E. teſtimonio triceſimoprimo.

20. ET in pſalmum octogeſimumtertium, vt ibidem teſtimonio ſequenti. Debitorem Dominus ipſe fecit ſe, non accipiendo, ſed promittendo. Non ei dicitur, Redde quod accepiſti: ſed, redde quod promiſiſti. Miſericordiam mihi erogauit, inquit, vt faceret me innocentem: nam priùs fui blaſphemus & iniurioſus, ſed ex illius gratia factus ſum innocens. Ille autem qui prærogauit miſericordiam, negare poterit debitum? Diligit miſericordiam & veritatem. Gratiam & gloriam dabit. Quam gratiam, niſi de qua ipſe dixit; Gratia Dei ſum id quod ſum? Quam gloriam, niſi de qua ipſe dixit; Supereſt mihi corona iuſtitiæ?

Debitorem ſe fecit Deus, nõ accipiendo, ſed promittendo.

1. Tim. 1.

Pſal. 32.

1. Cor. 15.

2. Tim. 4.

21. IDEM tractatu tertio in Euangelium Ioannis: Audi Paulum Apoſtolum confitentem gratiam, &c. eadem quęſtione ſecunda de bonis operibus, E. teſtimonio triceſimoquarto.

22. THEOPHYLACTVS in illa verba capitis quarti poſterioris epiſtolæ ad Timotheum, Quam reddet mihi &c. Non dixit dabit, ſed reddet veluti debitum quoddam. iuſtus enim cùm ſit, omninò laboribus mercedem definiet. Debitum itaque eſt corona, propter iudicis iuſtitiam.

23. OECVMENIVS in eundem locum: Conſidera, quòd tanquàm debitum expetit illud, cùm ait, Reddet mihi, & non dicit, Dabit, ſignificans etiam hoc ex eo quod ait, iuſtus iudex.

24. CONCILIVM ſecundum Arauſicanum canone decimooctauo: Debetur merces bonis operibus ſi fiant, ſed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.

25. AVGVSTINVS de correptione & gratia, capite decimotertio: vt ſuprà hoc eodem capite, teſtimonio decimo.

26. ET de gratia & libero arbitrio, capite ſexto: Paulum inuenimus ſine vllis meritis bonis, immò cum multis meritis malis, Dei gratiam conſecutum reddentis bona pro malis: videamus quid dicat ſua iam propinquante paſſione, ſcribens ad Timotheum; Ego enim iam immolor, inquit, & tempus reſolutionis meæ inſtat: Bonũ certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Iſta vtiquè iam merita ſua bona cõmemorat; vt poſt bona merita conſequatur coronam, qui poſt merita mala conſecutus eſt gratiam. Deniquè attendite quid ſequatur; Supereſt, inquit, mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Cui redderet coronam iuſtus iudex, ſi non donâſſet gratiam miſericors pater? Et quomodò eſſet iſta corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia quæ iuſtificat impium? Quomodò iſta debita redderetur, niſi priùs illa gratuita donaretur?

2. Tim. 4.

Paulus ſua merita commemorat, q̃bus corona debetur.

27. ITEM ſermone decimoquinto de verbis Apoſtoli capite ſecundo: vt ſuprà capite duodecimo, teſtimonio octauo.

28. FVLGENTIVS libro primo ad Monimum, capite vndecimo: Hanc gratiam non ſolùm in præſentis vitæ iuſtificatione, ſed etiam in futuri ſeculi remuneratione, dicit gratiam permanere, & ſuper nos, hoc eſt, ſuper omnia bona cuiuslibet hominis merita in Dei bonitate aſſerit abundare, dicens: Vt oſtendat in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia eſt igitur retributio pia, qua Deus in præſenti tempore malis bona retribuit, Illis videlicet, quos iuſtificat impios, vt deputetur fides ad iuſtitiam. De qua retributione Dauid dicit: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Gratia eſt & illa iuſta retributio, qua bonis ſuis meliora retribuens, Deus glorificaturus eſt iuſtos. Et hoc enim gratiæ opus erit. Quia vt hoc mereantur, ipſa præueniendo miſericorditer incipit: Ipſa ſubſequendo cuſtodit. Iſta gratia in ſcripturis etiã miſericordia nominatur. De qua dicit Dauid: Deus meus, miſericordia eius præueniat me. Et alio loco: Miſericordia tua ſubſequitur me, per omnes dies vitæ meæ. Præuenit igitur impium, vt fiat iuſtus: ſubſequitur iuſtum, nè fiat impius. Præuenit cæcum, vt lumen quod non inuenit donet: ſubſequitur videntem, vt lumen quod contulit ſeruet. Præuenit eliſum, vt ſurgat: ſubſequitur eleuatum, nè cadat. Præuenit donans homini bonam volũtatem: ſubſequitur beneuolentem, operando in illo boni operis facultatem. Hoc igitur iſta miſericordia Dei in homine ſubſequitur, quod præueniens ipſa largitur. Et ideò non ſolùm errantem iuſtificando ad viam reuocat, ſed etiam benè ambulantem cuſtodit & adiuuat, vt ad donum glorificationis æternæ perducat.

Epheſ. 2.

Gratia iuſtificãs impios.

Pſal. 115.

Gratia glorificans iuſtos.

Glorificari vt mereantur, gratia & præueniendo incipit, & ſubſequendo cuſtodit.

Pſal. 58.

Pſal. 22.

Gratia quæ & miſericordia, quanta nobis præſtet.

29. ET capite duodecimo: In hac ergò iuſtificatione, ſancti euntes eunt & flent, mittentes ſemina ſua: In illa verò glorificatione, venientes venient in exultatione, portantes manipulos ſuos. In hac operarij patrisfamiliâs in vinea operantur: in illa autem denarij mercede ſine dubio potientur. Iſtam Deus nunc donat, vt initium meriti boni gratìs indignus accipiat: Illam verò in futurum repoſitam ſeruat, qua boni meriti præmium accipere dignus poſſit, qui boni meriti principium, cùm eſſet indignus accepit.

Pſal. 125.

Hic operamur, illic mercedem conſequemur.

30. IOANNIS tertio capite: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

31. AVGVSTINVS ſententia trecẽteſima decimatertia apud Proſperum: Iuſtitia, ſecundùm quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt: quæ licèt non immeritò in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur: parua tamen eſt ad illam magnã, quam capit æqualitas angelorum: quam qui nondùm habebat, & propter illam quæ iam inerat, perfectum: & propter iſtam quæ adhuc deerat, imperfectum ſe eſſe dicebat. Sed planè minor iſta iuſtitia facit meritum: maior illa * facit præmium. Vndè qui iſtam non ſequitur, illam non aſſequetur.

Ex libro 3. contra duas epiſt. Pelag. cap. 7.

Iuſtitia iuſti in hac vita, vera eſt iuſtitia, ſed minor illa æterna

Minor iuſtitia facit meritum, maior præmium.

* for. fit

32. IOANNIS quarto capite, vt in textu.

1. B. MATTHAEI decimo capite: Qui recipit prophetam in nomine prophetę: mercedem prophetæ accipiet. & qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

2. POSTERIORIS ad Corinthios quarto capite: Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

3. AVGVSTINVS de prędeſtinatione ſanctorum, capite quinto: Quid autem habes quod non accepiſti? Poſſet quippe dicere homo inflatus aduerſùs alterum; diſcernit me fides mea, iuſtitia mea, vel ſi quid aliud. Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor, Quid autem habes, inquit, quod non accepiſti? A quo, niſi ab illo qui te diſcernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi? Si autem & accepiſti, ait, quid gloriaris quaſi non acceperis? Nunquid quæſo agit aliud, niſi vt qui gloriatur in Domino glorietur? Nihil autem huic ſenſui tam contrarium eſt, quàm de ſuis meritis ſic quenquam gloriari, tanquàm ipſe

1. Cor. 4.

Gloriandum minimè de meritis noſtris tãquàm illa à nobis ſint.

ſibi

ſibi ea fecerit, non gratia Dei: ſed gratia quę bonos diſcernit à malis, non quæ communis eſt & bonis & malis. Sit ergò gratia naturæ attributa, qua ſumus animantia rationabilia, diſcernimúrque à pecoribus; ſit etiam gratia naturæ attributa, qua in ipſis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi diſcernuntur à tardis, ac ſi quid eiuſmodi eſt. Sed non ſe ille quem coërcebat Apoſtolus aduersùs pecus inflabat, nec aduersùs hominem alterum, de aliquo naturali munere quod ineſſe poſſet & peſſimo; ſed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam, ſibi non Deo tribuens inflabatur, quando audire meruit, Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti?

4. ET de gratia & libero arbitrio, capite ſexto: His & talibus teſtimonijs diuinis probatur gratia Dei non ſecundùm merita noſtra dari, quandoquidem non ſolùm nullis bonis, verumetiam multis meritis malis præcedentibus videmus datam, & quotidiè dari videmus. Sed planè cùm data fuerit, incipiunt eſſe etiam merita noſtra bona, per illam tamen: nam ſi illam ſubtraxerit, cadit homo non erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter nec quando cœperit homo habere merita bona, debet ſibi tribuere illa, ſed Deo, cui dicitur in Pſalmo: Adiutor meus eſto, nè derelinquas me: dicendo, nè derelinquas me, oſtendit quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ipſe per ſe.

Poſt gratiam incipiunt eſſe merita noſtra, ſed gratię tribuenda.

Pſal. 26.

5. PRIORIS ad Corinthios primo capite: Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt quemadmodùm ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

6. POSTERIORIS ad Corinthios decimo capite: Qui autem gloriatur: in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat.

7. CALESTINVS primus, epiſtola prima ad Epiſcopos Galliæ, canone vndecimo: Tanta eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his, quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus; necocioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei.

Deus noſtra vult eſſe merita, quæ ſua ſunt dona.

8. AVGVSTINVS capite centeſimo ſeptimo Enchiridij ad Laurentium: Intelligendum eſt etiam ipſa hominis bona merita eſſe Dei munera, quibus cùm vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur?

Hominis merita ſunt Dei dona.

9. ET epiſtola centeſima quinta ad Sixtum presbyterum: Quod eſt ergò meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, &c. vt ſuprà de bonis operibus, quæſtione ſecunda E. teſtimonio decimoſexto.

10. ITEM de gratia & libero arbitrio, capite ſexto: Cùm dicunt Pelagiani hanc eſſe ſolam, non ſecundùm merita noſtra gratiam, qua homini peccata dimittuntur: illam verò quæ datur in finem, id eſt, æternam vitam, meritis noſtris præcedentibus reddi: reſpondendum eſt eis. Si enim merita noſtra ſic intelligerent, vt etiam ipſa dona Dei eſſe cognoſcerent, nō eſſet reprobāda iſta ſententia: quoniam verò merita humana ſic prædicant, vt ea ex ſemetipſo habere hominem dicant, prorsùs rectiſſimè reſpōdet Apoſtolus; Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Prorsùs talia cogitanti veriſſimè dicitur: Dona ſua coronat Deus, non merita tua; ſi tibi à teipſo, non ab illo ſunt merita tua: hæc enim ſi talia ſunt, mala ſunt; quæ mala ſunt, non coronat Deus; ſi autem bona ſunt, Dei dona ſunt: quia ſicut dicit Apoſtolus Iacobus; Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſursùm eſt, deſcendens à patre luminum. Vndè dicit & Ioannes præcurſor Domini noſtri; Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo: vtiquè de cælo, vndè etiam venit ſpiritus ſanctus, quando Ieſus aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Merita noſtra etiā Dei dona eſſe Pelagianus non agnoſcit.

1. Cor. 4.

Dona ſua coronat Deus, non merita noſtra quę ex nobiſipſis habemus.

Iaco. 1.

Ioan. 3.

Epheſ. 4.

11. GENNADIVS libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite trigeſimoſecundo: Tanta eſt erga omnes homines &c. vt paulò antè Cæleſtinus teſtimonio ſeptimo.

12. IACOBI tertio capite: In multis enim offendimus omnes.

13. PRIORIS ad Corinthios quarto capite: Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusquè veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

14. MATTHAEI decimoſexto capite: Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.

15. AD Romanos ſecundo capite: Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.

16. PSALMO ſexageſimoprimo: Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

FINIS APPENDICIS.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE SACRÆ, QVÆ IN HOC OPERE SPARSIM EXPLICANTVR. IN QVO, PRIORI QVIDEM NVMERO CAPVT LIBRI, POSTERIORI VERO VERSVS CAPITIS DESIGNATVR. VBI AVTEM ASTERISCVS ADiectus eſt, vel locum eum fuſiùs eſſe explicatum, vel aliquid notatu dignum demonſtratur.

EX GENESI.

Gen. 2. 17 Non edetis pag. 519.a
17 Quocunque die ederitis ex eo, morte moriemini 766.a 767.a
24 Erunt duo in carne vna 770.a
Gen. 3. 7 Et aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant 764.a
14 Pectore & ventre repes 408.b
15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum 62.a b 417.b
19 Terra es, & in terram ibis 766.a b 767.b
Gen. 4. Maledictus qui habet meliora, & ſacrificat corrupta Deo 605.b
7 Si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccâſti 445.a
10 Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terrà 483.a
Gen. 6. 3 Non permanebit ſpiritus meus in homine, quoniam caro eſt 424.a 767.b
Gen. 7. 1 Ingredere tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum 688.b
Gen. 8. 16 Egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum 688.b
Gen. 12. 1 Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui 674.b
Gen. 14. 18 Et Melchiſedech rex Salem, protulit panem & vinũ. Fuit autem ſacerdos &c. 242.b 253.a
Gen. 17. 14 Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa, &c. 772.b 773.a
Gen. 18. 20 Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt 481.* a
21 Deſcendam videre, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint 481.b
Gen. 22. 18 In ſemine tuo benedicentur omnes gentes 27.a

EX EXODO.

Exod. 4. 3 Ego indurabo cor Pharaonis 476.b 477.* a b 478.a
Exod. 12. 46 In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foràs 34.b 35.a
Exod. 19. 11 Lauabant veſtimenta ſua 367.b
Exod. 20. 7 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum 112.a
Exod. 21. 6 Offeret eum dijs 324.b
Exod. 22. 25 Quòd ſi pecuniam fœneraueris pupillo, &c. non ſuffocabis eum, non impones ei vſuram 632.b
28 Dijs non detrahes 324.b 340.b
Exod. 25. 40 Vide vt omnia facias iuxta formã tibi oſtenſam in monte 105.a
Exod. 28. 35 Audiatur ſonitus, quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini: & non moriatur 441.b
Exod. 32. 4 Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti 461.b
10 Dimitte me, & delebo populum iſtum 555.a
Exod. 34. 20 Primogenitum aſini redimes oue 470.b

EX LEVITICO.

Leuit. 7. 3 Offerent ex ea caudam 470.b
Leuit. 19. 2 Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum 823.a
Leuit. 22. 14 Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam 215.* b
Leuit. 25. 36 Et viuet frater tuus tecum, pecuniam tuam non dabis illi in vſuram, &c. 633.a

EX NVMERIS.

Num. 11. 25 Quia aſſumes de ſpiritu Moyſi 647.b
Num. 22. 28 Balaã correptus ab aſina, Quid feci tibi? 324.b
Num. 31. 3 Hoſtes ſitis Madianitis 417.b

EX DEVTERONOMIO.

Deut. 5. 17. Non occides 116.a
18 Non mœchaberis 116.a
19 Non furtum facies 116.a
Deut. 6. 4 Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt 7.a
Deut. 23. 19 Non exiges à fratre tuo vſuram pecuniæ, &c. 633.a
20 Alienigenæ fœnerabis 633.a
Deut. 32. 29 Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent 762.a b
33 Furor draconum vinum eorum, & ira aſpidum inſanabilis 414.a

EX IOSVE.

Ioſue 2. 18 Patrem tuum, & matrem tuam, &c. colliges ad te ipſam in domum tuam, &c. 346.b

EX I. REGVM.

1. Reg. 3. 18 Dominus eſt, quod bonum in oculis ſuis faciat 463.* a
1. Reg. 15. 11 Pœnitet me quòd conſtituerim Regem Saul 815.a
1. Reg. 16. 13 Et directus eſt ſpiritus Domini in Dauid à die illa, & in reliquum 321.b

EX II. REGVM.

2. Reg. 12. 13 Dominus tranſtulit peccatum tuum 297.b

EX III. REGVM.

3. Reg. 19. 10 Domine, altaria tua confregerunt 216.a

EX IIII. REGVM.

4. Reg. 2. 9 Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus 803.b
4. Reg. 19. 34 Protegam ciuitatem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum 311.a

EX TOBIA.

Tob. 4. 16 Quod ab alio tibi odis fieri, vide nè tu alteri facias 73.b
18 Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, &c. 616.a

EX IOB.

Iob 3. 3 Pereat dies ille, in quo natus ſum 772.a
Iob 5. 2 Virum ſtultum interficit iracundia 420.a
2 Et paruulum occidit inuidia 406.a b
Iob 7. 1 Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram? 298.a
9 Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcenderit ad inferos, non aſcendet 470.a
Iob 9. 28 Sciens quòd non parceres delinquenti 297.* b
Iob 10. 22 Terram miſeriæ & tenebrarum 735.b 736.a
Iob 14. 1 Homo natus ex muliere, breuis vitæ, & plenus iracundiæ 772.a
Iob 14. Nullus mundus à ſorde, nec ſi vnius diei quidem fuerit vita eius ſuper terram 193.b
Iob 19. 26 Rurſum circundabor pelle mea 39.b
Iob 24. 19 Et vſque ad inferos peccatum illius 468.b
20 Obliuiſcatur eius miſericordia 468.b
20 Dulcedo illius vermis 400.b
Iob 25. 6 Homo putredo, & filius hominis vermis 400.b
Iob 28. 28 Ecce pietas eſt ſapientia 2.a 170.a b 803.a
Iob 30. Inſurrexerunt ſuper me fures 480.a
Iob 31. 19 Si deſpexi prætereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem, &c. 608.b
21 Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta ſuperiorem 608.b
23 Et pondus eius ferre non potui 721.a
31 Quis daret nobis vt eius carnibus impleremur?

Digitized by Google

mur? 207.a 222.a
Iob 33. 20 Abominabilis fit ei panis in vita ſua,& animę eius cibus antè deſiderabilis 319.a
Iob 34. 27 Et omnes vias intelligere noluerunt 462.b
Iob 38. 32 Et veſperum ſuper filios hominum conſurgere facis 560.a
Iob 40. 13 Oſſa eius ſicut fiſtulæ 695.b
18 Eccè abſorbebit fluuium 768.a

EX PSALMIS.

Pſal. 1. 1 Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit 426.*b
2 Sed in lege Domini voluntas eius 785.b
Pſal. 2. 7 Filius meus es tu, ego hodiè genui te 267.b
11 Seruite Domino in timore,& exultate ei cum tremore 48.b 448.b
Pſal. 3. 9 Domini eſt ſalus 802.a b
Pſal. 4. 5 Iraſcimini, & nolite peccare, &c. 284.b 420.b 422.*a b
6 Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino 374.a
7 Signatum eſt in nobis lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo 201.a
Pſal. 6. 1 Domine nè in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me 311.a
6 In inferno autem quis cõfitebitur tibi? 470.a
7 Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes &c. 283.a
8 Turbatus eſt præ ira oculus meus 420.b 423.b
Pſal. 7. 13 Tetendit arcum ſuum, parauit ſagittas ſuas 825.*b
Pſal. 9. 4 Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non requiret 740.b
9 Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum 584.a
Pſal. 11. 6 Nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in ſalutari, cum fiducia agam in eo 241.b
Pſal. 15. 3 Sanctis in terra illius, mirificas fecit omnes voluntates eius in ipſis 98.b
4 Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus 464.a
10 Quoniam non derelinques animam meam in inferno 19.a
Pſal. 17. 5 Torrentes iniquitatis conturbauerunt me 715.a
28 Populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis 388.b
45 Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi,& obauditu auris obediuit mihi 803.b
45 In auditu auris obediuit mihi 3.b 694.a
Pſal. 18. 7 Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius 477.b
13 Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo 428.a
Pſal. 20. 4 Quoniam præueniſti eum in benedictione dulcedinis 791.a
Pſal. 21. 21 Eripe à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam 302.b
26 Vota mea reddam coram timentibus eum 231.a
27 Edent pauperes & ſaturabuntur,&c. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ,&c. 231.a b 672.a
27 Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi 231.a
Pſal. 22. 4 Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt 808.a
5 Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me 240.a 520.b
6 Miſericordia eius ſubſequetur 791.a 832.b
Pſal. 26. 9 Adiutor meus eſto, nè derelinquas me 794.a 833.a
Pſal. 30. 12 Qui videbant me, foràs fugerunt à me 27.b
Pſal. 31. 8 Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris 204.b
Pſal. 33. 1 Benedicam Dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo 557.b & ſeq.
15 Recede à malo,& fac bonum 374.a 375.a
21 Dominus cuſtodit omnia oſſa eorũ, & vnum ex his non conteretur 102.a
Pſal. 35. 7 Iuſtitia tua ſicut montes Dei 802.b
Pſal. 36. 4 Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui 116.b
27 Declina à malo,& fac bonum 501.a b 788.b
Pſal. 37. 3 Confirmâſti ſuper me manum tuam 386.b
4 Non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ 386.b
10 Gemitus meus à te non eſt abſconditus 36.a
Pſal. 38. 6 Eccè veteres poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea,&c. 772.a
Pſal. 39. 7 Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi, holocauſta &c. 240.a 243.b
Pſal. 40. 2 Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem 591.b
11 Tu Domine miſerere meî,& ſuſcita me,& retribuam eis 241.b
Pſal. 41. 5 Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei 554.a
7 Ad meipſum anima mea turbata eſt 808.a
8 Abyſſus abyſſum inuocat 553.b
Pſal. 44. 11 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui 58.b
15 Adducentur virgines poſt eam,&c. 692.b
17 Pro patribus nati ſunt tibi filij 146.b 332.b
Pſal. 45. 11 Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus 113.b 115.a
Pſal. 48. 8 Non dabit Deo placationem ſuam, nec precium redemptionis animæ ſuæ 615.a
15 Sicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos 741.a
Pſal. 49. 5 Congregate illi iuſtos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia 509.b
6 Et annunciabunt cæli iuſtitiam eius 509.b
18 Vidiſti furem, cucurriſti cum eo 459.b
23 Sacrificium laudis glorificabit me,& illic via eſt, vbi oſtendam illi ſalutare meum 236.b
Pſal. 50. 6 Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci 283.a 284.a
7 In peccato concepit me mater mea 193.b
16 Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ 444.b
18 Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem, &c. 284.a
19 Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum,&c. 819.b
Pſal. 51. 10 Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo Domini 605.a
Pſal. 54. 16 Veniat mors ſuper eos,& deſcendant in infernum viuentes 19.b
Pſal. 55. 8 Pro nihilo ſaluos facies eos 806.b
13 In me ſunt Deus, vota tua: quæ reddam laudationes tibi 593.b
Pſal. 56. 16 Lingua eorum gladius acutus 405.b
Pſal. 57. 11 Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam impiorum, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum 759.a
Pſal. 58. 11 Miſericordia eius præueniet me 791.a 832.b
Pſal. 62. 9 Inhæſit anima mea poſt te 817.b
Pſal. 63. 6 Narrauit vt abſconderet laqueos ſuos 825.b
Pſal. 67. 7 Deus qui habitare facit vnanimes in domo 346.b
12 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa 57.a
36 Mirabilis Deus in ſanctis ſuis 98.b
Pſal. 68. 11 Operui in ieiunio animam meam 520.b
16 Non me demergat tempeſtas aquæ, &c. 411.a
Pſal. 74. 3 Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo 720.b
Pſal. 75. 6 Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis 396.a
12 Vouete & reddite 360.a
Pſal. 76. 4 Memor fui Dei,& delectatus ſum,& exercitatus ſum 386.b

Digitized by Google

11 Nunc cœpi, hæc mutatio dextræ excelſi 796.a
Pſal. 81. 6 Dij eſtis & filij excelſi omnes 7.a 191.b
8 Reſurge Deus, & iudica terram, quoniam tu eris hæres in omnibus gentibus 241.b
Pſal. 83. 6 Aſcenſiones in corde eius diſpoſuit in conualle plorationis 644.b
11 Quoniam melior eſt dies vnus in atrijs tuis ſuper millia 43.a
12 Gratiam & gloriam dabit 832.a
Pſal. 85. 13 Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori 18.b
Pſal. 87. 6 Erat inter mortuos liber 19.a
Pſal. 88. 15 Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ 629.b
Pſal. 89. 5 Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt 772.a
Pſal. 94. 2 Præueniamus faciē eius in confeſſione 476.a
Pſal. 98. 5 Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt 230.* a
6 Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius 141.b
Pſal. 102. 3 Qui propitiatus fit omnibus iniquitatibus tuis. Qui ſanat omnes languores tuos 194.a 810.a
4 Coronat te in miſeratione & miſericordia 375.a 830.a
Pſal. 103. 30 Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ 324.a
34 Iucundum ſit Deo eloquium meum 550.b
Pſal. 104. 15 Nolite tangere Chriſtos meos 197.b 340.b
Pſal. 105. 2 Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? 207.a
17 Aperta eſt terra, & deuorauit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abyron 19.b
Pſal. 106. 2 Redemit eos de manu inimici: de regionibus congregauit eos 768.a
Pſal. 108. 7 Fiat oratio eius in peccatum 570.a
Pſal. 109. 3 Ante luciferum genui te: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech 242.b 243.* a
Pſal. 111. 2 Potens in terra erit ſemen eius 570.b
9 Diſperſit, dedit pauperibus 588.a
Pſal. 115. 12 Quid retribuam Domino, pro omnibus quę retribuit mihi? 832.a
15 Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius 98.a b 102.a
Pſal. 117. 1 Quoniam in æternum miſericordia eius 306.a
Pſal. 118. 1 Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini 657.* a
9 In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam 775.b
91 Ordinatione tua perſeuerat dies 625.b
109 Anima mea in manibus meis ſemper 825.a
112 Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem 79.b
Pſal. 125. 6 Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua 832.b
Pſal. 126. 1 Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam 204.a
3 Eccè hæreditas Domini filij, merces fructus ventris 58.a
Pſal. 129. 7 Quia apud Dominum miſericordia, & copiſa apud eum redemptio 294.b
Pſal. 132. 1 Eccè quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum 700.a
2 Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron &c. 197.a
Pſal. 136. 9 Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ad petram 293.a
Pſal. 138. 7 Quò ibo à ſpiritu tuo? aut quò à facie tua fugiam? 826.a
17 Mihi autem valdè honorificandi ſunt amici tui Deus 102.a
Pſal. 140. 3 Pone cuſtodiam ori meo 375.b
Pſal. 141. 8 Me expectant iuſti donèc retribuas mihi 86.b
Pſal. 144. 14 Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos 816.a
Pſal. 147. 12 Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, quoniam &c. 753.b

EX PROVERBIIS.

Pro. 1. 8 Audi fili ſermonem patris tui, & nè repudies ſtatuta matris tuæ 158.b
14 Omnium noſtrûm ſit vnum marſupium 426.b
Pro. 9. 1 Sapientia ędificauit, ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem, &c. 62.b 242.b
5 Edite meum panem & bibite vinum, quod commiſcui vobis 214.b
Pro. 11. 23 Præſtolatio impiorum furor 420.a
Pro. 14. 30 Vita carnium, ſanitas cordis, putredo oſſium, inuidia 404.b 406.b
Pro. 18. 3 Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit 470.a
Pro. 19. 15 Pigredo immittit ſoporem, & anima diſſoluta eſuriet 424.b
Pro. 20. 14 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergò æſtate, & non dabitur ei 424.b
29 Gloria ſenum canities 334.a
Pro. 23. 1 Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ poſita ſunt ante te 215.b
Pro. 24. 16 Septiès in die cadit iuſtus, & reſurgit 815.* a
Pro. 28. 1 Fugit impius nemine perſequente 382.a
14 Beatus vir qui ſemper eſt pauidus 48.b

EX ECCLESIASTE.

Eccles 1. 2 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas 757.b 772.a
Eccles 3. 7 Tempus tacendi, & tempus loquendi 442.b
Eccles 7. 3 Melius eſt ire in domum luctus, quàm in domum conuiuij 759.b
4 Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis 420.b
10 Ira in ſinu ſtulti requieſcit 419.b
30 Deus creauit hominem rectum 770.a
Eccles 8. 15 Non eſt bonum homini, niſi quod manducabit & bibet 243.b
Eccles 9. 10 Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare &c. 306.a
Eccles 10. 11 Si momorderit ſerpens in ſilentio 291.b
Eccles 11. 2 Da illis ſeptem, & illis octo 114.a
4. Qui obſeruat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquàm metit 425.a

EX CANTICIS.

Cant. 2. 1 Ego flos campi, & lilium conuallium 61.a
Cant. 6 8 Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ 27.b 37.b
Cant. 8. 6 Valida eſt ſicut mors dilectio 70.b

EX SAPIENTIA.

Sap. 1. 5 Sanctus ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum 32.b
Sap. 2. 24 Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum 774.a 775.b
Sap. 3. 13 Beata ſterilis immaculata, quæ non cognouit ſtratum in delicto, &c. 370.b
Sap. 8. 7 Sobrietatem enim & ſapientiam docet, & iuſtitiam & virtutem 623.a b
Sap. 12. 11 Semen enim maledictum erat ab initio 770.a
Sap. 15. 2 Et ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes potentiam tuam 465.a

EX ECCLESIASTICO.

Eccli 1. 15 Initium ſapientiæ timor Domini 761.a
Eccli 7. 19 Vindicta carnis impij, vermis & ignis 740.a
Eccli 10. 15 Initium omnis peccati ſuperbia 391.a
Eccli 14. 18 Omnis caro ſicut veſtis veteraſcit 772.a
Eccli 15. 14 Et reliquit illum in manu conſilij ſui 767.b
16 Si volueris, conſeruabis mandata 375.a b
Eccli 18. 17 Adde verbum ſuper datum bonum, & vtraque cum homine iuſtificato 608.b
30 Poſt concupiſcentias tuas non eas 651.b 782.a
31 Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, &c. 782.a
Eccli 19. 4 Qui credit citò, leuis eſt corde 3.b
Eccli 25. 33 Ex muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur 770.a

Digitized by Google

Eccli 27. 6 Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio 822.a

EX ESAIA.

Eſa.1. 19 Si volueritis & audieritis me 468.a 820.b
Eſa.2. 2 Erit in nouiſſimis diebus, manifeſtus mons domus Domini, paratus in cacumine montium 27.a
Eſa.3. 9 Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt: nec abſconderunt 481.b
Eſa.4. 1 Septem mulieres patiũtur opprobrium, &c. 647.a
Eſa.5. 7 Expectaui vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem &c. 481.a
Eſa.6. 5 Væ mihi miſero, quia tacui 444.a
Eſa.7. 9 Niſi credideritis, non intelligetis 3.4.b
14 Eccè virgo in vtero accipiet & pariet filium 12.a
Eſa.11. 1 Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet 61.a
Eſa.12. 2 Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem 640.a
Eſa.24. 22 Congregabuntur ergo peccatores in lacum, & claudentur in carcerem, & poſt multos dies viſitabuntur 741.a
Eſa.25. 6 Faciet Dominus Sabaoth conuiuium omnibus gentibus, &c. 240.a
Eſa.32. 11 Accingite lumbos veſtros, ſuper vbera plangite 398.b
Eſa.37. 35 Protegam hãc ciuitatem propter me, & propter Dauid ſeruum meum 94.b
Eſa.38. 14 Domine, vim patior, reſponde pro me 185.b
15 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ 283.a
Eſa.40. 9 Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine, &c. 443.a
Eſa.43. 26 Dic tu priùs peccata tua, vt iuſtificeris 256.a 294.a
Eſa.49. 8 Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te 306.a
Eſa.54. 7 Propter peccatum modicè contriſtaui te, &c. 472.a
Eſa.55. 6 Quærite Dominum dum inueniri poteſt 467.a
Eſa.56. 3 Et non dicat Eunuchus, Eccè ego lignum aridum &c. 370.b 371.a
Eſa.58. 1 Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam 441.b 553.a
3 In diebus ieiuniorum veſtrorum inueniuntur voluntates veſtræ, &c. 533.a
11 Oſſa tua pingueſcent, & eris ſicut hortus ebrius 521.a
Eſa.60. 2 Super quem requieſcet ſpiritus meus, &c. 420.a
Eſa.61. 1 Spiritus Domini ſuper me, quapropter vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me 180.b 202.b
6 Vos autem omnes ſacerdotes Dei vocabimini 326.a
Eſa.62. 2 Vocabitur nomine nouo, quo Dominus nũcupauit eum: & erit populus ſanctus 1.b
Eſa.63. 17 Induràſti cor noſtrum nè timeremus te 477.b
Eſa.66. 1 Cælum mihi thronus, terra autem ſcabellum pedum meorum 230.a

EX HIEREMIA.

Hier.6. 14 Curabant contritionẽ filiæ populi mei cum ignominia, &c. 467.a
15 Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt 467.a
27 Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies & probabis vias eorum 443.a
Hier.7. 16 Tu ergò noli orare pro populo hoc, &c. 555.a
Hier.9. 21 Aſcendit mors per feneſtras noſtras 825.b
Hier.13. 16 Date Domino Deo veſtro gloriã antequàm contenebreſcat 467.a
Hier.15. 1 Si Moyſes & Samuel ſteterint coram me, non eſt anima meâ ad populum iſtum 576.b
19 Qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit 610.a
Hier.17. 18 Duplici contritione contere eos 715.b
Hier.20. 14 Maledictus dies, in quo natus ſum 772.a
Hier.22. 22 Omnes paſtores tuos paſcet ventus 390.a
Hier.27. 18 Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis, occurrãt Domino exercituum 555.a
Hier.31. 22 Faciet Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum 57.b
33 Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs 142.b
Hier.52. 14 Princeps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem 408.b

EX THRENIS.

Thren.2. 14 Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, &c. 441.a b
Thren.3. 41 Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum 561.b

EX EZECHIELE.

Ezech.3. 17 Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael 442.b
17 Audiens ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me 442.b
18 Si dicente me ad impium, morte morieris, &c. 442.b 444.a b
20 Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo 476.b
Ezech.13. 5 Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael 441.a
Ezech.16. Portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum 735.b
Ezech.18. 8 Ad vſuram non commodauerit 633.b
20 Anima quæ peccauerit, ipſa morietur 385.b 717.b
31 Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, &c. 283.a 793.b
31 Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum 793.b
Ezech.24. 11 Pone ollam ſuper prunas vacuam, donec concaleſcat æs eius, & omne ſtagnum eius defluat 307.a
Ezech.33. 2 Terra cùm induxero ſuper eam gladiũ, &c. 444.a
Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris 294.a
Ezech.36. 26 Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in vobis 793.b
27 Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis 375.b 813.b
Ezech.44. 2 Porta hęc clauſa manet, & nemo pertranſibit per eam 12.a

EX DANIELE.

Dan.4. 24 Forſan Deus ignoſcet delictis tuis 592.b
Dan.7. 10 Et fluuius igneus currebat ante eum 306.b
10 Tunc erunt libri aperti 740.b
23 Quarta beſtia, quartum eſt regnum in terra 729.a
Dan.9. 20 Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi Iſrael, &c. 815.b
27 In dimidio ſeptimi anni auferetur iuge ſacrificium, & abominatio deſolationis ſtabit &c. 242.a
Dan.12. 2 Multi dormiẽtes in terræ puluere reſurgent: alij in gloriam æternam, alij in confuſionem & opprobrium ſempiternum 39.a

EX OSEE.

Oſe.4. 2 Et ſanguis ſanguinem tetigit 476.a
8 Populi mei peccata comedent 251.a
Oſe.9. 4 Sacrificia eorũ tanquàm panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabũtur 347.a
Oſe.13. 14 Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne 19.b

EX IOELE.

Ioel.1. 5 Expergiſcimini ebrij & flete, & vlulate omnes

Digitized by Google

omnes qui bibitis vinum in dulcedine 413.a

Ioel. 2. 15 Sanctificate ieiunium 533.a 546.a

28 Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem 204.a

EX AMOS.

Amos 5. 15 Conſtituite in porta iudicium 608.b

EX MICHEA.

Mich. 2. 7 Sermones eius boni ſunt cum eo 164.b

EX HABACVC.

Habac. 2. 4 Iuſtus ex fide viuit 45.b 803.b 822.a

EX SOPHONIA.

Soph. 1. 10 A prima porta exit clamor, & à ſecunda vlulatus 715.b

12 Et erit, in die illa & ego ſcrutabor Hieruſalem in lucernis 720.b

Soph. 3. 8 Suſtine me, dicit Dominus, in diem reſurrectionis meæ in teſtimonium, &c. 237.a

16 Saluabo te, & liberabo te, noli timere 768.a

EX MALACHIA.

Mal. 1. 10 Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam &c. 219.b 236.a 239.b 244.b

Mal. 2. 7 Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent 157.b 696.b

Mal. 3. 3 Sedet Dominus & conflat, & purgat filios Iuda 306.a

6 Ego ſum, & non ſum mutatus 150.b

EX MATTHAEO.

Matth. 3. 2 Pœnitentiam agite 276.a

8 Facite fructus dignos pœnitentia 298.b

15 Sine nos implere omnem iuſtitiam 12.a

Matth. 4. 6 Si filius Dei es, mitte te deorſum 164.* a b

Matth. 5. 3 Beati pauperes ſpiritu 644.b 672.* a b

6 Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam 631.a

7 Beati miſericordes 577.a

10 Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam 448.b 640.a 653.b

14 Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem conſtituta 27.a 30.a

20 Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, &c. 196.b

22 Qui dixerit fratri ſuo, Racha, &c. 377.b 378.a

22 Qui dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis 324.b

23 Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, &c. 620.b

24 Depone munus tuum ante altare, &c. 216.a

28 Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c. 383.a 814.a

Matth. 6. 1 Nolite facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis 509.b 511.b

3 Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua 508.b 512.a 615.b 616.a 819.a

4 Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito 512.a

6 Et clauſo oſtio, ora Patrem tuum 512.a

7 Orantes nolite multum loqui 562.b 563.b

9 Sanctificetur nomen tuum. & reliquæ petitiones 563.b 564.a 823.a

10 Fiat voluntas tua 56.* b

11 Panem noſtrum da nobis hodie 268.b

12 Dimitte nobis debita noſtra, &c. 194.a b 500.a 501.a 788.b 796.a 815.a b

13 Nè nos inferas in tentationem 793.a 796.a 825.b

13 Libera nos à malo 298.a

15 Si non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra 54.b

34 Non cogitetis de craſtino 588.b

Matth. 7. 6 Nolite dare ſanctum canibus, & margaritas porcis 212.a 302.b 324.a

12 Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis 73.b

15 Attendite vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ouium 164.* a

17 Non poteſt arbor bona malos fructus afferre 651.a

Matth. 8. 8 Domine, nō ſum dignus vt intres ſub tectum meum 234.a b

9 Et dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit 630.b

22 Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos 766.a

29 Ieſu fili Dei viui, quid veniſti ante tempus torquere nos? 101.b

Matth. 9. 25 Puella, ſurge 264.b 383.a

Matth. 10. 16 Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes 625.a 626.b 627.* a

22 Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit 823.a

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lucem, &c. 324.a

30 Capillus capitis veſtri non peribit 40.b

40 Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit 99.a

Matth. 11. 8 Eccè qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt 636.b

12 Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud 570.b 592.b 659.b 695.a

29 Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde 391.b

30 Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue 79.b

Matth. 12. 6 Templo maior hic eſt 827.a

32 Si quis in ſancto ſpiritu blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſeculo remittetur ei, neque in futuro 306.a 309.b 310.a 311.b 460.* a b 464.a 480.a

33 Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, &c. 793.a

40 Quemadmodùm Ionas in ventre ceti tres dies, & tres noctes manſit, ſic erit filius hominis in corde terræ 18.b

Matth. 13. 8 Aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum 690.* b

11 Vobis eſt datum nôſſe myſteria regni cælorum 272.a b

29 Colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum 787.b

30 Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem 165.b

30 Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos ad comburendum 736.a

33 Simile eſt regnum cælorum fermento, quod abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus 208.a

43 Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui 46.b

46 Inuenta vna precioſa margarita, abijt, &c. 17.a 580.b

47 Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, &c. 787.a b

Matth. 16. 16 Tu es Chriſtus filius Dei viui 804.b

17 Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c. 795.a

18 Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. 28.b 29.b 137.b 139.a 141.b 142.a 328.b 332.a

19 Tibi dabo claues regni cælorum, &c. 138.a

19 Quæcunque alligaueritis in terra, erunt alligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis, &c. 34.a 36.b 138.b 154.b 155.a 278.a b 279.* b 480.a

23 Vade retrò me Satana, ſcandalum mihi es 138.a

27 Reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius 830.a

Matth. 18. 8 Si te manus tua ſcandalizat, amputa eā 215.b

9 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur 358.a

15 Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. 165.b 446.a

18 Amen dico vobis 56.* b

18 Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cælo, &c. 276.* a b 327.a

35 Si

Digitized by Google

35 Si non remiſeritis de cordibus veſtris 445.b
Matth. 19. 5 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. 349.b
5 Erunt duo in carnem vnam 28.a
6 Iam non ſunt duo, ſed vna caro 770.a
9 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, & aliam duxerit, mœchatur 357.a 358.a
11 Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt 371.b 372.a 679.b
12 Et ſunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum Dei 679.a 684.b
12 Qui poteſt capere, capiat 372.a 678.* b
21 Si vis perfectus eſſe, vade: vende omnia tua, & da pauperibus: & veni, ſequere me 665.* b
29 Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit 668.b 669.a b 670.a 671.a b
Matth. 20. 2 Ex denario diurno 506.a
15 Multi ſunt vocati, pauci verò electi 798.b
25 Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter 141.b
Matth. 22. 11 Et vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali 708.b 716.a b
12 At ille obmutuit. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium 708.b 733.b
14 Multi ſunt vocati, pauci verò electi 810.b
21 Date quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ Dei, Deo 147.b
Matth. 23. 2 Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi 177.a 196.b 344.a b
3 Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt 137.a b
Matth. 24. 14 Et tunc veniet conſummatio 723.a
20 Orate nè fiat fuga veſtra in hyme vel ſabbato 701.a
23 Eccè hîc eſt Chriſtus, eccè illic 144.b 145.* a
30 Et tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo 729.a
Matth. 25. 4 Prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis 71.b
9 Ite potius ad vendentes, & emite vobis 605.b
13 Vigilate, quia neſcitis diem neq; horam 711.b
33 Statuet hœdos à ſiniſtris 21.b
34 Venite benedicti patris mei, percipite regnum 509.b
40 Quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis 590.a
41 Diſcedite in ignem æternum 734.b
Matth. 26. 2 Scitis quià poſt biduum Paſcha fiet 534.a
26 Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.
28 Hoc facite in meam commemorationem, donèc veniam 206.b 211.* b 214.b
39 Verùm non quod egò volò, ſed ſicut tu 564.a
41 Orate, nè intretis in tentationem 511.a
52 Reconde gladium: qui enim gladium acceperit, gladio peribit 484.a
Matth. 28. 20 Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vitæ, vſq; ad conſummationem ſeculi 145.b 294.a

EX MARCO.

Marc. 3. 30 Spiritum immundum habet 461.a
Marc. 7. 33 Sanauit ſurdum & mutum, & tetigit aures eius & os eius 181.a 182.a
34 Epheta: quod eſt adaperire 181.a b
Marc. 9. 14 Sinite enim pueros venire ad me, & nè prohibete eos 186.b
29 Omnis qui reliquerit vxorem vel patrẽ, &c. 669.* a b 670.* a b
48 Vermis eorum non morietur 733.b
Marc. 12. 26 Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum 86.b
30 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. 813.a
Marc. 13. 37 Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate 711.b
Marc. 14. 38 Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem 825.a
Marc. 16. 16 Qui verò non crediderit, condemnabitur 185.b

EX LVCA.

Luc. 1. 15 Vinum & ſiceram non bibet 410.a
28 Aue gratia plena, Dominus tecum 57.b 60.* a 62.b
34 Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco 512.a 689.b
37 Quia non eſt impoſſibile Deo omne verbum 12.a
38 Eccè ancilla Domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuum 57.b
45 Beata quæ credidiſti 58.a
Luc. 3. 6 Omnis caro videbit ſalutare Dei 39.b
8 Facite fructus dignos pœnitentiæ 276.a 582.a
14 Et quid nos faciemus? Neminem concuſſeritis, &c. 630.b
16 Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni 306.b
Luc. 6. 20 Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum 671.b
23 Gaudete in illa die & exultate, eccè enim merces veſtra multa in cælis 819.b
Luc. 7. 14 Adoleſcens, tibi dico, ſurge 264.b 383.a
Luc. 8. 10 Vobis eſt datum nôſſe myſterium regni Dei 372.a b
13 Hi radices non habent: quia ad tempus credunt, &c. 822.* a
Luc. 9. 62 Et reſpiciens retrò 359.b 827.b
Luc. 10. 7 Dignus eſt operarius mercede ſua 831.b
16 Qui audit vos, me audit: & qui me audit, audit eum qui me miſit 29.a 134.b 695.a
29 Et quis eſt mihi proximus? 73.b
30 Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, &c. 765.b
34 Duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, &c. 658.* b
Luc. 11. 5 & ſeq. De amico dormiente, tribus panibus, pane, piſce & ouo, exponitur 464.b 553.* a 562.b & ſeq.
21 Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum 768.a
40 Qui fecit quod intùs eſt, fecit & quod forìs eſt, &c. 579.b
41 Date eleemoſynam 575.a
Luc. 12. 15 Dico vobis, abſtinete ab omni auaritia 395.* a
20 Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent 393.a 396.a
35 Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris 97.b
37 Præcinget ſe, & faciet eos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis 753.a
49 Cui multum concreditum eſt, ab illo multum repetent 827.a
Luc. 13. 7 Vt quid etiam (ficulnea) terrã occupat? 615.a
Luc. 14. 16 Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos 750.b
21 Introduc eos 449.b
23 Exi in vias & ſepes, & cõpelle intrare 449.b
Luc. 16. 9 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. 582.b 590.* a
11 Si in iniuſto mammona fideles non fuiſtis, quod eſt verum, quis credet vobis? 580.b
13 Nemo poteſt duobus dominis ſeruire 766.a
22 Lazarus ab angelis in ſinum Abrahæ portatus 85.a
24 Pater Abraham, miſerere meî, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, &c. 740.b
Luc. 18. 1 Oportet ſemper orare, & non deficere 557.* b
1 & ſeq. Parabola de iniquo iudice, explicatur 562.b
12 Ieiuno bis in ſabbato 515.a

14 Deſcen-

Digitized by Google

14 Deſcendit iuſtificatus ab illo 391.b
Luc.19. 10 Venit filius hominis quærere & ſaluare quod perierat 770.b
13 Dominus dedit ſeruis decem minas 313.a
42 Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis 758.* a b
Luc.22. 15 Deſiderio deſideraui hoc paſcha vobiſcum comedere 240.b
19 Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meum, &c. Hic eſt ſanguis meus, noui Teſtamenti,&c. 217.a 221.a 270.a
19 Hoc facite in meam commemorationem 241.b 245.b
31 Simon, Simon, eccè ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum,&c. 821.a
32 Rogaui pro te, nè deficiat fides tua 823.a
44 Factus in agonia, prolixiùs orabat 319.a
61 Recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat: & egreſſus foràs, fleuit amarè 297.b
Luc.23. 43 Hodiè mecum eris in Paradiſo 19.a
Luc.24. 30 Accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis 257.b

EX IOANNE.

Ioan.1. 12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri 88.a 203.a 824.a
14 Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis,&c. 270.a
16 Omnes de plenitudine eius accepimus 58.a
16 Gratiam pro gratia 830.b
33 Hic eſt qui baptizat 177.a b
47 Eccè verè Iſraelita, in quo dolus non eſt 818.a
Ioan.3. 5 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto 188.a 193.a
6 Quod ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt 211.b
27 Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo 833.b
36 Qui non credit filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum 772.a 790.b
Ioan.5. 7 Cùm mota fuerit aqua, non habeo qui me deponat, alius ante me deſcendit 700.a
14 Eccè ſanus factus es, iam noli peccare 381.a
Ioan.6. 27 Operamini eſcam, quæ non corrumpitur 53.b
40 Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam 4.b
44 Nemo venit ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum 795.a 798 a
51 Ego ſum panis vitę, qui de cælo deſcendi 53.b 231.a 243.b
51 Si quis ederit de pane meo, viuet in æternum 53.a 231.a
51 Panis quem ego dabo, caro mea eſt 210.a 221.a 264.a
53 Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis,&c. 53.a 208.* a 210.* a b 213.* a. 220.b 221.* a b 264.* a 262.b 268.b 270.a
54 Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum: in me manet, & egò in illo 208.a 267.b
54 Ego reſuſcitabo eum 220.* b
55 Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus 220.b 221.a 268.b 269.b
57 Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem,&c. 252.b
57 Qui manducat me, & ipſe viuet propter me 264.a
60 Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? 213.b
61 Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis,&c. 213.a 214.a
63 Caro non prodeſt quidquam. ſpiritus eſt qui viuificat 252.b
63 Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt 213.b
68 Reſpondit ei Petrus, dicens: Domine ad quem ibimus,&c. 29.a
Ioan.7. 20 Nolite iudicare ſecũdùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate 553.b
38 Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ 643.b & ſeq.
Ioan.8. 34 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati 766.a
36 Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis 784.b
44 Homicida erat ab initio 772.a
44 In veritate non ſtetit 823.a
46 Quis ex vobis arguet me de peccato? 324.b
Ioan.9. 4 Me oportet opera operari eius qui me miſit donèc dies eſt 467.a
4 Venit nox quando nemo poteſt operari 714.a
Ioan.10. 12 Videt lupum venientem, & fugit 443.a
16 Et erit vnus grex & vnus paſtor 346.b
30 Ego & pater vnum ſumus 346.b
Ioan.11. 43 Lazare, veni foràs 279.* b 383.a
Ioan. 12.32 Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me 19.b
35 Ambulate dum lucem habetis 306.a
Ioan.13. 5 Lauit pedes diſcipulorum 444.a
10 Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus 190.b 815.a 821.a
Ioan.14. 2 In domo patris mei manſiones multæ ſunt 506.a b
14 Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam 552.a
Ioan.15. 4 Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes, &c. 817.b
5 Ego ſum vitis, vos palmites 208.* a
5 Sine me nihil poteſtis facere 836.a
7 Si manſeritis in me 468.a 820.b
9 Manete in dilectione mea 822.a
16 Poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis 649.a
18 Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit 103.b
22 Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent,&c. 462.a 480.a
24 Et viderunt & oderunt me & patrem meum 462.a
Ioan.16. 12 Quæ dico vobis, non poteſtis ea portare modò. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis,&c. 204.b
24 Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis 570.a
Ioan.17. 3 Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, ſolum verum Deum,&c. 45.b
Ioan.19. 15 Non habemus regem, niſi Cæſarem 440.a
34 Latus eius aperuit 169.a
Ioan.20. 19 Ieſus clauſis ingreſſus eſt oſtijs 63.a
22 Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis,&c. 275.b 276.* a b 278.a 338.b 339.b 479.b
23 Quorumcunque enim peccata retinueritis, retenta ſunt 155.a
29 Quia vidiſti me Thoma, credidiſti 4.b
29 Beati qui non viderunt & crediderunt 803.b
Ioan.21. 7 Sciens Petrus quia Dominus eſt, in mare ſe miſit 39.b
17 Si me amas Petre, paſce oues meas 28.b 39.b 95.b 96.a 136.a 155.b

EX ACTIS APOSTOLORVM.

Act.1. 8 Accipietis virtutem venientis in vos ſpiritus ſancti, & eritis mihi teſtes 278.a
Act.2. 24 Solutis doloribus inferni 19.a
Act.4. 27 Collecti ſunt enim verè in iſta ciuitate aduerſùs ſanctum filiũ tuũ quem vnxiſti 203.a
32 Neque quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat 675.b
Act.8. 14 Cùm audiſſent qui erant Hieroſolymis Apoſtoli,&c. 198.a
Act.9. 16 Ego oſtendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati 297.b
Act.10. 3 Cornelius vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad ſe 797.b

38 Quo-

Digitized by Google

38 Quoniam vnxit eũ Deus ſpiritu ſancto 20:.b
38 Pertranſijt beneſaciendo & ſanando omnes 70'.a
Act. 11. 26 Vt cognominarentur primùm Antiochiæ Diſcipuli, Chriſtiani 1.b
Act. 13. 48 Et crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam 823.a
Act. 14. 14 Paulus & Barnabas conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, &c. 82.a
Act. 16. 14 Lydia purpuraria colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intẽdere his, &c. 797.a
Act. 19. 1 Factum eſt dũ Apollos eſſet Corinthi, Paulus peragratis ſuperioribus partibus, &c. 197.b
Act. 20. 7 Vna autem Sabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem 257.a
27 Non enim ſubterfugi, quo minùs annunciarem omne conſilium Dei vobis 444.b
28 Videte gregẽ, in quo vos ſpiritus ſanctus Epiſcopos ordinauit 334.b
Act. 27. 35 Sumens panem gratias egit Deo in conſpectu omnium, &c. 257.b

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Rom. 1. 9 Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius, &c. 141.b
17 Iuſtus autem ex fide viuit 803.b 822.a
23 Qui commutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis 19.b
24 Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum 781.a
32 Qui talia agunt, digni ſunt morte 827.b
Rom. 2. 4 Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? 476.b
6 Reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius 786.b 830.a
11 Qui enim ſine lege peccàrunt, ſine lege peribunt &c. 489.a
Rom. 3. 21 Iuſtitia Dei manifeſtata eſt 802.a
22 Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti 802.a
23 Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. iuſtificati gratis per gratiam ipſius 773.a 803.b 806.a 807.ab
28 Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis 464.b 492.b 805.a
Rom. 4. 3 Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam 503.ab
4 Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, &c. 830.a
25 Reſurrexit ꝑpter iuſtificationẽ noſtrã 794.a
Rom. 5. 1 Iuſtificari 803.b
5 Charitas Dei diffuſa in cordibus noſtris 804.a
12 Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, &c. 184.a 185.a 769.b 770.*a 771.a b 774.*a b 775.*a b 779.b 789.b 790.*a b
20 Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, &c. 464.a
Rom. 6. 3 Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus 181.a
4 Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem 192.a 717.b
5 Complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius 188.a
6 Noſter vetus homo ſimul crucifixus eſt 188.a 192.a
7 Qui mortu' eſt, iuſtificatus eſt à peccato 808.b
12 Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius 781.a b
20 Cùm enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ 766.a 784.b
23 Stipendium peccati mors eſt, gratia autem Dei vita æterna 507.b 772.b 830.a
Rom. 7. 8 Peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam 193.*b
14 Venundatus ſub peccato 382.b
18 Scio enim, quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum, &c. 194.b 781.b 782.a
20 Iam non ego operor illud, ſed illud quod in me habitat peccatum 783.b
23 Video aliã legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c. 384.a 781.b
Rom. 8. 8 Qui autem in carne ſunt 651.b
10 Si Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, &c. 766.*b
13 Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu, &c. 651.b
13 Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, &c. 792.*b 811.a
14 Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei 792.b
16 Ipſe ſpiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus 3.a
26 Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis 786.b
38 Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu 824.a
Rom. 9. 16 Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei 679.b 798.a
18 Cui vult miſeretur, & quẽ vult indurat 471.a
Rom. 10. 3 Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere 802.*b
8 Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus 80.a
Rom. 11. 20 Noli altum ſapere, ſed time 644.b
36 Quoniam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt 7.a
Rom. 12. 21 Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum 489.a b
Rom. 13. 7 Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum, &c. 631.a
Rom. 14. 3 Is, qui manducat, non manducantem non ſpernat, &c. 532.*b
5 Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet 97.b
20 Omnia quidem munda, ſed malũ eſt homini qui per offenſionem manducat 658.b
Rom. 14. cap. expoſitio 527.b & ſeq.
Rom. 15. 1 Vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmorum portate 292.b
2 Vnuſquiſq; placeat proximo ſuo in bonum ad ædificationem 141.b
9 Gentes autem pro miſericordia glorificare Deum 813.b

EX I. EPISTOLA AD CORINTHIOS.

1. Cor. 1. 30 Factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio 624.a
1. Cor. 2. 9 Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit 43.a b
1. Cor. 3. 11 Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus 1.b
12 Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, &c. 305.a b 306.a b 307.a
17 Si quis Dei templum violauerit, diſperdet eum Dominus 88.a 352.b
1. Cor. 4. 3 Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die 808.a
4 Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum 522.b 808.a b 809.a b 815.a
7 Quid autem habes, quod nõ accepiſti? 793.b 832.b 833.b
16 Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti 80:.b
1. Cor. 5. 6 Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit 208.a
11 Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idòlis ſeruiens, &c. 828.a
12 Quid enim mihi eſt de his, qui foris ſunt iudicare? &c. 278.b 2:0.a
1. Cor. 6. 1 Audet quiſquam veſtrûm aduersùs alterum habens negocium iudicari ab iniquis, & non

Digitized by Google

non apud ſanctos? &c. 632.a
4 Secularia iudicia ſi habueritis, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, &c. 498.a
9 Iniuſti regnum Dei non poſſidebunt 827.b
11 Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, &c. 191.a
12 Omnia mihi licita ſunt, ſed non omnia expediunt 658.a b
15 Neſcitis quia membra veſtra, membra ſunt Chriſti? membra ergò Chriſti, meretricis faciam membra? abſit 208.a
15 Membra Chriſti eſtis: templum eſtis ſpiritus ſancti 399.b
19 Neſcitis quòd corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui habitat in vobis? 88.a
1.Cor.7. 4 Vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir &c. 349.b
5 Nolite fraudare inuicèm, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, &c. 498.a
9 Melius eſt nubere quàm vri 361.a 365.b
10 Vxorem à viro non diſcedere, &c. 349.b
23 Precio empti eſtis, non fitis ſerui hominum 15.b
25 De virginibus pręceptum Domini nõ habeo: conſiliũ autem do, &c. 658.*b 659.*b 690.a
26 Exiſtimo enim hoc bonum eſſe 684.b
27 Iunctus es vxori? noli quærere ſolutionem 354.b
28 Si nupſerit virgo, non peccauit 359.a 360*.b 361.b
34 Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu 682.b
36 Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, &c. 370.a
39 Mulier alligata eſt legi, &c. cui vult nubat in Domino 352.a 358.b
1.Cor.7. Capitis ſcopus 682.a b 683.b
1.Cor.8. 2 Qui ſe putat aliquid ſcire, nondùm ſcit quomodò oporteat eum ſcire 611.a
1.Cor.9. 5 Nunquid nõ habemus poteſtatem mulieres, vel vxores circunducendi? 683.a
19 Cùm enim liber ſim ex omnibus, omniũ ſeruum me feci, vt plures lucrifacerem 658.a
24 Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, &c. 79.a
24 Sic currite, vt compræhendatis 706.a b
27 Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubijcio, nè fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar 48.b 824.a
1.Cor.10. 12 Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat 822.a 824.*a b
17 Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus 208.*b 257.b 258.a
21 Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum 245.b
25 Omne quod in macello vęnit, manducate 528.a 532.b
1.Cor.11. 2 Laudo vos, fratres, quòd per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, traditiones tenetis 105.b 129.b 164.b
23 Ego accepi à Domino, quod & tradidi, &c. 214.b
26 Quotieſcunq; enim ederitis panem iſtum, & calicem iſtum biberitis, &c. 240.b 254.a
28 Probet autem ſeipſum homo, & ſic de &c. 269.b
29 Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi mãducat & bibit &c. 212. 220.b 270.*a b 271.a 274.*a
30 Ideò inter vos multi & infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi 316.b
31 Si noſipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur &c. 211.b
1.Cor.12. 4 Diuiſiones verò gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus 804.a
11 Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem ſpiritus, &c. 798.a
28 Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia Apoſtolos, ſecundò prophetas, &c. 15?.a
31 Adhuc ſupereminentiorem viam demonſtrabo 71.b
4 Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. 127.*a
1. Cor.13. 5 Charitas non quærit quæ ſua ſunt 72.b
12 Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem 42.b 750.a
12 Scio ex parte 819.a
12 Cognoſcam ſicut & cognitus ſum 750.a
1.Cor.14. 16 Quomodò dicet, Amen 43.b
33 Sic doceo, & ſic tradidi in Eccleſijs 129.b 164.b
1.Cor.15. 2 Si cõtinetis, niſi fruſtrà credidiſtis 129.b 164.b
22 Sicut in Adã omnes moriuntur: ità & in Chriſto omnes viuificabuntur 790.b
28 Vt ſit Deus omnia in omnibus 42.b
44 Seminatur corpus animale; reſurget corpus ſpiritale 40.a 782.a
51 Omnes quidem dormiemus: ſed non omnes immutabimur 38.b 39.a 823.b
53 Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem 114.a 739.a
56 Stimulus autem mortis, peccatum eſt 779.b
1.Cor.16. 4 Quòd ſi dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt 674.a

EX II. EPISTOLA AD CORINTHIOS.

2.Cor.1. 3 Deus pater miſericordiarum 471.a
7 Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum 103.b
11 Vt ex multis perſonis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro nobis agantur 249.a
21 Qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris 201.a 630.a
2.Cor.2. 10 Si cui quid donâſtis, & ego. &c. 278.a
15 Chriſti bonus odor ſumus *in omni loco*, & in ijs, qui ſalui ſiunt, & in ijs qui pereunt 326.b 477.a
2.Cor.3. 3 Manifeſtati, quoniã eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata per nos, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, &c. 804.a
2.Cor.4. 16 Is qui foris eſt noſter homo, corrumpitur: ſed qui intùs eſt, renouatur de die in diem 519.b 810.a b
17 Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, &c. 79.*b 508.a 819.a
2.Cor.5. 1 Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, &c. 84.b
4 Nam qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, &c. 766.b
10 Omnes enim adſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ſecundùm ea, &c. 308.b 776.a
14 Charitas Chriſti vrget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus &c. 270.a
21 Vt nos ſimus iuſtitia eius 802.b
2.Cor.6. 16 Inhabitabo in illis, & inambulabo, atque ero illorum Deus 88.a
2.Cor.7. 10 Quę ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur 276.a
2.Cor.8. 14 Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum 608.b
17 Gratias autem Deo, qui dedit idem ſtudium pro vobis in corde Titi 791.a
2.Cor.9. 6 Qui parcè ſeminat, parcè & metet, &c. 596.b
2.Cor.11. 13 Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli, õperarij ſubdoli, transfigurant ſe in apoſtolos Chriſti 164.a
2.Cor.12. 7 Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, vt me colaphizet 830.a
10 Cùm infirmor, tunc fortior ſum 536.b

18 Ter

18 Ter Dominum rogaui,&c. 559.b & ſeq.
2.Cor.13. 7 Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis 788.b 823.a

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Gal. 2. 16 Iuſtificatur homo per fidē Ieſu Chriſti 802.b
20 Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus 787.a
Gal. 4. 10 Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos 115.a 498.a 531.a
Gal. 5. 6 In Chriſto Ieſu, neque circuncifio aliquid valet, neque præputiū, ſed fides, quæ per charitatem operatur 71.b 804.b 805.a
19 Manifeſta ſunt opera carnis, quę ſunt adulteria, fornicationes, immunditiæ 651.*a b
22 Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c. 649.*a

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Epheſ. 1. 13 In quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto 200.b
Epheſ. 2. 2 Spiritus, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ 767.b
3 Eramus & nos natura filij iræ ſicut & cæteri 772.a 775.a
7 Vt oſtendat in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu 832.a
8 Gratia ſalui eſtis facti per fidem, & hoc nō ex vobis, ſed Dei donum eſt 805.b 806.a b
Epheſ. 3. 5 Quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt, &c. 208.b
10 Multiformis eſt ſapientia Domini noſtri 205.a
13 Peto vos non infirmari 793.b
17 Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris 803.b
Epheſ. 4. 4 Vnum corpus & vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus 28.*a 187.b
5 Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per quem omnia, & in omnibus nobis 2.b 45.b
9 Aſcendit autem, quid eſt, niſi quia & deſcendit in in inferiora terræ 18.b 19.b
11 Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. 44.b 335.b
13 In menſurā ætatis plenitudinis Chriſti 40.b
15 Vt in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, &c. 208.b
21 Sicut eſt veritas in Ieſu deponere nos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, &c. 764.b
26 Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram 420.a
Epheſ. 5. 3 Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, &c. 400.a
11 Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem & redarguite 428.a b
19 Cantantibus in cordibus veſtris Domino 562.a
25 Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam 349.*a 353.a
30 Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius 209.b
Epheſ. 6. 5 Serui, obedite carnalibus dominis 81.a
23 Pax fratribus & charitas cum fide magna 804.b
23 Charitas cum fide à Deo patre, & Domino Ieſu Chriſto 794.a

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Philip. 1. 1 Cum Epiſcopis & Diaconibus 334.a 335.b
3 Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, &c. 823.a
4 Semper in omni prece mea pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, &c. 823.a
21 Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrū 717.a
23 Diſſolui & cum Chriſto eſſe, multo melius 717.b
Philip. 2. 6 Quòd cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, &c. 270.a
9 Donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu flectatur omne genu, &c. 231.b
12 Sicut ſemper obediſtis, non vt in præſentia mei tantùm, ſed multo magìs &c. 799.a b
12 Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini 793.a 824.b
20 Neminem habeo, qui germanè de vobis ſolicitus ſit 343.b
25 Fratrem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum 278.a
Philip. 3. 11 Si quo modo pertingam ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis 823.*b
12 Sequor autem, ſi compræhendam in quo & compræhenſus ſum 824.*a
15 Quicunque ergò perfecti ſumus, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, &c. 811.a
16 Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus 811.a
Philip. 4. 6 Poſtulationes veſtræ innoteſcant apud Deum 563.a

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Coloſſ. 1. 24 Adimpleo ea quæ deſunt paſſioni Chriſti in corpore meo 295.a 814.b
Coloſſ. 2. 11 In quo & circuncifi eſtis circuncifione non manufacta, &c. 192.a
12 Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem 188.a
Coloſſ. 3. 3 Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. &c. 265.a
5 Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram 761.a 811.a 828.a
9 Expoliantes vos veterem hominē cum actibus ſuis, induite nouum, &c. 764.b 811.a
10 Renouatur autem in agnitionem Dei 810.b
12 Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ 587.b
13 Donate vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, &c. 620.b
Coloſſ. 4. 3 Orantes ſimul & pro nobis, vt Deus adaperiat nobis oſtium verbi 797.a
12 Vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei 823.a

EX I. AD THESSALONICENSES.

1.Theſſ. 4. 4 Vt ſciat vnuſquiſq; veſtrûm ſuum vas poſſidere in ſanctificatione 624.b
7 Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem 624.b
1.Theſſ. 5. 17 Sine intermiſſione orate 557.b 558.a 563.a
19 Spiritum nolite extinguere 330.a

EX II. AD THESSALONICENSES.

2.Theſſ. 2. 15 State igitur, fratres, & tenete traditiones noſtras, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram 105.b

EX I. EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

1.Tim. 5 Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona & fide non ficta 47.b 505.a 804.a
13 Priùs blaſphemus fui & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei &c. 509.a 832.a
1.Tim. 2. 1 Obſecro itaque primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones 551.b

4 Vult omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire 795.a
8 Volo viros precari in quouis loco 325.b & ſeq.
1.Tim.3. 2 Vnius vxoris virum 367.*a 369.*b
6 Non neophytum, nè in iudicium incidat, & in laqueum diaboli 392.b 682.b & ſeq.
8 Diaconi ſimiliter irrepræhenſibiles, pudici, non bilingues, non multo vino deditі, &c. 334.*b
10 Nullum crimen habentes 780.a
1.Tim.4. 1 In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, prohibentes nubere, abſtinere à cibis, &c. 528.a 532.b
5 Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem 225.b 257.a
14 Nè negligas donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij 330.*a 335.b
1.Tim.5. 9 Vidua deligatur non minùs ſexaginta annorum 360.a
11 Iuniores viduas reijce, &c. 359.a 360.*a 335.b
14 Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamiliâs eſſe 349.b
20 Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant 165.b 445.b
23 Iam noli aquam bibere 532.b
23 Vino modico vtere 412.a
22 Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis 330.a
1.Tim.6. 9 Deſideria inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitū & perditionem 782.a
20 Profanas vocum nouitates deuita 151.a b

EX II. EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

2.Tim.1. 6 Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum 322.a 330.*a
12 Scio cui credidi, & certus ſum 3.a
2.Tim.2. 4 Nemo militans Deo, obligat ſe moleſtijs ſecularibus &c. 156.a
12 Si compatimur, & conregnabimus 295.a
19 Nouit Dominus qui ſunt eius 823.b
2.Tim.4. 2 Argue, obſecra, increpa, cum omni patientia & doctrina 445.a
7 Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, &c. 508.*b
8 Non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius 731.b

EX EPISTOLA AD TITVM.

Tit.1. 5 Huius rei gratia reliqui te Cretæ, &c. & conſtituas per ciuitates presbyteros 334.a
Tit.2. 15 Argue cum omni imperio 445.a
Tit.3. 5 Saluauit enim nos per lauacrum regenerationis, &c. 192.

EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Heb.5. 8 Chriſtus cùm eſſet filius Dei, didicit ex ijs quę paſſus eſt obedientiam 79.a
Heb.6. 4 Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum cęleſte &c. 186.b 192.a 822.b
Heb.10. 32 Rememorate nanque priores dies, quibus illuminati multam colluctationem ſuſtinuiſtis paſſionum 192.a
Heb.11. 1 Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium 3.b 4.ab
6 Sine fide impoſſibile eſt placere Deo 45.b
6 Credere enim oportet, quia Deus eſt 4.a
26 Reſpiciebat in remunerationem 79.b
Heb.13. 4 Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus 354.b

EX EPISTOLA D. IACOBI.

Iacob.1. 14 Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, &c. 780.b
15 Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem 384.a
20 Ira viri iuſtitiam Dei non operatur 419.b
Iacob.2. 13 Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam 836.b
19 Et dæmones credunt, & contremiſcūt 804.b
Iacob.3. 2 In multis enim offendimus omnes 815.b
Iacob.4. 17 Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi 358.a 611.a
Iacob.5. 14 Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, &c. 315.a b 316.b 317.a 318.*a 320.b

EX I. EPISTOLA D. PETRI AD PONTICOS.

1.Pet.2. 5 Et ipſi tanquàm lapides viui ſuperędificamini in domos ſpiritales, &c. 326.a
9 Vos autem genus electum, regale ſacerdotium 202.b 326.a
21 Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius 295.a
25 Sed conuerſi modò ad Epiſcopum, & paſtorem animarum veſtrarum 278.a

EX II. EPISTOLA D. PETRI.

2.Pet.1. 4 Efficiamini diuinæ naturæ conſortes 209.b

EX I. EPISTOLA D. IOANNIS.

1.Ioan.1. 8 Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos ſeducimus 377.b
1.Ioan.2. 1 Filioli mei, hæc ſcribo vobis vt non peccetis, &c. 465.a 821.a
19 Ex nobis exierunt, ſed non erāt ex nobis 27.b
1.Ioan.3. 2 Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt 42.b
4 Omnis qui facit peccatum, & *iniquitatem* facit, &c. 376.b
9 Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, &c. 821.a
10 In hoc manifeſtati ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt à Deo: & qui non diligit fratrem ſuum 71.a 649.a
1.Ioan.4. 8 Deus charitas eſt 51.b
18 Timor non eſt in charitate, &c. 761.a b
1.Ioan.5. 1 Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit genitorem, diligit eum, qui genitus eſt ab ipſo 828.b
3 Et præcepta eius grauia non ſunt 79.b
16 Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis 468.b 475.b 480.ab
18 Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum 821.a

EX EPISTOLA S. IVDAE.

19 Qui ſeipſos ſegregant, animales, ſpiritum non habentes 32.b

EX APOCALYPSI D. IOANNIS.

Apoc.2. 5 Memor eſto vndè excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac 276.a
Apoc.14. 3 Canticum nouum cantabitis citharis veſtris 681.b 682.a
4 Sequuntur agnum quocunq; ierit 76.b
Apoc.19. 10 Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorū 82.a
Apoc.20. 3 Et clauſit & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat ampliùs gentes 823.b
4 Et vidi ſedes & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt 278.b
7 Sed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis 3:6.a
Apoc.22. 12 Reddet vnicuiq; ſecundùm opera ſua 830.a

IN PRAECEDENS OPVS CATECHISTICVM D. PETRI CANISII, SCRIPTVRÆ TESTIMONIIS ET PATRVM SENTENTIIS ILLVSTRATVM, RERVM AC SENTENTIARVM INDEX.

In quo litera A, numeris appoſita, prius paginæ latus, B, poſterius deſignat. Sicubì verò neutra adiecta fuerit, ipſius Catechiſmi opus denotatur.

A

Aronis filij quas vini guſtati pœnas dederint 519.a
aaroni primo omnium ſacerdotium collatum 328.b
aaronem Epiſcopi formam prætuliſſe: filios Aaronis presbyterorum 328.b
Abagaro cur ſuam imaginem Chriſtus miſerit 105.b 109.a
Abel quomodò electa Deo munera obtulerit 73.b
Ablutio exterior cuius ſit ſymbolum 172. cur ter repetatur 188.a vbi conferatur 193.a
Αμαρτία 779.b
Abnegatio propriȩ voluntatis quibus à viris quantoperè laudata 663.b
Abraham quomodò ad offerendum Iſaac permotus 74.a
abrahæ ſinus quid 85.a
Abrenunciatio 179.b 180.a b 181.b
abrenunciatio triplex 674.b
abrenunciationis voce cur frequenter vtendum 196.a
abrenunciationis in baptiſmo factæ memoria quò valeat 179.b 196.a
abrenunciationes paruulorum in baptiſmo, quomodò, & per quem fiant 195.b & ſeq.
ſine Abſolutione ſacramentali mori, quàm periculoſum 294.a
Abſtinentia toti Eccleſiæ iam olìm communis quæ 529.b
abſtinentia & delectus ciborum in Eccleſia varius 530.a
abſtinentia hebdomadæ ſanctæ 514.a 530.b 541.b
abſtinentia arctior per ſex dies ante paſcha, & ciborum delectus 534.b
abſtinentia feriæ quartæ & ſextæ cuius ſit traditionis 132.a 159.a b
abſtinentia monachorũ, ſicut & vita, liberè ſuſcipitur 528.a
abſtinentia admirabilis quorundam monachorum 530.a 701.a
abſtinentia à carnibus & vino, cœnobitis olìm quàm familiaris 700.b
abſtinentia à carnibus quæ qualis 536.a
abſtinentia Antonij 530.a
abſtinentia Manichæorum qualis 527.a
abſtinentia & delectus ciborum Hilarionis adhuc adoleſcentis 530.a
abſtinentia Ethnicorum qualis fuerit 513.a b
abſtinentiæ maioris, quàm quæ iuſſa aut indicta ſit, libertas ſeu ratio quæ 159.b
abſtinentiæ quotuplex finis 527.b 528.b
abſtinentiæ ſanctorum Dei quis ſit finis 364.a
abſtinentiæ Chriſtianæ fructus 160.a 541.a
abſtinentiæ catholicæ & hæreticæ differentia 528.a
abſtinentiæ nullum eſſe meritum, hæreſis antiqua 520.b
abſtinentiam à carnibus nihili facit Aërius 531.a
per abſtinentiam à licitis, condonantur illicitè perpetrata 541.a
abſtinentia, vigilæ, & orationes perducunt ad paradiſi delicias 538.b
de abſtinentia ciborum quos Apoſtolus Paulus notet 532.b
Abſtinere Iudaicè à cibis, Deo non eſt acceptum 541.a
abſtinere ab alienis non eſt ſatis, ſed etiam ſua eroganda alijs 615.a
non abſtinere, ſed hæreticè abſtinere, hæreticum facit 528.a
quomodò abſtinetur Chriſtianè à lacticinijs, ouis, &c. 528.b
cur abſtineant à cibis Manichæi 528.b
cur abſtineant Catholici à carnibus, &c. 527.a
abſtinuit Bernardus, vt ſatisfaceret pro peccatis 528.a b
abſtinendum non à cibo ex ſuperſtitione Iudaica, vel hæreticè 516.a
cur abſtinendum à carnibus, &c. 539.b
abſtinendo ira Dei lenitur 538.b
Acedia quid ſit, & quænam illius filiæ 391.a 423.425.a Vide Tepiditas.
Achab ſua quid pœnitentia conſecutus 282.b 299.b
Acolytus quomodò ordinetur 331.a
acolyti officium 333.a
Actio omnis humana quàm diuerſo inſtituatur fine 656.b
Actus hominum velut in trutina ponderantur 596.a
Adam
ex terra adhuc virgine formatus 61.a
qualis à Deo creatus 764.b
qualis ſit factus diaboli fraude ibid.
quid peccando amiſerit, & in illo nos 771.a
totus & animo & corpore lapſus in deterius 768.b
peccati merito, non naturæ neceſſitate, mortalis 766.a
niſì peccâſſet, nunquàm corpore moriturus fuiſſet 766.b
omnes poſteros tanquàm radix arborem complexus eſt 775.b
in nos culpam & pœnam tranſmiſit. 773.a
mundo peccatum & mortem ſimul inuexit 773.b
adam, Eua, & ſerpens, quibus tribus peccãdi gradibus aptè conferantur 383.a
adæ, Euæ, & ſerpentis inter ſe qualis conuentio & colluſio 384.a
adæ præuaricatio
quid poſteris malis aduexerit 770.b
poſterorum omnium in ſe innocentiam perdidit 783.a
& corporis ſimul & animȩ mortem ad poſteros tranſmiſit 769.a
adami peccato omnes, excepto Chriſto, obnoxij naſcimur 773.b
adami peccatum corporis morte puniendum, & in poſteros deriuatum Pelagiani negant 774.a
adami primi & ſecundi antitheſis 773.a
adamo tranſgreſſori quænam interminata ſit à Deo mors 766.a
adamum ex inferno liberatum credit Eccleſia 19.a
adamo corruente, tota poſteritas corruit 773.b
ex Adam omnes ſumus primo mali 771.b
in adamo
quia omnes fuimus, omnes etiam peccauimus 779.b
quaſi in maſſa omnes peccauimus 770.b 779.b
vitiata omnium hominum natura 771.a
peccârunt omnes etiam nondùm nati, qui per ſe adhuc peccare non poterant 771.b
Αδιάφορα quid 132.
adiaphoræ, ſi dijs placet, quibusnam ſint apoſtolicæ traditiones 132.
Adorari carnem Chriſti in myſterijs 230.a
adorare
ſcabellum pedum Dei, quid ſit 230.a
imaginem, vide Imago, & Crux.
verſùs Orientem, traditio Apoſtolica 557.b
cur adoremus Orientem verſùs ibid.
adorandus Deus animo & corpore ibid.
adorantium non debemus gerere ſpeciem, opere verò inimici eſſe 232.a
Aduentus Domini quibus ſit imparatus 711.b
aduentus ſui certum tẽpus cur non tantùm noluerit Chriſtus ab Apoſtolis prædicari, ſed ne ſciri quidem 723.a
aduentum Chriſti qui præceſſuri ſint 723.b

Adulatio peccatum alienum 436.
adulatione nutriuntur delicta 437.a
Adulator blandus inimicus 439.b
Vide etiam, Detractio & Laudatio.
Adulterum omni excuſatione carere 352.b
adultera viuente, non licet aliam ducere 356.b
adulteram qui dimittit, ei non licet aliam ducere 357.a
adulteram qui dimittens, contrahit, etiam mœchatur 356.b
adulteri quatuor fiunt ex duobus coniugibus, ſi cum alijs contrahant 357.a
Adulterij prohibitione quæ alia vetentur vitia 120.
adulterij rei ſunt lege Euangelij, qui coniuge viuente contrahunt cum alia perſona 349.a
adulterio ſpirituali obnoxiæ aut obnoxij qui 361.a
adulterijs peior eſt lapſus à voto caſtitatis 360.b
Aegroti quomodò viſitandi 713.a
Aegyptiorum mirus aliquando in crucē Chriſti zelus 16.a
Aequali quid ſit reddendum 629.b
Aërij hęreſes 211.b 335.b 530.b
aërij hæretici aduersùs defunctorum memoriã argumenta quomodò confutata 250.a
Affinitas ex fornicatione, quouſquè ſe extendat 350.b
Agathi epiſcopi Panormitani mira de ſacrificio Miſſæ relatio 238.b
Agimus in iuſtificatione & agimur 792.b
Agnes martyr ac virgo, quomodò à Prudentio laudata & inuocata 93.a b
S. agnetis auxilium & beneficia 93.a
S. agnetis virginis ſponſus quis, & qualis ſit 664.b
Agni paſchalis vna in domo comeſtio, myſticè quid 29.b 34.b 35.a
agnum immaculatum quotidiè ſumi & immolari, nec tamen ſumptum conſumi 222.b
Altare eſſe ſedem corporis & ſanguinis Chriſti, in eoq; per certa momenta habitare 216.a
altare Stephano protomartyri dedicatum 241.a
altari aſſiſtentes antiſtites Deo offerunt, non martyribus 236.b
altaris ſacrificium, vide Sacrificium.
altaria Apoſtolorum tempore dedicata fuiſſe martyribus 241.a
altaria ſoli Deo conſtituuntur, quamuis in memorias martyrum 82.a
altaria Dei frangere, ſacrilegium eſſe 216.a
ex altaris ornamentis camiſias & femoralia faciens, punitur 457.b
Amatores ſecularium delectationum quibus ſimiles ſint 756.a
Ambroſius Chriſtum in Euchariſtia adorat 233.b quomodò Crucis virtutem extulerit 17.b
ambroſij iamiam morituri apophthegma 713.b
ambroſium de nimia virginitatis commendatione accuſatum fuiſſe 687.b
ambroſium Rom. Eccleſiæ formam in omnibus ſequi cupere 140.b
Amentia irridentium ſobrios 411.b
Amen, ſimplex aut geminatum, quid ſit aut ſonet 43.b 56.b
Amicitiam Dei non diſſoluendam 73.a
Amor legiſlatoris facilem efficit legem 814.b
amor verus meretur præmium 72.b
amor pecuniæ, Dei amorem tollit 397.a
amoris in nos Chriſti ſingularis ſpecimen 207.a 222.a
Anabaptiſmus
- damnatur 186.b
- eſt diabolicæ præſumptionis 187.b
- iuxta Cęſareas leges gladio caſtigād' 187.b

Anabaptiſtæ cur iuſtè damnati 183.
anabaptiſtarum & Iſmaëlis collatio 187.a
anabaptiſtas eſſe illuſores vti Iſmael, rectéque perſecutorem pati 187.a
Anachoretæ qui 702.b
anachoretæ quid proſint alijs 700.b
anachoretarum vita 700.a
anachoretarum vita quos authores habuerit 699.a
Ananias votum paupertatis fecit 362.b
ananias & Sapphira cur puniti 666.b
ananiæ & Sapphiræ exemplum cur meritò ob oculos ponendum 674.a
Andreæ apoſtoli reliquię Conſtātinopolim tranſlatę 97.b
Angelus in forma naufragi eleemoſynam flagitat 599.b cuius conuiua fuerit 600.a
angeli obſecrandi 89.b quomodò pro Africa implorati 103.a
angeli quatuor argentei à Conſtantino in tēplo poſiti 107.b
angeli & Sanctorum animæ noſtra nôrunt, ac pro nobis & nobiſcum precantur 85.b
angelorum
- hierarchia in cælo 327.b
- miniſterium 563.a
- in officio Miſſæ præſentia & miniſterium 232.b 233.a b
- cibus quis 517.b
- vita myſticè quid 690.b

angelorum vita & Sanctorum corona myſticè quid 689.a
Angelicus hymnus vndè in Miſſa cantari aut dici ſtatutus 245.b
angelica quibus obuentura dignitas 751.b
Angli quid Gregorio Magno debeant 248.b
Anguſtia & terror qualis tandèm aliquando futurus 730.b
Anima
- ſui iuris 758.a
- quia libera, non inuita agit, corpore pręſtat ibid.
- poſt mortem ad Chriſtum vadit 717.b
- quomodò perdurare queat in tot tantiſq; pœnis 732.a
- rapitur à dæmonibus ad inferos 733.a

anima ſuâ culpa lapſa, ſola Dei gratia reſtauratur 736.a
Anima Chriſti
- vnita diuinitati ad inferos ſtatìm deſcendit 19.b
- electos indè liberauit 19.a b
- impios non liberauit 19.b
- principem tenebrarum alligauit 19.b
- vectes ferreos confregit ibid.

animæ à corpore recedentis dolor, tremor & certamen 318.a b 714.b 715.a
animæ requies poſt mortem non æquè diuturna omnibus 708.a
animæ
- migrantes à corpore ante tribunal Chriſti ſiſtuntur 708.a 717.b
- quorum ſtatìm ad cælum euolent, aut in infernum deſcendant 307.b
- quorum ad purgatorium migrent 741.b
- quomodò iuuentur ibid.
- quorum ad cælum migrent ibid.
- quorum ad inferos deſcendant ibid.

animæ piorum defunctorum ad Eccleſiā pertinent, & eius communionem 32.b
animæ piorum ex inferno per Chriſti deſcenſum liberatæ 19.a b
animę defunctorum Sanctis commendantur tanquàm patronis 91.a
animæ defunctorum quomodò per Miſſas à pœnis ſoluantur 239.a
animæ damnatorum triſtabuntur potiſſimùm de pœnitentiæ tempore neglecto 733.a
animæ Sanctorum, vide Sancti.
animarum
- medici in Eccleſia 286.a b
- iudices Apoſtoli & Epiſcopi conſtituti 277.b
- lucrum quanti faciendum 610.a
- ſalutem quanti faciat Deus ibid.
- timor & dolor in iudicio extremo 727.a
- ſtatus poſt mortem 708.a

animas ex inferno Chriſtus abduxit 19.b
animas iniquorum eſſe in inferno 734.a
Animi medicina coërcitione & inſtructione perficitur 607.a
Anniuerſariæ ſolennitates vndè inſtitutæ 114.a
Antichriſtus
- communi modo quis ſit 723.b
- propriè quis ſit ibid.
- naſcetur ex fornicatione 724.a
- orietur ex tribu Dan 723.b
- quando venturus 729.a
- præcedet Chriſti aduentum ibid.
- conſignationem crucis in fronte prohibebit 723.b
- Iudæos decipiet 724.a
- ſeipſum vocabit Deum ibid.
- in templo Iudaico ſedebit 724.a
- erit magus & diabolicus homo ibid.

erit verus homo, non autem diabolus incarnatus 724.a
inuadet Romanum imperium 729.a

antichriſti
- character loco viuificæ crucis Chriſti 723.b
- regnum 724.a
- fraudes & hypocriſis 729.a
- improbitas quanta ibid.
- dominatus quàm breuis ibid.
- interitus 724.a 729.a

antichriſti tempore templa Chriſtianorum deuaſtabūtur, & iniquitas inualeſcet 723.a
antichriſti ſynagogæ quales, quíve ad eas ſpectent 28.a 31.b
antichriſto qui principes per Athanaſium collati 147.b
antichriſtum Liturgiam ablaturum 242.a b
Antiquitatis ſequendæ ratio, modus ac vſus 31.a
Antiſtes perſonam Chriſti ſuſtinet 695.b
Αντίτυπα quid 211.b 214.b
Antonius quomodò Dominicū ad ſe præceptum ſeu conſilium traxerit 661.b

Apoſtoli
- cur, quando, & quomodò Symbolum condiderint 5.a b
- cur ſignis viſibilibus & externis vſi cæremonijs 182.b
- Chriſmatis inunctionem, perfectionem vocârunt 202.a
- quot viuendi modos in Eccleſia inſtituerint 699.b
- religioſorum in Eccleſia ordinis inſtitutores 702.b
- quos populos conuerterint, in die iudicij videbitur 611.a
- quales fuerint pauperes 672.a
- quale paupertatis exemplum dederint ibid.
- quid pro hîc derelicto adepti, ſeu habituri 669.a b
- quas domos in hac vita receperint 669.b
- an vxores circunduxerint 683.a
- quando & quatenùs vxoribus vſi ibid.
- quomodò centum mulieres receperint 669.a
- quomodò pro Africa inuocati 103.a

apoſtolorum
- inter ſe diſcretio 140.b 141.b
- induſtria 699.b
- genera quot 328.b
- ſucceſſores 136.b
- vicarij qui 328.b

apoſtolorum locum in Eccleſia tenentes, cuius ſacramenti ſoli ſint miniſtri 198.201.b
apoſtolorum officium erat baptizare 189.b
apoſtolorum domus eſſe templa 669.b
apoſtolorum dogmata partìm ſcripta, partìm non ſcripta 129.a b 130.b
apoſtolorum ſepulcra & natalitia clara ſunt 99.a
apoſtolorum oſſa, veneranda 97.b
apoſtolorum & eccleſiæ collatio 279.b
apoſtolorum & martyrum inuocatio 96.b 103.a
apoſtolos quando, & quibus verbis ſacerdotes Chriſtus inſtituerit 245.b

apoſtolos
- voluiſſe paruulos baptizari 184.a
- altaris miniſtros ordinâſſe 335.a
- vouiſſe votum paupertatis 673.a
- mortuorum in ſacrificio Miſſæ commemorationem inſtituiſſe 239.b 240.a 249.a
- omnes vxores habuiſſe, an ex Pauli verbis conuincatur 683.a

apoſtolos & monachos fuiſſe eunuchos euangelicos 679.a
apoſtolos pro nobis orare 89.b
apoſtolis duodecim articuli duodecim reſpondent 6.a
apoſtolis quanta poteſtas donata ſit 277.b 278.a
apoſtolis quæ dicta, ad ſucceſſores eorum pertinere 134.b
apoſtolica doctrina vbi ſyncera & immaculata ſeruata 150.b
apoſtolica ſedes, cardo & caput omnium Eccleſiarum à Chriſto conſtituta eſt 141.b
apoſtolicæ ſedis authoritas 142.a b 149.b 328.a
apoſtolicæ ſedis authoritas in hæreſibus anathematizandis 140.a
apoſtolicæ traditiones, vide Traditiones.
apoſtolici faſtigij, perfectæq; virtutis quid ſit 666.a
ad apoſtolicam ſedem cauſæ maiores referendę 141.b 142.a
idq; ex iuſſu & inſtituto Apoſtolorum 141.b
Apoſtatæ & hoſtes admitti nequeunt ad Eccleſiæ pacem 35.a

apoſtatæ
- à religione, an acceperint centuplū pro dimiſſis parentibus, &c. 670.b
- ſemetipſos Deo ſubtrahunt 703.a
- quales conſiliarios adhibere ſoleant 703.b

Apoſtaſiæ pudendus ſaltus 671.a
Aqua ad baptiſmum perficiendum neceſſaria 188.a
aquæ baptiſmalis ſanctificatio 179.b 180.a 181.b 182.a
aquæ benedictæ vis & vſus 713.a
aquis in qualibus olìm baptizaretur 179.b 180.a
Architæ Tarentini dictum de ira 422.a
Armis quibus opus ſit ad reſiſtendum 427.a
Arrius hæreſiarcha, ſcintillæ non oppreſſæ cōparatur 461.b

Arriani
- non ſunt Chriſtiani 1.a
- qua in re diabolo peiores 101.b
- quid martyribus negēt à dæmonibus confeſſum, ibid.
- quos Nicenę ſynodi canones combuſſerint 142.b

Athanaſius quàm honorificè de Rom. Pontificis & Apoſtolicæ ſedis authoritate ſentiat 142.a
athanaſij commendatio 249.b inuocatio 89.a
Attritio quale ſit donum Dei 283.b

Auaritia
- quid ſit, & quas procreet filias 392.391.b
- peior omni peccato 394.b
- auaros accuſat coram ſummo iudice 613.a

auaritiæ ſtudentium excuſatio propter liberos ſuos 394.a
auaritię febris quanta, & quàm mirè aliquando curata 596.b
auaritiæ nomen generale eſt 395.a
auaritiæ malum deſcribitur 396.a
auaritiæ morbus quotuplex 673.b
de auaritia tentantem diabolum quàm mirè trapezita quidam ſuperârit 597.a
Auarus eſt etiam, qui cupidè ſeruat ſua 395.b
auari quo plus habent, eo plus appetunt ibid.
auari diuites alienum panem manducant ibid.
auari plurimi in inferno 397.b
auari quomodò ſint pauperes 393.b
auarorum liberis carentium increpatio 394.a

auarorum
- vox qualis 393.a
- cogitationes quæ ſint 613.a
- in pauperes technæ ſeu ſtrophæ quales 393.b

Audiani hæretici quomodò peccata remittant 302.b
Auerſanus epiſcopus quàm ſedulò de Berengarianiſmo ſcripſerit 222.b 223.a 229.a b

Auguſtinus
- quanti faciat ſucceſſionem Epiſcoporum in ſede B. Petri 139.a
- quanti Patrum teſtimonia æſtimet 152.b
- de amplectenda perfectione euangelica cogitauit 662.b
- renunciauit proprietati ibid.
- fatetur ſe conſilium euangelicū de voluntaria paupertate amplexū fuiſſe 662.b 673.b
- alios totis viribus ad idem propoſitum exhortabatur 662.b
- monaſterium inſtituit 662.b 676.b
- mundum contemnit ibid.
- quam Cypriani ſententiam cur non acceptet 144.b
- iamiam moriturus, cui potiſſimùm rei vacârit 713.b

auguſtini dubitatio de modo, quo Sancti in diuerſis locis adſint 85.b oratio pro mortuis, ibid.
auguſtini ſententia de præceptis tabularum duarum 116.a
in auguſtini ſocietate omnia communia 662.b
auguſtinum commouit Eccleſiæ authoritas ad credendum Euangelio 3.b 163.a
auguſtinum quæ in Eccleſia catholica teneant 30.b
Aurium inunctio & per ſaliuam illitio 180.b 181.a
aurium & narium attactus 181.a b 182.a
auribus delicatis præditorum increpatio 760.b
Aurum, argentum, lapides precioſos, &c. ædificare quid ſit 305.a

B

BAbylæ martyris laus 100.a
Balſamum quomodò pro ſalute animarum conſecretur 200.a
Baptiſmus
- quid ſit,& an omnibus neceſſarius 183.
- quando verum Sacramentum ſit 189.a
- aqua & ſpiritu conſtat 191.a
- cur potiùs dicatur lauacrum regenerationis, quàm purificationis 192.a
- quid præſtet 192.b
- hominem animo ac mente mutat 193.a
- renouat,liberat,ſaluat 780.b
- nihil peccati relinquit 780.a
- non radit,ſed aufert peccata 780.a
- quicquid propriè peccati rationem habet, tollit 192.b 194.b
- plenam peccatorũ remiſſionẽ confert 780.b
- in paruulis abluit peccatum originale 193.b
- eruit nos à poteſtate dæmonis 186.a
- ſanitatis totius cauſa 811.a
- iterari non debet 183.187.a b

baptiſmus Ioannis,alius à baptiſmo Chriſti 193.a
baptiſmus verus etiam extra Eccleſiam confertur 188.b
baptiſmus hæreticorum quando ſit verum Sacramentum 188.b 189.a
baptiſmus paruulis adhiberi ſolitus, eos peccato obnoxios arguit 772.b
baptiſmus paruulorum,vide Paruuli.
baptiſmus & ordo non amittuntur 321.a
baptiſma vnicum,diluuio vnico deſignatur 186.b
baptiſmi
- neceſſitas quomodò per ſcripturas & patres aſſerta 183.a b 184.a & ſeq.
- miniſter ordinarius 189.b
- miniſter in neceſſitate 188.b 189.b
- verbum,elementum,& miniſter 187.

baptiſmi aqua priùs conſecratur 178.
baptiſmi
- figuræ 191.a
- varia nomina 191.b 192.a
- materia 188.a
- forma 181.b 187.188.a & q̃ ea ſit neceſſaria 188.b
- forma mutilata eſſe non debet ibid.
- forma Latinorum & Græcorum 188.a
- vis & effectus 189.190.a b 191.a b 192.a b 193.a b 194.b 367.b 65:.b 777.
- vis admirabilis 191.a
- ſolennia verba 800.b
- ceremoniæ,vide Cæremoniæ.
- decem munera 191.b
- iteratio quàm ſit nefaria 183.186.b

baptiſmo nihil confert miniſtri conditio 176.b
baptiſmo
- quid in nobis fiat 172.
- proficitur in melius 811.a
- non ſolùm à peccatis mundamur 493.a
- & peccata omnia,& deſideria vitioſa quæ reos faciunt,purgantur 781.a
- tolluntur omnia peccata 190.a b
- auferuntur crimina,& non raduntur 190.a
- peccata prorſus dimittũtur & abluuntur 190.a 166.b
- ægri mens mutatur 192.b

baptiſmo plenè ſublatæ ſunt inimicitiæ 781.b
baptiſmo ignis poſt mortem purgamur 305.b
in baptiſmo profeſſio facta,quando exigenda 728.a
baptiſmum etiam per fornicatores & adulteros collatum, efficacem eſſe 173.a
Baptiſma quibus olìm ritibus conferretur 179.a b & ſeq. Vide Cęremoniæ
baptiſmatis vnici aſſertio 186.b
Baptiſmalis fontis benedictio quomodò iam olìm fieri ſolita 179.b 180.a 181.a b 182.a
Baptizandi hominis trina immerſio vndénam ſit 188.a
baptizandi Deo & angelis conſcribentibus quid dicant 196.b
baptizandis quomodò ſuſceptor eligendus 179.a
baptizatus caret omni peccato,non omni malo 780.b
baptizatus recèns,ſolis radijs mundior 192.a
baptizati pueri ante rationis vſum mortui, ſine purgatorio ſaluantur 309.a
baptizati Chriſmate vngendi,vide Chriſma.
baptizati ſoliciti ſint nè peccent 196.b
non baptizati,an baptizare poſſint 188.b
baptizatorum proprium quid 190.
baptizatos peccare poſſe 821.a
baptizatos ex parte mundari fingit Iulianus dixiſſe Auguſtinum 780.a
baptizatis omnibus quæ beneficia præſtanda 312.b
baptizatis ſeruanda præcepta 812.a
de baptizatis per ludum & iocum quid ſentiendum 189.b
Baptizare omnes,de quorum baptiſmo nõ conſtat,etiamſi baptizati ſint,licere 187.b
baptizare per miniſterium, & baptizare per poteſtatẽ differunt 177.a
cur baptizetur in nomine S.Trinitatis trina merſione 18?.a
Baſilius
- cœnobiorum moderator 701.b
- copulauit vitam ſolitariã cum ſociali vita ibid.
- Chriſmate inunctus 203.b
- iamiam moriturus quomodò Euchariſtiã ſumpſerit 259.a
- in cælis pro nobis offert ſacrificia, & pro populo precatur 89.a

S.baſilij inuocatio 89.a
Baſilij Imperatoris pia & egregia de Synodis ſentẽtia 147.a
Beatus nemo non vult eſſe 657.a
beati ſpe ſumus in hac vita 657.b
beati qua tantùm re qui ſint,eſſe ve queant ibid.
beati non ſunt omnes qui perſecutionem patiuntur 448.b
beati
- quid in vita æterna agent 748.b 752.b
- ſicut viuent vita æterna, itá manebit ſine fine mors perpetua damnatorum 738.b
- quando & cur nulla miſeratione erga impios afficiendi 740.a
- quomodò ſupplicijs malorum gauiſuri 740.a
- vbi futuri ſint tempore conflagrationis 726.b

beatorum ſolatia viuis non deerunt 91.a
beatorum
- ſocietas 743.b
- conſeſſus deſcriptio 746.a
- inter ſe voluntas qualis,& charitas quãta 746.b
- pulchritudo quanta 747.a
- fortitudo ibid.
- libertas ibid.
- voluptas quanta 747.b
- longæuitas ibid.
- amicitia ibid.
- ſecuritas 748.a
- ſeptiformis actio ibid.
- plena charitas 749.b
- diſpar gloria ibid.
- cognitio 751.a
- quanta lætitia ibid.
- ſtupor & admiratio de ſua gloria 727.a
- gaudium 743.b 746.b 749.b 754.b

beatorum omne opus,quid 749.b
beatorum corpora qualia ſint futura 726.b
beatorum & damnatorum differentia quanta 738.b
beatis, quicquid velint, coràm adeſſe: quicquid nolint, procùl abeſſe 746.b
Vide quoquè, Sancti.
Beatitudo in quo ponenda eſt, id oportet vt ſit homine melius 656.b
beatitudo merces bonorum operum 830.b
beatitudinis æternæ deſcriptio 750.a 752.a
beatitudinis partes quot ſint 747.a
beatitudinis & miſeriæ partes vbinam perfectè habeantur ibid.
beatitudinem amant omnes,tam boni,quàm mali 656.a
beatitudinem in quo conſtituant filij huius ſeculi 656.b
beatitudinem falſam requirentes vera miſeria 657.b
ad beatitudinem quomodò perueniatur, ignorant multi 657.a
beatitudines Euangelicæ quæ & quot 652.
beatitudinum ordo 654.a
Beguardi 811.b / Beguinæ 811.b } eorum error 811.b 813.b

Bellum cum domeſtico noſtro hoſte periculoſiſſimũ 816.a
bellum an gerere licitum ſit 630.a
bellorum iuſtorum ratio 630.b
in bello iuſto qui occidunt homines, non ſunt homicidæ 630.b
Benedictio ſacerdotalis ab ineuntibus matrimoniũ quomodò ſuſcipienda 353.b
benedictionis ſacerdotalis ſacramentum quomodò implendum 321.b
benedictionis diuinæ vis 226.a 228.b
benedictionis vi naturam rerum mutari 226.a b 228.b
benedictionis ſacramento fieri ſacerdotem 322.a
benedictione diuina ſacramentũ Euchariſtiæ confici 228.b
S.Benedicti miſericordia & liberalitas in egentes 599.a
Beneficium redemptionis humanæ quale,& cui acceptum referendum 24.
beneficia Dei in hominem 586.a
beneficia ſumma Chriſti erga nos quæ 206.
Beneuolentiæ & charitatis officium eſt, peccantes apud ſuperiorem deferre 442.a
Benignitas Dei in apoſtatas 703.a
Berengarius quomodò ignem accenderit, quo dogmata ſua peruerſa exurerentur 223.b
Berengarij
- in ſynodo Turonenſi cõfeſſio catholica 223.a
- in Pontificẽ & epiſcopos alios ſcõmata 222.b
- palinodiæ quot,& quotiès ipſe ad vomitum redierit 222.b 223.a b
- ſimulatio & inconſtantia 223.b
- confeſſio ſecunda palinodica in ſynodo Romana ibid.

berengarij obiectio & blaſphemiæ 218.b
Berengarianæ hæreſis initium 222.b
Berengarianiſmus ſub quibus & quot ſynodis damnatus 222.b 223.a b
Bernardi de Rom.Pontificis authoritate aſſertio 37.b
Bibacium qui non inebriantur, increpatio 413.a
Bibendum quantum 412.a
ad bibendum nemo cogendus 410.b
Bigamus ad ſacerdotium inhabilis 367.b
bigami aut viduarum mariti ad ſacerdotium non admittendi 337.b
bigami non ordinandi 363.b
bigamiam non damnari à Hieronymo 683.a
Blaſphemia in Spiritum ſanctum cur grauior iudicetur, quàm in Patrem aut Filium 479.b
blaſphemia Spiritus quibus remitti poſſit, quibus non poſſit 480.a
blaſphemia certa quædam in Spiritum ſanctum, non remittetur vnquàm 480.a
Blaſphemum eſt ſentire, impoſſibile quid à Deo præceptum 813.b
blaſphemi pueri mirum & horrendum exemplum 452.a
blaſphemorum apud inferos pœna 736.b
blaſphemantibus in Spiritum ſanctum quando peccatum remittatur 480.b
Bonus nequaquàm eſt, qui melior eſſe non vult 811.b
bonus à bonitate ſua poteſt excidere 811.b
bona tribus modis prouidentur coram Deo 385.a
bona multa inuitis præſtanda 607.b
bona aliorum quomodò noſtra fiant 404.a
bonum hominis totum, quid 752.b
bonorum perfectum & plenum gaudium 748.a
bonorum poteſtas ibid.
bonorum cæleſtium conſideratio adfert terrenarum rerum contemptionem 751.a
bonorum æternorum deſcriptio 752.a
bonorum & malorum ſegregatio quando futura 728.b
boni omnis author Deus agnoſcendus 389.b
boni nihil facere, eſt malè facere 374.a

C

CAEci & leproſi adſpectus, cui occaſionem philoſophandi præbuerit 754.a
Cædes vbi per Moſen laudabiliter facta 417.b
Cælibatus
- commendatio 677.
- angelorum imitatio 688.a
- matrimonio præſtat 349.b

cælibatus & continentia cur in lege veteri non ità viguerit 683.a
cælibatus & continentia Pauli 684.a b 685.a
ad cælibatum amplectendum nemo inuitus cogitur 366.a
ad cælibatum nemo cogitur, niſi qui eum vltrò ſuſcepit 358.
Cælibes, quaſi cælo digni 440.a
cęlibes aut cõtinentes nõ niſi altaris miniſterio digni 366.a
Vide infrà, Caſtitas & Continentia
Cælum iudicandi authoritatem ſumere à terra 278.b
cælum quanti ematur 605.b
cæli ſymphonia qualis 750.a
cæli aërei interituri,& quouſquè 726.a
in cælo acturi viſurive quid ſimus 752.b
in cælorum regnum cum lignis, fœnò & ſtipula non intrari 305.b
à cælorum regno ſeparari, quàm luctuoſum 284.b
Cæleſtis ciuitatis & incolarum eius deſcriptio 752.a
à cæleſtibus bonis excidiſſe, maximum dolorem affert 733.a
Cæremoniæ eccleſiaſticæ 177.
cæremoniæ quid, & quomodò habendæ 177. quo ſtudio vendicandæ 179.a
cæremoniæ baptiſmi
- vndè 130.a b
- quàm ſint antiquæ 178.
- cur præcipuè obſeruandæ 177.
- quomodò à Patribus deſcriptæ 179.a b 180.a b 181.a b 182.a b

cæremoniæ & ornatus Miſſæ qui adhibentur 234.
cæremonias baptiſmi, traditionis apoſtolicæ eſſe 129.b 130.a b
cæremonias Miſſæ ſpernentes, anathemate notari 247.a
cæremoniarum Miſſæ qui potiſſimùm authores mentionem faciant, aut de ijs ſcripta reliquerint ibid.
cæremoniarum ſacri Ordinis aſſertio 322.b
cæremoniarũ apud infirmos vtendarum catalogus 713.a
cæremoniarum & rituum plurium ſignificatio nobis obſcura 178.182.b
cæremoniarum vtilitas 177.
Calicis indifferentia olìm licita, cur hodiè non item 254.
calices ſacri reuerenter tractandi,&c. 248.a
calices Chriſti ſanguinis portatores frangere, immane ſcelus 216.a 247.b
Canes & porci qui vocentur à Chriſto 324.a
Canones Synodi Nicenæ integri Romæ aſſeruati 143.b qui ab Arrianis combuſti 142.b
canonum contemptores grauiter peccare 474.b
Canonicæ epiſtolæ contra hæreſim de ſola fide ſcriptę ſunt 464.b
canonicæ horæ, vide Horæ.
Capere qui poteſt, capiat, quid ſignificet 371.a quibus hoc verbum datum ſit 372.a
Capharnaitæ quàm craſſè Chriſti verba intellexerint 213.a
capharnaitarum de carne Chriſti edenda craſſa imaginatio 213.a 221.b
Capitalia vitia quo ordine ex ſe mutuò generentur 391.a
capitalium vitiorum diuiſio 391.a
Caro vera erit poſt reſurrectionem ſine carnali tamen concupiſcentia 40.a
caro Chriſti participantes viuificat 220.b cur nobis ſub aliena ſpecie præbeatur 220.a b
carnis Chriſti ſumptionem, niſi cum adoratione præuia, dignè fieri non poſſe 230.a
Vide infrà, Chriſtus, Communio,& Corpus.
carnis humanæ materiam, etſi omninò conſumptam, Deo non perire 40.a
carnis opera quæ 651.
carnis opera quomodò dicantur ea, quę Apoſtolus enumerauit 651.a
carnis opera dicuntur, quia ſunt opera hominis 651.b
inter carnis opera numerantur etiam animi vitia 651.a
carnis & corporis differentia 39.a
carnis eſus ac vini potus quando cœperit 528.b
carnem, in qua ambulauit Chriſtus, nobis ad manducandum datam eſſe 221.b
carnem Verbi nunc non in ænigmate eſſe cibum 220.b
carnem Chriſti eſſe viuificatricem 214.a

ſecun-

Digitized by Google

ſecundùm carnem viuere, an gulæ aut luxuriæ deditis ſolùm conueniat 651.a
ſecundùm carnem ambulare, eſt cõſentire carnalibus concupiſcentijs 651.b
in carne qui dicantur eſſe apud Paulum ibid.
carnium eſus cur prohibeatur ab Eccleſia certis temporibus 528.b
carnium eſus prohibitus apud Ethnicos 513.b
carnibus veſci quos,& quando minimè deceat 535.b
à carnibus
- abſtinendum in Quadrageſima 525.
- cur abſtineant Catholici 513.
- cur abſtinebat D.Bernardus 528.b

Carnalis deſiderij vincendi modus optimus quis 400.a
carnali licentia qui pro libertate Chriſtiana abutātur 166.
Carnifex noſtri omnium quis 285.a
Carpus diſcipulus Apoſtolorum,quomodò tantùm ſacra peragere ſolitus 236.a
Caſtitas triplex 691.a
caſtitas perpetua 358.359.a b 690.677.678.
caſtitas perfecta, ad Dei ſimilitudinem perducit 691.b an ſolis operibus comparari poſſit ibid.
caſtitas
- ardenter & perſeueranter petenda à Domino 371.b
- an & quomodò præcepta probetur 683.b
- quomodò obtineri poteſt 677.
- ſemper obſeruanda præcipitur ſacerdotibus 367.a
- quanta requiratur in communicantibus 273.a
- quomodò S.Auguſtinum ad ſe inuitārit 371.b

caſtitas ſponſi S. Valerianæ 680.b
caſtitas viduarum ſuperat caſtitatem coniugum,& à virginitate ſuperatur 683.b
caſtitatis coniugalis & vidualis commendatio 681.a
caſtitatis gradus ſex 692.a
caſtitatis acquirendæ deſiderium ibid.
caſtitatis donum vndè conquiratur 365.a
caſtitatis commendatio 366. præmia 363.a 681.b
caſtitatis meritum centuplum creſcere 669.b
caſtitatis conſeruatio non eſt à ſolo Deo 372.b
caſtitatis perpetuæ exemplum datur ſacerdotibus noſtris 367.a
inter caſtitatis & meritorum gradus non diſcernere, agreſtis vlulatus eſt 686.a
caſtitati perpetuæ ſe deuouentes, apti ſunt ad ſacrificandum 367.a
caſtitatem docere vel conſulere non eſſe nouum 687.b
caſtitatem profeſſurus quid ſibi propoſitum habeat 691.b
caſtitatem vouere,eſt ſupererogationis opus 682.b
caſtitatem ſemel Deo vouens, debet illam vſque in finem ſeruare 364.b
caſtitatem ſeruare poſſumus, non tam in nobiſipſis, quàm in Domino Deo 371.b
Caſtimoniæ profeſſio apud Clericos ante ſubdiaconatum 369.b
Vide Continentia,& Virginitas.
Caſus iuſtorum quodammodò ſtatus illorum eſt 815.a
Catechiſmi in baptizatis aut baptizandis quæ haberi ſolita ratio 179.a
Cathedra peſtilentiæ quid,eiuſq; pedes qui 427.b
Cathedra Petri, vide Petr.
cathedram Moyſi qui tenere dicantur 344.a
Catholicus verus & germanus quis ſit 31.a 151.a
catholici nomen cur inuentum 30.b quid ſignificet 31.a
catholici quomodò ab hæreticis irrideantur, quòd pro mortuis orent 311.b
catholici ſoli probi ſaluantur 41.b
catholici mali non ſaluabuntur per ignẽ purgatorij 496.a
catholicorũ in approbanda fide vera mos vetus quis 153.a
catholicorum officium dum nouæ hæreſes emergunt 151.b
catholicorum proprium eſt,damnare nouitates & depoſitum ſeruare ibid.
catholicos ab hæreticis irriſoriè Romanos appellari 455.b
catholicos etiam malos, de ſeptem Sacramentis rectè ſentire 174.a
catholicum verè & propriè quid 31.a 151.a ex perſonarum, locorum & temporum vniuerſitate dicitur 31.b 151.a
Catholica doctrina ab hæretica quomodò diſcernēda 45.a
Centuplum quid dicatur 671.a b
centuplum illud euangelicum quàm variè appellet ſcriptura 671.b
Centurio qua in re imitandus 723.b
Certantes Deus adiuuat & coronat 831.a
Certitudo electionis noſtræ nobis negata 820.b
Character quid ſit,& à quot Sacramentis imprimatur 187.a 322.a 373.b
charitas
- quid ſit 71.72.a
- quàm ſit vtilis & neceſſaria 649.a
- ſola fidem vtilem facit 71.b
- ſola ſufficit,& ſine ea nihil 71.a
- quàm perfectos nos faciat 70.a
- diffuſa in corde viuificat dilectorem & intùs iuſtificat 804.a ibid.
- quomodò valida ſicut mors 70.b
- cur primatum teneat inter fructus ſpiritus 649.a
- quomodò patiens ſit,benigna,&c. 127.a
- eſt primarius fructus ſpiritus 649.a
- per Spiritum ſanctum diffunditur 804.a
- vndè excitetur 270.a
- in qua re potiſſimùm cernatur 583.b
- centuplo gratior quomodò recipienda 670.a
- quanta cui pro ea quàm hîc reliquerit, obuentura 669.a

charitas Dei,qua dilectores nos ſuos facit 804.a
charitatis
- commendatio 70.a 127.a
- excellentia & neceſſitas 69.71.a
- præcepta 73.
- multiplex virtus 70.a 73.b

charitatis veræ indicia 74.
charitatis fraternæ officia 126.
charitatis dono nullum excellentius 71.a 805.a
charitati facilia omnia 79.b
charitatem
- non verbis,ſed factis probari 74.
- in cælo augeri 86.b 87.b
- oleo ſignificari 71.b
- cum Dei auxilio omnes habere poſſe 814.b
- infundi poſt remiſſionem peccatorũ 801.a
- neminem coactũ,ſed ſpontè deſerere 824.a

charitatem habens, non ſemper etiam perſeuerantiam habet 822.a
ad charitatem veram quibus amoris gradibus aſcendatur 72.b
per charitatem omnia fiunt communia 506.b
charitatem non habet vnitatis hoſtis 32.b
charitatem non habent,qui Eccleſiam dilaniant 653.b
charitatem geminam duabus mandatorum tabulis commendari 126.
charitate in corde diffuſa iuſtus eſt homo 801.b
charitate creſcente,decreſcit timor 761.a
in charitate conſiſtit ſumma perfectionis Euangelicę 704.
ſine charitate nihil prodeſt,ſola ſufficit 649.b
charitate filios Dei à filijs diaboli ſeparari 71.a
Chriſma
- quid ſonet 198.b 203.a
- quando, & vndè conficiatur 199.b 200.a 202.a
- quantum ab alijs liquoribus diſtet 199.b

chriſma, oleum catechumenorum, & oleum infirmorum quando conſecrentur 317.a
chriſma conficere,aut non conficere quis debeat 203.b
chriſma vndè petendum 203.b
chriſma poſt baptiſmum dari 202.b
chriſma vetus cremandum 200.a
chriſmatis
- myſtica ſignificatio 201.
- quanta dignitas & virtus 180.b
- excellentia 202.a b
- conferendi poteſtas 203.a

chriſmatis ſacri vſus 178.201.
chriſmatis quàm frequens ſit in epiſcopali functione vſus 202.a
chriſmatis inunctio poſt baptiſmum,quid ſibi velit 180.a b
chriſmatis inunctio poſt baptiſmum quid conferat 202.a
chriſmatis vnguentũ à quo primum omniũ factum 197.b
chriſmatis vnguenti confectio in primitiua Eccleſia 202.b
chriſmatis ſacri reiectores,quantæ ſint imperitiæ obnoxij 202. 203.b
chriſmatis poteſtatem ab Apoſtolis ad Epiſcopos deſcendiſſe 278.a

chriſma-

Digitized by Google

chriſmatis renouatio cur ſingulis annis fieri debeat 200.a
chriſmate ſacro cur inungãtur baptizati 198.a 201.b 202.b
chriſmate ſuperinfundi Spiritum ſanctum baptizatis 203.a
chriſmate inunctos, ſpirituali gratia inuiſibiliter donari 203.a
chriſmate vncti ad quid moueantur & incitentur 203.
chriſmate frontes baptizatorum vngere, quorum tantummodò ſit 201.b
chriſmate cur infans aliter ab epiſcopo, aliter à ſacerdote vngatur 198.a 201.b
chriſmate qui olìm inter Hebræos vngerentur 197.b 198.b
Vide etiam Oleum, & Vnctio.
Chriſtianus quis dicendus 1.
chriſtianus non eſt, qui extra Eccleſiam degit 1.a b
chriſtianus perfectus non eſt, qui confirmatus non ſit 205.a
chriſtianus verus omnes ſectas deteſtatur 1.
chriſtianus non in ſe, ſed in Domino gloriari debet 512.b
chriſtianus vnuſquiſque quo caſu teneatur omnia ſua dimittere 673.a
chriſtiani à Chriſto nomen habent 1.a ſymbolo diſtinguuntur ab impijs 6.
chriſtiani non ſunt, qui ab Eccleſiæ grege aberrant 1.b
chriſtiani omnes quomodò ſint reges & ſacerdotes 198.b 202.b 326.a
chriſtiani ſoli ſunt prudentes, iuſti, fortes, aut temperantes 624.b
chriſtiani primi Ieſſæi dicti ſunt 698.a
chriſtiani Hieroſolymitani perfectiores fuêre, quàm ij qui inter Gentiles habitabant 674.a
chriſtiani olìm quiduis pati malebant, quàm cibis vetitis vti ieiunij tempore 542.b
chriſtiani naſcentis Eccleſiæ, quàm paupertatis ſtudioſi 672.a
chriſtiani cur chriſmate vngantur 203.a
chriſtiani ex gentibus, cur non omnes Chriſtianorum ex Iudæis veſtigia imitati 70.a
chriſtiani perfecti qui 700.a
chriſtiani cur ſepeliantur apud ſepulcra Sanctorum 97.a
chriſtiani hominis ſapientia in quo conſiſtat 2.a
chriſtiano an ſufficiat ea ſola credere, quæ Symbolo complectuntur 41.
chriſtiano quæ creditu penitùs neceſſaria ibid.
chriſtianum ſe negans, Chriſtum negat 1.b
chriſtianum eſſe, non ſatis eſt 466.b
chriſtianorum nomen nouum 1.b
chriſtianorum vocabulo indigni qui 1.a b
chriſtianorum auxilium martyres eſſe 90.a
chriſtianorum antelucani cœtus olìm quales 160.a
chriſtianorum ſacrificium quãdo & per quem tollendum 241.b
chriſtianorum conſuetudo iam olìm in precandis Sanctis quis 97.a
chriſtiani à chriſmate potiùs, quàm baptiſmo cognominari 202.b
chriſtianos non omnes eſſe ſacerdotes 322.b 325.
chriſtianos ex Iudæis conuerſos, adhuc iudaizâſſe in multis 697.b
chriſtianis præcepta Decalogi ſeruanda 813.a
chriſtianis malis quare maiora ſupplicia debeantur quàm Iudæis 704.a
Chriſtianæ doctrinæ compendium 2.
chriſtianæ diſciplinæ ſumma in quo conſiſtat 606.b
Chriſtophorus quid ſonet, & quomodò id nomen quis verè aſſequatur 209.b

Christus
- à chriſmate dictus 197.b 199.b 201. 203.a
- ſolùm in Eccleſia inuenitur 145.b
- pro Eccleſia quanta aut fecerit, aut pertulerit 13.14.b
- apud mortuos commoratus eſt vſque ad diem tertium 18.b
- quomodò ſimul & in ſepulcro & apud inferos fuerit 19.a
- cur ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech 253.a
- quando ſecundùm ordinem Melchiſedech obtulerit 242.b
- corpus ſuum dedit & ſanguinem, iuſſitq; ſemper hoc fieri 226.a 221.a
- quomodò ſuis membris & corpore nos alat & nutriat 207.a
- quomodò & carnem hîc ſuam nobis reliquerit, & cum eadem in cælum aſcenderit 207.b
- carnem ſuam nobis dimiſit, quam eandem habens aſcendit ibid.
- cur corpus ſuum carnem filij hominis appellârit 221.a
- vt aquam in vinum mutauit, ità & vinũ in ſanguinem ſuum mutat 226.b
- totus ſub qualibet parte hoſtiæ cõtinetur 260.b
- quomodò in Euchariſtia præſens 215.a
- quomodò in nobis naturæ veritate ſit 209.a
- quando docuerit, qualis hoſtia Deo debeat offerri 216.b
- quando & quibus verbis hoſtiam ſalutarem litari iuſſerit 241.b
- quod ſacrificium offerri iuſſerit in ſui memoriam 241.a
- quando, & vbi ſeipſum ſuis tulerit manibus 222.a
- ſurſùm ſedens eodem à nobis tempore pertractatur 207.b
- in vltima cœna chriſma conficere docuit 200.a
- ſuos fecit ſecuros de malis diſpẽſatoribus 343.b
- in forma leproſi portatur 599.b
- in forma hoſpitis ſuſcipitur 600.a
- ad concedendum facilis quicquid Maria poſtulauerit 64.b
- multa ſua nomina Apoſtolis etiam communicauit 137.b

chriſtus mediator ſolus originale peccatum ſoluit 777.b
chriſtus non redemptor & mediator eſt tantùm, ſed etiam legiſlator virtutum & exemplar & iudex 24.
chriſtus cruci ſuffixus, Occidentem reſpiciebat 557.b
chriſtus ad inferos deſcendit 19.b
chriſti generatio æterna 9.
chriſti ſermo quàm ſit efficax 217.b
chriſti corpus & ſanguis cur ſub aliena ſpecie præbeantur 210.a b
chriſti corpus & ſanguinem à nobis offerri 241.a 251.a
ad preces presbyteri confici 224.b
chriſti corpus ſub panis, ſangninem ſub vini ſpecie dari 209.b
chriſti eandem carnem in templis haberi, & ex altari ſumi, quæ in Palæſtina olìm cernebatur 212.a 221.b
chriſti ſanguinem in altari pro peccatoribus effundi 251.b
chriſti in carnem quomodò nos mortales conuertamur 207.b
chriſti corpore & ſanguine nos ali 210.a
chriſti verborum apertiſſimam ſignificationem, aliò per tropos torqueri, quale ſit flagitium 215.a
chriſti gratia nos ab originalis peccati vinculo debet abſoluere 771.a b
chriſti doctrinam falsò profitentur, qui ſummi Pontificis oues eſſe detrectant 135.
chriſti in ſacramento præſentiæ affirmatio 215.a
in chriſti vno ſigno, omnium rerum tuta proſperitas 17.b
chriſti qui reges cur dicti 197.b
chriſti paſſio & merita, Vide Paſſio, & Meritum.
chriſti apud inferos geſta 19.a b
chriſti apparitio in iudicio qualis futura 728.b

chriſtum
- apud inferos fuiſſe, nemo niſi infidelis negat 19.a
- ad inferos ſecundùm animam diuinitati vnitam deſcendiſſe 19.a b
- non modò redemptorem beneficum, ſed & iudicem eſſe iuſtum 24.
- perindè legiſlatorem ac redemptorem eſſe 76.b
- dupliciter nobis ſacrificium dici & eſſe 234.
- & offerre, & oblationem eſſe 246.b
- pro cæde brutorum ſeipſum & obtuliſſe & offerendum præcepiſſe 241.a
- in cœna Melchiſedechis inſtar obtuliſſe 242.b 245.b 252.b

chriſtum offerre per miniſtros in perpetuum 253.a

chriſtum
- non habitudine ſolùm, ſed participatione etiam naturali nobis ineſſe 208.a
- in cælis eſſe,& nihilominùs in altari 215.a
- in ſacramēto quotidiè populis immolari 236.b
- altera tantùm ſub ſpecie totum cōtineri 261.b 262.a
- ſub qualibet ſacramenti ſpecie, ſpecierúmque parte integrum eſſe 206.b 215.a 260.b 261.b
- ſuum ipſius in vltima cœna bibiſſe ſanguinem 240.b
- ſua nos carne alere 207.a
- permittere ſe tangi à nobis,edi, noſtroſq; ſuæ carni dentes infigi 207.a
- docuiſſe ſe tradere proprium corpus & ſanguinem 220.a
- hîc nobiſcum vſque ad ſeculi finem coràm adeſſe 221.b

chriſtum qui ſurſùm eſt, & ab angelis adoratur, deguſtamus 232.b
chriſtum impanari vel inuinari,quàm abſurdum ſit 229.b
chriſtum ad patris dexteram ſedere, quid ſit 20.
in chriſto Ieſu,quid ſignificet in ſcripturis 497.a
Chryſarij morituri viſio horribilis 715.b
Chryſoſtomus monachus factus 662.a quomodò ſua diſtribuerit ibid.
Cibi quantum ſumendum 409.b
ciborum delectus quàm mirus 516.a
ciborum delectus apud antiquos monachos 530.a
ciborum delectus in hebdomada ſancta 530.b
ciborum delectus & ieiunia obſeruanda 544.a
ciborum non tam qualitas,quàm cupiditas cauenda 413.a
cibis lautioribus quando vti licitum ſit 407.b
cibis qualibus vtendum 409.b
Ciconiarum pietas in parentes 118.a
Circunciſio & moderatio aurium,labiorum,cordis & carnis quomodò fiat 635.b
Clamare vox ſanguinis quomodò dicatur 483.a
clamor in ſcripturis quid dicatur 481.a b
Claues in Eccleſia per Antiſtites miniſtrantur 36.b
claues cæli traduntur Petri arbitrio 37.a
claues ſacerdotum etiam ad ligandum valere 296.b
clauium vſus 36.b
clauium miniſterium etiā malos ſacerdotes habere 276.b
Cleri diſtinctio Dionyſij ætate 331.b
Clerici quia pauci mali ſunt, omnes tales eſſe credi volunt maleuoli homines 343.b
clerici incontinentis pœna 369.a
clericos etiam eſſe milites 630.a
clericis Auguſtini quid profitendum 676.a
Cœnam eandem, in qua Chriſtus vltimò recubuit, etiamnùm celebrari hodiè 267.b
Cœnobitarum viuendi ratio 698.b 699.a
cœnobitarum vita vndè ſumpſerit initium 701.a
cœnobitarum origo & vita 700.b 701.b 702.a
cœnobitas monachos nihil proprij poſſediſſe 676.b
Cogitare quid nos potiſſimùm deceat atq; oporteat 272.b
cogitare quæ Domini ſunt,magna dignitas eſt 682.b
Cogitationes quales nobis ab hoſtibus noſtris ſuggerantur 825.b
Cognatio ſpiritualis inter quos contrahatur 350.b
Cognatorum qua in re ſit habenda ratio 616.b
Combibonum certamen 413.b
Communia omnia inter diſcipulos S.Marci 661.a
non Communicare quid ſit 428.b
communicaſſe vna ſub ſpecie Emauntinos diſcipulos 254.
communicandum populum ſub vtraque ſpecie qui docent,puniendi 261.b
communicandi ordinem & modum Chriſtus reliquit Eccleſiæ & Apoſtolis 273.b
Communicantes rarò repræhenduntur 268.a
communicantes indignè 268.b
communicantes indignè,iudicium eorum qui Dominum occiderūt, incurrere 273.b crucifixoribus Chriſti comparantur ibid.
communicantium rarò incommoda & damna 266.b
in communicantibus quanta requiratur caſtitas 273.a
Communicatio & participatio cum malis, multiplex eſt 428.b
communicatio tempore S.Bernardi qualis 259.b
communicatio vltima Cedmonis morituri qualis 259.a
communicationem ſpeciei vnius pro lege habendam, nec ſine Eccleſiæ authoritate mutandam 261.b
Communio quotidiana olìm vbi in vſu fuerit 268.b
communio corporis Chriſti Romæ olìm quàm frequens 256.a
cōmunio corporis Dominici ab altari domum aſportari, perſecutionis tempore olìm familiaris ac licita 256.a
communio domeſtica olìm quàm frequens ibid.
communio ſacra quomodò adeunda 211.b 271.a non nimiùm differenda 220.b
communio quanto nobis adeunda deſiderio 207.a 271.b
communio frequens quid ſit 267.b
communio vnius ſpeciei non minùs approbatur Ioannis ſexto,quàm vtriuſque 257.a
communio vnius ſpeciei à Chriſto vſurpata 254.
communio vtriuſque ſpeciei non eſt præcepta non ſacrificantibus 254.
cōmunio alterius ſpeciei olìm fuit vſitata 254. 256.a 258.a
communionis ſaltem vnius in anno præceptū quale 160.b
communionis intermiſſio quantum noceat 267.a
communionis raræ exibilatio 267.b
communionis ſacræ effectus 211.b
per communionem Chriſtum corporaliter ſubſtantialiterq; nobis vniri 208.b
communionem vnius ſpeciei dudū præcepit Eccleſia 255.
communionem alterius tantùm ſpeciei,præcepto Dei non aduerſari 255.
ad communionem vtriuſque ſpeciei nullo præcepto adſtringi non conficientes 262.a
ad communionem adhortatio 267.a
ad communionem dignam præparatio 220.b 269.a b 270.a b 271.a b 272.b 273.a
ante communionem conſcientia exploranda 269.a 270.a
communionem frequentem ſuadet Ignatius 263.
communionem recèns baptizatis dari ſolitam 179.b 182.a
communionem Sanctorum, vide Sancti
communionem quæ pollutio nocturna impediat,vel non impediat 273.a
communionem pollutionibus nocturnis quomodò diabolus conetur impedire 267.a
communione digna terram nobis cælum fieri ibid.
communione myſtica vnum nos corpus cum Chriſto effici 208.b 255.
communione ſacra priuari, dolere nos vnicè oportet 272.b
communione vnius ſpeciei non infertur communicantibus iniuria 255.
in communione vnius ſpeciei totus Chriſtus, & idem fructus percipitur ibid.
de communione vtriuſque digladiantes, fructum Euchariſtiæ amittunt 255. ijdem vnitatis ſymbolo ad diuiſionis ſymbolum abutuntur 256.
de communione vnius ſpeciei Concilij Conſtantienſis doctrina 261.b
in communione ſingulos minus habere nihil, quàm vniuerſos 260.b
communione myſterij abutentes,Herodi ſimiles 231.b
Companatores vel impanatores vndè iam olìm confutati 229.b
Compotorum conſuetudo 413.b
Compunctio quomodò comparetur 285.a
Conceptionis D.Virginis feſti inſtitutio 776.b
Concionatorum quorundam mala intentio 344.a
Concomitantiæ in ſacramento Euchariſtiæ vis & aſſertio 206.b 215.a
Concubitus maſculorum,peccatum grauiſſimum 485.b
Concubitores maſculorum canibus impudentiores 486.a
concubitores maſculorū ſunt homicidis deteriores 485.b
Concilium plenarium Auguſtino quid aut quantum 150.b
concilium Nicenum quid de Rom.Pontif.authoritate decreuerit 142.b
concilium Vercellenſe quomodò à Berengario contemptum 223.a

concilij

Digitized by Google

concilij Carthaginenſis ſententia de non arcendis à baptiſmo infantibus 184.b
concilij vniuerſalis decreta, ac Patrum conſentientes ſententiæ quibus ſequendæ 151.b
concilio generali ſemel definita, non reuocanda in dubium aut retractanda 153.b 154.a qui ea in dubium vocant aut retractant, impios & ſacrilegos eſſe 153.b
concilia cur celebrentur 165.a
concilia quæ non abſque Rom. Sedis authoritate celebranda 142.a
concilia Epiſcoporum cur celebrentur 147.a
concilia quæ inſtar Euangelij habenda 148.b 149.a
concilia quot Berengarij ob hæreſim habita 223.b
concilia vniuerſalia quos damnant, damnandi ſunt 149.a
conciliorum habendorum ratio & vtilitas 147.a
conciliorum confirmatio vndè petenda 140.a 141.a 150.a
conciliorum generalium ſaluberrima authoritas 150.b

Concupiſcentia
- remanet in baptizatis 780.a
- manet, eius reatu ſublato 781.b
- cur in baptizatis maneat 193.b
- quomodò dimittatur in baptiſmo 194.a
- non eſt peccatum in regeneratis 189. 193.b 780.b
- baptizatos nõ remoratur ab ingreſſu cœli 781.b
- ad agonem relicta 782.a
- ſine conſenſu non eſt peccatum 781.a
- remanens quo ſenſu dicatur peccatum 194.a b 782.a
- peccatum vocatur, quòd ex illa peccatum proficiſcatur 783.b
- ſine conſenſu culpa caret 782.a

concupiſcentiæ fœtus peccata 780.b
concupiſcentiæ niſi conſentiremus, abſque peccato remaneremus ibid.
concupiſcentiæ motus quomodò potiſſimùm minuantur 266.b
contra concupiſcentiam pugnandum 781.b
contra concupiſcentias etiam ipſos ſanctos certare 782.b
Condemnari vnum pro multorum ſalute præſtat 451.b
Confiteri & communicare ſemel ad minus in Paſchate nolentium pœna 160.b
confiteri peccata & ſatisfacere qui ob pudorem & verecundiam refugiunt, reprehenduntur 290.b 291.b
confitentes peccata diabolus impedire conatur 288.a
confiteri cui ſua peccata quiſque debeat 160.b
confitendum non quibuſuis 292.a b
confitendum non ſoli Deo, ſed & ſacerdoti 293.a b
confitenda peccata in ſpecie & ſigillatim 287.b
confitenda vniuerſa peccata mortalia, quæ poſt diligens examen memoriæ occurrunt 289.b
confitendi modus 293.b
confeſſuri peccata ſua vt peccatores ſacerdoti prociderent, conſuetudo 290.a
confitentium quidem rectè, ſed ſatisfactionem impoſitam fugientium, aut Sacerdotis conſilia negligentium reprehenſio 291.b
qui confitentur fictè aut non integrè ſacerdoti, arguuntur 291.b
Confeſſarius qualis ſit quærendus 291.a
confeſſarij officium 291.b
Confeſſio Deo facta non ſufficit 286.
confeſſio ſacerdoti facienda ibid.
confeſſio peccatorum integra à Chriſto inſtituta, & ad ſalutem relapſis neceſſaria 289.b
confeſſio circunſtantiarum neceſſaria ibid.
confeſſio ſacramentalis communioni præmittenda 271.a
cur ſacram communionem præcedere debeat 271.a
confeſſionis in anno ad minus ſemel faciendæ præceptum 158. 160.b
confeſſionis annuæ præceptum Eccleſiæ renouari 290.a
confeſſionis & ſatisfactionis vtilitas ibid.
confeſſionis peccatorum neceſſitas 291.b
confeſſionis ſigillum quantoperè cauendum 289.b
confeſſionis non integræ factæ punitio 289.a
confeſſionem ſecretò factam reuelantis pœna 289.b
confeſſionem ſacramentalem non eſſe impoſſibilem, aut conſcientiæ carnificinam 290.a
confeſſionem aliquando publicam eſſe poſſe 290.a
confeſſionem aliquando publicam eſſe conuenit 291.a
per confeſſionem peccati venenum euomendum 291.b
per confeſſionem conſcientia expurgata, diaboli machinationes repelluntur 288.b
ante confeſſionem corpus Dominicum ſumere quid 271.a
confeſſionem ſecretam apud ſacerdotes ſufficere, nec expedire publicam facere 294.b
confeſſione ſacramentali ſecreta vſa eſt ab initio Eccleſia 290.a
Vide etiam Pœnitentia.
confeſſione nominis Chriſti, peruenitur ad gloriam 819.a
Confirmatio ſacramentalis ad quid nobis proficiat 205.a
confirmationis ſacramentum vbi habeat locum in ſcripturis 197.b 198.

confirmationis ſacramenti
- aſſertio 130.a
- elementum, verbum, & miniſter 200.
- materia 198.b 200.b
- forma 200.
- miniſter 197.b 198.a 199.a 200. 201.a b
- vſus & fructus 198.b 203. 204.a b

confirmationis & baptiſmi collatio 204.a diſcrimen 197.b
cõfirmationis & baptiſmi effectus quomodò differât 204.a
confirmationis ſacramentalis ſuſceptio cur non ſit facilè differenda 197.b
ad confirmationis ſacramentum quomodò ſit accedendum 197.a
confirmationem mox à baptiſmo dari ſolitam 181.a
confirmatione quid in nobis fiat 173.b
Coniunctiones inceſtæ myſticè quæ 360.b
Coniugium quibus in peccatum reputetur 359.a
ad coniugium ſecundum non licet tranſire, ſuperſtite coniuge 357.a
coniugium vxoris dimiſſæ, adulterium eſt 356.a
coniugij tria bona 349.b 352.a 353.a
coniugij vtendi iuſtitia, eſt propter prolem eo vti 351.b
coniugij indiſſolubilis nexus 352.a 353.a
coniugij præſul cuſtoſque Deus 354.b
coniugia ſanguine iunctorum prohibentur 350.a
coniugia caſta libidinem non affectant, ſed tolerant 351.b
coniugia adulterina non iure fori, ſed cæli 356.b
coniugis dimiſſionem lex diuina prohibet 356.a
coniugum vni quomodò religionem intrare liceat 357.b
coniugibus infidelibus ſine culpa poteſt eſſe carnalis commixtio 351.b
Coniugalis prohibitio quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum non excedit 350.a
coniugalis pactio facit coniugium ibid.
coniugalis libido per fidem thori ſeruatam quomodò diluatur 351.b
coniugalis amor qualis vel ſit, vel eſſe ſaltem debeat 354.b
coniugale vinculum ſeparatio auferre nequit 349.b 356.a b 357.b cur hoc vinculum indiſſolubile 357.b
coniugalem prohibitionem quartũ conſanguinitatis gradum non excedere 350.a
à coniugali opere quando potiſſimùm abſtinendum 273.a
Coniugati non promouendi ad ſacerdotium, niſi promiſſa continentia 369.a nec diaconi, ibid.
Conniuentia, peccatum alienum 446.
Conſanguinitatis graduum diſpenſatio 350.b
Conſciẽtia peccantiũ qualem in ſe habeat accuſatorẽ 382.a
conſcientiæ vis quanta 47.b
conſcientiæ puritas quò neceſſaria, & quomodò probanda 46.
conſcientiæ puræ vis in iudicio 721.b
conſcientiæ bonæ fiduciam parit fides, operans per charitatem 505.b
conſcientiæ teſtimonium & vermis, quale futurum tormentum 731.a
conſcientiæ examen veſpertinũ quomodò faciendũ 284.b
conſcientiam bonam vndè quis habeat 505.b
conſcientiã etiam noſtrã quędam in nobiſipſis latent 809.a
Conſecratio quibus Chriſti verbis conficiatur 217.b 224.b 225.a
conſecrationis verba vndè vim & energiam habeant 211.a 215.a 217.b 224. 226.a
Conſecrandi epiſcopos, ſacerdotes, & reliquos miniſtros modus tempore Dionyſij 337.b

Digitized by Google

Conſenſus, peccatum alienum 434.
conſenſus totius orbis, inſtar præcepti 130.a
conſenſus generalis vis & authoritas quanta 45.a
conſenſus priſtini ſequendi vſus 31.a
Conſideratio præſentium, præteritorum, & futurorum cur maximè neceſſaria 762.a
Conſignatio circa baptizatos iam olìm fieri ſolita 179.b 181.a
Conſilium peccatum alienum 429.
conſilium proprium quàm pernicioſum 52.b
conſilium grande & præclarum de vendendis rebus ſuis 673.b
ad conſilium impiorum quatuor modis itur 624.a
conſilium Chriſti cur pauci hodiè amplectantur 667.b
conſilia qui amplectuntur, maiorem gloriam conſequuntur 658.b
conſilia qui vltra præcepta ſeruârunt, ſingularem honorem habebunt 705.a
conſilia euangelica 657. 704.
conſilia à mandatis diſtincta 658.a b 659.b 660.a
conſilia eſſe ſupra mandata 668.a
Conſiliarius fidelis quis ſit 703.b
Conſolatio in ærumnis optima & certiſſima quæ 38.
conſolatio diuina nō tribuitur admittentibus alienā 671.a
Conſuetudo malorum quando non commaculat 428.b
conſuetudo potandi quomodò tollenda 411.a
conſuetudo vniuerſalis ante exortos hæreticos quanti ſit momenti 132.a
conſuetudinis, deficiente lege, poteſtas quanta 129.b
conſuetudinem vniuerſalem indicare traditionem Apoſtolicam 131.b
conſuetudine qua traditio indicetur Apoſtolica ibid.
conſuetudinum particularium & vniuerſalium differentia 133.a
conſuetudinum eccleſiaſticarum ratio non omnibus perſpecta 178. 182. b
Vide etiam, Traditiones.
Conſtantia animi quibus modijs paretur 641.a
Conſtantinus Magnus
- quid de quorundam Sanctorum reliquiis meritus 97.b
- eccleſias imaginibus exornauit 106.a
- collocauit in templo argenteas ſtatuas Saluatoris & duodecim Apoſtolorū 107.b
- ſentētiam Concilij Niceni tanquàm à Deo prolatam veneratur 147.b
conſtantini victoria in Crucis ſigno 17.b
conſtantino quotiès Crucis figura in aëre viſa 17.b 18.b
Contemptus rerum labentium quàm ſit laudandus 640.b
Continentes eſſe Chriſtus voluit Sacerdotes & Leuitas noui teſtamenti 369.a
quòd quidam ſe non contineant, cui ſit tribuendum 685.b
Continentia
- quibus donatur 366.
- vndè & quomodò obtineatur 691.b
- virtutum origo 524.a
- eſt ſeruanda ſacerdotibus & miniſtris altaris quanuis coniugatis 367.b
continentia
- ſacerdotum & miniſtrorum altaris 367.a
- ſubdiaconorum & ſuperiorum ordinum 334.b 364.b 368.b
- epiſcoporum 368.b
- Patriarcharum veteris teſtamenti 368.a
- ſacerdotum veteris legis 369.a
- ſacerdotum & Leuitarum 369.b
- Apoſtolorum & Clericorum 691.a
- Cypriani 661.a
continentiæ, caſtitatis & virginitatis laus 688.b
continentiæ coniugum, viduarum, & virginum gradus 684.a
continentiæ violentum iugum imponi nulli: ſed ſpontè ſuſcipi 366.b
continentiæ donum
- petentibus largitur Deus, & in eum ſperantibus 371.b
- oratione impetratur 364.a
- quibus detur 372.a
poſt continentię profeſſionem nubentes, damnantur 360.a
poſt continentiæ votum, nec virginibus nubere, nec coniugibus debitum coniugale reddere licet 361.a
per continentiam vniuerſa vitia ſuperantur 524.a
ad continentiam adſtringi non minùs diaconos & ſubdiaconos, quàm epiſcopos & presbyteros 364.b
continentiam etiam ſeruârunt, qui ad Clericatum inuiti rapiebantur 364.a
continentiam vouens Deo, etiam voluntate nubendi damnationem incurrit 364.b
continentiam virginum ſacrarum caſtitati coniugali Iouinianus æquabat 371.a b
ad incontinentiam neminem cogi 685.b
de continentia ſeruanda Presbyterorum & Diaconorum profeſſio 368.b
de continentia virginum, viduarum & coniugum, doctrina ſana 689.b
abſque continentia omnia opera imperfecta ſunt 684.a
de continentia, D. Pauli conſilium 660.b
continentium & virginum quanta fuerit aliquando multitudo 679.a
continentium & virginum peculiaris gloria in vita æterna 681.b 682.a
continentium & incontinentium impar præmium 679.a
Contritio quid ſit, & quomodò paretur 283. 285.a quarum rerum cogitatione comparetur 285.a
contritio generalis quid ſit 283.a
contritio, pars pœnitentiæ, quid requirat 283.a
contritioni quid neceſſarium 283.b
contritioni votum ſacramenti includi 283.a
poſt contritionem quò confugiendum ſit 285.b
Vide Confeſſio, & Pœnitentia.
Conuerſio quomodò & quando inſtituenda 714.a b
conuerſio vera nullas moras patitur 472.b
conuerſio & ſatisfactio non differenda 294.b
conuerſio panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti qualis 226.a b 227.a b 228.a
conuerſionem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti negantes, anathematizari 227.b
conuerſio ad Occidentem & Orientē cuiuſmodi in baptiſmo fieri ſolita 179.b quid ſibi velit 180.a 182.a
conuerſionis dilatio quàm periculoſa 464.a
conuerſionis in morte cuiuſmodi impedimenta 714.a
conuerſionē ſuā procraſtinare quàm periculoſum ſit 497.a
Conuerſus in fine vitæ, deſperare non debet 470.a
Cordis duri egregia deſcriptio 476.b
Corona fidei, conſtanti confeſſioni redditur 819.b
corona in pace viuentibus candida, in perſecutione purpurea 831.a
corona qualis pro virtute & ſudorib⁹ nobis reddēda 831.b
corona alia maior, alia minor 831.b ſit maior pro pugnæ longitudine 819.a
corona poſt victoriam 819.a
coronæ laborum hic non petendæ 831.b
Corpus noſtrum erit poſt reſurrectionem palpabile 40.a
corpus per animum melius fieri 656.b
corpus, hoſtis noſter 825.b
corpus quomodò diligendum 70.a
corpus Chriſti viuificare 264.a
corpus Chriſti ſumptione noſtra non fieri, ſed virtute verborum Chriſti 226.a
corpus Chriſti ieiunè accipi in vniuerſa eccleſia 273.b cur poſt cœnam Apoſtoli acceperint 273.b
corpus Domini linteolo olìm excipi ſolitum 258.a
corpus Domini imaginem aſſerere, inſania, dementia, & impietas eſt 214.b
corpus Domini qua munditia, reuerentia, &c. ſumendum 273.a
circa corpus Dominicum ſolicitudo habenda qualis 256.a 258.a
corpus idem, quod à nobis ſumitur, crucifixum eſſe & ſublatum in cælum 221.b 222.a
corpus hoc ipſum quod in altari conficitur, ex Virgine eſſe 218.b
corpus & ſanguinem Chriſti ad preces Sacerdotum confici 327.a
corpus & ſanguinem Domini bonos & malos ſimul ſumere 708.b
corporis Chriſti carnem quomodò verè ſub myſterio ſumamus 209.a

corporis

Digitized by Google

corporis Chriſti in ſacramento ſumpti virtute nos reſuſcitandos 209.a 220.b
de corporis & ſanguinis Domini veritate nullo modo dubitandum, etiamſi ſenſus aliter iudicet 209.b 221.b
corpori & ſanguini Chriſti vndè vis illata 270.b
Vide Euchariſtia, Miſſa, Sacrificium.
corporum cæleſtium qualitas poſt iudicij diem 745.b
corporum humanorum redintegratio quomodò & quando futura 751.b
Correctio cum charitate debet eſſe coniuncta 445.b
Correptio verborum & verberum ibid.
correptionis contemptor quibus gradibus in malitia promoueatur 478.b
Corripientem metus impedire non debet 443.a
corripiendi publicè qui ſint ibid.
Corrigere qui diſſimulant cùm poſſunt, alieno peccato maculantur 441.a 442.b
Creati ſumus ad ſalutem, non ad pœnam æternam 472.a
Credere, in arbitrio & cooperatione hominis poſitum eſt 787.a
credere nemo poteſt niſi velit 798.b
credere ex nobiſmetipſis non ſumus idonei 791.a
credere eum per alium, qui per alium peccauit 186.a
credere aliquando ſignificat ſperare 45.b
credimus volentes, non coacti 798.a
credimus liberè, à gratia præuenti 798.b
creduntur aliquando quæ non ſperantur 45.b
credendum verbo diuino, etiamſi noſtro ſenſui abſurdum videatur 221.b
credenda de altaris ſacrificio quæ 234.
Criminis expertem ſe nemo pronunciet, quantumuis benè ſibi conſcius 808.b
crimina maiora fletibus maioribus ablui 277.a
ſine crimine, non tamen ſine peccato viuitur 498.b
Crux, ſignum aduentus Domini 729.a
crux Chriſti non ſaluat, niſi crucifixum in Chriſto 789.a
crux aurea librarum CL. à quonam piè ſit oblata 107.b
crucis ſignaculum
- vbique in omnibus negocijs & actionibus vſurpandum 15.a b 16.b
- fronti imprimendum 14.15.b 16.b
- in omnibus membris pingendū 15.b
- quomodò ab Aegyptijs aliquādo honoratum 16.a

crucis ſignum cur digitis efformamus 14.
crucis ſignum iubet Chriſtus fabricari, in præſidium contra hoſtes 17.b
crucis ſignum dæmones timent 15.b 16.a 17.a fugiunt 16.a b
crucis ſignum armatura contra dæmones 15.b 17.a propugnaculum Romani imperij 17.b
crucis Dominicæ ſignum in poſtibus, feneſtris, parietibus & columnis imprimendum 15.b 16.a
crucis ſignum fronti imprimitur 204.205.b
in crucis formatione quid cogitandum 15.b
crucis conſignationem in fronte prohibebit Antichriſtus 723.b
crucis ſigno
- conſignantur Chriſtiani ex traditione Apoſtolica 15.a
- Sacramenta ritè perficiuntur 15.a
- conſummantur omnia, quæ ad ſalutem conducunt ibid.

crucis ſignaculo quid nos tacitè inſtruamur 14.
crucis pudere cur neminem deceat 15.b
crucis ſigni
- figuræ 15.a
- antiquitas 178.
- vtilitas & virtus 14.15.a b 16.a b 17.a b
- commendatio 15.b

crucis ligni particulas quantoperè deſiderârint olìm Chriſtiani 16.b auro incluſas de collo protectionis cauſa ſuſpendebant ibid.
crucis effigies auro & lapidibus precioſis adumbrata 17.b
crucis figura quàm fuerit olìm frequens apud Chriſtianos 16.b
crucis ſignum vndè 129.a b
crucis ſignum apparebit in cęlo ante Chriſti aduentū 723.b
crucis figuram homines, naues, & aues repræſentant 16.a
crucis imago in templis ad Orientem ponenda 106.b
crucis veneratio vndè 231.b
crucis apparitio in die iudicij 717.b
crucis vexillum quo exercitu quid effecerit 17.b
cruce in fronte cur conſignemur 204.205.b
cruce ſe ſignandi conſuetudo 588.a
Cruciferorum in Conſtantini exercitu mirus euentus 18.b
Cryſtallum ex aqua effici 227.a
Culpa cum libertate, clamor dicitur 481.b
culpa temporalis cur perpetuò puniatur 734.b
culpę ſimilis rei, alligādi faſciculorū inſtar in tartaro 735.a
culpam remitti aliquando ſine vniuerſæ pœnæ condonatione 296.a
Cultus quid vocabuli ſit 81.a
cultus Dei quis 81.b quantaq; ſit ſapientia 2. quàm ſit antiquus 82.a
cultus diuinus quid & quotuplex 170.
cultus diuinus quibus perficiatur 170.b
cultus latriæ ſoli Deo debetur 80.b
cultus diuini concordia quàm ſit neceſſaria 178.b
cultum Deo debitum non poſſe Latinè peculiari verbo exprimi 81.a
Cupiditas omnium criminū eſt materia 394.b nunquàm ſatiari nouit 395.a
cupiditatis ferreum imperium 394.b
Cyprianus ex Euangelio edoctus, ſua pauperibus diſtribuit 661.a S.Trinitati aſſiſtit 88.b
cypriani inuocatio 88.b 91.a
cypriani poteſtas, & cinerum eius virtus 89.a

D

DAEmon quid maximè per hæreticos ſuadeat 164.b
dæmonis conatus 553.b 561.b
dæmonis pertinacia ad impediendum ſalutem humanam 288.a
dæmonis importunitas circa horam mortis 713.a
dęmonis ſuggeſtionibus quotiès reſiſtimus, totiès coronamur 385.a ſi ſtatim repellantur, non tam citò reuertetur, ibid.
dæmonem aſſiſtentem S.Martinum vidiſſe 320.a
dæmone miſerabilior quis 418.a
dæmones
- martyrum cinere expulſi 95.a
- rugiunt ad Sanctorum reliquias 97.b
- reformidant Sanctorum loculos 100.a
- apud ſepulcra Sanctorum torquentur 90.b
- catenas S.Petri exhorrent & fugiunt 100.b
- ſignum crucis timent & fugiunt 15.b 16.a b
- quomodò rapiant ad inferos animas 733.a
- ſunt maximè familiares luxurioſis & ſupbis 398.a
- choreas agunt apud ſcurrilia loquentes 408.b
- expetunt ſacrificia 82.a
- morièntibus obijciunt ea, quę nō perpetrârūt 319.b
- quomodò à nobis in fugam vertantur 207.b

dæmonum
- importunitas 319.a
- terror & querimonia 19.b
- in morientes terror & furor 714.b
- vexatio in morte, & ſtatìm poſt mortē 720.b
- aſpectus quàm horrendus 318.b
- aſpectus cui iamiam morituro viſus 715.b
- præſentia qui potiſſimùm infeſtentur 715.a

dæmonum infernaliū quàm tetra & horrida forma 736.b quàm horribilis viſio 740.b
dæmonum & damnatorum ſocietas 732.a
Dæmoniaci cur tempore altaris ſacrificij adoucantu 233.a
Dānati
- blaſphemant Deum 741.b
- habēt voluntatē peccandi, poteſtatē non itē, ibid.
- præ dolore vix aliud quàm pœnas cogitare poterunt 740.b
- quanto dedecore afficiantur 748.a

damnatorum vermis quomodò non moriatur 733.b
damnatorum pœna duplex 734.b
damnatorum
- clamor qualis 733.a
- dolor de beatorum gloria 735.a
- cruciatus quanti 739.a
- quàm ſit miſera & calamitoſa immortalitas 732.a 733.b 739.a
- deformitas quanta 747.a
- imbecillitas 747.a
- mala valetudo 747.b

Digitized by Google

- miſeria quanta 747.b
- ignorantia & inſipientia ibid.
- timor 748.a

damnatorum corporum grauitas & pondus 747.a
damnatos miſerabiliter clamare, & non exaudiri 733.a
Vide etiam Mali.
Damaſcenus ſua pauperibus diſtribuit, antequàm mundum relinqueret 663.a quomodò contra Leonem Iconomachum pugnârit 109.b 111.b
damaſceni libertas & conſtantia 111.b
Daniel cur dixerit, Forſitan Deus ignoſcet delictis tuis 592.b
danielis caſtitas 683.a 688.b
Dare oportet vt prosis, non vt obſis 616.a

Dauid
- quomodò velut pœnitentiam agendo conuicia Semei pertulerit 282.a
- confeſſione peccatorum veniam meruit, pœnam non euaſit 297.b
- quare poſt acceptam veniam peccatorum, adhuc pœnas luerit ibid.

dauid mortuus peccantibus ſuccurrit 94.b
dauidis mortui merita vigent ibid.
dauidis exẽplo quæ pœnitentiæ opera nobis facienda 283.
Debita alioqui remiſſa quomodò rursùs exigenda 620.a
Debitor quibus quomodò fiat Deus 396.a
Decalogus, & eius explicatio 74. & ſeq.
decalogus etiam ad Chriſtianos pertinet 74. 76.a 128.
decalogus à Chriſtianis ſeruandus 813.a
decalogi mandata omnia quò referenda 126.
præter decalogi præcepta etiam alia ſunt Chriſtianis obſeruanda 128.
ex decalogo pendent omnia Dei præcepta 78.a
Decretorum generalis Concilij ſtabilitas 149.a
Decretalium conſtitutionum & epiſtolarum authoritas quanta 149.a b
Defenſione peccatum alienum incurrimus 459.b
Defuncti quibus operibus certò iuuentur 309.b
defuncti orationibus, ſacrificijs & eleemoſynis iuuantur 303.
defunctorum commemoratio fit in Miſſa 304.
defunctorum memoria in Miſſa quomodò iam olim fieri ſolita 239.b 240.a 249.a b 250.a b cur fiat 248.a 249.a
defunctorum commemorationẽ in Miſſæ ſacrificio Apoſtolos inſtituiſſe 239.b 240.a 249.b 304.
defunctorum fidelium corpora quare cum honore ſepelienda 609.b

defunctorum animæ
- ſanctis commendantur tanquàm patronis 91.
- quomodò aut ſciant quæ hic fiunt, aut neſciant 85.a
- quibus iuuentur 304.b 307.b 311.a 312.b

defunctorum ſpiritus vt iuuandi 309.b
defunctorum ob gratiam miſeretur Deus viuentium 94.b
defunctis ex Miſſæ oblationibus auxilium & ſolatium obtingere 249.a 250.b
defunctis prodeſſe viuorum opera 303.
defunctis quibus proſint orationes viuentium 306.b 312.b
pro defunctis orare & ſacrificare, traditio Apoſtolica 309.b 310.b 311.b
pro defunctis orandum eſſe & eleemoſynas dandas, B. Petrum docuiſſe 310.b
Vide plura Mortui.
Delectationi illicitæ conſentire, magnum peccatum eſt 38.
delectationi quomodò reſiſtendum 386.a
Deliciæ & ebrietas, fons, mater, & origo omnium vitiorum 409.a ſues ex hominibus facit, ibid.
deliciarum cordis & corporis diſcrimen quantum 750.b
Denarius quid ſignificet 506.a
Deſideria mala habere, non eſt eis conſentire 782.a
Deſperare non debet, conuerſus in fine vitæ 470.a
deſperare eſt ad infernum deſcendere ibid
deſperandum non eſt de Dei miſericordia cuiquam peccatori quanuis grauiſſimo 469.b

deſperandum
- de nemine dum viuit 472.a 475.b 479.a
- nec vlli, nec de vllo 472.a
- nec animam efflanti 470.b

Deſperatio
- eſt peccatum in Spiritum ſanctum 469.
- inferno comparatur 470.a
- vbinam quos afflictura 739.a

deſperatio & præſumptio æquè fugienda 820.a
deſperationis author diabolus 470.b
deſperationis remedium quod 469.b
deſperationi quomodò potiſſimùm medeatur 470.b
Deſperantium exempla 471.a
Detractio quomodò exibilata 404.b quibus ſummoperè cauenda 340.a b
detractionis ſpecies 404.b
Detractoris lingua gladius anceps 405.a

Deus
- ad iuſtificationem prior, deindè nos 791.a
- peccatis deletis, homini iuſtitiam inſerit 802.a
- neminem cogit 794.b
- trahit voluntarios ibid.
- præuenit noſtram voluntatem 806.a
- ſalutaria opera præuenit & adiuuat 797.b
- quorum miſereatur, & quibus ignoſcat 495.b
- non in omnibus æqualiter habitat 803.b
- infundit homini virtutem, ſublatis peccatis 802.a
- nulli cauſa auerſionis 816.a
- non deſerit, niſi priùs deſeratur 477.a 816.a
- hominem transfugam iuſtè deſeruit, & in diaboli manum venire permiſit 767.b
- debitor factus promittendo, non accipiendo 832.a
- donator eſt indulgentiæ, ſed debitor coronæ 508.b
- eſt debitor noſter non accipiendo, ſed promittendo 508.b
- quomodò dicatur offendiculum ponere 476.b
- quomodò corda indurare dicatur ibid.
- cur quoſdam non puniat in hac vita 726.b
- cur non auferat à diuitibus opes quas poſſident 586.b
- delinquenti non parcit, quia delictum ſine vltione non deſerit 297.b
- manſuetus eſt: ſed tamen etiam iuſtus 466.a
- ad clementiam quomodò flectendus 546.b
- quomodò placandus 494.b 495.b
- quibus modis exorandus & placandus aduerſitatis tempore 517.a

deus facit vt faciamus 375.b

deus
- per malos etiam operatur 342.b
- quomodò amari mereatur 72.a
- colitur fide, ſpe, & charitate 2.b
- fide colendus & operibus 816.a
- cur bonorum noſtrorum non egeat 170.
- cur differat ea dare, quę poſtulamus 550.b cùm denegat poſtulata, beneficium præſtat ibid.
- qualia & quanta daturus ſit ſuis ſecum perpetuò manſuris 749.b
- miſeretur viuentium propter defunctos iuſtos 94.b
- quantoperè Mariam honorari voluerit 68.b
- quantoperè ſua mandata ſeruari velit 77.
- neminem prior deſerit 79.a
- quia bonus & iuſtus eſt, impoſſibilia non iubet, nec præcipere potuit 79.b
- noſtra vult eſſe merita, quæ ſua ſunt dona 833.a

deus melior animo 656.b
dei maieſtas quanta & potentia 7.a 8.
dei pulchritudo & conſpectus 743.b 746.a

dei viſio
- quàm amœna & iucunda 749.a
- quantæ pulchritudinis ibid.
- quàm magna res ſit 753.a
- eſt ſummum bonum noſtrum 749.a
- tota merces & gaudiũ quod expectamus 750.a

dei faciem videre, quid ſit 750.a b
dei auxilium implorandum, vt non peccemus 795.b
dei in homine tum imago tum ſimilitudo, in quibus conſiſtant 765.b
dei ſententia expectanda 808.b
dei iuſtitia & prouidentia in damnatorum punitione qualis 736.b

dei

dei miſericordia, vide Miſericordia.
deo adiuuante, nobis etiam ad iuſtitiam aliquid conandum 793.b
deum nominare patrem, quàm ſit eximium 50.a
deum, cùm volueris, habebis 656.b
deum & nos conuertere, & vt conuertamur, monere 375.a
deum, vt faciamus, facere 375.b
deum non tollere noſtram cooperationem 793.a
vt deum ipſum poſſideamus, quomodò danda ſit opera 394.b
deum nos promereri de Dei dono 576.b
deum poteſtatem ſuam hominibus communicaſſe 277.a
ad deum propitiandum & ſatisfaciendum pro peccatis remedia 580.a
deum eſſe pium & iuſtum in punitione impiorum 734.b
deum impoſſibilia non præcepiſſe 813.b ideoq́ homo ab eo adiutus poteſt eſſe ſine peccato, ſi velit ibid.
deum non potuiſſe aliquid impoſſibile mandare 815.a
de deo idem ſentire quod Eccleſia non eſſe ſatis 346.b
Diabolus
- primus peccator, non Adam 775.b
- in hominem poteſtatem accepit 768.a
- benè agentibus magis inſidiatur 523.a
- tertius inimicus noſter 825.b
- hoſti noſtro domeſtico ſeſe coniungit ibid.
- quibus potiſſimùm præſit vitijs 406.b
- incitare poteſt, cogere non poteſt 788.a
- catenas S. Petri exhorret & fugit 100.b
diaboli iuſta poteſtas in hominem, non voluntas 768.b
diaboli
- poteſtas in corda hæreticorum 450.a
- proprium vitium 402.a
- ſagittæ 825.b
- viſcus ibid.
- laquei ibid.
diaboli laqueus biceps: deſperatio & fallax ſpes 799.a
diaboli opera cur tantoperè impugnent illi, qui alijs præſunt, & populum docent 343.a
diaboli & malorum hominum qualis in ſeducendo fallendóve ſocietas aut ſimilitudo 344.a
diabolo inſidianti quî cum Symbolo & Crucis vexillo obuiandum 44.a
à diabolo ſi vinci nolumus, in nobis eſt 385.b
diabolum
- per eos, qui cõtra fidem Catholicam ſcripturis vtuntur, loqui 164.b
- etiam ſcripturis vti 164.a
- impedire orationem 511.a
- expaueſcere viſa S. crucis figura 17.a
Diabolicæ facies quos potiſſimùm terreant 319.b
diabolicas vexationes ſacrificio Miſſæ repelli 238.a
Diaconus quomodò ordinetur 334.a
diaconi non habent offerendi ſacrificij poteſtatem 245.a
diaconi Cardinalis vrbis Romæ authoritas 333.b
diacono quibus officijs interdictum 326.b
diaconorum officia 334.a b
diaconorum quale iam olìm perferendæ Euchariſtiæ officium 334.a
diaconorum continentia, vide Continentia.
diaconorum ordo vndè cœperit 334.b
diaconos ſanguinem agni porrigere 335.a
Dicendum, etiamſi auditor non obtemperet 444.a
Dies Dominicus cur ex Apoſtolorum inſtitutione celebretur 115.b cur celebris habeatur apud Chriſtianos 219.b
dies natalitij Sanctorum celebrandi 96.b
diei Dominicę cõmendatio 114.a religioſa obſeruatio 158.a
die Dominico quid agendum 115.a quæ præclarè acciderint 114.b 115.b
diem Dominicum in locum Sabbati ſucceſſiſſe 114.a
dierum obſeruatio quæ à Paulo vetita aut non vetita 115.a
diebus Dominicis & Ferijs quid agendum & omittendum 159.a
diebus Dominicis quomodò iam olìm conuenire ſoliti Chriſtiani 219.b
dies feſti, vide Feſti.
Diffidentia quale ſit orationis impedimentum 561.b
Digamus eligi non poteſt in Clerum 682.b
Diligentes Deum perfectè qui 70.b
diligentes Deum plùs quàm ſeipſos, qui 70.b
diligendi Deum cauſa & modus 72.a
diligendus Deus ſine præmij intuitu, nec tamen ſine præmio diligitur 72.b
diligendus inimicus quatenùs 73.b
Dilectio
- facit, vt iuſtus legem impleat 815.a
- ſola diſcernit inter filios Dei & filios diaboli 649.a
- perfecta quò ſe extendat 619.a
dilectio Dei tribus præceptis explicatur: proximi verò ſeptem 16.b
dilectio proximi pura non eſt, niſi propter Deum fiat 72.b non eſt ſine Dei dilectione ibid.
dilectionis ordo quis 70.b & à quibus peruertatur 70.a
Diſcordiæ fraternæ culpa quàm magna ſit 620.b
Diſcretio quàm ſit neceſſaria 625.b
diſcretionem veram parandi ratio 694.b
Diſpenſatio ſacerdotis eſt neceſſaria ijs, qui coguntur vetitis cibis vti 542.a
Diſpenſatores pecuniarum ſumus conſtituti à Deo 586.a
in Diſtribuendo ſeruandum eſſe ordinem 677.a
Diuina potentia circa corpora 39.b & in reſtituendis cineribus 40.b
Diuinitatis quomodò efficiamur participes 210.b
Diuinarum literarum ſumma 645.a
diuinorum officiorum modus cuiuſmodi vbiquè ſeruandus 178.b
cur Ditârit alios Deus, alios pauperes eſſe voluerit 614.a
cur Diues hic, ille pauper 393.a
diues & pauper ſunt ſibi mutuò neceſſaria 590.a
diuitem adoleſcentem de obſeruatione mandatorum non eſſe mentitum 668.a b
diuites quot modis intrare poſſint regnum cælorum 668.b
diuites Chriſtiani & boni non iudicabunt cum Chriſto, ſed iudicabuntur 673.b
diuitum erga pauperes immiſericordium excuſatio qualis 588.b
diuitum bona quomodò ſint pauperum 393.a 586.b 614.b
diuitibus cur opes datæ 394.a
diuitibus facultates nõ tam poſſidendas, quàm diſpenſandas commiſit Deus 591.a
Diuitiæ
- per ſe malæ non ſunt ibid.
- licèt iuſtè acquiſitæ, veræ diuitiæ non ſunt 590.b
- veræ quæ ſint 590.b
diuitias affectantium inſectatio 672.b
diuitijs abutentes 603.a
Docere non ſemper expedit ea, quæ auditu iucunda ſunt 445.a
in docendo diſcretio adhibenda 442.b 445.a
Doctores malæ vitæ audiendi, nõ imitandi ſunt, ſed Chriſtus & Sancti 343.a
doctorum ac paſtorum obſeruatio in Eccleſia quò maximè conducat 154.a
Dolere de malis commiſſis, non ſatis eſſe ad veram pœnitentiam 284.a
Dolor ſeparationis animæ à corpore quantus 714.b
dolor malis in morte ſuſtinendus quotuplex 715.a
dolorem tantum vrere, quantum hæſerit temporalium rerum amor 305.a
Domini transfiguratio quid nobis repræſentauerit 746.a
Dona Spiritus ſancti
- quot & quę ſint 643.a
- quibus gradibus beatitudinum reſpondeant 644.b 646.a b
- quo ſacramẽto cõferãtur 199.b 205.a
- mentem informant 622.b
inter dona Spiritus ſancti quis graduum ordo 645.b
donorum Spiritus ſancti numerus & ordo 644.a
donorum ſpiritualiũ multi meatus in vno flumine 644.a
donorum omnium reparatio, quæ per peccatum amiſſa aut corrupta fuerant, quanta futura 647.a
donorum ſeptem figuræ 647.a
Dormientes quomodò vocentur mortui 86.b
Dormitio myſticè quid 39.b
Dormitantius reliquiarum ſanctarum oppugnator 98.a

E

EBrietas turpiſſima inſania eſt 409.b
ebrietas ſtatum mentis euertit ibid.
ebrietas voluntarius dæmon 410.a

Digitized by Google

Ebrietas
- perfidiæ mater 413.b
- animo & corpori nocet 414.a
- propter conſuetudinem putatur non eſſe peccatum 410.b
- quas inſanias ſuggerat 415.a

ebrietatis vitium vſu paratur 411.a

ebrietatis
- fructus 410.b 413.a
- malum 410.b
- deteſtatio, & quantũ detrimenti adferat 414.a

ebrietati ſemper iuncta luxuria 410.a
ebrietati magnam cauſam ignorantia præbet 411.b
ebrietatem immodeſtia facit 412.b
ex ebrietate vomentium pœnitentia 414.b
Ebrius de ſomno excitatus, nec viuus nec mortuus eſt 410.a
ebrius homo nihil aliud, quàm ſuperflua creatura 414.a
ebrius nunquàm caſtus 415.a
ebrius quàm turpis & miſerabilis creatura ſit 412.b
ebrij ſunt veluti idola gentium 410.b
ebriorum fatuitas 413.b

Ebrioſi
- brutis peiores 410.a
- maledictionem Cain in ſe transferunt ibid.
- paludibus comparantur 410.b
- excludentur à regno Dei, niſi reſipiſcant 411.a

ebrioſo homine aſini & canes præſtantiores ſunt 409.b
ebrioſorum legis author diabolus 410.a
ebrioſorum excuſationes 410.b 411.b
ebrioſis animalia bruta præferuntur 411.a
Inebriatum, mortuum & ſepultum eſſe 415.a
inebriantiũ ſe aut alios pœnitẽtia qualis iniungenda 414.b

Eccleſia
- quid ſit 135.
- domus Dei eſt, templũ & ciuitas S. Trinitatis 29.b
- eſt congregatio viſibilis 26.
- eſt vna 26. 27.b 28.b
- ſancta 26. 29.b
- catholica 26. 30.a b
- quomodò vna 26. 28.a
- aperta eſt & manifeſta 27.a
- aperta eſt, & tamẽ hęreticis eſt velut operta 27.a
- ab hæreticis ignoratur, ibid.
- facilè videri poteſt 30.a
- in ſole eſt poſita 30.b
- ſuper cathedram Petri fundata 28.a 29.a
- ſi Dei eſt, vna eſt 28.b
- nunquàm à Chriſto recedit 28.b 29.a
- in terris ſecum habet conſilium & ſpiritũ ſponſi 29.b
- ſacerdotum ſibi inuicèm cohærentium glutino copulata 29.a
- ſtabilis eſt 144.b
- iudex eſt controuerſiarum 161.
- in difficilibus quæſtionibus conſulenda 262.b
- rectè cogit perditos vt redeant 449.a
- ad bonum cogit 449.b
- amanda eſt tanquàm mater 34.b 35.b
- ædificanda in Petro 138.a
- ſuper Petri cathedram ædificata 139.b
- non eſt ſine Epiſcopo & ſummo Sacerdote 136.a
- naui comparatur, & eius miniſtri miniſtris nauticis 328.a
- quænam ex veteri lege obſeruanda retinuerit, quæ non 522.b
- quomodò fidem ſuã paruulis cõmunicet 185.b

vt eccleſia, ità & eius fides per vniuerſum mundum vna eſt 28.a
eccleſia vera & fides vera vbi ſit, facilis dijudicandi ratio 28.b
eccleſia ità in ſcripturis, vt & Chriſtus, demonſtratur 30.a
eccleſia triumphans militanti opitulatur 32.b
eccleſia in qua permanendum 31.b 136.a
eccleſia Romana à Petro conſtituta pietate viget 137.a
eccleſia Romana omnium aliarum mater 535.a nunquàm errauit in fide 149.a
eccleſia hæreticorum eſt Antichriſti ſynagoga 136.b
eccleſiæ hæreticorum ſunt ſynagogæ diaboli 28.a
eccleſiæ nomen hæreticis & ſchiſmaticis quare non competat 135.
eccleſiæ primaria nota 137.a
eccleſiæ nota & ſignum eſt ſucceſſio Pontificum à Petro Apoſtolo. 135. 345.
eccleſiæ paſtor Pontifex Rom. 135.

eccleſiæ Catholicæ
- laus & commendatio 145.b
- dignitas & authoritas quanta, & vbi maximè neceſſaria 3.b 143. 144.b 161. 162.a 186.a 261.b 262.b 303. 309.a
- authoritas in approbatione ſacrorum librorum 165.a
- poteſtas in condendis canonibus, & in excommunicando 161.
- iudicandi poteſtas 278.a b

ad eccleſiæ iudicium in rebus dubijs confugiendum 163.b
eccleſiæ eſt iudicare de vero ſenſu ſcripturæ ibid.
eccleſiæ iudicium ſequendum in re controuerſa, ſcripturis non expreſſa 144.b
eccleſiæ iudicium in recenſendis diuinarum literarum libris 162.b 163.a
eccleſiæ ſententiam appræhendentes, ſcripturã ſequi 262.b
eccleſiæ vnitati nõ cõmunicantes, nõ ſunt in Eccleſia 261.b
eccleſię potiùs credendũ, quàm hęreticis pòſt exortis 162.a
eccleſiæ qui repugnat, non homini, ſed Chriſto contra ſuam ſalutem aduerſatur 163.b
eccleſiæ matris ſtatuta diſſolui non poſſe 158.a
eccleſiæ, cui Chriſtus teſtimonium perhibet, ritus ſequendus 163.a
eccleſiæ vnitati qui corde impœnitenti reſiſtunt, in Spiritum ſanctum peccant 36.a
eccleſiæ pacem quanti faciant boni Chriſtiani 32.a
eccleſiæ Catholicæ conſenſione quod roboratum eſt, ſecurè aſſeritur 165.a
eccleſiæ Catholicæ de paruulorum peccato ſententia 774.a
eccleſiæ authoritatem quanti Auguſtinus fecerit 163.a
eccleſiæ authoritas Auguſtinum mouit vt Euangelio crederet 161. 163.a
ab eccleſiæ vnitate diſcedens, cum hęreticis reperitur 167.
eccleſię in fide & ſententia acquieſcere cui ſit neceſſariũ 169.
eccleſię ſententia eſt, omnes morituros, ſed *non omnes* ad gloriam immutandos 39.a
eccleſiæ duo tempora, per parabolam euangelicam deſignata 449.b
eccleſiæ naſcentis, & iam propagatæ differentia 336.a
eccleſiæ præcepta præcipua ſunt quinque 158.
eccleſiæ præcepta & traditiones quem fructum afferant 166. 167.
eccleſiæ præcepta partìm ſcripta, partìm non ſunt ſcripta 128. 130. 166.
eccleſiæ paſtorum authoritas & poteſtas 146.
eccleſiæ præpoſiti cur conſtituti ſint 442.b
cum eccleſiæ doctoribus docendum & ſentiendum 44.b
eccleſię ſalutẽ ex dignitate ſummi ſacerdotis pendere 140.b
eccleſiæ ſupellectilia quanta in veneratione habenda 148.b
in eccleſiæ direptores ſeuera Dei vltio 456.a
eccleſiæ ſpoliatores quomodò puniti 455.a b 456.a
eccleſiæ ornamenta furatus depræhenditur 457.a
eccleſiæ Chriſtianæ lugebunt tempore Antichriſti 723.b
eccleſiæ hierarchia 347.b
eccleſiæ Germanię non aliter credunt, quàm Hiſpanię, &c. 28.a
eccleſiæ Catholicæ radix & matrix eſt Romana 140.b

eccleſiæ Rom.
- dignitas & conſtantia in fide Apoſtolica 29.a 138.b
- principatus 29.a b
- commendatio 139.a b 140.b 141.a b
- communio 139.b
- perpetua priuilegia 149.b

eccleſiæ Rom. & Catholicæ de venerabili Sacramento fides 223.a
eccleſiæ Rom. epiſcopus eſt Rom. Pontifex 140.b
extra eccleſiæ Rom. communionem non eſt ſalus 139.b
eccleſiæ cuinam adhærendum 139.a
eccleſię conformare nos debemus, ad quam venimus 5.5.a
eccleſiæ datæ ſunt claues ad remittenda peccata 36.b
eccleſiæ quid conducant paſtores & doctores 154.
eccleſiam eſſe Chriſti amicam, ſororem, & ſponſam vnicam 143.
eccleſiam ignorare nulli licet 30.a
eccleſiam veras ſcripturas à falſis diſcernere 161.a

eccleſi-

Digitized by Google

eccleſiam matrem agnoſcat, qui vult Deum habere patrem 1.b 26.
eccleſiam qui non habet matrem, Deum patrem non habebit 35.
eccleſiam deſignâſſe arcam Noë, extra quam nemo ſaluatur 33.b
eccleſiam perſequuntur, gentiles Iudæi, hæretici & philoſophi, in ea oppugnanda vnanimes 145.a
eccleſiam qui dilaniant, charitatem non habent 653.b
eccleſiam vnam in plures lacerans hæreſes 28.a
extra eccleſiam
- Chriſtianus non eſt, & nihil Deo acceptum eſt 35.
- nemo iuſtus, aut iuſtitiæ ſpiritum tenere poteſt 32.b
- non eſt peccatorum remiſſio 36.a 37.a
- nulla eſt ſalus aut ſanctitas 26.29.a 32.b 33.a b 35.a 148.b (33.a
- nemo poteſt fieri particeps vitæ æternæ
extra eccleſiam ſunt Iudæi, ethnici, hæretici, ſchiſmatici & excommunicati 26.135.
extra eccleſiam manentes, damnabuntur 33.a
eccleſiam Rom. primatum à Chriſto obtinere 141.b
eccleſiam Rom. quanti fecerit Ambroſius 140.b item Hieronymus 139.a b
ad eccleſiam Rom. perfidiæ nullus acceſſus 140.a
in eccleſia
- Spiritus ſanctus & veritas 30.a
- Sanctorum communio 31.b
- opus bonum fructuosè tantùm peragitut 30.a
in eccleſia non ſunt, qui cum epiſcopo non ſunt 29.a 136.b
ex eccleſia ſola Catholica veritas conſpicitur 30.a
in eccleſia ordinata graduũ diſtinctio quid deſignet 348.a
in eccleſia Rom. ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus 140.a
in eccleſia Rom. & ſede non poſſe fidem deficere 141.a
de eccleſia cur prophetę apertiùs quàm de Chriſto prophetârunt 27.b
eccleſiarum omnium ſedium prima, ſecunda, & tertia quæ 141.b
eccleſiarum omnium cura cuínam incumbat 140.a b 142.b
eccleſiarum varius vſus tum in ieiunijs, tum in alijs 515.a
eccleſiarum fabricatio, quàm non ſit heſterna 680.b
erga eccleſias ſeu templa quomodò affici debeamus 238.b
Eccleſiaſtica hierarchia ſimilis cæleſti 325.
eccleſiaſtica poteſtas maior eſt quàm politica 154.
eccleſiaſticæ conſuetudinis vis 120.b
eccleſiaſticæ Traditiones, vide Traditiones.
eccleſiaſtici prædij inuaſor punitur 456.a
eccleſiaſticorum præceptorum obſeruatio quem adferat fructum 160.
eccleſiaſticis & Apoſtolicis mandatis parendum 128.130.
Eccleſiaſtæ munus vndè dependeat 323.b
Egentes cùm intuemur, quid cogitandum 608.b
Electio noſtra ignota nobis eſt, vocatio non item 820.b
Electorum lætitia in die iudicij 729.b 730.a
electorum & reproborum varia diſtinctio in iudicio 730.a
Eleemoſyna quid ſit 575. cur à Deo potiſſimùm inſtituta 588.b
eleemoſyna cordis & pecuniæ 619.a
eleemoſyna cordis facilè tribuitur 619.b
eleemoſyna maxima eſt, offenſam remittere 619.a
eleemoſyna qualiſcunque pro cuiuſque viribus præſtanda 584.a
eleemoſyna
- danda pro remiſſione peccatorum 513.a
- quibus primùm danda ſit 588.a
- quomodò danda 584.b
- præbenda libenter & cum hilaritate 604.b
- non differenda in craſtinum 393.a
- facienda de iuſtis laboribus 590.a
- facienda non de vſuris, & iniuſtè acquiſitis, ſed reſtitutio ibid.
- ex rapinis & rebus alienis nõ facienda 604.b
eleemoſyna ex rapina, non eſt eleemoſyna 588.a
eleemoſyna
- ars omnium artium quæſtuoſiſſima 585.a
- melius eſt hanc artem ſcire, quàm regem eſſe 585.b
- talis medicina vulnerum, vt nec cicatricem relinquat 587.a
- mortem profligat 587.a
- remedium peccatorum 584.b 591.a
- in die iudicij patrocinatur 583.a
- nota eſt cæli ianitoribus 587.b
- quàm mira operetur 585.b
- eſt velutì ſecundus baptiſmus 527.a 591.b
- inter pœnitentię fructus annumeratur 605.b
- quomodò in ſcripturis commendata 578.
- an ſine fide & baptiſmo vel pœnitẽtia mundet hominem 587.b
- non mundat non credentes aut impœnitentes 588.a
eleemoſynæ genus duplex 604.a
eleemoſynæ ſunt opera iuſtitiæ 509.b
eleemoſynę
- præſtantia 592.b
- vis apud Deum 605.b
- vis in flectendo iudice cæleſti 604.b
eleemoſynæ vis poſt mortem maximè apparet apud tribunal iudicis 585.b
eleemoſynæ vis ex quo iudicetur 587.a
eleemoſynæ virtus & fructus 490.492.b 493.a b 495.b 594.
eleemoſynę
- ſacrificium Chriſtianorũ, quo ſit Deus peccatis propitius 583.a
- in futura vita gloriam pariunt 613.a
- delent peccata, & iudiciũ propulſant 605.b 606.a
- peccata delent, & pœnam perpetui ignis extinguunt 592.a 605.b
eleemoſynæ largitas incendiũ peccatorum reſtinguit 593.a
eleemoſynæ quantitas non tam ſpectatur, quàm voluntas bona & animus 593.b
eleemoſynæ eorum qui in peccatis perſeuerant 604.a
eleemoſynæ
- non ideò tribuendæ, vt liberiùs peccetur 616.a
- quibus ad delenda peccata proſint 583.a
- dãdæ de iuſto labore & propria facultate 583.a b
- etiam tribuendæ ſimulantibus inopiam 604.a
- orationi & ieiunio iungendæ ſunt 575.b
eleemoſynæ quædam ſunt ſpirituales 604.a
eleemoſynæ retributio 587.a
eleemoſynæ S. Gregorij 599.b
eleemoſynam vult Deus præberi ex ſuperfluis 587.a
eleemoſynam dare quàm ſit vtile 587.b
eleemoſynam valere multum ad delenda peccata, ſacræ literæ conuincunt 582.a
eleemoſynam tribuendi conſuetudo paranda eſt 588.a
eleemoſynam angelus in forma naufragi flagitat 599.b
eleemoſynam quis coram hominibus faciat, & quis in abſcondito 512.a
eleemoſynam extra Eccleſiam, ad ſalutẽ non prodeſſe 33.b
ad eleemoſynam pertinet, iudicium & miſericordiam facere 589.a
ad eleemoſynam erogandam incitamenta 584.b
ſi eleemoſynam habeat comitem ieiunium, ad orationem proficit 575.b
eleemoſyna quoduis peccatum purgatur 592.b
ex eleemoſyna perennis iuſtitia comparatur 587.a
in eleemoſyna habemus Deum debitorem 587.b
ab eleemoſyna non excuſat inopia 606.a
ab eleemoſyna roborantur oratio & ieiunium 586.b
ſine eleemoſyna ſterilis oratio, &c. 588.a
eleemoſynarum
- genera duo 591.a
- vis & meritum 591.
- vis in die iudicij, & futura vita 604.a
- fructus & vtilitas 585.a 586.a
eleemoſynarum fructus in donantem redundat 613.a
eleemoſynarum & bonorũ operum retributio 581.b 582.b
nè eleemoſynarum cauſa, rerum neceſſariarum penuria laboraturi ſimus, non timendum 580.b
ab eleemoſynarum largitione filiorum multitudo non excuſat parentes 581.b
in eleemoſynarum largitione quid obſeruandum, quid cauendum 616.b
in eleemoſynarũ largitione intẽtio bona adeſſe debet 604.a
eleemoſynarum qualis iam olìm in eccleſia fieret collectio 219.b
eleemoſynarum pro defunctis aſſertio 249.a
eleemoſynarũ pręceptũ frequens in diuinis ſcripturis 580.a

eleemoſynarum remedio indigent omnes mortales poſt baptiſmum 579.b
ad eleemoſynas largiendas adhortatio 577.b 583.b 591.b
eleemoſynas elargientis felicitas 577.b
nihil, quàm eleemoſynas Chriſtus frequentiùs præcipit 580.b
eleemoſynas qui ex rapinis largiuntur 583.b
in eleemoſynis conferendis facilitas 585.b
de eleemoſynis cur tam crebra vbiquè mentio in ſacris literis 584.a
eleemoſynis
- abluuntur ſordes peccatorum 301.b 579.b
- mors æterna redimitur 588.a
- peccata condonantur, & redimuntur 590.b 591.a 593.a

eleemoſynis & iuſtis operibus delictorum flamma ſopitur 579.b
eleemoſynis & precibus iuuari defunctos 304.b 307.b 311.a 312.b
ſine eleemoſynis orationes & ieiunia minùs proſunt 580.a
Vide etiam, Liberalitas, & Miſericordia.
Eleemoſynarij alicuius filius quomodò ex paupere diues euaſerit 602.b
Elias plus meruit, quando plus ieiunauit 520.b
eliam & Eliſæum cælibes fuiſſe 683.a
Eliſæi oſſa an immunda Iudæis habita 98.a
Enoch & Heliam prædicationibus ſuis Antichriſto reſtituros 724.a
Ephræm quomodò ſanctos martyres inuocârit 90.b
S. Ephræm captiuus inuocans liberatur 89.b
Epiſcopus vnus in Catholica Eccleſia 141.a
epiſcopus Catholicus, quanuis malus, paſtoris dignitatem non amittit 147.a
epiſcopus quando, etiam ſua vxore legitima vtens, adulter cenſeatur 364.a
epiſcopus ob toleratum Vigilantium increpatus 447.a
epiſcopi authoritas 331.b officium 324.b
epiſcopi
- Apoſtolorum ſucceſſores in Eccleſia 146.b 328.b 332.a b
- Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt 332.a
- ſua propter Deum relinquentes, quorum hic bonorum facti diſpenſatores 677.b
- locum tenent Apoſtolorũ, & presbyteri ſeptuaginta duorum diſcipulorum 331.a
- presbyteris ſuperiores in hierarchia Eccleſiaſtica 322.b

epiſcopi & presbyteri mali ſuam authoritatem & dignitatem retinent 343.b
epiſcopi & alij prælati quomodò in iudicio extremo examinandi 728.a
epiſcopo honorabilior nullus in Eccleſia 155.b
epiſcoporum
- conſecratio vndè 142.a
- munia 197.b 198.a 199.a 202.a b 203.a b
- officia alijs ſacerdotibus non communia 335.a
- inter ſe diſtinctio 140.b 141.b
- inter ſe ſucceſſiones quid momenti habeant 44.b

epiſcoporum omnium poteſtas ex Apoſtolico iure defluxit 278.a
epiſcoporum & paſtorum in Eccleſia authoritas 146.
epiſcopos
- vocari Apoſtolos 278.a
- locum Apoſtolorum tenere in Eccleſia 166.a
- præficiendos eſſe doctrinæ dijudicandæ 147.a
- eſſe Eccleſiæ columnas 142.b
- non niſi maritos eſſe debere, ineptum eſt 683.b

epiſcopos catholicos cum Rom. Eccleſia conuenire 140.b
epiſcopos à Chriſto, presbyteros ab Apoſtolis electos eſſe 332.a b
in epiſcopos cur in initio Eccleſiæ coniugati etiam ordinati 683.b
epiſcopis non obedientes extra viã ſalutis verſantur 148.b
epiſcopis etiam malis facultatem dimittendi peccata eſſe conceſſam 278.a
Epiſcopalis dignitas & ſublimitas comparationibus nullis adæquatur 155.b
epiſcopalium manuum impoſitione quid baptizatis conferatur 199.a
epiſcopalium cauſarum examinatio penès quem ſit 143.a
epiſcopalium ſedium in Eccleſia diſtinctio vndè profecta ſit 328.a
Epiſtolæ prioris ad Corinth. capitis 7. ſcopus 682.a 683.b
Eremitæ qui 702.b
Erogare an omnia ſimul liceat 616.b
Eſſæni quales ſint 698.a
eſſænorum cælibatus 698.a viuendi modus in communi ibid.
Ethnici philoſophi quomodò contempſerint pecuniam 667.a
Eua quomodò in Aue mutatum 61.b
euæ & Mariæ comparatio 57.b 58.b 61.a b
Euangelium non eſſe in verbis ſcripturarum, ſed in ſenſu 164.b
euangelium nondùm erat tempore Auguſtini vbiquè prædicatum 713.a
euangelium Chriſti, quãdo hominis aut diaboli fiat 164.b
Euchariſtia
- excellentiſſimum eſt ſacramentum 206.
- ſummum eſt & proprium nouæ legis ſacrificium 234.
- ſymbolum eſt vnitatis 206.a
- pignus futuræ gloriæ ibid.
- ſpiritualis animæ cibus 206.a
- antidotum liberans à culpis & peccatis, *ibid.*
- ſymbolum rei ſacræ, inuiſibilis gratiæ forma viſibilis 206.a
- ſacramentorum conſummatio ibid.
- quid ſonet & contineat 206.
- bonam gratiam & gratiarum actionem ſignificat 206.
- quo intellectu ἀντίτυπον ſeu exemplar ſit dicta 212.a 214.b
- cur inſtituta 234.
- quomodò cætera ſacramenta excellat 206.a
- quanto præſtet mannæ illi Moyſis 218.a
- quanti ſit amoris ſignum 264.a
- cuius & qualis ſit memoria 263.b 264.a
- pro defunctis offerenda 311.a 312.b
- honoranda, adoranda, manducanda 213.b
- circunferenda in proceſſionibus 230.b
- quomodò Origenis iuſſu & conſilio cuſtodienda 256.a
- in altari aſſeruata 233.b
- quotiès cuique quotannis & quando ſumenda 158. 160.b
- quomodò & quali ſumenda ſub ſpecie 254. 255.
- cur ſæpè ſumenda 263.
- quomodò accedenda 271.a b 273.a
- à quodam ruſtico indignè tractata, *quid miraculi acciderit* 256.b
- quomodò olim ex traditione Apoſtolica ſumi ſoleat 129.b

euchariſtia vtinàm quotidiè à nobis percipi dignè poſſit 168.b
euchariſtia
- quò nobis conducat 173.b
- morbos depellit, concupiſcentiam ſedat, pietatem corroborat 266.b
- totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet ibid
- viaticum eſt 263.
- panis eſt quotidianus 52.a b
- eſt ſacrificium incruentum 235.
- per preces conſecratur 206.b
- per Chriſti verba conficitur 224.

in euchariſtia quomodò Chriſtus præſens 215.a
in euchariſtia
- non eſſe de veritate corporis & ſanguinis dubitandum 218.a 220.a 221.b
- Chriſti corpus eſſe, quomodò credendum 206.b
- ſub ſpeciebus panis & vini verè corpus & ſanguinem Chriſti contineri 212.
- panem & vinum in corpus & ſanguinem Domini tranſubſtantiari 224.217.a b
- alterutra ſub ſpecie totum eſſe Chriſtũ 260.b 261.b

totum

Digitized by Google

totum Chriſtum ſub ſingulis partibus haberi 215.a 260.b 262.a
Chriſtum per partes manducari, & manere tamen integrum 260.b
ſuperbos adorare Chriſtum & edere, non tamen ſaturari 231.b
ipſum Chriſtum Dei filium ſuſcipi 207.b 209.a

ex euchariſtia quomodò alicui cinis effectus 256.a
euchariſtię ſacramenti figurę 211.b 240.b 241.b 264.b 266.b
euchariſtiæ varia nomina 206.a b 211.b 212.a
euchariſtiæ nomen quid ſignificet & contineat 206.
euchariſtiæ donum quàm excellens 206.a
euchariſtiæ forma rotunda 221.a
euchariſtiæ ſacrificium ſuo nomine faciendum Chriſtus inſtituit 236.a
euchariſtiæ ſacramenti capita, quæ ſcitu neceſſaria 212.
euchariſtiæ ſacramentum tria præcipuè continere 209.
euchariſtiæ ſacramentum cur ſub ſpecie panis & vini inſtitutum 211.a 213.b
euchariſtiæ ſacramentũ benedictione diuina confici 228.b
euchariſtiæ ſacramentum ſolum conficere ſacerdotem ritè ordinatum 224.a
in euchariſtiæ ſacramento non adeſſe Chriſtum vt in ſigno vel figura aut virtute tantùm 224.b
in euchariſtiæ ſacramento ſpecies ſiue naturas elementorum mutari 228.b
euchariſtiæ communio an ſub vna, an ſub vtraque ſpecie fieri debeat 254.
euchariſtię alterutra ſub ſpecie tantum, quantum ſub vtraque, haberi 260.b
in euchariſtiæ quauis particula totus Chriſtus continetur 255.
euchariſtiæ partes ſingulas eiuſdem cum tota virtutis eſſe 256.a
euchariſtiæ partes etiam minutiſſimæ quam vim habeant 260.b
euchariſtię veritas quàm ſit clara, & diuino verbo probata 212.
de euchariſtiæ veritate non eſſe ambigendum 220.a 221.b
euchariſtiæ veritatem negantes excidere à gratia & ſalute 221.a b
contra euchariſtiæ veritatem hæreſis ante 1550 annos à Chriſto damnata eſt 214.a
cur euchariſtiæ veritatem Chriſtus ſub panis & vini ſpeciebus tectam eſſe voluerit 213.b
euchariſtiæ oblatio debet fieri ſub vtraque ſpecie 254.
euchariſtiæ oſtenſio vel eleuatio in Miſſa quàm non ſit heſterna 236.a
euchariſtiæ ſacramentum quomodò & venerandum & adorandum 229. 230.
euchariſtiæ venerationem & adorationem negantes anathemate feriuntur 230.b
euchariſtiæ ſanctitatem qui in ſolo vſu conſtituunt, inſanire 210.b
euchariſtiæ fructus & effectus 172. 263. 264.a 265.a 267.b
euchariſtiæ virtute concupiſcentiæ motus minuũtur 266.b
euchariſtiæ ſumptione liberamur à diaboli illuſionibus 267.a
euchariſtiæ cibo Chriſtum nobis vniri 208.b
euchariſtiæ ſacramentum quale ſit nobis antidotum 206.a
euchariſtiæ ſacramentum innouat redemptionem, & quotidianam gignit remiſſionem 254.a b
euchariſtiæ vſus olìm quàm frequens 53.a b
ab euchariſtię communione ſeparari, quàm ſit graue 268.b
euchariſtiæ ſumendæ conſuetudo pro lege habenda, quæ 261.b 262.a
euchariſtiæ ſumendæ modum & ordinem Apoſtolis Chriſtum reliquiſſe 273.b
euchariſtiæ ſacramentum cur Ieſus poſt cœnam Apoſtolis dederit ibid.
euchariſtiæ ſacramentum hodiè poſt cœnam non conficiendum & ſumendum 261.b
de euchariſtiæ particulis, pueris ſcholaribus dari ſolitis, mira lepidaq; narratio 259.a
euchariſtiæ cuſtodiam eſſe traditionis Apoſtolicæ 129.b
euchariſtiæ cultum latriæ deberi 230.b

euchariſtiam
- mannæ & aquæ de petra fluenti longè præferri 207.b
- à manna differre 220.a
- tanto præſtare mannæ, quanto præſtat veritas figuræ 228.a
- Chriſti verbis conſecrari 224.b
- virtute verborum fieri 224.a
- non eſſe imaginem corporis Chriſti, ſed ipſum corpus 214.b 215.b
- non eſſe communem panem, ſed corpus & ſanguinem Chriſti 219.b 220.a
- eſſe Dei noſtri corpus & ſanguinem, data fidelibus ad veniam peccatorum, certiſſimè credendum 217.a
- eſſe ſeruatoria noſtri carnem 214.a
- in ſpecioſum puerum conuerſam 256.b
- Chriſti dici gratiam ſalutarem 206.b
- ità ſignum eſſe, vt efficiat id quod deſignat 254.a
- non pro diſcipulis tantùm, ſed pro omnibus fidelibus ad conſummationem vſq; ſeculi inſtitutam 241.b

per euchariſtiam
- quomodò Chriſto coniungamur non fide ſolùm & charitate, ſed etiam ſecundùm carnem 208.a
- incorporamur Chriſto 208.a
- Chriſtus ſe ſingulis coniungit 207.a
- re ipſa in Chriſti carnem conuertimur 207.a

ad euchariſtiã accedenti, quæ potiſſimùm neceſſaria 270.a
ad euchariſtiam caſtè accedendum 273.a item auidè & præſenti animo 268.b 272.b etiã omni die Dominico 269.a
ad euchariſtiam cur cum humilitate accedendum 273.b

euchariſtiam
- ſumentes quomodò memores eſſe debeamus mortis Chriſti 263.b
- indignè ſumere, quàm periculoſum ſit, & quàm graue peccatum 270.a
- indignè quis ſumat 269.a b
- indignè ſumentium pœna aut calamitas 269. 270.b
- adoleſcens impurę vitæ conſcientia deglutire non potuit 272.a
- quis per ignorantiam percipiat 215.b

euchariſtiam diſtribuentibus angelos miniſtrare 233.a
euchariſtiam ſumpſerunt diſcipuli in Emaus, item in naui Paulus, &c. 257.b
euchariſtiam iam olìm in altari aſſeruari ſolitam 233.b
euchariſtiam iam olìm ad abſentes ferri ſolitam 219.a
euchariſtiam in proceſſionibus piè & honorificè circunferri 230.b
euchariſtiam celebrare, ſicut & Chriſtus fecit, Apoſtolos Dominico die oportuiſſe 258.a
euchariſtiam adorandam eſſe, fidelibus eſt certum 231.a
euchariſtiam apes reuereri 236.b
qui euchariſtiam ſumptam peccati conſcientia preſſus eiectabat, ritè confeſſus eandem piè conſeruat 272.b
de euchariſtia Chriſti ſermo non eſt durus, ſed lenis & ſuauis 213.b nec irrationabilis ibid.
in euchariſtia eſſe carnem & ſanguinem neceſſariò ſequitur, cùm Chriſtus & voluerit & potuerit panem & vinum in carnem & ſanguinem mutare 219.a
in euchariſtia Chriſtum venerantur angeli tempore ſacrificij è cælo deſcendentes 233.a
Vide in Caro, Chriſtus, Communio, Miſſa, & Sacrificium.
Eunomij hæreſis 97.b
eunomiana hæreſis de ſola fide 465.b
Eunuchi euangelici qui ſint 679.a 682.a
eunuchi euangelici commendantur 370.b plus offerunt quàm præceptum eſt, ibid.
eunuchi euangelici in ſacerdotali gradu conſtituti filios habent ſpirituales 370.b
Euſtathiani hæretici loca martyrum contemnunt 98.b
Exactio iniuſta damnatur 630.a
Exaudiri non facilè, interdùm vtile eſſe 552.a 562.a 564.a
Externa quid ad pietatem conferant 170.
Excommunicandi authoritas 165.b

Digitized by Google

excommunicandi poteſtas vbi ſit 165.b
Excommunicatio quomodò timenda, & qualis ſit myſticè gladius 34.a 148.b
excommunicationis qualitas 165.b
excommunicationis pœna 472.a
excommunicationi quis terror à Chriſto adiectus 165.b
in excommunicatione humanam ſententiam diuina roborari ibid.
excommunicatione vbínam ſuperſedendum 165.b
Excommunicati quo in periculo ſint 26.34.a b
excommunicatus manet ſub poteſtate diaboli, & eſt tanquàm gentilis 34.b
Exomologeſis à Domino inſtituta 290.b 291.a
exomologeſis gehennam extinguit 290.b
exomologeſim criminum in Eccleſia faciendam 293.a
in exomologeſi eſſe ſecunda ſubſidia poſt bàptiſmũ 290.b
Exorciſta quomodò ordinetur 333.a quid ſonet 333.b
exorciſtarum officium, eorumq́ qui fuerint in veteri Teſtamento typi 333.a
Exorciſmus quid ſit, cur fiat, & quid faciat 181.b 182.a b
exorciſmus & exufflatio quàm nõ ſint herì aut nudiuſtertiùs excogitata 182.a
exorciſmi vis quanta 680.a
exorciſmi in paruulis potentia & veritas 186.a
exorciſmi ante baptiſmum 779.b
exorciſmi ad baptiſmum quomodò fieri ſoleant 179.b
exorciſmorum circa baptizandum vſus qualis 180.a
exorciſmis & exufflationibus cur & quò vtendum 184.b

F

Fabiola quomodò, dimiſſo viro priore, alteri nubens, pœnituerit 359.a
fabiolæ publicè ex animo pœnitentis commendatio ibid.
Facultatem noſtram noſipſos latere 808.a
facultates noſtræ erogando multiplicantur 613.b
facultatum diſtributionem Dominum non præcepiſſe, ſed conſuluiſſe 667.b
facultatum diſpenſatio quæ cui præſtet 677.b
Famis tempore ſubueniendum communitati 614.a
Felix martyr Nolanus ciui ſuo opem tulit 96.a
S.felicis Nolani inuocatio 96.a b
Felicis ſacrilegi pœna 457.b
à felice ſumptuoſa vaſa ſacra ridentur ibid.
Felicitatem æternam promerituri qui 751.b
Ferias natalitias S. Ioannis malè celebrantium exibilatio 636.b
in ferijs Sanctorum tria conſiderantur 86.b
Feſtum venerabilis Sacramenti piè inſtitutum eſſe 230.b
feſti Conceptionis D. Virginis inſtitutio 776.b
feſti dies { cur inſtituti 81.b 84. 115.a
quomodò obſeruandi 158.
pijs operibus celebrandi 112.
feſti dies tempore Ignatij celebrati 159.a
feſti dies Sanctorum qua vtilitate celebrentur 103.b
feſta Sanctorum 84.103.
feſtorum quorundam dierum obſeruatio ex Apoſtolica traditione deſcendit 131.a
feſtorum iuxta Lugdun. Concilium ſeruandorum ſumma 158.a
in feſtis diebus quibus ſtudijs vacandum 115.b
feſtis diebus ſicut ornantur corpora & templa, ità & anima ſuis ornamentis exornanda eſt, & à vitijs purganda 114.b
feſtis diebus & Dominicis cur à terrenis negocijs Chriſtiani feriantur 115.a
feſta Iudæorum 113.a
feſta Iudaica non celebrari à Chriſtianis 115.a
feſta quomodò obſeruanda 112.
feſta Sanctorum cur ad celebrandum inſtituta 103.b
feſto Paſchali celebrando quomodò per Quadrageſimam paremur 115.a
in feſto die fodere minùs malùm eſſe, quàm ſaltare 116.b
fundamentum, initium ſalutis 806.a
Dei donum, & voluntati tamen noſtræ ſubiecta 798.a
quale quantúmve Dei ſit donum & lumen 3.
eſt voluntaria, non coacta 798.a b
quid ſit 2.3.a
quàm neceſſaria 2.a 4.b 45.b
cui, quando, & vbi potiſſimùm neceſſaria 270.a b
qualium rerum ſit ſubſtantia ſeu argumentum 3.b
non eſt æſtimatio aut opinio 3.a
nihil habet ambiguum ibid.
ratione metienda non eſt 3.b
à demonſtratione non pendet 4.a
requirit firmum aſſenſum 3.4.a
quæ experientia nititur, meritoria non eſt 4.b
Fides { niſi integra & vna ſit, fides non eſt 2.b 492.b
vbi ſana non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia 653.b
efficit precioſa, quæ per ſe ſunt vilia 594.b
ſola Catholica eſt fides 492.b
ſola non eſt ſufficiens præparatio ad dignam communionem 271.a
ſola ſaluat, quæ per charitatem operatur 465.a
viua ſaluat 465.a 496.a
cum dilectione, Chriſtiani: ſine hac, dæmonis eſt 828.b
ſine charitate eſſe poteſt, ſed non prodeſſe 71.b
ſine charitate eſſe poteſt, non contrà 828.b
ſine operibus mortua eſt, & contrà 503.b
ad ſalutem non eſt ſatis 816.a
ſine vita pura non prodeſt 816.b
an mereatur iuſtificationem 806.a
fides etiam firmiſſima, probitate deſtituta, à gehenna non liberat 804.b
fides & vita fidei ſimul tenenda 817.a
fides & vita ſyncera ſint oportet 816.b
fides & operatio per totam vitam non deſerenda 805.b
fides Apoſtolica non niſi vna eſt 6.b
fides Catholica theſaurus ingens 2.a eſt firmus aſſenſus reuelatæ veritatis 3.a
fides Apoſtolorum & Orthodoxorum 110.a
fides Chriſtianorum ſit, non dæmonum 804.b
fides Chriſtianorũ eſt, quę per dilectionem operatur 805.a
fides. { vera non mutatur ſecundùm tempora 150.b
vbi non ſatis futura 729.b
vt prima perdita, ità prima recuperanda 771.a
munienda ſcripturarũ & Eccleſiæ authoritate 45.a
in Rom. Eccleſia incorrupta 139.b
fides Eccleſiæ Catholicæ de Sacramento Euchariſtiæ 223.a
fides charitasq́ quomodò Dei, & quomodò noſtra 794.a
fidei initium non nobis, ſed gratiæ tribuẽdum 797.a 798.a
fidei regulam duodecim ſententijs Apoſtoli comprehenderunt 4.5.a
fidei { energia quanta 4.
merces ampla 819.a
certitudo 3.a
commendatio 4.b 45.b
ſumma 4.5.
vita 805.a
proprium quid 3.4.a
fidei rectæ indicium 136.b
fidei vocabulo quid intelligendum 3.
fidei profeſſio baptizandorum quomodò olim ſoleret fieri 179.b 180.a b 181.b
fidei arcana non paſsim omnibus exponenda ſunt 324.a
in fidei rebus quæ non intelligimus aut capimus, quid circa ea agendum 473.a
fidei ſanctorum Patrum inhærendum 152.b
fidei & ſpei communio & diſcrimen 45.a b
fidem ſine merito accipimus 806.b
fidem eſſe veluti lampadem magnam, errantibus à Chriſto accenſam 4.b
fidem alienam alijs prodeſſe 185.b
fidem ſuam mater Eccleſia paruulo communicat 185.b
fidem vtilem ſola charitas facit 71.b
fidem primam irritam facere, quid ſit 360.a 365.b
fidem ſolam iactantium vanitas quanta 464.a b ſolam ſufficere qui ex Paulo colligunt, in voraginé incidunt 503.a
per fidem quomodò iuſtificemur 464.b
fidem & ſalutem nonnulli deferunt, & conſequenter charitatem 822.a
de fide ſola Eunomiana hæreſis 465.b

Digitized by Google

non fide ſola opus eſt, ſed etiam ieiunio, ac prætereà oratione 569.a
fide eadem in Chriſtum qua nunc, & olim omnes iuſti ſaluati 799.a
in fide nequitatibus ſuſceptis, quæ neceſſariò mala ſequantur 151.b
de fide quali agat Paulus ad Galatas 464.b
fide, ſpe, charitate Deum coli 170.b
Fidelem eſſe in minimo, magnum eſt 632.a
fideles veri qui dicendi 817.a
fideles Chriſti corpus comedere, & cum eo ſanguinem eius bibere 230.b
fidelium communio membris humani corporis reſpondet 32.a
fidelium vinculum myſticè quid 175.b
fidelium filios, niſi baptizentur, perire 186.a
fidelibus etiam rectè viuendum, vt ſaluentur 813.a
Fiducia inordinata vindictæ locum habet 463.a
fiducia qualis orationi neceſſaria 561.b
Fine quo quidque fiat, intuendum 527.b
Filij { quomodò inſtituendi 452.a
qualès eſſe debeant 452.b
quid ſuis debeant parentibus 116. }
filiorum huius ſeculi præpoſterum ſtudium 753.b
filiorum huius ſeculi diligentia, arguit piorum negligentiam 706.b
Filiarum cura matribus mandata 452.b
cur Flagellantur in frugibus 583.b
Fletus & ſtridor dentium in tartaro quid, & vndè 733.b 739.b
Feminæ temulentæ ſuis coloribus aptè depictæ 414.a
Fœnus cum idololatria comparatur 633.b
fœnus pecuniæ, funus eſt animæ 632.b
fœnoris iniquitas 632.b
Fontis conſecratio 179.b 181.a b 182.a
Fornicatio ſimplex, eſt peccatum 398.b
fornicatio maximi ſceleris eſt 398.b
Fortitudo { quid ſit, & in quo conſiſtat 623.a b
quibus neceſſaria 624.a
quomodò per ſcripturam cõmendetur 636.
aduerſus omnia vitia dimicare debet, & præcipuè contra auaritiam 641.a
nè ſit temeraria ibid. }
fortitudo animi duobus perficitur 640.b
fortitudo beatorum 747.a
fortitudo B. Iob 641.a
fortitudinis partitio 640.b
fortitudinis veræ author 640.a
fortitudinis vires quomodò turbentur 622.b
fortitudinem maximè in animo ſitam eſſe 640.b
ad fortitudinem animi quid pertineat 640.a
fortis viri eſt, ſeipſum vincere 640.b
fortes verè quales eſſe debeant 640.a
Frons cur potiſſimùm chriſmate inungatur, & cruce conſignetur 204.b 205.b
frontis inunctio quid ſibi velit, aut cur fiat 180.b
Fructus Spiritus ſancti quot, & qui ſint 648.
Furor mentis, ſæuiſſimus dæmon 419.b
Furtum alienum cui conſentis, ſit tuum 459.b
furti nomine quid intelligatur 116.a quæ vitia aut ſcelera prohibita 122.
furto ſacra vaſa ſubtrahere cupiens, punitur diuinitùs 457.b
Futuri noſtri ſtatus ignorantia prodeſt 824.b

G

GAbrieli Archangelo quid acceptum referre debeamus 59.
Gaudium beatorum 743.b 749.b 751.a
gaudium beatorum quantum 754.b
gaudium bonorum perfectum & plenum 748.b
gaudium angelorum promanat ex diuina contemplatione 751.a
gaudium ſpiritale pro contemptu voluptatum terrenarum rependitur 670.a
gaudiũ boni poſt mortẽ recipient, & tormenta mali 708.a
gaudij cæleſtis deguſtatio quid 669.b
gaudia cæleſtis regni quanta 41.a
Gehenna cur metuenda 707.b
gehennæ ignis qualis ſit 740.b
gehennæ ſuppliciorum deſcriptio egregia 739.b
gehennæ ignis comminatio quàm fructuoſa 742.a
gehennæ comminatio, Dei circa nos miſericordiã & prouidentiam oſtendit 742.a
gehennæ & iudicij memoria habenda 760.b
gehennæ ſuppliciorũ recordatio quàm fructuoſa ſit 733.b
gehennæ ob oculos poſitio quorſum neceſſaria 284.b
gehennæ memoria { quàm vtiliſſima eſt 715.a 760.a
quantam vtilitatẽ ſecum ferat 742.a
à peccato coërcet 760.a
prodeſt contra libidinis flãmas 738.b }
gehennæ metus 753.a
gehennæ timor quàm fructuoſus ſit 760.a
gehennæ & ſuppliciorum timor non eſt malus 761.b
gehennæ timor eſt quidam cuſtos & pædagogus legis 761.b
gehennæ ſupplicia & iudicium Dei pueris inculcandum 760.b
gehennæ ignis non vno modo omnes excruciat 734.a
gehennæ ignis quàm grauis ſit 742.b
gehennæ ignis vis ac proprietas 739.a
gehennæ ignis an luceat 740.b
gehennam cur Chriſtus & concionatores minãtur 445.b
de gehenna loqui, vtile eſt admodùm 760.b
de gehenna inter epulas diſſerendum 760.a
Vide etiam, Infernus.
Generatio in Adamo damnata 776.a
Geruaſij & Protaſij martyrum corpora quibus miraculis & reperta & probata 99.a illorum reliquijs quid Mediolanum debeat 101.a
Giezi exemplum quos meritò terrere debeat 673.b
Gladium accipere, quid ſit 484.a
Gloria Dei quorum illuſtretur virtute 91.b
gloria hominum nihil vilius 388.a
gloriæ futuræ pignus quale 264.a
gloriæ amiſſio intolerabilior, quàm gehennæ ſupplicium 380.b
gloriæ inanis ſiue ſuperbiæ filię ſpeciatim acceptæ 391.a
gloriæ vanę cupiditatem modus & ratio reſtringendi 388.a
gloriam beatorum omnium non eſſe aut fore æqualem 681.b 748.a
Gloriandum nequaquàm de meritis noſtris, tanquàm à nobis illa ſint 832.b
Gorgoniæ ad altare, in quo aſſeruabatur ſacra Euchariſtia, prouolutæ, quod beneficium obtigerit 233.b
Gradus in dando quales, & quot 666.b 667.a
Gratia { noſtris conatibus in iuſtificatione prior 797.b
omni merito prior 806.b
noſtrum velle præcedit in iuſtificatione 791.b
liberum arbitrium præuenit, deindè comitatur 794.b
adiuuat liberum arbitrium, non adimit 793.a
quid ad iuſtitiam conferat 770.b
quid faciat, vt glorificari mereamur 832.b
potens, at non violenta 794.b }
gratia Dei ad quid neceſſaria ſit 375.b quid in nobis operetur 375.a
gratia Dei in omni bona mutatione præuenit 796.a
gratia præueniens & ſubſequens 375.b
gratia præcedens, & ſubſequens 791.a
gratia iuſtificans impios 832.a
gratia iuſtificans eſt charitas infuſa 802.b
gratia glorificans iuſtos 832.b
gratia ſeptiformis Spiritus ſancti 645.b
gratia ſeptiformis in Confirmatione percipitur 205.a
gratia quæ & miſericordia, quanta nobis præſtet 832.b
gratia ſola noſtrum facit meritum 507.a
gratia per Chriſtum collata, nõ in ſola peccatorum remiſſione verſatur 801.a
gratia quomodò plena Maria 58.a
gratia data Mariæ, quàm differat à gratia alijs data 58.a
gratia quòd ſuſcipitur, & gratiæ eſt, & voluntatis 794.b
gratiæ electionem, nulla merita humana præcedunt 807.a
gratiæ hominem cooperari 792.b
gratiæ & liberi arbitrij concurſus 375.a
gratiæ voluntas, ab ea excitata, coniungitur 794.b

gratiæ

Digitized by Google

gratiæ abundantia ex quibus perſpiciatur 774.b
gratiæ euangelicæ vbertas quanta 366.
gratiam eſſe Sacramentorum virtutem 172.b
gratiam iuſtificantem non ſolum delere peccata, ſed & adiuuare 801.b
gratiam ſpiritualem inuncti chriſmate ſuſcipiunt 203.a b
gratiam & iuſtitiam acquiri 613.a
gratiam quantam Maria conſecuta 58.a 62.b
per gratiam ſeptiformem Spiritus, aditus regni cæleſtis aperitur 645.b
gratiarum actio quomodò iam olim in eccleſia fieri ſolita 229.a
Gratiora ſunt, quæ non tenemur impendere, & tamen impendimus ex charitate 658.a
Gregorius Magnus
- quæ concilia Euangelij inſtar habeat 148.b 149.a
- ex ſuis facultatibus quot monaſteria fabricârit 662.b
- omnibus relictis, monaſticam vitam & habitum monaſticum aſſumit 663.a

S. gregorij eleemoſynæ & hoſpitalitas 599.b
gregorio Magno quid Angli debeant 248.b
Gregorium Nyſſ. quid ad lachrymas commouerit 105.a
Gula
- quid ſit, qualem'q; ſobolem gignat 391.a 406.408.a
- quam perniciem adferat 409.b
- ad luxuriam prouocat 412.b
- aciem mentis obtundit ibid.
- omnes animæ vires deſtruit 413.a

gulæ abuſiones quatuor 407.a b 408.a
in gulæ appetitu quadruplex diſtinctio 413.a
gulæ deditorũ animus nihil cæleſte cogitare poteſt 409.b
à gula quinque modis tentamur 407.a
ex gula quæ vitia naſcantur 408.b
ex gula, quanta animi & corporis incommoda 412.a
Vide plura, Ebrietas.

H

HAEreſis Iouiniani 533.b
hæreſis Vigilantij contra Sanctorum reliquias, & accenſos cereos 97.a
hæreſis Vigilantij eſt, Sanctos non poſſe viuis adeſſe 86.b
hæreſis Nouatianorum qualis 276.b
hæreſis Berengarianæ principium 222.b
hæreſim, non tam de ſcriptura, quàm de intelligentia eſſe 164.b
hæreſes de ſacramento Vnctionis extremæ 315.a
hæreſum & ſchiſmatum origo ex ſummi Pontificis contemptu 25.b 135.140.b 148.b
hæreſum omnium interemptrix quæ 68.a b
hæreſum antiquarum & nouarum confutatio vndè inſtituenda 151.b 152.a
hæreſeôn principijs obſiſtendum 451.b
ab hæreſibus ſibi cauendi optima ratio 150.b
Hæreſiarchæ rei mortis ſunt omnium, qui per eorum doctrinam pereunt 428.a
hæreſiarcharum mortuorum pœnæ cur quotidiè augeantur ibid.
Hæreticus quis 473.a
hæreticus, & credens hæreticis, differunt 473.a
hæreticus, Patrum omnium ſententiæ, ſuam arroganter præfert 767.b
hæreticus eccleſiæ ſpoliator à Deo punitur 456.a
hæreticum facit pertinax defenſio erroris 473.b
hæretici
- nomen ſumunt ab inuentoribus hæreſeôn 1.a
- veri Chriſtiani non ſunt 1.b
- nequeunt eſſe Chriſtiani 1.b
- vnam Eccleſiam in plures lacerant 28.a
- cur Eccleſiæ præpoſitum potiſſimùm oppugnent 28.b
- ſunt filij concubinæ, & forâs eijciendi 35.b
- originem ſuæ cathedræ reddere nequeũt 137.a
- omnes ſe à Deo miſſos eſſe dicunt 324.b
- dæmonis aſtutiam imitantur ibid.
- pertinaciter tuentur ſcripturam malè intellectam 473.a
- ſcripturas ſine ſenſu crepant 163.b
- cur ſcripturis vtantur 164.a
- ſcripturis ſuas opiniones conantur defendere 163.b
- ſcripturis tanquàm ouium veſtimentis, lupum tegunt 164.a
- citantes ſcripturas, transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti 164.a
- ſcripturis conuicti, dicunt eas falſatas 164.b
- Eccleſiaſticas traditiones contaminare ſolent 130.b
- appellant Catholicos, Romanos 455.b
- per partes ſunt conciſi 144.b
- in vijs & ſepibus inueniuntur 449.b
- quînam Chriſtianos fugiant 98.b
- qui loca martyrum contemnant 98.b
- qui reliquias Sanctorum impugnent 97.a b 98.a
- ex quibus fructibus cognoſci poſſint 164.a
- cur fiant homines 473.a

hæretici non propter Chriſtum malè audiunt 653.b
hæretici reprehendentes nocturnas preces ſiue Chriſtianas vigilias 560.b
hæretici & fidelis diſcretio 540.a
hæretici Catholicos irrident propter infantũ baptiſmum 185.a
hæretici verum baptiſmum conferunt 188.b
hæretici mortuos viuorum fraudantes auxilijs 91.a
hæretici & ſchiſmatici non patiuntur perſecutionem propter iuſtitiam 653.b
hæretici pro mortibus ſempiternis mortem temporalem patiuntur 187.a
hæreticorum
- initia quæ ſint 340.a
- ars vetus 343.b
- ingenium 141.a
- fraus in citandis ſcripturis 527.b
- commentitij & imaginarij tropi 215.a
- inconſtantia in interpretandis ſcripturis 151.a
- impius conatus 301.a
- inſania & impietas 210.b 214.b
- execrabilis blaſphemia 80.a
- ſuperſtitio in vitandis Catholicis 98.b
- ordinationes temerariæ, leues, & inconſtantes 341.
- riſus & blaſphemia quàm ſit vana ac irrita 178.

hæreticorum pertinaciæ conſtantia martyrum eſt diſſimilis 450.a
hæreticorũ proprium
- nouitates profanas ſectari 151.b
- gaudere nouitatibus 168.a
- per blanditias decipere 439.b

hæreticorum veterum mos 222.a
hæreticorum vox eſt, Deũ nihil niſi fidem requirere 465.b
hæreticorum pertinacia increpatur 473.a
hæreticorum inquietudo per poteſtatem ſecularem coërcenda 448.a
hæreticorum eccleſiæ, ſunt ſynagogæ diaboli 28.a
hæreticorum eccleſiam eſſe Antichriſti ſynagogam 136.b
in hæreticorum corda diaboli poteſtas 450.a
in hæreticorum occultis conuenticulis non eſt prædicandum, ſed in Eccleſijs 324.a
hæreticis ſcripturas citantibus credendum non eſſe 145.a b
hæreticis cur monachi vocabulum meritò inuiſum 700.a
hæreticis non conniuendum 447.a
ab hæreticis collatus baptiſmus quando verus 188.b 189.a
hæreticos irridere Catholicos, ꝙ pro mortuis orent 311.b
hæreticos inuidere ſalutem paruulis 185.b
hæreticos antiquos non crediddiſſe Purgatorium poſt mortem reſtare 311.b
apud hæreticos crebra diuinarum literarum citatio, etiam in conuiuijs & plateis 163.b
per hæreticos diabolum loqui, qui ſcripturas contra Catholicam fidem proferunt 164.b
per hæreticos ſuadet dæmon, vt antiquam Eccleſiæ fidem deſeramus 164.b
apud hæreticos Peputianos obeunt mulieres epiſcoporum & presbyterorum munia 327.a
hæreticos gladio coërceri expedit 450.a
hæreticos Catholici principes rectè perſequuntur 187.a
contra hæreticos legibus latis, factum eſt vt multæ ciuitates reſipuerint 448.a

contra

Digitized by Google

contra hæreticos cur in Eccleſiæ principio non inuocabatur brachium ſeculare 448.a
hæretica nouitas quorum authoritate conteratur 152.b
hæreticæ iam olim quæſtionis, Vbi ſcriptum eſt, confutatio 700.a
Vide etiam Schiſmatic.
Hagiomachis anathema 94.a
Hebdomada ante Paſcha, quàm ſit ieiunio ſacra 514.a 541.b
Hebręi alicuius immane in filiolum propriũ facinus 259.a
Heli pro filiorum iniquitate damnatus 443.a
Helias quo myſterio ſuã Heliſæo reliquerit melotẽ 207.b
helias & Heliſæus virgines ac cælibes 686.a 688.b 690.b
heliam & Paulum cælibes & continentes fuiſſe 679.a 686.b
heliam, Heliſæum & Ioannem virginitas euexit 686.a
Herodis iuramentum cur non fuerit ſeruandum 112.a
herodiſi miles, communione myſterij abutentes 231.b
Hieronymus Rom. Pontifici adhæret 29.a
hieronymus ad Rom. Pontif. iudicium & ſententiam confugit in re dubia 150.a
hieronymus confugit ad fidem Rom. hæreſibus graſſantibus 139.b
hieronymus quanta cum veneratione Romanum Pontificem compellet 139.a
hieronymus quãtus Rom. Eccleſię laudator aut præco 139.b
hieronymus quomodò ſe accuſatum expurget 690.b
hieronymi erga Rom. Pontificem reuerentia 139.b
hieronymi ſententia de nuptijs & virginitate 690.b
hieronymum nuptias non damnâſſe 690.b
Hieruſalem in lucernis ſcrutari, quid ſit 720.b
Hilarion dæmonis præſtigias crucis ſigno diſpellere ſolitus 17.a
hilarionis Eremitæ conuerſatio qualis 661.b
Hippolytus precantes ſe exaudit ex Chriſti munere 93.a
Hiſtoriarum ſacrarũ piè depictarum vtilitas quanta 110.b
Homo quatuor virtutib᷒ in prima creatione ornatus 765.a
homo creatus fuit ſui arbitrij & iuris 764.b
homo per obedientiam immortalis fuiſſet futurus & impeccabilis 765.a
homo Deum peccando deſerens, à Deo iuſtè deſertus, in poteſtatem diaboli venit 767.b
homo iuſtè poſt lapſum punitus 767.a
homo nihil in ſe habet, quo poſſit reſurgere 783.a
homo generat id, quod ipſe peccando factus eſt 770.a
homo ſine Dei adiutorio, nihil agit boni 791.b 796.a
homo Dei voluntatem, ſine eius ope, non poteſt facere 795.b
homo Deo iuuante, ſi vult, abſq; peccato eſſe poteſt 813.b
homo ad iuſtificationem etiam ipſe aliquid agit 793.a
homo quantumuis iuſtus timere debet 468.a
homo ex quo iudicetur eſſe bonus 71.a
homo peccator, non peccatum 769.b
hominis per peccatum miſerabilis metamorphoſis 768.b
hominis ſapientiam, pietatem eſſe 170.b
hominem in diaboli poteſtatem veniſſe oſtenditur 768.a
hominem ſine Deo nihil poſſe in ſalutis negocio 791.b
hominem idipſum latet, quod in ſe eſt 808.a
hominem occidit, qui præ fame morientem non paſcit cùm poteſt 614.a
homines in quantis naſcantur miſerijs 778.b
homines quomodò ſint aut fiant dij 7.a
homines ad iuſtitiam Deo cooperantur 793.a
homines inſtituere cur Deus ex vno homine voluerit 770.b
homines à malo prohibendi & ad bonum cogendi ſunt nonnunquàm 449.b
homines tenaces per infructuoſam ficulneã deſignari 615.a
hominem quemque eſſe cuique proximum 70.b 73.a b
hominum in iudicio differentiæ 728.b
Homicidium voluntarium 481.
homicidium quomodò aut ſanetur, aut abluatur 280.a
Homicida poſt ſeptennem pœnitentiam ad communionem admittitur 483.a
homicidæ non ſunt, qui in iuſto bello occidunt homines 630.b
homicidæ annua abſtinentia qualis 482.b
homicidarum pœnæ relaxatio 482.a
in homicidas pœna veteris Eccleſiæ conſtituta ibid.
Horæ quæ, quibus operibus deſtinatæ 558.a b
horæ quæ, quibus precibus deſtinatæ 559.a b
horæ matutinæ obſeruatio quare fiat 558.b
horæ certæ orationis cur inſtitutæ ibid.
horæ ac tempora orationis apud monachos quando diſtributa 559.b
horæ canonicæ quibus myſterijs aptatæ 560.a b
horæ plures orationis in noua lege quàm in veteri 558.a
horarum canonicarũ cantatio quàm non ſit heſterna 559.b
horarum canonicarum approbatio 558.b
horarum varietas & diſtinctio quò conducat 559.b
horas canonicas obſeruantes, ſemper orant 557.b
horas diuiſas orandi cur habere debeamus 559.b
Hortus concluſus myſticè quid 63.a
Hoſpitalitas S. Gregorij 599.b
hoſpitalitatis laus 616.b
Hoſtia illa à Malachia deſcripta, cuius fuerit figura 244.a 245.a
hoſtia totius orbis communis quæ 249.a
hoſtiam ſalutarem quando, & quibus verbis Chriſtus litari iuſſerit 241.b
hoſtia ſalutari quinam poſt mortem non egeant 621.b
hoſtias eſſe veteris legis multas, nouæ vnicam, eamq; ſemper eandem 253.a b
Hoſtis quando magis ſæuiat 524.b
hoſtis noſter tertius ab oppugnatione nunquàm ceſſat 825.a
hoſtes noſtri qui 825.b
hoſtes à nobis quare cautè timideq; obſeruandi 825.a
hoſtes noſtri, quaſnam in nobis cogitationes excitent 825.b
Humilitas
- euidentiſſimum ſignum electorum 389.a
- non in ſola fide conſiſtit 390.b
- quàm neceſſaria ſit 391.b

humilitas duplex 391.b

I

IAcob ſcala quid ſibi velit 706.a
iacob & Ioſeph temperantia 635.b
iacobus Apoſtolus contra quos ſuam potiſſimùm ſcripſerit epiſtolam 503.b
iacobus perpetuæ virginitatis fuit 683.b
S. iacobi genua ex frequenti geniculatione qualia 556.a
S. iacobi inuocatio 91.b
iacobum & Ioannem Apoſtolos, virgines fuiſſe 679.a
Iconoclaſtę cur furioſi potiùs quàm erronei exiſtimandi 104. quomodò à concilio Epheſino depicti 214.b
iconoclaſtarum
- damnatio 104. 106.b
- furor & impietas 104.
- error, aut inſania potiùs ſpõtanea, qualis, & cur damnabilis 104.

Iconoclaſticorum Imperatorum aliquot catalogus 111.b
iconoclaſtici conciliabuli apud Conſtantinopolim habiti damnatio 106.b
Iconomachus Imperator primus quis 106.a
iconomachi omnes anathemate feriuntur, & eorum falſa doctrina 110.a
Idololatriæ damnatio 86.
Idololatræ quantum honorem detulerint ſacerdotibus ſuis 342.b
idololatræ Vigilantio hæretico qui 97.a
Idolothyta non maculant per ſe hominem, ſed inobedientia 544.b
Ieiuniũ
- conuerſatio angelica in terris 556.a
- angelorum imitatio 518.a
- angelorum cibus 518.b
- animæ cibus 518.a
- purificatio animæ 520.b
- alimentum ſalutis ibid.
- reconciliationis ſacrificium ibid.
- reparationi animarum prodeſt 522.b
- ad alendas animas confert 534.b
- præſtat vulneribus ſanitatem 519.a
- medetur corporis vulneribus & animi 540.b
- ſi comitem habeat eleemoſynam, ad animæ curationem proficit 575.b
- ſanitatis mater & bonæ habitudinis cuſtos 510.a
- mentem eleuat 518.a
- roborat 519.b

- culpam tegit & interficit 520.b
- extinguit peccata 519.a
- delet præterita peccata, & repellit futura 541.a
- ſanctificatur cæteris operibus bonis, & curationi peccatorum proficit 533.a
- eſt redemptio ſalutis, medicina & remedium peccatorum 540.a
- ad fugienda mala venturi ſeculi vtile 519.b
- ſententiam Dei reuocat 519.a
- reducit ad paradiſum 539.b
- gratiam orandi promeretur, & oratio ſanctificat ieiunium 541.a
- murus quidam eſt Chriſtiano aduerſus diabolum 536.b
- mater omnium bonorum, & magiſtra virtutum 518.a
- omnium beneficiorum cardo 519.a
- quale eſſe debeat, & cum quibus operibus coniunctum 536.a
- quare piè aſſumatur 513. 519.a
- ad purificationem animarum aſſumitur 522.b
- propriè ad edendi diminutionẽ refertur 521.b
- in ſcripturis quàm magnificè commendatum 544.
- quomodò, quanuis in veteri lege præceptum, ad Chriſtianos pertineat 523.b
- quid orationi, & quid viciſsim ieiunio preſtet & conferat oratio 541.a

ieiunium etiam alijs prodeſſe 536.b
ieiunium frequens apud Chriſtianos, & quanta eius vtilitas 517.b
ieiunium Eccleſiæ Daniel præfigurauit 519.a
ieiunium non reprobari apud Eſaiam 533.a
ieiunium quomodò ſanctificetur 546.a
ieiunium indici Pontificis authoritate 521.b
ieiunium non indictum agere eſt pium, ſed impium negligere prædicatum 523.a
ieiunium indictum violare, non leue peccatum eſſe 537.a
ieiunium violantium pœna 541.b
ieiunium nunquàm ante ſolis occaſum ſoluit Hilarion 530.a
ieiunium publicè iuſſum, an contrarium ſit Chriſti præcepto 512.a
ieiunium à vitijs, alteri coniungendum 520.a
ieiunium ſpirituale 519.b
ieiunium magnum & generale quod ſit 513.a
ieiunium generale & publicum præfertur priuato 522.a
ieiunium eccleſiaſticum quod ſit 513.
ieiunium philoſophicum 513.
ieiunium quale diei Dominicæ 533.b
ieiunium diei Dominicæ nefas eſſe, ex traditione haberi Apoſtolica 129.b
ieiunium feriæ quartæ & ſextæ 514.a 516.a b 522.a b 523.a b 524.a b 525.a 530.b 535.a 541.a b
ieiunium feriæ ſextæ & ſabbati 514.b 515.a b 516.a
ieiunium quartæ & ſextæ feriæ ab Apoſtolis inſtitutum 534.b cur vſitatum 534.a
ieiunium ſabbati vndè 514.b & quomodò obſeruandum 516.a
ieiunium quatuor ſabbatorum quod, & quando eueniat 515.b 521.b 522.a
ieiunium quatuor temporum ex doctrina Spiritus ſancti profectum 524.a
ieiunium quatuor temporum ab Apoſtolis inſtitutũ 522.b
ieiunium quatuor temporum, & cur inſtitutum 534.b
ieiunium quatuor temporum quos comprehendat dies 521.b
ieiunium ante Paſcha, quale 514.a
ieiunium Pentecoſtes cur, & à quo inſtitutum 524.a
ieiunium poſt Pentecoſten ex Apoſtolica traditione obſeruatur 535.a
ieiunij Septembris traditio & conſuetudo 522.b
ieiunium Decembris ex Apoſtolica traditione manat 511.b
ieiunium ſeptimi menſis omnibus ſimul indicitur 521.b
ieiunium Rogationum, vide Rogationes.
ieiunium Quadrageſimæ, vide Quadrageſima.
poſt ieiunium quadraginta dierum cur Chriſtus diabolum vincere voluit 536.b

per ieiunium
- paſſionis Chriſti participes efficimur 518.a
- citiùs peruenitur ad terrã promiſſionis 536.b
- reditur in paradiſum 517.b
- contra omnes hoſtes diuinum meremur auxilium 531.b
- Sancti præſtantiores fiunt 521.a
- ad vitam Deo dignam inſtituti Sancti 519.b

per ieiunium ſatisfacimus ibid.
per ieiunium, orationem & eleemoſynam Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur 523.a
ieiunij præceptum in nouo teſtamento 533.b

ieiunij
- votum 534.a
- meritum 532.b
- magnum lucrum 518.b
- fructus 493.b 517.a b 520.a 521.b 523.a b 524.a 535.a 539.b 546.b
- effecta 517.b 518.b 520.a
- commendatio 515.a 518.b 520.b

ieiunij publici & priuati fructus 520.a
ieiunij eccleſiaſtici meritum & vtilitas 525. & ſeq.
ieiunij generalis maior vis 523.b
ieiunij remedio opus habet homo ad animæ ſalutem 518.b
ieiunij ſacrificio placatur Deus 522.b
ieiunij cenſura caſtigantur maculæ peccatorum 535.a
ieiunij tempus eſt tempus propitiationis 518.b
ad ieiunij fructum attendendum ibid.
ieiunij vtilitas non negligenda, nec cõtriſtandum propter eius aduentum 518.a
ieiunij merito qui detrahũt, ij gentilibus cõparantur 521.a
ieiunij alæ, oratio & iuſtitia 541.a
ieiunij tempora 514.a
ieiunij & ſtationis diſcrimen iuxta nonnullos 515.a
ieiunij tempore populi Chriſtiani pietas 542.b
ieiunij tempore carnium conciſiones ceſſant 518.b
ieiunij frequentis diſſuaſores ſubornãtur à diabolo 517.b
ieiunij indicti violatores qua pœna plectendi 159.b
ieiunij violati pœna 518.b 519.a
ieiunij Quatuor temporum certò definiendi ratio, quàm fuerit olim difficilis 159.b
ieiunij immunitatem à Paſcha vſque ad Pentecoſten, traditionis Apoſtolicæ eſſe 129.b
ieiunio cur carnem affligamus 520.a
ieiunio breui ieiunia ſempiterna redimuntur 541.a
ieiunio purgatis Angeli diligentiùs adſunt 519.b

ieiunio
- mercamur æterna 520.b
- extirpantur vitia, & gratiam promeremur 541.a
- curantur peccata 518.a
- non anima tantùm, ſed etiam corpora roborantur 546.b

ieiunio & abſtinentia redeundum ad paradiſum, non per voluptatem 521.a 532.a
ieiunio corporis animi ieiunium iungendum 536.b
ſine ieiunio pœnitentia infrugifera eſt 519.b
de ieiunio tentanti tentatori quid reſpondendum 520.a
in ieiunio quatuor temporum quotiès ieiunetur 511.b

ieiunia
- pro peccatis ſupputantur apud Deum 534.b
- caſtris comparantur 536.b
- eleemoſynis iuncta, ad ſananda peccatorum vulnera conducunt 540.a
- vtrique teſtamento congruunt 522.b
- Deo grata eſſe, ex ratione & ſcripturis docetur 532.a b & ſeq.
- cur quorundã Sanctorũ feſtis premittantur 160.a
- quomodò obſeruanda 158.a 159.a b

ieiunia quorundam admiranda 516.a
ieiunia Mariæ 66.b
ieiunia monachorum 534.b
ieiunia Chriſtianorum alia atque Iudæorum 522.a
ieiunia indicta non ſunt ſoluenda 517.a
ieiunia ſtata Eccleſiæ ante omnia ſeruanda ſunt 516.a
ieiunia contemnentes quinam & quales ſint 526.
ieiunia Eccleſiæ libera eſſe volebat Aërius 525.
ieiunia vel à cibis aliquibus abſtinentiam nihil prodeſſe, Iouiniani hæreſis 533.b
ieiunia Eccleſiaſtica violantes peccare 516.a
ieiunia Eccleſiaſtica violantium quantum crimen 516.b

ieiunia

Digitized by Google

ieiunia quatuor temporum cur inſtituta 5:3.a
ieiunia extraordinaria non prohibentur 514.b
ieiunia priuata ſuam habitura mercedem 516.a
ieiuniorum ſtati dies 521.b
ieiuniorum tempora cur certa lege inſtituta 515.b 522.a
ieiuniorum dies propter quos potiſſimùm inſtituti 531.a
ieiuniorum certos dies oppugnare Aërianam hæreſim iiſdem argumentis, quibus Lutherana, &c. 530.b
ieiuniorum ſtatos dies abrogant Aëriani, & volunt ieiunia eſſe libera 530.b
ieiuniorum quatuor temporum authoritas quanta 516.a
ieiuniorum diuinitùs inſtitutorum vtilitas 525.b
ieiuniorum Eccleſiaſticorum violatores anathemate feriuntur 542.a
ieiuniorum obſeruatio tempore Tertulliani 160.a
ieiunijs voluntarijs præmium debetur: indicta violantes peccant 537.b
ieiunijs { perdita recuperanda 511.a
iniquitates redimuntur, & Dei placatur ira 540.a
vitia purgantur 521.a
pingueſcit anima ibid. }
in ieiunijs & ſimilibus accommodare ſe quiſque debet ad Eccleſiam ad quam diuertit 133.b
Ieiunantis oratio terribilis diabolo 521.b
ieiunantes non decet veſci carnibus 535.b
ieiunantes angeli deſcribunt 519.b
ieiunantium exempla 514.a
Ieiunatur vbiquè ſabbatum paſchale 534.a
ieiunabatur olìm omni feria quarta & ſexta 514.a
ieiunabatur olìm ad veſperum vſque 5.9.b
cur ieiunant quædam Eccleſiæ ſabbato, quædam non item 534.a
ieiunare quiſquè pro ſua ſalute debet 538.b
ieiunare debet non ſola gula, ſed cætera membra 540.b
ieiunandum vt propitietur nobis Dominus 537.a
ieiunandum pro peccatorum indulgentia 539.a
ieiunandum & à cibis, & à vitijs, vt mereamur operum retributione ſatiari 539.a
ieiunando peccata curantur ibid.
ieiunat Eccleſia à carne & vino 519.a
ieiunat Eccleſia ob gratiã, & vt Chriſto conformetur 519.a
cur ieiunent quadraginta diebus Chriſtiani 536.b
ieiunabũt filij ſponſi poſt paſſionẽ & reſurrectionem. 548.a
cur ieiunârit Chriſtus in deſerto 538.a
ieiunauit ideò Chriſtus, vt nobis eſſet exemplo 521.a
ieiunandi certa tempora 525.
Ieiunalis prandij tempus olìm quale & quantum 159.b
Vide plura, Abſtinentia.
Iephte votum de immolatione filiæ quale 112.a
Ieſſæi vndè dicti ſint primi Chriſtiani 698.a
Ignatius cuſtodia & vinculis cinctus, quid ſedulò ac feruidè docuerit 134.b
ignatium traditionem Apoſt. ſcriptis mandâſſe 134.b
Ignis inferni { qualis 733.a
noſtro igni diſſimilis 732.a
quomodò à Chriſto vocatus ęternus 734.b }
ignis gehennæ an lumen habeat 735.a
ignis inferni flamma lumen non habet 736.a
ignis corporeus quale ſit iuſtitię diuinę inſtrumentũ 734.a
ignis corporeus quomodò cruciet animam incorpoream 734.a
ignis conflagrationis quanta vis 727.b
Vide plura infrà, Infernus.
ignis emendatorius, vide Purgatorium.
per ignem ſalui fiunt, qui aliquid peccati ſecum deferunt 306.a
ignẽ aliquãdo ex Euchariſtia miraculosè exurrexiſſe. 256.a
igne conflagrationis qualis fiet mundi purgatio 726.a
Ignorantia legis diuinæ an excuſet 489.a
ignorantia quæ excuſationem non admittat 490.a
per ignorantiam etiam peccari 489.b
Ignorantes Deus adiuuat, cùm faciunt quod poſſunt 490.a
Ignorare nos quales ſimus futuri, vtile 814.b
Imago Dei & ſimilitudo in homine, in quibus conſiſtant 765.b
imago crucifixi, memoriam paſſionis intuentibus renouat 105.a
imago B. Virginis inuictæ adiutricis, in curru triumphali conſtituta 109.b
imago Iuliani apoſtatæ de cælo tacta eſt 109.a
imaginis lignum aut materiam non honorari 106.a
imaginis Chriſti à muliere in Euangelio commendata erectæ, miraculum 108.b
imaginis Chriſti per Nicodemum factæ miraculum 108.a
imaginis Chriſti fragmenta in Eccleſia cuſtodita 109.a
imagini non tanquàm diuinitati proſterni 108.b
imaginem regis adorans, ipſum regem adorat 105.b
ante imaginem B. Virginis lachrymas áb Imperatore quodam fuſas non fruſtrà 109.b
imagines { à Deo fieri iuſſæ 109.b
venerandæ 107.b
receptæ ab omnibus Patribus 107.a 132.b
cur in templis propoſitæ 108.b }
imagines & ſtatuæ Sanctis erigendæ 99.b
imagines, librorũ loco eſſe 105.a deuotionẽ excitare 108.a
imagines Sanctorum nos excitant ad ipſorum imitationem 105.b
imagines Chriſti, Mariæ, Petri & Pauli à S. Luca depictæ 109.a
imagines Apoſtolorum Petri & Pauli iam olìm Romæ veneratæ 105.b
imagines Chriſti & Sanctorum venerantur Orientales Epiſcopi 106.b
imagines honorat S. Baſilius ex Apoſtolorum traditione 106.a
imagines Chriſti, B. Virginis, Petri & Pauli trãſmittit Gregorius 108.b
imagunculas ad martyrum memorias ſuſpendendi vſus quis 91.b
imagines Sanctorum, idolis ethnicis comparare, quantum ſcelus 110.a
imagines Saluatoris & Sanctorum incendi mandat impius Imperator Leo 111.a
imagines Sanctorum retinendæ, & quo modo aut quo fine honorandæ 110.b
imagines non adorant Chriſtiani tanquàm Deos 103.
imagines veteris teſtamenti 109.b
imagines Meletij Antiocheni epiſc. 106.b
imagines crucis, Vide Crucis ſignum.
imaginum figuratio vndè 130.b
imaginum veneratio { vndè deſcenderit 132.a
quàm ſit antiqua 132.b
à Patribus comprobata 132.b }
imaginum cultus & vſus Apoſtolica traditio 104. 105.b 107.a 132.b
imaginum vſus primo mandato non repugnat 103.
imaginum vſum vetus agnouit Eccleſia 103.
imaginum confractores reprehenduntur 108.a b cõfutantur & oppugnantur 109.b damnantur 106.b 110.a b
imaginum ſacrarum defendendarum gratia multos martyrio affectos 111.a
imaginum ſanctarum vtilitas 107.a
imaginibus qualis veneratio debeatur 107.a
imaginibus quod ſit, imaginatis per eas, fieri 110.b
in imaginibus eos veneramur, quos repræſentant 103. 105.a b 106.a b
de imaginibus Patrum aliquot inſignium pia & concors ſententia 107.a
Vide etiam, Picturæ.
Immortalis fuiſſet homo, niſì peccâſſet 767.a
immortalis etiam corpore futurus Adamus fuiſſet, niſì peccâſſet 766.b
immortalitatis quomodò participes efficiamur 229.a
Impanari vel inuinari Chriſtũ, quàm ſit abſurdum 229.b
Impanatores verbis Chriſti confutantur 229.b
Imperatoris Baſilij pia & egregia ad omnes Laicos adhortatio 147.a
imperatori nihil eſſe cum epiſcoporum negocijs cõmune 147.a b
imperatores etiã Sanctis ob interceſſionem ſupplicare 90.a
Vide etiam, Principes.
Impius verba Dei non audiens cur moriatur 444.b
impius in die iudicij vndiquè affligetur & terrebitur 730.b
impij bona opera cur nulla cenſeantur 818.b

Digitized by Google

impij {
diuinitatem Chriſti non videbunt 728.b
iuſtorum gloria tabefacienda 739.b
qui ſint,& quod eorum caput 426.b
cur damnabuntur in die iudicij 723.b
impiorum tormenta perpetuò duratura ſunt 734.b
impiorum conſilium quod ſit 426.b
ad impiorum conſilium quatuor itur modis 427.a
Impatiens & iracundus quomodò differant 423.a
Impatientia contemptui quandoquè iungitur 478.b
impatientiæ impudentia quandoquè iungitur 478.b
Impœnitentia eſt peccatum in Spiritum ſanctum 479.a repugnat gratiæ baptiſmi & ſacramenti pœnitentiæ 480.a
impœnitentiæ peccatum non remittitur 479.a
Impoſſibilia non mandat Deus 814.a
Improbi quandoq; reſipiſcentes in fine vitę,ſaluātur 820.a
ex Impudentia oritur impœnitentia, mater deſperationis 479.b
de Indulgentia diuina nemini diffidendum 469.a
Indulgendum alijs 620.b
Infantium propria ſanctificatio fit per baptiſmum 185.a
in infantibus originale peccatum 184.b
de infantibus à baptiſmo non arcendis Concilij Carthaginenſis ſententia 184.b
Vide, Paruuli.
Infelices,qui de ligatura erubeſcunt,& nō de vulnere 285.b
Infernus dicitur terra tenebroſa, &c. 635.b ſub terra eſſe creditur 19.b 734.a 740.b
inferni {
morſus 19.b
dolor,languor,peſtis & caligo qualis 737.a
frigus & fœtor quantus 740.a b
tenebræ quales 732.a
ſartagines quales 739.a
qualis ſymphonia 736.b
ſupplicia qualia 736.b 737.a 739.a
cruciatus quanti 731.a 732.a 733.a b
inferni duo principalia tormenta 739.a
inferni dolores quomodò ſoluti dicantur 19.a
inferni ignis & vermis quotuplex 740.a b
inferni & pœnarū eius breuis deſcriptio 732.a 733.a b 740.a
in inferno miſeriam eſſe & tenebras 735.a
in inferno quanta diſcordia 748.a
in inferno an futurus ſit aliquis ordo,& qualis 736.a 741.a
apud inferos obliuio quanta 741.a quid vel audiatur, vel videatur 739.b
apud inferos væ,væ,perpetuò audiri 740.a
ad inferos vſque cur penetrārit Chriſtus 19.a b
Infernalis carceris deſcriptio 733.b
infernales mallei quales 740.b
infernalium {
miniſtrorum diræ facies 320.a
cruciatuum & pœnarum diuerſitas 728.b
pœnarum copia & varietas quanta 732.a
pœnarum conſideratio, quò nobis conducat 732.b
ſuppliciorum recordatio, ad quid nos permouere debeat 736.b
Vide etiam,Gehenna,& Pœna.
Inferiori quid reddendum 629.b
Infideles quomodò ad iudiciū nō reſurgere dicantur 730.a
Ingratitudo malorum erga ſuum ſaluatorem 728.b
Inimicus quatenùs diligendus 73.b
Iniquitas nulla impunita manet 475.b
Innouatio per baptiſmū inchoata,proficiēdo pficitur 810.a
Inſufflationis vis quanta 181.a 182.b
Interceſſio B.Virginis & Sanctorum aliorum 57.a b 89.a
Inuidia {
diabolicum vitium 406.a
filia diaboli 403.b
quid ſit,& quas procreet filias 391.a 400.401.b 403.b
quàm ſit Chriſtiano cauenda 401.a
quàm execrabile malum ſit 405.b
omnium vitiorum pernicioſiſſimum 402.b
quantam malorum Iliadem inuexerit 402.b
conuertit homines in dæmones 405.b
comparatur vermi de ligno naſcenti 402.b
ærugini comparatur & viperæ 404.b
in duas paſſiones ſcinditur 404.a
nocet inuidenti 401.b
ipſi authori ante omnia nocet 401.b
vbi nulla futura 751.b
inuidia & zelus quomodò differant 404.a
inuidiæ vituperatio 401.b 404.a
inuidiæ peccatum omni venia & excuſatione caret 402.a fornicatione & adulterio quomodò peius 402.b
inuidiæ primi motus 405.a mali fructus 401.a
inuidiæ remedia 402.a 406.b
inuidiæ & ſuperbiæ diabolus præeſt 406.b
inuidiam oriri ex ſuperbia 403.a
inuidia nulla virtus caret 403.b
inuidia,ſola miſeria caret 403.b
Inuidus,ſui ipſius carnifex 403.a
inuidi familiaritas fugienda 401.b
inuidi hominis exterior ſpecies 406.a
inuidi {
feris deteriores ſunt 402.a
pares aut peiores dæmonibus ibid.
comparantur miluis 404.a
ſunt membra diaboli 406.b
inuidorum hominum forma 401.b
inuidorum miſeria 404.a cæcitas & infelicitas 404.a
inuidorum ingenium egregiè depingitur 403.a
Inuidioſi & inuidi diſcrimen 403.a 404.a
Inuidentia fraternæ charitatis 474.a 475.b
Inuidemus non niſi illis, quos nobis meliores arbitramur 406.a
Inuocationis Mariæ aſſertio 64.b
Ioannes Baptiſta virgo 683.b
ioannes Baptiſta quo honore proſequendus 99.b
ioannis Baptiſtæ temperantia 636.a
Ioannes Apoſtolus virgo 783.b 686.a ob virginitatem plùs amatus 783.b
Ioannes Eleemoſynarius ab aduena quodā tentatur 596.a quomodò Troilum epiſc. auarum ab auaritiæ morbo curārit 596.b
ioannis Eleemoſynarij cura & ſolicitudo erga pauperes 595.b item eius viſio ibid.
Iob humilitatem cum miſericordia coniunxit 608.b
D.iob miſericordia quanta fuerit erga pauperes & afflictos 607.b
D.iob miſericordia erga pupillos, in iudicio cauſa cadentes 608.b
B.iob fortitudo 641.a
Ionæ Aurelianēſi epiſcopi de imaginū cultu aſſertio 109.b
Ioſaphat rex cuncta indigentibus diſtribuit 663.a
Ioſeph ille Aegypto præfectus,vndè ſit laudatus 614.a
Ioſue cælibem vixiſſe 683.a
Iouinianus præco voluptatis 440.a
iouinianus hæreticus abſtinentiæ & caſtitatis hoſtis quales diſcipulos habeat 439.b cur multos ſectatores habeat 440.a
iouiniani nomen ab idolo deriuatum 440.b
iouiniani doctrina 440.b hæreſis 371.a
iouiniani hæreſis,baptizatos non poſſe peccare 821.a
iouiniani de nuptijs & virginitate ſentimentum 690.b
iouiniani, eiuſq; adhęrentiū, dementiæ demonſtratio 689.b
Iouinianiſtæ damnati 686.b
iouinianiſtarum grex 440.b
Irenæi ætas 136.b
Ira {
quid ſit,& quas filias gignat 415.391.a 417.b
eſt momentanea inſania 416.a
morbus acutus 418.a
ignis vehemens omnia deuorans 418.a b
canis impudens 418.b
corpus lædit,& animum 418.a 419.a
aliquando vſque ad manus proſilit 420.a
qualis beſtia ſit 419.a
hominem in feram conuertit 415.a
refrenanda & vitanda 421.b 422.b
manſuetudine temperanda 423.a
velut beſtia mitiganda & manſuefacienda 419.a
freno rectæ rationis gubernata,laudabilis eſt 417.a
pediſequa,non domina,eſſe debet 421.a
vires non habet,niſi eas à nobis accipiat 418.a
bonarum actionum miniſtra nonnunquàm eſt 417.b
bifariàm comprimitur 420.b
in corde concluſa nec extrinſecùs ſe proferens 420.a

ira Dei

Digitized by Google

ira Dei manet ſuper omnes ab Eccleſia auulſos 33.a
ira ad maledicta & imprecationes proſiliens 420.a
ira perſeuerans corrumpit cor 422.b inueteraſcens fit odium 422.b
ira duplex quæ 420.b 423.a
iræ { miſeria quanta 418.a
egregia deſcriptio 417.b
refrenatio 419.b
fructus 416.a }
iræ & pœnarum debitarum gradus 377.b
iræ incommoda quomodò vitari queant 417.a
ad iram non tam alterius verba, quàm ſuperbia noſtra nos prouocat 417.b
iram in corde reſeruare, quale ſit 418.b
per iram { ſapientia perditur 419.b
iuſtitia relinquitur 419.b
amittitur humanitas ibid.
concordia rumpitur ibid.
lux veritatis amittitur 420.a
Spiritus ſancti ſplendor excluditur 420.a }
ira nihil ſtultius 417.a
ira velutì armis vſi ſunt Sancti 417.b
ab ira Dei nemo liberatur niſi per Mediatorem 790.b
ab ira vinci turpius quàm ab homine 422.b
ex ira homines ebrij dæmoniacis comparantur 418.b
Iracundia nihil peius & intempeſtiuius 418.a
iracundiæ quanta ſit culpa 419.b
Iracundi { intempeſto mari & dæmoniacis comparantur 418.b
abreptitijs ſimiles 420.a
vomentibus comparantur & porcis 418.b 419.a
inſanis ſunt miſeriores 419.b
vt ægroti tractandi ſunt 419.b
excuſatione carent 418.b }
iracundi hominis vituperatio 418.a
iracundo nihil inſuauius 419.a
Irati vix à dæmonibus differunt 416.b
iratis hominibus quomodò reſiſtendum, & aduerſus iram remedia 416.b
Iraſci nemini, melius eſſe quàm iuſtè iraſci 422.b
tunc iraſcitur Deus magìs, cùm non iraſcitur 478.b
iraſcimini, & nolite peccare, variè intelligitur 422.
iraſcendum eſt iniquitati propriæ 421.b
iraſcendum non tam homini quàm dęmoni, à quo ille impellitur 417.b
iraſcentes feris comparantur 418.b
iraſcentium genera 420.a
Iudæ exemplo qui meritò terrendi 673.b
Iudæ proditori qui communicantes conferendi 273.b
Iudæi alicuius vitriarij horrendum in filiolum ſuum facinus 259.a
iudæorum quæ obſeruationes abrogatæ, & quæ non 523.b
Iudicium extremum 718.
iudicium extremum { à iuſtis timetur 721.a
quàm terribile 719.a
quàm horrendum & tremendũ 716.b 727.a
ante oculos ponendum 723.b
quomodò expectandum ac timendum 22. 721.a
cur metuendum 707.b
quomodò & cur præueniendum 731.a
quomodò declinetur 719.a }
iudicium Dei & ſeuerum examen quomodò effugere liceat 720.b
iudicium Dei & gehennę ſupplicia pueris inculcanda 760.b
iudicium extremum præceſſura, & circa ipſum futura quę 722.b
iudicium Dei futurum vndè colligi poſſit 726.b
iudicium terreſtre præcedere cæleſtem ſententiam 278.a
iudicium priuatum animarum, quando de corporibus exierint 707.b
iudicium noſtrum quare incertum 808.b
iudicium noſtri, penès nos eſt 619.b
iudicij amaritudo cur à memoria nõ debeat recedere 758.b
iudicij dies { quando venturus ſit 723.a
quis propriè dicatur, & qua de cauſa 722.b
ante oculos ponendus 729.b }
iudicij horror 729.b
iudicij extremi quanta futura ſeueritas 21. 22.
iudicij extremi terribilis memoria 728.b
iudicij timor quid boni efficiat 761.a
iudicij conſideratio metum affert 721.a
iudicij memoriam depoſuiſſe, quàm periculoſum 731.b
iudicij memoriam & metum depoſuiſſe, magna peccati pœna eſt 758.a
iudicij diem noluiſſe Chriſtum indicare 7:8.b
vſque ad iudicij diem annorum numerus quàm incertus 722.b
in iudicij die quàm horrenda contingent 727.b & ſeq.
in iudicij die cognoſcemus, quo iudicio hæc aut illa Deus modò faciat vel permittat 722.b
in iudicio extremo { Deus falli non poterit, aut corrumpi 721.b
ſingulos officij ſui rationem daturos 728.b
excuſationi nullus erit locus 721.b
iudicabit malè iudicata ibid.
nullum malũ præteribit impunitũ, & nullum bonum irremuneratum relinquet 722.a
qualis ſeparatio futura 728.a 733.b 737.a 738.b 739.b
accuſatores qui 730.b }
Iudex potentiſſimus, ſapientiſſimus & iuſtiſſimus meritò timendus eſt 721.b 722.a
iudex quis flecti & decipi nequit 731.b
iudicis in examinando ſeueritas timenda 720.b
in iudicis aduentu timor hominum 727.b
Iudicandi & regnaturi qui 730.b
Iudicare quomodò nos ipſos debeamus 629.b
iudicare iuſtitias, quid ſit 720.b
Iugi Dominici ad plumas auium venuſta collatio 707.b
Iulianus apoſtata dæmones Crucis ſigno profligat 15.a b
Iuliani calumnia 780.b in Catholicos de libero arbitrio calumnia 784.b
Iuliani ſacrilegi, qui fuit apoſtatæ Iuliani auunculus, ſcelus & pœna 457.b
S. Iuliani Sabæ inuocatio 91.b
Iurandum an, & quomodò ſit 111. 112.a b
Iuramenti conditiones 112.b
iuramenta incauta an ſeruanda ſint 112.a
Iurationi non aſſueſcendum 111.
Iuſſio peccatum alienum 432.
Iuſtitia { quid ſit 623.a 624.a
in quo conſiſtat 374.a b 623.a 619.b
in quo cæteris virtutibus præſtet 631.b
conflatur ex multis virtutibus 502.a
creſcit in iuſtificatis 811.a
quando eneruetur 622.b
quo corrumpatur 632.a
circa quæ bona verſetur 502.
quibus neceſſaria 624.a
quomodò amiſſa 765.b
interna, non imputata tantùm 810. }
iuſtitia Dei dicitur, quia eam ipſe impertit 802.a
iuſtitia eadem & Dei & noſtra quomodò dicatur 507.a
iuſtitia Chriſtiana duabus partibus abſoluitur 2.b 373. 762.
iuſtitia Chriſtiani hominis in quo conſiſtat 511.b
iuſtitia neque per legem, neque per naturæ vim 784.a
iuſtitia noſtra interna à Deo data 802.b
iuſtitia virtus cardinalis 628.
inſtitia, charitàs, pietas, etiam in rebus paruis magna ſunt 632.a
iuſtitia cuſtodienda eſt etiam in parua pecunia ibid.
iuſtitia belli æquè àc pacis tempore ſeruanda 631.b
vbi iuſtitia non eſt, Rempub. non eſſe 628.b
iuſtitia ſi remoueatur, regna ſunt latrocinia 628.a
vbi iuſtitia, ibi concordia eſt cæterarum virtutum 631.b
iuſtitia non poteſt eſſe, vbi ſana fides non eſt 653.b
iuſtitia vera apud ethnicos non eſt 629.a
iuſtitia minor facit meritum, maior præmium 832.b
iuſtitia de qua Saluator ait, in tribus conſiſtit 511.b
iuſtitia & ſeueritas Dei ante oculos ponenda 507.a
iuſtitiæ nomen generale 374.a 502. aliàs generale, aliàs minùs latè patens 631.a
iuſtitiæ duo membra 765.b

iuſtitiæ
- meritum 731.b
- dignitas 631.b
- magnus ſplendor 631.a
- præmium 631.a
- fructus vberes 631.b

iuſtitiæ corona danda,& cælorum regna merenda 613.a
iuſtitiæ timore propoſito,mali ad Dei quærendam miſericordiam incitantur 799.b
iuſtitiam iuſti in hac vita, veram eſſe iuſtitiam, ſed minorem illa æterna 832.b
iuſtitiam & vitam æternam nullum accipere niſi per Chriſtum 790.a
iuſtitiam inſerit Deus,cùm peccata deleuerit 802.a
iuſtitiam nos habere,confirmatur 803.b
iuſtitiam inhærere 803.b & proficiendo creſcere,ibid. per gratiam intùs ſcribi 803.b
iuſtitiam induit ſeipſum,qui nudum veſtit 576.a
iuſtitia donatus homo in prima creatione 765.a
iuſtitia ſanctos eſſe indutos 803.a
iuſtitia & iudicio paratur ſedes ſapientiæ 629.a
iuſtitia promeremur Deum iudicem 507.a
de iuſtitia hominem non eſſe ſecurum 808.a
in iuſtitia proficientes verè iuſtitiam habent 803.a

Iuſtificatio
- quid ſit,& ad eam præparatio 183.a b 790.
- in quo conſiſtat 790.797.
- non ſit ſine baptiſmo,aut eius voto 183.a
- fit per Chriſtum 789.
- intùs fit per gratiam 802.b
- quomodò per fidem & gratìs fit 805.

iuſtificatio hominis neque per vim naturæ, neque per legem Moyſi fieri potuit 783.

iuſtificationis
- cauſa 788.800.
- incertitudo 805.
- fructus 800.
- incrementum 505.a 800.

iuſtificationem Chriſtus nobis meruit 491.b
iuſtificationem non præcedere opera meritoria 806.b
ad iuſtificationem Deus prior, deindè nos 791.a
ad iuſtificationem quæ tria bonorum operum genera pertineant 512.a
Iuſtificati adſtringuntur ad obſeruationem præceptorum 79.a
iuſtificatis etiam lucta reſtat 803.b
iuſtificatum relabi poſſe 821.b
Iuſtificari per fidem quomodò dicamur 492.b
iuſtificat nos Deus,ſed non ſine nobis 794.a
non iuſtificat Deus nolentem 794.a
iuſtificatur nullus niſi per Chriſtum 790.a
iuſtificatur nemo, niſi qui credit in Chriſtum & baptizatur 790.a
Iuſtificamur iuſtitia Dei,non qua Deus iuſtus eſt,ſed quam infundit 802.a
iuſtificamur non ſola remiſſione peccatorum 801.a
Iuſtus dicitur,qui omnigenam virtutem exercet 503.a
iuſtus & mundus non eſt quis ideò, quia credit ſe iuſtum & mundum 809.b
iuſtus eſt,qui ſuperabundantiam non accipit 633.a
iuſtus non peccat in quocunque opere 79.b
iuſtus pro ſeipſo dicit,Dimitte nobis debita noſtra 815.b
iuſtus timere debet,nè quod lateat in eo peccatum 807.b
iuſtum eſſe hominem charitate in corde diffuſa 802.b
iuſtum quid faciat meliorem 811.a
iuſti antiqui eadem,qua nos,fide iuſtificati 790.a
iuſti quem fructũ percipiant ex ſupplicijs impiorũ 734.b

iuſtorum
- velocitas 747.a
- ſocietas 747.b
- humilitas 727.b
- ſcientia 747.b
- fructus in die iudicij 727.a

iuſtorum & pauperum exultatio in die iudicij 729.b
iuſtorum & peccatorum differentia in futura vita 738.a
iuſtos etiam peccare contingit 815.a
iuſtos etiam in hora mortis metuere 759.a
iuſtis veram virtutem ineſſe 803.a
iuſtis magis benefaciendum,quàm iniuſtis 616.b
iuſtis malorum ſupplicia quò proficiant 735.b
iuſtis quis iudex expectãdus,& impijs formidandus 731.b
iuſtè diabolo mancipatum humanum genus 767.b

K

Κοινωνία cur Euchariſtia ſit dicta 212.a

L

LAbore non æterno, ſed temporali emitur ſempiterna requies 508.a
labores præſentes eſſe momentaneos, præmia eorum æterna 743.a
Laici boni officium 344.a
laici prædicare præſumentes arguuntur 323.b
laicorum malorum conſuetudo 344.a
laicorum quorundam temeritas & impudentia quo in negocio quanta 147.a b
laicos non eſſe iudices eccleſiaſticarum rerum 147.a
Lapſus iuſti fragilis,eius iuſtitiæ non præiudicat 815.b
lapſus Adamo corporis mortem adduxit 766.b
lapſus hominis,niſi per Chriſtũ,reſtitui non potuit 765.b
lapſu mortalis homo factus eſt, non tamen ſtatim mortuus 767.a
lapſorum reparatio 777.826.
Largiendum ſine fraude 616.a
non largiendum ex alieno ibid.
non largientes ſua,perimunt pauperes morientes 614.b
per Largitatem fit homo ſui authoris imitator 577.a
Largè,abundanter,& copioſè dandum 588.b
Largitas fidelium non ex quantitate muneris æſtimatur 591.b

Latria
- quid 80.b 81.a b 82.a 83.170.a
- quibus exhiberi iuſſa aut vetita 80.
- cui ſoli debeatur 80.b 81.b 82.a

Latronis,quanquàm ſaluati,exemplo qui fruſtrà nitantur 758.a
Laudatio quando peccatum alienum 436.
laudare probos,fructuoſum eſt 437.a
laudare peccantes plus eſt,quàm delinquere ibid.
laudandi mali non ſunt 436.b
qui laudant quod malum eſt,inſaniunt 437.a
Vide etiam, Adulatio.
Laurentius rogatus annuit 92.a
laurentij martyris laus ex eleemoſynis quanta 603.b
S.laurentij inuocatio 92.a
Lazari & pœnitentis collatio 279.a
Lectoris ordinatio 333.a officium 333.b
lectores vndè appellati ſint,& initium ſumpſerint 333.a b
Lenitas ſemper in corde retinenda 443.b
Leo Iſauricus,primus Iconomachus Imperator 106.a quomodò in ſacras Chriſti & Sanctorum ſæuierit imagines 111.a
leonis Imperatoris furor 111.a crudelitas in imaginũ cultores 111.a b
Lex non liberat nos à poteſtate tenebrarum 784.b
legi diuinæ ſatisfaciunt iuſti,& verè merentur vitam æternam 507.a
legem iuſtus per dilectionem implet 815.a
leges alias eſſe Chriſti,alias Imperatorum 357.a
Legislatorem,inuitis etiam hæreticis,Chriſtum eſſe 76.b
Leuitatem operis,ex gula ſequi 408.b
Leuitarum officium olìm quod 176.a
Liberum arbitrium in homine eſſe reuelauit Deus per ſcripturas 375.b 785.b

liberum arbitrium
- cooperatur gratiæ Dei 375.a
- ad peccandũ,per ſe: ad piè agendum, gratia adiutum valet 785.a
- gratia fidei repulſa, ad benè operandum inualidum 786.a
- niſi ſit adiutum, non ſufficit ad non peccandum 783.b
- non eſt per peccatum prorſus extinctum 783.
- attenuatum 782.a
- in homine etiam per diabolum ſeducto permanſit 788.b
- quale neceſſitate non tollatur 786.a
- quale Catholici conſtituant 786.b

liberum arbitrium niſi regat Deus,cadimus 792.b

Liberi

Digitized by Google

liberi arbitrij & gratiæ concurſus ſcripturis probatur 375.a
liberi arbitrij malus vſus, fons omniū calamitatum 770.a
libero arbitrio donatus homo in prima creatione 764.b
libero arbitrio peccatum & rectè factum ſubiectum eſt 786.b
libero ſublato arbitrio, nulla eſſe præcepta 785.b
libero ſublato arbitrio, nullam actiones humanæ laudem aut vituperium merentur 785.a
libero arbitrio etiam peccatores peccant 784.b
Libertas beatorum 747.a
quæ libertas per peccatum perierit 784.b
libertas circa deſertionem facultatum Chriſtianis relicta 666.a
libertatem in qualem Chriſtiani vocati 167.
libertate Chriſtiana qui cur hodiè abutantur maximè 167.
Liberatio vt omnibus neceſſaria, ſic ſola per Chriſtum eſt 777.b
liberationis modus iuſtiſſimus 778.a
Liberalitas
- S.Martini 597.a
- patris Gregorij Nazianzeni 618.a
- Paulæ viduæ erga pauperes 597.b

liberalitas Dei ſimilem facit 581.b ex affectu & animo iudicatur 594.a
liberalitatis in egenos faciendæ exhortatio 585.a
liberalitatem debere eſſe ordinatam 616.b
Liberaliter expendentium ſua in conuiuia & res ſuperfluas repræhenſio 583.b
Vide plura, Eleemoſyna, & Miſericordia.
Liberos educare Deo, magni meriti eſt 452.a
Libido
- febre flagrantior 400.a
- paſcitur conuiuijs 415.a
- vſu creſcit 398.b
- ſeruituti miſerrimæ ſubijcit hominem 399.b

libidinis ſeminarium 399.a
libidinis fomes ebrietas 399.a
libidinis mala 399.a
Libri qui, quomodò, & quibus aliquando aperiendi 727.b
librorum veteris & noui Teſtamenti approbatio & catalogus 163.a
librorum ſacrorum veteris vulgatæ editionis quæ authoritas ibid.
Ligari obmuteſcentē, & in tenebras exteriores mitti, quid ſit 733.b
Lignum ſcientiæ boni & mali cur ſic dictum 764.a
Litania quæ calumniatores confundat 83.
litaniarum preces quæ quibus conueniant 103.a
Literarum ſecularium vſus 667.a
Loquacitas immoderata vndè naſcatur 408.b
Lotio pedum recèns baptizati, vbi iam olim celebris 182.a quid ſibi velit 182.a
Lucas Euangeliſta quorum imagines fecerit 109.a
lucæ & Timothei reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ 97.b
Lucrum eorum qui benè fauent alijs 402.b
lucrum omni humanitate carens, quod 632.b
ad Luctus domum ire, cur ſit melius 759.b
Luminaria cur interdiù accendantur 97.a
Luxuria quid ſit, & quarum filiarum mater 391.a 397.398.b
facit ex hominibus beſtias 399.a
luxuriæ remedia 398.b
luxuriam gignit vinum & ſicera 413.b
Luxurioſorum cæcitas 400.b

M

Magdalenæ vnguento etſi Chriſtus non egeret, eam tamen ob id à Chriſto laudatam 97.b
Magi qua reuerentia Chriſtum puerum adorârint 231.b
magi adorando oblatis muneribus facti ſunt ſacerdotes 231.b
magos id corpus in præſepi adorâſſe, quod hodiè ex altari ſumimus 222.a
magorum pietas & humilitas quomodò nobis imitanda 222.a 231.b
Magiſtratus quantum profit Reipub. 630.b
Magiſtri ſunt rei ſanguinis, qui docere nolunt 444.a
Maiorum ſententiæ quomodò acquieſcendum 694.b
maiorum iuſſa curioſè examinantium exibilatio 696.b
Malachias quale nomini Domini ſacrificium offerendum vaticinatus 245.a
malachiæ de incruento Chriſtianorum ſacrificio prophetia 244.a b
Malachiæ epiſc. Hiberniæ pietas, & quid miraculi indè ſecutum 316.a
Malitiæ gradus 703.b 702.a
Malum non redditur pro malo, quando coërcentur hæretici 448.b
à malo abſtinere, non ſufficere 374.a b 581.a
à malo prohibendi, & ad bonum cogendi ſunt nonnunquàm homines 449.b
mali
- vbiquè cum bonis coniuncti 343.b
- cur aut mali ſint, aut malitiæ ſtudeant 657.b
- quomodò & quando à dæmonibus impellendi 728.a

malorum
- quanta miſeria 747.b
- triſtitia ſumma 748.a
- inimicitia 747.b
- impotentia 748.a
- terror, pudor & pauor in die iudicij 730.a
- vitæ breuitas 747.b

Mammona iniquitatis quid 590.a
mammonæ & Chriſti præcepta contraria 397.b
Mandati forma duplex 660.a
mandata Dei non impoſſibilia 79.a b
mandata ſeruamus, ſi volumus 376.b
mandata Dei & Eccleſiæ Chriſtianis obſeruanda 76.b
mandata moralia legis pertinere etiam ad Chriſtianos 813.a
mandatorum Dei neceſſitas & poſſibilitas 811.812.
Manducare de ligno vetito, quid 383.a
Manichæi qua intentione abſtineant 527.a
manichæi & Pelagiani erroris collatio 779.a
manichæorum errores circa liberum arbitrium 788.a
Manſuetudo falſa & crudelis 448.b
Manus citò imponere, quid ſit 330.a
manus imponere baptizatis, quorum ſit 197.199.a 201.b
manuum impoſitionis vſus quis 329.a
manuum impoſitio ſignum eſt inuiſibilis gratiæ 329.
manuum in baptiſmo fieri ſolita impoſitio 179.a b 203.a
per manuum impoſitionem conferri gratiam in ordinatione 329.b
manuum epiſcopalium impoſitio in ordinatione quid efficiat 330.a
Marcion hæreſin ſpargens excommunicatur 137.a
Marcioniſtarum hæreſis 327.a
S.Marci qualis fuerit apud Alexandriam euangelij prædicatio, aut vitæ conuerſatio 661.a
Maria
- quid ſonet 58.a 62.a
- quomodò gratia plena 58.a
- quàm aptè vocetur gratia plena 59.
- quomodò per Eſaiam & Ezechielem myſticè prædicata 61.a
- quomodò per D.Bernardum laudata 61.b 62.a
- quibus titulis aut nominibus per Ephræm honorata, implorata, ſalutata 63.b 64.a
- quibus verbis per Iacobum fratrem Domini honorata 57.a b
- quomodò per Auguſtinum inuocata 57.58.a
- quomodò per quos Patres aut martyres laudata & inuocata 65.66.
- quibus inuocanda 61.b 62.a b
- quando & vbi inuocanda 62.a b
- quomodò ad ſe confugientibus ſubueniat 59.a 64.b
- quos & quàm diuerſos quantis affecerit beneficijs 65.b 67.b
- quomodò inter Chriſtum & Eccleſiam media 68.b
- quomodò ſit facta ſcala cæleſtis 69.a
- gloria ſacerdotum, Chriſtianorum ſpes, ſalus hominum 65.b regina, ſalus 67.b
- virginitatem vouit 58.b 689.b
- Euæ aduocata 65.
- omnium hæreſum interemptrix 68.b

Digitized by Google

mariæ
- mira conceptio 776.b
- conceptio quàm fuerit ſingularis ac ſancta 63.a
- geſtus, mores, inceſſus, diſciplina 66.a b 67.a
- viuendi ratio 66.a
- eximiæ laudes 57.b 60.a 63.a
- dotes aut virtutes quę, quibus opportuniores 65.a 66.a
- virginitas perpetua 12.a
- elogia 776.b
- potentia 68.b
- inuocatio 63.b 64.a 67.b 68.a

mariæ vita, omnium eſt diſciplina 66.67.a
de mariæ plenitudine accipiunt vniuerſi 68.a
mariæ precibus miſericordiam Dei impetrari 63.b 64.a & gloriam æternam conſequi 64.a
mariæ ſuffragia vt impetres, quid fieri oporteat 62.b
mariæ pedibus cur procidendum 68.b
mariæ cur tanta pietas ac poteſtas 65.a
mariæ & Euæ collatio 57.b 58.b 61.a
mariæ Dei genitricis imago quomodò honorata 109.b & quomodò eidem lachrymæ fuſæ ibid.
mariæ quid debeat genus humanum 61.a quid debeant & mulieres, & viri 66.
mariæ vniuerſa creatura gratulatur 57.b

mariam
- honorari quantoperè Deus voluerit 68.b
- eſſe ſpem vnicam peccatorum poſt Chriſtũ 58.a
- inuocatam deeſſe nemini 65.a

mariam, ſpem gaudij, vitæ antiſtitem, arram ſalutis inuocat Damaſcenus 65.b inuocat Athanaſ. Nazianz. Bernar. &c. 66.
mariam abſque peccato fuiſſe 63.a
S. mariam Auguſtinus ſemper excipit, quando de peccatis loquitur 776.a
de maria virgine Patrum teſtimonia 65.66.
Martialis Petri Apoſt. diſcipulus, quibus verbis Euchariſtiam laudet 235.
S. Martini adhuc catechumeni liberale opus 597.a
martino iamiam morituro quomodò diabolus apparuerit 320.a
Martyr extra Eccleſiam non poteſt eſſe 33.a
martyris vel ſola recordatio ſalutaris 102.a

martyres
- ſunt Chriſtianorum auxilium 88.b
- ſunt Chriſtianorum propugnatores, defenſores & patroni 99.b 101.a b
- ſunt hominum duces, propugnatores & cuſtodes 91.a
- patroni regum ſupplicantium 95.b
- patroni mundi 92.a
- ſunt præſules, ſpeculatores vitæ noſtræ, & interceſſores 90.a
- cuſtodes ſunt generis humani 88.b
- ſuffragatores & legati apud Deum potentiſſimi 88.b
- turres ſunt quibus muniuntur Eccleſiæ 88.b
- pro nobis orant 89.b
- veniam precantur noſtris lapſibus 92.b
- inuocandi & obſecrandi 88.b 89.b
- quomodò honorandi 82.a 99.b 102.a
- non inuocantur tanquàm dij, ſed tanquàm aduocati & interceſſores 91.b
- non indigent cereorum lumine, ſicut nec Chriſtus vnguento 97.b
- cur turrium & columnarum &c. nomine appellandi 100.a
- quæ voluerint, impetrare poſſunt 100.a
- inuocari 96.a b
- partìm malè, partìm benè mortui ſunt 712.b

martyrum
- honor 42.b laus 102.a
- charitas quanta 70.b
- perfectio 673.b
- in homines beneficia 88.b
- auxilia à fidelibus implorata 91.a
- merita & ſuffragia multis communia 102.a

per martyrum merita ſanctificatur cibus 42.b
martyrum merita Arriani negant, quæ dæmones confitentur 101.b
martyrum templa, quàm ſint illuſtria, & quo modò à fidelibus frequententur 91.a
martyrum conſtantia diſſimilis eſt hæreticorum pertinaciæ 450.a
martyrum miracula negantes, Chriſto non credunt 101.b Vide infrà, Miracula.
martyrum cinis dæmones expulit 95.a
martyrum orationibus propitiatur Deus peccatis populi 97.a
martyrum memoriæ quomodò à Chriſtianis celebrentur 82.a
martyrum memoriæ & feſta quo honore celebrari ſoleant 84.88.b
martyrum memorias cur honoremus 93.b
ad martyrum memorias imagunculas ſuſpendendi vſus quis 91.b
martyrum, & euangelicam paupertatem amplectentium priuilegium 673.b
martyrum reliquiæ, vide Reliquiæ.
martyribus cur inuideant hæretici 101.b
martyribus non ſacrificamus, aut diuinos honores tribuimus 93.b
martyribus in reſurrectione cicatrices manſuræ 40.b
martyribus ſanctis cur animæ commendentur 312.a
martyres propter imaginum defenſionem complures facti 111.a
Martyrium extra Eccleſiam non ſaluat 33.a eſt inutile 34.b
martyrium extra Eccleſiã cur potiùs perfidiæ pœna, quàm fidei corona 35.a
martyrij ſanguine non deletur peccatum Schiſmatis 33.b 35.b
martyrio puerum iamiam coronandum orat mater vt ei patronus fiat 92.b
Maſſilienſis epiſcopus Serenus curà D. Gregorio increpatus 108.a

Matrimonium
- quid ſit 348.
- cur ſit ſacramenutm 353.a
- cur ſit inſtitutum 991.b
- quomodò piè ſit inchoandum 353.b
- quomodò ſiat legitimum 353.b
- quomodò per religionis profeſſionem dirimatur 357.b
- ad quid conducat 173.b
- ad fornicationem euitandam permiſſum 352.b
- non eſt virginitate præſtantius 679.b
- eſt remedium infirmitatis 352.b
- inter ſacramenta legis euangelicæ numerandum 353.a
- habet in ſe coniunctionum Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum 355.a
- inter duos tantùm contrahitur 353.a
- diſſolui non poteſt 352.a 353.a 355.
- contrahere viuente coniuge, ſcripturæ aduerſatur 355.a

matrimonium contracturi, quomodò, cur, quotiès, antè, & vbi denunciandi 354.a
matrimonium conſummatum quomodò ex diuina reuelatione diſſolutum 357.b
matrimonium dirimentia impedimenta 348.350.b
matrimonium Chriſtianorum cur ſit ſanctum 354.b
matrimonium Clericorum in ſacris conſtitutorum & religioſorum vtrùm validum ſit 365.a
matrimonium non eſt permiſſum monachis, aut ijs qui ordinibus ſacris initiati ſunt 358.363.a b 364.a b
matrimonium non eſt permiſſum voto caſtitatis aſtrictis virginibus 358.359.363.b
matrimonij cauſa efficiens 353.a
matrimonij tripartitum bonum 349.b 353.a
matrimonij gratia vndè obtingat, aut quò proficiat 352. 353.a
matrimonij legitimus vſus permittitur, vt vitetur fornicatio 352.b
matrimonij vinculũ mors corporis tãtùm diſſoluit 357.b
in matrimonij negocio idem eſſe de viro & vxore iudicium 358.a
per matrimonij viam longiore circuitu ad caſtra Sanctorum peruenitur 660.a
matri-

Digitized by Google

matrimonij ſacramentum annumerari ſacramento Batiſmi,Confeſſionis,& cæteris 349.b
matrimonij ſacramenti ſanctitas facit, vt nec interueniente repudio,liceat alteri nubere 349.b
matrimonij ſuſcipiendi præparamenta 354.a
matrimonij & Ordinis collatio 349.b
matrimonio vti in epiſcopatu non licet 367.a
matrimonio iuncti an poſſint religionem ingredi 355.357.b
matrimonia clandeſtina hactenùs fuiſſe vera, ſed deincèps irrita eſſe 353.b 354.a
Mediator Chriſtus omnibus ad liberationem neceſſarius 777.a
mediatore ad mediatorem cur ſit opùs 68.a
Medicorum apud ægrotos officium quale ſit, ſeu eſſe debeat 712.b
Melchiſedech quomodò typus Chriſti fuerit 242.b 243.a
melchiſedechis panis & vinum, cuius fuerint ſacramenti figuræ 211.b 243.a & quorum myſteriorum exemplaria 243.b
melchiſedechis ſacrificium, vide Sacrificium.
Membris ſingulis pro ſuis peccatis peculiaria tormenta ſuſtinenda 740.b
Memoriam in cælo augeri 87.b
Mendici,Eccleſiæ ornamentum 617.b
mendici ante fores eccleſiæ ſedentes, quid concionentur ibid.
mendici Dei ſumus 564.b
mendicos Chriſtum appellare beatos 672.b
Mendicantium vox 395.b
Menelai alicuius apoſtatici Iudæi facinora 431.b
Menſura quæ ex affectu benignitatis taxatur 593.a 594.a
Mens ſola voluntate propria ſit ſerua peccati 785.a
mentis diſtractio cui pro viribus reſiſtitur, Deum non offendit 553.a
Merces fidei & deuotionis 831.a
merces bonorum operum 504.a
merces
- bonis operibus debetur 509.a
- iuſtitiæ redditur 830.a
- poſt hanc vitam non datur,niſi promeritis 511.b
- duplex vni noſtro operi debetur 831.b

merces operariorum defraudata 488.
mercedem Deus retribuet tam propter opera bona, quàm propter afflictiones 831.b
mercedem etiam intueri operantes poſſunt 79.b
mercedem non poteſt negare,qui opus inſpicit 508.b
mercede meritorum nemo fraudatur 591.b
Mercimonia quæ latrocinijs comparata 614.a
Meritum iuſtorum 507.a
meritum iuſtitiæ 731.b
meritum bonorum operum 504.608.a 819.
meritum omne ante mortem comparatur 713.b
meritum æternum comparatur ex piè data eleemoſyna 830.b
meritum omne bonum vndè proficiſcatur 507.a
meriti ratio in quo conſiſtat 829.a
merito præmium reſpondere 621.a
merita noſtri operis 565.a
merita æternæ retributionis 608.a
merita Sanctorum 94.b 521.b
merita S.Petri 523.a
merita Dauidis mortui vigent 94.b
merita hominis ſunt Dei dona 833.a
merita noſtra
- ſunt etiam Dei dona 507.a 833.b
- poſt gratiam incipiunt, ſed gratiæ tribuenda 833.a
- mercedem accipient 507.a

merita ſua Paulus commemorat, quibus corona debetur 832.a
merita noſtra Deus coronans,ſua munera coronat 507.b
non merita noſtra, quæ ex nobiſipſis habemus, coronat Deus,ſed ſua dona 833.b
merita propter quæ multa facit Deus poſt Sanctorũ mortem 94.b 95.a
meritorum diuerſitas in regno cælorum 655.a 751.b
meritorum diuerſam cauſam,afferre diuerſam ſuppliciorum cauſam 736.a
pro meritis bonorum operum iuſto iudicio miſericordia tribuitur 830.b
meritis aliorum liberamur à quibuſdam peccatis 498.b
meritis Sanctorum applicamur per orationem, ieiunium & miſericordiam 511.a
meritis & orationib' S.Petri adiuuamur 512.b 523.a b 524.a
de meritis noſtris minimè gloriandum 832.b
Mereri benè de alijs,diuinum eſt 584.a
promeremur Deum viuendo ex fide 509.a
merentur ſempiterna, qui ſecularia contemnunt 652.a
Metrias martyr quomodò ſuum de ſacrilego templum vltus 455.a
Metropolitani ſeu Archiepiſcopi quibus proximè ſubſint 328.a
Metus impedire corripientem non debet 443.a
metus extremi iudicij & gehennæ ſalubriter nos terrent 799.b
Militare vel Remp.adminiſtrare quando cum peccato ſint coniuncta 629.b
Milites an in omnibus ſuo duci obtemperare debeât 630.b
milites eſſe varios 630.a
militum excuſatio, quando de rapinis & alijs criminibus reprehenduntur 630.a
Miniſtri conditio nihil ſacramentis confert 175.176. Vide Sacramentum.
Miraculum
- de inobediente aliquo fratre ſub D.Benedicto 599.a b
- de extrema Vnctione in Hybernia factũ 316.a
- de reſeruata indignè Euchariſtia 256.a
- puelli alicuius Iudæi, Euchariſtia cum pueris Chriſtianis in templo vſi 259.a
- per Confirmationem factum 197.b
- in ampulla Chriſmatis factum 197.b

miraculum S.Hilarionis contra intumeſcens mare 17.a
miraculum terræ ſanctæ ex Iudæa in Africã translatæ 99.a
miracula martyrum 98.a
miracula Geruaſij & Protaſij 99.a
miracula cui ob liberalitatem euenerint 599.a
miraculorum aliquot Miſſæ gratia factorum relatio 238.b 239.a
miraculis quãtis aut qualibus Mediolanũ illuſtratũ 101.a b
Miſer ille ſolus,qui miſereri non vult 617.b
Miſeria quanta hominibus adnaſcatur 778.b
miſeria homini adnata, magnam requirit miſericordiam ibid.
miſeriæ partes quot ſint 747.a
miſeriæ & tenebrarum terra quid 736.a
Miſeratione iuuamur vt dimittantur nobis peccata 620.b
Miſereri cur Deo magìs proprium,quàm iudicare & condemnare 471.a
Miſericordia
- quid ſit 603.a 604.b
- vndè ſit dicta 604.a 607.a
- quid efficiat 604.b
- perfectos facit 576.a
- reddit nos Deo ſimiles ibid.
- regina eſt,ſimiles faciẽs homines Deo 605.a
- deitatis nota eſt,& hominem quodammodò Deum facit 577.b
- innata eſt nobis,& diuinitùs inſita 586.a 765.a
- p hominis lapſum quomodò amiſſa 765.b
- ad omnes pertinet 606.b
- etiam ignotis exhibenda 608.b
- non ſpectatur ex datorum quãtitate 605.a
- quomodò tantùm verbis præſtetur 608.a
- promptè & citò præſtanda Dei patris exemplo 576.b
- quanti æſtimabitur in die iudicij 592.a
- iungenda ieiunio 511.a b

miſericordia diligenda,& metuenda ſæuitia 464.a
miſericordia Martyrij erga ægrotos 599.b
miſericordia quædam iniuſta eſt 446.a
miſericordia & indulgentia crudelis in latronem 447.a
miſericordia Dei
- peccatori neceſſaria 826.a
- maior eſt quàm peccatum 470.b
- obliuiſcitur eius, qui iuſtitiam Dei obliuiſcitur 468.b
- imitanda 585.a

mise-

miſericordia Dei diligenda, iuſtitia formidanda bonis & malis 799.a
miſericordia D. Iob quanta fuerit erga pauperes & afflictos 607.b
miſericordia Iob erga pupillos, in iudicio cauſa cadentes 608.b
miſericordia & liberalitas S. Benedicti in egenos 599.a
miſericordia regis Oſuualdi in pauperes 600.b
miſericordię pulchritudo, & commendatio 576.a b & ſeq. 583.b 603. 605.a 606.a
miſericordiæ vis 583.b
ſub miſericordiæ diuinæ ſpe, non eſt in peccatis permanendum 463.b
ſine miſericordiæ virtute cæteræ prodeſſe nō poſſunt 592.a
miſericordiæ opus, eſt iuſtitiæ etiam opus 614.b
miſericordię opera
- ſeminis vim habent 510.b
- quàm ſint neceſſaria 586.b
- ad pœnitentię fructus pertinent 582.a
- duplicem adferunt fructum 586.b
- in iudicio examinabuntur 612.

miſericordiæ opera duplicia 607.a
miſericordiæ opera ſpiritualia 607.a b 609.
miſericordiæ opera ſpiritualia in ſcriptura commendata 618.
miſericordiæ opera corporalia 607.a b
miſericordiæ opera corporalia in ſcriptura commendata 612.
in miſericordiæ opere tria requiruntur 606.a
in miſericordiæ operibus imago diuinæ pietatis agnoſcitur 577.a
miſericordiæ operibus iuuamur ad promerendam Dei miſericordiam 620.b
miſericordiæ operibus anima purgatur 591.a
à miſericordiæ operibus pœnitentia non ſit ſterilis 582.a
ex miſericordiæ operibus vera laus comparatur 616.b
pro miſericordiæ operibus iuſti percipient regnum 509.b
miſericordiæ operum cur in die iudicij tantùm fiet mentio 582.a b
miſericordiæ precia non ſunt definita 617.b
miſericordiam præſtare maius eſt, quàm excitare mortuos 587.b
miſericordiam præſtando peccatorum accipimus indulgentiam 576.b
miſericordiam oriri ex dilectione 604.b
ad miſericordiā exemplo creaturarū prouocamur 613.a
miſericordia minimè mouentur ſancti erga dānatos 734.b
cum miſericordia humilitatem Iob coniunxit 608.b
de miſericordia Dei inordinatè confidentes 463.a
in miſericordia & pietate cōſiſtit ſumma diſciplinæ Chriſtianæ 606.b
ſine miſericordia vita conſtare nequit 586.a
miſericordiarum pater, non iudiciorum Deus 471.a
qui Miſericors non eſt, homo eſſe deſijt 586.a
immiſericordes quid mereantur 604.a
immiſericordes quomodò à Chryſoſtomo increpati 585.a
miſericordi anima nihil pulchrius & fortius 592.a
Vide etiam, Liberalitas, & Eleemoſyna.
Miſſa, cuius ſit ſacrificij repræſentatio 234.
miſſæ ſacrificium
- per ſacrificia legis naturæ & Moſaicæ præfiguratum 234.
- per ſacrificium Melchiſedech pręfiguratum, & de eo à Malachia prophetatum 234.
- à Chriſto inſtitutum, & Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus demandatum 234. 240.a
- quarum ſit rerum excitatio, cōfirmatio, &c. 234.
- quomodò differat à ſacrificio in cruce peracto 235.
- eſt propitiatorium 248.a
- quomodò crimina & ingentia peccata deleat 251.b
- prodeſt ad huius vitæ mala depellenda, & bona impetranda, viuis & defunctis 234.
- quando & quomodò audiendum 159.a

miſſæ ſacrificium non offertur Sanctorum cuiquam 236.b 241.a
miſſæ officium celebrandi modus tempore Iuſtini 219.a
miſſæ ſacrificij ritus tempore Apoſtolorum 235.b
miſſæ ritus & cæremonias cur Eccleſia inſtituerit 247.a
miſſæ ritus & cæremonias contemnentes, anathemate feriuntur 247.a
Vide Cæremoniæ.
miſſæ ſacrificium approbatum 234.
miſſæ non niſi approbatæ celebrandæ 246.b
miſſæ nomen antiquum 234.
miſſæ fructus & vtilitas 235.
miſſæ officio intereſſe magnam angelorum multitudinem 232.b 233.a b
miſſę ſacrificij tempore angelorum pręſentium viſio 232.b
miſſæ tempore vidit S. Chryſoſtomus eccleſiam plenam angelis 233.a
miſſæ ſacrificij & Euchariſtiæ &c. abrogatio quando futura 234. 723.b
miſſæ ſacrificium cœptum, langueſcente de improuiſo inceptore, quomodò continuandum 246.a
de miſſæ ſacrificio Concilij Tridentini doctrina 245.a b
de miſſæ ſacrificio Agathi epiſc. mira relatio 238.b
in miſſæ ſacrificio quæ fiant & dicantur 248.a
ex miſſę ſacrificio commoda & proſpera contingunt 239.b
ex miſſæ oblationibus auxilium & ſolatium defunctis obtingere 249.a 250.a
miſſæ ſacrificio iuuari animas defunctorum 304.b 307.b 312.b diabolicas vexationes repelli 238.a
in miſſæ ſacrificio defunctorum commemorationē Apoſtolos inſtituiſſe 239.b 240.a 249.a 311.a
miſſam cantari iuxta morem eccleſiaſticum 240.b
in miſſa ſacrificium diuinum & incruentum offertur 233.a
in miſſæ ſacrificio Chriſtus quodā modo mactatur, eiuſq; efficacia 237.a
in miſſa iuſtorum & peccatorum memoria cur fiat 250.a
in miſſa ipſa verum & proprium offerri ſacrificium 245.b
in miſſa quæ præter Euangelia & Apoſtolica ſcripta leguntur, traditionis Apoſtolicæ eſſe 129.a 131. 234.
miſſarum celebrationes pro anima eius, qui mortuus putabatur, mirus profectus & euentus 239.a
miſſarum modus cuiuſmodi vbiquè ſeruandus 178.b
miſſarum celebrandarum modum non eſſe heſternum 245.a 246.a b
miſſas ſuper memorias martyrum celebrandas 246.a
Vide Euchariſtia, & Sacrificium.
Miſſione viſibili opùs eſt, nec ſufficit inuiſibilis 323.b
Mœchiæ nomine quid intelligatur 116.a
Mœchari eum, qui adulteram dimittens, ducit aliam 356.b
Mollities cuiuſmodi ſcelus 400.a
mollitiei peccatum approbant ethnici philoſophi 400.a
Monachus vndè dicatur 700.a
monachi cur dicti 701.b
monachi proprietarij dedecus & pœna 676.b
monachi apoſtatæ cuiuſdam lapſus deploratio 362.b
monachi an propoſitum & inſtitutum ſuum deſerere poſſint 363.b
monachi quando expetituri quæ ſunt mundi 723.a
monacho non licet poſſidere proprium 697.a 702.a
monachum benedicendi & conſecrandi modus 699.b
monachorum nomen ex ſacris literis manāſſe ibid.
monachorū nomē quare meritò diſpliceat hæreticis 699.b
monachorum ordo laudatur 699.a
monachorum quot in Aegypto genera 698.b 701.a
monachorum vita 700.b
monachorum regulam ſcripſiſſe S. Benedictum 703.a
monachorum caſtitatis gloria quanta 680.b
monachorum centupla retributio qualis 671.a
monachorum fugitiuorum prætextus quomodò confutatus 360.b 362.a b 363.a b
monachorum nuptiæ adulterio peiores 363.a
monachos iam olim ſub Marco Euangeliſta nil proprij habuiſſe 661.a
monachos vitam primorū Chriſtianorum imitari 699.a
monachos aut optimos eſſe qui proficiunt, aut peſſimos qui degenerant 706.b
nec monachis, nec virginibus Deo dicatis licet nuptijs iungi 363.b
Monachiſmus non propter malos monachos improbandus eſt 700.a

Digitized by Google

Monaſticus habitus 702.b
monaſticæ vitæ inſtitutores primi ibid.
monaſtici inſtituti antiquitas 692.
Monaſterij deſertor quo miraculo conuerſus 702.b
monaſteria tempore S. Marci 661.a
monaſteria iam olim ſub Ambroſio 701.a
monaſteria à Baſilio Magno extructa 701.b
monaſteria qui primus in Occidente introduxerit in ciuitates 701.a
monaſteria vndè excitata 699.b
monaſteriorum S. Martini deſcriptio 702.a
Monaſterialis diſciplina cur ſecundum baptiſma nuncupetur à maioribus 696.b
Monica mater quomodò ab Auguſtino ſepulta 249.b
monicam Auguſtini matrem, ſuî ad altare memoriam fieri expetiuiſſe 250.a
Montani error 548.a
Moralitas perfecta in duobus eſt poſita 501.a

Mors
- pœna peccati eſt 709.a
- eſt finis peccati 718.a
- quibus amara ſit ibid.
- vtrùm ſit timenda 713.a
- cur timenda ſit 707.b
- quibus meritò timenda 717.a
- quibus quàm ſit repentina & improuiſa 758.b
- qualis ſit in inferno 736.b 737.a 739.b 741.a
- quænam Adamo tranſgreſſori ſit interminata diuinitùs 766.a
- non adeò, ac opinio de morte, terribilis eſt 718.a
- cur paucos delectet, virium infirmitatis eſt 717.b

mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, vbi 736.b
mors animæ 378.
mors corporis, peccati meritum: vita, ſpiritus iuſtitiæ 766.b
mors myſtica iuſtorum 717.b
mors bonorum & malorum quid diſcrepent 709.714.b
mors impiorum quodammodò bona eſt 718.a
mors & pœna iniquorum quomodò alijs proſit 759.a
mors diuitis & Lazari qualis 712.b
mors & mori quàm ſint indeclinabilia 710.b

mortis
- incertus aduentus 755.a
- incerta conditio 709.b
- moleſtia inexplicabilis 710.b

mortis vicinitas, & moriendi neceſſitas quanta 710.b 755.a

mortis hora
- cur terribilis 758.b
- quàm ſit incerta ibid.
- cur incerta 469.b 702.a 712.a

mortis in hora formidine corripi etiam iuſtos 318.b 319.a 759.a
mortis in hora qui inuenitur paratus, inuenietur etiam paratus in die reſurrectionis 711.b
mortis timor & ad eam præparatio quàm ſit vtilis 758.a
mortis timor potiùs grauis eſt, quàm mors ipſa 718.a

mortis memoria
- cur ſit habenda 758.b
- quàm ſit fructuoſa 720.a
- à peccato maximè reuocat 758.a
- à mundi voluptatibus auocat 755.a
- calcat ſuperbiam 711.a

mortis tempus quòd ſit incertum, magna eſt Dei miſericordia 709.a
mortis incertum diem contra præſumptionē valere 709.b
mortis vmbra & ſempiterna horror vbi expectādus 736.a
mortis pro Chriſti confeſſione toleratæ præmium immortalitas 819.b
mortis bonorum & malorum differentia 759.a
mortis tria ſunt genera 717.b
morti corporeæ per peccatum obnoxius homo factus eſt 766.b

mortem
- non timet vita inculpata 718.a
- eſſe bonam, & idcircò non timendam 717.b
- quibuſdam plùs amari quàm vitam 712.a
- qui optabunt, & non obtinebunt 741.a

mortem ſolus Adamus, vitā ſolus Chriſtus inuexit 790.b
mortem non cibi, ſed inordinatæ cupiditatis gratia incurri 544.a
mortem ſecundam declinari poſſe, primam nō poſſe 710.b
mortem nominare, terrorem inijcit & metum 712.a
ad mortem præparatio quàm ſit neceſſaria 709.a

per mortem
- à quibus calamitatibus & periculis liberemur 717.a
- tranſitur ad immortalitatem 717.b
- reditur in patriam ibid.
- itur ad Sanctorum conſortia 718.b

poſt mortem diligenter inquiritur, quid quiſque ſecum deferat 305.b
morte nihil certius, & tamen vitæ terminū ignorari 709.b
morte morietur, qui ſuperabundantiam acceperit 633.b
in morte cur quidam Sanctos videant præſentes 717.a
in morte præſentes eſſe dæmones, libros, vncos & catenas habentes 715.a
in morte ſolatium accipere qui ſint indigni 712.a
circa moribūdos Chriſtianorum & monachorum in primis vetus mos 287.a
Moriens obliuiſcitur ſuî, qui in vita oblitus eſt Dei 468.b
morientis hominis conſideratio 715.a
morientes inuiti, pertinacibus ſeruis comparantur 717.a
morientium triplex genus 304.b
morientium varia genera 309.a
morientium cum dæmone conflictatio 317.
de morituro aliquo, infernum ſibi apertum vidente, exemplum horribile 716.b
morituros ac reſurrecturos omnes, immutandos non omnes 39.a
morituris proſpexit Deus Vnctionis ſacramento 713.a
Mortui quot modis poſſint ea, quæ hîc geruntur, cognoſcere 85.a
mortui an lugendi 759.a
mortui nunquàm, & perpetuò morientes, qui 710.b
mortuorum diuerſæ cuſtodiæ 708.a
mortuorum per baptiſmum vitiorum curanda ſepultura 781.b
mortuorum corpora cui hæretico immunda 98.a
in mortuorum oſſibus nulla diſtinctio diuitis & pauperis, &c. 711.b
mortuos ex oblationibus ſacrificij iuuari & conſolari 249.a b
mortuos fraudare viuorum auxilijs, quorum ſit 91.a
mortuis cum peccatis pugnandum 782.a
Vide etiam Defuncti.
Mori verbū, quàm ſit apud Grāmaticos anomalum 710.b
moriendi neceſſitas pœna eſt 710.b
quales morimur, tales iudicamur 717.a
Moyſen Chriſti formam geſſiſſe 328.b

Mundus
- hoſtis noſter 825.b
- quàm infidelis, & ingratus ſit ac fallax 755.a
- cur odio dignus 755.a

mundi vanitas depingitur 756.b
mundi amatores & ſerui cui comparentur 755.b
in Mundanis rebus nihil ſtabile 755.a
Mulieres apud Marcioniſtas baptizant 327.a
mulieres epiſcoporum & presbyterorum munia apud hæreticos Pepuzianos obeunt 327.a
Munus ex affectu, non ex quantitate ſpectatur 616.b
munera patronis potiùs largimur quàm egenis 608.b
Murmuratoribus quibus quid notandum 694.b

N

NAbuchodonoſor quomodò trium puerorum exemplo quodammodò conuerſus 449.b
in nabuchodonoſore rege figura naſcentis & iam corroboratæ Eccleſiæ cernitur 448.a
Narium inunctio 180.b
narium attactus ſeu illitio per ſaliuā quid ſibi velit 181.a b
Natura in nobis non eſt malitiæ cauſa 787.b
natura vitiata, non extincta 784.a
natura etiam excellentiſſima ſeipſam iuſtificare non poteſt ibid.
naturæ poſſibilitas ad conſequendam iuſtitiam ſaluatore opus habet ibid.
naturam virtute benedictionis mutari 226.a b 228.b 229.a
naturā cur filij iræ dicamur 775.a
naturā per Adæ peccatum corrupta, poſteri tum peccato, tum morti ſunt facti obnoxij 770.b

Nazian

Digitized by Google

Nazianzenus quanti fecerit Athanaſium 89.a
nazianzeni de vincenda tentatione lepidum exemplum 64.a b
Neceſſitas nec damnationem meretur, nec coronam 788.a
Neſcire, & ſcire noluiſſe, differunt 462.b 489.a
Nicephori, de facinore lepido ac pio archimandritæ Theodoſij, narratio 149.a
Nicodemum manibus ſuis crucifixi Chriſti imaginem feciſſe 108.a
Niniuitis ſua quid profuerit pœnitentia 282.b 299.a
Nominis Dei abuſus quantoperè vetitus 111.
nomine Dei qua reuerentia vtendum ſit ibid.
nomina quomodò olìm in baptiſmo dari ſolita 179.b
nominum inſcriptio in baptiſmo ſolita fieri quæ ibid.
Nouatus hæreticus quomodò baptizatus 202.b
nouatus nemini ſuccedens, à ſeipſo ortus eſt 346.a
Nouatiani ſacrum Chriſma baptizatis non præbent 202.b
nouatianorum hæreſis de pœnitentia quomodò palliata 276.b
nouatianorum confutatio ibid.
Nouiſſima hominis quatuor 707.
nouiſſima in memoriam reuocanda 758.b
nouiſſimorum memoria cur habenda 759.a
nouiſſimorum memoriæ vtilitas 760.a
nouiſſimorum obliuio quàm pernicioſa 758.b
Nouitates quibus aut inuiſæ, aut plauſibiles 151.b
nouitatibus qui vel gaudeant maximè, vel offendantur 168.a
Nox in qua nemo poteſt operari, qualis 714.a
nox qualis poſt mortem malis obtingat ibid.
Nubere in Domino, quid ſit 352.a
nubere quibus melius ſit, quàm vri 365.b
nubere melius eſt, &c. ad quam virginem pertineat 361.a b
Nubentes poſt profeſſionem cõtinentiæ, damnantur 360.a
Numerus centenarius quid deſignet 670.b
numeri quaternarij myſterium 622.a
numeri ſeptenarij myſterium 646.a
numeri quadragenarij myſterium 537.b 540.a
Nuptiæ ſecundæ quibus licitæ 358.a
nuptiarum vinculum & ſacramentum 349.a
nuptiarum & procreationis liberorum cura cur in veteri lege maior habita, quàm in noua lege 367.b 368.a
nuptias non expedire, niſi ijs qui ſe non continent 689.b
in nuptijs non libido, ſed proles quærenda 351.b
nuptijs non detrahit, qui anteponit ijs virginitatem 690.a

O

Obedientia
- mater eſt & cuſtos virtutum omnium 693.a
- homines tam à morte corporali quàm ab omni peccato liberare potuit 765.a
- mollit imperium 522.a
- quomodò piè ſit cæca 693.a
- in quibus verſetur 697.a
- quæ præſtatur homini, circa quas actiones potiſſimùm verſetur 694.a

obedientia Apoſtolorum quàm perfecta fuerit 695.a
obedientia monaſtica qualis ſit, aut eſſe debeat 695.a 696.a
obedientia perfecta antiquorum monachorum & religioſorum 693.a
obedientia voluntaria 692.
obedientiæ monaſticæ ſpecimen quale ab Hieronymo preſcriptum 694.b

obedientiæ
- dignitas 693.a
- præmium 695.a
- gradus 694.a
- perfectio in quo conſiſtat 695.a
- promptitudo apud quos olìm quanta 700.b

obedientiæ virtus diſcretionem ſupplet 694.b
obedientiæ poſtponenda alia opera bona 693.a
obedientia non impugnantur tantùm, ſed etiam vincuntur dæmones 693.a
ſine obedientia nihil acceptum Chriſto 693.b
inobedientia primò animã hominis, deindè corpus etiam occidit 765.a
inobedientiæ vitium 693.a
Obediens verè comparatur inſtrumento artificis 695.b
Obediendum quãdo non minùs homini, quàm Deo 696.b
obediendum ſuperiori tanquàm Chriſto in omnibus, quæ non ſunt apertè contra Deum 692.
obediendum exemplo Chriſti 694.a
obediendum in quibus non ſit hominibus 697.a
obediri in medijs à ſubditis nullatenùs malè poteſt ibid.
Obduratus quis viuat 464.a
Oblatio noui Teſtamenti qualis 219.b
oblatio ante Chriſti aduentum promiſſa, ab ipſo Chriſto exhibita, poſt eius aſcenſum hucuſquè continuata, & continuanda 236.b
oblatio iugis à Chriſto inſtituta, ab Apoſtolis tradita, in Eccleſia offertur 239.b
oblatio incruenti ſacrificij, cruentum eſſe conuincit 241.a
oblatio noſtra non repugnat vnicæ iſti oblationi, quæ ſemel in cruce eſt peracta 253.a
oblatio ſacrificij victimę ſalutaris quibus miraculosè profuerit 238.b
oblatio per ſingulos dies Dominicos in villis pro quibus facienda ibid.
oblationis hodiernæ figuræ 211.b 240.b 241.b 243.a
oblationis Chriſti in cruce factæ & redemptionis fructus quomodò nobis applicetur 235.
oblationem Eccleſię quomodò Dominus offerendam docuerit 244.a
oblationem eandem in altari hodiè fieri, quæ olìm ab ipſo Chriſto in vltima cœna facta eſt 222.a
oblationem ſacrificij cur iterari eodem in die & templo, iam olìm præceptum 247.a
oblatione hoſtiæ ſalutaris, commoda multa prouenire 239.b
oblationum & precum pro mortuis aſſertio 248.b 249.a b 308.b 311.a
oblatio in anniuerſario defuncti 132.a
oblationes pro defunctis vndè 129.b 132.a
Obtulerit cur Chriſtus poſt cœnam, nos autem manè offeramus 240.b
Obſtinatio 475.
Obſtinata peccati voluntas, grauiſſima phreneſis 476.b
Occidẽtem verſùs facie verſa crucifixũ eſſe Chriſtum 557.b
occidentem verſùs quæ fiat renunciatio 179.b 180.a
Odium impiorum ſui & omnium aliorum 740.a
Offendiculum quomodò Deus dicatur ponere 476.b
Offenſio quotidiana remiſſioni quotidianæ opponitur 815.a
Offenſus'ne offendenti ſupplicare debeat 620.a
Offerendum panem & vinũ aqua permixtum 242.b 245.b
offerendi ſacrificij poteſtatem non habent Diaconi 245.a
offerre corpus Domini impuro corde, quanta impietas ſit 236.a
Officium ſabbati paſchalis quò pertineat 516.a b
Oleum in altari ſanctificari 198.a
oleum Vnctionis extremæ quibus confici liceat 316.b

olei
- natiua vis & ſignificatio 320.a
- myſtica ſignificatio 317.a
- proprietates 198.b

olei exorcizati virtus 180.a
olei pro infirmis conſecrati virtus 316.b
olei ſanctificati in pectore & inter ſcapulas inunctio 181.a
olei inunctionem in Sacramentis, traditionem Apoſtolicam eſſe 129.a
oleo charitatem ſignari 71.b
oleo ſacro infirmi etiam Bedæ tempore inuncti 316.b
Oliuæ fructiferæ eſſe debemus 605.a
Omnipotens Deus faciendo quod vult, nõ patiendo, quod non vult 786.a
Onus Chriſti quo magis creſcit, eò ſit portabilius 814.b
Opus maius eſſe res è nihilo creare, quàm ex rebus ſubſiſtentibus aliud producere 227.b
opus noſtrum non ſine Deo, merces ſine nobis 508.b
operis operati vis in Sacramentis quanta 172.b
in opere ſancto prior voluntas Dei, poſterior liberi arbitrij 786.b
opera meritoria non præcedere iuſtificationem 806.b
opera gratiam ſequuntur, non præcedunt 806.a
opera quædam præcedere, quædam ſequi Sanctos 427.a
opera bona præcipua ſunt tria 510. quid præſtent 510.a b 511.a b 522.b 523.a 538.b

opera

opera bona
- vndè ſint 508.b
- ante fidem, ſunt veluti curſus extra viam 503.b
- vt bona ſint, fides requiritur 819.a
- propter vitam æternam facienda mandauit Deus 505.b 819.a
- vbi tantùm fructuoſè fiant 30.a
- in futuro iudicio potiſſimùm proſunt 727.a

opera noſtra etiam bona, ad Dei gratiam referenda 830.a
opera iuſtorum cur & quomodò ſint meritoria 507.a
opera viuorum quibus proſint 309.b 312.b
opera quibus animæ iuuentur 307.b 309.b 312.b
opera hominum vbi, & quomodò examinanda 720.b
opera ſupererogationis tanto gratiora, quanto magis indebita 658.a
per opera diuerſa diſpar retributionis qualitas 506.b
opera carnis, vide Caro.
opera miſericordiæ, vide Miſericordia.
operum pondera, charitatis lance penſantur 591.b

operum bonorum
- laus 580.b
- fructus 495.a 503. 511.b 819.a vide Meritum.
- auxilium in morte & poſt mortem 756.b
- aſſiduitas qd p̃ſtet Chriſtianis 505.a

operum bonorum conſummatione peruenitur ad vitam æternam 751.a
operum bonorum & malorum retributio 305.b
operum omnium qualiumcunque denudatio 727.b 730.b
operibus bonis inſiſtendum 502.
operibus bonis retributio promiſſa 507.a
operibus bonis redditur corona 830.a
operibus Deum promereri 314.b
operibus noſtris cogitur quodammodò à nobis Deus 592.b
operibus & meritis noſtris promiſſa præmia tribuet Deus 830.b
Operatio bona, Dei munus 830.b
operationis ſalutaris præconia 830.b
Operari Deum miraculoſè, ità vt operis ratio mentem noſtram effugiat 218.a
operamur hîc, illic mercedem conſequemur 832.b
Oppreſſio pauperum 486.

Oratio
- quid ſit 549. 550.a
- eſt conuerſatio & collocutio cum Deo 551.a
- eſt colloquium cum Deo 550.b 567.a
- eſt petitio bonorum, quæ Deo cum ſupplicatione offertur 551.a
- quæ bona præſtet 550.a
- quantum ad piam vitam conferat 567.a
- peccata extinguit 569.a
- continet hominem à peccatis ibid.
- peccatorum remedium eſt 567.b
- remedium eſt tentationum 561.a
- animæ vita 568.b
- lumen eſt animæ 567.a
- nerui animæ 568.b
- munit aduerſùs ſpiritus malignos 568.a
- ſola, tametſi non ſufficiat ad ſalutem, eſt tamen bonorum omnium caput, & radix bonæ vitæ 568.a
- à gratiarum actione exordienda 552.b
- non ſolis verbis conſtat ac perficitur 550.a
- conſtat Dei glorificatione & petitione 552.b
- non ſit nimis timida 553.b
- non ſit temeraria & tepida 553.b
- debet adeſſe ieiunio 562.b
- quo minùs exaudiatur quæ impediant 554.a

oratio crebra nos Deo commendat 565.a
oratio feruens Spiritum ſanctum aduocat 561.a
oratio fidelis, humilis & feruens cælum penetrat 553.b
oratio ieiunantis fructuoſa 569.a
oratio iuſti, clauis eſt cæli 562.b
oratio vocalis 562.a
oratio quædam tota vita eſſe poteſt 550.b
oratio pro peccatis vndè fiat efficax 523.b
oratio ante & poſt refectionem corporis 569.a
oratio Auguſtini pro mortuis 85.b
oratio Eccleſiæ ad B.Virginem 68.b
oratio pontificis pro peccatorum remiſſione, & pro quiete æterna 310.b

oratio Dominica
- quantam vim habeat apud Deum patrem 564.b
- delet peccata 500.a
- ſatisfacit de leuibus peccatis 500.a

orationis tutiſſimum refugium 553.b
orationis vtilitas & commendatio 549. 550.b 568.b 571.a
orationis laus à fructu & vtilitate multiplici 551.a
orationis perſeuerantia Deo grata 570.b
orationis perſeuerantiæ iungenda eſt bonæ vitæ perſeuerantia 553.a
orationis aſſiduæ fructus 493.b
orationis ardentis vis quanta 46.
orationis vis operibus bonis coniunctæ 565.b
orationis vis per exempla oſtenditur 571.a
orationis Sanctorum efficacia 572.a b
ſine orationis præſidio impoſſibile eſt cum virtute degere 567.b
orationis frequentatio ante refectionem 550.a
orationis geminum impedimentum 561.b
orationis neglectio quàm multorum malorum cauſa, in rebus etiam temporalibus 550.b
orationis horæ, vide Horæ.

orationis Dominicæ
- breuis expoſitio 563.b
- commendatio 48.
- ſumma 49. 56.
- petitiones quot, & qualis earum diſtinctio 49.a

ad orationis Dominicæ petitiones cuiuſmodi preces referantur 563.b
orationi quàm attento animo incumbendum ſit 564.b
orationi iungenda eſt bona operatio 561.b 565.a
orationi non quiuis locus accommodatus eſt 326.a
orationi quæ diei horæ ab Eccleſiæ exordio deſtinatæ fuerint, & quibus de cauſis 558.a
orationem noſtram ſcribi iubet Deus in libro ſuo 554.a
ad orationem quomodò accedendum 554.a 567.a

in oratione
- euagationes & peregrinationes mentis vitandæ 553.a 561.a
- præcipuè opus eſt animi vigilantia 554.b
- fit mentis ad Deum conuerſio 550.a
- præſentamus nos Deo 554.b
- an tẽporalia poſtulanda, aut ſpiritualia quæ non ſunt ad ſalutem neceſſaria 554.a

ab oratione arceri, morte triſtius eſt 567.b
oratione & ieiunio opus eſt, ac non ſola fide 569.a

oratione Dominica
- quicquid ſperandum eſt, compræhenditur 48.a
- continentur quæcunq; poſtulanda ſunt à Deo 563.b
- omnis recta precatio continetur 48.
- omnia alia precationũ genera compræhenduntur 564.b

ex oratione Dominica diſcimus quid petendum ſit 552.a
orationes iaculatoriæ 563.a
orationes Moyſis & Samuelis cur magis efficaces 570.b
orationes S.Petri 522.a b 523.a b 524.a 525.a
orationes & merita D.Petri ſuffragantur nobis 522.b
orationibus S.Petri adiuti, miſericordiam Dei meremur 523.b
orationes Sanctorum quibus potiſſimùm proſint 569.b
orationes noſtras angeli Deo offerunt 563.a
orationes noſtras dæmon impedire conatur 553.b 561.b
orationibus martyrum propitiatur Deus peccatis populi 97.a
Oranti quid vnicè vitandum 562.a
orantes cur non ſemper exaudiantur 553.a
orantes quo honore afficiantur 567.a
orantium certi geſtus 549.
orantium externi geſtus, eorumq; vtilitas 555.b
Orare ſemper & ſine intermiſſione, quid ſit 557.b 558.a
orare ſemper, & in oratione multiloquum eſſe, an repugnent 562.b
orare in multiloquio, & diù orare, non idem valent 563.a
orare in abſcondito 56[illegible].a

orare clauſo oſtio & aperto, quando dicamur 512.b
orare Sanctos pro peccatoribus, neque nouum, neque inſolitum 96.b
orare an tantùm viui pro viuis, an verò etiam mortui pro viuis poſſint 86.b
orare pro defunctis, eſſe ex traditione Apoſtolica 132.a
orare qui negligit, amens eſt 567.b
orare qui negligit, à Deo recedit 551.a
orare versùs Orientem, eſſe traditionem Apoſtolicam 129.a
orari poteſt etiam extra eccleſiam, & quod petitur impetrari 569.a
oratur in eccleſia commodiùs & fructuoſiùs ibid.
non oratur pro infidelibus, impijsq́ defunctis 734.b
cur oramus verbis, idq́ certis horarum interuallis 563.a
cur orari Deus velit, cùm tamen non ignoret, quæ ſint nobis neceſſaria 563.a
orabat Chriſtus non pro ſe, ſed pro nobis 564.b
niſi oraſſet Stephanus, Eccleſia Paulum non haberet 572.b
orant ſemper, & ſine intermiſſione, qui orandi tempora non intermittunt 557.b item qui canonicas horas obſeruant ibid.
orandi ſtudium qui amant, quid præ ſe ferant indolis 567.b
orandi modus ex D. Baſilij ſententia 552.b
orandi Apoſtoli, vt Chriſtum nobis propitiũ reddant 87.a
in orando perſeuerantia 553.a
in orando qualis attentio neceſſaria 50.a
in orando iactantia euitanda 562.a
in orando veterum Chriſtianorum geſtus & ritus 555.b
orandum quibus horis quotidiè 565.a 568.a
orandum vt non tribuatur quod non benè petitur 552.b
ad orandum exemplo ſuo Saluator nos excitauit 564.b
orandum cum gemitu 561.a
Oraria & veſtimenta reliquijs admota medicamentum præſtant 101.a
Ordo in Eccleſia magìs celebratus quis 338.
ordo vnum eſt ex ſeptem ſacramentis 322.a
ordo quare foris detur, & ſpiritus intùs 321.b
ordo ſacramentalis quò proficiat 173.b
ordinis ſacramentum quid 320. qua in re baptiſmo ſimile 321.a
ordinis ſacramentum ſemel collatum non amittitur, nec iteratur 323.a
ordinis ſacramenti materia 322.a virtus & effectus 321.b 322.b 330.a 344. 345.
de ordinis ſacramento veterum ſententiæ 333.a b & ſeq.
ordinis Eccleſiaſtici hierarchiam, tribus potiſſimùm conſtare partibus 323.a
ordinem ſacramentalem etiam apoſtatis ipſis inhærere 321.a
in ordinatione ſacerdoti manus, epiſcopo caput vngitur 323.a
ordines ſunt multi in Eccleſia 324.a
ordines miniſtrorum diuerſi 322.a
ordines Eccleſiaſtici, & eorum gradus 337.b 338.a
ordines maiores & minores qui 322.a 330. 331.
ordines minores tempore Ignatij qui 331.b
ad ordines Eccleſiaſticos quomodò, & qui promouendi 334.a
ordinum & graduum in Eccleſia diſtinctio & diuerſitas 322.b
ordinum minorum munus proprium quod 331.
ordinum ſacrorum ſacramenta 321.b
ordinum ſingulorum Sancti quo nobis honore proſequendi 99.b
in ordinibus minoribus olìm quandiù probati 330.b
in ordinibus ſingulis quot annis olìm hæſum 337.b
Ordinatio ſacra propriè ſacramentum eſt 322.b
ordinatio ſuccidanea quid ponderis habeat 346.b
ordinatio ſacramentalis & Leuitica fieri non debet quouis tempore 321.b
ordinatio fit per manuum impoſitionem 329.
ordinatio Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij 331.a b
in ordinatione gratia Spiritus ſancti confertur 329.b
in ordinatione Epiſcopali confertur remiſſio peccatorum 329.b
ordinationes hæreticorum temerariæ, leues, & inconſtantes 341.
Ordinandi non quiuis temerè 329.
ordinandi quales ſint 330.b
ordinandorum examen 330.b ętas & qualitas ibid.
ordinandis Eccleſiæ miniſtris quæ ſabbata deputatã 516.a
ordinati & baptizati qua in re pares 321.a
non ordinati miniſtri, vt fures, latrones, & lupi habendi & cauendi 322.b 345.
ordinatorum gratia 323.a
in ordinatis manere ſacramentum ordinationis 321.a
Orientem versùs conuerſio 179.b 180.a 182.a
orientẽ versùs cur adoremus, & qualis ſit ea traditio 557.b
Originale peccatum
- iuſta miſeriarum omnium hominũ cauſa 771.b
- etiã cum pœna deriuatur ad omnes Adæ poſteros 769.b
- ex parentibus nos trahere, non imitatione, ſed generatione, Pauli teſtimonio docetur 775.a b
- ſeminis cõceptione ꝓpagatur 775.a
- omnes homines iræ filios naſci facit 776.a
- etiam ſolum ad damnationem ſufficit 774.b
- originale peccatum etiam ſolum omnes tenet reos mortis 774.b
- nec naturæ vi, nec legis litera pellitur 778.a 784.b
- ſolus Chriſtus ſoluit 777.a b
- quomodò voluntarium ſit 376.a
originale peccatum commune omnibus 772.a
originale peccatum, & eius remedium 376. 777.
originale & actualia peccata planè tollit baptiſmus 190.b 193.a b
originale peccatum negantem in paruulis, quæ ſequantur abſurditates 772.b
originale peccatum Auguſtinus ſemper credidit 771.b
contra originale peccatum Iuliani obiectio 772.a
originalis peccati in infantibus aſſertio 184.b
originalis peccati in poſteros deriuatio ex pœna conſtat 771.b
originali nos peccato liberare neceſſariò debet Chriſti gratia 771.a b
originali peccato dimiſſo, an ſimul pœna dimittatur 298.a
originali peccato remiſſo, multę pœnę relinquuntur 194.b
originali peccato remiſſo, cur multæ infirmitates adhuc maneant 194.b
Origenis de reſurrectione error quis 39.a
Oſtiarij ordinatio 331.a & officium 333.a b
oſtiarij vndè dicti, & quibus alijs gaudeăt nominib' 333.a b
oſtiariorum typi 333.a b
Oſtiariatus inter ſeptem ordines, quomodò primus & vltimus 333.a b
Oſſa quæ quomodò iam olìm venerata 97.b & longè antè apud Iſraëlitas honorificè tractata 98.a
Oſuualdi regis manui quid miri obtigerit 600.b
Oues quomodò ſuas Chriſtus nutriat 207.a
ouium officium quod 157.
ouium veſtitus quid 164.a
Oziæ ſeu Azariæ regis temeritas quomodò punita 176.a

P

Palmitem vitiſque per fidem inſitum eſſe, non eſt ſatis 817.b
Panis ſuperſubſtantialis quid 52.b 53.a 211.b
panem & vinum
- in Chriſti corpus & ſanguinẽ tranſmutari 209.b 210.a 211.a 226.a b 228.a
- verbi Chriſti virtute ſanctificari & cõmutari 216.a
- non eſſe figuram corporis & ſanguinis Chriſti, ſed corpus & ſanguinẽ 209.b 210.a 226.a b
panem
- Dei verbo ſanctificatum, in Dei verbi *corpus immutari* 229.a
- non comeſtione, ſed verbo Dei, in Dei verbi corpus mutari 229.a

Digitized by Google

panem & vinũ aqua permixtum, offerendum 242.b 245.b
panem vitæ immortalitatem parere 229.a 231.a
panem in carnem hominis conuerti naturæ vi 227.a
pane alimur, quem tremunt angeli 207.a
panum propoſitionis & corporis Chriſti differentia 367.a
Paneas quo miraculo inſignita 108.b
Paradiſus, in quo cum Chriſto latro futurus erat, quis aut vbi 19.a
paradiſi fluminum quatuor myſtica deſignatio 625.b
Parentes primi quales creati 773.a
parentes { quomodò filijs honorandi 116.
monentur exemplo Heli 452.a
quàm præpoſtera laborent cura ibid. }
parentum primorum peccata quomodò aliena, & quomodò noſtra. 776.a
parentum { honor & reuerentia 115.
reuerentia & ſuſtentatio 116. 117.b
indulgentia quàm periculoſa 446. 447.b }
Particulæ in modicæ defectu, totum periclitatur 785.a
Participatione peccatum alienum committitur 454.
Paruuli { per baptiſmum eruuntur à poteſtate dæmonis 186.a 779.b
per alienum os fidem confitentur 790.b
per corda & ora geſtantium credunt 776.a
cur baptizantur 193.b
baptizandi propter peccatum originale 184.a b
baptizati non ſunt omninò ſine fide 185.b
baptizati, in numero fidelium & credentium ponuntur 186.a 187.a
non baptizati perirent 183. 185.a 186.a
baptizati non rebaptizandi poſteà 187.a
ſine communione ſacramenti Euchariſtię ſaluari poſſunt 373.b }
paruulorum baptiſmi aſſertio 186.b
paruulorum baptiſmum, eſſe traditionis Apoſtolicæ 131.a 185.a 193.b
paruulos { baptizari debere 184.a
ſine baptiſmo non ſaluari 185.a 186.a
iamiam natos baptizari poſſe 184.b
per ora & corda geſtantium renunciare 181.b 184.a 186.a }
paruulis & adultis baptiſmus neceſſarius 183.b 777.
paruulis { etiam virtutes & informans gratia infunduntur, quoad habitum 803.a
etiam occultiſſimã ſpiritus ſui gratiam infundit Chriſtus 802.b
quibuſdam clauditur aditus regni cæleſtis à parentibus 451.b
ſua per quos inuideatur ſalus 185.b }
Paſſio & merita Chriſti quibus proſint 13.
paſſiones ſiue affectus præcipui 635.a
Paſtor tacens, reus mortis pereuntium efficitur 444.b
paſtoris nomen quomodò Chriſto & Petro cõueniat 139.a
paſtoris ſententia, licèt iniuſta, timenda eſt 166.a
paſtores muti pro iniquitate populi damnantur 443.a
paſtores qui cur à Gregorio Magno increpati 611.b
paſtores & doctores qui conducant Eccleſiæ 154.
paſtorum Eccleſiæ poteſtas 131.
paſtorum & Eccleſiæ miniſtrorum periculum 442.a
paſtorum ſilentium quomodò reprehendatur 441.a
paſtoribus Eccleſiæ obtemperandum 154. 157.
Patientia quædam minimè laudanda 449.a
patientiam eſſe longè aliud, quàm duritiam 640.a
patientiam veram non facit pœna, ſed cauſa ibid.
patientia Dei abutentes 477.a
Patriarchę & prophetę quo nobis honore proſequẽdi 99.b quomodò pro quibus implorati 96.b 103.a
patriarcharum & prophetarum inuocatio 96.b 103.a
patriarchis polygamia cur olim licita 353.a
Patres noui teſtamenti nõ differuntur à patria cęleſti poſt mortem 84.b
patres { quales ſint iudices in dirimendis controuerſijs poſteà exortis 152.b
quid docuerint 153.a
quibus in rebus aliquando diſſentiant 152.b }
patrum conſenſus quantum habeat momenti 151.a 152.a
patrum conſenſio firmum eſt veritatis teſtimonium 148.
patrum in fide conſenſum contemnens, Deum contemnit 152.a
patrum in concilijs authoritas 146.
patrum authoritatem quanti faciat Pacianus 153.a
patrum quibus Auguſtinus contra Pelagium vſus, catalogus ibid.
Patrimonia à quibus quomodò diſtribuenda 667.a
Patrocinium pro nobis ſingulare apud Deum, quod 511.a
Paulus { ad credendum quodammodò compulſus 449.a
popoſcit auxilium ethnici Imperatoris 449.b
cur Petrum inuiſerit 136.b
quos notet de ciborum abſtinentia 532.b
quomodò omnia iubeat emi in macello ibid.
quomodò manducantem iudicari vetet ibid.
an prohibeat quoſuis dies obſeruari à Chriſtianis 115.a
cur Timotheo imperium, Tito patientiam præcipiat 445.a
tenet Dominum debitorẽ tempore iudicij 508.b
debitum flagitat à iuſto iudice 509.a
cur non meminerit coronæ virginũ, ſed tantùm vacuitatis moleſtiarum huius vitæ 685.b }
paulus virgo 690.a
paulus & Helias qua in re pares 679.a
D. pauli { diſcretio & prudentia 660.b
conſilium de continentia ibid.
cælibatus & continentia 684.a b 685.a 688.a
intentio in epiſtola ad Romanos 806.a }
paulo Apoſtolo qua conditione creditum ſit, aut non creditum fuiſſet 162.b
paulum & Iacobum ſibi de fide non aduerſari 503.b
Paulus eremita primus, qualibus in orando vſus geſtibus, & qua forma mortuus repertus 556.a
Paulinus Nolanus epiſc. quomodò ſeſe viduæ afflictæ ſeruum exhibuerit 598.a quos captiuos ſua ſeruitute liberauerit 598.b
paulinus, audito Euangelico conſilio, facultates ſuas pauperibus erogauit 662.a
paulini Nolani epiſc. mira pietatis & miſericordiæ exempla 597.b 598.a b
Paulæ viduæ quanta in pauperes liberalitas 597.b
S. paulæ inuocatio 90.b
Pauper, eſt via cæli 590.a
pauperis imprecatione omnia eſculenta vertuntur in lapides 615.a
Paupertas caput omnium virtutum 668.b in quo conſiſtat 670.b
paupertas Euangelica & voluntaria 660. 664. & ſeq.
paupertas Euangelica proprietatem reſpuit 664. 674.a
paupertas Euangelica, in communi viuere 676.a
paupertas quænam voluntaria beatos efficiat 672.b
paupertas voluntaria, martyrij genus eſt 672.b
de paupertatis Euangelicæ conſilio doctrina, vtrùm recens an antiqua ſit 667.b
paupertatis & perfectionis Euangelicæ ſectatores quo honore afficiendi 705.b
paupertatis voluntariæ conſilium 660.a
paupertatis voluntariæ priuilegium in iudicio 719.a
paupertatis votum, vide Votum.
paupertatem profeſſi Apoſtoli 665.
paupertatem & virginitatem non præcepiſſe Chriſtum, ſed conſuluiſſe 666.b
paupertate emitur regnum cælorum 672.b
Pauperes { non curioſè inquirendi 618.a
ſunt laturarij noſtri 581.b
quomodò à diuitibus tractandi ſeu fouendi 608.a
quibus contumelijs afficiantur 608.a
beati qui 672.a
ſoli voluntarij beati 672.b }
pauperes vexantium increpatio 587.b 618.b
pauperes ſimulationis accuſantium obiurgatio 588.a
in pauperes benignitas & clementia 593.a
in pauperes beneficia magis, quàm in diuites conferenda 617.a
per pauperes ſpiritu, quos intelligat Ambroſius 671.b
erga pauperes Ioãnis Eleemoſynarij cura & ſolicitudo 595.b

Digitized by Google

ſuper pauperem & egenum intelligere, quid ſit 591.b
pauperum exploratio repræhenditur 618.a
pauperum qualium ſit regnum cælorum 672.a
pauperibus omnia dare, ad perfectionẽ via ſuprema 588.b
quod pauperibus tribuitur, hoc tribuitur Chriſto 606.a
in pauperibus quæ conſideranda 616.b
Pauor in hora mortis quantus 319.a
Pax vera vbi 42.b
pax cæleſtis qualis 753.b
pax homini primo diuinitùs inſita 765.a
pax quomodò protoplaſtos deſeruerit 765.b
paci Eccleſiæ quantoperè boni conſulant Chriſtiani 32.a
pacem Eccleſiæ quanti faciant boni Chriſtiani 32.a
Peccatum
- quid ſit 375.a 376.a
- quotuplex ſit 376. 377.a 774.a
- quare fugiendum, & quàm ſit execrabile malum 378. 379.
- eſt cauſa mortis temporalis 709.a
- adfert metum magnum 382.a
- inſipientes facit ibid.
- etiam corpora inficit 382.a
- abigit cuſtodem angelum 382.b
- eſt voluntarius dæmon 382.b
- dæmone peius ibid.
- tribus modis impletur 383.a 384.a
- conſenſione perficitur 384.b

peccatum temporaliter perpetratum, cur in æternum puniatur 739.a 740.a
peccatum vnum trahit ad aliud 385.b
peccatum vnum altero grauius 376.
ad peccatum quomodò & per quos gradus peruenitur 382.
peccatum alijs ſuadentes, committunt peccatum alienum 428.a
in peccatum idem relabentium pericula 469.b
peccatum origin. vide Originale.
peccatum in Spiritũ ſanctũ quid ſit 460. & quot ſint ibid.
peccatum in Spiritum ſanctum quomodò dicatur irremiſſibile 461.b
peccatũ ſchiſmatis ne martyrij quidẽ ſanguine deleri 33.b
peccatum omne fieri contra legem Dei 376.b
peccatum non omne eſt crimen 377.a
peccatum Adæ toti generi humano nocuiſſe 775.a ſolum etiam ſufficere ad condemnationem ibid.
peccatum Adæ dicit Pelagius imitatione ſolùm nocuiſſe alijs 773.b
peccatum voluntarium Adæ, propagatione deriuatum in nos 774.a
peccatum & mors in poſteros Adæ ſimul transfuſa 773.a
peccatum & mors mundo per Adamum illata 773.b
peccatum ad mortem quid 474.a
peccatum ad mortem, eſt fidem viuam vſque ad mortem deſerere 480.b
peccatum ad mortem, inuidentia fraternę charitatis 475.b
peccatum non eſt, ſentire, ſed conſentire 386.a
peccatum & opus quoq; bonum, eſſe voluntarium 785.a
peccati
- labes 53.
- deſcriptio 194.a
- defenſio quàm execrabilis 478.b

peccati grauitas ex difficultate remedij colligitur 380.a 382.b
peccati lex eſt violentia conſuetudinis 385.b
peccati ſpecies in Spiritum ſanctum quomodò diſtinguantur 461.a
peccati & peccatoris inquiſitio circunſtantiarum 289.b
peccato nihil immundius 382.a
peccato alieno maculantur, qui diſſimulant corrigere cùm poſſunt 442.b
peccato mortali gratiam, ſed non fidem amitti 827.
de peccato in Spiritum ſanctum triplex S.Patrum ſententia 460.a 461.a
peccata fœtus concupiſcentiæ 780.b
- non aſtris, ſed voluntati noſtrę ſunt adſcribenda 788.a
- quàm grauiter à Deo puniuntur 379. 500.
- quomodò facilè vitantur 385.
- quomodò expiantur 490. 493.b 495.a b 586.b 592.a b 593.a

peccata
- varijs modis in noua lege remittuntur 492.b 493.a b
- quibus operibus purgentur, & redimantur 495.b
- omnia præterita regeneratione remittũtur 781.a
- tolluntur merito Chriſti mediatoris, per Sacramenta applicato 491.a
- omnia baptiſmo deleri, comparatione pulchra oſtenditur 192.a
- ablui per pœnitentiam poſſunt, donèc viuimus 472.a
- eleemoſynis redimuntur 301.b
- quædam Eccleſia remittere poteſt pœnitentibus 480.a
- per ſpecies ſingulas recolenda 286.a
- Deo & Sacerdoti confitenda 468.b
- cui quiſque ſua confiteri debeat 158.160.b

ad peccata remittenda poteſtas & gratia ſpiritalis Apoſtolis donata eſt 278.a
peccata remittendi poteſtas non ſolis Apoſtolis conceſſa 278.a
peccata remittendi poteſtas ab Apoſtolis ad ſacerdotum officia tranſmiſſa 277.b
peccata defendere, quanta ſit iniquitas 476.a
peccata ſola inuſitata exhorreſcimus 490.b
peccata quædam malos antecedere, quædam poſt mortem ſequi 417.a
peccata quotidiana quæ ſunt 499.a quibus operibus purgantur 498.b 499.a 500.a
peccata minuta & venialia non contemnenda 497.498.b 499.a b
peccata leuia cur vitanda etiam ſint 498.b 499.a b
peccata minuta quomodò occidant etiam animam 499.a
peccata leuiora quibus remedijs purgentur 499.a
peccata ſiue minuta, ſiue magna, impunita eſſe non poſſunt 501.a
Vide etiam, Veniale
peccata aliena quæ dicantur 427. quot ſint, & quot modis committantur 429.
peccata occulta aliter arguenda quàm publica 446.b
peccata capitalia ſeptem maximè fugienda 387.
peccata in cælum clamantia 481.
peccata omnium vbi tandèm detegenda 727.a 730.b
peccatorum longa catena 382. 384.b 385.b
peccatorum via quid 427.b
peccatorum gradus 384.b
peccatorum fructus 727.a
peccatorum memoria quàm fructuoſa ſit 284.b
peccatorum confuſio apud inferos qualis 740.b
peccatorum fœditatem & damna animæ non expendentium repræhenſio 284.b 285.a
peccatorũ vinculis implicatus, quò confugere debeat 293.b
peccatorum confeſſio, vide Confeſſio.
peccatorum remiſſio theſaurus magnus 35. quî aut vndè nobis comparatus ibid.
peccatorum remiſſio, in Eccleſia militante obtineri poteſt 36.a 37.a
peccatorum laborioſa remiſſio per pœnitentiam 286.b
peccatorum omniũ in baptiſmo indulgentia 190.a b 191.a
peccatorum remiſſio ęqualis in baptiſmo, gratia non item 190.b
peccatorum remiſſio quibus præſtetur 522.b
peccatorũ remiſſionẽ per ſacerdotes fieri in hac vita 291.a
peccatorum remiſſionis qui ſint capaces 35.
de peccatorum remiſſione reuelationem expectans, repræhenditur 463.b
peccatorum grauium & leuium diſcrimen ſubindè difficile 497.a b 498.a
quorum peccatorũ grauitatem ex ſcriptura cognoſcamus 498.a
peccatorum principijs obſtandum 499.b
à peccatis quo pacto cor mundetur 808.a
in peccatis perſeuerare, quàm pernicioſum ſit 476.a
in peccatis permanendum non eſt ſub ſpe miſericordiæ diuinæ 463.b
peccatis abſque leuibus vitá non ducitur 815.a
peccatis leuibus in hac vita carere non poſſumus 809.b
peccatis alienis quibus modis communicatur 428.a

Peccator

Peccator per quos gradus deſcendat ad profundum 384.a
peccator ſi ad pœnitentiam conuertatur, poteſt veniam conſequi 467.a
peccatori Chriſtiano quò confugiendum ſit 467.a
peccatori ad Dei miſericordiam confugiendum 826.a
peccatores peccatis obnoxios in precanda venia precatoribus alijs opùs habere 89.b
peccatores an etiam exaudiat Deus 553.a
peccatoribus temerè quidā promittunt indulgentiā 466.a
Peccantem qui non increpat, vnà cum peccante flammis tradetur 442.b
peccantes in Spiritum ſanctum qui 36.a
peccantes, diabolo animam vendūt viliſſimo precio 382.b
peccantes apud ſuperiorem deferre, beneuolentiæ & charitatis officium eſt 442.a
peccantium in hac vita proſperitas, cuius argumentum ſit 382.b
peccantium damnatio participat reliquos 434.b
peccantibus pueris an ſit ſeptuagiès ſeptiès ignoſcendum 445.b
Peccare in Patrem & Filium, quid ſit 460.
peccare etiam contingit iuſtos 815.a
peccatur tribus modis 462.a
peccandi conſuetudo 385.b
peccandi conſuetudo facit vt de peccato homo etiam glorietur 490.b
peccandum non ideò, quia Deus ad ignoſcendum pœnitentibus facilis 280.b
Pectoris inunctio 180.b
Peculiaritati ſtudens, cor monachi non habet 677.a
Pedem vtrunque Domini, miſericordiam & veritatem ſcilicet, oſculari debemus 468.b
Pelagij error 768.b 791.a 833.b
pelagij error de gratia 784.a
Pelagianus error, baptiſmo radi peccata, non tolli 780.a
pelagianorum hæreſis de peccato Adami 773.b 774.a
pelagianicæ in Pauli locum expoſitionis abſurditas 775.b
Pepuzianorum hæreſis 327.a
Peregrinos tempore famis vrbe non arcendos 614.b
Peregrinari ad loca ſancta, non ità nouum aut recens eſſe 663.a
Peregrinationes ad Sanctorum ſepulcra à Chryſoſtomo laudatas 90.b item à Prudentio 92.a
Pereunt ea ſola, quæ non dantur 583.a
Perfectio quæ, quomodò in noſtra ſit poteſtate 666.a
perfectionis conſilium quale 673.a
perfectionis viæ quæ 588.b
perfectionis ſumma in charitate conſiſtit 692.
perfectionis maioris eſt, nihil habere proprium 674.a
perfectionis euangelicæ ſtudioſi 692.
perfectioni ſtudere, eſt eſſe perfectum 706.a
Perfecti nonnunquàm in fine labuntur & pereunt 820.a
Periculum eorum, qui ſæpiùs relabuntur 469.a
periculorum deſpicientia quantæ ſit æſtimationis 641.a
Perſeuerantia
- Dei donum, incertum, quis acceperit dum viuit 821.b 822.a b
- incerta, præmium eius certum 823.b
- in orando neceſſaria 553.a 561.a
perſeuerantia orationis Deo grata eſt 570.b
de perſeuerātia ſua nullus ſine reuelatione Dei certus 823.b
de perſeuerantia ſua primos parentes ante peccatum certos non fuiſſe 823.b
perſeuerantiæ laus 639.b 694.a
Perſeuerantium raritas, cum timore & tremore iuſtè viuendum, nos admonet 824.b
perſeuerandi & inchoandi gratiam à Deo dari 823.a
perſeueraturis inconſtantes vtiliter mixti 825.a
Peruerſi multi, facti ſunt boni 787.b
Peſtis in Perſas infideles graſſantis mira per crucis impreſſionem repulſio 16.b
Petitiones orationis Dominicæ, vide Orat.
Petenda quomodò ſint temporalia 570.a
petendæ veniæ modi quales 619.b
petita, multa differuntur, non negantur 552.b 553.b
petita cur aliquando non impetremus 553.a 564.b
petenti veniam vt minimùm condonanda eſt culpa 619.a
Peti vult Deus à ſe magna 552.b
qui non petant in nomine Ieſu, id eſt, Saluatoris 552.a
qui petere dicantur in nomine Saluatoris 570.a
vt petamus, Deus monet 564.a
Petrus
- Apoſtolorum primus 138.a
- primus Pontifex & ſummus ſacerdos noui teſtamenti 328.b
- totius Eccleſiæ caput 142.a
- à Chriſto caput Eccleſiæ conſtitutus eſt 29.b
- Eccleſiæ petra, Apoſtolorum vertex 89.b 138.a b
- Apoſtolorum os & princeps 138.b
- caput & princeps Apoſtolorum, licèt omnes in Apoſtolatu pares fuerint 28.b
- Apoſtolorum vertex, fundamentum, petra ſtabilis, Eccleſiæ princeps & columna 138.b
- ſpiritualis Iſraelis columna 138.b
- Eccleſiæ fundamentum 137.b
- Eccleſiæ paſtor & caput, & adamantinum fundamentum 138.b
- Eccleſiæ petra, & firmamentum 37.a 138.b
- petra & crepido Eccleſiæ Catholicæ 141.a
- aliter petra, aliter Chriſtus 138.b
- aliter primarius omnium paſtor, aliter Chriſtus 139.a
- vndè ſit dictus petra 137.b 138.a
- quibus epithetis à Chalcedon. ſynodo nominatus 141.a
- ex infirmitate peccauit, Dominum ſuum negans 462.a
- ſedit in cathedra Romana, in qua quinam illi ſucceſſerint 136.b
- Romæ eſt ſepultus 101.a
- orare pro nobis non ceſſat 96.a
petrus quid ſignificet 138.a
petri Apoſt.
- primatus 135.
- poteſtas 37.b 137.b
- cura & interceſſio pro Eccleſia Romana 523.b
- merita, cura, & auxilium in adminiſtratione Pontificiæ dignitatis 95.b
- inuocatio 89.b 90.a
- priuilegia 139.a
- præ cæteris Apoſtolis priuilegium 29.b
petri cathedra vndè Romam tranſlata 142.a
petri ſedes, & continuata in ea Rom. Pontif. ſucceſſio, petra eſt inſuperabilis 137.b
penès petri ſedem, vniuerſalis Eccleſiæ cura 140.b
petri arbitrio claues cæli traduntur 37.a
D. petri principatui detrahentes quò ſe demergant 29.b
S. petri carcer omni veneratione plenus eſt, & ſolum, in quo decubuit 101.a
S. petri catenæ vim miraculorum habent ex propiori contactu 100.a diuina gratia repletæ ſunt 100.b diabolus eas exhorret & fugit ibid.
S. petri catenas & gladium videntes & tangentes, ipſum videmur Apoſtolum videre & tangere 101.a
S. petri gladius vt res quædam veneranda, & tanquàm cæleſtis theſaurus aſſeruatur 100.b eius vis ibid.
B. petri inſtituta & Rom. Eccleſiæ obſeruanda 178.b
B. petri & Apoſtolorum de confirmatione doctrina 205.a
petro
- datæ claues, non cæli, ſed cælorum 138.a
- ad Eccleſię vtilitatem communem claues datę ſunt 138.a
- principatus datur ad cauendum ſchiſma 138.a
- orbis Eccleſiæ, & populorum multitudines committendæ 138.b
- cura fratrum & orbis terrarum commiſſa 138.b
petro eiuſq; ſucceſſoribus cura ouium commiſſa 136.a
petro principatum adimentes, ſeipſos ad inferna demergunt 139.a
in petro ſe ædificaturum Eccleſiam ſuam Chriſtus prædixit 138.a
in petro error habere locum non poteſt, niſi ante primatum acceptum 138.a
B. petrum
- propter Apoſtolatus ſui primatum, Eccleſiam repræſentāſſe 138.
- ſediſſe in cathedra Eccleſiæ Rom. 137.b
- adhuc officium paſtoris auxilio & orationibus exercere 95.b

Digitized by Google

- Romanæ vrbis curam gerere ſpecialem 95.b
- à petra dictum, non petram à Petro 138.a
- vnum Apoſtolis & omnibus Eccleſiæ Patribus præpoſitum 139.a

ſuper Petrum ædificatam eſſe Eccleſiam 137.b
petrum & Paulum vno eodemq́ tempore Romæ paſſos, Rom. Eccleſiam conſecrâſſe 141.b
petrum & Andream, quod olim in carne potuerunt, poſſe etiamnum 89.b
Petri publicani mirus ex auaro in liberalem trâſitus 596.a
Pharao iuſtè permiſſus eſt obdurari 477.b
pharaonis cor quomodò induratum dicitur 477.a
pharaonis obduratio vndè 477.b
pharonis obduratio ſimilitudine explicatur ibid.
Pharaonicæ obdurationis cauſæ 477.a
Phariſæos à Chriſto redargutos, non cathedram Moyſis ſpretam fuiſſe, quid ſibi velit 137.b
Philo Iudæus
- quid de S.Marco, eiusq́ diſcipulis ſcriptû reliquerit 661.a 663.b
- quid de Eſſæis ſcripſerit 697.a
- de quibus Chriſtianis ſcripſerit 699.a
- quid ſcribat de Chriſtianis Alexandrinis 702.b

philonis cum D.Petro colloquium 697.a 699.a
philonis de vita contemplatiua operum ſumma 697.b
philonem
- deſcripſiſſe monachorum & religioſorû mores 697.a
- de Ieſſæis Chriſtianis, eorúmque monaſterijs ſcripſiſſe 698.b
- ſub Eſſænorum vocabulo, cœnobitarû vitam ſcripſiſſe 699.a
- cum Petro Apoſt. locutum Romæ fuiſſe ibid.

Philoſophi cuiuſdam mortui mirum & pium chirographum 601.b
Philoxenus quidam nondùm baptizatus, quomodò factus epiſcopus 110.b
Phœnicem ex ſuo puluere reuiuiſcere 226.b
Pictura idiotarum libri 108.a
pictura immolationis Iſaac, Gregoriû ad lachrymas commouit 106.a
picturæ cur in Eccleſijs adhibeantur 108.b
picturæ, qua Nyſſenus ad lachrymas motus fuit, deſcriptio 106.a
picturam fuſilem amauiſſe Chryſoſtomum 106.b
Pictæ hiſtoriæ ſacræ quid vtilitatis adferant 110.b
pingendæ hiſtoriæ ſacræ in parietibus 106.b
Pingi S.Petrus & D.Paulus cum Chriſto ſimul olim ſolebant 107.b
Pietas quid 81.b quantaq́ ſit ſapientia 2.
pietas humilitatis ſocia 608.a
pietas ſapientiæ nomine appellata, quæ habeat Græca nomina 170.a
pietas recta quæ 81.b
pietas curioſorum vtriuſque ſpeciei appetitorum qualis 255.
pietas maior eſt Dei, quàm quæuis iniquitas 471.a
pietas erga Deû, omnibus carnalibus præferenda eſt 669.a
pietas pro Deo, non eſt crudelitas 447.a
pietatis officia Deo placet, quæ exhibentur mortuis 609.b
pietatem in cælo augeri 87.b
ad pietatem quid externa conferant 170.
Plato pleraque ſua ex doctrina Iudæorum hauſit 97.a
Pœna
- quare ſit productior, quàm culpa 298.a
- non ſemper cum culpa dimittitur 826.
- poſt dimiſſam culpam luêda reſtat nonnunquàm 295.a
- nonnunquàm reſtat exoluêda in Purgatorio 307.b

pœna vna implicat, quos vnus reatus ligat 736.b
pœna peccati in homine, culpam præceſſiſſe arguit 773.a
pœna quorundam vtilis ſaluti aliorum 447.a
pœna in ſpoliatores Eccleſiæ 455.b 457.b
pœna terribilis in ſacrilegos 455.a
pœna eius qui prædia Eccleſiæ abſtulit, & Epiſcopo vim intulit ibid.
pœna inferni non eſt tranſitoria vel phantaſtica 735.b
pœna blaſphemorum apud inferos qualis 736.b
pœna perfidiæ 35.a b
pœna damnatorum duplex 734.b
pœna quanta diuini aſpectus priuatio 739.a
pœna poſt veniam culpæ, emendatio eſt, & medicina 298.b
pœnæ diuinitùs inflictæ, quando vim ſatisfaciendi habeant 296.b
pœnæ inferni 731.
pœnam non euaſiſſe Dauid poſt acceptam veniam peccatorum, ſed adhuc luiſſe 298.b
pœnam luens, etiam affinis eſt culpæ 771.b
pœnarum vitæ præſentis & futuræ differentia 736.a
pœnarum in inferno inæqualitas 377.b
pœnarum & cruciatuum in inferno diuerſitas 728.b
pœnarum infernalium copia & varietas 732.a b 733.a b
pœnarum infernalium diſcretio & differentia 735.a 736.a 737.a 740.a b 741.b
pœnarum inferni egregia deſcriptio 736.b
pœnas gehennæ nunquàm terminandas 741.a 742.b
pœnas inferni quomodò euadere poſſimus 739.a
pœnas inferni humanitùs leuigantium increpatio 738.b
Pœnitentia
- vnicum ſolatium poſt baptiſmum 285.a
- ſecunda poſt naufragium tabula 280. 276.a 280.b
- quàm ſit vtilis 728.b
- Deum mitigat 296.a
- penitùs delet peccata 298.b
- quantitati peccati commoderanda 302.b
- quomodò agenda 36.b 302.b
- ab operibus miſericordiæ nô ſit ſterilis 582.a
- ſine ieiunio infrugifera eſt 519.b
- infructuoſa quæ 740.a
- quando inutilis & ſera 730.a
- vbi & quando ſera 739.a
- in iudicio ſera 721.b
- agenda ante diem mortis & iudicij 726.b

pœnitentia veteris vitæ quàm neceſſaria 284.a
pœnitentia noſtra opus eſſe, quâuis Deus nobis omnia condonauerit 295.a
pœnitentia ante baptiſmum 800.a
pœnitentia ad baptiſmum accedentis 800.a
pœnitentia ante baptiſmum diſtincta ab ea, quæ poſt baptiſmum fit 276.a 826.
pœnitentia eorum qui ſe inebriant, & qui alios ad ebrietatem cogunt 414.b
pœnitentia eorum qui voluntariè perpetrârunt homicidium 482.a 483.a
pœnitentia ad mortem vſque dilata quàm periculoſa ſit 467.a 468.a
ſine pœnitentia ex hac vita non migrandum 713.b
pœnitentię ſacramentum
- quid 274.
- cur, quando, & à quo inſtitutum 275.b 276.a
- relapſis neceſſarium 280.
- à baptiſmo quid differat 280.a
- quando ritè accipiatur & operetur 281.

ad pœnitentiæ ſacramentum tria requiruntur 281.
pœnitentiæ ſacramenti
- materia & forma 281.b 282.a
- miniſter 276.a
- vis & vſus 173.b 269.b 313.a
- lucerna 287.a
- commendatio 312. 313.a b
- eſſentiales partes quot 281.

pœnitentiæ portus cur inſtitutus 469.b
pœnitentiæ tempora quorum ſit conſtituere 286.a
pœnitentiæ veræ quid neceſſarium 284.a
pœnitentiæ & baptiſmi neceſſitas & collatio 280.a
pœnitentiæ initium, gratię tribuendum 798.a
pœnitentiæ inhærendum vt naufragus tabulæ 280.b 302.a
ſine pœnitentiæ ſacramento non recuperari amiſſam iuſtitiam 276.a
pœnitentiæ opera 302.a
pœnitentiam verè & propriè eſſe ſacramentum à Chriſto inſtitutum 275.b
pœnitentiam fuiſſe ſemper neceſſariam ad gratiam & iuſtitiam aſſequendam 275.b
pœnitentiam veram ſemper amplectitur Deus, quanuis breuem 472.a

pœniten-

Digitized by Google

pœnitentiam noſtram Dei miſericordia niti 298.a
pœnitentiam agere quantoperè nos moneant ſcripturæ 282.a b & ſeq.
pœnitentiam agere nihil prodeſt, niſi ità agatur vt oportet 250.a
pœnitentiam eſſe laborioſum per lachrymas & gemitus baptiſmum 280.a
pœnitentiam vſque ad mortem differentium periculum quantum 714.a 715.b
Pœnitens abſoluitur, peccatis ſingulatìm expoſitis 288.a
pœnitens Dei iuſtitiam metuere, & nihilominùs de miſericordia eius confidere debet 470.a
pœnitentis ac Lazari reſuſcitati comparatio 279.b
in pœnitente requiri tres actus 282.a
Pontifex ſummus Eccleſiæ 26. 135.
pontifex Rom.
- in vniuerſum orbẽ primatum tenet 37.b
- Eccleſiæ vniuerſalis epiſcopus 141.a
- Eccleſiæ paſtor eſt 135.
- paſtorum omnium paſtor 136.a
- Epiſcoporum cauſas examinat 141.a 143.
- per Legatos præeſt Concilio 141.a
- in fidei negocijs iudex eſt 140.a
- hæreſum & errorum repurgator 142.b
- iniuſtè damnatos reſtituit 142.b

pontificis Rom. quanta dignitas & authoritas 37.a 136.a 141.a 154.
pontificis Rom. poteſtas quanta 37.b
pontificis Rom. eſt, fidei corruptores conterere 141.a
pontificis Rom. authoritas implorata ad ſedandam tempeſtatem Pelagianæ hæreſis 140.a
pontificis ſummi contemptus, hæreſum & ſchiſmatum cauſa eſt 140.a
pontifici Rom. quæ ſolicitudo incumbat ibid.
pontifici detrahentes, Patribus omnibus ac Synodis detrahere 135.
pontifici Rom. non communicantes, ad Antichriſtum pertinere 139.b
pontificem Rom. Apoſtolos honore ſequi 139.b
ad pontificem Rom. controuerſiæ de fide referendæ ſunt 141.a 142.a
à pontifice Rom. petitur Concilij Carthag. confirmatio 140.a
pontificum munus 201.a
pontificum ſummorum conatus in conſeruanda tuendaꝗ vera fide 150.b
pontificum ſucceſſio ab Apoſt. Petro, illuſtris eſt Eccleſiæ nota 345.
pontificum Rom. aliquot catalogus 136.b 137.a
Poſſeſſio priuata excluſa à vita communi 674.a
Poſſidendum nihil priuatìm in fratrum ſocietate 675.b
Poſtulanda quæ ſemper & ſine conditione 554.a
poſtulandum nihil ſit contra ſalutem 552.a
poſtulandum à Deo quid potiſſimùm 552.b
Potandi beluina conſuetudo quæ 413.a
Potentia qualis in cælo futura 752.a
potentiam Dei non eſſe metiendam ſecundùm noſtram 218.b
Poteſtatem & authoritatem prohibendi habentes, culpantur, ſi non prohibeant mala 447.b ſimilis eos pœna manet cum peccantibus ibid.
poteſtates à Deo concitantur aduerſùs hæreticos 449.b
ad Potum & cibum immoderatum alios inuitantium reprehenſio 414.a
Pratum ſpirituale qualis ſit libellus 600.b
prati ſpiritualis mira lepidaꝗ aliquot exempla 601.a b 602.a
Prçceptum de colendo Sabbato, quomodò ad Chriſtianos pertineat 113.b
præceptum non mœchandi, quomodò differat à præcepto non concupiſcendi vxorem alienam 116.a
præcepta Dei
- omnia ex Decalogo pendent 78.a
- ſunt facilia 79.b
- eſſe nobis impoſſibilia, iuſtitię & pietati diuinæ repugnat 80.b blaſphemia eſt execrabilis ibid.

præcepta primæ tabulæ quot ſint, & quot ſecundæ 115.a
præcepta tabulæ ſecundæ quàm ſint merè naturalia 116.b
præcepta Euangelica 76.b
præcepta Eccleſiæ, vide Eccleſiæ.
præcepta charitatis quot & quæ 74. 75.
præcepta cæremonialia veteris legis cur abrogata 523.a
præcepta ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta, æquè ſeruatu neceſſaria 129.b
præcepta nos omnia ſeruare oportet 812.b
à præcepto liber eſt, cuius defertur arbitrio 660.a
ad præceptorum obſeruationem iuſtificati adſtringuntur 79.a
præceptorum difficultas, ſi qua eſt, Dei auxilio ſuperatur 814.a
præceptorum Dei trium primorum ſumma quæ 115.
præceptorum ad proximum pertinentiũ ſumma quæ 115.
præceptorum & conſilij diſcrimen 684.a
præceptis & monitis Dei obtemperandum 813.a
Præcepiſſe Deum impoſſibilia, blaſphemũ eſt ſentire 813.b
Prædeſtinatio Dei
- incerta eſt 820.
- apud nos incerta, apud ipſum incommutabilis 820.a
- quòd ſit incerta, vtile eſt 464.a

de prædeſtinatione ſua nemo hic certus eſt 820.a 823.b
etiam omnibus iuſtis timendum 820.b
Prædeſtinatos ſe præſumentium increpatio 468.a
Prædicatio quorum tantùm valere debeat 362.a
Prædicanda ſunt à ſpeculatore duo, fides & bona opera 445.a
prædicandum eſt in eccleſijs, non in occultis conuenticulis hæreticorum 324.a
prædicandum auditoribus etiam inuitis aut negligentibus 444.a
prædicandi & docendi officium quibus commiſſum ſit 327.a
prædicare ſolùm debent, qui mittuntur 324.a
Præmium verus amor meretur 72.b
præmium piorum 752.a
præmium non poſcendum ante meritum 507.b
præmium & mercedem quærentium, quæ Deo ſeruientibus debetur, increpatio 746.b
præmia laborem noſtrum ſuperatura 660.b
præmia quos non inuitant, ſupplicijs territum iri 742.b
præmiorum retributio quanta pro meritis futura 743.b
præmiorum incremẽta reſpondere incrementis virtutum 654.b
præmiorum in cælo quanta futura diuerſitas 41.a
præmiorum & pœnarum diſparitas 738.b
prẹmiorum ne an ſupplicij intuitu rectè agendũ ſit 759.b
Plura vide Merces.
Præpoſitorum Eccleſiaſticorum ſtatus quid præter vitam bonam exigat 442.b
præpoſitis non obtemperantes, Deum ſentient vltorem 544.a
Præſcientia Dei non adimit nobis poteſtatem 785.b
Præſumptio peccatum eſt in Spiritum ſanctum 462.
præſumptio & deſperatio quales, vndéve oriantur facilè 48.b
præſumptio & deſperatio æquè vitanda 820.a
præſumptio temeraria prædeſtinationis 820.
præſumptioni quomodò obuietur 469.b
nec præſumendum, nec deſperandum 463.a
Preces & interceſſiones B. Virginis & Sanctorum 57.a b
preces Sanctorum 511.b
preces Sanctorum Dei iræ reſiſtere poſſunt 555.a
precibus Sanctorum retineri poteſt Deus ibid.
precibus & ſatisfactionibus exorari Chriſtum 301.a
precibus longa ſatisfactione Dominus placandus eſt 494.b
precibus aliorum ſe non indigere putantium reprehenſio 569.b
Precantes exaudit Hippolytus ex Chriſti munere 93.a
precantibus aſſiduè Deum multa largiri 568.b
Precandi deſiderio qui non tenentur, quid præ ſe ferant indolis 567.b
ad precandũ frequenter exemplo Dauid incitamur 569.a
precari multum, & loqui multum, quomodò differant 563.b
Precium regni cælorum quantum 743.b
precij vocabulo crucem à Paulo inſinuatam 15.b

Digitized by Google

Presbyteri vocabulum vndè,& quid 334.a
Presbyteri ordinatio quomodò fieri ſolita ætate Auguſtini 334.a
presbyterum ab Epiſcopo non diſtingui, hæreſis eſt Aërij 335.b
in presbyterum impœnitentem horrendum Dei iudicium 274.b
presbytero,qui frequenter indignè ſacrificauerat, in infirmitate,leonum ſpecie,dæmones minitantur 274.a igni torrentis inſtar cælitùs prolapſo terretur 274.b
presbyteri ſeptuagintaduorum diſcipulorum locum tenent 332.a b
presbyteri audiendi qui 135.a
presbyteri & ſacerdotes ſunt miniſtri ſacramentorũ 327.a
presbyterorum ordo & officium 334.a
presbyterorum & Epiſcoporum conuenientia & diſcrepantia 334.a
presbyteros Chriſti corpus ſacro ore conficere 224.b
Primates in Eccleſia qui 328.a
primates vel Patriarchæ inſtituti ab Apoſtolis, ordinante Domino 318.a
Principes ſeculares in ſynodis ſe non paſtores, ſed oues arbitrari debent 147.a b
principes ſeculares immiſcentes ſe rebus Eccleſiaſticis, Antichriſto Athanaſius comparat 147.b
principes rationem reddituri ſunt, ſi non moueantur aduerſus diſſipatores Eccleſiæ 449.b
principum præſentiam in ſynodis celebrandis haud neceſſariam 147.b
principum eſt Eccleſiam defendere 449.a
Probatio, quæ fit ante communionem, quomodò intelligenda 269.a & qualis neceſſaria 269.b 271.a
Probi cur aliquando egeant 582.b
non Proficere, deficere eſt 706.a
proficere quoſdam vltra generalia diuinæ legis præcepta 705.b
proficiendum eſſe continenter 706.b
non Progredi in via vitæ, regredi eſt ibid.
Promiſſa Chriſti centuplicato fœnore redduntur 667.a
Promiſſionibus diuinis non credentes, Phariſæis comparantur 581.a
Prophetæ
- cur apertiùs de Eccleſia quàm de Chriſto prophetârint 27.b
- quomodò nobis honorandi 99.b
- vndè inuocati 103.a
Proprium aliquid nulli licebat in ſocietate Auguſtini habere 676.a
Proprietas quæ mala ſecum adferat ibid.
proprietas cur monacho vitanda 675.a
Proprietarij religioſi Iudæ proditori comparantur 675.b
proprietariorum meditatio ibid.
Proximus quem offendimus placandus 620.b
proximi vulnera non negligenda ſunt 446.a
proximi noſtri quinam ſint 70.b 73.a b
proximum quando diligamus ſicut noſipſos 70.a
proximum ad ſalutem perducere, quàm præclarũ ſit 610.a
Prudentia
- quid ſit 623.a 624.a & in quo conſiſtat 623.a 624.a
- quotuplex & qualis 625.a b
- quàm ſit in omni actione neceſſaria 625.a
- quibus neceſſaria 624.a
- ſapientiæ connexa eſt 627.b
- quomodò in ſcripturis commendata 625.a b
- quando frigeſcat 622.b
prudentia perfecta in hac vita non omninò habetur 627.b
prudentia ſerpentis in quo imitanda 626.b 627.a
prudentia ſimulata quæ 627.b
ad prudentiam rectum de rebus iudicium pertinet ibid.
Prudentes & ſimplices nos eſſe oportere ibid.
Pſallendi vtilitas 562.a
Pſalmi pœnitentiales quando apud ægrotum legendi 613.a
pſalmos pœnitentiales ſibi ante oculos ſcribi iuſſit æger Auguſtinus 713.b
Pſeudoprophetæ ſemper dulcia pollicentur 440.a
Pudicitiæ laus 691.a
Pueri baptizati ante rationis vſum mortui, ſine purgatorio ſaluantur 309.a
cur pueri benedicendi offerantur poſt caſtitatis conſilium 687.b
de puero blaſphemo terribile exemplum 452.a
Purgatorius ignis 32.b 305
purgatorij ignis
- aſſertio 32.b 306.a b 309.b 311.b
- baptiſma 306.b
- grauitas 305.a 307.a 311.b
purgatorio quinam ſe vanè ſaluandos ſperent 465.a
purgatorio igne qualia peccata expiãda, qualia nõ itẽ 307.a
de purgatorio & ſuffragijs viuorum, Eccleſiæ Catholicæ doctrina 307.b
purgatorium poſt mortem reſtare, nõ credidiſſe antiquos hæreticos 311.b
purgatoriæ pœnę cur ſuſtineantur 307.b quibus modis releuentur ibid.
purgatorijs flammis nonnullos expiari 311.b
in Purgabilibus locis neglecta centupliciter reddi 307.b
Purgatus ſemel ad peiora delabi poteſt 821.a

Q

Quadrageſima
- deſignat vitæ noſtræ tempus 540.b
- deſignat vitam præſentem 541.b
- remedium eſt animarum 518.a
- integrè ſeruanda 541.b
quadrageſimæ obſeruatio qualis debeat eſſe 535.b
quadrageſimæ religioſa obſeruantia 524.b
quadrageſimæ ieiunium
- ex traditione Apoſtolorum obſeruatur 542.b
- congruo anni tempore obſeruatur 514.a
- cur Eccleſia ante Paſcha ſeruet 548.a
- in totum non obſeruare, ſacrilegum eſt: ex parte violare, peccatum 538.a
- pro quibus potiſſimùm ſit inſtitutum 514.b
- cur ab omnibus ſuſcipiendum 525.a
quadrageſimæ ieiunium Moyſes, Helias & Chriſtus commendant 540.b
quadrageſimæ ieiunium vniuerſale 519.b 525.b
quadrageſimæ ieiunia ex Chriſti præcepto indicta 538.a b
quadrageſimæ & quatuor temporum ieiunium, cuius ſint traditionis 131.b 514.a
quadrageſimæ ieiunium, feriæ quartæ & ſextæ antiquitùs obſeruatum 159.b
quadrageſimæ dies
- habent Chriſtiani ieiunijs conſecratos 541.a
- quàm ſalutares ſint 540.a
- corporibus ſalubres, & animæ medicinales 538.b
- totius anni decimę deputantur 542.a
quadrageſimæ & ieiuniorum dies ſumma deuotione obſeruandi 158.b 159.a b
quadrageſimæ diebus omnibus, exceptis Dominicis, ieiunandum 539.a 542.a
quadrageſimæ tempus medicabile ad curãda peccatorum vulnera 539.b
quadrageſimæ tempore contracta ſceleribus peccata ſoluuntur 538.a
quadrageſimam
- Chriſtus ſuo ieiunio conſecrauit 537.b 538.a
- non tam ex Sacerdotum, quàm Dei præcepto obſeruamus 538.a
- obſeruari in toto orbe ex inſtitutione Apoſtolica 515.a
per quadrageſimam vitæ præſentis error ſignificatur 541.b
in quadrageſima
- religioſiùs viuendum 524.b
- ab ouis & lacticinijs abſtinendũ 516.b
- abſtinebant olìm à vino & carnibus 535.b 539.a
- quomodò, & à quibus tempore Bernardi ieiunatum 540.b
- olìm non prandebatur 537.b
- ante veſpertinum officium manducare non licebat 517.a

in quadra-

in quadrageſima pecudum mactationes ceſſare 518.a
In quadrageſima quotidiè ieiunandum: alioquin tota violatur 536.b
in quadrageſima non ieiunantes peccant 539.a
in quadrageſima carnibus veſcentiũ reatus quantus 542.a
in quadrageſima clandeſtini carnis eſores, quomodò ſuis depicti coloribus 535.b
in quadrageſima
- decimæ anni dandæ ſunt 516.b
- dantur totius anni decimæ 514.b
- diſcernuntur boni à malis, & hęreticus [illegible]fideli 540.a

Quadrageſimale ieiuniũ
- quando, & à quibus inſtitutum 525.a
- quomodò tranſigendum 542.a
- à nobis obſeruandum, & quo fructu 539.a
- accuratiùs à Clero obſeruandũ 516.a
- quomodò obſeruandum 159.b
- & ex veteribus libris & ex Euãgelio authoritatẽ habet 541.a
- quorum exemplis cõſecratum fit 539.a
- Chriſtus ſanctificauit 533.a

quadrageſimale ieiunium à Domino indictum, violare non leue peccatum eſt 537.a
quadrageſimale ieiunium cur ante Dominicam primam Quadrageſimæ inchoamus 516.b
quadrageſimale tempus cur religioſiùs tranſigendũ 524.b & cur inſtitutum ibid.
quadrageſimalis ieiunij tempus quàm opportunè conſtitutum 541.a b
quadrageſimalis ieiunij indictio 541.b
quadrageſimalis ieiunij præceptum ex lege, prophetis & Euangelio ibid.
quadrageſimalis abſtinentia clericorum, à laicorum abſtinentia olim diſtincta 542.a
quadrageſimalis ieiunij obſeruatio ad omnes Chriſtianos pertinet 540.a
quadrageſimalis ieiunij obſeruatione meremur 538.b
quadrageſimalis ieiunij obſeruantia diluuntur negligentiæ 524.b & obtinetur propitiatio ibid.
quadrageſimalis ieiunij obſeruationem infirmitas excuſat 516.b
Quadraginta diebus ieiunandum 537.b
Quadragenarius numerus diuinitùs conſecratus, & cæleſti maieſtate præceptus 538.a
quadragenarij ieiunij myſteria 514.b
Quærendum non eſſe, Quomodò, in Dei operibus 218.b
Quæſtio, quæ apud inferos mouetur 741.a
quæſtio de beatis, vbi illi futuri ſint tempore conflagrationis 726.b
in quæſtionibus difficilioribus Eccleſia conſulenda 262.b
Quales futuri ſimus, ignoramus 823.b
Querimonia animæ à corpore iamiam ſeparandæ qualis 319.b
per Quinquageſimam, hoc eſt, dies paſchales, vita æterna deſignatur 541.b
Quomodò, Iudaicum verbum, vbi ne quidem cogitandum 218.a

R

Rationis reddendæ diſtrictio quanta 318.b
rationis in nouiſſimo reddendæ mirum exemplum 319.b
Reatus tres gradus 378.a
reatum concupiſcentiæ in baptiſmo ſolui, infirmitatem manere 194.b
Rebaptizatio inexpiabile facinus eſt 187.b
Rebaptizare catholicum, immaniſſimum ſcelus 183.
Rebaptizantes crucifigunt Dominum 186.b
non Recipiendum amplius, quàm mutuò datum eſt 632.b
Reconciliatio quomodò quærenda 468.b
reconciliatio nulli, ne in fine quidem, neganda 471.b
Redarguere quid ſit 428.b
Regeneratio omnibus carnaliter generatis neceſſaria 779.a
Reges quomodò ſeruiant Domino in timore 448.b
reges perfecti vbi ſinguli ſint futuri 746.b
regum officium maximè proprium 629.a
Regnum cęlorum
- tantum valet, quantum habes 509.b 593.b
- precio comparatur 743.b
- quo precio ematur 510.b

regni cæleſtis deſcriptio 749.b
regni cæleſtis amiſſio quàm intolerabilis 727.a 733.a
regni cæleſtis principium quomodò hîc habeatur 746.b
regni cælorum duplex ſtatus quis 654.b
à regno cælorum & Deo ſeparari, quàm graue ſupplicium ſit 738.b 742.b
à regno cælorum quæ abſint 750.a
in regno cælorum miniſtrare & diſcumbere, quid ſit 753.a
Relapſis neceſſarium ſacramentum pœnitentiæ 826.
Religio quid 81.a quid ſignet ibid.
religio vera quæ 81.b
Religioſi
- cur ſe Deo dicent 616.b
- non ideò dimittunt ſua, vt ditent amicos 677.a
- cur à religionis inſtituto ferè deficiant 362.b
- in communi viuentes, quorum vitam imitentur 675.a

religioſo iudicij proprij abnegatio quàm ſit neceſſaria 693.b
religioſorum ordo primus in Eccleſia quis 704.b
religioſorũ ordinis inſtitutores in Eccleſia Apoſtoli ibid.
religioſorum pactum cum ſpiritu ſancto cõtractum, quid ipſis illicitum reddat 362.b
religioſæ vitæ commendatio 704.b
Relinquere omnia non ſatis eſt, ſed & Chriſtus eſt ſequendus 666.a
Reliquiæ fontes ſunt ſalutares, & multa beneficia præſtant 98.b
reliquiæ corporis Dominici ad ſanctificationẽ vtiles 260.b
reliquiæ Sanctorum
- honorandæ 83. 93.a
- ad quid nobis à Deo relictæ 100.a
- muniunt ciuitates 101.b
- dæmones torquent 90.b

reliquiæ S. Stephani quid miri in Africa exhibuerint 99.a
reliquiæ martyrum magna fide contingendæ benedictionis conſequendæ gratia 100.a
reliquiæ martyrum ſub altaribus recondi ſolent 101.b
reliquiarum
- virtus 101.a
- virtus & honor 96.b
- virtus & beneficia 99.a
- veneratio & beneficia 102.b

reliquiarum S. Cypriani theſaurus 88.b
reliquiarum ſanctarum oppugnator Dormitantius 98.a
reliquiarum ſacrarum, etiam paruarum partium veneratio 102.a
reliquijs Sanctorum exhibitus honor 97.b
reliquijs in ipſis Martyrum aut Sanctorum quid honorandum aut venerandum 102.a
reliquias martyrum non adoramus 98.a
reliquias ſacras tangentes, fiunt quodammodò ſanctitatis participes 99.b
ad reliquias S. Stephani quæ miracula peracta 99.a
apud reliquias Sanctorum dæmones rugiunt 97.b
Remiſſio poſt baptiſma laborioſior 302.b
remiſſio peccatorum, vide Peccat.
Renouatio poſt baptiſmum non fit vno momento 810.a
renouatio vitæ à peccatorum inchoata remiſſione, acceſſionem indiès accipit 810.b
renouatio in baptiſmo cœpta, quotidiè creſcit 811.a
renouationis acceſſus quotidiani 810.a
Reſtituenda eſſe aliena 630.a
Reſurrectio Chriſti quantæ ſit nobis conſolationi 18.
reſurrectio quomodò vera futura 39.b
reſurrectionis mortuorum oſtenſio & aſſertio 727.b
reſurrectionis futuræ exemplar Chriſtus eſt 40.a
reſurrectionem rerum naturalium ſimilitudinibus demonſtrari 39.b
in reſurrectione membra nos eadem, quibus hîc vſi fuimus, habituros 39.b & amputata reſtituentur 40.b
Reſurgentium decor, pulchritudo & claritas ibid.
reſurgentium caro qualis certò futura 40.a
reſurgentiũ omniũ qualis futura vel ætas vel ſtatura 40.b

circa

circa reſurgentium corpora, potentia diuina 39.b
Reſurget, quiſquis vixit & mortuus eſt 40.a
reſurgent ſine vlla deformitate naturæ monſtra ibid.
reſurgemus in eadem carne & ijſdem membris 39.b
Reticentia peccatum alienum 441.
reticentiæ cauſa, timor humanus eſſe ſolet 442.a vndè ille timor proficiſcatur 443.a
Reticentur tribus de cauſis Dei ſermones: idq́ periculoſè admodùm 444.a
Retributio centupla quomodò intelligenda 668.b & ſeq.
retributio quibus ex operibus ſperãda ſeu obuentura 670.a
Reuelatio omnium cogitationum, verborum & actionum vbi tandèm futura 727.a
reuelationem de remiſſione peccatorum ambire, repræhenſibile eſſe 463.b
Riſus importunus quæ peccata pariat 499.b
Rogationum ieiunium vndè originem habeat 516.b
rogationum ieiunia quomodò celebrari iuſſa ſint in Gallia 517.a
in rogationum diebus pro quibus rebus orandum ibid.
Romanus Pontifex, vide Pontifex.
S.Romani inuocatio 92.b
ſine Romana ſede in cauſis fidei nihil decernendum vel innouandum 142.b
romana Eccleſia de conceptione D. Virginis nihil certi ſtatuit 777.b
Vide Eccleſia.
romanæ vrbis commendatio 440.b
ad romanam ſedem tanquàm ad matrem confugiendum 142.a b
Romæ aſſeruati integri canones Nicenæ ſynodi 143.b
romæ ſignum crucis erectum 17.b

S

SAbbatum quomodò ſeruandum 112. 113.
ſabbati obſeruandi præceptum quomodò ad Chriſtianos ſpectet 113.b
ſabbati celebratio cur vel abrogata, vel trans lata 115.b
Videetiam dies Dominic.
Sacerdos
- eſt ſpeculator 442.b
- pro mortuorum peccatis orat 326.b
- ſacrificium tremendum adminiſtrat ibid.
- ab Epiſcopo, non à populo debet repræhendi 324.b
- etſi peccator ſit, per ſpiritum conſecrantur dona 217.a 343.b

ſacerdos quiuis an quemlibet pœnitentem poſſit abſoluere in articulo mortis 472.b
ſacerdos tacens quot occidat homines 444.b
ſacerdotis diſpenſatio eſt neceſſaria ijs, qui coguntur vetitis cibis vti 542.a
ſacerdoti vt medico animi arcana vulnera retegenda 287.a idq́ ante vitæ incertum terminum faciendum ibid.
ſacerdoti cui, & quotiès quotannìs confitendum 158. 160.b
ſacerdoti indicare peccatum, non erubeſcendum, & quęrere medicinam 286.b 290.a
ſacerdoti ſemper carendum matrimonio 364.a
ſacerdoti cum peccati conſcientia ſacrificanti, hoſtia ſacra è conſpectu euaneſcit ſecundò ac tertiò 271.b & quomodò eidem pœnitenti, cùm ſacrificaret, tres primùm ſublati panes fuerint relati ibid.
ſacerdotem quid faciat 322.a
ſacerdotem ob pœnitentium peccata dolere 286.b
ſacerdotem quemuis non eſſe confeſſionis ſacramentalis miniſtrum 289.b

ſacerdotes
- ſuper cathedram Chriſti ſedent, & audiendi, quanuìs ſint mali 344.b
- honorandi 339.b
- magìs honorandi quàm principes aut parentes 339.a
- regibus dignitate præſtant ibid.
- dij vocantur 324.b
- non eadem ſignificatione dicũtur Epiſcopi & presbyteri, qua omnes Chriſtiani 326.a
- ſunt miniſtri conſecrationis & communionis 326.b
- offerunt, tanquàm miniſtri, & baptizant vt miniſtri 326.b
- Chriſti corpus ore conficiunt ibid.
- ſacrificia Dei quotidiè celebrant 327.a
- ſoli conſęcrare poſſunt corpus & ſanguinem Chriſti 214.b
- non conficientes, aut celebrantes Miſſam, non adſtringũtur ad vtranque ſpeciem ſumendam 262.a
- per ſacramentum baptiſmi & pœnitentię peccata condonant 279.b
- non ex vita, moribus, aut meritis, ſed officio ſpectandi 175. 176.
- non fiunt ſine iudicio 148.b
- præconis officium ſuſcipiunt 441.b
- non tam probant purgatam animæ lepram, quàm purgant 279.b
- ante iudicij diem quodammodò iudicant 278.b

ſacerdotes catholici, quanuìs mali, fideliter ſentiunt de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ 174.a
ſacerdotes mali etiam habent miniſteriũm clauium 276.b
ſacerdotes mali quinam honorandi, & quibus obtemperandum 340. 345.
ſacerdotes mali aut indigni quo delectu honorandi 340.
ſacerdotes incontinentes certiſſimam animæ mortem incurrunt 366.b
ſacerdotes dogma fidei peruertentes, non audiendi 342.a
per ſacerdotes ſuos quod Deus facit, in remiſſione peccatorum, ipſius poteſtas eſt 278.a
ſacerdotes non ſunt omnes Chriſtiani 322.b 325.
ſacerdotes proprij nominis non omnes ſumus 316.a
ſacerdotes ſpirituales qui ſint 325.
ſacerdotes noui Teſtamenti, hæreticorum iudicio, quales 322.b
ſacerdotum ordo bipartitus 332.a
ſacerdotum maiorum & minorum inſtitutio 332.b
ſacerdotum honor & dignitas 148.a 154.a
ſacerdotum poteſtas quanta 37.a

ſacerdotum poteſtas
- ne angelis quidẽ & archangelis conceſſa 36.b
- excedit poteſtatem principũ 154.b
- maior, quàm regum poteſtas 155.a
- animæ lepram purgat 37.a

ſacerdotum poteſtas & dignitas 224.a b 278.b
ſacerdotum dignitas cum periculo coniuncta 344.b
ſacerdotum vinculum ad cælos peruadit 36.b
ſacerdotum vinculum ipſam attingere animam 166.b
ſacerdotum & præſulum bonorum libertas 443.a
ſacerdotum vita præponderare debet 367.b
ſacerdotum ſuorum ſimplicitatem faſtidientes arguuntur 323.b
ſacerdotum vexatio & detractio ad Chriſtum pertinet 340.a 341.a b
ſacerdotum iniuriam vindicat Deus 340.a
ſacerdotũ impugnatores quales ſint, & quò tendant 148.b
ſacerdotum veneratio ſcripturæ teſtimonijs & exemplis comprobatur 339.b & ſeq.
ſacerdotum officium aut miniſterium quale quantúmve 175.
ſacerdotum officium mulieribus aut plebeijs non conuenit 325.
ſacerdotum officium, eſt ſacrificijs & orationibus vacare 156.a
ſacerdotum eſt pro populo offerre ſacrificium 251.a
ad ſacerdotum preces Chriſti corpus & ſanguis conficitur 327.a
ſacerdotum ſibi inuicèm cohærentium glutino copulari Eccleſiam 29.a
ſacerdotum ab Epiſcopis diſtinctio 330. 331.
ſacerdotum & Religioſorum incontinentium excuſationes & argumenta 369.a 370.a
ſacerdotibus idem ius in ſacramento Baptiſmi & Pœnitentiæ 277.a
ſacerdotibus par ius ligandi & ſoluendi à Chriſto conceſſum 276.b
ſacerdotibus quotidiè aut ſępè Miſſam celebrantibus quid notandum 271.a

Digitized by Google

ſacerdotibus quanuìs malis obtemperare recuſantes, arguuntur 341.a
ſacerdotibus qui ſucceſſioñe ab Apoſtolis habent, obtemperandum 340. 341.
ſacerdotibus etiam imperitis, non eſt detrahendum 324.b
ſacerdotibus ſuis quantum honorem detulerint idololatræ 342.b
ſacerdotibus & clericis cohabitatio mulierum vetita 365.a
ſacerdotibus cogitationes malas patefaciendas docuiſſe D.Petrum 290.a
Vide etiam Presbyteri.
Sacerdotium vndè cœperit 328.b
ſacerdotium veteris teſtamenti quale 369.a
ſacerdotium nouæ legis 245.a
ſacerdotium Chriſti ſecundùm ordinem Melchiſedech à Malachia prædictum 244.b
ſacerdotium Chriſtianum quale 197.b 102.b
ſacerdotiũ noui teſtamenti externum & viſibile eſſe 322.a b
ſacerdotium Chriſtianorum in quo conſiſtat 326.a
ſacerdotium Chriſtianæ legis inordinata & incompoſita arcet 348.a
ſacerdotium & regnum Chriſtianorum eſt ſpirituale 326.b
ſacerdotium propter malos ſacerdotes non eſt traducendum 155.a 339.a
ad ſacerdotium qui promouendi 363.b
ſacerdotij dignitas 338.a
ſacerdotij dignitas regia dignitate præſtat 155.a
ſacerdotij principatus regno maior & præſtantior 339.a b
ſacerdotij forma 322.a
ſacerdotij perſecutores, diaboli ſeruos eſſe 148.b
ſacerdotio Melchiſedechis quomodò Chriſtus etiamnùm vtatur 252.b
ſacerdotio nouæ legis vt immundus fungatur, periculoſum eſſe 236.a
Sacerdotalis ex diuina ordinatione poteſtas quanta 36.b
ſacerdotalis pudicitia qualis in epiſcopo 367.a
Sacramentum quid ſit 171.
ſacramentum, & virtus ſacramenti differunt 212.b
ſacramenti nominis etymologia 172.a
ſacramentũ Baptiſmi, & Pœnitentiæ, &c. vide Baptiſmus, Pœnitentia, &c.
ſacramentum ipſum per ſe plurimùm valere 175.b
ſacramentum viſibile non eſſe contemnendum 171.b
ad ſacramentum vnumquodque quæ ſint neceſſaria 173.a
in ſacramento animum hominis magìs moueri ad præſentem & viſum, quàm ad abſentem & auditum Chriſtnm 254.b

ſacramenta
- cur à Deo inſtituta 170.
- quibus de cauſis inſtituta 174.
- quibus rebus conſtent 173.a
- quid ad Chriſtianam doctrinam conducant 169.
- ſine ſigno Crucis ritè non perficiuntur 15.a
- quare foris percipiantur 321.b

ſacramenta transfigurari in carnem & ſanguinem 226.a

ſacramenta nouæ legis
- quantum diſtet à veteris legis ſacramentis 171.b 172.a 172.b 175.a 192.a
- præſtantiora ſacramentis veteris teſtamenti 171.a 175.a
- virtute maiora, & vtilitate meliora 172.b
- ad ſalutem neceſſaria quomodò ſint 185.b
- vndè profecta ſint, & quantæ dignitatis 171.a
- dant ſalutem 171.a 172.b

ſacramenta
- ſine peculiari virtute eſſe non poſſe 172.
- eſſe ſigna Chriſtianorum 175.b
- cuiuſmodi ſint ſigna 172.a b
- præterquàm quod ſignificent, ſanctificare etiam ac ſalutem dare 174.
- continere & conferre gratiam 171.b 172.a
- vim ſpiritualem præbere 171.b
- dignè ſuſcipienda 173.
- non proſunt, mortali peccato in conſcientia manente 287.b
- à quibus ſumantur in iudicium 173.a
- plura in veteri lege, quàm in noua 169.a
- non plura nec pauciora quàm ſeptem, eſſe verè ac propriè nouæ legis à Chriſto inſtituta 172.a 174.a
- ſeptem in quem finem ſint inſtituta 373.a
- ſingula quid efficiant 173.b

ſacramenta tria imprimunt characterem 373.b
ſacramenta characterem imprimentia quę: eaq; repeti non poſſe 187.a 322.a
ſacramenta miniſtrare, non eſſe omnium 175.

ſacramentorum
- author & inſtitutor Chriſtus 171.a
- materiæ 173.
- vis & efficacia 169. 171.b 172.b 174.
- neceſſitas 170. 174.
- vis inexplicabilis 171.a

ſacramentorum virtus manet, licèt actio & prolatio verborum tranſeat 172.b 173.b
ſacramentorum vis per miniſtri improbitatem non impeditur 173.a 175. 176.
ſacramentorum effectus eſſe inuiſibilem gratiæ ſanctificationem 171.b
ſacramentorum virtutem eſſe gratiam 172.b
ſacramentorum confectio & diſpenſatio quibus commiſſa 175.
ſacramentorum ordinarij miniſtri qui 327.a
ſacramentorum miniſtri quales habendi 175.
in ſacramentorum miniſtris cuiuſmodi intentio requiratur 173.b
ſacramentorum miniſtri non ſunt quiuis promiſcuè homines 173.b 175.
ſacramentorum contemptores ſacrilegi ſunt habendi 171.b
ſacramentorum violatores quas daturi ſint pœnas 174.b
ſacramentorum trium vſum reſtituiſſe in Hybernia Malachiam ibidèm epiſc. 276.a
ſacramentis Deus adeſt, etiamſi per malos miniſtrentur 198.
ſacramentis viſibilibus ineſſe vitæ æternæ effectum 226.a
ſacramentis in religione colligari homines 169.a
ſacramentis nouæ legis ſocietatem Chriſtiani populi contineri 169.b
ſine ſacramentis Eccleſiæ non intrari ad veram religionem 169.a
de ſacramentis Rom. Eccleſiæ doctrina amplectenda eſt 349.b
de ſacramentis doctrina ſummaria quæ ſit 372.
Sacramentarij Chriſtum ipſum Eccleſiæ conantur auferre 218.b
ſacramentarij quo anathemate à patre ſuo primario digni pronunciati 223.a
ſacramentarij quos legere debeant 218.b
ſacramentariorum noſtrorum patres qui 218.b
ſacramentariorum impietatis pia increpatio 213.
Sacrificium Melchiſedechicum quomodò à Chriſto inſtitutum 240.b & quomodò Chriſtus adminiſtret 243.a quibus alijs ſucceſſerit 243.b
ſacrificium Melchiſedechis, noſtri incruenti typum fuiſſe 242.b
ſacrificium agni paſchalis veteris quomodò & quando abrogatum 240.b
ſacrificium veteris agni quando, & quibus verbis Chriſtus abrogauerit 241.b
ſacrificium nouæ legis cur totiès iteretur 253.b
ſacrificium Eccleſię Catholicę tantùm Deo acceptum 29.b
ſacrificium Eccleſiæ, Chriſtum ipſum eſſe 240.b
ſacrificium ſoli Deo deberi 81.b
ſacrificium Euchariſtiæ Chriſti oblationem Melchiſedech præfiguràſſe 252.b
ſacrificium Deo offerri in ara ſanctificata 241.a
ſacrificium offerri tantùm Deo, non martyribus 236.b
ſacrificium incruentum Barlaam Deo obtulit 237.b
ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, non ſoli Patri immolari 236.b
ſacrificium Miſſæ non offertur Sanctorum cuiquam 236.b 241.a
ſacrificium Miſſæ pro terræ fructibus olìm fieri ſolitum 238.b
ſacrificium Miſſæ non niſi ab inſanis deſpici 207.b
ſacrificium angelicum quomodò inclaruerit 244.b

ſacri-

Digitized by Google

ſacrificium Chriſtianorum quod aut quale 93.b
ſacrificium magnum, vtile & compendioſum 593.b
ſacrificium altaris ſummè venerandum 244.b non eſſe ſuperfluum 253.b
ſacrificium vnicum Chriſtiani orbis ſucceſſit varijs Iudæorum hoſtijs 244.a mundat, ſanctificat, & perficit offerentes ibid.
ſacrificium rationale inſtituit Chriſtus, incruentum corporis & ſanguinis ſui 245.a
ſacrificium vnicum quod Chriſtus præcepit ſemper offerri 244.a
ſacrificium altaris cur & inſtitutum ſit & offeratur 234.
ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti incruentũ 237.a
ſacrificium altaris pro defunctis iam olim offerri ſolitum 248.b 249.a b 250.a b
ſacrificium ſalutare valere ad redemptionem animæ & corporis ſempiternam 239.b
ſacrificium victimæ ſalutaris quomodò aliquando nautæ alicui ſubmerſo profuerit 238.b
ſacrificium immolari tempore Ignatij ſolitum 236.a
ſacrificium à Chriſto inſtitutum & pręceptum, apud Chriſtianos frequentari 236.b
per ſacrificium & iuſtitiã omnes pij Deo placuerunt 237.b
ſacrificium Chriſtianorum ab Antichriſto tollendum 242.a b
ſacrificij ſalutaris obſequium ab Eccleſia S. Trinitati exhiberi 237.a
ſacrificij cruenti & incruenti differentia 235.
ſacrificij incruenti authorem eſſe Chriſtum 240.a 245.a
ſacrificij incruenti in Eccleſia aſſertio, & quale illud ſit 247.a 252.b
ſacrificij Melchiſedechici Chriſtus author 252.b
ſacrificij celebratio pro dormitione fidelium 310.a
in ſacrificio altaris eandem eſſe hoſtiam cum ea, quę ſemel in cruce oblata eſt 238.a
ſacrificij propitiatorij fructus 250.a 251.b
ſacrificio vno eodemq; Pater & Filius honoratur 236.b
ſacrificio vno varias expletas eſſe victimas legis veteris 216.b
ſacrificio Eccleſiæ cuncta falſa ceſſerunt 240.b
in ſacrificio plura dici, quàm quæ in Euangelio & Apoſtolo habentur 139.a
de ſacrificio quod nunc in Eccleſia geritur, Sophoniæ teſtimonium 237.a
abſque ſacrificio non eſſe eccleſiam, nec illo aliquid aliud quàm corpus & ſanguiné ſui redemptoris offerre 237.b
ſacrificia Sanctis non offeruntur 82.a
ſacrificia dæmones expetunt 82.a
ſacrificia Baſilius in cælis offert pro nobis, & pro populo precatur 89.a
abſque ſacrificiorum ſacris mũdum nunquàm fuiſſe 238.a
ſacrificiorum ſigno Deus ſuos ab alienis ſemper diſcreuit 237.b
ſacrificiorum apud Chriſtianos variorum primum quod 244.b
ſacrificare Deo, præcipuum cultus diuini & ſubditi Deo animi indicium 237.b
ſacrificare Deo in martyrum memorijs, & ſacrificare ipſis martyribus, quàm ſint diuerſa 82.a
non ſacrificandũ corporali creaturæ, nec ſpiritali 81.a 82.a
ad ſacrificandum myſterium Domini quomodò dignus quis fiat 236.b
Sacra vaſa furto ſubtrahere cupiens, punitur diuinitùs 455.b
Sacrilegij ſcelus à quibus profeſſis aut religioſis committatur 362.b
ſacrilegia ſub imperio Iuliani quomodò commiſſa ſint 457.a
ſacrilegia Lyſimachi, eiuſq; ob ea interitus 431.b
Sacrilegi Iuliani pœna diuinitùs inflicta 457.b
ſacrilegi Felicis pœna ibid.
in ſacrilegum vltio diuina 457.a
ſacrilegorum terribilis pœna 455.a
Sal benedictum cur in baptiſmo vſurpetur 181.a b
ſalis benedicti vis 316.a
Saltatione turpi terra polluitur 414.b
Salutatio angelica, & eius vſus & vtilitas 57.

ſalutationis angelicæ
- aſſertio 57.a
- explicatio 57.b 58.a b 60.a b
- vſus & vtilitas 59.
- ſenſus & intellectus 59.60.
- author primarius qui, & authrix quæ 59.

Salus illorum nulla eſt, quorum iniquitas perſeuerat 466.b
Sancti noui Teſtamenti poſt mortem ſuam non differuntur ab ingreſſu patriæ cæleſtis 84.b

ſancti
- in cælo regnant 84.a
- ſunt cum Agno 86.b
- in cælo beatiſſimam vitam degunt 85.
- Deo viuunt 89.a 90.b
- aſſiſtunt diuino altari cum angelis 85.a
- laudant Deum ſine labore & faſtidio 749.a
- in cęlo degentes, noſtris etiam rebus interſunt 93.a
- ex cælo dona dant ibid.
- quæ in terris geruntur, poſſunt intelligere, & de nobis ſunt in cælo ſoliciti 83.a 86.a 87.b 717.b
- quanuìs viuorum rebus interſint, non omnes tamen mortui intereſſe poſſunt 85.b
- non minùs quàm dæmones nobis adeſſe poſſunt 86.b
- vbiquè ſunt, & omnibus proſunt, & pro nobis orant 96.b
- pro nobis in cælo ſupplicant 32.b 88.b
- nobis peccatorum veniam impetrant 85.a
- nunc in paradiſo exultantes & orantes pro nobis exaudiuntur 85.a
- in cælo nunc eo ſtudioſiùs orant pro nobis, quo Deo ſunt magìs coniuncti 86.b
- nõ minùs noſtri cura tanguntur, quàm angeli 87.b
- ſunt patroni potentiſſimi 87.a
- protectores Imperatorum 90.a
- à Patribus appellantur patroni, interceſſores, & ſuffragatores 83.
- dicuntur Chriſtiani 84.a
- cur & dij, & domini, & reges dicantur 88.a
- non inhabitant terram obliuionis 87.b
- non ſunt appellandi mortui 86.b
- audiunt preces noſtras 92.a
- proſpiciunt noſtra 91.b
- quomodò preces noſtras audiant 92.a
- quomodò dormientes appellentur 86.b
- honorandi & inuocandi 83.
- quomodò honorandi, & cur non appellandi mortui 99.b
- quomodò colendi aut inuocandi 82.a 83.
- honorandi tanquàm amici & filij Dei 88.a item tanquàm Dei templa ibid.

ſancti ſingulorum ordinum cur honore proſequendi ſint 99.b
ſancti cur non orant pro damnatis 734.b
ſancti in iudicio fruſtrà implorabuntur 721.b
ſancti verè dicunt, Dimitte nobis debita noſtra 815.b
ſancti qui, quanquàm mortui, viuis poſteris profuerint 84.
ſanctorum animę omnia in Deo vident, quæ ſcilicet ad eorum gloriam & noſtram ſalutem conducunt 85.a in claritate Dei omnia ſciunt ibid.
ſanctorum animæ in cælis degunt cum Angelis 87.a
ſanctorum communio 26.
ſanctorum & Chriſti ſocietas 745.b

ſanctorum in cælis
- conſortium 750.b
- ſocietas 744.a
- ſanitas 747.b
- ſapientia quanta 747.b
- oratio & potentia 57.a
- cognitio 85.b
- cura & auxilium 86.a

ſanctorum auxilium implorandum 94.a
de ſanctorum auxilio & beneficijs experientia 95.b
ſanctorum inuocatio honorem Dei promouet 83.
ſanctorum laus viuentibus vtilis 89.b
ſanctorum honor redundat in Dominum 98.a
ſanctorum interceſſio quàm non hodierna aut heſterna 93.a 94.a

ſancto-

Digitized by Google

ſanctorum preces Theodoretus poſtulat 91.b
de ſanctorum veneratione Apoſtolica traditio 98.b
ſanctorum interceſſionem & inuocationem qui negant, illi impiè ſentiunt 94.a
ſanctorum nunc maior virtus, quàm cùm viuerent in terris 87.a
ſanctorum virtute Dei gloriam illuſtrari 91.b
ſanctorum virtus quibus alijs in rebus extra corpus eluceſcat 94.b
ſanctorum conſpectum deſiderare debemus 752.a
ad ſanctorum communionẽ etiam defuncti pertinent 32.b
extra ſanctorum communionem non eſt ſalus 26.
ſanctorum communione etiam mortui nondùm ſaluati continentur 26.
in ſanctorum communione non continentur Iudæi, ethnici, hæretici, ſchiſmatici, aut excommunicati 26.
ſanctorum tumuli ſunt Chriſti altaria 97.b
ad ſanctorum ſepulcra pecora ægra induci ſolita 97.b
ſanctorum ſepulcra quid nobis proſint 100.a
ſanctorum loculos dæmones reformidant ibid.
de ſanctorum domibus qui aliquid aufert, ipſis ſanctis iniuriam facit 457.a
ſanctorum natalitij dies celebrandi 96.b
ſanctorum natalitia cur celebranda 103.b
in ſanctorum ferijs tria conſideranda 86.a
ſanctorum feſta, vide Feſta.
ſanctorum reliquiæ, vide Reliquiæ.
ſanctorum merita, vide Merita.
ſanctorum imitatio neceſſaria 103.b
ſanctorum nomen ad omnes etiam Chriſtianos pertinet 82.
ſanctos
- viuere, & puriorem habere ad Deum fiduciam 91.b
- Chriſti conſilium amplexos eſſe 667.b
- poſt mortem viuentibus prodeſſe 94.b
- pro nobis ſupplicare 106.a
- non poſſe viuis adeſſe, hæreſis eſt Vigilantij 86.b
- cur veneramur 98.b 99.b
- ab Eccleſia non vt Deos coli 103.

ſanctos laudans, virtutem & Deum ipſum laudat 89.a 91.b
ſanctos quomodò præter Deum colamus & inuocemus 83.
propter ſanctos multa largitur Deus mortalibus etiam immerentibus 83.
ſanctis tanquàm patronis mortuos commendari 312.a
ſanctis honor à Deo impenſus & poteſtas 94.a
ſanctis non eſt inſolitum, orare pro peccatoribus 96.b
ſanctis etiam Imperatores ob interceſſionẽ ſupplicare 90.a
Sanctificatio per Moyſen aut Chriſtum collata, quàm ſit diuerſa 171.a
Sanctimonialis ſi nubat, Chriſti adultera efficitur 359.b
ſanctimoniales nihil proprij habere poterant D. Auguſtini tempore 675.b
ſanctimoniales vndè dictæ 690.a
Sanguis Chriſti, quem in ſacramento ſumimus, quam efficaciam habeat 207.a
ſanguinis vocabulo quid aliquando ſignificetur 444.b
ſanguinem viuum largiri Chriſtum 232.a
Sapientia velutì fons eſt virtutum 624.b
ſapientia Chriſtiani hominis in quo conſiſtat 2.à
ſapientiam hominis pietatem eſſe 170.a
ſapientia & ſcientia qualis in cælo futura 752.a
Sapiens, intelligens, &c. nemo ſine Chriſto 643.b
Satisfactio alia Redemptoris, alia fidelium pœnitentium 294.
ſatisfactio noſtra Chriſti ſatisfactionem illuſtrat 294.
ſatisfactio congrua non negligenda 301.b 307.b
ſatisfactio Deo facienda 295.b
ſatisfactio grandior quando adhibenda 302.a
ſatisfactionis nomen Patribus familiare 295.
ſatisfactionis modus à ſacerdotibus accipiendus 36.b
ſatisfactionis quanta habenda cura 294.b
ſatisfactionis neglectu cumulari peccata 301.b
ſatisfactionis opera 290.b 295.
ſatisfactioni poſt mortem etiam locus eſt 303.
ſatisfactionem confeſſione diſponi 296.a
ſatisfactionem fieri pro pœna temporali 276.a
ſatisfactionem hodiè maximè impugnari 296.a
ſatisfactionem noſtram non minuere Chriſti ſatisfactionem 296.b
præter ſatisfactionem Chriſti, neceſſariam etiam eſſe noſtram ſatisfactionem, &c. 295.a
ſatisfactione noſtra placandus Deus 301.a
de ſatisfactione Patrum ſententiæ 300.
ſatisfactiones quales iniungendæ 296.a
ſatisfactionibus mouetur & placatur Deus 494.b 495.b
nè ſatisfactionibus delicta redimantur, operam dant hæretici 301.a
Satisfactoriarum pœnarum vtilitas 296.a
Satisfacere nolentium caterua [illegible].a
ſatisfieri pro delictis quomodò debeat 301.b
ſatisfaciendi vim quando habeant, pœnæ diuinitùs inflictæ 296.b
ſatisfaciendũ Domino per Epiſcopos & Sacerdotes 494.b
ſatisfaciendum quomodò fit 293.a 295.b
Satyri interceſſiones 90.a
Schiſma quàm odibile aut graue ſit peccatum 32.a 33.b
ſchiſmatis peccatum non deleri martyrij ſanguine 33.b
ſchiſmaticos nil niſi interitum manere & pœnam 33.b
de ſchiſmaticis cogendis Auguſtini ſententia 448.a
Vide etiam Hæretic.
Scientia per ſe laude digna 611.a
ſcientia rerum diuinarum lamentantem facit 645.a
ſcientia rerum humanarum quid 625.b
ſcientia literarum, Eccleſiæ multùm prodeſt 610.b
ſcientia prædicandi verbi Dei eſt quodammodò angelica 610.b
ſcientia & cognitio quarum rerum inprimis quærenda 610.b
ſcientiæ abuſus, & rectus vſus 611.a
ſcientiam quo fine appetere debeamus ibid.
Scire velle finem ſeculi, quid ſit 723.a
ſciendi modus cum primis neceſſarius 611.a
Scriptura ſacra
- difficilis ad intelligendum etiam doctis 324.a
- cur ſola non ſufficiat 45.b
- quàm diuerſè à diuerſis intelligatur 45.b
- non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtit 163.b 164.b

in ſcriptura ſacra non omnia expreſsè contineri 129.b
ſcripturæ Canonicæ ex Eccleſiæ iudicio æſtimandæ 44.a
ſcripturæ
- pro legitimis & authenticis habendæ quæ 43.
- quemadmodùm interpretandæ 151.b
- quæ vel approbandæ vel reijciendæ 162.a

ſcripturæ ſolis teſtimonijs cur omnia tranſigi nequeant 151.a
ſcripturæ ſacræ verba non licere ad prophana conuertere 112.b
ſcripturæ ſacræ quorundam librorum lectio cur iunioribus non permiſſa fuerit 398.a
ſcripturarum canonicarum approbatio vndè 162.a
ſcripturarum interpretatio quemadmodùm fieri debeat 163.b
ſcripturarum alia atque alia apud hæreticos, eaq; ſæpè contraria expoſitio 151.a
ſcripturarum citationem non ſemper rectè fieri 136.b
ſcripturas veras à falſis Eccleſia diſcernit 162.a
ſcripturas authoritatem recipere ab Eccleſiæ teſtimonio 162.a
ſcripturas citantibus hæreticis non credendum 145.a b
in ſcripturis vt Chriſtum, ſic & Eccleſiam demonſtrari 30.a
in ſcripturis ſacris quæ continentur, vtrùm ea omnia ad Chriſtianos, & quo modo pertineant 320.b
ſcripturis non omnia ſcitu & factu neceſſaria haberi 164.b
ſcripturis quomodò & cur hæretici vtantur 163.b 164.a
ſcripturis abutentes anathemate feriuntur 110.a
Scribi cur multa non debuerint 129.a
ſcripta non eſſe omnia quæ ſint facta aut ſcitu vtilia 167.a
Sculptilia quatenùs prohibita 104.b 105.a
Secularia qui contemnit, merebitur æterna 671.b

Securitas
- nobis minimè expedit 824.b
- mater eſt negligentiæ 463.b
- pernicioſa 824.b
- expoſita lapſui 808.a
- pernicioſa aut non habenda quæ 465.a

ſecuritas de peccatis nunquàm habenda 467.b
ſecuritas & deſperatio fugienda 48.b
ſecuritas de remiſſione peccatorum pericoloſa eſt in hac vita 48.a
ſecuritatis promiſſores qui 467.a
ſecuritatem de remiſſione peccatorum affectare, cur ſit periculoſum 463.b
ſecuritatem pœnitentibus promittentes 467.a
ſecuritatem matrem eſſe negligentiæ, ideoq; hîc non petendam 48.b
ſecuritatem de ſalute noſtra quid impediat 824.a
Securus in hac vita nemo debet eſſe 808.a
ſecurus nemo in hac vita, qualis demùm futurus ſit 823.b
ſecuri de noſtra ſalute eſſe non poſſumus 824.a
Sedes Apoſtolica, vide Romana.
Sedere ad dexteram, quid ſit 20. 21.b
Senis decrepiti adſpectu, mortis & nouiſſimorum ingeri memoriam 755.a
Sententia quæ quàm ſit immutabilis 739.a
Sepeliendis mortuis quantam dederit Tobias operā 609.a
ſepeliendi ritus, Dionyſij & Apoſtolorum tempore 310.a
Sepulcra & natalitia Apoſtolorum clara ſunt 90.a
apud ſepulcra Sanctorum dæmones torquentur 90.b
ſepulcra conſtruendi cura 309.b
Sepultura & exequiæ iuſtorum 609.b
Serpens quando & quomodò myſticè alloquatur fœminam 383.b
Seueritas & grauitas verborum vbi ſit admodùm vtilis 445.b
Seruitus reproborum 747.b
Signorum ignotorum veneratio 182.b
Silere, cùm poſſis arguere, conſentire eſt 441.a 442.b
in Silentio diſcretio 441.a
Vide Reticentia.
Simeonis Anachoretæ mirum ieiunium, exitus, communicatio & reuiuificatio 259.a
Simonia qua in re cauenda 200.a
Simplicitas columbæ in quo imitanda 626.b
ſimplicitati coniungenda eſt prudentia 627.a
Simulacrum Deo indignum quod 21.b
Sixtus diuerſas de conceptione D. Virginis ſententias tacere iubet, vſque ad determinationem Eccleſiæ. 776.b
Sobrios irridentium amentia 411.b
Sodomiticum peccatum 484.
ſodomiticum peccatum eſſe homicidio grauius 485.b
ſodomitici ſceleris rei qui 484.
de ſodomitico vitio legum Cæſarearum ſententia 486.b
ſodomitica ſcelera, non eſſe delicta, ſed monſtra 486.a
Sodomitarum punitionis deſcriptio 485.b
Sodomorum terræ facies quæ fuerit Tertulliani tempore 485.b
ſodomorum ignis, effigies gehennæ. 486.a
ſodomorum ſuppliciū, ſpecimen diuini iudicij fuit 485.a
ſodomorum pœna accōmodata fuit peccato eorum, ibid.
Solennitates Chriſtianorum 115.a
ſolennitates anniuerſariæ Chriſtianorum à quibus inſtitutæ 114.a
Vide Feſti dies.
Sortis omne augmentum prohiberi 633.a
ſorti quicquid accedit, vſura eſt 633.a
Spadonum Euangelicorum laus 370.b
ſpadonibus Euangelicis propria quædam gloria in cælo promittitur 371.a

Spes
- quid ſit 45.
- quàm ſit neceſſaria ibid.
- qua ratione conſequatur 46.
- quomodò nutrienda & excitanda ibid.
- vbi aut quando in præſumptionem vertatur 46.
- à timore non diſiungenda 46. 48.
- quomodò aut vbi timori coniungenda 48.a
- vt formata ſit, charitatem requirit, & bonam conſcientiam 47.b

ſpes vnica peccatorum poſt Chriſtum, deſperantium etiam, quæ 58.a 63.b 64.a
ſpes deceptoria quæ 48.b
ſpei efficacia 45. commendatio 46.ab
ſpei & fidei communia quæ 47.b
ſpem qua ratione conſequamur 46.
Sperare cuius potiſſimùm ſit 47.b
ſperare ſine bona conſcientia, præſumere eſt 46.
ſperata omnia etiam credi 45.b
ſperando quidam decipiuntur, alij deſperatione 466.b
ſperandū quicquid eſt, oratione Dominica cōtinetur 48.a

Spiritus ſanctus
- aliter in Chriſto, quàm in cæteris Sanctis habitat 643.a 648.a
- in quibus requieſcat. 648.b
- quid conferat nobis 204.b
- quid in nobis ad faciendum bonū, malumq; vitandum operetur 375.a
- flumini comparatur 644.a

ſpiritus Domini in ſolo Chriſto propriè requieuit 647.b
ſpiritus timoris Domini cur eū impleuiſſe dicatur 643.b
ſpiritus vnus idemq; eſt ſpiritus ſapientiæ, intellectus, &c. 643.b
ſpiritus ſancti ſeptiformis operatio, gradibus beatitudinum reſpondet 644.b
ſpiritus quomodò Moyſi ablatus, & ſeptuaginta viris datus 647.b
ſpiritus ſeptem deſignari per ſeptem mulieres 647.a

ſpiritus ſancti
- gratia, vide Gratia.
- dona, vide Dona.
- fructus, vide Fructus.

ſpiritus ſancti epitheta 25.
ſpiritum ſanctum in Eccleſia eſſe 29.b 30.a 32.b
ſpiritum ſanctū non viuificare, niſi membra Eccleſiæ 32.b
ſpiritum ſanctum habendi cupidis quid faciendum 32.b
in ſpiritum ſanctum peccant, qui corde impœnitenti vnitati Eccleſiæ reſiſtunt 36.b
ſpiritus pati pœnas temporales 306.b
ſpiritus incorporeos poſſe ab igne corporeo teneri 734.a
ſpiritus defunctorum vt iuuandi 309.b
pro ſpiritibus mortuorum ſupplicandum 312.b
Spiritales etiam cadere poſſunt 821.b
Spiritualia nomine centupli intelligi 669.a
ſpiritualium qualis ſit ad corporalia collatio ibid.
Statuas, vide Imagines.
Stellæ in corona B. Virginis myſticè quid 68.b
Stephanus niſi oràſſet, Eccleſia Paulum non haberet 572.b
ſtephani protomartyris laus 90.b illius reliquiæ quid miri in Africa exhibuerint 99.a
ſtephano protomartyri ara dedicata 241.a
Stephani Eremitæ ratio in nouiſſimo vitæ ſuæ reddita, quàm ſit horrida & mira 319.b
Stoici liberum arbitrium ponunt 786.a
ſtoicorum error 803.a
Stridor dentium in tartaro qualis 732.a 733.ab
Stultiloquium quid 400.a
Stulti nomine quinam appellentur 393.a
Subdiaconi & eorum officium 334.b
ſubdiaconorum continentia, vide Continentia.
ſubdiaconis interdictus vſus coniugij 363.b
Succeſſio Pontificum ab Apoſtolo Petro, illuſtris eſt Eccleſiæ nota 135.
ſucceſſiones Epiſcoporum Apoſtolicæ ſedis quanti ſint momenti 139.a
Suffragia Sanctorum quanti facienda 83.
Suggeſtio, delectatio, & conſenſus quibus cōparentur 383.a
Suggerenti peccatum quomodò reſiſtendum 385.b
Superbia quid ſit, & quas gignat filias 387. 391.a

ſuperbia
- vitiorum radix 388.b
- radix cuncti mali 391.a
- omnium peccatorum cauſa ibid.
- vitiorum regina 391.a
- omnibus virtutibus aduerſatur 389.a
- virtutibus, & ijs qui virtute præditi ſunt, maximè inſidiatur 389.b
- ruina eſt omnium virtutum 390.a
- reddit hominem à Dei timore planè alienum 392.b

homi-

Digitized by Google

hominem reddit dæmonem 388.b
omnia bona corrumpit 390.a
etiam rectè facta adoritur 824.b
iudicij æquitatem peruertit 389.a
euidentiſſimum reproborum ſignum ibid.
cur dicatur omnis peccati initium 390.b
quomodò comprimatur 388.b
quomodò vitari poſſit 392.b
ſuperbia quadruplex 391.b
ſuperbia manifeſta & occulta 390.b
ſuperbia hypocritarum ibid.
ſuperbia ſancta ſeruorum Chriſti 567.b
ex ſuperbia omnia capitalia vitia oriuntur 391.a
ex ſuperbia omne genus peccati naſcitur 388.b
ſuperbiæ quatuor ſpecies 389.a b
ſuperbiæ quarta ſpecies hominem diabolo ſimilem facit 389.b
ſuperbiæ & inuidiæ diabolus præeſt 406.b
ſuperbiæ quibus remedijs obuietur & medeatur 391.b
Superbus eſt omnis peccans 390.a
ſuperborum externi mores & geſtus 389.a
ſuperborum ruina nulla grauior 389.b
ſuperbos edere Chriſtum & adorare in Euchariſtia, non tamen ſaturari 231.b
Superioris mandatum quando & quomodò ſuſcipiendum 696.b
præter ſuperioris ſententiam nihil faciendum 695.a b
ſuperiori quid reddendum 629.b
ſuperiores in quibus audiendi ſint tanquàm Deus 158.a
ſuperiorum honor & reuerentia 116.
ſuperiorum iuſſis quando ſimpliciter obſequendũ 695.b
à ſuperiorum voluntate nec in ſpiritualibus & pijs operibus diſcedendum eſt 693.b
Suſceptor aut patrinus quomodò iam olìm adhiberi ſolitus 179.a b
Syluestrum Pap. habuiſſe D. Petri & Pauli imagines 106.a

Symbolum fidei
- ab Apoſtolis traditum 455.a b 6.a
- & cordibus Chriſtianorum inſcriptum 6.a
- cur, quãdo, & quomodò Apoſtoli condiderint 5.a b 6.b
- cur non ſcripto traditum 5.b
- alioquì breue, cur reuerà magnum 5.a
- qualis Ambroſio ſit clauis ibid.
- quid contineat 6.
- quo in honore habendum 44.a
- cur quotidiè recenſendum ibid.

ſymbolũ Apoſtolicũ Rom. Eccleſia intemeratũ ſeruat 5.a
ſymbolum Patrum verbis profiteri, non ſatìs eſt 44.b
ſymboli articuli qui, & quot 6.

ſymboli
- etymologia 5.a b
- perfectio 6.a
- authoritas quanta 12.a
- quotidiana recitatio 565.b

ſymboli præcipuæ partes Trinitati reſpondent 6.
ſymboli per ſingulos articulos explicatio 8.& ſeq.
ſymbolo diſtinguuntur Chriſtiani ab impijs 6.
Synodus, vide Concilium.

T

TAbernacula in æterna qui nos recipiant 590.a
Talenta nobis concredita, benè collocanda ſunt, & expendenda in vtilitatem aliorum 610.b
Talionem iuſtam recepit homo poſt peccatum 767.a
τάρταρος 779.b
Tartareæ catenæ quales 740.b

Temperantia
- quid ſit, & in quo conſiſtat 623.a b 624.a
- ſanctificatio quædam eſt 624.a
- quid efficiat 635.a
- quibus neceſſaria 624.a
- quas paſſiones potiſſimùm ſedet 635.b
- quando marceſcat 622.b
- tanquàm virtutum fundamentum 663.b
- in paradiſo præcepta 635.b
- in cibo potuq; ſeruanda 412.a

temperantia cibi, potus, ſomni, & veſtimentorum 635.b
temperantia Iacob, Ioſeph, & Ioannis Baptiſtæ 635.b 656.a

Templa
- quomodò Deo in Sanctorum nomine erigenda 99.b
- cur multa iuſſu & lege Chryſoſtomi facienda & dotanda 238.b
- cur hiſtorijs ſacris depingenda 106.a b

templa Chriſtianorum tempore Antichriſti deuaſtabuntur, & iniquitas inualeſcet 723.a
templa martyrũ, quàm ſunt illuſtria, & quomodò à fidelibus frequententur 91.a
Tenebræ inferni quales 732.a 733.a 735.a 736.a 740.b
tenebræ damnatorum quotuplices 740.b
Tentatio tribus modis peragitur 383.b 384.a
tentatio dæmonis, qua aggreditur eos qui deliberãt omnia relinquere 695.b & ſeq.
tentationis expers nemo mortalium viuit 825.b
θεοσεβία quid 170.a
Tepiditas impedit Spiritus ſancti aduentum & præſentiam 424.a
tepiditas pernicioſa vndè manet ibid.
tepiditas inferno proxima, & vmbra mortis cenſetur 424.b
Tepidi quales ſint 424.a
tepidorum excitatio 424.b
ad tepidos exhortatio 424.b
Teporem profligandi modus 424.a
Plura vide Acedia.
Terrena non ſunt deſerenda, vt terrena recipiamus 670.b
Terror vtilis 799.b ſalubris & initium conuerſionis 800.a
Teſtamentum Chriſti non vnius diei fuit, ſed æternum eſt 220.b
teſtamenti noui myſterium apud omnes celebrari 240.a
Teſtimonio falſo quæ alia vitia comprænhendantur 123.
Thau Hebræum formam crucis refert 15.a 16.a
Thomæ abſenti quomodò gratia, Apoſtolis data, communicata 277.b
Tiberij II. Imperatoris quãta in pauperes liberalitas 598.b & quo ea miraculo recompenſata 599.a

Timor
- vtilis 824.b
- virtutum cuſtos 808.a
- genitor eruditorq; ſapientiæ 799.b
- murus eſt & turris inexpugnabilis 759.b
- omnẽ virtutẽ inducit, & à peccato auocat, ibid.
- præparat locum charitati 761.a
- ſeruus charitati dominæ locum ſeruat 761.b
- decreſcit, charitate creſcente 761.a
- plus valet ad reſiſtendum peccato, quàm pudor aut dolor 707.b
- quomodò acquiratur 760.a
- ſine pietate, qualis 645.b

timor principium eorum, qui proficere cupiunt 799.b
timor caſtus manet cum charitate 761.a
timor caſtus & ſeruilis, in quo differant 761.a
timor Domini quàm neceſſarius 645.a 646.a
timor nouiſſimorum, eſt initium ſapientiæ 707.b
timor pœnæ vtilis eſt 761.b
timorem pœnæ etiam à Chriſto ſuggeſtum ibid.
timor iudicij cum ſpe miſericordiæ iungendus 469.a
timor iudicij quid efficiat boni 761.a
timor iudicij & gehennæ quàm ſalubris 733.b
timor ſuppliciorum eſt potentior promiſſione præmiorum 760.a
timor damnatorum 748.a
timor gehennæ quàm fructuoſus ſit 760.a
timor gehennæ eſt quidam cuſtos & pædagogus legis 761.b
timor pœnæ & gehennæ quàm ſit vtilis 759.b
timor gehennæ & ſuppliciorum non eſt malus 761.
timor hominum in iudicis aduentu 727.b
timor & dolor animarum in extremo iudicio 727.a
timoris ſeruilis aut diuinæ iuſtitiæ vtilitas 761.a
timorem diſcimus ex non perſeuerantium caſibus 824.b
timorem qualem expellat charitas perfecta 761.b
timore iuſtitiæ propoſito ad quærendam Dei miſericordiam incitantur mali 799.b
Tortores in tartaro quales 733.a 759.a
Traditioni Apoſt. mordicùs adhærendum 134.b

Digitized by Google

traditionem Eccleſiæ ſcriptam, & non ſcriptam, eiuſdem fidei eſſe 130.a
à traditione Eccleſiaſtica & doctrina per ſucceſſionem acceptа non exeundum 145.b
ex traditione Apoſtolica quænam proficiſcantur 524.a
traditiones contemnunt hæretici 134.167.
traditiones ſpernentium pœna 163.a
traditiones non omnes eiuſdem ſunt generis 132.
traditiones Apoſtolicæ & vniuerſales 515.a
traditiones Apoſtolicæ non ſcriptæ 5.b
traditiones non ſcriptæ retinendæ 131.
traditiones Apoſtolicæ quomodò cognoſcantur 130. 131.b 132.a
traditiones Apoſtolicas pari reuerentia cum ſacris literis recipiendas 162.a
traditiones Eccleſiaſticæ obſeruandæ 43.
traditiones Eccleſiaſticas hæretici contaminare ſolēt 130.b
traditiones Eccleſiaſticas contemnentes quomodò peccent 133.
traditiones Apoſtolicas aut Eccleſiaſticas ſpernentium pœna 163.a
traditionum vis & authoritas quanta 250.a vtilitas 162.b
traditionum Apoſtolicarum laus, vis, & authoritas quanta 5.b 105.b 129.b
traditionum aliquot Apoſtolicarum ſpecialis aſſignatio 105.b 129.a b 131. 132.a 134.b
traditionum Eccleſiaſticarum aſſertio 15.a
traditionum etiam non ſcriptarū vis quæ 44.b 128. 130.a b
traditionum particularium & vniuerſalium differentia 133.b
de traditionibus obſeruandis, Patrum ſententiæ 134.166.
Tradita cur quædam velut ſilenter, nō palàm literis commendata 129.a b
Tranſubſtantiatio à Berengario confeſſa 224.a
tranſubſtantiationis vocabulum etſi nouum, rei tamen diuinæ aptiſſimum 227.b
tranſubſtantiationis aſſertio, eamq́ non niſi fide capi 180.b 202.b 210.a b 211.a b 214.b 215.a 224. 227.b 258.a
tranſubſtantiationem Chriſti virtute, non humanæ virtutis opera, fieri 228.a
tranſubſtantiationem negantium, &c. ſtupiditas 229.b
Tribuendum pro viribus, & pro cuiuſque facultate 604.a
Tributa cur Principibus præſtentur 630.a
tributorum ſolutio ibid.
Trinitas ſancta quomodò confitenda & credenda 6.
trinitatis ſanctiſſimæ confeſſio, quanti ſit momenti 6.
trinitati quomodò tres ſymboli partes affabrè reſpondeant 6.
in trinitate ſanctiſſ. perſonarum diſtinctio, & earundem conuenientia 7.a
θρηνῳδία quid 170.a
Triſtitia malorum ſumma 748.a
Troilus epiſcopus quomodò ab auaritiæ morbo curatus 596.b

V

VAleria martyr & virgo quomodò à Martiali Apoſtolo commendata 680.b
Vana quomodò omnia 757.b
Vaſa ſplendida cur in officio Miſſæ adhibeantur 247.b
Vectigalia iuſta quæ 630.a
Velle benè, non ſatis eſt, ſed etiam benè facere ex bona voluntate 616.a
Vendenda ſua omnia quomodò, & quibus danda 666.a b 667.a 668.b
Veniæ facilitas, quantum mali adferat 446.b
veniæ facilitas, incentiuum tribuit delinquenti 446.b
veniæ petendæ modi quales 620.a b
veniam petenti vt minimùm condonanda eſt culpa 619.a
Venialia peccata contemnere, eſt peccatum in Spiritum ſanctum 499.b
Venialia peccata
- contaminant etiam 500.b
- iuſtitiam non tollunt 79.a
- poſt mortem grauant 826.
- quibus modis expientur 500.b
- ieiunijs vel eleemoſynis redimēda ſunt, & non paruipendenda 498.b 499.a
- tranſeunt per contemptum & conſuetudinem in criminalia 500.a
venialium peccatorum expiatio 500.a
Venter eſt nimiùm importunus exactor 413.a
ventri dediti, ſæpè inuiti peccant 411.b nauibus onerarijs comparantur, ibid. ad omnia ſunt inutiles & inepti 412.a
Verbi diuini efficacia in rerum productione & commutatione 211.b 215.a 216.a 217.a b 225.a 226.a b 228.a
verba ſpiritus & vita eſſe quomodò dicantur 213.b
Veritas
- homini primo diuinitùs inſita 765.a
- quomodò per hominis lapſum amiſſa 765.b
- vbi ſit aut maneat 165.a
- ex ſola Catholica Eccleſia conſpicitur 30.a
- ab Eccleſia petenda 44.b
- amara 440.a
veritas morumq́ diſciplina vndénam habeatur 162.b
veritatis agnitæ impugnatio peccatum in Spiritum ſanctum 472.
Vermis inferni qualis 733.a
vermis damnatorum quomodò non moriatur 733.b
vermis & ignis inferni quotuplex 740.a
Veſtis candida quid præ ſe ferat 180.b 182.a
veſtem nuptialem, charitatem ſignificare 708.b
veſte nuptiali ineptè ſignificari fidem aut baptiſmū ibid.
veſtes aut vmbras Sanctorū, dæmonibus horrori eſſe 100.a
Veſtitus immoderati repræhenſio 585.a
in veſtitu precioſo non deeſſe peccatum 636.b
Victor hîc, æterna vita donabitur 819.b
S. Victoris inuocatio 87.b
Viduæ cui liceat denuò nubere 685.b
viduæ Deo deuotæ, quare nubendo damnentur 365.a
viduis diuitibus quomodò eligendi hæredes 666.b
Vigilantius idololatras & Cinerarios nos appellat 98.a immunda eſſe mortuorum corpora aſſerit ibid.
vigilantij de ſanctis defunctis hæreſis qualis 86.b
vigilantij hæreſis contra Sanctorum reliquias, & accenſos cereos 97.a
vigilantio mortuorum corpora qualia 98.a
vigilantium à dæmone impulſum ad impugnandas Sanctorum reliquias ibid.
Vigilantiana doctrina de facultatum diſtributione 677.a
Vigilare quomodò & quantoperè à Chriſto præceptum 711.b
Vigiliæ 158. 159.b 160.a
S. Vincentij inuocatio 92.b
Vincula per oblationem ſacrificij miraculosè ſoluta 238.b 239.a 251.b
Vinum in Chriſti ſanguinem conſecratur 410.a
vini immoderatè ſumpti operatio ibid.
non vinum, ſed vini abuſus damnandus 409.a 412.a b
à vino nimio cur abſtinendum 409.a
Vinolentia ſcurrarum eſt 415.a
vinolentia quàm malos fructus producat 412.a luxuriam parit 415.a
vinolentia & ſaturitate ſapientiæ ſtudiū impeditur 409.b
Virgo
- quæ renunciauit coniugio, nubens intolerabili ſe aſtringit peccato 360.b
- quæ ſe caſtam fore profeſſa eſt, non poteſt nubere ibid.
- quæ nubens, non peccat: quæ verò peccet 361.a 685.b
- continens Domino ſoli agglutinari debet 688.b
- ſacra, ſponſa eſt Domini 664.a
- ſponſum habet in cælo ibid.
an virgo quæuis cuiuis coniugatæ præferenda ſit 690.a
virgo B. Mariam inuocauit, & exaudita fuit 64.a
B. virginis figura 60.a
B. virgini indeſinenter pij recitent ſalutationem angelicam 59.a
virginis alicuius ad altare propter virginitatem confugientis inſigne exemplum 686.a
virgini ſacræ nubere non licet 361.a b 370.a 676.a 68.b
virgini non dedicatæ Deo, tantùm permittit Paulus nuptias 359.a
virginem Deo ſacratam, nemo coniugem ſibi ſociare præſumat 362.a

virgine

virgines
- Deo ſe vouent 681.a
- angelorum Domino copulantur 664.a
- eligunt angelorum vitam 679.b
- angelicam vitam ampleℓtuntur 687.b
- angelis præferuntur 684.b
- qua in re angelorum imitentur mores 685.a
- angelicam in terris vitam agunt 680.b
- cum Maria partem habent ibid.
- inter Eccleſiæ mẽbra dignitate præſtant 689.a b

virgines Deo dicatas, potiſſimùm commendari 689.b
virgines ſacræ ſi nubant, damnationem habent 359.a non tam ſunt adulteræ, quàm inceſtæ 359.a 360.b
virgines poſt votum nubentes, comparantur vxori Loth 360.a
virgines ſacras matrimonio ſibi iungere conantium pœna 361.b
virgines anus, voluntariè ampleℓtentes caſtitatem 663.b
virgines cur ex alijs prouincijs ad Ambroſium confluxerint 687.a
virgines veteris & noui teſtamenti 691.a
virgines & coniugatos dicere meritis pares eſſe, dementia eſt veritati contraria 689.b

virginum
- laus & gloria 681.a
- gloria ſingularis 681.b
- maior gloria in vita æterna 658.b
- gloriam centuplicatam eſſe 681.a
- viℓtoria 691.a
- corona qualis 681.b
- præmium quale in cæleſtibus 679.a 689.a
- præmium ſingulare 689.b
- merces inexplicabilis 685.a
- ſingularis locus in cælo 692.b
- canticum ſingulare 681.b

virginum gaudium in cælo à cæterorum gaudiorum ſorte diſtinℓtum 681.b
virginum coronæ cur Paulus non meminerit, Chriſtus verò meminerit 685.b
virginum conſecrandarum & velandarum ætas 688.a
virginum ſacrarum pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolui non debet 361.b
virginum ſacrarum ſponſus quis ſit 664.a
virginum velatio & conſecratio quanta ſolennitate fieri ſoleat 361.a
virginum conſecratione nõ minui genus humanum 687.b
virginum ſacrarum quanta olìm multitudo 688.a
virginum ſacrarum innocentia D. Auguſtini tempore 689.b
virginum omnium quale in Maria exemplar 67.b
virginum & nuptiarum collatio 686.b
virginum filiarum meritis redimi parentum deliℓta 686.b
virginibus tanquàm gemmis ornatur Eccleſia 683.b
in virginibus angelorum vitam cerni 688.a
virginibus profeſſis coniugium in peccatum reputatur 359.a
virginibus quibus Paulus permittat matrimonium 159.b
virginibus quæ voto adſtriℓtæ non ſunt, nubere licet 684.b

virginitas
- principalis eſt virtus 686.b
- ſimilis angelicæ dignitati 681.a
- angelis æquales efficit 691.a
- angelorum conuerſatio 658.b
- bonorum optimum ac præſtantiſſimũ 684.b
- precioſiſſima omnium eſt maximaq́ poſſeſſio, cui glorioſiſſima præmia ſunt repoſita 689.a
- hominem incorruptibili Deo ſimilimum facit ibid.
- cur maiori præmio coronetur 681.a
- quia Deo dicata eſt, honoratur 689.b
- & apud Deum, & apud vitã præſentem commendatior 684.a
- venerabilis apud Gentiles 687.b
- coniugio melior & excellentior 659.b 684.b
- conſulitur, & non præcipitur 659.b
- cur ſeruanda aut non ſeruanda 689.b
- ſeruari poteſt 677.

virginitas opus ſupererogationis 659.a
virginitas Heliæ, Heliſæi, & Ioannis 685.b

virginitatis
- commendatio 371.a 677.678. 686.b 691.a
- pulchritudo 685.a
- præmium cuiuſmodi ſit 681.a
- præmium ſingulare 678.
- munus quodammodò inexplicabile 687.b

virginitatis ſtudia, puocare, ad Sacerdotes pertinere 687.b
virginitatis donum quomodò detur 685.a
virginitatis conſilium, non præceptum dari 682.b
virginitatis & cælibatus laus 701.b
virginitatis & caſtitatis commendatio 691.a
virginitatis & caſtitatis patriam in cælo eſſe 686.b
virginitatis votæ cuiuſmodi gloria in cælis 681.b
virginitatis coronæ magna & arcana bona 685.b
virginitatis profeſſio faℓta coram Deo, angelis & hominibus 359.a
poſt virginitatis votum ad nuptias conuolantes peccare tradiderunt Apoſtoli 358.
virginitatis propoſitum abijcientes puellæ quali periculo & dedecori ſe inuoluant 363.a
virginitatis perpetuæ ſeruatores qui 702.b
virginitatis & nuptiarum differentia & diſtantia quanta 682.b 685.a 690.a
virginitatis viæ cum viduitatis & matrimonij via collatio 660.a
virginitatis diſſuaſores increpantur 659.b
virginitatis hoſtes quo anathemate damnati 680.a
virginitati vberrima præmia deputata 688.a
virginitati perpetuæ conſecrata Demetrias 666.a

virginitatem
- deſupèr eſſe 688.b
- raram eſſe 683.b
- non eſſe præceptam 689.a
- non mori 683.b
- præſtare nuptijs 691.a
- ſuadet perfeℓtionis conſilium 659.b

cùm virginitatem conſulit, & matrimoniũ permittit Paulus, meliora ſuadet, & tutiora demonſtrat 660.a
virginitatem quomodò Theodoretus commẽdârit 684.b
virginitatem etiam apud ethnicos ſummo honore potitam 684.a
ob virginitatem Ioannes plùs amatus 683.b
virginitatem deprimunt vaniloqui homines 686.b
virginitatem æquabat Iouinianus matrimonio 371.a
poſt virginitatem decretam ad nuptias conuerti, peccatum eſt 359.a
poſt virginitatem Deo dicatam, volens humano ſeruire connubio, grauiter peccat 361.a
virginitatem profeſſæ, ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiunt 359.a
virginitatem profeſſæ vix merentur ad pœnitentiam admitti, ſi nupſerint 361.b
virginitatem prohibentium increpatio 687.a
virginitate quaſi compendio citiùs ad cælum veniri 684.a
in virginitate manere aut in cęlibatu melius eſt, quàm matrimonio iungi 371.b
Virginalis integritas angelica portio eſt 689.b
virginalis caſtitas meretur angelorum præſidium 686.b
virginalis caſtitas quid ſit ibid.
virginalis caſtitatis author eſt Dei filius ibid.
Vide quoquè Continentia.
Viro edendum dare cibum vetitum, myſticè quid 383.b
Virtus quid ſit, & quotuplex 623.b
virtutis non eundem in veteri & nouo Teſtamento eſſe modum 686.a
à virtute ad vitium tranſitus, ex nobis eſt, non ex Deo 821.b
virtutei Theologicæ quæ ſint 2.
virtutes Cardinales quæ & quot ſint 621.a 622.a 623.a
virtutes principales quatuor omnem peſeℓtionem in ſe comprǽhendunt 622.b ſunt Dei dona, ibid. in quibus conſiſtant 623.a vbi ſedem ſingulæ habeant 624.a
virtutes quomodò connexæ concatenatæq́ 622.a
virtutum ſeptem ſpiritalium plenitudo 644.a
virtutum quatuor Cardinaliũ deſcriptionem vndè ethnici ſcriptores hauſerint 625.a
virtutum quatuor, & quatuor beatitudinum lepida collatio 622.a
virtutibus quatuor ornatus homo in prima creatiõe 765.a & quæ-

Digitized by Google

& quænam ex fuerint ibid.
in virtutibus quatuor tota boni operis ſtructura conſurgit 622.b
de virtutibus Cardinalibus cur ethnici fruſtrà diſſeruerint 624.a
Vitia approbantes, ſeſe damnationis obnoxios reddunt 437.a
vitia contra naturam, ſemper deteſtãda ac punienda 486.a
vitia nonnulla, quæ virtututum nomine commendantur 437.a
vitia pro virtutibus amplecti, non ex Deo, ſed ex nobis eſt 821.b
Vita præſens, via 811.b
vita præſens cur militiæ conferatur 54.
ex vita bona in malam voluntate mutari nonnullos 821.b
vita mortalis nihil eſt aliud, quàm mors viuens 711.a
vita bona poſt baptiſmum neceſſaria 196.b
vita, fidei conuenire debet 816.a
vitam improbam infelix, plerunquè, mors ſequitur 275.a
vita beata, qualis vita ſit 749.a
vita æterna
- præmium quod datur poſt meritum 830.b
- benè operantibus & gratia & merces eſt, eorum meritis reddenda 507.
- præcedentibus meritis redditur, & tamẽ gratia vocatur 507.b
- merito iuſtitiæ redditur tanquàm ſtipendium ibid.
- iuſtitiæ ſtipendium eſt, atque etiam gratia ibid.
- eſt totum præmium promiſſum, nec datur niſi dignis & promeritis 507.b
- & meritis datur & gratis 507.b 830.b
- non ideò gratis datur, quia meritis non datur 507.b
- venalis eſt, & labore tanquàm precio comparatur 508.a
- pro bonis operibus ſperanda 819.a
- labore emenda ibid.
- quare fideli debeatur 509.a
- quanto præſenti hac optabilior futura 40.
vita æterna præmium & merces bonæ vitæ redditur 830.a
vita æterna bonis operibus redditur 830.
in vita æterna, honor 748.a
in vita æterna quanta ſit concordia ibid.
in vna vita æterna diſpar retributio 506.b
in vita æterna recipiet quiſque pro ſuo merito manſionem 506.a
in vita æterna quid non ſit, faciliùs explicatur, quàm quid in ea ſit 43.a
pro vita æterna quàm diligenter laborandum 43.a
vitæ futuræ qualitas 751.a
vitæ futuræ voluptas & miſeria 747.b
vitæ æternæ pax, concordia, claritas & ſplendor 743.a
vitæ æternæ iucunditas & charitas quanta 752.b
vitæ æternæ qualiſcunque deſcriptio 645.b 650.a
vitæ æternæ quanta ſit futura felicitas 42.b
vitæ æternæ quæ vel abſint vel adſint 743.a 745.b 746.b 748.b
ad vitæ æternæ amorem quomodò excitari illiteratus poſſit 746.b
ad vitæ æteruæ bona conſequenda quis idoneus 752.b
vitæ communis laus 675.a
vitæ noſtræ tempus nihil aliud eſſe, quàm curſum ad mortem 710.b
in vitæ negocio parui non faciendum, quod parùm abeſt 827.a
vitam amare præſentem, quàm fatuum ſit 717.a
vitam præſentem deſiderare, & vnicè amare, cuius ſit 717.b
ad vitam æternam tanquàm ad patriam properandum 743.b
ad vitam æternam bonorum operum conſummatione peruenitur 751.a
Vide quoquè, Regnum cælorum.
Vitiorum catena 384.b
Viuere honeſtè, noſtrum eſt munus 786.b
viuere malè, & benè mori, pugnant 712.b
qui viuit ſibi ſoli, ſuperfluus eſt, & nec homo, nec generis noſtri 586.b
Viuentium interceſſio 93.b
Vltionis diuinæ in ſacrilegos aliquot exẽpla 455.b 456.a b 457.a b
Vmbratici hæretici 229.a
Vnctio perficiens quid 205.a
vnctio in vertice, quid deſignet 181.a
inunctio
- olìm quomodò fieri ſolita 179.b 180.a b
- à quo facienda 180.b
- quid præ ſe ferat 180.b 181.b
inunctio poſt baptiſmum qua verborum forma fiat, & in qua parte 181.b
inunctio epiſcopalis quomodò iàm olìm in baptizato adhiberi ſoleat 179.b 180.a b
vnctionis extremæ
- materia 314.a 315.a b 316.
- forma 314.a 315.a
- miniſter 314.a 315.a b 317.a
- vis & effectus 173.b 314.a 315.a b 713.a
vnctionis extremæ ſacramentum non contemni ſine Spiritus ſancti iniuria 315.a
vnctionis extremæ ſacramentum cur inſtitutum 315.b
vnctionis ſacræ in ordinatione ſacra adhiberi ſolitæ aſſertio 322.b
vnctionis Chriſmalis effectus 315.b
vnctionem extremam
- ſacramentum eſſe 315.b 316.b idq; à Marco inſinuatum, & à Iacobo commendatum & promulgatum 315.b 316.a & à Chriſto inſtitutum 314. 315.b
- iterari poſſe 318.a
- repetere quis poſſit 319.a
- Huſſo etiam è ſeptem Sacramentis vnum fuiſſe 314.a
vnctionem Chriſmatis viſibilẽ ſpiritualiter operari 203.a
vnctionem infirmorum, eſſe genus Sacramenti 315.b
de inunctione infirmorum Iacobi Apoſt. præceptum ad omnes Chriſtianos pertinet 320.b
vnctione extrema remitti peccata 315.a b & conferri gratiam 315.b
vnctione confirmationis, quæ non iteratur, baptizatus armatur 204.b
vnctionum dona 323.a
Inungendi qui ſint, & quibus in partibus 314.a 315.a b
inungendi ægroti quando ſint 320.a
Vnguento viſibili gratiæ donum ſignificari 203.a
Plura vide Chriſma.
Vnitatis hoſtis charitatem non habet 32.b
Vniuerſitatis ſequendæ ratio & vſus quis 31.a
Vocatos nos nouimus, electos ignoramus 820.b
Volũtas bona, & propria hominis, & à Deo inſpirata 794.a
voluntas vt ſit bona, & poſſit implere mandata, Dei gratia facit 375.a
voluntas bona ſufficit, cùm facultates deſint 582.b
voluntas ad iuſtificationem à Domino præparatur in homine 793.a
voluntas libera 787.b
voluntas libera, quia in poteſtate noſtra 785.b
voluntas ſemper libera eſt, etſi non ſemper bona 375.b
voluntas propria quæ ſit, & quàm pernicioſa & execrabilis 51.b Deum maximè impugnat 52.a
voluntas propria abneganda 692. 693.
voluntas nihil habendi, nomine centupli intelligi poteſt 669.a
voluntas & deſiderium nihil habendi, quantæ ſit exiſtimationis 670.b
voluntas ſubditi, voluntati Superioris ſubiecta & conformis eſſe debet 693.b
voluntas non vna omnium 424.a
voluntatis conſenſio in nobis eſt 794.a
voluntatis propriæ eſt, Dei vocationi conſentire vel diſſentire 793.b
voluntatis propriæ abnegatio 695.a
voluntati Dei quantoperè obtemperandum 717.a
voluntatem Dei, ſine eius ope, facere non poſſumus 795.b
voluntatem humanam Dei gratiæ cooperari 679.b
voluntatem propriam abnegantes, vim faciunt regno cælo-

Digitized by Google

cælorum 695.b
Voluntatem propriam non relinquens,nō dimittit omnia 671.a
propter voluntatem ſolam oblectandi ſe illicitis cogitationibus,damnamur 383.b
voluntate bona nihil ditius offertur Deo 594.a
ſine voluntate noſtra iuſtitia Dei in nobis non erit 794.a
Voluntarios trahit Deus 794.b
Voluptas carnalis quàm tenax ſit 400.a
Votum perfectionis quid exigat 665.b
votum perpetuæ continentiæ cur fiat 681.b
votum virginitatis liberè nuncupari Deo debet 692.b
poſt votum nec licet,nec expedit nubere 361.b
votum paupertatis violârunt Ananias & Saphira 666.a
votum paupertatis violantes,Auguſtino quales 676.a
votū de relinquēdo ſeculo emiſiſſe Ioſaphat regem 663.a
votum ſolenne in quo conſiſtat,& quòd dirimat matrimonium contrahendum 365.b
votum reddere,eſt ex adiutorio Dei 360.a
per votum fit illicitum,quod antè erat licitum 361.b
votum B.Virginis 58.b
votum continentiæ, vide Continentia.
votum virginitatis,vide Virginitas.
poſt voto nuncupatam caſtitatem non tantùm nubere,ſed etiam velle nubere,damnabile eſt 360.a
à voto caſtitatis lapſus adulterijs peior eſt 360.b
à voto & profeſſione ſancta qui cadant 676.a
voto adſtrictorum coniugia, vide Matrimonium.
vota { Deo nuncupata,violanda non ſunt 363.a
reddenda 359.
quomodò ſoluenda 112.b
quæ non ſeruanda 112.a }
votorum obſeruatio 112.a diuiſio 359.b
Vouere quid ſit 364.b quid oporteat ibid.
vouere rem liberam,conſilij eſt 658.b
vouere caſtitatem,ſupererogationis opus 681.b
vouendum quomodò ſit,aut non ſit 359.b
ad vouendum pigri eſſe non debemus 359.b 366.
ad vouendum adhortatio 360.a
Votifragi { fidem irritam faciunt 360.a
quantunuis benè viuant, Deo tamen non placent 366.a
niſi ad habitum & propoſitum abiectum redeant,non ſaluantur 366.b
damnabuntur 360.a }
votifragi Religioſi quales habendi 362.a
Vſura { prohibita in nouo & veteri teſtamento 633.b
an,& quomodò permiſſa fuerit Iudæis 633.a
non committitur tantùm in pecunijs 633.a b }
vſura eſt,quicquid ſorti accedit 633.a
vſuram petere,ſuffocare eſt 632.b
vſuram non tantùm à fratribus in Ezechiele prohiberi,ſed ab omnibus 633.b
ad vſuram qui dat,maledictus 633.a
vſuræ & ſuperabundantiæ nomine quid capiatur 633.b
Vſurarij ſuffocant & ſtrangulant homines 632.b
vſurarij, rectè baptizati Iudæi appellantur ibid.
vſurarijs manifeſtis communio & Chriſtiana ſepultura negatur 633.b
Vulgi de primorum parentum nuditate error 764.a
Vxore ampliùs vti, quàm debitus vſus exigit, Auguſtino quid 499.a
vxoris dimiſſionem lex diuina prohibet 356.a
vxores plures ſimul habere, criminis eſt, & lege diuina Chriſtianis prohibitum 358.a

X

Xenaiæ cuiuſdam Perſæ hypocriſis & iconoclaſmus 110.b
xenaiæ quanta aduersùs Flauianum & ſynodum Chalcedonenſem audacia ibid.

Z

Zachariæ Eleemoſynarij laus & deſcriptio 595.a
Zelus & inuidia quomodò differant 404.a
zelare non licet diſcipulo Chriſti 401.a
Zenoni Imperatori eleemoſynario quid miri obtigerit 601.a

FINIS CORONAT OPVS.

SERIES CHARTARVM PRÆCEDENTIS OPERIS CATECHISTICI.

a, b, c, d A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Sſ, Tt, Vv, Xx, Yy, Zz. Aaa, Bbb, Ccc, Ddd, Eee, Fff, Ggg, Hhh, Iii, Kkk, Lll, Mmm, Nnn, Ooo, Ppp, Qqq, Rrr, Sſſ, Ttt, Vvv, Xxx, Yyy, Zzz. Aaaa, Bbbb, Cccc, Dddd, Eeee, Ffff. Omnes ſunt terniones, exceptis duernionibus quinque ſequentibus, a, b, c, d, & Ffff.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google